UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

urn:nbn:de:hbz:466:1-72797

Visual Library

Th. 492a.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DIVI THOMÆ AQVINATIS

Doctoris Angelici,

TOMVS DVODECIMVS,

Complectens

Tertiam Partem Summæ Theologiæ.

Cum Commentarijs

Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti,

ET OPVSCVLIS EIVSDEM

In tres Tomos distinctis.


Et Indice Quæstionum, & Articulorum, ac etiam eorum, quæ in ipsis Commentarijs continentur, locupletissimo.

Lib. Coll. Soc.tis Jesu Paderborn. a° 1610.

VENETIIS, MD XCIII.
Apud Dominicum Nicolinum, & Socios.

THEOLOGIA PHILOSOPHIA

D IX 10



AD ADRIANVM SEXTVM PONTIFICEM MAXIMVM.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI SIXTI.

In Tertiæ Partis D. Thomæ Aquinatis Commentarios,

PRÆFATIO.

Sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, ac disponis omnis suauiter. Sapien. 8.



ET si diuinam hanc sententiam beatissime pater in mũdi administratione, Deus Opt. Max. omni tempore verissimam esse ostendit, dũ sua præpotente vi, hæc omnia pulcherrima opera effecit, quæ videmus, atque pro sui incomprehensibilis consilij prudentia, & benignitate, cum magno vsu, & commoditate generis humani, in debitos fines dirigit vniuersa, superioribus tamen diebus singulari quadam ratione, altitudinem illam diuitiarum sapientiæ, & scientiæ suæ qua fortiter, & suauiter agit, sese ad nos inclinasse, clarioribus omni luce signis ostendit. Nam quum pro deligendo Pont. Max. in conclaui essemus, vndeque illæ comitiorum quodam quasi æstu efferuescerent, tantoque impetu studiorum, huc illuc incertæ ferrentur, ita vt nulla deinde iam spes in tanta patrum dissensione, creandi Pontificis haberetur, ecce repente æterna sapientia æmisso in nos spiritu sancto, qui quondam super aquas ferebatur, fluctus varios motusque petentium sedauit, atque humanos connatus deuicit fortiter. Ad vnius namque vocem (vt de Ambrosio legitur) qua Cardinalis Derthusensis Pontificatu Max. dignus ostendebatur, ita Deo agente omnes commoti sunt, vt sine mora omnium suffragijs in summum Pont. deligereris. Quis verò digitum Dei hunc fuisse non videat? nam quum hominum consilio ex fauoribus ea res agitur, petitorum præsentia, quæ vrgeat, principum gratia, & fauor, cæteraque id genus quàmplurimum valere solent. Tantum verò abest, vt eiusmodi tu rationibus fretus, quibus homines niti consueuere, hanc celsissimam Apostolicę dignitatis sedem conscenderis, vt quum Hispaniam Prouinciam Cæsaris nomine gubernares, patribus fere omnibus ignotus, principumque fauores ad alios accederent, à te vno vnus spiritus sanctus non recesserit, sed omnes vicerit fortiter, vt nulla habita ratione absentiæ tuæ, quæ non parum detrimenti Christianæ Reipub. afferre posse videbatur, nulla, quòd nunquam Romæ fuisses, id quod periclitanti ecclesiæ ac præsentaneo remedio indigenti obesse nonnihil suspicari poteramus: nulla, quòd Cæsaris Doctor, & pater extitisses, quæ res factiosorum mentes, quàm maxime pertubare potuisset; suffragantibus omnibus ad tanti honoris culmen euectus sis. Præferebat certe nostris oculis spiritus ille sapientiæ, & fortitudinis, lumen quoddam immensum religionis, pietatis, prudentiæ, liberalitatis, integritatis, & eruditionis tuæ: quibus excellentissimis virtutibus, in tanti muneris functione adhibitis, & absentiæ tuæ, & nunquam visæ à te Romæ, damna siqua forent cumulatissimè sarcires, neque non Cæsari singularem, sed cæteris etiam principibus omnibusque aljis Christianis populis pastorem, doctorem, & patrem communem exhiberes. Fortiter igitur nobiscum egit Deus fortis, vt sic itidem suauiter cuncta disponeret. Quid enim suauius ecclesiæ euenire poterat hoc tempore quo turpissimis moribus fędata, bonis spiritualibus de-

stituta, ignorantiæ tenebris obsessa, nouis hæresum tempestatibus agitata, bellorum tumultibus inter Christianos principes concussa, Turcarum impietate labefactata ac diminuta existit, quid iucundius sponsæ isti ecclesiæ tot ac tantis malis afflictæ euenire poterat, quàm te sponsum datum diuinitus intueri? Qui innocentia, & vitæ integritate veterem illam ecclesiæ sanctimoniam in nostram ætatem reuocaturus sis, qui summo studio ac diligentia nihil non instauratum relinques, qui sanæ doctrinæ splendore illo, qui in tot libris quos edidisti lucet, omnem ignorantiæ caliginem dissipabis. Qui clarissima tua authoritate, diuino iudicio nunc tantum amplificata, & nationem Germanam, apud quam semper valuisti quàmplurimum, omnibus hæresum maculis, quæ nunc in illa funduntur expurgabis, & inter Christianos principes compositis rebus, ferocem Turcam magnis copijs Italiæ ministrantem retardabis, exterminabisque. Credo æquidem (nec vana erit fides) optimum Deum, qui suis manibus te in hac Petri sede collocauit, istam etiam tibi aduersus Turcas fœlicem victoriam reseruasse, vt prius reformatis per te Christianorum, & sacerdotum præcipuè Moribus, Barbaræ illæ nationes, tum demum credere incipiant in Christi ecclesia veram esse religionem, & pietatem, quod ob multorum vitæ turpitudinem hactenus illis incredibile visum est. Quemadmodum igitur diuina sapientia in te deligendo attigit à fine vsque ad finem fortiter, ac suauiter vniuersa disposuit, ita & tu cum primis religione tum illa etiam qua maxime fulges sapientia, & consilio, in gubernanda republica Christiana, fines totius orbis attinges fortiter, suauiterq; prophana, & sacra dispones. Ita enim Christianorum omnium vota exposcunt, qui prope vnâ voce vna in te spem illam sese habere clamant, vt cuncta instaures ac reformes. Ita virtus tua, & integritas requirunt, quibus res omnes quantæcunque sint & quantumuis difficiles, te iampridem gerere, & conficere posse probauisti. Ita demum mirabilis hæc tui electio, quæ ab illo qui facit mirabilia magna solus profecta est, merito, & optimo suo iure postulat, vt iuste iudices in nationibus, ruinas ecclesiæ impleas, auaritiæque tanquam hydræ capita renascentia, igne charitatis extirpes. Mihi vero in hoc communi Christianorum gaudio, quo maxime in eadem meæ lætitiæ signum aliquod & iudicium exhiberem, oblata est occasio ista, disponente suauiter spiritu sancto, vt hæc nostra in Tertiam partem Diui Thomæ Commentaria licet superiori anno absoluta fuissent, vsque in præsens tamen in publicum non exirent, quo sic tibi nominatim illa dedicaremus. Cui enim alij potius? Pulchre siquidem congruit, vt has nostras de Christo elucubrationes, tibi Christi Vicario consecremus, iudexque illarum sis, & censor, qui eruditissimus, & oûium Christi pastor existis, vt quum de tuo nutu Christianarum rerum summa pendeat, nihil eorum, quæ ad doctrinam pietatis pertinent, absque tua censura, & comprobatione peruulgetur. Illum igitur cui laboraui, quique non in furore, sed benignitate sua te principem nobis dedit, precor vt sanctitatem tuam, quàm maxime longæuam esse velit, quo fœlici successu de tot malis subleuata ecclesia, in dignitatem pristinam restituatur. Vale Pater Beatissime. Romæ die X. Martij. Anno salutis. MDXXII.

IN TERTIÆ PARTIS SVMMÆ DIVI THOMAE AQVINATIS, QVAESTIONVM, ET ARTICVLORVM INDEX.

QVAESTIO PRIMA.

De conuenientia incarnationis Christi.

1 VTrum conueniens fuerit Deum incarnari.
2 Vtrum fuerit necessarum ad reparationem humani generis.
3 Vtrum si non fuisset peccatũ Deus fuisset incarnatus.
4 Vtrum principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.
5 Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi.
6 Vtrum eius incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

QVAESTIO II.

De modo vnionis verbi incarnati quo ad ipsam vnionem.

1 Vtrum vnio verbi incarnari sit facta in natura.
2 Vtrum sit facta in persona.
3 Vtrum sit facta in supposito, vel hypostasi.
4 Vtrum persona, vel hypostasis Christo post incarnationem sit composita.
5 Vtrum sit facta aliqua vnio animæ, & corporis in Christo.
6 Vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter.
7 Vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum.
8 Vtrum sit idem quod assumptio.
9 Vtrum sit maxima vnionum, quæ creaturis conueniunt.
10 Vtrum vnio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.
11 Vtrum eam aliqua merita præcesserint.
12 Vtrum gratia fuerit homini Christi naturalis.

QVAESTIO III.

De modo vnionis ex parte personæ assumentis.

1 Vtrum assumere conueniat personæ diuinę.
2 Vtrum conueniat diuinæ naturæ.
3 Vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.
4 Vtrum vna persoua possit assumere sine alia.
5 Vtrum quælibet persona possit assumere.
6 Vtrum plures personæ possint assumere vnam naturam numero.
7 Vtrum vna persona possit assumere duas naturas numero.
8 Vtrum magis fuerit conueniens de persona filij, q̃ assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina.

QVAESTIO IIII.

De modo vnionis ex parte naturæ humanæ assumptæ.

1 Vtrum humana natura fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm alia natura.
2 Vtrum assumpserit personam.
3 Vtrum assumpserit hominem.
4 Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam seperatam à singularibus.
4 Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.
6 Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adæ progenito.

QVAESTIO V.

De modo vnionis ex parte partium humanæ naturæ.

1 Vtrum filius debuerit assumere verum corpus.
2 Vtrum debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem, & sanguinem.
3 Vtrum assumpserit animam.
4 Vtrum assumere debuerit intellectum.

QVAESTIO VI.

De modo assumptionis quantum ad ordinem.

1 Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.
2 Vtrum assumpserit animam mediante spiritu siue mente.
3 Vtrum anima fuerit prius assumpta, quàm caro.
4 Vtrum caro fuerit prius assumpta, quàm animæ vnita.
5 Vtrum tota natura humana sit assumpta, mediantibus partibus.
6 Vtrum filius Dei assumpserit humanam naturã mediante gratia.

QVAESTIO VII.

De coassumptis à filio Dei in humana natura pertinentibus ad perfectionem, scilicet de gratia Christi prout est singularis homo.

1 Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.
2 Vtrum in Christo fuerint virtutes.
3 Vtrum in Christo fuerit fides.
4 Vtrum in Christo fuerit spes.
5 Vtrum in Christo fuerint dona.
6 Vtrum in Christo fuerit donum timoris.
7 Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.
8 Vtrum in Christo fuerit prophetia.
9 Vtrum in Christo sit plenitudo gratiæ.
10 Vtrum talis plenitudo sit propria Christi.
11 Vtrum gratia Christi sit infinita.
11 Vtrum gratia Christi potuerit augeri.
13 Qualiter hæc gratia se habeat ad vnionem, an scilicet subsequatur, vel præcedat.

QVAESTIO VIII.

De gratia Christi secundum, quòd est caput ecclesiæ.

1 Vtrum Christus sit, caput ecclesiæ.
2 Vtrum sit caput omnium quantum ad corpus, vel solũ quantum ad animas.
3 Vtrum sit caput omnium hominum.
4 Vtrum sit caput angelorum.
5 Vtrum gratia secũdum quam est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali secundum, quòd est quidam homo singularis.

6 Vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christi.
7 vtrum diabolus sit caput omnium malorum.
8 vtrum antichristus possit etiam dici caput malorum.

QVAESTIO IX.

De coassumptis a filio Dei in natura humana pertinentibus ad perfectionem, scilicet de scientia Christi in communi.

1 Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.
2 vtrum habuerit scientiam quam habent beati, vel comprehensores.
3 vtrum habuerit scientiam inditam vel infusam.
4 vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

QVAESTIO X.

De scientia beata, qua pertinet ad animam Christi.

1 Vtrum anima Christi comprehenderit verbum, siue diuinam essentiam.
2 vtrum cognouerit omnia in verbo:
3 vtrum anima in verbo cognouerit infinita.
4 vtrum videat verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

QVAESTIO XI.

De scientia indita, vel infusa animæ Christi.

1 Vtrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.
2 vtrum hac scientia vti potuerit non conuertendo se ad phantasmata.
3 vtrum hæc scientia fuerit collatiua.
4 vtrum hæc scientia in Christo fuerit minor scientia angelorum.
5 vtrum fuerit scientia habitualis.
6 vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

QVAESTIO XII.

De scientia animæ Christi acquisita, vel experimentali.

1 Vtrum secundum hanc scientiam cognouerit omnia.
2 vtrum in hac scientia profecerit.
3 vtrum aliquid ab homine dedicerit.
4 vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis.

QVAESTIO XIII.

De potentia animæ Christi.

1 Vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter.
2 vtrum habuerit omnipotentiam respectu corpotaliũ creaturarum.
3 vtrum habuerit omnipotẽtiam respectu proprij corporis.
4 vtrum habuerit omnipotentiam respectu propriæ suę voluntatis.

QVAESTIO XIIII.

De defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit quantum ad corpus.

1 Vtrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.
2 vtrum assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi.
3 vtrum contraxerit hos defectus.
4 vtrum assumpserit omnes huiusmodi defectus.

QVAESTIO XV.

De defectibus quos Christus assumpsit in humana natura quantum ad animam.

1 Vtrum in Christo fuerit peccatum.
2 vtrum in eo fuerit fomes peccati.
3 vtrum in eo fuerit ignorantia.
4 vtrum anima Christi fuerit passibilis.
5 vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis:
6 vtrum in Christo fuerit tristitia.
7 vtrum in Christo fuerit timor.
8 vtrum in Christo fuerit admiratio.
9 vtrum in Christo fuerit ira.
10 vtrum simul fuerit viator, & comprehensor.

QVAESTIO XVI.

De his, quæ consequuntur vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum se.

1 Vtrum hæc sit vera, Deus est homo.
2 vtrum hæc sit vera, homo est Deus.
3 vtrum Christus possit dici homo dominicus.
4 vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de filio Dei, & econuerso.
5 Vtrum ea, quę conueniunt filio hominis, possint præri de diuina natura, & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.
6 Vtrum hæc sit vera, filius Dei factus est homo.
7 Vtrum hæc sit vera, homo factus est Deus.
8 Vtrum hęc sit vera, Christus factus est creatura.
9 Vtrum hæc sit vera, iste homo (demonstrato Christo incœpit esse, vel fuerit semper.
10 Vtrum hæc sit vera, Christus secundum, quòd homo est creatura.
11 Vtrum hæc sit vera, Christus secundum, quòd homo est Deus.
12 Vtrum hæc sit vera, Christus secundum, quòd homo est hypostasis, vel persona.

QVAESTIO XVII.

De his, quæ pertinent ad vnitatem Christi quantum ad esse.

1 Vtrum Christus sit vnum, vel duo.
2 Vtrum in Christo sit alia tantum vnum esse.

QVAESTIO XVIII.

De his, quæ pertinent ad vnitatem Christi quantum ad voluntatem.

1 Vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.
2 Vtrum in humana natura Christi sit alia voluntas respectu sensualitatis, & alia respectu rationis.
3 Vtrum ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.
4 Vtrum in Christo fuerit libernm arbitrium.
5 Vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis voluntati diuinæ in volito.
6 Vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

QVAESTIO XIX.

De his, quæ pertinent ad vnitatem quantum ad operationem Christi.

1 Vtrum in Christo fuerit vna operatio diuinitatis, & humanitatis, vel plures.
2 Vtrum in Christo fuerint plures operationes secundũ humanam naturam.
3 Vtrum secundum operationem humanam aliquid sibi meruerit.
4 Vtrum per eam aliquid nobis meruerit.

QAESTIO XX.

De his, quę conueniunt Christo secundum subiectionem eius ad patrem.

1 Vtrum Christus sit subiectus patri.
2 Vtrum sit subiectus sibiipsi.

QVAESTIO XXI.

De oratione Christi.

1 Vtrum Christo conueniat orare.
2 Vtrum conueniat sibi secundum sensualitatem.
3 Vtrũ conueniat sibi orare pro seipso an pro filijs tm.
4 Vtrum oratio eius sit exauditu.

QVAE-

QVAESTIO XXII.

De sacerdotio Christi.

1 Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem?
2 De hostia huius sacerdotis.
3 De effectu huius sacerdotij.
4 Vtrum effectus sacerdotij huius pertineat ad ipsum solum, an ad alios.
5 De æternitate sacerdotij eius.
6 Vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

QVAESTIO XXIII.

De adoptione Christi.

1 Vtrum conueniat Deo filios adoptare.
2 Vtrum hoc conueniat soli Deo patri.
3 Vtrum sit proprium hominum adoptari in filios.
4 Vtrum Christus possit dici filius adoptiuus.

QVAESTIO XXIIII.

De prædestinatione Christi.

1 Vtrum Christus sit prædestinatus.
2 Vtrum sit prædestinatus secundum, quòd homo.
3 Vtrum eius prædestinatio sit exemplar nostræ prædestinationis.
4 Vtrum sit causa nostræ prædestinationis.

QVAESTIO XXV.

De adoratione Christi.

1 Vtrum vna, & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.
2 Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ.
3 Vtrum adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi.
4 Vtrum sit exhibenda cruci Christi.
5 Vtrum sit exhibenda matri eius.
6 Vtrum reliquiæ sanctorum sint adorandæ?

QVAESTIO XXVI.

De hoc, quòd Christus dicitur Dei, & hominum mediator.

1 Vtrum esse mediatorem Dei, & hominum sit proprium Christo.
2 Vtrum hoc ei conueniat secundum humanam naturam.

QVAESTIO XXVII.

De sanctificatione beatæ Virginis.

1 Vtrum beata Virgo fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.
2 Vtrum fuerit sanctificata ante animationem.
3 Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi sublatus totaliter fomes peccati.
4 Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt numquàm peccaret.
5 Vtrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.
6 Vtrum sic sanctificari, fuerit sibi proprium post Christum.

QVAESTIO XXVIII.

De virginitate beatæ Mariæ.

1 Vtrum fuerit virgo in concipiendo.
2 Vtrum fuerit Virgo in partu.
3 Vtrum permanserit Virgo post partum.
4 Vtrum votum virginitatis emiserit.

QVAESTIO XXIX.

De desponsatione matris Dei.

1 Vtrum Christus debuerit de desponsata nasci.
2 Vtrum fuerit verum matrimonium inter matrem domini, & Ioseph.

QVAESTIO XXX.

De annuntiatione beatæ Virginis.

1 Vtrum conueniens fuerit annuntiari ei quod in ea generandum erat.
2 Vtrum conueniens fuerit hæc annuntiari per angelũ.
3 De modo per quem ei annuntiari debebat.
4 De ordine annuntiationis.

QVAESTIO XXXI.

De conceptione Saluatoris, quantum ad materiam de qua corpus eius est conceptum.

1 Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.
2 Vtrum fuerit sumpta de Dauid.
3 Vtrum genealogia Christi conuenienter texatur ab Euangelista.
4 Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina.
5 Vtrũ fuerit de purissimis sanguinibus Virginis eius corpus formatum.
6 Vtrum caro Christi fuerit in antiquis pprtibus secundum aliquid signatum.
7 Vtrum caro Christi in partibus fuerit peccato obnoxia.
8 Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

QVAESTIO XXXII.

De conceptione Christi quantum ad principium actiuum.

1 Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum in conceptione Christi.
2 Vtrum possit dici, quòd Christus sit conceptus de Spiritusancto.
3 Vtrũ possit dici, quòd Spiritussanctus sit pater Christi secundum carnem.
4 Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Christi.

QVAESTIO XXXIII.

De modo, & ordine conceptionis Christi.

1 Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.
2 Vtrum in primo instanti conceptionis fuerit à verbo animatum.
3 Vtrum in primo instanti conceptionis fuerit à verbo assumptum.
4 Vtrum conceptio illa fuerit naturalis, vel miraculosa.

QVAESTIO XXXIIII.

De perfectione prolis conceptæ.

1 Vtrum in primo instanti conceptionis Christus fuerit sanctificatus per gratiam.
2 Vtrum in eodem instanti habuerit vsum liberi arbitrij.
3 Vtrum in eodem instanti potuerit mereri.
4 Vtrum in eodem instanti fuerit plene comprehensor.

QVAESTIO XXXV.

De natiuitate Saluatoris.

1 Vtrum natiuitas sit naturæ, vel personæ.
2 Vtrum Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternam.
3 Vtrum secundũ natiuitatem temporalem beata Virgo sit mater Christi.
4 Vtrum debeat dici mater Dei.
5 Vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris, & Virginis matris.
6 De modo natiuitatis, vtrum scilicet fuerit natus sine dolore matris.
7 Vtrum conueniens fuerit eum nasci in Bethleem.
8 Vtrum fuerit congruo tempore natus.

QVAE-

INDEX QVAESTIONVM.

QVAESTIO XXXVI.

De manifestatione Christi nati.

1 Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.
2 Vtrum debuerit aliquibus manifestari.
3 Quibus manifestari debuerit.
4 Vtrum debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios.
5 Per quæ alia manifestari debuerit.
6 De ordine manifestationis.
7 De stella p.r quam manifestata fuit eius natiuitas.
8 De veneratione Magorum, qui per stellam Christi natiuitatem cognouerint.

QVAESTIO XXXVII.

De legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

1 Vtrum debuerit circumcidi.
2 Vtrum fuerit conuenienter ei nomen impositum.
3 Vtrum debuerit offerri in templo.
4 Vtrum mater Dei debuerit purganda ad templum accedere.

QVAESTIO XXXVIII.

De baptismo Ioannis.

1 Vtrum conueniens fuerit, quòd Ioannes baptizaret.
2 Vtrum ille baptismus fuerit à Deo.
3 Vtrum contulerit gratiam.
4 Vtrum alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari.
5 Vtrum baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.
6 Vtrum baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptizandi baptismo Christi

QVAESTIO XXXIX.

De baptizatione Christi.

1 Vtrum Christus debuerit baptizari.
2 Vtrum debuerit baptizari baptismo Ioannis.
3 De tempore baptismi.
4 De loco baptismi.
5 De eo, quòd sunt cœli aperti.
6 De spiritu sancti apparitione in specie columbæ.
7 Vtrum illa columba fuerit verum animal.
8 De voce paterni testimonij.

QVAESTIO XL.

De modo conuersationis Christi.

1 Vtrum Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari.
2 Vtrum debuerit austeram vitam ducere in cibo, & potu, & vestitu, an alijs communem.
3 Vtrum debuerit abiecte viuere in hoc mundo, an diuitijs, & honore.
4 Vtrum debuerit viuere secundum legem.

QVAESTIO XLI.

De tentatione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum tentari.
2 De loco tentationis.
3 De tempore tentationis.
4 De modo, & ordine tentationis.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi.

1 Vtrum Christus debuerit prædicare solum Iudæis, vel etiam gentilibus.
2 Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationem Iudæorum vitare.
3 Vtrum debuerit prædicare publice, vel occulte.
4 Vtrum debuerit docere soto verbo, vel scripto.

QVAESTIO XLIII.

De miraculis à Christo factis in generali.

1 Vtrum Christus debuerit miracula facere.
2 Vtrum fecerit ea virtute diuina.
3 Quo tempore incœperit miracula facere.
4 Vtrum per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas.

QVAESTIO XLIIII.

De miraculis Christi in speciali.

1 De miraculis, quæ Christus fecit circa spirituales substantias, vtrum fuerint conuenientia.
2 De miraculis, q̃ Christus fecit circa cœlestia corpora.
3 De miraculis, quæ Christus fecit circa homines.
4 De miraculis, quæ Christus fecit circa irrationales creaturas.

QVAESTIO XLV.

De transfiguratione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum tranfigurari.
2 Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.
3 Vtrum conuenienter adducti fuerint testes huiusmodi transfigurationis.
4 De testimonio paternæ vocis.

QVAESTIO XLVI.

De passione Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum pati pro liberatione hominum.
2 Vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.
3 Vtrum iste modus fuerit conuenientior.
4 Vtrum fuerit conueniens, quòd in cruce peteretur.
5 Vtrum sustinuerit omnes passiones.
6 Vtrum dolor quem in passione sustinuit fuerit maximus.
7 Vtrum tota anima eius pateretur.
8 Vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis.
9 De tempore passionis.
10 De loco passionis.
11 Vtrum fuerit conueniens Christum simul cum latronibus crucifigi.
12 Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda:

QVAESTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

1 Vtrum Christus fuerit ab alio occisus, vel à seipso.
2 Ex quo motiuo seipsum tradiderit ad patiendum.
3 Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.
4 Vtrum fuerit conueniens, quòd per manus gentium pateretur, vel potius à Iudæis.
5 Vtrum occisores eius eum cognouerint.
6 De peccato eorum, qui Christum occiderunt.

QVAESTIO XLVIII.

De modo efficiendi passionem Christi.

1 Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.
2 Vtrum per modum satisfactionis.
3 Vtrum per modum sacrificij.
4 Vtrum per modum redemptionis.
5 Vtrum esse redemptorem sit proprium Christi.
6 Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modũ efficientiæ.

QAESTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi.

1 Vtrum per passionem Christi sumus liberari à peccato.

2 Vtrum per eam simus liberati à potestate diaboli.
3 Vtrum per eam simus liberati à reatu pœnæ.
4 Vtrum per eam simus Deo reconciliati.
5 Vtrum per eam sit nobis aperta ianua cœli.
6 Vtrum per eam fuerit Christus adeptus exaltationem.

QVAESTIO L.

De morte Christi.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum mori.
2 Vtrum per mortem fuerit separata vnio diuinitatis, & carnis.
3 Vtrum fuerit separata vnio diuinitatis, & animæ.
4 Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.
5 Vtrum corpus eius fuerit idem numero mortuum, & viuum.
6 Vtrum mors eius fuerit aliquid operata ad nostram salutem.

QVAETIO LI.

De sepoltura Christi.

1 Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.
2 De modo sepulturæ eius.
3 Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.
4 De tempore quo iacuit in sepulchro.

QVAESTIO LII.

De descensu Christi ad inferos.

1 Vtrum conueniens fuerit Christum ad inferos descendere.
2 In quem infernum descenderit.
3 Vtrum totus fuerit in inferno.
4 Vtrum aliquam moram ibi traxerit.
5 Vtrum sanctos patres ab inferno liberauerit.
6 Vtrum de inferno liberauerit damnatos.
7 Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
8 Vtrum liberauerit homines de purgatorio.

QVAESTIO LIII.

De resurrectione Christi.

1 Vtrum necesse fuerit Christum resurgere:
2 Vtrum necesse fuerit ipsum tertia die resurgere.
3 Vtrum ipse primus resurrexit.
4 Vtrum ipse fuerit causa nostræ resurrectionis.

QVAESTIO LIIII.

De qualitate Christi resurgentis.

1 Vtrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus.
2 Vtrum corpus eius fuerit gloriosum.
3 Vtrum resurrexit cum corporis integritate.
4 Vtrum corpus eius resurrexerit cum cicatricibus.

QVAESTIO LV.

De manifestatione resurrectionis.

1 Vtrum resurrectio Christi omnibus hominibus manifestari debuerit, an solum quibusdam specialibus personis.
2 Vtrum fuerit conueniens, quòd eis videntibus resurgeret.
3 Vtrum post resurrectionem debuerit cum suis discipulis conuersari.
4 Vtrum fuerit conueniens, quòd discipulis fuit in aliena effigie appareret.
5 Vtrum resurrectionem suam argumentis probare debuerit.
6 De sufficientia illorum argumentorum.

QVAESTIO LVI.

De causalitate resurrectionis Christi.

1 Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis corporum.
2 Vtrum sit causa nostræ iustificationis animarum.

QVAESTIO LVII.

De ascensione Christi.

1 Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.
2 Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
3 Vtrum propria virtute ascenderit.
4 Vtrum ascenderit super omnes cœlos corporeos.
5 Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas.
6 De effectu ascensionis Christi, vtrum sit causa nostræ salutis.

QVAESTIO LVIII.

De sessione Christi ad dexteram patris.

1 Vtrum sedeat ad dexteram patris.
2 Vtrum conueniat ei secundum diuinam naturam.
3 Vtrum conueniat sibi secundum humanam.
4 Vtrum hoc sit proprium Christi.

QVAESTIO LIX.

De iudiciaria potestate Christi.

1 Vtrum iudicaria potestas sit attribuenda Christo.
2 Vtrum conueniat sibi secundum, quòd homo.
3 Vtrum eam ex meritis sit adeptus.
4 Vtrum eius potestas iudiciaria sit vniuersalis respectu omnium hominum.
5 Vtrum præter iudicium, quod agit etiam hoc tempore, sit expectandum aliud iudicium vniuersale per ipsum futurum.
6 Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

QVAESTIO LX.

De sacramentis, quid sit sacramentum.

1 Vtrum sacramentum sit in genere signi.
2 Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.
3 vtrum sacramentum sit signum vnius rei tantum, vel plurium.
4 vtrum sacramentum sit signum, quod est res sensibilis.
5 vtrum ad sacramentum requiratur detetminata res sensibilis.
6 vtrum ad sacramentum requiratur significatio, quæ est per verba.
7 vtrum requirantur determinata verba.
8 vtrum illis verbis possit aliquid addi, vel subtrahi.

QVAESTIO LXI.

De necessitate sacramentorum.

1 Vtrum sacra fuerint necessaria ad salutem humanam.
2 vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.
3 vtrum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum.
4 vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum.

QVAESTIO LXII.

De effectu principali sacramentorum qui est gratia.

1 Vtrum sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.
2 vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiã virtutum, & donorum.
3 vtrum sacramenta contineant gratiam.
4 vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.
5 vtrum talis virtus in sacramentis deriuetur à passione Christi.
6 vtrum sacramenta veteris legis gratiam causarent.

QVAE-

INDEX QVAESTIONVM

QVAESTIO LXIII.

De effectu sacramentorum qui est character.

1 Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.
2 Quid sit ille character.
3 Cuius sit character.
4 In quo sit sicut in subiecto.
5 Vtrum sit indelebilis.
6 Vtrum omnia sacramenta imprimant characterem.

QVAESTIO LXIIII.

De causa sacsameatorum.

1 Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.
2 Vtrum institutio sacramentorum sit solum a Deo.
3 De potestate quam Christus habuit in sacramentis.
4 Vtrum illam potestatem potuerit aliis communicare.
5 Vtrum potestas ministerii in sacramentis conueniat malis.
6 Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.
7 Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.
8 Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.
9 Vtrum requiratur ibi recta fides, ita quòd infidelis non possit tradere sacramentum.
10 Vtrum requiratur ibi recta intentio.

QVAESTIO LXV.

De numero, & modo sacramentorum.

1 Vtrum sint septem sacramenta.
2 De ordine eorum adinuicem.
3 De comparatione eorum.
4 Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

QVAESTIO LXVI.

De sacramento baptismi quantum ad ea, quæ ad ipsum pertinent.

1 Quid sit baptismus, vtrum scilicet sit ablutio.
2 De institutione huius sacramenti.
3 Vtrum aqua sit propria materia huius sacramenti.
4 Vtrum requiratur aqua simplex.
5 Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritussancti.
6 Vtrum aliquis possit baptizari sub hac forma, ego te baptizo in nomine Christi.
7 Vtrum immersio sit de necessitate baptismi.
8 Vtrum requiratur trina immensio.
9 Vtrum baptismus possit reiterari.
10 De ritu baptismi.
11 De distinctione baptismatum.
12 De comparatione baptismatum.

QVAESTIO LXVII.

De ministris baptismatis.

1 Vtrum ad diaconum pertineat baptizare.
2 Vtrum hoc pertineat ad presbyterum, vel solum ad episcopum.
3 Vtrum laicus possit sacramentum baptismi conferre.
4 Vtrum hoc possit facere mulier.
5 Vtrum non baptizatus possit baptizare.
6 Vtrum plures possint simul baptizare vnum, & eundem.
7 Vtrum necesse sit esse aliquem qui baptizatum de sacro fonte recipiat.
8 Vtrum suscipiens aliquem de sacro fonte obligetur ad eius instructionem.

QVAESTIO LXVIII.

De suscipientibus baptismum.

1 Vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptisma.
2 Vtrum aliqnis possit saluari sine baptismo.
3 Vtrum baptismus sit differendus.
4 Vtrum peccatores sint baptizandi.
5 Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.
6 Vtrum requiratur confessio peccatorum.
7 Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.
8 Vtrum requiratur fides.
9 Vtrum sint pueri baptizandi.
10 Vtrum pueri Iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus.
11 Vtrum aliqui sint baptizandi ita maternis vteris existentes.
12 Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi.

QVAESTIO LXIX.

De effectibus baptismi.

1 Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.
2 Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.
3 Vtrum baptismus auferat omnes pœnalitates huius vitæ.
4 Vtrum per baptismum conferantur homini gratiæ, & virtutes.
5 De effectibus virtutum, qui per baptismum conferuntur.
6 Vtrum etiam paruuli per baptisma gratias, & virtutes accipiant.
7 Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cœlestis.
8 Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in hominibus baptizatis.
9 Vtrum fictio impediat effectum baptismi.
10 Vtrum recedente ficisone baptismus obtineat effectum suum.

QVAESTIO LXX.

De circuncisione, quæ præcessit baptismum.

1 Vtrum circuncisio fuerit præparatoria, & figura baptismi.
2 Vtrum fuerit conuenienter instituta.
3 Vtrum ritus circuncisionis fuerit conueniens.
4 Vtrum circuncisio conferret gratiam.

QVAESTIO LXXI.

De præparatorijs, quæ concurrunt simul cum baptismo.

1 Vtrum catechismus debeat præcedere baptismum.
2 Vtrum baptismum debeat præcedere exorcismus:
3 Vtrum ea, quæ aguntur in catechismo, & exorcismo aliquid efficiant, vel solum significent.
4 Vtrum baptizandi debeant catechizari, vel exorcizari per sacerdotes.

QVAESTIO LXII.

De sacramento confirmationis.

1 Vtrum confirmatio sit sacramentum.
2 De materia huius sacramenti.
3 Vtrum sit de necessitate sacri, quòd chrisma fuerit per episcopum consecratum.
4 De forma ipsius.
5 Vtrum imprimat characterem.
6 Vtrum character confirmationis characterem baptismalem præsupponat.
7 Vtrum conferat gratiam.

Cui

8 Cui competat recipere sacramentum.
9 In qua parte recipiatur.
10 Vtrum requiratur aliquis qui teneat confirmandum.
11 Vtrum hoc sactamentum per solos episcopos detur.
12 De ritu entis.

QVAESTIO LXXIII.

1 Vtrum eucharistia sit sacramentum.
2 Vtrum sit vnum, vel plura.
3 Vtrum sit de necessitate salutis.
4 De nominibus eius.
5 De institutione ipsius.
6 De figuris eius.

QVAESTIO LXXIIII.

De materia eucharistiæ secundum speciem.

1 Vtrum panis, & uinum sint materia huius sacramenti.
2 Vtrum ad materiam huius sacramenti requiratur determinata quantitas.
3 Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus.
4 Vtrum sit panis azimus, vel fermentatus.
5 vtrum materia huius sacramenti sit vinum de vite.
7 vtrum aqua sit de necessitate huius sacramenti.
8 De quantitate aquæ quæ apponitur.

QVAESTIO LXXV.

De conuersione panis & vini in corpus, & sanguinem Christi.

1 Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem.
2 vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem.
3 vtrum substantia panis post consecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur.
4 vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.
5 vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis, & vini.
6 vtrum remaneat forma substantialis panis.
7 vtrum ista conuersio fiat in instanti.
8 vtrum hæc sit vera, ex pane fit corpus Christi.

QVAESTIO LXXVI.

De modo quo corpus Christi exigit in hoc sacramento.

1 Vtrum totus Christus sit sub hoc sacramento.
2 vtrum totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti.
3 vtrum totus Christus sit sub vtraque parte specierum.
4 vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint sub hoc sacramento.
5 vtrum corpus Christi sit sub hoc sacramento localiter.
6 vtrum corpus Christi moueatur ad motum hostiæ, vel calicis post consecrationem.
7 vtrum corpus Christi sub hoc sacramento possit ab oculo aliquo videri.
8 vtrum verum corpus Christi remaneat in hoc sacramento cum miraculose apparet sub specie pueri vel carnis.

QVAESTIO LXXVII.

De accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

1 Vtrum accidentia sint sine subiecto.
2 Vtrum quantitas dimensiua sit subiectum accidentium aliorum.
3 vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum.
4 vtrum possint corrumpi.
5 vtrum possit ex eis aliquid generari.
6 vtrum possint nutrire.
7 vtrum in fractione panis species sacramentalis fiangatur.
8 vtrum vino consecrato possit liquidum admisceri.

QVAESTIO LXXVIII.

De forma huius sacramenti.

1 Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, hoc est corpus, &c.
2 vtrum forma consecrationis panis sit conueniens, hoc est corpus, &c.
3 Vtrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis, hic est calix, &c.
4 vtrum in verbis dictarum formarum sit aliqua vis creata effectiua consecrationis.
5 vtrum locutiones in prædictis formis sint veræ.
6 De comparatione vnius formæ ad aliam.

QVAESTIO LXXXIX.

De effectibus huius sacramenti.

1 Vtrum hoc sacramentum conferat gratiam.
2 Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.
3 vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.
4 vtrum per hoc sacramentum remittatur peccatum veniale.
5 vtrum per hoc sacramentum remitttatur tota pœna peccati.
6 vtrum hoc sacramẽtum perseueret hominem a peccatis futuris.
7 vtrum hoc sacramentum prosit aliis quam sumentibus.
8 Vtrum per peccatum veniale impediatur effectus huius sacramenti.

QVAESTIO LXXX.

De usu siue sumptione huius sacramenti in communi.

1 Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter.
2 vtrum soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.
3 vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramentaliter.
4 vtrum peccator manducans sacramentaliter peccet.
5 vtrum hoc sit grauissimum omnium peccatorum.
6 vtrum peccator accedens ad hoc sacramentum sit repellendus.
7 vtrum nocturna pollutio impediat hominẽ a sumptione huius sacramenti.
8 vtrum sit solum a ieiunis sumendum.
9 vtrum sit recipiendum a non habentibus vsum rationis.
10 vtrum sit quotidie sumendum.
11 vtrum liceat omnino abstinere.
11 vtrum liceat conficere corpus sine sanguine.

QVAESTIO LXXXI.

De usu quo Christus usus est isto sacramento.

1 Vtrum ipse Christus sumpserit corpus suum, & sanguinem.
2 vtrum dederit ea iudæ.
3 vtrum dederit, & assumpserit corpus passibile, & impassibile.

4 Quomodo se hæ[illegible]disset Christus sub hoc sacramento, si fuisset in triduo mortis reseruatum aut cõsecratum.

QVAESTIO LXXXII.

De ministris huius sacramenti.

1 Vtrum consecrare hoc sacramentum sit proprium sacerdotis.
2 Vtrum plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.
3 Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.
4 vtrum liceat sacerdoti consecranti a communione abstinere.
5 Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.
6 Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quam boni.
7 Vtrum hæretici, & schismatici, vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum.
8 vtrum degradati.
9 vtrum peccent a talibus communionem recipientes.
10 vtrum liceat sacerdoti omnino a celebratione cessare.

QVAESTIO LXXXIII.

De ritu huius sacramenti.

1 Vtrum in celebratione huius mysterii Christus immoletur.
2 De tempore celebrationis.
3 De loco & alijs, quæ pertinent ad apparatum huius celebrationis.
4 De his, quæ in celebratione huius mysterii dicuntur.
5 De his, quæ circa celebrationem huius mysterij fiunt.
6 De defectibus, qui circa celebrationem huius mysterii committuntur.

QVAESTIO LXXXIIII.

De sacramento pœnitentiæ.

1 Vtrum pœnitentia sit sacramentum.
2 De materia huius sacramenti.
3 De forma ipsius.
4 Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum.
5 Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.
6 De ordine eius ad alia sacramenta.
7 De institutione eius.
8 De duratione ipsius.
9 De continuitate eius.
10 Vtrum possit iterari.

QVAESTIO LXXXV.

De pœnitentia secundum, quòd est uirtus.

1 Vtrum pœnitentia sit virtus:
2 Vtrum sit virtus specialis.
3 Sub qua specie virtutis contineatur.
4 De subiectio eius.
5 De causa eius.
6 De ordine eius ad alias virtutes.

QVAESTIO LXXXVI.

De defectu pœnitentiæ.

1 Vtrum omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferantur.
2 Vtrum possint sine pœnitentia tolli.
3 Vtrum possit vnum remitti sine alio.
4 Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu.
5 Vtrum remaneant reliquię peccatorum.
6 Vtrum auferre peccatum sit effectus pœnitentiæ inquantum est virtus, vel inquantum est sacramentum.

QVAESTIO LXXXVII.

De remissione uenialium peccatorum.

1 Vtrum sine pœnitentia peccatũ veniale possit remitti.
2 Vtrum possit dimitti sine gratiæ infusione.
3 Vtrum peccata venialia remittantur per aspersionẽ aquæ benedictæ, & tunsionem pectoris, & orationem dominicam, & alia huiusmodi.
4 Vtrum peccatum veniale possit remitti sine mortali.

QVAESTIO LXXXVIII.

De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

1 Vtrum peccata per pœnitẽtiam dimissa redeant simpliciter per sequens peccatum.
2 Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeãt specialius secundum quædam peccata.
3 Vtrum redeant in æquali reatu.
4 Vtrum illa ingratitudo per quam redeunt, sit speciale peccatum.

QVAESTIO LXXXIX.

De recuperatione uirtutum per pœnitentiam.

1 Vtrum per pœnitentiam restituantur virtutes.
2 Vtrum restituantur in æquali quantitate.
3 Vtrum restituatur pœnitenti æqualis dignitas.
4 Vtrum opera virtutum per peccatum sequens mortificentur.
5 Vtrum opera mortificata per peccatũ per pœnitentiã reuiuiscant.
6 Vtrum opera mortua, ideſt sine charitate facta per pœnitentiam viuificentur.

QVAESTIO XC.

De partibus pœnitentiæ in generali.

1 Vtrum pœnitentia habeat partes.
2 De numero partium eius.
3 Quales partes sint.
4 De diuisione eius in partes subiectiuas.

Quæstionum, & Articulorum Tabulæ, Finis.

CONTENTORVM IN COMMENTARIIS TERTIAE PARTIS

ALFHABETICA ANNOTATIO.

ABSOLVTIONIS forma licet consistat in his duobus verbis, scilicet absoluo te, si quis tamen alijs verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum. q.84.art.3.

1 ¶Abstractionis duplicis, scilicet ex parte rei, & ex parte intellectus dilucidatio. quæstio.3. articulo 3.

2 Abstractionis per modum resolutionis nomine quid intelligatur.q.3.art.3.ad tertium.

3 Abstractis per intellectum diuinis personalitatibus an possit intelligi natura diuina assumere. quæst. 3. art.3. ad secundum.

1 ¶Actus habetur secundum quandam eminentiam, ergo est actiuus aliorum,an valeat consequentia.quæst.8. artic.5.

1 ¶Affirmatio si est causa affirmationis, & negatio negationis, ista regula tenet in solis causis proprijs. quæst. 64.artic. 6.ad primum.

1 ¶Agens proprie dicitur posse, vt in proprium effectū, & vt in propriam naturam, quod vnica transmutatione potest educere de potentia in actum. q.28.articu.1. ad quintum.

1 ¶Altaris, & aliarum rerum ecclesiasticarum inanimatarum consecratarum virtus. quæstione 83. artic. 3

1 ¶Amydum. Eucharistia.5.

1 Analogia. Nomen.5.

1 ¶Angeli deficere à necessitate reparationis, quomodo intelligatur.q.4.artic.2.

2 Angeli. Ministrare.

1 ¶Anima separata in communi resurrectione huius, vel illius reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius: q.6.artic.3.

1 Antichristus an dicatur caput omnium malorum, tam dæmonum,quàm hominum. q.8.art.8.

1 ¶Arguere an liceat à destructione antecedentis. quæst. 17.artic.1.

1 ¶Armeni. Eucharistia.7.

1 ¶Ascendisse Christum in cœlum virtute animæ glorificatæ, cum dicitur, intelligitur tantum de motu locali ascensionis.q. 57.artic.3.

1 ¶Assumi naturam per se separatam non fuisse conueniens, quomodo intelligatur. quæstione quarta articulo 4.

2 Assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem, ergo secundum congruentiam, an valeat conseqdentia.q.4.art.2.

3 Assumptionis terminus proprius quid sit, absolutum ne aliquid, vel relatiuum.q.2.art.8.

4 In Assumptionis mysterio an sit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem, & partium ad totum. q 6.art.2.ad Duraa.

5 In assumptione carnis quomodo dicitur animam mediare secundum. Sanct. Thoma. quæstio.6. articu. 1. ad tertium.

6 Dupliciter potest intelligi subsistentiam animæ præexistentem in assumptione corrumpi. quæstione 3. articulo 3.

7 An verbum assumpserit humanam naturam mediantibus eius partibus. quæstione 6. articulo quinto ad primum.

8 An personæ diuinæ conueniat primo ratione essentiæ diuinæ assumere terminatiue. quæstione 3. artic. 2.

9 An sit possibile diuinis personis, vt duæ, vel tres assumant vnam naturam humanam. quæst. 3. articu. 6.ad Sco.

10 Plures personæ non possunt assumere vnam personā. Ibidem ad Durand. in expositione authoritatis Ansel. scilicet plures personæ non possunt assumere vnum eundemque hominem.

1 ¶Athanasij similitudo, scilicet.Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita &c. intelligitur quantum ad vnitatem suppositi. quæstione 2. articulo primo.

1 Augmentum non esse sine motu locali intelligitur de motu locali formaliter, vel æquiualenter. quæstio. 33. artic.1.

B

BAPTIZARE aliquem extra necessitatis casum, eo modo quo in necessitatis casu licet, an sit peccatū mortale.q.67.art.4.& 5.

2 Baptizare vnum quomodo duo possint,vel nō possint, & qua forma vti debeant. q.67.art 6.

3 Baptizari an debeant filij Iudæorum, & Gentilium inuitis parentibus.q.68.art.10.

4 Baptizato ficte an recedente fictione incipiat baptismus valere ad salutem. quæstio.69. articulo nono, & decimo.

5 Baptismus quomodo recedente fictione valeat ad salutem.q.69.art.9.& 10,

6 Baptizatos fuisse Ioannem, & Apostolos à Christo rationabile est. q.38.art.6.

7 Baptizandus an de necessitate debeat habere intentionem suscipiendi baptismum. quæstio.68.artic.7. Minister.5.

8 Baptizando plures si non intercederet alia mutatio, quàm dicere, baptizo vos, non videretur ad hoc magna necessitas exigi. quæstione 67. articuio 6.ad secundum.

9 Baptizandi, & prædicandi officium non conuenire diaconis, quomodo verum sit. quæstione 67. articulo 1.

10 Baptismus verus an sit, si aliqua ex tribus immersionibus omittatur.q.66.artic.8.

11 Baptismus quare sit irreiterabilis. quæstione 66. articulo 9.

12 Baptismi proprius effectus quis sit. quæstio.62. articulo 2.

13 Baptismi differendi tempus quomodo debeat determinari.q.68.artic.3.

14 Baptismo quare attribuatur aperire ianuam Paradisi cum sit per se primo effectus mortis Christi. q.69. artic.7.

15 Baptismalem exorcismum aperire sensus, & vnctionem in vertice baptizati operari conseruationem gratiæ baptismalis, quomodo intelligatur. quæst.70.& 71. artic.3.

¶Ecclesia.2.Eucharistia.2. Fictio.1.Minister.2.3.

1 ¶Beatitudinem esse qua Deus est dives, quomodo intelligatur.q.23.artic.3.

1 Beato cuilibet conuenit videre omnia ad se spectantia. quæst.10.artic.2.

1 ¶De boni ratione loqui,aliud est, quàm loqui de ratione talis boni.q.1.art.1.in cor.

C

CHARACTER sacramentalis, an sit deputatiuus hominis ad cultum Dei.q.63.art.2.

2 Character sub quo genere generalissimo ponatur, & in qua specie. quæstione 62. & articulo 2. ad Sco. & Durand.

3 Character est in genere potentiæ. Ibidem.

4 Character est spiritualis potentia, quia conuenit ministris Christi. Ibidem.

5 Character non est per se in genere. Ibidem.
6 Character an sit subiectiue in potentia animę. q. 63. art. 4. ad Sco. & Duran.
7 Character an sit in intellectu. quæstione 63. articulo 4.
8 Character in baptismo tenet locum dispositionis, & formæ. q. 69. art. 9. & 10.
9 Character an sit potentia pure passiua. quæstio. 72. articu. 5.
10 Character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi. q. 72. art. 6.
11 Character sacrorum ordinum de necessitate præsupponit characterem baptismi. Ibidem.
1 Charitatis fervor in hac vita quis sit qui non compatitur peccatum veniale. q. 87. artic. 1.
1 ¶ Causæ duæ totales virtutibus proprijs agentes ac eiusdem rationis, non possunt vnum, & eundem per se effectum producere. q 7. art. 6.
1 ¶ Celebrare. Eucharistia vlt.
1 ¶ Circuncisio Christianorum Indorum dicentium se circuncidi, vt conformentur Christo an sit licita. q. 37. artic. 1.
1 Columba in cuius specie spiritus sanctus descendit super Christum baptizatum, an fuerit verum animal. q. 39. artic. 7.
1 ¶ Cometa quare putatur esse potius signum mortis principum, quàm aliorum hominum. quæstio. 36. artic. 7.
1 ¶ Communicare se alijs importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur. quæstio: 1. articulo 1. in cor.
2 Communicare seipsum pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, sed communiter, & indeterminate ad vtrunque modum. Ibidem.
2 Communicare cum excommunicatis per concilium Constantien. concessum est, præterquàm in duobus casibus. q. 82. art. 9.
4 Communio an non solum ecclesiæ, sed etiam Christi præcepto sit necessaria. q. 80. art. 11.
Communio popularis sub vtraque specie, an sit licita. ea. q. ar. 2. prin.
6 Communio sub vtraque specie, an sit in præcepto. Ibidem de hac specialiter materia, quæstiuncula prima:
7 Communio sub vtraque specie, an sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem.
8 Communio dicta an sit necessaria omnibus adultis. An omnibus sacerdotibus. An omnibus confitentibus. Ibidem.
9 Communio sub vtraque specie, an sit vtilior, quàm sub specie panis tantum. eodem articulo quæstiuncula secunda.
10 Communio popularis sub vtraque specie, an expediat ecclesiæ Christi eod. art. q. 3.
11 Iudicium discretionis requisitæ ad communionem In pueris, debet à parentibus, & confessore fieri. quæst. 80. arr. 9. ad vlt.
1 ¶ Confiteri semel in anno, an iustus, ideſt peccato mortali existens teneatur. quæstio. 65. articulo 2. ad quartum.
2 Confitens sua peccata ante baptismum receptum, non est absoluendus. q. 68. art. 5. & 6.
1 Confirmationis sacramento deputantur fideles ad seruitium speciale spectans ad officium principis. quæstio. 65. art. 3. ad secundum.
2 Cõfirmationis sacramẽti an Episcopus sit ita proprius minister, quòd à non Episcopo facta nulla est? & tamẽ ex dispensatione Apostolica non Episcopus possit illam conferre, q. 72. artic. 8. 9. 10. & 11.
3 Chrisma per totum.
1 ¶ Coniunctionis in litera posita distinctio ex parte extremorum vel ex parte termini, ant sit sufficiens. quæst. 2. art. 9.
2 Coniunctionis humanæ naturæ cum persona filij Dei duplex acceptio. q. 2. art. 10.
2 Coniuncta duo realiter, an vbi est vnum oporteat esse & reliquum. q. 76. art. 2.
1 Conuersio duplex scilicet formalis, & substantialis. q. 75. artic. 4.
1 Compositio ex contrarijs, an sit prima causa mortis, & aliorum defectuum humanæ naturæ, an vero peccatum. q. 15, art. 5.
2 Compositionis ratio imperfectionem componentium formaliter importat. quæstio. 2. arttculo 4. ad tertium. Dubium.
3 Compositionis multiplex genus. Ibidem.
1 Consecrare. Sacerdotes. 3.
1 ¶ Constantinum fuisse mundatum à lepra in baptismo nullius authoritate constat. quæstio. 69. articulo 8. argum. 3.
1 ¶ Contritio secundum essentiam an sit pars sacramenti. q. 90. artic. 2.
1 ¶ Contactus Christi quilibet an sit sanctificatiuus materiæ sacramenti, an solus contactus in vsu constitutiuo sacramenti. q. 72. art. 3.
1 ¶ Conueniens claudit in se possibile, & addit super illud. q. 1. art. 1. in tit.
1 ¶ Conuerti vnum in aliud potest dupliciter, scilicet per transubstantiationem, & per transmutationem. q. 2. artic. 1.
2 Conuertibilitas cuiuscunque creaturæ in quamcunque aliam secundum agens virtutis infinitæ, quomodo intelligatur. q. 75. artic. 4. ad tertium.
3 Conuertibilitas ratio totius vnius rei in totam aliam rem est communicatio earum in communi naturæ entis communis omnibus creaturis tantum. quæstio. 75. arti. 4. ad tertium.
Corpus esse vicinius personæ propriæ, animam autem naturæ humanæ, quomodo intelligatur. quæst. 6. art. 1. ad secundum.
2 Corpus quando sit animale, & quando spirituale secũdum Augustinum. q. 5?. art. 3.
3 Corpora clementaria sicut habent duplices motus, ita corpora cœlestia vltra naturalem inclinationem ad suos cursus possunt mutari in illud quod author naturæ facit. q. 44. artic. 2.
4 Corporum cœlestium visione an possint comprehendi virtutes eorum. quæstione 12. articulo primo. ad Durand.
1 ¶ Creaturæ an possibilis sit sublimior gradus diuinæ visionis, qoà sit gradus animæ Christi. q. 10. articu. 4. ad tertium.
2 Creaturas denominari aliquales ex eo, quod conuenit eis secundum proprias causas, non autem ex eo, quod conuenit eis secundum primas, & vniuersales causas, quomodo sit intelligendum. quæstione 4. articulo secundo.
1 ¶ Chrisma est regularis matesia confirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. q. 72. artic 1. & 2.
2 Chrisma esse consecratum ab episcopo an sit de necessitate sacramenti. q. 72. art. 3.
3 Chrismatis consecrationem an Papa possit committere singulari sacerdoti. Ibidem.
Confirmatio per totum.
1 ¶ Chrysostomus. Passio. 9. Paulur.
2 Christus principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius personæ. quæst. 1. articulo 4.
2 Christus si naturali generatione aliquem produxisset, purum hominem produxisset. quæstio 1. articulo 5. ad secundum.
3 Christus quomodo dicatur caput ecclesiæ. quæstio. 8. articu. 1.
4 Christus in vsu scientiæ infusæ non indigebat conuersione ad phantasmata ad Durand. quæstio. 11. articulo 2.
4 Christus an voluerit humana voluntate per alios homines aliquid fieri, & non potuerit facere, quòd fieret. q. 13. art. 3.
6 Christus certus erat de euentu mortis, & reliquorum malorum futurorum, non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo, nec solum, vt comprehẽsor, sed etiam, vt viator. quæstione 15. articulo septimo.
7 Christus non debet dici homo dominicus, quia derogaret

garet veritati vnionis, si dominus de illo hoſe prædicaretur denominatiue.q.16.articu.3.
6 Christus an meruerit exteriora bona, quia dignitas merendi ſpectat ad charitatem, ac per hoc præſtat exteriorum bonorum præſentiæ coeuæ. q.19. art.3.
9 Christus prædeſtinatus eſt filius Dei, an hæc loquutio ſit propria.q.24.art.1.ad ſecundum, & tertium.
10 Christus proprte eſt mediator inter Deum, & hominem.q.29.art.4.
11 Chtiſtus ante Ioannis baptiſma quid exercuerit. q. 4. artic.1.
12 Christus fuit exemplum perfectionis in omnibus, quæ per ſe pertinent ad ſalutem.q.4.artic.2.
13 Christus quare nihil ſcripſerit. q.42.art.4.
14 Christus gloriã animæ ſuæ deriuauit in corpus in trãſfiguratione.q.45.art.2.
15 Christus ſua paſſione impleuit legem totam, & omnẽ iuſtitiam omnis generis, iuris, & præcepti. quæſt.47. artic.2.
16 Christi animæ deſcenſus ad inferos,ad infuſionem luminis gloriæ in ſanctis patribus operatus eſt, applicando, ſcilicet ad eos virtutem ſuæ mortis. quæſtio.52. artic.2.
17 Christus in ſuo deſcenſu duo genera à purgatorio liberauit.artic.8.
18 Christus an corporaliter viſus fuerit à Paulo, & an viſio illa tnnc fuerit quando dixit Saule Saule, quid me perſequeris.q.57.artic.7.
19 Christus inquantum homo an ſtet, vel ſedeat in cęlo. q.58.artic.2.
20 Christus ſecundum, quòd homo an dicendus ſit filius Dei.q.58.art.3.
21 Christi actiones humanæ poſſunt dupliciter conſiderari. Primo, vt ſunt res quædam creatæ ac proinde finitæ. Secundo, vt ſunt res perſonæ diuinæ, vt proprij ſuppoſiti cuius ſunt, & ſic ſunt infinita entia perſonaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti ſeu ſatisfactionis ex hoc ipſo, quòd ſunt opera ipſius Dei, vt propriæ perſonæ exercentis illa. qnæſtio.1. articulo 2. ad tertium.
22 Christi perſona dupliciter diſtinguitur, primo ſecundum id quod in ſe eſt, ſecundo ſecundum rationẽ hypoſtaſis q.2.artic.4.
23 In Christi perſona ſunt duæ rationes ſubſiſtẽdi in duabus naturis, licet ſit ibi vnum ſubſiſtens ſimpliciter, & vna ratio ſubſiſtendi ſimpliciter.ibidem.
24 Christi perſonam eſſe compoſitam an ſit ſimpliciter, & formaliter vnum. ibidem.
25 Christi natura humana ſe habet ad perſonam filij Dei ſicut ſe habet natura ſortis ad perſonam Sortis. quæſt. 2.art.10.
26 Christi natura corporalis quomodo poſſit agere in angelos.q.8.artic.4.ad tertium.
27 Christi anima non videt in verbo quicquid videt verbum.q.10.art.2.ad ſecundum.
28 Christi anima an ex hoc, quod ſcit omnia, quæ ſcit Deus ſcientia viſionis, ſequatur ipſam ſcire infinita. q. 10.artic.3.
29 Christi animam an bene concludatur habere per ſcientiam infuſam notitiam omnium ſingularium. quæſtio. 11.artic.4.
30 Christi anima an perfectius quocunque angelo intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid intueri vtrique datum eſt. q.11.art.2.
31 Christi animæ ſpecies intelligibiles infuſæ an fuerint perfectiſſimæ.q.11.artic.6.ad Sco.
32 Christi animæ an inſit virtus inſtrumentalis ad omnia miracula.q.13.artic.2.
33 Christi priuilegium eſt mereri alijs ex condigno. q.19. arsic.4.
34 Quomodo intelligatur, quòd inquantum Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis ſacrificiũ Chriſti erat efficaciſſimum ad delenda peccata per gratiam, q.22.art.3.ad primum.
35 Christi carnem efficere, aliter attribuitur perſonæ ſpiritusſancti, & aliter filio eandem aſſumere. quæſtio.32. artic.1.
36 Christi corporis formatio in primo inſtanti fuit perfecta eſſentialiter, non autem quantitatiue. q.33.artic.1.
37 Christi animæ an inconueniat, quòd aliqua perfectio actus ſecundi ei de nouo aduenerit. quæſtio.34. articulo 2.
38 Christi doctrinæ excellentia penes quæ attendatur.q. 42.articu.1.
39 Christi anima vnde habuerit poteſtatem præſeruandi corpus ſuum à morte.q.74.art.1.ad Sco.
40 Christi anima vnde habuerit prædictam poteſtatem. ibidem.
41 De Christi clamore in cruce duplex modus dicendi. eod.artic.ad ſecundum.
42 Chiſti mortis cæleritas fuit, & naturalis, & voluntaria. ibidem.
43 Christi verba, Ego pono animam meam &c.& ſimilia quomodo intelligantur. quæſtio.50. articulo 3.ad primum.
44 Christi corpus viuum, & mortuum an fuerit idem numero ſimpliciter. q.50.art.5.ad Sco.
45 Christi mors an fuerit meritoria ex parte animæ. q.50. artic.6.
46 Christi corporis præſeruatio à putrefactione an atteſtetur virtuti ipſius naturæ, & voluntariæ morti. q.51. artic.3.
47 Christi mortis tres dies, & dies creationis mundi diuerſimode ordinantur.q.51.art.4.
48 Christi deſcenſus ad inferos, an fuerit ſecundum ſubſtantiam animæ, an ſolum ſecundum effectum. q. 52. articu.2.
49 Christi pœnalitates intrinſece vſq; ad eius reſurrectionem durauerunt.q.52.art.4.
50 Christi humanitas eſt velut vniuerſale inſtrumentum Dei ad facienda miracula, exceptis his, quæ ſpectãt ad primam creationem rerum.q.56.art.1.
51 Christi corpus an conuenienter opinemur eſſe extra totam continentiam cœlorum corporum, ita quòd planta pedis eius ſit ſupra conuexum ſupremi cœli. q. 57.artic.4.ad Durand.
52 An ſicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Chriſto non ſequitur defectus magnificentiæ inferioris, ita nec ex defectu materię fidei ſequatur defectus fidei in eod. q.7.artic.3.
53 An ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorũ fuerit habitus aliquis.q.7.art.4.
54 An oporteat in Chriſto ponere ſciẽtiam inditam, propter hoc quia aliter intellectus poſſibilis eius fuiſſet imperfectus.q.9.art.3.
55 In Chriſto non fuiſſe ſcientiam ex ſuo genere acquiſibilem per infuſionem, vt fuit in Adam, cur in litteram aſſeratur.q.9.art.4.
56 An in Chriſto conceſſa cognitione abſtractiua omniũ ſingularium, concedenda ſit cuiuslibet ſingularis propria ſpecies in Chriſti intellectu. quęſtio.11. articu.1. ad Sco.
57 An in Chriſto fuerit cognitio intuitiua omnium ſingularium.ad Sco.q.11.art.1.
58 Chriſto non eſt adempta poteſtas deriuandi gloriã animæ ad corpus, ergo gloria illa claritatis, quæ apparuit in Chriſto in transfiguratione, deriuata eſt ab eo.ma, an hæc ratio valeat.q.45.art.2.
59 Chriſto conuenientium mediante natura humana diſtinctio.q.48.artic.5.
60 Chriſtum deleuiſſe omnia peccata mundi, quomodo intelligatur.q.1.artic.4.
61 Chriſtum fuiſſe aſſumptum à diabolo quid ſit.quæſtio. 41.artic.4.
62 Chriſtum palam docuiſſe, & in occulto nihil fuiſſe locutum, quomodo intelligatur. quæſtione 42. atticulo tertio.
3 Chriſtum ſedere ad dexteram patris cum dicitur,
6 quàm diſtinctionem importet li ad. quæſtio. 58. articulo 2.

D

DEbitum ſecundum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatem ad opus operans miniſtri.q.64.artic.6.
1 Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum.q.44.artic.1.

TABVLA COMMENTI.

1 Dæmones an cognouerint Christum esse verum Deũ. q.44.artic.1.
2 Denominatio. Humanum.1.
1 ¶Deus intelligi potest tribus modis plusquam genere diuersis communicare seipsum creaturæ. s. naturaliter, supernaturaliter, & eleuando creaturam ad suam propriam personalitatem. q.1.art.1.in cor.
2 Deus an fallere possit. q.5.artic.5.
3 Deus est homo, an hæc propositio sit in materia naturali. q.16 artic.1.ad primum.
4 Deus est homo, an hæc propositio sit per se, ad Duran. & Sco. ibidem.
5 Quomodo intelligatur, ꝙ in ista propositione, Deus est pater, li Deus supponit pro persona patris. q.16. artic.2.ad secundum.
6 An solius Dei natura prædicetur de supposito. q.17. artic.1.
7 In Deo nihil inueniri præter rationem suæ naturæ, quo modo intelligatur. q.2.artic.1.
8 In Deo inuenitur duplici modo subsistens, & habens naturam. s. communiter, & incommunicabiliter. q.3. artic.2.
1 Diabolus. Quomodo diabolus machinando in mortem Christi excesserit modum potestatis sibi à Deo traditæ. q.49 art.2. Christus.62.
1 ¶Differentia inter suppositum, & naturam an habeat locum in angelis. q.2 artic.2.in cor.
1 Displicere potest dupliciter sumi, scilicet contrarie, & negatiue. q.84.art.8.&9.
1 ¶Distingui secundum rem contingit dupliciter, primo vt duæ res quarum vna nihil est alterius, secundo sic, vt vna res includat totam aliam, & superaddat ei aliquid aliud. q.2.artic.2.in cor.
1 ¶Diuina eminentia in timore reuerentiali Christi, an habuerit rationem reuerendi quatenus eminentia Dei absolute, an quatenus potens est infligere malum. q.7. artic.6.
1 ¶Docere. Excellentior est modus docendi verbo, quàm scripto. q.42 artic.4. Christus.38.
1 ¶Dolor est passio appetitus sensitiui ex corporis læsione percepta sensu. q.15.artic.5.
1 ¶Donum nullum perdi sine culpa, quomodo verificetur. q.50.artic.2.

E

1 Ecclesia in hoc, quòd Ecclesia pro paruulis credit, intendit, renuntiat, est quædam accommodatio. q.68.artic.9.
2 Ecclesiæ fides quomodo prosit infanti baptizato. q.68. artic.9.ad secundum.
1 ¶Episcopus dum consecratur, an debeat Pontifici celebranti concelebrare. q.82.artic.2
Chrisma.2.Confirmatio.2.
1 Esse in persona quod est contra rationem formæ communis, quomodo intelligatur. q.4.artic.4.
Existentia.1.2.
1 Eucharistiæ sacramentum dicitur multa materialiter, quia partes eius se habent, vt integrantes vnum proprium finem, qui est refectio spiritualis. quæstio.73. artic.2.
2 Eucharistiæ sacramentum an sit absolute necessarium ad salutem. q.73.artic.3.
3 Eucharistiæ sacramentum an esset in pane solum celebrandum vbi vinum non inueniretur. quæstio.74.articulo 1.
4 Eucharistiæ sacramentum debet fieri in materia præsenti propter formam consecrationis, scilicet Hoc est, vel hic est. q.74.artic.2.
5 Eucharistia. Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis sacramentalis, an etiam ex siligine, spelta, amydo, & pasta cruda confici possit panis consecrabilis, & an solus panis assus sit consecrabilis. q.34. artic.3.
6 Vua non est consecrabilis. q.74.art.5.
7 In Eucharistiæ sacramento falsum est, quòd Græci offerant calicem domino cum vino tantum, hoc enim Armeni, non Græci olim faciebant. ibidem art.6.
8 In Eucharistiæ sacramento debet modica aqua vino misceri. Ibidem.
9 An opostreat aquam ex qua fit panis pro hoc sacramẽto esse veram, & naturalem. quæstione 74. articulo 7.
10 De existentia corporis Christi in sacramento Eucharistiæ, quid ex sacra scriptura habeatur. quæstio.75. articu.1.
11 Diuersæ opiniones circa nouitatem continentiæ, & nouitatem conuersionis. Ibidem.
12 In Eucharistiæ sacramento quomodo se habeant adinuicem nouitas continentiæ, & nouitas conuersionis. Ibidem.
13 An hæc propositio, Aliquid non potest esse vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem, vel alterius cõuersionem in ipsum, sit vera, & bene applicetur ad esse in sacramento. q.75.art.2.
14 In Eucharistię sacramento quot interueniant mutationes. q.75.art.2.
15 In Eucharistiæ sacramento si substantia panis remaneret, non esset verum quod Christus dixit, Hoc est corpus meum. Ibidem ad Sco.& Duran.
16 In Eucharistiæ sacramento si esset alia substantia sub accidentibus panis, quàm corpus Christi, an contrarietur veneration Eucharistiæ. Ibidem.
17 In Eucharistiæ sacramento panis non redigitur in nihilum, sed mutatur substantia panis in corpus Christi secundum Ambrosium. quæstio.75. articu.3. ad tertium.
18 An conuersio panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum sit possibilis. q.75 art.4.ad Sco. Conuertibilitas 1.
19 An hæc sit propria, quod erat panis est Christi corpus. Ibidem.
20 Si corpus Christi habet partes, & proprietates sub modo sacramentali, an simpliciter necessario sequatur, quòd habeat eas sub existentia naturali. q.76. artic.2. intellectus.3.4.5.
21 Christum esse sub hostia est quoddam esse relatiuum. q.76.artic.6.
22 An ad motum hostiæ corpus Christi moueatur per accidens, Ibidem ad Sco.
23 In Eucharistiæ sacramento quomodo accidentia sint sine subiecto, diuersæ opiniones. quæstio.77. articulo 1.2.3.
24 An in rarefactione specierum sacramentalium noua illa quantitate particula, quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter à naturali agente. quæstio.77. art.5.ad Sco.
25 De modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus, sit materia. quæstio. 77.artic 5.
26 An omnia verba quibus vtimur in confectione sanguinis sint de necessitate sacramenti. quæst.78. in tribus primis articu.
27 An sola verba consecrationis à sacerdote prolata prætermisso Canone, conficiant sacramentum. q.78.artic. 1.ad quartum.
28 Eucharistia Sacramentum.3.
29 De veritate, & consignificatione huius orationis sacramentalis, Hoc est corpus meum, & de demonstratione quam in ea exercet, li hoc. ibidem art.5.
30 Eucharistiæ sacramenti oblario ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendum pro omni pœna, sit autem satisfactoria offerentibus, vel pro quibus offertur secundum quantitatem suæ deuotionis. q.79.art.5.
31 De tempore, modo & subiecto sex effectuum Eucharistiæ. q.79.artic.5.
32 Dominus cum dicit. Nisi manducaueritis &c. loquitur de mãducatione spirituali in voto seu habitu. q.79.ar.1.
33 Eucharistiæ sacramentum sumens ita potest esse dispositus, ꝙ nec consequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet sumendo. q.79.art.6.
34 Eucharistiæ sacramentum an sit negandum peccatoribus occultis petentibus illud. q.80.art.6.
35 Quum dicitur sacramenti Eucharistię rem tantum esse gratiam suscipiẽtium, aut vnitatem ecclesiæ, aut corpus Christi mysticum, hæc omnia sumuntur pro vno & eodem, scilicet gratia Dei. q.73.art.1.ad tertium.
36 Habere rem sacramenti Eucharistiæ per votum ecclesiæ, est ipsam habere per antecedens sacramentum seu, in sui initio, quoniam sacramentum baptismi initium est spiritualis vitæ. q.63.artic.3.

Inter

37 Inter suscipientem eucharistiam, & suscipientem baptismum in peccato mortali, differentia. q.70. artic.3. ad primum.
38 Eucharistiæ sacramentum sumens contritus, sed non confessus de peccato mortali, habens copiam confessoris,an peccet mortaliter.q.80.art.4.
39 Eucharistiæ sacramentū sumens in peccato mortali, an committat grauius peccatum omnibus peccatis, quæ sunt contra puras creaturas.q.80. art.5.
40 An expediat quotidie celebrare. quæstio. 80. articulo decimo.
1 ¶Existere per se, & per se separatim existere, quomodo differant.q.2.art.2.ad tertium.
2 Existentia. An de mente D. Tho. nullum sit in Christo esse actualis existentiæ creatum, sed sola existentia increata.q.17.artic 2.
3 An ita sit in veritate, quòd in Christo nulla sit existentia substantialis nisi diuina. ibidem ad Sco. Durand. & Ioan. de Neapoli.
1 ¶Experientia an solum pariat scientiam similium secundum speciem. quæstione 12. articulo primo ad Duran.

F

FICTIO simul cum peccatis commissis post baptismum, per pœnitentiam dicenda est.q.69.artic 2. ad secundum, & tertium.
1 Filium Dei assumpsisse hominem, an debeat concedi. q.4.artic.3.ad secundum.
2 Filiatio est ita suppositi, vt subiecti, quòd non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realiter, an hæc ratio valeat.q.35.artic.5.
3 Filiatio temporalis Christi an sit rationis tantum. ibidem ad Sco.
1 Finito omni posse fieri additionem, qualiter intelligatur.q.7.articu.12.ad primum.
1 ¶Fomes peccati quomodo sit inordinata concupiscentia habitualis.q.27.art.3.
2 An ex hoc,q; fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre, q; fomes est inclinatiuus ad malum, & difficultatiuus in bono. ibidem.
3 Quòd fomes in beata Virgine per diuinam prouidentiam perfectius ligabatur, quam per interiorem sanctificationem, quomodo intelligatur. ibidem.
1 ¶Formæ eiusdem speciei an possint esse simul in eodem subiecto.q.35.art.5.
1 ¶Frustra est, quod caret propria operatione, quomodo debeat intelligi, & an in dicta propositione sit sermo de omni propria operatione alicuius.quæst.9. articu.4.& ad Sco.& Durand.contra literæ conclusionem obijcientes.

G

GRATIA sumitur aliquando, vt comprehendit sub se quemcunque infusum habitum. quæst.2. articu.10.
2 Gratia cuiuslibet singularis personæ an habeat quantitatem alterius rationis à quantitate gratiæ Christi. q. 7.artic.11.
3 Gratia cuiuslibet singularis personæ, an sit velut virtus particularis,& gratia Christi velut virtus vniuersalis. ibidem.
4 Gratia vnionis in Christo duo in se claudit. quæstio.7. artic.13.
5 Multorum dictorum S. Tho. de gratia vnionis ratio. ibidem.
6 Gratia Christi dupliciter dicitur prima. quæstio.8.articulo 1.
7 Gratia viatoris an sit minor gratia comprehensoris, etiam secundum suam quantitatem. quæstio.34. articulo 4.
8 Gratiæ intensior gradus an comprehendatur sub annexis, quæ per deuotionem ministri impetrari possunt recipienti sacramentum.q.64.art.1.
9 Gratiæ habitualis quomodo finis sit vnio personalis. q.7.artic.12.
10 Quare nullus pure viator attingat ad summum gratiæ ex parte gratiæ. ibidem.
11 Dabile est summum possibile in gratia secundū.S.Th. q.7.artic.9.
12 Gratiam habitualem in Christo ponere, an necesse sit,pro eo quòd Christus mediator gratiam in alios redundantem habere debet.q.7.art.1.
13 Christum esse principium vniuersale generis habentium gratiam, intelligitur de principio vniuersali in tali genere non contento. quæstione 7. articulo nono.
14 Gratiam, in nobis efficienter causare Christi actiones, quomodo intelligatur. quæstio.8. articulo 1. ad primum.

H

HABITVS per se infusi, & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsece, & essentialiter.q.9.art.4.ad secundum,& tertium.
1 ¶Hæresim incurri ex verbis inordinate prolatis, quomodo intelligatur.q.16.art.8.
2 Hæresis est Ariana dicere Christum minorem patre. Ibid.
3 Hæresis est dicere, quòd Christus est creatura. Ibidem.
4 Hæresis noua, quæ dicit Christum fuisse conceptū ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis refellitur.q.31.art.5.
5 Cum hæreticis in vocabulis communicare qunmodo prohibitum sit.q.16.art.8.
1 Hypostasis.Homo.1.2.Christus 22.vniri.3.
1 ¶Homo dicitur & est Deus propter vnionem inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, an hæc sit vera.q.2.artic.8.
2 Homo an prædicetur de Deo sicut species de sua hypostasi.q.16 artic.1.ad Sco.
3 Hominem prædicari de Deo ratione relationis, quomodo verificetur q.16.art.4.ad quartum.
4 Homo est factus Deus, an in ista propositione li homo possit supponere simpliciter, & personaliter.quæst.16. art.7.
5 Iste homo factus est Deus, an hæc sit vera: Ibidem.
6 Quare ista dicitur simpliciter vera, Deus factus est homo, ista autem simpliciter falsa, homo factus est Deus. Ibidem.
7 Iste homo ideſt Christus incœpit esse, an hæc debeat simpliciter negari.q.16.art.9.
1 ¶Humanum. Quum dicitur, quòd humanitas natura non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam secundum, quòd denominatur à tali natura,quomodo denominatio sumatur.q.3.art.1.ad tertiū.
2 Humana natura in Christo, an inclinetur ad propriam personalitatem.q.4.art.2.ad tertium.
3 Humanæ dignitatis explicatio.q.4.art.6.
4 Humanitas quū sit in triplici intellectu. s. diuino humano, & angelico,quare S.Tho.probans humanitatē secundum q; est in intellectu diuino aut humano non esse assumptibilem,non meminit humanitatis secūdū esse quod habet in intellectu angelico. ibidem.
1 Honorari, vt causa honoris non est honorari simpliciter, quia li, vt causa honoris est conditio diminuens.q. 25.art.1.
2 ¶Hostia. Sacerdotes.3.

I

1 IAnua cœli per similitudinem dicitur fruitionis diuinæ consecutio. q.49.art.5.Baptismus.16.
1 ¶Ignorantiam inter defectus communes vbi de defectibus corporis agitur computare, quomodo licuerit. q.14 art.4.
1 ¶Imago. Processus D.Tho. quo probat imaginē esse adorandam eadem adoratione qua Christus, quomodo aleat.q.25.art.3.ad Durand.
2 Imagines Dei an sint licitæ, quæst.25.articu.3. ad primum.
1 ¶Incarnari plus significat quàm exprimat,explicat em carnem assumere, vel carnem fieri,significat autem hominem fieri.q.1.art.1.in tit.
2 Quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediate post peccatum, quinque rationes. quæstio.1.artic.5.
3 Incarnatio Christi non debuit fieri in principio mundi, nec in finem mundi differri.q.1.art.6.
4 Incarnationis mysterium quare nomine vnionis significetur.q.1.art.1.in tit.Vniri,& vnio per totum.

5 Incarnationis pluralitatem quare S. Tho. hic non inuestigauerit. Ibidem.
6 Incarnationis possibilitatem sub titulo conuenientiæ tractauit. Ibidem.
7 De incarnatione dupliciter loqui contingit, scilicet dicendo, Deus vniuit se creaturæ, vel dicendo, Deus vniuit creaturam sibi, sed secundus modus, vtpote formalis est melior. eod. art. ad primum.
1 ¶Inesse. In ista maxima, Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue non, vnitur ei in persona, sumitur inesse proprie, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere. q. 2. art. 2.
1 Infernus damnatorum à Sancto Tho. comprehenditur sub inferno damnatorum. q. 52. art. 2.
1 ¶Informandi duplex modus, scilicet in esse intelligibili & concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ, & materiæ ad constitutionem alicuius naturæ. q. 2. articu. 1.
1 Ingratitudo quantificatur ex beneficio. quæst. 88. artic. 1. ad primum.
2 Intellectus creatus an possit simul videre infinita, ita quòd distincte cognoscat quodlibet eorum. q. 10. artic. 3. ad secundum.
2 Intellectus humanus an possit vti scientia infusa non conuertendo se ad phantasmata. q. 11. art. 2.
3 Intellectus angelicus, & animæ separatæ, & hominis beati an possit naturaliter videre existentiam corporis Christi in Eucharistia. q. 76. artic. 7.
4 Intellectus beatus an per actum beatificum videat corpus Christi in Eucharistia. q. 76. art. 7.
5 An corpus Christi secundum esse sacramentale non videatur ab intellectu viatoris, nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iste modus essendi est penitus supernaturalis. q. 76. art. 7.
1 Intelligendi actus quo Deus intelligit, an possit fieri actus intelligendi quo anima Christi formaliter intelligeret. Et si non, an hoc sit quia est alterius naturæ. q. 2. artic. 1. Christus. 30. 31. 32. 33.
1 ¶Intendere dicitur quis aliquid tripliciter, scilicet actualiter, virtualiter, & habitualiter. q. 68. articu. 8. ad tertium.
1 Intentio iocosa ministri an tollat veritatem sacramenti. q. 64. artic. 10. ad secundum.
1 ¶Iram componi ex tristitia, & appetitu vindictæ quomodo intelligatur. q. 15. art. 9.
1 ¶ rregularitas homicidij ex defensione commissi. q. 89. artic. 3.
1 ¶ udæ peccatum an maius fuerit peccato udæorum. q. 47. artic. 6.
1 ¶ udæorum maiores an cognouerint Christum esse messiam. q. 47. artic. 5.
1 ¶ udicium perfectum de re mutabili non potest suauiter dari ante illius consumationem. quæstione 59 articulo 5.
1 udicia diuina extendunt se etiam ad ea, quæ sunt per accidens. q. 59. artic. 5.

L

LOcus vnus altior altero esse in superficie connexa cœli empyrei ad quem sensum dicitur. quæstio. 57. articulo 5.
1 ¶Lunæ dies quotus fuerit quando Christus mortuus est. q. 46. art. 9.
1 ¶Lux maior offuscat minorem, non quo ad substantiam lucis, sed quo ad effectum. quæst. 57. art. 4. ad secundum.

M

1 MAgdalenæ erroneæ visionis rationabilis causa quando Christum æstimauit ortulanum. q. 55. artic. 4. ad secundum.
1 ¶Maiores quando, & quomodo debeant reprehendi. q. 42. artic. 2. udæi. 1.
1 ¶Male dictum esse à Deo quid sit. quæstio. 46. artic. 4. ad tertium.
1 ¶Maria virgo an sit adoranda ratione Christi cui fuit intrinsece coniuncta adoratione latriæ quæst. 25. articulo 5.
2 Maria virgo si sanctificata fuisset ante animationem, an indiguisset redemptione Christi. q. 27. art. 2.
3 Maria virgo non fuit sanctificata ante animationem, ergo post animationem, an valeat consequentia. q. 27 artic. 5.
4 Affirmandum, vt rationi consentaneum est, quòd in propria domo inuenta est in vtero habens. q. 29. artic. 2. ad tertium.
5 Maria virgo an sit vere mater Christi, quia corpus Christi ex ipsa sumptum est. q. 35. art. 5.
1 ¶Mater an aliquo modo actiue cõcurrat ad generationem prolis. q. 32. artic. 4 ad Sco.
1 Materia propria formæ an sit ante aduentũ formæ. q. 6. artic. 4.
1 Medium rei in actibus nostris moralibus dicitur, quia in æqualitate rei ad rem consistit, medium vero rationis dicitur, quia in proportione intraneæ rationis ad operantem consistit. q 48. art. 2.
2 Medium. Natura. 5.
1 Memoriam esse aliquam operationem contingit dupliciter. q. 4. art. 4.
2 Primus actus meritorius tam in angelis, quàm in anima Christi fuit vere actus liber, quamuis ex natura determinatus ad bonum. q. 34. art. 3. Christus. 21. 22.
1 ¶Ministrare sacramenta an angeli possint. quæstio. 64. art. 7.
2 Minister indignus in articulo necessitatis (quo laico licet baptizare) baptizans an excusetur à peccato. q. 64. artic. 6. ad tertium.
3 Minister indignus an excusetur à peccato tam si baptizet cum solennitate, quàm sine solennitate. Ibidem.
4 An huiusmodi administratio sacramenti ab indigno ministro, sit ex suo genere peccatum mortale. Ibidem.
5 Ministri mentalis intentio an exigatur ad perfectionẽ sacramenti. q. 64. art. 8.
6 Ministrum indignum in duobus casibus licet inducere ad exhibitionem sacramenti. q. 64. art. 6.
7 Ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali, an valeat consequentia. q. 64. artic. 5.
1 ¶Miraculum quòd Christus fecit in nuptijs, rationabiliter creditur fuisse primum eius miraculum. quæst. 43. artic. 3.
2 Miracula, quæ in sacra scriptura non continentur an credenda sint. q. 27. art. 6.
3 Miracula, quæ fecit Christus manifestant sufficienter ipsius deitatem. q. 43. artic. 4.
1 Missa mali sacerdotis, an sit tanti meriti quanti est missa boni. q. 82. art 6.
1 Modus substantiæ, & modus quantitatis in litera positi, in quo differant. q. 76. art. 1.
2 Modo substantiæ, an intelligatur id quod communiter dicitur esse indiuisibiliter. Ibidem.
1 Motus in imaginem quatenus imago est, an sit idem cum motu in rem ipsam. q. 25. art. 3.
1 Motus duplex quo instrumentũ potest moueri, s. simplex, & virtuosus q. 62. art. 4.
1 ¶Mutatio omnis species quædam mortis est. quæst. 54. artic. 3.

N

1 NAtiuitas, quum dicitur, quòd natiuitas attribuitur personæ, vt subiecto nascenti, intelligitur de subiecto denominationis. q. 35. art. 1.
2 Natiuitas Christi non debuit manifestari omnibus, ne meritum fidei minueretur. q. 26. artic. 2.
1 Natura omnis composita ex materia, & forma, in se est communicabilis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi constet ex tota sua materia. quæst. 2. artic. 1.
2 Natura an sicut est determinata an vnum effectum, ita sit determinata ad vnum modum producendi illum. q. 28. artic. 1.
3 Naturæ ordine existente secundũ quodlibet genus causæ, cur Diuus Thomas ordinem naturæ duobus eorũ appropriat. q. 6. art. 5.
4 Naturæ ordinem ex parte materiæ in mysterio incarnationis cur Diuus Thomas pertransierit. Ibidem.
5 Cur Diuus Thomas in hoc mysterio medij secundum naturæ ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis in corpore. articu. 5. q6. 6. non meminerit, quum

quum tamen de illo in responsione ad primum tractauerit.

6 Naturalis virtus non potest transmutare ad certã formam nisi determinatam materiam. quæst.28. art. 1. ad ad quintum.

1 ¶Nomen ab aliqua forma impositum nunquàm pluraliter dicitur nisi propter pluralitatem suppositorum.q. 3.artic.7.ad secundum.

2 Nominis alicuius trium personarum omissio tollit veritatem baptismi.q.66.art.6.

3 Nominum passiones secundum modum signandi non pro ratione, sed pro manifestatione differetię inter naturam & personam Dei secundum rationem,an conuenienter allatæ sint.q. 2.art.2. ad secundum.

4 Nominum mutatio quo ad signatum in sacramentorũ formis an tollat veritatem sacramenti , ita quòd in solis nominibus, quæ sunt in communi vsu perficiatur sacramentum, q.66.art. 5.ad septimum.

5 Nomina multiplicia ad vnum, in vno, vel ab vno,abusiue vocantur analoga.q.60.artic.1.

O

OFFENSA an directe opponatur gratiæ.quæst.86. artic 2.

1 ¶Ordines tres de facto in vniuerso inueniuntur,scilicet ordo naturæ, ordo gratiæ, & ordo Dei, & creaturæ simul. quæstione prima articulo 2.in responsione ad dubia in cor.

2 Ordo necessarius simpliciter est ad salutem ecclesiæ , loquendo de ecclesia simpliciter, & absolute. quæst.65. articu.4.

1 ¶Oratio sicut, & voluntas distinguitur in simpliciter, vel secundum quid.q.21 artic.4.

1 ¶Originale, & actuale peccatum in quo differant. q.1. artic.4.

P

PANIS assus. Eucharistiæ.5.

Paruuli in maternis vteris periclitantes,an possint per sacramentum baptismi in voto parentum susceptũ saluari.q.68.art.11.

1 Pati est communius quàm dolere. quæst.46. articu.6. ad Sco.

1 ¶Passionis Christi necessitas an conuenienter quæratur antequàm de eius possibilitate sit quæsitum. quæst. 46.artic.2.

2 Liberationis humanæ modus per Christi passionem conuenientior fuit , quàm per solam Dei voluntatem. q.46.artic.3.

3 Circa passionis Christi effectum tria notabilia.quęstio. 49.art.5.

4 Passioni,&morti tradere inuitum innocentem,est impium , & crudele absolute loquendo,non autem in ordine ad Deum, cuius sunt vita, & mors.quæst. 47. art. 3.ad primum.

4 Passiones sanctorum an ecclesiæ proficiant per modũ redemptionis.q.48.artic.5.ad tertium.

6 Passionum Christi generalis quædam explicatio. q.46. artic.5.

7 Passionum generalitatem ad literam quare Christus susceperit.articulo quinto. quæstione 46. Ratio superior 1.

9 Quomodo hæc Chrysosto. verba intelligantur , sed etsi absque morte corpus alicubi deposuisset, &c. q.46. artic.3.

1 Pasta. Eucharistia.5.

1 ¶Pater vnica paternitate an referatur ad plures filios. q.35.artic.5.

2 Patres sancti in limbo cum quiete, & immunitate pœna sensus habebant dolorem ex spe dilata. quæst. 52.artic.5.ad primum.

1 ¶Paulus ita se obligatum omnibus Christi beneficijs ajebat, vt non solum vna cum alijs, sed etiam ipse teneretur pro omnibus. quæst.1. art.4. ad tertium.Christus.18.

1 Paupertas per se voluntaria, quæ sit. quæst.40. artic.3. ad primum.

1 ¶Peccans secundo an ex hoc ipso grauius peccet, quàm prius peccauerit. quæstione 88. articulo primo ad primum.

2 Peccata dimitti sine fide passionis Christi explicite, vel implicite, impossibile est potentia ordinata. quæst. 49. artic. 1.

3 Peccatum veniale an opponatur feruori charitatis. q. 87.artic.1.ad tertium.

4 Peccata venialia an remittantur quandocunque gratia infunditur.q.87.art.2.

1 Pœnitentia an sit de iure naturali quo ad dolorem, & doloris remedium, & aliquid signum doloris. quæst. 84.articu.7.

2 Pœnitentia virtus an sit vere, & proprie vna specialis virtus distincta à ceteris virtutibus. quæst. 85. articulo 2.

3 Pœnitentia an sit virtus acquisita. quæstione 85. articulo 6.

4 Pœnitentiæ sacramentum an habeat materiam ex qua constituatur. quæstio.84.& articulo primo,& secundo, ad Sco.

5 Pœnitentiæ sacramenti res an sit intentior pœnitentia, an ornatus aliquis. Ibidem.

6 An totum sacramentum pœnitentiæ,compositum,s. ex materia,& forma,causent remissionem peccatorum ratione vtriusque partis.Ibidem.

7 Pœnitentiæ actus an contineatur sub commutatiua iustitia, & an sistat in commutatiua iustitia , & an reddat æquale simpliciter, vel secundum acceptationem Dei tantum.q.85.art.3.

8 An remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ , vt est actus virtuosus.q.86.artic.6.

9 Pœnitentiæ sacramenti partes an sit contritio, confessio, & satisfactio ad Durand. q 90.art.1.

10 Pœnitentiæ sacramentum sine satisfactione an sit verum sacramentum.q.90.art.2.

1 Persona Quomodo verificetur , q persona diuina impedierit naturam humanam à propria personalitate. q.4.art.2.ad tertium.

2 An sola persona diuina possit propter suam infinitatem subsistere in duabus naturis. quæstio.3. artic.1. ad secundum.

3 Persona diuina non solum est infinita in essendo , & terminando ratione diuinæ naturæ , sed est etiam infinita in terminando ratione suæ personalitatis.quæst.3. artic.7.

4 Persona seu hypostasis quid addat supra naturam singularem. quæstio.4.articulo 7.ad secundum. ad Sco. & Aureolum.

5 Personæ incommunicabilitas an conuenienter assignetur per hoc quod est non posse prędicari de pluribus quęst.3.art.1.

6 Personæ quatuor attribuuntur, scilicet extrinseca, accidentia inhærentia, partes & essentia ipsa etiam singularis.q.2.art.2.in secunda parte Cor.

7 Personam aliquam fieri hominem quare non importat mutationem in subiecto acquirente naturam humanam, cum tamen fieri hominem absolute importet mutationem in subiecto acquirente naturam humanã. q.16.art.6 ad secundum.

8 Personalitatibus trium personarum per intellectum circumscriptis an remaneat in intellectu vna personalitas Dei. quæstione tertia. articulo tertio. ad secundum.

1 Possibile, vel impossibile in ecclesiasticis mysterijs, & naturalibus, attenditur secundum potentiam ordinariam.q.75.artic.2.

2 Potens in vnum, & non in amplius, habere potestatẽ limitatam ad vnum, quomodo intelligatur.quęstio.3. artic.7.

3 Potentia distinguitur in natutalem , & obedientiam. q.1.artic.3.ad tertium.

1 ¶Predestinatio est ratio ordinis electorum in vitã æternam.q.24.art.1.

2 Prædestinatio , vt respicit predestinata , præsupponit præscientiam futurorum , non prædestinatorum, sed eorum, quæ præsupponuntur , vel ordinantur prædestinationem.quæstione prima articulo 2.ad quartum.

3 Prædestinationis effectus duplices. q.1.art.3. inresponsione ad dubia.

4 Prædestinatlonis prophetia quomodo intelligatur compleri sine nostro arbitrio causante. quæstio. 30. articu.1.

1 ¶Prædicator verbi Dei, quæ debeat cauere. quæstio. 40. artic. 3.

2 Prædicandi actus est de numero actuum consecratorum. q.64. artic. 6. ad primum.

1 ¶Productio. Naturalis modus productionis alicuius diuersus penes hoc quod est produci in corpore, vel extra, & ante corpus, arguit diuersitatem naturæ rei productæ. q.6. artic.3.

1 ¶Propheta. Ad prophetæ rationem requiritur, quòd cognoscat ea, quæ sunt procul ab his cum quibus ipse est q.7. artic.4.

1 ¶Propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum an possit fieri vera per additam reduplicationem, vel determinationem non tollentem illam repugnantiam. quæst.16. art.10.

Q

Q Votidie. Eucharistia. vltimo.

R

RATIO superior animæ Christi in eius passione an pateretur ex parte obiecti. quæstione 46. articulo septimo.

1 ¶Reddere. Licet ad Deos. & parentes non possit reddi æquiualens creatura, potest tamen reddi æquiualens à diuina persona incarnata. quæstio 1. artic 2. ad tertium.

1 ¶Reducens aliquid de potentia in actum, an hæc propositio sit vera tam in causis principalibus etiã in actu instrumentalibus. quæst.9. artic.2.

1 Regi. Quum dicitur inferiora regi per superiora, intelligendum est per superiora non secundum quid, sed simpliciter & absolute. quæstio. 59. articulo 6. Superiora. 1.

1 ¶Remissio. An aliqua culpa à Deo remittatur sine gratia. quæst. 87.

2 Remisso peccato mortali, remanere inordinatam conuersionem ad commutabile bonum, quomodo intelligatur. quæstio. 85. artic.4. ad primum.

3 An ad remissionem peccati mortali. requiratur, vt homo actualiter singula mortalia detestetur. quæstio. 87. articu. 1.

4 An ad remissionem peccati mortalis displicentia virtualis sufficiat. Ibidem.

1 Relatio realis tria requirit, scilicet causam, subiectum, & terminum. quæstio. 35. art. 5. Vnio 13.14.

1 Resurgentes cum Christo an ad vitam pœnitus immortalem surrexerunt. q. 53. art. 3.

S

SACERDOTI an liceat totaliter à celebratione missæ abstinere. q. 82. art. 10.

2 An peccatum huiusmodi omissionis sit peccatum mortale. Ibidem.

3 An plures sacerdotes eandem hostiam consecrare possint. q. 82. articu. 2.

4 An sacerdotes noui Episcopo eos ordinanti, concelebrent dicendo simul cum ipso verba consecrationis. q. 82. artic. 2.

1 Sacramentum an sit vere & secundum rem causa instrumentaliter agens ad gratiam. quæstione 62. articulo 1.

1 Sacramentum causare in instanti non inconuenit, nec Deum agere in tempore. q. 62. art. 1.

3 Sacramentalis virtus inexistens verbis sacramentalibus quid sit. q. 78. art. 4.

4 Sacramentum imprimere characterem ex sacra scriptura non habetur, sed ex ecclesiæ authoritate non multũ antiqua. q. 63. artic. 1.

5 Sacramentum perfici vbi sanctificatio perficitur, quomodo intelligatur. q. 66. art. 1.

6 Sacramentum an perficiatur solum nominibus, quæ sunt in communi vsu. quæstione 66. articulo 5. ad septimum.

7 Sacramentum recipiens cum peccato mortali, vel quia eius conscientiam non habet, vel quia non perfecte cõtritus, quando consequatur gratiam in remissionem peccatorum, ita quòd virtute sacramenti fiat de attrito contritus. q 72. art. 7.

8 Sacramenta nouæ legis possunt considerari, vt causæ, & vt signa. q. 80. artic. 12.

9 Sacramentorum principalis effectus, est gratia distincta contra characterem. q. 62. art. 1.

10 Sacramentalis gratia distinguitur specie à gratia virtutum, & donorum. q. 62. art. 2.

11 Conditio requisita ad sacramenta, non sufficit, q̃ sit secundum habitum, sed oportet, quòd sit secundũ virtutem. q. 64. artic. 8.

12 Sacramentorum formæ licet in antiquis iuribus non inueniantur omnes expressæ, in concilio tamen Florentino sub Eugen. 4. omnes expressæ sunt. quæstio. 72. articu. 4.

13 Sacramentis nouæ legis inest quædam virtus superaddita, quæ quidem virtus nihil aliud est, quam motus quo instrumentum mouetur à principali agente. quæst. 62. artic. 4.

14 In sacramentis res, & verba coeunt in vnum signum, quia velut materia, & forma constituunt vnum sacramentum, quod non nisi vnum signum est. quæstio. 60. artic. 6. ad secundum.

15 Ad sacramenti perfectionem non requiritur de necessitate sacramenti eius formam constitui ex communioribus verbis in aliqua lingua, sed tantum de necessitate præcepti ecclesiæ. q. 60. art. 7.

16 In sacramentis prolatio verborum corrupta non impedit formam sacramentorum. Ibidem ad tertium.

17 In sacramentis non debet esse tanta interruptio in forma verborum, quòd continuitas orationis soluatur. q. 60. artic. 8.

18 Sacramentis an filij innocẽtiæ indiguissent. q. 61. artic. 2.

1 ¶Sacrificium offerri per modum satisfactionis quare dicatur, & effectum eius proprium esse quod ex vi ipsius quatenus satisfactorium est, sit. q. 22. articu. 4. ad secundum.

2 Sacrificium Christi sumitur dupliciter, scilicet secundum se, & secundum suum morale sacrificium, ea. q. artic. 6.

3 Sacrificium Leuit. 12. præceptum vtrum offeretur pro matre an pro filio. q. 38. artic. 3.

1 ¶Sanguis qui erat in corpore Christi an esset diuinitati vnitus. quæst. artic. 2.

2 Sanguis Christi effusus in passione, an totus resurrexit cum eod. quæst. 54. artic 3.

3 Sanguis aliquando miraculose in calice apparens, qua adoratione sit adorandus. q. 76. art. 8.

4 Sanguinem totum resumere an fuerit necesse Christo resurgenti. quæst. 54. art. 3.

1 ¶Sanctificatio potest sumi dupliciter. quæstione 27. articulo 2.

2 Sanctificatio beatę Virginis in vtero matris, an habeatur ex sacra scriptura. q. 27. art. 6.

3 Sanctificatio, quę fit per sacerdotium Christi est perpetua, re consecrata manente. q. 63. art. 5.

4 Sanctificata si fuisset beata Virgo ante animationem, an incurrisset peccatum originale. quęstione 27. articulo 2.

1 Satisfacere pro peccato non potuit purus homo sufficienter adæquando culpam commissam, formaliter loquendo de puro homine, & vt dicitur non solum per exclusionem coniunctionis cum diuino supposito, sed ẽt per exclusionem diuinę misericordiæ gratificantis. Ad Sco. q. 1. art. 2. ad secundum.

2 Satisfacere an possit vnus pro alio, & non conteri aut confiteri, quia satisfactio est actus exterior q. 48. arti. 2.

2 Satisfaciendi impossibilitatem causat infinitas offensę in puro homine, formaliter loquendo de puro homine. q. 1. artic. 2. ad secundum fo. 2. ad Sco.

4 Satisfactio Christi est perfecta, & condigna secundum equalitatem ad culpã commissam. q. 1. art. 2. ad secũdũ.

5 Omnis

5 Omnis alia satisfactio efficaciam habet ex satisfactione Christi ex duplici capite, primo quia Christus causat charitatem, & gratiam in nobis, qua nostra satisfactio acceptatur, secundo quia omnis satisfactio nostra innititur perfectæ satisfactioni Christi. q.1. articu.2. ad secundum.

6 Satisfactio sacramentalis ex hoc ipso, quòd est pars sacramenti auget gratiam. q.90. art. 1. ad secundum.

7 ¶Sepulchri Christi in petra excisio ad quid spectet. q. 51. artic. 2.

1 ¶Sexus. An valeat iste processus, distinctio sexus est à natura propter diuersam operationem ad generationē opportunam, ergo est penes diuersitatem agentis, & patientis, ergo tota virtus actiua est ex parte maris, passiua vero ex parte fœminæ q.32.art.4.

1 ¶Siligo. Eucharistia. 5.

1 ¶Similitudo inter effectū, & causam quomodo in tertia conclusione litteræ saluetur. q. 50. art. 6.

2 Similitudines proprias, vel poetarum tanquàm simulachra spiritualium interpretari, scribere aut prædicare præsumptuosum est. q.60. artic. 5. ad secundum.

3 Similitudo in litera assignata inter sensitiuum in homine, & bruto, & humanam naturam in propria, & aliena persona, quomodo intelligatur. q. 2. articulo 2. ad secundum.

1 Socrates nihil scripsit sub nomine proprio. q.42. artic. 3. fol. 92. Christus. 27.

1 ¶Spelta. Eucharistia. 5.

1 ¶Spiritussanctus, an recte inferatur esse effector filiorum Dei, quia efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ est clamare, Abba pater. q.23. art. 1.

1 Status. Aliud est hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem. q.5. artic. 5. ad primum. & tertium.

2 Quòd in statu innocentiæ superiora nullo dependebāt ab inferioribus, intelligitur de statu innocentiæ, vt fuit in Adam. q.61 art.2. Reg.1.

1 Subsistere in diuinis formaliter loquēdo est magis personale quàm essentiale. q.3. art.2.

1 ¶ Substantia indiuidualis secundum materiam signatā quantitate percipitur à cogitatiua. q.76. art.7.

2 Substantia indiuidualis, vt habet modum essendi puræ substantiæ percipitur à solo intellectu. Ibidem.

1 ¶Suppositum. Illud quod suppositum dicitur addere supra naturam, an oporteat esse ens reale quæst. 2. artic. 2.

2 Quod suppositum addit supra naturam an oportet esse intrinsecum supposito. q.2. art. 2.

3 Quid sit illud quod suppositum addit intrinsecum sibi supra hanc suam naturam. Ibidem.

4 Suppositum dicitur quia supponitur vniuersis, quæ in aliquo sunt, eorum prædicationem recipiendo. q.2. art.3. in tit.

T

TRADVCTIO. De qua traductione loquatur Euangelista, quum, dicit beatum Ioseph noluisse beatam Virginem traducere. quæstione. 23. articulo. 2. ad tertium.

1 ¶Tentatio Christi fuit virtuosa contra nostras tētationes. q.41. art. 1.

2 Tentatio omnis ab intrinseco an sit peccatum. q.41. artic. 1. ad tertium.

3 Tentationum ordinis conueniens ratio in litera ponitur, ea. q. artic. 4.

4 An Christus si miraculum fecisset conuertendo lapidem in panem à se edendum, peccasset, eod. articu. ad primum.

5 Tentationes vincendi modus est recursus ad sacras scripturas, & exempla sanctorum. q.41. art. 1.

6 Tentationum Christi ordinem explicat Matthæus secundum tempus. q.41. art.4. ad quintum.

7 Tentatus quare fuerit Christus a diabolo. quæst. 41. artic. 4.

1 ¶Timor. Motus appetitus sensitiui ex malo futuro apprehenso, abstrahendo à certo, vel incerto, an sit vere timor. q.15. art.7.

V

1 VErbum Dei assumpsisse humanam naturam in athomo, dupliciter exponitur. quæst. 2. artic. 5. ad secundum.

1 ¶Virginitati mentali non præiudicat consensus in copulam coniugalem, quia in copula coniugali non continetur copula carnalis nisi in potentia. quæstio. 29. articu. 1.

1 ¶Virtus heroica non differt specie à virtute communiter dicta q.7. art.2. ad secundum.

2 Virtus attribuitur capiti humano respectu virium, & motuum reliquorum membrorum non tanquam primo inter membra principio, sed tanquam cum principio primi similiter membri, quod est cor. quæst. 8. artico. 1.

3 Virtutis perfectio an regulariter tollat fomitem. q.15. artic. 2.

4 A virtute operatiua virtutem deitatis non esse comprehensam ab humanitate Christi, an bene declaretur. q. 10. artic. 1.

5 Virtus. Sacramentum. 3.

1 ¶Visio Dei est soli Deo simpliciter naturalis. quæstio. 9. art. 2. ad tertium.

1 ¶Vnctio extrema quomodo præparet ad eucharistiam. quæst. 65. arti. 3.

1 ¶Vnio incarnationis quare est in persona, & non in natura. q.2. art.2. ad primum.

2 Vniri Deo in persona nec conueniens est, nec inconueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ, quoniam neutram partem sibi creatura vendicat. q. 1. articu. 1. ad secundum.

3 Vniri alicui in hypostasi, & vniri secundum hypostasim, quomodo differant. quæstione. 2. articulo. 6. ad tertium.

4 Vnio diuiditur in vnionem in persona, & vnionem in natura. q.2. artic. 2. ad tertium.

5 Quod vnio sit secundum esse substantiale verbi, vt est personæ, quomodo intelligatur. quæst. 2. articu. 6. ad primum, & secundum.

6 Vnio humanæ naturæ ad verbum formaliter loquendo non est per vnionem instrumenti diffinienda. quæst. 2. artic. 6. ad quartum.

7 Vnio. Homo. 1.

8 Vnio dicitur in facto esse, & assumptio in fieri, an hæc differentia sit ex parte rei posita. quæstione. 2. artic. 8.

9 Vnio incarnationis an sit maxima post vnionem diuinę Trinitatis. q.2. artic. 9.

10 Vnio ad Deum secundum esse personale est maior, & perfectior quàm secundum operationem, an sit vera propositio. quæstione quarta articulo secundo ad secundum.

11 Vnionis misterium quare incarnationis nomine significetur. quæst. 1. artic. 1. in tit.

12 Vnionis distinctio quantum ad relationem quam significat, vel quantum ad coniunctionem quam consequitur. Et an dicta coniunctio sit quid creatum. quæst. 2. articu. 7.

13 Vnionis & assumptionis differentia an sit realis, vel rationis tantum. q. 2. artic. 8.

14 Vnionis relatio an sit relatio æquiparantiæ. quæst. 2. articu. 8.

15 Vnionis, & assumptionis prima differentia in litera posita (scilicet quòd vnio significat formaliter resolutionem, assumptio actionem, vel passionem) qualiter intelligatur. quæstione secunda. articulo octauo.

16 Vnionis in Christo gratia an sit prior ordine executionis, & intentionis gratia habituali seu summa gratia, & gloria in eodem. q.34. artic. 1.

17 Nulla operatio illius hominis qui est Christus, potuit præcedere vnionem. q.2. art.11.

18 Vnionis gratia quare est excellentius, & permanentius donum quàm gratia operationis. q. 50. art. 2.

19 Vnioni incarnationis nihil tam simile inuenitur, vt est vnio animæ intellectualis ad corpus. quæstio. 2. articulo sexto. ad primum, & secundum. Athanasius. 1.

20 Vnionem naturę humanæ in persona verbi Dei negare, est negare humanam naturam ineſſe verbo Dei, quod est negare incarnationem, quæstione 2. articulo 2.

21 Vnionem animę & corporis in Christo non constituitur noua persona, sed ad præexistentem personam Dei composita natura singularis ex anima, & corpore adiuncta est, q. 2. ar. 5. ad primum.

1 ¶Volitum. Quadruplex distinctio: prima inter volitū, & volibile, secunda inter magis, & prius natura volitum, tertia inter prius natura, vel a quo non conuertitur consequentia vel prius causalitate, quarta inter prius natura volitum (prout prius est a quo non conuertitur consequentia) de facto, vel possibili, quæst. 1. articulo 3.

2 Voluntatis actus per modum naturæ, distinctus cōtra actum voluntatis per modum rationis cōtrarium eligentis, nihil aliud est, quàm velleitas, quæstione 18. articulo 5.

3 Voluntatis actualis immutatio, an ad omnem remissionem peccatorum actualium requiratur, quæst. 86. articu. 2. ad primum.

1 Votum. Quòd frustra esset votum nisi impleretur quādo oportunitas adesset, quomodo intelligatur, quæst. 80. articulo 11.

2 ¶Vua. Eucharistia. 5.

FINIS.

CONTENTORVM COMMENTARIIS TERTIAE PARTIS ORDINARIA ANNOTATIO.

DIVISIO operis in Prologo.

PLVS significat incarnari, quàm exprimat, explicat enim carnem assumere vel carnem fieri significat autem hominem fieri, quæs. 1. articu. 1.

¶ Quare vnionis misterium nomine incarnationis significetur, ibidem.

¶ Conueniens claudit in se possibile, & addit super illud, ibidem.

¶ Diuus Thomas non inuestigauit hic possibilitatem incarnationis, & quia nulla scientia probat suum subiectum, & quia sub titulo conuenientiæ satisfecit etiam materiæ de possibilitate. Nec tamen dissonat hic a seipso in 2. Sentē. a possibilitate inchoante, quia ibi non erat doctrinæ ordinator, ibid.

¶ Aliud est loqui de ratione boni, & loqui de ratione talis boni, eo. ar. Cor.

¶ Communicare se alijs importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur, ibid.

¶ Communicare seipsum, pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, sed communiter & indeterminate ad vtrumque modum., ibidem.

¶ Tribus modis pluſquàm generatione diuersis, Deus intelligi potest communicare seipsum creaturæ primo quasi naturaliter, secundo supernaturaliter, tertio eleuando creaturam ad suam propriam personalitatem, ibidem.

¶ Dupliciter & catholice contingit loqui de incarnatione, scilicet dicendo, Deus vniuit se creaturæ, vel de Deo, Deus vniuit creaturam sibi, sed secundus modus vt potē formalis est melior eo. ar. 1. ad primum.

¶ Vniri Deo in persona, nec conueniens, nec inconueniens est carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ, quoniam neutram partem sibi creatura vendicat, eo. ar. 1. ad secundum.

¶ Purus homo non potuit sufficienter, adæquādo culpam commissam satisfacere pro peccato, formaliter loquendo de puro homine, s. vt dicitur nō solum per exclusionem cōiunctionis cum diuino suppposito, sed etiam per exclusionem diuinæ misericordiæ gratificantis. Ad Scō. ar. 2. ad primum.

¶ Infinitas offensæ causat impossibilitatē satisfaciendi simpliciter, in puro homine, formaliter loquendo de puro homine, ibidem, ad Sco.

¶ Satisfactio Christi est perfecta & condigna secundum æqualitatem ad culpam cōmissam, quum siquidem actiones Christi humanæ possint considerari, vt sunt res quędam creatæ, ac perinde finitæ, vt ægrediuntur, ac exercentur a diuino suppposito, secundo modo sunt in infinita entia personaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti seu satisfactionis, ibid. ad Durandum.

¶ Licet ad Deos, & parentes non possit reddi æquiualens a creatura, potest non reddi a diuina persona incarnata, ibidem.

¶ Charitas in Christo satisfaciente se tenet ex parte Dei, non vt cui satisfaciendum est, sed vt satisfactor est, ibidem.

¶ Omnis alia satisfactio efficax est participatiuè ex satisfactione Christi, ex duplici capite, primo qa Christus causat charitatē, & gratiam in nobis, qua satisfactio nostra acceptatur, secundo, quia omnis nostra satisfactio innitur perfectæ satisfactioni Christi pro peccatis totius mundi, ibidem.

¶ Distinctio potentiæ in naturalem, & obedientialem, art. 3. ad primum.

¶ Hæc propositio, Prædestinatio præsupponit præscietiam futurorum, intelligitur sic, prædestinatio vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum, non prædestinatorum, sed eorum quæ præsupponuntur vel ordinantur per prædestinationem, eodem articulo, ad quartum.

¶ Quomodo ista propositio sit ad propositum solutionis argumenti, prędestinationem Christi necessariam absq; peccato arguentis, ibid.

¶ Duplices effectus prædestinationis, ibid.

¶ Tres de facto in vniuerso inueniuntur ordines, s. ordo naturæ, ordo gratiæ, & ordo Dei, & creaturæ simul, ibidem.

¶ Ad Sco. probantem ꝙ incarnatio etiam sine peccato fuisset, ibidem.

¶ Quadruplex distinctio, prima inter volitum, & volibile, secūda inter magis & prius natura volitum, tertia inter prius natura vel a quo non conuertitur cōsequentia, vel prius causalitate, quarta inter prius natura volitū, prout prius est a quo non conuertitur consequentia de facto, vel possibili, ibidem.

¶ Quomodo intelligatur, Christum deleuisse omnia peccata mundi, ar. 4.

¶ Quomodo intelligatur peccatū originale per se loquendo esse maius extensiue, quàm actuale, ibid.
Christus principalius venit absoluere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius personæ, est simpliciter, & absolute conclusio responsiua quæsito literæ, ibid.

¶ Quomodo hæc Chrysost. verba intelliguntur, sed & qui pro omnibus se solum iudicaret obnoxium, eōd. art. ad tertium.

¶ Quinque rationes quare non fuerit conueniens Deū incarnari immediatè post peccatum, ar. 5.

¶ Duplex motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum, propter quorum primum nō decuit Deum incarnari in principio mundi, nec incarnationem differri in finem mundi propter secundum, ar. 6.

DVPLICITER potest intelligi aliquid conuerti in aliud, scilicet per transubstantiationem, & per trāsmutationem, q. 2. art. 1, c. 5.

¶ Duplex modus informandi, scilicet in esse intelligibili, & concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad constitutionem alicuius naturæ, ibid.

¶ Omnis natura composita ex materia, & forma, in se est communicabilis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi constet ex tota sua materia, ibid.

¶ Similitudo Athanasij, sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, &c. intelligitur quantum ad vnitatē suppositi, eod. art. ad secundum.

¶ Distingui secundum rem contingit dupliciter, primo sicut duæ res, quarum vna nihil est alterius, secūdo sic, ut vna res includat totam aliam, & superaddat ei aliquid aliud, art. 2. Cor.

¶ An differentia posita in litera inter suppositum, & naturam, habeat locum in angelis, ibid.

¶ An illud, ꝙ suppositum dicitur addere supra naturam, oporteat esse ens reale, ibid.

¶ An illud quod suppositum addit supra naturā, oporteat esse intrinsecum suppposito, ibid.

¶ Quid sit illud quod suppositum creatum addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam, ibid.

¶ Quomodo verificetur, ꝙ in Deo nihil inuenitur præter rationem suæ speciei, ibid.

¶ In ista maxima, Omne quod inest alicui personæ siue pertineat ad naturam illius siue non, vnitur ei in persona, sumitur inesse personæ propriè, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere, ibid.

¶ An passiones nominum secundum modos significandi, conuenienter non pro ratione, sed pro manifestatione differentiæ inter naturam, & personam Dei secundum rationem, in litera afferantur, eodem articulo, ad primum.

¶ Quo-

¶ Quomodo intelligatur similitudo in litera assignata inter sensitiuũ in homine & bruto, & humanam naturã in propria, & aliena persona, eodem, articu. ad secundum.
¶ Distinctio inter per se existere, & per se separatim existere, eod.art.ad tertium.
¶ An distinctio vnionis in vnionem in persona, aut in natura, sit sufficiens. Ibidem.
¶ Suppositum dicitur, quia supponitur vniuersis, quæ in aliquo sunt, eorum prædicationem recipiendo. articu. 3.in titu.
¶ An conuenienter persona Christi distinguatur secundũ id quod in se est, & secundum rationem hipostasis. articu.4.
¶ An in persona Christi sint duæ rationes subsistendi in duabus naturis, & vnum subsistens duobus. Ibidem,
¶ An sit simpliciter, & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Ibidem.
¶ Ratio compositionis imperfectionem componentium formaliter importat. Ibidem.
¶ Multiplex genus compositionis. ibidem.
¶ Ex vnione animæ, & corporis in Christo non constituitur noua persona, sed ad præexistentem personam Dei composita natura singulariter ex anima, & corpore adiuncta est. arti.5.ad primum.
¶ Verbum Dama. Assumpsit naturam humanam in athomo, dupliciter exponitur. eodem, articulo ad secundum.
¶ Si Christus naturali generatione aliquem produxisset, puruæ hominem produxisset. Ibidem.
¶ Nihil in rebus creatis inuenitur vnioni incarnationis tãsimile vt est vnio animæ intellectiuæ ad corpus, arti 6. ad primum, & secundum.
¶ Et quomodo hæc vnio sit secundum esse substantiale verbi, non vt est naturæ, sed vt est personæ. Ibidem.
¶ Quid intersit inter vniri alicui in hipostasi, & vniri secundum hipostasim, eod.ar.ad tertium.
¶ Vnio naturæ humanæ ad verbum non est formaliter loquendo per vnionem instrumenti definienda, eod.art. ad quartum.
¶ Distinctio de vnione, vel quantum ad relationem quã significat, vel quantum ad coniunctionem quam consequitur. Et an dicta coniunctio sit quid creatum. articu.7.
¶ An hæc sit vera, Homo dicitur & est Deus propter vnionem, inquantum terminatur ad hipostasim diuinam, eo.artic. ad tertium.
¶ An prima differentia inter vnionem, & assumptionem posita in litera sit vera, scilicet quòd vnio significat formaliter relationem, assumptio actionem, vel passionem.articu.8.
¶ Secunda differentia, scilicet quòd assumptio dicitur, vt in fieri, vnio autem sicut in facto esse, ex parte rei posita est Ibidem.
¶ An relatio vnionis sit relatio æquiparantiæ. Ibidem.
¶ Qualis sit differentia inter vnionem, & assumptionem. an rationis tantum, an etiam realis. Ibidem.
¶ Quid sit proprius terminus assumptionis, absolutum ne aliquod, an relatiuum. Ibidem ad Sco.
¶ An distinctio in litera posita, scilicet cõiunctionem posse accipi ex parte extremorum, vel ex parte termini, sit sufficiens.arti.9.
¶ An vnio incarnationis sit maxima post vnionem diuinæ Trinitatis. Ibidem ad Duran.
¶ Natura humana Christi se habet ad personam filij Dei, sicut se habet natura Sortis ad personam Sortis, artic. decimo.
¶ Gratia aliquando sumitur, vt comprehendit sub se quẽcunq; infusum habitum. Ibidem.
¶ Duplex acceptio coniunctionis humanæ naturæ cum persona filij Dei. bidem.
¶ Nulla operatio illius hominis, qui est Christus potuit præcedere vnionem. art.1.
AN incommunicabilitas personę conuenienter assignetur per hoc quod est non posse prædicari de pluribus. q.3.artic.1.ad secundum.
¶ An sola diuina persona possit subsistere in duabus naturis propter suam infinitatem. Ibidem ad Sco.
¶ Quomodo sumatur denominatio, quum dicitur quòd natura humana non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam secundum quòd denominatur à tali natura, eod.art.ad tertium.
¶ An personæ diuinæ conueniat primo ratione essentæ diuinæ assumere terminatiue.art.2.
¶ In Deo inuenitur duplici modo subsistens, & habens naturam, scilicet communiter, & incommunicabiliter. Ibidem.
¶ Subsistere in diuinis formaliter loquendo, est magis personale quàm essentiale. Ibidem.
¶ Dilucidatio duplicis abstractionis, scilicet ex parte rei, & ex parte intellectus.art.3.
¶ An abstractis per intellectum diuinis personalitatibus, possit intelligi natura diuina assumere. Ibidem.
¶ An circumscriptis per intellectum diuinis personalitatibus trium personarũ, remaneret in intellectu vna personalitas Dei, eod.artic.ad secundum.
¶ Quid intelligatur nomine abstractionis per modum resolutionis.eod.art.ad tertium.
¶ An sit possibile diuinis personis, vt duæ vel tres assumãt vnam naturam humanam.art. 6.ad Sco.
¶ An recte in litera exponatur authoritas Anselmi scilicet plures personæ non possunt assumere vnum, & eundẽ hominem. Ibidem ad Durand.
¶ Quomodo intelligatur hæc proposito, Quod potest in vnum, & non amplius, habet potentiam limitatam ad vnum.articu.7.
¶ Persona diuina non solum est infinita in essendo, & causando ratione naturæ diuinæ, sed est etiam infinita in terminando ratione suæ personalitatis. Ibidem.
¶ Nunquam nomen ab aliqua forma impositum, pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Ad Sco. eod.artic.ad secundum.
AN hæc consequentia valeat, Assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem, ergo secundum congruentiam.q.4.ar.1.
¶ Quomodo intelligenda sit hæc propositio, Creaturę denominantur aliqualesex eo quod conuenit eis secundũ proprias causas, non autem ex eo, quod conuenit illis secundum primas, & vniuersales causas. Ibidem.
¶ Quopacto intelligatur, quòd in angelis deficit necessitas reparationis. Ibidem.
¶ An hæc propositio sit vera, Maior & perfectior est vnio ad Deum secundum esse personale, quàm quæ est secũdum operationem, eod.artic.ad secundum.
¶ Quid persona seu hypostasis addat supra naturam singularem.art.2.ad Sco.& Aureoluum.
¶ An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem eod.art.ad tertium.
¶ Quo pacto verificetur, quòd persona diuina impedierit naturam humanam à propria personalitate. Ibidem.
¶ An debeat concedi, quòd filius Dei assumpsit hominem, artic.3.ad secundum.
¶ Quomodo intelligitur, quod est contra rationem formæ communis esse in persona.art.4.
¶ De quibus operationibus communibus, & meritoriis sit sermo, quum dicitur quòd non fuisset conueniens naturam per se separatam assumi, quia naturæ communi non possunt attribui nisi operationes communes, & vniuersales, secundm quas homo non meretur nec demeretur. Ibidem.
¶ Quare D.Thomas probans humanitatem secundum q̃ est in intellectu diuino aut humano non esse assumptibilem, non memineric humanitatis secũdum esse quod habet in intellectu angelico. Ibidem.
¶ Explicabo quædam dignitatis humanæ.art.6.
NOTABILE ex August. propter vertentes in dubiũ, an Deus possit fallere.q.5. arti.1.
¶ An sanguis qui erat in corpore Christi, esset diuinitati vnitus.articu.2.
¶ Lux maior ossuscat minorem non quo ad substantiã lucis, sed quo ad effectum.articu.4.
AN in mysterio assumptionis sit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem, & partium ad totum q.6. artic. 1.ad Durand.

¶ Quomodo

Quomodo in telligatur, quòd corpus est vicinius personæ propriæ, anima autem naturæ humanæ, eod. art. ad secundum.

¶Quomodo apud Diuũ Thomam anima dicatur mediare in assumptione carnis, eod. articu. ad tertium.

¶Dupliciter potest intelligi substantia animæ præexistente corrumpi in assumptione. articu. 3.

¶An in communi resurrectione anima separata huius, vel illius reuersa ad corpus, retineat suam propriã terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius. Ibidem.

¶Naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc quod est produci in corpore, vel extra, & ante corpus, arguit diuersitatem naturæ rei productæ. Ibidem.

¶An materia propria formæ sit ante aduentum formæ. articu. 4. cap. 24.

¶Cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, Diuus Thomas, ordinem naturæ duobus eorum appropriet. art. 5.

¶Cur ordinem naturæ ex parte materiæ in mysterio incarnationis Diuus Thomas pertransierit. Ibidem.

¶Cur Doc. San. in hoc mysterio, medij secundum naturæ ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis in cor. huius artic. non meminerit, quum tamen in responsione ad primum, de illo tractauerit. Ibidem.

¶An verbum assumpserit naturam humanam mediantibus eius partibus, ad Sco. & Durand. cod articu. ad primum.

AN rite ratio reddatur quare necesse sit ponere in Christo gratiam habitualem, per hoc quòd Christus mediator gratiam in alios redundantem habere debet. q. 7. artic. 1.

¶Virtus heroica non differt specie à virtute communiter dicta, artic. 2. ad secundum.

¶An sicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Christo non sequitur defectus magnificentiæ interioris, ita nec ex defectu materiæ fidei sequitur defectus fidei in eod. artic. 3.

¶An spes in Christo respectu secundario sperantorũ fuerit habitus aliquis: art. 4.

¶An diuina eminẽtia in timore reuerẽtiali Christi habuerit rationem reuerentiæ quatenus eminentia Dei absolute, an quatenus est potens infligere malum. artic. 6.

¶Ad rationem Prophetæ requiritur, quòd cognoscat ea, quæ sunt procul ab his cum quibus ipse est. articulo 8.

¶De mente Diui Tho. datur summum possibile in gratia. articu. 9.

¶Ista propositio, Christus est vniuersale principium generis habentium gratiam, intelligitur de principio vniuersali non contento in tali genere. Ibidem.

¶An gratia cuiuslibet singularis personæ habeat quantitatem alterius rationis à quantitate gratiæ Christi, & an gratia cuiuslibet singularis personæ sit velut virtus particularis, & gratia Christi velut virtus vniuersalis. artic. 11. ad tertium.

¶Quomodo finis gratiæ habitualis est vnio personalis. articu. 12.

¶Quare nullus pure viator attingit ad summum gratiæ ex parte gratiæ. Ibidem.

¶Quomodo verificetur hæc propositio. Omni finito potest fieri additio, eod. art. ad primum.

¶Ratio multorum dictorum. S. Tho. de gratia vnionis artic. 13. ad tertium.

ESSE caput, dicitur de Christo Metaphorice solum. q. 8. artic. 1.

¶Virtus attribuitur capiti humano respectu virium, & motuum, & reliquorum membrorum, non tanquam primo inter membra principio, sed tanquam cum principio primi simpliciter membri, scilicet cordis. Ibidem.

¶Gratia Christi dupliciter dicitur prima. Ibidem.

¶Quomodo actiones Christi causent efficienter in nobis gratiam, eod. articu. ad primum.

¶Quomodo corporalis natura Christi possit agere in angelos. artic. 4. ad tertium.

¶An valeat iste processus, actus habetur secundum quandam eminentiam, ergo est actiuus aliorum eiusdem generis. artic. 5.

¶An Antichristus dicatur caput omnium malorum tam dæmonum, quàm hominum. artic. 8.

¶An diabolus, & Antichristus sint duo capita, an vnum tantum. Ibidem.

AN sit possibile actum intelligendi quo Deus intelligit, fieri actum intelligendi quo anima Christi formaliter intelligeret, & si non, an hoc sit quia est alterius naturæ. q. 9. art. 1.

¶An ista propositio, Reducens aliquid de potentia in actum, est in actu, sit vera, tam in causis principalibus quàm instrumentalibus. ar. 2.

¶Visio Dei est soli Deo simpliciter naturalis. eod. artic. ad tertium, c. 33.

¶An bene in litera probetur hæc conclusio, oportet in Christo ponere scientiam inditam, per hoc quod dicitur, quòd eius intellectus possibilis fuisset imperfectus. artic. 3.

¶Quomodo debeat intelligi hæc propositio literæ, frustra est quod caret propria operatione, & an in dicta propositione sit sermo de omni propria operatione alicuius. articu. 4.

¶Quæ scientia per se, & quæ per accidens dicatur infusa. Ibidem.

¶Habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsece, & essentialiter, eod. articu. ad secundum, & tertium.

¶Cur in littera asseratur in Christo non fuisse scientiam ex suo genere aequisibilem per infusionem, vt fuit in Adam. Ibidem.

AN bene declaretur, à virtute operatiua virtutem deitatis non esse comprehensam ab humanitate Christi. q. 10. ar. 1. c. 35.

¶Quomodo intelligatur hæc propositio? Cuilibet beato conuenit, quòd videat omnia spectantia ad se. articulo secundo.

¶Anima Christi non videt in verbo quicquid videt verbum. eod. artic. ad secundum.

¶An ex hoc, quòd anima Christi scit omnia, quæ scit Deus scientia visionis, sequatur ipsam scire infinita. artic. 3.

¶An intellectus creatus possit simul videre infinita, ita q̃ distincte cognoscat quodlibet eorum, eod. artic. ad secundum. cap. 36.

¶An si creaturæ possibilis sublimior gradus diuinæ visionis, quàm sit gradus animæ Christi. articulo quarto. ad tertium.

AN concessa in Christo cognitione abstractiua omnium singularium, concedenda sit cuiuslibet singularis propria species in Christi intellectu. quæst 11. articu. 1. ad Sco.

¶An in Christo fuerit cognitio intuitiua omnium singularium. Ibidem ad Sco.

¶An ex ratione literæ bene concludatur in anima Christi per scientiam infusam notitia omnium singularium. Ibidem.

¶An naturale vinculum inter intellectum humanum, & phantasmata efficiat, vt non possit etiam infusa, vti scientia nisi conuertendo se ad phantasmata. articulo secundo.

¶An Christus indigeat conuersione ad phantasmata in vsu scientiæ infusæ. Ibidem ad Durand.

An anima Christi imperfectius quocunque angelo, intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid intueri vtique datum est. ar. 4. ad Sco

¶An species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerint perfectissimæ. ar. 6. ad Sco.

AN ex visione corporum cœlestium possint comprehendi virtutes eorum. q. 12. art. 1. ad secundum ad Duran.

¶An experientia pariat solum scientiam similium secundum speciem. Ibidem ad Durand.

HAEC propositio, Quælibet res habet potentiam actiuam respectu eorũ ad quæ se extendit suæ naturæ perfectio, intelligitur in genere rerum actiuarum. quæstio. 113. art. 1.

¶An in anima Christi sit virtus instrumentalis ad omnia miracula. art. 2.

¶An

¶An Christus voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines, & non potuerit facere, quòd fieret. artic. 4.

QVOMODO licuerit hic vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare. q. 14. art. 4.

AN perfectio virtutis regulariter tollat fomitem. quæst. 15. artic 2.

¶Dolor est passio appetitus sensitiui ex corporis læsione, percepta sensu. artic. 5.

¶An compositio ex contrarijs sit causa prima mortis, & aliorum defectuum humanæ naturæ, an verò peccatū, eod. art. ad primum.

¶An motus appetitus sensitiui ex malo futuro apprehenso, abstrahendo à certo, vel incerto, sit vere timor. artic. 7.

¶An ex hoc, quòd Christus omnia certo cognouit, sufficienter excludatur timor quo ad incertitudinem euentus. Ibidem.

¶Quomodo intelligendum sit iram componi ex tristitia, & appetitu vindictæ. artic. 9.

AN hæc propositio, Deus est homo, sit in materia naturali. q. 16. art. 1. ad primum.

¶An dicta propositio sit per se. Ibidem ad Sco. & Durand.

¶An homo prædicetur de Deo sicut species de sua hypostasi. Ibidem ad Sco.

¶Quomodo verificetur, quòd homo prædicatur de Deo ratione relationis, eod. ar. ad quartum.

¶Quomodo intelligatur, q̄ in ista propositione, Deus est pater, li Deus supponit pro persona patris. articu. 2. ad secundum.

¶An congrue in littera reddatur ratio quare Iesus Christus non debet dici homo dominicus, per hoc, quòd dicitur, quòd derogaret veritati vnionis, si dominus de illo homine prædicaretur denominatiue. articulo tertio.

¶Quare personam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in persona acquirente naturam humanam, quum tamen fieri hominem absolute importet mutationem in subiecto acquirente naturam humanā. artic. 6. ad secundum.

¶An in ista propositione, Homo est factus Deus, li homo possit supponere, & simpliciter, & personaliter. artic. 7.

¶An etiam factum sit, quòd iste homo sit Deus. Ibidem.

¶Quare ista dicitur simpliciter vera, Deus factus est homo, ista autem simpliciter falsa, homo factus est Deus. Ibidem.

¶Quomodo intelligatur, quòd ex verbis inordinare prolatis incurrit hæresis, & quomodo prohibitum sit communicare cum hæreticis in vocabulis. articulo 8. Cor.

¶Non est euangelica, sed Arriana vox, Christus est minor patre, sicut & hæc, Christus est creatura. Ibidem.

¶An ex eo, quòd subiectum stat materialiter pro supposito, liceat inferre istam esse falsam, Iste homo idest, Christus incœpit esse, & an debeat dicta propositio negari. artic. 9. ad Durand.

¶An propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum possit fieri vera per additam reduplicationem, vel determinationem non tollentem illam repugnantiam, articu. 10. ca. 50.

AN in solo Deo natura prædicetur de supposito. quæst. 17. artic. 1.

¶An liceat arguere à destructione antecedentis. Ibidem.

¶An de mente D. Tho. nullum sit in Christo esse actualis existentiæ de genere substantiæ creatum, sed sola existentia increata. artic. 2.

¶An ita sit in veritate, quòd in Christo nulla sit existentia substantialis nisi diuina. Ibidem ad Sco. Durand. & Io. de Neapo.

VNIVERSALITER loquendo, actus voluntatis per modum naturæ, distinctus contra actum voluntatis per modum rationis contrariū eligentis, nihil aliud est, quàm velleitas. q. 18. art. 5.

AN Christus meruerit exteriora bona, quia dignitas merendi spectat ad charitatem ac per hoc præstat exteriorum bonorum præsentiæ coeuæ. quæstio. 19. articulo tertio.

¶Priuilegium Christi est mereri alijs ex condigno. articulo 4.

SICVT voluntas distinguitur in simpliciter, vel secundum quid, ita oratio prout est petitio distinguitur in simpliciter, vel secundum quid. quæstione 21. artic. 4.

QVOMODO intelligatur, quòd inquantum Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis, sacrificium Christi erat efficacissimum ad delenda peccata per gratiam. q. 22. artic. 3. ad primum.

¶Quare dicitur sacrificium offerri per modum satisfactionis, & effectum ipsius proprium esse, quòd ex vi ipsius quatenus satisfactorium, est fit. articu. 4. ad secundum.

¶Sacrificium Christi sumitur dupliciter, scilicet secundum se, & secundum suum mortale sacrificium. articulo 6.

QVOMODO intelligatur, q̄ habitudo est qua Deus est dies. q. 23. art. 1.

PRAEDESTINATIO est diuina ab æterno prędordinatio eorum, quæ per gratiam facienda sunt in tempora, seu ratio ordinis electorum in vitam æternam. q. 24. articu. 1.

¶An hæc loquutio sit per prima, Christus prædestinatus est filius Dei, eodem articulo ad secundum, & tertium.

HONORARI vt causa honoris nō est honorari simpliciter, quia li, vt causa honoris, est conditio diminuens. q. 25. art. 1.

¶An motus in imaginem quatenus imago est, sit idem cū motu in rem ipsam. ar. 3.

¶An processus D. Tho. quo probat imaginem Christi esse adorādam eadem adoratione qua Christus, sit bonus. Ibidem ad Durand.

¶An Dei imagines sint licitæ, eodem articulo ad primum.

¶An beata virgo ratione Christi cui fuit intrinsece coniuncta, sit adoranda adoratione latriæ. articulo quinto.

QVID & vnde tanti sit illud quo Christus meditat meretur, & satisfacit. quæstin. 26. articu. 2. ad primum, & tertium.

SANCTIFICATIO potest dupliciter sumi, primo vt est de contrario in contrarium, secundo vt est de negato in affirmatum. q. 27. art. 2.

¶Quomodo valeat iste processus, proles concepta ante infusionem animæ rationalis non est culpæ obnoxia, ergo quomodocunque ante animationem beata virgo sanctificata fuisset, non incurrisset originalis peccati maculam, ergo non indiguisset redemptione Christi. Ibidem.

¶An ex hoc, quòd beata virgo non fuit sanctificata ante animationem, sequatur quòd sanctificatio eius fuerit post animationem. Ibidem.

¶Quomodo fomes sit inordinata concupiscentia habitualis. artic. 3.

¶An ex hoc, quòd fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre, quòd fomes est inclinatiuus ad malum, & difficultatiuus in bono. Ibidem.

¶Dupliciter potest exponi li perfectiuus, quum dicitur, q̄ fomes in beata virgine perfectius ligabatur per diuinā prouidentiam, quàm per interiorem sanctificationem. Ibidem.

¶An authoritas Apostoli, Sed manifestatio spiritus, &c. bene inducatur ad probandum, quòd priuilegia gratiæ dantur aliquibus præter communem legem, ordinantur ad vtilitatem. art. 6.

¶An sanctificatio beatæ virginis in vtero matris, ex sacra scriptura habeatur. Ibidem.

¶An credenda sint miracula, quæ in sacra scriptura non continentur. Ibidem.

AN sicut natura est determinata ad vnum effectum, ita sit determinata ad vnum modum producendi illum. quæst. 28. art. 1.

¶Quomodo

¶ Quomodo intelligatur hæc propositio, Virtus naturalis non potest transmutare ad certam formam, nisi determinatam naturam. eod. art. ad quintum.

¶ Illud proprie dicitur agens posse, vel proprium effectū, & vt in propriam naturam, quod vnica transmutatione potest educere de potentia ad actum. Ibidem.

CONSENSVS in copulam coniugalem non præiudicat virginitati mentali, quia in copula coniugali non cōtinetur copula carnalis nisi in potentia. quæst. 29. articu. 1.

¶ Affirmandum, vt rationi consentaneū est, quòd in propria domo inuenta est beata virgo in vtero habens. artic. 2. ad tertium.

¶ Dubium est de qua traductione loquatur euangelista, quum dicit, beatum Ioseph noluisse beatam virginem traducere, an scilicet de traductione in infamiam, an simpliciter in domesticum consortium, an potius in vtrumque. Ibidem.

QVOMODO intelligatur prophetiam prædestinationis compleri sine nostro arbitrio causante. quæst. 30. artic. 1.

REFELLITVR error nouiter exortus, dicens ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ virginis, Christum esse conceptum. q. 31. artic. 5.

ALITER & aliter attribuitur personæ spirituſsan. efficere carnem Christi, filio assumere eadem. quæst. 23. artic. 1.

¶ An ex eo, quòd spiritussanctus efficit propriam operationem filiorum Dei, quæ est clamare abba pater, recte infertur, quod ipse est effector filiorum Dei. Ibidem.

¶ Quomodo valeat iste processus, Distinctio sexus est à natura propter diuersam operationem ad generationē oportunam, ergo est penes diuersitatem agentis, & patientis: ergo tota virtus actiua est ex parte maris, passio vero ex parte fœminæ. artic. 4.

¶ An mater concurrat aliquo modo actiue ad generationem prolis. Ibidem ad Sco.

QVVM dicitur augmentum non esse sine motu locali, intelligitur de motu locali formaliter, vel æquialenter. q. 33. artic. 1.

¶ Formatio dominici corporis in primo instanti fuit perfecta essentialiter, non autem quantitatiue. Ibidem.

AN gratia vnionis in Christo sit prior ordine exequutionis, & intentionis gratia habituali seu summa gratia, & gloria in eod. q. 34. artic. 1.

¶ An inconueniat, quòd aliqua perfectio actus secundi de nouo aduenit animæ Christi. art. 2.

¶ Primus actus meritorius tam in angelis, quàm in Christi anima fuit vere actus liber, quamuis ex natura determinatus ad bonum. articu. 3.

¶ Quid D. Tho. senserit de hac quæstione, An gratia viatoris sit minor gratia comprehensoris etiam secūdum suam quantitatem artic. 4.

IN litera quum dicitur, ꝙ natiuitas attribuitur personæ vt subiecto nascenti, intelligitur de subiecto denominationis. q. 35. art. 1.

¶ An bene probetur, ꝙ beata virgo est vere mater Christi, per hoc, quòd dicitur corpus Christi esse sumptū ex virgine matre. artic. 3.

¶ Tria concurrunt ad relationem realem, scilicet causa, subiectum, & terminus. art. 5.

¶ An relationes plurificentur secundum terminos. Ibidē ad Sco.

¶ An pater vnica paternitate referatur ad plures filios. Ibidem ad Sco.

¶ An formæ eiusdem speciei possint simul esse in eodem subiecto. Ibidem ad Sco.

¶ An hæc ratio valeat. Filiatio est ita suppositi, vt subiecti, quòd non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realis. Ibidem ad Sco.

¶ An filiatio temporalis Christi sit rationis tantum. Ibidem ad Sco.

CHRISTI natiuitas non debuit, ne per attestationem quidem, omnibus manifestari, quia talis manifestatio minuisset meritum fidei. quæstio. 36. articu. 1.

¶ Quare cometa dicitur signum mortis principum, magis, quàm aliorum hominum. articulo septimo ad tertium.

AN circuncisio Christianorum Indorum dicentium se circuncidi, vt conformantur Christo, sit licita. q. 37. artic. 1. cap. 84.

¶ An sacrificium Leuit. 12. præceptum, pro peccato prolis offerretur. artic. 2.

RATIONABILE est, quòd Ioannes, & Apostoli baptizati fuerint à Christo. quæstione 38. articulo sexto.

AN columba in cuius specie descendit spirituſsan. super Christum baptizatum, fuerit verum animal. q. 39. articulo 7.

QVID Christus ante Ioannis baptisma exercuerit. q. 40. artic. 1.

¶ Christus fuit exemplum perfectionis in omnibus, quæ per se pertinent ad salutem. articulo secundo ad primum.

¶ Quæ debeat cauere verbi Dei prædicator. articulo tertio.

¶ Quæ paupertas per se dicatur voluntaria. eodem artic. ad primum.

VIRTVOSA fuit Christi tentatio contra nostras tētationes. q. 41. artic. 1.

¶ Modus vincendi tentationes, est recursus ad diuinas scripturas & sanctorum exempla. Ibidem.

¶ An omnis tentatio ab intrinseco, sit peccatum. eod. art. ad tertium.

¶ Quare diabolus Christum tentauerit. articulo quarto.

¶ An conueniens ratio ordinis tentationum in litera ponatur scilicet, vt à leuioribus ad grauiora conscendat tentatio spiritualium. Ibidem.

¶ An Christus si miraculum fecisset cōuertendo lapidem in panem ædendum à seipso, peccasset. eod. articu. ad primum.

¶ Ordinem tentationum Christi explicat Matthæus secūdum tempus, eod. art. ad quintum.

¶ Quid sit Christum fuisse assumptum à diabolo. Ibidem.

PAENES quæ attendatur excellentia doctrinæ Christi. q. 42. artic. 1.

¶ Quomodo, & quando debeant publice reprehendi maiores. artic 2.

¶ Quomodo intelligatur, quòd Christus palam docuit, & in occulto loquutus est nihil. art. 3.

¶ Excellentior est modus docendi verbo, quàm scripto. artic. 4.

¶ Socrates nihil scripsit sub proprio nomine. Ibidem.

¶ Quare Christus nihil scripserit. Ibidem.

RATIONABILITER creditur miraculum in nuptijs factum, fuisse simpliciter primum Christi miraculum. q. 43. art. 3.

¶ Miracula, quæ Christus fecit, sufficienter manifestant ipsius deitatem. art. 4.

AN dæmones cognouerint Christum esse Messiam in lege promissum, item an cognouerint ipsum esse verum Deum. q. 44. art. 1.

¶ Sicut corpora elementaria habent duplices motus naturales, ita corpora cœlestia vltra naturalem inclinationem ad suos cursus possunt immutari illud quod author naturæ facit. artic. 2.

QVOMODO ista ratio literæ valeat, non est adempta Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus, ergo gloria illa claritatis, quæ apparuit in Christo in transfiguratione, deriuata est ab anima. quæstiò. 45. artic. 2.

AN conueniēter in litera quæratur de necessitate passionis Christi ad salutem humanam, prius quàm quæsitum sit de eius possibilitate. quæstio. 46. articulo secundo.

¶ Quomodo intelligantur hæc Chrysosto. verba, sed etsi absque morte corpus alicubi deposuisset, &c. articulo tertio.

¶ Quid sit esse à Deo maledictum. art. 4. ad tertium.

¶ Generalis quædam explicatio Christi passionum. articulo 5.

Quare

¶Quare ad literam Christus generalitatem passionũ susceperit. Ibidem.
¶Dolere importat actum appetitus animalis, pati autem communius est.art.6.ad Sco.
¶An ratio superior animæ Christi in ipsius passione ex parte sui obiecti pateretur.artic.7.
¶Quotus lunæ dies fuerit quando Christus mortuus est. articu.9.
AN anima Christi habuerit potestatem præseruãdi corpus suum à morte.q.47.artic.1 ad Scot.
¶Vnde anima Christi habuerit prædictam potestatem. Ibidem.
¶Duplex modus dicendi de clamore Christi in cruce,eo. artic.ad secundum.
¶Celeritas mortis Christi fuit, & naturalis, & voluntaria. bidem.
¶Christus sua passione adimpleuit legem totam, & omnem iustitiam omnis generis iuris, & præcepti. articulo 2.
¶Hęc propositio,Innocentem hominem passioni,& morti tradere inuitum est impium,& crudele, intelligitur absolute, & non in ordine ad Deum, cuius sunt vita, & mors.artic.3.ad primum.
¶An maiores Iudæorum cognouerint Christũ esse Messiam.artic.5.
¶An peccatum Iudæ fuerit grauius peccato Principum Iudæorum.art.6.ad secundum.
AN vnus possit pro alio satisfacere, & non conteri aut confiteri, quia satisfactio est actus exterior. quæst. 84. artic.2.
¶Medium rei in actibus nostris moralibus dicitur, quia inæqualitate rei ad rem consistit, medium vero rationis dicitur, quia in proportione intraneæ rationis ad operantem consistit. Ibidem.
¶Distinctio conuenientium Christo mediante natura humana. artic.5.
¶An passiones sanctorum proficiant ecclesiæ per modum redemptionis, eod artic.ad tertium.
SINE fide passionis Christi explicite vel implicite, impossibile est potentia ordinaria hominem peccatorum remissionem consequi.q 19.art.1.
¶Quomodo diabolus machinando in mortem Christi excesserit modum potestatis sibi à Deo traditæ. articulo 2.
¶Ianua cœli per similitudinem dicitur fruitionis diuinæ consecutio.artic.5.
¶Tria notabilia circa passionis Christi effectum. Ibidem.
ISTA propositio, Nullum donum diuinæ gratiæ perditur sine culpa, habet locum solum in donationis permanentibus.q.50.art.2.
¶Quare gratia vnionis est excellentius, & permanentius donum, quàm gratia operationis. Ibidem.
¶Quomodo intelligenda sint hæc domini verba, Ego pono animam meam, & multa alia eiusmodi. artic.3. ad primum.
¶An corpus Christi viuum, & mortuum fuerit idem numero simpliciter, & omnibus modis. articulo 5. ad Sco.
¶An mors Christi in facto esse, fuerit meritoria ex parte animæ.artic.6.
¶Quomodo saluetur similitudo inter effectum, & causam in tertia conclusione literæ posita. Ibidem.
AD quid spectet excisio sepulchri Christi in petra. q.51. articu.2.
¶An præseruatio corporis Christi à putrefactione, attestetur naturæ ipsius virtuti, & voluntariæ morti. articulo 3.
¶Tres dies mortis Christi, & creationis mundi diuersimode ordinantur.artic.4.
DIVVS Tho in litera sub inferno damnatorum comprehendit etiam infernum puerorum.quæstio. 52. articu.2.
¶An etiam ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patribus operatus sit descensus animæ Christi, applicando scilicet ad eos virtutem suæ mortis. Ibidem.
An descensus Christi ad inferos fuerit secundum substantiam animæ, an solum secundum effectum. Ibid. ad Dran.
¶Pœnalitates Christi vsque ad resurrectionem eius duerunt, artic.4.
¶Cum quiete. & immunitate sanctorum patrum in limbo à pœna sensus, stat dolor seu afflictio ex spe dilata. artic.5.ad primum.
¶Duo genera liberatorum à Purgatorio in descensu Christi.artic.8.
AN illi, qui cum Christo surrexerunt, ad vitam pœnitus immortalem surrexerint. quæstio. 53. articulo tertio
CAELVM resisteret actui siquis ad orbẽ Lunæ pertransire vellet, ibi existens, non tamen sentiretur tactu densitas eius.q.54.artic.2.
¶Omnis mutatio species quædam mortis est. articulo tertio.
¶An totus sanguis Christi in passione effusus, resurrexit cum eod.artic.ad argum.
¶An Christo resurgente, oportuerit sanguinem secum resumere. Ibidem.
¶Quando secundum August.corpus sit animale, & quãdo spirituale. bidem.
RATIONABILIS causa erroneæ visionis Magdalenæ dum Christum æstimauit hortulanum. quæst.55. artic.4 ad secundum.
HVMANITAS Christi quum sit organum coniunctum personaliter verbo Dei, est velut vniuersale instrumentum Dei ad quæcunque miracula facienda,exceptis his, quæ spectant ad primam rerum creationẽ. q.56.artic.1.
QVVM dicitur Christum propria virtute glorificatæ animæ ascendisse in cœlum, non intelligitur nisi de ipso motu locali ascensionis.q.57.art.3.
¶An conuenienter opinemur corpus Christi esse extra totam continentiam cœlorum corporeorum, ita quòd planta pedis eius sit supra superficiem conuexam supremi cœli.artic.4.ad Durand.
¶Ad quem sensum supra conuexum seu in superficie cõuexa cœli empyrei dicatur vnus locus altior altero. articulo 5.
¶An Christus corporaliter, visus fuerit à Paulo, & an ista visio fuerit tunc quum dixit, Saule Saule quid me persequeris. artic.6.
AN Christus inquantum homo ster, an vero sedeat in cœlo.q 58.art.1.
¶Quam distinctionem importet li ad,quũ dicitur Christus sedere ad dexteram patris.art.2.
¶An ista sit concedend.,Christus secundum,quòd homo est filius Dei.art.3.
PERFECTVM iudicium de re mutabili non potest suauiter dari ante illius consumationem. quæstio.59. artic.5.
¶Diuina iudicia extendunt se etiam ad ea, quæ sunt per accidens. Ibidem.
¶Aliud est hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem. eodem articulo ad primum, & tertium.
¶Quum dicitur inferiora regi per superiora, intelligendum est per superiora, non secundum quid,sed simpliciter, & absolute.artic.6.
NOMINA multiplicia ad vnum. vel in vno, vel ab vno, abusiue vocantur analoga. quæstio.60. articulo 1.
¶Præsumptuosum ac sacrilegum est, proprias aut poetarum similitudines tanquam spiritualium simulacra interpretari, scribere aut prædicare. articulo 5. ad primum.
¶In sacramentis res, & verba coeunt in vnum signum, quia constituunt velut materia, & forma vnum sacramentum, quòd non nisi vnum signum est. articu.6. ad secundum.
¶Quando oratio habet perfectam significationem ex proprietate, vel accommodatione vsus in cæteris loquutionibus, sufficit ad sacramenti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti, nec est de necessitate sacramenti illam orationem constitui ex communioribus verbis in aliqua lingua, sed solum de necessitate præcepti ecclesiæ. articu.7. ad secundum.

¶Corruptio

¶Corruptio prolationis verborum in formis sacramentorum, non impedit sacramenti veritatem seu perfectionem. eod.art.ad tertium.

¶Incorruptio orationis, quæ est forma sacramenti, non debet esse tanta, quòd iuxta communem morum hominum continuitas saluatur ipsius orationis. articulo 8.

AN solum de Adam intelligitur dictum literæ, quòd in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & quòd anima quantum ad superiorem partem nõ indiguisset accipere aliquid à corporalibus rebus ad sui perfectionem. quæstio. 61. articulo 2.

¶An filij innocentes indiguissent sacramentis. Ibidem.

DE principali effectu sacramentorum, qui est gratia distincta contra characterem. quæstione 61. articulo 1.

¶An sacramentum sit vere, & secundum rem causa instrumentaliter agens ad gratiam. Ibidem ad Sco.

¶Non inconuenit sacramentum recusare instanti, nec Deum agere in tempore. Ibidem ad Sco.

¶An serra sit effectiua causa instrumentalis. Ibidem ad Sot.

¶ Quis sit effectus proprius baptismi. articulo secundo.

¶Gratia sacramentalis distinguitur specie a gratia virtutum, & donorum, non sicut habitus ab habitu, sed sicut gratuitum diuinum auxilium à gratuito habituali dono. Ibidem.

¶In sacramento nouæ legis est quædam virtus superaddita, quæ quidem virtus nihil aliud est, quam motus quo instrumentum mouetur à principali agente ad propriũ principalis agentis effectum inducendum. articulo quarto.

¶Duplex est motus quo instrumentum potest moueri. s. simplex & virtuosus. Ibidem.

SACRAMENTA imprimere characterem, ex sacra scriptura non habetur, sed ex ecclesiæ authoritate non multum antiqua. quæstione 63. articulo primo.

¶ Quomodo valeat hæc consequentia, character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum, consistentem in recipiendo, & tradendo, ergo est potentia. articulo 2.

Sub quo genere generalissimo, & in qua specie ponatur character. Ibid. ad Scot. & Durand.

¶ Quomodo valeat hæc literæ ratio, si relatio characteris fundaretur immediatè super essentia animæ, conuenienter naturaliter omni animæ. Ibid. ad Scot.

¶ Quomodo valeat ratio litteræ probans. quod character non est habitus: quia omnis habitus est bonus vel malus. Ibidem ad Scot.

¶An character sit subiectiuè in potentia animæ. arti. 4. ad Scot. & Duran.

¶An character sit in intellectu ad Scot. eodem articulo tertio.

¶ Quomodo ualeat ratio literæ probans characterem esse in intellectu, scilicet quia diuinus cultus ad quem character disponit, est quædam fidei protestatio per exteriora signa, ideo character est in intellectu in quo est fides. ibid.

¶Character non potest poni in alia potentia, quàm in intellectu vel voluntate. ibidem.

¶Omnis sanctificatio quæ fit per sacerdotem Christi, est perpetua re consecrata manente art. 5.

AN interior gradus gratiæ comprehendatur sub annexis effectui sacramenti quæ per deuotionem ministri impetrari possunt recipienti sacramentum. q. 64. articulo primo.

¶ Quo pacto hæc ratio literæ ualeat, ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali, articulo quinto.

¶Debitum secundum decentiam ad opus operatum est debitum secundum necessitatem ad opus operans ministri. a. t. 6.

¶Ista regula si affirmatio est causa affirmationis, & negatio negationis, tenet in solis causis propriis. eodem articulo ad primum.

¶Actus prædicandi est de numero actuum consecratorum. Ibidem.

¶In duobus casibus licet inducere indignum ministrum ad exhibitionem sacramenti eodem articulo primo, ad 2.

¶Ex indulto concilij Constantien. licitum est ab excommunicatis ministris recipere sacramenta. nisi in duobus casibus. bidem.

¶An minister indignus in articulo necessitatis quo laico licet baptizari, baptizans excusetur à peccato. eodem articulo, ad 3.

¶An diuus Thom. in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem, tam si baptizet cum solennitate quàm sine solennitate. Ibidem.

¶An huiusmodi administratio sacramenti ab indigno ministro sit ex suo genere peccatum mortale. Ibid.

¶An angeli possint administrare sacramenta articu. 7. ad Scot.

¶An mentalis intentio ministri exigatur ad perfectionẽ sacramenti. art. 8.

¶ Conditio requisita ad sacramenta non sufficit quòd sit secundum habitum, sed oportet quòd sit secundum virtutem. eod. art. ad 3.

¶Tripliciter dicitur quis aliquid intendere, scilicet actualiter, virtualiter, & habitualiter. Ibid.

¶An intentio iocosa ministri tollat veritatem sacramenti. art. 10 ad 2.

AN iustus (id est, sine peccato mortali existens teneatur semel in anno confiteri. q. 65. art. 2. ad 2.

¶Quomodo extrema vnctio præparet ad Eucharistiam. articulo 3.

¶ Quomodo fideles per confirmationem deputentur ad speciale seruitium, spectans ad officium principis. eod. art. ad 2.

¶Quum ponitur ordo necessarius simpliciter ad salutem ecclesiæ intelligitur de ecclesia simpliciter, & absolutè. artic. 4.

QVOMODO iste processus valeat, ibi perficitur sacramentum. vbi perficitur sanctificatio, ergo. q. 66. articulo primo.

¶An mutatio nominum quo ad significatum in formis sacramentorum, tollat veritatem sacramenti ad septimum.

¶Omissio nominis alicuius trium personarum tollit veritatem baptismi. art. 5.

¶An baptismus in nomine Christi aut trinitatis celebratus, valeat. Ibidem.

¶An trina immersione intenta à ministro, si aliqua omittatur, sit verus baptismus. art. 8.

¶Validæ sunt rationes sancti Thom. ex eo quòd in morte Christi baptizati sumus: & quòd baptismus imprimit characterem, concludentis baptismum esse irreiterabilem. art. 9. ad Scot.

QVOMODO verum sit prædicandi & baptizandi officium non conuenire diaconis, quæstione septima, articulo 1.

¶ An baptizare extra necessitatis casum eo modo quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale art. 4. & 5.

¶Soppositio quod plures simul possunt vnum baptizare vtroque abluente & dicente, ego te baptizo, an etiam plures simul possint vnum baptizare vtroque abluente, & dicente, nos te baptizamus. art. 6. ad Duran. & Petrum de Pal

¶ An plures simul possint vnum baptizare, vno abluente & altero verba proferente: ita quod vnitas ministri baptismi ex duabus personis integretur. ibid.

¶An diuus Thom. sufficienter discutiat formas quibus vti possint plures vnum baptizantes. ibid.

¶ Quomodo fieri seu intelligi possint duo agentia totalia quamuis instrumentalia eiusdem rationis, producere efficaciter simul vnum effectum, non perfectum magis quàm si ab vno eorum tãtum produceretur, & hoc in subiecto capaci perfectionis effectus, & de effectu suscipiente magis & minus. ibid.

¶Si baptizando plures nõ intercideret alia mutatio quàm dicere baptizo vos, non videretur magna ad hoc necessitas exigi. eod. art. ad 2.

QVA-

TABVLA COMMENTI.

QVALITER debeat determinari tempus dilationis baptismi. artic.3.

¶Sua peccata ex deuotione confitentes ante baptismum non sunt absoluendi. articulo quinto, & sexto.

¶An ex parte baptizati ita necessaria sit intentio suscipiendi sacramentum baptismi, vt si illa desit, baptismus nullus sit. art.7.

¶In hoc quod ecclesia pro paruulis credit, & intendit, & renuntiat, est quædam accommodatio. articulo nono.

¶Quomodo fides ecclesiæ prosit infanti qui baptizatur. eod.artic ad secundum.

¶An filij Iudæorum seu aliorum infidelium possint, seu debeant inuitis parentibus baptizari. articulo decimo.

¶An paruuli in maternis vteris periclitantes possint per sacramentum baptismi, in voto parentum susceptum, saluari.art 11.

QVARE aperire ianuam regni cœlestis, quum sit per se primo effectu mortis Christi, attribuatur etiam baptismo.q.69.art.7.

¶Nullius authoritate constat Constantinum fuisse mundatum à lepra in baptismo. articulo octauo, & nono.

¶An recedente fictione baptizatus consequatur remissionem peccatorum ex vi baptismi. artículo nono, & decimo.

¶Quomodo baptismus recedente fictione, incipiat valere ad salutem.ibidem.

¶Character diuersimode considerato baptismate tenet locum & dispositionis, & formæ. ibidem.

¶Fictio (quæ nihil aliud est, quàm impeditio gratiæ) per pœnitentiam delenda est simul cum peccatis commissis post baptismum, eodem articulo ad secundum, & tertium.

¶Aliud est dimidiam à Deo expectare veniam, & aliud varijs medijs à Deo expectare veniam. Ibidem.

QVOMODO intelligatur, quòd exorcismus baptismalis aperit sensus, & quòd vnctio, quæ fit in vertice baptizati, operatur conseruationem gratiæ baptismalis.q.70.&71.art.3.

MIXTVM ex oleo, & balsamo (quod chrisma vocatur) est regularis materia confirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. quæst. 72.artic.1. & 2.

¶An sit de necessitate sacramenti, materiam confirmationis esse consecratam ab episcopo, ita quòd nec plenitudo apostolicæ potestatis possit dispensatiue subrogare simplicem sacerdotem ad consecrationem dictę materiæ.artic.3.

¶An quicunque Christi contactus sit sanctificatiuus materiæ sacramenti, an vero solus contactus in vsu constitutiuo sacramenti.ibidem.

¶Licet in antiquis iuribus non inueniantur expressæ omnes sacramentorum formæ, in Concilio tamen Florē. omnes expressæ sunt.artic.4.

¶An character sit potentia pure passiua. articulo quinto.

¶Character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi, sicut & ordo sacer baptismum. articulo 6.

¶Quando accedens ad sacramentum cum peccato mortali, vel quia eius conscientiam non habet, vel quia non perfecte contritus, gratiam ex sacramento consequatur in remissionem peccatorum? ita quòd virtute sacramenti fiat de attrito contritus, articulo septimo.

¶An Episcopus sit ita proprius minister confirmationis, quòd à non Episcopo facta nulla est, & tamen ex dispensatione apostolica non Episcopus possit illam conferre. articulo octauo nono, decimo, & vndecimo.

QVVM dicitur, sacramenti Eucharistiæ rem tantum esse gratiam suscipientium aut vnitatem ecclesiæ, aut corpus Christi mysticum, hæc omnia sumuntur pro vno, & eodem, scilicet gratia Dei. quæstio.73. artic.1. ad primum.

¶Sacramentum Eucharistiæ dicitur multa materialiter, quia partes eius se habent, vt integrantes vnum proprium finem qui est refectio spiritualis. articulo secundo.

¶An sacramentum Eucharistiæ sit absolute necessarium ad salutem. artic.3.

¶Habere rem sacramenti Eucharistiæ per votum ecclesiæ, est ipsam habere per antecedens sacramentum seu in sui initio, quoniam sacramentum baptismi initium est spiritualis vitæ. ibidem.

AN si alicubi non inueniretur vinum, esset solus panis consecrandus.q.74.artic.1.

¶Aliud est iudicium de præsentia, & quantitate materiæ Eucharistiæ.artic.2.

¶Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis sacramentalis, an ex siligine, spelta, amydo, & pasta ctuda possit confici panis consecrabilis, & an solus panis assus sit consecrabilis. articulo 3.

¶An Presbyter Græcus in ecclesia Græca, ritum Græcum in consecrando seruare teneatur. articulo quarto.

¶Vua non est consecrabilis artic.5.

¶Falsum est, quòd Græci offerant calicem domini cum vino tantum, hoc enim Armeni non Græci olim faciebant. artic u6.

¶An oporteat aquam ex qua fit panis pro sacramento esse aquam veram, & naturalem, articulo 7.

¶An hæc propositio, Aliquid non potest esse vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem, vel per alterius conuersionem in ipsum, sit vera, & bene applicetur ad esse in sacramento. quæstione 75. articulo secundo ad Sco.& Durand.

¶In ecclesiasticis mysteris, & naturalibus attenditur possibile, vel impossibile secundum potentiam ordinariam. ibidem.

¶Quod simpliciter, & absolute loquendo interueniant in sacramento Eucharistiæ mutationes. Ibidem.

¶Quomodo hæc ratio literæ valeat. Si substantia panis remaneret, non esset verum quod Christus dixit, Hoc est corpus meum, &c: sed fuisset potius dicendum, Hic est corpus meum. Ibidem ad Scotum, & Durand.

¶An si esset alia substantia sub accidentibus panis, quàm corporis Christi, contrariaretur veneration Eucharistiæ. Ibidem ad Sco.

¶Soluitur ad Scotum tenentem, panem, quamuis per accidens redigi in nihil. articulo tertio, ad tertium.

¶Duplex conuersio, scilicet formalis, & substantialis: artic.4.

¶An conuersio panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum, fit possibilis. Ibidem ad Sco.

¶An hæc sit propria, quod erat panis, est corpus Christi. Ibidem.

¶Ratio conuertibilitatis totius vnius rei in totam aliam rem, est communicatio earum in communi natura entis communis omnibus creaturis tantum, eodem artic. ad tertium.

¶Quomodo intelligitur modus conuertibilitatis totalis in litera positus. Ibidem.

¶Quomodo hæc ratio literæ de conuertibilitate cuiusque creaturæ in quamcunque aliam valeat, scilicet agens virtutis infinitæ, quod habet actionem in totum ens, potest conuertere, &c. ibidem ad Durand.

¶An forma substantialis panis conuertatur in animam Christi secundum, quòd dat esse corporeum. articu.5. ad Sco.

AN hæc propositio sit vera. Si aliqua duo sunt realiter coniuncta, vbicunque est vnum eorum, oportet, & reliquum esse.q.76.art.1.ad Durand.

¶Differentia inter modum substantiæ, & modum quantitatis in litera positos, eodem artículo ad tertium.

An

¶An per modum substantiæ intelligatur in littera id quod communiter dicitur, esse indiuisibiliter. Ibidem.

¶An simpliciter necessario sequatur, si corpus Christi habet partes, & proprietates suas sub modo sacramentali, quòd habeat eas sub existentia naturali. articulo 2. ad Scot.

¶An non solum substantia corporis Christi, sed etiam quantitas eius naturali concomitantia contineatur in hoc sacramento. art. 3.

¶Christum esse sub hostia, est quoddam relatum. articulo 6.

¶Vtrum corpus Christi ad motum hostiæ moueatur per accidens. Ibidem ad Sco. & Duran.

¶Substantia indiuidualis secundum materiam signatam quantitate percipitur à cogitatiua, substantia vero indiuidualis, vt habet modum essendi purę substantiæ, percipitur à solo intellectu. art. 7.

¶An intellectus tam angelicus, quàm animæ separatæ, quàm etiam hominis beati possit naturaliter videre existentiam corporis Christi in eucharistia. Ibidem ad Sco.

¶An intellectus beatus per actum beatificum videat corpus Christi in eucharistia. Ibidem ad Sco.

¶An corpus Christi secundū esse sacramentale non videatur ab intellectu viatoris, nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iste modus essendi est pœnitus supernaturalis. Ibidem ad Sco.

¶Qua adoratione adorandus sit sanguis aliquando miraculose in calice apparens. art. 4.

DVAE opiniones de modo essendi accidentium eucharistiæ sine subiecto. quæstione 77. tribus primis articu.

¶Tres opiniones de modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus, fit materia. artic. 5.

¶An in rarefactione specierum sacramentalium, noua illa quantitatis particula, quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter à naturali agente. Ibidem ad Sco.

¶An sola verba consecrationis prolata à sacerdote conficiant sacramentum eucharistiæ, prætermissis alijs, quę in Canone missæ continentur, eodem artic. ad quartum.

¶Quid sit virtus sacramentalis inexistens verbis sacramentalibus. artic. 4.

¶De veritate, & consignificatione huius orationis sacramentalis, Hoc est corpus meum, & de demonstratione quam in ea exercet, li Hoc. artic. 5.

DE tempore modo, & subiecto sex effectuum eucharistiæ. q. 70. art. 1.

¶Sumens eucharistiam potest esse ita dispositus, quòd nec sequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet sumendo. Ibidem.

¶Dominus quum dicit, nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. loquitur de manducatione spirituali in voto seu in habitu, eod. art. ad primum.

¶An differentia inter suscipientem baptismum, & suscipientem Eucharistiam, quo ad hoc quod est esse, vel non esse in peccato mortali, sit vera. articu. 3. ad primum.

¶Oblatio Eucharistiæ ex sui quantitate sufficit ad satisfaciendum pro omni pœna, fit autem satisfactoria offerentibus, vel pro quibus offertur secundum quantitatem suæ deuotionis. art. 5.

¶An sacrilegium indigne communicantium sit grauius peccatum omnibus peccatis, quæ sunt contra puras creaturas. artic. 5.

¶An occultis peccatoribus petentibus deneganda sit cōmunio. art 6.

¶Iudicium discretionis requisitæ ad communionem in pueris, debet à parentibus, & confessore fieri. artic. 9. ad vlt.

¶An expediat quotidie celebrare. art. 10.

¶Qualiter intelligatur, quòd frustra esset votum nisi impleretur quando opportunitas adesset. articulo vndecimo.

¶An communio popularis sub vtraque specie sit licita. articu. 12.

¶An communio sub vtraque specie sit in præcepto. Ibidem.

¶An communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes Ibidem.

¶An dicta communio sit necessaria omnibus adultis. Item an sit necessaria omnibus sacerdotibus. Item an sit necessaria omnibus conficientibus. Ibidem.

¶An vtilius sit sumere Eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum. Ibidem.

¶Sacramenta nouæ legis possunt considerari, vt causæ, & vt signa. Ibidem.

¶An expediat ecclesiæ Christi quòd populus communicet sub vtraque specie. Ibidem.

REPVLSIO cuiusdam Scoti chimeræ, negantis, q. corpus Christi sub sacramento annihilatum fuisset, si in propria specie annihilatum fuisset, concedentis autem, quòd in triduo corpus Christi sub sacramento fuisset mortuum, quia in propria specie fuit mortuum. q. 81. art. 4. vide superius. q. 76. artic. 2.

AN plures sacerdotes eandem hostiam consecrare possint. Item an noui sacerdotes concelebrent Episcopo, dicendo simul cum ipso consecrationis verba. Item an consecratus Episcopus debeat Pontifici celebranti concelebrare. q. 82. art. 2.

¶An missa mali sacerdotis sit tanti meriti quanti est Missi boni. artic 6.

¶In concilio Constantien. concessum est omnibus Christi fidelibus communicare cum excommunicatis in duobus casibus. art. 9.

¶An sacerdoti liceat totaliter à celebratione abstinere.

DE virtute altaris, ecclesiæ, & aliorum inanimatorum, consecratorum. q. 83. art. 3.

AN sacramentum pœnitentiæ habeat materiam ex qua constituatur. quæstione 84. articulo primo, & secundo. ad Sco.

¶An res sacramenti pœnitentiæ sit interior pœnitentia, an ornatus aliquis. Ibidem.

¶An totum sacramentum pœnitentiæ (compositum scilicet ex materia, & forma) causet remissionem peccatorum ratione vtriusque partis. Ibidem.

¶Licet forma absolutionis consistat in his duobus verbis, scilicet absoluo te, siquis tamen alijs verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum. artic. 3.

¶An pœnitentia sit de iure naturali quo ad dolorem, & doloris remedium, & aliquid signum doloris. articulo 7.

¶Displicere potest sumi contrarie, & negatiue. articu. 8. & 9.

AN pœnitentia virtus sit vere, & proprie vna specialis virtus distincta à cæteris virtutibus. quæstio. 85. articulo 2.

¶An actus pœnitentiæ contineatur sub commutatiua iustitia. Item an sistat in commutatiua iustitia. Item an reddat æquale simpliciter, vel secundum acceptationem Dei tantum. articulo tertio ad Sco. & Durand.

¶An pœnitentia sit virtus acquisita. articu. 6. ad Sco. & Durand.

AN offensa directe opponatur gratiæ. quæstio. 86. articulo 2.

¶An ad omnem remissionem peccatorum actualium requiratur actualis immutatio voluntatis. eod. articu. ad primum.

¶Quomodo intelligatur, quòd remisso peccato mortali, remaneat ordinata conuersio ad commutabile bonū. artic. 4. ad primum.

¶An remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ, vt est actus virtuosus. artic. 6.

AN ad remissionem peccati mortalis requiratur, vt homo actualiter singula mortalia detestetur. quæst. 87. artic. 1.

¶An virtualis displicentia sufficiat ad remissionem peccati mortalis. Ibidem.

¶An veniale peccatum opponatur feruori charitatis. Ad Durand. eod. artic. ad tertium.

¶Quis sit ille feruor charitatis in hac vita, qui non compatitur secum veniale. Ibidem.

¶An

TABVLA COMMENTI.

¶An quandocunque gratia infunditur, peccata venialia remittantur. artic. 2.

An aliqua culpa, à Deo remittatur sine gratia. articulo quarto.

AN secundo peccans, ex hoc ipso grauius peccet, quàm prius peccauerit. quæstione 88. articulo 1. ad primum.

¶Ingratitudo quantificatur ex beneficio. art. 3.

DE irregularitate homicidij ex defensione commissi. quæst. 89 art. 3.

AN contritio, confessio, & satisfactio sint partes sacramenti pœnitentiæ, quæstione 9. articulo 1. ad Sco. & Durand.

¶An contritio secundum essentiam sit pars sacramenti. artic. 2. ad Sco. & Duran.

¶Satisfactio sacramentalis ex hoc ipso, quòd est pars sacramenti, auget gratiam. eodem articulo ad secundum.

¶An sacramentum pœnitentiæ sine satisfactione sit verum sacramentum. Ibidem ad Durand.

FINIS.

TERTIA PARS SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS S. THOMAE AQVINATIS,

Cum Commentarijs

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO, CAIETANI,

Ordinis Prædicatorum S. R. E. Tituli S. Xysti Presbyteri Cardinalis, artium, & sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

VIA Saluator noster &c. Debitum D. Tho. famulatum perfoluere cupiens, expeditis cōmentationibus trium librorū suæ summæ, ad vltimū me confero, expositurus textum multarū qōnū secundum modū in cōmentarijs 1. lib. inchoatum (ut petentibus hoc, morem gerā) adducturus qđ rōnis fideiq; lumini consonū apparebit, firmando semper rōne aut auctoritate oēm sententiā ut nullus meæ auctoritati reseruetur locus. Diuiditur igitur presēs liber (ut in illius aparet principio) in partes tres principales: quarū prima de dño nr̄o Iesu Christo usque ad q. 60. protenditur: secunda uero de sacramentis inde inchoās, imperfecta relicta est ob immaturā doctoris mortem: tertia autē de immortali uita resurgentiū, oīno deficit. Nos autē si eius ope Deus dederit, quasdā adiungemus qōnes circa vtilia ad aiarū salutē, q̄ opportunæ apparebunt, ne repetere aliorū dicta contingat. Prima aūt pars de Iesu Chr̄o, in sex partes distinguit: prima de vnione filii Dei & humanæ naturæ usque ad 15. q. inclusiue: secunda de his quæ consequūtur unionē, a 16. vsq; ad 26. tertia de ingressu Saluatoris i mundū, a 27. vsq; ad 39. quarta de ꝓgressu Saluatoris in hoc mundo, a 40. vsq; ad 45. quinta de exitu Saluatoris ex hoc mundo, a 46. usque ad 52. sexta demum de exaltatione Saluatoris post hanc uitā, a 53. usque ad 59. tractat. Scđa deinde principalis pars de sacramentis in octo distinguitur partes, quarum prima de sacramentis in communi, reliquæ septem de singulis septem sacramentis sigillatim tractant.

PROLOGVS.

VIA saluator noster dñs Iesus Chr̄s, teste angelo, populū suum saluū faciēs a peccatis corū, C uiā ueritatis nobis in seipso demonstrauit, per quā ad beatitudinē immortalis vitę resurgēdo peruenire possimus, necesse est, ut ad cōsumationē totius theologici negotij, post cōsiderationem ultimi finis humanæ vitę, & uirtutum ac uitiorum, de ipso oīum Saluatore, ac beneficijs eius humano generi præstitis, nr̄a cōsideratio subsequaī. Circa quā primo cōsiderandū occurrit de ipso Saluatore. Secundo, de sacr̄is eius, quibus salutē cōsequimur. Tertio, de fine immortalis uitę, ad quam per ipsū resurgendo peruenimus. Circa primum duplex cōsideratio occurrit. Prima est, de ipso incarnationis mysterio secundū quòd Deus ꝓ nostra salute factus est homo. Secunda de his, quæ per ipsum Saluatorē nostrū. i. Deū incarnatum sunt acta & passa.

QVAESTIO PRIMA.

De conuenientia incarnationis, in sex E *articulos diuisa.*

CIRCA primum tria cōsideranda occurrunt. Primò quidē, de conuenientia incarnationis Christi. Secundò, de modo unionis uerbi incarnati. Tertiò, de his, quæ consequuntur ad hanc unionem.

CIRCA primum queruntur sex.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

¶ Secundò, Vtrum fuerit necessarium ad reparationem generis humani.

¶ Tertiò, Vtrum, si non fuisset peccatum, seu homo peccator, Deus incarnatus fuisset.

¶ Quartò, Vtrum principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.

¶ Quintò, Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari a principio mundi.

¶ Sextò, Vtrum eius incarnatio differri debuerit usq; in finē mundi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.

AD PRIMVM sic proceditur. Vī, ꝙ nō fuerit cōueniens, Deū incarnari. Cū. n. Deꝰ ab eterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimū est ipsum esse sicut ab ęterno fuit: sed Deus ab æterno fuit absq; omni carne. ergo conuenientissimū est, ipsum nō esse carni unitum. Non ergo fuit cōueniens, Deum incarnari.

¶ 2 Pret. Quę sunt in infinitū distātia, incōueniēter iungūtur: sicut inconueniens iūctura esset, si quis pingeret imaginē, in qua humano capiti ceruix iūgeretur

¶ Super Quæstionis primę Articulum primum.

IN titulo 1. artic. 1. quæst. nota duos terminos. scilicet ly. incarnari, & ly, conueniens. Nam ly incarnari plus significat quā exprimat: explicat siquidem nihil aliud, q̄ carnem assumere, vel carnem fieri: significat autem hominem fieri etiam secundum carnem: ita quòd caro vt infimus terminus quicquid nobilius est in homine, concludit: & ut sic denominat naturam humanam integram: nam si Deus usque adeo semetipsum exinaniuit, ut conueniens ter caro fieret humana, multo magis conueniens est. ꝙ sit factus homo secundum animam & humanitatem integrā. Merito autem theologi hanc diuinam exinanitionem uocabulo incarnationis significant: quia Ioannes Euangelista propter dictam rationē eodem docuit uocabulo, dicens, Et uerbum caro factum est. Ly conueniens, cū se habeat ad possibile, ut minus commune ad magis commune, claudit in se possibile, & addit super illud: omne quidem conueniens est possibile, sed non econtra, ut patet de monstris. est enim monstrum possibile, sed non est conueniens, cum conclusum igitur fuerit, quòd Deum incarnari est conueniens, monstratum erit simul, quòd est possibile. Rursus si perspexeris quòd ly, conueniens, absque quacumque determinatione in hoc titulo ponitur (dum non apponitur aliqua limitatio, puta, ad hoc uel illud. secundum hanc uel illam rationem, aut aliquid huiusmodi) uidebis, quòd quæstio præ- d. 3. 1. q. 1. sc ti. 2. Et 1. cō. c. 40. 49. 53- 54. & 55. Et op. 2. . 5. & 6. & op. 3. c. 207. & 208.

sens de conuenientia incarnationis non ad hunc vel illum finē aut effectū, sed absolute est: & propterea ex propriis Dei, & incarnationis absolute decidenda est quæstio ista. Cuius sensus est, an Deum fieri homem, etiam secundum carnem fuerit conueniens.

¶ In eodem tituli 1.ar. dubium occurrit: quia auctor uidetur incœpisse saltando, nā ante istum articulum debebat inquiri, an Deum incarnari sit possibile: tum quia ista qō nō debet indiscussa relinqui, sed in proprio loco tractari: constat autem possibile esse naturaliter prius, quā conueniens, cum sit cōmunius, & innata sit nobis uia ex cōioribus procedendi, ut dicitur in 1. Phys. tum quia auctor ipse non solus in principio 3. sent. inchoati a possibilitate. cur ergo non inde incœpit in hoc opere?

¶ Ad hoc dr, ꝙ quia nulla scientia probat suum subiectum, sed supponit illud, ut patet in 1. Post. & huius libri subiectum proprium est Iesus Christus. hoc est Deus incarnatus: ideo ars ipsa exegit, ut non quæreretur hic, an possibile sit Deum incarnari: hoc. n. esset librum istum non præsupponere Deum incarnatum. Nec tamen omnino indiscussa dubitatio hæc relicta est: sed tractando conuenientiam incarnationis ex naturis extremorum, Dei, & humanæ naturæ (vt in hac litera fit) excluditur impossibilitas incarnationis, & manifestatur simul, vt dictum est conuenientia eiusdem: ita ꝙ sub titulo conuenientiæ satisfactum est, & materiæ de possibilitate incarnationis, & arti procedendi. Quod autem in 3. sent. auctor inchoauerit a possibilitate, non obstat proposito: quia in illo opere non erat ipse ordinator doctrinæ, sed ut commentator quæstiones emergentes mouebat, hic autem ipse auctor est ordinis doctrinæ: & ideo artificiose procedens supponit Deum incarnatum, & quærit de illius conuenientia.

¶ In corpore istius 1.art. vnica est conclusio rōsiua quæsito. Conueniens fuit Deum incarnari. Probatur. Vnicuique rei conueniens est, quicquid competit illi secundum rationem suæ naturæ, ergo Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationē boni. ergo Deo conueniens est summo modo se cōicare creaturę. ergo conueniens fuit Deū incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc, ꝙ ratiocinari conuenit homini: quia secundum rationē suæ rationalis naturæ competit. Prima uero consequentia probatur: quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis, vt Dion. dicit. Secunda autē consequentia probatur: quia ad rationem summi boni spectat summo modo se cōicare creaturæ. Quod probat: quia ad rationem boni spectat se cōicare aliis. Tertia denique consequentia probatur: quia hoc, quod est summum bonum, seu Deum summo modo se communicare creaturæ, maxime fit per hoc, ꝙ naturam creatam sic sibi coniungit, ut ex Verbo, anima, & carne, una fiat ꝑsona, ut Aug. dicit. Hic est planus ꝓcessus hrę.

¶ In antecedentis huius processus hoc solum notandum occurrit, quòd propter sui claritatem in litera manifestatur in una sola natura, cum potuisset inductiue manifestari in omnibus: satis enim fuit inchoasse inductionem in re tam manifesta.

¶ In primo consequente, s. Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationē boni, memento distinguere quod aliud est loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni, puta, angelici, cæ lestis, humani, leonini & aliorum specialium bonorum. Multa nam q; sunt, q̄ spectant ad rōnem talis boni, quæ non spectant ad rōnem boni absolute: latrare siquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatē hois, moueri ad bonitatem cæli, & sic de aliis propriis bonis creaturarum spectant: & tamen nihil horum spectat ad rationem boni simpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo: sed quicquid pertinet ad rationē boni non limitati ad hanc uel illa natura creata, sed absolute consideratj, totum conueniens est attribuere Deo: quia natura Dei est ipsa bonitas.

¶ Circa secundæ consequentiæ. 1. ergo Deo cōueniens est summō modo se communicare creaturæ probationem. s. quia ad rationem boni pertinet, vt se aliis communicet &c. dubium primo occurrit: quia communicare se aliis, nullam perfectionem importat: alioquin Deo ab æterno, dum se non communicauit aliis defuisset aliqua perfectio, quod est impossibile: quod autē nullam perfectionem importat, non spectat ad rationem boni, cui nihil præter aut extra boni latitudinem conuenire fas est. non recte igitur assumitur, quòd communicare se aliis pertinet ad rationem boni.

¶ Circa eiusdem sequelæ probationem eandem dubium secundo occurrit: quia inefficax inuenitur, quoniam transitur ex naturali conditione boni ad uoluntariam boni conditionem. Quod non licere patet ex eo, quòd uoluntaria libere a bono procedunt: non enim inferuntur ex naturalibus, vtpote necessariis & alterius ordinis. non ergo ex qua cumque Dei naturali conditione potest efficaciter inferri aliquod opus ipsius liberum, ut patet. Manifestatur aūt, hunc errorem in hoc passu interuenire: quia ex spectantibus ad rationem boni infertur summum bonum, ac per hoc Deum communicare seipsū creaturæ. Constat enim quòd pertinentia ad rationem boni conueniunt ipsi bono & Deo naturaliter, & quòd communicare seipsum conuenit Deo summo bono libere: non recte igitur procedit in litera.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ licet posset distingui cōicare se aliis secundum quòd importat actionem, quæ est perfectio agentis in actu (quæ in Deo est sua substantia) & secundum ꝙ importat illationem effectus ad extra, ut in 1. lib. patuit: quia tamen non oportet in proposito ad hæc recurrere, scito ꝙ falsum simpliciter est, quòd communicare se aliis non importat perfectionem, & probatio eius non valet ex eo, quod non ponit perfectionem in communicante, inferens. ergo non importat perfectionem. fiat enim quòd importet perfectionem, & non in cōmunicante, sed in illis, quibus communicatur. Et vere sic est, nā bonum cōicare seipsum aliis, dato quòd nullam addat perfectionem bono cōicanti seipsum: necessario tamen perfectionē ponit in illis aliis, quibus seipsum communicat, & ad naturā boni spectat communis are seipsum aliis, quod ipsum communicans sit melius, sed vt alia bonificentur per ipsum, & propterea ratio literæ uerum assumit, & optimē procedit ad intentum.

¶ Ad secundum dubium dicitur, ꝙ cum bonum sit unū transcendentium & comprehendat fal & non solum bonum secūdum esse naturæ, sed etiā bonum uoluntatem, ac per hoc abstrahat ab vtroque essendi & causandi modo. s. per modum naturæ uel uoluntatis: consequens est q̄ id, quod pertinere dicitur ad rationē boni, non minus quam ipsum bonum & illius ratio abstrahat a modo naturæ uel libertatis, ac per hoc cōmunicare seipsum pertinere ad boni rōnē intelligendū est non determinate per modū naturæ, aut libere, sed coiter & indeterminate, vt in vnoquoque verificetur secundum illius modum. vnde & in litera nō cōcluditur aliquis dictorum modorum communicandi se: sed absolute, ꝙ communicare seipsum creaturæ supremo modo (siue hoc fiat naturaliter siue libere non exprimendo) spectat ad summum bonum ea ratione, quia si bono conuenit communicare se, consequens est, ꝙ magis bono conuenit magis communicare se: & consequenter summo bono conuenit summe communicare se. vnde patet, quòd non infertur uoluntarium, ex naturali: sed commune ex communi.

¶ In tertia consequentia memento primo formaliter intelligere terminos, distinguendo de creatura uel de creatura tali, puta, homine, angelo vel celo &c. nā nō est hic sermo de creatura tali, sed de creatura absolute, cui assumit. ꝙ summo bono cōuenit summo modo se cōicare creaturę. Notare secūdo uerba, & signate mysteria: ex summo modo communicare se creaturæ, infertur incarnationis conuenientia. Tribus nāq; modis plusquā genere diuersis Deus qui est ipsum summū bonum, intelligi pōt cōicare seipsum creaturæ. Primo, quasi naturaliter communicando seipsum, & sic communicauit seipsum uniuerso, creando & conseruando libere uniuersum. Secundo, supernaturaliter communicando seipsum & sic communicauit seipsum uniuerso eleuādo omnes intellectuales & rationales substantias in consortium diuinæ naturæ per gratiam: cuius non solum capaces gratuita benignitate effecit: sed etiam actualiter participes ab initio, ut in 1. lib. auctor ex Augustini auctoritate deduxit. Est autem inter hos duos modos tanta distantia, ꝙ iuxta primum modū distri-

buræ

in minimo, & cui imminet cura magnorum, ad parua se transferat: sed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuersitas capere non sufficit. ergo videtur inconueniens, quòd intra corpusculum uagientis infantiæ lateat, cui parum putatur vniuersitas, & tandiu a sedibus suis absit ille regnator, atque ad unum corpusculum totius mundi cura transferatur, ut Volusianus scribit ad Augustū. †

Sed contra, Illud vī esse cōuenientissimum, ut per uisibilia monstrentur inuisibilia Dei: ad hoc enim totus mundus est fa-

Epis. 2. pō medium. Ilius, tom. 3 inter opera Aug.

butæ sunt participationes, imitationes atque similitudines Dei, sic, ut constituerentur illis substantiæ rerum, quas naturas entium dicimus, cum suis conditionibus naturalibus. Deus autem ipse extra & supra totum uniuersum in sibi soli propria excellentissima natura remanet solus in suipsius fruitione beatus. Iuxta secundum autē modum naturæ suæ propria Deus communicauit creaturæ, scilicet uidere Deum, frui Deo uiso per essentiam, esse consortem diuinæ naturæ per gratiam inchoatiue, & per gloriam consumate.

li.3.Orth.f. c. 1. in med. illius.

Quæ quia non possunt sic communicari, ut naturalia aut cōnaturalia sint creaturæ, ideo supernaturaliter, ac ex superabundantiore gratia Deus, quod sibi soli ex naturali ordine remanserat proprium, commune fecit creaturæ, ut coregnaret cum illo beata in illius quoque uisione ac fruitione: ita quod Dei communio, quæ impossibilis est naturaliter, ac ex

2. pa. inm. li. toma. 3 oper.

3.di.1.q.1.a. 3.ad 3. & q. 2.ar. 1. ad 1. & di.4.q.1.a. 2.q.1.cap.& ad 2.

superabundantiore gratia Deus, quod sibi soli ex naturali ordine remanserat proprium, commune fecit creaturæ, ut coregnaret cum illo beata in illius quoque uisione ac fruitione: ita quod Dei communio, quæ impossibilis est naturaliter, ac ex

tiuam, scilicet uniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturę, & non habetur affirmatiua inconuenientis. Et merito, quia uerè negatur de quacumquè creatura conuenientia, & quacumque naturalis potentia ad unionem personalem cum Deo: falso tamen affirmaretur repugnantia aut inconuenientia ad huiusmodi unionem, quoniam neutram partem sibi creatura uendicat. Creatura.n. secundum naturę suę conditionem non habet, uñ sibi uendicet conuenientiam ad talem unionem, nec habet uñ sibi uendicet inconuenientiam ad eandem: sed totus ordo creaturę ad hmõi unionem ad excellentiam bonitatis & potestatis diuinæ spectat, sola logica, & obedientiæ potẽtia in creatura saluatur

3.di.4.q.3.ar. 1.ad 3.& 4.d. 10.ar.1.ad 3. & di.43. ar. 2.q.2. ad 1.& 4.con.c.55.2 Et Ps.45. 1.par. q.4.2. 2.lit 2.

¶ *Super quæstionis primæ articulum secundum.*

IN ti. ar. 2. nota q̃ in hoc ar. non quęritur absolute, an Deum incarnari fuerit necessarium, ut in 1.ar. fuit quæstio de incarnationis cõuenientia absolutè. sed quæritur hic de necessario ad certum finem. s. reparationem humanam: supponitur.n. hic genus humanum lapsum perdidisse salutem suam, & quæritur an ad reparationem ipsius necessariũ fuerit Deum incarnari. Et scito, quod quæstio ista tractatur a magistro sentiarum in 3. sent. dis. 20. respectu tamen passionis Chri.

¶ In corpore ar. quatuor fiunt. Primò, ponitur distinctio bimembris de necessario ad aliquem finem. Secundò, iuxta primum membrum ponitur prima conclusio negatiua, & probatur ex ratione diuinæ potentiæ. Tertiò, iuxta secundum membrum ponit secunda conclusio affirmatiua, & probatur simul cum prima auctoritate Aug. Quartò, probatur sola secunda conclusio tripliciter. Primò, de utilitate ad promotionem ad bonum quintuplex. s. fidei, spei, charitatis, operis recti, & diuini cõsortii. Secundò, de utilitate remotiua mali etiam quintuplicis, seruitutis diabolicæ, deiectionis propriæ, præsumptionis, superbiæ, seruitutis peccati. Tertio, quia sunt plurimæ aliæ incomprehensibiles homini utilitates. Et contextus literæ clarus est ualde.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 2.ar. dubia multa occurrunt circa multa ibi dicta; dicuntur siquidem ibi quatuor. Primò, q̃ purus homo non potuit sufficienter adæquando culpam commissam satisfacere pro peccato. Secundo, q̃ una huius ratio est: quia peccatum contra Deum commissum habet quandam infinitatem ex offensa diuinæ maiestatis. Tertiò, q̃ satisfactio Christi est perfecta secundum adæquationem ad culpam commissã. Quartò, quòd omnis puri hominis satisfactio efficaciam habet a satisfactione Christi. Et horum singula suas habent obiectiones.

¶ Contra primum siquidem arguit Scotus in 4. sen. di. 15. q. 1. satisfactio est redditio æquiualentis pro æquiualenti: sed quantũ malum fuit auersio a Deo per peccatum, tantum bonum est conuersio ad Deum per charitatem. ergo purus homo potuit æquialens reddere. Præterea, quantum bonum natum fuit inesse actui meo, tantum bonum & non plus abstulit peccatum meũ, & tantum bonum potest inesse actui secundo. ergo per illũ actuum omnino equiualens redditur. Tertiò, Deus de potentia absoluta potuisset dare peccatori post attritionem tanquam dispositionem & meritum de congruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio, & sic per satisfactionem æquialentẽ deleuisset peccatum; quia per illum actum redderetur Deo æquialens illi bono, quod abstulit peccatum. Affert quoq; Capreolus in lib. 1. dist. 4. argumentum Aureoli: sed in idem redit cum dictis.

¶ Contra secundum dictum. s. quod infinitas offensæ causat impossibilitatem satisfaciendi puro homini, arguit Scot. ibidem. Si infinitas in peccato prohibet satisfactionem possibilem, etiam prohiberet eam positam in passione Christi, quia passio Christi

ARTICVLVS II.

Vtrum necessarium fuerit ad reparationem generis humani uerbum Dei incarnari.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, q̃ non fuerit necessarium ad reparationem humani generis, uerbum Dei incarnari. Verbo.n. Dei, cum sit Deus perfectus (ut in primo habitum est*) nihil uirtutis per carnem assumptam accreuit. Si ergo uerbũ Dei incarnatum humanam naturam reparauit, ẽt absq; carnis assumptione eam potuit reparare:

¶ 2 Præterea. Ad reparationem humanæ naturæ, quæ per peccatum collapsa erat, nihil aliud requiri uidebatur, quam quod homo satisfaceret pro peccato: sed hõ, ut uidetur, satisfacere potuit pro peccato: non.n. Deus ab homine plus requirere debet, quam possit: & cum pronior sit ad miserendum, quàm ad puniendum, sicut etiam accepta secundum totam rationem meriti in ea fuit bonum finitum: quia non erat bonũ increatum, nec per consequens acceptatur a Deo infinite ex parte obiecti: quia non fuit Deus beatus amando illam passionem, sicut est beatus amando essentiã suam. Arguitur etiam, quia infinitas offensæ non est infinitas simpliciter, sed secundum quid. ergo non satisfacientem infinitum simpliciter, vt est filius Dei, sed infinitum secundum quid exigit: quilibet aũt homo amans Deum ex gratia seu charitate, est sic operans infinitum secundũ quid, vt patet. Non ergo ex infinitate offensæ Dei inferri potest efficaciter infinita efficacia satisfacientis, sic q̃ sit suppositum diuinũ, ac per infinitum simpliciter: quod tamen in litera fit.

homini imputat ad pœnam actũ peccati, ita imputare debet ad meritum actum contrarium. Non ergo fuit necessarium ad reparationem humanę naturæ, verbum Dei incarnari.

¶ 3 Præt. Ad salutẽ hoĩs præcipuè ptinet, vt Deum reuereatur: vnde dicitur Malach. 1. Si ego pater, vbi honor meus? si dominus, vbi timor meus? sed ex hoc ipso homines Deum magis reuerẽtur, q̃ eum cõsiderant super omnia eleuatum, & ab hominum sensibus remotum: vnde in Psal. 112. dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super cęlos gloria eius. & postea subditur. Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerentiam pertinet. ergo videtur non conuenire humanæ saluti, q̃ Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

SED CONTRA, illud, per quod humanum genus liberatur a perditione, est necessariũ ad humanam salutem: sed mysteriũ dipeccatis humanæ naturæ, nec ipsiusmet si peccasset. Antecedens patet: quia Deo & parentibus non potest reddi æquialens, vt dicitur 8. Eth. Consequentia est nota: tum quia redditio æquialentis oportet q̃ sit de non alias debito illi, cui redditur: tum quia, si actus Christi non sufficit ad adæquandum beneficia, constat q̃ nihil superest sibi, quo possit aliorũ culpas adæquare. Et quia Durã. in verbis istis insinuat se loqui de Christo secundũ q̃ hõ, quasi abstrahẽdo a suppposito diuino. patet oppositũ esse de mente eius, dũ in 4. sent. di. 15. q. 1. tam tertiũ, q̃ quartum hic dictũ impugnans dicit. Quidam dñt, q̃ licet homo ex se non possit satisfacere reddendo æquiualens: pot tñ ex hoc, q̃ sibi cõcatur meritum passionis Christi, quod fuit aliquo modo infinitum; sed primum. s. q̃ nullus possit reddere æquialens simpliciter, videtur melius dictum: quia nec ipse Christus scđm q̃ homo, potuit Deo reddere æquialens beneficijs acceptis. cum ergo quicquid erat in Christo, secundum humanam naturam esset totum obligatum Deo, & ei debitum, non potuit esse satisfactio de condigno pro quocumque peccato, considerando naturam operis vel rei: sed solum secundum gratuitam acceptationem Dei. hæc ille. Vbi patet ex hoc ipso, quòd impugnat positionem dicentem, quòd satisfactio Christi est infinita, quod non loquitur de Christo secundũ q̃ homo, abstrahendo a suppposito diuino: qñ positio illa tenet infinitatẽ esse in opere Christi humano quidem, sed ratione suppositi, cuius est operari; sed loquitur de Christi satisfactione, quam mediante natura assumpta effecit, tam gratias agendo, q̃ adæquando peccata.

¶ Contra quartum dictum, s. quòd omnis alia satisfactio efficax est ex satisfactione Christi, occurrit ipsemet auctor in 4. sent. dist. 15. q. 1. artic. 2. ad primum, dicens. Alij dicunt, quòd etiam quantum ad auersionem, pro peccato satisfieri potest, uirtute meriti Christi, quod quodammodo infinitum fuit. Et in hoc idem redit quod prius dictum est, scilicet quòd non potest satisfacere secundum æqualitatem, sed secundum acceptationem diuinam: qa per fidem mediatoris gratia data est credentibus: si tamen alio mõ gratiam daret, sufficeret satisfactio per modum prædictum. Vbi patet quòd auctor idem dat iudicium de satisfactione mea, siue habeam gratiam per fidem Iesu Christi, siue aliunde habeam gratiam, ac per hoc non fit ex satisfactione Christi satisfaciens simpliciter, sed solum secundum acceptationem, cuius oppositum hic docere uidetur. Et similiter non fit ex satisfactione Christi efficax, cuius oppositum expresse hic docet.

¶ Ad horum euidentiam aduertendum est, quòd quæstio de satisfactione pro peccato tria habet in hoc opere loca, primus est hic, ubi de necessitate incarnationis, p reparãdo humano genere tractat. Scđus ẽ inferius, ubi de necessitate passionis Chri tractat.

Tertius

Tertius est in tractatu de sacramento pœnitentiæ, vbi de tertia illius parte, quæ satisfactio est, tractandum est. Et in hoc vltimo loco de satisfactione pro peccato actuali directè tractandum est: in primis autem duobus communius tractatur, quia de satisfactione etiam pro peccato originali tractatur. Vnde in præsenti litera duas rationes auctor attulit ad ostendendum, quòd purus homo satisfacere nō potuit pro peccato, quarum prima directe respicit peccatum originale: secunda autem communiter de peccato sub quo tam originale, quam actuale, quod est simpliciter peccatum (quod constat solum esse mortale) comprehenditur, loquitur. hinc fit, vt onus hoc in loco acceperim differendi de satisfactoris sufficiētia. nō enim rationē secundam literæ. & conclusionē illius pertransire potui sine huiusmodi discussione. Et nisi obiectiones arguentium exigerent, conclusionem ut ex illa secunda, quæ impugnatur, ratione tantum tractarem, nec immiscerem vinculum de debito gratitudinis vinculo satisfaciendi, sicut nec auctor hic miscet, sed reseruarem hæc tractatui de pœnitentia. Vnde, vt obiectionibus fiat satis, dicetur & de hoc, quantum oportet hic scire. Et quoniam in primo dubio auctor non uidetur intellectus, ideo sensus literæ prædeclarandus est. Purus homo in hac quæstione intelligitur non solum per exclusionem coniunctionis cum diuino supposito, sed etiam per exclusionem diuinæ misericordiæ gratificantis opus hominis ad hoc, quod Deum acceptum sit. Probo singula ex litera. Exclusio diuini suppositi patet, quia purus homo distinguitur contra Christum Deum, & hominem. Exclusio diuinæ misericordiæ gratificantis opus ad hoc, quod sit acceptum, patet: quia satisfactio per æqualitatem distinguitur contra satisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim distinctione iuncta primæ patet, quod cùm dicitur, Purus homo satisfacere non potest secundum æqualitatem pro peccato, & similiter quod Christus satisfacere potest pro peccato secundum æqualitatem: sensus est, quod secluta misericordia Dei acceptantis opus alicuius pro satisfactione, loquendo de uiribus puri hominis, & uiribus Dei & hominis, purus homo non potest satisfacere: Deus & homo potest satisfacere. Et licet hic sensus sit sufficienter probatus ex litera, & manifestus sit ex hoc, quod est uere formalis de puro homine, vt satisfactore ipsi Deo pro peccato, & de Deo & homine vt satisfactore Deo pro peccato: amplius etiam manifestatur auctoritate auctoris in 4. sententia. distinctione 15. quæstione prima, articulo secundo ad primum, ubi habet hæc uerba. Sicut offensa habuit quandam infinitatem diuinæ maiestatis: ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam Deo acceptum redditur quod homo reddere potest. hæc ille. Vbi clare uides, quòd diuina misericordia gratificans satisfactionē e regione ponitur contra id, quod homo reddere potest. & quod constat per misericordem gratiam satisfactionis vim assequi, & satisfactionem etiam infinitam quodammodo esse. Confirmaturque idem sensus ex diuino Theologię compendio ad fratrem Rainaldum in 2. part. in capit. 16. Vnde patet primo, q̄ omnia argumenta inferentia, quòd homo concurrente gratia, seu charitate potest satisfacere pro peccato, non sunt contra auctorem intellectum: sed contra ipsum non vere, nec formaliter intellectum. Patet secundo differentia aliorum ab auctore. nam alii doctores charitatem seu gratiam ad satisfactionem concurrentem, ex parte hominis satisfactoris posuerunt: & ideo dixerunt purum hominem posse pro peccato satisfacere. Auctor verò gratiam, & charitatem ex parte diuinæ misericordiæ gratificantis, ac per hoc acceptantis opus humanum posuit, hominemque purum cum suis uiribus, & similiter Deum & hominem cum suis viribus ex parte satisfactoris posuit: & ideo dixit illum non posse, Christum verò posse satisfacere. Et salua illorum reuerentia, dupliciter reprehensibiles sunt.

uinæ incarnationis est huiusmodi, secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filiū suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. ergo necessarium fuit ad humanam salutem, Deum incarnari.

B RESPONDEO. Dicendum, quòd ad finem aliquē dicitur aliquid esse necessarium † dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest: sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ uitæ. Alio modo, per qd melius & conuenientius peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deum incarnari non fuit necessarium ad reparationem humanæ naturæ. Deus enim per suam omnipotentem virtutem potecIus bonum potens illi inesse, quàm possit secundo reponere in seipso, q̄m ut meus actus est peccatum mortale tollens charitatē, & vt meus actus numquam poterit charitate informari, iuxta illud Oseæ 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cum dr, tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur loquendo de actu secundo, vt est hominis, vt distinguitur contra Deum gratificantem, nam loquendo de hoc, vt includit actum gratificantem, satisfaceret quidem sc̄m acceptantis gratiam, & non secundum æqualitatem eius, quod reddit. Ad tertiam dicitur admittendo casum, & subiungendō, q̄ in tali casu, quia gratia se teneret ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, ideo non esset satisfactio ex parte hoīs: sed ex parte Dei acceptantis per suam gratiam, vt dictum est. Et ratio est: quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter, habet non pro principio, sed pro termino recuperationem diuinæ placationis: q̄m ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non repararetur amicitia per satisfactionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non præsupponenda: & si eius præuentionem misericordem præsupponis, iam non est satisfactio, nisi ex misericordia præueniente, vt sit sufficiens satisfactio: hmōi aūt satisfactio distinguitur contra satisfactionem per æqualitatē. vnde idem est satisfactori concedere gratiā, qua actus suus fiat satisfactio, & satisfactionem illius insufficientem, ex misericordia acceptare. Et est implicatio in adiecto, dicere, q̄ homo potest satisfacere simpliciter Deo pro cōmisso peccato, & quod hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de attrito contritum: quia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, non præsupponit satisfactionem, ac per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina, quæ distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

¶ Ad secundi quoq; dubij obiecta, ex eadem radice patet responsio, quantum ad sensum literæ: nam infinitas offensæ ex hoc, q̄ Deus est offensus, causat impossibilitatem satisfaciendi simpliciter in puro homine, vt dictum est, s.ut excludit diuinum suppositum, & diuinam misericordiam gratificantem. Quantum autem ad id, quòd obiectio Scoti tangit de infinitate meriti, seu satisfactionis Christi, in sequenti dubio explicabitur.

¶ Ad alterā verò obiectionē directe cōtra rōnē literæ rndetur, q̄ infinitas offensæ licet sit infinitas non simpliciter, hoc est in genere entis, sed quædam, hoc est in genere mali: est enim offensa Dei malū infinitū, sicut linea infinita esset quantita infinita. Et huiusmodi infinita si appellentur infinita fm quid, quia distinguuntur cōtra ens infinitū simpliciter, quod est solus Deus, conceditur, quòd infinitas offensæ est infinitas fm quid: & quod ipsam adæquaret infinitas etiā fm quid actus charitatis in Deo, si satisfactor aliquis ex propriis uiribus posset talem actum exhibere Deo offenso. Sed q̄m non solum purus homo, sed nec quæcumque pura creatura ad hoc se potest extendere: ideo oportet satisfactorem esse infinitum simpliciter, qui. s. ex propriis uiribus possit actum infinitum secundum quid adæquantem offensam.

A & quia contra positionem auctoris apposuerunt suam vt contrariam, in quo monstratur non penetrasse eos hanc positionem: & quia non formaliter de puro homine, & de Deo homine vt satisfactoribus simpliciter, vel secundum acceptationem diuina misericordiæ locuti sunt, ut auctor fecit: & propterea tanquam claram sententiam nō aliter probauit, q̄m clarissima vere est formaliter intellecta.

¶ Ad primi ergo dubij obiectionem ex Scoto dicitur, quod antecedens est verū: vt patet ex allegatis verbis auctoris ex 4. sent. sed cōsequentia negatur: quia q̄ō est de puro homine vt satisfactore per æqualitatem, excludendo diuinam gratificationē acceptantem: consequentia aūt infert de homine, nō excludendo, sed includendo diuinam misericordiam acceptātē p gratiā, vt patet. Ad secūdū dicitur, q̄ formaliter loquendo, actus meus, vt me, natus est tollere lōge ma-

Li. 13. ca. 10. non longe a princ. to. 3.

Lib. 11. ca. 2. à med. to. 5.

Aristot. 5. metaph. text. 6. tom. 3.

infinitam ſm quid, exhibere Deo. Et ideo optime, & efficaciter in litera ex infinitate offenſæ Dei infertur, quod oportet ſatisfactorem ſimpliciter eſſe non ſolum hominem, ſed etiam Deum, vt ſic ex propriis viribus exhibeat actum infinitæ efficaciæ.

¶ Ad tertium dubium reſpondetur, quod actiones Chriſti humanæ, ſcilicet amare Deum, uoluntarie pati, & huiuſmodi, habent duas conditiones. Altera eſt, quod ſunt res quædam creatæ, & ſic ſunt finita entia ſimpliciter: non enim ſunt Deitas. Altera eſt, quod ſunt tres perſonæ diuinæ, vt proprii ſuppoſiti cuius ſunt, & ſic ſunt infinita entia perſonaliter, & ſunt infinitæ efficaciæ in tali genere, puta, meriti ſeu ſatisfactionis, ex hoc ipſo, quod ſunt opera ipſius Dei, vt propriè perſonæ exercentis opera illa. Et ex hoc patet primo ſolutio obiectionis Scoti in dubio præcedenti, nam paſſio Chriſti licet fuerit bonum finitum eſſentialiter: fuit tñ bonum infinitũ perſonaliter, & propterea fuit infinitæ efficaciæ in ſatisfaciendo: nullum autem cuiuſcumq; puræ creaturæ meritũ eſt infinitum perſonaliter. Patet deinde huius certitudinis veritas: quoniam ex hoc ipſo, quod perſona Chriſti ſoluit pro peccato, ſatisfactio ipſa eſt infinita perſonaliter, ac p hoc adæquans offenſam infinitam ex infinitate maieſtatis offenſæ. Et ſicut adæquat offenſas totius mundi contra diuinam maieſtatem: ita adæquat beneficia collata toti vniuerſo à Deo glorioſo: ita q; actio Chriſti ex hoc ipſo, quod eſt infinita perſonaliter, ſufficiens eſt ad adæquandum, & excedẽdum omnia tam naturæ aſſumptæ, quàm reliquo vniuerſo collata beneficia: & ſimiliter ad excedendum offenſas totius mundi in Deum: quoniam quanto maior eſt ſatisfactor, aut gratiarũ actor, tanto efficacior eſt. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores, & omnes creatas res, conſequens eſt, quod ſufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Chriſtus ſufficienter gratias egit Deo pro omnibus beneficiis ſuæ humanitati collatis: & ſatisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipſo, quod perſona diuina agebat gratias, & ſatisfaciebat: quia perſona diuina excedit in infinitum hæc omnia. Et nihil obſtat, quod perſona diuina mediante humana natura hæc operabatur: nam humana opera, ſupra hominem operabatur. diuine ſcilicet, vt inferius clare patebit, cum de infinitate operum Chriſti, & modo operandi eiuſdẽ erit ſermo. Et licet ad Deos, & parentes non poſſit reddi æquialens à creatura: poteſt tamen reddi æquialens à diuina perſona incarnata. Et rurſus licet quantò magis creatura gratias agit Deo, tantò magis Deo obligetur, quia ipſa gratiarũ actio nouũ

Li. 13. cap. 10. non procul a prin. to. 3.

Capitu. 4. in prin tom. 3.

Eod. li. & c. 4. nõ procul a prin. to. 4.

In ſer. 9. circa princ. illius, & eſt ſerm. 13. in ordine. t. 10.

* li. 3. ca. 17. circa princ. tom. 3.

Secundo, quantum ad ſpem, quę per hoc maxime erigitur. Vnde Aug. dicit 13. de Trini. † Nihil tã neceſſarium fuit ad erigendam ſpem noſtram, quàm vt demonſtraretur nobis quantum diligeret nos Deus. quid verò huius rei iſto indicio manifeſtius, quã quod Dei filius naturæ noſtræ dignatus eſt inire conſortium? Tertiò, quantum ad charitatem, quæ maxime per hoc excitatur. Vnde Augu. dicit in lib. de Catechizandis rudibus. * Quæ maior eſt cauſa aduẽtus Domini, niſi vt oſtẽderet Deus dilectionem ſuã in nobis? Et poſtea ſubdit. † Si amare pigebat, ſaltem reamare nõ pigeat. Quartò, quãtum ad rectam operationem, in qua nobis exẽplũ ſe præbuit. Vnde Aug. dicit ĩ quodã ſermone de nati. dominĩ. Homo ſequendus non erat, qui videri poterat: Deus ſequendus erat, qui videri non poterat: vt ergo exhiberetur hõmini, & qui videretur ab hoĩe, & quẽ homo ſequeretur, Deus factus eſt homo. Quintò, ad plenã participationẽ diuinitatis, quæ vera eſt hominis beatitudo, & finis humanæ vitę, & hoc collatum eſt nobis p Chriſti humanitatem. Dicit. n. Augu. in quodam ſermone de nati. domini. * Factus eſt Deus homo, vt homo fieret Deus, Similiter & hoc vtile fuit ad remotionẽ mali. Primò. n. per hoc hõ ĩſtruitur, ne ſibi diabolum præferat, & eũ veneretur, qui eſt actor peccati. Vnde Aug. dicit 13. * de Tri. Quã doquidem ſic potuit Deo coniũgi humana natura, vt fieret vna pſona, ſuperbi illi maligni ſpiritus nõ ideo ſe audeãt homini præponere, quia non habent carnẽ. Secundo, per hoc inſtruimur quanta ſit dignitas humanę naturæ, ne eã inquinemus peccando.

F

G

H

I

K

eſt beneficium, quod tunc accreſcit creaturæ ex diuina largitate: quia tamen in perſonam diuinam in ſe nullum redundat beneficium ex gratiarum actione, ſic nec vllum eſt ſibi à principio incarnationis præſtitum beneficium: ideo ipſa ex hoc ipſo, quod humanos actus diuinos perſonaliter exhibet Deo, omnia creata ſufficienter adæquat & excedit. Vbi ſcito, quod quia verbum caro, ex propriis viribus ſuæ perſonæ habet charitatem, & gratiam in anima informante carnem aſſumptam (iuxta illud, Quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis) charitas non ſe tenet in Chriſto ex parte Dei, vt cui ſatisfaciendum eſt, ſicut in cæteris hominibus dictum eſt computari: ſed ſe tenet ex parte perſonæ ſatisfacientis, hoc eſt ipſius Dei, vt ſatisfactor eſt. Et propterea non poteſt de Chriſti ſatisfactione dici, quod eſt æquialens per acceptationem, & non per æqualitatẽ, ſicut de aliorum ſatisfactionibus dictũ eſt.

¶ Ad quartum dubium prædeclaranda eſt veritas rei, & deinde ad verba auctoris deſcendendũ eſt. Chriſtus dominus ſecundum veritatem dupliciter cauſat ſatisfactionem noſtram: primo, vt cauſans charitatem, & gratiam in nobis, qua ſatisfactio noſtra accepratur: ſecũdo, vt ſatisfactor perfectè pro peccatis totius mundi. Et ex hoc ſatisfactio mea habet ex duobus capitibus efficaciam: primo, ex charitate in me, qua fit, & eſt Deo accepta: ſecundo, ex hoc qđ innititur ſuper ſatisfactione Chriſti. Et quoniam neutro modo ſatisfactio mea eſt ſufficiens ſimpliciter, ſed ſecundum acceptationem, quia charitas ſe tenet ex parte Dei acceptantis, & communicatio ſatisfactionis Chriſti miſericorditer mihi fit, non transferendo æqualitatem ſimpliciter in meam ſatisfactionem, ſed plus & minus, participantem Chriſti ſatisfactionem conſtituendo: ideo non eſt ſenſus huius literæ, quòd ſatisfactio mea habeat efficaciam æqualitatis ſimpliter ex ſatisfactione Chriſti, vt obiectum eſt: ſed eſt ſenſus, quòd habet ex ſatisfactione Chriſti efficaciam, ſicut imperfecta participatiue habent a perfectis eſſe, & poſſe: ſicut ignita habent abigne efficaciam. Nec in 4. ſenten. auctor contrarium dicit: ſed dicit hoc, quoniam docet, quòd quantum ad hoc, quod eſt, ſatisfactionem meam non eſſe ſufficientem ſimpliciter, ſed per acceptationem diuinam, in idem redit, dicere, quod ſatisfactio mea eſt ex charitate, & ex communione paſſionis Chriſti. Et hoc verum eſt: quia ex neutro capite redditur ſufficiens in ſe ſimpliciter. Cõfiderauit quoque ibidem auctor ſatisfactionem meam, vt eſt ex merito Chriſti per communionem gr̃æ, & charitatis: & ió dixit

Vnde Aug. dicit in li. de vera relig. † Demõſtrauit nobis Deus q̃ excelſum locũ inter creaturas habeat humana natura, ĩ hoc q̃ hominibus in verò homine apparuit. Et Leo Papa dicit in ſermo. de nati. * Agnoſce o Chriſtiane dignitatẽ tuã: & diuinæ conſors factus naturę, noli in veterẽ vilitatẽ degeneri cõuerſatione redire. Tertiò, qa ad p̃ſumptionẽ hominis tollẽdã, gr̃a Dei nullis meritis p̃cedẽtibus in hoĩe Chriſto in nobis cõmẽdat, vt dr̃ in 13. de Tri. † Quartò, qa ſuperbia hoĩs, q̃ maxime impedimẽto eſt, ne inhęretur Deo, p rantã Dei humilitatẽ redargui põtatq; ſanari, vt dicit Aug. ibi. * Quintò, ad liberãdũ hoĩem à ſeruitute peccati, qđ quidẽ, vt Aug. dicit 13. de Trin. † fieri debuit ſic, ut diabolus iuſtitia hoĩs Ieſu Chriſti ſuperaretur, quod factũ eſt Chriſto ſatisfaciẽte pro nobis. Hõ aũt purus ſatisfacere nõ poterat p toto humano genere: Deus autẽ ſatisfacere nõ debebat: vñ oportebat Deũ, & hoĩem eſſe Ieſum Chriſtũ. Vñ & Leo Papa dicit in ſerm. de nati. * Suſcipitur à virtute infirmitas, à maieſtate humilitas, vt qđ noſtris remedijs cõgruebat, vn⁹ atque idem Dei, & hominũ mediator, & mori ex vno, & reſurgere poſſet ex altero. Niſi enim eſſet verus Deus, non afferret remedium: niſi eſſet verus homo, non præberet exemplũ. Sunt autem & alię plurimę utilitates, q̃ conſecutę ſunt, ſupra apprehenſionem ſenſus humani.

Cap. 16. non procul a principio tom. 3.

* in ſerm. poſt medi illius, incipit hic ſer. Saluator noſter.

Li. 13. ca. 13. ante medi tom. 3.

* eod. lib. & cap. habetur poſt med. illius.

† lib. 13. de Tri. cap. 13. tom. 3.

In ſermo. poſt med. illius.

Ad primvm ergo dicendum, qp ratio illa procedit ſecundũ primum modũ neceſſarij, ſine quo ad finem peruenire non poteſt.

Ad secvndvm dicendũ, qp aliqua ſatisfactio p̃t dici dupliciter ſufficiẽs. Vno mõ perfecte, qa eſt

quod si aliunde gratiam quis haberet eodem modo, scilicet secundum acceptationem satisfaceret: hic autem altius, & formaliter contemplatus est satisfactionem Christi, vt perfectam simpliciter in ordine satisfactionum, & addidit priori doctrinæ, quod hinc omnis puri hominis satisfactio sustentatur super satisfactione Christi: ita quod si quis aliunde gratiam haberet, non vt membrum Christi, satisfactio eius esset secundum acceptationem ex diuina misericordia per charitatem gratificante illã: sed non haberet efficaciam ex satisfactione Christi: & ideo imperfectior esset. Mea autem satisfactio, quia membrũ Christi sum, efficax est & ex charitate, & ex satisfactione Christi. Et quia ex Christi capite, & nobis membris constituitur vna persona mystica, ideo satisfactio mea coniuncta satisfactioni Christi fit æqualis simpliciter, vt est satisfactio mysticæ personæ: immo & quandoque superexcedit iuxta illud ad Colossen. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

condigna per quandam adæquationem ad recompensationem culpæ commissæ, & sic hominis puri satisfactio sufficiens esse nõ potuit pro peccato: tum quia tota humana natura erat per peccatum corrupta, nec bonum alicuius personæ, vel etiam plurium poterat per æquiparantiam totius naturæ detrimentum recõpensare: tum etiam, quia peccatum contra Deum commissum quẽdam infinitatẽ habet ex infinitate diuinæ maiestatis: tantò enim offensa est grauior, quantò maior est ille, in quem delinquitur. Vnde oportuit ad condignã satisfactionem, vt actus satisfacientis haberet efficaciam infinitam, vtpote Dei, & hominis existens. Alio modo potest dici satisfactio hominis esse sufficiens imperfecte, scilicet secundum acceptationem eius, qui est ea cõtentus, quàmuis non sit condigna. Et hoc modo satisfactio puri hominis est sufficiens. Et quia omne imperfectum præsupponit aliquid perfectum, à quo sustentetur, inde est, quòd omnis puri hominis satisfactio efficaciã habet à satisfactione Christi.

¶ *Super Quæstionis primæ. Articulum tertium.*

IN artic. 3. eiusdem quæstio. duo fiunt: primo, referuntur diuersæ opiniones circa quæsitum: secundo, respondetur quæsito, præferendo secundam opinionem duabus conclusionibus, altera de facto directe responsiua quæsito negatiue, altera de possibili asserente partem affirmatiuam. Prima conclusio est, Peccato nõ existente incarnatio non fuisset. Probatur, in sacra scriptura vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignatur. ergo incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remediũ peccati, conuenientius dicitur, ergo peccato non existente, incarnatio non fuisset. Antecedens pro euidenti assumitur. Prima consequentia probatur, quia ea quæ ex sola Dei voluntate supra omne debitum creaturæ proueniunt, nobis non innotescunt, nisi quatenus in sacra scriptura (in qua diuina nobis voluntas manifestatur) traduntur. Sed a conclusio est, Deus potuisset peccato non existente incarnari. Probatur, quia potentia Dei non limitatur ad hoc, scilicet quòd incarnatio sit in remedium peccati.

¶ Circa verba literæ nota duo: primò, quod ly, conuenientius, comparationem exercet respectu alterius opinionis contrariæ, ita quod ex reuelatis in sacra scriptura de diuina voluntate, conuenientius dicitur pars negatiua, quàm affirmatiua: secundò, quòd auctor loquitur de opere incarnationis vt sic. & non vt redempriuo, & liberatiuo, vt Scotus glossandas dicit auctoritates dicentes, quod sine peccato non fuisset incarnatio.

¶ In responsione ad tertium, nota distinctionem de potentia naturali, & de potentia obedientiali hinc sumi, & quomodo distinguuntur, quòd naturalis infra ordinem naturalium sistit: obedientialis uerò secundum ordinem ad diuinam potentiam attenditur: illa semper impletur, ista quandoque impletur, & quandoque non impletur.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articu. 3. dubium occurrit, primò circa illam propositionẽ, prædestinatio præsupponit præscientiam futurorũ, quia falsa est. Nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam Petri prædestinandi, aut saluandi: sed econtra, præscientia Petri saluandi præsupponit prædestinationem Petri, vt patet ex hoc, quod ideo scit Deus Petrum saluandum, quia prædestinauit eum, & non ideo prædestinauit Petrum, quia præuidit Petrum saluandum, vt patet ex prima parte, q. 23. artic. 5. ubi determinatum est, quod præscientia meritorum non est causa prædestinationis.

¶ Dubium secundò occurrit, quia impertinens est solutioni argumenti de prædestinatione Christi, quod supponatur præscientia futurorum, quia sine præsupponatur sine non, oportet ex voluntate diuina reddere rationem quare prædestinatus est per tale medium, vel sub tali ratione, vt in corpore huius articuli fit, & non ex parte intellectus præuidentis: præuisio enim non est ratio futuri effectus, vt patet.

¶ Dubium est tertio ex Scoto in 3. sentẽ. distinctio. 7. quæst. 3. ex ratione prædestinationis animæ Christi inferente, sine præiudicio tamẽ, quod incarnatio etiã sine peccato fuisset. Probatque hoc multipliciter. Primo, prædestinatio cuiuscumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti naturaliter præscientiam peccati, vel damnationis cuiuscumque. ergo multo magis hoc est verum de prædestinatione illius animę ad summam gloriã. Secundò ordinate volens, per prius vult finem, & post hoc, quod est fini propinquius: ergo sicut prius vult alicui gloriam, quàm gratiam, ita inter prædestinatos quibus vult gloriam ordinate, prius vult gloriam illi, quem vult esse proximum fini, ante hoc prius animæ Christi, quàm alteri vult gloriam, & prius cuilibet vult gloriam & gratiam, quàm præuideat illi opposita istorum habituum scilicet gratiæ, & gloriæ. ergo prius vult animæ Christi gloriam quam præuideat Adam casurum. Tertio, redemptio siue gloria animæ redimendæ non est tantum bonum, quantum est gloria animæ Christi. ergo non propter solam istam causam uidetur Deus prædestinasse illam animam ad tantam gloriam. Quartò, quia non est uerisimile tantum summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, s. pp minus bonum. Quintò, non est uerisimile Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quam Christum, quod tamen sequeretur. Immo vlterius sequeretur absurdius s. q. Deus prædestinando Adã ad gloriam, prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quàm prædestinasset Christũ ad gloriam, si prædestinatio illius animæ tantũ esset pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuisset, nisi casus. & delictũ præcessisset. Et hoc sit sextum Scoti argumentũ. Ex quibus concludit Scotus quòd prius natura, quùm aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna, Deus elegit ad cęlestem curiam omnes, quos habere voluit, siue angelos, siue homines in certis. & determinatis gradibus, & nullus est prædestinatus tantum, quia alius præuisus est casurus, vt sic nullum oporteat gaudere de lapsu alterius. Et hoc pro septimo argumento.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, q. hæc propositio, prædestinatio supponit præscientiam futurorum, potest intelligi primo respectu omnium futurorum, & sic videtur non intelligibilis: nam prædestinatio Petri non præsupponit præscientiam futuræ gloriæ Petri. quod patet sic. Præscientia futuri præsupponit futurum sub ratione futuri: qm, vt dr in 1. Post. qđ non est nõ potest sciri: gloria autem Petri est primo futura per prædestinationem, vt patet. est igitur secundum naturæ ordinem primo prædestinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri est futura, & sic præuidetur à Deo. Supponit ergo præscientia alicuius futuri prædestinationẽ, ac per hoc prædestinatio nõ præsupponit præscientiam omnium futurorum. Secundò, potest intelligi de prædestinatione quò ad constitutã per prædestinationẽ, & præscientiã respectu aliorum futurorum, ita q. sensus est, prædestinatio, vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum non prædestinatorum, sed eorum, quę præsupponuntur, uel ordinantur per prædestinationem. Et sic propositio est vera. Quam vt clarius intelligas distingue inter effectus prædestinationis, quoniam quidam sunt non solũ ordinati, sed constituti per prædestinationem, vt gloria & gratia, & vniuersaliter finis, & media vt sic: quidam autem sunt solum ordinati contra prædestinationem, ut anima illius hominis, qui est sanctus Petrus, & reliqua spectantia ad naturalem ordinem uniuersi: hęc. n. futuri rationẽ

ARTICVLVS III.

Vtrum si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q. si homo nõ peccasset, Deus incarnatus fuisset. Quia, vt dicit Damascenus, lib. 3. cap. 27. Deus assumendo carnem, suam maiestatem non minuit, & per consequens non minuitur ratio reuerentię ad ipsum, quæ augetur per augmentum cognitionis ipsius. Ex hoc autem, quòd nobis appropinquare voluit per carnis assumptionem, magis nos ad cognoscendum attraxit.

3. dist 1. q. 1. arti. 3. Et 4. di. 43 art. 2. q. 1. 2. Et ve ri. q. 29 art. 4. ad 3 & 1. Ti. 1. co. 1. fi.

habent ab æterno ex prouidentia diuina, & non ex prædestinatione diuina: sed prædestinatio quasi superueniens, sicut ordo gratiæ superuenit ordini naturæ, ordinat animam S. Petri in gloriam æternam mediante gratia, &c. Et quoniam inter præsuppositа à prædestinatione non solum sunt res naturales constituentes vniuersum secundũ naturalem ordinem, sed etiam defectus in pure naturalibus, vt monstra, & in animalibus, vt ægritudines, & in rationalibus, vt ignorantia, & malum moris quod est peccatum: ideo sicut, simpliciter loquendo, prædestinatio præsupponit prouidentiam vniuersi naturalis: ita simpliciter loquendo præsupponit præscientiam futurorum pertinentium ad ordinem vniuersi naturalem & defectuum in illo futurorum. Inter quæ constat contineri peccata hominum: quoniam non spectat nostrum peccare ad ordinem gratiæ, sed ad ordinem naturæ, quia ex nobis solis peccamus, vt patet, & auctoritate scripturę firmatur Oseæ 13. Perditio tua ex te, Israel. Et hinc patet falsam esse Scoticam imaginationem, q̃ prius Petrus prædestinetur ad gloriam, quàm præuideatur peccaturus: quoniam sicut prius præuidetur Petrus secundum ea, quæ secluso ordine gratię sibi conueniunt, quàm prædestinetur (quia prius præuidetur secundum futura sibi secundum ordinem simplicis prouidentiæ diuinæ, quàm secundum futura sibi secundum ordinem diuinæ prædestinationis) ita prius præuidetur peccaturus, quàm prædestinetur, eadem ratione: quia scilicet Petrum peccare spectat ad ordinem diuinæ prouidentiæ, & per superuenientem ordinem diuinæ prædestinationis æternam punitionẽ. Et si perspicacius tres, qui de facto in vniuerso inueniuntur, ordines consideremus, videlicet ordinem naturæ, ordinem gratiæ, & ordinem Dei, & creaturæ simul videbimus, q̃ secundus supponit primum, & tertius præsupponit vtrumque, & similiter præordinatio, & præuisio primi præsupponitur à præordinatione, & præuisione secundi, & similiter præordinatio, & præuisio tertii præsupponit præordinationem, & præuisionem vtriusque: ita quod Deus primo ordinauit vniuersum secundum ordinem naturę, & quoniam vniuersum secundum talem ordinem nõ attingit ad fruitionem diuinam, superaddidit ordinem gratię: & quoniam talis ordo non pertingit ad vnionẽ summo modo possibilẽ cum Deo, præordinauit creaturam ad vnionem personalem cum Deo. Quocirca cum peccata pertineant partim ad ordinem naturæ, & partim ad ordinem gratiæ, vt oppositа illi, cõsequens est, quòd prædestinatio Iesu Christi, vt sit filius Dei, præsupponat præuisionem futurorum peccatorum, vtpote spectantium ad præsuppositos ordines in genere causæ materialis.

¶ Vnde ad singula deueniendo, ad primum dubium dicitur, quòd propositio illa est vera, vt declaratum est, & est ad propositum argumenti, quod prædestinationem Christi nõ essariam absque peccato arguebat. Responsio namque ad hoc non exigit, quod prædestinatio Christi supponat præscientiam gloriæ Christi: sed requirebat, quod præsupponit præscientiam peccatorũ, in quorum remedium Christus est prædestinatus: ordinatio namque medicinæ præsupponit notitiam morbi.

¶ Ad secundum verò dubium dicitur, quòd in hac responsione ad quartum argumentum, quæ nunc discutitur, non erat reddenda ratio prædestinationis incarnationis in remedium peccati: sed sustinendum erat, q̃ cum prædestinatæ incarnationis necessitate stat, q̃ prædestinata sit in remedium peccati. Et hoc manifestatur ratione, quia prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum antecedentium, qualia sunt peccata, vt declaratum est. Et exemplo prædestinationis alicuius, puta Pauli mediante oratione alterius, puta, Stephani: quod exemplum si etiam quò ad præscientiam medii intelligendum creditur, exponendum est, q̃ prædestinatio Pauli, quò ad conuersionis effectum præsupponit præscientiam orationis Stephani, & sic de alijs, vt sic sit simile et quòad hoc, quòd prædestinatio incarnationis præsupponit præscientiam peccati humani.

¶ Ad tertium ex Scoto dubium dicitur, quadruplici vtendo distinctione. Prima est inter volitum, & volibile, nam aliud est illud esse magis volibile, & aliud est illud esse magis volitum: salus enim omnium hominum est magis volibilis ẽ se, quàm sal⁹ aliquorum tantum, vt patet, quia lõge maius est: non tamẽ est magis bonum volita à Deo, qui licet velit voluntate antecedẽte, omnes homines saluos fieri, non tamen vult voluntate beneplaciti salutem omnium, sed quorũdam tantum hominum, vt patet. Non potest ergo ex hoc, quòd aliquid ex parte obiecti secundũ se est maius bonum, ac p hoc magis volibile, inferri. ergo est magis volitũ à Deo. Secunda est inter magis, & prius natura volitum. Tertia est, inter prius natura, vel a quo non conuertitur consequentia, vel prius causalitate. Quarta est, inter prius natura volitum, prout prius est à quo non conuertitur consequentia, de facto vel possibili: accipiendo. n. prius natura, hoc est prius causalitate secundum aliquod genus causa, coincidunt prius, & magis secundum illud genus causæ: volumus. n. prius & magis sanitatem, quàm purgationem secundũ genus causæ finalis: econtra autem secundum genus causæ materialis locando dispositiones ex parte materiæ. & quia causa finalis est simpliciter, & absolute prior, ideo volumus simpliciter, & absolute prius, & magis sanitatẽ. sed si sumatur prius natura, à quo non conuertitur consequentia (vt Scotus sumit in proposito) vtere quarta distinctione inter sic prius volitum de facto, vel prius volitum de possibili: & dicito, quod multorum ordinate volitorum, quorum vnum se habet vt finis, aliud vt medium, aliud vt effectus: illud, quod est finis, constat esse magis prius natura, hoc est, causalitate volitum, & respectu diuinæ voluntatis loquendo, constat, quòd est prius natura de possibili volitum, nõ autem quòd sit prius natura volitum de facto, hoc est, constat, quod potest esse volitum illud sine medio, & effectu: non tamen constat, quod de facto sit à Deo volitum illud, sine tali medio, effectu, & occasione. Et hoc est, in quo deficiunt argumenta Scotica, quia ex magis, & prius causalitate, & prius natura secundum consequentiam uolito de possibili a Deo, infert uolitum esse a Deo de facto. At si assumat, q̃ finis est magis, & prius natura secundum consequentiam de facto a Deo volitus, petitio principii committitur: quia assumitur probandum, hoc enim cum ratione probari non possit (quia nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei) oportet ad scripturas sacras deuenire, si nosse volumus, quod de facto Deus ordinauit incarnationem futuram, siue Adã peccet, siue non. Nos. n. quia ex scriptura non habemus incarnationem nisi redemptiuã, dicimus quod licet potuisset Deus velle incarnationem etiam sine redemptione futuram, de facto tamen noluit eam nisi sic, quia ipse non aliter reuelauit suam uoluntatem, quæ ex sola ipsius reuelatione cognosci potest. Cùm ergo primo arguitur, Prædestinato cuiuscumque ad gloriam præcedit ex parte obiecti, &c. dicitur q̃ ppositio est simpliciter falsa, loquẽdo de præuisione pcti (vt patet ex dictis,) quia p̃destinatio ad gloriã pręsupponit ordinẽ ,puidẽtiæ, in quo pręuidentẽ pctã.

¶ Ad

*li. 13. c. 17. in princip. tom 3. † ar. præc.

Lib. 11. c. 18. tom. 3. In Ser. 36. & de verb. apost. ser. 8. tom. 10.

¶Ad secundum dr̃, q̃ ordinatè volens prius natura, hoc est causalitate finali, & prius natura, hoc est secundum non consequentiam: de possibili tamen vult finem, & propinquius fini, non autem de facto, quia stat cũ illo ordine, q̃ simul de facto velit connexionem illorum, ita q̃ non velit finem sine tali medio, & occasione; quia sic ei complacet. Et ideo nihil valẽt illationes de facto, inferentes, quòd prius natura Deus gloriã velit sine peccati remedio.

¶Ad tertium etiã patet ex dictis, q̃ stat Deũ nolle de facto maximum bonum, nisi connexum tali minori bono.

¶Et similiter ad quartum dr̃, quod nõ decet diuinam sapiẽtiam disposuisse tam excellsum bonum se facturam, nõ nisi occasionaliter peccato suum misericordiam ad id prouocante.

¶Ad quintum negatur sequela: qm̃, vt Apostolus dicit, prædestinauit alios conformes fieri imaginis filij sui. Christus est ergo primus prædestinatus de facto.

¶Ad sextum dicitur, quod non est absurdum Deũ prius præuidisse casum Adæ, quàm prædestinasse Christum: sicut non est absurdum, Deum prius præuidisse leporem curſurum, & mõstra futura, & reliqua ad naturę ordinem spectatia, quàm prædestinasse Christum.

¶Ad septimũ restat dicẽdum, quòd cùm dicitur; Nullus est prædestinatus, quia alius præuisus est casurus, propositio est vera, quia præuisio futuri casus Adę non est sufficiens causa p̃destinationis Christi: sed si supra præuisionem futuri casus Adæ apponatur misericordia Dei volentis casum illum, vt suum computare, & per seipsum satisfacere, iam habebitur, quòd ideo Christus est prædestinatus filius Dei: quia Deus vult satisfacere pro casu humano. Nec ex hoc oportet gaudere de lapsu alterius, sed de misericordia Dei, qui alterius lapsum præuisum conuertit in alterius bonum.

Aug. ser. 9. de ver. Apost. in princ. 10.

Art. 1. & ar. præced.

Tract. 2. in Ioan. circa fin. tom. 9.

Venit filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat: ergo si homo non peccasset, filius hominis nõ venisset. Et 1. ad Tim. 1. super illud verbum: Christus venit in hunc mũdum, vt peccatores saluos faceret, dicit glo.* Nulla causa veniẽdi fuit Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est medicinæ causa.

RESPON. Dicendum, q̃ aliqui circa hoc diuersimodè opinãtur. Quidam enim dicunt, q̃ etiam si homo nõ peccasset, Dei filius incarnatus fuisset. Alij verò contrarium asserunt, quorum assertioni magis assentiendum videtur. Ea enim, quæ ex sola Dei voluntate proueniunt supra omne debitũ creaturæ, nobis innotescere non possunt, nisi quatenus in sacra scriptura traduntur, per quam diuina volũtas nobis innotescit. Vnde cùm in sacra scriptura vbique incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, cõuenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ita quod peccato non existente incarnatio non fuisset, quamuis potentia Dei ad hoc non limitetur: potuisset enim etiam peccato nõ existente Deus incarnari.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnes aliæ causę, quę sunt assignatę,* pertinent ad remediũ peccati. Si enim homo non peccasset, pfusus fuisset lumine diuinæ sapientiæ, & iustitię rectitudine perfectus à Deo ad omnia necessaria cognoscenda, & agenda: sed quia homo deserto Deo, collapsus erat ad corporalia, conueniens fuit, vt Deus carne assumpta etiam per corporalia ei salutis remedium exhiberet. Vnde dicit Aug. super illud Ioã. 1. cap.* Verbum caro factum est: Caro te obcæcauerat, caro te sanat: quoniã sic venit Christus, vt de carne, carnis vitia extingueret.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ in ipso modo productionis rerũ ex nihilo diuina virtus infinita ostenditur. Ad perfectionem ẽt vniuersi sufficit, q̃ naturali modo creatura ordinetur in Deum, sicut in finem: hoc autem excedit limites perfectionis naturę, vt creatura vniatur Deo in persona.

AD TERTIVM dicendum, q̃ duplex capacitas attẽdi potest in humana natura. Vna quidem f̃m ordinem potentiæ naturalis, quæ à Deo semper implet, qui dat vnicuique rei f̃m suam capacitatem naturalem. Alia verò f̃m ordinẽ diuinæ potentiæ, cui omnis creatura obedit ad nutum, & ad hoc pertinet ista capacitas. Non autẽ Deus omnem talem capacitatem naturę implet, alioquin Deus nõ posset facere in creatura nisi qđ facit, quod falsum est, vt in primo habitum est.* Nihil autem prohibet ad aliquid maius humanã naturam productam esse post peccatum: Deus enim permittit mala fieri, vt inde aliquid melius eliciat. Vnde dicitur Roma. 4. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Vnde & in benedictione cerei paschalis dicitur: O felix culpa, quę talem ac tantum meruit redemptorem.

AD QVARTVM dicendũ, quòd prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum: & ideo sicut Deus prędestinat salutem alicuius hominis p̃ orationes aliorum implendam, ita etiam prædestinauit opus incarnationis in remedium humani peccati.

AD QVINTVM dicẽdum, quòd nihil prohibet alicui reuelari effectum, cui nõ reuelatur causa: potuit igitur primo homini reuelari [d] incarnationis mysteriũ, sine hoc, q̃ esset præscius sui casus. Non enim quicunque cognoscit effectum, cognoscit & causam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum principalius Christi incarnatio facta fuerit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃, q̃ Deus principalius incarnatus fuerit in remediũ actualium peccatorum, quàm in remedium originalis peccati. Quantò enim peccatum est grauius, tantò deleſſe omnia peccata mundi. Cùm enim hęc quæstio sit comparatiua (s. an principalius pro originali, quàm pro actualibus peccatis Deus incarnatus sit) presupponit positiuam certam. s. q̃ pro vtrisque peccatis incarnatus sit, & hoc est, quod primo in litera dr̃. Vbi nota, quod non est sermo de omnibus peccatis simpliciter, sed de omnibus peccatis hominum: qm̃ non venit Christus pro peccatis angelorum, & hoc denotat litera, cùm dicit, sed ad deletionẽ omnium peccatorũ, quę postmodũ s. post originale superaddita sunt. Secũdò, mõstratur modus, quo Deus incarnatus deleuit omnia peccata, s. non secundum effectum, sed secundum sufficientiam remedij, ita quod duæ ponuntur hic cõclusiones. Prima negatiua; Non omnia peccata hominum delentur per Christum. Et ratio huius est defectus hominum. Probat auctoritate Domini Ioã. 3. Secunda affirmatiua, Christus exhibuit, quod sufficiẽs fuit ad omnium peccatorum deletionem. Probatur ex Apostolo. Vbi nota, quod quia act⁹ actiuorum fiunt in patiẽte dispositò, & non in his, quæ agentis actionem non suscipiunt: ideo quantũcunque ignis sit sufficiens causa calefaciẽdi aliquem, nisi ille proximus sit igni, nõ calefit, non ex defectu ignis, sed hominis, qui non accedit ad ignem. Attulit Christus medicinam sufficientissimam pro omnibus, & nisi iungamur Christo per fidẽ, & obedientiam, in peccatis nostris remanemus nõ ex defectu remedij, sed ex defectu nostri, dum magis amamus tenebras sensibilium bonorum, quàm lucem intelligibilis, diuinique boni. Tertiò, in litera respondet quęsito duabus conclusionibus, altera implicitè, altera explicitè. Prima, quæ non explicatur, est, Quantũ ad magnitudinẽ peccati intensiuã, Christus principalius venit ad tollẽdum peccatum actuale, quàm originale. Secunda, quæ explicatur, est. Quantum ad magnitudinem extensiuam peccati, Christus principalius venit ad tollendum peccatum originale, quàm actuale. Vtraque conclusio assumit vnam, & eãdem maiorem. s. tantò principalius ad alicuius peccati delationem Christus venit, quantò illud peccatũ maius est: sed subsumit diuersam minorem: nã pro prima subsumitur, peccatũ actuale esse maius inten-

Prima par. q. 105. art. 6.

D. 67.

3. dist. 1. q. 1. artic. 2. ad 6. Et opusc. 10. art 28. & o. pusc. 11. art. 23. Et opusc. 33. art. 21.

¶*Super quæstionis primę articulum quartum.*

IN articulo quarto eiusdem primæ quæstio. in corpore tria fiũt. Primò, manifestatur id, quod quęstio hęc supponit. s. Christum

intensiuè; pro secunda verò, peccatum originale esse maius extensiuè.

¶ Vbi duę statim occurrũt dubitationes. Prima est, quia falsum est, quod regulariter loquẽdo, peccatum originale sit maiꝰ extẽsiuè, quàm actuale: quoniã omnes infecti originali sunt etiam infecti actuali peccato regulariter loquendo, & sublatis impedimentis, quod dico, pter beatam Virginem, & infantes mortuos antequã possent actualiter peccare.

Li. 5. c. 8. circa fi. tex.

*Lib. 2. sent. dist. 33. q. 2. art. 2.

¶ Secunda dubitatio est, quia ex litera nõ hr̃ conclusio simpliciter respõsiua quæsito, sed solum ſm quid: non enim hr̃, an absolutè dicẽdum sit, q; Christus principalius pro originali venit, & sic non hr̃, an dicẽdum sit, quod Christꝰ principalius pro actuali peccato venit, vt patet. Sed hr̃, q; ſm hoc, idest intensiuam, & secundum illud, idest extensiuam magnitudinem venit principalius pro hoc, vel illo.

Lib. 2. inter fin. & med. tomo 5.

¶ Ad primum dr̃, q; per se loquendo inter originale, & actuale peccatum hæc est differentia, q; actuale, vt in litera dr̃, est peccatum proprium singularis personæ, quæ facit illud: originale autem est peccatum proprium naturæ humanæ, ab Adã seminariè procedentis: & ideo originale, per se loquendo est commune infinitis hominibus, p quanto natura humana potest sic infinitis cõmunicari: & ideo tollit bonum generis humani per se loquendo, tollendo bonum in natura communi generi humano. Peccatum autẽm actuale nõ nisi bonũ huius personæ tollit, & accidit peccato meo, quod alter etiã peccet, & sic de aliis. Stando igitur infra latitudinẽ sermonis per se, optimè sonat differentia posita: nõ enim accidit peccato naturæ esse in toto genere, sicut accidit peccato personæ.

Habetur in glo. ordi. in hoc loco.

¶ Ad secundum dr̃, q; auctor, explicãdo secũdam conclusionẽ, magis humanę saluti aduersatur, propter quam Deus est incarnatus: sed peccatum actuale est grauius, quàm originale peccatum: minima enim pœna debetur originali peccato, vt Augustin. dicit contra Iulianum. † ergo principalius incarnatio Christi ordinatur ad deletionem actualium peccatorum, quàm ad deletionem originalis peccati.

¶ 2 Præterea. Peccato originali non debetur pœna sensus, sed solum pœna damni, vt in secundo habitum est:* sed Christus venit pro satisfactione peccatorum, pœnam sensus pati in cruce, non autem pœnam damni, quia nullum defectum habuit diuinę visionis, aut fruitionis: ergo principalius venit ad deletionẽ peccati actualis, quàm originalis.

¶ 3 Præterea. Sicut Chrysost. dicit in 2. de compũctione cordis.† Hic est affectus seruii fidelis, vt beneficia domini sui, quæ communiter omnibus data sunt, quasi sibi soli præstita reputet: quasi enim de se solo loquens Paulus ita scribit ad Galat. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: sed propria peccata nostra sunt actualia: originale enim est commune peccatum: ergo hunc affectum debemus habere, vt existimemus eum principaliter propter actualia peccata venisse.

Sed contra est, quod Io. 1. dr̃. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, quod exponens Beda dicit;† Peccatum mundi dicitur originale peccatum, quod est commune totius mundi.

Respondeo. Dicendum, q; certum est, Christum venisse in hunc mundum non solum ad delendum illud peccatum, quod traductum est originaliter in posteros: sed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ postmodum superaddita sunt. Non quòd omnia deleantur (quod est propter defectũ hominum, qui Christo non inhærent, ſm illud Ioan. 3. Venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem) sed quia ipse exhibuit, quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionẽ. Vnde dr̃ Rom. 5. Non sicut delictum, ita & donum; nam iudicium ex vno in condemnationẽ: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Tantò autem principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quantò illud peccatum maius est. Dicitur autem aliquid maius dupliciter. Vno modo intensiuè: sicut est maior albedo, quæ est intensior. Et per hunc modum maius est peccatum actuale, quàm originale, quia plus habet de ratione voluntarij, vt in secundo habitũ est.* Alio modo dr̃ aliquid maius extensiuè: sicut dr̃ maior albedo, quæ est in maiori superficie. Et hoc modo peccatum originale, (per quod totum genus humanũ inficit) est maius peccato actuali, quod est propriũ singularis personæ. Et quantum ad hoc Christus principalius venit ad tollendum originale peccatum, inquantum bonum gentis diuinius, & eminentius est, quàm bonum vnius, vt dicitur 1. Ethic.†

Ad primum ergo dicendũ, quòd ratio illa procedit de intensiua magnitudine peccati.

Ad secundum dicẽdum, quòd peccato originali in futura retributione non debetur pœna sensus: pœnalitates tamen, quas sensibiliter in hac vita patimur, sicut famem, sitim, mortem, & alia huiusmodi, ex peccato originali procedunt: & ideo Christus, vt plenè pro peccato originali satisfaceret, sensibilem dolorem pati voluit, vt mortem, & alia huiusmodi in seipso consumeret.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrysosto.* ibidem dicit, verba illa dicebat Apostolus, non quasi diminuere volens amplissima, & per orbem terrarum diffusa Christi munera: sed vt pro omnibus se solum indicaret obnoxium. Quid enim interest si & aliis præstitit, cùm quę tibi sunt præstita, ita integra sunt, & ita perfecta, quasi nulli alij ex his aliquid fuerit præstitum? Ex hoc ergo, quòd aliquis debet reputare sibi beneficia Christi præstita esse, non debet existimare, quòd non sint aliis præstita: & ideo nõ excluditur, quin principalius venerit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum vnius personæ: sed illud peccatum naturæ ita perfectè curatum est in vnoquoque, ac si in vno solo esset curatum: & ideo propter vnionem charitatis, totum quod omnibus est impensum, vnusquisque debet sibi ascribere.

1. 2. q. 81. a. 1. c. 1.

Lib. 1. eth. c. 2. circa tomo 5.

Loco iam citato.

Articvlvs V.

Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quòd conueniens fuisset Deum incarnari à principio humani generis. Incarnationis enim opus ex immensitate diuinę charitatis processit, secundũ illud Ephes. 2. Deus, qui dites est in misericordia, p̃ propter nimiam

Super quæstio. primę, artic. quintum.

In articulo quinto eiusdẽ primę qõnis in corpore duæ sunt cõclusiones, iuxta duplicem statum humani generis in sui principio. s. innocentię, & lapsus. Vertit enim in quæstionem, an in principio humani generis debuerit incarnatio esse. & propterea, iuxta duplicem statum in principio, duplici respondetur cõclusione, vtraque negatiua. prima est, Non fuit cõueniẽs à principio humani generis ante peccatũ Deũ incarnatum fuisse. Probat. Opus incarnationis principaliter ordinatur ad repara-

1. 2. q. 9. 3. 6. corp. Et di. 1. q. 2. ar. Et 4. cent. 55. ad 9. Isa. 2. 8. Gal. 4. fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

parationem naturæ per abolitionem peccati: ergo nō fuit conueniēs ante peccatū Deū incarnari. Probaf sequela ratione, quia medicina non datur nisi infirmis: & auctoritate Domini duplici. Secunda est: Non fuit conueniens Deum incarnari statim post peccatum. Probatur quadrupliciter. Primò, ex conditione peccati, Humanum peccatum prouenerat ex superbia hominis: ergo eo erat modo liberandus, vt humiliatus cognosceret se liberatore indigere: sed hoc cōuenienter fit, relinquendo hominem; primò in statu naturæ; deinde sub iugo legis, vt experto ſm vtriusque vires defectum suum, clamaret pro gratia: ergo. &c. Omnia clara sunt in litera. Et confirmatur magis ex responsione ad tertium magis explicatur, ita q̄ sic est formanda. Humanam naturam lapsam conuenit procedere de imperfecto ad perfectum: ergo consumata eius perfectio in vnione ad Deum non statim habenda erat. Antecedens probaf Apostoli auctoritate in litera. Consequentia autem, vt manifesta relinquit, & merito, quia non procederet de imperfecto ad perfectum, quasi progrediendo per media, & appropinquando ad diuinā vnionem, si statim incarnatio fuisset: nam defuisset vnio ſm intellectum magis, ac magis illustratū, ſm successionem temporum: & sifr media vnio per charitatē patriarcharum, ac prophetarū: & sifr media vnio p diuturnum famulatū vnius populi exhibitū Deo in sacrificiis, quibus initiabaf humanum genus ad futurū illud Iesu Christi in ara crucis sacrificium. Tertiò, ex dignitate verbi incarnimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis, cōuiuificauit nos in Christo: sed charitas non tardat subuenire amico necessitatem patienti, secundum illud Prouer. 3. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, cras dabo tibi, cū statim possis dare: ergo Deus incarnationis opus differre non debuit, sed statim à principio per suam incarnationem humano generi subuenire.

¶ 2 Præterea. 1. Tim. 1. dī, Christus venit in hūc mundū peccatores saluos facere: sed plures saluati fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset: plurimi enim ignorantes Deum, in suo peccato perierunt in diuersis sceleribus: ergo conuenientius fuisset, quòd à principio humani generis Deus incarnatus fuisset.

¶ 3 Præterea. Opus gratiæ nō est minus ordinatum, quàm opus naturæ: sed natura initium sumit à perfectis, vt dicit Boet. in lib. de Consol. * ergo opus gratię à principio debuit esse perfectū: sed in opere incarnationis cōsideratur perfectio gratiæ, ſm illud: Verbū caro factum est: & postea subditur; Plenum gratiæ, & veritatis: ergo Christus à principio humani generis debuit incarnari.

Sed contra est, quod dī Galat. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Vbi dicit glos. † q̄ plenitudo temporis est, quod præfinitum fuit à Deo Patre, quando mitteret filium suum: sed Deus sua sapientia omnia definiuit: ergo cōuenientissimo tempore Deus est incarnatus. Et sic conueniens nō fuit, quòd à principio humani generis Deus incarnaretur.

Respondeo. Dicendum, q̄ cùm opus incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanæ naturæ per peccati abolitionem, manifestum est, q̄ non fuit conueniens à principio humani generis ante peccatum Deum incarnatū fuisse: nō enim datur medicina nisi iā infirmis. Vnde ipse Dominus Matth. 9. dicit: Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus: non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Sed nec etiā statim post peccatum cōueniens fuit Deum incarnari. Primò quidē, propter conditionem humani peccati, qđ ex superbia prouenerat. Vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere. Vnde super illud Galat. 3. Ordinata per angelos in manu mediatoris, dicit glos. * Magno Dei consilio factum est, vt post hominis casum nō illico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrij in lege naturali, vt sic vires naturæ suæ cognosceret, vbi cùm deficeret, legem accepit, qua data inualuit morbus, nō legis, sed naturę vitio, vt ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiæ quæreret auxiliū. Secundò, propter ordinem promotionis in bonum, ſm quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Vnde Apostolus dicit. 1. Cor. 15. Nō prius quod spirituale est, sed quod animale; deinde qđ spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cęlo cœlestis. Tertiò, propter dignitatem verbi incarnati: quia super illud Gala. 4. At vbi venit plenitudo tpis, dicit glo. * Quantò maior iudex veniebat, tantò prēconum series longior præcedere debebat. Quartò, ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem mundi frigescet charitas multorū. Vnde Luc. 18. dī: Cùm filius hominis veniet, putas, inueniet fidem in terra?

Ad primvm ergo dicendum, q̄ charitas nō differt amico subuenire, salua tamen negotiorum opportunitate, & personarū cōditione. Si enim medicus statim à principio egritudinis medicinam daret infirmo, minus proficeret, vel magis læderet, quàm iuuaret. Et ideo etiam dominus nō statim à principio incarnationis remedium humano generi exhibuit, ne illud contemneret ex superbia, si prius suam infirmitatem non cognosceret.

Ad secvndvm dicendum, q̄ Augustinus ad hoc respondet in libro de sex quæstionibus Paganorum, * dicens q. 2. quòd tunc uoluit Christus hominibus apparere, & apud eos prædicare suam doctrinam, quando & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant crediturī: his enim temporibus, & his in locis tales homines in eius prędicatione futuros esse pręsciebat, quales nō quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui nec in eum suscitatis ab eo mortuis credere voluerunt: sed hanc responsionem reprobans idem Aug. * in lib. de perseuerātia dicit, Nunquid possumus dicere Tirios, & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut crediturōs nō fuisse, si fierent, cùm ipse Deus attestetur eis, quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum? Proinde, vt ipse soluens subdit, sicut Apostolus ait: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei, qui his, quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis crediturōs, quibus uoluit, subuenit: aliis autem nō subuenit, de quibus in sua prædestinatione, occultè quidem, sed aliud iuste iudicauit:

nati, & paret: & sifr quartò ex vitādo tpe fidei. Et tu adde quintum ex soliditate fidei: nā si statim fuisset incarnatus, fictio putaref antiquorū. Nunc autem, ex quo Christi incarnationē tot nō solum verba, sed scripturę prophetarum præcesserunt, tanta expectatio tot seculorū fuit de Messia, mens nostra in fide solidatur. Quam fidei securitatem tetigit Apostolus. 1. ad Cor. 13. bis de Christo replicans, ſm scripturas. Et ppea ecclesia iSymbolo post articulū resurrectionis Christi, apposuit ly. ſm scripturas, qđ refertur ad omnes præcedētes de incarnatione articulos, ita quod sensus est. Qui pp nos homines, & pp nostram salutem descendit de cœlis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit ſm scripturas, ne videantur incarnatiōis mysteria omni humanam capacitatem excedentia, nouiter conficta.

¶ In responsione ad secundum perspice, q̄ responsio cōsistit in hoc, quod ratio ex pluralitate saluādorum non est efficax, quia saluandi ex diuina prędestinatione sunt misericorditer saluandi, prout ipse magis hos, quàm illos elegit. Cuius nulla est ratio, nisi diuina voluntas.

¶ Super

Gloſ. ordin. ibidem.

Aug. trac. 31. in Ioan. ante med. to. 9.

Lib. 3. prosa 10. parum a princ.

Est glo. Ambros. in hunc locum, to. 5.

Infra q. 4. artic. 1. cor. Et q. 43. ar. 3. ad 2. Et q. 44. arti. 3. corp. Et verit. q. 29. art. 4. ad 5.

In Epist. 49. q. 2. à med. tomo 2.

Cap. 9. non procul à fi. tomo 7.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicauit: ita misericordiam eius in his, qui liberantur, & veritatem in his, qui puniuntur, sine dubitatione credamus.

D.1021. Ad tertivm dicendum, quòd perfectum quidē est [d] prius imperfecto: in diuersis quidem tempore, & natura: (oportet enim, q̄ perfectum sit, quod alia ad perfectionem adducit) sed in vno, & eodem imperfectum est prius tempore, etsi sit posterius natura. Sic ergo imperfectionem naturæ humanæ duratione præcedit eterna Dei perfectio: sed sequitur ipsam consumata perfectio eius in vnione ad Deum.

Super quæstio. primæ, articulum sextum.

Locis supra art. 5. citatis. In artic. 6. eiusdem primæ quæst. vnica est conclusio negatiuè respondens quæsito: Non fuit conueniēs incarnationē differri in finē mundi. Probatur triplici ratione in litera. Vbi pro clariori intelligentia primæ rationis nota, qđ duplex est motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectū, vnus respectu ipsius naturæ, vt distinguit contra suppositum: alter respectu naturæ in suppositis propriis. Secundum primum motum incarnatio se habet vt terminus: quoniam in opere incarnationis natura humana in Deum assumpta est. Iuxta autem ſm motum gloriæ animæ, & corporis in futuro mundo se habet vt terminus quādo homines glorificabuntur consummatè. Et in hoc secūdo motu mysterium incarnationis non se habet vt terminus, sed vt principiū effectiuum: qm̄ Christus dux omnium hominum ad gloriam consummatam per suā resurrectionē, &c. est, pp. primum motum non decuit incarnari Deū in principio mūdi, vt prædictum est: pp ſm motū nō decuit differri incarnationē in finem mūdi. Ex ipsa igit vnione duarū naturarum, diuinæ ſ. & humanæ in Christo, neutrū conueniens esse patet, qa primū aduerſat progressui humanæ naturę de imperfecto ad perfectū: ſm aduersat auctoritati diuini verbi incarnati, ad deducendū de potentia ad actum consummatum naturam humanā in propriis suppositis, iuxta secundū motū. Cętera sunt clara.

Glo. ordin. super illud, ab insipientibus, in me.

Art. præced. ad 3. arg.

*Art. præced. ad 3.

Articvlvs VI.

Vtrum incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

Ad sextvm sic procedi- F tur. Videtur, quòd incarnationis opus differri debuerit usq; in finem mundi. Dicitur enim in Psal. Senectus mea in misericordia uberi, id est, in nouissimo, ut glos. dicit. * Sed tempus incarnationis est maximè tempus misericordiæ, secundum illud Psalm. Quoniam uenit tempus miserendi eius. Ergo incarnatio differri debuit usque in finem sæculi.

¶ 2 Præterea. Sicut dictum * est, H perfectum in eodem tempore est posterius imperfecto: ergo illud, quod est maximè perfectum, debet esse omnino vltimum in tempore: sed summa perfectio humanæ naturæ est in vnione ad verbum: quia in Christo complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apostolus dicit Colossen. 1. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶ 3 Præterea. Non est conueniēs I fieri per duo, quod per vnum fieri potest: sed vnus Christi aduentus sufficere poterat ad salutem humanæ naturę, qui erit in fine mundi: ergo non oportuit, quòd antea veniret per incarnationem. Et ita incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

Sed contra est, quod dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Non ergo debuit incarnationis mysterium, per quod mundo innotuit, vsque in finem mundi differri.

K Respondeo. Dicendum, quòd sicut non fuit conueniens Deū incarnari à principio mundi: ita nō fuit conueniens, quòd incarnatio differretur vsque in finem mundi. Quod quidem apparet; primò ex vnione diuinæ, & humanæ naturæ. Sicut enim dictum est, * perfectū vno modo tempore præcedit imperfectum; alio modo econuerso, imperfectum tempore præcedit perfectum. In eo enim, quod de imperfecto fit perfectum, imperfectum tempore precedit perfectum: in eo vero, quod est causa perfectionis efficiens, perfectum tempore [d] præcedit imperfectum. In opere autem incarnationis vtrunque concurrit, quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summam perfectionem. Et ideo non decuit, quòd à principio humani generis incarnatio facta fuisset: sed ipsum verbum incarnatum est perfectionis humanæ naturæ causa efficiens, secundum illud Ioann. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: & ideo non debuit incarnationis opus vsque in finem mundi differri: sed perfectio glorię, ad quam perducenda est vltimo natura humana per verbum incarnatum, erit in fine mundi. Secundò ex effectu humanæ salutis: vt enim dicitur in libro de quæstio. veteris, & noui Testamen. * in potestate dantis est, quando, vel quantum velit misereri. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratum futurum beneficium: cùm enim languore quodam humani generis, aboleſcere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitię Dei, & morum; & cùm adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit. Et quia eam gentes spreuerunt, non se subiicientes ei, neque hi, qui acceperunt, eam seruauerunt, motus misericordia dominus, misit filium suum, qui data omnibus remissione peccatorum, Deo Patri illos iustificatos offerret. Si autem hoc remedium differretur vsque in finem mundi, totaliter Dei notitia, & reuerentia, & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertiò apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationem diuinæ virtutis, quę pluribus modis homines saluauit, non solum per fidem futuri, sed etiam per fidem præsentis, & preteriti.

D.1021.

* Aug. lib. quæst. ex uo test. 83. cir. p tomo 4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd glos. illa exponit de misericordia perducente ad gloriam: si tamen referatur ad misericordiam exhibitam humano generi per incarnationem Christi; sciendum est, quòd sicut Augustinus dicit in libro Retracta. * tempus incarnationis potest comparari iuuentuti humani generis, propter vigorem, feruoremque fidei, quę per dilectionem operatur: senectuti autem, quę est sexta ętas, propter numerum temporum, quia Christus venit in sexta ętate. Et quamuis in corpore non possit simul esse iuuentus, & senectus, potest tamen simul esse in anima, illa propter alacritatem, ista propter grauitatem. Et ideo in libro 83. Quæstio. alicubi dicit Augustin. * quòd non oportuit diuinitus venire magistrum, cuius imitatione humanum genus in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Alibi autem dicit, Christum † in sexta ętate humani generis, tanquam in senectute venisse.

Lib. 1. c. nō multu ante medi to. 9. 1.

*Li. 83. quæ stio. q. 44. medio, to.

† Li. 1. de Ge contra Ma nich. ca. 23 to. 1.

Ad secvndvm dicendum, quòd opus incarnationis non solū est considerandū, vt terminus motus de imperfecto ad perfectū, sed etiam vt principiū perfectionis in humana natura, vt dictū est. *

* In cor. art.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut Chrysostomus dicit super illud Ioann. † Non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, Duo sunt Christi aduentus; primus quidem, vt remittat peccata: secundus, vt iudicet mundum: si enim hoc non fecisset, vniuersi simul perditi essent: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, quòd non debuit aduentum misericordiæ differre vsque in finem mundi.

† Homil. 27. in Ioann. inter medium, & finem, to. 3.

¶ *Super*

¶Super quæst. secundæ articulum primum.

IN ar.1.q.2.declarandus esset titulus, nisi in corpore articuli declararetur.

¶ In corpore articuli sunt duæ partes principales:in prima declaratur titulus, declarando quid significet in proposito ly natura. Vbi nota quod Auctor discurrendo per diuersas significationes,ordine quodam conuenientes nomini naturæ,decernit in hac quæstione naturam significare essentiam rei: & ex hac determinatione ut clarificatum reliquit titulum articuli.Et uere sic est:quoniam ex hoc ipso, quòd Naturæ nomine essentiam intelligimus, clare constat, quid est uniri in natura, scilicet uniri ad essentiæ integritatem; ut expresse Auctor deduxit ex eodem præsupposito in quarto contra Gent. capitulo quadragesimoprimo.

Quærere igitur an unio uerbi incarnati sit facta in natura, est quærere an uerbum & humana natura sint unita in una essentia, an conuenerint ad integrandam unam essentiam. In secunda parte corporis respondetur quæsito negatiue unica conclusione. Impossibile,est unionem Verbi incarnati esse factam in natura. Hæc autem conclusio tali modo & ordine in litera probatur. Primo ponitur distinctio trimembris de modo, quo aliquid unum ex pluribus constitui potest: primus modus est; quòd aliquid unum fiat ex pluribus perfectis,remanentibus in sua integritate:secundus modus est, quod aliquid unum fiat,ex pluribus perfectis, quidem, sed non permanentibus,sed transmutatis tertius est, quod aliquid unum fiat ex pluribus permanentibus quidem,sed imperfectis.Et iuxta singulos modos seruato ordine quo recitati sunt, probat conclusionem propositam triplicif,ut patet clare in litera.

¶ Circa illam literæ rationem, qua probatur,non posse aliquid conuerti in diuinam naturam, quia est ingenerabilis, aduerte quòd dupliciter potest intelligi aliquid conuerti in aliud. Primo per transubstantiationem: sicut panis in sacramento altaris conuertitur in corpus Christi.secundo per transmutationem:sicut alimentum conuertitur in corpus animalis,quod nutritur; & similiter elementa conuertuntur in mistum,secundum opinionem tenentium elementa non remanere secundum suas substantias in misto. Non est in præsenti ratione sermo de conuersione primo modo quoniam nō ualeret ratio; quia ex hoc, quòd aliqd est ingenerabile, nō sequitur quod non possit diuina uirtute transubstantiari in ipsum: quin potius de facto in corpus Christi gloriosum, quod est in corruptibile & ingenerabile.conuertitur panis in Eucharistia: sed est sermo de cōuersione secūdo modo: quia de tali disputatur in secundo modo, quo ex pluribus perfectis transmutatis fit unum,ut patet in litera.

¶ Circa rationem illam,quia diuina natura & humana nō possunt constituere aliquid per modum formæ & materiæ, nota duo. Primum est ly præsertim corporei: dixit.n. hoc Auctor ad præseruandam sermonem suum ab informatione secundum esse intelligibile.Dictum est enim in 1.libr.q.12.quòd diuina essentia potest eē forma intelligibilis intellectus creati: sed alterius rationis ac ordinis est esse formam in esse intelligibili itellectus creati,& conuenire cum aliquo corporeo p modum formæ & mæteriæ ad constituendum aliquam naturam. hoc enim maximam imperfectionem & informationem rei secundū esse materiale ponere in diuina natura: illud autem nullam imperfectionem aut informationem secundum esse ponit in diuina essentia, ut ibi patuit.Secundum est,quòd sequela, in litera subiuncta,scilicet, sequeret enim quod species resultans esset communicabilis pluribus, fundatur super illa ꝓpositione: Omis natura non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutētur: sed diuina natura & humana in Christo ab inuicem denominātur, dicit.n. Cyrillus diuinā naturam esse incarnatā, & Greg. Nazanzenus*dicit humanam naturam esse deificatam, ut patet p Dam.†ergo ex duabus naturis uidetur esse facta una natura.

SED CONTRA est,quod dicitur in determinatione concilii Chalcedonen.*Confitemur in nouissimis diebus filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse,immutabiliter,indiuise,inseparabiliter agnoscendum, nunquā sublata differentia naturarum ꝓpter unionem.ergo unio non est facta in natura.

RESPON. Dicendum,quòd ad huius quæstionis euidentiā oportet considerare quid sit natura. Sciendum est ergo,quòd nomen naturæ a nascēdo est dictum:unde primo est impositum hoc nomen ad significandum generationem uiuentium, quæ natiuitas uel pullulatio dicitur,ut dicatur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturę ad significandum principium huius generationis. Et quia principium generationis in rebus uiuētibus est intrinsecum,ulterius deriuatum est nomen naturæ,ad significandū quodlibet principiū intrinsecum motus, secūdum ꝙ Philosophus dicit in 2.Physi.*ꝙ natura est principium motus in eo,in quo est p se & non secundū accidens.Hoc aūt principium uel forma est,uel materia:unde qñq; natura dr forma,quandoq; uerò materia. Et quia finis generatiōis naturalis est in eo quod generat, essentia spēi, quam significat definitio,inde est ꝙ huiusmodi essentia spēi uocatur ēt natura. Et hoc mō Boetius naturā definit in li.* de Duabus na.dicens, Natura est unāquāq; rem informans specifica differentia,quæ.s.cōplet definitionem speciei.Sic ergo nūc loquimur de natura,ſm quod natura significat essentiam, uel quod quid est, siue quidditatē speciei. Hoc aūt mō accipiendo naturā, impossibile est unionem uerbi incarnati esse factam in natura.

¶ Tripliciter.n.aliqd unū ex duobus uel pluribus constituit. Vno mō ex duobus integris,perfectis

¶ 3 Pret.Duarum naturarum una non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicem transmutētur: sed diuina natura & humana in Christo ab inuicem denominātur, dicit.n. Cyrillus diuinā naturam esse incarnatā, & Greg. Nazanzenus*dicit humanam naturam esse deificatam, ut patet p Dam.†ergo ex duabus naturis uidetur esse facta una natura.

SED CONTRA est,quod dicitur in determinatione concilii Chalcedonen.*Confitemur in nouissimis diebus filium Dei unigenitum in duabus naturis inconfuse,immutabiliter,indiuise,inseparabiliter agnoscendum, nunquā sublata differentia naturarum ꝓpter unionem.ergo unio non est facta in natura.

RESPON. Dicendum,quòd ad huius quæstionis euidentiā oportet considerare quid sit natura. Sciendum est ergo,quòd nomen naturæ a nascēdo est dictum:unde primo est impositum hoc nomen ad significandum generationem uiuentium, quæ natiuitas uel pullulatio dicitur,ut dicatur natura quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturę ad significandum principium huius generationis. Et quia principium generationis in rebus uiuētibus est intrinsecum,ulterius deriuatum est nomen naturæ,ad significandū quodlibet principiū intrinsecum motus, secūdum ꝙ Philosophus dicit in 2.Physi.*ꝙ natura est principium motus in eo,in quo est p se & non secundū accidens.Hoc aūt principium uel forma est,uel materia:unde qñq; natura dr forma,quandoq; uerò materia. Et quia finis generatiōis naturalis est in eo quod generat, essentia spēi, quam significat definitio,inde est ꝙ huiusmodi essentia spēi uocatur ēt natura. Et hoc mō Boetius naturā definit in li.* de Duabus na.dicens, Natura est unāquāq; rem informans specifica differentia,quæ.s.cōplet definitionem speciei.Sic ergo nūc loquimur de natura,ſm quod natura significat essentiam, uel quod quid est, siue quidditatē speciei. Hoc aūt mō accipiendo naturā, impossibile est unionem uerbi incarnati esse factam in natura.

¶ Tripliciter.n.aliqd unū ex duobus uel pluribus constituit. Vno mō ex duobus integris,perfectis

QVAESTIO II.

De modo unionis uerbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de modo unionis uerbi incarnati.Et primo,q̄tum ad ipsam unionem. Secundo,quantum ad personam assumentem.Tertio,quantum ad naturam assumptam.

CIRCA primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum unio uerbi incarnati sit facta in natura.

¶ Secundò,Vtrum sit facta in persona.

¶ Tertiò,Vtrum sit facta in supposito uel hypostasi.

¶ Quartò,Vtrum persona uel hipostasis Christi post incarnationem sit composita.

¶ Quintò,Vtrum sit facta aliqua unio animæ & corporis in Christo.

¶ Sextò,Vtrum natura humana fuerit unita uerbo accidentaliter.

¶ Septimò, Vtrum ipsa unio sit aliquid creatum.

¶ Octauò,Vtrum sit idem quod assumptio.

¶ Nonò,Vtrū sit maxima unionum.

¶ Decimò, Vtrum unio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam.

¶ Vndecimò,Vtrum eam aliqua merita præcesserint.

¶ Duodecimò,Vtrū gratia unionis fuerit homini Christo naturalis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum unio uerbi incarnati sit facta in natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur,ꝙ unio uerbi incarnati sit facta in una natura. Dicit enim Cirillus, & inducitur in gestis concilii Chalcedonēsis, * Nō oportet intelligere duas naturas: sed unā naturam Dei uerbi incarnatam. Quod quidē non esset,nisi unio fieret in natura.Ergo unio uerbi incarnati facta ē in natura.

¶ 2 Pre.Atha.† dicit,Sicut anima rōnalis,& caro unus est homo, ita Deus & hō unus est Christus: sed anima rōnalis & caro conueniunt in constitutione unius naturę humanæ.Sic ergo Deꝰ,& hō cōueniūt in cōstōne alicuius naturę,ergo unio facta ē in natura.

Infr.ar.2. & 6.cor. & 12. ad 1.& q.50. ar.2. & 3.di. 1.q.2.ar.1.& di.5.q.1. ar. 2. & 3. & 4. con.c.35.37. & 41.& uer. q.21.ar.1. c. & unio.ar. 1. & op.3.cap. 211. 212. & 225.

Actio.1. post epist. Cyrilli ad Io. epist. Anthio.non procul.

In symbolo fidei suæ.

Nazanzen? in Epi.1. ad Cledonii an te medium.

Li.3. ortho. fidei c.6.7. a medio.

In symbolo fideribi posito, reperies to.1. cōc. 4. generalis Colonie impressi an no d.1530.

Lib.2. Phy. tex.3.to.2.

in 2. pagi a princ. lib.

natura composita ex materia & forma, est communis pluribus, quæ ex primo Cœli sumitur. Quæ propositio vera dicitur, quantum est ex se: potest enim aliunde pura ex hoc, quod constat ex tota sua materia non inueniri, nisi in uno natura illa, vt de mundo ibidem dicitur. Est igitur omnis natura ex materia & forma composita, secundum se communis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus, nisi constet ex tota sua materia. Et quia natura illa resultans in Christo ex diuina natura, vt forma, & humana, vt materia non constaret ex tota sua materia (vt patet: quia multæ aliæ naturæ humanæ singulares inueniuntur vltra illam, quæ est in Christo) sequitur quòd de facto posset natura illa resultans purificari: ac per hoc possent esse plures, imo infiniti, Christi eiusdem speciei specialissimæ.

* Art. 6. huius quæst.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad secundum circa similitudinem ab Athanasio datam, perspice quod similitudo dicitur tenere quantum ad hoc, ideſt quantum ad vnitatem suppositi vbique. Nec aliud sonant verba Athanasij, nisi similitudinem quò ad vnitatem suppositi: dicendo, sicut anima rationalis & caro vnus est homo. nam vnus homo vnū suppositum manifeste significat, & non ponit similitudinē quo ad vnitatem naturæ, nec quo ad modum constituendi vnum suppositum: neque enim illo modo vnum suppositū Christi constat ex diuina, & humana natura, sicut vnus homo constituitur ex anima & corpore: quoniam vnus homo, puta Petrus, constituitur ex anima & corpore, vt veris partibus componentibus ipsum Petrum: est enim persona Petri composita ex hac anima & hoc

P.p.q.9.art. 1.

remanētib⁹. Quod quidē fieri nō potest nisi in his, quorum forma est compositio, vel ordo, vel figura: sicut ex multis lapidibus absque aliquo ordine adunatis, per solam cōpositionem fit aceruus: ex lapidibus autem, & lignis secundum aliquem ordinem dispositis & etiam ad aliquam figuram redactis, fit domus. Et secundum hoc posuerunt aliqui vnionem esse per modum confusionis, quæ scilicet est sine ordine, vel per modum commassationis, quę scilicet est cum ordine. Sed hoc non potest esse. Primò quidem: quia cōpositio, vel ordo, vel figura nō est forma substantialis, sed accidentalis. Et sic sequeretur, quòd vnio incarnationis nō esset per se, sed per accidēs, quod infra improbabitur.* Secūdo, quia ex huiusmodi non fit vnū simpliciter, sed ſm quid: remanent.n. plura actu. Tertiò, quia forma taliū non est natura, sed magis ars: sicut forma domus. Et sic non cōstitueretur vna natura in Christo, vt ipsi volunt. Alio modo fit aliquid vnum ex perfectis, sed transmutatis: sicut ex elementis fit mixtum. Et sic aliqui dixerunt vnionem incarnationis esse factam per modū complexionis. Sed hoc non potest esse. Primò quidem, quia natura diuina est omnino immutabilis, vt in 1. parte dictū est:† vnde nec ipsa pōt conuerti in aliud, cùm sit incorruptibilis: nec aliud in ipsam, cùm ipsa sit ingenerabilis. Secundò, quia id quòd est cōmistū, nulli miscibiliū est idē spē: differt.n. caro a quolibet elemētorum specie. Et sic Christus nō esset eiusdē naturæ cum patre, nec cū matre. Tertiò, quia ex his quę plurimū distant, non pōt fieri cōmistio: solūitur.n. spēs vnius eorum, puta si quis guttam aquæ amphoræ vini apponat. Et ſm hoc cū natura diuina in infinitum excedat humanam naturam, non potest esse mistio: sed remanebit sola natura diuina. Tertio modo fit aliquid ex aliquibus nō permistis vel permutatis, sed imperfectis: sicut ex anima & corpore fit homo: & similiter ex diuersis membris, vnum corpus constituitur. Sed hoc dici non pōt de incarnationis mysterio. Primò quidē, quia vtraq; natura est ſm rationem suam perfecta, diuina. ſ. & humana. Secundò, quia diuina natura humana non pūt constituere aliquid per modum partiū q̄titatiuarū, sicut mēbra constituunt corpus: quia natura diuina est incorporea. Neq; per modū formę & materiæ: quia diuina natura nō potest esse forma alicui⁹, preſertim corporei. Sequeretur.n. quòd species resultans esset communicabilis pluribus. & ita essent plures Christi. Tertiò, quia Christus non esset humanę naturæ, neque diuinæ naturæ. Differentia enim addita uariat spēm, sicut unitas numerum, sicut dicitur in 8. Metaph.†

Ad primvm ergo dicendum, q̄ auctoritas Cyrilli exponitur in 5. Synodo* sic. Si quis unam naturā uerbi Dei incarnatā dicens, non sic accipiat, sicut patres docuerunt, quia ex diuina natura & humana unione secundum subsistentiam facta, sed ex talibus uocibus naturā unā siue substantiā diuinitatis & carnis Christi introducere conetur, talis anathema sit. Non ergo sentirs est, quod in incarnatione ex duab. naturis sit una natura cōstituta, sed quòd natura uerbi Dei, carnem uniuit sibi in persona.

Ad secvndvm dicendum, q̄ ex anima & corpore constituitur in unoquoque nostrum duplex unitas naturę, & personę: Naturę quidem secundum q̄ anima unitur corpori, formaliter efficiens ipsum, ut ex duob⁹ fiat una natura, sicut ex actu & potētia, uel materia & forma. Et q̄tū ad hoc non attenditur similitudo ga natura diuina nō pōt esse corporis forma, ut in primo probatum est.† Vnitas uero personæ cōstituitur ex eis inquantum est unus aliqs subsistens in carne & anima. Et q̄tum ad hoc attenditur similitudo: unus enim Christus subsistit in diuina natura & humana.

Ad tertivm dicendum, q̄ sicut Damas.* dicit, Natura diuina dicitur incarnata, quia est unita carni personaliter, non q̄ sit in naturā carnis conuersa. Similiter & caro dicitur deificata (ut ipse dicit) non p conuersionem, sed p unionem ad uerbū, saluis suis proprietatib⁹ naturalibus, ut intelligatur caro deificata, ga facta est Dei uerbi caro, nō ga facta sit Deus.

Articvlvs II.

Vtrum unio uerbi incarnati sit facta in persona.

Ad secvndvm sic proceditur. Vſ, quod unio uerbi incarnati nō sit facta in pſona. Persona.n. Dei non est aliud a natura ipsius, ut habitū est in primo.† Si ergo unio nō est facta in natura, sequit̄ q̄ non sit facta in persona.

¶ 2 Præt. Natura humana nō est minoris dignitatis ī Christo, q̄ in corpore, ut partibus suis. Christus autem non constituitur in suo esse personali p naturamque naturam, diuinam scilicet & humanam, ut infra patebit. Intellige igitur similitudinem quantum ad ipsam unitatem suppositi, utrobique subsistentis in duobus, ibi in natura animæ rationalis & carnis, hic in natura Dei & hominis; diuersimode tamen iuxta diuersas conditiones eorundem. Diligenter autem pē fato illa uerba literę. Vnitas uero personæ constituitur ex eis, scilicet anima & corpore unitis, inquantum est unus aliquis subsistēs in carne, & anima: oportet namque hæc scrutari in q. quarta articulo secūdo, ubi inquiretur, & definiendum est quid persona humana, puta Petrus, addit supra suam, hoc est singulare humanitatem, qua est hic homo.

Li. 3. & lib. 11. ad fal. tem

Li. 8. tex. In conc. flantin. fuit illi cil. 9. gi

Habet conci. fino in 5 synod. Nestor. & eu loco art. pr in arg contra

¶ *Super Quæstionis secundæ articulum secundum.*

In articulo secundo eiusdem secundæ quæstionis prædeclarandus esset titulus, nisi in corpore articuli declararetur. p.p.q.3.a.

¶ In corpore igitur articuli tria fiunt, primo declaratur ly per sona. Secundo ly uniri in persona, per hæc enim duo titulus patet. Tertio respondetur quæsito unica conclusione affirmatiua. Vnio uerbi incarnati est facta in persona, ita quod non in natura.

Li. 3. orth. c. 6.

¶ Primum sit declarando differentiam inter personam & naturam, ex diuersa significatione nominum naturæ, & personæ. Vbi scito quod personæ & naturæ nominibus nō intelligimus hæc uocabula, & natura, & persona, quæ important naturam & personam in actu signato, sed nomina quæ significant naturam & personam in actu exercito, ut humanitas, & hic homo, seu Sortes, & sic de aliis, ita quod ex eo, quod aliud

Locis tra ti. 1. ſ. idu

p.p.q.3.a. 9. p.q.2.p.q. 3. Aliquātul a pri. ubi cet i 3.q

-ifign

significat humanitas, & sim lia nomina naturarum, & aliud significat Sortes, & alia nomina personarum, monstratur differentia in rebus significatis, scilicet natura & persona. Procedit autem litera ex differentia inter naturam & suppositum, ad differentiam inter naturam & personam, a communioribus tradens doctrinam. Suppositum enim cum ide sit qđ prima substantia, cõmune est omni naturæ generis substatiæ, persona autem in sola rationali seu intellectuali natura inuenitur: ita quod sicut suppositum significat primam substantiam, in quacumque specie substantiæ sit, ita persona significat primam substantiam in genere intellectualis substantiæ. Et propterea in litera dicitur, quod differentia assignata inter naturam & suppositum, intelligenda est etiam inter naturam & personam: contrahitur enim per ly persona, ly natura ad rationalem: & perinde est ac si diceretur suppositum naturæ rationalis.

¶ Et quoniam diuersimode in diuersis inuenitur aliud & aliud, quod significatur nominibus naturæ & personę: quia in quibusdã inuenitur aliud secundum rem, in quibusdam aliud secundum rationem tantum: ideo in litera post propositam differentiam significati per naturam a significato per personam, quatuor facit. Primo ostendit quare in quibusdam sm rem distinguuntur natura & suppositum dicens hoc ideo esse, quia naturæ potest inueniri aliquid coniunctum, præter id quod de ratione sua formali est. Et hanc rationem ita ponderat Auctor, vt ex affirmatione affirmationem, & ex negatione negationẽ inferat, hoc est, quod in illis, in quibus nil inuenitur præter naturam specificam, suppositum & natura non distinguuntur secundum rem: & in illis, in quibus nil inuenitur præter naturam specificam, suppositum & natura non distinguuntur sm rem. Secundo explanat in quibus substantijs manifeste subsumi potest distinctio talis secundum rem uel non distinctio, & dicit, quod in substantijs compositis ex materia & forma, in quibus inueniuntur & accidentia & principia indiuiduantia præter naturam specificã, suppositum & natura distinguuntur secundum rem. Tertio declarat, qualiter distinguuntur secundum rem, & dicit. Distinguuntur non tamquam duæ res separatæ, sed tanquam eadem superaddens aliqua alia. Vbi nouim) distinguant, quod distingui secundũ rem contingit dupliciter: primo, sicut duæ res, quarum una nihil est alterius, ut albedo & dulcedo, vt Sortes & Plato, &c. alio modo sic, ut una res includat totam aliam, & superaddat ei aliquid aliud, & hoc modo suppositum distinguitur a natura secundum rem: quia s. includit naturam & addit aliqua alia. Et ne hoc voluntarie dici uideatur, ex duobus effectibus hoc probat, primo ex modo significandi: quia hinc prouenit, quod significatur suppositum per modum totius, & natura per modum partis formalis, perfectiuæ suppositi. Secundo ex negatiua prædicatione: quia hic hõ non est sua humanitas, ex hoc, n. q9 Sortes est ut totum quoddam respectu naturæ & aliorum superadditorum, prouenit utrumque. & quod sic significetur ut totum & natura ut pars, cõstitutiua in ipsius, & q9 falla sit affirmatio naturæ de Sorte, vtpote partis de toto. Quarto sub alio membro subsumit substantiã diuinam, in qua natura & suppositum sola ratione distinguuntur: quia nihil in Deo vltra suam naturam inuenitur.

¶ Sed occurrunt circa hæc multa dubia. Primum est, an differentia realis posita hic inter suppositum & naturam, habeat locum in angelis. Et est ratio dubij: quia in prima parte qua. 3. ar. 3. dixit Auctor in substantijs separatis suppositum esse idem secundum rem, quod natura: ita quod Gabriel est sua Gabrielitas: cuius oppositum dicitur hic de Sorte, quod scilicet non est sua humanitas. In oppositum autem est: quia hic dicitur, quod in quibus inuenitur aliquid præter naturam speciei, suppositum differt secundum rem a natura: quia in suppposito includitur natura speciei, & quædam alia quæ sunt præter naturam speciei. Contiat autem in angelis inueniri multa præter naturam speciei, vt existentia actualis, & alia accidentia: quamuis non inueniantur in eis principia indiuiduantia. ergo &c.

¶ Secundum dubium est an illud, quod suppositum dicitur addere supra naturam, oporteat esse ens reale, an sufficiat quod sit negatio aliqua secundum doctrinam Auctoris.

¶ Tertium dubium est, an illud, quod addit suppositum supra naturam, oporteat esse intrinsecum supposito: an sufficiat quod sit extrinsecum. Et est sermo de supposito & natura singulari: hoc est de Sorte & hac sua humanitate. Et est ratio dubii difficultas videndi quid est illud intrinsecum, & diuersitas opinionum, & nostrum etiam dictum in Commentarijs Primæ partis in loco allegato, vbi diximus quod non differunt intrinsece.

¶ Quartum dubium est quid sit illud quod suppositum creatum, addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam. Et est ratio dubii: quia hinc non apparet quid sit illud & propter rei obscuritatem & propter varias opiniones. inde aũt cogimur aliquid dicere: quoniam dicimus & affirmamus verbum Dei non assumpsisse personam humanam, sed assumpsisse hanc humanitatẽ, & dicimus quod persona humana est inassumptibilis: hæc autem natura assumpta est.

Quintum dubium est circa illud, quod in Deo nihil inuenitur præter rationem suæ speciei: quàm in Deo confitemur personales proprietates realiter inter se distantes præter vnicam, absolutam ac communem omnibus diuinis personis essentiam.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd essentia literæ istius procul dubio locum habet in angelis, ut patet inferius in quæst. 4. artic. primo ad tertium, ubi natura angeli absque angeli personalitate assumptibilis a diuina ponitur persona (quod constat non esse intelligibile si suppositum, & natura essent omnino idem secundum rem) & quod in angelis propter hanc literæ rationem, quam Auctor etiam in Quolib. 2. quæst. 2. articu. 2. tractat, suppositum differt secundum rem a natura: non tamen omni modo quo differunt hæc in compositis ex materia & forma, ut ibidem dicitur: quia suppositum in substantiis materialibus differt a natura etiam, quia includit singularitatem naturæ, quam non includit natura, talis autem differentia non saluatur inter suppositum, & naturam in substantiis separatis: sed illa differentia, quæ ponitur hic, communis est omnibus substantijs creatis, scilicet quod suppositum includit naturam etiam hanc, & addit quędã alia: natura autem etiam hæc non includit illa. Nec obstat doctrina habita in Prima parte: quoniam ibi est sermo de identitate reali & intrinseco reali designatiuo naturæ, ita quod cũ pluribus modis possit contingere distinctio suppositi a natura, ibi non est sermo, nisi de illo modo, quo differunt penes aliquid reale intrinsecum designatiuum naturæ: quo modo clare patet suppositum differre ab essentia per definitionem significatam in substantijs materialibus. Sortes enim manifeste differt ab humanitate: quia includit principia indiuiduantia, quę determinant naturam, scilicet humanitatem, constituendo humanitatem esse hanc: quamuis non differat per hoc solum Sortes ab humanitate: sic enim in angelis non differunt suppositum & natura. Nec propterea Auctor fuit ibi diminutus, aut fallus excluso illo modo distinctionis suppositi a natura, concludens identitatem suppositi & naturæ in substantiis materialibus, & consequenter in Deo: quoniam etsi processus iste solus reprehendi possit: iunctus tamen articulis sequentibus irreprehensibilis fuit, quoniam ex sequentibus, in illamet quæst. articulis excluduntur a Deo (e quo est principalis quæstio) alii modi, quibus potest suppositum secundum rem distingui a natura, excludendo enim compositionem ex essentia & esse & quocumque accidente, & quacumque componibilitate, satis clare patet, quod essentiæ illi nihil præter rationem speciei iunctum est, ac per hoc omnes modi, quibus suppositum potest distingui a natura, excluși ibi inueniuntur a Deo, non autem ab angelis de quibus non erat tunc quæstio. Sensus ergo doctrinæ illius est, quod in substantiis immaterialibus suppositum & natura sunt idem, secundum rem intrinsece, ita quod ly intrinsece, referatur ad naturam etiam hanc: an autem referatur etiam ad suppositum, sub dubio relinquatur: quoniam inferius discutiendum est.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod procul dubio oportet esse ens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ens reale quod suppositum addit supra naturam: quia est illud, quo differt secundum rem natura. Constat enim quod differentia secundum rem non est aliqua non ens, nisi ratione alicuius entis realis: in hac autem litera dicit, quod est differentia secundum rem: igitur oportet quod sit secundum aliquam realitatem.

¶ Ad tertium & quartum dubium respondendum est in quæstione. 2. articu. 2. ubi melius intelligi poterunt dicenda, postquam tota de persona interim discussa apertaq; fuerint.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quod in Deo præter rationem suæ naturæ nihil aliud inuenitur: aliud autem dico nō solum realiter, sed formaliter loquendo de formalitate diuinæ naturæ, prout ipsa in se ex se est. Deitas namque si definiretur secundum sua merita, claudere in ratione sua formalissima & simplicissima, non solum quid est sapientiæ, intellectus uoluntatis, & reliquarum absolutarū perfectionum: sed quid est paternitatis, filiationis, ac processionis. Sed quia noster intellectus nō potest illius celsitudinem capere, more nostro distinctas rationes formales essentiæ & personalis proprietatis formamus, fulcias in re unica, excellentia re, & quidditate, virtualiter continente has distinctas rationes, quas formamus.

¶ Secundum autem, quid scilicet est uniri in persona, declaratur ponendo quam uniuersalem, Omne quod ineſt alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, unitur ei in persona. Vbi scito latitudinem vnionis in persona habere triplicem gradum. Ad cuius clarificationem recolendum est, q alicui personæ quatuor attribuuntur, primo extrinseca, ut uestis & locus: secundo accidentia inhærentia, ut albedo & huiusmodi: tertio partes, ut manus & reliqua membra: quarto essentia ipsa etiam singularis, ut hæc humanitas: habet enim Sortes ut istem, albedinem, manum, & hanc suam humanitatem. Sed primum horum non est vnitum Sorti in persona: quia constat aliud esse suppositum uestis, & aliud suppositum personæ uelitæ illa uestis: suppositum enim uestis est substantia panni, non homo qui uestitur. Reliqua uero tria uniuntur Sorti in persona nam subiectum accidentium Sortis est ipse Sortes: & similiter Sortes est qui integratur ex suis membris, & qui constituitur in esse suo specifico individuato per hanc suam humanitatem. Est autem inter istos tres modos unionis in persona diuersitas magna: quoniam accidentia vniuntur quidem Sorti in persona, sed non vt pertinentia ad integritatem personæ, ut patet. Partes uero uniuntur in persona Sortis, vt integrantes ipsius personam. Natura autem singularis unitur personæ Sortis, ut constitutiua ipsius Sortis: ita quod tam partes, quam natura vniuntur Sorti in persona non subiectaliter, sed partes secundum esse substantiale partiale: natura uero secundum esse substantiale totius naturæ. Et quia in hoc articulo sola quæstio de unione in persona tractatur, & inferius discutienda est in art. 6. an huiusmodi unio in Christo sit substantialis uel accidentalis: ideo presenti proposito sufficit indistincte determinare: quod unio est in persona, non curando de modo seu gradu unionis personalis. Et propterea in litera dicitur, quod omne quod ineſt alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, unitur ei in persona. Et per hæc patet titulus articuli.

¶ Conclusio responsiua probatur sic. Verbum habet naturam humanam sibi unitam, & non ad suam naturam diuinam pertinentem, ergo unio est facta in Verbi persona & non in natura. Antecedens patet ex fide. Consequentia probatur: quia si non vnitur ei in persona, nullo modo unitur ei, ac per hoc tota fides subuertitur. Assumptum fundatur super illa maxima. Omne quod ineſt alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, unitur illi in persona. Ex hoc enim patet, quod negare

ad rationem speciei pertinent, nihil aliud adiunctum inueniri posset, nulla necessitas esset distinguendi naturam a supposito nature, quod est individuum subsistens in natura illa: quia vnumquodque individuū subsistens in natura aliqua, esset omnino idem cum sua natura. Contingit autem in quibusdam rebus subsistentibus inueniri aliquid, quod non pertinet ad rationem speciei, scilicet accidentia & principia individuantia (sicut maxime apparet in his, quę sunt ex materia & forma compositā) & ideo in talibus etiam secundum rem differt natura & suppositum, non quasi omnino aliqua separata: sed quia in supposito includitur ipsa natura speciei, & superadduntur quædam aliā, quæ sunt præter rationem speciei. Vnde suppositum significatur ut totum, habens naturam sicut partem

vnionem naturæ humanæ in persona verbi Dei est negare naturam humanam ineſſe verbo Dei, quod est negare incarnationē.

¶ Sed est circa processum hunc quæstio, quoniam maxima illa: Omne quod ineſt alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue non, unitur ei in persona: aut intelligitur, quod ly ineſt, verificetur pro quocumque modo ineſſendi, aut de aliquo seu aliquibus modis ineſſendi. Si intelligitur latissime pro quocumque modo ineſſendi, falsa comprobatur: cū etiam uestis dicatur esse in persona uestita, quam constat non uniri in persona. Si intelligitur restricta ad aliquem, uel ad aliquos essendi modos (puta vt forma in subiecto, aut pars in toto, aut secundum esse substantiale uel accidentale) probanda esset. Minor, scilicet, quod verbum Dei habeat naturam humanam unitam sibi tali modo. Processus ergo iste aut deficit in illa maxima, aut in probatione subsumptorum.

¶ Ad hoc dicitur qđ in illa maxima, Omne quod ineſt alicui personæ, &c. sumitur ineſſe personæ proprie, ut in esse distinguitur contra extrinsecus adiacere: quemadmodum uestis, locus, tempus & alia huiusmodi adiacent nobis & non sunt secundum ueritatem in nobis. Vnde nō oportet defendere ad determinatos modos essendi in persona: sed sufficit, quod uere insit personæ quocumque modo illud uerificetur. Et qua secundum fidei doctrinam verbū Dei factus est homo secundum rem, ideo non oportet probare, sed supponere ueritatem subsumpti, scilicet quod natura humana ineſt uerbo Dei secundum rem: existit siquidem humanitas Christi non per seipsam: sed in verbo Dei: quamuis modus, quo existit in illo non sit manifestus. Procedit igitur ratio literæ efficaciter ad conclusionem intentam.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit, quoniam quæstio & argumentum est de rebus, scilicet de unione naturæ humanæ ad diuinam personam uel naturam: responsio autem recurrit ad distinctionem rationis secundum modos significandi. Hoc autem non licere patet ex eo, quod abstrahendo ab omnibus modis significandi, qui ad uoces spectāt & contemplando intellectualiter mysterium incarnationis sicut angeli, constat quod unio secundum rem intelligitur facta in persona, & non natura uerbi. Non erat igitur ad modos significandi recurrendum pro ratione, quare unio est facta in persona uerbi & non in illius natura.

¶ Ad hoc dicitur, quod Auctor altissimam reddit rationem, quare unio est in persona, & non in natura: & est adeo profunda ac formalis, ut non solum comprehendat quare unio est in persona Verbi, & non illius naturæ, sed etiam comprehendat quare unio est in persona Dei, & non in Dei natura: ita quod dato quod Deus non esset trinitas, sed deitas ipsa, per seipsam persona esset (ut philosophi intelligunt Deum subsistere.) responsio ista inuenitur satisfactiua argumento, cui non satisfaciunt responsiones recurrentium ad distinctionem inter essentiam diuinam & formale constitutiuum personæ & alia huiusmodi dicendum, ut patet. Merito autem Auctor hoc fecit: quia argumentum ex identitate naturæ Dei, cum Dei persona procedit quocumque modo persona in Deo ponatur, siue secundum Philosophos, siue secundum ueritatem reuelatam. Stat igitur responsio in hoc, quod quia natura diuina habet rationem naturæ, & persona diuina habet rationem subsistentis in natura, & hanc differentiam manifestat diuersus modus significandi, & unio naturæ humanæ in mysterio incarnationis non addit aliquid rationi naturæ: sed bene addit aliquid rationi personæ, quia addit subsistere in natura humana: & ideo unio facta est non in natura, sed in persona. Et quod non adiunctum fuerit aliquid ad

naturam

In cor

In istomen

In lib. duab. na ris, aliqua tulum,

naturam Dei, probatur in litera, quia nec per appositionē, nec transmutationem. Quòd verò adiunctum fuerit aliquid persone Dei, probatur: quia humana natura vnitur persone Dei ut persona Dei in natura humana subsistat. ex eo enim quòd persone, ut distinguitur contra naturam, est subsistere in natura, sequit manifeste q̄ apponēdo persone, q̄ in aliqua alia natura subsistat, vnio fit in persona vnde patet q̄ passiones nominum secundum modos significandi non pro ratione, sed pro manifestatione differentie inter naturam & personam Dei ſm rationē, allate sunt. Et ratio realis altissima ad realem cōclusionem allata est, manifestās, q̄ etiam cū oīmoda idētitate formali naturę, & personę diuinæ, stat q̄ vnio est facta ī psona & nō in natura Dei.

¶ In rñsione ad ſm dubium occurrit circa similitudinē in litera assignatā inter sensitiuum in homine & bruto & humanā naturam in propria & aliena psona, nam falsum assumit, quod sensitiuum in bruto est forma cōpletiua: est. n. velut forma generica tam in homine quàm in bruto, vt patet. Et p̄terea non est mirum si est nobilius in hoīe, ad quē trahitur per nobilissimam differentiam sui generis, scilicet rationale.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ similitudo literæ optima est, & optime declarat propositum, sed supponit inter animam intellectiuā & animas aliorum animalium tantam esse diuersitatem, q̄ istę sunt in genere formarum materialium, illa vero est in genere formarum immaterialium. Ac per hoc sensitiuum ad formas brutorum se habet, vt ad res infra latitudinem sui generis: ad animam vero intellectiuam, quæ est hominis forma, & ex qua radicaliter sumitur propria hominis differentia, se habet vt ad formam nobilioris ordinis. Hoc enim supposito, quod constat esse verum, patet q̄ sensitiuum in bruto, quia per propriā sui generis formam est, habet infra sui generis latitudinē, hanc dignitatem, quæ est esse completiuum in specie. In homine vero, quia non per propriā sui ordinis formā est, non habet infra sui ordinis latitudinem, hanc dignitatem, quæ est esse cōpletiuū in specie. Et similiter natura humana in ceteris hominib. habet infra propriæ speciei latitudinē dignitatē proprię personalitatis, in Christo vero non habet propriæ personalitatis dignitatē. Sed sicut sensitiuo dignius est hr̄e esse specificū cōplectum per formam nobilioris ordinis, s. per animam intellectiuā, ita natura humana in Chr̄o maiori donata est dignitate ex hoc, q̄ ad psonalitatē diuinā assumpta est. Ex quib. clare patet sensus literæ & similitudinis sine vlla diffonantia.

¶ In responsione ad tertium nota ly separatim, appositi siquidem Auctor ly separatim, vt sciant nouitij discernere inter p se existere, & per se separatim existere: cuilibet nanq; substantiæ siue completæ, siue incompletæ conuenit p se existere, nā per hoc distinguitur contra accidens, cui conuenit non p se, sed in subiecto existere, accidentis enim esse est inesse, substātia aūt est ens per se. Sed per se separatim existere, nulli substātiæ, quæ est pars alterius, conuenit: quia non existit separatim à suo toto. Et similiter nō cōuenit humanitati Chr̄i, quis non sit pars, quia non existit separatim à uerbo Dei, sed in verbo Dei: sed si separaret à verbo Dei, p se separatim existeret: sicut si pars aliqua separaretur à suo toto, p se separatim existeret.

¶ Occurrit hoc in loco, vbi primo distinguimus vnionē in psona ab unione in natura, transeundo cum cōi cursu doctorū, q̄ vnio incarnationis aut est in natura, aut in psona seu hypostasi, ut patet in 3. Senten. occurrit inquam qō non facilis de sufficientia distinctionis dictæ, s. aut in natura, aut in psona, & consequenter de processu huius articuli & aliorum. Est aūt rō dubij, quia aliter in cōi loquendo de natura & suppōsito, & aliter in speciali loquendo in diuinis ſm fidē reuelatis inuenimus: nā in cōi loquendo substantia nō dr̄ nisi de duobus, s. natura & habēte naturā, hoc est prima substantia, vt patet ex 5. Metaph. & in hoc art. In diuinis aūt inuenimus tria, s. naturā, habentē naturā vt indiuiduum naturæ: & habentē naturā, vt hypostasim, ita q̄ inter Deū & creaturas hęcē dif ferētia in proposito, q̄ in creatis substantijs indiuiduū naturæ & hypostasis solo noīe distinguunt, & idem est inueniri aut deesse indiuiduū naturæ & hypostasim, vt patet in natura humana assumpta à uerbo Dei. Est. n. assūpta natura hęc, s. hæc humanitas: & quia non est ibi p̄pria hypostasis humanæ naturæ (nam humanitas illa non habet propriam psonalitatē) deficit quoque ibi propriū indiuiduū naturæ humanæ: nullus. n. hic homo ibi inuenitur nisi filius Dei, sicut nulla persona, nulla hypostasis ibi inuenitur, nisi filij Dei. Solo igitur noīe distinguuntur hic hō & hypostasis, suppositū seu persona humana, puta Sortes, & p̄pea in creaturis duo tm̄ inueniūtur, natura s. & suppositum. In Deo autem magna inuenitur dr̄ia inter indiuiduum naturæ diuinæ, hoc est hunc Deum, & hypostasim, nā hic Deus cōis est ſm rem Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & consequenter non significat hypostasim, de cuius rōne cōstat esse incōmunicabilitatē, tam Pater, aūt, q̄ Filius q̄ Spiritus sanctus personam seu hypostasim diuinam significat. Et p̄pea tria cum inueniantur in Deo, s. hæc deitas hic Deus, & persona, puta, verbum Dei, in sufficientiæ primo arguitur distinctio facta, aut vnio est facta in natura, aut in persona nam posset dici, q̄ est facta nec in natura nec in persona, sed in indiuiduo naturæ diuinæ, s. in hoc Deo Ruit quoq; processus literæ, q̄ si vnio verbi incarnati non est facta in persona, nullo modo natura humana vnitur ei. Ruit & illa maxima, Omne quod ineſt alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non, vnitur ei in persona, quoniā si natura humana assumpta esset ab hoc Deo, non vniretur in persona, sed in indiuiduo naturæ, & tamen inesset personæ verbi, quia verbum est hic Deus.

¶ Ad hoc dubiū quadrupliciter rñdet. Primò, negando q̄ inueniat ī diuinis p̄ter hypostases indiuiduū naturæ, s. hic Deꝰ, licet inueniat hæc deitas, qm̄ hoc esset ponere quaternitatē in diuinis. Sed hæc rñsio falsa est, tum q̄a in diuinis oē abstractū hēt suū propriū concretū, nec inuenit dr̄ia ibi inter abstractū & cōcretū nisi in modo significandi: constat aūt q̄ ibi inuenit nō solū deitas, sed deitas hæc, igit nō solū inuenitur Deꝰ, sed Deus hic. & quum hoc qđ significo, dicēdo Deus hic, sit cōe ſm rem Patri, & Filio & Spiritui sancto, sequit q̄ p̄ter hypostases inueniat ibi hic Deus significās indiuiduū naturæ diuinæ cōe trib. pr̄onis: tum qm̄ in diuinis inuenitur Deus vnus numero, cōis Patri, & Filio, & Spi. san. ergo inuenit Deus hic cōis Patri, & Filio, & Spi. san. Cōsequētia patet, q̄a idē addit ly vnus numero supra ly Deus, qđ addit ly hic, supra ly Deus. Antecedēs patet ex fidei sn̄ia, qua cōfitemur Patrē, & Filiū, & Spi. san. esse vnū numero Deū, dū dicimꝰ, Deus pr̄, Deꝰ filiꝰ Deus spi. san. & tm̄ nō tres dij, sed vnus est Deus: est. n. p̄cul dubio sermo de vnitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatē, sicut nec ponēdo hoc cōcretū Deꝰ, ponit quaternitas: significat. n. habentē deitatē, sicut hic Deus, vtroq; siquidem

A

B

C

D

E

In corp. art.

Lib. 3. orth. fid. cap. 11.

nomine ponitur vnus nūmero habens deitatem, cōis trib. personis: quamuis ly Deus non explicet vnitatem numeralem, qm̄ explicat ly hic Deus. Secundò rndetur, ꝙ quamuis ponatur in diuinis indiuiduum naturæ, ſ. hic Deus: quia tamen nullus eſt hic Deus, niſi pater aut filius aut ſpirituſſanctus, & aſſumptio oportet ꝙ fiat ad hunc Deum determinate. ſ. uel patrem, uel filium vel ſpiritū ſanctū, ideo hic Deus non poſſet aſſumere naturā niſi vt eſt pſona, & ideo vnio aut eſt in natura aut in pſona. Sed hæc rnſio ambigua, vel falſa eſt, & eius dicta examināda ſūt in q. 3 ar. 3. vbi tractabitur, an abſtracta per intellectum pſonalitate in Deo poſſit fieri aſſumptio naturæ humanæ. Tertiò rndetur diſtinguendo ly vnio, dicendo ꝙ æquiuocat de vnione: qm̄ alterius rōnis eſt vnio verbi incarnati, ab vnione, qua hic Deus eſſet incarnatus. In hoc aūt articulo qō eſt de vnione verbi incarnati, vt patet ex illius titulo, ita ꝙ ſupponitur hic vnio verbi incarnati, & q̄ rit qualitas vnionis, ſupponitur, perſonā filij Dei, quam verbum ſignificat, eſſe incarnatā, eſſe vnitā carni, & quærit modus quo eſt facta hæc vnio, an. ſ. in pſona. Vbi autem hic Deus incarnatus eſſet, non ſupponeretur verbum incarnatum: ſed ſupponeretur hunc Deum incarnatum, & quæreretur modus vnionis, an in natura, an in perſona, an in ſolo indiuiduo naturæ. Patet aūt vniones has eſſe diuerſarum rationū ex eo, ꝙ vnio verbi incarnati eſt ad incommunicabilem terminum. verbum n. incommunicabile eſt cuique ſuppoſito, vnio autem huius Dei incarnati ſi eſſet, ad communicabilem eſſet terminum. eſt. n. hic Deus cōis omnib. perſonis diuinis. Sed hæc reſponſio licet veritatem dicat quò ad id, quòd de facto inuenitur in vnione verbi incarnati: quia ſm veritatem vnio terminatur ad incommunicabilem terminum vt ſic, non ſatisfacit tamen difficultati motæ formaliter, qm̄ in hoc artic. etſi ſupponitur verbum incarnatum, non tamen ſupponitur, vnionem hanc eſſe in perſona, ac per hoc non ſupponitur vnionē eſſe ad terminum incōicabilem, immo cum verbum incarnatum ſit ſm ſe, & naturæ diuinæ, & ſubſiſtens in natura diuina, & perſona (eſt enim ipſa deitas & Deus, & eſt hic Deus, & eſt verbum) ſicut in primo articulo quæſitum eſt, an vnio verbi incarnati ſit facta in natura, ita deinde debebat inquiri, an ſit facta in indiuiduo naturæ, & demū q̄ri an ſit facta in pſona, vt ſic diſcuſſus eſſet omnis modus vnionis, quo verbū icarnatū vnitum intelligi pōt carni. etenim ſicut ſi verbū incarnatum vnitū eſſet carni in natura, vnitum diceretur ipſum verbū carni, ita ſi verbum incarnatū vnitū eſſet carni, quatenus eſt indiuiduū naturæ, quatenus eſt hic Deus, diceret verbum incarnatū vnitum carni Vnde quarto rndetur diſtinguēdo ly perſona, ꝙ perſona ſumitur dupliciter, primo ſm cōpletam rationem perſonæ ſeu hypoſtaſis, & ſic ſignificat ſingulare habens naturam ſubſtantialē incommunicabilē, ita ꝙ incōmunicabilitatem denotauerit Boetius in definitione perſonę per ly indiuidua ſubſtantia. qm̄ æquiualet ad ly ſubſtantia prima, quæ alio nomine dicitur hypoſtaſis. Alio modo ſumitur ſm rōnem quidem perſonæ, ſed imperfectam, & ſic ſignificat ſingulare habens ſubſtantialē naturam, ita ꝙ ſola incōicabilitas illi deeſt ad perfectā rōnē perſonæ. Et hac diſtinctione ſtante ſolum illud quod per ſe exiſtit, non aūt quod exiſtit in alio p̄fectiori. vnde manus Sortis q̄uis ſit quoddam indiuiduum, non tn̄ eſt perſona, quia non p ſe exiſtit: ſed in quōdā p̄fectiori. ſ. in ſuo toto. Et hoc etiā pōt ſignificari in hoc, ꝙ perſona dicitur ſubſtantia indiuidua: non enim manus eſt ſubſtantia, ſed pars ſubſtantiæ. Licet ergo hęc humana natura ſit quoddā indiuiduum in genere ſubſtātię, quia tamen non per ſe ſeparatum exiſtit, ſed in quodā perfectiori, ſ. in perſona Dei uerbi, conſequens eſt ꝙ non habeat perſonalitatem propriam. Et ideo facta eſt unio in perſona.

3. diſt. 6. q. 1. ar. 1. & diſt. 7. q. 1 ar. 1. c. & diſt. 10. q. 1. ar. 2. q. 3. & 4. con. c. 34. 38. & 59. Et unio. art. 1. 2. & 3. ad 4. & 5. ad 9. Et quoll. 4. ar. 8. & quolibet. 9. q. 2. ar. 1. & 3. co. & opuſ. 1. c. 21. & 22. & opuſ. 3. cap. 217. 218. 219. & 220. Ca. 36. a medio to. 3. Eſt epiſt. 10. c. 4. Paulo a principio.

ARTICVLVS III.

Vtrum vnio uerbi incarnati facta ſit in ſuppoſito uel hypoſtaſi.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vī ꝙ unio uerbi incarnati non ſit facta in ſuppoſito, ſiue in hypoſtaſi. Dicit enim Augu. in Enchi. † Diuina ſubſtantia & humana, utraque eſt unus Dei filius: ſed aliud propter uerbū, & aliud propter hominē. Leo Papa etiam dicit in epiſtola ad Flauianum: * unum horū coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniurijs: ſed aliud & aliud differt ſuppoſito. ergo unio uerbi īcarnati nō ē facta ī ſuppoſito.

¶ 2 Pręt. Hypoſtaſis nihil aliud eſt, quam ſubſtantia particularis, ut Boet. dicit in lib. de Dua. na. † Manifeſtum eſt autem, ꝙ in Chriſto eſt quędam alia ſubſtantia particularis pręter hypoſtaſim uerbi. ſ. corpus & anima & compoſitum ex eis. ergo in ipſo eſt alia hypoſtaſis pręter hypoſtaſim uerbi.

¶ 3 Pręt. Hypoſtaſis uerbi non continetur in aliquo genere, neque ſub ſpecie, ut patet ex his, q̄ in prima parte dicta ſunt: * ſed Chriſtus, ſm ꝙ eſt factus homo, continetur ſub ſpecie humana, dicit enim Dionyſ. 1. c. de Diuino. † Intra naturę noſtrę termi nos uenit, qui omnem totius naturę ordinem ſupereminenter excedit. Non autem continetur ſub ſpecie humana, niſi ſicut hypoſtaſis quędā humanę ſpeciei. ergo in Chriſto eſt alia hypoſtaſis pter hypoſtaſim uerbi Dei: & ſic idem quod prius.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſc. dicit in 3. lib. In Domino Ieſu Chriſto duas naturas cognoſcimus, unam autē hypoſtaſim. dicit, ꝙ nomen perſonæ ſeu hypoſtaſis aut ſuppoſiti pōt ſumi dupliciter, primo ſimpliciter, & ſic appellatione perſonæ in diuinis non venit hic Deus, quia non habet cōpletā rōnē perſonæ: ſed ſolū pater aut filius vel ſpirituſſanctus: alio modo vt pſona diſtinguit contra naturā, ita ꝙ ex vno extremo ponatur natura vt ſic & ex alio extremo ponatur perſona, ſicut cū diſtinguimus naturā, contra habētem naturam: & ſic appellatione pſonæ venit non ſolū perſona complete, ſed perſona incōplete: venit non ſolum pr̄, aut filius aut ſpirituſſanctus, ſed ēt hic Deus. Et qa in hoc articulo ſermo eſt de pſona, vt diſtinguit contra naturā vt ſic, vt patet in proceſſu articuli ex cōib. Deo & reliquis ſubſtantijs, ideo pſona hic ſumitur vt comprehendit etiam hunc Deum, & propterea opt mē dictum eſt, ꝙ ſi non vniretur in perſona, nullo modo vniretur. Et reliqua dicta ſolida ſunt. Patet aūt hanc eſſe intentionē Auctoris, ex eo ꝙ in litera in corpore articuli, pro eodem hr̄ indiuiduū ſubſiſtens in natura, & ſuppoſitū: conſtat aūt hunc Deum eſſe indiuiduū ſubſiſtens in natura diuina, & non hr̄e compleram rationem ſuppoſiti. Et rurſus dicitur in corpore articuli loquendo de Deo ꝙ natura diuina dr̄ ſuppoſitum ſm quod eſt ſubſiſtens. Quid clarius? Conſtat enim hūc Deum ſignificare naturam diuinam, ſm ꝙ eſt ſubſiſtens: eſt enim hic Deus ſubſiſtens in natura diuina, vt patet ex modo ſignificandi. Communiter igitur ſuppoſiti ſeu perſonæ ratio hic ſumitur, vt ſcilicet ſignificat hoc ſubſiſtens in natura. Et ideo hæc quarta reſponſio amplectenda eſt, vtpote literæ cōſona, & omnem ambiguitatem tollens.

Cap. 1. n. multū a medium. Lib. 3. ori fid. cap. 4. & 5. Infr. art. 6. & q. 16. ar. 1. c.

p. p. q. 3. tic. 5.

Aliquam lū a pri pio lib. 3. pagina.

¶ Super Quæſtionis ſecundæ Articulum tertium.

IN titulo articuli tertij duo declaranda ſunt, quæ tamen in corpore articuli habentur. Primò declarandi ſunt termini. ſ. ſuppoſitum & hypoſtaſis: ſecundo declaranda eſt ratio quæſtionis. Suppoſitum, vt in litera dicitur ea ratione vocatū eſt, quia ſupponitur vniuerſis, quæ in aliquo ſunt, ſiue ſint ſubſtātialia, ſiue accidentalia: ſupponitur autem per hoc, q̄ illorum prædicationem recipit. Vnde ſuppoſitum hominis eſt hic homo, puta Sortes, quia hic homo eſt, de quo prædicantur tam eſſe hominem, quām eſſe album, quantum, filium, locatum, agens, &c. Et quia ſuppoſitum eſt nomen ſecundæ intentionis ſicut genus, ideo ſuppoſitum ſignificat propriam denominationē primæ ſubſtantiæ puta huius hominis ſeu Sortis: & propterea non inuenitur ſuppoſitum in alijs prædicamentis: ſed in ſolo prædicamento ſubſtantiæ. Hypoſtaſis autem Græcum eſt uocabulum & idem ſignificat quod apud nos ſubſtātia, loquendo de ſubſtantia, quæ proprie, principaliter & maxime dicitur, vt hr̄ in prædicamentis, hoc eſt ſignificat primam ſubſtantiam. rō huius qōnis non habet ortum a re, ſed ab opinione: qm̄ ſm rem in quæſtione præcedētis articuli de vnione in perſona, tractatum eſt de vnione in hypoſtaſi ſeu ſuppoſito, qm̄ in natura rōnali ſeu intellectuali loquendo, ſynonyma ſunt perſona, hypoſtaſis & ſuppoſitum. quodlibet enim horum nihil aliud importat, quam primam ſubſtantiam in natura rationali: ſed ignorantia (vt in litera dicitur) quorundam propriam uocem ignorantiam diſtinguendo intellectui hæc, & dicendo quòd unio eſt facta in perſona, & non hypoſtaſi

postasi, obtinuit, vt post articulum de vnione in persona, inquireretur de vnione in hypostasi.

¶ In corpore articuli non opus est distinctione, sed annotatione, quod in determinatione huius articuli patet, tam primam, quàm tertiam opinionem elatam à magistro 3ē ten. in 6. distin. tertij senten. esse hæresim olim ab ecclesia dānatam. Nam prima ponit duas in Christo hypostases: tertia autem non solum duas ponit hypostases, sed etiam negat vnionem in persona, proprie loquendo, vt patet ibi.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum sunt illa verba de humanitate Christi notanda, scilicet, quia tamen venit in vnionem cuiusdam completi, s. totius Christi, prout est Deus & hō &c. Ingerunt siquidem hæc verba difficultatem de compositione Christi, de qua quia sequens tractat articulus, transeam*.

Respon. Dicendū, ꝙ quidā ignorantes habitudinē hypostasis ad personā, licet concederēt in Christo unā solā personam, posuerunt tn̄ aliā hypostasim † Dei, & aliam hoīs, ac si unio sit facta in psona, nō in hypostasi.

Quod quidem apparet erroneū, tripliciter. Primò, ex hoc, ꝙ persona sup hypostasim non additnisi determinatā naturā. s. rōnalem, s̄m ꝙ Boet. dicit in libr. de Dua. na.* ꝙ persona est rōnalis naturæ indiuidua substantia, & ideo idē est attribuere propriam hypostasim humanæ naturę in Chr̄o, & propriā personam. Quod intelligentes sancti Patres, utrunque in concilio quinto apud Cōstantinopolim † celebrato dānauerunt, dicentes: Si quis introducere conetur ī mysterio Chr̄i duas subsistentias, seu duas p̄sonas, anathema sit: nec. n. abiectionem p̄sonæ uel subsistentiæ susceptt sancta Trinitas, incarnato uno de sancta Trinitate Deo uerbo. Subsistētia aūt idē est quod res subsistens, quod est propriū hypostasis, ut patet p̄ Boet. in lib. de Dua. na. † Secūdò, quia si detur, ꝙ persona aliquid addat sit per hypostasim, in quo possit unio fieri, hoc nihil aliud est q̄ proprietas ad dignitatē p̄tinēs, s̄m ꝙ à quibusdam d̄r, ꝙ persona est hypostasis proprietate distincta, ad dignitatem pertinente. Si ergo facta sit vnio in persona, & non in hypostasi, consequens erit ꝙ nō facta sit unio, nisi s̄m dignitatē quandā. Et hoc est approbante synodo Ephesina, damnatū à Cyrillo † sub his uerbis: Si quis in vno Christo diuidit subsistentias post adunationē sola copulans eas coniunctione, q̄ s̄m dignitatem quandā, uel auctoritatē est uel secundū potētiā, & non magis concursu secundū adunationē naturalem, anathema sit. Tertiò, quia tn̄ hypostasis est cui attribuuntur operationes & proprietates naturæ, & ea ēt quæ ad naturę rōnem pertinēt in cōcreto: dicimus enim ꝙ hic homo ratiocinat, & est risibilis, & est animal rōnale. Et hac rōne hic homo d̄r esse suppositum: quia. s. supponitur his, q̄ ad hominem pertinent, eorum predicationem recipiens. Si ergo sit alia hypostasis in Christo preter hypostasim uerbi, sequitur ꝙ de aliquo alio q̄ de uerbo uerificentur ea, quæ sunt hominis, puta esse natum de Virgine, passum, crucifixum, & sepultū. Et hoc etiam damnatum est approbante cōcilio Ephesi. sub his uerbis: † Si quis personis duab. uel subsistentijs eas, quæ sunt in Euangelicis & apostolicis scripturis, impartitur uoces, aut de Christo à Sanctis dictas, aut ab ipso de se, & quasdam quidem uelut homini præter illud ex Deo uerbū specialiter intellecto applicat, quasdā uero uelut Deo decibiles, soli ex Deo patre uerbo, anathema sit. Sic ergo patet esse hæresim olim ab ecclesia damnatam, dicere quòd in Christo sunt duæ hypostases, uel duo suppositā, siue quòd unio non sit facta in hypostasi uel suppositō. Vnde in eadem synodo legitur.† Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum ex Deo patre uerbū, unumq̄ esse Christum cum sua carne, eundem, scilicet Deum & hominem, anathema sit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut accidentalis differentia facit alterum, ita differentia essentialis facit aliud. Manifestum est autem quòd alteritas, quæ prouenit ex differentia accidentali, potest ad eandem hypostasim uel suppositū pertinere in rebus creatis, eo quòd idem numero potest diuersis accidentibus subesse, non autem contingit in rebus creatis, quòd idem numero subsistere possit diuersis essentijs uel naturis, sed unus & idem Christus subsistit in duabus naturis. Vnde sicut quod dicitur alterum & alterum in creaturis, non significat diuersitatem suppositi, sed solum diuersitatem formarum accidentalium, ita ꝙ dicitur Christus aliud & aliud, non importat diuersitatem suppositi uel hypostasis, sed diuersitatem naturarū. Vnde Greg. Nazanzenus dicit in epistola ad Didymum,† Aliud & aliud sunt ea, ex quibus Saluator est, non autem alius & alius, dico uero aliud & aliud econtrario, quàm in Trinitate habet: ibi enim, Alius & alius dicimus, ut non subsistentias confundamus, non autem, Aliud & aliud.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hypostasis significat subsantiam particularem, non quocunq; modo, sed prout est in suo complemento. Secundum uero quod uenit in unionem alicuius magis completi, non dicitur hypostasis, sicut manus uel pes. Et similiter humana natura in Christo quamuis sit subsantia particularis: quia tamē uenit in unionem cuiusdam completi. s. totius Christi, prout est Deus & homo, non potest dici hypostasis uel suppositum. Sed illud completum ad quod concurrit, dicitur esse hypostasis uel suppositum.

Ad tertivm dicendum, quòd in rebus creatis res aliqua singularis non ponitur in genere, uel in specie ratione eius, quod pertinet ad eius indiuiduitatem, sed ratione naturę, quę secundum formam determinatur, cum indiuiduatio magis sit secundum materias in rebus compositis. Sic ergo dicendum est, quòd Christus est in specie humana ratione naturę assumptę, non ratione ipsius hypostasis.

Articvlvs IIII.

Vtrum persona uel hypostasis Christi post incarnationem sit composita.

¶ *Super Quæstionis secunda Articulum quartum.*

Ad qvartvm sic procedit. Aū ꝙ persona Christi non sit composita. Persona. n. Christi non est aliud quàm persona uel hypostasis Verbi, ut ex dictis patet: * sed in Verbo non est aliud p̄sona & natura, ut patet ex dictis ī Prima parte.† Cū ergo natura Verbi sit simplex (ut ī primo * oñsū est, ipossibile est ꝙ p̄sona Chr̄i sit composita.

¶ 2 Pret. Omnis compositio uī esse ex partibus: sed diuina natura nō potest habere rationem partis: quia omnis pars habet rationem imperfecti. Ergo impossibile est, ꝙ persona Chr̄i sit composita ex duab. naturis.

In 3. pagina a prin. libri.

In 3. pagina a prin. libri.

In Ephesina Syn. 1. cano. 3. tom. 1. concil.

In Ephesinæ synodi 1. can. 4. to. 1. concil.

In concil. 2. Constan. q. d est 5. generale. can. 5. to. 1. concil.

D. 706.

In epist. 1. ad Celidonium inter principiū & medium incipit Honorandissimo.

3. dist. 6. q. 2. ar. 2.

Ar. 2.

p. p. q. 3. ar. 7. & per totam quæst.

rationem hypostasis. Primū conclusio est, Persona Christi ſm illud quod in ſe est, est omnino simplex. Probatur, quia natura verbi Dei est omnino simplex. Secunda conclusio est, Persona Christi ſm rationem hypostasis est composita. Probat, Persona Christi ſm rationem personæ seu hypostasis subsistit in duabus naturis. ergo est ibi vnū subsistens, & duæ rōnes subsistendi. ergo sic ꝓsona est composita. Antecedēs ꝓbat: quia rō hypostasis consistit in hoc, qđ est subsistere in aliqua natura, ex hoc. n. manifeste hꝫ, quòd verbum Dei ſm ꝓsonæ seu hypostasis rōnē subsistit i duabus naturis. Prima vero consequentia quò ad primā partē cuidens est ex dictis: quo ad secundā, ex vi antecedentis aperte sequit, ꝙ si subsistit in duab. naturis, oportet qualibet naturā esse rōnē subsistēdi i illa: secunda vero sequela probatur: quia vnū duob. subsistit. ex hoc nanq; ꝙ duæ subsistendi rationes sic coeunt in vnam personam, vt vnum duobus subsistat, consequens est ꝙ persona sic, hoc est secundum rationem hypostasis est composita.

¶ 3 Pret. Quod componitur ex aliquibus, uī esse homogeneum eis, sicut ex corporibus, non componitur nisi corpus. Si ergo ex duabus naturis aliquid sit in Christo cōpositum, consequens erit, ꝙ illud nō erit persona, sed natura, & sic ī Christo erit facta unio in natura, quod est contra prædicta.*

Sed contra est, quòd Damas. dicit 3. lib. In Domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus, unam autem hypostasim ex utraque compositam.

Respon. Dicendum, ꝙ persona siue hypostasis Christi dupliciter potest considerari, uno modo ſm illud, quod est in se, & sic est omnino simplex, sicut & natura Verbi: alio modo secundum rationem personę uel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura, & secundum hoc persona Christi subsistit in duabus naturis.

¶ Tertium dubium est, an sit simpliciter & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Et quidem ꝙ sit formaliter verum, apparet ex eo, ꝙ compositio conuenit personæ Christi ſm ipsam rationem personæ, vt in litera habet: quod aūt conuenit alicui ſm aliquam rationem formalē, conuenit illi sub noīe illius rōnis formaliter. Verbi gratia: quia congregare visum conuenit substantiæ ſm rōnem nigri, si substantia sub nomine nigri significetur, ꝓpositio enuntiās cōgregare visum de illa, erit vera forma iter, quamuis denominatiue: vt si dicatur, Aethiops est cōgregatiuus visus Est ergo formaliter vera ista enuntiatio, ꝓsona Christi est cōposita, ex quo esse compositum attribuitur Christo ratione ꝓsonæ, vt dictum est. Et ex hoc vlterius sequitur, quòd sit simpliciter vera, retenta identitate subiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ distinctionis membra contra se inuicem distinguuntur per hoc, quòd ly in se est, denotat verbum Dei ſcd'm illud quod conuenit sibi ad intra, sub quo constat comprehendi esse Deū, esse filium Dei, esse substantiam, sapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura vel ꝓprietate personali, ita ꝙ loqui de persona Christi ſcd'm illud quod in se est, est loqui de persona Christi, secundum illud, quod conuenit sibi ad intra: loqui vero de persona Christi secundum rōnem hypostasis, est loqui de persona Christi indefinite secundum illud quod conuenit illi ad intra, & secundum illud quod conuenit eidem ad extra. nam persona Christi est persona naturæ diuinæ, & est persona naturæ humanæ, ita ꝙ vbi in primo membro indistincte continentur quæcunque conueniunt verbo Dei ad intra, in secundo membro distincte vnum eorum sumitur, ſ esse personam seu hypostasim. Et qm esse hypostasim seu personam de facto comprehendit indistincte, & esse hypostasim ad intra respectu diuinæ naturæ, & esse hypostasim ad extra respectu humanæ naturæ, ideo distinctio cum suis membris solida inuenitur, nec vnum membrum includit distincte aliud. Et simile est ac si distingueretur diuina sapientia dupliciter, secūdum quòd est in se, & secundum rationem sapientiæ: & similiter diuina paternitas secundum ꝙ in se est, & secundum rationem paternitatis, & sic de similibus. Manifeste namque apparet ex his, ꝙ membra non coincidunt: quia licet esse sapientiam conueniat sapientiæ secundum quòd est in se, alia tamen est consideratio sapientiæ secundum rationem sapientiæ vt sic, & alia consideratio eius secundum quod in se, vt est ipsa deitas &c. Et sic est in proposito, quod licet esse personam seu hypostasim cōueniat verbo Dei secundum illud quod in se est, alia tamē est consideratio eius, cum in eo consideratur illud quod est ad intra, & alia consideratio eius, quum consideratur in eo ratio hypostasis, qua non solum ad intra, sed ad extra, extendit se. Non est ergo distinctio ista in membra totaliter separata, sed in primo includitur aliquid secundi, & in secundo aliquid primi, vt patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæsitum secundæ obiectionis dicendū est tertiū, scilicet ꝙ in hac distinctione verbum Dei distinguitur cōtra personalitatem in cōi, hoc est ablolute sumptam, vt ipsa textus verba sonant, dicendo alio modo secundum rationem personæ, vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura. Vbi clare perspicere potes, secundum membrum consistere in ratione hypostasis sine additione vlla Et cum cōtra hoc obijcitur primo, quia secundum in litera membrū claderetur in primo, respondetur quòd hoc non est verum simpliciter, hoc est toraliter, sed secundum aliquid, vt patet ex dictis, quod non esse inconueniens monstratum est. Et cum obijcitur secundo, quia hic inferuntur duo contradictoria simul, scilicet quòd persona Christi secundum illud quod in se est, non est composita, & est composita: quia quod de facto & in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum illud quod in se est, &c. respondetur quòd quasi in æquiuoco laboramus: aliud siquidem est conuenire aliquid Sorti secundum illud quod in se est, hoc est cōuenire illi quod in se est Sortes, & aliud est aliquid cōuenire Sorti secundum illud quod in se est, hoc est, esse de numero eorum

artic. 3. lib. 3. orth. fi. c. 3. 4. et 5.

eorum quę conueniunt Sorti ſecundum ſuam ſubſtantiã. Currere enim conuenit Sorti ſecundum illud, quod in ſe eſt in primo ſenſu, & non conuenit Sorti ſecundum illud quod in ſe eſt in ſecundo ſenſu: quia currere conuenit illi rei, quæ eſt Sortes, ſed non eſt de numero untrinſecorum Sorti. Simile quid accidit in propoſito qm̃ eſſe perſonam tam ad intra, quàm ad extra, conuenit verbo Dei ſm illud quod in ſe eſt, hoc eſt illi rei, quæ vere eſt in re verbũ Dei. ipſa enim perſona filij Dei Dei verus, eſt perſona diuinæ & humanæ naturæ. Et non conuenit verbo Dei ſm illud, quod in ſe eſt in ſecundo ſenſu, hoc eſt non eſt de numero eorum, quæ conueniunt verbo Dei ad intra, vt patet, iuxta hunc nanque ſenſum conuenit verbo Dei ſecundũ id quod in ſe eſt, eſſe perſonam ad intra, ſ in diuina natura. Illa ergo maior aſſumpta ſi in primo ſenſu ſumatur, vera eſt, ſed vt patet, non obſtat huic doctrinæ quia in litera verbum Dei ſecundum quòd in ſe eſt, ſumitur in ſecundo ſenſu. Nec infert contradictoria, ſed infert, verbum Dei eſſe ſecundum id quod in ſe eſt, hoc eſt illam rem, quæ eſt verbum Dei eſſe & omnino ſimplicem & eſſe compoſitam, quod ſecundum diuerſa eſt verum, vt in litera patet: ſi vero ſumatur in primo ſenſu, falſa eſt, vt patet in exemplis de currere & moueri.

Vnde licet ſit ibi unum ſubſiſtens, eſt tamen ibi alia & alia ratio ſubſiſtendi, & ſic dicitur perſona compoſita, inquantũ unum duobus ſubſiſtit.

Et per hoc patet reſponſio ad primum.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ illa compoſitio perſonę ex naturis, nõ dr̃ eſſe rõne partium, ſed potius ratione numeri: ſicut omne illud, in quo duo cõueniũt, poteſt dici ex eis compoſitum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ non in omni compoſitione hoc uerificatur, ꝙ illud qđ componitur, ſit homogeneum cõponentib. ſed ſolum in partibus ſubſtantiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & ſuppoſito, alia ex eſſentia & eſſe, alia ex genere & dr̃ia, alia ex ſubiecto & accidente, & oẽs important imperfectionẽ vtriuſque cõponentis vt patet diſcurrendo. Sed ſi ab vna iſtarũ, hoc eſt à cõpoſitione ex natura & ſuppoſito, auferaẽ quod eſt imperfectionis ex parte ſuppoſiti, ſaluari põt in perſona Chriſti compoſitio ex natura humana & ſuppoſito, & ſm hoc perſona Chriſti eſſet cõpoſita. Et qm̃ iſte modus cõpoſitionis cõuenit pr̃onæ Chriſti ſm rõnem perſonæ ſeu hypoſtaſis iquãtum. ſ. perſona Chri ſubſiſtit ī natura humana, ideo hoc modo perſona Chriſti poteſt dici compoſita. Et intantum inuenitur huiuſmodi compoſitio in perſona Chriſti, vt dicat Auctor in lib. 4. contra Gen. c. 49. in ſolutione ſextæ obiectionis, ꝙ natura humana eſt ſimplicior, quã Verbum inquantum verbum eſt hic homo. Et poſtea in ſolutione decimæ obiectionis declarat quid ſignificat, & ſupponitur per ly hic homo dicens, id quod in natura humana ſubſiſtit, eſt hic homo, & hoc quo ad ſignificationẽ. vñ ipſum Verbum ſupponitur, cum dr̃, hic homo, & hoc quo ad ſuppoſitionem. Et in quæſt. de vnione Verbi incarnati art. 1. ad 15. dicit, ꝙ natura humana eſt ſimplicior, & formalior illo homine, qui eſt Verbum caro factum, & non verbum ſm ſe. Sed quoniam talis compoſitio eſt compoſitio vnius cum alio ſeu alijs, & vnius ex alio ſeu alijs (& in litera ſolum tractari vr̃ compoſitio ex his, quoniam tractatur compoſitio perſonæ Chriſti, quaſi ſubſiſtat ex duabus naturis, vt patet in litteræ proceſſu) ideo vtroque compoſitionis modo perſona Chriſti ſm perſonæ rationem compoſita inuenitur. I. & compoſitione ex his, inquantum in duobus eſſe, diuino. ſ. & humano ex duabus ſubſiſtit naturis (de diuina quidem natura patet, ꝙ ex illa ſubſiſtit, de humana autem in ſymbolo Athanaſij habetur, dum dicitur, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens, vbi expreſſe Chriſtus vt perfectus homo dicit ſubſiſtens ex anima rationali & humana carne, & non ſolum in anima rationali & humana carne, magiſter quoque Sent. in 3. diſt. 6. & 7. plures affirmat Chriſti perſonam ex duab. ſubſiſtere naturis, exponendo ſecundam opinionẽ, quæ eſt determinatio, quam hic docemur, quam omnes catholici amplectuntur: in profeſſione quoque Epiſcoporum, qñ ordinantur, dr̃, Credis unicum & vnum filium Dei in duabus & ex duabus naturis? & rñdetur, Credo, vt patet in Pontificali eccleſiæ Romanæ) & compoſitione cum his inquantum pſona Verbi coniungitur cum hoc, quod eſt eſſe hunc hominẽ, non quod aſſumpſerit hunc hominem, ſed quia facta eſt hic homo aſſumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc fit, excedit humanã mentẽ: ſat ſit nobis noſſe, quia eſt, dum reuelatũ eſt, quod Verbum eſt ille homo, qui vocatur Chriſtus: quo homine, vt ſic, natura humana ideo ſimplicior dr̃, quia ad hunc hominem ſpectant & principia indiuiduantia & accidentia, quę habet, quæ vniuntur illi non in natura, ſed in perſona, quæ nõ claudũtur in natura humana. Ad quæſitum ergo dr̃, quod duo obſtant compoſitioni perſonæ Chriſti ſimpliciter & formaliter enuntiandæ, alterum eſt ratio compoſitionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, non poteſt formaliter & ſimpliciter attribui perſonæ Chriſti: alterum eſt generalis regula ſeruanda in attributis Chriſto, ſi ſunt communia naturæ, & perſonæ, & oppoſitum conuenit perſonæ, vt inferius patebit de hoc, quod eſt eſſe creaturã, & incipere eſſe, ne denotetur ꝙ perſona Chriſti in ſe ſit compoſita, ſit creatura, inceperit eſſe, & huiuſmodi. Vnde ad primam obiectionẽ dr̃, ꝙ defectus prædicationis formalis hic eſt ex parte prædicati quod formaliter ſumptum non conuenit pſonæ. Defectꝰ aũt prædicationis ſimpliciter eſt ex parte cõitatis prædicati reſpectu talis ſubiecti, ſcilicet perſonæ Chriſti vendicantis ſibi in ſe oppoſitum, ſcilicet omnimodam ſimplicitatem & propterea merito Auctor illas duas conditiones, quæ aſſignando ad alteram partem tanguntur, appoſuiſſe vr̃, & doctores poſteriores non vtuntur compoſitionis nomine in myſterio incarnationis: quo tamen utendum puto cum aliquo adiectiuo, puta ꝙ eſt compoſitio ineffabilis, ꝙ ſine quacunq; imperfectione alterius componentis uel aliquo huiuſmodi. Et de hoc ad denotandũ, qđ coniunctio iſta intima eſt ſubſtantialis, quia in veritate eſt talis, quãuis ſupra intellectũ nr̃m. Propter hoc enim antiqui doctores Dion. Aug. Dama. & Auctor cũ ſexta

¶ Ad ſecundum dubium, dicitur, diſtinguendo ſimpliciter vel in tali natura. Vbi nota quod licet proprie loquendo nõ poſſit fieri diſtinctio iſta niſi in naturis partialibus, conſiderando naturalem ordinem vniuerſi, quia non inuenitur vna hypoſtaſis ſubſiſtens in pluribus naturis ſimpliciter ſed ſolum in plurib. naturis partialibus, vt Sortes ſubſiſtit in natura animæ rationalis & in natura carnis: quia ſingulariſsimum tamen eſt incarnati Verbi myſterium, diſtinctione dicta opus eſt: verbum ſiquidem Dei ſubſiſtit ſimpliciter & in natura diuina & in natura humana, ſed ſubſiſtere ſimpliciter & in natura diuina, ex vno & eodem habet, ſcilicet ex hoc quod eſt eſſe verbũ Dei. nam ex hoc dicitur & ſubſiſtens in diuina natura, & dicitur ſine additione aliqua, ſubſiſtens. Subſiſtere autem in humana natura aliunde habet, nam hoc conuenit ei ex tempore, & non conſtituit ipſum in ſubſiſtere ſimpliciter: quia præſupponit ipſum ſubſiſtere. Si loquamur ergo de ſubſiſtere ſimpliciter, vna eſt ratio ſubſiſtendi in perſona Chriſti: quia vnum eſt ibi ſubſiſtere ſimpliciter, ſicut vnica ſubſiſtentia, & vnicum ſubſiſtẽs. Sed ſi ſit ſermo de ſubſiſtere in tali natura, duæ ſunt in perſona Chriſti rationes ſubſiſtendi tam in fieri, quàm in facto eſſe, altera ſubſiſtendi in natura diuina, altera ſubſiſtendi in natura humana. Et ratio quidem ſubſiſtendi in natura diuina eſt in fieri generatio æterna, in facto eſſe autem eſſe Deum. ratio vero ſubſiſtendi in natura humana in fieri eſt aſſumptio humanæ naturæ, in facto eſſe autem, eſſe hominem: ex hoc enim quod Verbum factum eſt caro, hoc eſt homo, ita quod vere eſt homo, ſubſiſtit verbum in humana natura, in qua prius nõ ſubſiſtebat. Sunt ergo in perſona Chriſti duę rationes ſubſiſtẽdi in duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, licet ſit ibi vnum ſubſiſtens ſimpliciter, & vna ratio ſubſiſtendi ſimpliciter. Et ſimiliter vnum ſubſiſtit duobus vt rationibus ſubſiſtendi in duob ſcilicet in eſſe diuino & eſſe humano. Et per hæc patet quo pacto non diſſonent à ſe inuicem diuerſa dicta Auctoris: quoniam dicta hic vera ſunt de ſubſiſtere in tali natura, dicta alibi vera ſunt de ſubſiſtere ſimpliciter. Et ſi inſtetur, ꝙ auctor hic ponit duas rationes ſubſiſtendi ſine additione aliqua, & non dicit quòd eſt alia & alia ratio ſubſiſtendi in tali & tali natura, reſpondetur, quod quia iam præmiſerat ibidem pro fundamento, ad hypoſtaſim ſpectare ſubſiſtere in aliqua natura, ideo abſque repetitione ſubintelligi voluit, quod de ratione ſubſiſtendi in aliqua natura ſermo ſuus eſt.

¶ Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Auctor in 3. ſenten. diſt. 6. dicit (quamuis non tam alta ſint vt hæc) reſpondetur quod quia apud nos compoſitio abſq; imperfectione componentium intelligi non poteſt, ſalua ſua ratione formali, ideo non ſimpliciter, neque formaliter admittenda vr̃ in perſona Chriſti, ſed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem vnius componẽtis admitti poteſt, & admiſſa eſt ſimpliciter & formaliter ab antiquis & ab Auctore. Ad cuius aliqualem cognitionem (quoniam, vt Dion. dixit, eſt ineffabilis) conſiderandũ eſt multos eſſe compoſitionis modos, ut in q. 3. primæ par. habitum eſt: compoſitio namq; alia eſt ex partibus quãtitatiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & ſuppoſito, alia ex eſſentia & eſſe, alia ex genere & dr̃ia, alia ex ſubiecto & accidente, & oẽs important imperfectionẽ vtriuſque cõponentis vt patet diſcurrendo. Sed ſi ab vna iſtarũ, hoc eſt à cõpoſitione ex natura & ſuppoſito, auferaẽ quod eſt imperfectionis ex parte ſuppoſiti, ſaluari põt in perſona Chriſti compoſitio ex natura humana & ſuppoſito, & ſm hoc perſona Chriſti eſſet cõpoſita. Et qm̃ iſte modus cõpoſitionis cõuenit pr̃onæ Chriſti ſm rõnem perſonæ ſeu hypoſtaſis iquãtum. ſ. perſona Chri ſubſiſtit ī natura humana, ideo hoc modo perſona Chriſti poteſt dici compoſita. Et intantum inuenitur huiuſmodi compoſitio in perſona Chriſti, vt dicat Auctor in lib. 4. contra Gen. c. 49. in ſolutione ſextæ obiectionis, ꝙ natura humana eſt ſimplicior, quã Verbum inquantum verbum eſt hic homo. Et poſtea in ſolutione decimæ obiectionis declarat quid ſignificat, & ſupponitur per ly hic homo dicens, id quod in natura humana ſubſiſtit, eſt hic homo, & hoc quo ad ſignificationẽ. vñ ipſum Verbum ſupponitur, cum dr̃, hic homo, & hoc quo ad ſuppoſitionem. Et in quæſt. de vnione Verbi incarnati art. 1. ad 15. dicit, ꝙ natura humana eſt ſimplicior, & formalior illo homine, qui eſt Verbum caro factum, & non verbum ſm ſe. Sed quoniam talis compoſitio eſt compoſitio vnius cum alio ſeu alijs, & vnius ex alio ſeu alijs (& in litera ſolum tractari vr̃ compoſitio ex his, quoniam tractatur compoſitio perſonæ Chriſti, quaſi ſubſiſtat ex duabus naturis, vt patet in litteræ proceſſu) ideo vtroque compoſitionis modo perſona Chriſti ſm perſonæ rationem compoſita inuenitur. I. & compoſitione ex his, inquantum in duobus eſſe, diuino. ſ. & humano ex duabus ſubſiſtit naturis (de diuina quidem natura patet, ꝙ ex illa ſubſiſtit, de humana autem in ſymbolo Athanaſij habetur, dum dicitur, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens, vbi expreſſe Chriſtus vt perfectus homo dicit ſubſiſtens ex anima rationali & humana carne, & non ſolum in anima rationali & humana carne, magiſter quoque Sent. in 3. diſt. 6. & 7. plures affirmat Chriſti perſonam ex duab. ſubſiſtere naturis, exponendo ſecundam opinionẽ, quæ eſt determinatio, quam hic docemur, quam omnes catholici amplectuntur: in profeſſione quoque Epiſcoporum, qñ ordinantur, dr̃, Credis unicum & vnum filium Dei in duabus & ex duabus naturis? & rñdetur, Credo, vt patet in Pontificali eccleſiæ Romanæ) & compoſitione cum his inquantum pſona Verbi coniungitur cum hoc, quod eſt eſſe hunc hominẽ, non quod aſſumpſerit hunc hominem, ſed quia facta eſt hic homo aſſumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc fit, excedit humanã mentẽ: ſat ſit nobis noſſe, quia eſt, dum reuelatũ eſt, quod Verbum eſt ille homo, qui vocatur Chriſtus: quo homine, vt ſic, natura humana ideo ſimplicior dr̃, quia ad hunc hominem ſpectant & principia indiuiduantia & accidentia, quę habet, quæ vniuntur illi non in natura, ſed in perſona, quæ nõ claudũtur in natura humana. Ad quæſitum ergo dr̃, quod duo obſtant compoſitioni perſonæ Chriſti ſimpliciter & formaliter enuntiandæ, alterum eſt ratio compoſitionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, non poteſt formaliter & ſimpliciter attribui perſonæ Chriſti: alterum eſt generalis regula ſeruanda in attributis Chriſto, ſi ſunt communia naturæ, & perſonæ, & oppoſitum conuenit perſonæ, vt inferius patebit de hoc, quod eſt eſſe creaturã, & incipere eſſe, ne denotetur ꝙ perſona Chriſti in ſe ſit compoſita, ſit creatura, inceperit eſſe, & huiuſmodi. Vnde ad primam obiectionẽ dr̃, ꝙ defectus prædicationis formalis hic eſt ex parte prædicati quod formaliter ſumptum non conuenit pſonæ. Defectꝰ aũt prædicationis ſimpliciter eſt ex parte cõitatis prædicati reſpectu talis ſubiecti, ſcilicet perſonæ Chriſti vendicantis ſibi in ſe oppoſitum, ſcilicet omnimodam ſimplicitatem & propterea merito Auctor illas duas conditiones, quæ aſſignando ad alteram partem tanguntur, appoſuiſſe vr̃, & doctores poſteriores non vtuntur compoſitionis nomine in myſterio incarnationis: quo tamen utendum puto cum aliquo adiectiuo, puta ꝙ eſt compoſitio ineffabilis, ꝙ ſine quacunq; imperfectione alterius componentis uel aliquo huiuſmodi. Et de hoc ad denotandũ, qđ coniunctio iſta intima eſt ſubſtantialis, quia in veritate eſt talis, quãuis ſupra intellectũ nr̃m. Propter hoc enim antiqui doctores Dion. Aug. Dama. & Auctor cũ ſexta

Synodo (vt in corpore articuli sexti inferius recitatur) cōpositionis nomine vsi sunt: quamuis explicare eā non potuerunt.

¶ In responsione ad 5m eiusdem quarti articuli, aduerte quòd Auctor non dicit, q compositio personæ Christi ex naturis est ratione numeri, vt prima facie apparet, sed comparatiuam dicit, quòd potius est ratione numeri, quàm ratione partium. Quod est dicere, quòd naturæ illæ potius habent rationem duorum conuenientium in vnum, quàm rationem partium conuenientium in vnum. Hoc autem constat esse verissimū, quia ratio partis repugnat diuinitati & quodammodo humanitati: ratio autē duorum conuenientium in vnum non repugnat eisdem. Cum quo tamē stat quod compositio ista longe maior sit, quàm duorum conuenientium in vnam personam, vt pater ex dictis & dicendis, specialiter in hac quæstione secunda.

Inf. q. 16. ar. 1. c. & 3. dist. 6. q. 3. art. 1. & 4. cōt. gē. 37. & 41. & op. 3. c. 215. Artic. 2. & 3. præced. Lib. 3. orth. fid. c. 3. circa medium.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum quintum.*

TItulus articu. 5. clarus est in se. Et orit, quæstio hęc, tum ex difficultate rei in se, quia ī Christo non est propria hypostasis, quæ consurgere deberet ex vnione animę & corporis, tum ex erroribus eorum, qui negauerunt in Christo talem vnionem.

In festo circuncis. domini in laudib.

¶ In corpore 5. articuli vnica est conclusio responsiua quęsito affirmatiue, cum suo corollario. Conclusio est ista: Necesse est dicere, q in Christo fuerit anima vnita corpori. Probatur: Ad rationem speciei humanæ pertinet, q anima corpori vniatur. ergo necesse est quòd in Christo anima fuerit vnita corpori. Antecedens probatur dupliciter. Primò: quia forma non constituit speciem, nisi per hoc quòd est actus materiæ. ex hoc enim patet quòd non est species humana nisi anima sit actus corporis, quod est esse vnitum corpori. actus enim est unitus materiæ, cuius est actus. Secundò: quia hoc, scilicet animam esse in corpore, est terminus generationis ordinatæ à natura ad speciem. ex hoc nanque quòd natura per generationem tendit ad speciem, & terminatur ad vnionem animæ & corporis, manifeste patet, quòd species constituitur ex coniunctione animę & corporis.

3. dist. 2. q. 1. art. 3. q. 3. ex dis. 7. q. 1. ar. 3. cir. princ.

Et sic patet antecedens. Consequentia vero probatur: quia Christus dicitur homo vniuoce cum alijs hominibus. Probatur: quia est eiusdem speciei. Probatur: quia est in similitudinem hominum factus. Et est proculdubio sermo de similitudine substātiali: quia est sermo de similitudine hominum nō de similitudine hominum quantorum, aut qualium, aut quomodolibet aliter se habentium, homo enim substantiæ speciei humanæ & non q antitatis aut qualitatis nomen est. Ex hoc namq; quòd eiusdem est speciei Christus, quatenus homo, cum alijs hominibus, sequitur manifeste q si species humanæ naturæ in alijs constituitur ex vnione animæ & corporis, in Christo quoque talis vnio exigatur. Corollarium est, q cōtrarium dicere est hæreticum. Probatur: quia derogat veritati humanitatis Christi, vt patet ex dictis.

Art. 2 huius quæst. ad 2.

Citatum in arg.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, dicee hinc optimum ac clarum loquendi modum in hoc mysterio, scilicet quòd ex vnione animæ & corporis in Christo non constituitur noua persona: sed ad præexistentem personam Dei, composita natura singularis ex anima & corpore adiuncta est. Oportet ergo ex hac anima & hoc corpore vnitis aut constitui nouam personā humanam, aut antiquā personam constitui in hoc, quòd fit persona humana. Et hoc secundum verificatur in Christo hypostasis enim verbi Dei inquantum est hic homo, per naturam humanam hanc constituitur, vt Author in quarto contra Genti. capit. 49. in so-

Vt patet in Arist. 1. metaphy. tex. 6. & 25. per multos tex.

Lib. 3. c. 11.

Lib. 3. c. 11.

Inf. q. 16. ar. 1. c. & 3. dist. 6. q. 3. art. 1. & 4. cōt. gē. 37. & 41. & op. 3. c. 215. Artic. 2. & 3. præced. Lib. 3. orth. fid. c. 3. circa medium.

In festo circuncis. domini in laudib.

3. dist. 2. q. 1. art. 3. q. 3. ex dis. 7. q. 1. ar. 3. cir. princ.

Vt patet in Arist. 1. metaphy. tex. 6. & 25. per multos tex.

Lib. 3. c. 11.

Lib. 3. c. 11.

Art. 2 huius quæst. ad 2.

Citatum in arg.

cōtinui. Nā continuum nō cōponit nisi ex cōtinuis: aīal uero cōponitur ex anima & corpore, quorum neutrū est animal.

ARTICVLVS V.

Vtrum sit facta aliqua vnio animæ, & corporis in Christo.

AD QVINTVM sic procedit. Vr q in Christo nō fuerit unio aīæ & corporis. Ex unione. n. aīę & corporis in nobis causat persona, uel hypostasis hoīs. Si ergo aīa & corpus fuerunt in Chro unita, sequitur q fueritex unione corū aliqua hypostasis cōstituta: nō aūt hypostasis uerbi Dei, q̄ est ęterna. Ergo in Chro erit aliqua psona uel hypostasis pter hypostasim Verbi, qd est contra prædicta.*

¶ 2 Pręt. Ex unione animæ & corporis cōstituitur natura humanę speciei. Dam. autem dicit in 3. lib.* q in Dño Iesu Christo non est communem speciē accipere. Ergo in eo non est facta animæ & corporis vnio.

¶ 3 Pręt. Aīa non cōiungit corpori, nisi ut viuificet ipsum: sed corpus Chri poterat uiuificari ab ipso uerbo Dei, qd est fons & principiū uitæ. Ergo in Christo non fuit unio aīę & corporis.

SED CONTRA est, q corpus nō dr animatū, nisi ex unione aīę: sed corpus Christi dr animatū, sm illud, qd Ecclesia* cantat, Aīatū corpus sumens, de Virgine nasci dignat⁹ est. Ergo ī Chro fuit vnio animæ & corporis.

RESPON. Dicendū, q Chrs dr homo uniuoce cū alijs hominib. utpote eiusdē speciei existens, sm illud Apostoli Phil. 2. In similitudinē hominū fact⁹. Pertinet aūt ad rōnē speciei humanæ, q aīa corpori uniat. non enim forma constituit speciē, nisi p hoc, q sit actus materiæ, & hoc est, ad qd generatio terminatur, p quā natura speciem intendit. Vnde necesse est dicere, q in Christo fuerit anima corpori unita, & contrariū est hereticum, utpote derogans veritati humanitatis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendū, q ex hac ratione moti uidentur illi, qui negauerunt unionē animæ & corporis in Christo: ne per hoc. s. cogerētur personam nouā uel hypostasim in Christo inducere: quia uidebant, q in puris hoīb. ex unione aīę ad corpus cōstituit psona. Sed hoc ideo in puris hominib. accidit: qa anima & corpus sic ī eis cōiungunt, ut p se existant. Sed in Christo uniuntur ad inuicē, ut adiūcta alteri principaliori, qd̄ subsistit in natura ex eis cōposita, & pp hoc ex unione animæ & corporis in Christo nō cōstituitur noua hypostasis, seu psona: sed aduenit ipsum cōiunctū psonæ, seu hypostasi præexistēti. Nec pp hoc sequit, q sit minoris efficacię unio animæ & corporis in Christo, q̄ in nobis: quia ipsa coniunctio ad nobilius nō adimituirtutē, aut dignitatē, sed auget, sicut anima sensitiua in animalib. cōstituit speciem, quia cōsiderat ut ultima forma, non aūt in hominibus, quamuis in nobis sit uirtuosior & nobilior: & hoc pp adiūctionem ulterioris & nobilioris perfectionis, scilicet animæ rationalis, ut etiam supra dictū est.*

AD SECVNDVM dicendū, q verbū Damas.* pōt intelligi dupliciter. Vno modo, ut referat ad humanā naturā, q̄ quidem nō habet rōnē cōis speciei, sm q est in uno solo īdiuiduo, sed sm q est abstracta ab oī indiuiduo, prout in nuda cōtēplatione consideratur, uel sm q est ī oīb. indiuiduis. Filius autē Dei nō assumpsit humanā naturā, prout est in sola cōsideratione intellis: quia sic nō assumpsisset ipsam rē humanę naturę, nisi forte diceret, q humana natura est quædā idea separata sicut Platonici* posuerūt hoīem sine materia: sed tunc filius Dei nō assumpsisset carnē, contra illud quod dr Luc. ult. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis hre. Similiter etiam nō pōt dici, q filius Dei assumpserit humanā naturam, prout est in omnib. indiuiduis eiusdē speciei: quia sic oēs homines assumpsisset. Relinquit ergo, ut Damas.* postea dicit in eodem lib. q assumpserit naturā humanā in atomo. i. in īdiuiduo, non quidē in alio indiuiduo, qd sit suppositū uel hypostasis illius naturæ, quàm in persona filij Dei. Alio modo potest intelligi dictum Damas.* ut nō referat ad naturam humanam, quasi ex unione aīæ & corporis non resultet una cōis natura, quę est

in solutione septimę obiectionis dicit. Quod est dicere personam. Verbi constituí in hoc q̄ est esse personam humanā p̄ hāc naturā humanā: hic.n.homo personam humanam significat.
¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli aduerte, quòd Damasceni uerbum tam tritum. s. uerbum assumpsit naturam humanam in atomo, dupliciter exponitur. Primo, quòd ly in atomo, importet ly in diuiduo, & sic exponitur in litera præsenti. Et quia proprie loquendo, natura humana in indiuiduo est idem quod natura humana in hoc homine, nam hic homo est in diuiduum naturę humanæ, & hic homo est hypostasis naturæ humanæ, & consequenter hæc uerba insinuant, q̄ Verbum assumpserit naturam humanam iam in hoc homine, iam in hypostasi, iam personatā; quia quod assumitur, præsupponitur assumptioni secundum naturę ordinē, iō Auctor ad excludendum talem sensum addidit. Non in alio indiuiduo, quod sit suppositum hypostasis illius naturæ, quam in persona filii Dei. Iuxta quem modum exponuntur similes loquutiones in 6. & 7. di. 3. sent. ut patet ibi. Secundo exponitur facilius, ita q̄ ly in atomo, importet ly singularem: & sic clarus sensus est, quòd Verbū assumpsit naturā humanā singularem, quia assumpsit naturā humanā hāc. Et iuxta hunc sensū est ualde tritū, nec eget glossa.
¶ In eadem responsione ad secundum circa uerba. Neque.n. generatus est, neque umquam generabitur alius Christus. &c. aduerte quòd si Christ⁹ esset naturæ cōpositę ex deitate & humanitate, natura illa esset cōis Christo & filiis suis, quos naturaliter uirtute illius naturę generasset, ita q̄d genuisset filiū eiusdē naturę. s. cōpositę ex deitate & humanitate, & sic genuisset aliū Christū. Sed q̄a hoc est impossibile, arguit Damasc. a destructione cōsequentis ad destructionem antecedētis. s. ex hoc, q̄d non potest generari alius Christus ex deitate & humanitate cōpositus, q̄ in Christo non est natura cōposita ex deitate & humanitate. Nunc aūt, q̄a psona tantū Christi ponit cōposita mō prius dicto si Christus naturali generatione aliquē produxisset, quū uirtute humanæ naturę innocentis generasset, purū hotem, produxisset generās. n. generat sibi simile, nō i plona, sed i natura.
¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, nota illa uerba. Vnumquodque formaliter est. per formam suam: quoniam in q. 17. cum tractabitur an in Christo sint plura esse, discutienda sunt, & quomodo stat doctrina illic data cum ista.

¶ Super quæstionis secundæ Articulum sextum.

IN titulo articuli 6. ly accidentaliter, sumitur, ut distingnitur contra substantialiter ita quod modus coniunctionis in q̄stione uertitur, an substātialis, an accidentalis sit. Vbi aduerte quòd postquam determinatum est, quòd humana natura est coniuncta filio Dei in persona, queritur an sit coniuncta ei substantialiter, uel accidentaliter. Et hoc quia ut patet ex superius assignata latitudine unitorum alicui in persona, aliquid unitur Sorti in persona accidentaliter, ut albedo & reliqua accidentia quæ sunt in Sorte, & aliquid unitur Sorti in persona substātialiter, ut membra sua & natura sua. Hęc aūt quę dicimus patent ex eo, quòd dicendo, Sortes est albus aut magnus, enuntiamus esse accidentale Sortis: dicendo aūt, Sortes est capitatus aut hō, enuntiamus utrobique esse substantiale Sortis. Quia igitur per sonę potest aliquid in persona uniri tam substantialiter, quam accidentaliter, ideo merito postquam conclusum est, naturam humanam esse uniram filio Dei in persona, quæritur an sit illi unita substantialiter, an accidentaliter. Hic est sensus tituli.

¶ In corpore articuli tres sunt principales partes, in prima narrant duæ hæreses extremæ circa quæstum. In secunda ad alteram earum reducuntur duæ opiniones extremæ positæ a Magist. sent. in 6. dist. 3. sent. In tertia ponitur sententia fidei.
¶ Quò ad primū, clare cōstat, allatas hæreses esse extremas, dū Euthicetis error cōiunctionē in Christo in tantū substantialē esse dicit, quod ex substantijs duabus cōposita est una natura: Nestorij autem error cōiūctionē istā in tantum accidentalem posuit, q̄ separauit personā filij Dei a persona filij hominis. Ille confundit naturas, & unā tam naturā, q̄ personā posuit esse in Christo: iste separauit & naturas & psonas, dicēs in Christo duas esse & naturas & psonas: coniunxit autem eas accidentali unione penes quinque, ut in litera clare habes. Hæc de primo.

1. sent. 17. ar. 1. c. Et 3 dist. 6 q 3 art. 2. Et 4 con ca. 37. 41. & 49. Et unio. art. 1. cor & ad 3. Et opu 3 ca. 215. Et Phi. 2., col. 5.

¶ Quò ad 2m posteriorū magistrorū erratores tractantur, q̄ putantes se catholice dicere, opiniones duas introduxerunt extremas, apud Magistrū sent. s. primā & tertiam, cū ambę ex parte unius extremi, hoc est Nestoriani erroris se teneāt. nā utrique conueniunt in hoc, q̄ ponūt in Chō diuersas hypostases, ita q̄ alia est hypostasis filij Dei, & alia hypostasis filij hominis, ac p̄ hoc utriq. separāt i Christo & naturas & hypostases seu suppositā. Et accidentalē proinde unionē ponūt humānę naturæ ad personā filij Dei, quamuis diuersimode: quia primi ponunt sub nomine personæ, dicendo hypostases duas uniri in psona: quod monstratum est non esse intelligibile, nisi personæ nomen accidens significet. Alij uero ponunt uniri per modum uestis, constat namque q̄ esse uestitum, accidentale tū esse ponit in persona, quæ uestita est. Et omnia clare patent in litera.
¶ Quò ad tertiū primò ponitur sniа fidei, quæ uere est media. s. q̄ unio est secūdū substātiā, ut suba importatur per personam, hypostasim, uel suppositū, & hoc cōtra Nestoriū & posteriores magistros, & q̄ nō est secūdū subam, ut substantia importatur per essentiam, naturā seu quidditatē, & hoc contra Euthicetem & Dioscorum. Probatur q. auctoritate sextæ Synodi, ubi patet, Vnionem carnis ad uerbū Dei secundū compositionē, quæ est secūdū substantiā, confessam esse. Secundo modum loquendi docet circa recitatas sententias tres a Magistro sen. in 6. dist. tertij, q̄. s. nulla earum uocanda est opinio, sed secunda dicenda est sniа doctrinaq; fidei, tam prima aūt q̄ tertia hæresis a concilio dānata appellāda est. Vbi scito q̄ licet tępore Magistri sen. & illorū magistrorū, quorū hic Auctor meminit, iam essent dānatę ambæ istæ hæreses: quia tū occultū erat cōprehendi positiones istas sub illis damnatis, & putabatur istas ab illis tū distare, ut separatæ essent ab illis, ideo excusati fuerunt & auctores & sequaces earū, & qui tāquā opiniones illas habuerūt. Sed ex quo tanta concessa est posterioribus perspicacitas, ut uiderent & discernerent inter illas, & unicuique locum suum darent, non amplius excusarent q̄i hmōi positiones, ut opiniones astruerent.
¶ In responsione ad primum & ad secundum aduerte primo, q̄ cōe est utriq. s habitui & accidēti uniri & accidētaliter Sorti. nam indumentum non nisi accidentale esse ponit in Sorte: esse, n. uestitum accidentale esse est, & albedo accidentale esse ponit in Sorte: differentia aūt inter ipsa est, q̄ indumentū est in se substantia q̄dā, puta pānus laneus, albedo aūt est in se accidens, ita quod albedo & est in se accidens, & accidentaliter coniungitur Sorti. Indumentum aūt est in se substantia, sed accidētale tamen esse confert Sorti. s. esse uestitum. Et quia natura humana est in se substantia, & aduenit uerbo Dei post eius esse cōpletum, ideo accidentaliter coniuncta uerbo Dei æstimata est: quemadmodum habitus seu indumentum accidentaliter iungitur Sorti.

ARTICVLVS VI.

Vtrum natura humana fuerit unita uerbo Dei accidentaliter.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd humana natura fuerit unita uerbo Dei accidentaliter. Dicit enim Apost. Philip. 2. de filio Dei, quòd habitu inuentus est ut homo: sed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius est, siue accipiatur habitus, prout est unum de decem prædicamentis, siue prout est ſpecies qualitatis. Ergo humana natura accidentaliter unita est filio Dei.
¶ 2 Præt. Omne quod aduenit alicui post esse completum, aduenit ei accidentaliter: hoc. n. dicimus accidens, quod potest & adesse & abesse alicui præter subiecti corruptionem. Sed natura humana aduenit ex tempore filio Dei, habenti esse perfectum ab æterno. Ergo aduenit ei accidentaliter.

Iſa. 2. c. 3. in medio.

Iſi. 2. text. 37. 30. 2.

¶ Sed æstimationem hanc esse falsam non solum manifestatur ex antedictis, quia scilicet vnio vestis ad Sortem, non est in persona, quia alia est hypostasis vestis, & alia hypostasis Sortis uestiti: sed etiam quia talis vnio ut terminatur ad Sortem, est secundum esse accidentale, quoniam non ponit in Sorte nisi esse vestitum, quod constat esse de genere accidentis. Natura autē humana, sic est coniuncta uerbo Dei, ut conferat uerbo Dei esse substantiale, quoniam confert illi esse hominem: constat autem quòd esse hominem est in genere substantiæ. & non in genere accidentis: filius siquidē Dei sic homo factus est, vt uerissime sit homo. Vnde fingendo, quòd uestis sit nomen substantiæ, pro claritate doctrinę, coniunctio uestis ad personam uestitam est secundum esse accidē tale: quia non confert uestitæ personæ quòd sit uestis, sed quod sit uestita: sed humana natura coniungitur personæ diuinę secundum esse substantiale: quia confert uerbo Dei, quòd sit homo secūdum rei ueritatem simpliciter & non in intellectu autima ginatione aut repræsentatione, aut secundum quid. Et hoc est quod Auctor i quarto contra Gen. c. 49. in solutione ultimę obiectionis explicauit: hoc est quod extra de hær. in c. cum Christus. Alexander tertius explicauit, ubi sub anathemate inhibens. ne quis audeat dicere, quòd Christus, secūdum q̄ homo, non est aliquid, quia est verus homo, contra eos loquitur qui dicebant quod Christus secundum quòd homo, non est aliquid, sed ad aliquid seu aliqualis: hoc enim sequitur ad oēs ponentes unionem naturæ humanæ, ad hypostasim filii Dei esse accidentalem. Nam secundum huiusmodi positiones, sicut Sortem esse vestitum, aut esse magnum, aut honorabilem, & super alios, non est Sortem esse aliquid, sed ad aliquid, aut aliquale, &c. ita filium Dei esse hominē, non esset esse aliquid, sed ad aliquid aut aliqualem, &c. Vnde Auctor optime in hoc articulo induxit decretalem illam ad probandam unionem humanę naturæ ad Verbum esse substantialem. Et Scotus in ultima q. 6. dist. 3. sen. dicit quòd per istam decretalem condemnata est tertia opinio illic a Magistro sent. recitata, s. q̄ humana natura vnita est Verbo ut habitus, per hæc manifestans quòd ly aliquid sumitur in dicta Decretali ut distinguitur contra ad aliquid, aliquale, aliquantum, & reliqua accidentium genera. Quæ solum conuenire Christo secundum quòd homo, dicebat positio illa, & quęcumque alia ponens unionem istam accidentalem.

¶ Aduerte secundo propter exemplum quod in litera datur, de unione animæ ad corpus, q̄ dicētes unioni Verbi & naturæ humanę maximē similem esse unionem substantiæ & accidentis, sublato hoc, q̄ substantia informatur per accidens sicut potentiale per actuale, aberrant isti ualde, quoniam sublata informatione nō remanet inter substantiam & accidens nisi unio accidentalis, ut patet ex hoc quod de facto sunt ibi duo, primum, quòd substantia iungitur accidenti subsistentando illud, secūdū quòd informatur per illud. Constat autem quòd de facto nūc rōne neutrius inter accidens, & substantiam est coniunctio substantialis, fed solum accidentalis: ergo si tollatur secundum. s. informatio, non nisi accidentalis unio remanet. Non ergo similimum exemplum hoc, sed abducēs ab unione substantiali inter verbum & naturam humanam. Quòd autem quidā dicunt, huic unioni maxime similem esse insitionem, eo quòd ramus insitus cum ramo naturali arboris unitur in unitatem suppositi, quia eadē utriusque ramī arbor est, & non unitur ei in unitatem naturæ, quando ramus insitus alterius naturæ est (nec obstat quòd insitio fiat per contactum, seu continuationem, quoniam quod facit in corporibus situs. hoc facit in spiritualibus ordo secundum Aug. consonat autē hæc similitudo doctrinæ sacræ Scripturæ apoc. quinto, uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & decimosecundo, ego radix Dauid. per hæc enim patet filium Dei se habere ad Dauid, hoc est ad naturam suam ex Dauid, ut radix) hoc inquam magis ad metaphoricam, quam ad propriam theologiam spectat. nam falsum est q̄ ramus naturalis, & ramus insitus sint uniti in uno supposito secundum ueritatem. Quod ex 5. Meta. patet, cùm dicitur, quòd quæcūque sunt unum numero, sunt unū specie, quamuis non econtra: constat autē ad sensum, quòd ramus insitus & ramus naturalis distinguūtur specie, ut patet ex fructibus. sunt igitur distincti numero in genere substantiæ, quòd est distingui suppositaliter secundum ueritatem: quāuis secundum apparentia unū appareat suppositū arboris. habet enim se arbor suscipiens insitionem quasi terra, alimetū ex se præstans ramo insitō: ita quod inter ramum insitum & plātatum differentia consistit in primo alimento. Nam ramus plantatus in terra inde primum habet alimentum impurum, & digerit illud: ramus uerò insitus ex arbore habet primum alimentum iam depuratum in trunco arboris habile ad sui nutritionem, augmentationem & fructificationem. Vnde ramus insitus ponit quasi radices in arbore, unde nutritur, sicut plantatus ponit radices in terra unde alitur. & propter ea non cuiuscūque naturę ramus pōt cuilibet arbori inseri, sed oportet proportionem esse inter alimentum decoctum pro arbore, & alimentum rami talis naturæ. At si quispiam dixerit maximam positam esse similitudinem insitionis ad incarnationem, quando ramus insitus est eiusdem speciei cum trunco, quia tunc fit unum suppositum utriusque, quia continuatur ramus insitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab vnione insitionis, quatenus insitio est: quoniam insitio ad ramos alterius speciei extenditur, & declinat ad insitionem talem, scilicet per unitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud est dicere, quàm dicere, vnitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maxime esse similem unioni incarnatiōis: quod est ridiculū. Reuereātur ergo antiquos doctores, & dicat cū Auctore in quarto contra Gent. c. 41. nihil in omnibus creatis inueniri huic vnioni tam simile, sicut est unio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiā hic cōfirmatur, dum similitudo ista affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod similitudo ista quantum ad unum nō tenet, quantū scilicet ad hoc, quod anima unitur corpori, vt forma materię, ac per hoc ut pars comparti unius humanæ naturę

¶ 3 Præt. Quicquid non pertinet ad naturā seu essentiam alicuius rei, est accidens eius, quia omne quod est, aut est substantia, aut accidens: sed humana natura non pertinet ad essentiam, uel naturam diuinam filij Dei: quia non est facta unio in natura, ut supra dictum est.* Ergo oportet quòd natura humana accidentaliter filio Dei aduenerit.

¶ 4 Præt. Instrumentum accidē taliter aduenit: sed humana natura in Christo fuit diuinitatis instrumentum. Dicit enim Damasce. * in tertio libro, quòd caro Christi instrumētum diuinitatis exiſtit. Ergo uidetur, quòd humana natura fuerit filio Dei vnita accidentaliter.

Sed contra est, quòd illud, quod accidentaliter predicatur, non predicat quid, sed quantum vel quale, vel aliquo alio modo se habens. Si ergo humana natura accidentaliter aduenisset, cùm dicitur, Christus est homo, non prædicaretur quid: sed quale, aut quantum, aut aliquo alio modo se habens, quod est contra decretalem Ale. Papæ dicentis, Cùm Christus sit perfectus Deus & perfectus homo, qua temeritate audent quidam dicere, quòd Christus secundū quòd est homo, non est quid?

Respon. Dicendum, q̄ ad huius quæstionis cuidētiā scien-

dum est, quòd circa mysterium vnionis duarum naturarum in Christo, duplex hæresis insurrexit. Vna quidem confundentiū naturas: sicut Euthicetis & Dioscori, qui posuerūt quòd ex duabus naturis est constituta una natura, ita quod conſitentur Christum esse ex duabus naturis, quasi ante unionem distinctis: non autem in duabus naturis, quasi post unionem naturarū distinctione cessante.

Alia uerò fuit hæresis Nestorii & Theodori mopsueteni, separantium personas: posuerunt enim aliam esse personam filii Dei, & filii hominis. Quas dicebant sibiinuicem esse unitas, primò quidem secundum inhabitationem, inquantum. s. verbum Dei habitauit in illo homine sicut in templo. Secundò per unitatem affectus, inquantum. s. uoluntas illius hominis est semper conformis uoluntati uerbi Dei. Tertiò secundum operationē, prout scilicet dicebant hominem illum esse verbi Dei instrumentum. Quartò secundum dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis propter coniunctionem ad filium Dei. Quintò secundum æquiuocationem, ideſt communicationem nominū, prout scilicet dicimus illum hominem eē Deū

ti, quia eadē utriusque ramī arbor est, & non unitur ei in unitatem naturæ, quando ramus insitus alterius naturæ est (nec obstat quòd insitio fiat per contactum, seu continuationem, quoniam quod facit in corporibus situs. hoc facit in spiritualibus ordo secundum Aug. consonat autē hæc similitudo doctrinæ sacræ Scripturæ apoc. quinto, uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & decimosecundo, ego radix Dauid. per hæc enim patet filium Dei se habere ad Dauid, hoc est ad naturam suam ex Dauid, ut radix) hoc inquam magis ad metaphoricam, quam ad propriam theologiam spectat. nam falsum est q̄ ramus naturalis, & ramus insitus sint uniti in uno supposito secundum ueritatem. Quod ex 5. Meta. patet, cùm dicitur, quòd quæcūque sunt unum numero, sunt unū specie, quamuis non econtra: constat autē ad sensum, quòd ramus insitus & ramus naturalis distinguūtur specie, ut patet ex fructibus. sunt igitur distincti numero in genere substantiæ, quòd est distingui suppositaliter secundum ueritatem: quāuis secundum apparentia unū appareat suppositū arboris. habet enim se arbor suscipiens insitionem quasi terra, alimetū ex se præstans ramo insitō: ita quod inter ramum insitum & plātatum differentia consistit in primo alimento. Nam ramus plantatus in terra inde primum habet alimentum impurum, & digerit illud: ramus uerò insitus ex arbore habet primum alimentum iam depuratum in trunco arboris habile ad sui nutritionem, augmentationem & fructificationem. Vnde ramus insitus ponit quasi radices in arbore, unde nutritur, sicut plantatus ponit radices in terra unde alitur. & propter ea non cuiuscūque naturę ramus pōt cuilibet arbori inseri, sed oportet proportionem esse inter alimentum decoctum pro arbore, & alimentum rami talis naturæ. At si quispiam dixerit maximam positam esse similitudinem insitionis ad incarnationem, quando ramus insitus est eiusdem speciei cum trunco, quia tunc fit unum suppositum utriusque, quia continuatur ramus insitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab vnione insitionis, quatenus insitio est: quoniam insitio ad ramos alterius speciei extenditur, & declinat ad insitionem talem, scilicet per unitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud est dicere, quàm dicere, vnitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maxime esse similem unioni incarnatiōis: quod est ridiculū. Reuereātur ergo antiquos doctores, & dicat cū Auctore in quarto contra Gent. c. 41. nihil in omnibus creatis inueniri huic vnioni tam simile, sicut est unio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiā hic cōfirmatur, dum similitudo ista affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod similitudo ista quantum ad unum nō tenet, quantū scilicet ad hoc, quod anima unitur corpori, vt forma materię, ac per hoc ut pars comparti unius humanæ naturę

ex

*Ar. 3. huius quæst.

*li. 3. ort. fidei c. 15. post medium.

*dist. lib 3.

In lit.

D. 70

Art. 3. quæst.

*hab Syno stant.

ex eis compositæ, ut tam hic quàm ibi expressè dicitur sub aliis tamen verbis. sed tenet quantum ad hoc, quod anima vnitur corpori vt instrumento coniuncto, vt ibi dicitur: vel, & in idē redit, quantum ad hoc, quod corpus assumitur ad esse propriū animæ prout est personæ seu subsistentis. Et de unione quidē per modum instrumenti in loco proprio, hoc est in responsione ad quartum, erit sermo: hic autem declaranda utcunque est unio ad esse, vt est personæ. Ad cuius aliqualem perceptionem fingamus animā rationalem per se subsistere ante corpus, sicut de facto ita est in animabus defunctorum ante resurrectionem: subsistunt. n. interim per seipsas absque corpore aliquo: hoc stante considera, quod anima per se subsistens * dist. 6. §. 2. lib. 3. sent. aduenienti sibi duo communicat corpori. s. esse & subsistere, vel dupliciter cōmunicat suum esse corpori. Primò per modum naturæ, & hoc facit informando corpus: ex hoc enim quod informat ipsum, dat ei esse specificum, quod natura significat. Secundò per modum personæ, & hoc facit cōmunicando suum subsistere corpori, ita quòd non solum ipsa anima per suum subsistere subsistat, sed corpus subsistat per illud met subsistere: subsistit enim corpus aduenies non per nouum subsistere, sed per antiquam animæ subsistentiam. Quocirca si in vnione rationalis animæ & corporis consideretur secundus tantum modus abstrahendo à primo, habebitur exemplum in rerum natura inter reliqua simillimum, quomodo unio est humanæ naturæ ad Verbum secundum esse substantiale ipsius Verbi: non vt est naturæ, sed vt est personæ, vt in litera dicit. Nam sicut anima rationalis corpus sibi vnitum in resurrectione trahit seclusa informatione ad esse suum, prout est personæ, hoc est pro ut est subsistere, & nō trahit ad esse suū prout est naturæ, hoc est, prout est conferens esse specificū: ita verbū Dei naturam humanam sibi vnitam trahit ad esse suum, vt est personæ, hoc est vt est subsistere. quia natura humana in Christo non per se separatim existit, sed in verbo Dei, ac per

A hoc subsistere Verbi est subsistere humanæ naturæ: ille. n. homo qui uocatur Iesus Christus, vere est subsistens, & non alia subsistentia quam increata & æterna subsistentia filii Dei, & non trahit ad esse suum, vt est naturæ, hoc est vt confert naturā deitatis. non. n. humana natura in Christo ad naturam deitatis transit aut aliquam aliam naturam ex illa acquisiuit, sicut corpus ex vnione ad esse animę vt est naturę nouam ex illa naturam ac speciē acquirit. Et hæc non solum pro exēpli similitudine, sed pro expositione responsionis ad 5m sufficiant pro nunc. ¶ In responsione ad tertium caute & pspicaciter considera, quod proprie seu propriissime loquēdo, vniri alicui in hypostasi, communius est, quàm vniri illi secundum hypostasim. nam quicqd perūnet ad hypostasim, siue substantiale. siue accidentale sit, vnitur Sorti in hypostasi seu persona, vt in art. 2. huius q. Auctor dixit: sed non omne tale vnitur Sorti secundum hypostasim. Et hoc eo sum endo ly in, vt denotæ solum inesse personæ, & ly secūdum, vt addit modum coniunctionis inter personam, & illud quod vnitum est illi secūdum personam. s. p modum subsistentis. Est. n. uidere in Sorte esse album, & esse capitatum & vtrumque est unum Sorti in persona: qa vt patet in 5. Metap. cap. de vno. quæcunque sunt in aliquo indiuisa, sunt vnum in illo. Sortes autem & sua albedo non sunt diuisi subiecto seu hypostasi: quoniam una & eadem est substantia prima quę est Sortes, & alba, & similiter quæ est Sortes & quę est capitata. Sed esse album non est unum Sorti secundum hypostasim: quia nec Sortes subsistit ex albedine aut in albedine: nec esse albū, subsistit per subsistere Sortis. hoc. n. albū, qđ est ī Sorte, nō subsistit, quia natura accidētis, neq; p seipsam, neq; per aliud nata est subsistere. Sed esse capitatū est unū Sorti secūdū hypostasim, q̄uis partialiter, qa caput pars est Sortis: qa & Sortes subsistit secundū esse capitatū. utpote substatiale: & esse capitatū subsistit p Sortē qa hoc capitatū subsistit Sortis subsistētia. Quia igit natura humana

B

C

D

E

* habetur in concil. 3 Cōstant. can. 4.

Lib. 3. sent. dist. 6.

D. 250.

* lib. 3. orth. fid. c. 26. in fine.

* li. 8. quæ. q. 73. nō lōgea fi. to. 4

Art. 3. huius quæst.

* habetur in Syno. 2. Constant. can. 4.

In lit. d. r.

D. 706.

mana vnita est filio Dei, & non solum insit illi, & prædicetur de illo (sicut esse album inest filio Dei, & prædicatur de eo, dum dicitur, Christus seu filius Dei est albus) sed vt filius Dei subsistat ex humana natura, & in humana natura, quamuis diuersimode, vt prædeclaratum est: qm̃ subsistere ex humana natura intelligitur, inquantum est persona: subsistere verò in humana natura absolute admittitur de verbo Dei. Et similiter humana natura constituit verbum Dei in hoc, qđ est esse psonam humanã: in hoc, quod est esse hypostasim humanæ naturæ: in hoc, quod est esse hunc hominem. Et sic natura humana loco propriæ subsistentiæ sortitur subsistẽtiam propriam filii Dei, & per illam subsistit, non per seipsam. Quia inquã per modum subsistentiæ vnio est inter personam filii Dei & naturam humanam, ideo sicut quod est unio secũdum hypostasim: & dicitur in litera hac, quòd unio secũđ hypostasim sufficit ad hoc, ꝙ non sit unio accidẽtalis. Vbi clare uidere potes ꝙ diximus. nam si vnio secundum hypostasim excludit vnionem esse accidentalẽ, consequens clare est, ꝙ uniri secundum hypostasim, non est tantũ cõiungi hypostasi per inesse hypostasi: qm̃ coniungi hypostasi per inesse tantum, non excludit unionem esse accidentalem, ut patet de albedine coniuncta hypostasi Sortis per inesse tantum. Plus ergo exigit unio secũdum hypostasim. Et cum proprium hypostasis sit subsistere in natura, consequens est quòd unio secundum hypostasim, exigat communionem secũdum subsistere, quã in proposito inueniri declaratum est.

D.12.

a li. 5. meta. tex. 15. 40. 3.

¶ In respõsione ad quartum eiusdem 6. articuli, aduerte duo, primò ueritatem rei, deinde processum Auctoris. Quò ad primum: quia instrumentum est nomen causæ, uniri alicui, ut instrumentum, non transcendit unionem comprehensam infra genus seu latitudinem causarum, & ideo est talis unio in causãdo. Et quia unio humanæ naturæ ad Verbum (de qua est sermo) non est in causando, sed in essendo secundum esse substãtiale subsistentiæ: ideo Cyrillus in litera allatus reprobat Christum tamquam instrumenti officio assumptum. Si enim prima seu summa vnio humanę naturæ ad Verbum esset vnio instrumenti, iam non esset vnio in persona, nec secũdum personam, nec in esse sẽdo, sed in causando, ꝙ maximi erroris est. Inter uerbũ siquidẽ Dei & naturam humanam unio est hypostatica, & non secundum aliqđ genus vel modũ causæ, sed ꝑm aliquod genus seu modũ entis per se, quod est subsistãtia, quia est secundũ subsistẽtiam, ꝙ non dicit cãm seu cãlitatem, sed subsistantiam. Pateat aũt hoc nouitiis ex hoc, ꝙ unio filii Dei cum natura humana propria est filio, ita ꝙ nec Patri nec Spiritui sancto conuenit: omnis aũt causalitas filii Dei respectu naturæ assumptæ cõis est toti trinitati: qm̃ indiuisa sunt trinitatis opera ad extra. non est ergo definienda unio naturę humanæ ad Verbum per unionem communionem illius esse completi: sicut in resurrectione corpus aduenit animę præexistenti: non tamen [d] accidentaliter, quia ad idem esse assumetur ut scilicet corpus habeat esse uitale per animam. non est autem sic de albedine: quia aliud est esse albi, & aliud est esse hominis, cui aduenit albedo. Verbum autem Dei ab æterno esse completum habuit secundum hypostasim, siue personam: ex tempore autẽ aduenit ei natura humana non quasi sumpta ad unum esse, prout est naturæ, sicut corpus assumitur ad esse animę: sed ad unum esse, prout est hypostasis uel personę. Et ideo humana natura non unitur, accidẽtaliter filio Dei.

Ad tertium dicendum, ꝙ accidens diuiditur cõtra substantiam. Substantia autem (ut patet 5. Met *) dupliciter dicit. Vno modo pro essentia siue natura: alio modo pro suppposito siue hypostasi. Vnde sufficit ad hoc, ꝙ nõ sit unio accidentalis, quòd sit facta unio secundum hypostasim, licet non sit facta unio secundum naturam.

Ad quartum dicẽdum, quòd omne quod assumitur ut instrumentum, pertinet ad hypostasim assumentis, sicut patet de securi, & gladio: nihil tamen prohibet, illud quod assumitur ad unitatem hypostasis, se habere ut instrumentum: sicut corpus hominis uel membra eius. Nestorius ergo posuit, quòd natura humana est assumpta a Verbo solum per modum instrumẽti, non autem ad unitatem hypostasis. Et ideo non concedebat, quòd homo ille uere esset filius Dei, sed instrumentum eius. Vnde Cyrillus dicit in Epistola ad Monachos Aegypti, Hunc Emanuelem, ideſt Christum, non tamquam instrumẽti officio assumptum dicit Scriptura, sed tanquam Deum uerè humanatum, ideſt hominem factum. Damascenus * autem posuit naturam humanam in Christo esse, sicut instrumentum ad unitatem hypostasis pertinens.

* li. 3. Orthodei. ca. 15. medio.

Articvlvs VII.

Vtrum unio naturę diuinę & humanę sit aliquid creatum.

Ad septimvm sic procedit. Videtur, quòd unio naturę diuinæ & humanæ, non sit aliquid creatũ. Nil enim creatum in Deo, potest esse: quia quicquid est in Deo, Deus est: sed vnio est in Deo: quia ipse Deus est humanæ naturę unitus. Ergo uidetur, quòd unio non sit aliquid creatum.

¶ 2 Præterea. Finis est potissimum in unoquoque: sed finis unionis est diuina hypostasis, siue persona, ad quam terminata est unio. ergo uidetur quòd huiusmodi unio maxime debeat iudicari secundum conditionẽ diuinæ hypostasis, quę non est aliquid creatũ. Ergo nec ipsa unio est aliquid creatũ.

Infarti. 3 & 3. dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 2. & di. 5. q. 1. art. 1. q. 1 & di. 7. q. 2. ar. 1. c. & 4. cõ. c. 39. & 41.

cessit siquidem hic non a posterioribus, sed a priori ex vnione hypostatica, saluans unionem instrumenti talis, dum ex hoc quòd instrumentum aliquod pertinet ad esse hypostasis, saluat naturam humanam, posse dici unitam Verbo, ut instrumentum coniunctum. Tu ergo utrinque profice, hinc resolutionem, inde manuductionem sumens.

¶ *Super Quæstionis secundæ articulum septimum.*

Titulus art. 7. eiusdem 2. quæstio. in corpore articuli statim declaratur.

¶ In corpore articuli duo facit, primò declarat quid sit Vnio, de qua est quæstio: secundò respondet quæsito conclusione affirmatiua. Quò ad primum dicit, quòd unio de qua est quæstio, est relatio quædam inter duas naturas coniunctas in una persona filii Dei: ita quòd tria de unione dicit. primò quod qđ est, dicendo, quòd est relatio quædam: secũdò extrema dictæ relationis, dicẽdo inter diuinam naturam & humanam: tertiò fundamentum dictæ relationis dicendo secundum quòd conueniunt in una persona filii Dei. Vbi nota quòd est hic quæstio de unione, quantum ad relationem, quam significat, & non de unione quantum ad fundamentum, ad quod cõsequitur quod est coniunctio naturarum in persona filii Dei, quam conclusum

Posse. 5. non lon. à fine 10.

P. p. q. art. 7. D. ioh. 9.

sum est esse vnionem substantialem, & non secundum esse relatiuum. Et sic patet titulus articuli.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Vnio pro relatione est aliquid creatum. Probatur. Omnis relatio inter Deum, & creaturã est realiter creatura, & non in Deo. ergo ista vnionis relatio non est in Deo realiter, sed in natura humana est realiter. ergo est aliquid creatum. Antecedens, & ex dictis in prima parte assumitur, & probatur: quia innascitur per mutationẽ creaturæ, & non per mutationem Dei. Consequentia prima ex declaratione tituli patet, secunda autem relinquitur per se nota: quia quicqa realiter est creatura, est creatum.

¶ In hoc articulo cautissime aduerte distinctionem prædictam de vnione, vel quantum ad relationem, quam significat, vel quantum ad coniunctionem in persona, ad quam consequitur: quoniam plus differunt hæc duo, quam cœlum, & terra. Vnio enim pro relatione est in genere relationis, & est ens reale creatum, vt in litera dicitur. Vnio autem pro coniunctione naturæ humanæ in persona diuina cum consistat in vnitate, quæ est inter naturam humanam, & personam filii Dei, est in genere seu ordine substantiæ, & nõ est aliquid creatum, sed creator. Quod ex eo constat, quòd vnum non addit supra ens naturam aliquã, & vnum quodq; per illudmet, quod est ens, est & vnum quod enim est ens accidentale per aliquam formam, est vnum accidẽtale per illam, & quod est ens relatiuum, habet vnitatem secũdum esse relatiuum, & quod est ens per formam substantialem habet vnitatem secundũ esse substantiæ. Ac per hoc natura humana in Christo, quia per esse substantiale subsistentiæ personę filii Dei est iuncta naturæ diuinæ, oportet quod illud vnum esse, in quo indiuisæ sunt natura diuina, & humana in Christo, sit esse vnum substantiale, & diuinum. Et vere sic est, quia esse subsistentiæ filii Dei, in quo non distinguuntur ambæ naturæ, substantia est, Deus est: quia verbum Dei est, vna & eadem quippe subsistentia subsistit filius Dei in natura diuina, & in natura humana, & cõsequenter diuina, & humana natura Christi sunt indiuisæ in illa subsistentia vtrique communi, quamuis inter se valde distinguantur. Et si contra hanc doctrinam obiiciatur, quòd huiusmodi coniunctio incœpit esse ex tempore, & consequenter est aliquid creatum, respondendum est, quòd hęc coniunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipso esse secundũ se, non incœpit esse ex tempore, sed est ab æterno sed quantum ad hoc, quòd natura humana sortita sit illud subsistere, incœpit esse ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuisset ab æterno sine corpore, quando fuisset in tempore iuncta corpori, nec esse corporis incœpisset in tempore: quia non est aliud esse corporis quam illud æternum esse animæ. Nec vnum esse substantiale corporis cum anima, incœpisset ex tempore, quantum ad illud quod ponit illa vnitas in esse secundum se, quia ens & vnum cum multipliciter dicatur, quod proprie est, actus est, vt dicitur in 2. de Anima. Sed bene incœpisset ex tempore illud vnum esse quantum ad hoc, quod corpori illud æternum esse cõicaretur, quòd fieret per generationem, qua corpus traheretur ad esse animæ. Ita enim accidit in proposito, dum per assumptionem natura humana trahitur ad esse subsistentiæ filii Dei. ex hac enim assumptione subsistẽtia, qua filius Dei in sola subsistebat natura diuina, communicatur naturę humanæ, ita vt etiam ipsa natura humana per illam subsistat, & filius Dei in humana natura subsistat, hoc autem est vnum esse in persona ambas naturas. Vbi patet, nihil creatum interuenire, nisi passionem, qua natura humana trahitur ad esse Verbi. Super hanc autem coniunctionem, super hoc vnum esse fundatur consecutiue vnio pro relatione, sicut super coniunctionem substantialem corporis, & animæ, fundatur relatio vnionis inter animam & corpus. Est igitur, vt vnico verbo dicatur, vnio naturarum in Christo relatio creata quædam, hoc est, consequens earundem vnitatem personalem increatam. Et quia argumentũ aureoli à Capreolo allata in 3. distin. tertij senten q. 1. procedunt contra dicentes non esse aliã vnionem, quàm relatiuam inter humanam naturam in Christo, & Deum (quod longe est à doctrina Auctoris, expresse ponentis, vnionem, quo ad relationem, consequi vnionem secundum vnitatem personalem, ita q; vnio significat relationem non qualemcumque, sed cõsequentem naturarum vnitatem personalem, ideo non censui ipsa aliter afferenda, & soluẽda, vtpote non contra doctrinam Auctoris in veritate, & quæ ex hac vnica dicta responsione confutantur. D.1190.

¶ In responsione ad tertium eiusdem 7. articuli dubium occurrit circa illius principium, Homo dicitur, & est Deus propter vnionem. inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: tum quia falsum est, quod vnum extremum vnionis sit reliquum, quia vnio terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus est anima, propterea, quia vnio corporis terminatur ad animam. (vnde male dicitur, quod homo est Deus propter vnionem, quia vnio terminatur ad hypostasim diuinam) tum quia dato, quòd esset verum, sequeretur quod homo non esset Deus substantialiter, sed relatiue, quod iam reprobatum est. Et tenet sequela, quia esse aliquid propter terminum relationis nõ est esse illud substantialiter, sed relatiue, vt patet. Et si ad hæc dicatur, quod Auctor loquitur de vnione quantum ad fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc responsionem litera clamat, aperte subdens, non tamen sequitur, quòd ipsa vnio sit creator, vel Deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm rationem. Constat enim hæc verba de vnione quantum ad relationem dici, de qua in responsione ad secundum dixit, quod rationem habet ex termino, esse verò habet ex subiecto, sicut motus. In corp. art.

¶ Ad hoc dicitur, quod secundum rem homo est Deus propter vnionem secundum vnitatem personalem, quam importat, ad quam consequitur relatio vnionis, & hoc non est vertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo est Deus propter veritatem personalem duarum naturarum, quam consequitur vnionis relatio, & dicere, homo est Deus, propter vnionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: ideo verba Auctoris calumnianda non sunt. Manifestatur autem, quod dicimus aduertendo, quod relatio vnionis est non solum inter naturas duas, diuinam scilicet, & humanam, sed etiam est inter naturam humanam, & hypostasim diuinam, nam & vna natura vnita est alteri, & humana natura vnita personæ diuinæ, & econtra diuina persona vnita est humanæ naturæ. Seruatur autem differentia in loquendo, dum de vnione inter naturas, aut inter personam, & humanam naturam est sermo, quia quãdo de vnione inter naturas est sermo exprimimus naturas pro terminis vnionis & vnitatem personalem vtriusque naturæ ponimus non pro termino, sed causa seu fundamento relationis vnionis, vt clare videre potes in principio corporis huius articuli, vbi declarando titulum dicitur quod vnio de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter diuinam naturam, & humanam, secundum quod conueniunt in vna persona filii Dei. Qñ vero loquimur de eadem relatione vnionis inter naturam humanam, & personam filii Dei, ponimus ex parte termini vnitatem personalem filij Dei in vtraque natura: qñ relatio ista vnionis non est quæcumq; vnionis relatio, nec ad hypostasim diuinam quomodolibet, sed ad hypostasim filii vnam personaliter

¶ 3. Præte. Propter quod vnumquodque, & illud magis, vt dicit Phil. sed homo dicitur esse creator, propter vnionem. Ergo multo magis ipsa vnio nõ est aliquid creatum, sed creator.

Sed contra, Omne quod incipit esse ex tempore, est creatũ: sed vnio illa ab æterno non fuit, sed incœpit esse ex tempore. Ergo vnio est aliquid creatum.

Respon. Dicendum, q̃ vnio, de qua loquimur, est relatio quędam, quæ consideratur inter diuinam naturam, & humanam, secundum quòd conueniunt in una persona filij Dei. Sicut autẽ in prima parte dictum est, * omnis relatio, quæ consideratur inter Deum, & creaturam realiter quidem est in [d] creatura (per cuius mutationem talis relatio innascitur) non autem est realiter in Deo, sed secundum rationem tantum: quia non innascitur secundum mutationem Dei. Sic ergo dicendum est, quòd hæc vnio, de qua loquimur non est in Deo realiter, sed secundũm rationem tantum: in humana autem natura, quæ creatura quędam est, realiter est, & ideo oportet dicere, quòd sit quiddam creatum.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ hæc vnio nõ est in Deo realiter, sed fm rationem tantum: dr enim Deus unitus creaturæ ex hoc, quòd creatura est unita Deo absque eius mutatione.

Ad secvndvm dicendum, q̃ ratio relationis, sicut & motus dependet ex fine, uel termino: sed esse eius dependet à subiecto. Et quia unio talis non habet esse reale nisi in natura creata (ut dictũ est. *) consequens est, quod habeat esse creatum.

* Poste. tex. 5. non longe à fine to. 1.

* P. p. q. 13. art. 7. D. 1089.

naliter in vtraque natura. Sicut enim vnionis relatio inter corpus, & animam non est ad animam quomodolibet se habentē, sed ad animam communicantem subsistentiale suum esse corpori, ita relatio vnionis humanæ naturæ ad hypostasim diuinam, non est ad hypostasim filij Dei qualitercumque se habentem, sed ad filii Dei hypostasim vnam personaliter secum, hoc est cum humana natura. Et quia Auctor in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vnionis inter naturam humanam, & personam filii Dei, (vt clare sonāt verba literæ, dicentis, inquantum terminatur ad hypostasim diuinam) non dixit, ad naturam diuinam, vt prius dixerat, sed dixit ad hypostasim diuinam, ideo coniunctionem personalē, seu, quod idem est, vnitatem personalem ex parte termini relationis vnionis posuit. Et perinde valet, ac si dixisset, Homo est Deus propter vnionem, inquantum in illa inuenitur secundum rem vnitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionem ad verbum desideras, dicgo, Homo est Deus propter vnionem, hoc est relationem vnionis, non simpliciter, sed cum ista conditione explanante quomodo apponimus ly propter, ad relationem vnionis, scilicet in quantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quòd ly inquantum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem relationis immo adimit causalitatem à relatione, & transfert causalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quòd generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiæ, intendimus quòd generatio ratione termini sortitur, & dat esse substantiale: ita dum dicitur, quòd relatio vnionis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quod homo est Deus. Et est sermo de hypostasi diuina, non qualitercunque se habente, sed terminante in rerum natura relationem vnionis naturæ humanæ ad ipsam: hypostasis siquidem diuina terminans relationem realem vnionis ad ipsam, est hypostasis diuina (vt dictum est) non qualitercunq; se habens, sed vna personaliter cum humana natura. Constat autem euidentissime, quod ratione talis termini homo est Deus ac per hoc admitti potuit, quod relatio vnionis ratione talis termini dat, quod homo est Deus, & consequenter dici vere potuit, quod Deus est homo propter vnionem, inquantum terminatur ad diuinam hypostasim.

¶Ad primam igitur obiectionem dicitur, quòd falsum supponit: quod s. ideo homo propter vnionem sit Deus, quia verum est in cōi loquendo, q̄ vnum extremū vnionis est reliquū, quia vnio terminatur ad reliquum, hanc enim vniuersalem nec somniauimus: sed vt declaratum est, fundatur veritas dictī in litera super hoc, quia hoc extremum vnionis huius est tale. s. hypostasis diuina vna personaliter cum natura humana.

¶Ad secundam quoque dicitur, q̄ homo est Deus secundum substantiam: esse namq; Deum, quod communicatur homini, non est esse relatiuum, sed in genere seu ordine substantiæ. Et quamuis esse aliquid in communi loquendo propter terminum relationis præcise, sit esse relatiuum, esse tamen aliquid ratione talis termini, s. personæ diuinæ, vnius personaliter cum natura humana, non est esse relatiuum, sed esse diuinum. Et sic patet, quòd non extorquendo literam, sed de vnione quo ad relationem loquendo, vera est litera.

¶*Super Quæstionis 2. Articulum octauum.*

IN titulo articu. 8. sunt tres termini Vnio, assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in præcedenti art.

A DTERTIVM dicendum, quòd homo dicitur creator, & est Deus propter vnionē inquantum terminatur ad hypostasim diuinam: non tamen sequitur, quòd ipsa vnio sit creator, vel Deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm rationem.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum vnio Verbi incarnati sit idem, quod assumptio.

3. di. q. 5. ar. 1. q. 3.

A DOCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd idem sit vnio, quod assumptio. Relationes enim sicut, & motus specificantur ex terminum: sed idem est terminus assumptionis, & vnionis, scilicet diuina hypostasis. Ergo uidetur, quòd non differat unio, & assumptio.

SED CONTRA est, quòd diuina natura dicitur unita, non autem assumpta.

RESPON. Dicendum, quòd secūdus in corpore declarabitur, tertius aūt absolute sumēdus est, sicut iacet. In calce autem articuli soluendo exprimetur qua diuersitate seu differentia sunt non idem, puta reali, vel rationis, vel vtraque.

¶In corpore articuli respondetur quæsito vnica conclusione. Inter vnionem, & assumptionem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra sigillatim, & ordinate, ita vt processus clarus sit in litera.

¶Et prima quidem ac principalis differentia est in re formaliter significata, nam vnio significat relationem, assumptio actionem, vel passionem, & sic sunt in diuerso genere, sicut relatio diuersum est genus ab actione, & passione. Et quod vnio significet relationē, in litera non probatur, sed assumitur ex præcedenti articulo. Ex quo ad manifestandum dictam differentiā primo probatur, in hoc mysterio inueniri secundum rem duo, scilicet ipsam relationem vnionis, & actionem, & passionem, quia omnis relatio recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione, & passione consistit. Relatio igitur vnionis inter naturam humanam, & diuinam in Christo, cum inceperit esse secūdum rem in natu, a humana ex tempore, oportet quòd ex aliqua causata sit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione sit. Duobus igitur inuentis in hoc mysterio, scilicet relatione vnionis, & actione, & passione, cum vnio significet relationem, consequens est quod assumptio significat actionem vel passionem. Et manifestatur consequentia: quia assumptione aliquis dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tamquam patiens.

¶Secunda autem differentia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse. Probatur ex signo seu effectu: quia vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum, hoc est, vnitum prædicatur de vniente, dicendo, hoc est illud assumptum autem non sic prædicatur de assumente. Et quod hoc deriuetur ex dicta differentia, manifestatur, quia inter ly homo, & ly natura humana, hæc est differētia in mysterio incarnationis, q̄ homo significat naturam humanam, vt in termino assumptionis, constat autem terminum assumptionis spectare ad incarnationem, vt in facto esse, natura vero humana significat naturam humanam, vt quæ assumitur, quod constat spectare ad incarnationem, vt in fieri. Dicimus autem quòd vniens scilicet filius Dei, est homo, & non dicimus, quod idem assumens est natura assumpta.

¶Tertia verò differentia est, quod assumptio determinat terminum à quo, & ad quem, vnio autem nihil horum determinat. Huius differentiæ primo redditur ratio exprima: quia relatio æquiparantiæ non magis se habet ad vnum extremum, quam ad aliud: actio autem, & passio diuersimode se habēt ad agens, & patiens, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim sequitur, quòd cum unio sit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet, assumptio autem, quia est actio, vel passio, determinare potest sibi terminos à quo, & ad quem. Secunda manifestatur de assumptione, & etymologia nominis. Tertia manifestatur ex signo, scilicet quòd indifferenter vnum extremum dicitur vnitum aleri, non autem assumptum, vt patet in litera clare.

¶Circa hæc dubium primo occurrit de prima differentia. Nam non solum assumptio, sed etiam vnio significat actionem. quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quòd vniens dicitur esse vnicum, & filius est vniens sibi naturam humanam, & in responsione ad secundum, quòd Persona Patris vniuit naturam humanam Filio. Certum est enim, quòd vnire est agere, &

id eo

Ar. præ

Lib 3. fidei c.

ideo commune est Patri, & Filio, & Spiritui sancto, & similiter quòd vniens est agens. Ruit igitur differentia prima.

¶ Dubium secundo occurrit de secunda differentia: quia aut intelligitur quo ad rem significatam, aut quo ad modum significandi. Non quo ad modum significandi: quia tam vnire, quàm assumere significat per modum verbi: omne autem verbum significat per modum fluxus, & fieri. Nec quoad rem significatam: quia natura humana, de qua verificatur, quòd est vnita, non prædicatur de quocumque vniente: quia nec Deus, nec Filius est natura humana.

Ar. præced.

¶ Dubium tertio occurrit de eo, quod in tertia differentia dicitur, vnionem hanc esse relationem æquiparantiæ, quia constat ex præcedenti articulo esse relationem in, & ex altero tantum extremo: quoniam in sola natura humana habet esse: relatio autem æquiparantiæ, vt ipsum nomen sonat, æque se habet ad vtrumque extremum.

¶ Dubium quarto occurrit, qualis sit differentia inter vnionẽ, & assumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Et est ratio dubij: quia in litera in calce responsionis ad tertium concluditur, ꝙ assumptio differt ratione ab vnione, & incarnatione, clarumq; videtur, ꝙ assumptio non differt realiter, sed ratione tantum ab incarnatione. cum ergo simul contraponantur assumptioni, sola rationis differentia apparet. In oppositum autem est, quia actio & pass. o distinguuntur realiter à ratione cõsequente coniunctum, quod per actionem, & passionem fit: sed assumptio, & vnio sic se habent. ergo.

¶ Dubium quinto est de termino assumptionis, ad quid scilicet terminatur, ac quis est proprius terminus assumptionis, an absolutum aliquod, vel relatiuum. Et est ratio dubii ex parte rei: quia per istam actionem nullum absolutum fit in persona diuina, & similiter nullum absolutum ponitur in natura humana, sed nec etiam in persona diuina realis relatio acquiritur. sed in sola natura humana fit de nouo solummodo relatio realis vnionis ad personam Filij: constat autem, ꝙ terminus actionis proprius est illud ens, quod fit per actionem illam. sola igitur relatio realis vnionis huius naturæ humanæ ad personam Filii, est terminus proprius actionis, & passionis, assumptionis nomine importatæ.

¶ Ratio verò dubii ex parte nostra est, quia doctores aliqui hoc dicunt. Scotus enim in 3 sentent. distinct. 1. quæst. 1. tenet huiusmodi assumptionem terminari ad relationem vnionis: quia nullum est ibi absolutum nouum tam in natura, quàm in persona, ponens hanc relationem non spectare ad genus relationis, sed esse de genere respectuum extrinsecus aduenientium, qui scilicet non necessario sequuntur fundamentum etiam posito termino, quales dicit esse vnionis respectus inter animam, & corpus, si præexistentia seorsum vnirentur de nouo, & panis, & quantitas Sacramenti vnirentur, nullum enim absolutum in huiusmodi vnionibus acquireretur, fundans vnionis relationem, sed ad solam vnionis relationem terminaretur actio vnitiua.

¶ Durandus quoq; in 3 sent. dist. 5, q. 2. tenet actionis, quæ assumptionis nomine significatur, proprie loquendo, terminum intrinsecum esse respectum vnionis, quem dicit esse, non relationis genericæ, sed modum quendam realem, sicut inhærere est modus realis consequens naturam accidentis. Ad huiusmodi namque respectus dicit posse esse motum, & actionem naturalem: quamuis ad vnionem naturæ humanæ in persona diuina, sola diuina actio potuerit terminari.

cut dictum est, * unio importat relationem quandam diuinæ naturæ, & humanæ secundum, ꝙ conueniunt in vna persona. Omnis autem relatio, quæ incipit esse ex tempore, ex aliqua mutatione causatur: mutatio autem consistit in actione, & passione.

B Sic ergo dicendum est, quòd prima, & principalis differentia inter assumptionem, & vnionem est, quod vnio importat ipsam relationem, assumptio autem actionem, secundum quam dicitur aliquis assumens, uel passionem, secundum quam dicitur aliquid assumptum. Ex hac autem differentia, accipitur secundo alia differentia, nam assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse, & ideo vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum. Natura enim humana significatur, ut in termino assumptionis ad hypostasim diuinam, per hoc, quòd dicitur homo. unde uere dicimus, quòd filius Dei qui est uniens sibi humanam naturam, est homo. Sed humana natura in se considerata, idest in abstracto, significatur vt assumpta, non autem dicimus quòd filius Dei sit humana natura. Ex eadem etiam sequitur tertia differentia, ꝙ relatio præcipue æquiparantiæ non magis se habet ad unum extremum, quam ad aliud: actio autem, & passio diuersimode se habent ad agens & patiens, & ad diuersos terminos. Et ideo assumptio determinat terminum à quo, & ad quẽ: dicitur enim assumptio quasi ab alio ad se sumptio: unio autem nihil horum determinat. unde indifferẽter dicitur, quòd humana natura est unita diuinæ, & ecõuerso. Non antem dicitur diuina natura assumpta ab humana, sed

C ¶ In oppositum autem est, quòd Auctor hic dicit in calce corporis articuli, quòd assumptio determinat pro termino ad quẽ personalitatem diuinam, vt scilicet persona diuina in humana natura subsistat. Constat autem hoc non esse respectum, sed esse absolutum, utpote de genere seu ordine substantiæ. ergo.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod prima differentia optima est, quantum ad formale significatum. Ad cuius euidentiam considerandum est fundamentum in litera positum, scilicet quòd in mysterio incarnationis quantum ad propositum spectat, duo tantum inueniuntur, scilicet actio, & passio, & relatio vnionis, & quòd relatio vnionis nõ fit alia actione, & passione ab illa actione, & passione, quam significat assumptio: sed illa actio, quæ est assumere, factio ẽ vnionis, non curãdo pro nunc de modo, quo fit vnionis relatio per actionem illam: hoc enim ad quintum dubium spectat. Huic enim fundamento si supponas, quod ly vnio, est & nomen dum declinatur, hæc Vnio, vnionis, est & verbum, dum dicimus, Vnio, vnis, vniui, vnitum, & quòd idem formaliter significat, vt nomen, & vt verbum, sicut similitudo, & assimilare, videbis, ꝙ quia nomen vnionis formaliter significat relationem, etiam verbum vniendi significat formaliter relationem: significat enim vnire, vnionem facere, sicut assimilare, similitudinem facere. Si namque diligentius ad positum fundamentum retuleris significatum hoc, scilicet facere vnionem, clare perspicies, quòd quum ly facere, illam supponat actionem quam assumptio significat, inter vnionem, & assumptionem hanc primo inuenies differentiam, quòd assumptio actionem, & passionem formaliter explicat quæ in incarnatione inuenitur: vnio vero, & vnire inde deriuatum, formaliter relationem explicat, quamuis vnire per modum actionis significet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi vnio verbum significat actionem, hoc est vnionem facere: sed quia in proposito ly facere non dicit actionem propriam ipsius relationis distinctam contra actionem significatam per ly assumere, ideo & vera est differentia prima assignata in proposita materia, quod vnio significat formaliter relationem, assumptio actionem, vel passionem, & verum simul est, quòd vnire significat actionem eandem, vt terminatur ad relationem, significat enim vnionem facere, & propterea tot Trinitati attribuitur Vnire, & esse vnientem, vt in litera dicitur.

D

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd differentia secunda intelligitur, quo ad rem significatam: quia scilicet res significata per Vnire, hoc est facere relationem vnionis, non est nisi, vt in facto esse: quia non est nisi in termino assumptionis. intelligi enim oportet prius natura terminari assumptionem, quàm consurgat assumpti relatio vnionis, quoniam non vnitur nisi per assumptionem: sicut oportet prius natura terminari dealbationem, quàm consurgat vnio albedinis cum subiecto: quia igitur assumere, vt assumere est efficax sicut via, & assumere, vt est facere vnionem, efficax, non nisi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia secũda posita est, quod assumere dicitur, vt in fieri vnire autem, vt in facto esse. Nec effectus allatus hic in litera, intelligendus est vniuersaliter, vt obiectio opponit, quoniam constat ex litera non esse verum vniuersaliter, quòd vniens est vnitum. Pater enim est vniens & non est vnitum, quia non est homo. Sed est intelligendus permissiue, hoc est, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquod vniens esse vnitum, si tamen significatur, vt in facto esse, vt in termino, & propterea in litera caute dicitur. Vnde vere dicimus,

E

dicimus, quòd filius Dei; quia est vniens sibi naturam humanam, est homo. Assumens autem nec vniuersaliter, nec particulariter est assumptum: quoniam assumptum oportet ordine naturæ præexistere nulla autem persona diuina aut natura, est id, quod præexistit assumptions, quod per naturam in abstracto significatur.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd relatio vnionis dupliciter considerari potest, scilicet realiter, & formaliter. Et si consideretur secundum esse formale, hoc est, secundum suam rationem forma em, sic proculdubio est relatio æquiparantiæ, sicut similitudo, æqualitas, & identitas. Si vero consideretur secundum esse reale, sic non est relatio æquiparantiæ, vt obiectio probat. Vnde secundum diuersas consideraciones, diuersimode contingit loqui de huiusmodi relationibus inter creaturã: & Deum: quia quandoque negantur esse relationes æquiparantiæ, & verũ est realiter: & quandooue affirmantur, & verum est formaliter. Sane igitur ac discrete intellige diuersa, quæ contraria apparent dicta, vt non sint contraria.

In 3or. ar. 1.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd assumptio differt, & re, & ratione ab vnione, & vnire, quamuis sola ratione differat ab incarnatione, & humanatione. Et quidem, q; distinguatur realiter ab vnione, patet ex hoc, quòd tam actio, quam passio significata assumptionis nomine distinguitur realiter à relatione vnionis consequente. Et ne ambiguitas aliqua resset de assumptione passiua, probatur: quia assumptio passiua importat relationem causalitatis passiuæ, & donotat, vt ita dixerim, hominem Deum fieri, vt ab hoc, ita quòd relatio importata per assumptionem passiuam est ly ab hoc: quoniam secundum rẽ est relatio, qua natura humana à tota Trinitate eleuata est ad esse diuinum. Relatio autem vnionis est naturæ humanæ ad filium Dei primo, & ad naturam diuinam consequenter, & non est relatio causalitatis passiuæ, alioquin communiter esset ad totam Trinitatẽ. Quòd verò distinguatur realiter ab vnire, ideo dixi, & verificatur non secundum ipsas actiones, sed secundum terminos, quoniam proprius terminus eius actionis, qui est assumere realiter, differt à proprio termino actionis, quæ est facere relationem vnionis, vt sic, vt in sequenti patebit dubio: quamuis vnũ, & idem sit facere quod per assumere, & vnire importatur (vt prædictum est) quod per se primo terminatur ad proprium terminũ assumptionis, & ex consequenti ad vnionis relationẽ, vt nunc nũc patebit. Quòd vera sola ratione differat ab humanatione, & incarnatione, patet quia eadem est actio, idẽ terminus diuersimode, vt in litera dr explicatus. Ex hoc aũt, qd in litera dicitur, q; vnio differt ratione ab assumptione, aut ecõuerso, non habetur q; differant sola ratione sicut reliqua, quib. connumeratur. Ad veritatem siquidem literæ sufficit, quòd differant ratione, & non exigitur, quòd sola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd assumptio habet pro termino suo, propriissime loquendo ens absolutum, super quod fundatur relatio vnionis: est autem illud ens absolutum non persona filij Dei sola, non hæc natura humana sola, sed filium Dei esse hominem. quoniam nec persona diuina, nec hæc natura humana sit per assumptionem, quamuis fuerit simul facta cum assumptione. Sed filium Dei esse hominem fit per assumptionem, & ita fit quòd est primum esse quod per assumptionem fit, & ad quod assumptio primo tendit: acquisiuit enim filius Dei per assumptionem esse hominem quod est esse in genere substantiæ, & non in genere relationis aut cuiuslibet respectus. Et ad hoc esse per se primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei, dum dicitur de filio Dei, Et incarnatus est de Spiritusancto ex Maria virgine, & homo factus est. Hinc emclare patet, quòd tam actio, quam passio, quæ in incarnatione interuenit, ad hoc per se primo ordinata, & terminata est, quòd filius Dei factus est homo proculdubio non relatiue, sed substãtialiter, alioquin non esset homo: non enim est vere homo, qui non est substantialiter homo, cum esse hominem sit esse substãtiam animatam sensibilem rationalem, & non sit relatiue tantum se habere ad substantiam animatã sensibilem rationalem. Et quia constat præsupposito hoc esse absoluto, relationẽ vnionis fundari super hoc esse, ideo dicendum est, quod ad relationem vnionis in hoc mysterio, nulla actio aut passio, nulla mutatio per se primo terminatur, vt Auctor expresse dicit in 3. sent dist. 2 q. 2. art. 2. q. 3. sed est vera relatio, more aliarum relationum, non producta per seipsam, iuxta doctrinam 5. Physic. sed consurgens ex nouo esse absoluto facto ex assumptione. Vnde negare relationẽ vnionis habere fundamentum absolutum, ita q; per incarnationem nullum ens absolutum factum est, & cum hoc dicere, q; filius Dei est factus homo, & est vere homo fm rẽ, est ignorare propriã vocem, & confiteri cũ sententia fidei verbis solis, q; Deus est homo fm rem, q; Deus est homo accidentaliter, & fm esse relatiuum. Est & amplecti secundum verba Decretalem damnantem dicentes Christum, fm quòd homo, non esse aliquid, & refutare eam secundum rem: quia si solum esse relatiuum sit de nouo in mysterio incarnationis, filius Dei secundum, quòd homo, non aliquid, sed ad aliquid est.

3. dist. art. 1. q. 4. cõcl.

¶ Vt autem negantium vnionis relationem habere nouum esse absolutum factum per incarnationem pro fundamento, & similiter assumptionem terminari ad nouum esse absolutum substantiæ, scilicet filium Dei esse hominem, error conuincatur, ex fundamentis eorum in philosophia monstratur. Manifestum siquidem est, q; si albedo, & subiectum seorsum præexisterent, & similiter panis, & quantitas, & similiter materia, & corpus, & postea vnirentur, relatio vnionis inter ea super nouo esse absoluto consurgeret, cuius oppositũ ab aduersarijs assumitur ad propositum. Nec hoc, quòd dicimus, eget probatione, sed manifestatione, constat enim quòd subiectum in primo exemplo acquireret de nouo esse album, & in secundo esse quantum, & in tertio esse viuum, nec potest inficiari quin quodlibet horũ esse fit & esse absolutum, & de nouo per actionem vnitiuã factum. Patet igitur, q; relatio vnionis est vere relatio de genere relationis, conueniens cum illis in modo essendi, & fiendi. Ex his patet solutio omnium obiectorum.

¶ Et si contra prædictam sententiam afferantur duæ rationes Scoti ibidem contra absolutum fundans relationem vnionis, primo, quia illud absolutum necessario esset vnitum verbo si est: nulla enim videtur talis entitas in creatura: secundo, quia talis entitas aut esset substantialis aut accidentalis: non accidentalis, vt patet, nec substantialis, quia esset eadem materiæ aut formæ aut compositæ substantiæ: sed quicquid est idem alicui substantiæ, manet manente illa. Natura igitur assumpta, si dimitteretur à verbo, retineret illud, ac per hoc esset fundamentum vnionis absque vnione: respondendum ex dictis est, quòd vt dicitur 7. Meta. non sit sphæra, nõ fit æs, sed fit sphæra ænea, & similiter in proposito non fit filius Dei, non fit humana natura, sed fit filius Dei homo. Et similiter sicut si albedo, & Sortes vnirentur acquireret de nouo Sortes esse albũ, & si postea separarentur, tam Sorte, quàm albedine seorum conseruatis, amitteret Sortes esse album: ita quòd licet non corrumperetur albedo, corrumperetur tamen esse album, sicut in vnione non generaretur albedo, sed esse album. Esse enim album significat esse absolutum in compositione consistens, quod generatur, & corrumpitur per vnionem, & separationem. Et similiter si corpus, & anima separatim existentia vnirentur, acquireret corpus esse viuum. & si postea separarentur, vtroque seorsum conseruato, amitteret corpus esse viuum, quod est esse substantiale in compositione consistens. Ita in proposito: quia filius Dei acquisiuit per assumptionem, esse hominem proportionaliter loquendo, si separaretur natura humana à Filio, amitteret filius Dei esse hominem, quòd acquisierat, quod constat esse absolutum ens substantiale in compositione consistens. Et loquor non de compositione animæ, & corporis, quam esse præsupponit, sed de compositione naturæ, & suppositi, in qua consistit esse hominem oportet enim aliquem hominem esse hominem, & impossibile est etiam fingere esse hominem in rerum natura, nisi aliquem hominem. Ita igitur, quantum ad propositum spectat, se habet esse hominem ad filiũ Dei, qui vere est homo, sicut se habet esse viuum

num ad corpus seu esse album ad subiectum, & similiter ita se habet natura humana ad eundem Dei filiũ, sicut anima ad corpus, & albedo ad subiectũ. Et propterea, vt iã dictũ est, quẽadmodum generatur ex vnione, & corrũpitur ex separatione nõ albedo, nec subiectũ, sed esse album, & similiter, nõ anima nec corpus, sed esse animatũ, & esse viuũ, ita ex vi assumptionis nõ fit filius Dei, nõ fit natura humana, sed fit esse hominem non in communi, sed hunc. & similiter, si separaretur natura humana, corrumperetur non natura humana, sed esse hominem hunc. Nã si sibi relinqueretur natura humana, non esset idẽ homo, sed alius homo fieret, qui in natura illa subsisteret: non enim Christus subsisteret in illa natura, sed alius homo. Vnde si verbaliter etiam desideras respondere habes, ꝙ esse hominem, est illa entitas absoluta, quæ fundat relationem vnionis in mysterio incarnationis, & quòd ista entitas si est, necessario est vnita Verbo. Impossibile est siquidem inueniri idem esse hominem separatum à Verbo: quia nis posit inueniri eadem natura humana separata à verbo quoniam esse hominem, numeratur ad numerationem indiuiduorum hominis. Si enim natura humana separaretur à Verbo, eo ipso ꝙ fieret, & esset alius homo, esset aliud numero esse hominẽ, quo ille alius esset homo, & aliud quo nunc verbum Dei est homo: quoniam vt iam dictũ est, esse hominẽ in compositione naturæ, & suppositi consistit, ac per hoc variato ſnpposito, variabitur numeraliter Sicut si albedo migraret de subiecto in subiectũ, esset aliud, & aliud numero esse album, iuxta numerũ subiectorũ: & similiter si anima migraret de corpore in corpus, esset aliud, & aliud numero esse viuum, iuxta numerationem corporum eadem ratione, quia in compositione hæc omnia consistunt. & diuersitas numeralis, diuersitatem subiectorum, seu suppositorum comitatur. Et sic patet, ꝙ est aliqua entitas absoluta, quæ quodammodo est in natura creata, scilicet humana natura Christi, scilicet esse hominem, quæ si est eadem numero, necessario est vnita personæ diuinæ.

¶Ad secundam autem obiectionem dicitur, ꝙ ista entitas est substantialis, & identificatur substantiæ compositæ, hoc est, huic homini non autem huic naturæ humanæ. Et ideo si hæc natura assumpra dimitteretur, non remaneret relatio vnionis: quia nec remaneret hic homo idẽ numero. Et sicut stat, ꝙ remaneret hæc eadem numero natura humana, & nõ remaneret idẽ homo, sed esset alius numero homo, alia numero substantia c õpositа, de prima substantia, nõ de quidditate loquẽdo, ita stat, ꝙ natura assumpta potest dimitti non remanente eodem hoc homine. immo implicat cõtradictoria remanere, eundem hunc hominem, & naturam assumptam dimitti: quia tunc in natura dimissa subsisteret alius homo, & nõ Christus, & subsisteret Christus, & non alius homo. Et error processus Scotici est ex eo, ꝙ substantia composita est duplex, scilicet natura, & indiuiduũ, scilicet hæc humanitas, & hic homo. Nec oportet illud quod est idem substantiæ cõpositæ, hoc est, huic homini, esse idẽ huic humanitati: & ideo non oportet remanẽte humanitate hac, si dimitteretur, remanere id, quod est idẽ est copulatio ex parte assumẽtis, inquantũ assumptio dr quasi ad se sumptio: sed incarnatio, & humanatio ex parte assũpti, quod est caro, vel natura humana. Et ideo assumptio differt ratione, & ab vnione, & ab incarnatione seu humanatione.

Articvlvs IX.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit maxima vnionum.

3. dist. 5. q. 1. art. 1. q. 1. & 4. cõt. c 41.

Ad nonvm sic proceditur. Vr, ꝙ vnio duarum naturarũ in Christo nõ sit maxima vnionum. Vnitum enim deficit in rõne vnitatis ab eo, quod est vnum, eo ꝙ vnitum dicitur per participationem, vnum aũt per essentiã: sed in rebus creatis aliquid dr simpliciter esse vnũ, sicut pcipue patet de vnitate ipsa, q̃ est principium numeri. ergo hmõi vnio, de qua loqmur, nõ importat maximã vnitatẽ.

¶2. Præt. Quãto ea, q̃ vniuntur, magis distãt, tãto minor ẽ vnio sed ea, quæ ſm hanc unionem uniuntur, maxime distant. ſ. natura diuina, & humana: distant enim in infinitum. ergo huiusmodi est minima unio.

¶3. Præt. Per vnionẽ fit aliquid unũ: sed ex unione animæ, & corporis in nobis fit aliquid unum in persona, & natura: ex unione autem diuinę, & humanæ naturæ fit aliquid unum solum in persona. ergo maior est unio animæ ad corpus, quàm diuinæ naturę ad humanam: & sic unio de qua loquimur, non importat maximam unitatem.

Sed contra est, quod Aug. dicit 1. Trinit. * quòd homo potius est in Filio Dei, quàm Filius in Patre: Filius autem est in Patre per unitatem essentiæ, homo uerò est in Filio per unionem incarnationis. ergo maior est unio incarnationis, quã unitas diuinæ essentiæ, quæ tamen est maxima unionum: & sic per consequens unio incarnationis importat maximam unitatem.

Respon. Dicendum, quòd unio importat cõiunctionem aliquorum in aliquo uno. Põt ergo unio incarnationis dupliciter accipi, uno mõ, ex parte eorum quæ coniungunt: alio mõ, ex parte eius, in quo coniungũtur, & ex hac parte, hmõi unio huic homini, quale est esse hominem inuentum in hoc hoſe, qui est Christus. Et hæc dicta sint, loquendo de termino assumptionis ſm rem, hoc est, actionis, & passionis intellectæ per nomen assumptionis: nam loquendo de termino assumptionis, vt importatur in vocabulo assumendi, remitto te ad literam, quòd natura humana est, vt terminus à quo, & persona diuina est, vt terminus ad quem Quæ ideo pro nouitiis dixerim vt non putent doctrinam datam à verbis Auctoris differre: sed attendant, quòd ſm varias considerationes varie assignari potest terminus. Nos autem ad rem spectauimus, vt actioni reali, & effectui tam excellenti suum proprium, ac pro mo terminum in re realem assignaremus. Et licet non manifestauerimus, quomodo quod dictum est, sit: manifestauimus tamen ex fide doctrina, quod ita est. Et hoc sufficere debet in tanto mysterio: quod, vt Aug dicit si rationẽ haberet nõ esset admirabile, & si exemplum haberet: non esset singulare. Et ideo caute exempla accipienda sunt, vt scilicet, vt cumque perspiciamus mysterii altitudinem, nec metiamur illud viribus ingenioli humani. Lib. 10. ante med. to. 3

Super Quæstionis 2. Articulum nonum.

In articu. 9. aduerte primo, quòd cum iam distinctum sit de vnione vel pro relatione vnionis, vel pro coniunctione, ad quã consequitur relatio vnionis, hoc in loco non sumitur vnio pro relatione, sed pro coniunctione ipsa, vt patet in principio corporis articuli, & ex conditione, quæ de ipsa inquiritur, scilicet de excellentia eius respectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum enim hoc est, quærere de relatione, nisi ratione fundamenti, nam secluſa ratione fundamenti, nulla vnionis relatio est maior altera: sed ideo vnio materiæ, & formæ est maior vnione substantiæ, & accidentis, quia fundamentum est magis indiuisum, vt patet

¶Aduerte secundo ꝙ non quæritur explicite de vnione naturæ, & personæ vtrum sit maxima: sed de vnione naturarũ in persona, veruntñ, & hoc in respõsione ad vltimum tractabit.

¶In corpore articuli duo fiunt, primo ponitur distinctio b mẽbris deinde respondetur quæsito cum distinctione iuxta membra propositæ distinctionis. Est autem distinctio ista. Vnio incarnationis dupliciter consideratur, vel ex parte naturarũ coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur distinctio, quia vnio claudit in se duo, primo, extrema, quæ iunguntur secundo, vnum in quo coniunguntur: est enim vnio coniunctio aliquorum in aliquo vno. Principalis conclusio responsiua quæsito est, Vnio naturarum in Christo ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima. Probatur, quia vnitas diuinæ personæ, in qua vniuntur, est maxima. Secundaria cõclusio est. Huiusmodi vnio ex parte naturarum, quæ coniunguntur, non est maxima, nec aliter probatur.

¶Circa distinctionem in litera assignatam, dubium non dissimulandum occurrit: qm videtur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo vno, potest accipi non solum ex parte eorum, quæ coniungũtur, vel ex parte eius, in quo coniungun-

tur:

tur: sed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo vno. Verbi gratia, coniunctio corporis, & animæ in Sorte, potest accipi ex parte animæ, & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illorū in Sorte. Et in litera hoc tertium membrum deficit, & tamen hoc est principalius membrū in proposito considerandum:

quoniam non dicitur proprie loquendo, vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, sed ex parte coniunctionis extremorum in termino. Cōtingit siquidem in Sorte coniungi multa accidentia quę licet ex parte eius in quo coniunguntur, scilicet persona Sortis, habeant maximam vnitatem: non tamē propterea sunt maxime vnum, quia coniunctio ipsa in Sorte non est maxima, sed minima.

¶ Dubium secundo oritur hinc circa cōclusionem principalem, quoniam nō nisi abusiue saluatur, habet præeminentiā inter alias vniones: nam vnitas personæ diuinæ, in qua vniuntur duæ naturæ, est maxima. Nō aūt habet præeminentiam ex parte corū, quæ coniunguntur?

Ad primvm ergo dicendū, q̄ vnitas diuinæ personę est maior, quàm vnitas numeralis, q̄ scilicet est principium numeri. Nam vnitas diuinæ personę, est vnitas increata, per se subsistēs, non recepta in aliquo per participationem: est etiam in se cōpleta, habēs in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo non competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quæ est pars numeri, & quæ participatur in rebus numeratis. Et ideo quantū ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, ratione. s. vnitatis diuinæ personæ, non autem ratione naturæ humanæ, quæ nō est ipsa vnitas diuinæ personæ, sed est ei vnita.

Ad secvndvm dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte coniunctorum, non autem ex parte personæ, in qua facta est vnio.

Ad tertivm dicendū, q̄ vnitas diuinę p̄sonę est maior unitas, quàm unitas, & personæ, & naturæ in nobis. Et ideo unio īcarnationis est maior, quàm unio animę & corporis ī nobis. Quia uerò illud, qđ in cōtrariū obijcitur, falsum supponit. s. q̄ cit ad inconuenientia, & si non saluat intentum nisi abusiue:

¶ Ex his patet solutio secundi dubij, nam sensus literæ est, q̄ naturæ diuinæ, & humanæ, q̄ in mysterio incarnationis vniūtur, coniunctio dupliciter potest accipi, vel ex parte naturarū inter se (& sic per se nota relinquitur pars negatiua, sicut vere est per se nota, quia inter se nō vniūtur, nisi sicut causa, & instrumentum causæ, vbi constat non esse maximam vnionem) vel ex parte eius, in quo vniuntur, hoc est ex parte personalis coniunctionis, quā obtinēt in vna persona diuina: hoc enim idem est ac dicere, ex parte personæ diuinæ, in qua coniunguntur, vt sic, ac dicere ex parte personæ diuinæ inquantum est persona, vtriusque naturæ: hoc enim est accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iunguntur, vt sic, hoc est, formaliter loquendo. Quocirca quia, vt patet ex prius dictis, vniuntur in persona diuina substantialiter, & non accidentaliter, vt accidentia Christi, & vniuntur substantialiter, non vt partes (vt manus, & caput) sed vt totum, vt natura ipsa, vt hæc humanitas vnitur Sorti, & vniūtur non solum substantialiter absque partium imperfectione, sed sic substantialiter vniuntur in vna simplicissima, & indiuisibilissima ac incomponibili vnitate substantiali personali cōmuni vtriq; naturæ, vt superet merito omnem aliā vnionem quorumcunque in alio, vt sic, ita quòd licet anima, & corpus Sortis vniantur substantialiter, & in vna natura humanitatis, & in vna persona Sortis non tamen magis, sed pluribus modis vniuntur, quam natura diuina & humana in Christo: quia vniuntur, & in natura, & in persona, istæ aūt vniuntur tantum vno modo, scilicet, in persona: sed vnio hæc in isto vno modo, est maior, quàm sit illa in vtroque: quia in mysterio incarnationis vnitas communis extremis, secundum quam propriissime, & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio est vnitas personalis simplicissima, & incomponibilis, & indiuisibilissima. ad quam constat. q̄ nec vnitas personalis Sortis, nec vnitas essentialis humanitatis, nec ambæ simul ascendunt, vt patet. Notanter autem dixi, vnionem in alio, dixi enim hoc ad p̄seruandam doctrinam hanc ab vnione aliquorum inter se. quoniam vt in litera patet, non ex hac parte, sed solum ex parte vnionis in aliquo vno, vnio naturarum in Christo est maxima. Si tamen vnio hæc incarnationis perspiciatur, vt est duorum inter se, scilicet personæ diuinæ, & humanæ naturæ, sic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias vniones propter dictam rationem. Et secūdum quid excedit vnionem Trinitatis, vt dicitur in responsione ad vltimum ex August. quia homo potius est in filio Dei, quàm Filius in Patre, quia scilicet, idem est suppositum hominis, & Filii Dei, non est autem idem suppositum Patris, & Filij appellatur autem secundum quid maior hinc ista vnitas, quia homo importat vtrumque, naturam scilicet humanam, & suppositum, & non quo ad naturam significatam, sed quo ad suppositum tantum est magis in Filio, quàm Filius in Patre: merito autem, quod secundum aliquid sui est magis vnum, & secundum aliquid minus vnum appellatur secundum quid, & non simpliciter magis vnum. Et per hæc patet expositio literæ totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quòd extorquet Bernardi sententiam, & vilificat eam: de vnione enim inquantum vnio, secundum ipsam rationem vnionis loquitur Bernardus, præponens vnionem Trinitatis, quæ non esset præponenda quo ad dignitatem, quia tota Trinitas non est dignior persona filij, formaliter igitur Bernardus, formaliter, & Auctor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atque saluamus, vnionem incarnationis esse post vnitatem Trinitatis maximam simpliciter. Et cum dicitur, Illa sunt

magis

magis vnum, quorum extrema magis, & intimius constituunt vnum, dicitur quòd addendum est huic propositioni, vel sunt vnum inter se, vel in tertio: alioquin negetur, quia voluntaria est. Nam ex intrinseca ratione vnionis, & vnius nihil aliud habetur, quàm quòd vnita, aut fiunt aut sunt vnum, hoc est indiuisa inter se, vel in tertio: personæ enim diuinæ non fiunt, sed sunt vnum in tertio, hoc est in diuina essentia. Et similiter in proposito duæ naturæ sunt vnum in persona diuina, & natura humana est vna personaliter cum persona diuina. Et sic negatur. Minor, scilicet quòd materia & forma magis, & intimius sunt vnum in essentia humanitatis: non enim est minus vnum, vnum in persona substantialiter, & simplicissima, quam vnum in substantia, & persona composita. Et cum probatur ex inseparabilitate, respondetur, quòd etiam hic non potest fieri separatio, salua consistentia omnium extremorum: quoniam si humana natura separetur à verbo, non esset idem, sed alius homo, & similiter persona diuina amitteret esse hominem Constat autem, quòd tam esse hominem, est esse substantiale, quàm esse alium hominẽ, est esse aliam substantiam. Et si hæc apparent mirabilia, & incomprehẽsibilia nobis, non propterea sunt reijcienda, sed credenda, & veneranda.

* positam i arg. sed cõtra.

Inf.q.6.art. 6.& veri.q. 29.arti.2.& 3.di.13.q.3. arti.1.

* P.sec. q. 110.art.2.3. Art.6.huius quæst.

¶ *Super Quæstio. 59. Artic. decimum.*

cap.15.ante med.to.7.

TItulus articuli 10 clarus est, ¶ In corp. articuli duo fiunt. primo ponitur distinctio bimembris de gratia, secundo respondetur quæsito tribus conclusionibus. Distinctio est, Gratia pro voluntate Dei gratuita, vel pro gratuito dono.

¶ Vbi nota duo, primum est, quòd in vtroque membro fit mentio de gratuito: quia voluntas quandoque est debita qñq; gratuita: voluntas enim iustitiam ministrantis est voluntas ex debito dantis vnicuiq; quod suum est: voluntas aũt non ex debito, nec mercenarie, nec vi, aut metu dantis, sed amore beneuolentiæ gratuita est: & similiter donum gratuitum est, quod ex tali volũtate

* 3.di.13.q. 3.art.1. P. S.q.110. ar.1.

maior sit vnio incarnationis, q̃ unitas personarum diuinarũ in essentia, dicendũ est ad auctoritatem Aug. * q̃ humana natura non est magis in filio Dei, q̃ filius Dei in patre, sed multo minus: sed ipse homo quãtum ad aliquid est in filio magis, q̃ filius in patre, inquantum. s. idem supponitur in hoc, quod dico homo, prout sumitur p̃ Christo, & in hoc quod dico, filius Dei, non autem est idem suppositum patris, & filij.

ARTICVLVS X.

Vtrum vnio duarum naturarum in Christo sit facta per gratiam.

AD DECIMVM sic procedit. Vr̃, q̃ unio incarnationis non sit facta per gratiam. Gratia enim est accidens quoddam, ut in 2. parte habitum est: * sed humanæ naturę unio ad diuinam non est facta per accidens, ut supra ostensum est. † ergo ur̃, q̃ unio incarnationis non sit facta per gratiam.

¶ 2. Præt. Gratiæ subiectum est anima. sed sicut dicitur Colos. 2. in Christo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo uidetur, quòd illa unio non sit facta per gratiam.

¶ 3. Præt. Quilibet sanctus Deo unitur per gratiã. si igitur unio incarnationis fuit per gratiam, uidetur, quòd non aliter dicatur Christus esse Deus, quàm alii sancti homines.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in lib. 2. de Prædest. * sanctorum, ea gratia fiat ab initio fidei suæ homo quicunq; Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: sed homo ille factus est Christus p̃ unionem ad diuinam naturã. ergo unio illa fuit per gratiam.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut in 2. parte dictum est, * gratia dupliciter dr̃, uno modo uoluntas Dei gratis aliquid dantis: alio modo ipsum gratuitũ donum Dei. Indiget aũt humana natura gratuita Dei uoluntate ad hoc, q̃ eleuetur in Deum, cũ hoc sit supra facultatem suæ naturæ. Eleuatur aũt humana natura in Deum dupliciter, uno modo per operationem, qua. s. sancti cognoscunt, & amant Deũ: alio modo per esse personale, qui quidem modus est singularis Christo, in quo humana natura assumpta est ad hoc, q̃ sit persona filij Dei. Manifestũ est aũt, quòd ad perfectionem operationis requiritur, quòd potentia sit perfecta per habitum: sed quòd natura habeat esse in supposito suo, non fit mediante aliquo habitu.

Sic ergo dicendum est, quòd si gratia accipiatur ipsa Dei uoluntas gratis aliquid faciẽs, uel gratũ seu acceptũ aliquẽ habẽs unio incarnationis facta est per gratiam, sicut & unio sanctorũ ad Deũ per cognitionẽ, & amorẽ: si uero gratia dicatur ipsum gratuitum Dei donũ, sic ipsum quod est humanam naturã esse unitam personæ diuinæ, potest dici quædam gratia, inquantũ nullis præcedentib. meritis hoc est factum, non autem ita quòd sit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis unio fiat.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ gratia, quæ est accidens, est q̃dam similitudo diuinitatis participata in homine. Per incarnationẽ aũt humana natura non dr̃ participasse similitudinẽ aliquã diuinæ naturæ, sed dr̃ esse cõiuncta ipsi diuinæ naturæ in persona filij: maius aũt est ipsa res, q̃ similitudo eiꝰ participata.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ gratia habitualis est solũ in anima: sed gratia. i. gratuitum Dei donum, quod est uniri diuinæ personæ, pertinet ad totam naturam humanam, quæ componitur ex anima, & corpore. Et per hũc modum dr̃ plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter habitasse: quia est unita diuina natura non solũ animæ, sed ẽt corpori: quãuis ẽt possit dici, q̃ dr̃ habitasse in Christo corporaliter. i. nõ umbraliter, sicut habitauit in sacramentis ueteris legis, de quib. ibidem subditur, quòd sunt umbra futurorum, nã hinc habes, q̃ ex eo q̃ formaliter loquẽdo inter naturã, & ꝑsonã suppositũ nullus exigit̃ habitus, ideo inter naturã humanam, & personã filii Dei in Christo nullus exigitur habit⁹ fundatur. n. hic processus super illa ꝓportionalitate, vt patet. Nota secũdo, q̃ gr̃æ habitualis in proposito nomẽ nõ restringitur

8.dist.4.q.3. ar.2. & q.2. & 1.col.2.de. 2.co.3.

gitur ad gratiam, quæ ponitur in essentia animæ, vt distinguitur à charitate, & alijs habitibus infusis: sed cõiter sumitur, vt comprehendit sub se quemcumque infusum habitum. Et hoc habes in litera ex eo, q̃ habitus ad perfectionem operationis requisitus, in potentia operatiua ponitur, quod non verificatur de gratia restricta ad habitum in essentia, vt patet.

¶ Tertia conclusio est, sumendo gratiam pro gratuito Dei dono, quicquid sit illud, vnio incarnationis est gratia. Probatur, quia est donum Dei concessum humanitati Christi nullis præcedentibus meritis.

¶ Vbi nota primo, quòd hoc modo loquendo de gratia, ipsa vnio appellatur gra modaliter: quia scilicet gratuite facta est, scilicet absque vllo merito, & hinc fit vt in hristo ponatur vltra habitualem gratiam, gratia vnionis, q̃ est ps vnio gratuito concessa. Nota secundo, q̃ ante Auctor locutus, non dixit, quòd hoc modo sumendo gratiam vnio sit facta per gratiam, sicut dixit in præcedentibus conclusionibus, & sicut quæritum est in titulo articuli: sed dixit quod ipsa vnio est gratia. Et ratio est: quia ly per, denotat causalitatem gratiæ super vnione: eiusdẽ autem ad seipsum non est causalitas.

¶ 2.q.98. ar. 4.c.& 3.dist. 4.q.1.ar.1.& Ro.2.sent.co 2.a. & Ieo. 1.lit.4.col.3. * Innuitur i glo. interlineari. ibi.

corpus aũt est Christus: prout scorpus contra vmbram diuiditur. Dicunt ẽt quidam, quòd diuinitas dr in Christo habitasse corporaliter, idest tribus modis, sicut corpus habet tres dimẽliones, vno modo, per essentiam, presentiam, & potentiã, sicut in cæteris creaturis: alio modo, per gratiam gratum facientem, sicut in sanctis: tertio, per vnionem personalem, quod est proprium sibi.

Vnde patet trñsio ad tertiũ, quia. s. vnio incarnationis non est facta solum per gratiam habitualem, sicut alij sancti vniuntur Deo, sed secundum subsistentiam siue personam.

Articvlvs XI.

Vtrum vnionem verbi incarnati aliqua merita præcesserint.

Ad vndecimvm sic proceditur. Vr, q̃ vnio incarnationis fuerit aliqua merita subsecuta: quia super illud Psa.32. Fiat misericordia tua super nos quemadmodum, &c. dicit gl.* Hic insinuatur desiderium Prophetæ de incarnatione, & meritum impletionis. ergo incarnatio cadit sub merito.

¶ 2. Præt. Quicumque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest: sed antiqui patres merebantur vitam æternam, ad quam peruenire non poterant, nisi per incarnationem. dicit enim Greg. * in li. 13. mor. Hi qui ante Christi aduentum in hunc mundum venerunt, quantamlibet iustitiæ virtutem haberent, ex corporibus educti, in signum cœlestis patriæ statim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille venerat, qui iustorum animas in perpetua sede collocaret. ergo videtur, quòd meruerint incarnationem.

¶ 3. Præt. * de beata virgine cantatur, q̃ Dñm omnium meruit portare, quod quidem factum est per incarnationem, ergo incarnatio cadit sub merito.

Sed contra est, q̃ Aug. dicit in li.* de Prædest San. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat: sed nulla merita præcesserunt regenerationem nostram, s̃m illud Tim.3. Non ex operib. iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos fecit nos. ergo nec incarnationem.

Lib.11. de ciuit. ca. 6. In offi. ad matu. Cap. 15. in procula tom. 7.

¶ In respõsione ad primum eiusdem articuli, nota ex supradictis in articu 7 eiusdem q. quòd coniunctio humanæ naturæ cum persona filii Dei (quæ nihil aliud est, quam vtriusque indiuisio in esse personali ipsius filii Dei) potest dupliciter accipi, scilicet vel secundum illam entitatem positiuam, quæ est illud esse personale istius naturæ creatæ, vel secundũ mutationem, & relationem, qua vnitur, & vnita relatiue dicitur humana natura personæ illi. nullum siquidem aliud ens reale appareret interuenisse, aut inueniri in hoc mysterio, vltra extrema. Et si quidem vnionis gratia pro gratuito dono sumatur secundo modo, sic est donum creatum quoniam tam mutatio passiua, qua natura humana eleuata est ad esse personale Dei, quam relatio vnionis, inter creatas res est. Si vero vnionis gratia similiter pro dono gratuito sumatur primo modo, sic quo ad ẽ datam increatum donum est, quia data est personalitas diuina naturæ creatæ, quo ad substantialem vero compositionem seu coniuncti nem personalitatis cum natura, donum creatum est, vt patet. Et quia vnionis gratia, hęc omnia concludit, ideo quandoque res increata ponitur, vt in hac litera, dum dicitur, maius autem est ipsa res, quam ipsa similitudo eius participata, & est sermo de re diuinæ naturæ, & personę, in qua vnionis gratia consistit. Quandoque autem ponitur res creata, cum ex voluntate Dei gratuita facta dicitur in hac litera. & diffuse inferius artic. 12 huiusmet q. & verum est quantum ad communionem illius esse diuini ad naturam humanam, quæ per assumptionem facta est, & ad quã relatio vnionis cõsequitur.

¶ *Super Quæstionis 2. Articulum 11.*

In titulo articuli 11. vide, quòd in præcedenti, & hoc, atque sequenti articulo quæstio est de causa vnionis. Et quoniam triplex illius causa assignatur, scilicet gratia, merita, & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc 11. quæritur de meritis, an s. vnio hæc ex meritis fuerit: & demum in 12. q̃ritur an sit naturalis Christo, &c. hoc est, à natura.

¶ In corpo. artic. sunt tres conclusiones. Prima est Nulla Christi opera fuerunt meritoria vnionis. Probatur: Ille homo, qui est Christus, à principio suæ conceptionis fuit filius Dei hypostatice. ergo ois illius hominis operatio subsequuta est vnionem: ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis. Antecedens declaratur primo, & differentia inter sententiam fidei, & heresim Photini. Et probatur secundo auctoritate angeli Luc. 1. Cõsequentiæ autem relinquuntur, vt per se notæ, & vere sic est, q̃m prima patet ex hoc ipso, q̃ omnis operatio cuiuscũque hominis psupponit illum hominem: oppositum enim non est intelligibile. Dicãt est dicere, q̃ omnis operatio Christi præsupponit vnionem, & dicere, q̃ præsupponit personã illius hominis: q̃m nõ nisi per vnionem habetur persona illius hominis; q̃m est ipsa persona filii Dei. Ex hoc igitur, q̃ persona illius hominis est persona filii Dei per vnionem naturæ humanæ ad personã filii Dei, optime, & euidenter sequitur, q̃ omnis operatio illius hominis præsupponit vnionem, quia præsupponit illum hominem. Secunda quoque patet ex hoc, quòd meritum præcedit saltem naturæ ordine præmium, vt patet.

¶ Dubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionem, non tamen hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ subsecuta est vnionem. Et diceret quispiam, quòd illa natura humana sicut secundum se præsupponitur naturæ ordine vnioni (quia assumptio præsupponit quod assumitur) ita secundum aliquod opus eius, puta intelligere, & velle, quæ sunt instantanea, præsupponitur ordine naturæ assumptioni: & per illud velle informatum charitate natura illa meruit assumi in eodem instanti temporis, & prius natura.

¶ Ad hoc dubium non oportet aliunde, quam ex litera fundamento respondere, ita tamen vt non sit sermo de potentia diuina absolute cum dicitur, quòd non potuit aliqua operatio præcedere vnionem: sed de potentia quam ordo rerum habet simpliciter, & in mysterio incarnationis. Cum enim natura humana in Christo assumatur ad esse personale Dei, dem est ordo naturæ humanæ Christi ad personam filii Dei, qui est naturæ humanæ Sortis, ad personam Sortis. Et ideo sicut natura Sortis prius natura personatur per Sortem, quam operetur, tum quia esse personale, vt pote substantiale, est prius, quam operari, tum quia primus terminus, vt quod generationis, est ipse Sortes, & deinde naturæ ordine consequuntur operationes etiam naturalissimæ, vt si ol fieret, prius fieret suppositum solis, & deinde lucaret, quamuis in eodem instanti: ita prius natura humanitas Christi personata per verbum Dei, quam operetur propter vtrumque quæ etiam rationem: quia scilicet personari ipsetas ad esse substantiale (confert enim subsistere, quod primæ substantiæ solis est) & quia primus terminus generationis Christi, vt quod, fuit persona filii Dei, dicente Angelo, Quod ex te nascetur sanctum vocabitur

procul dubio cũ rei veritate filius Dei. Non potest ergo poni, quòd anima Christi prius natura, quàm vniretur, intelligeret aut amaret.

¶ Secunda conclusio est, Nulla opera cuiuscumque alterius hominis potuerunt esse merito huius vnionis ex condigno. Probatur tripliciter. Primò, quia vnio ista superat vnionem beatitudinis, quæ proprie cadit sub merito. Secundo, quia vnio ista est principium gratiæ, quæ non potest cadere sub merito: Tertio, quia vnio ista est reformatiua totius humanæ naturæ, cuius totius bonum, constat non posse à singulari puro homine causari.

¶ Tertia conclusio est, Sancti patres meruerunt incarnationem de congruo desiderando, & petendo. Probatur, quia congruum est Deum exaudire sibi obedientes. Et hoc etiam modo exponi potest, quòd beata virgo meruit Christum portare, scilicet merito congrui.

¶ *Super Quæstionis 2. Articulum 12.*

IN titulo articuli duodecimi nota, quòd ideo in titulo apponitur ly homini, ita quòd non quæritur vtrum gratia vnionis sit Christo naturalis, sed an sit naturalis Christo homini, vt denotaretur, quòd difficultas huius dubij ex parte eius, quod est esse hominem, se tenet. Non enim est quæstio de Christo secundum q̃ Deus: sed secundum, quòd est homo, an gratia vnionis sit illi naturalis.

¶ In corpore articu. duo fiunt: primo ponitur vna distinctio de ly naturalis: secundo respondetur quæsito tripliciter. Distinctio est secundum naturale dupliciter, vel quod causatur ex principiis essentialibus rei sicut passio ex principiis subiecti, sicut moueri deorsum ex principiis corporis grauis, vel quod ab ipsa natiuitate habetur. Probatur primo distinctio: quia natura dicitur dupliciter 5. Met. t. de essentia, & de natiuitate. Probatur secundo secundum membrum, auctoritate duplici sacræ scripturæ.

¶ Nota hic, q̃ secundum membrum. s. naturale a natiuitate, dupliciter intelligi potest, vno modo, vt denotetur sola coæuitas, quia scilicet incœperunt simul tẽpore, sicut de cæco à natiuitate dicimus, quia cæcitas simul in cœpit cum homine, qui est cæcus: alio modo, vt denotetur non sola conduratio, sed etiam causalitas, ita quòd ex vi natiuitatis habeat illud: sicut dicimus, quòd sextus digitus est naturalis ex natiuitate in vtero, q̃a s. ex vitalis natiuitatis abundantis in materia, &c. Iste sortitus est sextum digitum. In proposito itelligitur ſm mẽbrum vtrog; modo: & ad secundum membrum spectat auctoritas Apostoli, Eramus natura filii iræ quoniã ex vi natiuitatis nostræ per propagationem ex Adam sumus filii iræ, dum ex vi batiuitatis nostræ in vtero inficimur peccato originali. Ad primum autem modum spectat auctoritas Sapientiæ: quoniam Chananæi, de quibus loquitur, non ex vi natiuitatis contrahebant peccata parentum, sed malitia illorum ita cito incipiebat, vt dicatur in vtero incœpisse, iuxta consuetum modum loquendi ser mone emphatico.

¶ Prima cõclusio est. Gratia siue vnionis siue habitualis non est naturalis Christo, vt causata, ex principiis humanæ naturæ. Secũda cõclusio est: Gratia vtraq; põt dici naturalis Christo, quasi proueniens ex natura diuina Chri in naturam humanã eiusdem.

Ar. præced.

Inf. q. 7. arti 13. ad 2. & q. 34. ar. 3. ad 2. & 3. di. 4. q. 3 ar. 2. d. 1. ar. 1. & 2. huius quæst.

* ca. 40. post med. to. 3.

* li. 5. Metaphy. tex. 5. tom. 3.

Quæstiones quodlibetales.

Ad primum dicendum, q̃ beata virgo dicitur meruisse portare dominum omnium, non quia meruerit ipsum incarnari: sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congrue posset esse mater Dei.

Articvlvs XII.

Vtrum gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd gratia vnionis nõ fuerit homini Christo naturalis. Vnio enim incarnationis non est facta in natura, sed in persona, vt dictũ est: * sed vnumquodque denominatur à termino: * ergo gratia illa magis debet dici personalis, quàm naturalis.

¶ 2. Præt. Gratia diuiditur contra naturam, sicut gratuita, quę sunt à Deo, distinguuntur contra naturalia, quæ sunt à principio intrinseco: sed eorũ, quę ex opposito diuiduntur, vnum non denominatur ab alio: ergo gratia Christi non est ei naturalis.

¶ 3. Præt. Naturale dr̃, quod est ſm naturam: sed gratia vnionis nõ est naturalis Christo ſm naturam diuinam (quia sic conueniret alijs personis) nec ẽt naturalis est ei secundum naturã humanam: quia sic conueniret omnibus hominibus, qui sunt eiusdem naturæ cum ipso. Igitur vr̃, quòd nullo modo gratia vnionis sit Christo naturalis.

SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in Enchirid. * In humanæ naturæ susceptione fit quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum possit admittere peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd ſm Philo. in 5. Metaph. * natura vno modo dicitur ipsa natiuitas, alio modo essentia rei. Vnde naturale potest aliquid dici dupliciter, vno modo, quod est tm̃ ex principijs essentialibus rei; sicut igni naturale est sursum ferri: alio modo dr̃ esse homini naturale, quod ab ipsa natiuitate habet, ſm illud Eph. 2. Eramus natura filij iræ. Et Sap. 12. Nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum. Gratia igitur Christi siue unionis, siue habitualis nõ potest dici naturalis, quasi causata ex principiis humanę naturæ ī Chr̃o: q̃uis possit dici naturalis, quasi

eiusdem. Tertia cõclusio est: Gratia vtraq; est naturalis Christo, sumẽdo naturale à natiuitate. Probatur in primo sensu, hoc est secundum coætitatem: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ personæ vnita, & hoc quo ad gratiam vnionis: & anima eius fuit munere gratiæ repleta, & hoc quo ad gratiam habitualem. In secundo autem sensu, hoc est ex vi natiuitatis, probatur in responsione ad tertium ex proprietate natiuitatis Christi: quia sic cõceptus est ex Spiritusancto, vt esset idem naturalis filius Dei, & hominis, testante hanc natiuitatis vim angelo dicente, Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, dũ subdit ideoq; & qđ nascetur ex te sanctũ vocabitur filius Dei, Illa enim causalis, ideoq; & quod nascetur ex te, erit filius Dei, manifestat ad hoc esse ordinatam actionẽ Spiritussancti, vt ex vi talis natiuitatis natum, esset filius Dei, quod in ipsa gratia vnionis consistit. Gratia autẽ habitualis, vt in proprio tractatu patebit, est in Christo velut proprietas, cõsequẽs gratiã vnionis, sicut splendor solem.

¶ Nota hic tria, primo, quamuis in litera diuinæ sint explanationes, & probationes tertiæ conclusionis secundũ duos assignatos in secũdo membro sensus, quia tñ veri sunt, in litera ponuntur, & breuius vniti claret nouitijs: ideo aduaui dicta à responsione ad tertium, & iunxi corpori articuli. Secundò, quòd Auctor plus donauit, quàm promisit, dum quæsiuit de gratia vnionis, & respondit de gratia vnionis, & habituali. Tertiò, quod dum in secunda conclusione dicitur, quòd gratia Christi potest dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute apposuit duo vocabula, primo, potest dici: secundo, quasi proueniens. Est siquidem considerandum, quod ad hoc, vt aliquid dicatur proprie naturale à natura pro essentia, duo concurrunt: primum est causalitas: secundum modus causandi: oportet enim, vt causetur à natura, & quòd naturali modo non libere causetur à natura: sic enim palsio à principiis naturæ, sic ferri sursum à leuitate causatur, sic naturale distinguitur contra liberum. In proposito autem, quia omnis causalitas Dei, ad extra est libera, & nulla est naturalis, ideo gratia in Christo ex diuina natura causata deficit à naturali in modo quo fit, & potest dici naturalis, quo ad primum, quia ex diuina causatur natura. Quo ad secundum vero potest dici naturalis non formaliter, quia in veritate non naturaliter, sed libere causatur, sed quasi virtualiter seu conditionaliter, hoc est, quia si diuinæ naturæ competeret ad extra, vterque modus causandi, scilicet naturaliter vel libere vtraque gratia in Christo naturaliter causaretur: quia gratia vnionis spectat ad esse personale ipsius diuinæ naturæ, ac per hoc ad causalitatem naturalem pertineret, proueniens in naturam humanam Christi, causante diuina natura ipsius. Dr autem naturalis vtraque gratia in Christo, inquantum eam à natiuitate habuit: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ personæ vnita, & anima eius fuit munere gratiæ repleta.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet vnio non sit facta in natura, est tamen causata ex virtute diuinæ naturæ, quæ est vere natura Christi: & etiam conuenit Christo à principio suæ natiuitatis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non secundum idem dicitur gratia, & naturalis: sed gratia quidem dicitur, inquantum non est ex merito: naturalis autem dicitur, inquantum est virtute diuinæ naturæ in humanitate Christi ab eius natiuitate.

AD TERTIVM dicendum, q̃ gratia vnionis non est naturalis Christo secundum humanam naturam, quasi ex principiis humanæ naturæ causata: & ideo non oportet, q̃ conueniat omnibus hominibus: est tamẽ naturalis ei secundum humanam naturam propter proprietatem natiuitatis ipsius, prout sic conceptus est ex Spiritusancto, vt esset idem naturalis filius Dei, & hominis. Secundum uero diuinam naturam est ei naturalis, inquantum diuina natura est principium actiuum huius gratiæ, & hoc cõuenit toti Trinitati. s. huius gratiæ esse actiuũ principium.

QVAESTIO III.

De modo vnionis ex parte personæ assumentis, in octo articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de vnione ex parte personæ assumentis.

ET CIRCA hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum assumere cõueniat personæ diuinę.

¶ Secundò, Vtrum conueniat naturę diuinę.

¶ Tertio, Vtrum natura possit assumere abstracta personalitate.

¶ Quartò, Vtrum vna persona possit assumere sine alia.

¶ Quintò, Vtrum quælibet persona possit assumere.

¶ Sextò, Vtrum plures personę possint assumere vnam numero naturam.

¶ Septimò, Vtrum vna persona possit assumere duas numero naturas.

¶ Octauò, Vtrum magis fuerit cõueniens de persona filij Dei, quòd assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum personæ diuinæ conueniat assumere naturam creatam.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃, q̃ personę diuinę non cõueniat assumere naturã creatã. Persona. n. diuina significat aliquid maxime pfectũ: pfectũ aũt est, cui nõ põt fieri additio. importat hæc tria, & hęc omnia competunt personæ, quia ipsa est principium, & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, consequens manifeste est, quod assumere propriissime competat personæ.

¶ Vbi nota tria: primo, quod exponendo assumere quasi ad se sumere, quia ly se est pronomen reciprocum dupliciter ideo bis denotat illud, pro quo stat concurrere ad actionem illam, vno modo seu semel, vt principium, & semel seu alio modo vt terminum. Et propterea Auctor ex hoc, q̃ assumere dicitur quasi ad se sumere, dixit quòd importat principium, & terminum actus: nisi enim ly se, vtrumque denotaret, non esset ad se sumere, sed esset sumere ad alium. Secundò, quòd in litera in conclusione additur ly propriissime: quia, vt infra patebit, non soli personæ conuenit assumere, sed soli personæ conuenit propriissime. Tertiò, quòd hic est sermo de persona diuina vt sic, non curando, vtrum sit vna sola persona diuina, vel plures, vtrum absoluta, vel relatiua eius siquidem est proprie agere, vt quod agit, & eius est terminare vnionem personalem, vt quod subsistit in vtraque natura.

¶ In responsione ad primum eiusdem primi articuli, aduerte, quòd iam mirabilis est hæc incarnationis cõiunctio, vt cum hoc, quòd fatemur Deum vere acquisiuisse esse hominem,

F si sibi inueniretur: gratia vero habitualis in Christo spectaret ad proprietatem humanæ naturæ iunctæ iam secundum esse diuinæ naturæ. Et propterea Auctor dixit, Dici potest naturalis quasi proueniens, significans per hoc quasi naturalem modum, quo gratia in Christo fieri dici potest, quamuis in veritate non sit modus naturalis, hoc autem singulariter de gratia Christi dici potest: quia reliquis hominibus, & etiam angelis constat, quòd non solũ dat, sed daret Deus gratiam suam prout vult, vt pote non communicans suum esse personale, nec iunctis sibi secundũ esse influens.

¶ *Super Quæstionis 3. Articulum 1.*

TItulus articuli primi Quæstionis tertiæ clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito. Personæ competit propriissime assumere naturam. Probatur: Persona est principium, & terminus assumptionis: ergo sibi conuenit propriissime assumere. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia assumere est actio diuina: agere autẽ propriæ est personæ. Quo ad secundam verò: quia vnio facta est non in natura, sed in persona, vt patet ex supra dictis. Consequentia autem probatur: quia in verbo assumptionis importantur tria, principium, actus, & terminus: quoniam assumere dicitur quasi ad se sumere. Ex hoc nãque, quòd assumere

3. dist. 2. q. art. 1.

minem, quia vere factus est homo: quia tñ huiusmodi substãtiale esse acquisiuit sine quacumque ipsius Dei mutatione, ac per hoc sine quacunque sui perfectione, ideo hic vere quoq; dicitur, quod nihil est per Incarnationem additum Deo, & quod non Deus, sed homo per Incarnationem perficitur. Et ad hoc tantum allatũ esse exemplum de vnione adoptionis nostræ intellige, quia sicut in vnione filiorum adoptiuorũ non additur aliquid Deo, sed quod diuinum est, apponitur homini: ita proportionaliter in vnione naturalis Filij nihil apponitur Deo, sed Deus iungitur homini, vt homo perfectus sit, hoc est, vt hõ sit Deus: quod infinitã perfectionẽ apponit naturæ humanæ. q.29.arti.1.

¶In rñsione ad ℔m, dubium occurrit circa incommunicabilitatem personæ, vt in litera describitur: scilicet penes hoc, quod non potest de plurib. suppositis p̃dicari. Vt siquidem satis rudis huiusmodi assignatio incõicabilitatis: qm̃ talis incõicabilitas cõuenit cuilibet singulari creato: tam in genere accidentis, quam in genere substantiæ: nam hoc album, & similiter hæc albedo, & hæc humanitas, non potest de pluribus suppositis prædicari: quia, vt in Antepdicamẽtis dr̃, cuilibet singulari cõuenit nõ dici de subiecto. Capa.

¶Ad hoc dr̃, quod in Theologia nõ potuit forte breuius, clarius, & formalius describi incõicabilitas personæ, quam descripta est in litera. quia apud Theologos omnis natura est cõica bilis pluribus suppositis: quamuis diuersimode, quia natura diuina cõis est per identitatem Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Et hæc natura creata potest esse cõis per assumptionem (vt infra patebit) Patri, & Filio, & Spiritui sancto: persona quoque communis est pluribus naturis, vt patet de persona Filii Dei subsistente in duabus naturis diuina, & humana, & de persona Sortis communi pluribus, accidentalibus tñ naturis, vt in litera dicitur. Restat ergo, vt propria incõicabilitas personæ consistat in hoc, quod non possit esse cõis pluribus suppositis, hoc est sibi ipsi, & alteri suppositio, & hoc est, quod in litera exprimitur, per non posse prædicari de pluribus suppositis. Vnde doctrina est subtilissima. sed obiectio errat in hoc, quòd pro eodem accepit non prædicari de pluribus: de quo Arist. loquitur in Anteprædicamentis: & non prædicari, de quo Autor in litera loquitur, quum hæc distent valde: qm̃ non posse prædicari de pluribus suppositis de aliquo, vel aliquibus, vt superius de inferiori, conuenit omni singulari, vt objiciendo bene dr̃. sed non posse prædicari de plurib. suppositis, soli personæ cõuenit, quia soli personæ repugnat. Nã, & hęc humanitas, & quæ illi inest hæc albedo, põt de plurib. suppositis p̃dicari, vt patet, si à plurib. diuinis personis assumeret.

¶In eadem rsponsione ad secundum dubium occurrit circa illud hoc autem est propriũ diuinæ personæ, propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum non acciden. aliter sed ℔m subsistentiam, & de conclusione, & de ratione eius. Duo siquidem hic dicuntur: primo affirmatur hæc conclusio, scilicet q̃ sola diuina persona potest subsistere in duabus naturis. Secundo assignatur ratio istius conclusionis, Infinitas diuinæ personæ. Vbi duæ quæst. determinantur prima est, an aliqua persona creata possit subsistere in duabus naturi. Asseritur siquidem hic pars negatiua, dum dicit, q̃ propriũ est diuinæ personæ, vt fiat in ea concursus naturarum ℔m subsistentiam. Secunda est, an hæc proprietas conueniat diuinæ personæ propter infinitatem ipsius: asseritur namque in litera pars affirmatiua. Et primam quidem q Scotus in 3. sent. dist 1. q. 4. di sputat, & dubiam relinquit. Secundam autem ibidem tractãs, A B C D E

Cũ igitur assumere sit quasi ad se sumere, ita quod assumptũ addatur assumenti, videtur, q̃ personæ diuinę non conueniat assumere naturam creatam.

¶2. Præt. Illud, ad quod aliquid assumitur, cõmunicatur quodãmodo ei, quod in ipsum assumitur: sicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem assumitur. Sed de ratione personæ est, quod sit incommunicabilis: vt in prima parte dictum est. * Ergo personæ diuinæ nõ conuenit assumere, quod est ad se sumere.

¶3. Præte. Persona constituitur per naturam. Sed inconueniẽs est, quòd constitutum assumat constituens: quia effectus non agit in suam causam. Ergo personæ non conuenit assumere naturam.

Sed contra est, quod Augusł.* dicit de Fide ad Petrum, Formam, idest naturam, serui in suam accepit Deus ille, scilicet Vnigenitus, personam. Sed Deus vnigenitus est persona. Ergo personæ competit accipere naturam, quod est assumere.

Respon. Dicendũ, q̃ in verbo Assumptionis duo importãtur, videlicet principiũ actus, & terminus: dr̃ enim assumere quasi ad se sumere. Huius autẽ sumptionis persona est, & principium, & terminus. Principiũ quidem, quia personæ proprie competit agere: huiusmodi aũt sumptio carnis per actionẽ diuinam facta est. Similiter etiam persona est huius sumptionis terminus: quasi sicut supra dictum est, Vnio facta est in persona non in natura. Et sic patet, quòd proprijssime competit personæ, assumere naturam.

Ad primvm ergo dicendum, cum persona diuina sit infinita, non põt ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in epist. * Synodali Ephes. Concil. Non ℔m appositionẽ coniunctionis intelligimus modum: sicut ẽt in vnione hominis ad Deum, quę est per gratiam adoptionis, nõ additur aliquid Deo: sed illud quod diuinum est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur.

Ad secvndvm dicẽdum, q̃ persona dr̃ incommunicabilis, inquantum non potest de pluribus suppositis prædicari: nihil tamen prohibet plura de tãtur, videlicet principiũ actus, & terminus: dr̃ enim assumere quasi ad se sumere. Huius autẽ sumptionis persona est, & principium, & terminus. Principiũ quidem, quia personæ proprie competit agere: huiusmodi aũt sumptio carnis per actionẽ diuinam facta est. Similiter etiam persona est huius sumptionis terminus: quasi sicut supra dictum est, Vnio facta est in persona non in natura. Et sic patet, quòd proprijssime competit personæ, assumere naturam.

Ad primvm ergo dicendum, cum persona diuina sit infinita, non põt ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in epist. * Synodali Ephes. Concil. Non ℔m appositionẽ coniunctionis intelligimus modum: sicut ẽt in vnione hominis ad Deum, quę est per gratiam adoptionis, nõ additur aliquid Deo: sed illud quod diuinum est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur.

Ad secvndvm dicẽdum, q̃ persona dr̃ incommunicabilis, inquantum non potest de pluribus suppositis prædicari: nihil tamen prohibet plura de ter infinitum: quoniam personalitas diuina non est constitutiua personæ nisi infinitæ. Et quemadmodum personalitas Verbi scilicet filiatio diuina est formaliter subsistens, alioquin non esset constitutiua personæ, quæ formaliter est subsistens: ita est formaliter infinita: quia subsistentia formaliter inclusa in personalitate Verbi, nec est finita, nec abstrahens à finito & infinito: sicut relatio, inquantum relatio, quia subsistentia perfectionem sonat simpliciter, vt patet. Nec propterea sequitur, vt Scotus arguit, probando antecedens, quod aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio: quoniam eandem perfectionem, quam personalitas Verbi formaliter dicit in Filio, personalitas Patris dicit in Patre, vt patet de perfectione subsistentiæ. Sed contingit hic errare si personalitates diuinas sic formaliter metimur, vt eas nihil aliud formaliter esse putemus, quàm quod relationi reali formaliter conuenit: quod alienum est à celsitudine personalitatis diuinæ formaliter sumptæ: quoniam, vt dictum est, conuenit illi formaliter subsistentia, alioquin non esset personalitas, quia non esset constitutiua se tota personæ. Constat autem quod filius Dei, quatenus subsistens, naturam humanam substantificat. Vnde patet, quòd Verbum secundum illam suæ personalitatis rationem, qua est subsistens: ac per hoc infinitæ subsistentiæ, vices humanæ personæ formaliter, & eminenter in mysterio Incarnationis supplet: est enim Verbum persona humanæ naturæ. Et confirmatur, quia per illud idem, quo Verbum subsistit in duabus naturis, diuina scilicet, & humana, potest subsistere, quantum est ex parte sua in infinitis naturis: quoniam vbi pluralitas non facit differentiam, nec infinitas faceret differentiam, si infinitas impossibilis esset. Sed Verbum per suam personalitatem, quatenus est constitutiua personæ (quod est dicere, quatenus est constitutiua subsistentis in diuina natura) habet quod possit in duabus naturis subsistere: ergo per suam personalitatem, vt subsistentem in diuina na-

q.prec.art. 1. & 2.

Epist. 1. Synt. Ephes. ad Nestor.

tura, potest subsistere in infinitis naturis, sed posse subsistere in infinitis naturis est subsistentiæ infinitæ: igitur subsistentia, qua Verbum de facto substantificat humanam naturam, exigit infinitatem. Eadem enim est conditio eius, qua nunc subsistit in duabus, & qua subsisteret in infinitis.

¶ Præterea, Verbi personalitas in sua formali ratione claudit subsistentiam. ergo perfectionem simpliciter. ergo est infinita formaliter. Antecedens probatum est. Prima consequentia probatur. Primo, quia subsistentia nō solum est perfectio, sed maxima perfectio: nullum namque diurnū esset perfectum nisi subsistens. Secundò, ex definitione perfectionis simpliciter scilicet, quòd in quolibet melior est ipsa, quàm non ipsa, arguitur sic. In quolibet ente, vt sic, melior est subsistentia, quàm quodlibet sibi incompossibile. ergo est perfectio simpliciter. Tertia consequentia est cuiusdam etiam apud Scotum: quoniam omnis perfectio simpliciter, est in Deo infinita formaliter. Ex dictis igitar si bene considerentur, fidelitas literæ tam in conclusione quam illius ratione apparet. nam ex hoc, quod persona diuina ex suæ personalitatis perfectione, quam illius subsistentia ponit, habet quod possit in pluribus naturis subsistere, manifeste habetur, quod quùm illa perfectio sit infinita, proprium erit diuinæ personæ ob eius infinitatem, quod in ea fiat concursus naturarum, secundum subsistentiam. Et per hoc solutio vtriusque quæstionis apparet.

¶ Nec ex his sequitur, vt Scotus ibidem q 5. conatur deducere, diuinam naturam esse per se primo terminum vnionis, proterea quia infinitas primo est naturæ, quoniam infinitas Dei, vt est naturæ, dat perfectionem infinitam in essendo & in causando: vt autem est personæ, dat perfectionem infinitā interminando. Quo fit, vt quia terminare naturam assumptam, nullam causalitatem dicit, consequenter infirmitas interminando, nullam causalitatem det, & tamen constat, quod exigatur ad hoc, quod vna persona subsistat in infinitis naturis, si essent. Quando ergo obijcit Scotus, quod continentia virtualis in termino, quę æquiualere potest tot personis, pertinet ad dependentiā inter causam, & causatum vt sic, simpliciter negandum est, & dicendum est, quod quia terminare naturam alienam subsistendo in illa ex infinitate personæ, non in causando sed in terminando prouenit, ideoque vocatur quasi continentia virtualis personalitatum in persona diuina, non spectat ad dependentiam causæ, & causati, vt sic: sed ad dependentiam personæ finitæ in terminando ad personam infinitam in terminando. Et quia hoc conuenit cuilibet diuinæ personæ ratione suæ propriæ personalitatis: ideo, vt infra patebit, propria personalitas Verbi, scilicet filiatio, est de facto per se primo terminus incarnationis.

¶ In eodem primo articulo in responsione ad tertium, aduerte, vt caute verbum denominationis intelligas, quum legis, ꝙ natura humana non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam, secundum quod denominatur a tali natura. Non enim sumitur hic denominatio pro quacumque denominatione, quum denominentur aliqua ab extrinseco, vt Sortes dicitur locatus aut vestitus, aliqua ab accidente, vt Sortes dicitur albus, & aliqua à substantia, vt Sortes dicitur animatus, vel corporeus: sed sumitur pro denominatione substantiali: neque restringitur hic denominatio ad denominationem in antepræd. camēris definitam: quamuis & de illa litera hæc verificetur, de denominatione substantiali loquendo. Nā persona filii Dei est vere persona humana: & inquantum est persona humana, constituitur per naturam humanam, ita quod persona prædicari. Vnde nō est contra rationē personæ sic cōicari, vt subsistat in plurib. naturis: quia ēt in personam creatam possunt plures naturæ concurrere accidentaliter: sicut in persona vnius hominis inueniuntur quantitas, & qualitas. Hoc autem est propriū diuinæ personæ, propter eius infinitatem, ut fiat in ea concursus naturarum, non quidem accidentaliter, sed secundum subsistentiā.

Ad tertium dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * natura humana non constituit personam diuinā simpliciter: sed constituit eam secūdum, quòd denominatur à tali natura. Nō enim ex natura humana habet filius Dei, quod sit simpliciter, cum fuerit ab æterno: sed solum, quòd sit homo: sed secundum naturam diuinam cō stituitur persona diuina simpliciter. Vnde persona diuina nō dicitur assumere diuinam naturam, sed humanam.

* q. 2, art. 1.

Articulus II.

Vtrum diuinæ naturæ conueniat assumere.

Ad secundum sic procedit. Vī, ꝙ naturæ diuinæ non conueniat assumere: quia, sicut dictum est, * assumere dī quasi ad se sumere: sed natura diuina non sumpsit ad se humanam naturā, quia non est facta vnio in natura, sed in persona: sicut supra dictum est. * Ergo naturæ diuinæ non competit assumere naturam humanam.

¶ 2. Præt. Natura diuina cōis est tribus personis. Si ergo naturæ conuenit assumere, sequitur, quod conueniat trib. personis. Et ita Pater assumpsit naturam humanam in Christo non constituit filij Dei personam, quatenus est persona, sed quatenus est persona humana. Et hoc intendit litera, quoniam ly humana, denominationē substantialem à natura hominis importat. Et quoniam filij Dei persona sic facta est persona humana, vt ipse filius Dei vere sit homo: ideo dixi, quòd denominatio ista non sic restringitur, quin verificetur etiam substantialis vniuocatio: persona siquidē verbi ita est humana, quod est etiā homo vniuocē cū re iquis hominib. Tanta est aūt excellentia incarnationis, vt nō possit vnica via aut ratione dici, sed oporteat multis vijs ac modis mysterii illius cognitionē qualemcumque inuestigare: & ideo nunc per denominationē, nunc per vniuocationem incedimus.

3. di. 5. q. ar. 2. cap. 2. pri. & 3. ca. to.

* Art. pri.

* q. 2. ar. & 2. cap. 2. pri. & 3. ca. to.

¶ *Super Quæstionis 3. Articulum 2.*

In tit. art. 2. nota oēs tres terminos: nam ly naturæ diuinæ, in hoc articulo sumitur, non vt significatur per modum naturæ tantum, vt significatur nomine Deitatis. sed etiam, vt sumitur per modum subsistentis in natura, vt sic, vt significatur nomine Dei seu Dei huius: ita quod appellatione naturæ diuinæ venit hoc in loco non solum deitas, sed Deus, & Deus hic. Nec hoc ego somnio, sed ex responsione ad tertium clare habeo, vt ibi declarabitur, & nunc supponatur, ita quod natura diuina sumitur hic, vt distinguitur contra personam simpliciter, hoc est secundum completam rationem personæ.

¶ Ly conueniat sumitur non de possibili, sed de facto: quā an natura possit assumere, in sequenti tractabitur articulo. sed an de facto verum sit, quod deitas, Deus, hic Deus assumpserit naturam, quæritur, vt patet ex responsione ad 3m, vbi dicitur, quod assumere cōuenit naturæ diuinæ ratione personæ verbi.

¶ Ly assumere, vniuoce sumitur, vt 1. terminatur ad vnionem personalem verbi, qualis descripta iam in antedictis est, vt ex responsione ad secundum iam allegata patet.

¶ Rursus aduerte, ꝙ quum ꝙritur hic, an naturæ diuinæ conueniat assumere intentio qōnis est, an sic cōueniat, quod possit vere dici, quod natura diuina assumpsit naturam humanā. Et in hoc clauditur, an naturæ diuinę conueniat assumere, vt quod assumit, ita ꝙ nō sufficit quæstioni dicere, quod natura diuina est, qua seu quo facta est assūptio: sed inquirimus an sic qđ, seu ꝙ assumpsit natura humanam. Hæc de titulo.

¶ In corp. artic. vnica est conclusio principalis. Naturæ cōuenit secundario assumere naturam. Probatur. Assumēs est principium, & terminus assumptionis: sed natura diuina est ſm se principium, & non ſm se, sed ratione personæ est terminus assumptionis. ergo natura diuina est secundario assumens. ſ. ad sui personam. Maior probatur ex eo, quod in verbo assumptionis importatur vtrumq; ſ. principium, & terminus assumptionis esse idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia virtute naturæ diuinæ assumptio facta est. quo ad secundam vero: quia esse terminum assumptionis conuenit primo personæ, vt patet ex præcedenti articulo. Vbi quia ēt dictum est, quod persona est etiam principium assumptionis, vt quod, ideo hic repetitur, quod proprijssime, & additur, quod primo conuenit personæ assumere. Secunda autem conclusio adiuncta propter clarificanda similia est, ꝙ natura diuina per hunc modum, scilicet secundario est incarnata: quia scilicet carnem ad sui personam assumpsit.

¶ In responsione ad 3m, quo ad omnes eius partes, nota pro sequenti articulo. Tria enim hic dicuntur, primum est de cōitate conuenientium naturæ diuinæ ſm se, vt distinguitur contra personam. Secundum de assumere, quod de facto ei con-

conuenit ratione verbi. Tertium de illa subiuncta causali, scilicet: & ideo illi soli personæ conuenit. Ad hæc enim in sequenti articulo recursus erit.

¶In responsione ad tertium eiusdem secundi articuli, aduerte quod quia argumentum ad hoc tendebat, quod naturæ diuinæ non conueniebat assumere ét vt principio assumptiõis, hoc est, vt principio, qđ assumere dr, quia natura habet rationem principii, vt quo, nõ vt quod & Auctor intendit quod naturæ diuinæ conueniat assumere in ratione principii non solũ quo, sed quod: ideo in hac responsione dicit, sicut quo ad esse, idem est in Deo quo & quod, ita quo ad agere. Et ideo natura diuina est quo Deus agit assumptionem, & quod agit illam: quia est ipse Deus agens, quod nihil aliud est, quam dicere, quia deitas hæc est hic Deus: hæc enim sunt abstracta, & concreta naturæ diuinæ singulariter significatæ. Vbi clare videre potes bene expositum fuisse titulum articuli. Habes quoque hinc sensum dictorum in corpore articuli de termino assumptionis, quum dicitur quod naturæ diuinæ non conuenit esse assumptionis terminum secundum se, sed ratione personæ. Nam hinc patet, & ex responsione ad secundum, quod appellatione personæ hic intelligitur tota persona simpliciter, & perfecte habens rationem personæ, vt est verbum Dei, & appellatione naturæ intelligitur, tam natura in abstracto, quam in concreto, tam deitas, quam Deus, tam hæc deitas, quam hic Deus. Habes enim hinc, quod ipse seu hic Deus, concurrit ad assumere, vt principium quod, & non, vt terminus, habes ex responsione ad secundum, quod ideo soli personæ verbi cõuenit assumere, vt termino: quia esse terminum assumptionis conuenit deitati ratione personæ verbi. Quod clarius? Restat igitur indubitata apud auctorem conclusio, quod per se primo terminus assumptionis in mysterio incarnationis est persona Verbi, vt sic, vt distinguitur contra naturam, & indiuiduum naturæ, & alias personas, hoc est, est verbum, vt distinguitur à deitate hac, & hoc Deo, & Patre, & Spiritusancto.

¶Quæstio non dissimulanda ex Duran in 3. sent. dist. 1. q. 2. occurrit, probante quod personæ diuinæ conuenit primo rõne essent e diuin: assumere terminatiue, ita quod ad vnionem personalem verbi cum natura humana non consequitur: sed præexigitur vnio naturæ diuinæ cũ natura humana. Præmittit autem suppositionem vnam. s. subsistere in diuinis, est vnicum, & absolutum, ac per hoc comperit omnib. personis diuinis ratione essentiæ, sicut cætera essentialia. Hanc autem suppositionem probat dupliciter. Primo ratione: quia persona diuina, per aliud formaliter est subsistẽs, & per aliud formaliter est suppositum: quia per essentiam, & nõ per proprietatem relatiuam est subsistens: & per proprietatem relatiuã est suppositum: quia subsistere dicit esse sm perfectissimum modum essendi perfectissimus autem modus essendi est in se existere non ad aliud esse: essentia autem facit formaliter in se existere, proprietas autem relatiua ad aliud esse. igitur subsistere in diuinis est per essentiam, & non per proprietatem relatiuam. Secundo auctoritate August. in 5. de Trin. Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis Deus? Probari quoque potest tertiò ad hominem, scilicet ad S. Thomam, quia apud ipsum in qde poten. q. 9. art. 5. ad 3. essentia diuina non habet subsistere à proprietatibus personalibus, sed econtra proprietates personales habent, quod subsistant ab essentia diuina. Hac igitur suppositione stãte probat Duran. intentum sic. Persona diuina per illud, quo subsistit, primo terminat dependentiam naturæ assumptæ: ergo ratione essentiæ diuinæ primo terminat. antecedens est per se notum. Consequentia autem ex suppositione probata patet: quia per essentiam diuinam, & non per proprietatem personalem subsistit. Et sic patet, quod terminare assumptionem, & vnionem primo conuenit naturæ diuinæ. Et directe sunt hæc contra doctrinam præsentis articuli, vbi expresse dicitur, quod esse terminum assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum se, sed ratione personæ.

humanam sicut, & Filius, quod est erroneum.

¶3. Præte. Assumere est agere: agere autem conuenit personæ, non naturæ, quæ magis significatur, ut principium, quo agẽs agit. Ergo assumere non conuenit naturæ.

SED CONTRA est, qp Augu. in lib. de Fide ad Pet. * Illa natura quæ semper genita manet ex Patre, idest, quæ est per generationem æternam accepta a Patre, naturam nostram a matre sine peccato suscepit.

RESPON. Dicẽdũ, qp sicut dictum est, * in uerbo assumptionis duo significantur, scilicet principium actionis, & terminus eius. Esse autem assumptionis principium, conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam: quia eius virtute assumptio facta est: sed esse terminum assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam, sed ratione personæ, in qua consideratur. Et ideo primo quidem, & propriissime persona dicitur assumere: secũdario autem potest dici, quod ét natura assumpsit naturam ad sui personam. Et secundum etiã hũc modũ dr natura incarnata,

¶Ad hanc quæstionem sic procedendum est, quod primo ostẽdendum est, quod subsistere in diuinis est essentiale & persona le sicut res: ita quod sicut tam essentia quàm persona quelibet est sm seipsam formaliter res, & simul non quatuor, sed tres res sunt, ita tam essentia, quàm persona quælibet est secundum seipsam formaliter subsistens, & simul non sunt quatuor, sed tres subsistentiæ. Deinde ad quęsitum deueniẽdũ est. Ad euidentiã autem primi nõ est ꝓcedendum ex significatione subsistentię, quam iste vel ille assignat: sed ex his, quæ ab omnibus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandũ reor, qp infra latitudinem substantiarũ semper sermonẽ hũc intelligendo, differentia manifesta inuenitur inter naturã etiã singularem, & subsistens in natura, in hoc, quod ratio naturæ etiam huius est pura ratio naturæ singularis: ratio vero subsistentis in natura est ratio habentis naturam illam, quod sub alijs verbis dicitur, natura est, vt quo, subsistens est, vt quod. Manifestatur differentia hæc inductiue in hac humanitate, & hoc homine, hac deitate, & hoc Deo, &c. Probaturque sic esse in re ex ipso incarnationis mysterio: in quo fatemur inueniri hanc humanitatem sine hoc homine proprio illi humanitati: quoniam non est ibi hic homo, nisi filius Dei. Ex hoc enim, quod huic humanitati nihil deest, nisi propria subsistentia, & nisi propriũ subsistens in hac humanitate, & constat quod non deest, nisi proprium habens illam humanitatem. manifeste patet quod ratio subsistentis in natura, & ratio habentis naturam, vna & eadem est. Inter substantiam autem diuinam, & creatas hæc est in proposito differentia, quod in creatis vnica tantum ratione, vnico tantum modo inuenitur habens naturam, scilicet vt hypostasis seu, vt prima substantia, quoniam in creaturis non est differentia inter indiuiduum naturæ, & primam substantiam seu hypostasim. Id Deo autem inuenitur duplici ratione, & modo habens naturam, scilicet habens naturam communiter, vt hic Deus: & habens naturam incommunicabiliter, vt patet: ac per hoc inuenitur subsistens in natura communiter, vt hic Deus: & subsistens in natura incommunicabiliter, vt quælibet diuina persona. Constat enim, quod hic Deus, vt sic, subsistit essentialiter, tam Pater autem, quàm Filius, & quàm Spiritussanctus, vt sic, subsistit personaliter: hic Deus subsistit formaliter deitate. Filius autem subsistit formaliter sua personalitate, quæ est ipsa filiatio. Alia ergo est ratio subsistendi huic Deo: & alia filio, sicut alia est ratio deitatis, & personalitatis, & similiter alius est modus subsistendi, quo hic Deus subsistit quoniam subsistit essentialiter, & communiter: & quo filius subsistit, quoniam subsistit personaliter, & incommunicabiliter.

¶Et ne quis me putet noua cudere, probatur ratione, & auctoritate, subsistere esse etiam personale in diuinis, & esse formaliter magis personale, quàm essentiale: quamuis radicaliter sit esse essentiale. Probantur singula. Quod subsistere sit personale, patet sic. Personalitas diuina est formaliter personale. ergo subsistentia. Tenet sequela alicuius personalitas non constitueret personam, sed relatiuum tantum: si enim paternitas non constituit ipsum quasi subiectum relationis paternæ, constat quod non constituit personam Patris, & si constituit personam Patris, constituit quasi subiectum paternæ relationis: ipsum autem quasi subiectum paternæ relationis constat esse substantiam indiuiduam, subsistentiam, hypostasim. Idem est ergo dicere, quod subsistentia non est personalis, & dicere quod personalitas non est personalis, quum personalitas subsistentia sit: quia constituere personam est constituere substantiam indiuiduam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data licentia impossibile est intelligere substantiam indiuiduam in natura intellectuali, & non intelligere subsistens in natura intellectuali. Constat autem luce clarius, quod ly Substantia indiuidua, loco cuius ponimus subsistens, importat formaliter personalitatem. claudit ergo personalitas in se formaliter

subsistentiam, nec oppositum est intelligibile. Et confirmatur: quia nisi esset Trinitas subsistentium, non esset Trinitas personarum: sed esset sola Trinitas relationum vt sic, hoc est secundum esse, & non secundum personalitates quod à fidei doctrina alienum est, confitente quod alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritussancti. Auctoritas ad hoc Auctoris est in prima parte, quæstione quadragesima, vbi dicit artic. 3. in corp proprietates personales non intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis quasi formæ subiecto præexistenti, sed ferunt secum ipsas hypostases: & in responsione ad secundum dicit, paternitate non solum est Pater, sed qs seu hypostasis. Quid clarius? Et in quæstione nona, de pot. Dei, articulo quarto dicit, persona diuina formali significatione significat distinctum subsistés in natura diuina.

* Li. 3. orth. fid. c. 6. ad fi.

Athanas. in symbo. suo fidei. Cyril. in có cil. Chal. ac. 1. post epi. Cyril. ad Ioan. epi. Antioc.

¶ Quòd autem subsistentia magis sit formaliter personale, quàm essentiale, ex duobus patet, primo, quia persona in communi in formali suo significato includit subsistens, vt Auctor expresse dicit in dicto articulo dictæ quæst. de potentia Dei, & patet ex definitione Boe. quia in recto significat substantiam individuam, hoc est substantiã primam, quam constat esse subsistens primum: natura autem in communi non significat subsistens. Secundo, ex eo, quod subsistens in natura diuina, vt subsistens, habet rationem personæ, quamuis incomplete ex eo namque quod etiam in natura diuina subsistens, quamuis communiter: induit quandam rationem personæ appropinquando ad rationem personæ, & habendo rationem personæ incomplete, signum habetur, qꝑ subsistere, quod habere rationem subsistentis magis conuenit formaliter personæ, quam naturæ. magis ergo est formaliter personale, quam essentiale. Notanter autem dixi formaliter: quia radicaliter constat diuinã essentiam habere primo rationem subsistentis: ita q si sic loqui licet personæ diuinæ mendicant subsistentiam ab essentia, & non econtra. Et secundũ hoc saluatur differentia inter Deũ, & creaturas, quod in creaturis natura mendicat subsistere ab hypostasi: non enim subsistit hæc humanitas nisi per hypostasim: in diuinis vero deitas seipsa subsistit. Et ideo paternitas constituit hypostasim paternam, quia est eadem deitati: ita quod ex deitate habet quasi originaliter seu radicaliter, ex ipsa autem formaliter, quod subsistat, quod constituat hypostasim, quod est constituere subsistens hypostatice.

¶ Ex his autem patet, quid dicendum ad Duran. quod suppositio. s. quodammodo est vera, & quodammodo falsa: quoniam subsistere non vno modo dr, sed essentialiter vel personaliter & si referatur ad subsistere essentia e, vera est: si autẽ ad personale, falsa est: sunt enim in diuinis tres subsistentiæ personales, sicut tres primæ substantiæ, sicut tres personæ.

¶ Ad rationem autem Durandi dicitur distinguendo, qꝑ persona diuina per aliud est subsistens essentialiter, quia per essentiam & per aliud suppositum, quia per proprietatem personalem, sed per hoc idem, & subsistens personaliter. subsistit eñ in persona, & essentialiter, quia est hic Deus, & personaliter, quia est hæc persona. Et quum dicitur, subsistere dicit esse secundum perfectissimum modum essendi, transeat, sed nõ valet, ergo non est per relationem diuinam, inquantum est forma personalis, sed bene valet, ergo non est per eã, inquantum est relatio, & similiter valet, ergo nõ per ad aliud se habere vt sic, cũ quo stat, quod sit per ad aliud se habere, vt est forma hypostatica. Similiter nihil obstat quod subsumitur, sed perfectissimus modus essendi est in se, non ad aliud, conceditur siquidẽ totum formaliter loquendo. Et dr, quod subsistere non dicit non quasi sit in carnem conuersa, sed quia naturã carnis assumpsit. Vnde Damascenus dicit, * Dicimus naturam Dei incarnatam esse, secundum B. Athanasium† & Cyrillum.*

Ad primvm ergo dicendũ, qꝑ ly se, est reciprocum, & refert idem suppositum. Natura autẽ diuina non differt supposito à persona Verbi: & ideo inquantum natura diuina sumit naturam humanam ad personã verbi, dr eã ad se sumere. Sed quãuis Pater sumat naturam humanam ad personam verbi, non tamen pp hoc sumit eam ad se: gã nõ est idem suppositum Patris & Verbi: & ideo non potest dici proprie, quod Pater assumat naturam humanam.

Ad secvndvm dicendum, qꝑ illud quod conuenit naturæ diuinæ f'm se, conuenit tribus personis: sicut bonitas, sapiẽtia, & huiusmodi. Sed assumere cõuenit ei ratione personæ verbi, sicut dictum est. * Et ideo soli illi personæ conuenit.

Ad tertivm dicẽdum, qꝑ sicut in Deo, d idem est quod est, & quo est: ita etiam in eo idẽ est quod agit, & quo agit: quia vnũ quodque agit, inquantum est ens. Vnde natura diuina est illud, quo Deus agit, & est ipse Deus agens.

Articvlvs III.

Vtrum abstracta personalitate per intellectum, natura possit assumere.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd abstracta personalitate per intellectũ, natura non possit assumere. Dictum est * enim, quòd naturæ conuenit assumere ratione personæ: modum essendi ad aliud, formaliter loquendo: cum quo stat, quod dicat modum essendi constitutum per ad aliud, non inquantum ad aliud, sed inquantum est forma hypostatica, vt latius in commentarijs primæ partis tractatum est.

¶ Ad auctoritatem August. dicitur, quòd sicut substantia individua, formaliter loquendo, non est ad aliud, sed ad se, & similiter persona nõ est ad aliud, sed ad se (nullus enim est persona aut substantia individua ad aliud) ita subsistens est ad se, & non ad aliud. Et hoc solum intendit Augustinus, vt patet ex discursu ipsius ex communibus Deo & creaturis. Et hoc est verissimum, vt patet exercendo hęc: nulla enim res dicitur substantia individua, aut hypostasis aut persona. aut subsistens, ad aliud. Sed sicut cum his stat, quòd gratia materiæ, substantia individua, & hypostasis, & persona in diuinis significat relationem non ad aliud, sed vt rem hypostaticam, ita stat quod subsistens, & subsistentia significet relationem, vt rem hypostaticam. Ad probationem ad hominem, tertiò allatam ex auctoritate Auctoris, iam dictum est.

In corp.

D. in

3. di. 5. q. art. 3.

Ar. præ

¶ Ex his quoque patet, quid dicendum sit ad rationem Durandi contra propositum: nam tota ratio consistit in hoc: per illud primo persona terminat dependentiam naturæ assumptæ per quod subsistit. Et ad hoc dicendum est iuxta dicta, quod si subsistit stat pro subsistere essentialiter, falsum assumitur: si autem stat pro subsistere personaliter, verum dicitur: sed arguens in primo sensu loquitur, & probat minorem eius: & ideo nihil contra Auctoris solidam doctrinam concludit. Et hæc responsio data est non faciendo difficultatem in verbo dependentiæ, quum Arguens dixit, terminat dependentiam naturæ assumptæ. quod ideo dico: quia dependentia non nisi inter causam, & effectum, vt sic, proprie saluari videtur: terminus autem assumptionis vt sic, nullam causalitatem ad naturam assumptam habet: alioquin tota Trinitas necessario esset terminus assumptionis: quia induita est causalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifestat, quòd persona diuina ratione proprietatis personalis (cuius non est secundum se causare) primo terminat assumptionem: & non ratione naturæ, cuius est secundum se causare. Nam & personæ diuinæ ratione proprietatis personalis conuenit per se primo terminare naturam usque adeo, vt etiam natura diuina interminata quodammodo sit secundum se, & ad proprietatem personalem vltimo terminetur: intelligimus enim hunc Deum quasi interminatum, donec determinemus Patrem aut Filium aut Spiritumsanctum. Ex hoc igitur, quod personalitas diuina ipsam naturam diuinam terminat, ostenditur quod Verbum ratione suæ personalitatis, primo terminat naturam assumptam: vt sic vna Verbi persona terminet duas naturas, diuinam scilicet, & humanam, sicut subsistit in duabus naturis, diuina scilicet, & humana, quamuis diuersimode. Omnia igitur consonant veritati doctrinæ articuli huius, dicentis quòd assumere terminatiue conuenit primo personæ, ita quod naturæ non conuenit nisi ratione personæ.

¶ *Super Quæstionis 3. Articulum tertium.*

Titulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, pertranseundus est. eo tamen pacto, vt post declarationem literæ amplius declaretur.

¶ In

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primò distinguitur, ac declaratur vnus terminus quæstionis. s. ly, abstracta Secundò, rndeē quæsito vnica conclusione. Distinctio duplex in litera ponit. Vna explicite de duplici modo, quo se habere potest intellectus ad diuina, vel cognoscendo Deum, sicuti est, uel cognoscendo Deū per modum ipsius intellectus. s. multipliciter & diuisim. Altera implicite de duplici abstractione, vel ex parte rei, vnde fit abstractio, vel ex parte intellect⁹ tm̄: prima. n. abstractio spectat ad primū modū cognoscendi rem. s. sicuti est: secunda aūt abstractio spectat ad ſm modū cognoscēdi rem. s. muluplicit & diuisim, quod in re vnū est. Iuxta primū membrū tam modi cognoscendi, q̄ abstractionis dr̄, q̄ est impossibile aliquid abstrahi ī Deo: qm̄ oīa sunt ibi vnū, saluadistinctione psonarum &c. Iuxta ſm modum tam cognitionis, quàm abstractionis dicitur, q̄ possibile est aliquid abstrahi ī Deo, quia potest cognosci vnum, non cognoscendo aliud, ut patet de attributis, & proprietatibus personalibus.

Art. 1. huius quæst.

¶ Nota hic, quòd primus modus cognitionis & abstractionis perspicietur impossibilis in diuinis, si videbis quare habet locum in creaturis, & in quibus. Quando enim in re inuenitur aliud & aliud esse siue in actu, siue in potentia, tunc inuenit abstractio ex parte rei: nam album ab homine, & econtra abstrahere possum ex parte rei, quia aliud est esse album, & aliud esse hominem. Formam quoque a materia. & econtra abstraho: quia aliud est materia aliud forma, aliud enim est corpus, aliud anima. Animal quoque à rationali, & econtra abstraho ex parte rei: quia aliud est esse animal, aliud est esse rationale, quāmuis in aliquo coincidant in vnam rem, & simile est de alijs huiusmodi iudicium. Et per oppositum si aliqua, quæ dicuntur plura, ita simpliciter coeant, vt nec actu, nec potētia distinctionem aliquam habeant, sed vna simplicissima res sit altioris ordinis æquiualens omnibus, non habet ibi locum abstractio ex parte rei: quoniam abstractio ex parte rei distinctionem aliquam ex parte rei pro fundamento ipsius exigit: alioquin ex parte rei non se tenet, cum abstractio distinctionem quandam ita includat, vt sine distinctione non sit intelligibilis. Eo namque ipso quod abstraho, distinguo, uel distinctionem suppono, & propterea si ex parte rei est abstractio, ex parte rei supponitur distinctio. Vnde, quia Deus est simplicissima res altissimi ordinis omnia præhabens in sua vnica re reali & formali, ideo nulla ibi ex parte rei potest fieri abstractio, salua tamen personarum distinctione Nec propterea censenda est fictitia abstractio ex parte intellectus tantum, quoniam talis abstractio licet non habeat in re distinctionem sibi correspondentem, habet tamen alterius rationis fundamentū in re, s. celsitudinem rei virtualiter præhabentis huiusmodi distinctionem. Et vt vnico verbo dicatur, abstractio ex parte rei & abstractio ex parte intellectus tantum differunt sicut effectus ex causa vniuoca, & ex causa æquiuoca, quoniam in prima, distinctio abstractionis est ex distinctione inuenta in re: in secunda vero distinctio abstractionis est, non ex distinctione inuenta in re, sed ex re virtualiter continente huiusmodi distinctionem. In nulla igitur huiusmodi abstractionum est mendacium, sed vtraque vere fulta, quamuis dissormiter ex parte rei.

¶ Et per hoc patet titulus articuli, sub quali abstractione ver titur in dubium, cum quæritur, an abstracta psonalitate &c. Patet enim, quod de abstractione ex parte intellectus tantum est quæstio, qm̄ personalitas & deitas nullo modo distinguuntur ex natura rei, sed est ibi vna simplicissima res, vnius in se simplicissimæ adeo excelsæ rōnis formalis, vt habeat formaliter & propria deitatis & propria psonalitatis & propria substantiæ & propria relationis: & propterea virtualiter dicitur continere talium distinctionem, quòd abusiue ab alijs vocatur distingui formaliter ex natura rei. Sed his omissis, & sobrie intellecta abstractione psonalitatis, quouis modo exprimatur, dupliciter potest titulus articuli huius intelligi. Primò, vt abstractio personalitatis fiat à Deo. Secundò, vt abstractio personalitatis nō fiat à Deo, sed ab actu incarnationis etiam terminatiue. Si. n. psonalitas abstrahi intelligitur à Deo, sensus est, an si Deus nō haberet personalitatem, quam de facto habet, posset assumere, & precipue terminatiue. Si vero abstractio fiat solū ab actu incarnationis, sensus est, an existente Deo, sicut est. s. vno in substantia & trino in personis, possit hic Deus, inquantum hic Deus ſm se, non ratione Patris, aut Filij, aut Spiritussancti assumere, hoc est, & facere, & terminare assumptionem. Et in primo quidem sensu communiter à doctoribus tractari vī, & ab auctore hic tractatur: in secundo autem tangi quidem inuenio à Auctore aliquālite, sed ordinate discuti, minime. Absoluenda igitur est quæstio hæc, primū in primo sensu, prosequendo expositionem literæ: & deinde in secundo tractanda est sensu Hæc de primo.

P. p. q. 30. ar. 2.

¶ Quò ad ſm, conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Abstracta secundo modo personalitate, possumus intelligere naturam diuinam assumentem. Hæc conclusio non aliter probatur in litera: quia soluendo obiectiones in responsionibus argumentorum sufficienter manifestatur.

¶ In responsione ad primum dubium, nouitiorum occurrit circa illud, Erit aliquid subsistens, & per consequens persona: quia non valet consequentia, In natura intellectuali est subsistens. ergo persona, vt patet ex antedictis: nam hic Deus est subsistens in natura intellectuali: & tamen non est persona.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ in litera non infertur ex subsistentia personalitas: sed ex subsistentia circunscriptis alijs infertur personalitas Hæc autem illatio optima est: quoniam circunscriptis alijs subsistens in natura intellectuali est incommunicabile, ac per hoc persona: ita quòd circumscriptio sic accipienda est, vt apponat incōmunicabilitatem. Et hoc clarius in responsione ad secundum patebit nunc nunc.

¶ In responsione ad secundum, dubium simile præcedenti occurrit circa illud, Circumscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu vna personalitas Dei, vt Iudæi intelligunt. Quoniam videtur hoc esse falsum: quia abstrahentium non est mendacium, constat autem in Deo non esse quatuor personalitates, vnam. s. absolutam, & tres relatiuas, vt abstractis tribus personalitatibus, remaneat quarta: sed esse tres tantum, quibus abstractis nulla remanet personalitas, nisi chimerica. Falsum ergo est, quòd abstractis per intellectum personalitatibus Patris & Filij & Spiritussancti, remaneat vna personalitas: sed remanet tantum hic Deus subsistens, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ dupliciter contingit abstrahere sine mendacio. Vno modo, considerando id quod de facto est: aut intelligitur in re post abstractionē, sic vt abstrahendo naturalitatē à quanto, consideramus quid conuenit quāto, & hoc modo abstractis psonalitatib. trium personarum à Deo, non remanet intelligenda in Deo psonalitas, sed subsistentia: quia solum remanet hic Deus, vt optime argumentum concludit. Alio modo considerando id, quod consequenter esset aut intelligeretur ex abstractione: sicut in exemplo dato dicimus, q̄ sphæra tangeret ſm rem planum in puncto, quod nunc de facto non videtur possibile cum hæc res non inueniantur, & q̄ quantumcumque quantum diuide retur, actualiter semper remaneret idem numero, quod modo constat esse impossibile: quia saltem resolueretur incontinens. Et hoc modo abstractis

ſtractis perſonalitatib. trium perſonarū à Deo, remaneret vna perſonalitas: quia. ſ. ſi non eſſent in Deo ꝓſonalitates trium perſonarū, eſſentia diuina eſſet vna tm̄ perſona abſoluta, vt iudæi & philoſophi intelligunt, & hoc intendit auctor in litera. Et ad euitandum mendacium, in talib. abſtractionib. nō oportet reſpicere ad veritatem eius, quod in re eſt, ſed ad veritatē eius, quod eſſet, hoc eſt ad veritatē conditionalis ſuper abſtractione fundatæ, puta, ſi quantum eſſet ſine naturalitate &c. ſi diuina natura eſſet ſine Trinitate ꝓſonarum &c. & ſic de ſimilib. Veritas n. huiuſmodi cōditionalium fugat mēdacium ab abſtractione. Et diligentius ſi cōtēplatus fueris verba literæ in rñſione ad primū, ſuenies ob dictū duplicem modū remanendi poſt abſtractionē, ſ. de facto, vel conſequēter, dictū eſſe ſub diſiūctione, bis remanere in diuinis ſubſiſtens vel perſonam abſtractis perſonalitatib de facto enim remanet ſubſiſtens: conſequenter autem remaneret perſona vna.

D.1081.

tur ſolum relationib. quas oportet eſse ſimul. Alio modo ſe hēt intellectus ad diuina, non qdē quaſi cognoſcens Deum ut eſt: ſed per modum ſum. ſ. multipliciter & diuiſim, id quod in Deo eſt unū. Et per hūc modū pōt itellectus nr̄ intelligere bonitatē, & ſapientiam diuinam, & alia huiuſmodi, quæ dr̄ eſſentialia attributa, nō intellecta paternitate uel filiatione, que dicuntur perſonalitates. Et ſm̄ hoc abſtracta perſonalitate per intellectum poſſumus adhuc itelligere naturam aſſumentem.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ quia in diuinis idem [d] eſt quo eſt, & quod eſt, quicquid corū, q̄ attribuunt Deo in abſtracto, ſm̄ ſe cōſideretur alijs circum-

¶ In reſponſione ad tertium dubium occurrit, quid intelligit auctor nomine abſtractionis per modum reſolutionis Et eſt ratio dubij hinc inde ex hac met reſponſione: quoniam ex principio huius reſponſionis apparet, ꝙ abſtractio per modum reſolutionis eſt abſtractio, qua aut vniuerſale, à particularib. aut forma a materia abſtrahitur: quoniam hæc abſtractio eſt de qua locutus eſt auctor in 1. par. q. 40. ar. 3. cum dixit, abſtracta perſonalitate nihil manere, quā hic arguendo explicitè affert, & reſpondendo exponit, ꝙ verum dictum eſt, loquendo de abſtractione per modum reſolutionis. Ex calce autem huiuſmet reſponſionis apparet oppoſitum, dum dicitur, poteſt tm̄ aliquid eorum quæ dicuntur de Deo, intelligi ſine alio, non per modū reſolutionis Ex his. n. verbis clare hr̄, ꝙ abſtractio per modū reſolutionis non habet locum in Deo. Tunc ſic. Abſtractio per modum vniuerſalis & particularis, & ſimiliter per modum formæ & materiæ, habet locum in Deo: ſed abſtractio per modum reſolutionis non habet locum in Deo. ergo abſtractio per modum reſolutionis non eſt abſtractio, quia uniuerſale à particularibus, aut forma, à materia abſtrahitur. Aſſumptum probatur: quia ſecundum abſtractionem vniuerſalis à particularibus, Deus abſtrahit a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, vt ibidem auctor dicit, & ſecundum abſtractionem formæ à materia, communis ſpiratio abſtrahit à patre. Vnde abſtractis perſonis, remanet Deus, & abſtracta communi ſpiratione, remanet perſona patris, quamuis ſecundum neutram abſtractionem abſtractis perſonalibus proprietatibus remaneat hypoſtaſis, vt ibi dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſermo literæ huius formaliter eſt intelligendus de abſtractione reſolutiua, & non de hac vel illa ſpecie abſtractionis reſolutiuæ. Pro cuius intellectu conſiderandum eſt, ꝙ quia reſolutio cōpoſitioni opponitur, cuius ſignū eſt, ꝙ vnaquæque res in ea reſoluitur, ex quib. compoſita eſt, & quod vltimum in reſolutione primum in compoſitione dr̄: ideo vbi nulla eſt compoſitio rerum vel intellectuum, ibi nulla reſolutio formaliter, & proprie loquendo, locum habet. Compoſitionem autem intellectuum, dico, non ex parte intellectus tm̄ multipliciter intelligentis ſimpliciſsimum, ſed ex parte rei, qualis eſt compoſitio ex genere, & differentia, vbi non rerum, ſed rationum compoſitio eſt, ex parte tamen rei: natura ſiquidē generis alia eſt à natura differentiæ. vnde & ſeparatæ inueniuntur, quāmuis in vnam rem coeant, & propterea ex natura rei orit diſtinctio & compoſitio intellectuum generis & differentiæ, & conſequenter reſolutio, ita quod abſtractio reſolutiua continet ſub ſe abſtractionem generis à differencijs, & vniuerſalis à particularibus, & formæ à materia: qm̄ in omnibus his proprie ſumptis inuenitur compoſitio & reſolutio rerum, vel intellectuum ex parte rei. Et quoniam in Deo nulla eſt compoſitio ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem ex parte rei ideo optime in litera dicitur, ꝙ in Deo non habet locum abſtractio reſolutiua: ita ꝙ hoc qđ in calce huius rñſionis dr̄, eſt illudmet, quod dictum eſt in principio corporis huius articuli, q̄ intelligendo Deum, ſicuti eſt, non habet in eo locū abſtractio. In cuius ſignum in calce huius rñſionis cōtraponitur id, quod in corpore articuli contrapoſitum eſt ſ. abſtrahere ex parte intellectus tm̄, multipliciter & diuiſim intelligētis quod ſimplex eſt.

¶ Ad id aūt qđ obijcitur ex prima parte, dr̄ ꝙ auctor hic loquitur de illa abſtractione, de qua ibi locutus eſt: ſed aliter, quia ibi locutus eſt de ſpeciebus abſtractionis reſolutiuæ. ſ. vniuerſalis à particularib. & formæ à materia, hic loquitur de ipſis in ſuo genere. ſ. abſtractione reſolutiua. Rurſus ibi negat remanere ꝑſonas admittendo in illa materia abſtractionem non reſolutiuam, ſed quaſi ad modum reſolutiuarum: quoniam expreſsè ibi dicitur, quòd ibi nec vniuerſale, nec particulare, nec forma, nec materia inuenitur &c. hic negat non ſolum in illa materia, ſed totaliter in diuinis habere locum abſtractionem reſolutiuam proprie & formaliter ſumptam. Quæ conſtat non obſtare, ſi non reſolutiua abſtractio proprie & formaliter, ſed ad modum, ad imitationem reſolutiuæ abſtractionis, in diuinis admittitur abſtractio & uniuerſalis à particularibus & formæ à materia: vtraque enim ſic admiſſa continetur ſub abſtractione non reſolutiua, ſed ex parte intellectus tantum. Vnde omnia conſonant, & hæc de quæſtione hac in primo ſenſu.

¶ In ſecundo autem ſenſu, an ſ. abſtractis perſonalitatibus ab actu incarnationis poſſet natura diuina aſſumere humanam, prænotanda ſunt duo. Primum eſt ꝙ iſta abſtractio intelligitur quo ad hoc tantum, quod eſt eſſe per ſe primo terminum aſſumptionis, ita ꝙ quemadmodum in cauſando abſtrahimus de facto a perſonis, non ſimpliciter, ſed tanquam a per ſe primo ratione cauſandi (qm̄ induiſa ſunt opera Trinitatis, & diuinæ perſonæ cauſant per ſe primo, inquantum ſunt hic Deus, quia cauſant ꝑ ſe primo rōne naturæ) ita ſtando in iſta hypotheſi, abſtractio fieret a ꝑ ſe primo terminare aſſumptionē, vt ſ. ꝓſonæ nō ſm̄ ſe, ſed rōne ſubſiſtētis naturæ, hoc eſt inquantum ſunt hic Deus, ꝑ ſe primo terminarent aſſumptionē: ſicut de facto per ſe primo illam cauſant, inquantum ſunt hic Deus.

¶ Secundum eſt, ꝙ diſputatio & deciſio quæſtionis iuxta hūc ſenſum, non debet egredi ad aliquam conditionem, quæ de facto non remanet in Deo ſtante huiuſmodi abſtractione, ſed cōſequenter eſſet, vt in priori ſenſu conceſſum eſt, & debet ſtare infra limites earum conditionum, quæ in Deo remanere de facto intelliguntur, ſtante huiuſmodi abſtractione. Et propterea quia abſtrahendo perſonalitates a per ſe primo terminare aſſumptionem, non remanet perſonalitas per ſe primo terminās, ſed remanet ſubſiſtentia naturæ per ſe primo terminans, remanet hic Deus per ſe primo terminans: ſicut modo de facto, hic Deus eſt per ſe primo cauſans. & rurſus quia perſonalitates non abſtrahunt à ſecundario terminare aſſumptionem, ſicut nec modo abſtrahunt à ſecundario, hoc eſt per naturam cauſare: quoniam oporteret perſonas per naturam terminare, ſicut oportet modo per naturam cauſare: ideo ſecundum hoc procedendum eſt. Et dicendum eſt, quòd Deus poſſet aſſumere naturam humanam, & terminaretur tunc iſta aſſumptio per ſe primo non ad naturam diuinam, ut ſic: ſed ad individuum naturæ diuinæ, hoc eſt ad ſubſiſtens in diuina natura, hoc eſt ad hunc Deum. Conſtat enim tantam eſſe differentiam inter diuinam naturam, vt naturam, & ſubſiſtens in natura diuina, vt deitas nec genita, nec generans ſit in myſterio Trinitatis, Deus autem ſit generans & genitus, & a fortiori in myſterio incarnationis ſubſiſtens, vt ſubſiſtens terminaret, & non natura vt natura. Et quoniam ſubſiſtens in natura diuina habet rationem hypoſtaſis ſeu perſonæ, incomplete tamen, vt patet ex

ſuperius

superius dicti: ideo si hic Deus primo terminasset assumptionē, esset unio non in natura, sed in persona seu hypostasi, cōplete tñ quò ad p se primo terminū. Qđ ideo addo, quia quò ad secundariū terminū esset ét vnio in pſona complete. nam sicut hic Deus non inuenitur nisi Pr & Filius & Spiritussanctus: ita tūc hic Deo homo non inueniretur nisi Pater & Filius & Spiritussanctus. Sicut enim nūc quicquid conuenit huic Deo ſm se, cōuenit Patri & Filio & Spiritusſancto: ita tunc esse hominem, quia cōueniret huic Deo ſm se, hoc est non ratione trium personarum, conueniret cuilibet personæ diuinæ. Vt utendo hac ratione habere hoc potes ab auctore in art. 2. huius q. in responsione ad secundū, & sic vnio terminata per se primo ad hunc Deum, terminaretur secundario ad omnes & singulas personas diuinas, ac per hoc cōsiderato utroque termino. s. primario & secundario humanæ naturæ assumptæ pſonalitas ꝓpria, qua careret, suppleretur perfecte quò ad perfectam rationē personalitatis, qualem suppletionem non faceret primarius terminus assumptionis secundum se. Quocirca tam assumptio, quam vnio huiusmodi si fieret, non esset omnino eiusdem rationis cū assumptione & vnione, quæ facta est: esset enim p se primo ad ſubsistēs commune: quæ vero facta est per se primo ad ſubsistens, incommunicabile esset per se primo ad personā incomplete, quamuis excellentiorem omni persona creata, quæ facta est per se primo ad personam complete & iam excellentiorem omni persona creata esset secundario ad omnes personas Trinitatis, quæ facta est ita per se primo ad vnam illarum, s. uerbum, quòd nullo modo ad alias duas. Esset tamen eiusdem rationis aliqualiter, hoc est quò ad hoc, ꝙ esset unio similis vnioni in persona, & iudicanda ſm dicta de unione in persona, complete tamen. Et ad ostendendam hanc identitatē rationis in vtraque vnione, ſ si fiat ad ſubsistens in natura diuina, & si fiat per se primo ad personam Auctor in litera presentis art disiunctiue bis dixit ſubsistentiam uel personalitatem, & superius in q. 2. ut ibi expositum est, vius est hypostasis, suppositi, & personæ nomine communiter ad personam complete & incomplete. Vnde nullam video in hac materia dissensionem inter Auctoris doctrinam & Scot. in 3. senten. dist. q. 2. Cauendus tamen uidetur in re hac Duran. ibidem, quæst. 4. non ut contrarius nobis, sed ut contrarius veritati, & ignorans propriam vocem, aut abutens uocabulis. Veritati quidem contrarius pro quanto negat sequi stante hac hypothesi, omnes personas. s. Patrem & Filium & Spiritumsanctum incarnatas, quia erroneum est vnam personam non posse incarnari sine alia. Nescio unde iste somniauit errorem hunc, stante illa hypothesi, cum euidenter pateat, quòd stante positione ista, oporteret personas diuinas ita concurrere ad incarnationem terminando mediante natura, sicut modo concurrunt causando illam mediante natura: Sed contra stat modo verum simpliciter, & absolute esse, ꝙ Pater causauit assumptionem illam, & similiter Filius causauit, & similiter Spiritussanctus causauit: quia causant illam inquantū sunt hic Deus. ergo tunc esset similiter verum simpliciter, quòd Pater & Filius & Spiritussanctus terminarent assumptionem illam, & consequēter quia causarent & terminarent, uere ac necessario dicerentur incarnati. Quomodo autē vocabulis abutatur, aut propriam vocem ignoret, non est præsentis propositi ostendere, vbi nō arguendi alios, sed exponendi D. Tho. prouincia assumpta est, ad ueritatis notitiam capessendam, sat sit cautum reddidisse lectorem.

Ca. 2. par. 1. a medio, & ante med.

Art. 1. huius quæst.

¶ *Super Quæstionis 3. Articulum quartum.*

Art. 1. huius quæst.

TItulus intelligēdus est vt sonat scilicet, ut de una pſona persecutur assumere, & de alia non. ¶ In corpore articuli nō ponitur formaliter, sed elicitiue cōclusio responsiua nā in corpore non hr ni si ista conclusio. Vna persona potest assumere sine alia, non quò ad operationē, sed quò ad terminū. Ex qua tamen hr ista vera simpliciter, una persona potest assumere sine alia assumente. Et hanc principaliter intēdit auctor. Pro hac ergo in litera conclusio posita primo manifestatur, quare duas partes habet, quia assumptio importat duo, s. operationem & terminum. Secundò probatur, quò ad partem negatiuam, scilicet non quò ad operationem: quia actus assumentis sit unitive diuina communis tribus personis. Tertiò probatur, quò ad partem affirmatiuam, scilicet quò ad terminum: quia terminus est persona. Quarto manifestatur tota conclusio: quia tres personæ fecerunt naturam uniri uni personæ. Ex hac autem conclusiones & eius probatione manifeste sequitur principaliter intenta conclusio tacita. nam ex eo quod assumere importat utrumque, scilicet operationem & terminum, oportet utrumque inueniri in illo, de quo uere enuntiandum est assumere & non alterum tantum. Et quia in nulla persona diuina inuenitur vtrumque, nisi in una tantum: ideo uni personæ conuenit assumere sine alia assumente.

Art. 1. huius quæst.

¶ In responsione ad primum perspice doctrinam datam in præcedenti articulo de quæstione nouiter mota, consonam esse auctori hic dicenti quòd ratio illa, scilicet sicut essentia est communis &c. procedit ex parte operationis, & subiungenti, & sequeretur conclusio, si solam illam operationem importaret assumptio absque termino, qui est persona. Vnde habes, quod si assumptio non importaret personam pro termino, quod assumptio esset communis tribus personis: sed in hypostasi seu abit actione posita, assumptio non importaret personam pro per se primo termino (de tali enim termino sermo est) sed hunc Deum. igitur in tali casu assumptio communis esset tribus personis secundum auctoris doctrinam.

¶ Super

In corp. ar.

3. dist. q. 3. ar. 1.

Enchir. 38. a medio.

lib. 3. Orth. fidei c. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum vna persona possit sine alia naturam creatam assumere.

AD QVARTVM sic procedit. Vī ꝙ una persona nō possit assumere naturam creatam, alia non assumente. Indiuisa. n. sunt opera Trinitatis, ut dicit Aug. * in Enchir. sicut aūt triū personarum est una essentia, ita & una operatio: sed assumere est operatio quædam. ergo non potest conuenire uni personæ diuinæ, quin conueniat alij.

¶ 2 Pret. Sicut dicimus personam filij incarnatā, ita & naturam: tota enim diuina natura in una suarum hypostasum incarnata est, ut dicit Damas. in 3. lib. * sed natura cōis est tribus personis. ergo & assumptio.

¶ 3 Pret. Sicut humana natura in Christo assumpta est à Deo, ita etiam & homines per gratiam assumuntur ab ipso, ſm illud Rom. 14. Deus illū assumpsit: sed hęc assumptio communiter pertinet ad omnes personas. ergo & prima.

SED CONTRA est, quod Dionys. 2. c. de diui. no. * incarnationis mysterium dicit pertinere ad discretam theologiam, ſm quā scilicet aliquid distinctim dicitur de diuinis personis.

RESPON. Dicēdum, ꝙ sicut dictum est, * assumptio duo importat, s. actum assumentis, & terminū assumptionis. Actus autem assumentis procedit ex diuina uirtute, quę cōis est tribus personis: sed terminus assumptionis est pſona, sicut dictum est: * & ideo id quod est actionis in assumptione, cōe est trib. personis: sed id quod pertinet ad rōnem termini, conuenit ita uni pſonę, ꝙ nō alij. Tres. n. personę fecerunt, ut humana natura uniretur uni pſonę filij.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd ratio illa procedit ex parte operationis. Et sequeretur cōclusio, si solam illam operationem importaret absque termino, qui est persona.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ natura dicitur incarnata, sicut & assumens ratione personæ, ad quam terminata est unio, sicut dictum est, * non autem prout est communis tribus personis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata: non quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest perfectione diuinę naturę, personę incarnatę.

¶ *Super Quæstionis 3. Articulum quintum.*

TItulus clarꝰ est, nihil aliud apponendo, quam titulus sonet. quod dico, quia non quæritur, an simul potuerit alia persona eandem naturam assumere, sed simpliciter, an potuerit assumere: ad quod uerificandum nō requiritur simultas: sed sufficit, quod sicut solus filius est incarnatus, ita solus Pater fuisset incarnatus, aut solus Spiritussanctus.

Art. 2. huius quæst.

¶ In corpore articuli unica est cōclusio responsiua quæsito affirmatiue. Pater uel Spiritussanctus potuit carnem assumere, sicut & Filius. Probatur. diuina uirtus potuit naturam humanam unire personę Patris uel Spiritussancti, sicut uniuit eam personæ Filij. ergo Pater uel Spiritussanctus potuit carnem assumere. Antecedens probatur syllogistice, Virtus indifferenter se habens ad plura, potest ad quodlibet eorum suam actionem terminare: sed virtus diuina indifferenter se habet ad omnes personas. ergo. Maior manifestatur ex potentia rationali: Minor uero & ex parte uirtutis, quia uirtus diuina communiter & indifferenter se habet ad omnes personas: & ex parte personarum, quia communis ratio personalitatis omnium personarum eadem est, hoc est unius est rationis: quoniam quælibet diuina persona est persona diuina hac ratione, quia subsistit incommunicabiliter in diuina natura: licet proprietates personales, quibus subsistunt, sint distinctę: sicut quilibet homo una & eadem ratione est persona: quia scilicet subsistit in natura humana, quamuis alia sit personalitas mea & alia illius. Consequētia autem probatur: quia cum assumptio duo importat. ipsum actū assumentis, & terminū assumptionis: principiū aūt actus est uirtus diuina; terminus aūt est persona. Virtꝰ autem diuina cōiter & indifferenter se habet ad oēs personas: eadem etiam est cōis rō personalitatis in tribus personis, licet proprietates personales sint differentes. Q̄cumque aūt uirtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest ad quodlibet eorū suam actionem terminare: sicut patet in potētijs rationalib. quę se habent ad oppositа, quorum utrunque agere pōt. Sic ergo di uina uirtus potuit naturam humanam unire personę Patris uel Spiritussancti, sicut uniuit eā personę Filij: & ideo dicēdū, ꝙ Pr̄ uel Spiritussanctus potuit carnem assumere, sicut & filius.

3. dist. 1. q. 2. ar. 3.

P. p. q. 43. ar. 4. & q. 22. ar. 3.

Art. 1. huius quæst.

Ad primum ergo dicēdum, quòd filiatio tpalis, qua Christꝰ dr̄ filius hominis, non cōstituit personam ipsius, sicut filiatio æterna: sed est quiddā cōsequēs natiuitatem tpalem. Vnde si p hunc modum nomen filiationis ad Patrē uel Spiritūsanctū transferretur, nulla sequeretur confusio diuinarum pſonarū.

Ad secundum dicendū, ꝙ filiatio adoptiua est quędā participata similitudo filiationis naturalis: sed fit in nobis appropriate à patre, qui est principiū naturalis filiationis, & per donū Spiritussancti, qui est amor Patris & Filij, secundū illud Gal. 4. Misit Deus spiritū filij sui in corda nostra clamantem, Abba, pr̄: & ideo sicut filio ĩcarnato, adoptiuam filiationem recipimus ab eo, tanquam à principio naturalis filiationis, & à Spiritusancto tanquàm à nexu cōmuni Patris & Filij.

Ad tertium dicēdū, ꝙ patri conuenit esse innascibilē scdm natiuitatem ęternam, quod nō excluderet natiuitas tpalis. Mitti autem dicitur filius Dei secūdum incarnationem, eo quòd est ab alio, sine quoĩcarnatio nō sufficeret ad rationē missionis.

Articulus VI.

Vtrum plures personę diuinę possint assumere vnam numero naturam.

Ad sextum sic proceditur. Videtur quòd duæ personę diuinæ non possint assumere unam, & eandem numero naturam. Hoc enim supposito, aut essent unus homo uel plures: sed non plures: sicut enim una natura diuina in personis plurib. nō patitur esse plures Deos, porter, scilicet actū & terminum, principium actus est uirtus diuina, terminus uero persona: ex hoc enim quod utrumq; concurrere posset in qualibet persona, antecedens dicit, consequens est quòd q̄libet persona potest assumere, quod conclusio dicit. Vbi nota, quòd hoc, quod pro probatione consequentiæ ex principio corporis articuli allatum est, potest aliter introduci, ut scilicet uelut suppositio quædam mōstrans requisita ad posse assumere, & ad quæ resolui oportet potentem assumere, scilicet in uirtutem diuinam & personalitatem. Et sic formatur syllogismus, ut supra ad probandum antecedens, & consequentia relinquitur per se notā.

3. dist. 4. ar. 4.

¶ *Super Quæstionis 1. Articulum sextum.*

TItulus articuli ex iam dictis patet intelligendus de personis diuinis secundum suas personalitates proprias, ut abinuicem distinguuntur; potest siquidem dupliciter ĩtelligi, an plures personæ diuinæ possint unam & eandem naturam assumere. Primò, loquendo de personis, ut conueniunt in natura diuina, hoc est secundū quòd sunt unus Deus, & in hoc sensu quæstio superius discussa est. & hic non quæritur. Secundò, loquēdo de personis, ut ab inuicem proprijs personalitatibus distinguuntur, ita quòd quælibet persona trahat naturam illam ad suam propriam personalitatem, sic ut non personetur in alia ex hoc quòd personatur in una, & econtra, sed personetur in una, ut distinguitur ab alia. Cuius oppositum accideret, si hic Deus primo incarnatus esset: qm̄ una & eadem ratione quælibet persona diceretur incarnata, ici-

ta,scilicet rõne indiuidui naturæ.Et vt vnico verbo dicatur,qõ hic est,an plures personæ possint vnam numero naturam assumere, vt per se primo diuersi termini assumptionis : sic enim non quælibet persona diuina, sed quælibet persona diuina assumens,per se primo terminaret assumptionem. Et ad hoc denotandũ auctor nõ quærit, an oẽs personæ diuinæ possint assumere sed an duæ, vt ex dualitate intelligãs, quòd non est termo de personis, vt conueniunt,sed vt distinguuntur,ac per hoc quælibet fit per se primo terminus assumptionis.

¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones. prima est,Nõ est impossibile diuinis personis, vt duæ vel tres assumãt vnã naturam humanam : secunda est, Esset tamen impossibile, vt assumerent vnam hypostasim, vel personam humanam. Probatur vtraque simul, ex vnione animæ & corporis in Christo,

Artic. huius quæst.

Dama.lib.3. c.3 & 4. Lib. 1.ex c. 11.12. & 13. collig. 10.3.

ita una natura humana in plurib.personis nõ patitur esse plures homines. Similiter ẽt non possent esse unus homo : quia unus homo est iste homo, qui demonstrat unam personam: & sic tolleretur distinctio triũ personarum diuinarum, quod est inconueniens.Nõ ergo duę aut tres personę possunt accipere vnam naturam humanam.

¶ 2 Præt. Assumptio terminat ad unitatẽ psonæ,ut dictũ est.* sed non est una persona Patris & Filij & Spiritussancti.ergo nõ possunt tres personæ assumere vnam naturam humanam.

¶ 3 Præt. Dama.† dicit in 3.lib. & Aug.in 1. de Trin. * quòd ex incarnatione filij Dei cõsequitur, quòd quicquid dr de filio Dei, dr de filio hominis, & ecõuerso.Si ergo tres personæ assumerent unam naturam humanã, sequeretur quòd quicquid dr de qualibet trium personarũ, diceretur de illo hoie: & econuerso, quæ dicerentur de illo homine, possent dici de qualibet trium personarũ. Sic ergo id quod est propriũ patris.f.generare filiũ ab æterno, diceret de illo hoie, & per consequens diceretur de filio Dei, quod est inconueniens.Nõ ergo est possibile, quòd tres psonę diuinæ assumant unã naturã humanã.

SED CONTRA, Persona incarnata subsistit in duab.naturis,diuina.s.& humana: sed tres psonę pñt subsistere in vna natura diuina.ergo etiam possunt subpossetsimul esse in alia persona creata vel increata:nõ minus enim terminat naturã & dependentiã eiusdem personalitas cuiuscunq; personæ diuinæ, quam terminaretur in se.igitur &c.

¶ Ad hanc Scoti rationem rñdendum est singula discutiendo, & sic etiam principalem materiam declarando. Maior igitur propositio assumpta a Scot. non est vera, nisi triplici quasi glossa subintellecta, prima est supra ly,depẽdentia,q; intelligatur de dependentia proprie.& hoc dico: qm dependentia propriẽ non inuenitur sine causalitate : quamuis enim aliquid sit alteri sine causalitate annexum, non tamen dependentia proprie inter illa est, vt patet iter correlatiua,quorum neutrum vt sic ab altero dependet in quocumque genere causæ, & inter diferẽtias diuisiuas ex opposito eiusdem generis,quarum neutra ab altera dependet : & tñ tam correlatiua, quam huiusmodi differentias simul esse oportet. Scotus autem dependentiæ nomine vtitur,& cum causalitate,vt patet.Et propterea si extenso nomine vrendo dependentia,Maior non est vera nisi apponatur altera glossa super ly , Non dependet, quod intelligatur de dependentia omnino eiusdem rationis,ita quòd sit dependentia eiusdem speciei specialissimæ, & in hoc totus cõsentit: & altera supra ly,Totaliter, quod intelligatur tam intensiue,quam extensiue: quoniam dato,quòd vnum terminaret totaliter intensiue, non propterea habetur quòd illud vnum terminaret totaliter extensiue. Exemplum, albi vt quatuor similitudinem terminat totaliter intensiue aliud album, vt quatuor, non tamen terminat totaliter extensiue . quia potest tertium poni simile . Oportet autem ad verificandam maiorem illam, hanc apponere glossam, alioquin non est vera de dependentia essentiali non causali:quoniã ex naturalis rationis lumine nulla apparet maior dependentia essentialis non causalis , quam ea,quæ est vnius relatiui ad proprium correlatiuum : quia definitur & essentialiter constituitur per esse aliud . Constat autem, q; vnum relatiuum sic essentialiter dependet ab vno totaliter intensiue terminante illud , quod non totaliter extensiue terminat illud,vt patet de duple & dimidio, & æquali & simili, & alijs huiusmodi : idem enim duplum eadem numero duplitate duplum est nõ solum ad A,dimidium,sed ad B,& C, & vnum æquale eadem numero æqualitate æquale est omnib. sibi æqualibus At si quis dicat Scotum tenere , quòd non eadem æqualitate vnum æquale est æquale omnibus, & propterea in sua via proportionem esse veram,facile objcitur,quòd ad concludendum aliquid impossibile, etiam per diuinam potentiam (vt nunc proceditur) non est ex opinatis,& refutatis ab alijs & communi schola peripateticorum procedendum, qualis est ista opinio ponens plura accidentia eiusdem rationis in eodem subiecto secundum idem . Negãda est igitur ista maior non acceptans dictam glossam.

¶ Ad probationem autem istius maioris pro quanto probat ipsam in essentiali causali , non oportet rñdere : quia vera ac bona videtur sm ordinem inditum causis & causatis , & disputatio nostra extra dependentiam causalem versatur.Sed cum subiungit Scotus,quòd ita etiam vt in omnibus dependentijs,quæ non sunt causatorum ad causas, respondetur quòd non est idem de veritate dependentijs iudicium, & patet instantia de dependentia vnius relatiui totaliter intensiue terminati ab vno, & tamen ab altero eiusdem rationis omnino terminabili. Et suffragatur huic rñsioni ratio : quoniam dependentia causalis ponit imperfectionem & indigentiam in causato, quæ si sublata totaliter est ab vna causa , implicat , q; remaneat indigens altera causa. Sed dependentia non causalis potest sine imperfectione & indigentia inueniri,vt patet in relatiui , quæ in diuinis sine omni imperfectione & indigentia inueniuntur , ac per hoc potest aliunde , puta , ex alterius conditione prouenire , quod etiam terminet quod iam termina-

tum

3.dist.14 ar. 4.

minatum ab alio est. Et sic est in proposito, ꝙ non ex eo ꝙ filius Dei imperfecte terminet personaliter naturam humanam, neq; ex eo ꝙ natura humana assumpta à filio Dei remaneat imperfecta personaliter prouenit, ꝙ pater possit ad illam ꝓpriã et personalitatẽ assumere, sed ex cõditione psonæ Patris, hoc est ex infinitate suæ sufficientiæ ꝓuenit, ꝙ etiã possit illammet personare.

¶ Ad confirmationẽ de accidẽte respectu pluriũ subiectorũ primorum, dr̃ primo ꝙ nulla apparet implicatio contradictionis, quod Deus accidenti alicui det vnitatẽ numeralẽ in se, & conseruando illã ponat illud accidẽs in pluribus subiectis primis ſm se, & ꝙ in tali casu neutrũ est ſe subiectũ primum extensiue, nisi ſm se, hoc est quantum est ex parte sui esset subiectum primũ extensiue, & daret vnitatẽ numeralem, sed diuina potentia aliter de facto operatur. Dicitur secundo, quòd dependentia accidentis à subiecto primo est dependẽtia causalis: est enim subiectum primum causa accidentis, vt patet, & ideo non confirmatur per hoc Maiorẽ illa quò ad dependentiam non causalem. Hæc de Maiore.

¶ Ad Minorem autem dr̃, quòd in ista vnione est dependẽtia essentialis, non causalis, ac per hoc non proprie dependentia. Sed transeundo hoc ad bonũ sensum, neganda sunt duo, primo ꝙ in ista vnione sit dependentia vnius omnino rationis, secundo quòd vna persona, puta Verbũ totaliter eã terminet intẽsiue & extensiue. Rõ primæ negationis est: quia personæ diuinæ personaliter sumptæ sunt quodammodo vnius & quodammodo diuersarum rõnum. nam ſm cõem rõnem personalitatis sunt vnius rationis, vt in præcedenti articulo patet: ſm vero ꝓprias rationes suarum personalitatum sunt diuersarum rationum: paternitas enim & filiatio & processio diuersarum sunt rationum. Constat aũt ex hoc, quòd humanitas Christi ita iuncta est Filio quod non Patri nec Spiritui ſancto, assumptionem terminari per se primo ad personalitatẽ Filij ſm sibi propriam rationem, alioquin terminaretur primo ad cõe Filio & patri & Spiritui ſancto. Concurrerent igitur diuinæ personæ ad assumptionem, vt ét sunt diuersarum inter se rationum. Et consequenter, naturam assumptam à Verbo vniri, & posse vniri alteri, Patri aut Spiritui ſancto, alterius est rõnis ab vniri Filio, & posse vniri Filio, ſi Arist. verum dixit 3. Phy. ꝙ posse ſanari & posse infirmari sunt diuersarum rõnum, alioquin ſanari & infirmari essent idem. Ex hoc igitur, ꝙ personalitates, quæ sunt termini vnionum, sunt diuersarum rõnũ, hr̃ ꝙ potentia obedientiæ qua natura assumpta potest vniri personæ Patris, alteri° est rationis ab illa qua vnita est Filio, & qua potest vniri Spiritui ſancto. Et consequenter hr̃, ꝙ in istis vnionib. non esset dependentia vnius rõnis simpliciter & absolute, vt arguens assumit, sed diuersarum rõnũ simpliciter propter diuersas rationes terminorum per se primorũ, vnius aũt rõnis ſm cõem rationem personalitatis? Ratio secundæ negationis iam patet, ꝙ licèt Filius totaliter intensiue terminet naturam humanam, & eius dependentiam ad personam, non tamen totaliter extensiue, nec secundum omnem obedientialem potentiam alterius rationis.

¶ Ad probationem minoris, cum dicitur, Personalitas creata totaliter terminaret ipſam, & illa stante non posset simul esse in alia persona creata vel increata, ergo personalitas increata, respondetur concedendo antecedens pro utraque parte, sed negando sequelam.

¶ Et ad probationem sequelæ, cum dr̃, quia non minus terminaret naturam & dependentiam eiusdem personalitas quæcũque diuinæ personæ, quã terminaretur in se, posset negari hoc quantum ad non minus extensiue. Verumtamen proprie loquẽdo, respondendum est, quòd non minus, sed alio modo & alia ratione terminat persona diuina, & ideo negatur ex hoc vltimo assumpto sequela, quoniam peccat ratio secundũ non causam vt causam. Non enim ideo quia minus terminet persona diuina, reliquit naturã adhuc assumptibilẽ, vt argumentum ponit: sed quia in alio modo & alia rõne terminat, ideo relinq; naturã assumptã adhuc assumptibilẽ ab alia ꝑsona diuina.

¶ Ad cuius clariorẽ perceptionẽ scito, ꝙ hæc humanitas, ſi ꝓpriam personalitatem haberet, modus habendi propriam ꝑsonam esset, quia ipſa humanitas esset principium constitutiuũ suæ personę: ex vnione. n. animę & corporis constitueretur nõ solum vna natura singularis, sed etiã vna persona: ratio quoq; habendi propriã ꝑsonã esset sua substantialis ac perfecta natura extra causas suas in rerũ natura sibi dimissa. Et quia hęc humanitas suapte natura non se extendere potest, nisi ad constituendã vnam ꝑsonã sibi propriam, & ꝑsonæ repugnat assumi ab alia persona i vnitate personali (interueniat siquidem hic manifesta impl.catio contradictoriorum) ideo hæc humanitas sic personatur ex propria persona in Sorte, quòd terminatur in illa intensiue & extensiue, nec potest stante illa vniri personaliter cum quacunque alia persona creata vel increata, quia essent duo contradictoria simul vera: essent enim vna persona, & non essent vna persona cum assumente, vt patet. Sed hęc humanitas alio modo, & alia rõne personatur per assumptionem: qm̃ non constituendo personam personatur, vt patet in humanitate Christi quæ ꝑsonatur ꝙ personam verbi, quæ non constituitur per illam humanitatem, sed fuit ab æterno. Et hinc prouenit dria inter hanc humanitatem personæam propria personalitate, & personatam personalitate Verbi, quòd illa remanet in se in assumptibilis, ista remanet i se assumptibilis: qm̃ illa nõ potest assumi stante sua personalitate, nisi assumeretur sua ꝑsonalitas, quæ non est assumptibilis, ista vero quia in aliena personalitate subsistit, potest assumi absque hoc, quòd illa aliena sibi appropriata ꝑsonalitas assumatur. Ex diuerso ergo modo terminandi, propria vel aliena ꝑsonalitate, patet quare natura personata propria personalitate non potest assumi, & quare personata aliena potest assumi: quia, ſ. per propriam terminat, constituendo illam, per alienam non cõstituendo illam. Diuersa quoque ratio est vtrobique terminandi. nam & diuina ꝑsona terminat ex sua infinitate, utpote aliena persona subsistens in alia natura (dictum est. n supra quòd proprium est diuinæ personæ ob sui infinitatẽ subsistere simul in diuersis naturis) & natura humana nõ naturali, sed obedientiæ potentia personat per alienam ꝑsonam: persona aũt Sortis non ex aliqua excellentia, sed ex naturali adæquatione terminat personaliter naturam suam, & econtra natura sua naturaliter est per illam adæquabilis personaliter. Et hinc ét prouenit, quòd cum quælibet persona diuina sit infinita, quælibet personare potest humanitatem hanc non ex indigentia naturæ (vt dictum est) sed ex sufficientia personæ potentis cõicare illi naturæ ét suam personalitatem. Ex his autem habes, quòd non solum dependentia huius humanitatis respectu singularum personarum diuinarum quò ad assumi, est diuersarum rationum inter se, sed etiã quòd dependentia seu terminatio huius humanitatis respectu diuinæ personæ, & respectu personæ propriæ, sunt diuersarum rationum, licet omnes conueniant in vna communi ratione termini, quia scilicet sunt ad personam. Ruit ergo à fundamentis vndique fabrica Scotica, & merito: quoniam hanc humanitatem personari simul à plurib. personis diuinis, nihil aliud est, quàm cõicare huic humanitati plures personalitates alienas infinitas, appropriando illas illi. Et per hæc patet, quare repugnat hanc humanitatem hr̃e simul plures personalitates creatas, aut creatam & increatam. quia ſ. vtrobique esset implicatio contradictoriorum, dum natura hæc in propria personalitate poneretur vna persona cum alia persona. Et non repugnat, hr̃e simul plures personalitates increatas: quia per hoc nõ ponitur, vnam personam assumi in vnitatem personalem alterius personæ. Et hæc pro nunc sufficiant de hac quæstione.

¶ In

q. 7. artic. 5. ad 1.

Est epist. 3. non multũ ante med. to. 2.

Li. 2. cu homo circa p

Lib. 6. c ante m to. 3.

¶ In eodem art. in calce corporis circa auctoritatem Anſelmi, aduerte, q̄ Duran. in 3. ſent. diſt. 1. q. 3. latenter arguit auctorē quaſi exponentem per ly vnum eundemque hominem, perſonam humanam, dicens contra hanc expoſitionem. Anſelmus concedit quòd vna perſona aſſumpſit hominem, & negat plures perſonas poſſe aſſumere vnū hoīem: non intelligitur igit̄ perſona p hāc. Sed qm̄ Durandus ipſe poſtmodū dicit Anſelmum dicere ſic, Impoſsibile eſt plures perſonas diuinas eſſe vnam perſonam cum vno eodemque hoīe, ex ipſomet conuincendus eſt. Anſelm⁹ volebat excludere aliquid quod poſsit ſub apparenti qōne cadere: nō pōt aūt aliter cadere ſub appareti qōne, quòd plures perſonæ diuinæ ſint vna perſona, niſi quia vnirent̄ in vna p̄ſona humana. Et ſic exponit auctor: non enim poteſt intelligi, q̄ ſint plures perſonæ diuinæ in vna perſona diuina: q̄a hoc ſtatim offert apparentē valde cōtradictionē. Exponēdo igitur ſentētiam Anſelmi, optime in in litera dictum eſt, ſiue præponatur ly vna perſona cū vno eodemque homine, ſiue non præponatur ly vna perſona & dicatur, Impoſsibile eſt aſſumere vnum eundemq; hominē: ſenſus. n. ſemper eſt idem. ſ. quòd impoſsibile eſt plures perſonas aſſumere vnam perſonam. Nec id quod obijcit Durand. obſtat, quia aliud eſt dicere, aſſumit hominem, & aliud, aſſumit vnum eundemque hominē. Nam prima propoſitio etſi eſt aliqualiter impropria, gloſſatur tamen, & intelligitur quò ad naturam, vt patet ex magiſtro in 3. ſent. diſt. 6. Secunda autem propter ly vnum eundēque trahitur ad individuum ſubſiſtēs in natura humana, quod conſtat eſſe ſuppoſitum: nullus enim vnus homo inuenitur in natura humana aſſumpta, niſi filius Dei.

¶ In eodem 6. art. in riſione ad primum aduerte diligēter verba auctoris, dūm hac poſitione facta dicit, q̄ tres perſonæ eſſent vnus homo, & tamen nō propterea eſſent vnus homo ſimpliciter. Dixit enim hæc ambo pp differentiam, quæ eſſet inter vnum Deum, & vnum hominem in tribus perſonis, qm̄ tres p̄ſonæ ſic ſunt vnus Deus, quòd ſunt vnus numero Deus, & eſt ibi vere vnus Deus ſimpliciter: ſed tres p̄ſonæ ſic eſſent vnus homo, q̄ non eſſent vnus numero homo: quia nullus eſſet ibi vnus numero homo cōmunis Patri & Filio & Spiritui ſancto: ſicut eſt vnus numero Deus communis Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Et ſimiliter non eſſet ibi vnus homo ſimpliciter: quia non eſſet homo vnus ſm naturam & perſonam, quam vnitatem importat vnus homo ſimpliciter: ſed eſſent tres homines numero in vna natura humana: quia eſſent plures perſonæ humanæ ſecundum vnam naturam humanam: ſed quoniam hoc ad vocabula ſpectat, parui refert, ſi ſcitur quid eſſet in re, qualitercumque exprimeretur.

¶ *Super Quæſtionis 3. Articulum ſeptimum.*

IN titulo art. 7. aduerte, q̄ iſtæ quæſtiones, quæ hic mouentur de poſſibili, non ideo mouentur, vt diſcutiatur Dei potentia: ſed vt exinde myſterium incarnationis factæ magis innoteſcat. Manifeſtatur ſiquidem ex his, quæ diſcutiendo has qōnes, dicuntur, qualis, quantus &c. eſt per ſe primo terminus incarnationis. ſ. perſona verbi, & qualis eſt huiuſmodi vnio ex reſpectu ad alias p̄ſonas, & naturas magis, ac magis explicat.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Perſona diuina præter naturam quam aſſumpſit, poteſt aliam numero naturam aſſumere. Vbi antequam afferatur probatio, nota quòd quia aſſumere principium & terminum aſſumptionis importat, ideo concluſio probatur primo ex parte principij, ſ. potentiæ diuinæ in diuina plena: ſecundo ex parte termini, ſ. perſonalitatis diuinæ. Vnde quò ad primū probat ſic. Quid poteſt in vnum, & nō in amplius, habet potentiā limitatā ad vnū: ſed potentia diuinæ perſonæ eſt infinita, nec limitabilis ad aliquid creatum. ergo. Quò ad ſm probatur ſic. Si nō poſſet aſſumere aliam naturam, ſequereſ q̄ perſonalitas diuinæ naturæ eſſet ita comprehenſa per vnam naturam, q̄ ad eius perſonalitatē alia aſſumi non poſſet: ſed hoc eſt impoſsibile, quia increatū a creato cōprehēdi non poteſt. ergo.

¶ Circa illam propoſitionē, Quod poteſt in vnum & non in amplius, habet potentiā limitatā ad vnū, aduerte, quòd eſt intelligenda formaliter. ſ. inquantū eſt ex parte potētiæ, in vnū & non in amplius: 3. diſt. 1. q. 2. ar. 5.

nam ſi aliunde proueniret, quòd poſſet in vnum & non in amplius, puta ex modo agendi, quia agit per modum naturę, quæ eſt determinata ad vnum, non argueret limitationem potētię: ſed ſi ex ipſa potentia eſt, quòd poſsit in vnum tantum limitationem in illa arguit: quoniam potentia, vt potentia, extendit ſe ad poſsibile, quod non comprehenditur vnitate, ita quod excludat multitudinem. Vnde in art. vlt. q. 41. in 1. par. dictum eſt, quòd non ex impotentia patris eſt, quòd vnus tātum filius genitus & generabilis in diuinis. Et quia hæc propoſitio procedit ex parte potentiæ, ideo ſimpliciter & abſolute aſſumpta eſt propoſitio illa.

¶ Circa probationem ex parte termini, nota diligentiſsime, auctorem habere pro inconuenienti ac impoſsibili, perſonam diuinam; vt terminum comprehendi à natura creata. Hoc. n. nihil aliud eſt dicere, quam docere (quod iam prælibauimus rīndendo Scoto) hoc q̄ perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione naturæ diuinæ, ſed eſt infinita in terminando ratione ſuæ perſonalitatis: incomprehenſibilitas ſiquidē increatæ perſonæ, vt termini à natura creata, vt aſſumpta nihil aliud ſignificat quam infinitatem in terminando increatę perſonæ. Et vt excellia Dei balbutiendo, vt poſſumus, reſonemus, dicendum eſt, q̄ infinitas diuina, vt eſt naturæ ſeu naturalis, conſtituit infinitum ens & infinitam cauſam: ut autē eſt perſonæ ſeu perſonalis, conſtituit infinitam perſonā vt ſic, quod claudit in ſe infinitam in terminando. Et ideo poteſt q̄libet diuina perſona ſubſiſtere nō ſolum in pluribus naturis. ſ. naturali & aſſumpta: ſed etiam in pluribus aſſumptis, & eadē ratione in infinitis, ſi infinitæ inuenirentur ſimul.

¶ In reſponſione ad primum perſpice, quòd conſiſtit in hoc, quòd natura ſubſtantiæ creatæ multiplicatur multiplicato ſuppoſito conſtituto per ipſam non autem multiplicato ſuppoſito non conſtituto per ipſam, vt patet in litera.

¶ In reſponſione ad ſecundum obiectio Scoti. 3. ſen. diſt. 1. q. 3. occurrit dicentis contra hoc, quòd ſequeretur quòd poſſemus dicere,

¶ Circa illam propoſitionē, Quod poteſt in vnum & non in amplius, habet potentiā limitatā ad vnū, aduerte, quòd eſt intelligenda formaliter. ſ. inquantū eſt ex parte potētiæ, in vnū & non in amplius: 3. diſt. 1. q. 2. ar. 5.

dicere, quòd plures personæ sunt plures dij. Probatur: Secundum hoc tale concretum habet vnitatem vel pluralitatem ex vnitate vel pluralitate suppositi.

Ar. præced. & ar. 2. huius q. & q. 2. ar. 2. & 3.

¶ Ad hoc dr. q̃ in litera non dr affirmatiue multiplicari cõcretum multiplicato suppositõ, vt argues forte accipit: sed ponitur vniuersalis regula negatiue, i. nunquam nomen ab aliqua forma impositũ pluraliter dr, nisi pp pluralitatẽ suppositorũ. Et ista regula est vera tam in cõcretis adiectiuis, quã substantiuis, tam substãtialibus, quam accidentalib. ita q̃ semp ad pluralitatẽ cõcretorum exigitur pluralitas suppositorum: sed cum hoc stat, q̃ pluralitas suppositorũ non sufficiat q̃nque, & exigitur etiã pluralitas formæ significatæ, vt de concretis substantiuis in

Lib. 3. Orth. fi. c. 7.

ar. 3. q. 39. 1. par. patet. Et propterea licet vnitas suppositi, optime inferat singularitatem concreti substantiui (quale est ly homo) non tñ multitudo suppositorũ infert pluralitatẽ nois substantiui. Et propterea non sequitur. ergo tres psonę sunt dij: nec, ergo tres psonæ homines in casu præcedẽtis articuli, vt in hac etiam litera dr: & tamen bene sequitur in casu huius articuli. ergo verbum Dei non est hoies, sed vn⁹ homo.

¶ In rñsione ad tertium perspice rõnẽ, quare præsentis articuli positione facta, hæc humana natura præassumpta non assumeret aliam naturã humanam, q̃ post assumeretur cũ qua tamen concurreret, in eandem numero personalitatẽ, & natura diuina assumeret quãcumque naturam humanam, quę vniretur personaliter verbo Dei. Ratio in quam est, quia filius Dei est sua deitas, nõ aũt est sua humanitas: hinc enim fit, ut cuicumque personaliter vnitur filius Dei per se primo, eidem secundario vnitatur, sumpta in mysterio incarnationis non habet aliud suppositũ præter suppositum personæ diuinæ, ut ex supradictis patet. * Si ergo ponatur esse una persona diuina assumẽs duas humanas naturas, esset unum suppositũ duarum naturarum eiusdẽ speciei, quod ur implicare contradictionem: non.n. natura unius speciei multiplicatur nisi secundum distinctionem suppositorum.

¶ 2 Pręt. Hac suppositione facta, non posset dici, q̃ persona diuina incarnata esset unus homo: quia non haberet unã naturam humanam. Similiter nõ posset dici, q̃ esset plures: quia plures homines sunt suppositi distincti, & ibi esset tantũ unum suppositum. ergo prædicta positio est omnino impossibilis.

¶ 3 Pręt. Incarnationis mysterio tota natura diuina est unita toti naturæ assumptæ, i. cuilibet parti eius: est.n. Christus perfectus Deus & perfectus homo, totus Deus & totus homo, ut Dam. * dicit in 3. lib. sed duę humanæ naturę non possent totaliter sibi inuicẽ vniri: quia oporteret q̃ anima unius esset unita corpori alterius, & quòd etiam duo corpora essent simul, quod confusionem induceret naturarum. Non ergo est possibile, quòd una persona diuina duas humanas naturas assumat.

Sed contra est, quod quicquid potest pater, potest filius: sed pater post incarnationem filij potest assumere naturã humanam aliam numero ab ea, quam filius assumpsit: in nullo enim per incarnationẽ filij est diminuta potentia patris, uel filij. ergo uidetur q̃ filius post incarnationem possit aliam humanam naturam assumere præter eam, quam assumpsit.

Respon. Dicendum, q̃ illud quod potest in vnum, & non in amplius, habet potentiam limitatam ad unum: potentia autẽ diuinæ personæ est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendum, q̃ persona diuina ita assumpserit unam naturam humanam, quòd non potuerit assumere aliam. Videretur enim ex hoc sequi, quòd personalitas diuinę naturæ esset ita comprehensa p unam naturam humanam, q̃ ad eius personalitatem alia assumi non possit: quod est impossibile: non enim increatum à creato comprehendi potest. Patet ergo q̃ siue consideremus personam diuinam secundum uirtutem, quæ est principium unionis, siue secundum suam personalitatem, quę est terminus unionis, oportet dicere, q̃ persona diuina præter naturam humanam, quã assumpsit, possit aliam numero naturam humanam assumere.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd natura creata perficitur in sua ratione per formam, quæ multiplicatur secundum diuisionem materiæ: & ideo si compositio materiæ & formæ constituat nouum suppositũ, consequens est, quòd natura multiplicetur secundum multiplicationem suppositorũ: sed in mysterio incarnationis vnio formę & materię, idest, animę & corporis, non constituit nouũ suppositum, ut supra dictum: * & ideo posset esse multitudo secundum numerum ex parte naturæ propter diuisionem materię absque distinctione suppositorum.

Ad secvndvm dicendum, quòd posset videri dicendum, quod prędicta positione facta sequeretur, quòd essent duo homines, ꝓpter duas naturas abiq; hoc, quòd essent ibi duo suppositа: sicut econuerso tres personæ dicerentur unus homo, propter unam naturam assumptam, ut supra dictum est: * sed hoc non uidetur esse uerum: quia nominibus est utendum secundum quòd sunt ad significandum impositа, quod quidem est ex consideratione eorum, quæ apud nos sunt: & ideo oportet circa modum significandi & consignificandi considerare ea, quæ apud nos sunt, in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Homo enim, qui est duobus uestimentis indutus, non dicitur duo uestiti, sed unus uestitus duobus uestimentis: & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliquis secundum duas qualitates. Natura autem assumpta quantum ad aliquid, se habet per modum indumenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia, ut supra dictum est: * & ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter unitatem suppositi, diceretur unus d homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem, quòd plures homines dicuntur vnus d populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo uno: non autem propter unitatem suppositi. Et similiter si duę personę diuinæ assumerent unam numero humanam naturam, dicerentur unus homo, ut supra dictum est, * non unitate suppositi, sed inquantum conueniunt in aliquo uno.

Ar. pręd. ad 1.

q. 2. arti. ad 1.

D. 249.

D. 358.

q. 2. arti. ad 1.

Ad tertivm dicendum, quòd diuina & humana natura non eodem ordine se habent ad unam personam diuinam, sed per prius comparatur ad ipsam diuina natura, utpote quæ est unum cum ea ab æterno: sed natura humana comparatur ad personam diuinam per posterius, utpote

Lib. 3.

potè assumpta ex tempore a diuina persona, nõ qui dem ad hoc, ꝙ natura sit ipsa persona, sed ꝙ persona in natura subsistat. filius enim Dei est sua deitas, sed non est sua humanitas: & ideo ad hoc, ꝙ natura humana assumatur a diuina persona, requiritur, ꝙ diuina natura unione personali uniatur toti naturæ assumptę, id est, secundum omnes partes eius: sed duarum naturarum assumptarum esset uniformis habitudo ad personam diuinam, nec una assumeret aliam. Vnde non oporteret, ꝙ una earum totaliter alteri uniretur, ideſt, omnes partes unius omnibus partibus alterius.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum octauum.*

Inf.q.39.a.8. 2. ad 3. & 3. el.1.q.2.ar.2. & 4.con. ca. 39.fin.& 42.

TItulus octaui artic. clarus est.
¶ In corpore una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Conuenientissimum fuit personam filii incarnari. Probatur tripliciter. Primo, ex parte unionis. Similia conuenienter uniuntur: persona filii, & humana natura tam secundũ communem creaturę rationem secundum quàm propriã rationem sunt similes. ergo. Minor quo ad primam partem, & probatur simpliciter, quia uerbum Dei est exemplaris similitudo omnis creaturæ: quia uerbum artificis est exemplaris similitudo eorum, q̃ fiunt ab artifice: & probatur, applicando ad deducendam conuenientiam incarnationis primo in cõmuni, quia artifex ꝑ conceptam formam, qua condidit restaurat collapsum. Secundo, in speciali ex tribus inuentis in dependentia creaturarum a uerbo. Primum est, participatio similitudinis exemplaris. Secundum, constitui in proprijs naturis. Tertium, modus, quòd mobiliter constant. Quibus conuenienter adiunguntur tria perfectiora, s. super participationẽ unionẽ participatiua, sed personalis, super cõstitutionem in propriis reparatio in diuinis. s. gratia, gloria, & uita cælestis, super mobilitatem, æterne, & immutabiliter uitam felicitatemque habere: quo ad secũdam uero partem probatur similiter primo similitudo simpliciter quo ad duo se haben

Lib.3.c.1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fuerit magis conueniens, ꝙ persona filij assumeret humanam naturam, quàm alia persona diuina.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ nõ fuerit magis conueniens filium Dei incarnari, q̃. Patrem, uel Spiritum sanctum. Per mysterium enim incarnationis, homines ad ueram Dei cognitionẽ sunt perducti, secundum illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mũdum, ut testim. perhi. ueritati: sed ex hoc, quòd persona filii Dei est incarnata, multi impediti fuerunt a uera Dei cognitione, ea quæ dicuntur de filio secundum humanã naturã referentes ad ipsam filii personam: sicut Arrius, qui posuit inequalitatem personarũ propter hoc, ꝙ dicitur Ioan. 14. Pater maior me est, qui quidem error non prouenisset, si persona patris incarnata fuisset: nullus enim estimasset patrem filio minorem. Magis ergo uidetur fuisse conueniens, quòd persona patris incarnaretur, quàm persona filii.

¶ 2 Præt. Incarnationis effectus D vī esse recreatio quędã humanę naturę, secundũ illud Gal. vlt. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualet, nec ꝓputiũ, sed noua creatura: sed potentia creandi appropriatur Patri. ergo magis decuisset patrem incarnari, quàm filium.

¶ 3 Præt. Incarnatio ordinatur ad remissionẽ peccatorũ, secundum illud Mat. j. Vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Remissio aũt peccatorũ attribuitur Spiritui sancto, secundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum quorum remis. pec. re. eis. ergo magis congruebat personam Spiritus sancti incarnari, quàm personam filii.

SED CONTRA est, ꝙ Damas. dicit in 3. lib.* In mysterio incarnationis manifestata est sapientia & uirtus Dei, sapiẽtia quidẽ, quia inuenit difficillimi solutionem pretij, quàm decentissimã: uirtus autem, quia uictum fecit rursus uictorem: sed uirtus & sapientia appropriantur filio, secũdum illud. 1. Cor. 1. Christũ Dei uirtutem & Dei sapientiam. ergo conueniens fuit personam filii incarnari.

RESPON. Dicendum, ꝙ conuenientissimum fuit, personam filii incarnari: primo quidem, ex parte unionis. Conuenienter. n. ea, quæ sunt similia, uniuntur: ipsius autem personæ filii, qui est uerbum Dei, attẽditur uno quidem modo cõis cõuenientia ad totam creaturam: quia uerbum artificis. i. conceptus eius est similitudo exemplaris corũ, quæ ab artifice fiunt. Vnde uerbum Dei, quod est ęternus cõceptus eius, est similitudo exemplaris totius creaturæ: & ideo sicut per participationẽ huius similitudinis creaturę sunt in propriis speciebus institutę, sed mobiliter, ita per unionem uerbi ad creaturam, non participatam, sed personalem, conueniens fuit reparari creaturam in ordine ad ęternam, & immobilẽ perfectionẽ. Nam & artifex per formam artis conceptam, qua artificiatũ cõdidit, ipsum si collapsum fuerit, restaurat. Alio mõ, hẽt conuenientiam specialiter cũ humana natura, ex eo ꝙ uerbum est conceptus ęternæ sapientiæ, a qua omnis sapientia hominum deriuatur. Et ideo per hoc homo in sapientia perficitur, quę est propria eius perfectio, prout est rationalis, quòd participat uerbum Dei: sicut discipulus instruitur per hoc, quòd recipit uerbum magistri: vnde Eccle. 1. dicitur, Fons sapientiæ uerbum Dei in excelsis: & ideo ad consumatam hominis perfectionem conueniens fuit, ut ipsum uerbum Dei humanæ naturę personaliter uniretur. Secundo, potest accipi ratio huius congruentiæ ex fine unionis, qui est impletio prędestinationis, eorum. s. qui prędordinati sunt ad hęreditatem cęlestem, quę nõ debetur nisi filiis eius, secundum illud Ro. 8. Si filii, & hæredes: & ideo congruum fuit, ut per eum, qui est filius naturalis, homines participarent similitudinem huius filiationis secundum adoptionem, sicut Apost. ibidem dicit, Quos præsciuit, & prędest. confor. fieri. ima. fi. sui. Tertio, potest accipi ratio huius cõgruentię ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat. n. primus homo, appetendo scientiã, ut patet ex uerbis serpentis, ꝓmittẽtis hoī scientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit, ut per uerbum uerę sapientię homo reduceretur in Deum, qui ꝑ inordinatum appetitum scientiæ recesserat a Deo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ nihil est, quo humana malitia non possit abuti, quando etiam ipsa Dei bonitate abutitur, secundũ illud Ro. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Vnde etiam si persona patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo alicuius erroris occasionẽ sumere, quasi filius sufficere non potuisset ad humanam naturam reparandam.

tia, ut causa & effectus. primo quia uerbum est conceptus æternę sapientiæ & omnis sapientia hominum ab æterna sapientia deriuatur. Secundo, ex hoc quia propria perfectio hominis ut rationalis, quæ est sapientia cõsistit in participando uerbum Dei. Quod probatur exemplo, sicut perfectio discipuli in participando uerbum magistri, & auctoritate. Fons sapiẽtiæ &c. Probatur deinde applicando, ꝙ supra participationem diuini uerbi, in qua ꝓpria perfectio hominis secundum mentem consistit, cõuenientissime apponitur ut ipsum uerbũ Dei ꝑsonaliter uniatur naturę humanę, ut consumata sit hominis perfectio, ut. s. quæ inchoatur ī participatione ipsius uerbi humana perfectio consumetur non in participatione, sed in personali adeptione ipsius uerbi. Reliquæ rationes clare patent in litera.

¶ Super Quæstionis quartæ Articulum primum.

TItulus artic. 1. q. 4. in corporis principio declaratur, ꝙ intelligitur de assumptibili non secundum potentiam passiuam naturalem, & in responsione ad primum, nec secundum potentiam obedientiæ ad omnipotentiam Dei: sed secũdum potentiam congruitatis ad unionem personalem. Et ratio omnium in locis suis patebit.

¶ In corpore articuli est unica conclusio. Sola natura humana est assumptibilis. Probatur. Hęc duo, scilicet congruentia dignitatis, & necessitatis, soli naturæ humanæ conueniunt: ergo sola natura humana est assumptibilis. Antecedens quo ad exponentem affirmatiuã probatur, quo ad dignitatem quidem: quia natura humana nata est attingere per propriam operationem, cognoscendo & amando uerbum Dei. quo ad necessitatem uero, quia subiacens peccato originali indigebat reparatione. Quo ad exponentē autem negatiuam ꝓbatur: quia creaturæ irrationali deest dignitas: naturæ autē angelicæ deest congruitas necessitatis. Consequentia probatur, quia assumptibile dicit aptum natũ assumi a diuina persona non per potentiam passiuam naturalem. ergo per potentiam congruitatis ad unionem personalē diuinam. Hoc ultimo assumptum probatur: quia potentia passiua naturalis non se extendit ad id, quod transcendit ordinem naturalem.

¶ Circa hęc, duę dubitationes sunt, quę ex dictis literæ in responsionibus argumentorum, soluuntur. Primum dubium est, circa consequentiam illam, assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem. ergo secundum congruentiam. cũ possit responderi, consequentia non ualet: quoniam potest attẽdi secundum potentiam obedientię.

¶ Ad hoc ex responsione ad primum in litera respondetur, ꝙ creaturę denominantur aliquales ex eo, quod conuenit eis secundum propria, & non ex eo quod conuenit eis secundum primas & uniuersales causas. potentia autem obedientiæ conuenit creaturæ in ordine ad primam causam, ut patet: potentia autem congruitatis attenditur secundum propria ipsius creaturę: & iõ creaturæ denominantur aliquales, hoc est assumptibiles secundum congruitatem, non secundum obedientiam. Sed hæc responsio non uidetur solida tum quia etiam secundum Auctorem humana natura dicitur assumptibilis per potentiam obedientiæ, tũ quia assumptibilis est denominatio conueniens creaturæ solum ex ordine ad Deum causam uniuersalissimam, cum iam dictum sit proprium ẽsse diuinę personæ subsistere in pluribus naturis, tum quia creaturæ denominantur aliquales ex eo, quod conuenit illis secundum causas primas & uniuersales, dicuntur enim creaturę & conseruatæ ac conseruabiles ex prima causa, dicitur etiã natura reparata ex prima & uniuersalissima causa Deo &c.

¶ Ad hæc dicitur, quòd propositio in responsione ad primum allata, scilicet creaturæ denominantur aliquales ex eo, quod cõuenit eis secundum proprias causas, non autem ex eo, quod conuenit eis secundum primas, & uniuersales causas, intelligenda

Ad secvndvm dicendum, ꝙ prima rerum creatio facta est a potentia Dei patris per uerbum. Vnde & recreatio per uerbum fieri debuit a potẽtia Dei patris, ut recreatio creationi responderet, secundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Spiritui sancto proprium est, ꝙ sit donum Patris & Filij. Remissio autem peccatorũ fit per Spiritum sanctum tamquam per donum Dei: & ideo conueniens fuit ad iustificationem hominum, quòd incarnaretur Filius, cuius Spiritus sanctus est donum.

Qvaestio IIII.

De modo unionis ex parte naturæ humanæ assumptæ, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est, de unione ex parte assumpti. Circa quod primo considerandum occurrit de his, quę sunt a uerbo assũpta. Secundo, de coassumptis, q̃ sunt perfectiones, & defectus. Assumpsit autem Dei filius humanam naturam, & partes eius.

Vnde circa primũ triplex cõsideratio occurrit. Prima est, quantum ad ipsam naturam humanam. Secunda est, quantum ad partes ipsius. Tertia, quantũ ad ordinem assumptionis.

Circa primum quęruntur sex.

¶ Primò, Vtrũ humana natura fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quàm aliqua alia natura.

¶ Secundò, Vtrum assumpserit personam.

¶ Tertiò, Vtrũ assũpserit hoīẽ.

¶ Quartò, Vtrum fuisset conueniens, quòd assumpsisset naturã humanam a singularibus separatam.

¶ Quintò, Vtrum fuisset conueniens, ꝙ assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.

¶ Sextò, Vtrum fuerit conueniens, quòd assumeret humanã naturam in aliquo homine ex stirpe Adę progenito.

Articvlvs primvs.

Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quàm aliqua alia natura.

AD primum sic proceditur. Vī, quòd humana natura non fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quã q̃libet alia natura. Dicit enim Augu. in Epist. * ad Volusianum, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potẽtia facientis: sed potentia Dei facientis incarnationẽ, q̃ est opus maxime mirabile, nõ limitatur ad unam naturam, cum potẽtia Dei sit infinita. ergo natura humana non est magis assũptibilis

est cum grano salis, scilicet quando oppositæ denominationes conueniunt illis secundum proprias, & secundum primas causas. Et hanc glossam manifestat Auctor esse suę intentionis in subiuncto exemplo de morbo, qui secundum propria dicitur incurabilis quãuis secundum Deum oppositam denominationem habeat, & dicatur curabilis. Ita quòd intendit Auctor, quòd quando denominatio aliqua sic se habet ad creaturas, quòd secundum propria affirmatiue & secundum primam causam negatiue, aut econtra secundum propria negatiue, & secundum primam causam affirmatiue sunt denominandæ, tunc creaturæ denominãtur aliquales simpliciter secundum propria, & non secundũ primam causam, sed cum additione, ut patet in exemplo literę, morbus denominari potest curabilis, & incurabilis secundum propria, & secũdum primam causam curabilis: & ideo simpliciter dicitur curabilis uel incurabilis; attendendo ad propria: secundum primam autem causam dicitur cum additione curabilis, per Dei potentiam. Et simile est in proposito, creaturæ simpliciter dicũtur assumptibiles, q̃ congruitatem habẽt ad unionem personalem, & inassumptibiles, quę illa carent: cum quo tamen stat, ꝙ omnes naturæ dicantur assumptibiles cum additione, scilicet per Dei potentiam.

¶ Ad primam ergo obiectionẽ dī, ꝙ potentia obedientiæ, quia respondet omnipotentiæ diuinæ, claudit in proposito sub denominatione ex omnipotentia Dei: eiusdem enim rationis est, ꝙ denominetur natura assumptibilis ex potentia Dei, & ex potentia obedientiæ, qua creatura subditur Dei potentiæ absolutæ: & ideo prætermissa est in hoc processu, sicut & potentia Dei.

¶ Ad secundam dicitur, quòd licet assumptibile dicatur solummodo in ordine ad Deum, attendi tamen potest etiam ex parte congruentiæ naturæ secundum illius propria & ex parte omnipotentiæ Dei, & secundum hoc opposito modo natura aliqua est denominabilis: & ideo secundum propria dicitur congrue assumptibilis uel inassumptibilis.

¶ Ad tertiam conceditur, quòd creaturæ denominantur simpliciter aliquales ex Dei potentia, quando ex propriis non sunt opposito modo denominabiles, Nec oppositum habetur ex litera sane intellecta.

¶ Dubium secundum est, quomodo uerum est, quòd in angelis deficiat necessitas reparationis, cum angelica natura adhuc reparatione indigeat.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non intendit Auctor excludere ab angelica natura indigentiam seu necessitatem reparationis. sed congruentiam necessitatis, ita quòd licet in angelica natura sit maior indigentia, quia irreparabilis est illius lapsus: quia tamen necessitas illa non habet congruitatem ad reparationem, quia est necessitas non uiæ sed termini, ideo notanter dicitur, quòd deest angelicæ naturæ congruitas ex parte necessitatis tam in corpore articuli, quàm in responsione ad tertium.

¶ Nota in dictis huius articuli illam propositionem de potentia

q. prec. §.

Hom. 34. Euange. te med. lius.

3. d. 2. q. 1. ti. & 4. tra ca. 5.

In epi. multũ in med. to.

tia passiua naturali, quòd non se extendit ad id, quod transcendit naturalem ordinem: quoniam uerissima est, & formalis & propria, & secundum illa iudicanda, quæ hic atque illic inueniuntur dicta. Secundum quam patet, q̃ potentia naturalis intellectus nostri non se extendit ad visionem Dei &c. Vnde & hic dicitur de natura humana quatenus intellectualis, quòd nata est aliqualiter contingere per operationẽ uerbum Dei.

¶ In responsione ad primum eiusdẽ primi artic. notandum est, quòd hinc apparet Auctorem non cõtradicere suis dictis in 3. sent. dist. 2. q. 1. art. 1. nec retractare illa, sed altius ac Theologo dignius locutus est de assumptibili, sententiam eandem seruans, & sermonem quasi cohibens. Vnde & per transeundo in hac responsione prætermittit discussionem consequentium, ad effectum diuinæ omnipotentiæ, si assumeret angelum aut lapidem. Vnde & nos Auctoris uestigia sectantes, quæstionem illam, an Deus possit assumere lapidis naturam, tamquàm cõmuniter acceptatam & sufficienter discussam, & quasi offensuam piarum aurium, in illius discussione relinquendam duximus. Vide hæc si uis in Auctore in loco allegato, & in Capreolo ibidem.

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit circa illud, Multo autem maior & perfectior est unio ad Deum secundum esse personale, quàm quæ est secundum operationem, quoniam non caret scrupulo propositio ista, & multi glossant, aut negant eam. Est autem ratio scrupuli: quia seorsum ista sumpta, unio personalis communis est rationalibus & irrationalibus, unio secundum operationem propria est rationalibus. Et rursus unio personalis conuenit rationalibus secundum id, in quo communicant cum omnibus substantiis: quia conuenit eis, inquantum sunt naturæ potentes subsistere, unio autem secundum operationem perfectæ felicitatis cõuenit eis, inquantum sunt consortes diuinæ naturę per adoptionem. Maior ergo & perfectior est unio secundum operationẽ fruitionis beatæ, quam secundum esse personale, & propterea ista propositio negatur, seorsum acceptis extremis. Et confirmatur, quia maius est assumere lapidem in filium Dei adoptiuum, quam ad unionem personalem: quoniam illud implicat contradictionem, hoc non: glossatur autem, quòd uera est in natura capaci utriusque unionis. Et aliqui de ueritate illius etiam sic intellectæ dubitant: quia melius est concipere Deum mente, quàm carne, ut dicitur in lib. de sancta uirginitate, & de beata Virgine dicitur, quòd beatior fuit concipiendo fidem Christi, quàm carnem Christi.

¶ In oppositum autem est literæ auctoritas ex August. super illud, Verbum caro factum est.

¶ Ad hanc quæstionem dicendum est, q̃ proculdubio maius, nobilius, excellentius, perfectiusque est uniri Deo in persona, q̃ per gratiam, & gloriam consumatam. Et ratio habita est in vlt. artic. præcedẽtis q. quia. s. unio personalis non est unio participatiua: sed per substantiam Dei, conferens non similitudinẽ aut participationem Dei, sed ipsum esse personale Dei, ita ut persona Dei fiat persona naturæ assumptæ. Vnio aũt per fruitionem unio participatiua Dei est, conferens non esse Dei, sed similitudinẽ, & adoptionem filialem. Est igitur vnio personalis maior: quia confert maius, scilicet esse Deum non participatiue, sed personaliter: quanto namque maius est esse Deum personaliter, quàm participatiue, tanto maior est vnio personalis, quam participatiua. Est & perfectior: quia confert perfectius, scilicet esse Deum secundum substantiam, hoc est hypostasim, non secundum accidentia, ut sunt operationes, quibus fruimur Deo: quanto enim perfectius est esse Deum personaliter, quàm accidentaliter, tanto perfectior est unio personalis, quàm per operationem. Et ideo simpliciter, & absolute cum August. & Auctore fateamur, longe maius esse uniri Deo in persona, quàm per gratiam, & gloriam.

¶ Ad primam autẽ, & secundam obiectionem dicitur, q̃ dato quòd maius sit illud, quod natum est ex parte entium creatorum conuenire intellectualibus solum, & similiter intellectualibus, ut intellectualia sunt, quàm communia, lõge tamen maius est quod ex parte Dei potest conferri naturis substantialibus vt communicant in natura substantiali, quàm id quod est eis donabile secundum earum operationes: quoniam potest naturis conferri esse Dei personale in seipso, ut sit esse personale earum, quod non conferri potest per operationes. Rationes enim istę non inferunt, quòd unio per operationem sit maior aut nobilior: sed bene inferunt, quòd plus nobilitatis, & perfectionis ex parte creaturæ exigitur ad unionem per operationem: quia exigitur & natura & operatio intellectualis, & gratia seu gloria, quæ non exiguntur ad naturam, ut unibilem personaliter: sed cum hoc stat, quòd ex parte accepti doni longe maior & perfectior sit unio personalis, qua non Deus participatiue, sed in propria ipsius persona habetur a natura unita.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd falsum assumitur, & ad probationem respondetur, quòd falsissimum est, quòd implicans contradictoria sit maius: quoniam implicans contradictoria non est aliquid, non est ens, nec non ens, sed ens & non ens simul. Secundũ huiusmodi enim argumenta, maius esset albedinem esse nigredinem, quã esse Deũ: quia illud implicat, hoc nõ.

¶ Ad rationem dubii multorum, quia melius est concipere fidem &c. respondetur negando consequentiam: quoniam non est eadem utrobique ratio: quoniam in conceptione carnali Dei non fit ut concipiens sit Deus, sicut fit in unione personali, ut homo sit Deus. & propterea non arguitur a simili, sed a longe alieno. Maximum ergo bonum, quod Christus habet,

a Deo, quã aliqua alia creatura.

¶ 2 Præt. Similitudo est rõ faciẽs ad congruitatem incarnationis diuinæ personę, ut supra dictum est: * sed sicut in creatura rõnali inuenitur similitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur similitudo uestigii. ergo creatura irrationalis assumptibilis fuit, sicut humana natura.

¶ 3 Præt. In natura angelica inuenitur expressior Dei similitudo, quã in natura humana, sicut Greg. dicit in hom. * de centũ ouibus, introducens illud Ezec. 28. Tu signaculum similitudinis: inuenitur etiam in angelo peccatum, sicut in homine, secũdum illud Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatem. ergo natura angelica fuit ita assumptibilis, sicut natura hominis.

¶ 4 Præt. Cum Deo competat summa perfectio, tanto magis est Deo aliquid simile, quanto est magis perfectum: sed totum uniuersum est magis perfectũ, quàm partes eius, inter quas est humana natura. ergo totũ uniuersum est magis assumptibile, quàm humana natura.

Sed contra est, quòd dicitur Prou. 8. ex ore sapientię genitę, Delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Et ita uidetur esse quædam congruentia unionis filii Dei ad humanam naturam.

Respon. Dicendũ, quòd aliquid assumptibile dr̃, quasi aptũ assumi a diuina persona. Quę q̃dẽ aptitudo non potest intelligi secundum potentiã passiuã naturalem, quæ non se extendit ad id, quod transcendit ordinem naturalem, quem transcendit unio personalis creaturæ ad Deum. Vnde relinquitur, quòd assumptibile aliquid dicatur, secundum cõgruentiam ad unionem prędictam. Quæ quidem congruentia attenditur secundũ duo in humana natura. s. secundum eius dignitatem, & necessitatem. Secundum dignitatem quidem, quia humana natura, inquantum est rõnalis, & intellectualis, nata est cõtingere aliqualiter ipsum uerbum per suã operationẽ, cognoscendo. s. & amãdo ipsum. Secundum necessitatem autem, quia indigebat reparatione, cum subiaceret originali peccato. Hæc autem duo soli humanæ naturæ conueniunt: nam creaturæ irrationali deest cõgruitas, naturæ autem angelicæ deest congruitas prædictæ necessitatis. Vnde relinquitur, q̃ sola natura humana sit assumptibilis.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ creaturæ denominantur aliquales, ex eo quòd competit eis secundum proprias causas: non autem ex eo quod conuenit eis secundum causas primas & uniuersales: sicut dicimus aliquem morbũ incurabilẽ, non quia nõ potest curari a Deo, sed quia per propria principia subiecti curari non põt. Sic ergo dicitur aliqua creatura non esse assumptibilis, ad subtrahendum aliquid potẽtię diuinæ, sed ad ostendendum conditionem creaturę, quæ ad hoc aptitudinem non habet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

est, q̄ sum ego, est uerus Deus, & super, ac post hoc habet, q̄ sit creata fruitione Dei beatus.

¶ In responsione ad tertium eiusdem artic. nota pro sequentis artic. q. q̄ hic habetur, quòd si angelus iam creatus assumeretur, personalitas eius corrumperetur, ac per hoc aliquid perfectionis in creatura assumpta corrumperetur. Ex hoc enim insinuatur, q̄ personalitas angeli aliquid p̄fectionis addit supra naturam angeli, quod etiam intelligitur de omni suppposito, & persona sentiendum, dū in responsione ad quartum dicitur, Perfectio uniuersi non est perfectio vnius personæ, uel suppositi.

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum secundum.*

TItulus artic. 2. satis clarus est quo ad quid nominis personæ humanæ: sed quo ad qd rei, longo tractatu in hoc articulo perscrutandus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito negatiue. Filius Dei nullo modo assumpsit personam humanam. Probatur. illud quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni. persona non præintelligitur in humana natura assumptioni. igitur persona non assumitur. Maior & probatur, quia assumi aliquid dicitur, quia ad aliquid sumitur, & declaratur exemplo, sicut illud quod mouetur localiter, oportet præintelligi ipsi motui. Minor probatur ducendo ad impossibile: si persona præintelligeretur, oporteret ipsam, uel corrumpi, & sic frustra esset assumpta, uel remanere, & sic essent duæ personæ, quod est erroneum, quia non esset unio in persona.

¶ In hoc artic. quæstio difficillima occurrit, quòd persona seu hypostasis addat supra naturam singularem. Et hoc tam in substantiis compositis, puta, quid addit Sortes supra suam humanitatem compositam ex hac anima, & hoc corpore: & similiter quid addit Gabriel supra suam naturam singularem. Et est specialiter ex uerbis huius articuli hinc & inde ratio dubii: quia tam in corpore articuli, quàm in responsione ad tertium, habetur, quòd addit aliquid positiuum, dum dicitur, quòd personam oporteret corrumpi si præexisteret assumptioni, quod in præcedenti quoque articulo de angeli persona dictum est, cum adiunctione, quòd aliquid perfectionis corrumperetur. Et rursus dicitur, quòd persona diuina sua unione impediuit, ne natura humana propriam personalitatem haberet: si enim nihil adderet, impedimentum nihilo præstitum esset. In oppositum autē sonat responsio ad secundum, dicens quòd naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, qd̄ ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem &c. si enim persona adderet aliquid positiuum supra hanc naturam, oporteret illud deesse naturæ assumptæ. Et sic fallum esse, quòd personalitas deest non propter defectum alicuius, quod ad perfectionem spectat: constat enim, quòd si personalitas positiuum aliquid addit, illud ad perfectionem spectaret, cum persona significet perfectissimum quid in genere substantiæ. Simpliciter autem, & generaliter ratio dubii magni est tanta diuersitas opinionum, & obscuritas rei. Claudunt autē in quæstione ista quatuor quæsita: primum est, an persona supra hanc naturam addat in se aliquid, aut solum secundum

Ad secundum dicendum, q̄ similitudo imaginis attenditur in natura humana secundum, quòd est capax Dei, scilicet ipsū attingendo propria operatione cognitionis, & amoris. Similitudo autem uestigij attenditur solum secundum repræsentationem aliquā, ex impressione diuina in creatura existentem: non autem ex eo, q̄ creatura irrationalis, in qua est sola talis similitudo, possit Deum attingere per solam suam operationē. Quod autem deficit a minori, non habet congruitatem ad id, quod est maius: sicut corpus, quod nō est aptum perfici anima sensitiua, multo minus est aptum perfici anima intellectiua. Multo aūt maior, & perfectior est unio ad Deum secundum esse personale, quàm quæ est secundum operationem: & ideo creatura irrationalis, quæ deficit ab unione ad Deum per operationem, nō habet congruitatem, ut uniatur ei secundum esse personale.

Ad tertium dicendum, q̄ q dam dicunt angelum non esse assumptibilem, quia a principio suæ creationis est in sua psonalitate perfectus, cum non subiaceat generationi, & corruptioni: unde non posset in unitatem diuinæ personæ assumi, nisi eius personalitas destrueretur, quod neque conuenit incorruptibilitati naturæ eius, neque bonitati assumentis, ad quam non pertinet, quod aliquid perfectionis in creatura assumpta corrūpat: sed hoc non uidetur excludere totaliter congruitatem assumptionis angelicæ naturę: potest enim Deus producendo nouā angelicam naturam, copulare d eam sibi in unitate personę, & sic nihil præexistens ibi corrumperetur: sed sicut dictum est, * deest congruitas ex parte necessitatis. Quia etsi natura angelica in aliquibus peccato subiacet, est tamen eius peccatū d irremediabile, ut in 1. parte habitum est. *

Ad quartum dicendum, q̄ perfectio uniuersi non est perfectio unius personę, uel suppositi: sed eius quod est unum positione uel ordine, cuius plurimę partes, non sunt assumptibiles, ut dictum est. * Vnde relinquitur, quòd solum natura humana sit assumptibilis.

Articulus II.

Vtrum filius Dei assumpserit personā.

Ad secundum sic procedit. Vī, quòd filius Dei assumpserit psonam. Dicit enim Damascenus: secundum, an suppositio quod addat aliquid in se, an illud sit positiuum uel negatiuum: tertium, an illud sit intrinsecum personæ, an extrinsecum: & quartum, quid est illud positiuum, uel negatiuum, intrinsecum, uel connotatum. Quæ ad enitādam replicationem simpliciter tractabuntur. Est igitur prima opinio quòd suppositum, & natura hæc in omnibus substantiis sunt idem re, & differunt solo modo intelligēdi, ut quod est, & quo est: ita quòd idem est quo & quod diuersa ratione. Natura enim est, ut qua Sortes est homo, Sortes uero est ipsa sua natura, ut participās seu habēs illam ab agente. Et huius opinionis est Henricus de Gandauo in quolib. 4. quæst. 3. Secunda autem opinio, est quòd suppositum, & natura sunt idem re quo ad intrinseca, sed differunt realiter quantū ad connotata, quæ ostenduntur ex modo significandi: connotata autem huiusmodi sunt illa, quæ simul cum natura habentur, sine quibus natura non potest esse. Verbi gratia, Sortes est ipsa sua humanitas in concreto, ut significatur habens reliqua, sine quibus humanitas non habetur in rerum natura. Et huius opinionis est Herueus in quolibet. 3. quæstio. 6. Tertia opinio est, quòd suppositum, & natura differunt realiter medio modo inter extrinsece, & intrinsece, ita quòd suppositum addit supra naturam affectionem, qua natura subest accidentibus: ita quòd Sortes non est sua humanitas: quia Sortes significat humanitatem, ut affectam accidentibus, humanitas uero non. ab Herueo, & Ioanne de Neapoli recitatur hæc opinio, & improbatur. Quarta opinio est, quòd suppositum differt realiter a natura, sicut totum a parte: quia dicit compositum ex natura, & esse existentiæ: hæc etiam recitatur ab utroque dictorum, & improbatur. Quinta opinio est, quòd suppositum differt a natura per unum connotatum extrinsecum, scilicet actum essendi: ponit enim hæc opinio actum essendi non claudi in supposito ratione, in quo differt a præcedente, & bene dicit in hoc, sed connotari per suppositum: quia esse est proprius actus suppositi, ut quod est, & hęc est opinio Capreoli in tertio sentent. distinct. 5. quæstio. 3. Sexta opinio est quòd persona addit supra naturam hanc aliquid intrinsecum constitutiuum personæ, negatiuum tamen. Et hæc est opinio Scoti in 3. sentent. distinct. 1. quæstio. 1. quæ uerbis ipsius utendo, addit duplicem negationem, scilicet dependentiæ actualis a persona diuina, & dependentiæ aptitudinalis respectu eiusdem termini, scilicet personæ diuinæ, hoc est non dependere etiam secundum aptitudinem a persona diuina ut sic: ita quòd hęc humanitas est persona per hoc quòd nec apta nata est terminari ad personalitatem diuinam, nec actualiter terminatur per eam. Septima opinio propinqua huic est, quòd persona addit supra naturam hanc solam negationem annexam extrinseci positiui & intrinsecæ unionis ad illud: ita quòd suppositum significat illammet rem, quam significat natura: sed significat eam ut habet hanc duplicem negationem, scilicet quod in nullo extrinseco sustinetur. Et huius opinionis est Ioannes de Neapoli in quolibet. q. 9. Omnium harum opinionum conuenientium in hoc, quòd suppositum nihil positiuum intrinsecum addit supra naturam personabilē singularem, fun-

Lib. 3. fid. c. 1

In 3. princ.

lib. 3. ca me

D. 1. q. 1.

In corp.

D. 1. 5. p. p. q. 2.

In corp.

Locis citatis.

fundamentum est: quia illud intrinsecum constat non posse esse accidens, nec substantiam, quæ est forma aut materia, aut cõpositum ex utraque. Accedit ad hoc auctoritas Arist. in 7. Metaph. tractantis hanc quæstionem. & dicentis quòd in his, quæ sunt per se, idem est quod quid est, & id cuius est: constat enim substantiam esse de numero eorum quæ sunt, & dicuntur per se. Ponendi aut aliquid supra additum negatiuum uel positiuum, cogit & modus significandi, & assumptio singularis humanitatis a Christo sine sua personalitate. Præter omnes autem dictas opiniones recitatur alia opinio a Scoto, & Ioanne de Neapoli, si tamen una & eadem ab utroque recitatur, tenens suppositum addere supra naturam singularem entitatem positiuam intrinsecam supposito, constituiuamque ipsius. Sicut hęc, inquit Scotus, humanitas addit supra humanitatem, vel sicut modus essendi, ut inquit Ioannes de Neapol. addit supra naturam, cuius est, & reducitur enitas ista ad genus substantiæ, sicut esse quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quantitatis. Improbaturque ab utroque opinio ista. Omisi afferre opinionem dicentem suppositum differre a natura, quia Sortes dicit compositum ex materia & formæ humanitas uero formam: quia non esset ad propositum quæstionis, in qua supponimus filium Dei assumpsisse singularem humanitatem compositam ex hac anima & hoc corpore (iuxta illud, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens) & tamen non assumpsisse hypostasim humanam.

Lib. 3. Orth. fid. c. 11.

In 3. pag. 2 princ. lib.

lib. 3. c. 6. circa med.

D. 148.

In corp.

D. 151. p. q. 1. 2.

In corp.

Loci in quem, notis.

ma.* in 3. lib. quòd filius Dei assumpsit humanam naturam in atomo, idest, in individuo: sed individuum rationalis naturæ est persona, ut patet per Boet. in lib.† de dua. natur. ergo filius Dei, personam assumpsit.

¶ 2 Præt. Damas.* dicit quòd filius Dei assumpsit ea, quæ in natura nostra plantauit. Plantauit autem ibi personalitatem. ergo filius Dei assumpsit personam.

¶ 3 Præt. Nihil consumitur, nisi quod est: sed Innocen. tertius dicit in quadam Decret. q̃ persona Dei consumpsit personã hominis. ergo uidetur q̃ persona quòd claudit in se aliquid quo est per se primo susceptiuus alicuius entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in se realitatẽ constitutiuã in esse, quo differt ab hac humanitate: sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis siue persona, hæc humanitas non. ergo personalitas huius hominis addit aliquam realitatem intrinsece constitutiuam personæ humanæ, supra hanc humanitatem. Hæc ratio non nisi ad manifestandum quid sentiat auctor de differentia inter suppositum & naturam allata est, apud alios namque scio non ualere: quia ponunt in Christo non solum plura esse, sed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipsum magis attestatur, quòd sententia auctoris est quæ dicta est: quoniam consequenter loquendo, ponentes personam non constitui intrinsece aliquo positiuo supra hanc naturam, consequenter ex negatione personalitatis humanæ nihil reale debent auferre ab homine Christo, quod est in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiusmodi. Et per oppositum tollentes aliquam realitatem a Christo homine, propterea quia aliqua realitas est personæ & aliqua naturæ, debent consequenter loquendo dicere, quòd personalitas aliquam realitatem constitutiuam intrinsece personę, ut distinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Christo non fuit, & ad cuius impeditionem secuta est impeditio reliquarum realitatum personalium, Consonat autem hæc sententia his, quæ in præcedenti, & hoc articulo dicuntur de corruptione personalitatis, & impedimento eiusdem, & his quæ in 4. contra Gen. cap. 43. dicuntur dum asseritur, quòd si hypostasis humana non remaneret in ea natura, in qua assumenda a uerbo præextitisset, hoc sine corruptione accidere non potuisset: nullum enim singulare definit esse hoc, quod est nisi per corruptionem. Hæc ille.

¶ Examinanda igitur discutiendaque sunt hæc, & secundum doctrinam D. Tho. & simpliciter. Ex doctrina D. Tho. habetur inter naturam & suppositum in creaturis, talem, tantamque esse differentiam, ut suppositum sit primum subiectum actus essendi in rerum natura, natura non, & si militer quod suppositum sit subiectum filiationis realis, natura non, ita quòd si natura siue suo supposito poneretur, non esset subiectum actus essendi, nec esset subiectum filiationis. Et primum quidem dicit auctor inferius in q. 17. artic. 2. per totum, ubi in responsione ad primum dicit hæc uerba, Esse consequitur naturam non sicut habentem esse, sed qua aliquid est: personam autem siue hypostasim sicut habentem esse, Secundum autem dicit inferius. quæst. 35. art. 5. per totum, ubi in responsione ad primum dicit hęc uerba, Natiuitas temporalis cadaret in Christo temporalem filiationem realem, si esset ibi subiectum huiusmodi filiationis capax &c. ex hoc autem, quòd hæc humanitas & hic homo, sic differunt, quòd illa secundum rem neque actus essendi neque filiationis realis est capax nisi ratione huius hominis, ut per se primo subiecti utriusque, oportet dicere quòd aliqua realis differentia sit inter hanc humanitatem & hunc hominem, ita quòd aliquid reale includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habeat quod sit susceptiuum tam actus essendi, quam filiationis realis, cuiusque realitatis defectu hæc humanitas deficiat ab hoc quod est esse susceptiuum per se primo actus essendi, & filiationis temporalis. Nam hæc differentia in rerum natura est, & secundum constitutiuum per se primo subiecti filiationis realis siue actus essendi. Et propterea non potest reduci ad differentiam secundum modos intelligendi, aut significandi, nec ad differentiam secundum extra connotata, quæcumque sint illa, quoniam hæc differentia præuenit omnia extrinseca & modos intelligendi & significandi, nec ad differentiam penes negationes: quoniam negatio non est constitutiua subiecti entitatis realis, quamuis sit concomitans & circumloquens constitutiuum illud quandoque: quoniam subiectum entitatis realis ut sit, purum ens reale esse in se sufficit: negatio enim cum nihil formaliter sit, non dat formaliter alicui enti esse capax entitatis realis. Sed si hæc humanitas & hic homo ita se habent, quòd huic humanitati in rerum natura repugnat esse per se primo susceptiuum harum extrinsecarum entitatum realium, scilicet actus essendi vel filiationis, & huic homini conuenit, oportet aliquid positiuum reale claudi in hoc homine, quod non claditur in hac humanitate, quo fiat per se primo susceptiuum huius rei, cuius illa non est capax. Hæc ratio uidetur conuincere intellectum bene dispositum stantibus fundamentis: de quibus scito, quòd quamuis Thomistæ aliqui uideantur negare fundamentum hoc, quantum ad per se primo subiectum actus essendi, quorum phantasia in quæstio. 17. ostenditur aliena a doctrina auctoris, nullus tamen inficiari potest, fundamentum hoc esse D. Thomæ, quo ad se primo subiectum filiationis realis. Et hoc sufficit efficaciæ huius rationis: quoniam tota uis rationis consistit in hoc, quòd constitutiuum rei in hoc quod est esse per se primo susceptiuum entitatis realis, oportet esse realitatem aliquam: sed hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quòd claudit in se aliquid quo est per se primo susceptiuus alicuius entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in se realitatẽ constitutiuã in esse, quo differt ab hac humanitate: sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis siue persona, hæc humanitas non. ergo personalitas huius hominis addit aliquam realitatem intrinsece constitutiuam personæ humanæ, supra hanc humanitatem. Hæc ratio non nisi ad manifestandum quid sentiat auctor de differentia inter suppositum & naturam allata est, apud alios namque scio non ualere: quia ponunt in Christo non solum plura esse, sed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipsum magis attestatur, quòd sententia auctoris est quæ dicta est: quoniam consequenter loquendo, ponentes personam non constitui intrinsece aliquo positiuo supra hanc naturam, consequenter ex negatione personalitatis humanæ nihil reale debent auferre ab homine Christo, quod est in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiusmodi. Et per oppositum tollentes aliquam realitatem a Christo homine, propterea quia aliqua realitas est personæ & aliqua naturæ, debent consequenter loquendo dicere, quòd personalitas aliquam realitatem constitutiuam intrinsece personę, ut distinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Christo non fuit, & ad cuius impeditionem secuta est impeditio reliquarum realitatum personalium, Consonat autem hæc sententia his, quæ in præcedenti, & hoc articulo dicuntur de corruptione personalitatis, & impedimento eiusdem, & his quæ in 4. contra Gen. cap. 43. dicuntur dum asseritur, quòd si hypostasis humana non remaneret in ea natura, in qua assumenda a uerbo præextitisset, hoc sine corruptione accidere non potuisset: nullum enim singulare definit esse hoc, quod est nisi per corruptionem. Hæc ille.

¶ Simpliciter autem & absolute loquendo, monstratur positio ista rationi consentanea, tam secundum ea, quæ sunt ex lumine naturali, quam secundum ea, quæ sunt ex lumine fidei nota. Rationale siquidem est, ut dupliciter dicta substantia in 5. Meta. scilicet de essentia & de prima substantia, sicut substantia pro essentia est res, cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se, hoc est non in alio, sicut accidens est in subiecto: ita substantia pro substantia prima sit res, cui debetur talis modus essendi, quem circumloquimur per esse per se separatim, ita quòd repugnet ei esse in alio, ut in quod, siue ut quo in quod, siue ut pars aut quasi pars in toto. Sic enim ponendo quemadmodum substantia pro essentia non ex modo essendi affirmatiuo, uel negatiuo constituitur, sed ex constitutiua intrinsece realitate, cui debetur esse tali modo: ita substantia pro hypostasi non actu essendi tali modo, sed ex realitate constitutiua ipsius intrinsece, cui debetur actus essendi tali modo constituitur. Nec tacita a Philosopho huiusmodi realitas, sed expressa est in proprio constituto per ipsam, dum in 5. Metaph. substantia distincta est in substantiam pro hypostasi, & substantiam pro essentia substantiali, & in prædicamentis substantia prima proprie, principaliter, & maxime substantia dicitur: idem autem significatur per substantiam primam, hypostasim, suppositum, & personam: nisi q̃ persona in solis rationalibus locum habet, ut patet ex antedictis. Accedit ad hęc, quòd nomen Hypostasis, aut personæ, & similiter nomina propria naturarum cum pronominibus. ut hic homo, hic bos, & similiter pronomina demonstratiua personaliter, ut ego, tu, ille, omnes confitemur significare formaliter substantiam, & non negationem, aut accidens, aut extranea, Si omnes hoc fatemur, cur ad quid rei significatæ perscrutantes diuertimus a communi confessione? si & personalitatem negationem esse formaliter dicere licet, cur non statur in sententia tanto probabiliori, quanto magis consona communi confessioni? Theologi quoque ponentes personalitatem in diuinis positiuam rem, cum ex illa personalitate omnis personalitas in cælo & in terra nominetur, sicut ex illo patre omnis paternitas iuxta Apostoli sententiam, docent nos ad diuinæ personalitatis aliqualem imitationem, etiam in creaturis personalitatem positiuam rem esse. Amplius, dicentes personam verbi in Christo supplere

personam humanam, constat quòd non dicunt, quòd suppleat nihil, negatio autem est nihil formaliter: sed intendunt quòd supplet subsistentiam, quam significat persona humana seu hic homo. non igitur personalitas negatio aut modus significandi aut extraneum quid est, sed substantia, loco cuius in Christo est persona uerbi, quę uere est hic homo, & persona humana. Amplius, si natura assumpta a uerbo desereretur ab eo in suis proprijs naturalibus, esset tunc alia persona uerbi Dei & alia persona illiuimet naturæ humanæ. ergo esset tunc alia substantia illiusmet humanitatis; quoniam alia, est relatiuum diuersitatis substantiæ. ergo personalitas addit supra illam singularem naturam substantiã intrinsece constituiuam formaliter personæ in esse personali. Nec potest dici ad primam consequentiam, ꝙ esset alia persona negatiue tantum; quoniam constat ꝙ non solum non esset eadem persona cum persona verbi, sed poneret in numerum cũ illa; quoniam essent duę personæ, non minus quam modo sunt persona verbi & persona mea. Est igitur personalitas realitas constituiua personæ ut sic: & ideo ad eam consequuntur negationes & repugnantiæ ad esse quo, & esse partem, & capacitates ad personales realitates, ut sunt actus essendi & filiatio, & quod est & habens esse, & reliqua, quæ hypostasi attribuuntur. Est autem huiusmodi realitas in genere substantiæ reductiue, sicut reliquæ realitates constitutiuæ substantiarum ut rationale, & huiusmodi, quamuis non sit differentia, proprie loquendo: sed est terminus ultimus, ac ut sic purus naturæ substantiæ. Vbi tria dico. Primo, quòd est terminus naturæ: quod probatur ex hoc, quòd nequeat personari, est naturam terminari, & personare est terminare naturam: exponimus enim naturam humanam in Christo personiri per uerbum, quia terminatur per illius personam. & econtra, verbum personare naturam illam, quia terminat illam. Secundo, quòd est ultimus, quoniam natura numquam est ultimate terminata donec personetur: quantumcumque enim individuetur, nisi personetur, non est ultimate terminata, ut patet de humanitate Christi, quæ est secundum se in se singularis & terminabilis per personam uerbi, aut propriam, terminata autem per personam uerbi. Constat autem, ꝙ si terminatur est personalitate propria uel aliena, stante illa non est terminabilis ultra, nisi forte extensiue, non ex parte sui, sed ex omni potentia alterius potentis etiam seipsum terminum illius efficere, ut superius dictum est, si una natura assumeretur a duabus personis diuinis. Sed hoc non tollit, quin prima persona assumens terminauerit, ut ultimus terminus, sed terminos multiplicat extensiue. est igitur personalitas terminus ultimus naturæ. Quod autem tertio addidi, ut sic purus, ad maiorem explicationem, non ad necessitatem appositum est, ad instruendum nouitios, quòd terminare ut terminare, nullam dicit causalitatem, & explanandum, quòd personalitas ut terminans naturam, nullam causalitatem dicit respectu naturę terminatæ, ita quòd non solum est extra genera causarum extrinsecarum, sed etiam extra causas intrinsecas: quoniam nec in genere causæ formalis, nec in genere causæ materialis se habet ad naturam, sed ut terminus eius. Vnde & in mysterio incarnationis dictum est, quòd unio personalis secundum nullum genus causæ attenditur. Nec hoc est figmentum, sed testimonium habet ex terminis quantitatis: punctum enim est, ita terminus lineæ, quòd nulla causa est illius. Et quòd hæc non uoluntarie, sed rationabiliter dixerim, declaro ex auctoritate & ratione: auctoritas est D. Tho. in 1. sent. dist. 7. q. 3. art. 3. dicentis. Quod assumitur, trahitur ad aliquid completius ipsum incompletum existens, & hoc est contra rationem personæ, quæ maximam completionem importat. Hæc ille, Vbi clare habes naturam singularem sine personalitate esse incompletam, & personam maximam completionem importare: hoc enim nihil aliud est, quam dicere, quòd natura singularis non est ultimate terminata, & personam ultimum terminum naturæ importare. Ratio prima theologice manifestata, iam dicta est: quia scilicet personare & personari sunt terminare & terminari ultimate. igitur personalitas est ultimus terminus. Antecedés manifestamur: quia idem quamuis aliter facit personalitas propria naturæ, & personalitas aliena, quoniam aliena supplet propriam: sed inter alienam & naturam est terminare & terminari, vt patet in mysterio incarnationis. ergo. Ratio altera est ex apparentibus naturalibus substantijs homogeneis. videmus enim, quòd ex sola diuisione res multorum predicamentorum simul actu absque alio generante fiunt: ex sola enim ligni uel aquæ diuisione quælibet pars

Cap. 2. to. 3.

hominis fuerit prius assumpta.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de fide ad Pet. quòd Deus naturam hominis assumpsit, non personam.

RESPON. Dicendum, quòd aliquid dicitur assumi ex eo quòd aliquid sumitur. Vnde illud, quod assumitur, oportet

F

præintelligi assumptioni, sicut illud, quod mouetur localiter, præintelligitur ipsi motui. Persona autem non præintelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet ut terminus assumptionis, ut supra dictum est. * Si enim præintelligeretur, uel oporteret, ꝙ corrum-

G

Aristot. in 2. de anima, ut sola diuisione fiant duæ substantiæ in actu, quæ prius erant una in actu, & duæ in potentia non minus quam in animalibus imperfectis, existente una anima in actu & duabus in potentia, sola diuisione fiunt duæ animæ. Ex modo igitur, quo uidemus multiplicari hypostases, rationi consentaneum apparet, quòd terminationem naturæ singulari superaddat, quoniam terminorum talis est generatio. Et confirmatur hoc auctoritate D. Tho. ubi supra ad tertium argumentum, si uerbum Dei deponeret assumptam humanitatem, dicentis. Separatio dat utrique partium totalitatem, totalitas enim & completio idem sonant, eo quòd ultimata terminatione consumantur. Et quia uero omnia consonant, & ex quod quid est soluuntur omnes difficultates rei, ideo tanto rationabilior hæc positio monstratur, quanto omnia consona ostendentur & solientur difficultates. Ex hoc namque, quòd realitas personalitatis est terminus ultimus naturæ, patet primo difficultas de identitate & diuersitate eius a natura singulari: est enim quodammodo idem & quodammodo non idem: sicut terminus est terminato quasi idem, & quasi non idem: est enim aliquid eius, scilicet terminus, & non est illud, ut patet de puncto & linea.

H

¶ Patet secundo de separabilitate: nam potest natura fieri sine suo termino in actu, non autem econuerso, sicut potest linea esse sine omni puncto in actu, ut patet de linea circulari: non autem econuerso, quia implicat punctum esse sine linea, utpote habens & non habens positionem.

¶ Patet tertio de compositione: inter terminatum enim & terminum nulla est compositio: non enim linea componitur ex punctis aut ex linea & puncto: & similiter inter personalitatem, & naturam nulla est compositio, sed se habent ut terminus & terminatum.

¶ Patet quarto, quòd non fingimus nouam substantiam ultra materiam, formam, & compositum: quoniam appellatione compositi intelligitur in substantijs materialibus utraque substantia posita in 5. Meta. s. essentia & hypostasis: nam ex materia & forma componitur non solum essentia Sortis (siue communiter sumpta, ut humanitas, siue singulariter, ut hæc humanitas) sed etiam ipse Sortes, ut patet. Sed quoniam substantia distincta est in naturam & substantiam primam, & substantia prima inuenitur in solis substantijs completis, siue sint compositæ, siue simplices formę, in lucem protulimus quid substantia prima, seu hypostasis formaliter importat in communi.

I

¶ Patet quinto sensus uerborum D. Tho. cum dixit pluries, quod personalitas corrumperetur, si uerbum assumpsisset angelum, aut hominem præexistentem: corrumpi enim non est nisi entium, nihil enim moritur nisi ens: & similiter nihil corrumpitur nisi ens. Et cum dixit, quòd persona uerbi impediuit, ne humanitas illa haberet suam propriam personalitatem, quod Innocentius uocauit consumptionem personæ, non enim impedita est a nihilo, negationes autem omnes formaliter sunt nihil, sed ab aliquo: similiter persona uerbi non consumpsit nihil, sed aliquid: quod enim nihil est, consumptibile non est.

K

¶ Patet sexto sensus doctrinę Aug. & sentent ę Ecclesiæ cum dicitur, quòd persona uerbi assumpsit naturam, & non personam: si enim persona negationem addit formaliter, dicendo, non assumpsit personam, dictum est, non assumpsit nihil.

¶ Patebit & septimo solutio obiectionum. Scot. enim in 3. sent. d. 1. q. 1. arguit contra hanc positionem quadrupliciter. Primo, quia tunc esset aliqua entitas positiua in natura humana, quæ esset inassumptibilis a uerbo, hoc est inconueniens, tum quia secundum Damas. quòd est inassumptibile, est incurabile: tum quia omnis entitas positiua creaturæ a quo est in potentia obedientiali respectu personæ diuinæ. Secundo, quia sequeretur, quòd humanitas assumpta a uerbo, careat illa entitate positiua: quæ tamen ponitur ultima, & quasi actualissima & determinatissima in natura tali: & sic non esset homo vniuoce.

Et

Et si reputatur non inconueniens, quòd careat illa, arguo quòd ista natura non posset dimitti sibi, quin oporteret sibi dari nouam realitatem, uel remanere non personam. Tertio, quia sequitur, quòd ista natura non posset dimitti uel esse personata: quia talis realitas non est realitas naturæ, nec potest contineri per identitatem in aliqua natura, quæ non est eadem sibi. Quarto sequeretur, quòd natura intellectualis posset fieri actu existens, & in nulla persona. Patet sequela: quia natura, quæ assumitur, est prior seipsa, ut est sub realitate personalitatis, quæ non est eadem realiter, aut formaliter naturæ, & tunc si non assumeretur, sed relinqueretur sibi, non esset personata personali alia creata, uel increata. Deinde arguit Aureolus apud Capreolum in 3. sentent. dist. 5. quæstio. 3. Primo, ex auctoritate Damasceni assumpsit uerbum quicquid in natura nostra plantatum. Et si dicatur, quòd assumpsit totum, quod pertinet ad naturam: non totum, quod pertinet ad suppositum, contra: Terminus humanitatis est aliquid humanitatis. ergo assumpsit etiam terminum humanitatis. Antecedens probatur, quia punctum est aliquid lineæ. Secundo, si terminatio & personalitas est aliqua realitas. ergo ens, ergo quidditas, & quid, ut patet 7. Meta. ergo natura aliqua. ergo est assumptibilis a uerbo. Et confirmatur: quia si distinguitur realiter a natura, posset Deus ipsam separare realiter, & separatim assumere. Tertio, quia ex hoc sequuntur multa inconuenientia. Primum est, quòd uerbum non posset supplere uicem illius termini, cũ sit quid subsistens, & non solum terminus. Secundum, quòd verbum non esset homo: quia terminatio illa si poneretur, non esset homo. Tertium, quòd angelus non posset assumi a uerbo, cum in eo non differat quod quid est ab eo, cuius est, secundum Philosophum. Quartum est, quòd prima substantia non haberet rationem primæ substantiæ per essentiam, sed per istam realitatem, & sic secunda substantia esset magis substantia: quia prima, inquantum prima, non esset substantia. Quintum est, quòd nulla res subsisteret per se, sed per aliud a se: sicut corpus non terminatur per se, sed per superficiem: & tamen conceditur, quod substantia subsistit per se. Sextum est, quòd natura haberet magis rationem suppositi: quoniam natura substat realitati personalitatis. Septimum est, quòd suppositum esset quarta substantia ex tribus constituta, scilicet materia, forma, & illa realitate. Cum igitur ista sint absona, non potest illa positio poni.

peretur, & sic frustra esset assumpta, uel quòd remaneret post unionem, & sic essent duæ personæ, una assumens, & alia assumpta, quod est erroneum, ut supra ostensum est. * Vnde relinquitur, quòd nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.

¶ Ad primum Scoti dicitur nullum inconueniens esse, quòd aliqua realitas creata sit inassumptibilis. Pro cuius clara resolutione distinguendum est, quod sicut substantia dicitur dupliciter, scilicet de hypostasi, & de natura, ita entitas, seu realitas dicitur dupliciter, scilicet de realitate hypostatica seu personali, & de realitate naturali hoc est spectante ad naturam, ut natura distinguitur contra hypostasim, & econtra. Et quoniam secundum Damascenum, in Christo naturalia duplicantur, quia duas habet Christus naturas diuinam scilicet, & humanam, personalia autem non multiplicantur, sed in unitate sistunt, quia unica tantum est in Christo persona, scilicet hypostasis uerbi, ideo in Christo, sequendo Damasceni doctrinam, immo ecclesiæ sententiam, si consequenter loqui debemus, quicquid spectat ad naturam humanam, ut distinguitur contra hypostasim humanam, & assumptum est & assumptibile fuit: quicquid autem spectat ad personalitatem humanam, ut distinguitur contra naturam humanam, non est assumptibile, non est assumptum, non fuit nec est in Christo. Et sub membro hoc continentur multæ entitates, reales quamuis diuersimode, scilicet personalitas actus essendi, & filiatio realis temporalis, ut infra in suis patebit locis: & ideo nihil horum est assumptibile diuersimode tamen: quia personalitati repugnat contradictorie assumi, actui uero essendi repugnat secundum ordinem rerum, ut infra q. 17. patebit. Et omnes auctoritates sonantes aliquam integritatem, aut uniuersalitatem assumptorum, uel assumptibilium intelligenda sunt in genere naturalium, ut distinguuntur contra personalia.

¶ Et propterea cum primo obiicit Scotus, quia quod est inassumptibile, est incurabile, intelligitur sic. Quòd inter naturalia est inassumptibile, est incurabile. Et probatur glossa ex ipsius Damasceni doctrina, ponentis personalia non esse assumpta. Ad secundam eiusdem probationem negatur illa positio. Quælibet creata entitas est æque in potentia obedientiæ ad assumptionem: quoniam alicui creatæ rei repugnat assumi: unde in litera dicitur, q oporteret personalitatem corrumpi, si natura angelica, uel humana præexistens assumeretur.

¶ Ad secundum Scoti conceditur, quòd in Christo non est realitas creatæ personalitatis: sed falsum est, quòd ista realitas sit actualissima, cum sit constitutiua subiecti actus essendi. Et similiter falsum est, quòd sit determinatissima, immo non est determinata, sed terminus: terminus enim non est terminatus, sicut nec albedo est alba. Adiuncta autem sequela, quòd Christus non esset homo uniuoce, nihil ualet, ut diuus Thom. docet: quia uniuocatio in nomine hominis attenditur, secundum naturæ humanæ rationem, & non secundum personalitatem: ratio autem naturæ humanæ eadem omnino est in Christo, & aliis hominibus, quamuis personalitas sit diuersa. Et cum contra concessum defectum realitatis personalis creatæ in Christo arguitur, quia sequeretur quòd sibi dimissæ humanitati assumptæ oporteret nouam dari realitatem, respondetur, quòd oporteret nouam realitatem adesse, sed non de nouo per aliquam nouam actionem dari: sola enim separatio (ut auctor dixit) dat complementum, sublato impedimento illius perfectionis: sicut sublato impedimento, graue descendit deorsum. Iam enim patet ex litera præsenti, quòd persona diuina assumendo impedit naturam assumptam a propria personalitate.

Ad primvm ergo dicendum, quòd naturam humanam assumpsit filius in atomo, ideſt, in individuo, quod non est aliud a suppositio increato, quòd est persona filij Dei. Vnde non sequitur, quòd persona sit assumpta.

Ad secvndvm dicendum,

¶ Ad tertium Scoti negatur sequela nec probatio allata probat illam: quia concesso, quòd talis realitas, nec est natura, nec per identitatem continetur in natura, negatur sequela, & dicitur, q talis ex natura separata a uerbo, habetur: est enim separatio reductiua de potentia ad actum illorum, quæ cõuncto impediebat (ut patet in continuis) huiusmodi autem realitas continetur in natura quasi in potentia, pro quanto natura est terminabilis ex se tali realitate, non ut actu, sed ut termino proprio.

¶ Ad quartum dicitur, quòd si est sermo de potentia naturali, negatur sequela, quæ non probatur: quia si humanitas non assumeretur, personaretur propria personalitate: non enim omne prius potest naturaliter fieri sine posteriori. Si uero sit sermo de potentia diuina, fateor nullam me uidere impossibilitatis rationem, quare non possit Deus naturam absque omni personalitate conseruare, cum actu tamen essendi miraculose consequente absque personalitate, quæ est proprium illius subiectum secundum naturæ ordinem, cui diuina non est alligata potentia. Et scito quòd sicut cum de integritate, & perfectione ac non defectu hominis in Christo est sermo, intelligitur quo ad naturalia, ut distinguuntur contra personalia, testante etiam Athanasio, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, ubi expresse perfectionem hominis in Christo, in constare ex anima rationali, & humana carne posuit: clarum est autem perfecto nihil deesse, nihil ergo deesse perfecto homini Christo asseritur, si ex anima rationali, & humana carne constare dicitur, cum qua perfectione liquet ista re defectum personalitatis, quicquid sit illa: ita quando est sermo de nouitate, aut acquisitis seu acquisibilibus per humanitatem assumptam, si sibi dimitteretur, & dicitur nihil noui acquiri aut aduenire, sed per seipsam subsistere, in elligitur de his, quæ non ex ipsa separatione consequuntur, & quòd dimissa sibi per seipsam dimissam subsisteret, in quo clauditur id, quod ex separatione datur seu consequitur in ipsa natura: negatio enim & exclusio & exceptio non cadunt super concomitantibus ipsam separationem, quæ ponitur. Constat autem ex dictis ab Auctore, quòd separatio dat totalitatem seu complementum, qua seu quo hypostasis differt a natura, & quod natura assumpta impedita est a propria personalitate, quæ ad ipsam consequeretur separatam: quoniam cessaret unio, quæ impediuit. Et si ad has duas glosas te resolueris, perspicies omnia soluta, clara & consona.

¶ Ad Aureoli primum, respondetur primo, quòd quicquid in natura plantatum est, assumpsit uerbum, in natura: dixit Damas. non in personam: ueruntamen quia personalitas plantata est in natura, ad quam sequeretur, si non esset impedita per assumptionem, dicitur secundo, quod ly, quicquid, distribuit pro plantatis in natura, ita quòd conueniant sibi, ut distinguitur contra personam. Et si contra hoc applicetur instantia, assata scilicet, terminus humanitatis est aliquid humanitatis, respondetur, q terminus ultimus, de quo solo est sermo, sit aliquid humani-

tatis, potest dupliciter intelligi. Primo, quòd ita sit aliquid humanitatis distinctæ contra personam, quod conueniat sibi absque personalitate, & sic negatur: quia implicat duo contradictoria simul, quoniam est constitutiuus personalitatis. Alio modo, quod sit aliquid humanitatis totaliter completæ, & hoc est uerum, quia est terminus, & ultra hoc est aliquid in potentia ipsius humanitatis, quę secundum se est terminabilis termino proprio.

quòd naturę assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem alicuius, quod est supra humanam naturam, quod est unio ad diuinam personam.

¶ Ad secundum negatur, proprie loquendo, prima sequela: quoniam huiusmodi entitates & realitates constitutiuæ non sunt ipsa entia: quæ sunt, sed sunt, quibus aliqua sunt: hoc enim modo actus essendi, & uniuersaliter constitutiua entium entia dicuntur. Vnde secunda sequela nihil ualet, nec habetur 7. Meta. Ad confirmationem negatur illa conditionalis, Si distinguuntur realiter, possunt separari, & separatim assumi: quoniam non omnia distincta realiter sunt separabilia, saluis utrisque.

¶ Ad tertium negatur sequela multorum inconuenientium, & ad primum inconueniens negatur sequela: probatio autem & assumit falsum, & est pro nobis. Assumit quidem falsum, dicendo, quòd uerbum non est terminatio: quoniam uerbum est sua personalitas, quæ est ultima terminatio naturæ diuinæ, sicut personalitas humana est terminatio naturæ humanæ, salua semper differentia, quæ subintelligitur inter diuina & creata. Est autem pro nobis: quia ex hoc quòd uerbum est terminatio subsistens, sequitur quòd potest supplere uices terminationis creatæ, quæ non est suum terminatum, utpote præhabens quicquid est in huiusmodi creatis terminationibus. Ad secundum inconueniens similiter negatur sequela, nec probatur per hoc, quia terminatio illa non est homo, quia non oportet quòd terminatio illa sit homo: sed quòd constitutum per terminationem illam sit homo, quod est uerum: quia persona humana, quæ constituitur illa terminatione, est homo. Et patet nullitas huius modi arguendi ex differentijs, ex hoc enim quòd rationalitas non est animal, non sequitur, ergo constitutum per rationalitatem, non est animal. Ad tertium inconueniens negatur similiter sequela: quoniam in angelis etsi non distinguitur natura ab hac natura (quoniam seipsa est hæc, & hoc intendit Philosophus) distinguitur tamen natura a persona, de qua distinctione uel indistinctione Philosophus nihil dixit. Philosophus enim indistincte utitur nomine indiuidui & hypostasis, & solum pertractat de distinctione quidditatis & eius, cuius est, secundum principia naturæ & indiuiduationis. Nec mirum, cum etiam auctor in 1. par. q. 3. ita indistincte & tractet & decidat quæstionem de distinctione naturæ & suppositi: puto autem in causa fuisse, quòd usque hodie non fuissent excitata ingenia humana ad perscrutandas subtilitates inter personam & indiuiduam naturam, nisi mysterium Trinitatis & incarnationis reuelatum ad hoc inuitasset. Ad quartum dicitur, exponendo sensum propositionis, substantia prima est prima substantia per essentiam, quoniam potest dupliciter intelligi, primo per essentiam completam, & sic est uerissima, & sequitur ex positione nostra: alio modo, per essentiam absque termino proprio, & sic est falsa, quia non sufficit ad rationem primæ substantiæ esse sine termino. Nec est uerum, quòd prima substantia non sit substantia inquantum prima, sicut non est uerum quod homo, inquantum homo, non est animal, quamuis nec rationalitas sit animal, nec personalitas sit ipsa substantia. Ad quintum negatur sequela: quoniam substantia dicit subsistere per se: quia per suam essentiam completam seu terminatam subsistit: sed uerum est, quod sequitur, quòd substantia interminata seu incompleta non per se subsistat, sed oportet quòd sit terminata proprio termino. Nec subsistere per proprium terminum distinguitur contra subsistere per se, quoniam proprius terminus aliquid sui est (sicut lineam terminari per punctum, & corpus per superficiem distinguitur contra terminari per se) quoniam non sic est aliud terminus proprius, quin sit aliquid terminati: corpus enim de genere quantitatis non est aliter terminabile, quam per superficiem propriam. Ad sextum negatur sequela, & probatio assumit falsum: quoniam terminatum non substat termino: aliud est enim subesse alicui, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur per personalitatem, sicut linea terminatur puncto. Ad septimum negatur, proprie loquendo, sequela: quoniam terminus non componit cum terminato: sed bene sequitur, quòd ultra substantiam pro essentia, quæ resoluitur in materiam & formam, & ponit substantiam compositam etiam singularem, inuenitur aliter, substantia pro hypostasi simplex uel composita, quæ quia nihil addit supra singularem essentiam nisi terminum, non ponit in numerum cum illa, & suis partibus. Et hanc distinctionem iam accepimus ab Aristotele in 5. Metaph.

¶ Restat nunc satisfacere obiectioni in oppositum in principio allatæ ex uerbis auctoris in responsione ad secundum eiusdem articuli, & dicendum est, quòd si subtiliter inspiciuntur, litera supponit defectum propriæ personalitatis in humanitate assumpta. Et causam reddit nō defectum alicuius (quod pertinet ad perfectionem naturæ, ut distinguitur contra personam) sed additionem alicuius, quod est supra naturam, scilicet personalitatis diuinæ. Vbi clare patet secundum planum literæ sensum, quòd defectus personalitatis supponitur, & causa illius defectus redditur, & non dicitur simpliciter nihil deficere, sed nihil deficere spectans ad perfectionem naturæ, cuius oppositum non diximus: sed hoc exposuimus ex ipsomet, quòd intelligitur de natura, ut distinguitur contra hypostasim, ut clarius etiam patet hic in responsione ad tertium, cùm dicitur quòd natura, quæ assumitur, impeditur a propria personalitate. aliquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, sed ad personam, quæ impeditur.

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium, circa illud, persona diuina sua unione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet, dubium primo occurrit, An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. Et est ratio dubii: quia quòd inclinetur, appareat ex hoc, q impeditur ab illa: nihil enim impeditur nisi ab eo, in quod tendit: quòd uero non inclinetur, apparet ex hoc: quia si inclinaretur naturaliter in propriam personalitatem, quiesceret violenter in aliena persona, qualis est persona diuina, nullum autem uiolentum perpetuum.

¶ Dubium secundo occurrit, quo pacto uerificatur, quòd persona diuina impedierit naturam humanam a propria personalitate, obscurum quippe ualde est: quia non apparet quomodo personalitas humana nata est consequi ad naturam humanam, aut fluere ab illa, cum non ponatur in natura humana causalitas aliqua respectu personalitatis.

¶ Ad primum dubium dicunt quidam, quòd humanitas Christi habet naturalem inclinationem ad propriam personam, probantque hoc quadrupliciter. Primo, quia natura carēs aliquo sibi debito, solo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: sicut ignis carens actu comburendi pueros, Dan. 3. naturaliter inclinabatur ad comburendum. Secundo, quia humanitas Christi est eiusdem conditionis quantum ad naturales potentias & habilitates, cum ceteris humanitatibus: sed reliquæ naturaliter inclinantur in proprias hypostases. ergo. Tertio, quia sicut accidens quantumcumque separatum habet semper aptitudinem naturalem ad inhærendum, ita essentia substantiæ habet semper aptitudinem naturalem ad per se existendum. Et tenet sequela: quia sic definitur substantia, quòd est res per se existens. Quarto, quia magis inseparabiliter, & per se consequitur naturam substantiæ propria suppositio, qua non potest nisi miraculose carere, quam potentiam naturalem, pura intellectum, proprius actus: sed potentia naturalis quantumcumque careat actu, semper naturaliter inclinatur in actum. ergo. Sed hæc opinio intellecta, ut sonat, falsa est, & aliter dicendum est, distinguendo, quòd humanitas Christi potest considerari & iudicari dupliciter: primo secundum se, hoc est abstrahendo a personalitate diuina, cui actu iuncta est, & sic uerum est, quòd habet naturalem inclinationem ad propriam personalitatem, sicut reliquæ humanitates secundum se sumptæ, cum sint eiusdem rationis. Et hinc prouenit, quòd si separaretur a uerbo, quòd propriam personalitatem haberet: quoniam ipsa separatio in re cō ferret id, quod sibi in abstractione consideratæ natum est conuenire. Nec est opus probare, quòd humanitas secundum se naturaliter inclinatur ad propriam personalitatem: quoniam hoc est per se notum ex eo, quòd naturaliter quælibet humanitas inuenitur propria personalitate personata, excepta Christi humanitate ex maximo miraculo. Constat autem ex 2. phy. quòd unumquodque sicut naturaliter agitur, ita aptum natum est agi. Et ex hac conclusione per se nota. s. humanitas quælibet secūdū se inclinatur naturaliter in propriam personalitatem, potes arguere, quòd personalitas non solam negationem, sed positiuū addat naturæ, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas est per se primo ad negationem, sed ad positium, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio est per se primo ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter est. Nec est uera responsio eorum ad hoc, dicendo quòd corpora naturalia, quia naturaliter possunt

sunt non esse, habent inclinationem ad non esse, & quòd aer ex sua diaphaneitate est naturaliter habilis, ut sit tenebrosus: quoniam corpora naturalia ideo possunt non esse, quia materia eorum appetit per se primo aliud esse, cui annexa est negatio præsentis corporis, & similiter diaphaneitas est per se primo ad lumen, cum lumen sit actus diaphani, & non est ad negationem luminis, nisi per accidens: quia scilicet deest illi propria perfectio, scilicet lumen. Nihil autem horum potest dici de habilitate naturæ ad personalitatem propriam, si ponitur negatio: quia per se primo ponitur ad negationem, cum ad nihil aliud sit, quam ad negationem, quæ ponitur personalitas. Alio autem modo consideratur, & iudicatur humanitas Christi vt est, hoc est ut de facto est unita personæ diuinæ: & sic iudicanda est secundum id quod sortita est ex unione ad diuinam personam. Et sic dicendum est, quòd non inclinatur ad propriam personalitatem habendam, quia regulare est, vt potentia naturalis ad aliquid, si perficiatur per aliud perfectius sic, quòd contineat quicquid est in illo, ad quod naturaliter inclinatur, non inclinetur amplius in illud, utpote iam satiato appetitu suo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat. neque enim minus est satiatus appetitus ex acquisitione illius perfectioris, quàm fuisset satiatus ex acquisitione illius imperfectioris, ad quod tendebat: sed si acquisiuisset illud imperfectum, iam fuisset expletus appetitus ne amplius appeteret, sed quiesceret in illo, absque alterius appetitu, ergo si ponitur quòd acquisierit id, in quo continetur quicquid in alio est, quiescet in illo absque alterius appetitu. Sic autem est in proposito, vtendo potentia & actu, prout locum habere possunt inter terminabile & terminum, quoniam persona diuina continet excellenter in se etiam in terminando, quicquid habet personalitas creata, cum sit infinita, & in essendo, & in terminando. Et propterea humanitas Christi assumpta ad personalitatem diuinam, totum appetitum personalitatis plusquàm satiatum ac consumatum habet & consequenter quiescit absque appetitu quocumque alterius personalitatis: sicut si materia alicuius generabilis haberet unam formam continentem quicquid in qualibet forma generabilium esse potest, quiesceret in illa, ita quod nullam aliam appeteret, quamuis secundum se, hoc est abstrahendo ab illa forma considerata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Christi differenter consideratur in assumptione, & iam assumpta: quia in assumptione consideratur secundum se: quia quod assumitur, præintelligitur assumptioni: iam autem assumpta iudicatur) secundum quòd est unita personæ diuinæ, ideo caute loquendo, dicendum est quod persona diuina impediuit naturam humanam a propria personalitate, & non est dicendum, quòd persona diuina impedit humanitatem a propria personalitate. Per impedimentum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis, secundum se: per negationem autem impedimenti in præsenti, denotatur consummatio omnis appetitus personalitatis in illa natura. Et propterea patet, quòd impeditio præterita, quia annexa est actioni consummatiuæ excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut passione, aut quiete sequente, cum etiam passum conferat uim obedientiæ huiusmodi actioni, quam significat assumptio, & propterea in litera dicitur in præterito, quòd impediuit, & non dicitur quòd impedit.

¶ Ad rationes autem alterius opinionis respondendo dicitur, quòd magni refert loqui de humanitate solummodo suspensa per diuinam potentiam a sua personalitate (vt si Deus humanitatem aliquam sine ulla personalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per personalitatem diuinam, & carentem propria natura: de humanitate primo modo, verum est, quòd naturaliter inclinatur ad suam personalitatem, & hoc tantum probat argumentum loquens tantum de carente sibi debito per diuinum miraculum. de humanitate vero secundo modo, falsum est quòd inclinetur in propriam personalitatem: quia appetitus eius quiescit in personalitate diuina. Et quia huiusmodi humanitas non est tantum carens propria personalitate, sed terminata ac satiata aliena, tale ideo argumentum non habet in ea locum.

¶ Ad secundum dicitur, quòd humanitas Christi quo ad naturales potentias & habilitates humanæ naturæ secundum se, est eiusdem rationis cum alijs: sed quo ad terminationem & quietatem suæ personalitatis, est alterius rationis ab alijs: quia

sumptio ibi nō importat destructionem alicuius, quod prius fuerat, sed impeditionem eius, quod aliter esse posset. Si enim humana natura non esset assumpta a diuina persona, natura humana propriam personalitatem haberet: & pro tāto dicitur persona consumpsisse personam, licet improprie, quia persona diuina sua unione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet.

A terminantur & satiantur aliena diuinaque personalitate: personæ reliquæ propriis personalitatibus terminantur & satiantur.

¶ Ad tertium dicitur quòd æquiuocat de per se esse: quoniam esse per se dupliciter sumitur, scili. et vt distinguitur contra esse in alio, ut accidens est in subiecto & de tali verum est, quòd ita se habet ad substantiam, sicut inesse ad accidens: alio modo sumitur, vt distinguitur contra esse in alio ut in quod, & sic non definit, substantiam, nec conuenit substantiæ, nisi ratione hypostasis, cui per se primo conuenit. Et ideo non

B est mirum si humanitas Christi ex vnione ad diuinam personam consumatum habens appetitum personalitatis, nec actu nec aptitudine naturali, nisi cum ista adiectione secundum se, inclinatur ad propriam personalitatem: patet enim iam non esse simile de ipsa & de accidente separato: sed esset simile de humanitate suspensa ab omni personalitate, si suspendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

¶ Ad quartum dicitur sicut ad primum, quòd aliud est loqui de inclinatione naturali priuata uel carente actu, uel termino, & aliud de eadem consumata per actum, uel terminum eminenter continentem actum, uel terminum proprium: & ideo priuata, uel carente proprio termino, uel actu: quoniam in prima semper restat naturalis aptitudo ad proprium, in secunda non, propter rationem dictam. Et ideo si intellectus poneretur consumari actu aliquo super-naturali eminenter continente actum proprium, non inclinaretur amplius in proprium.

C ¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd, vt Auctor superius dixit in quæst. 1. articu. 1. ad secundum, ex anima & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex unitas, naturæ scilicet, & personæ, naturæ quidem sicut ex materia, & forma: ut formaliter illam perficit, componitur natura una composita: personæ uero, inquantum est unus aliquis subsistens in carne & anima. Vel primo vide, quòd quia ens & unum conuertuntur, ac per hoc ubi est duplex unitas, ibi est duplex entitas, quum unitas supra entitatem solam indiuisionem addat. & propterea dicendo, quòd ex anima & corpore constituitur duplex unitas, naturæ & personæ, dictum est quòd constituitur duplex entitas, naturæ scilicet, & personæ. Et hinc habes, quòd opinio ante dicta de personalitate, consonat doctrinæ Auctoris. Vide secundo, quòd unitas ac entitas personæ non excluditur a causalitate naturæ, dum dicitur, quòd ex principijs naturæ constituitur ex anima & corpore. Et ideo utendum occurrit regula communium Deo & creaturis, puta esse sapientiæ, scientiæ. & huiusmodi, quæ dicimus transferri in Deum formaliter, sublato eo quod imperfectionis est in creaturis, ita quòd licet in creaturis personare, &

D personari non nihil causalitatis habeat annexum, formaliter tamen (vt superius de eo communiter diximus) sine causalitate comparari ad naturam, sublato omni eo quod imperfectionis est, ut in diuinis inuenitur, nullam causalitatem includit: & sic interuenit in mysterio incarnationis, quod secundum nullam causalitatem dictum est esse inter personam, & naturam humanam, alioquin communis esset toti Trinitati. Veruntamen natura seu naturæ principia non ita causant personalitatem, ut interueniat media actio: sed per modum naturalis sequelæ personalitas adest naturæ, non sicut propria passio naturaliter consequitur subiectum iam constitutum: quoniam non ea ratione personalitas adest, quasi quod data forma, dentur consequentia ad formam: sed sicut perfectio seu complementum effectus, naturaliter sequitur effectum cuius est complementum: natura siquidem ut prior causalitate, incompleta est quo ad ultimum sui complementum, ut Auctor dixit & ut personatur, ultimum complementum assequitur. Quo fit, ut actio, qua fit hic homo, inchoata & deducta usque ad terminum inclusiue sit, quando fit natura personata, quam significat hic homo seu Sortes: quando uero fit aut consideratur ut inchoata, & deducta est usque ad naturam hanc, abstrahendo a persona igne, inconsumata est, quoniam est usque ad terminum exclusiue. Modus ergo quo personalitas sequitur naturam uel naturæ principia, est quo terminus actionis & rei factæ, naturaliter adest in fine actionis rei factæ, nisi adsit impedimentum, impediuntur enim incompositis subsistentijs principia naturæ, constituta iam natura a constitutione sui termini, ut ex litera habetur præsentis articuli iuncta literæ allatæ ex q. 2. & similiter in substantijs angelicis natura ipsa, quę fit, impediretur in suo fieri a consecutione sui termini. Et propterea sublato impedimento non oportet quærere aliam causa donantem: complementum enim ipsa natura secundum se habet in se sufficiens consecutiuum sui termini.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis quartæ Articulum tertium.*

TItulus tertij articuli directe quærit de homine, ut distinguitur contra naturam humanam.

¶ In corpore articuli duo fiunt: primo respondetur quæsito negatiue. secundo excluditur error contrarius. Conclusio responsiua est, Non est proprie dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem.

3.dist. 6.q.1. art.2. & dist. 7. lib. 2. & opusc. 1. ca. 21. & opu c. 3.cap. 21. & Ro.1.lect 3. & Phil. 2. Gl. ordin. & interlinea. Cap.11. ante med. tom.3.

Probatur: Homo significat humanam naturam in suppposito, ergo non est proprie dictum, ꝙ filius Dei assumpsit hominem. Antecedens probatur ex auctoritate Damasce. Sicut Deus significat eum, qui habet deitatem, ita homo est, qui habet humanitatem. Consequentia probatur, illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi: indeterminatum autem, in quo natura humana assumitur, est terminus, scilicet diuina persona: igitur si homo significat humanam naturam in supposito, nō assumitur. Vltra nota, quòd congenita Auctori reuerentia ad sacros doctores effecit, vt minus expresserit in conclusione, quàm probauerit in præmissis? probauit enim quòd filius Dei non assumpsit hominem, expressit tantum, quòd non est proprie dictū, quod filius Dei assumpsit hominem: quia hoc inuenitur quandoque affirmatum in sacris literis, cum grano salis intelligendum. Error qui excluditur in litera cōcedentium in Christo plura suppposita, satis patet.

Ex Ephesina synodo refertur in Chalcedonēn actione 1.dum Nicenæ synodi fides legitur.

Art.præced.

Q.3.art.1. & 2.

Lib.3. c.4.in princ. & clarius cap. 11. circa finem.

¶ In responsione ad primum nota duas glossas, quibus pie possunt exponi dicta sanctorum? prima, ut exponatur homo, quo ad naturam, & hanc dederat Magister sent. in litera tertij senten. dist.6. Secunda est, ut exponatur assumptio non in fieri, sed in facto esse: quia assumptio in facto esse habet hominē pro termino: quia hoc effecit assumptio, & ad hoc terminata est, ꝙ filius Dei est homo?

In responsione ad secundum, dubium nouitiorum occurrit: quia dicetur concedendum, quòd filius Dei assumpsit hominē, quia prædicata tenentur formaliter, constat autem quòd filius Dei assumpsit hominem, quo ad formam seu naturam.

Ad hoc dicitur, quòd non est hic quæstio de propositione, in qua homo est prædicatum, quoniam sub hac met quæstione cadit, an homo sit assumptus a filio Dei, ubi est subiectum: sed est quæstio de re, an scilicet res significata nomine hominis sit assumpta a uerbo Dei. Et quia res significata est habens humanitatem, & habens humanitatem non est nisi suppositum, quod

ARTICVLVS I.

Vtrum persona diuina assumpserit hominem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd persona diuina assumpserit hominem. Dicitur enim in Psalm. 64. Beatus, quē elegisti & assumpsisti. quod gloss.* exponit de Christo. Et August. dicit in lib.† de Agone Christiano, quòd filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.

¶ 2 Præt. Hoc nomen, homo, significat naturam humanam: sed filius Dei assumpsit humanam naturam. ergo assumpsit hominem.

¶ 3 Præter. Filius Dei est homo: sed nō est homo, quem non assumpsit: quia sic esset pari ratione Petrus uel quilibet alius hō. ergo est hō, quem assumpsit.

SED CONTRA est auctoritas Felicis Papæ & martyris, quæ introducitur in Ephesina synodo. * Credimus in dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum: quia ipse est Dei sempiternus filius & uerbū, & non homo a Deo assumptus, vt alter sit præter ipsum.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. Dictum est autem, † quòd indiuiduum, in quo assumitur humana natura, non est aliud quàm diuina persona, quę est terminus assumptionis. Hoc autem nomen homo, significat humanam naturam, prout nata est in supposito esse: quia, ut dicit Damasce.* sicut hoc nomen Deus significat eum, qui habet diuinam naturam, ita hoc nomen homo significat eum, qui habet naturam humanam: & ideo non est proprie dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem, supponendo (sicut rei ueritas se habet) ꝙ in Christo sit tantum unum suppositum, & una hypostasis: sed secundum illos, qui ponunt in Christo duas d hypostases, uel duo suppositа, conuenienter & proprie dici posset; quòd filius Dei hominem assumpsisset. Vnde & prima opinio quæ ponitur in sexta distin. tertij lib.* Sententiarum, concedit hominem esse assumptum: sed illa opinio erronea est, ut supra dictum est.†

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd huiusmodi locutiones nō sunt extendendæ tāquam propriæ: sed pie sunt exponendæ ubicumque a sacris doctoribus ponuntur: ut dicamus hominē assumptum, quia eius natura est assumpta, & quia assumptio terminata est ad hoc, ut filius Dei sit homo.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc nomē, homo, significat naturam humanam in concreto, prout scilicet est in aliquo supposito: & ideo sicut non possumus dicere, quòd suppositum sit assumptum, ita non possumus dicere, quòd homo sit assumptus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ filius Dei non est homo, quem assumpsit, sed cuius naturam assumpsit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis.

AD QVARTVM sic proceditur. VIDETVR quòd filius Dei debuerit assumere humanam naturam abstractam ab omnibus indiuiduis. Assumptio enim humanæ naturæ facta est ad communem omniū hominum salutem: vñ dr̄ prime ad Tim.4. de Christo, quòd est saluator omnium hominum, & hoc afferendo rationem Arist. Secundo, sub conditionali, si esset humanitas sic separata, & respondetur negatiue ad quæstionem, quòd si esset sic, non fuisset conueniens ꝙ assumeretur a filio Dei. Et hoc probatur tripliciter: primo, quia humanitas communis non est personabilis, quia non est individuabilis: persona enim indiuiduum quoddam est, assumptio autem ad personalem unionem terminatur.

Vbi statim occurrit dubium de ueritate illius propositionis: est contra rationem formæ communis, ut sit in persona. Et ratio dubii est: quia si humanitas esset subsistens (ut Platonici dicuntur finxisse) non esset excellentior aliis substantiis separatis, quales sunt angeli: sed non est contra rationem angelicæ naturæ esse in persona, immo de facto natura angelica est personata; ergo non esset contra rationem humanitatis separatæ personari.

non est assumptum, ideo in litera dicitur, quòd sicut non potest dici suppositum assumptum, ita non potest dici homo assumptus.

¶ In responsione ad tertium, cum legis nouitie, quòd filius Dei est homo, cuius naturam assumpsit, caue ne fallaris, puta, quasi sit quidam alius homo, cuius naturam assumpsit. Sed intellige, quòd filius Dei ideo est homo, cuius naturam assumpsit, quia ipse est ille homo, cuius naturam assumpsit, ita quod & ly homo, non pro alio, quàm filio Dei supponit, indistincte tamen: & ly cuius, refert non alium hominem, quàm filiū Dei, qui est suppositum diuinum habens humanam naturam.

D.ysi.

Dist.6.

Vt pat Arist.1 pcx.6.

Q.2.ar.

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum quartum.*

IN titulo ly debuit, denotat debitum congruentiæ, ut in principio huius quæ. 4. vbi distinguuntur articuli eius, patet. Ly abstracta, in corpore articuli declaratur.

Art.pr

Art.pr

In corpore articuli tria fiunt: primo declaratur titulus, quantum ad ly abstracta a singularibus, distinguendo, quod dupliciter potest intelligi. Primo quòd habeat esse secundum rem separatum a singularibus materialibus: secundo, quòd habeat esse obiectiuum in intellectu, quicumq; sit ille intellectus, diuinus uel humanus. Secundo, tractatur quæstio in primo sensu. Tertio, tractatur in secundo sensu. In primo autem sensu, an fuerit conueniens filium Dei assumere humanitatem per se separatam secundum esse, dupliciter tractatur in litera: primo per intercept onem eius quod præsupponitur, scilicet quòd humanitas possit sic inuenari in rerum natura,

Lib.1. § 11. p. loco.

Sup. q.2. 2.ad 3.& ad 2.& ar.2.ad 1. 3.q.2.a.8.ad 5.q.3.ar. 1.& 6.q.1.ar. 3.ad 1.

personari. Amplius aliud est iudicium de natura communi in exemplari participatione, singulari tamen in essendo (qualis esset humanitas per se) & aliud est iudicium de natura communi in essendo, qualis intelligitur natura humana, vt est uniuersalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non esset humanitas per se: contra rationem enim naturæ communis in essendo est indiuiduatio: non autem naturæ communis in participatione exemplari: humanitas autem per se non ponitur communis in essendo.

Et confirmatur: quia humanitas subsistens procul dubio esset res singularis in essendo: alioquin non subsisteret, sicut nec deitas subsisteret, nisi esset res singularis.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ quia ratio ista non affertur ad monstrandam impossibilitatē assumptionis, sed incongruentiam, ideo propositiones eius intelligendæ sunt in plano sensu: quo seruata vniuocatione terminorum, scilicet ly persona hominis, & ly indiuiduum hominis, monstratur aperte incongruentiam humanitatis separatæ ad assumptionem. Est igitur sensus illius propositionis, Contra rationem naturæ communis est quod sit in persona, scilicet humana, vt sunt personæ humanæ, quas scimus. Et hoc manifestat, quia in persona indiuiduatur, relinquens pro per se noto, quòd contra rationem talis humanitatis est indiuiduari, quod est verum vniuoce loquendo de indiuiduatione, vt natura apud nos indiuiduatur. Ex hac namque propositione & ratione optime infertur, quòd humanitas per se incongrua est assumptioni: natura enim repugnans personis & indiuiduis suæ speciei, non congrua est ad hoc, quòd trahatur ad alienam personam. Et per hæc patet responsio ad duo vltima.

¶ Ad primum autem dicitur, quòd si humanitas esset separata, sequeretur & quod non esset persona: quia ponitur quòd sit tantum humanitas: equinitas enim, vt dicit Auic. est tantum equinitas, & ideo propositio literæ est absolute uera, quòd contra rationem naturæ communis esset personalitas: non sic autem est de naturis angelicis, quæ non ponuntur tantum ipsæ, sed ponuntur habentes naturas suas, & sequeretur, quod haberet personam, pro quanto per se separatim subsisteret naturaliter: nec mirum, quia antecedens implicat incompossibilia. Secunda ratio est: quia naturæ communi non possunt attribui, nisi operationes communes & uniuersales, secundum quas homo non mereretur nec demereretur, assumptio autem facta est ad hoc, ut ille homo mereretur nobis.

¶ Sed occurrunt hic dubitationes duæ. Altera est: quia aut in prima parte propositionis Maioris est sermo de operatione communi & uniuersali ex parte subiecti, & hoc non, quia hoc est contra hypothesim, qua ponimus naturam communem per se existere, ac per hoc esse singulare quoddam in essendo, & consequenter operatio sua ex parte subiecti esset singularis: aut ex parte termini seu effectus, puta quia extendit se ad omnes homines. Et sic ratio est ad oppositum: quia Christus meruit nobis ut causa uniuersalis, ut infra patebit: ac per hoc congruebat eius merito natura humana operans communiter & uniuersaliter. Altera est: quia secunda pars dictæ propositionis est falsa, quoniam homo meretur si est in gratia, secundum omnes suas operationes, siue sint communes, siue propriæ; quoniam siue comedat, siue bibat, siue generet, siue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apostolicum præceptum.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd sermo est de operatione communi & vniuersali ex parte subiecti, quia scilicet non haberet operationes, nisi quæ consequuntur naturam communem omnibus hominibus. Tales enim operationes dicuntur communes & uniuersales ex parte subiecti: quia sequuntur naturam secundū se, non ut in hoc aut illo: natura autem secundum se communis & uniuersalis dicitur. Natura autem congrua assumptioni debet sic se habere, ut operationes personales, & non solum naturales congrue sibi attribuantur.

¶ Ad secundam dicitur, quòd operationem aliquam esse meritoriam, contingit dupliciter, scilicet ex suo genere uel ex parte operantis tantum. Operationes enim naturales ex suo genere, non sunt meritoriæ: & ideo dicitur, quòd naturalibus non meremur, nec demeremur: possunt tamen esse meritorię ex parte operantis, in Deum obiectum supernaturalis beatitudinis illas referentis. Operationes autem liberæ ac moraliter bonæ ex suo genere sunt meritoriæ: quoniam ex suo genere habiles sunt, ut charitate informentur. In litera ergo est sermo de meritoriis ex suo genere, ita quod ratio literæ consistit in hoc. Natura humana illo modo essendi est incongrua assumptioni, quo non est nata, vt conueniant sibi operationes meritoriæ ex suo genere: quia assumptio ad hoc tendit, ut mediante natura assumpta, filius Dei mereatur nobis: sed naturæ communi non attribuuntur nisi operationes communes, &c. ergo. Tertia ratio expositione non eget.

¶ In secundo autem sensu tractatur quæstio secundum esse in duplici intellectu, primo diuino: deinde humano. Et quidem, quòd natura humana, secundum quòd est in intellectu diuino, non potuit assumi, probat dupliciter: primo, quia natura humana sic nihil aliud est, quam natura diuina: secundo, quia natura humana ab æterno esset in filio Dei per hunc modum. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, quòd esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini non est esse diminutum, vt Sco. in 37. distin. 1. sentent. somniauit, nec est esse relatiuum rationis, quasi quoddam respectiuum esse acquirant ex hoc, quòd obiiciuntur diuino intellectui: quoniam Deus secundum ueram philosophiam & altissimam theologiam nihil intelligit extra se, non quòd aliquid illum lateat, sed quia intuendo seipsum tantum, intuetur omnia, quoniam omnia & cognoscibilia, & cognita a Deo sunt ipse Deus, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum est, in ipso uita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud est, quam deitas secundum id, quo humanitatem continet: ideo optime ratio literæ concludit, quòd assumere humanitatem, ut est in intellectu diuino, esset assumere naturam diuinam, quæ non est assumptibilis. Et quia deitas est in filio ab æterno, sequitur, quòd natura humana per hunc modum essendi est in filio Dei ab æterno. & non ex tempore coniuncta: ut secunda ratio subiunxit. Potest tamen aliter induci hæc secunda ratio per se seorsum, ut sit sensus, quòd quicquid sit illud esse obiectiuum humanitatis in intellectu diuino, humanitas per hunc modum, scilicet secundum quòd est obiectum intellectus

secundum seipsam non subsistit, ut ibidem Damasce.* dicit. ergo filius Dei non assumpsit humanam naturam, secundum quòd est a singularibus separata.

Respon. Dicendum, q̃ natura hominis uel cuiuscumque alterius rei sensibilis, præter esse, quod in singularibus habet, dupliciter potest intelligi, uno mō quasi p̃ se ipsam esse habeat, sicut Platonici posuerūt: alio modo sicut in intellectu existens, uel humano uel diuino. Per se quidem subsistere non potest, vt Philosophus probat in 7. Metaph.* quia ad naturam speciei rerum sensibilium pertinet materia sensibilis, quæ ponitur in eius definitione: sicut carnes & ossa in definitione hominis. Vnde non potest esse, quòd natura humana sit præter materiam sensibilem. Si tamen esset hoc modo subsistens natura humana, non fuisset conueniens, ut a uerbo Dei assumeretur. Primo quidem, quia assumptio ista terminatur ad personam, hoc autem est contra rationem formę cōis, ut sit in persona: quia in persona indiuiduatur. Secundo, quia naturæ communi non possunt attribui, nisi

minum, maxime fidelium: sed natura prout est in indiuiduis, recedit a sua communitate. ergo filius Dei debuit humanam naturam assumere, prout est ab oīs indiuiduis abstracta.

¶ 2 Præt. In omnibus id, quod est nobilissimum, est Deo attribuendum: sed in vnoquoque genere illud, quod est per se, potissimum est. ergo filius Dei debuit assumere hominem per se, qui quidem secundum Platonicos* est humana natura ab indiuiduis separata. Hanc igitur debuit filius Dei assumere.

¶ 3 Præt. Humana natura non est assumpta filio Dei, prout significatur in concreto per hoc nomen homo, ut dictum est.* sic autem significatur, prout est in singularibus, ut ex dictis patet. † ergo filius Dei assumpsit naturam humanam, prout est ab indiuiduis separata.

Sed contra est, quod dicit Dama.* in 3. lib. Deus verbum incarnatum non eam, quæ nuda contemplatione consideratur, naturam assumpsit: non. n. incarnatio hoc, sed deceptio & fictio incarnationis esset: sed humana natura, prout est ab indiuiduis separata vel abstracta, in nuda contemplatione cogitatur: quia

Vt patet ex Arist. 1. Met. tex. 6. & 25.

Art. præced.

Art. præced.

Lib. 3. orth. fi. circa 9 hoc

D. 706.

Dist. 4.

q. 2. art.

Lib. 7. Meta. tex. 26. & 27 tom. 3.

Loco nunc citato.

intellectus diuini, ab æterno est in filio Dei, vtpote qui est ipse intellectus diuinus. non ergo erat opus, ut assumeret humanitatem sic: nullus enim assumit aliquid illo modo quo habebat, & hic sensus in responsione ad secundum explicatur. Quod autem natura humana, secundum quod est in intellectu humano, non debeat assumi, probatur deducendo ad impossibile. Assumere humanitatem in esse obiectiuo intellectus humani, nihil aliud est, quam intelligi assumere naturam humanam. ergo non est assumere naturam humanam in rerum natura, ergo esset intellectus falsus. ergo esset fictio quædam incarnationis. Et affertur testimonium Dam. ad hoc. Vbi nota pro euidentia literæ, quòd quia humanitas obiecta intellectui nostro non habet sic esse in rerum natura, sed habet solummodo esse intelligibiliter relatiue, quo dicitur repræsentata intellectui, & terminatiua actus intelligendi, consequens est, quòd ad humanitatem sic, nulla actio transiens realis potest terminari, sicut nec ad Cæsarē repræsentatum in statua aut memoria: licet ad ipsam statuam vel memoriam possit actio talis transiens terminari, vt patet. Et quia assumptio significat actionem realē transeuntem in humanitatem, quæ assumitur, ideo assumptio non potest terminari ad humanitatem sic, actiones autem reales immanentes possunt terminari ad res sic: possunt enim imaginari & amare Cæsarem repræsentatum. Sed & actiones reales transeuntes possunt dupliciter, sicut & ipsa humanitas potest dupliciter accipi, scilicet secundum quòd sunt in rerum natura, & secundum quòd intelliguntur. uerbi gratia. Secare lignum, ut est in rerum natura, & est uere secare, & secare lignum, prout aliquis imaginatur aut intelligit secare lignum, & hoc non est uere secare lignum. sed est intelligi, aut imaginari quòd lignum secatur. Primo siquidem modo, quo solo sunt uerę actiones reales transeuntes, non possunt terminari ad naturam sic: secundo autem modo possunt: sed tunc non ipsæ actiones in ueritate terminantur ad naturam sic, sed imaginatio seu intellectus earum. Et ideo optime in littera pro antecedente, & quod quid est assumptionis naturæ sic, dicitur, quòd assumere humanitatem sic, nihil aliud est, quam intelligi assumere naturam humanam. Et vere sic esse patet, sicut occidere Cæsarem repræsentatum, nihil aliud est quam intelligi seu imaginari occidere Cæsarem, & facere Sortem imaginatum tantum Regem, nihil aliud, quam imaginari facere Sortem Regem. Et quoniam ex huiusmodi actiones imaginatas aut intellectas terminari ad res, non sequitur quòd sic fit in rerum natura (non enim inuenitur propterea lignum secatum, aut Cæsar occisus aut Sortes Rex) ideo optime deducitur in litera, quod non assumeret humanitatem in rerum natura, & quòd esset intellectus falsus: quia ab eo, quod res est, uel non est, intellectus dicitur uerus uel falsus. Et quòd esset fictio incarnationis, non incarnatio ipsa ut clare iam patet:

operationes communes & vniuersales: secundum quas homo non meretur, nec demeretur. Cum tamen illa assumptio ad hoc facta sit, ut filius Dei natura assumpta nobis mereretur.

Tertio: quia natura sic existens non est sensibilis, sed intelligibilis: filius autem Dei assumpsit humanam naturam, ut hominibus in ea visibilis appareret, secundum illud Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Similiter etiam non potuit assumi humana natura a filio Dei, secundum quòd est in intellectu diuino: quia sic nihil aliud est, quàm natura diuina, & per hunc modum ab æterno esset in filio Dei humana natura. Similiter non conuenit dicere, quòd filius Dei assumpsit humanam naturam, prout est in intellectu humano: quia hoc nihil aliud esset, quàm quòd intelligeretur assumere naturam humanam. Et sic si nō assumeret eam in rerum natura, esset intellectus falsus. Nec esset aliud ista naturæ humanæ assumptio, quàm fictio quædam incarnationis, ut Damasc.* dicit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd filius Dei incarnatus est communis omnium saluator, non communitate generis uel speciei, quæ attribuitur naturæ ab indiuiduis separatæ: sed communitate causæ, prout filius Dei incarnatus, est uniuersalis causa salutis humanæ.

Ad secvndvm dicendum, q̄ per se hō, non inuenitur in rerum natura, ita q̄ sit præter singularia vt Platonici posuerunt. * quamuis quidam dicant, quòd Plato non intellexit hominem separatū esse, nisi in intellectu diuino. Et sic non oportuit, quòd assumeret ura uerbo, cum ab æterno sibi affuerit.

Ad tertivm dicendum, quòd quamuis natura humana non sit assumpta in concreto, ut suppositum præintelligatur assumptioni: sic tamen assumpta est, in indiuiduo, quia assumpta est, ut sit in indiuiduo.

Articvlvs V.

Vtrum filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus indiuiduis.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur quòd filius Dei humanam naturam assumere debuerit in omnibus indiuiduis. Illud enim, quod prius & per se assumptum est, est natura humana: sed quod conuenit per se alicui naturę, conuenit omnibus in eadem natura existentibus. ergo conueniens fuit ut natura humana assumeretur a Dei uerbo in omnibus suis suppositis.

¶ 2 Præter. Incarnatio diuina processit ex diuina charitate, unde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: sed charitas facit ut aliquis se communicet amicis, quantum est possibile. Possibile autem fuit filio Dei, ut plures naturas hominum assumeret (ut supra dictum est) * & eadem ratione omnes. ergo conueniens fuit, quòd filius Dei assumeret naturam humanam in omnibus suis suppositis.

¶ 3 Præt. Sapiens operator perficit opus suum breuiori uia, qua potest: sed breuior uia fuisset, si non fuit conueniens, quòd humana natura in omnibus suis suppositis, hoc est, quòd singulæ humanitates, quæ distribuerentur per omnia suppositа humana, assumerentur a filio Dei. Probatur tripliciter, primo, quia tolleretur multitudo suppositorum in humana natura. secundo, quia tolleret filio Dei dignitatem primogenituræ inter multos fratres. tertio, quia

¶ *Super Quæstio. 5. Articulum 5.*

Titulus articuli intelligendus est in sensu, in quo sit magis, quam in sensu, quem facit. nam per naturam humanam in omnibus suis indiuiduis, intendit Auctor singulas humanitates, quæ inueniuntur quandoque in rerum natura. Licet hæc verba, Natura humana in omnibus suis indiuiduis, significent singulas humanitates in suis propriis suppositis, quas quia vt sic implicat, assumi putauit Auctor sensum intentum percipi absque ambiguitate aliqua: ita quòd exponenda sunt hæc verba, pro humana natura, non quæ est, sed quæ esset in omnibus suis indiuiduis.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue: Non fuit conueniens, quòd humana natura in omnibus suis suppositis, hoc est, quòd singulæ humanitates, quæ distribuerentur per omnia suppositа humana, assumerentur a filio Dei. Probatur tripliciter, primo, quia tolleretur multitudo suppositorum in humana natura. secundo, quia tolleret filio Dei dignitatem primogenituræ inter multos fratres. tertio, quia

Li. 3. cap. 11. circa princ.

Apud Arist. li. 1. Metap. tex. 6. & 25.

Li. 3. ca circa

Sup. q. 1. ad 1. di. 2. q. 1. Ar. 3. hu quæst.

Q. 3. art. 1

quia vnico suppositō vnica assumpta natura congruit.

¶ In responsione ad primum responsio cō sistit in distinguendo per se, ut distinguitur contra per aliud. s. p̄sonam, ut distinguitur contra per accidens: primo modo humanitati conuenit per se assumi, non secundo.

Li. 3. ca. 11. circa prin.

¶ In responsione ad secundum & tertium responsio consistit in hoc, q̄ non vno solo mō conuenit & commendati charitatem Dei erga nos, & breuitatem viæ sapientis obseruare, & ideo cōuenientiorem decuit eligere.

¶ *Super Quæstionis quartæ, Articu. 6.*

Ar. 3. huius quæst.

TItulus clarus est, & iō quæsitus: quia poterat Deus creare vnam naturam humanam in supposito verbi, sicut creauit Adam, non per propagationem: poterat et aliquem alium hominem cum sua vxore creare innocentes, & in innocentia perseuerantes, sicut creauit Adā & Euā: & ex illā innocente stirpe humanam naturam assumere & nō ex stirpe Adæ: poterat, & unā solam virginem creare innocentem, ex quā nasceretur, sicut natus est de Maria virgine filia Adæ. Cū igitur multis aliis modis incarnatio fieri potuisset, quæsitum est, an conuenienter sit facta ex stirpe Adæ.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, probata triplici ratione, & auctoritate Augustini præposita. Et oia clare patent. Siste tñ paululū in secunda ratione, & intellige minimum quid de nostra dignitate explicari, per hoc q̄ nobis peccatoribus victis collatū est uincere per caput ex nobis sumptum: longe.n. dignior sum, q̄ Dei filiationem p adoptionem cū spreuissem peccando, factus sum Dei filius in persona, factus sum Deus in persona. Multum.n. mihi dignitatis collatum fateor, q̄ ex inimico factus sum amicus Dei, q̄ qui omnes homines assumpti fuissent ad naturalem filiationem, quàm q̄ per unum filium naturalem multi in adoptionem filiorum adducantur, ut dicitur Gal. 4. ergo humana natura debuit a filio Dei assumi in omnibus suppositis.

SED CONTRA est, quod Damasce. * dicit in 3. lib. q̄ filius Dei non assumpsit humanam naturam, quæ in specie consideratur: neque enim omnes hypostases eius assumpsit.

RESPON. dicendum, q̄ non fuit conueniens, q̄ humana natura in omnibus suis suppositis a uerbo assumeretur. Primo, quia tolleretur multitudo suppositorū humanę naturæ, quæ est ei connaturalis. Cum enim in natura assumpta non sit considerare aliud suppositum præter personā assumentem (ut supra dictum est *) si non esset humana natura, nisi assumpta, sequeretur, q̄ non esset nisi unum suppositum humanæ naturæ, quod est persona assumens. Secundo, quia hoc derogaret dignitati filii Dei incarnati, prout est primogenitus in multis fratribus secundum humanam naturam, sicut est primogenitus omnis creaturæ secundum diuinam: essent enim tunc omnes homines æqualis dignitatis. Tertio, quia conueniens est, quòd sicut vnum suppositum diuinum est incarnatum, ita unam solam naturam humanam assumpserit, ut ex vtraque parte vnitas inueniatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd assumi conuenit secundū se humanæ naturæ: quia scilicet non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ. Non autem conuenit ei secundum se, sicut pertinens ad principia essentialia eius, uel sicut naturalis eius proprietas, per quem modum conueniret omnibus eius suppositis.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ dilectio Dei ad homines manifestatur nō solum in ipsa assumptione humanæ naturæ, sed præcipue per ea, quæ passus est in humana natura pro aliis hominibus, secundum illud Ro. 5. Commendat autem Deus charitatē suam in nobis: quia cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: quod locum non haberet, si in oībus hoībus naturam humanam assumpsisset.

AD TERTIVM dicendum, q̄ ad breuitatem viæ, quam sapiēs operator obseruat, pertinet, q̄ non faciat per multa quod sufficienter potest fieri per unum. Et ideo conuenientissimum fuit, quòd per unum hominem omnes alij saluarentur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum conueniens fuerit, quòd filius Dei humanam naturam assumeret ex stirpe Adæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, ut filius Dei naturam humanā assumeret ex stirpe Adæ. Dicit enim Aposto. ad Heb. 7. Talis decebat ut esset nobis pontifex segregatus a peccatoribus: sed magis esset a peccatoribus segregatus, si non assumpsisset naturam humanam ex stirpe Adæ peccatoris. ergo videtur quòd non debuerit de stirpe Adæ naturam humanam assumere:

¶ 2 Præt. In quolibet genere principium nobilius est eo, quod est a principio. Si igitur assumere uoluit humanam naturam, magis debuit eam assumere in ipso Adam.

¶ 3 Præt. Gentiles fuerunt magis peccatores quàm iudæi, ut dicit gloss.* ad Gal. 2. super illud, Nos natura iudæi, & non ex gentibus peccatores. Si ergo ex peccatoribus naturam humanam assumere uoluit, debuit eam magis assumere ex gentibus, quàm ex stirpe Abrahæ, qui fuit iustus.

Glo. interlin.

SED CONTRA est, quòd Luc. 3. generatio domini reducitur usque ad Adam.

RESPON. Dicendum, quòd sicut August. dicit in 13. de Trin.* Poterat Deus hominem aliunde suscipere, non de genere istius Adæ, qui suo peccato obligauit genus humanum: sed melius iudicauit dē ipso, quod uictum fuerat, genere assumere hominem Deus, per quem generis humani uinceret inimicum. Et hoc propter tria. Primo quidē, quia hoc uidetur ad iustitiam pertinere, ut ille satisfaciat, qui peccauit. & ideo de natura per peccatum corrupta debuit assumi id, per quod satisfactio erat implenda pro tota natura. Secūdo, quia hoc etiam pertinet ad maiorem hominis dignitatem, dum ex illo genere uictor diaboli nascitur, quod per diabolum fuerat uictum. Tertio, quia per hoc etiam Dei potentia magis ostenditur, dum de natura corrupta, & infirma assumpsit id, quod in tantam uirtutem, & dignitatem est promotum.

Li. 13. ca. 18. in. princip. tom. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Christus debuit esse a peccatoribus segregatus quātum ad culpam, quam uenerat destruere, non quantum ad naturā, quam uenerat saluare, secundum quam debuit per omnia fratribus assimilari, ut idem Apost. dicit ad Heb. 2. Et in hoc etiam mirabilior est eius innocentia, q̄ de massa peccato subiecta, natura assumpta tantam habuit puritatem.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ (sicut dictū est)* oportuit eum, qui peccata uenerat tollere, esse a peccatoribus segregatum quantum ad culpam, cui Adam subiacuit, & quē Christus a suo delicto eduxit, ut dicitur Sap. 10. Oportebat autem eum, qui mundare oēs uenerat, non esse mundandū, sicut & in quolibet genere motus, primum mouens est immobile

Infr. qu. 31. arti. 1. & 3. distin. 2. q. 1. art. 2. q. 2. & opusc. 3. ca. 224.

secundum

secundum illum motum, sicut primum alterans E est inalterabile. Et ideo non fuit conueniens, vt assumeret humanam naturam in ipso Adam.

AD TERTIVM dicendum ꝙ quia Christus maxime debebat esse a peccatoribus segregatus, quantum ad culpā quasi summam innocētiæ obtinens, conueniens fuit ut a primo peccatore vsq; ad Christum peruenireturmediantibus quibusdam iustis, in quibus præfulgerent quædā insignia futuræ sanctitatis. Et ꝓp hoc etiā in populo, ex quo Christus erat nasciturus, instituit Deus quædam sanctitatis signa, quę incœperunt in Abrahā, qui primus promissionem accepit de Christo, & circuncisionem signum fœderis consumandi: vt dicitur Gene. 17. G

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum primum.*

TItulus articuli primi clarus est, & ꝓp Manichæorum errorem motus: vt habes in 4. contra Gen. cap. 29.

In corpore articuli conclusio unica est responsiua quæsito affirmatiue, proposita auctoritate & probata triplici rōne. Omnia clara sunt in litera.

Nota hoc in loco allatam Augusti. auctoritatem ex lib. 83. q. quoniam ea habetur illa cōditionalis, Si fefellit, ueritas non est & loquitur de Christo. Nota autem hoc propter vertentes in dubiū, an Deus posit fallere: nam si conditionalis dicta est uera, patet solutio quæstionis, quod scilicet nō potest fallere: quia non potest esse uerum quod fallat: quasi fefellit, ueritas non est; sed est ueritas, ergo non fefellit. Si cōditionalis negatur, Augustinus negatur.

Infr. art. 2. c. & q. 14. art 1. c. & 3. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 1. c. & q. 2. c. & 4. contra ca. 29. 30. & 34 princ. & 35. col. 2. fin. & Pe q. 6. arti. 7. cor. col. 1. & opus. 3. c. 213. & 213.

QVAESTIO V.

De modo unionis ex parte partium humanæ Naturæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de assumptione partium humanæ naturæ.

ET Circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum filius Dei debuerit assumere uerum corpus.

¶ Secundò, Vtrum assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem. H

¶ Tertiò, Vtrum assumpserit animam.

¶ Quartò, Vtrum assumere debuerit intellectum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Dei filius debuerit assumere verum corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod filius Dei nō assumpserit uerum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quod in similitudinem hominum factus est. Sed quod est secundum ueritatem, non dicitur esse secundum similitudinem. ergo filius Dei non assumpsit uerum corpus. I

¶ 2 Præt. Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit. n. Leo Papa in sermone de Nati. quod nec inferiorem naturā cōsumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assumptio. Sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quod sit omnino a corpore separatus. Ergo videtur quod per assumptionem non fuerit Deus corpori unitus.

¶ 3 Præt. Signa debent respondere signatis. Sed apparitiones vet. Test. quæ fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis ueritatem, sed secundum imaginariam uisionem: sicut patet Isa. 6. Vidi Dominum sedentem. &c. ergo videtur quod etiam apparitio filij Dei in mundo, nō fuerit secundum corporis ueritatem, sed solum secundum imaginationem. K

Sermo. 1. q.

SED CONTRA est, qđ dicit * Aug. in lib. 83. q. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus. Et si fallit, ueritas non est. Est autem ueritas Christus. Ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quod uerum corpus assumpsit.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dicitur in li. de Ecclesiasticis * dogmatibus, natus est Dei filius, Cap. 2.

non putatiue, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus uerum.

¶ Et huius ratio potest tripliciter assignari. Quarū prima est ex ratione humanæ naturæ: ad quam pertinet uerum corpus habere. Supposito igitur ex præmissis, quod conueniens fuerit filium Dei assumere humanam naturam, consequens est quod verum corpus assumpserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quæ in mysterio incarnationis sunt acta. Si enim non fuit uerū corpus eius, sed phantasticum, ergo nec ueram mortem sustinuit: nec aliquid eorum quæ Euangelistæ de eo narrant, secundum ueritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, quod non fuerit uera salus hominis subsecuta: oportet. n. effectum causæ proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personæ assumentis, quæ cum sit ueritas, non decuit, ut in eius opere aliqua fictio esset. Vnde & Dominus hūc errorem de seipsum excludere dignatus est, Luc. vlt. cum Discipuli conturbati & conterriti, putabant se spiritum uidere, & uerum corpus: & ideo se eis palpandum præbuit, dicens, Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod similitudo illa exprimit ueritatē humanæ naturæ in Christo, per modum, quo omnes qui uere in natura humana existunt, similes specie esse dicuntur: non autem intelligitur similitudo phantastica. Ad cuius euidentiam Apostolus subiungit, quod factus est obediēs usque ad mortem, mortem autem crucis. Quod fieri non potuisset, si esset sola similitudo phantastica.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per hoc quod filius Dei uerū corpus assumpsit, in nullo est eius dignitas diminuta. Vnde Aug. dicit * in lib. de fi. ad Pet. Exinaniuit seipsum, formam serui accipiēs, ut fieret seruus: sed formæ Dei plenitudinem non amisit. Non enim filius Dei sic assumpsit uerum corpus, ut forma corporis fieret. Quod repugnat diuinæ simplicitati & puritati. Hoc enim esset, assumere corpus in unitatem naturæ. Quod est impossibile, ut ex supradictis * patet. Sed salua distinctione naturæ assumpsit corpus in unitatem personæ. Ar. prec. Cap. 2. q. 2. ar. 3.

AD TERTIVM dicendum, quòd figura debet respondere rei, quantum ad similitudinem, non quantum ad rei ueritatem. Si enim secundum omnia esset similitudo, iam non esset signum, sed ipsa res: ut Dam. dicit * in 3. lib. Conueniens ergo fuit, ut apparitiones uet. Test. essent secundum apparentiam, quasi figuræ: apparitio autem filii Dei in mundo, esset fm corporis ueritatem, quasi res figurata per illas figuras. Vnde dicit Apost. secundæ Coloss. 2. Quæ sunt umbra futurorum, corpus aūt Christi. Lib. 7. 39. to. 3. Cap. 16 Lib. r. 20. tem

ARTICVLVS II.

Vtrum Dei filius debuerit assumere corpus terrenum. s. carnem & sanguinem.

AD SECVNDVM sic procedit. Vī ꝙ Christus non habuerit corpus carnale siue terrestre, sed cęleste. dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Sed primus homo, scilicet Adam fuit de terra, quantum ad corpus, ut patet Gen. 1. Ergo etiam secundus homo, scilicet Christus

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum octauum.*

TItulus clarus est & motus propter errorē Valentini ut patet in 4. contra Gent. c. 30. Infr. q. art. 3. ar. 37. art. q. 54. & 3. ar. 1. ar. 3. & q. 1. & contra & 34. Et opus. 214.

In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito; Christus habuit corpus terrestre, non cæleste. Et probatur triplici rōne & auctori.

Omnia clara sunt nisi

Cap. 2. rom. 3. opera

nisi quòd in responsione ad primum circa glossam Aug. & Hilarij dubium occurrit, s. ꝙ Christus sit homo cælestis, quia de Spiritusancto conceptus: quoniam si ex virtute actiua seu formatiua corporis homo est cælestis secundum corpus, Adam quoque esset homo cælestis: quia est immediate diuina uirtute corpus eius formatum. Et sic Apostolus non recte posuisset differentiam inter primum hominem & Christum, in hoc quòd ille terrestris, iste cælestis, ad corp⁹ referēdo rōne virtutis formatiuę.

Ad hoc dicitur, ꝙ quia expositio ista non est secundum sensum literalem, non potest ex illa argumentum contra verba Apostoli fieri. Ad literam namque Apostolus loquitur de primo initio vtriusque hominis, scilicet Adæ & Christi: constat autem initium Adæ ex terra esse, cui dispositę iuncta est anima: initium vero Christi ex hypostasi diuina, quę materiam sibi disposuit, formanit, animauit, uniuit, &c. Per hoc enim probat Apostolus illum in animam uiuentem, istum in spiritum uiuificantem: illum terrenum (quia uere personа terrena secundum substantiam & secūdum qualitatem fuit Adam) istum cęlestem, & secundum substantiam personę & secundum qualitatem superioris ordinis. Vnde sunt dotes corporis, de quibus loquitur. Allata tamen expositio non est refutanda, sed reuerenter amplectēda, ita ut etiam saluet differentiam corporum secundum virtutem formatiuam, tum quia Adam fuit immediate a Deo secundum debitum naturæ ordinem (exigit siquidem rerum ordo suppositā nouitate mundi, ut prima individua perfectarum specierum fiant non ex semine, sed immediate a Deo: quoniam, ut dicitur 12. Met. perfecta sunt naturaliter priora imperfectis) Christus autem stante iam naturali modo generationis humanæ per commistionem maris & fœminæ, miraculose supra naturæ leges conceptus est diuina uirtute absque semine humano: tum quia Adam a Deo immediate factus (sicut & boues & leones secundum suas naturas) dicitur: Christi vero cōceptio specialiter appropriatur Spiritui sancto, vt intelligatur ad hoc a Deo immediate factus homo, ut spiritualis sit, ita quòd non ex sola negatione humani seminis, sed ex hoc quòd supra naturę leges ex Spiritusancto dicitur conceptus. differentia posita est inter Christum & Adam quantum ad corpus, quòd Christus de Cęlo cælestis, ille de terra terrestris.

Ar. præced.

Cap. 2.

q. 2. ar. 3.

Lib. 7. tex. 39. to. 3.

Cap. 56

Lib. 1. text. 20. tom. 3.

Infr. qu. art. 3. ar. 37. art. q. 54. a. & 3. a. 3. ar. 3. 4. & q. 2. a. 2. contra & 34. Et opus. 214.

Cap. 2. a me. tom. 3. inter opera Aug.

fuit de cęlo, quantum ad corpus.

¶ 2. Præt. Primæ ad Corint. 15. dicitur, Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: sed regnum Dei principaliter est in Christo. Non ergo in ipso est caro & sanguis, sed magis corpus cæleste.

¶ 3 Præt. Omne quod est optimum, est Deo attribuendum: sed inter omnia corpora nobilissimum est corpus cæleste. ergo tale corpus debuit Christus assumere.

Sed contra est, ꝙ dominus dicit Luc. ulti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem & ossa non sunt ex materia cælestis corporis, sed ex inferioribus elementis. ergo corpus Christi non fuit corpus cæleste, sed carneum & terrenum.

Respon. Dicendum, quòd eisdem rationibus apparet, quare corpus Christi non debuit esse cęleste, qbus ostensum est, *ꝙ non debuit esse phantasticum. Primo enim, quia sicut veritas humanæ naturæ non saluaretur in Christo, si corpus eius esset phantasticum (ut posuit Manichæus) ita etiam non saluaretur si poneretur cæleste, sicut posuit Valentinus. Cum enim forma hominis sit quædam res naturalis, requirit determinatam materiam, scilicet carnes & ossa, quę in hominis definitione poni oportet, vt patet per Philosophum *7. Metaphysi. Secundo, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quæ Christus in corpore gessit. Cum enim corpus cæleste sit impassibile & incorruptibile (vt probatur in * primo de Cælo) si filius Dei corpus cæleste assumpsisset, non uere esurijsset, nec sitisset, nec etiam passionem, & mortem sustinuisset. Tertio etiam derogaret ueritati diuinæ. Cum enim filius Dei se hominibus ostenderit, quasi corpus carneum & terrenum habens, fuisset falsa demonstratio, si corpus cæleste habuisset. Et ideo in libro de Ecclesiasticis * dogmatibus dicitur, Natus est Dei filius carnem ex uirginis corpore trahens, & nō de cælo secum afferens.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus dicitur de cœlo descendisse dupliciter. Vno modo ratione diuinæ naturæ, non ita quòd natura diuina in cælo esse desierit, sed quia in infimis nouo modo esse cœpit, scilicet secundum naturam assumptā, secundum Illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui in cęlis est. Alio modo ratione corporis: non quia ipsum corpus Christi secundum suam substantiam de cælo descenderit: sed quia uirtute cęlesti, ideſt Spiritusancto est eius corpus formatum. Vnde Augustᵘˢ.* dicit ad Orosium, exponens auctoritatem inductam, Cælestem dico Christum: quia non ex humano conceptus est semine. Et hoc etiam modo Hilarius exponit in libro de Trini.†

Ad secvndvm dicendum, quòd caro & sanguis non accipiuntur ibi pro substantia carnis & sanguinis, sed pro corruptione carnis & sanguinis, quæ quidē in Christo non fuit quantum ad culpam: fuit tamen ad tempus quantum ad pœnam, ut opus nostræ redemptionis expleret.

Ad tertivm dicendum, quòd hoc ipsum ad maximam Dei gloriam pertinet, quòd corpus infirmum & terrenum ad tantam sublimitatem prouexit. Vnde in Ephesina synodo legitur uerbum sancti Theophili dicentis, qualiter artificum optimi non in pretiosis tantum materiebus artē ostendentes, in admiratione sunt, sed uilissimum lutum, & terram dissolutam plerumque assumentes, suæ disciplinæ demonstrantes uirtutem, multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex Dei uerbum, non aliquam pretiosam materiam corporis cælestis apprehendens, ad nos aduenit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit.

In hoc secundo articu. dubium occurrit de assumptione sanguinis: an scilicet sanguis, qui erat in corpore Christi, erat unitus diuinitati. Et est ratio dubii ex philosophia: quia sanguis non est pars corporis humani, sed alimentum eius, quod constat nō esse actu, sed potentia corpus, quod aliter: est enim sanguis alimentum decoctum, conuertendum, non conuersum in membra. Et confirmatur auctoritate non solum Aristo. 2. de Partibus anim. sed diui Thom. in multis locis, & singulariter inferius in q. 31. art. 5. ad primum, vbi ponit differentiam inter ossa & carnes ex una parte, & sanguinem ex alia parte, in hoc ꝙ caro & ossa sunt actu partes corporis humani, sanguis autem non est actu pars, sed est potentia totum. Et ideo caro & ossa non possunt absque corruptione & diminutione corporis auferri: sanguis autem sine corruptione cōmunicatur.

In dialo. 65. q. q. 4. a me. illius tom. 3.

Libr. 10. de trinit. ante med. ad sen sum.

Ad hoc dicitur secundum Auctoris doctrinam in 4. sent. distin. 44. q. 1. quòd Partes humani corporis sunt duplices: quædam sic sunt actu partes, ꝙ sunt intransmutabiles in alias partes, ut carnes, ossa, nerui & membra, ut manus pedes. &c. quædā uero sic sunt actu partes, ꝙ sunt in potentia etiam ad alias partes, & tales videntur esse quatuor humores, ex quibus sumus, inter quos est sanguis. Vnde quia huiusmodi habent aliquo modo rationem partis in actu, & aliquo modo partis in potentia, ideo diuersa de eis dicuntur. nam inquātū sunt partes in actu, uerificatur quòd corpus nostrum componitur ex eis, ut in principio dicti lib. Aristoteles testatur: vt uero sunt in potentia ad alias partes, uerificatur ꝙ est alimentum corporis. Et per hoc patet responsio ad rationē in oppositum, dicendo, ꝙ sanguis est corporis alimentum, sed non tantum: quia est ita alimentum, ut etiam sit secundū se pars corporis.

corporis. Ad auctoritatem dicti Tho. dr. q̄ loquit. de parte totalitē in actu, cum dicit, q̄ non potest sine corruptione aut diminutione subtrahi: non autem de parte partim in actu & partim in potentia, qualis est sanguis. Absq; dubio igitur credendum est, filium Dei assumpsisse corpus terreitre. hoc est carnem & sanguinem, vt diuidendo quæstionem Auctor vtilium explicat.

4 di.2.qn.1. ar. 2.q.2. & 4.contra c. 32.34. prin. 35.fi.37. fin. & 41. & ver. 1.q.20. art. 1.c.& vnio. art.1.cor.& 3p.3. q.11.

¶ *Super Quæstionis 5. Articulum 3.*

TItulus clarus est, intelligendus ut sonat, & quæsitus propter Arrium & Apollinarem (vt in litera dicitur) negantes in Christo animam propriam.

Lib.1.de ecclo text. 32. & li.2. sex. 59.tom.2.

¶ In corpore articuli duo fiunt, primo recitatur error Arrij & Apollinaris: secundo reprobatur tripliciter. Quo ad primū ponitur positio ista in se, & sua sequela, in se quidem, dum negatur aīa in Christo: sed ponitur uerbum loco aīæ. in sua uero sequela: quia negantur duæ naturæ in Christo: q̄n non est ibi natura humana: uel q̄n ex aīa & corpore una natura constituitur, ac per hoc ex eo, quod est loco aīæ & corpore, una esset tm natura: prima expositio tm literæ consonat, de natura humana loquenti. Quo ad secūdum afferuntur tres rationes prima ex auctoritate Scripturæ: secunda ex ratione deducente ad incōueniens ex Aug. tertia ex ratione conuincente, q̄ ignorat propriam uocem positio ipsa: quia ponendo carnem, negat carnem, & per hoc ueritati incarnationis contrariatur. Vide de his in quarto contra Gen. cap. 32.

Lib.3.cap.3. & 11.

Cap. 21. in princ.to.3.

Lib. de hæres.ca.49.& 55.to.6.

ARTICVLVS III.

Vtrum filius Dei assumpserit animam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ filius Dei animam non assumpserit. Ioannes enim incarnationis mysterium tradēs dixit, Verbum caro factum est, nulla facta de anima mentione. Non autem dicitur caro factum, eo quòd sit in carnem conuersum, sed quia carnem assumpsit. Non ergo uidetur assumpsisse animam.

¶ 2 Præt. Anima necessaria est corpori ad hoc, q̄ per eam viuificetur: sed ad hoc non fuit necessaria corpori Christi, ut uidet: quia ipsum uerbum Dei, est de quo dicitur in Psal. 35. Domine apud te est fons uitæ. Superfluum ergo fuisset animam adesse, uerbo præsente. Deus autem & natura nihil frustra faciunt, ut etiam Philosophus dicit in primo de Cæl.* ergo videtur, q̄ filius Dei animam non assumpserit.

¶ 3 Præt. Ex vnione animæ ad corpus, constituitur natura communis, quæ est species humana: in domino autem Iesu Christo non est communem speciem accipere, ut Dam.* dicit in 3.lib. Nō igitur assumpsit animam.

SED CONTRA est, qd̄ Aug. dicit in lib. † de Agone Christiano, Non eos audiamus, qui solum humanum corpus dicunt esse susceptum a verbo Dei: & sic audiunt quod dictum est, Verbum caro factum est, ut negent illum hominem, uel animam, uel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solā.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dicit Augustin.* in lib. de hæresibus, opinio fuit primo quidem Arrij, & postea Apollinaris, quòd filius Dei solam carnem assumpsit absque anima, ponētes quòd Verbum fuerit carni loco animę. Ex quo sequebatur, quòd in Christo non fuerint duæ naturæ, sed una tantum: ex anima enim & carne, una natura humana constituitur. Sed hæc positio stare nō potest propter tria. Primo quidē: quia repugnat auctoritati Scripturæ, in qua dominus de sua anima facit mentionem Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. & Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. sed ad hoc respondebat Apollinaris, quòd in his uerbis anima metaphorice sumitur, per quem modum in uete. Testa. Dei anima commemoratur, Isa.1. Calendas uestras & solennitates uestras odiuit anima mea: sed sicut dicit Aug.* in lib. 83.q. Euangelistæ in euangelica narratione narrant, q̄ miratus est Iesus, & iratus & contristatus, & q̄ esurijt. Quæ quidem ita demonstrant eum ueram animam habuisse, sicut ex hoc q̄ comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demonstratur eum habuisse uerum corpus humanum: alioquin si & hæc ad metaphoram referantur, cum similia legantur in ueter. Test. de Deo, peribit fides Euangelicæ narrationis. Aliud enim est, quod Prophetice nuntiatur in figuris, aliud quod secundum rerum proprietatem ab euangelistis historice scribitur. Secundo derogat prædictus error utilitati incarnationis, quæ est liberatio hominis. Vt enim argumentatur Augustin. in lib.* contra Felicianum, si accepta carne filius Dei animam omisit, aut innoxiam sciens, medicinæ indigentē non credidit, aut a se alienam putans redēptionis beneficio non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequiuit, aut ut uilem, & quæ nullis usibus apta uideretur, abiecit. Horum duo blasphemiam importāt in Deum. qūo.n. diceretur Omnipotens, si curare non potuit desperatam? aut qūo omnium Deus, si non ipse fecit animam nostram? Duobus aūt alijs, in uno animæ causa nescitur, in altero meritum nō tenetur. Aut intelligere causam putandus est animæ, qui eam ad accipiendam legem habitu insitæ rationis instructam a peccato uoluntariæ transgressionis nititur separare? Aut quomodo eius generositatem nouit, qui ignobilitatis uitio dicit esse despectam? Si originem attendas, præstantior est animæ substantia: si transgressionis culpam, propter intelligentiam, peior est carne. ego autem Christū & perfectā sapientiam scio, & pijssimum esse non dubito, quorum primo meliorem & prudentiæ capacem non despexit: secundo, eam, quæ magis fuerat uulnerata, suscepit. Tertio uero hæc positio est contra ipsam incarnationis veritatem: caro enim & cetere partes hominis per animam speciem sortiuntur. Vnde recedente anima non est os, aut caro, nisi æquiuoce, ut patet per Philosophum in 2.de Anima, & 7. Metaphy.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur, Verbum caro factum est, caro ponitur pro toto homine, ac si diceret, uerbum homo factum est: sicut & Isa.40. Videbit oīs caro pariter, q̄ os Dñi locutū est. Ideo autem totus homo per carnē significatur: quia, ut dicitur in auctoritate inducta, † per carnem filius Dei visibilis apparuit, unde subditur, Et uidimus gloriam eius: uel ideo, quia ut Aug.* dicit in li. 83. quæst. in tota illa unitate susceptionis principale Verbum est, extrema autem atque ultima caro. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, Verbum & carnem nominauit, omittens animam, quæ est Verbo inferior, carne præstantior. Rationabile etiam fuit, ut nominaret carnem, quæ propter hoc, q̄ magis distat a Verbo, minus assumptibilis uidebatur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ uerbum est fons uitæ, sicut prima causa uitæ effectiua: sed anima est principium uitæ corpori tamquam forma ipsius: forma autem est effectus agentis. Vnde ex præsentia Verbi magis concludi posset, quòd corpus esset animatum: sicut ex præsentia ignis potest cōcludi, q̄ corpus, cui ignis adhæret, sit calidum.

AD TERTIVM dicendum, quòd non est inconueniens, immo necessarium dicere, q̄ in Christo fuerit natura, quæ constituitur per animam corpori aduenientem. Damasce.* autem negat, in domino Iesu Christo esse communem speciem, quasi aliquid tertium resultans ex unione diuinitatis & & humanitatis.

4 di.2.qn.1. ar. 2.q.2. & 4.contra c. 32.34. prin. 35.fi.37. fin. & 41. & ver. 1.q.20. art. 1.c.& vnio. art.1.cor.& 3p.3. q.11.

Lib.1.de ecclo text. 32. & li.2. sex. 59.tom.2.

Lib.3.cap.3. & 11.

Cap. 21. in princ.to.3.

Lib. de hæres.ca.49.& 55.to.6.

Lib. 83.q.q. 80. a medio to4.

¶ *Super*

¶ *Super quæst. quinta articulum quartū.*

TItulus clarus ꝓpter Appollinarem motus, conaictum ad cō firēdū in Christo ani mam,& confitentem aiam sensitiuam in Christo, sed nō mentem, sed loco mentis Verbum, ut habes in 4.contra Gent. c. 33: & in litera.

¶ In corpore articuli duo fiūt: primo ponitur error Appollinaristarum, scdo excludit triplicit̄, & rōnes uident satis claræ. In prima tamē ad uertē, quòd nō dicit Auctor admirationē esse actum rōnis, sed quòd exigit rōnem, dum absq. rōne collatiua effectus cum ea esse non potest.

¶ In rēsponsione ad secundum perspice quod lux maior dicit offuscare minorem, non quo ad substantiā lucis, sed quo ad effectū, q. facit non apparere effectū minoris, cum nihil tollat luce minore. Quo ad substantiam uerō lux maior ꝓficit minorem, augēdo effectū illius: aer.n. illuminatus a candela, cum super illuminatur a sole, non perdit prius lumen, sed acquirit maius lumen: auget enim lumen ex præsentia maioris lucis, quod in litera uocatur perfici, unde non sunt duo lumina in eodem, sed idem perfectius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei assumere debuerit intellectum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, ꝙ filius Dei non assūpserit mentem humanam siue intellectum. Vbi enim est præsentia rei, nō requiritur eius imago: sed homo secundum mētem est ad imaginem Dei, ut Aug.* dicit in li. de Trin. Cum ergo in Christo fuerit præsentia ipsius diuini Verbi, non oportuit ibi esse mentem humanam.

¶ 2 Præterea. Maior lux offuscat B minorem: sed uerbū Dei, quod est lux illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundū (ut dicitur Ioan. 1.) comparatur ad mentem sicut lux maior ad minorem, quia & ipsa mens lux quædam est, quasi lucerna illuminata a prima luce, Prou. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis. ergo in Christo, qui est uerbum Dei, nō fuit necessarium esse mētem humanam.

¶ 3 Præt. Assumptio humanę naturæ a Dei uerbo, dicitur incarnatio eius, sed intellectus siue mens C humana neq. est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est, ut probatur in 3. de † anima. ergo uidetur quòd filius Dei humanam mentem non assumpserit.

SED CONTRA est, qđ Aug.* dicit in li. de fi. ad Pet. Firmissime tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei habere ueram nostri generis carnem & animā rationalem, qui de carne sua dicit, Palpate & uidete, quia spiritꝰ D carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere, Luce ultimo. Animam quoque se habere ostendit dicens, Ego pono animam meam, & iterum summo eam, Ioann. decimo. Intellectum quoque animæ ostendit se habere dicens, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, Matthæi undecimo: Et de ipso per Prophetam Deus dicit, Ecce intelliget puer meus, Isaiæ quinquagesimosecundo.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Aug.* dicit in li. de hęresib⁹, Appollinaristæ de anima Christi a Catholica ecclesia dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christū carnē solā sine aīa susceptisse, in qua quæstione testimoniis euangelicis uicti, mētem defuisse animę Christi, sed pro hac ipsum uerbū in ea fuisse dixerunt: sed hęc positio eisdem rōnib. cōuincitur, sicut & prædicta. Primo.n. hoc aduersatur narrationi euangelicæ, quæ commemorat eū fuisse miratum: ut patet Mat. 7. Admiratio aūt absque rōne esse non pōt, qa importat collationē effectus ad cām, dum. s. aliquis uidet effectum, cuius causam ignorat & quērit, ut dicitur in pri. Met.* Secundo repugnat utilitati incarnationis, quæ est iustificatio hominis a peccato. Anima.n. humana non est capax peccati, nec gratiæ iustificantis, nisi per mentem. Vnde prę- A cipue oportuit mentē humanā assumi. Vñ dicit Dama.* in 3. li. ꝙ Dei uerbū assumpsit corpus, & animā intellectualē & rōnalem: & postea subdit, † Totus totus unitus est, ut toti mihi salutem largiretur: quod.n. inassumptū est, incurabile est. Tertio, hoc repugnat ueritati incarnationis: cum.n. corpus proportionetur animæ sicut materia propriæ formę, non est uere caro humana, quæ nō est ꝑfecta anima humana. s. rōnali. & iō si Christus aīam sine mente habuisset, nō habuisset uerā carnē humanā, sed bestialē: quia per solā mētē anima nostra differt ab aīa bestiali. Vñ dicit Aug.* in li. 83. q. ꝙ ſm hunc errorē sequeretur, ꝙ filius Dei beluam quandam cum figura humani corporis suscepisset: quod iterum repugnat ueritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falsitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ubi est ipsa res ꝑ sui præsentiam, non requiritur eius imago ad hoc ꝙ suppleat locum rei: sicut ubi est Imperator, milites non uenerantur eius imaginē: sed tñ requiritur cum presentia rei imago ipsius, ut perficiatur ex ipsa rei p̄sentia, sicut imago in cera perficitur per impressionē sigilli, & imago hominis resultat in spēculo ꝑ eius p̄sentiam. Vñ ad perficiendam mentem humanam, necessarium fuit, quòd eā sibi uerbum Dei uniuerit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd lux maior euacuat lucem minorem alterius corporis illuminātis: non tamen euacuat, sed perficit lucem corporis illuminati: ad præsentiam enim solis, stellarum lux obscuratur, sed aeris lumen perficitur. Intellectus autē seu mens hominis, est quasi lux illuminata a luce diuini Verbi, & ideo per præsentiam Verbi non euacuatur mens hominis, sed magis perficitur.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ licet potentia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamen essentia animæ humanę, quæ est forma corporis, requritur quod sit nobilior ad hoc, quod habeat potentiam intelligendi. & ideo necesse est ut corpus melius dispositum ei respondeat.

QVAESTIO VI.

De modo assumptionis quantum ad ordinem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordine assumptionis prædictæ.

ET CIRCA hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum filius Dei assūpserit carnem mediante anima.

¶ Secundò, Vtrum assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

¶ Tertiò, Vtrum anima fuerit prius assumpta, quàm caro.

¶ Quartò, Vtrum caro Christi fuerit prius a uerbo assumpta, ꝙ̄ E animæ unita.

¶ Quintò, Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

¶ Sextò, Vtrum sit assumpta mediante gratia.

¶ *Super quæstionis sextæ articulum primum.*

TItulus 1. art. q. 6. intelligēdus est ut sonat, quoniā in corpore distinguetur, & motus est occasione uerborū Augustini & Magistri sentent. in 2. distin. 3. sent. ponentium ordinem in ista assumptione.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo, declaratur ille terminus, mediante, in titulo positus; secundo respondetur quæsito ibi, Sic ergo, si attendimus. primum fit declarando, distinguendo, excludēdo, subdistinguendo, & conferendo membra distincta inter se. Declaratur in primis, quod medium importet ordinē: quod probatur, quia dicitur respectu principii & finis, quorum utrumque importat

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ filius Dei nō assumpserit carnem mediante aīma.

Tertia S. Thomæ.

B

portat ordinem aliquem, ad quem ſpectat ſecundum quē dicitur principium aut finis. Vnde & medium ſecundum aliquem ordinem oportet quò ſit medium, nec oppoſitum intelligi poteſt. Diſtinguitur præterea ordo, in ordinem temporis uel naturæ, & excluſo ordine temporis a myſterio aſſumptionis (ut in hac eadem queſtione patebit), ſubdiuiditur ordo naturæ in ordinem dignitatis & cauſalitatis. Exempla patent in litera. Conferuntur autem hi duo naturæ ordines inter ſe ſecundū connexionem, pro quanto ſecundus ordo cō ſequitur aliquo modo primum. Et dicitur, aliquo modo, quia non oportet uniuerſaliter, q̄ dignius eſt, eſſe cauſam minus digni; nō enim leonina natura eſt cauſa naturæ formicæ, licet ſit formica longe dignior.

¶ Quò ad ſecundum reſpondetur quæſito duabus concluſionibus iuxta duplicē modum medii ſecundum dictos duos naturæ ordines. ſ. medium dignitatis, & medium cauſalitatis. Prima eſt, Filius Dei uniuit ſibi carnem mediante anima, loquendo ſecundum ordinem dignitatis. Probatur; quia anima inuenitur media inter Deum, & carnem, ſecundum dignitatem gradum. Secunda eſt, quòd ſecundum ordinem cauſalitatis filius Dei uniuit ſibi carnē mediante anima.

q.50. art.2. Inf. art.3. & q.33. ar.2. & 3. dis.2. q.2. ar.3. in epiſ.3. ante medium illius. to.2.

Probatur, anima eſt aliqualiter cauſa carnis uniendæ filio Dei. ergo eſt medium in cauſando unionem carnis ad filium Dei. Antecedens probatur dupliciter, primo, quia caro non eſſet aſsūptibilis niſi per ordinem, quem habet ad animam rationalem: ſecundo, quia caro per ordinem ad animam rationalem habet, quòd ſit caro humana: ſola autem natura humana eſt aſſumptibilis, ut patet ex prius dictis.

¶ Antequam ad ulteriora progrediamur, declarandum cenſeo, quid ſentit Auctor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito igitur quòd ſunt hic duæ principales difficultates. Prima eſt circa ordinem partium inter ſe non abſolute, ſed relatas ad aſſumptionem, & hæc tractatur hic quò ad partes eſſentiales ſcilicet animam & corpus. & in ſequenti arti. quo ad partes potentiales, ſcilicet, mentem & ſenſum. Altera eſt circa ordinem inter partes & totum, ſcilicet animam & corpus. & naturam humanam, & hæc tractatur in artic. quinto huius q. Et in utraque quæſtione ſunt uariæ opiniones. Durandus namque in 3. ſenten. diſt. 2. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in myſterio aſſumptionis, tam in partibus inter ſe, quàm in partibus & toto relatis ad aſſumptionem. Scotus uero in 3. ſentent. diſt. 2. q. 2. aliquo modo negat utrobiq; ordinem naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat ſiquidem unam partem eſſe mediam, ut quod aſſumitur reſpectu alterius, & ſimiliter partes eſſe medium, ut quod aſſumitur reſpectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem unam partem eſſe medium, ut quo & reſpectu totius, & reſpectu alterius partis, quia anima eſt conſtitutiua & naturæ & carnis, ut ſit aſſumptibilis. Doctrina autem Auctoris media uia incedit, quoniam & concedit naturę ordinem utrobique, ſcilicet tam in partibus inter ſe, quàm in partibus & toto inter ſe, relatis ſemper ad aſſumptionem, & partim concedit ſecundum naturæ ordinem medium ut quòd, & partim non concedit medium, ut quod,

Perfectior enim eſt modus, quo filius Dei unitur humanæ naturę & partibus eius, quàm quo eſt in omnibus creaturis: ſed in creaturis eſt immediate per eſſentiam, potentiam, & preſentiam. ergo multo magis filius Dei immediate unitur carni, & non mediante anima.

¶ 2 Præt. Anima & caro unita ſūt Dei uerbo in unitate hypoſtaſis ſeu perſonæ: ſed corpus immediate pertinet ad perſonam ſiue hypoſtaſim hominis, ſicut & anima, quinimmo magis uidetur ſe de propinquo habere ad hypoſtaſim corpus, quod eſt materia, quā anima, quæ eſt forma: q̄a principiū individuationis, quę importatur in nomine hypoſtaſis, uidetur eſſe materia. ergo filius Dei non aſſumpſit carnem mediante anima.

¶ 3 Præt. Remoto medio ſeparantur ea, quæ per medium coniunguntur: ſicut remota ſuperficie, ceſſaret color a corpore, qui ineſt corpori per ſuperficiem: ſed ſeparata per mortem anima, adhuc remanet unio uerbi ad carnem, quod infra patebit. * ergo uerbū non coniungitur carni mediāte anima.

Sed contra eſt, quod Aug. dicit in Epiſt. ad Voluſianū. Ipſa magnitudo diuinæ uirtutis, animā ſibi rōnalē, & per eandem corpus humanū, totūq; oīno hominem in melius mutandum coaptauit.

Reſpon. Dicendum, quòd medium dicitur reſpectu principii & finis. Vnde ſicut principiū & finis important ordinem, ita & medium.

Eſt autem duplex ordo, unus quidem temporis, alius autem naturæ. Secundum autem ordinem temporis, non dicitur in myſterio incarnationis aliquid mediū, quia totam humanam naturam ſimul ſibi Verbum Dei uniuit, ut infra † patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua poteſt attendi dupliciter, uno modo, ſecundum gradum dignitatis, ſicut dicimus angelos eſſe medios inter homines & Deum: alio modo, ſecundum rationem cauſalitatis, ſicut dicitur media cā exiſtere inter primam cauſam & ultimū effectū. Et hic ſecundus ordo aliquo mō conſequitur primum, ſicut n. dicit Dion. 13. c. de diu. no. [Deus p ſubſtantias magis ſibi propinquas agit in ea, quæ ſunt magis remota. Sic ergo, ſi attendamus gradū dignitatis, aīa media inuenitur inter Deum, & carnem, & ſm hoc poteſt dici, q̄ filius Dei uniuit ſibi carnem mediante anima, ſed & ſm ordinē cauſalitatis ipſa aīa eſt aliqualiter cā carnis uniendę filio Dei: non. n. eſſet aſſumptibilis, niſi per ordinem quæ habet ad aīam rōnalem, ſm quem hēt quod ſit caro humana. Dictū eſt enim ſupra, * q̄ natura humana prę ceteris eſt aſſumptibilis.

& uniuerſaliter concedit medium, ut quo, in hoc aſſumptionis myſterio. Declaro ſingula præſuppoſita diſtinctione tam dicta, quod mediare ſecundum naturæ ordinem, ut cauſa aſſumptionis ex parte aſſumpti, contingit dupliciter.

Vno modo, quod ſic ſit cauſa, quod aliud aſſumatur, quod ipſa cauſa prę-aſſumi intelligatur, quaſi ſit progreſſus quidam in his q̄ aſſumuntur; & prius ſecundum naturæ ordinem aſſumatur ānima, & deinde caro, ſicut dicimus quod prius generatur hō, quam riſibile ſecundum naturæ ordinē, quam ſimul tempore, quia riſibile præſupponit hominem, ut quod eſt genitū. Et hoc modo Auctor concedit partes naturę, animam ſcilicet, & corpus prius naturaliter aſſumi, quam totam naturam, prius tamen natura ſecundum ordinem executionis, ut in quinto patebit articulo, ubi afferentur argumenta Sco & Duran. contra hoc, & ſoluentur. Alio modo, que ſit cauſa ut aliud ſit aſſumptibile, ſiue ut quo, ſiue ut quod, non curando. & hoc modo affirmat Auctor utrobique eſſe medium, ſcilicet & inter partes inter ſe, & inter partes, & totum. q.33. c.14. remoto prin.

Et explicando diſtincte ſententiam ſuam, ſentit, quod anima eſt medium ut quo tantum, reſpectu carnis & quod anima eſt etiam medium ut quo, partiale tamen, reſpectu totius, & quod anima & corpus ſunt medium, ut quod reſpectu totius ſecundum executionis ordinem. & quod totum eſt medium ut quo, & ut quod reſpectu partium ſecundum intentionis ordinem.

¶ Quocirca primo afferenda ſunt argumenta Duran. contra naturę ordinem inter animam & carnem relatas ad aſſumptionē, deinde declaranda eſt poſitio Auctoris de mediatione animæ ad carnem, tam quo ad mediationem cauſalem, quam quo ad modum, ſcilicet ut quo & non ut quod, & demum reſpondebitur obiectis.

Reliqua quinto reſeruanda ſunt articulo, non enim oportet Scotica argumenta contra mediationem animæ reſpectu carnis afferre, quia contra medium, ut quod ſiunt, quod nos non tenemus, comparando partes inter ſe ad aſſumptionem, ſimul enim non ſolum tempore, ſed natura animam & carnem aſſumi dicimus, ut quod aſſumitur: ita quod neutra mediante altera, ut quod ſed quod caro aſſumatur mediante anima ut quo, ut clare patebit.

¶ Arguit ergo Dur. Si in aſſumptione eſſet ordo naturæ, aut eſſet ex parte aſſumptionis, aut ex parte aſſumptorum: ſed non ex parte aſſumptionis, quia ponitur aſſumptio unica: unius autem ad ſe ipſum non eſt ordo naturæ: nec ex parte aſſumptorum comparando partes inter ſe, quia quando unum unitur duobus, non ut duo ſunt, ſed ut unum, neutrum eorum eſt medium, quoniā medium diſtinctionem exigit ad illud, cuius eſt medium: ſed filius Dei unitus eſt per ſe animę & carni, non ut plura ſunt, ſed ut unū ſunt, quia unitur eis, in quantum ſunt partes unius naturę humanæ. ergo non aſſumpſit carnem mediante anima ſecundum ordinem naturæ ex parte rei.

¶ Quod autem uere ſecundum rem naturæ ordo interſit inter ani-

animam & carnem in assumptione, ex hoc ipso patet, quod est ibi veracausalitas realis. Ad cuius clariorem notitiam afferenda est differentia inter animam & carnem respectu assumptionis: cõparando siquidem hæc duo ad assumptionem, manifeste constabit, quod inter actionem assumptiuam & actionem creatiuam utriusque hæc inuenitur differentia, quod respectu animę nulla alia actio mediat: sed respectu carnis mediat actio animati ua carnis. Nam præsuppositа actione creatiua carnis non est caro assumptibilis secundum congruitatem (sic enim de assumptibili est sermo) nisi sit anima ta seu humana: anima ta autem aut humana non est materia illa, nisi per actionem animatiuam illius: actio autem animatiua cõstat quod animã ponit in carnẽ, quæ realiter faciendo illam in esse animato & humano, vere ut causa media, causat carnis assumptibilitatem.

Præsuppositа autẽ actione creatiua animæ, non expectatur alia actio, qua aliquid superaddatur animę, per quod fiat assumptibilis, sed statim est assumptibilis. Est igitur anima per actionem assumptiuam attingibilis absque actione media, caro autem siue materia non nisi media actione animatiua. est igitur inter carnem & animam inter se relatas ad assumptionem, ordo naturæ secundum causalitatem in re. Et quoniam ex hoc quod anima sic causat carnem assumptibilem, non sequitur, ergo anima prius natura assumitur: sed bene sequitur, ergo est ratio, quod caro assumatur, & ut in litera dicitur, non est nisi in fieri ratio: id autem quod se habet ad carnem ut ratio quod assumatur, se habet utquo, & non oportet quod se habeat ut quod, ideo ex hac doctrina Auctoris non plus habeo quã quod anima mediat ut causa media ut qua, seu quo, ita quod non prius natura anima ut quod assumitur, sed prius natura anima ut quo assumitur, & simul natura utrumque, ut quod assumitur, ita quod referendo animam, & carnem inter se ad assumi ut quod, nullus est naturæ ordo, quia neutrum est alteri medium ut quod. Et si ad hoc tendebat Duran. non contradico: sed quia non inuenio se sic declarasse, ut Scotus fecit, ideo &c. Moueor autem ad negandum, quod anima est medium ut quod respectu carnis in assumptiõe, quia nulla apparet ratio quare debeat hoc concedi; quamuis enim tam anima, quam caro sit assumpta, ut quod assumitur, partialiter tamen seu ut pars, quia anima non intelligitur prius assumpta, quam animet carnem (quod per creatiuam actionem sortitur ex modo suæ creationis, quia. s. creatur in corpore) nec caro prius assumitur, quam sit animata: ideo inter animam & carnem ut sunt quæ assumuntur, nullum video ordinem naturæ aut intellectus, sed solum, ut dictum est, quod anima est causa carni ut quo, quod assumatur.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, quod in assumptione est naturæ ordo ex parte assumptorum. Et cum contra hoc arguitur, quia unitum pluribus, non in quantum sunt plura, sed unum &c. negatur Min or: quoniam filius Dei assumpsit animam & corpus, ut sunt plura: quia assumpsit illa ut sunt duæ partes essentiales realiter distinctę inter se. Ad probationem dicitur, quod aliud est concedere affirmatiuam. s. assumpsit partes ut sunt unum, & aliud est cum dicta affirmatiua concedere etiam negatiuam. s. nõ assumpsit partes, ut sunt plures res.

Affirmatiua namq; importat quod partes sunt assumptæ ut uniuntur in toto, & hoc est dictum, quod partes non sunt assumptæ ut sunt in toto, negatiua autẽ importat, q̃ partes non sunt assumptæ secundum seipsas, sed quod assumptio terminatur ad totum tantum, & ad partes non nisi ut sunt in toto. Constat autem ex Doctrina sacra, filium Dei assumpsisse ita partes in toto, quod tamẽ ad ipsas partes in seipsis terminata est assumptio: alioquin oportuisset in morte Christi fieri nouas assumptiones animæ in se, A & corporis in se, quoniam in toto non erant. Dicito igitur, quod filius Dei assumpsit animam & carnem, inquantum sunt partes vnius naturæ: sed ex hoc non sequitur, ergo inquantum sunt vnum & non inquantum sunt plures: quia & assumpsit, inquantum sunt vnum in natura vnica, & inquantum sunt in se plures res, partiales tamen.

¶ In responsione ad secundum eiusdẽ primi articuli, nota primò hanc doctrinam, quòd scilicet non eodem ordine se habẽt partes naturæ humanæ ad personalitatẽ alienam, scilicet Verbi Dei, quo se haberent ad personalitatem propriam, scilicet personæ humanæ. & ratio in litera redditur ex altitudine diuinę personæ. & hæc bene retineto, & applicato, cum discutitur Assumptionis mysterium quò ad ordinem assumptorum; & non fundes te super ordine eorũdem ad propriã personalitatem, vt in 5. art. ratio Scoti super hoc fundamento afferetur.

Secunda secundò, q̃ prima verba literæ scilicet corpus est vicinius personę proprię, anima autem natura humanæ, non carent scrupulo. Quoniam etsi vera sunt secundum communia homini, & aliis substantiis sensibilibus (quoniã in eis anima vicinior est naturæ & corpus personæ: quia anima constituit formaliter naturam, & materia indiuiduat, personæ autem constat indiuiduũ maxime appropinquare, unde & creditur idem oino quò ad rẽ apud multos) secũdum tamen propria principia hois vt oppositum, quoniã aia intellectiua, quia est ex se subsistens, & defert secũ subsistentiã, quã cõicat suppositо, ppinquior est personæ, cuius propriũ est subsistere, adeo vt ipsi personæ prius conueniat. Sed hoc nõ obstat, quia aia intellectiua in suo fieri mendicat hæcceitatem a corpore, licet occasionaliter, nec defert secum subsistentiã propriã sibi, ut q̃ subsistit, nisi in potẽtia, sed ut proprium illius principiũ vt quo. Vnde licet aliquid plus propinquitatis habeat ad hypostasim, quàm aliæ animæ, quia ex proprio ordine defert, vt quo tamen, actum subsistendi, non tamen propinquior est, quam corpus, quod ipsam animam & suum essendi actum indiuiduat. Stant ergo solida verba literæ.

¶ In responsione ad tertium eiusdem art. clare habes, quo pacto apud Auctorem intelligitur animam mediare in assumptione carnis. s. cum tribus conditionibus. Prima est secundum aptitudinẽ, quia. s. reddit carnem aptam ad assumi, faciendo ipsam animatam & humanam. Secunda est secundum congruitatem, quia hæc aptitudo non est necessitatis, sed congruitatis: nam & Deus posset sine illa assumere carnem, & caro sic apta non necessitat ad assumptionẽ: sed ex hoc ipso, quod caro est humana, est habilis de congruo, ut assumatur, hoc est, assumptibilis est de congruo. Tertia est in fieri, quia conditio ista, quia caro est de congruo assumptibilis, non mediat in facto esse, sed in fieri tantum. Et propterea cessante tali conditione actualiter (vt de facto cessauit in morte Christi, quia caro Christi in triduo non erat animata, nec etiam caro, nisi equiuoce) non propterea desinit unio assumptæ carnis ad diuinam hypostasim, quã oportuisset desinere, si anima esset mediũ in facto esse, sicut quia est medium in fieri, ideo in principio assumptionis caro nõ nisi animata ac humana assumitur. Et hinc habes, q̃ caro ipsa in se terminat assumptiuã actionẽ, & nõ solum ut animata & ut humana, licet nõ attingeret eã, nisi esset animata aut humana, sicut aliquis accipit in uxorẽ mulierẽ pulchram, fm seipsam mulierẽ licet non acciperet eam nisi esset in principio, cũ eã accipit, pulchra, ut in litera dicitur. Et propterea in morte Christi desinente humanitate per mortẽ, nõ de nouo Verbum assumpsit animam & corpus, sed quæ in principio facta est assumptio & determinata ad totum, & partes etiam fm se non desijt terminari ad partes deficiente toto: q̃m nec ipsum totum est mediũ in assumptione, nisi in fieri fm ordinem intentionis, ut infra patebit.

naturam, sequeretur quòd corpus esset ei vicinius, cum sit materia, quę est indiuiduatiõis principium: sicut & anima, quæ est forma specifica, propinquius se habet ad naturam humanam: sed quia hypostasis verbi est prior, & altior, quàm humana natura, tanto id, quod est in humana natura, propinquius ad eam se habet, quanto est altius: & ideo propinquior est verbo Dei anima, quã corpus.

Ad primvm ergo dicendum, quod duplex ordo cõsiderari potest inter creaturam & Deum, unus quidem secundum quod creaturæ causantur a Deo, & dependent ab ipso, sicut a principio sui esse. & sic propter infinitatem suę uirtutis, Deus immediate attingit quamlibet rem, causando, & conseruando & ad hoc pertinet, quod Deus immediate est in om B nibus per essentiam, præsentiam & potentiam. Alius autem ordo est secundum q̃ res reducuntur in Deum sicut in finem, & quantum ad hoc inueuitur medium inter creaturam & Deum: quia inferiores creaturæ reducuntur in Deum per superiores, ut dicit Dion. in lib. Cęle. Hiera. Et ad hũc ordinem pertinet assumptio humanę naturæ a Verbo Dei, quod est termin⁹ assumptionis, & ideo per animam unitur carni.

Ad ii. Dicendum, quòd si hypostasis Verbi Dei constitueretur simpliciter per humanam C qua in matrimoniũ ducit pp pulchritudinẽ, quæ facit cõgruitatẽ in muliere ad copulã coniugalẽ;

Ad tertivm dicendũ, quòd nihil prohibet, aliquid esse causam alicuius quantum ad aptitudinem & congruitatem, quo tamen remoto, illud non tollitur: quia etsi fieri alicuius dependet ex aliquo, postquam tamen est in facto esse, ab eo non dependet. Sicut si inter aliquos amicitia causatur aliquo mediãte, eo recedẽte adhuc amicitia remanet: & si ali-

¶Super quæstionis sextæ articulum secundum.

IN titulo nota, q̃ si termini prædeclarandi sunt, ut in conclusione sumuntur, non restat locus argumentis primo & tertio: sed si in titulo relinquuntur indistincti, ita tamen ut nomine Spiritus intelligatur mens seu pars intellectiua, locus relinquitur argumentis & responsionibus.

Locis sup. 2. 2. not at.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu. Probatur dupliciter.

P.p. q. 77. ar. 3. ad 1.

Primo ratione: assumpsit ceteras partes animę mediante intellectu, tam secundum ordinē dignitatis, q̃ ſm ordinē ad cōgruētiā assumptionis. ergo assumpsit animam mediante spiritu. Antecedens pro prima parte probatur: quia intellectus est dignior.

Q. 4. ar. 2.

Pro secunda: quia anima non est assumptibilis nisi per illud, quo est ad imaginem Dei, Consequentia probatur ex præcedenti articulo ex simili ratione. Secundo, probatur conclusio auctoritate Damasce.

Ex c. 18. 29. 20. & 21. col ligitur to. 3.

¶ Aduerte hic duo: primo, quod hic est comparatio partium potentialium. i. partis superioris, quæ uocatur spiritus, siue mens, siue intellect⁹. & partis inferioris, quę est pars sensitiua & uegetatiua, quæ uocatur anima. & quoniam omnes istæ partes sunt assumptę a uerbo, & distinguũtur etiam genere inter se & ordine quodam se habent ad Verbum, tum quo ad dignitatem, tum quo ad assumptibilitatem: quia pars sensitiua, non est assumptibilis, nisi quia cōiuncta est intellectiuæ, sicut nec caro, nisi quia est pars hois, ideo Augustin. dixit, & Auctor declarauit, q̃ assumpsit animā, idest, partem sensitiuam mediante spiritu. i. parte intellectiua. Et scito q̃ si contamen pulchritudine cessante, ad huc durat copula coniugalis. & similiter separata anima, remanet vnio verbi ad carnem.

Ar. præced.

li. 3. orth. fi. c. 6. ante me dium.

ARTICVLVS II.

Vtrum Dei filius assumpserit animam mediante spiritu, siue mente.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod filius Dei nō assumpserit animam mediante spiritu. Idem enim non cadit medium inter seipsum & aliquid aliud: sed spiritus siue mens non est aliud in essentia ab ipsa anima, ut in prima parte habitum est.* ergo filius Dei non assumpsit animam mediante spiritu siue mente.

¶ 2 Præ. Illud, quo mediante facta est assumptio, uidetur esse magis assumptibile: sed spiritus siue mens non est magis assumptibilis, quam anima: quod patet ex hoc, quod spiritus angelici non sunt assumptibiles, ut supra dictum est.* ergo uidetur, quod filius Dei nō assumpserit animā mediante spiritu.

¶ 3 Præte. Posterius assumitur a primo mediante priori: sed anima nominat ipsam essentiam, quæ est prior naturaliter, quam ipsa potentia eius quæ est mens. ergo uidetur, quod filius Dei nō assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Agone Christiano.† Inuisibilis, & incommutabilis ueritas, per spiritum animam, & per animam corpus accepit.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est,* filius Dei, dicitur assumpsisse carnem anima mediante, tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter cōgruitatem assumptionis. Vtrumque autem horum inuenitur, si comparemus intellectum, qui spiritus dicitur, ad ceteras aīæ partes: non enim anima est assumptibilis secundum congruitatem, nisi per hoc, quod est capax Dei ad imaginem eius existens, quod est secundum mentem, quæ spiritus dicitur, secundum illud Ephe. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Similiter etiam intellectus inter ceteras partes animę, est supior, & dignior, & Deo similior. & iō, ut Damasc. dicit in 3. li.* unitum est carni per medium intellectum, uerbum Dei. intellectus. n. est quod est animæ purissimum, sed & Deus est intellectus.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd & si intellectus nō sit aliud ab anima secundum essentiam: distinguitur tamen ab aliis partibus animæ secundum rationem potentiæ. & secundum hoc competit sibi ratio medij.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ spiritui angelico nō deest cōgruitas ad assumptionem, propter defectum dignitatis: sed propter aīr reparabilitatem casus, quod non potest dici de spiritu humano, ut patet ex his, quæ in in prima parte* dicta sunt.

AD III. Dicendū, quòd anima (inter quam & Dei verbum ponitur medium intellectus) non accipitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentijs cōmunis: sed pro potentijs inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima a Dei filio prius fuerit assumpta, quàm caro.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd anima Christi fuerit prius assumpta a Verbo quàm caro. Filiꝰ enim Dei assumpsit carnem mediante anima, ut dictum est: * sed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. ergo filius Dei assumpsit prius animam quàm corpus.

¶ 2 Præte. Anima Christi est dignior angelis, ſm illud Psal. 96. Adorate eum omnes angeli eius: sed angeli creati sunt a principio, ut in primo habitum est. † ergo & anima Christi, quę non fuit ante creata, quàm assumpta: dicit. n. Damasc. in 3. lib.* quòd numquā neque anima neque corpus Christi propriam habuerunt hypostasim. ergo uidet quòd anima fuerit ante assumpta, quàm caro, quę est concepta in utero Virginis.

¶ 3 Præterea. Ioan. 1. dicitur, Vidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis: & postea subditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, idest, omnes fideles quocumque tempore, ut Chrysostomus exponit. * Hoc autem non esset nisi anima Christi habuisset plenitudinem gratiæ, & veritatis ante omnes sanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia causa non est posterior causato. Cum igitur plenitudo gratiæ & veritatis fuerit in anima Christi ex vnione ad Verbum, secundum illud quod ibidem dicitur, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis, consequens uidetur, quòd a principio mundi anima Christi fuerit a Verbo Dei assumpta.

fiderentur istæ duæ partes, nō secundum q̃ vniunt in una substantia aiæ (quia sensituum est in intellectiuo, ut trigonū in tetragono, ut dr in 2. de Anima) sed abstrahendo ab illo vel alio modo coniunctionis, & cōsiderentur ipsę partes diuersæ. & q̃ coniunctæ sunt in nomine nō curādo de modo, quo sunt coniunctæ, simile est iudiciū de illa propositione, Assumpsit carnē mediāte anima, & assumpsit animā mediante spiritu. Et propterea Augu. simul utramq; protulit, & in litera similis dicitur utraq; meditatio. saluantur enim utrobiq; & gradus dignitatis, & causa & causatū, dū pars intellectiua ex hoc, q̃ coniungitur parti sensitiuæ, perficit illā, & est illi ratio q̃ fit assumptibilis. Quocirca non requiras hic causalitatē, sicut pars essentialis, quę est forma, est causa alterius cōstitutiua, sed ꝓportionaliter causalitate, sicut pars potentialis formalior & superioris ordinis est causa partis inferioris. oportet. n. ꝓportionaliter inquirere & intelligere causalitatem, sicut proportionaliter sūt partes, quæ dicuntur partes essentiales, & quæ dicuntur partes potentiales.

Lib. 4. c. 6. princ.

D. 13.

Li. 1. c. 7. 8 com. 4.

P.p. q. 4. a. 2.

Infra q. 33. ar. & 3. & ar. 4. & 2. q. 2. & di. 3. q. 2. & 4. 33. 44. & Ar. ibi.

P.p. q. 4. a. 2

¶Super quæst. sextę ar ticulum tertium.

Lib. 3. cap.

IN titulo ly prius, sumitur secūdum tempus ita q̃ quęstio est de prioritate tēporis. & occasio huiꝰ est positio Origenis.

¶ In corpore articuli fiunt tria, primò ponitur positio Origenis: secundò reprobatur in vno sensu: tertio reprobatur i alio sensu. Distinctio patet & clara est in litera. Quò ad primū positio Orig. refert quò ad duo. s. & quò ad animasoium hominū, & quò ad aiam Christi scilicet q̃ omnes fuerunt

Homil. 10. ab initio tom. 3.

fuerunt a principio simul creatæ: de qua Origenis positione uide, si uis, in 2. contra Gent. c. 83. quoniam hic non tractatur, nisi quo ad animam Christi in ordine ad assumptionem. Quo ad secundum, quia dupliciter poni potest, animam Christi ab initio mundi creatam fuisse, uel creatam, & non simul assumptã a filio Dei, uel tunc creatã, & simul assumptam a filio Dei, sed postea in utero Virginis carni unitam, ideo in littera uterque modus excluditur.

Lib. 4. c. 6. in princ.

¶ Et contra primum ponit conclusio hęc. Inconueniens est animam Christi ab initio creatam esse, & non simul assumptã, probatur ducẽdo ad inconueniens, quia sic fuisset aliquando per se subsistens, & uel corrupta fuisset illius subsistentia in assumptione, quod est inconueniens, uel remansisset, quod est impossibile, quia nõ fuisset unio secundũ subsistentiam.

D. 13. q. 1. a. 2. & 3. Lib. 3. c. 7. & 8. com. 4.

¶ Vbi nota primo, quod Auctor loquitur hic de subsistentia tamquam si loqueretur de personalitate; quia anima separata differt a persona solum per hoc, quod est incompletæ speciei, quia non est species, sed pars speciei. Quia enim eadem est ratio de personalitate & subsistentia quo ad assumi, & non assumi (quia scilicet utrique eadem ratione repugnat) ideo eadem utitur ratione Auctor contra subsistentiam animę separatæ, qua usus est superius contra personalitatem substantiæ separatę, quæ est angelus. Nam sicut implicat personam assumi in unitatem personalem alterius personæ, quia pertineret ad esse personale assumentis personæ, quia assumpta esset, & non pertineret ad esse personale assumentis personę, quia esset secundum se in persona alia, ita implicat subsistentem animam assumi ad aliud subsistens, quia simul per se separatim existeret, & non per se separatim existeret. Ex eo namque, quod ponitur subsistens secundum se, ponitur per se separatim existere, nam hoc ipsum significat subsistere secundum se, & ex eo quod ponitur assumi ad alterius subsistentiam, ponitur quòd non per se, sed per illud aliud subsistat; alioquin ad illius alterius subsistentiam non esset tracta.

¶ Nota secundo, quòd subsistentiam animæ præexistentem corrumpi, potest intelligi dupliciter, primo quo ad actum subsistendi, qui nihil aliud est quam actus essendi ipsius animæ, ut est ipsius solius, hoc est ut est eius ut quod est, & hoc modo uidentur thomistæ, iuxta superius recitata, de personalitate intelligere hunc locum. Alio modo, non solum quo ad actum subsistendi, sed quo ad id, quod subiicitur actui subsistendi, ita ut corrupto subiecto actus, ex consequenti sequatur corruptio actus, & hoc modo intelligendus uidetur hic textus, conformiter ad prædeterminata de personalitate. Imaginandum est enim quod anima separata est semipersona, & non solum seminatura: nam unita carni est seminatura, cum sit pars essentialis humanæ naturæ: sed non subsistit per seipsam ut quod, sed per hypostasim, cui ut anima, ut ratio subsistendi ex proprio genere, s. immaterialiordine defert actum essendi & subsistendi: sed statim ut separata est a corpore, ex hoc ipso, quo constituitur in esse separato, constituitur in quadam totalitate & completione ut scilicet sit quod subsistit, inadæquate tamen ad suum esse in quo natum est etiam corpus, & totus homo subsistere. Iam enim dictum est, quod separatio dat quandam totalitatem & completionem, & ideo statim separata anima est semipersona, ac per hoc proprio termino terminatur, quæ in corpore existens terminabatur termino totius hominis. Et ideo sicut si assumeretur præexistens angelus, corrumperetur primo terminatio naturæ angelicæ, quæ est illius personalitas: ita si assumeretur anima prius separatim existens corrumperetur ipsius terminatio, qua constituitur in esse quod est & semipersonæ & subsistentis. Sed si anima assumitur non præexistens separata (sicut etiam unitur de facto corpori non præexistens separato) tunc solum ut seminatura assumitur & unitur; quia non a huc terminata intelligitur proprio termino, quem in sui a corpore, & ab hypostasi separatione nata est habere. Notanter autem dico, non solum a corpore, sed ab hypostasi, quia si anima separaretur a corpore, & non ab hypostasi (quę in solo Christo accidit in triduo) tunc non nisi ut seminatura separata a tota natura, quę desineret, remaneret subsistens, non per se, sed hypostasim alienam, puta, filii Dei, cui semper est unita.

Est epist. 11. ad Iulia. c. Conclusio non multum ante fi.

Ar. 1. huius.

¶ Sed insurgit tunc quæstio, an in communi resurrectione anima separata huius uel illius reuersa ad corpus retineat suã propriam terminationem: an perdat illam, & terminetur personalitate totius.

Ad Iul. epis. non multum ante fi. & est epist. 11.

¶ Ad hoc dicitur, quia aliter se habet anima rationalis in sui principio, cum in corpore sit, & aliter cum ad corpus, per resurrectionem redit. Quod ex hoc habetur, quod anima in sui principio indiuiduatur ex corpore, quamuis occasionaliter, in resurrectione autẽ anima indiuiduat potius corpus, quam indiuiduetur ex ipso, ut patet in his, in quibus diuina uirtute materia corporis supplebitur, puta, q totaliter per multas generationes & generationes ex solis carnibus humanis nutriti sint.

¶ Sicut ergo indiuiduationem semel in corpore adeptam numquam deserit anima rationalis, sed ex illa indiuiduat, si opus est, corpus (ita ut idem numero sit resurgens homo, qui prius fuit) ita rationabile est. ut ad propriam terminationem aliter se habeat in corpore, & extra, ac in reditu.

¶ Nam non acquirit illam in corpore, constituendo naturam, sicut acquirit indiuiduationem, sed acquirit illam in corpore constituendo personam, hoc est, si ad hoc perueniat, quòd sit principium constitutiuum propriæ personæ, & non solum propriæ naturæ, & ideo in Christo non acquisiuit proprium terminum, q a non constituit propriam personam, sed nec constituendo propriam personam uidetur acquirere illum consumate; sed medio modo inter actum & potentiam: quoniam aliquo modo est, qd subsistit & operatur, & aliquo modo non. Sed in separatione a corpore & corruptione hypostasis, quæ simul in aliis a Christo hominibus sunt, anima proprium terminum consumate acquirit, quem semel adeptum retinebit etiam in reditu ad corpus, & in statu perfectiori possessura illum reunita corpori, quam si separata esset, eo quod tunc erit in naturalissimo suo esse. Vt sic differentia quo ad propriam terminationem inter animam in sui principio, & in resurrectione sit, quod in sui principio deforis uenit, ut quo etiã quo ad personalitatem, & ideo impediri contingit illam & a propria & totius personalitate, ut patet in mysterio assumptionis; in regressu autem uenit, ut quod est, licet partialiter. Et ideo sicut indiuiduat & communicat suũ esse homini, & glorificat illum in Sanctis, ita subsistentiam, terminationem, semique personalitatem, ad perfectionem humanæ subsistentiæ & personalitatis adducit.

¶ Quo ad tertium refutatur Origenis positio intellecta secundo modo (.s. quod anima illa in sui creatione ab initio fuerit unita, & postmodum in utero Virginis incarnata) primo deducendo ad inconueniens, q scilicet anima Christi non uideretur esse eiusdem naturæ cum nostris secundo auctoritate Leonis.

¶ Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primo, quantum ualeat simpliciter. nam ex hoc, quod homo uel bos creatur ante omnia sæcula uel post, non uariatur natura eius, sed mensura secundum durationem. nihil ergo uidetur

ualere ratio inferens alie tatem naturæ ex prioritate secũdum dF
rationem productionis. Secundo, quantum ualeat ad hominem, quia Origenes ponebat non solum Christi, sed omnium hominum animas ab initio creatas: unde magis, si ratio ualet, sequitur quod anima Christi sit eiusdem naturæ cum nostris, ex quo simul ad initio omnes creatæ ponuntur.

Inf. q. 68. ar. 1. ad 1. & 3. di. 14. ar. 1. q. 2. ad 1. & ad 2. & ne. q. 6. ar. 4. ad 9.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ ratio non est ad hominem, sed simpliciter: & ideo non oportet ipsam saluare ad hoiem, sed simpliciter. Fundatur aũt ratio super hoc, quod naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc, quod est produci in corpore, uel extra, & ante corpus, mõstrat diuersitatem naturæ rei productæ.

Nec eget multa probatione hæc propositio, sed est quasi per se nota; quoniam sires aliquæ sic se habent, quod ex naturis suis uendicant sibi tam diuersos modos suæ naturalis productionis, non nisi ex diuersitate formali rerum, quæ producuntur, procedunt: puta quia una naturaliter est in corpore, & alia non, propterea una naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus, una naturaliter est forma corporis, & ideo fit in corpore. alia non est naturaliter formã corporis, & ideo fit extra, & ante corpus.

Locis su. ar. 3. citatis.

c. 18. in prin. to. 5.

Vnde supponit hæc ratio animas nostras secundum suum naturalem modum fiendi, creando infundi & infundendo creari, quia sunt naturaliter formę corporum, & ex hac suppositione arguit, quod anima Christi non fuit ab initio creata & assumpta. Supponit etiam quod in prima constitutione uniuersi non attenditur (ut Aug. docuit) quid Deus potuerit facere, sed quid naturæ rerum earumque ordo exigat.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli nota bene resolutionem claram, unde fides Christi est iustificatiua, s. ex proposito diuinæ gratiæ, iuxta euidentem auctoritatem Apost. ad Rom. 4.

AD TERTIVM Dicendum, quòd de plenitudine Christi omnes homines accipiunt secundũ fidem, quam habent in ipsum: dicitur enim Rom. 3. quòd iustitia Dei est per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credũt in ipsum. Sicut autem nos in ipsum credimus ut in iam natum, ita antiqui crediderunt in ipsum ut in nasciturum: habentes enim eundem spiritum fidei credimus, ut dicitur 1. ad Co. 4. Habet aũt fides quæ est in Christum, uirtutẽ iustificandi ex proposito gratiæ Dei, secũdum illud Rom. 4. Ei qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Vñquia hoc propositum est æternum, nihil prohibet persõ dem Iesu Christi aliquos iustificari, etiam antequam eius anima esset plena gratia & ueritate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum caro Christi fuerit prius a uerbo assumpta, quam animæ unita.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quòd caro Christi fuerit prius a uerbo assumpta, q̃ animæ unita. Dicit. n. Aug. in li. de fid.* ad Pet. Firmissime tene, &

¶ *Super quæstionis sextæ articulum quartum.*

TItulus de prioritate temporis intelligitur. Et est ratio quæstionis, quia in conceptione aliorum hominum inuenit prius tempore caro, quam adueniat anima rationalis, q. a prius uiuit uita plantæ, deinde uita sensus, & postremo animatur anima rationali. Et constat quod filius Dei assumpsit carnem ab initio conceptionis sui corporis.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito negatiue. Caro Christi non prius assumpta est a uerbo, quam animæ unita. Probatur dupliciter, primo sic. Caro humana non est assumptibilis antequam sit propria materia animæ rationalis & humana. ergo non est prius assumpta, quam animæ rationali unita: Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt, nec differunt, nisi sicut expressum in communi & proprio uocabulo, quoniam materia propria animæ rõnalis & caro humana idem sunt: sed differunt, quia ut materia propria sonat id; quod commune est omnibus naturis propriis, ut caro humana specificat id quod est in ordine ad animam rationalem.

Ex utraq; ergo parte probatur in litera cõsequentia. Primo, ex proprietate materiæ, q̃a materia simul dũ recipit formã fit, ppria illius formæ; quod probatur, tum: quia materia non prius hẽt ordinem ad formam ut propriam formam, quam habeat ipsam formam, tum, quia simul terminatur generatio & alteratio præuia. Ex secunda uero parte, quia caro non est humana ante aduentũ animę rationalis. Antecedens uero pro secunda parte relinquitur per se notum: pro prima uero parte probatur, quia caro humana non est assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, ut propriam formã. Secundo probatur conclusio ex proportionali adiũcta huic rationi similitudine de anima. sicut anima rationalis non prius assumpta, quam unita carni; ita nec caro prius assumpta quã unita animæ rationali. Et utrobique ratio proportionaliter est: quia id contra naturam animę, hoc cõtra naturam carnis humanæ.

In art. p. in fin.

* Circa hunc processum, unum dubium occurrit, quia uidetur quòd materia, propria formæ sit ante aduentum formæ: quoniam materia nõ est propria nisi propter dispositiones ad talem formam, materia autem plene disposita est immediate ante instans introductionis formæ. prius igitur tempore est materia propria animæ rationalis, & uniuersaliter fosme, quam adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia propria animæ rationalis, & minus habet ordinẽ ad ipsam caro mortua, quam caro immediate ante instans introductionis animæ rationalis, quoniam ista naturaliter necessitat ad formam, illa naturaliter magis ac magis recedit a forma exclusa: sed caro Christi mortua habet ordinem ad animam Christi, propter quem remanet assumpta, ut propria materia illius. igitur & caro in ultima dispositione habet illum ordinem, & est propria materia animæ rationalis.

In pro. habetur liber in ope. Aria mo 3.

Lib. 3. cel fin. ca.

¶ Ad primum dicitur, quod propria materia alicuius formę dupliciter dicitur. s. in fieri tantum uel in facto esse. In proposito autem sermo est de materia propria in facto esse: obiectio autem procedit de materia proprie in fieri.

¶ Ad secundum conceditur, quod secundum naturæ ordinem caro ultimo disposita habet magis rationem propriæ materię, quam caro mortua, sed in ordine ad resurrectionem, quæ sola diuina potest potentia fieri, caro mortua habet magis materiæ propriæ rationem: quia ista iam in facto esse fuit propria materia istius animæ, & dedit huic animæ indiuiduationem, & reuenienda est illi ad reconstituendum eundem numero hominem.

¶ Vnde in equinoco laboramus, quoniam aliter sumitur propria materia in generatione, ubi naturæ ordo attenditur, & aliter in resurrectione, ubi diuinus ordo consideratur; quia tamen apud theologum utraque dicitur propria materia, ideo caute Auctor in litera non dixit, hunc ordinem non haberi nisi præsente anima rationali corpori, sed dixit non haberi antequam anima adueniat: cum hoc enim stat, quod habeat etiam post mortem, ex quo iam semel anima affuit corpori: cum primo autem dicto non staret, quòd haberetur post mortem propria materia.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, uide rationem naturalem, quare non arguit diuersitatem naturæ auferre a Christo naturalem modum producendi carnem, & ageret diuersitatem naturę, si anima producta esset ante corpus; quia, scilicet in carnis productione uarietas esset penes antecedentia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dentia tantum, in animę uero productione, varietas ponitur in ipsis constitutiuis intrinsecis. Et ratio assignatur, quia materia nata est esse ante formam, & disponi ad illam: forma autem nō est nata esse ante materiam; hanc tamen rationem intelligito pro ratione conuenientiæ, quare. s. conueniens fuit carnem Christi nō naturaliter, hoc est aliorum hominum more fieri per dispositiones præuias, sed miraculose statim cōcipi perfectam, animam uero conueniens fuit non miraculose ante corpus, sed naturaliter, hoc est secundum aliarū cursum fieri. s. creando infundi, & infundendo creari, quoniam ut ex antedictis patet, diuersus modus producendi animam, s. in corpore uel extra & ante corpus, in diuersitatē naturę non redundaret, si miraculose aliqua anima fieret extra & ante corpus: sed si naturaliter fieret extra & ante corpus, q. s. naturaliter factum fuisset, oportet ponere illos, qui in cōstitutione mundi sic factum putant ut prędictum est.

¶ In responsione ad tertium distingue & ordina nouitie, unā & eandem carnem secundum diuersa prędicata substantialia, prępondendo magis communem minus communi (Verbi gratia, secundum q est corpus, secundū quod est animatum &c.) & per species, q caro prius natura attingitur a uerbo effectiue per essentiam, potentiam, & præsentiam, quā terminatiue per vnionem personalem, qa prius natura est quodam ens, puta corp⁹, quam animata. Sed prius natura est animata, quam unita uerbo personaliter, tum, quia constituitur in esse assumptibili per esse animatum: tum, qa caro constituitur in natura rationali per esse animatum anima rationali. Constat autem, quod non est assumptibilis nisi ut pars naturæ rationalis, non solum ex parte sui, sed etiam ex parte personæ, quæ significat non quamlibet hypostasim, sed hypostasim naturæ rationalis.

¶ *Super quæst. sexta articulum quintum.*

TItulus articuli intelligendus est ut sonat.

¶ In corpore articuli duo fiūt. primo declaratur, quomodo intelligitur ly mediante, in mysterio assumptionis. Secundo, respondetur quæsito una conclusione. Quo ad primum dicit unam propositionem multarum partium. s. in mysterio assūptionis medium intelligitur non temporis, sed naturę ex parte agentis & simpliciter. Vbi quatuor conditiones medii in hoc mysterio ponuntur.

¶ Prima est, quod non est medium secundum tempus, quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, q est medium secundum ordinem naturæ. Et hęc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, quod est ibi talis ordo naturę scilicet ex parte agētis. Et hæc declaratur, quia in communi ordo naturæ, quo aliquid est prius, & aliquid posterius in natura, dupliciter inuenitur; uel ex parte agentis, uel ex parte materiæ. Et redditur ratio, quare secundum has duas causas inuenitur, quia sunt causæ præexistentes ante effectum; agens enim & materia præexistūt, formam autem oportet non præexistere, & similiter finem generationis, cum coincidat cū forma; in speciali autē hoc est in assumptionis mysterio, quæ tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Quarta conditio est, ly simpliciter, ad definiendum quòd medium simpliciter in hoc mysterio attenditur secundum ordinem naturæ ex parte agentis nō quēcumque, quia non secūdum quid, sed simpliciter; est siquidem duplex naturæ ordo ex parte agentis: uel secundum ordinem intentionis, uel secundum ordinē executionis. Et differunt hi ordines inter se in hoc, quòd illud, quod est prius secundum intentionem, est prius simpliciter: quod uero est prius secūdum executionē, est prius secdm quid. Et ratio est, quia intentio prior est simpliciter executione, ut patet. Quò ad secundum conclusio responsiua quæsito est ista.

Verbum Dei assūpsit partes humanæ naturę, mediante toto. Probatur dupliciter; primo, quia secundum ordinem naturę ex parte intentionis agentis prius est completum, quā incompletum, & cōsequenter prius est totum, quam partes; secundo, ex proportionalitate, sicut assumpsit corpus mediante anima (quia assumpsit corpus propter ordinem, quemad animam habet) ita assumpsit partes, mediante toto, quia assūpsit animam & corpus propter ordinem, quē habent ad humanam naturam.

3. dist. 2. q. 2. ar. 1. q. 3. & ar. 3. q. 1. r. 2. & dist. 3. q. 5. art. 2. c. & dist. 5. q. 1. ar. 3. Colligitur ex ca. 18, 19, 20. & 21. r. 3.

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirenda. Primo, cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, ordinem naturæ duobus eorum appropriat?

¶ Secundo, cur ordinem naturæ ex parte materiæ in hoc mysterio Auctor pertransiuit, cum prius natura ex parte causæ materialis corpus Christi fuerit conceptum, quàm animatum? patiens enim præsupponitur actui, qui in eo fit.

¶ Tertio, cur Auctor in hoc mysterio, de medio secundum naturę ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis respondendo tacuit, cum tamen in responsione ad primum, postmodum de illo tractet?

¶ Ad primum dicitur, quod quia ordo naturæ secundum genus causæ formalis, & finalis reducitur ad ordinem naturæ secundum genus causæ agentis, tamquam in quo clarius relucet, quoniam secundum ordinem agentium ordinantur, & fines generationum, & formæ genitorum, & res natura priores secundum ordinem finis, aut formæ in his, quę fiunt, sunt posteriores in esse, quoniam & forma, & finis quanto ulterior in aliquo ordine, tanto prior, quia perfectior. Res uero, ut sunt tam in materiæ transmutatione, quam in intentione aut executione agentis priores,

Christi secundum, q caro nostra prius cōcipitur, quàm animetur, non autem caro Christi, est secundum illud quod precedit naturæ complementum: sicut & q nos concipimur ex semine uiri, non autem Christus. Sed differentia, q̄ esset quantum ad originem aīę, redundaret in diuersitatē naturæ.

Ad iii. dicendum, quod uerbum Dei per prius intelligitur unitum carni, quam anima p modum communem, quo est in ceteris creaturis, per essentiam, potē tiam, & presentiam. Prius tamen dico, non tempore, sed natura: prius. n. intelligitur caro ut quoddam ens, quod a uerbo habet, quā ut animata, quod hēt ab aīa: sed unione personali prius secundum intellectum oportet, quod caro uniatur animæ, quā uerbo: quia ex unione ad animam, hēt quod sit unibilis uerbo in persona: præsertim, quia persona nō inuenitur nisi in rationali natura.

Articvlvs V.

Vtrum tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

Ad quintvm sic procedit. Videtur, q filius Dei assumpserit totam naturam humanam mediantibus partibus eius. Dicit enim Aug. in li. de Agone Christiano, quòd inuisibilis & incōmutabilis ueritas per spiritum animam, & per animam corpus, & sic totum hominem assumpsit: sed spiritus, anima, & corpus sunt partes totius hominis. ergo totū assumpsit mediantibus partibus.

¶ 2 Pręt. Ideo filius Dei carnē assumpsit, ut per eam nos saluos faceret. Sed per carnem non saluamur nisi per passionem. Ergo ad hoc quod totum saluaret, oportuit totum assumere. Sed totum non assumpsit nisi mediantibus partibus. Ergo totum assumpsit mediantibus partibus.

¶ 3 Pręt. Ad perfectionem naturæ humanæ requiritur anima & corpus. Sed anima & corpus sunt partes naturæ humanæ. Ergo ad perfectionem naturæ humanæ requiruntur partes. Sed filius Dei assumpsit naturam humanam perfectam. Ergo assumpsit partes mediantibus partibus.

¶ Sed contra est, quod Damascenus dicit, quod filius Dei assumpsit totum hominem, corpus, animam, & intellectum.

¶ Respondeo dicendum, quod filius Dei assumpsit totam naturam humanam mediante toto. Et hoc quidem ex parte ipsius naturæ assumptæ apparet. Natura enim humana assumpta est ut instrumentum diuinitatis, ut supra dictum est. Instrumentum autem ad hoc quod totum operetur, totum mouetur, non autem ad hoc quod totum operetur, oportet totum mouere. Et ideo ad hoc quod totum saluaret, totum assumpsit.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus ibi loquitur de assumptione humanæ naturæ secundum quod est in singulis hominibus, qui non habent totam naturam humanam nisi per partes.

Ad secundum dicendum, quod ad hoc quod totum saluaret, totum assumere oportuit, non autem totum assumere oportuit mediantibus partibus.

Ad tertium dicendum, quod ad perfectionem naturæ humanæ requiritur anima & corpus, non autem requiritur quod sint partes, sed quod sint ad naturam humanam.

sunt etiam priores secundum esse aliquod reale scilicet uel secū dum ipsam intentionem eorum, sicut domus est in intentione artificis, uel secundum quod, saltem in inchoata transmutatione sunt: sicut alteratio est prior generatione, uel secundum se, ut ab ipsis incipit executio, ut fundamentum est prius parietibus. Merito igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Auctor generibus causarum, quia sunt priores in esse, tum quia clarius relucet prioritas naturæ in istis, tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad ista.

¶Ad secundum dicitur, quòd in mysterio incarnatiōis nulla fuit transmutatio materiæ nisi instantanea formatio corporis ab infinita uirtute Spiritus sancti; lib. 3. ca. 16. circa finem. & illa instantanea formatio quamuis naturæ ordine prior secundum genus causæ materialis sit, quam animæ rationalis aduentus in eā, quia anima rationalis nō detulit secum corpus, sed supposuit corpus organicum, in quo reciperetur, cuius esset actus in quo fieret: quia tamen in illo priori naturæ non erat assumptibilis, (ut Art. 1. huius q. & ar. 2. ex dictis patet) quia constituta est in esse assumptibili per esse animæ unum, ideo Author loquens hic de priore & posteriore secundum naturam in ordine ad assumptionem, nihil de priorita te ex parte materie, utpote extra ordinem ad assumptionē dixit, sed tamquam impertinentem ad propositum dimisit.

¶A d tertium dicitur, quòd in promptu causa est, quare respōdendo quæsito tacuit ordinem executionis: quia. s. respondendum est quęsito simpliciter, de medio simpliciter, & non de medio secundum quid: ac per hoc de medio, secundum ordinem simpliciter, & non secundum ordinem secundum quid. Vnde merito mediū secundum quid, reseruauit responsionibus argumentorum, soluta quæstione de mediatione simpliciter, & absolute.

¶In eodem articulo in responsione ad primum, dubium occurrit ex Sco. & Duran. arguentibus in 3. sent. dist. 2. contra hanc doctrinam, quòd. s. non assumpserit totum mediantibus partibus. Arguit ergo Scotus. 1. in q. 2. sic, Primo assumptum non est natura humana, sed pars seu partes eius. ergo assumens non est primo homo. Et confirmatur, quia sicut in instanti assumptionis se habuit ad totum & partes, ita & modo. igitur & modo non est primo homo: sicut Sortes est primo homo, quod uidetur inconueniens. Amplius, uidetur sequi quod Christus non sit homo. Probatur quia denominatio a parte uel partibus non dat denominationem a toto. Præterea, Propter duas uniones uerbi ad partes naturæ humanæ non est homo. ergo requiritur tertia, quæ sit totius primo, propter quam tertiam Verbum est homo, sed ista sufficit sine aliis duabus, igitur illæ duæ superfluunt. Demum probat ostensiue, quòd natura tota est primo sine medio assumpta. Quod est in se primo personabile, si sibi dimitteretur, hoc in alio primo personatur, quando assumitur: sed tota natura & non pars uel partes, est primo & immediate hoc modo personabilis in se, si sibi dimittatur. ergo. Probatur Maior, quia in eodem instanti naturæ, in quo in se personaretur, si sibi dimitteretur, personatur in alio uel ab alio, quia nihil ante illud instans est natum assumi, quia non prius fuit natura singularis; nec post illud instans assumitur, quia tunc esset persona in se. Minor probatur, quia in eodem instanti naturæ in quo partes præcedunt totum, neutra nata est esse persona, sed tunc primo, quando ex istis unitis est tota natura, quia tunc ipsa tota est persona in se, si non impediatur ab assumente.

¶Duran. autem in quæstione quoque 2. arguit dupliciter, destruēdo totaliter ordinem naturæ in assumptione totius & partium primo, quia totum & partes unitæ [sic enim assumptæ sunt] omnino sunt idem re. Secundo. quia assumptio una est unius ad unum: sed assumptio humanæ naturæ, est una ad unum, quia ad personalitatem Filii. ergo est unius. s. naturæ integræ ex suis partibus: cōstat enim esse assumptā. ergo tam natura quā partes sunt assumptę ut unum. non est igitur ordo realis inter totum. & partes in assumptione.

¶Ad euidentiam positionis, quæ in hac litera explicatur, sciēdum est, quod ordo operationis seu executionis eadem & eodem modo intelligitur habere media, si est secundum naturam tantum, & si est secundum progressum operationū uerbi gratia, domus fiue fiat per multas operationes, ut ab arte successiue fit, fiue fiat tota simul a Deo, eadem media pertranfit: puta, fundamentum, parietes, tectum; & similiter eodem modo, hoc est, quod quodlibet eorum est, ut mediū quod. Nam sicut successiue operando, prius tempore fit fundamentum, ut ꝙ partiale. & mediante fundamento fiunt paries, etiam ut quod partiale, & postea tectū ut quod partiale, & omnibus mediantibus ut quod partialibus fit domus ut quod totale. ita simul omnia operando, operatio illa prius natura secundum executionis ordinem attingere intelligitur fundamētum, & postea parietem &c. ut dictum est. hēret. n. operatio illa unica unū p se primo terminū ordine intentionis. s. totumqui est ultimus ordine executionis, & multos partiales terminos ordine executionis priores, uno per se primo intento termino. s. toto. Simile. n. quid accidit in mysterio incarnationis, in quo simul tota natura, & omnes partes eius factæ & assumptæ sunt nisi quòd ad assumptionem referendo totum & partes, non inuenitur ordo inter partes (ut prædictum est) sic ut una prius natura assumpta fit ut quod, quam altera, quia simul natura anima & corpus assumpta sunt, sed bene inuenitur talis ordo inter partes simul & totum, ꝙ. s. secundum executionis ordinem prius natura terminata est assumptio ad partes simul (hoc est anima & corpus, ut terminos partiales) ꝙ ad totum, ad quod primo, ut primo intentum, ultimo terminata est, & rōne huius primo intenti terminata præintelligitur ad partes, sicut rōne domus terminata præintelligeretur creatio domus ad partes eius, ex quib. cōstat domus. Negantes autem hunc executionis ordinem inter partes & totum in assumptione, imaginantur quod assumptio etiam executiue terminata est prius ad totum, quam ad partes, ita quod diffusa seu quasi extensa est assumptio a toto ad partes, ita ut nō oportuerit de nouo in morte Christi assumere partes, sed remanserit respectu partium. Et quāuis primo aspectu hæc positio non solum probabilis, sed probabilior uideat, ꝙ posita in litera, quia assumptio per se primo respicit totum, nec est ut factio totius, sed quasi præexistentis eleuatio, quę etiam in operādo incipere debet a per se primo intento: ex quo supponit illud esse, si tamen perspicacius intuiti fuerimus, quod ordo resolutionis uerax testis est ordinis compositionis, quia primum in resolutione fuit ultimum in compositione, & constare nos meminerimus quod in morte Christi assumptio quasi resolui incæpit, dum natura ipsa ab assumptione desiit, partes autem nature assumptæ remanserunt, percipiemus quod ex hoc ipso facto reuelauit deus, ꝙ assumendo

Non a remot me. e 3 to.

mendo inchoauit executionis ordine a partibus, & quod neluti primum in compositione assumptionis, fuit assumptio partium, vt sic diuina sapientia disposuerit etiam suauiter assumptionem secundum executionem & resolutionem. Quo fit, ut probabilior sit positio in litera posita, sulta Aug. fauore.

¶ Vnde ad primum Sco. distingui potest quod primo assumptum dupliciter, ut quod totale, & quod non totale, seu partiale: & similiter primum assumptū terminata totaliter assumptione, uel non terminata totaliter, & dici quod natura humana est primo assumpta ut quod totale, uel terminata totaliter assumptionem, partes autem sunt secundum operationis ordinem prius assumptæ non terminata totaliter assumptione, non ut quod totale. Cum ergo dicitur, primo, assumptum non est natura humana, negatur loquendo de primo assumpto, terminata totaliter assumptione, & similiter de primo assumpto, ut totale passiuum assumptionis, in quo tamen sensu oportet uerificari tale antecedens, si consequentiæ suæ debent ualere, & inconuenientia sequi. Ad cō confirmationem negatur, quod simili modo omnino se habeat Verbum assumens tunc & semper, quia pro illo instanti assūptio erat dupliciter, scilicet in fieri & in facto esse, quia tunc erat uerum dicere, nunc est unita, & immediate ante hoc non erat unita, quod deinceps falso diceretur: quoniam assumptio remanet non in fieri, sed in facto esse. Et propterea conceditur, quod quantum ad factum esse eodem modo se habuit tunc, & habet modo, & sic tunc filius Dei uere fuit primo homo, sicut Sortes est primo homo ex primo assumpto terminata totaliter assumptione, & similiter ex primo assumpto ut totali passiuo assumptionis, ita & nunc & in æternum.

¶ Ad alia duo simul dicitur, quod nec somniamus Verbum dici hominem a partialibus assumptis, & non totaliter terminata assumptione, nec esse ibi tot assumptiones, sed unam tantum, secundum naturæ ordinem exequendo progredientem prius ad partes, quam ad totum: quia sumus certi, quod quasi resoluendo desit a toto, & non a partibus.

¶ Ad rationem autem, ostensiuam, quæ est fundamentum opinionis suæ, respondetur ex Auctoris doctrina prænotata in ar. 1. huius q. in responsione ad secūdum, quod scilicet non est similis ordo assumptorum ad personam assumentem, qui esset eoruudem ad propriam personalitatem, cuius oppositum pro fundamento Sco. assumit. Et ratio Auctoris ibidem est, quia persona assumēs est altioris ordinis, quam esset persona propria. Et ne inuoluatur intellectus, distinguatur, quod quia quæstio est de ordine assumptionis, & non de ordine personationis, ideo ne æquiuocetur, dicatur quod per esse personale & similiter per personari, potest intelligi posse fieri, uel fieri personam, uel quasi constitutiuum personę, uel potest intelligi posse fieri uel fieri aliquid personę. Si primum intelligatur, concedatur totum, absq; declinatione tn tamquam impertinens, quia non est quæstio de prius natura personabili, illo modo, ut fit persona aut quasi cōstitutiuum personę, sed de prius natura assumptibili ad unitatem personalem. Si autē secundo modo intelliguntur dicti termini, ad propositum quidē sunt, sed minus propri.

Verumtamen non fiat uis in uocabulis, & supposita distinctione, quæ in litera habetur de prius assumptibili ordine naturę secundum intentionem & fm executionem, respondeatur q̄ Maior est uera de primo secundum ordinem intentionis, non autem de primo secundum ordinem executionis. Illud enim quod est in se per se primo personabile, illud primo, ordine intentionis, non primo, ordine executionis personatur in alio, hoc est, fit aliquid alienæ personę, a qua assumitur, pars. n. uel partes eius, stat, quod prius secundum executionem fiat, uel fiant aliquid alienæ personæ, quam tota natura quæ est in se per se primo personabilis, si sibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc sensum applicata, nihil ualet: quia secundum executionis ordinem illud totum non in se toto, sed in parte vel partibus eius prius personaretur, hoc est, fieret aliquid assumentis personæ, quam esset in seipso toto personabile, si sibi dimitteretur. Et cum contra hoc affertur, quia in illo priori illud totum non est natum assumi, quia non est natura singularis, respondetur, quòd verum est quòd non est natum assumi in seipso toto ante illud naturæ instans, sed est natum assumi secundum sui partē vel partes ante illud instans. secundum executionis ordinem: quoniam quælibet pars nata est assumi, vt sit aliquid personæ assumentis: quāuis solum natura integra nata sit assumi, vt sit velut constitutiuum personæ: quia ipsa sola est sic personabilis, scilicet vt sit vel persona, vel quasi constitutiua personæ: partes autem eius sunt personabiles, hoc est assumptibiles ad vnitatē personalem, antequam secundum executionem assumi intelligatur totum. Vbi scito, quòd licet respectu personæ propriæ prius secundum executionem intelligatur personari tota natura, quàm partes, quia partes, puta anima & corpus ad personandum concurrunt, mediante tota natura constituta per illas, ad assumptibilitatem tamen a diuina persona prius secundum executionem concurrunt partes, scilicet anima & corpus, quam natura integra: quia ad exequendum assumptionem non oportet media re executiue, sed secundum intentionem tantum, totam naturam, quoniam constat diuinam personam posse inchoare assumptionem a partibus quasi progrediendo ad totum, & rationabiliter constat, quòd de facto sic fecit, vt probatum est. Respectu personę propriæ non nisi naturalis ordo partium ad propriam personam attenditur, qui est etiam executiue mediante toto: & ideo non habet solidum fundamentum (vt ex Auctore allatum est) ratio Scot. eodem ordine partes naturæ humanæ, & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam personam.

¶ Ad primam autem Duran. rationem negatur, q̄ natura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam simul sumptæ. Et quoniam quæstio hæc supponenda potius, quam discutienda hic est, ideo non moror.

¶ Ad secundam dicitur, quòd assumptionem esse vnius, contingit dupliciter, scilicet vnius simplicis, vel vnius compositi. Et rursus unius compositi, secundum quod vnum tantum est, uel non solum secundum quod est in se vnum: sed etiam secundum suas partes. Et subiungitur, quòd incarnatio est assumptio vna & ad vnum & vnius vltimo modo exposito, quia sic filius Dei assumpsit unam naturam humanam compositam ex anima, & corpore, ut etiam simul tempore & prius natura secundum nos ordine executionis, vel posterius natura secūdum alios assumpserit animam & corpus in seipsis, & non solam secundum quod sunt vnum in tota natura, quod nihil aliud est quàm assumere totam naturam. Et quòd hoc oporteat fateri, patet ex eo, quòd alioqui oporteret filium Dei in morte de nouo assumpsisse corpus & animam, quod Sco. insolutam dimisit, & Duran. male videtur posse euadere. Nihil igitur valet illatio illa, Natura integra est assumpta: ergo partes assumptæ sunt vt vnum, intelligendo cum præcisione, hoc est, vt sunt vt vnum præcise, & non etiam vt sunt in se diuersæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum humana natura sit assumpta mediante gratia.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, quòd filius Dei assumpserit humanā naturam mediante gratia. Per gratiam enim vnimur Deo: sed humana natura in Christo maxime fuit Deo vnita. ergo illa vnio facta fuit per gratiam.

¶ 2 Præt. Sicut corpus viuit per animam, quæ est eius perfectio, ita anima per gratiam: sed humana natura redditur congrua ad assumptionem per gratiam. ergo filius Dei assumpsit animam mediante gratia.

¶ 3 Præt. Aug. in 15. de Trin. *dicit, q̄ verbum incarnatū est, sicut totum non in se toto, sed in parte vel partibus eius prius personaretur, hoc est, fieret aliquid assumentis personæ, quam esset in seipso toto personabile, si sibi dimitteretur. Et cum contra hoc affertur, quia in illo priori illud totum non est natum assumi, quia non est natura singularis, respondetur, quòd verum est quòd non est natum assumi in seipso toto ante illud naturæ instans, sed est natum assumi secundum sui partē vel partes ante illud instans. secundum executionis ordinem: quoniam quælibet pars nata est assumi, vt sit aliquid personæ assumentis: quāuis solum natura integra nata sit assumi, vt sit velut constitutiuum personæ: quia ipsa sola est sic personabilis, scilicet vt sit vel persona, vel quasi constitutiua personæ: partes autem eius sunt personabiles, hoc est assumptibiles ad vnitatē personalem, antequam secundum executionem assumi intelligatur totum. Vbi scito, quòd licet respectu personæ propriæ prius secundum executionem intelligatur personari tota natura, quàm partes, quia partes, puta anima & corpus ad personandum concurrunt, mediante tota natura constituta per illas, ad assumptibilitatem tamen a diuina persona prius secundum executionem concurrunt partes, scilicet anima & corpus, quam natura integra: quia ad exequendum assumptionem non oportet media re executiue, sed secundum intentionem tantum, totam naturam, quoniam constat diuinam personam posse inchoare assumptionem a partibus quasi progrediendo ad totum, & rationabiliter constat, quòd de facto sic fecit, vt probatum est. Respectu personę propriæ non nisi naturalis ordo partium ad propriam personam attenditur, qui est etiam executiue mediante toto: & ideo non habet solidum fundamentum (vt ex Auctore allatum est) ratio Scot. eodem ordine partes naturæ humanæ, & totam ordinantis ad propriam, & ad diuinam personam.

¶ Ad primam autem Duran. rationem negatur, q̄ natura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam simul sumptæ. Et quoniam quæstio hæc supponenda potius, quam discutienda hic est, ideo non moror.

¶ Ad secundam dicitur, quòd assumptionem esse vnius, contingit dupliciter, scilicet vnius simplicis, vel vnius compositi. Et rursus unius compositi, secundum quod vnum tantum est, uel non solum secundum quod est in se vnum: sed etiam secundum suas partes. Et subiungitur, quòd incarnatio est assumptio vna & ad vnum & vnius vltimo modo exposito, quia sic filius Dei assumpsit unam naturam humanam compositam ex anima, & corpore, ut etiam simul tempore & prius natura secundum nos ordine executionis, vel posterius natura secūdum alios assumpserit animam & corpus in seipsis, & non solam secundum quod sunt vnum in tota natura, quod nihil aliud est quàm assumere totam naturam. Et quòd hoc oporteat fateri, patet ex eo, quòd alioqui oporteret filium Dei in morte de nouo assumpsisse corpus & animam, quod Sco. insolutam dimisit, & Duran. male videtur posse euadere. Nihil igitur valet illatio illa, Natura integra est assumpta: ergo partes assumptæ sunt vt vnum, intelligendo cum præcisione, hoc est, vt sunt vt vnum præcise, & non etiam vt sunt in se diuersæ.

3. dist. q. 2. art. 2. & dist. 13. q. 3. art. 1. & veri. q. 29. art. 2. & opus. 3. cap. 222.

¶ *Super quæstionis sextæ articulum sextum.*

TItulus articuli 6. intelligendus est, vt sonat.

¶ In corpore artic. vnica est conclusio, responsiua quęsito, Gratia non potest intelligi, vt medium in assumptione humanæ naturæ. Et probatur sic, Gratia tripliciter dici potest, dupliciter quidem in Christo, scilicet gratia vnionis, & gratia habitualis, & tertio modo ipsa voluntas Dei gratis donās: sed nullus istorum modorum habet rationem medij in assumptione naturæ humanæ: ergo. Probatur sigillatim, primò de gratia vnionis, quia est ipsum esse personale gratis datum, quod in assumptione se habet, vt ter-

incorp. ar.

vt terminus, non vt medium. Secundò de gratia habituali, quia se habet, vt effectus consequens vnionē, vt pater Ioan. primo. Tertiò de voluntate diuina, quia se habet vt causa efficiens, nō vt medium.

¶ Nota hic primò, quòd gratia potest dupliciter inesse, scilicet formaliter, vel effectiue, & quia gratia primis duobus modis dicitur formaliter, tertiò autem effectiue, ideo in litera Auctor duplicem tantum in Christo in principio cor. articuli dicit, scilicet vnionis, & habitus; vtraque enim est formaliter in Christo. Diuina autem uoluntas est gratia effectiue, ac per hoc velut extrinseca causa, & propterea non est in litera connumerata inter gratias in Christo. illa siquidem prepositio in, denotat esse in Christo formaliter, sicut forma est in subiecto.

¶ Nota secundò, quòd cū quis gratiose dat seipsum alicui tunc ipsemet vocatur, & est gratia iuxta communē usum loquendi, quo cōcessum gratiose donū gratia vocatur, dum dicimus, ille fecit mihi hanc gratia &c. Et hoc modo, quia res data humanæ naturę in mysterio assumptionis est esse personale filij Dei, ideo ipsum esse personale, vt induit rationem doni gratiose cōcessi, vocatur gratia: vnionis autē, quia per vnionem habetur a natura, cui datum est. De hac tamē vnionis gratia, propter varia, quæ de ipsa dici videntur in art. vlt. 7. q. erit latior sermo.

¶ Nota tertiò, quòd Auctor seipso doctior, opinionē, quā in 3. sent. secutus est, dist. 2. q. 2. art 2. q. 1. de gratia habituali, quòd erat medium conuenientiæ respectu assumptionis, hic confutat auctoritate Ioā. Euan. Et sic tenet, q̄ prius natura humanitas Christi assumpta est, quām gratia habituali donata, vt ex personalitate oia fluenta gratiæ in homine illo essent pleno gratiæ, & ueritatis.

verbum nostrum in uoce: sed verbū nostrum unitur uoci mediante spiritu, ergo verbū Dei unitur carni mediante Spiritu sancto, & ita mediante gratia, quæ Spiritui sancto attribuitur, secūdum illud 1. ad Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus.

SED CONTRA est, q̄ gratia est quoddam accidens animæ, vt in secunda parte habitum est. Vnio autem verbi ad humanam naturam est facta secundum subsistentiam, & non secundum accidēs, vt ex supra dictis patet. ergo natura humana nō est assumpta mediante gratia.

RESPON. Dicendum, quòd in Christo ponitur gratia vnionis, & gratia habitualis. Gratia ergo non potest intelligi, ut medium in assumptione humanæ naturæ, siue loquamur de gratia vnionis, siue de gratia habituali. Gratia enim vnionis est ipsum esse personale, quod gratia diuinitus datur humanę naturę in persona verbi, quod quidem est termin⁹ assumptionis. Gratia autem habitualis pertinens ad spiritualem sanctitatē illius hominis, est effectus quidem consequēs unionem, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius sicut vnigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis. Per q̄d datur intelligi, q̄ ex hoc ipso, q̄ ille homo est vnigenitus a patre, habet q̄ per vnionem habet plenitudinem gratiæ & ueritatis. Si verò intelligatur gratia, voluntas Dei, aliquid gratis faciēs, vel donās, sic vnio facta est per gratiam, non sicut per medium, sed sicut per causam efficientem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd unio nostra ad Deum est per operationem, inquantum scilicet eum cognoscimus & amamus, & ideo talis unio est per gratiam habitualem, inquātum operatio perfecta procedit ab habitu: sed unio naturæ humanæ ad verbum Dei, est secundum esse personale, quod non dependet ab aliquo habitu, sed immediate ab ipsa natura.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ anima est perfectio substantialis corporis, gratia verò est perfectio animæ accidentalis. Et ideo gratia non potest ordinare animam ad vnionem personalem (quæ non est accidentalis) sicut anima, & corpus.

AD III. Dicendum, q̄ uerbum nostrum vnitur voci mediāte spiritu, nō quidem sicut medio formali, sed sicut per mediū monēs. Nam ex verbo concepto interius procedit spiritus, ex quo formatur uox. Et similiter ex uerbo æterno procedit Spiritus sanctus, qui formauit corpus Christi, ut infra patebit. *Non autem ex hoc sequitur, quod gratia Spiritus sancti sit formale medium in unione predicta.

QVAESTIO VII.

De gratia Christi, prout est quidam singularis homo, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de coassūptis à filio Dei in humana natura. Et primo de his, q̄ pertinent ad perfectionem: Secundo de his, quę pertinent ad defectū.

¶ Circa primum considerandа sunt tria. Primo, de gratia Christi: secundo, de scientia eius: tertio, de potentia ipsius.

De gratia autem Christi considerandum est dupliciter. Primo quidem de gratia eius, secundum quod est quidam singularis hō: secundo, de gratia eius, secundū quod est caput Ecclesię: nam de gratia unionis iam dictum est. * CIRCA primum quæruntur tredecim.

¶ Primò, Vtrum in aīa Christi sit aliqua gratia habitualis.

¶ Secundò, Vtrum in Christo fuerint uirtutes.

¶ Tertiò, vtrū in eo fuerit fides.

¶ Quartò, vtrū fuerit in eo spes.

¶ Quintò, vtrum in Christo fuerint dona.

¶ Sextò, Vtrum in Christo fuerit timoris donum.

¶ Septimò, Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datę.

¶ Octauò, Vtrum in Christo fuerit prophetia.

¶ Nonò, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶ Decimò, vtrum talis plenitudo sit propria Christi.

¶ Vndecimò, Vtrum Christi gratia sit infinita.

¶ Duodecimò, utrum potuerit augeri.

¶ Tertiodecimò, qualiter hæc gratia se habeat ad unionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ in anima assumpta a uerbo nō fuerit gratia habitualis. Gratia enim est quædā participatio diuinitatis ī creatura ra-

¶ *Super quæstionem septimam.*

IN diuisione quæstionum de gratia Christi aduerte, q̄ tripliciter gratia in Christo ponitur, s. gratia vnionis, gratia singularis, & gratia capitalis. & quia gratia unionis est ipsa coniunctio personalis Dei ad naturam humanam (de qua tractatum est) ideo Auctor dicit, quod de ipsa tractatum est quamuis non sub nomine gratiæ, sed rei quæ est gratia, & propterea de aliis duabus tractandum est.

¶ *Super quæstionis septimæ articulum primum.*

TItulus ar. 1 intelligendus est ut sonat, ita q̄ non oportet quod ly gratia limitetur ad gratiam singularis hominis: quoniam statim, ut dicetur, gratia habitualis sufficienter exprimitur, quod de perfectione animæ in seipsa est quæsti. habitus ēnim est perfectio eius cuius est habitualis perfectio. Et ne idem sępius repetatur, hoc eodem modo intelligendi sunt tituli sequentium articulorum de uirtutibus, & donis.

¶ In corp. articuli est unica conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Necesse est ponere in Christo gratiam habitualem. Probatur tripliciter: primo, quia anima illa maxime propinqua est principio gratiæ. Secundo, quia anima illa nobilissimas operationes uidendi & amādi Deū habet. Tertiò, quia Christus mediator gratiam in alios redundantem habere debet. Vbi nota quod ly necesse, in conclusione positum, non denotat necessitatem logicam, hoc est, quod impossibile omnino est aliter se habere: quoniam nō est hic quæstio de tali necessitate, nec rationes in litera allatæ ad hoc tendunt: sed est sermo de necessario secundum ordinem rebus cōsonum, seu secundum poten-

potentiam Dei ordinatam, ita quod impossibile est aliter se habere stante ordine a diuina sapientia stato, sicut dicimus in naturalibus necessarium esse, ꝙ homo fiat ab homine, & leo a leone: & in artificialib⁹, quod dom⁹ fiat ab artifice, &c. & hoc concludunt rationes literæ. Vtrum autem id quod in secunda ratione dicit, ſ. quod necesse est rationalem creaturam per gratiam eleuari ad uidendum & amandum Deum, dicat necessitatem simpliciter, non est præsentis ꝓpositi, cui sat esset, ꝙ dicat necessitatem secundum ordinem rebus statutum & conſonum: sic enim animæ Christi condigne exquirimus. & non semper de diuina omnipotentia disserimus.

¶ In eodem art. circa rationem tertiam dubium occurrit, quoniam quæstio ista tota proposita est de gratia Christi, secundum quod est singularis homo: ratio autem ista procedit de Christo, secundum ꝙ est caput aliorum hominum. diuertere igitur uidetur a gratia singulari ad gratiam capitalem.

¶ Ad hoc dr primò, ꝙ quia alia est ratio medii, alii ratio capitis, ideo, quum in litera sit sermo de Christo, secundum quod est mediator, non sequitur ꝙ diuerſificetur ad Christum, secundum ꝙ est caput. Dr secundo, & melius quod gratia Christi in ordine ad genus humanum, siue secundum ordinē mediatoris, siue capitis, siue aliquo alio simili modo habet in se duo, primo est bonum habētis, quoniam idoneū ac dignum formaliter reddit ipsū, ut sit mediator, uel caput &c. secundo est bonū aliorum, dū mediat, & influit &c.

Et licet secundo modo ſpectet ad gratiam capitalem, primo tamen modo ſpectat ad gratiam ſingularem. Et propter ea optime in litera concluditur ex effectu mediationis, uel influxus in alios

tionali, secundum illud 2. Petr. 1. Per quem maxima & pretiosa ꝓmissa nobis donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Christus autem est Deus, non participatiue, sed secundum ueritatem. Ergo in eo nō fuit gratia habitualis.

¶ 2 Præt. Gratia ad hoc est necessaria homini, ut per eam bene operetur (secundum illud 1. Corin. 15. Abundantius omnibus laborauī, non ego aūt, sed gratia Dei mecum) & ēt ad hoc ꝙ hō cōsequatur uitā æternā, scdm illud Ro. 6. Gratia Dei uita æterna: sed Chr̄o ex hoc ſolo ꝙ erat naturalis filiꝰ Dei, dēbatur ei hæreditas uitæ æternæ, ex hoc ēt ꝙ erat uerbum, per qđ facta sunt omnia, aderat ei facultas oīa bene operandi. non ergo ſm humanā naturā indigebat alia gr̄a, nisi unione ad uerbū.

¶ 3 Præ. Illud quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes: sed habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit, sicut instrumentum diuinitatis, ut dicit Damaſ.* in 3. li. Ergo non debuit in Chr̄o esse aliqua gr̄a habitualis.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 11. Requieſcet super eum ſpiritus domini. Qui quidem in homine esse dicit̄ per gratiam habitualē, ut in 1. parte dictū est. † Ergo in Christo fuit gratia habitualis.

Respon. dicendum, ꝙ necesse est ponere in Chr̄o gratiā d habitualem, propter tria. Primo quidem, pp unionem animæ illius ad uerbum Dei: quanto. n. aliquod receptiuū est propinquius cauſæ influenti, tanto magis participat de influentia ipsius. Influxꝰ aūt gratiæ est a Deo, ſm illud Ps. 83. Gratiam & gloriā dabit dominus. Et iō maxime fuit conueniēs ut aīa illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundo, propter nobilitatem illius aīę, cuius operōnes oportebat propinquiſſime attingere ad Deū per cognitionem & amorem, ad quod necesse est eleuari rōnalē naturā per gratiā. Tertio, pp habitudinem ipsius Christi ad genꝰ humanum. Christus. n. inquantum hō, est mediator Dei & hominum, ut dicitur i. ad Tim. 2. & ideo oportebat, ꝙ haberet gratiam ēt in alios redundantem, secundum illud Io. 1. De plenitudine eius omnes accipimus, & gratiam pro gratia.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ Chr̄s est uerus Deus ſm pſonā & naturā diuinā: sed quia cū unitate pſonæ remanet distinctio naturarū (ut ex supradictis patet. †) anima Christi non est per suam essentiam diuina, unde oportet quòd fiat diuina per participationē, quæ est secundum gratiam.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ Christo, inquantum est naturalis filius Dei, debetur hæreditas æterna, quæ est ipsa beatitudo increata, per increatum actū cognitionis & amoris Dei, eundem. ſ. quo pater cognoscit & amat seipsum, cuius actus anima capax non erat propter differentiam naturæ. Vnde oportebat, ꝙ attingeret ad Deum per actū fruitionis creatum, qui quidē esse non pōt nisi per gratiā. Similiter etiā, inquātum est uerbum Dei, habuit facultatem omnia bene operādi operatione diuina. sed quia præter operationem diuinam oportet poni in eo operationem humanam (ut infra patebit*) oportuit in eo esse habitualem gratiam, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

Ad tertivm dicendum, quòd humanitas Christi est instrumentū diuinitatis, nō quidem sicut instrumentum inanimatum, quod nullo modo agit, sed solum agitur, sed tāquam instrumentum animatū animā rationali, quod ita agit, ꝙ etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit, eū habere gratiam habitualem.

Articvlvs II.

Vtrum in Christo fuerint virtutes.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, ꝙ in Christo non fuerint virtutes. Christꝰ. n. habuit abundantiam gratiæ: sed gratia sufficit ad omnia recte agendum, ſm illud 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Christo nō fuerūt virtutes.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophū 7. Ethicor.* virtus diuiditur contra quendam heroicum siue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autem maxime conuenit Christo. ergo Christus non habuit virtutes, sed aliquid altius virtute.

¶ 3 Præt. Sicut in secunda parte dictū est, † virtutes oēs simul habentur: sed Christo non fuit conueniēs habere omnes virtutes, sicut patet de liberalitate & magnificentia, quę habent actum suum circa diuitias, quas Christus contempſit, secundū illud Matth. 8. Filius hominis nō habet ubi caput suum reclinet: temperantia etiam & continentia sunt circa concupiſcentias prauas, quæ in Christo nō fuerunt. ergo Christus non habuit uirtutes.

Sed contra est, quod ſuper illud Psalm. 1. Sed in lege Domini esse habitū in Christo dignificantem ipsum formaliter, & constituentem in tali eminentia, ut ex ipso in alios redunder gratia. Constat enim bonitatem, & dignitatem hanc magnum esse bonum ſingularis hypostasis, uel animæ: sicut si ex necessitate illuminandi alios, inferrem, quòd illud ignis ſe valde lucidum oportet esse. Nulla ergo est diuisio, sed gratia ſingularis ex effectu concluditur.

¶ *Super quæſt. ſeptimæ articulum ſecundum.*

In titulo secundo artic. q. 7. aduerte, quòd quæſtio est de uirtutibus, quæ ſimpliciter uocantur uirtutes, quales in philoſophia & in theologia ſimul ſunt morales, & rursus in theologia ſunt theologales: hæ enim bonum faciunt habentem. Intellectuales autem uirtutes non ſimpliciter bonum, ſed ſecundum intellectum faciunt hominem bonum: non enim dicitur homo bonus ex hoc, quòd est doctꝰ, ſed ex hoc quòd iuſtus, temperatus fortis &c. Vnde de illis poſtea erit quæſtio, quū ſcilicet de ſcientia animæ Christi tractabitur.

¶ In corpore articulo unica est cōcluſio reſpōſiua quæſito affirmatiue. Chriſtus oēs uirtutes habuit. Probat, gratia Chriſti fuit perfectiſſima, ergo ex ipſa proceſſerunt uirtutes ad perficiēdum ſingulas potentias animæ, quantum ad omnes animę actus. ergo Chriſtus habuit omnes uirtutes. Antecedens ſupponitur. Conſequentia prima quantum ad duo in ea contēta probatur, primū est, quòd ex gratia procedāt uirtutes. ſecundum est ꝙ ex perfectiſſima procedāt uirtutes ad perficiēdum ad oēs actus animæ. Primū probatur, Sicut gratia est in eſſentia animæ, ita uirtꝰ in potentia, ergo ſicut ab eſſentia fluunt potentiæ, ita a gratia uirtutes. Secūdum uero probatur,

Ii. 3. eth. fi. ca. 15. a med.

In qua.

p. q. 43. ar. 4.

D. 679.

q. 3. ar. 1. & 2.

probatur, quia quanto aliquod principium est perfectius, tanto magis imprimit suos effectus.

¶Nota hic circa sensum conclusionis, quod inferius explicandum restat, quo modo cum hoc, quòd Christus habuit omnes virtutes, stat quòd non habuerit uirtutem fidei, nec spei. Et stat resolutio in hoc, q̄ Christus habuit oēs virtutes non ponentes ex sui rōne defectum aliquem in anima Christi, qui si mul erat viator & cō prehensor. Ceterahuius rationis discussa sunt superius, quū de gratia tractatum est.

Glo. ord. ibi ex Cassiodoro.

3.p.q.7.a.2. 9.&13.

¶ In responsione ad secūdum eiusdem articuli habes ab Auctore solutionem illi⁹ quæstionis, An virtus heroica differat specie a virtute communiter dicta. hinc enim apte habes partem negatiuam, dum dicitur, quòd nō differt nisi secundū perfectiorē modum. Est ergo excellētia heroica in modo, non in formali differentia sita. Et hoc Auctor, qua si probat ex simili apud Plotinū. Vbi patet non esse differentiam formalem, sed maioris, & minoris perfectionis tantum. Et consonat rationi fugienti ad inīar naturæ pluralitatē, vbi vnū sufficit. Constat enim quòd ad actum fortitudinis, quantumcumque celsum sufficit fortitudinis latitudo: sicut in naturalibus videmus, q̄ ad quantumcunque illuminationis actum sufficit latitudo luminis, & ad actum frigefactionis, latitudo frigoris, & sic de alijs.

¶ In responsione ad tertium aduerte, q̄ in virtutibus, quę sūt passionum moderatiuæ (vt sunt istæ, de quib⁹ est sermo hic) duo inueniri possūt. Primum est intus in anima, & hoc est interior dispositio appetitus humani, vt sic sit dispositus, ne abduci possit a recto propter passiones, & hoc est simpliciter necessarium haberi per virtutem. Et quò ad hoc omnes morales virtutes moderatiuæ passionum optime saluantur in Christo, dū animum sic habituatum intus habuit, tam circa diuitias, quam circa venerea, vt penitus abiecerit illa a se, secūdum rectam rationem, & ideo summe in eo commēdatur, & liberalitas & magnificentia, & temperantia. Secundum est quò ad actus exercitium, & sic non oportet Christum omnis virtutis proprio actu exteriori vti: quoniam numquam fuit tēpus, quo conuenies esset voluntas eius, dicit gl.* Hic ostenditur Christ⁹ plenus oī bono: sed bona qualitas mētis est virt⁹. ergo Christus fuit plen⁹ omni virtute.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut in 2. parte dictum est, *sicut gratia respicit essentiam animæ, ita virt⁹ respicit potentiā eius. Vnde oportet, q̄ sicut potentiæ animę deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sint quædam deriuationes gratię. Quātò autem aliquod principiū est perfectius, tantò magis imprimit suos effectus. Vnde cum gratia Christi fuerit perfectissima, cō sequens est quòd ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ act⁹: & ita Christus habuit omnes virtutes.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd gratia sufficit homini, quantum ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinē: horum tamen quædam perficit gratia immediate per seipsam, sicut gratū facere Deo, & alia huiusmodi, q̄dam autem mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

AD SECVNDVM dicendū, quòd habitus ille heroicus, uel diuinus, non differt a virtute cōiter dicta, nisi f̄m perfectiorē modū, inquantū. s. aliqs est dispositus ad bonū quodā altiori modo, q̄ cōiter omnibus competat. Vnde per hoc non ostenditur, q̄ Christus nō habuerit uirtutes, sed q̄ habuerit eas perfectissime ultra cōem modum: sicut etiam Plotinus posuit quendā sublimē modū virtutū, quas esse dixit animi purgati.

AD TERTIVM dicendū, q̄ liberalitas & magnificentia commendantur circa diuitias, inquantum aliquis nō tantum appretiatur diuitias, q̄ velit eas retinere, prętermittēdo id quod fieri oportet. Ille autem minime diuitias appretiatur, qui penitus eas cōtemnit, & abijcit pp perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipso, q̄ Christus omnes diuitias contempsit. ostēdit in se summū gradum liberalitatis & magnificētiæ, licet etiā liberalitatis actum exercuerit, f̄m q̄ sibi conueniens erat, faciendo pauperib⁹ erogari, quę sibi dabantur. Vnde cum dominus Iudæ dispersonæ suæ, q̄ uteretur omnibus, sed aliquibus tantum. Numquam enim fuit tempus utendi magnificentia, quæ est circa magnos sumptus, quia numquam fuit conueniens, ut esset diues, & haberet unde magnos sumptus faceret, qui quum esset dominus omnium factus est egenus propter nos. Et ideo in litera actu liberalitatis dicitur usus, non autem actu magnificentiæ.

¶In eadem responsione ad tertium attēde, q̄ caute Auctor loquitur negando in Christo continentiā, dum limitat continentiæ rationem ad Arist. usum. nam sumendo continentiæ nomen & rationem communiori usu, nihil prohibet Christum continentem appellare.

q.15.a.2.

li.7.eth. non re a.5.te

¶ *Super quæst. septimę articulum tertium.*

TItulus tertii articuli clarus est de fide, quę est uirt⁹ theologica, inquirens, an fuerit in Christo.

D.38

¶In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito negatiue. In Christo non potuit esse fides. Probatur, Obiectum fidei est res diuina non uisa. ergo excluso, quod res diuina sit non uisa, nō remanet ratio fidei. ergo in Christo non potuit esse fides. Antecedens ex priori patet lib. Prima consequentia probatur, quia habitus uirtutis recipit speciem ab obiecto, sicut etiam quilibet alius habitus. Secunda uero cōsequentia probatur, quia Christus ab instanti suæ conceptionis plene uidit Deum per essentiam.

Infar.ar & ar.a.q & 1.a.qu ar.1.a.3. 3.di.14.q ar.2.q. 1.& 4.di. 2 ad 3.b. ri.q.3.a. ad 15.ri q.4.arti. 11. Ar.prę

Au.in Buang in prin

D4

¶ Sed occurrit statim hic dubium, quū obiectum habeat rationem materiæ circa quam uersatur habitus, quo pacto ex defectu materiæ, circa quam potest inferri defectus habitus, quum contingat paucum esse magnificum, & de Christo hoc iam affirmatum est, & tñ defectus diuinarum, seu magnorū sumptuum (circa quos est magnificentia) interuenit. Cur non pōt similiter dici. q̄ in Christo fuit fidei habitus, quāuis defuerit illius materia, circa quam, s. res diuina non apparēs, sicut fuit in eo magnificentia, q̄uis illius defuerit materia circa quam?

Gl.ordi.

3.3.q.4.a

¶Ad hoc dicitur, q̄ quamuis materia, circa quam uersatur uirtus & obiectum coincidere inueniantur, alia tamen est rō formalis obiecti, & alia ratio propria materiæ. Et ideo si deficiat aliq d sub ratione

xit, Io.13. Quod facis, fac citius, discipuli intellexerunt Dominum mandasse, quod egenis aliquid daret. Concupiscentias autem prauas Christus omnino non habuit, sicut infra patebit: † nec propter hoc tamen excluditur quin habuerit temperantiam, quæ tanto perfectior est in homine, quanto magis prauis concupiscentiis caret. Vnde secundum Philosophum 7. eth. * temperatus in hoc differt a continente, quod temperatus non habet prauas concupiscentias, quas continens patitur. Vnde sic accipiendo continentiam, sicut Philosaccipit, ex hoc ipso, quod Christus habuit omnem uirtutem, non habuit continentiam, quæ non est d uirtus, sed aliquid minus uirtute.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit fides.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd in Christo fuerit fides. Fides enim est nobilior uirtus, quam uirtutes morales, puta temperātia, & liberalitas. Huiusmodi autem uirtutes fuerunt in Christo, ut dictum est. * Multo ergo magis fuit ī eo fides.

¶ 2 Præ. Christus non docuit uirtutes, quas ipse non habuit, secundum illud Actu. 1. Cepit facere, & docere: sed de Christo dr̄ Hebr. 12. quod est auctor & cōsumator fidei. ergo ī eo maxime fuit fides.

¶ 3 Pre. Quicquid est imperfectionis, excluditur a beatis: sed in beatis est fides: nam super illud Roma. 1. Iustitia Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, dicit gloss. † de fide uerborum & spei in fidem rerum, & speciei. ergo uidetur q̄ etiam in Christo fuerit fides, cum nihil imperfectionis importet.

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 11. quod fides est argumentū non apparentium: sed Christo nihil fuit non apparens, secundum illud, quod dixit ei Petrus, Io. ult. Tu omnia nosti. ergo in Christo non fuit fides.

RESPON. dicēdum, quod sicut in Secunda parte dictum est, *

defuerit illius materia, circa quam, s. res diuina non apparēs, sicut fuit in eo magnificentia, q̄uis illius defuerit materia circa quam?

ratione materiæ, non propterea oportet deficere habitum, sed si deficit sub ratione formali obiecti, oportet habitus illius rationem formalem deficere. Et si impossibile fuit, & est obiectum aliquod formaliter locū habere respectu alicuius, impossibile quoque est, & fuit in illo locum habere habitum illum. In proposito autem totum oppositum inuenitur respectu magnificentiæ & fidei, quia respectu fidei, res, quæ sunt materia, quæ creduntur, inueniuntur apud intellectū Christi, ut trinitas, &c. sed non sub illa ratione formali qua creduntur, quia non ut nō uitæ, quia huiusmodi rō formalis ponit imperfectione in Christi anima, & ideo nec fuit, nec esse potuit in Christo habitus fidei.

Respectu autem magnificentiæ, res q̄ sunt materia magnificentiæ, ut diuitiæ, defuerunt: sed ratio formalis earum, quo modo scilicet, quando, ubi, sicut pro quo & c oportet, exponē dæ essent, non deerat animo Christi, quia hæc nullam imperfectionem ponit intus in anima eius: sicut, nec etiam defectus materiæ magnificentiæ redundabat in aliquam imperfectionem animæ. Et ideo optime ex defectu obiecti formalis defectus fidei concluſus est: ex defectu autem materiæ magnificentiæ non sequitur defectus magnificētię interioris.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, nota glossā aliam, quomodo omnes uirtutes, includēdo etiā fidem & spē, fuerunt in Christo scilicet quantum ad meritum, impleuit siquidem excellentius quicquid meritorii actus est, tam credendo, quam sperando, quamuis non eodem modo, quia non credendo, aut sperando, sicut quicquid cognoscit sensus, cognoscit intellectus, sed non eodem modo.

obiectum fidei est res diuina non uisa. Habitus autem virtutis sicut & quilibet alius recipit speciem ab obiecto. Et ideo excluso, quòd res diuina sit non uisa, excluditur ratio fidei. Christus autē a primo instanti suę cōceptionis plene uidit Deum per essentiam, ut infra dicetur. * Vnde in eo fides esse non potuit.

Ad primvm ergo dicendū, quod fides est nobilior uirtus uirtutibus moralibus, quia est circa nobiliorem materiam: sed tamē importat quendam defectum in comparatione ad illam materiā, qui defectus in Christo nō fuit. Et iō non potuit in eo esse fides, licet fuerint in eo uirtutes morales quę in sui rōne huiusmodi defectum non important per cōparationem ad suas materias.

Ad secvndvm dicendū, quod meritum fidei consistit in hoc, quod homo ex obedientia Dei assentit illis, quę non uidet, secundum illud Rom. 1. Ad obediē dum fidei in oībus gentibus pro nomine eius. Obedientiā autē ad Deū plenissime habuit Christus, secundę Phil. secundo. Factus est obediens usque ad mortem, Et sic nihil ad meritū pertinēs docuit, quod ipse excellentius non impleret.

Ad tertivm dicendum, q̄ sicut glossa ibidem dicit, * fides proprie est, qua creduntur quæ non uidentur: sed fides, quæ est est rerum uisarum, improprie dicitur, & secundum quādam similitudinem, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhęsionis.

¶ *Super quæstionis septimæ articulum quartum.*

Titulus clarus, de spe, quæ est uirtus theologica quærens.

¶ In corpore ar. duo fiunt, primo, respondetur quæsito negatiue. s. in Christo non fuit spes. secundo, ponitur differentia inter defectum fidei & defectū spei in Christo, q̄tum ad hoc, quod fides nullo modo fuit in Christo, spes autem quantum ad secundario sperata, in Christo fuit. Primum probatur sic. Spes est de Deo non habito ut obiecto. ergo in Christo non fuit spes. Antecedens probatur quo ad duo, s. & q̄ spes sit de non habito ut obiecto, & quòd sit de Deo non habito ut obiecto.

Primum probatur ex proportionalitate fidei in assentiendo, & spei in expectando. Secundum ēt probatur ex conuenientia theologicarum uirtutum, q̄a oēs sunt de Deo ut obiecto. Consequentia aūt probatur, q̄a Christus ab initio conceptionis suæ plene fruitionem diuinam habuit. Differentia aūt secundo loco proposita inter fidem & spem in Christo declarat, ponendo primo conuenientiam extensiuā fidei & spei, quia s. utraq; est de solo Deo ut obiecto, & extendit ad alia a Deo secundario, & subiungendo deinde differentia cum sua rōne, quòd fides nec quantum ad principale creditum, nec quantum ad secundario credita, locū habet in Christo, quia hoc poneret imperfectionem cognitionis intus in anima Christi. Spes autē quantum ad secundario tantum sperata in Christo locum habuit, quia non omnia sperata habebat actu a principio, ut patet, de immortalitate corporis, & eiusdem gloria, quibus tamen carere nullam imperfectionem posuit in anima Christi: sed spectat ad assumptionem defectuum corporalium, quos dispensatiue ob immensam suam misericordiam pro nobis assumpsit.

¶ Occurrit hic statim dubium, an spes in Christo respectu secundario speratorum, fuerit habit⁹ aliquis, an solus actus sperandi, & an theologicus, an moralis siue actus, siue habitus fuerit. Et est ratio dubii, quia nihil prohibet fuisse habitū, quin potius si non fuit habitus, uidetur quòd actus ille sperandi fuit imperfectus, utpote, natus elici per habitum (ut patet in nobis) & de facto elicitus sine habitu. Quod sit etiam theologicus, uidetur ex eo q̄ actus sperandi respectu secundario speratorū est ex suo genere act⁹ theologicus (ut patet in nobis) ergo si est ab habitu, oportet quod sit ab habitu qui uirtus est theologica.

Infr. ar. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar 9. ad 1. & 1. 2. q. 65. ar. 5. ad 3. & 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. & 3. dist. 26. q. 2. ar. 5. q. 1. & dist. 36. ar. 2. ad 3. 2. 2. q. 17. art. 5. ad 3.

Art. præced.

¶ In oppositum autē est, quia si est habit⁹, oportet quod sit habitus spei: sed non est habitus spei, quia deficit ratio formalis obiecti: ergo. Et per idem patet, quòd non est habitus theologicus, quia scilicet non est uirtus theologica quæ est spes. Et q̄ ēt nō sit actus theologicus, apparet, quia deficiente rōne formali obiecti theologici, deficit quoque actus theologicus: sed constat hic deesse rōnem formalem obiecti theologici, quia non est hic Deus non habitus. ergo actus sperandi gloriam corporis, non est actus theologicus: par siquidem ratio est actus & habitus, quo ad specificari ex ratione formali obiecti, ita quod cessante ratione obiecti, cessat specificatio tam habitus, quam actus ex obiecto.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd in Christo nullus fuit habitus spei respectu secundario speratorum, quia nullus habitus infusus fuit in ipso, quin similis fuerit in hominibus sanctis, uel uiatoribus, quum constet quod etiam habitus gratiæ capitalis sit secundum essentiam idem, quod habitus gratiæ (ut infra patebit) certum est autem, in nominibus non esse talem habitum spei diuersum a spe uirtute theologica. igitur nec in Christo fuit huiusmodi habitus.

¶ Et quum obiicitur, quòd actus spei in Christo fuisset imperfectus sine habitu, negatur. Et ad probationem, Omnis actus natus informari habitu, est sine habitu imperfectus, respondetur dupliciter, & utroque modo bene. Primo, quòd ista propositio non est uera in actu, non omnino eiusdem rationis, qualis est actus spei in Christo. Nam actus, quo speratur immortalitas & gloria corporis, nō est omnino eiusdem rationis ex parte obiecti in nobis & Christo, quia in nobis habet rationem ardui gloria illa, in Christo autem non. Et ratio est, quia habenti gloriam animæ, gloria

Articvlvs iiii.

Vtrum in Christo fuerit spes.

Ad quartvm sic procedit. Videtur, quòd in Christo fuerit spes. Dicitur. n. in Psal. 30. ex persona Christi, In te domine speraui: sed uirtus spei est, qua homo sperat in Deum. Ergo uirtus spei fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Spes est expectatio futurę beatitudinis, ut in 2. parte habitum est: * sed Christus aliquid expectabat ad beatitudinem pertinens, uidelicet gloriam corporis. ergo uidetur quòd in eo fuerit spes.

¶ 3 Præt. Vnusquisque potest sperare illud quod ad eius perfectionem pertinet, si sit futurum: sed aliquid erat futurum quod ad perfectionem Christi pertinet, secundum illud Eph. 4. Ad consumationem sanctorum in opus ministerii, in ędificationē corporis Christi. ergo uidetur, quòd Christo cōpetebat habere spem.

Sed contra est quod dicitur Roma. octauo. Quod uidet quis, quid sperat? Et sic patet, quòd sicut fides est de non uisis, ita & spes: sed fides non fuit in Christo, sicut dictum est. * ergo nec spes.

Respon. Dicendum, quòd sicut de ratione fidei est, quòd aliquis assentiat his, quæ non uidet, ita de ratiōe spei est quod aliquis expectet id quod nondum habet. Et sicut fides, inquantum est uirtus theologica, non est de quocū quę non uisо, sed solum de Deo, quam actus ex obiecto.

ria corporis paruum quid est, & uidetur. Secundo, quod illa propositio nō est uera, quando principiū elicituum actus est melius dispositū ad actum illum, quam si esset habituatum. Sic autem est in proposito, quoniam uoluntas Christi fruens Deo non in spe, sed in re, est melius dispositā ad expectandum secundario sperata, quam si haberet habitum spei, quāto certior & excellentior est res, quā spes. Quocirca expectatio, qua uoluntas Christi fertur in secundario sperata, deficit a ratione actualis spei, & ex parte obiecti, & ex parte subiecti, & magis habet rationem desiderii, quam spei. Nec mirum, quia cū spes sit de genere imperfectorum, quanto minus spei habetur, tāto magis ab imperfecto receditur.

8.34.ar.4.

Vtraque responsiō clara fit, si ad beatos aspexeris, in quibus spes est, & non est sicut in Christo: expectant enim corporis gloriam immortalem.

In corp.art.

Ad secundum dicitur, q̄ actus pōt dici theologicus dupliciter: uel ex parte elicitiui principii, uel ex parte principalis obiecti. Et quod actualis illa spes corporis immortalis, licet ex parte elicitiui principii non sit de facto actus theologicꝰ (q̄a non est actu a uirtute theologica) est tamen quantum est ex suo genere actus, secundarius tamen uirtutis theologicę. Ex parte uero obiecti formaliter, est magis theologicus actus, quam si esset a uirtute theologica, quoniam si esset a uirtute theologica, scilicet spe, obiectum formale esset Deus habēdus: quia in ordine ad Deum habendum speramus gloriam corporis. In Christo autem sicut & in beatis ratio formalis obiecti est Deus habitus: hæc enim ratio succedit sperato principali, quod formale obiectum est spei, ac per hoc respectu spe rantis Christi & beata etiam spes, inquantum est uirtus theologica, habet pro obiecto ipsum Deum, cuius fruitionem homo principaliter expectat per spei uirtutem: sed ex consequenti ille qui habet uirtutem spei, potest etiam in aliis diuinum auxilium expectare, sicut & ille qui habet uirtutem fidei, non solum credit Deo de rebus diuinis, sed de quibuscūque aliis diuinitus sibi reuelatis. Christus autem a principio suæ conceptionis plene habuit fruitionē diuinam (ut infra dicetur*) & iō uirtutem spei non habuit: habuit tamen spem respectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, licet non habuerit fidē respectu quorumcumque: quia licet plene cognosceret omnia, per quod totaliter fides excludebatur ab eo, nō tñ adhuc plene habebat oīa, quæ ad eius perfectionem pertinebāt, puta immortalitatem, & gloriam corporis, quam poterat sperare.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ hoc non dicitur de Christo fm spem, quę ē uirtus theologica, sed eo quòd quędā alia sperauit nondum habita, sicut dictum est.*

Ad ii. dicēdum, q̄ gloria corporis non pertinet ad beatitudinem, sicut in quo principaliter beatitudo consistat, sed per quandam redundantiam a gloria aīæ, ut in 2. parte dictum est.† Vñ spes secundum q̄ est uirtus theologica, non respicit beatitudinem corporis, sed beatitudinem animæ, quæ in diuina fruitione consistit.

Ad iii. dicendum, q̄ ędificatio Ecclesiæ per conuersionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Christi, qua in se perfectus est: sed secundum quod alios ad participationem suę perfectionis inducit. Et quia spes dicitur proprie respectu alicuius, qđ expectatur ab ipso sperante habendū, non proprie potest dici, quòd uirtus spei Christo, ratione inducta* conueniat.

Articvlvs v.

Vtrum in Christo fuerint dona.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quòd ī Christo nō fuerint dona. Sicut enim cōmuniter dicitur, dona dantur in adiutorium uirtutum: sed id, qđ est in se perfectum, nō indiget exteriori auxilio. Cum igitur in Christo fuerint uirtutes perfectæ, uidetur q̄ in eo non fuerint dona.

¶ 2 Præt. Non uidetur esse eiusdē dare dona & recipere, qa dare est habentis, accipere autē nō habentis: sed Christo conuenit dare dona, secundum illud Psal. 67. Dedit dona hominibus. ergo Christo non cōuenit accipere dona Spiritus sancti.

¶ 3 Præt. Quatuor dona uidentur pertinere ad contemplationē uiæ, s. sapientia, scientia, intellectꝰ, & consiliū, quod pertinet ad prudentiam. unde & Phil. in 6. Ethi.* numerat ista inter uirtutes intellectuales: sed Christus habuit contemplationem patriæ. Ergo non habuit huiusmodi dona.

Sed contra est, qđ dicitur Isa. 4. Apprehendent septem mulieres uirum unum. Glo.* idest, septē dona Spiritus sancti Christū.

Respon. Dicendum, quòd sicut in 2. par. dictū est† dona proprie sunt pfectiones q̄dam potētiarum animæ, fm quod sunt natæ moueri a Spiritu sancto. Manifestū est aūt, q̄ anima Christi perfectissime a Spiritu sancto mouebat, scđm illud Luc. 4. Iesus autē plenꝰ Spiritu sāctō regressus est a Iordane, & agebat a spiritu ī deserto. Vñ manifestum est, q̄ in Christo fuerunt excellētissime dona.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ illud, quod est perfectum secūdum ordinē suę naturæ, indiget adiuuari ab eo quod est altioris naturæ, sicut homo, quātumcūque perfectus indiget adiuuari a Deo. Et hoc mō uirtutes, q̄ perficiunt potentias aīæ, fm quod ducuntur rōne, quantumcumque sint perfectę, indigent adiuuari per dona, quæ perficiunt potentias animæ secundum quod sunt motę a Spiritu sancto.

Ad secvndvm dicendum, quòd Christus non secundum idem est recipiens, & dans dona Spiritus sancti, sed dat, secundum q̄ homo. Vnde Grego dicit in 2. mor.* quod Spiritus sanctus humanitatem Christi numquam deseruit, ex cuius diuinitate procedit.

Ad tertivm dicendum, q̄ in Christo non solum fuit cognitio patriæ, sed ēt cognitio uiæ, ut infra dicet.† Et tñ ēt in patria sunt per aliquem modum dona Spiritus sancti, ut in 2. parte dictū est.*

Articvlvs vi.

Vtrum in Christo fuerit donum timoris.

Ad sextvm sic procedit. Videtur, q̄ in Christo non fuerit donū timoris. Spes enim uī potior, q̄ timor. nam spei obiectum est bonum, timoris uero malum, ut in secunda parte habitum est.* sed in Christo non fuit uirtus spei, ut supra habitum est, sed tantum loco obiecti formalis suę spei succedere uidetur, & cōsequenter actū secūdarium spei remanētem magis theologicum reddit.

ar.4.hui*

¶ *Super quæst. septima articulum quintum.*

Titulus art. 5. clarus est. Lib.3.3 & 5.

¶ In corpore articuli unica est conclusio respōsiua quæsito affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime dona. Probat. Anima Christi perfectissime a Spiritu sancto mouebatur: ergo in Christo fuerunt excellentissime dona. Antecedens p̄bat ex duplici auctoritate Euangelii. Cōsequentia probatur ex q̄ddicate donorū, scilicet q̄ sunt propriæ perfectiones potentiarū aīæ, secundū q̄ sunt natæ moueri a Spiritu sancto. Aug. in Io. trac. 5 ca med. t. Glo. ibi. q.15.a.1.c. p.2.q.68. 1.

¶ *Super quæst. septima articulum sextum.*

Titulus clarus est. p.2.q.19.

¶ In corpore ar. unica est cōclusio respōsiua q̄sito, In Christo fuit timor Dei, nō respectu mali, sed respectu eminētiæ Dei præ ceteris hominib. hæc conclusio in litera primum declarat quo ad terminos duos distinguē do duo obiecta timoris. s. malū terribile, & eminentiā potētis infligere malū. Quæ p̄batur, qa nisi esset eminens, non timeretur. Deinde declarat q̄d sit in Christo iste affectus timoris eminentiæ dicēdo, q̄ est affectus reuerētialis tantæ eminentię. Demum p̄batur, quò ad primam partem affirmatiuam auctoritate Apostoli ad Hebr. & quo ad comparatiuā auctoritate Isaiæ. Repletur eum spiritus timoris domini. Lib.2.c. medio. q.34.a.1. p.2.q.6.

¶ Occurrit hic dubiū circa timorem reuerentialem Christi, ex eo quod eminentia Dei potētis infligere Inf.q.15. 7.& 3.d. q.2.ar.2. 3. p.2.q.19. 17.ar.1.

gere malum, aut habitu rationem reuerendi, quatenus eminentia Dei absolute, aut quatenus eminentia est potentis infligere malum. Non potest dici primum, tum quia eminentia Dei, ut sic venerandum adorandumque sonat, non timendum, quum non dicat ordinem ad malum, tum quia expresse Auctor in art. 1. q. 42. Primæ secundæ dixit, quod tam Deus, quam quilibet alius potens, est obiectum timoris, ut causa mali, ac per hoc Deus obiectum timoris ut eminens, non absolute, sed ut eminentia est causatiua mali, intelligitur. Quod etiam in hac litera cõfirmatur, ubi eminentia ponitur ratio, q timeatur, quia superat ius est ad causandum malum. Nec potest dici secundum: quia Christus nullum malum pœnæ pro culpa, aut separationem a Deo timebat, ut in litera dicitur. In idem autem redit timere malum aliquod, & timere potentiam inflictiuam mali. Nec differunt nisi sicut per se & per aliud, quia. s. malum per se timemus, potest tiam autem inflictiuum per aliud: hoc est propter malum, quia in ordine ad possibile malum ab illa potentia timor insurgit: unde si subtrahatur ab eminenti potentia ordo ad malum, nulla restat ratio timoris. Et quia sic fuit; Christo, qm̃ certus, ac securus erat, q nullũ poterat a Deo sibi, puenire malum fugiendum per donum timoris, consequens est quod nec respectu diuinæ eminentiæ fuit in Chro timor reuerentialis, nã timor reuerentialis quidam timor est.

¶ Ad hoc dr, quod p̃ cul dubio Deus non est obiectum timoris nisi in ordine ad malum: quia bonum nõ timetur nisi in ordine ad malum, quod est per se primo timoris obiectum. & ideo eminentia diuina in proposito ponitur timoris obiectum, non absolute, sed ut causa mali. Verum duplicem habet diuina eminentia ordinem ad malum, ut causa ad effectum: primo absolute, secundo vt subsit diuinæ uoluntati. Si consideretur diuina eminentia secundum suum posse, quod habet ad causandum malũ, sic procul dubio timendi rõnem retinet, quia secundum se habet posse cãre malum. Si uero consideretur diuina eminentia, ut stat sub determinatione diuinæ uoluntatis ad non causandum executiue malum, sic non habet rationem timendi, quia hæc conditio reddit creaturam securam & certam de impossibilitate mali in effectum. potest ergo diuina eminentia non solũ absolute, quo mõ nõ est obiectum timoris, sed ut cã mali abstrahere a possibili executione mali, & sic esse obiectum timoris absq; ordine ad malũ possibile euenire, sed non potest ut cã mali abstrahere ab hoc q ipsa secundum se est potens causare malum. Et quia sic erat in Christo, ideo utrumque de Christo dicitur, scilicet, & quod non erat in eo timor mali possibilis fugiendi, s. per donum timoris, & quod erat in eo timor eminentiæ diuinæ potentis infligere malum. Contemplando siquidem diuinam eminentiã, vt causam potentem, quantum ex se est infligere malum, insurgebat timor reuerentialis ad illam; quauis sciẽcio eminentiam illam esse causam determinatam ad non causandum in se huiusmodi malum, securus esset absque suspicione quacunque huiusmodi mali.

bitum est. † Ergo etiam non fuit in eo donum timoris.

¶ 2 Prę. Dono timoris timet aliquis, uel separationem a Deo, q pertinet ad timorem castum, vel puniri ab ipso, quod pertinet ad timorem seruilem, ut Augustinus dicit* luper Cano. Ioann. sed Christus non timuit separari a Deo per peccatum, neque etiam puniri ab eo propter suam culpã: quia impossibile erat ei peccare, ut infra dicetur. † Timor autem non est de impossibili. ergo in Christo non fuit donum timoris.

¶ 3 Præterea 1. Ioann. 4. dicitur, quod perfecta charitas foras mittit timorem: sed in Christo fuit perfectissima charitas, secundum illud Ephe. 3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi. ergo in Christo non fuit donum timoris.

Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 11. Replebit eum spiritus timoris domini.

Respon. Dicendum, quod sicut in 2. parte dictũ est, * timor respicit duo obiecta, quorum unum est malum terribile, aliud est illud, cuius potestate malum potest inferri: sicut aliquis timet regem, inquantum habet occidendi potestatẽ. Non autem timeretur ille, qui potest nocere, nisi haberet quandam eminentiam potestatis, cui de facili resisti nõ possit: ea enim quæ in promptu habemus repellere, nõ timemus. Et sic patet, q aliquis non timetur, nisi propter suã eminentiam. Sic igit̃ dicendum est, q in Chro fuit timor Dei, non quidem secundũ q respicit malũ separatiõis a Deo per culpã, neq; etiam secundum quod respicit malũ punitionis p culpa, sed secũdum quod respicit ipsam diuinam eminentiã, prout scilicet anima Christi quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum a Spiritu sancto acta. Vnde Hebr. 5. dicitur, q in omnibus exauditus est pro sua reuerẽtia. Hũc enim affectũ reuerentiæ ad Deũ, Christus secundum quòd homo, præ ceteris habuit pleniorem. Et ideo ei attribuit scriptura plenitudinem timoris domini.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd habitus virtutum & donorũ, proprie & per se respiciunt bonum, malum autem ex cõsequenti. Pertinet. n. ad rationẽ virtutis, vt opus bonũ reddat, ut ī 2. Eth.* dr. Et ideo de rõne doni timoris nõ est illud malũ, quod respicit timor: sed eminẽtia illius boni, s. cuius potestate aliqđ malũ infligi põt: sed spes, fm quòd uirtus est, respicit non solum actorẽ boni, sed etiam ipsum bonũ, inquantum est non habitũ. Et ideo Christo, qui iã habebat perfectũ beatitudinis bonũ, non attribuit virtus spei, sed donum timoris.

Ad secvndvm dicendũ, quòd ratio illa procedit de timore, secundum quòd respicit obiectum, quod est malum.

Ad tertivm dicendum, q perfecta charitas foras mittit timorem seruilẽ, qui respicit principaliter pœnam: sic autem timor non fuit in Christo.

¶ Et per hæc patet solutio obiectorum, & quòd omnia consonant.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli sexti, si distinctionem iam dictam de duplici ordine causæ ad effectũ, applicueris ad literam, videbis differentiam inter timoris donum, & spei virtutem in litera positam. Habet siquidem actor, siue boni, siue mali dupli cem ordinem ad suũ effectum: primò secundum se pro quanto est potens causare bonum, siue malum etiam mihi: secundõ, vt præparatus est ad executionem boni, uel mali. Tũc autem tantum timetur malum, vel speratur bonum ex actore, quando vterque ordo inuenitur: quando autem primus tantum, tunc actor tantum respicitur. Lib. 2. ethic. c. 6. in prin to. 5.

¶ In litera igitur ponitur differentia inter virtutem spei, & donum timoris, in hoc, q spes est respectu boni in executione & respectu actoris boni vtroque modo: timor verò nõ est respectu mali, nec respectu actoris, vt executiui, sed respectu actoris potentis secundum se malum causare. Et ratio redditur in litera ex cõmuni ratione doni & virtutis, quia. s. commune est virtuti, & dono p se primo respicere bonum, quia virtus primo bonum facit. Hinc. n. sequit, quòd spes, quæ non solum inquãtum donum, sed secundum propriam rationem spei directe respicit bonum, omnia quæ conuenire nata sunt spei, retineat, ac per hoc q sit boni habendi, seu non habiti. Timor autem, quia secundum propriam rationem timoris directe respicit malum, sed quatenus eleuatus est in celsitudinem doni, proprie & per se respicit bonum, non retinet ea quæ se tenent ex parte mali, sed ad id, quod se tenet ex parte boni, tendit. Et ideo minimum retinuit de aspectu ad malum, timoris donum in Christo, dum in solum tendebat actorem mali, nõ vt executiuum, sed vt in se potentem causare malum. Quo fit, vt virtus spei in Christo non fuerit, vtpote, ponens Deum non haberi ab anima Christi, timoris autem donum in eo fuerit, vtpote, solum reuerentiam actoris mali ponens in Christi anima. 3. cõt. c. 154. fi & veri. q. 27. ar. 1. & 5. cor. & opus. 3. ca. 221. & Ro. 1. lect. 3. & Ephes. 1. lect. 3.

Articvlvs VII.

Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ.

Ad septimvm sic procedit. Videt̃, q in Christo nõ fuerint gratię gratis datę. Ei enim qui habet aliquid secundũ plenitudinem, non competit illud habere

¶ *Super quæstionis septimæ articulum septimum.*

Titulus articuli septimi, vt sonat, intelligitur.

¶ In corpore vnica est conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. In Christo fuerunt excellentissime omnes gratiæ gratis datæ. Probatur, Quoniam oportet eum, qui docet, habere ea per quæ sua doctrina

doctrina manifestetur. ergo oportet in Christo excellentissime fuisse omnes gratias gratis datas. Antecedens probatur, quia alias sua doctrina esset inutilis. Consequentia verò probatur, quia Christus est primus, & principalis doctor fidei: & gratiæ gratis datæ sunt ea, per quæ fidei spiritusque doctrina manifestatur.

¶ Vbi nota, quòd Christus dicitur primus, & principalis fidei doctor, vel quia persona illa habet etiam tempore primatum in docendo, vel quia non obumbratæ, sed reuelatæ fidei doctor primus tempore, & principalis auctoritate fuit Christus *secundum quòd homo, prout de ipso fit sermo hic. Et hoc auctoritati Apostoli ad Hebræos secúdo consonat, ubi salus initiũ manifestæ narrationis a Christo, in quo Deus nouissime locutus est, sumpsisse dicitur.

¶ Super hoc autem, quòd Christus est primus, ac principalis doctor, fundatur consequentia, non solum gratiarum, sed etiam excellentissimo modo gratiarum in Christo. Decet enim primum ac præcipuum Doctorem excellentius aliis se habere in doctrina, & requisitis ad illam, propter quod in litera i calce corporis. huius sequelæ ratio tangitur dicendo. Sicut in primo, & principali fidei doctore.

¶ In responsione ad primum eiusdem septimi articuli, cum legis differentiam inter Christum & alios sanctos, in hoc quòd in aliis sanctis gratiæ gratis datæ diuiduntur, non autem in Christo intellige non de diuersitate, & vnitate, quasi in Christo omnes gratiæ gratis datæ sint una gratia, in alijs verò sanctis alia sint gratia prophetiæ, alia gratia sanitatum, alia gratia miraculorum, & cætera, quoniam sicut virtutes infusæ, quæ spectant

Epi. 57. declinãdo ueri.fi. tomo.2

P.3.q.11.

secundum participationem: sed Christus habuit gratiam secundum plenitudinẽ, secundũ illud Ioan.1. Plenum gratię & veritatis. Gratiæ autem gratis datæ uidentur esse quædam participationes diuisim, & particulariter diuersis attributæ, secũdum illud 1.ad Corin. 12. Diuisiones gratiarũ sunt. ergo uidetur q̃ in Christo nõ fuerint gratiæ gratis datæ.

¶ 2 Præt. Quod debetur alicui, non videtur esse gratis ei datum: sed debitũ erat homini Christo, q̃ sermone sapientiæ, & scientiæ abundaret, & potẽs esset in virtutibus faciẽdis, & in alijs huiusmodi, quæ pertinent ad gratias gratis datas, cum ipse sit Dei uirtus, & Dei sapientia, ut dr 1.ad Cor.1. ergo Christo non fuit conueniens habere gratias gratis datas.

¶ 3 Præt. Gratiæ gratis datæ ordinantur ad vtilitatem fidelium, secundum illud 1.Cor.12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: non autem videtur ad vtilitatem aliorum pertinere habitus, aut quæcumque dispositio, si homo non utatur, secũdum illud Eccle.10. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ utilitas in utrisque? Christus autem non legitur usus omnibus gratiis gratis datis, præsertim quãtum ad genera linguarum. non ergo in Christo fuerunt omnes gratiæ gratis datæ.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in epistola ad Dardanũ, * q̃ sicut in capite sunt oẽs sensus, ita in Christo fuerunt omnes gratiæ.

RESPON. Dicendũ, q̃ sicut in 1.parte habitum est, * gratiæ gratis datę ordinantur ad fidei & spiritualis doctrinæ manifestationẽ: oportet.n. eum, qui docet hẽre ea, p quę sua doctrina manifestet, alias sua doctrina esset inutilis. Spiritualis aũt doctrinę & fidei, primus & principalis doctor est Chrs, s̃m illud Heb.2. Cum initium accepisset enarrari p̃ dominum, p̃ eos, qui audierunt, in nos cõfirmata est, cõstãte Deo signis & portentis &c. Vñ manifestum est, q̃ i Christo excellẽtissime fuerunt oẽs gr̃æ gratis datæ, sicut in primo & principali fidei doctore.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut gratia gratum faciens, ordinatur ad actus meritorios tã interiores quam exteriores, ita gratia gratis data ordinat̃ ad quosdam actus exteriores, fidei manifestatiuos, sicut est operatio miraculorum & alia huiusmodi. In utraq; autẽ gratia Christus plenitudinẽ habuit: inquãtum.n. diuinitati unita erat eius anima, plenam efficaciam habebat ad omnes prædictos actus perficiendos: sed alij sancti, qui mouẽtur a Deo sicut instrumenta non unita, sed separata, particulariter efficaciam recipiunt ad hos, uel ad illos act' perficiendos. Et ideo in aliis sanctis huiusmodi gratię diuiduntur, non autem in Christo.

AD SECVNDVM dicendũm, q̃ Christus dicitur Dei uirtus, & Dei sapientia, inquantum est æternus Dei filius: sic autem nõ competit sibi habere gratiam, sed esse potius datorem gratiæ: competit autem sibi habere gratiam, secundum humanam naturam.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd donum linguarũ datum est apostolis, quia mittebantur ad docẽdas omnes gentes. Christus aut̃ in una sola gente iudæorũ uoluit personaliter prædicare, secũdum quod ipse dicit Matt.15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. Et Apost. dicit Ro. 15. Dico Christum Iesum ministrũ fuisse circumcisionis. Et ideo non oportuit, quod loqueretur plurib. linguis: nec tñ defuit ei oĩum linguarũ notitia, cũ ẽt occulta cordium ei non essent abscõdita (ut infra dicetur*) quorũ uoces quæcũq. sunt signa: nec tñ inutiliter hãc notitiã habuit, sicut non inutiliter hẽt habitũ, q̃ eo nõ utitur, q̃n non est opportunum.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit prophetia.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur, quod in Christo nõ fuerit p̃phetia. Prophetia.n. importat q̃dam obscuram & imp̃fectã notitiã, s̃m illud Numer.12. Si q̃s fuerit inter uos propheta dñi, per somnium aut in uisione loquar ad eum: sed Chrs habuit plenam, & apertã notitiã multo magis q̃ Moyses, de quo ibi subditur, quòd palã & non p̃ ænigmata uidet Deum. Non ergo in Christo debet poni prophetia.

¶ 2 Præt. Sicut fides est eorum, q̃ non uidẽtur, & spes eorum, quæ non hẽntur, ita prophetia est eorum, q̃ nõ sunt p̃sentia, sed distãt, nã propheta dr quasi p̃cul fans: sed in Chro non ponit fides nec spes, ut supra dictum est. * Ergo p̃phetia ẽt non dẽt poni in Chro.

¶ 3 Præ. Propheta est inferioris ordinis, q̃ Angelus, uñ & de Moyse, qui fuit supremus prophetarum (ut in 3.parte dictum est*) dr Ac. 7. quod locutus est cum Angelo in solitudine: sed Christus nõ est

ad gratiam gratum facientem, multiplicantur in Christo, sicut in alijs sanctis, & non omnes uirtutes in Christo sunt una uirtus ita multiplicantur tam in Christo, quam alijs sanctis gratiæ gratis datæ, sed intellige de diuisione totius, & partium, hoc est, q̃ in Christo fuit tota plenitudo gratiarum gratis datarum; in alijs verò sanctis fuit partialiter, quia uni sancto una gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apostoli. Et rursus uni sancto talis gratia (puta prophetiæ aut miraculorum, secundũ talem mensuram) in Christo autem tota plenitudo, &c. Et ratio assignatur in litera, quia humanitas Christi erat organũ coniunctum diuinitati, alij uero sancti mouentur a Deo ut instrumenta separata, quod si plenius non intelligis, uidetur ultra prius dicta, in quarto contra Gentiles capitulo 14.

lib. 16. 28. tom

q.10. ar.

¶ Super quæstionis septimæ articulum octauum.

TItulus octaui articuli intelligitur, ut sonat.

¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet, in Christo fuit prophetia. Probatur Christus fuit non solum comprehensor, sed uiator, & cognoscebat, ac dicebat quæ procul ab aliorum erat notitia ergo fuit propheta. Consequentia probatur, quia ad propheriam requiritur, quod cognita sint procul ab alijs, cum quibus cognoscens & annuntians est: quod probatur ex differentia secundum locum & secundum tempus, & consequenter ex differentia inter pure comprehensores, & uiatores.

inf q.12. a.2. & 2.q. ar.5. & 7. 44. & Ma & Io.4. 6. & 1.C 15.ad.3.

2.q.3. ar.3. qu

D.1

D.1

¶ Vbi nota primò ex libro præcedenti quæstionis 173. artic. primo & ex quæst. 174. articulo quinto

2.q.174.

quod

quòd cognitio prophetica dupliciter sortitur esse procul, scilicet uel ex parte cognitionis (& penes hoc distinguitur cognitio prophetica communiter dicta, a uisione Dei per essentiam) uel ex parte cognoscentis, & penes hoc distinguitur prophetia Moysi & Christi a cognitione beatorum, quoniam beati non sunt procul, quia comprehensores tantum. Moyses autem fuit simpliciter uiator, Christus uero comprehensor & uiator, & propterea Auctor hoc in loco prophetiam in Christo investigat, & concludit ex parte cognoscentis, quia scilicet Christus erat uiator.

¶ Nota secundo notitie, quòd probatio literæ secundum locum & tempus, repetitione eiusdem loci, & similiter temporis respectu dicentis & aliorum eget, ita quod in exemplo de loco ad partem negatiuam, scilicet. Si uero aliquis in Syria existens, ea quæ sunt ibi annuntiaret, subaudi, existentibus in Gallia, cum quibus non est, a quibus tamen procul sunt gesta in Syria, non esset propheticum: alioquin scribentes literas ex Syria de gestis ibi, essent prophetæ. Et similiter in exemplo de tempore, non fuit propheticum, quòd Esdras scripsit posteris, cum quibus non fuit, & a quibus procul fuit, ædificationem templi: alioquin omnes historici essent prophetæ. Exigitur ergo ad prophetam utrumque simul concursus condition is, scilicet ꝙ cognoscat ea q̃ sunt procul ab alijs, cum quibus ipse est: & ideo nec Deus nec sancti, aut angeli sunt prophetæ, sed uiatores.

¶ Nota tertio, quòd duplici ratione Christus inquantum uiator, potest dici propheta. Primo, ut ly inquantum uiator, denotet cõditionem tam cognitionis, quàm cognoscentis: quia scilicet prophetia conuenit Christo ratione cognitionis spectantis ad uiam, siue intellectu, siue imaginatiua (ut dicitur hic in responsione secunda ad primum) & conuenit sibi ratione conditionis cognoscentis, quia erat uiator. Secundo, ut ly inquantum uiator, denotet conditionem cognoscentis tantum, ita quòd Christus quacumque creata cognitione nouerit occulta alijs propheta est: quia cognitio illa uiatoris est, quamuis non inquantum uiator est, sibi conueniat. Nec propterea sequitur, Christus ratione cognitionis comprehensiuæ est propheta. ergo inquantum comprehensor est propheta: quoniam ratione cognitionis comprehensiuæ, non in quocumque, sed in uiatore est propheta Christus. Valeret autem, si ratione cognitionis cõprehensiuæ absolute Christus esset propheta, quod non dicimus. Et ad hoc tendit responsio prima ad primum cum toto corpore articu. dum de cognitionis conditione nulla est cura: sed de conditione cognoscentis.

¶ Nota nouitie quarto, quòd cum dicitur, Christus, inquantum uiator, est propheta inquantum, non reduplicatiue tenetur: alioquin omnis uiator esset propheta, sed specificatiue, quoniam denotat conditionem in Christo, qua suscipit prædicationem prophetæ. Est enim propheta qui, est uiator: sicut Sortes est crispus, inquantum capillatus: quia crispitudinem habet non nisi quia capillatus.

¶ *Super Quæstionis septimæ Articulum nonum.*

Titulus articuli noni ab Auctore in principio corporis declaratur, quòd plenitudo importat totalitatem & perfectionem, ita quòd habere gratiæ plenitudinem, est habere gratiam totaliter & perfecte. Et quia totaliter & perfecte dupliciter inuenitur, uel in genere aliquo, uel simpliciter, intellige hic, quòd est sermo de totalitate & perfectione simpliciter, ita quòd quæstio est, an in Christo fuerit gratiæ plenitudo simpliciter.

¶ In corpore articuli tria fiunt: primo declarantur termini &

F diffiu-

minoratus ab angelis secũdum notitiam animæ, sed solum secũdum corporis passionem, ut habetur Heb. 2. ergo uidetur quòd Christus non fuit Propheta.

SED CONTRA est, ꝙ de eo prædicitur Deute. 18. Prophetam suscitabit uobis Deus de fratribus uestris. Et ipse de se dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.

RESPON. Dicendum, ꝙ Propheta dicitur quasi procul fans, uel procul uidens inquantum. s. cognoscit & loquitur ea, q̃ sunt procul ab hominũ sensibus: sicut etiam Aug. dicit 16. contra Faustum. * Est aũt considerandum, ꝙ non potest dici aliquis Propheta ex hoc, ꝙ cognoscit & annuntiat ea q̃ sunt alijs procul, cum quibus ipse non est. Et hoc manifestum est ꝼm locum, & secundum tempus: si enim aliquis in Gallia existẽs, cognosceret & annuntiaret alijs in Gallia existentibus ea, quæ tũc in Syria agerentur, propheticum esset: sicut Helisæus ad Giezi dixit, 4. Regũ. 5. quomodo uir descẽderat de curru, & occurrerat ei. Si uero aliquis in Syria existens, ea quæ sunt ibi annuntiaret, nõ esset propheticum. Et idem apparet secundum tempus. Propheticum enim fuit quod Isaias prænuntiauit, quòd Cyrus rex Persarum templum Dei esset reædificaturus, ut patet Isa. 44. Non autem fuit propheticum, ꝙ Esdras hoc scripsit, cuius tẽpore factũ est. Si igitur Deus aut angeli, uel etiã beati cognoscunt & annuntiant ea, quæ sunt procul a nostra notitia, hoc nõ pertinet ad prophetiam: qa in nullo nostrũ statum attingunt. Christus autẽ ante passionem nostrum statũ attingebat, inquantum non solum erat comprehensor, sed ẽt uiator. Et ideo propheticũ erat, ꝙ ea quæ erant procul ab aliorum uiatorũ notitia, & cognoscebat & annuntiabat. Et hac ratione dr̃ in eo fuisse d prophetia.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ per illa uerba non ostenditur esse de ratione ꝓphetiæ d ænigmatica cognitio, quę scilicet est per somnium & in uisione: sed ostẽditur comparatio aliorum prophetarum, qui per somniũ & in uisione perceperũt diuina, ad Moysen, qui palam & non p ænigmata Deum uidit, qui propheta est dictus, secundum illud Deut. vlti. Non surrexit ultra ꝓpheta in Israel, sicut Moyses. Potest tamen dici, ꝙ etsi Christus habuit plenam & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuam habuit tamen in parte imaginatiua quasdam similitudines, in quibus etiam poterat speculari diuina, inquãtum non solum erat comprehensor, sed etiam uiator.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ fides est eorum, quæ non uidentur ab ipso credente, & similiter spes est eorum, quæ non habentur ab ipso sperante: sed prophetia est eorum quæ sunt procul a communi hominũ sensu, cum quibus propheta conuersatur, & communicat in statu uiæ: & ideo fides & spes repugnãt perfectioni beatitudinis Christi: nõ autem prophetia.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ angelus cum sit comprehensor, est supra prophetam, qui est purus uiator, non autem supra Christum, qui fuit simul uiator & comprehensor.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit plenitudo gratiæ.

AD NONVM sic proceditur. Vr̃, ꝙ non fuerit in Christo gratiæ plenitudo. A gratia enim deriuantur uirtutes, ut in secunda parte dictũ est. * sed in Christo non fuerũt omnes uirtutes: non enim fuit in eo fides neque spes, ut ostensum est. † ergo in Chr̃o nõ fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2 Præt. Sicut patet ex his, q̃ in secũda parte dicta sunt, * gratia diuiditur in operantẽ & cooperantem: operãs autem gratia dicitur, per quã iustificat impius, quod quidem non habuit locũ in Christo, qui numquam subiacuit alicui peccato. ergo in Christo non fuit plenitudo gratiæ.

¶ 3 Præt. lac. 1. dr̃, Omne datum optimũ, & omne donum perfectũ, desursum est descendẽs a Patre luminũ: sed quod descendit, habetur particulariter & nõ plene. ergo nulla creatura, nec etiã anima Christi potest habere plenitudinem donorum gratiæ.

lib. 16. cap. 28. tom. 4.

Infr. art. 10. & 12. c. & 3. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 1. & dist. 15. q. 1. art. 2. ad 5. Et opus. 3. c. 221. Et opus. 60. c. 3. P. 2. q. 110. art. 4. ad 1. Art. 3. & 4. P. 2. q. 111. art. 2.

distinguuntur: secundo respondetur vnica conclusione de plenitudine intensiua: tertio respondetur unica conclusione de plenitudine extensiua.

¶ Declaratur in primis ly plenitudo, & distinguitur vel intensiue vel uirtualiter. Prima autem conclusio est: In Christo fuit plenitudo gratię intensiuæ. Probatur. habuit gratiam in summo, ergo. Consequentia relinquitur per se nota. Antecedens uero probatur dupliciter: primo ex causa: quia anima Christi erat propinquissima causa gratiæ, quia personaliter coniuncta: quanto autem propinquior, tanto magis gratiæ recipit. ergo in summo propinqua, est in summo gratię. Secundo ex effectu. Anima Christi accepit gratiam, ut ex ea trâsfunderetur in alios. ergo habuit summam gratiam. Et patet sequela in exemplo de calore in igne.

¶ Nota hic primo, quòd expresse litera loquens de quantitate intensiua [illegible], dicit quòd Christus habuit eam in summo. Et hoc intelligentissime nota contra attribuentes Auctori, quòd non datur summum possibile in gratia: non enim haberet Christus gratiam in summo intensiue, nisi haberet summum possibile: sicut non habetur albedo in summo, si possibile esset dari albedinem intensiorem, ut patet.

er 1. huius q.

¶ Nota secũdo, quòd Auctor non dixit animam Christi recipere gratiam, ut esset in alijs gratiæ causa absolute & simpliciter, sed cum additione apposuit. n. ly quodam modo, dicés, Vt ex ea quodãmodo trâsfunderetur in alios. Deus enim ipse est gratiæ causa simpliciter, & absolute: anima autem Christi quodam modo, de quo modo inferius erit sermo diffusus in loco proprio.

¶ Secunda conclusio est: Christus habuit plenitudinem gratiæ, quantum ad uirtutem. Probatur: quia habuit gratiam ad omnes effectus gratiæ, scilicet uirtutes, dona &c. Probatur, Christus habuit gratiam, vt uniuersale principium in genere habentium gratiam, ergo. Probatur sequela: quia virtus primi principij alicuius generis, vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis, vt patet de sole respectu generationis.

¶ Vbi nota, ꝙ hic non occurrit qõ de conclusione, sed rõ eius nõ caret scrupulo: qm Christum esse principium uniuersale generis habentium gratiam, dupliciter potest intelligi: primo, ut principium contentum in genere tali, habentium gratiam, vel ut principium vniuersale talis generis non contentum in tali genere, sed supra illud. Si primo modo intelligatur, dato ꝙ sit vera, non tamen sic probatur in litera: quoniam in litera sublumitur sub illa maiore de principio vniuersali extra genus: sicut si sol poneretur causa generis eorum, quæ generantur & corrumpuntur, ipse extra genus corruptibilium generabiliumque existens. Si secundo modo intelligatur, propositio non apparet vera: nam Christus est vnus habentium gratiam, & non est extra genus habentium gratiam, iuxta illud, Plenum gratiæ & ueritatis. Ioan. primo. Aut igitur maior de uniuersali principio, ut sol respectu generabilium, intellecta non est ad propositum: aut minor de Christo, ꝙ sit uniuersale principium, sic est falsa.

¶ Ad hoc dicitur, quòd propositio ista, Christus habuit gratiam, vt uniuersale principium in genere habentium gratiam, intelligitur de principio uniuersali, non contento in tali genere: ita quòd concedendum est, quòd Christus non est in genere, sed supra genus habentium gratiam: quoniam est supra generationem habentium gratiam in esse gratiæ. Nec propterea sequitur, Christum non habere gratiam: sed non habere gratiam per generationem, qua fiunt habentes gratiam. Est siquidem inter Christum & alios habentes gratiam hæc differentia, quòd alij habent gratiam per adoptionem: Christus autem non per adoptionem, sed per naturam. Nam ceteri filij sunt adoptiui, Christus autem non: sed de eo Luc. primo ad beatam Virginem dictum est, Quod ex te nascetur sanctum. Cum ergo legis genus habentium gratiam, intellige perinde ac si legeres genus filiorum adoptiuorũ Dei: quoniam genus habentium gratiam ꝙ adoptionem est. Et quia Christus est vniuersale principium generis habentium gratiam, sicut si sol poneretur uniuersale principium generabilium secundum naturam, ideo oportet quòd gratia Christi extendat se ad omnes gratiæ effectus, sicut virtus solis ad omnia generabilia in natura se extenderet.

c. 4. p. c. prim.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli aduerte, quòd aliud est loqui de gratia formaliter, hoc est sub ratione gratiæ, & aliud de ipsa re, immo ipsis rebus, quę sunt gratia, & dona gratiæ. Nam gratia non inuenitur in Deo secundum se formaliter (cum creatæ rei nomen sit, sicut beneficium) dona uero gratiæ in Deo sunt etiam formaliter, ut patet de sapientia, intellectu, charitate, iustitia, &c. Et propterea cum argumentum tertium in litera esset de donis, Auctor non ad rationem gratiæ, sed donorum gratiæ aspiciens dixit duo: primo, quòd plenitudo gratiæ, hoc est donorum gratiæ, attenditur in Christo secundum capacitatem creaturæ: secundo, quòd non attenditur per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ, & non dixit, gratiæ diuinæ: descendunt enim gratiæ creaturæ, non a gratia in Deo, sed a bonitate in Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & ueritatis.

RESPON. Dicendum, quòd plene dicitur haberi, quod perfecte & totaliter habetur. Totalitas autem & perfectio potest attendi dupliciter. Vno modo, quantum ad quantitatem eius intensiuam: puta si dicam aliquem plene habere albedinem, si habeat eam, quantumcumque nata est haberi. Alio modo secundum virtutem: puta si aliquis dicatur plene habere vitam: quia habet eam secundum omnes effectus uel opera uitæ, & sic habet plene uitam homo, non autem brutum animal, uel planta. Vtroque autem modo Christus habuit gratiæ plenitudinem. Primo quidem, quia habuit eam in summo secũdum perfectissimum modum, quo haberi potest. Et hoc quidem appareat, primo ex propinquitate animæ Christi ad causam gratiæ: dictum est * enim, ꝙ quanto aliqđ receptiuum propinquius est causæ influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Christi, quæ propinquius coniungitur Deo inter omnes creaturas rationales, maximam recipit influẽtiam gratiæ eius. Secundo ex comparatione eius ad effectum. sic enim recipiebat anima Christi gratiam, ut ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Et ideo oportuit, quòd haberet maximam gratiã: sicut ignis, qui est causa caloris in omnibus calidis, est maxime calidus. Similiter etiam quantum ad uirtutem gratiæ plene habuit gratiam: qui habuit eam ad omnes operationes uel effectus gratiæ. Et hoc ideo, quia cõferebaẽ ei gratia tanquam cuidã uniuersali principio in genere habentiũ gratiam. Virtus autem primi principij alicuius generis uniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis: sicut sol, qui est uniuersalis causa generationis (ut Diony. dicit 4. cap. de Diuin. nomin. *) eius virtus se extendit ad omnia, quę sub generatione cadunt. Et sic secunda plenitudo gratiæ extenditur in Christo, inquantum se extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui sunt uirtutes & dona, & alia huiusmodi.

* 3. dist. 13. q. 1. a. 3. q. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ fides & spes nominant effectus gratiæ in quodam defectu, qui est ex parte recipientis gratiã, inquãtum scilicet, fides est de nõ uisis, & spes de non habitis. Vnde nõ oportet, ꝙ in Christo, qui est actor gratię, fuerint defectꝰ, quos important fides & spes: sed quicquid est pfectionis in fide & spe, in Christo est multo perfectius: sicut in igne non sunt omnes modi caloris defectiui ex defectu subiecti, sed quicquid pertinet ad perfectionem caloris.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ad gratiã operantem per se, pertinet facere iustum: sed quòd iustũ faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subiecti, in quo peccatũ inuenitur. Anima Christi, igitur iustificata est per gratiã operantem, inquantũ per eam facta est iusta, & sancta a principio suæ conceptionis, non ꝙ ante fuerit peccatrix, aut etiam non iusta.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd plenitudo gratiæ attribuitur aiæ Christi secundũ capacitatẽ creaturę: non autem per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

* Homil. in euang. ter fine. quadrag.

in Deo, ita quòd inter gratiam formaliter, & res quæ sunt dona gratiæ tantum interest, quòd dona gratiæ, quia communia sunt Deo & creaturæ, si dicuntur plene inesse creaturæ, intelligitur secundū capacitatem creaturæ, & non secundum illas rationes formales absolute, secundum quas in sola diuina sunt bonitate. Gratia verò si ponitur plene, simpliciter, & absolute in creatura, non oportet quòd limitatio dicta subintelligatur: quia secundum suam rationem creatæ rei nomen est propriū. Quo circa ideo in litera responsionis huius distincta est plenitudo secundum capacitatem creaturæ, & secundum quòd in Deo: quia de donis gratiæ, quæ descendunt a Patre luminum, agebatur.

3. dist. 13. q. 1. art. 3. q. 2.

¶ *Super Quæstionis septimæ Articulum decimum.*

TItulus occasionem sumit ex eo, quòd multis in Sacra Scriptura attribuitur plenitudo gratiæ, vt patet de beata Virgine & Stephano.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris, cū duabus conclusionibus responsiuis secundum singula membra. Distinctio est hæc, Plenitudo gratiæ duplex est, vel ex parte gratiæ, vel ex parte subiecti. Prima conclusio responsiua est, Plenitudo gratiæ ex parte gratiæ propria est Christo: secunda est, plenitudo gratiæ ex parte subiecti, non est propria Christo, sed communis est multis per Christū. Prima conclusio probatur: qa solus Christus pertingit ad summum gratiæ, tam intensiuè, quantum ad essentiam, quam extensiuè quantum ad virtutem. Probatur: quia solus habet gratiam in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus. Secunda au-

* Homil. 34. in euang. iuxta finem magdiq.

ARTICVLVS X.

Vtrum plenitudo gratiæ sit propria Christi.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd plenitudo gratiæ nō sit propria Christi. Quòd enim est proprium alicuius, sibi soli conuenit: sed esse plenum gratia, quibusdam alijs attribuitur: dicitur enim Luc. 1. Beatæ Virgini, Aue gratia plena. dicitur etiam Act. 7. Stephanus plenus gratia, & fortitudine. ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 2 Præterea. Illud, quod potest communicari alijs per Christum, non videtur esse proprium Christo: sed plenitudo gratiæ potest communicari per Christum alijs: dicit enim Apost. Ephes. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinē Dei. ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶ 3 Præterea. Status viæ proportionari videtur statui patriæ: sed in statu patriæ erit quædam plenitudo: quia in illa cœlesti patria, vbi plenitudo est omnis boni, licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter, vt patet per Gregorium in Homil. * de centum ouibus. ergo in statu viæ habetur gratiæ plenitudo a singulis hominibus: & ita plenitudo gratiæ non est propria Christi.

SED CONTRA est, quòd plenitudo gratiæ attribuitur Christo, inquantum est vnigenitus a Patre, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum a Patre, plenum gratiæ & veritatis: sed esse vnigenitum a Patre, est proprium Christo. ergo & sibi proprium est, esse plenum gratiæ & veritatis.

RESPON. Dicendum, quòd plenitudo gratię potest attendi dupliciter, vno modo ex parte ipsius gratiæ: alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem ipsius gratiæ dicitur esse plenitudo, ex eo quòd aliquis pertingit ad summum gratiæ, & quantum ad essentiam & quantum ad virtutem, quia scilicet habet gratiam & in maxima excellentia, qua potest haberi, & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo est propria Christo. Ex parte verò subiecti dicitur gratiæ plenitudo, quando quis habet plene gratiam secundum suam conditionem, siue secundum intensionem, prout in eo est intensa gratia vsque ad terminum præfixum ei a Deo, secūdum illud Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi: siue etiam secundum virtutem, inquantum scilicet habet facultatem gratię ad omnia, quæ pertinent ad suum officium siue statum, sicut Apostolus dicebat Ephes. 3. Mihi enim omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. Et talis gratiæ plenitudo non est propria Christo, sed communicatur alijs per Christum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beata Virgo dicta est plena gratia, non ex parte ipsius gratiæ: quia non habuit gratiam in summa excellentia, qua potest haberi, nec ad omnes effectus gratiæ, sed dicitur fuisse plena gratia per comparationē ad ipsam: quia scilicet habebat gratiam sufficienter ad statum illum, ad quem erat electa a Deo, ut esset scilicet mater Vnigeniti eius. Et similiter Stephanus dicitur plenus gratia, quia habebat gratiam sufficiētem ad hoc, quòd esset idoneus minister & testis Dei, ad quod erat electus. Et idem dicēdum est de alijs: harum tamen plenitudinum vna est plenior altera, secūdum quòd aliquis est diuinitus præordinatus ad altiorem, vel inferiorem statum.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Apostolus ibi loquitur de illa plenitudine gratiæ, quæ accipitur ex parte subiecti, in comparatione ad id, ad quod homo est diuinitus præordinatus: quod quidem est vel aliquid commune, ad quod præordinantur omnes Sancti, vel aliquid speciale, quod pertinet ad excellentiam aliquorum. Et secundum hoc quædam plenitudo gratiæ est omnibus Sanctis communis, ut scilicet habeant gratiam sufficientem ad merendum vitam æternam, quæ in plena Dei fruitione consistit, & hanc plenitudinem optat Apostо. fidelibus, quibus scribit.

AD TERTIVM dicendum, quòd illa dona, quæ sunt communia in patria, scilicet visio, comprehensio, & fruitio, & alia huiusmodi, habent quædam dona sibi correspondentia in statu uię, quæ etiam sunt communia omnibus sanctis: sunt tamen quædam prærogatiuę Sanctorum in patria, & in via, quæ non habentur ab omnibus.

tem probatur: quia alijs gratia datur intensiuè, secundum mēsuram eis a Deo præfixam, iuxta Apostoli auctoritatem. Et similiter datur virtus gratiæ ad omnia, quæ pertinent ad suum officium, vel statum, iuxta aliam Apostoli auctoritatem.

¶ Nota hic primò, quòd distinctio in præcedenti articulo posita de plenitudine gratiæ intensiuæ vel extensiuæ, diuidit quodlibet membrum distinctionis in hoc articulo factæ. Nam plenitudo gratiæ secundum se attenditur hic tam intensiuè, quam extensiuè, & similiter plenitudo gratiæ ex parte subiecti attenditur tam intensiuè, quā extensiuè. Quo circa in articulo pcedenti plenitudo gratiæ absolute, hoc est sine additione, considerata distinctaq; est. Hic verò cum explicata additione vel ex parte sui, vel ex parte subiecti, considerata, & distincta est. Vnde in Christo est plenitudo gratiæ simpliciter intensiuè & extensiuè, iuxta præcedentem articulum. Et in eodem solo est plenitudo gratiæ ex parte gratię tam intensiuè, quam extensiuè, & in eodē & alijs per ipsum est plenitudo gratiæ ex parte subiecti, iuxta hunc articulum. Sed in Christo plenitudo ex parte subiecti coincidit cum plenitudine gratię secundum se: qm vnigenitum a Patre decet plenitudo gratiæ sm se: in alijs aūt est plenitudo ex parte subiecti limitata, ita quòd non est plenitudo ex parte gratiæ secundum se, qm hæc est propria vnigeniti a Patre, ut prima huius articuli cōclusio dicit.

¶ Nota secundò diligentissime, quòd Auctor de quantitate intēsiua gratię secundum se, loquens in hoc articulo, dicit quòd inuenitur de facto in summo data animæ Christi, vt patet in primo membro distinctionis, & prima conclusione.

Tertia pars Thomæ.

Et declarat tale summum esse quantum ad essentiam, distinguendo contra virtutem, & quantum ad excellentiam, distinguendo contra extensionem, quæ ad virtutem spectat, dicendo quòd est in maxima excellentia, qua haberi potest. vbi imperſonaliter loquitur, & ex parte gratiæ, & non ex parte ſubiecti, vt clare adeo patet in litera, quòd non poteſt inficiari.

¶ Et hæc ideo notanda duxi, vt videant Thomiſtę ſecundam Auctoris doctrinam dari ſummam charitatem, ſummam gratiam, non tolum ex parte ſubiecti, ſecundum menſuram, quam vnicuique præfixit Deus, ſed ex parte ipſius charitatis & gratiæ ſecundum ſe, vt infra amplius clarificabitur.

3.diſt.13.q.1. arti.1.q.2. et diſt 14. arti.1. q.1. Et ue. q.29.ar.3. Et opuſc.3.cap. 221. Et opuſ. 60.c.3. & lo. 3.lect.6.

¶ In reſponſione ad primum, nota ſobrietatem doctrinæ præſentis circa plenitudinem gratiæ in beata Virgine, ſcilicet, vt ſit plena gratia tam intenſiuè, quàm extenſiuè non plenitudine gratiæ ſecundum ſe (quia illa eſt propria Vnigento a Patre) ſed plenitudine tam intenſiuè quàm extenſiuè requiſita ad matrem Dei. Et hic nota contra loquaces, & gratiã beatæ Virginis extendẽtes ad omnes effectus gratiæ, quaſi matris Dei laus indigeat noſtris pro voluntate non ratione laudibus ſub quadã pietatis ſpẽ.

* Lib.18.Moral.cap.3.

¶ Siſte igitur vir vere deuote ac docte, in laudibus ratione fultis, vt ſcilicet ſit gratia plena, non ex parte gratiæ, ſe ex parte ſubiecti, nec in ſummo intenſiuè, aut extenſiuè ex parte gratiæ. Lauda in ea gratiam, ſed in ſummo ex parte ſubiecti ſupra omnem puram creaturam: hæc enim plenitudo matrem Dei decet, quæ ſuper omnes eſt puras creaturas exaltata.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Chriſti gratia ſit infinita.

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd gratia Chriſti ſit infinita. Omne enim immenſum, eſt infinitum: ſed gratia Chriſti eſt immenſa: dicitur enim Ioan. 3. Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum Filio, ſcilicet Chriſto. ergo gratia Chriſti eſt infinita

¶ 2 Prȩterea. Effectus infinitus demonſtrat virtutem infinitam, quæ non poteſt fundari, niſi in eſſentia infinita: ſed effectus gratiæ Chriſti eſt infinitus: extendit enim ſe ad ſalutem totius humani generis: ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris & totius mundi, vt dicitur primæ Ioan. 2. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

¶ 3 Prȩterea. Omne finitum per additionem finiti poteſt peruenire ad quantitatem cuiuſcumque finiti. Si igitur gratia Chriſti eſſet finita, poſſet alterius hominis gratia tantum creſcere, quòd peruenirẽt ad æqualitatẽ gratię Chriſti, contra quod dicitur Iob. 28. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, ſecundum quòd Greg. * ibi exponit. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

SED CONTRA eſt, quòd gratia eſt quiddam creatum in anima: ſed omne creatum eſt finitum, ſecundum illud Sapien. 11. Omnia in numero, & pondere, & menſura diſpoſuiſti. ergo gratia Chriſti non eſt infinita.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut ex ſupra dictis patet, * in Chriſto poteſt duplex gratia conſiderari. Vna quidem eſt gratia vnionis, quæ ſicut ſupra dictum eſt, † eſt ipſum vniri perſonaliter filio Dei, quod eſt gratis conceſſum humanæ naturæ, & hanc gratiam conſtat eſſe infinitam, ſecundum quòd ipſa perſona verbi eſt infinita. Alia verò eſt gratia habitualis, quæ quidem poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſecundum quòd eſt quoddam ens. Et ſic neceſſe eſt, quòd ſit ens finitum: eſt enim in anima Chriſti ſicut in ſubiecto: anima autem Chriſti eſt creatura quædam habens capacitatem finitam, vnde eſſe gratiæ, cum nõ excedat ſuum ſubiectum, non poteſt eſſe infinitum. Alio modo poteſt conſiderari ſecũdum propriam rationem gratiæ. Et ſic gratia Chriſti poteſt dici infinita, eo quòd non limitatur: quia ſcilicet habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ, & non datur ei ſecundum aliquam certam menſuram id, quod ad rationem gratiæ pertinet, eo ψ ſecundum propoſitum Dei, cuius eſt gratiam menſurare, gratia confertur animæ Chriſti, ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura, ſecundum illud Epheſ. 1. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo: ſicut ſi dicamus lucem ſolis eſſe infinitam, non quidem ſecundum ſuum eſſe, ſed ſecundum rationem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere poteſt.

Probatur ſequela: quia non excedit ſuum ſubiectum, qđ eſt finitæ capacitatis, quia creatura quædam.

¶ Nota hic, quòd quia finiti & infiniti ratio quantitatiua ſoli congruit, vt dicitur in primo Phyſicorum, iuxta multiplicem quantitatem rei, multiplex finitas, vel infinitas conſiderari poteſt. Verbi gratia, in linea iuxta duplicẽ quantitatem, ſcilicet molis vel perfectionis, dupliciter poteſt dici finita, vel infinita: nam ſi eſſet linea aliqua infinitæ longitudinis, eſſet finita ſecundum perfectionem (eſſet enim accidens, ac per hoc imperfectius ens, quàm ſubſtãtia quæcumque) & eſſet infinita ſecundum rationem lineæ. Et ſimile accidit in habentibus tantũ quantitatem perfectionis: multarum tamẽ rationum, quòd ſcilicet poſſunt iuxta multiplicem perfectionis quantitatem, multipliciter dici finita, vel infinita, ita quòd ſecundum quantitatem talis perfectionis ſunt finita, & ſecundum quantitatem alterius rationis perfectionis ſunt infinita: vt ſi eſſet albedo infinita intenſiuè ſecundum latitudinem albedinis, eſſet infinita ſecundum rationem albedinis: eſſet tamen finita ſecundum quantitatem perfectionis ſimpliciter, quoniam eſſet accidens, ac per hoc imperfectius ens qualibet ſubſtantia quantumcumque finitæ perfectionis.

¶ In litera igitur Auctor gratiam conſiderat, & ſecundum quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecundum propriam gratiæ rationem, & ſecundum quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecundum communem rationem entis, quod eſt conſiderare ipſam, ſicut & quodlibet aliud ens ſecundum communem rationem perfectionis. nam quod eſt finitæ perfectionis, eſt finitæ entitatis: & econtra. & ſimiliter quod eſt infinitæ entitatis, eſt infinitæ perfectionis. & econtra. Et dicitur in ſecunda concluſione, quòd gratia habitualis Chriſti eſt finita ſecundum rationem entis, hoc eſt, eſt ens finitum.

¶ In tertia autem, quòd eadem eſt infinita ſecundum rationem gratiæ, hoc eſt, eſt gratia infinita. Quæ tertia concluſio in litera primo exponitur: deinde probatur. Explanatur quidem & quantum ad vim nominis, ſcilicet quòd eſt infinita, quia non eſt limitata ſecundum aliquam creatam menſuram, & quantum ad rem, quia habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ, & quantum ad exemplum de luce ſolis. Probatur autem, Animæ Chriſti confertur gratia ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura. ergo animæ Chriſti gratia eſt infinita ſecundum rationem gratiæ. Antecedens probatur ex auctoritate Apoſt. ad Epheſ. 1.

¶ Nota

¶ Nota hic, quòd ly in humana natura, determinat subiectum necessitatis, non extensionis hoc est, quia Christus est vniuersale principium gratificationis, humanæ necessitatis est: nam causa necessitatis ad habendum Christum principium gratificationis, humana natura est. Sed licet necessitas ex humana occasionem sumpserit natura, extenditur tamen hoc principium non solum ad homines, sed ad Angelos, vt infra patebit: ita q̃ Christus est vniuersale principium gratificationis etiã Angelorum, extensa iam sua capitali gratia, etiam ad Angelos.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli, perspice, quòd gratia habitualis Christi habet effectum infinitum ob duplicem (vt dicitur in litera) causam. Hinc enim habes & meritum & satisfactionem Christi infinitatem habere.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit: primò, quomodo verum sit, quòd gratia cuiuslibet singularis personæ habeat quantitatem alterius rationis a quantitate gratiæ Christi: secundò, quomodo verum sit, quòd gratia cuiuslibet singularis personæ sit velut virtus particularis, & gratia Christi velut virtus vniuersalis. Et est ratio vtriusque dubij: quia gratia est eiusdem speciei specialissimæ in quacumque sit creatura, vt patet de charitate. Impossibile est autem, quòd in vna specie specialissima inueniatur uere tanta diuersitas, vt unum illius indiuiduum sit virtus vniuersalis, & alterum particularis, cum virtus vniuersalis & particularis, loquendo per se, distinguantur ad minus specie, vt patet inductiue, & conuincitur ratione ex diuersitate actuum propriorum, virtutis vniuersalis & virtutis particularis.

¶ Ad hoc dicitur, quòd gratia habitualis Christi (de qua est sermo) & aliorum, licet sit eiusdem speciei specialissimæ, quò ad essentiam, est tamen diuersarum rationum quantum ad modum essendi. Est siquidem gratia in Christo, vt in toto adæquante ipsam secundum se, est autem in omnibus alijs, vt in partibus inadæquatis ipsi secundum se gratiæ. Et propterea est in Christo, vt in subiecto & principio vniuersali gratiæ, in alijs verò vt in particulariter participantibus. Et ideo quantumcumque crescat aliorum gratia, numquam peruenire potest ad quantitatem intensiuam, uel extensiuam gratiæ Christi.

¶ Et vt hæc doctrina facilius intelligatur, dicimus sub exemplo. Calor eiusdem est in se speciei siue in igne, siue in aere, siue in mistis: veruntamen ignis adæquat calorem secundum se, quia tanti, tam extensiuè, quam intensiuè est susceptiuus caloris, quantus natus est esse secundum se calor. Aer autem siue mistum quodcumque, calorem participat, ita quòd statim ut calor in alio quam igne poni intelligitur, limitatus & deficiens a perfectione, quam natus est calor secundum se habere, intelligitur: ex hoc enim ipso, quòd calor in subiecto inadæquante calorem secundum seipsum ponitur, limitatus ac deficiens ponitur. Et propterea quantumcumque crescere ponatur calor in tali subiecto inadæquante, numquam perueniet ad quantitatem perfectionis caloris in igne adæquato subiecto, eo quòd tale augmentum etiã si in infinitum ponatur, continebitur, & sistet infra latitudinem subiecti participantis, cuius tota latitudo succumbit subiecto adæquato.

¶ Ad propositum igitur hinc redeundo, dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem esse in Christo secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsam, & in nullo alio esse gratiam secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsam, & propterea in Christo fuisse gratiam, vt in subiecto totali: in alijs verò vt in subiectis partialibus. Et hoc est gratiam esse diuersarum rationum, quantitatum & perfectionum, non secundum essentiam, sed secundum modum. Et hinc prouenit, quòd gratia Christi comparatur ad gratias aliorum, vt virtus vniuersalis ad virtutes particulares: nam spectando ad differentiam, quæ est penes dictos modos essendi, clare liquet, gratiam Christi habere quicquid perfectionis natum est conuenire gratiæ secundum seipsam, ac per hoc omnem illius perfectionem intensiuam & extensiuam: vtraque enim perfectio gratiæ secundum seipsam exigit, & consequenter gratiam Christi esse vniuersalis virtutis (vtpote quæ omnem gratię perfectionem intensiuam & extensiuam in se continet) aliorum verò gratiam esse particularis virtutis vtpote partem intensiuæ & partem extensiuæ perfectionis gratiæ in se continens: plus tamen vel minus iuxta cuiusque mensuram, quã mensus est illi Deus. Quo fit, vt quantumcumque quæcumque pura creatura crescat in gratia, numquam peruenire possit ad quantitatem æqualem gratiæ Christi: sicut numquam pars adæquare potest totum, nisi partis rationem amittat. Et hoc est quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum crescendo non potest adæquare aliquid finitum: quia, scilicet habent quantitates diuersarum rationum penes hoc, quòd Christi gratia est uirtutis & quantitatis vniuersalis, aliorum verò gratia est perfectionis & uirtutis particularis: quia in illo est gratia cum perfectione debita sibi secundum seipsam gratiam: in alijs verò est gratia cum perfectione modificata & mensurata, secundum tale subiectum particulare. Et propterea in Clemen. ad nostrum. de hæret. damnatur error Beguinarum dicentium, hominem in uia posse peruenire ad talem gratiæ gradum, ut non possit vltra proficere, eo quòd aliter excedi possit gratia Christi. Vtrumque etenim erroneum esse, ex dictis iam patet, & amplius patebit.

¶ *Super Quæstionis 7. Articulum duodecimum.*

Titulus articuli duodecimi clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt: proponitur siquidem una distinctio, & ponuntur deinde duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Distinctio est. Formam suscipientem magis & minus posse, uel non posse augeri, contingit dupliciter, primò ex parte formæ: secundò ex parte subiecti. Exempla clara sunt in litera. Et ex hac distinctione radicis posse, uel non posse augeri in communi, subintellige in speciali, quòd gratiã non posse, uel posse augeri contingit dupliciter, uel ex parte gratiæ, uel ex parte subiecti. Et probatur primum membrum, scilicet ex parte gratiæ, quantum ad negatiuam partem, quæ est prima conclusio (scilicet gratiam Christi ex parte gratiæ, non posse augeri) quia sicut aliarum formarum, ita & gratiæ Christi propria mensura secundum se est ex diuina sapien-

Glo. interli neatis sup illud Omnia dedit in manus eius.

Glo. ord. ibi.

Tract. 14. in Ioann. ante med. to. 9.

1. dist. 15. q. 5. art. 1. q. 4. & dist. 17. q. 2. ar. 4. ad 3. Et 3. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 3. & dist. 18. artic. 5. c. Et Isa. 11. lec. 2. princ.

Art. præced.

tia, ergo propria gratiæ mensura determinata est penes finem, ergo penes rationalis creaturæ vnionem ad Deũ, ergo gratia Christi pertingit ad summam mensuram gratiæ, ergo gratia Christi non potest augeri ex parte ipsius gratiæ. Antecedens probatur auctoritate Scripturæ. Prima consequentia probatur: quia mensura vnicuique formæ præfigitur in cõparatione ad finem: quod declaratur exemplo in terræ grauitate. Secunda autem: quia finis gratiæ est vnio creaturæ rõnalis ad Deũ. Tertia verò: quia nec esse, nec intelligi potest maior ad Deum vnio, quàm personalis.

¶ Siste hoc in loco lector, & perspice primò, quòd in præcedentis libri Commentarijs, cùm de charitate tractaret, scripsimus, non somniasse nos, sed ab Auctore didicisse, scilicet gratiã, ac p hoc charitatem in creaturis habere secundum se terminum in summo, ita ꝙ non sunt amplius augmẽtabiles. & uerba Auctoris in illo loco, quæ videntur sonare oppositum, non esse falsa aut correcta seu retractata hic, sed sunt exponenda, ut ibi exposuimus: & sentiendum cum Auctore hoc in loco est, quòd gra habitualis Christi est uere in summo, ad quod potest gratia ex parte sui perduci, & hoc iam in præcedentibus huius libri pluries habuimus.

¶ Ad claritatem tamen doctrinæ præsentis intellige mensuram formæ præfixam esse penes relationem ad finem, nõ sic quòd mẽsura penes extrinsecum sit (quoniam mensura formæ intrinseca est formæ cuius est mensura) sed sic, quòd cum omne agens agat propter finem, ac per hoc, id quod substantialiter est propter finem, oportet commensuratum esse fini: sicut quod secundum aliquam figuram est propter finem, oportet vt figuratum esse commensuratum illi fini: propterea cum graue sit propter esse deorsum, oportet graue ut sic commensuratum esse fini, vt scilicet infimo deorsum commensuretur sola summa grauitas, & supremo sursum sola summa leuitas: ita summæ vnioni creaturę rationalis ad Deum commensurari oportet solam summam gratiam.

¶ Sed est hic locus quæstioni, quo pacto finis gratiæ habitualis (de qua est sermo) est vnio personalis, cùm secundum antedicta, & in sequenti articulo ex proposito definita, vnio personalis non sequatur, sed præcedat gratiam habitualem, finis autem posterior sit generationis, ordine, eo quod est propter finem.

¶ Ad hoc dr, ꝙ finis non dr tantũ de fine consequendo, sed de fine præexistente, qui finalizat non ut fit, aut bene fit, sed quia est: sicut Deus qui nec est nec cõseruatur, aut quomodolibet augetur per creaturas, finis earum dr. Quocirca vnio personalis finis est gratiæ habitualis, nõ assequendus per eã, sed quia ipsa emanat ab vnione personali ordinata ad vnionem personalem vt ad finem, quia est, sicut creaturæ fiunt a Deo propter Deum ut finem earũ, quia est. Nec est hoc remotum ab ordine, quem in rebus generabilibus videmus, quoniam in istis perspicimus, ꝙ non solum antecedentes dispositiones, sed consequentia etiam accidentia ordinantur ad substantiam prius natura genitam, vt ad finem: esse nãque disciplinabile, quod consequitur ad formam hois, ordinatur ad hoiem, vt ad finem. Stat ergo solida literæ doctrina, tradens gratiam habitualem Christi esse in summo, quia consonat, & cõmensuratur summæ vnioni vt fini.

¶ Secunda conclusio est, Gratia Christi non potuit augeri ex parte subiecti. Probatur rõne: quia Christus ab initio fuit plene comprehẽsor, ac per hoc in termino. Et a simili: quia nec beatorũ in patria gratia potest ob dictam rationem augeri. Et a dissimili tam hæc quàm præcedens cõclusio manifestatur: quia pure viatorum gratia põt augeri & ex parte gratiæ (quia nõ pertingunt ad summum secundum se) & ex parte subiecti: quia adhuc sunt in via, & non peruenerunt ad viæ terminum.

¶ Vbi nota, ꝙ ideo absq; alia probatione in litera asseritur nullum pure viatorẽ attingere ad summum gratiæ ex parte gratiæ: quia consequũtur se hęc duo, videlicet summum gratiæ ex parte gratiæ, & gratia uirtutis vniuersalis. nam gratia secundo se summa ad quicquid potest spectare, ad rationem gratiæ se extendit: & si ad quidlibet perfectionis gratiæ se extendit, summa gra est. Et quoniam vtrumque constat esse plenitudinis propriæ vnigeniti a Patre, quem ipsa plenitudo gratiæ constituit ab initio cõprehensorem, ideo absque hæsitatione aliqua asserendum est, nullam puram creaturam siue in via, siue in patria ad summum gratiæ ex parte gratiæ pertingere. Lib. de ma. ter. toma. q. dis. 3. art. & ep. 221. So. ca

¶ In responsione ad primum eiusdem 12. articuli considera perspicaciam responsionis, non solum propositioni obiectæ satisfacientis, sed ex radice oppositum monstrantis: propositionem siquidem illam, Omni finito potest fieri additio, cum finitum & infinitum quantitatis primo sit, distinguit secundum posse dupliciter, quantum finitum considerari, Mathematice, hoc est, abstrahendo a materia sensibili, ut loquimur de linea, superficie, vel corpore absolute, vel Physice, hoc est, ut ad specificas naturas rerum naturalium est determinatum, ut quantitas humana, vel cœlestis. Primo modo vera est propositio illa: secundo autem falsa, ut patet de quantitate cœli. Et quia ratio, quare quantitati determinatæ ad naturam talem repugnat additio, est forma naturalis (ut patet ex secundo de Anima) ideo litera radicem attingens subdit, quòd multò magis ipsi formæ naturali quamuis finitæ repugnat additio: quoniam si forma naturalis efficit, ut quantitas, cui secundum se non repugnat additio, excludat additionem, multò magis efficit, ut a seipsa excludat additionem. Quo fit, ut quia gratia eiusdem est rationis, quò ad finitatem vel infinitatem conformis naturalibus, cum sit illarum vna, de quibus scriptum est, Omnia in numero, pondera & mensura dispositi: ideo gratia Christi & finita & excludens additionem simul est.

¶ In

¶ In resp̃sione ad 1 secundum eiusdem 12. articuli aduerte, quòd quia in litera gratia Christi relata ad proprium finem, excludit melius se: & tamen compatitur aliquid maius seu melius se, ideo manifeste litera ista docet gratiam Christi dupliciter posse considerari. Primò, secundum id quod in se est, hoc est secundum propriam intrinsecam entitatem, qua est tale ens inter entia vniuersi, & sic potest aliquid esse nobilius ens, quàm ipsa sit: imo omnis substantia est nobilior secũdum sui generis rationem illa, cum sit essentialiter accidens. Alio modo, secundum id, ad quod ipsa sua entitas tantæ perfectionis ordinatur, vt ad proprium finem. Et sic non potest fieri aliquid maius, aut melius illa: quoniã suapte natura commensurata est vnioni personali Dei, vt proprio fini, qua nihil esse potest melius. Et vt melius percipias, quæ in litera subiunguntur, perspicaciter attendendum est, a diuina sapientia dupliciter aliquid ordinatum, quantum est ex parte rei ordinatæ ad vnionem personalem filij Dei, vel per se, vt perfectio gratiæ secundum se: vel per accidens, vt humana natura. Per accidens siquidem euenit, quantum est ex parte humanæ naturæ, vt complaceret Deo illam eligere ad vnionem personalem sui: quoniam ipsa natura humana secundum se nullam habet proportionem, aut commensurationem ad assumptibilitatem: quia nullam habet potentiam passiuam ad ea, quæ omnem naturalem ordinem transcendunt: sed diuina charitas ac sapientia eleuauit illam, ordinando ipsam, vt assumeretur. Gratia autem secundum se totaliter perfecta, quia ex proprij ordinis vtpote supernaturalis ac diuini ratione, ad supernaturale ad diuinum quid ordinatur, par est, vt suapte natura ad vnionem personalem in sui summa plena perfectione ordinetur ac commensuretur, ac per hoc non per accidens, sed per se a diuina sapientia ad vnionem personalem ordinatur. Et ideo in litera dicitur, quòd vnioni personali correspondet sufficienter talis mensura gratiæ, hoc est, gratia in summo secundum se, secundum diuinæ sapientiæ ordinem, quo omnia disposuit ab æterno suauiter. Quocirca quantumcumque aliquod ens in se secundum suam intrinsecam entitatem melius gratia, quæ est in Christo, fieret: non fieret tamen ens suapte natura ordinatum per se ad melius, quàm ordinetur perfectio, quæ in Christo est gratiæ, & hoc apertè intendit litera per se intellecta.

9. dist. 13. q. 3. art. 2. q. 3. & 4. q. 1. cap. 221. & 64. cap. 3.

¶ In resp̃sione ad tertium aduerte, quòd similitudo profectus Christi, quò ad sapientiam, gratiam, & ætatem in litera asseritur quò ad partem affirmatiuam, scilicet q̃ proficiebat quò ad effectus ætatis, sicut quò ad effectus sapientiæ & gratiæ. & hoc constat esse verissimum, quoniam opera sua consona ætati faciebat: sed non asseritur quò ad partem negatiuam, scilicet quòd nõ proficiebat secundum ætatem ipsam, sicut non proficiebat secundum ipsam sapientiam seu gratiam: quoniam constat quòd esset falsum hoc. nam Christus vere proficiebat ipsa ætate: quoniam secundum ætatis mensuram corporalis progressus est: constat enim Christum vere primo infantem, deinde puerum, inde adolescentem, atque in virum tandem perfectum emersisse (sicut cæteros homines) sensim & per incrementa temporum, augẽte naturali virtute membra, roburque viribus ministrante.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd virtus diuina licet possit facere aliquid maius & melius, quàm sit habitualis gratia Christi, non tamen posset facere, quòd ordinaretur ad aliquid maius, quàm sit vnio personalis ad Filium vnigenitum a Patre. Cui vnioni sufficienter correspondet talis mensura gratiæ, secundum definitionem diuinæ sapientiæ.

Ad tertivm dicendum, quòd in sapientia & gratia aliquis potest proficere dupliciter, uno modo, secundum ipsos habitus sapientiæ & gratiæ augmentatos, & sic Christus in eis non proficiebat: alio modo, secundum effectus, inquantum scilicet aliquis sapientiora & virtuosiora opera facit. Et sic Christus proficiebat sapiẽtia & gratia, sicut & ætate: quia secundum processum ætatis perfectiora opera faciebat, vt se verũ hominem demonstraret, & in his quæ sunt ad Deum, & in his quæ sunt ad homines.

Articvlvs XIII.

Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vnionem.

Ad tertivmdecimvm sic proceditur. Videtur, quòd gratia habitualis in Christo non subsequatur vnionem. Idem enim non sequitur ad seipsum: sed hæc gratia habitualis, videtur eadem esse cum gratia vnionis: dicit enim Augustinus in lib. de Prædesti. * Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicunque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Quorum duorum primum pertinet ad gratiam habitualem, secundum ad gratiam vnionis. ergo videtur, quòd gratia habitualis non subsequatur vnionem.

¶ 2 Præterea. Dispositio præcedit perfectionem tempore, vel saltem intellectu: sed gratia habitualis videtur esse sicut quędam dispositio humanæ naturæ ad vnionem personalem. ergo videtur, quòd gratia habitualis non subsequatur vnionem, sed magis præcedat.

¶ 3 Præterea. Commune est prius proprio: sed gratia habitualis est communis Christo & alijs hominibus, gratia autem vnionis est propria Christo. ergo prior est secundum intellectum gratia habitualis quàm ipsa vnio. non ergo sequitur eam.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum: & postea sequitur, Dedi Spiritum meum super eum, quod quidem pertinet ad donum gratiæ habitualis. Vnde relinquitur, quòd susceptio naturæ humanæ in vnitatem personæ, præcedat gratiam habitualem in Christo.

¶ *Super Quæstionis 7 Articulum tertiumdecimum.*

Cap. 15. ante medium, tomo 7.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio resp̃siua q̃sito, Gratia vnionis in Christo præcedit gratiam habitualem eius, non ordine temporis, sed naturæ & intellectus. Probatur tripliciter. Primò, Missio Filij est prior naturæ ordine, missione Spiritussancti. ergo gratia vnionis, & cæt. Antecedens probatur: quia Spiritussanctus procedit naturæ ordine a Filio, & dilectio a sapientia. Consequentia verò: quia secundum ipsam vnionẽ attenditur missio Filij, & secundum gratiam habitualem attenditur missio Spiritussancti.

¶ Vbi nota, quòd caute loquitur in litera Auctor, dum missiones ordinat, secundũ prius & posterius naturæ: processiones autem Filij & Spiritussancti ordinat quidem naturæ ordine, sed nõ secundum prius & posterius: quia, ut in vigesima dist. primi sen. dicitur, in diuinis est ordo naturæ, non quo alter est prior altero, sed quo alter est ab altero. Missiones autem ad ea, quæ sunt extra Trinitatem respicientes, proprietatem etiam & posterioritatem naturæ in suis rationibus ac rebus admittunt. Secundò præsentia deitatis est prior splendore eius: sed unio est ipsa præsentia, gratia habitualis, splendor eius. ergo. Tertiò, Actio & gratia ad ipsam ordinans præsupponit hypostasim. ergo gratia habitualis præsupponit vnionem. Antecedens probatur: quia actiones sunt suppositorũ. Consequentia verò: quia gratia vnionis facit hypostasim in natura humana.

¶ Vbi caute perspice, quòd aliud est dicere non præsupponit hypostasim: & aliud est dicere, non præsupponit hypostasim in natura humana. Gratia enim vnionis præsupponit, non facit hypostasim verbi Dei, quæ sola in Christo hypostasis est: sed eadem gratia unionis non præsupponit, sed facit in Christo hypostasim in humana natura, dum facit q̃ persona Filij Dei sit non solum persona diuina, sed etiam persona humana, dum facit quòd subsistat non solum in natura diuina, sed etiam in natura humana. Et hoc est quod in litera dicitur, & super hoc ratio fundatur, intendens q̃ actio humana supponit hypostasim humanam &c.

¶ In resp̃sione ad secundum eiusdem 13. artic. habet, quòd gratia in Christo non habet rationem dispositionis respectu unionis, sed habet rationem naturalis proprietatis, sicut calor consequens formam ignis. Et hoc bene nota.

¶ In resp̃sione ad 3. occurrit reddenda ratio tot dictorum de gratia vnionis. Dicitur enim de ipsa in hoc articulo in principio

corporis, quòd gratia vnionis est ipsa vnio, & in hac responsione, quòd est * Q.3. artic. 10. & q.6. artic.6. supra omne genus, & in artic.11. huiusmet quæstionis, quòd est infinita, secundum quod ipsa persona Verbi est infinita, & in art.6. quæstio. sextæ in corpore dictum est, quòd gratia vnionis est ipsum esse personale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in persona verbi, & in art.12. quæstio.3. ad tertium, dicitur quòd gratia vnionis est causata a tota Trinitate, quod & hic replicatur in corpore articuli, dū principium appropriatū gratiæ vnionis, ponitur persona Filij. hæc siquidem dicta licet dissonare inter se videantur, facile tamen distincte perspicientibus apparet, quòd gratia vnionis duo in se includit, scilicet esse verbi personaliter terminans humanitatem Christi, & compositionem seu conjunctionem vtriusque, nec loquor de terminatione, conjunctione, aut vnione, quæ est relatio, sed de fundamento, quod est esse Deum & hominem, quod constat esse substantiā, & prædicta duo in se claudere, scilicet personam vnitam & ipsam conjunctionem: de huiusmodi enim vnione in litera dicitur, quòd est esse personale, quòd est infinita simpliciter, sicut ipsa persona diuina, quòd est supra omne genus, quoniam hoc fundamentum relationis vnionis nihil aliud est, quàm vnum esse Deum & hominem in esse diuino personali. Vnū autem, cùm nihil positiui addat super ens quod vnum dicitur (vt dicitur in 4. Metaphys.) consequens est, quòd nihil in proposito addat super esse personale verbi: ac per hoc vnio pro suo principali sumpta, scilicet pro ipsa re, in qua vniuntur & sunt vnum ens, vna persona, ambę natu-

Q.3. artic.3.

Loco citato in argum.

RESPON. Dicendum, ꝙ vnio humanę naturę ad diuinam personam (quam supra * diximus esse ipsam gratiam vnionis) præcedit gratiā habitualem in Christo, non ordine temporis, sed naturæ & intellectus. Et hoc triplici ratione: primò quidem, secundum ordinē principiorum vtriusque. Principium enim vnionis est persona Filij, assumens humanam naturam, quæ secundum hoc dicitur esse in mundum, quòd humanam naturam assumpsit. Principium autem gratiæ habitualis, quæ cum charitate datur, est Spiritussanctus, qui secūdum hoc dicitur mitti, quòd per charitatem mētem inhabitat. Missio autem Filij secundum ordinē naturæ, prior est missione Spiritussancti, sicut ordine naturę Spiritussanctus procedit a Filio, & a sapientia dilectio. Vnde & vnio psonalis, secundum quam intelligitur missio Filij, est prior ordine naturæ habituali gratia, secundū quā intelligitur missio Spiritussancti. Secundò, accipitur ratio huius ordinis ex habitudine gratiæ ad suā causam. Gratia enim causatur in homine ex pręsentia diuinitatis, sicut lumen in aere ex præsentia solis. vnde dicitur Ezech.43. Gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem, & terra splendebat a maiestate eius. Præsentia autem Dei in Christo intelligitur secundum vnionem humanæ naturę ad diuinam personā: vnde gratia habitualis Christi intelligitur, vt consequens hanc vnionē, sicut splendor solem. Tertiò, ratio huius ordinis sumi potest ex fine gratiæ: ordinatur enim ad bene agendum. Actiones autem sunt suppositorum & indiuiduorū. Vnde actio, & per consequens gratia ad ipsam ordinās præsupponit hypostasim operantem. Hypostasis autem nō præsupponitur in humana natura ante vnionem, vt ex supra dictis patet.* Et ideo gratia vnionis secundum intellectum præcedit gratiā habitualem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. † ibi gratiam nominat gratuitam Dei voluntatem, gratis beneficia largientē. Et propter hoc, eadem gratia dicit hominē quēcūque fieri Christianum, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrumque gratuita Dei voluntate absque meritis factum est.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd sicut dispositio in via generationis præcedit perfectionem, ad quam disponit in his, quæ successiuè perficiuntur, ita naturaliter perfectionem sequitur, quam aliquis iam consecutus est: sicut calor qui fuit dispositio ad formam ignis, est effectus profluens a forma ignis iam præexistentis. Humana autem natura in Christo vnita est personæ verbi a principio, absq; successione. Vnde gratia habitualis non intelligitur vt præcedēs vnionē, sed vt consequens eam. sicut quædam proprietas naturalis. Vnde & Aug. dicit in Enchir.* ꝙ gratia est quodāmodo Chro homini naturalis.

AD TERTIVM dicendum, quòd commune est prius proprio, si vtrumque sit vnius generis: sed in his, quæ sunt diuersorum generū, nihil prohibet propriū esse prius communi. Gratia autem unionis non est in genere gratiæ habitualis: sed est supra omne genus, sicut & ipsa diuina persona. Vnde hoc propriū nihil prohibet esse prius communi: quia non se habet per additionem ad commune, sed potius est principium & origo eius, quod est commune.

QVAESTIO VIII.

De Gratia Christi, secundum quòd est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de gratia Christi, secundum quòd est caput Ecclesiæ.

ET circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

¶ Secundò, Vtrum sit caput hominum, quantum ad corpora: uel solum quantum ad animas.

¶ Tertio, Vtrum sit caput omniū hominum.

¶ Quarto, vtrū sit caput angelorū.

¶ Quinto, Vtrum gratia Christi, secundum quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius, secundum quod est quidā homo singularis.

¶ Sexto, Vtrum esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo.

¶ Septimo, Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

¶ Octauum, Vtrum Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus sit caput Ecclesiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christo secūdum ꝙ est homo, non competat

ræ, infinita est, supra omne genus est, esse verbi est, esse personale est: pro eo verò, quod addit, ipsa vnio super rē, in qua est vnio, tēporale qd est, causatum a tota Trinitate secundum rē, & per appropriationem a Filio, gratis concessum humanæ naturæ est.

¶ De quo quid sit superius declaratū est, balbutiendo tamen. Enchir. 40. tom. Consona igitur sunt omnia Auctoris dicta de vnione seu vnionis gratia, sanè intellecta.

Li.1. de Trini.c.12. & 1c me d. 3.

¶ Super Quæstionis 8. Articulum primum.

TItulus primi articuli clarꝰ est.

¶ In corpore articuli primi respondet Auctor directe quæsito vnica cōclusione. Secundò declarat terminū vnū conclusionis. Est igitur cōclusio responsiua, Christus caput Ecclesiæ dicitur ſm similitudinē humani capitis. Probatur. sicut tota Ecclesia dicitur vnū corpus ad Rom.12. secundum similitudinē corporis humani, ita consequens est, ꝙ Christus dicatur caput Ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis.

¶ Vbi nota, ꝙ esse caput nō dicitur de Christo proprie, sed metaphorice: sicut etiam esse vnū corpus dicitur metaphorice de Ecclesia, & propterea non multa opꝰ est discussione in re hac. Terminus autem in conclusione positus, qui declaratur in litera, est ly secundum similitudinem ad humanū caput: declaratur siquidem, quòd similitudo ista attenditur ad tria, scilicet ordinē, perfectionē, & virtutem.

¶ Vbi scito primò, ꝙ in corpore humano consideraē ordo, non originis, sed situs: & ideo in litera dr, ꝙ caput est primū membrū, incipiendo a superiori, proculdubio ſm situm, quamuis etiā possit intelligi de superiori ſm naturales differentias positionis

Infr. q.4. artic.1. corr. Et q.49. artic. cor. Et q. stinc. 1. 5. & art. 1. Et ri. q. 29. a. c. 1. & a. & ar. 5. c. Et op. 223. Et op. 60. cap. 1. cor. 1. & Epho.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

animalium, prout in animali distinguuntur sex naturales differentiæ, scilicet sursum & deorsum, ante & retro, dextrum, & sinistrum: nam sursum in homine, est ipsum caput vnde trahit alimentum. Et quoniam vtroque modo caput humanum est sursum, scilicet secundum situm simpliciter, & secundum differentiam naturalem animalis, ideo vtroque modo intelligi potest. Primo tamen modo manifestius sensui patet: & ideo magis consonat literæ, quæ in repositione ad vltimũ euidentiam sensibilem cõsideratam in hac similitudine dicit, dum capitis magis quàm cordis nomen Christus susceperisse dicitur.

¶ Scito secundo, q̃ virtus attribuitur capiti humano respecto virium, & motuũ reliquorũ membrorum, non tamquàm primo inter membra principio, sed tamquàm cum principio primi simpliciter membri, scilicet cordis: ex corde siquidem mediãte capite omnis vis & motus membrorum pendet. Et similiter Christus homo comprincipium est Spiritussancti, qui est cor ecclesiæ ad vim, & motum reliquorum membrorũ ecclesiæ. Et ideo Christus, ad Coloss. 2. caput ecclesiæ dicitur, ex quo tamquàm ex cõprincipio corpus ecclesiæ per nexus, & coniunctiones subministratum & constructum, crescit in augmentum Dei.

¶ Scito tertio, quòd gratia Christi dicitur prima, quia altior & prior, hoc est secundum ordinem causæ formalis, simpliciter & exemplariter. Nam ex eo, q̃ altior, est prior secũdum ordinem causæ formalis, in quo quanto quid est intensiue altius, tanto formalius. Ex eo autem quòd ad conformitatem ipsius aliis gratia datur, est prior tamquàm exẽplar reliquarum gratiarum: & vt in litera dicitur, non est hoc exemplar prius tempore exemplatis, sed vt finis in intentione, ut exemplar conceptum.

¶ In respõsione ad primum eiusdem articuli aduerte duos modos, quibus Auctor ponit, actiones Christi hominis causare in nobis gratiam, scilicet meritorie & effectiue. Et de modo quidem merendi nulla est ambiguitas: quoniam potest cadere sub vnius merito, quòd Deus creet in altero gratiam: sed de modo efficientiæ obscurum est: quoniam, ut in prima parte habitum est, nec principaliter, nec instrumẽtaliter potest creatura aliqua creare: Christus autem dicitur hic instrumentaliter concurrere. Et licet quæstio hæc perplexa appareat, non habet tamẽ hoc in loco multum dubitationis: quoniam secundum commune dictum actiones Christi siue mediis sacramentis, ut quotidie in ecclesia fit, siue absque sacramẽtis, ut Latronem gratificauit, eodem modu ad creationem gratiæ concurrunt, non attingendo, scilicet ipsam gratiam, quæ creatur, sed efficiendo aliquid per modum dispositionis, quod est creare gratiam instrumentaliter, quod non inconuenit, cum creatura quid in subiecto præexistente, prædisponendo ad illam rem creandã, vt patet cum creatur anima intellectiua in corpore humano, tot dispositionibus præparato ab agente naturali, necessitante naturalis ordinis exactione, passiuam creationem ipsius animæ. Altius tamen dicitur secundum excellentiorem Auctoris doctrinam inferius in quæstione 13. articulo 2. quòd gratia non spectat simpliciter ad genus creationis, sed ad genus immutationis creaturarum, non secundum naturę ordinem, sed secundũ ordinem gratiæ: q̃d sufficienter probatur ex hoc, quòd Deum non conseruare gratiam, non est annihilare, & ipsam desinere esse, non est annihilari, cũ Deus nihil vmquàm annihilet, quamuis annihilare possit. Ex hoc enim quòd creationi, & conseruationi diuinę respõdet annihilatio, manifeste sequitur, q̃ si corruptio seu desitio alicuius non est annihilatio, productio quoque eiusdem ordinaria non est creatio. Quia igitur gratiæ

1. 1. de Trin. c. 13. ante med. to. 3.

Loco citato in argu.

D. 43.

q. præ. ar. 5.

esse caput ecclesiæ. Caput. n. influit sensum & motũ in mẽbra. Sensus autem & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influitur nobis a Christo homine: q̃a sicut Aug. dicit ī lib. de Tri. * nec etiam Christus, secundum quòd est homo, dat Spiritũsanctũ, sed solum inquantum est Deus. ergo ei, secundum q̃ est homo, non competit esse caput ecclesiæ.

¶ 2 Præt. Capitis non videtur esse aliud caput: sed Christi secũdum quòd est homo, est caput Deus, secundum illud. 1. ad Corint. 11. Caput Christi Deus. ergo ipse Christus non est caput.

¶ 3 Præterea. Caput in homine est quoddam particulare membrum, influentiam recipiẽs a corde: sed Christus est vniuersale principium totius ecclesiæ. ergo non est ecclesię caput.

Sed contra est, quòd dicitur Ephes. 1. Ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam.

Respon. Dicendum, q̃ sicut tota ecclesia dicitur vnũ corpus mysticũ per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundũ diuersa membra habet diuersos actus, vt Apost. docet Ro. 12. & 1. ad Cor. 12. ita Christus dicitur caput ecclesię secundum similitudinẽ humani capitis, ī quo tria possumus cõsiderare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem: ordinẽ quidem, quia caput est prima pars hominis, incipiendo a superiori: & inde est, q̃ oẽ principium consueuit vocari caput, secundum illud Ezech. 16. Ad omne caput viæ ædificasti siguũ prostitutionis tuæ: perfectionem autem, quia in capite vigent oẽs sensus, & interiores, & exteriores, cũ in cæteris membris sit solus tactus, & inde est, quòd dicitur Isa. 9. Senex & honorabilis ipse est caput: uirtutem uero, quia virtus & motus ceterorum membrorum, & gubernatio eorũ in suis actibus, est a capite, propter vim sensitiuam, & motiuã ibi dominantem. vnde & rector dicitur caput populi, secundum illud. 1. Reg. 15. Cũ esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Hęc autem tria cõpetunt Christo spiritualiter. Primo enim secũdũ propinquitatem ad Deũ, gratia eius altior est, & prior, etsi non tempore: quia omnes alii acceperunt gratiam per respectum ad gratiam ipsius, secundum illud Romano. 8. Quos præscisti, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Secundo vero perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum, secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, vt etiam supra ostensum est. * Tertio, virtutem habet influendi gratiam in omnia membra ecclesiæ, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimns. Et sic patet, quod Christus conuenienter dicitur ecclesiæ caput.

Ad primvm ergo dicendum, quòd dare gratiam aut Spiritumsanctum conuenit Christo secundũ quòd Deus, auctoritatiue: sed instrumẽtaliter connenit etiẽ ei, secundum q̃ homo, inquantum scilicet eius humanitas instrumẽtum fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipsius ex virtute diuinitatis fuerunt nobis salutiferæ, vtpote gratiam in nobis causantes, & per meritum, & per efficientiam quandam. Augustin. * autem negat Christum, secũdum quod homo est, dare Spiritumsanctum per auctoritatem: instrumẽtaliter autẽ siue ministerialiter etiã d alii sancti dicũtur dare Spiritumsanctũ, secũdum illud Gala. 3. Qui tribuit vobis Spiritum, &c.

Ad secvndvm dicendũ, q̃ in metaphoricis locutionibus, non oportet attendi similitudinẽ quãtum ad omnia: sic enim nõ esset similitudo, sed rei veritas. Capitis igitur naturalis non est caput aliud, quia corpus humanũ nõ est pars alterius corporis: sed corp' similitudinarie dictum, i. aliqua multitudo ordinata, est pars alterius multitudinis: sicut multitudo domestica est pars multititudinis ciuilis: & ideo paterfamilias, qui est caput multitudinis domesticę, habet sup. se caput rectorẽ ciuitatis. Et per hunc modum nihil prohibet, caput Christi esse Deum, cũ tũ ipse Christ' sit caput ecclesię.

Ad tertivm dicendũ, q̃ caput habet manifestã eminentiam respectu exteriorum mẽbrorũ: sed cor habet quãdam influentiã occultam: & ideo cordi cõparatiæ

tiæ infusio non simpliciter creatio est, sed mutatio quædam animæ in ordine gratuitorum ad cælestem patriam, & ad huiusmodi mutationes extendit se anima Christi, vt instrumentum coniunctum verbi, non vi letur negandum gratiam attingi instrumentaliter ab actione humanitatis Christi: sed dicendum, quòd effectus iste, qui est animam gratificari, ex illa parte qua interuenit, quodammodo creatio, est immediate a Deo: sed ex illa parte, qua interuenit animæ mutatio secundum obedientialem potentiam ad cælestē beatitudinem, est a Deo mediante humanitate Christi instrumentaliter. Hoc enim non est creaturæ cōmunicari potentiam creandi instrumentaliter, sed immutandi instrumentaliter, ad restauranda omnia, quæ in cælis, & in terris sunt.

3. di. 13. q. 2. ar. 1. q. 3. Et 22. q. 29. ar. 4. ad 1. Et 2. Phys. 60. ca. 3.

¶ *Super quæstionis 8. Articulum secundum,*

IN titu. 2. articu. aduerte, q̄ iy, quo ad corpora, non solum refertur ad c[illegible]ra aliorum hominum, sed etiam ad corpus ipsius Christi, vt clare patet ex argumento tertio in litera, quod impugnat, corpus Christi non posse esse caput aliorum, quia sumptum est ex alijs, & ex cōclusione responsiua in corpore articuli. est igitur sensus tituli, An Christus etiā secundum corpus sit caput aliorum hominum: etiam quo ad corpora.

3. pr. præce. 1. ad 4.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Tota humanitas Christi secundum. s. animam & corpus, influit in homines, & quātum ad animam principaliter, & quantum ad corpus secundario. Hæc conclusio primo probatur: deinde declaratur vltima eius particula. Probatur sic. Humanitas Christi habet vim influendi, inquantū est cōiuncta Dei verbo, cui corpus vnit̄ per animā, & corpus humanū habet naturalem ordinem ad animam duplíciter, s. vt materia ad formam, & vt instrumentum ad principalem motorem. ergo tota humanitas Christi, &c.

¶ Vbi nota quòd quia duo continentur in conclusione, scilicet quòd corpus Christi influat, & quòd corpora aliorum recipiant influxum a corpore Christi, ideo duo principia assumpta sunt in litera, alterum commune corpori Christi, & aliorum hominum corporibus de duplici naturali ordine inter corpus, & animam, ex quo habetur communio mutua, qua non solum corpus accipit ab anima, sed anima accipit a corpore ministrante sibi: & hinc habes consequenter, quòd corpus Christi non est alienum a viribus suæ animæ; & quòd corpora aliorum non excluduntur a donis suarum animarum. Alterum principium proprium est corpori Christi, continens duo, scilicet quod humanitas Christi habet vim influendi ex coniunctione personali ad Deum, & quod Christi coniunctum est verbo mediante anima. Ex his si quidem simul iunctis habes, quod corpus Christi mediante anima, habet vim influxiuam ex verbo, sicut habet mediante anima conIunctionē ad illud, vt sic & ex parte influentis, anima Chri 9.6. in. sti principaliter, & corpus secundario inuenitur, & similiter ex parte recipiētium influxum, animæ hominum principaliter, & corpora secūdario inueniantur, & vtrobique eadem sit ratio, scilicet propter naturalem ordinē corporis ad animam. Declaratur deinde, quod corpus secundario recipiat influxum, dupliciter uerificari, scilicet per modum ministerii, uel per modum deriuationis. Nam quando in præsenti vita anima iustificatur, mouet membra corporis ad assequendam, conseruandam, tuendam, augendamque In corpo. animæ iustitiam, & sic corpus nostrum secundario, vt minister animæ mouetur a iustificante animā. Quando vero in resurrectione anima gloriosa iuncta erit corpori, ex gloria animæ deriuabitur gloria in corpus, & sic a glorificante immortali diuinaque vita animam, glorificabitur secundario corpus, redundante gloria aię in corpus.

¶ *Super Quæstionis 8. Articulum tertiū.*

TItulus clarus ē.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo declaratur modus quo corpus Christi mysticum habet mēbra. Secundo, respondetur quæsito. Ex differentia autem inter corpus naturale, & mysticum, quoad modū habendi membra simul vel successiue, declaratur modus, quo corpus Christi mysticum habet membra scilicet non solum in actu, sed in potentia. Et potentia quidem in proposito dupliciter inuenitur, quæ scilicet quandoque reducetur, & quæ nunquam reducetur ad actum. Actus vero tripliciter: vel secundum fidem, vel secundum charitatem viæ, uel secundum fruitionem patriæ,

Infra q. 8. ar. 2. c. 3. 19. ar. 2. ad 1. 3. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 3.

¶ Vbi nota primo, quod non distinguitur potentia in potentiam reducibilem, vel non reducibilem ad actum: sed in potentiam, quæ de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiam, quæ de facto numquam reducetur ad actum, quamuis reducibilis fuerit ad actum, alioquin non fuisset in potentia.

¶ Nota secundo, quod licet fides, vt in responsione ad secundum

dum est, quod habet vim influendi humanitas Christi, inquantum est coniuncta Dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt supra dictū est. * Vnde tota Christi humanitas, secūdum scilicet animā, & corpus, influit in homines, & quantum ad animā, & quantum ad corpus: sed principaliter quantum ad animam, secundario quātū ad corpus, vno modo, inquantum mēbra corporis exhibentur arma iustitię in anima existenti p Christum, ut Apost. dicit Rom. 6. alio modo, inquantum vita gloriæ ab aīa deriuatur ad corpus, secundum illud Roma. 8. Qui suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitātem spiritum eius in vobis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensus spiritualis gratiæ non peruenit quidem ad corpus primo, & principaliter: sed secundario & instrumentaliter, vt dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, q̄ corpus animalis bruti nullam habitudinem habet ad animam rationalem, sicut habet corpus humanum: & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, quod licet Christus traxerit materiam corporis ab aliis hominibus: vitam tamen immortalem corporis omnes homines trahūt ab ipso, secūdum illud 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit caput hominum, quantum ad corpora, vel solum quantum ad animas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus non sit caput hominum, quo ad corpora. Christus enim dicitur caput ecclesiæ, inquantum influit spiritualem sensum, & motum gratiæ in ecclesiam: sed huius spiritualis sensus, & motus capax non est corpus. ergo Christus non est caput hominum secundum corpora.

¶ 2 Præt. Secundum corpora cōmunicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hoīum quātū ad corpora, sequeretur quòd et ā esset caput brutorum animalium, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Christus corpus suū ab alijs hoībus traxit, vt patet Mat. 1. & Luc. 3. sed caput est primum inter cætera mēbra, vt dictū est. * ergo Christus nō est caput ecclesiæ quantum ad corpora.

SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

RESPON. Dicēdum, q̄ corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quę est propria forma eius, & motor. Et inquantum quidem est forma eius, recipit ab anima vitam, & ceteras ꝓprietates cōueniētes humano corpori secundum suā speciem: inquantum vero anima est motor corporis, corpus instrumētaliter seruit aīę. Sic ergo dicē

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus sit caput omnium hominum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus non sit caput omnium hominum: caput enim nō habet relationē, nisi ad

dum habes, constituat membrum Christi imperfecte, & ſm qd. quia tñ infra latitudinem actus consistit, ideo hic primus gradus actus in esse gratiæ in membris Christi assignatur fidei.

¶ Conclusio responsiua est, Christus est caput omnium hominũ, diuersimode tamen, loquendo generaliter secundum totum mundi tempus, probatur deducendo per quinque gradus, secundũ quos homines uniuntur Christo.

¶ Vbi nota Auctorẽ in sex status omnes distinxisse, & omnes differentias eorũ cõprehendisse. In primo beati, in secundo viatores in charitate, in tertio viatores in fide tm̃, in quarto viatores sine fide, p̃destinati tñ, ī quinto viatorẽs sine fide nõ prædestinati, in sexto damnati sunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino sit clarus, relatus tamen ad totum mundi tempus comprehẽdit sub se beatos, etiã impeditos, quãuis in termino, vt erant sancti Patres in lymbo ante mortem Christi. Cõprehenduntur siquidem in primo gradu omnes actu Christo coniuncti immutabiliter seu in termino, quales tunc erant sancti Patres, quibus sola patefactio cæli deerat.

¶ Secũdus vero gradus trifariam distinguitur: nam continet tam existẽtes in purgatorio, qui adhuc extra viam totaliter non sunt, quam existentes in charitate hic prædestinatos, q̃ existentes in charitate secundum præsentem iustitiam tantũ, quos cõstat esse præscitos. Hi enim omnes, quia sunt in via, & charitate computantur inter mẽbra Christi actualiter: sed primi duo simpliciter, tertii secundum præsentem tantum iustitiam.

¶ Tertius quoq; gradus, qui etiam secundum actum licet imperfectũ attenditur, duo continet genera hominum, scilicet fidẽ tãtum præditos, & tamen prædestinatos, & similes non prædestinatos. Vtrique enim inter membra Christi actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, sed primi vt membra permansura, secundi vt membra abscindenda.

¶ Quartus gradus, qui secundum potentiam attenditur, assignatus est in litera in ordine ad actum simpliciter, hoc est fruitionem patriæ, sicut & quintus: sed quartus secundum ordinem positiuum ad dictum actum: quintus secundum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iustum est, vt potentiæ ad actus secundum quid, reducantur ad potentiam ad actum simpliciter, ideo quartus gradus comprehendit omnes viatores sine fide prædestinatos, & reductiue illos etiã sine mẽbra sui corporis. Infideles autẽ nullo modo sunt membra ecclesiæ, quæ est corpus Christi, ut dicit Ephes. 1. ergo Christus non est caput omnium hominum.

¶ 2 Præterea. Apostolus dicit ad Ephes. 5. quod Christus tradidit semetipsum pro ecclesia, vt ipse exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculã aut B rugã, aut aliquid huiusmodi: sed multi sunt etiam fideles inquibus inuenitur macula aut ruga peccati. ergo nec etiam omnium fidelium Christus est caput.

¶ 3 Præterea. Sacramenta veteris legis comparantur ad Christum, sicut vmbra ad corpus, ut dicitur Coloss. 2. sed patres veteris testamenti, sacramentis illis suo tempore seruiebant, secundum illud Hebr. 8. Qui exemplari, & vmbræ deseruiunt cælestium. Non ergo C pertinebant ad corpus Christi, & ita Christus non est caput omniũ hominum.

Sed contra est, quod dicitur 1. Timo. 4. Est Saluator omnium hominum, & maxime fidelium, & 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Saluare autem homines, & propitiationem esse pro peccatis eorum, competit Christo secundum quod est caput. ergo Christus est caput omnium hominum.

Respondeo. Dicendum, quòd hæc est differẽtia inter corpus hominis naturale, & corpus ecclesiæ mysticum, quòd membra corporis naturalis sunt omnia simul, membra autem corporis mystici nõ sunt omnia simul, neque quantum ad esse naturæ, quia corpus ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt a principio mundi vsque ad finem ipsius: neque etiam quantum ad esse gratiæ: quia eorum etiã, qui sunt in vno tempore, quidam gratia carent, postmodum habituri, alijs eam iam habentibus. Sic igitur membra corporis mystici accipiuntur, non solum secundũ quòd sunt in actu, sed etiam secũdum quod sunt in potentia. Quędam tamen sunt in potentia, quæ numquàm reducũtur ad actum. Quædam vero sunt, quæ quandoque reducuntur ad actum. Et hoc secundum triplicem gradũ: quorum primus est per fidem, secundus per charitatem viæ, tertius per fruitionem patriæ. Sic ergo dicendum est, quod accipiendo generaliter secundum totum tempus mundi, Christus est caput omnium hominum: sed secũdum diuersos gradus. Primo enim & principaliter est caput eorum, qui actu vniuntur sibi per gloriam. Secundo eorum, qui actu vniuntur sibi per charitatem. Tertio eorum, qui actu vniuntur sibi per fidem. Quarto eorum, qui sibi uniuntur solum in potentia nondum reducta ad actũ, quæ tamen est ad actum reducenda, secundum diuinam prædestinationem. Quinto vero eorum, qui in potẽtia sunt sibi vniti, quę numquàm reducetur ad actum: sicut homines in hoc mundo viuentes, qui non sunt prædestinati, qui tamen ex hoc ſecũlo recedentes, totaliter desinunt esse membra Christi: quia iam nec sunt in potentia, vt Christo vniantur. D

Ad primvm ergo dicendum, quod illi qui sunt infideles, etsi actu non sint de ecclesia, sunt tamen de ecclesia in potẽtia, quæ quidem potentia in duobus fundatur. Primo quidem & principaliter in virtute Christi, quę est sufficiens ad salutem totius humani generis: secundario in arbitrii libertate.

Ad secvndvm dicendũ, quod esse ecclesiam gloriosam E non habentem maculam neque

A fide, qui quandoque reducentur in actum fidei tantum, vel etiam charitatis viæ tantum: hi enim ratione status potentiæ, quæ quandoque reducetur ad actum simpliciter vt primi, vel secundum quid vt reliqui quartum constituunt gradum, iuxta distinctionem præmissam in litera ante conclusionem. Et propterea quinto gradui illi soli relinquuntur, qui sic in vita ista degunt in potentia ad actum sim pliciter vel secũdum quid, ꝙ numquàm assequetur aliquem eorum, qui scilicet non solũm præsciti sunt, sed numquam ad charitatem viæ, numquàm ad fidem informẽ peruenient, vt sunt iugiter infideles.

¶ Extra omnia autem Christi mẽbra computatur sextus status hominũ, hoc est status æternæ dãnationis, qui etiam continet duo genera hominum, scilicet damnatorum ad pœnã sensus, & damni, quales sunt omnes adulti damnati, & ad pœnam damni tantum, quales sunt infantes, & perpetui amentes, qui sine sacramento fidei decesserunt. Hi namque vt sic, quia nec actu nec potentia inter membra Christi sunt, aliena omnino ponuntur a capite Christo. Est tamen inter istos latitudo, eam quidam eorum decidunt a potentia tantum, ut semper infideles, & qui nunquam vsum liberi arbitrii habuerunt, de quibus tantum fit mentio in litera, Quidam autem decidunt ab actu, vel fidei tantum, vel etiam charitatis viæ vt Christiani damnati, qui membra vere abscissa a corpore Christi sunt: quoniam illius fuerunt secundum præsentem iustitiam uel fidei sacramenta, membra.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, aduerte ꝑ intellectu literæ, & ꝑdictorum, ꝙ duplici ter possumus loqui de potentia vt patet 5. Metaph. scilicet logice vel physice. hoc est vel de potentia, prout termini non implicant contradictionem, vel de potentia actiua, vel passiua existente in natura, ad agendum vel patiendum actum aliquem ordinata. In præsenti materia non est sermo de potentia logice, sed physice, ut patet ex hac litera, in qua Auctor fundat potentiam ecclesiasticam, hoc est posse esse membrum ecclesiæ, quæ est corpus Christi mysticum super reali uirtute Christi, & reali facultate liberi arbitrij humani in statu viæ: secundum enim has duas potestates dicitur aliquis physice in potentia, uel non in potentia ad esse membrum Christi. Et propterea damnati omnes licet sint in potentia logice, ut sint mẽbra Christi: quia tamen non sunt in potentia

tentia physice ad esse inter membra Christi, quoniam nec virtus Christi est ordinata ad redēptionē damnatorum: scriptum est.n. ꝙ in inferno nulla est redemptio, nec illorum liberum arbitrium vertibile est amplius ad Christum: quia sunt in termino, ideo simpliciter & absolute dicuntur in litera totaliter desinere esse membra Christi.

¶In responsione ad 5m aduerte, ꝙ tres conditiones ecclesię hoc est gloriosam, & sine macula, & sine ruga esse, non connumerate ecclesiæ militanti rōne pœnæ conditionis, manifestū patet. Sed & Auctoritatione tertiæ, hoc est peccatorum venialium probat, ꝙd intellige formaliter de ecclesia militāte hoc est, de cōgregatione fidelium existentiū in charitate: qm huiusmodi cōgregatio rōne omnium suarū partium in via hac, rugam aliquā vetustatis habet, licet non semper in singulis. Potest.n. viator aliquis aliquato tempore sine omni actuali peccato inueniri: non potest tamen omnino vitā hanc agere sine quo peccato, vt in litera, apostolica probat auctoritas.

D.720. ¶*Super Quæstionis 8. Articulum quartum.*

Ca.2. i med. com.2. TItulus clarus ē. ¶In corpore arti. vna est conclusio responsiua quæsito, Christus non solum est caput hominum, sed etiam angelorū. Probatur dupliciter, 1. ratione, & auctoritate, ratione quidem sic: Homines & angeli ordinantur ad unum finem, scilicet gloriam diuinæ fruitionis. ergo corpus mysticū ecclesiæ nō solū ex hominibus, sed etiam ex angelis constitit. ergo totius huius multitudinis est caput vnum, ꝙ est Christus, igitur Christus ē caput nō solum hominum, sed angelorum. Prima cōsequentia probat: quia corpus similitudinarie dr, quæcumcumque vna multitudo ordinata in vnum, secundum distinctos actus seu officia. Hinc aperte patet, quod multitudo angelorum, & hominum ex eo, quod ordinatur ad vnum finem, est unum corpus mystice: nulla enim est ambiguitas, quin in his sit diuersitas actuum & officiorum in ordine ad cœlestem felicitatem. Secunda vero consequentia habet duas partes, prima est, quòd inferatur caput vnum: secunda est, quod illud caput sit Christus. Et quo ad primam probatur ex eo, quod vbi est vnum corpus, oportet esse caput vnum. Quo ad secundam vero probatur dupliciter. Primo ex tribus conditionibus capitis antedictis, scilicet primitate perfectione, & virtute, inuentis in Christo: quia propinquior est Deo, & perfectius habet dona Dei, & influit in homines, & angelos. Secundo, auctoritate Apostoli ad Philip. 1. rugam, est vltimus finis, ad quem perducimur per passionem Christi. Vnde hoc erit in statu patriæ, non autem in statu viæ, in quo, Si dixerimus, quia peccatum nō habemus, nosipsos seducimus, vt dicitur 1. Ioan. 1. Sunt tamē quædam scilicet mortalia, quibus carent illi, qui sunt membra Christi per actualem vnionem charitatis. Qui vero his subduntur, non sunt membra Christi actualiter, sed potentialiter, nisi forte imperfecte, per fidem informem, quæ vnit Christo secunndum quid, & non simpliciter, ut scilicet per Christum homo consequatur vitam gratiæ. Fides enim sine operibus mortua est, vt dicitur Iacobi 2. percipiunt tamen tales à Christo quendam actum vitæ, qui est credere: sicut si membrū mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

AD TERTIVM dicēdum, quod sancti patres non insistebant sacramentis legalibus tamquā quibusdam rebus, sed sicut imaginibus, & vmbris futurorum: idem autem est motus in imaginem, inquantum est imago, & in rem, vt patet per Philosophum in lib. de memo. & remi.* Et ideo antiqui patres seruando legalia sacramenta, ferebantur in Christum per fidem, & dilectionem eandē, qua & nos in ipsum ferimur: & ita patres antiqui pertinebant ad idem corpus ecclesiæ, ad quod nos pertinemus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus sit caput angelorum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ Christus secundu quòd homo, nō sit caput angelorum. Caput enim, & mēbra sunt vnius naturæ: sed Christus, secundum ꝙ est homo, non est cōformis in natura cum angelis, sed solum cum hominibus: quia vt dicitur Hebr. 2. Nūquàm angelos apprehēdit, sed semē Abrahæ apprehendit. ergo Christus secundum quòd homo, non est caput angelorum.

¶2 Præt. Illorum Christus est caput, qui pertinent ad ecclesiam, quæ est corpus eius, ut dr Ephe. 1. sed angeli non pertinent ad ecclesiam, nā ecclesia est cōgregatio fidelium: fides autem non est in angelis nō enim ambulant per fidem, sed per speciem, alioquin peregrinarentur a domino, secūdum quod Apostolus argumētatur 2. ad Corint. 5. ergo Christus, secūdum quod homo, non est caput angelorum.

¶3 Præt. August. dicit super Ioa.* quòd sicut verbum, quod erat in principio apud patrem, uiuificat animas, ita verbum caro factum uiuificat corpora, quibus angeli carent: sed verbum caro factum est Christus, secundum quod homo. ergo Christus secundum ꝙ homo, non influit vitam angelis. Et ita secundū quod homo, non est caput angelorum.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Coloss. 2. Qui est caput omnis principatus, & potestatis: & eadem ratio est de angelis aliorum ordinum. est ergo Christus caput angelorum.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut dictum est, † ubi est vnum corpus, necesse est ponere vnum caput. Vnum autem corpus similitudinarie dicitur vna multitudo ordinata in vnum, secundum distinctos actus siue officia: manifestum est autem, quod ad unum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur, & homines & angeli. Vnde corpus ecclesiæ mysticum, non solum consistit ex hominibus, sed etiam ex angelis. Totius, autem

F Deinde probatur conclusio principalis ex signo: quia scilicet angeli ministrabant Christo, Matth. 4. hoc enim signum est subiectionis, cum minor sit qui ministrat.

¶In responsione ad primum eiusdem articuli, aduerte nouitie, quod non apponitur hic supradictis tribus conditionibus capitis quarta conditio, puta conformitas naturæ: sed prius fuit sermo de conditionibus propriis capitis, quibus differt & præstat ceteris membris: modo autem loquimur de cōditione communi capiti, & reliquis membris. Oporteret siquidem omnia membra corporis vnius esse naturæ, puta humanæ, vel leoninæ, vel taurinæ, &c. Vnde conditio ista conformitatis in natura, exigitur ad caput ut præsuppositā, sicut commune præsupponitur proprio. Et propterea in litera dicitur, quod propter conformitatem Christi cum angelis in natura generis, potest Christus dici caput angelorum, non quod conformitas sit ratio Christo, quòd sit caput (cum conformitas communibus sit Christo, & angelis) sed quia conformitas ratio est, quòd in Christo inueniatur communis conditio capiti & membris: & ideo propter conformitatem vt conditionem communem Christus habens, p̄rias capitis conditiones, potest dici caput angelorum. Tractat. ante me. 19. tra. med. con. Ar. 1 ad 2.

¶In responsione ad tertium eiusdem articuli, dubium occurrit circa causalitatem corporis naturæ Christi super angelos, qui sunt puri spiritus, corporibus nec uniti, nec unibiles, ut formæ. Non uidetur siquidem intelligibile, quòd corpus possit agere in spiritum separatum omnino, peripatetice loquendo, cum non communicent, & longe inferioris, immo infimæ naturæ sit corpus quodcumque cum corporalibus respectu substantiarum omnino separatarum a materia, quales supponimus angelos esse. Loc. in a

¶Ad hoc dicitur, quòd licet hoc mirum appareat, si tamen consideremus phantasma sub lumine intellectus agentis posse in animam intellectiuam agere, non erit incredibile, quòd aliqua res corporea uirtute diuinitatis, cui iuncta est personaliter, possit in substantiam separatam agere, ut sic quod phantasma ex naturali vinculo cum anima intellectiua fortitum est, humanitas Christi ex supernaturalissima, & maxima coniunctione ad diuinitatem adepta sit excellentiori modo: quia potest libere, instrumentaliter tamen, causare in angelis, &

5.di.13.q.2. ar.2.q.1. & di.14. art.3. q.2. & 6.ca. Et ver.q.29. ar.4.c. & ad 5. Et opus.3. c. 223. & 1. cor. 11. Et eph.1.lo fi.

& animabus nostris aliquid spirituale. Non intelligo tamen hunc causandi modum excludere modum quo ponimus, sacramenta causare in animabus nostris spirituales gratias.

¶ Super Quæstionis 8. Articulum quintum.

TItulus clarus est: de idemptitate enim reali quæritur.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Gratia personalis, qua anima Christi iustificata est, & gratia eius, secundum quã est caput Ecclesiæ iustificans alios, est eadem secundũ essentiam: differt tamen secundum rationẽ. Probatur, Quo aliquid est actu, & quo agit, est vnus actus, oportet tamen ad hoc vt sit quo agat in alia, q̃ actus secũdum eminentiam quandã habeatur. ergo gratia Christi habet ēt, q̃ sit actiua in alios, quod pertinet ad rationem capitis. ergo gratia personalis qua anima Christi iustificata est, & gratia eiusdem, qua est caput Ecclesiæ iustificans alios, est eadem. Antecedens quo ad primam partem probatur ratione, quia vnumquodque agit secundum quòd est ens actu; & exemplo in calore ignis. Quo ad secundam vero partẽ, quia agens oportet esse præstantius patiente, vt Augustin. & Aristote. testantur. Consequentia vero prima probatur: quia in anima Christi recepta est gratia secũdum maximam eminentiam: secunda autẽ est p̃ se euidẽs.

Loco citato in argum.

¶ Sed occurrit hic dubium quantũ ualeat processus iste ex hoc, q̃ actus habetur secundum quandam eminentiam, inferẽs q̃ sit actiuus aliorũ eiusdẽ rationis: supponimus enim habitualem gratiam in anima Christi, & in alijs, esse unius speciei specialissimæ secundum essentiam. Et est ratio dubii: quia licet ex hoc, quod actus aliquis eminet, & præstat, habeat quòd sit actiuus sibi similis, non tamen ex hoc sibi ueè dicat, quòd sit caput omnium aliorum sibi similium: hoc est quòd actiuum omnium sibi similium ut patet inductiue: alioquin quodlibet actiuum esset actiuum omnium sibi similium. Peccat ergo processus iste: quia aliud est probare, quòd actus sit actiuus sibi similis, quod probatur in litera, & aliud quòd sit actiuus omnis sibi similis, quod erat probandum: quia hoc importatur nomine gratiæ capitalis.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia sermo literæ formalis est, non spectat ad locum hunc probare, sed supponere ex ante discussis gratiam Christi, qua influit aliis esse capitalem, hoc est, influxuam in omnes; & propterea falsum obijciendo assumitur, quod erat hic probandum, gratiam Christi esse actiuam omnis sibi similis seu capitalẽ. Sed litera synonyme uriẽ gra Christi, qua agit in alios, & gratia Christi, ut est caput, hoc est, qua agit in omnes, quia supponit, q̃ agere in alios coincidit cum agere in omnes respectu gratiæ Christi, quã superius manifestauit esse gratiã capitis, cuius est in omnia membra influere. Quia igitur ut synonyma hæc hic habentur, ideo Auctor solicitus tantum fuit, ut probaret idẽptitatẽ actus, quo Christi anima est in se sancta, & quo alios sanctificat. Et hanc idemptitatem probat sufficienter ex hoc, quòd posse agere non addit super actum dãtem esse nisi eminentiam quandam, quã constat non mutare essentiam actus. Unde rectiat processus solidus, & efficax.

3. di. 13. q. 3. art. 2. q. 1. & 2. Et 4. dist. 5. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. Et ueri. q. 29. ar. 2. c. fi. & ad. 6. Et op. 3. cap. 222. & 223. Et 10. 3. ic. 6.

¶ Cum his quoque scito, quod in litera nõ dicitur quòd habeatur actus intensissime, sed dicitur quòd habeatur secundum eminẽtiam quandã, & de Christo subditur, q̃ habuit gratiam secundum eminentiã maximam: plus enim comprehenditur sub eminentiæ nomine, quã intẽsionis quantæcunque. Et reuera quando actus habet sm eminentiam intẽsionis & modi habẽdi, est causa uniuersalis, homogenea tamen reliquorum: vt patet in calore, qui qm̃ in summo inuenitur in igne, & habetur eminenti modo, quia calor in summo, est naturalis ꝓprietas ignis solius, ideo est causa uniuoca cæterorum calidorum. Et proportionaliter, quia in anima Christi gratia est in summo, & habetur eminentissime modo, quia ut naturalis ꝓprietas consequens vnionẽ personalem, q.9.art.6.

¶ Præterea. Habitus distinguuntur secundum actus: sed ad alium actum ordinatur in Christo gratia eius personalis, scilicet ad sanctificationem illius animæ, & ad alium, actum ordinatur gratia capitis, scilicet ad sanctificandum alios. ergo alia est gratia personalis ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantũ est caput ecclesiæ.

¶ Præterea. Sicut supra dictum est, † in Christo distinguitur triplex gratia, scilicet gratia unionis, gratia capitis, & gratia singularis illius hominis: sed hratia singularis Christi est alia a gratia unionis. ergo etiam est alia a gratia capitis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: secũdum hoc autem est caput nostrum, quod inxta illud, Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ, &c. ideo gratia Christi ex eminẽtia tali est actiua in alios, & est actiua in omnes ut caput, ac per hoc vt conforme, seu homogeneum. Vltima pars conclusionis hoc est, differt tamen rõne non aliter probatur in litera, quia clara est: constat enim secundũ rationem differre, q̃ gratia est actus faciens formaliter esse gratũ & q̃ est principium agendi in alios: alioquin esse gratum, & causare gratiam in alios essent idem.

¶ In responsione ad primum scito nouitie, q̃ in Adam distinguitur peccatum personæ, & naturæ, quia peccatum personæ, uocatur peccatum illud, quod in actu primi peccati Adæ confisit: peccatum uero naturæ, uocatur fomes peccati cum priuatione

tione originalis iustitiæ. Et quia hoc secundum causatum fuit in Adam ex primo, ideo dicitur ꝙ persona, hoc est actꝰ personalis corrūpit naturam, hoc est naturale bonum, ac donum. In nobis autem dicitur, quod natura corrumpit personam, quia ex fomite, &c. quam cum natura contraximus, persona & damnationi obnoxia semper est, nisi p baptismum reparetur, & in peccatum actuale labitur. Non proportionaliter autem se habet Christi gratia vt scilicet alia sit gratia naturæ, alia personæ, tum quia gratia non est data Christo ex animæ suæ actuali operatione, tum quia gratia non communicatur nobis a Christo per actionē naturæ, seu communicando naturam, sed per actionem personalē Christi qua meruit nobis, & uoluntarie influit nobis gratiam.

¶ In responsione ad tertium uide nouitie, quòd Auctor primo appellat gratiam vnionis id, qđ proprie est gratia unionis, & de illa dicit, quòd nō est eadem gratiæ personali seu habituali. Deinde propter reuerētiam aliorū permittit appellari ipsam habitualem gratiā Christi, nomine gratiæ unionis, non simpliciter, sed quodammodo, pro quanto scilicet ipsa habitualis gratia in Christo facit congruitatem quandam ad unionem. Et intelligit de congruitate non antecedente unionem uelut disponente ad illam, sed de congruitate consequente ad vnionem: reddit enim habitualis gratia animam Christi congruam dignitati unionis, ad quā præeleuata intelligitur, sicut gratuitas congruit terræ, & sicut desponsata iam mulier principi, congrua redditur principi ex ornatu iocalium, quæ ex dono sponsi accepit.

q. 7. ar. 9.

Aug. lib. 12. cap. 19. circa med. com. 3. Aristote. de anima lib. 3. tex. 19. arti. 1. huius q. & q. 7. ar. 9.

D. 1006.

autem est caput nostrū, quòd ab eo accipimus. ergo secundū hoc quòd habuit plenitudinē gratiæ, est caput nostrum. Plenitudinem autem gratiæ habuit, secūdum ꝙ perfecte fuit in illo gratia psonalis, vt supra dictū est.* ergo secundū qđ gratiam personalem est caput nostrum, & ita non est alia gratia capitis, & alia gratia personalis.

RESPON. Dicendum, quod qa vnumquodque agit, inquantum est ens actu, oportet ꝙ idem sit actus, quo aliquid est actu, & quo agit, sicut idē est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit. Non tamen omnis actus, quo aliquid est actu, sufficit ad hoc, quòd sit principium agendi in alia: cum enim agens sit præstantius patiente, vt Augustꝰ dicit 12. super Gen. ad literam,* & Philosoph. in 3. de anima,† oportet ꝙ agens in alia, habeat actum secundum eminentiam quandam. Dictum est autē supra,* ꝙ in anima Christi recepta est gratia secūdum maximam eminentiam: & ideo ex eminentia gratiæ, quā accepit, competit sibi quod gratia illa ad alios deriuetur, quod pertinet ad rationē capitis: & ideo eadem est secūdū essentiā gratia personalis, qua anima Christi est iustificata, & gratia eius, secūdum quam est caput ecclesiæ, iustificans alios: differt tamen secundum rationem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ peccatum originale in Adam, quod est peccatum naturæ, *deriuatū est a peccato actuali ipsius, quod est peccatū personale: quia in eo persona corrūpit naturam, qua corruptione mediāte, peccatum primi hominis deriuatur ad posteros, secūdum ꝙ natura corrupta corrūpit personam. sed gratia nō deriuatur a Christo in nos mediāte natura humana, sed per solam personalē actionem ipsius Christi. Vnde nō oportet in Christo distinguere duplicem gratiā, quarū vna respōdeat naturæ, alia personæ, sicut in Adā distinguitur peccatū naturæ, & personæ.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ diuersi actus, quorum vnus est ratio, & causa alterius, non diuersificant habitum: actus autem psonalis gratiæ, qui est sanctum facere formaliter habentem, est ratio iustificationis aliorum, quę pertinet ad gratiam capitis. Et inde est, quòd per huiusmodi differentiam non diuersificatur essentia habitus.

AD TERTIVM dicendum, quod gratia personalis, & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, sed ad esse personale: & ideo gratia personalis, & gratia capitis conueniunt in essentia habitus, non autem gratia vnionis. Quàmuis personalis gratia possit quodammodo dicitur gratia vnionis, prout facit congruitatem quandam ad vnionē. Et secundum hoc vna per essentiam est gratia vnionis, & gratia capitis, & gratia singularis personæ, sed differens sola ratione.

ARTICVLVS VI.

Vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christo.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ esse caput ecclesiæ nō sit proprium Christo. Dī enim 1. Reg. 15. Cū esses parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es: sed vna est ecclesia in nouo & veteri testamento. ergo videtur ꝙ eadem ratione aliquis alius homo præter Christū poterit esse caput ecclesiæ.

¶ 2 Præt. Ex hoc Christus dicitur esse caput ecclesię, quod gratiam influit ecclesiæ membris: sed etiā ad alios pertinet gratiā aliis præbere, secūdum illud Ephe. 4. Omnis sermo malus ab ore vestro nō procedat: sed si quis bonus est ad ædificationē fidei, vt det gratiam audientibus. ergo videtur, ꝙ etiam alii quàm Christo cōpetat esse ecclesiæ caput.

¶ 3 Præt. Christus ex eo, ꝙ præest ecclesiæ, non solum dicitur caput, sed etiam pastor & fundamētum ecclesiæ: sed non sibi solum Christus retinuit nomē pastoris, secundum illud 1. Petri 5. Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam: nec etiam nomen fundamenti, secundū illud Apocalyp. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. ergo uidetur, quod nec etiam nomē capitis sibi soli retinuerit.

SED CONTRA est, quod dicitur, Coloss. 2. Caput ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus, & coniunctiones subministratū, & constructum, crescit in augmentū Dei. sed hoc soli Christo conuenit. ergo solus Christus est caput ecclesiæ.

RESPON. Dicendum, quod caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo, quodam in-

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum sextum.*

IN titulo articuli sexti nota quòd in dubium dupliciter potest verti, an esse caput ecclesiæ sit proprium Christo. Primo, in ordine ad Deum, & personas Patris, & Spiritussancti. Secundo, in ordine ad creaturas angelicas, & humanas. In hac tamen litera non disputatur, & consequenter non quæritur, nisi secūdo modo, ita quòd ly proprium, excludit commune Chro, & aliis creaturis. De Deo enim patre dictum est, caput Christi, ac per hoc ecclesiæ totius, hoc est totius integri corporis ecclesiastici ex capite & membris constantis, Deus: de Spiritu sancto autem, quòd est cor ecclesiæ, & propterea esse caput homogeneum: ideſt, eiusdem naturæ, specificæ, uel genericæ, proprium Christo esse, & non commune toti Trinitati, relictum est. Nunc superest videre, an sit commune Christo secundū naturam humanam & alteri creaturæ, an soli Christo conueniat.

Infr. ar. 7. Et vera. ar. 4. ad 2. Corinth.

¶ In corpore articuli vnica est distinctio bimembris, cū duabus conclusionibus respōsiuis iuxta singula membra. Distinctio ē de esse caput, vel secundum influxum interiorem, vel secundum exteriorem gubernationē. Prima conclusio est, Esse caput ecclesiæ secundum interiorem influxum est proprium Christo. Probatur, quia sola humanitas Christi habet uirtutem iustificandi: quia sola coniuncta est personaliter diuinitati. Secunda conclusio est, Esse caput ecclesiæ secundum exteriorem gubernationem, est commune Christo, & aliis, differenter tamen. Prima pars conclusionis vtpote clara, manifestatur auctoritate Amos: secunda autem pars ex duplici

Trac. nacul. nom.

Trac. Ioan. Prin. dium

plici differentia. Prima, secundum extensionē vel restrictionem: quia gubernatio Christi extenditur ad omne tempus, omnem locum, omnemque statum, scilicet viæ & termini: aliorum vero restringitur, vel ad certum locum, vel certum tempus, vel certum statum. Secunda, secundum virtutem propriam vel vicariam: quia Christus propria auctoritate est caput, alii vt uices gerentes Christi, vt patet auctoritatibus.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli discerne nouitie inter ostium, & ostiarium: quia licet esse ostium ecclesię, ac regni cœlorum sibi soli dominus reseruauerit, esse tamen ostiarium aliis communicauit, claues regni cęlestis tribuendo, & Petrum ianitorem cœli instituendo.

trinseco influxu, prout scilicet, A virtus motiua, & sensitiua, a capite deriuatur ad cetera membra. Alio modo, secūdum quandam exteriorem gubernationem, prout scilicet secundum visum, & alios sensus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non est ab aliquo, nisi a solo Christo, cuius humanitas ex hoc, quod est diuinitati coniuncta, habet virtutem iustificandi: sed influxus in membra ecclesiæ, quantum ad exteriorem B gubernationem, potest aliis conuenire. Et secundum hoc aliqui alii possunt dici capita ecclesiæ, secundum illud Amos 6. Optimates capita populorum: differēter tamen a Christo. Primo quidem, quantum ad hoc, ꝙ Christus est caput omnium eorum, qui ad ecclesiam pertinent, secūcum omnem locum, & tempus, & statum: alii autem homines dicuntur capita, secundum quædā specialia loca, sicut episcopi suarum ecclesiarum, vel etiam secundum determinatum tempus, sicut Papa est caput totius ecclesiæ, scilicet tempore sui pontificatus, & secundum determinatum statum, prout scilicet sunt in statu viatoris. Alio modo, quia Christus est caput ecclesiæ propria virtute, & auctoritate: alii vero dicuntur capita, inquantum vicem gerunt Christi, secundum illud 2. ad Corinth. 2. Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, & secundum illud secundæ ad Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum illud intelligitur, secundum quòd ratio capitis con- D sideratur ex exteriori gubernatione, prout dicitur rex caput regni sui.

Ad secvndvm dicendum, quod homo non dat gratiam interius influendo, sed exterius persuadendo ad ea, quæ sunt gratiæ.

Ad tertivm dicendum, quod sicut Augustin. & dicit super Ioan. Si præpositi ecclesię pastores sunt, quomodo unus pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris? Et similiter alii possunt dici fundamenta, & capita, inquantum sunt vnius capitis & fundamenti membra. Et tamen sicut Augustinus ibidem dicit, † pastorem esse dedit membris suis, ostium vero nemo nostrū se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit: & hoc ideo, quia in ostio importatur principalis auctoritas, inquantum ostium est, per quod omnes ingrediuntur in domum, & ipse solus Christus est per quem accessum habemus in gratiā istam, in qua stamus: per alia vero nomina prędicta potest importari auctoritas, non solum principalis, sed etiam secundaria.

Trac. 46. in 1. ad. illius, to. 9.

Trac. 47. in Ioan. inter prin. & medium, to. 9.

Articvlvs vii.

¶ Super Quæstionis octauæ Articulum septimum.

Vtrum diabolus sit caput omnium malorum.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur, quòd diabolus non sit caput malorum. Ad rationem enim capitis pertinet, quod influat sensum, & motum in membra, vt dicit quędam glo. super illud ad Ephes. 1. Ipsum dedit caput &c. sed diabolus nō habet virtutem influendi malitiam peccanti, quod ex voluntate peccantis procedit. ergo diabolus non potest dici caput malorum. ¶ 2 Præterea. Per quodlibet peccatum fit homo malus: sed nō omnia peccata sunt a diabolo; quod quidem manifestum est de peccatis dæmonum, qui non ex persuasione alterius peccauerunt. Similiter etiam nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicit enim in lib. de Eccles. dogmatibus. * Non omnes cogitationes nostræ malæ, semper diaboli instinctu excitantur: sed aliquoties ex motu arbitrii nostri emergunt. ergo diabolus non est caput omnium malorum.

¶ 3 Præterea. Vnum caput vni corpori præficitur: sed tota multitudo malorum non videtur habere aliquid, in quo vniantur: ꝙa malum malo contingit esse contrarium: contingit etiam ex diuersis defectibus, vt Dionys. dicit 4. cap. de diui. nominib. * non ergo diabolus potest dici caput omnium malorum.

Sed contra est, quod super illud Iob 18. Memoria illius pereat de terra, dicit gloss. † De vnoquoque iniquo dicitur, vt ad caput, idest, diabolū reuertatur.

Respondeo. Dicēdum, quod sicut supra dictum est, * caput nō solum interius influit membris, sed etiam exterius gubernat, eorum actus dirigendo ad aliquem finem. Sic ergo potest dici aliqs caput alicuius multitudinis, vel secundum vtrumque, scilicet se- E cundum interiorem influxum, & exteriorem gubernationem, & sic est Christus caput ecclesiæ, vt dictum est, * vel secundum exteriorem gubernationē, & sic quilibet princeps vel prælatus est caput multitudinis sibi subiectæ. Et per hunc modum dicitur diabolus caput omnium malorum: nam, vt dicitur Iob 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Pertinet autem ad gubernatorem, vt eos quos gubernat, ad suum finem adducat: finis autem diaboli est auersio rationalis creaturæ a Deo: vnde & a principio hominem

Infr. ar. 3. c.

Cap. 82. habetur inter opera Aug. tom. 3.

Cap. 4. par. 4. inter medium & fi.

Est Greg. li. 14. moral. c. 11. circa pri.

Ar. præced.

Art. præced.

¶ *Super Quæstionis octauæ Articulum octauum.*

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli est vnica conclusio responsiua quæsito: Antichristus est omnium malorum hominum caput ſm perfectionē tantum.

Hæc cōclusio habet tres partes, vnā affirmatiue, q̄ est omniū caput ſm perfectionē: & duas negatiue, quòd non est caput ſm ordinem, nec ſm virtutem, ſm interiorē quā exteriorē iuxta tres modos, quibus potest dici caput, ſm similitudinē ad tres cōiunctiones capitis, ſ. ordinē, virtutē, & p̄fectionem. Et propterea in litera probatur processu diuisionis, ſic, q̄ primo reperitur membris ac ſufficiens diuisio conditionum ſecundum quarum similitudinem caput dicitur in ſacris literis mystice. Deinde excludit figillatī duo membra, ſcilicet ſecundum ordinem, & ſecundum virtutem, tam intus quām extra, & ſic concludit tertium membrum. ſ. ſm perfectionem.

¶Vbi quia processus clare patet in litera, nota quòd Auctor licet quærat an antichriſt⁹ ſit caput omnium malorum hominum: quia tamen hoc ex auctoritate constat ſic esse, reſpondet ad id, quod est obſcurum in hoc quæſito ſcilicet qua rōne ſit caput omnium hominum malorum, & dicit quòd ratione perfectionis. Nec hoc exorbitat ab arte: quoniam, vt patet 2. Poſte. omnis quæſtio est quæſtio medii: constat autē quod quid est, esse medium ad omnem quæſtionem ſolūendam. Ratio autē, qua antichriſtus est caput omnium malorum, est quod quid est esse capitis in antichriſto reſpectu omnium malorum. Confirmat autem litera concluſionem illatā ex auctoritate Gloſſæ, quam etiam declarat, tollens falſum ſenſum, qui poſſet ex illa accipi, & clare patent omnia. Et demum declarat quo pacto mali priores antichriſto ſm tempus ſe habēt ad ipſum, ſ. vt figura quædā, vt ex gloſſa ſuper illud. Nam myſterium iam operatur iniquitatis, dicit. Vbi perſpicere potes, esse inter antichriſtū, & alios malos ipſum præcedentes non ſolum ſimplicem habitudinem perfecti ad imperfectos, quia ille perfectionem omnis malitiæ, iſti minus mali, ſed esse talem modum habitudinis imperfectionis, quo, ſcilicet figura est imperfectior figurato, ita quòd antichriſtus est caput præcedentium maiorum ratione perfectionis, & quia in ipſo est plenitudo malitiæ, in alijs pars aliqua malitiæ, & quia ipſe est virtuetas malitiæ, illi, ut figura tantæ futuræ malitiæ. Et propterea dicitur operari iam myſterium iniquitatis: quia iniqui operantur malum, non ſolum ſecundum ſe, ſed vt figura malitiæ ſui capitis. Figura enim myſterium est reſpectu figuraci, & figuratum operari dicitur non ſecundū ſe, ſed ſecundum ſe figurantes quādo ad ipſum figurandū operantur, ut contingit quando mali inique agunt.

¶Memento hic doctrinæ acceptæ in 5. Metapho. quod perfectum, & imperfectum transferimus etiam ad mala, dum dicimus perfectum latronem, & perfectum tyrannum, & huiuſmodi. Sic nanque hic dicimus antichriſtum esse caput ratione perfectionis, quia ſcilicet perfecte malus.

¶Occurrit hic dubium, an antichriſtus dicitur caput omnium malorum, tam dæmonū quam hominum, an hominum tantum. Et est ratio dubii: quia in litera numquam reſtringuntur membra antichriſti ad malos homines, ſed abſolute dicitur caput malorum, & quod plus est, dum in litera diſtinguuntur articuli huius quæſt. poſt locatum articulum ſeptimum, an diabolus ſit caput omnium malorum, locando hunc octauum dicitur, an antichriſtus etiam poſſit dici caput omnium malorum. Vbi apponendo ly etiam oſtendit, quòd ad eoſdum omnes malos refert antichriſtum, ad quos retulerat diabolum: conſtat autem diabolum esse caput omnium malorum, tam dæmonum, quàm hominum. ergo antichriſtus etiam erit caput eorundem. Et confirmatur ratione ex auctoritate gloſſ. 2. ad Theſſa. 2. Sicut in Chriſto est plenitudo diuinitatis, ita in antichriſto plenitudo malitiæ. Si. n. in antichriſto habitabit plenitudo malitiæ lū ciferi, ſequitur, q̄ erit perfectior in malitia, quām quicumque alij mali tam dæmones, quam homines, & conſequenter est caput ratione perfectionis, tam dæmonum quàm hominum malorum. In oppoſitum est, & quia abſurdum est ponere antichriſtum caput dæmonum, & quia antichriſtus, cum ſit viator purus, non poteſt poni caput malorum in termino, quales ſunt dæmones, cū quilibet dānatus, vtpote oīno ptinax & inflexibilis ad bonum, ſit peior quocumque viatore: ſicut econtra, quilibet beatus melior est quocūq; puro viatore, iuxta illud Matth. 11. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior eſt illo, ſcilicet Ioanne Baptiſta.

¶Ad

minem ab obedientia diuini præcepti remouere tentauit. Ipſa autem auerſio a Deo, habet rōnem finis, inquantum appetitur ſub ſpecie libertatis, ſecundum illud Hiere. 2. A ſæculo confregiſti jugum, rupiſti vincula, & dixiſti, nō ſeruiam. Inquantum igitur ad hūc finem aliqui adducuntur peccando, ſub diaboli regimine, & gubernatione cadunt, & ex hoc dicitur eorum caput.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet diabolus interius non influat rationali menti, tamen ſuggerendo inducit ad malum.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ gubernator non ſemper ſuggerit ſingulis, vt ſuæ voluntati obediant, ſed proponit omnibus ſignum ſuæ voluntatis, ad cuius ſequelam aliqui excitantur inducti, alij propria ſponte: ſicut patet in duce exercitus, cuius vexillum ſequuntur milites etiam nullo p̄ſuadente. Sic igitur primum peccatum diaboli, qui ab initio peccat, vt dicitur. 1. Ioan. 3. propoſitū est omnibus ad ſequēdum, quod quidam imitantur per ſuggeſtionem ipſius, quidam propria ſponte abſque vlla ſuggeſtione. Et ſecundum hoc omnium malorum caput est diabolus inquantum ipſum imitantur, ſecundum illud Sapien. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.

AD TERTIVM dicendum, quod omnia peccata conueniūt in auerſione a Deo, licet abinuicem differant, ſecundum conuerſionem ad diuerſa commutabilia bona.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum antichriſtus poſſit etiam dici caput omnium malorum.

ADoctavvm ſic procedi-
tur. Videtur, quod antichri-
ſtus non ſit caput malorū. Vnius enim corporis non ſunt diuerſa capita: ſed diabolus est caput multitudinis malorum. Non ergo antichriſtus est eorum caput.

¶2 Præterea. Antichriſtus est mēbrum diaboli: ſed caput diſtinguitur a membris. ergo antichriſtus non est caput malorum.

¶3 Præterea. Caput habet influentiam in membra: ſed antichriſtus nullam habet influentiam in malos, qui eum præceſſerunt. ergo antichriſtus non est caput malorum.

SED CONTRA est, quod Iob 21. ſuper illud, Interrogate quemlibet de viatoribus, dicit gl.* Dum de omnium malorum corpore loqueretur, ſubito ad omnium iniquorum caput antichriſtum verba conuertit.

RESPONDEO. Dicendum, quod ſicut ſupra dictum est, † in capite naturali tria inueniuntur, ſcilicet ordo, perfectio, & virtus influendi. Quantum igitur ad ordinem temporis, non dicitur antichriſtus eſſe malorum caput, quaſi eius peccatum præceſſerit, ſicut præceſſit peccatum diaboli. Similiter etiam non dicitur eſſe caput malorum propter virtutem influendi: etſi enim aliquos ſui temporis ad malum ſit conuerſurus, exterius inducendo: non tamen illi, qui ante eum fuerunt, ab ipſo ſunt in malitiam inducti, nec etiam eius malitiam ſunt imitati, vnde ſecundum hoc non poſſet dici caput omnium malorum ſed aliquorum. Relinquitur ergo, quòd dicatur caput omnium malorum propter malitiæ perfectionem. Vnde ſuper illud ſecundæ ad Theſſal. ſecundo, Oſtendens ſe tamquàm ſit Deus, dicit gloſſa. * Sicut in Chriſto omnis plenitudo diuinitatis inhabitauit, ita in antichriſto omnis malitiæ plenitudo, non quidem ita, quòd humanitas eius ſit aſſumpta a diabolo in unitatem

F G H I K

Eſt glo. Gregor. in Moral. in prin.

Art. 1. quæſt.

cap. 3. opera 20.

Art. 2. quæſt.

Glo. ordi. ibid.

3. 2. q. 14. ar. 3. & 4. Et 3. di. 13. q. 2. ar. 3. c. & veri. q. 29. ar. 4. c. Et mal. q. 8. artic. 2. c. Et opꝰ. c. 223. Et 1. Corin. 11.

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio Antichristus non est caput dæmonum malorum, sed hominum tantum, quia nec ordine, nec uirtute, nec perfectione illos excedet in malitia, cum sit futurus purus uiator, ac per hoc non habiturus ita malam uoluntatem, sicut habent dæmones, qui in quolibet opere suo sunt mali adeo quòd etiam naturalibus actibus apponunt circunstantias malas. Antichristum autem nihil prohibet operaturũ aliquid de genere boni non sine mala operis circunstantia, puta quia honorabit parentes, & huiusmodi. Vnde & Angelum custodem habebit, persuasurũ quandoque, ut ab aliquo desistat malo. De diabolo autẽ aliud est dicendum absolute, & aliud infra expositionem presentis literę, nam absolute uerum est, quod Lucifer est caput omnium malorum, tam dæmonum, quam hominum, quòd facile deduci potest utendo ratione septimi articuli. Secundum præsentem autem literam diabolus dicitur caput omniũ malorum hominum, ita quod tam in 7. quã in 8. art. non est sermo nisi de malis hominibus. Et ly diabolus, non sumitur pro aliquo uno diabolo solo, sed pro toto ordine diabolico, uel melius pro Lucifero, ut continet totum ordinem diabolicum, ita quod sensus est, q̃ diabolus, hoc est Lucifer cum suis, uel ordo diabolicus, est caput omnium malorum hominum. Et huic sensui attestantur tentationes hominum, quæ non ab aliquo uno diabolo fiunt. Vnde patet responsio ad duas primas obiectiones.

Gloſ. ordi. — Eſt glo. gor. in Mora. in pra. — Art. 1. quæſt. — cap. 83. inter opera Aug. to. 3. — Art. 1. huius quæſt. — Glo. ord. ibid.

¶ Ad tertiam autem dicitur, quod in Antichristo ponitur plenitudo malitiæ non simpliciter, nec Lucifer, sed inter homines, ea rõne, quia in eo est diabolus, hoc est diabolicus ordo, secundum plenum effectum malitiæ.

¶ In responsionibus ad primum, & secundum simul, dubium occurrit, quia in responsione ad primum dicitur, diabolum & Antichristum non esse duo capita, sed unum caput; in responsione autem ad secundum, dicitur, Antichristum esse membrum diaboli. Hęc. n. sibiinuicem aduersantur, quia si Antichristus est membrum diaboli, oportet diabolum esse caput Antichristi, ac p hoc Antichristus est caput subordinatum altiori capiti. s. diabolo, & sic Antichristus & diabolus sunt duo capita.

¶ Ad hoc dicitur quod diabolus potest dupliciter considerari, scilicet secundum se, uel ut est in Antichristo. Si secundum se, sic Antichristus & diabolus sunt duo capita, quorum unum subordinatur alii, scilicet Antichristus diabolo, & hoc dicit responsio ad secundum. Si autem consideretur diabolus, ut est in Antichristo, sic ambo sunt unum caput, & sic uerificatur responsio ad primum. Vel, & melius respondetur, quod diabolus & Antichristus dupliciter considerari possunt, primo in ordine ad multitudinem malorum hominum (de quibus est sermo) & sic ambo sunt caput unum corporis unius. Et hoc directe intendit

personæ, sicut humanitas Christi a filio Dei, sed quia diabolus suã malitiam eminentius ei influet suggerẽdo, quàm omnibus aliis. Et secundum hoc omnes alii mali qui præcesserunt, sunt quasi q̃dam figura Antichristi, secundũ illud 2. ad Thess. 2. Mysterium iã operatur iniquitatis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd diabolus & Antichristus non sunt duo capita, sed unum, quia Antichristus dicitur esse caput, inquantum plenissime inuenitur in eo impressa malitia diaboli. Vnde super illud secundę ad Thess. 2. Ostendens se tanquam sit Deus, dicit glo. * In ipso erit caput omnium malorum, scilicet diabolus, qui est rex super omnes filios superbię. Non autẽ dicitur in eo esse per unionem personalem, nec per intrinsecam inhabitationem, quia sola Trinitas menti illabitur. ut dicitur in lib. de Eccles. dog. † sed per malitię effectum.

Ad secvndvm dicendum, q̃ sicut caput Christi est Deus, & tamen ipse est caput Ecclesiæ, ut supra dictum est, * ita Antichristus est membrum diaboli, & tamen est caput malorum.

Ad tertivm dicendum, quòd Antichristus nõ dicitur caput omnium malorum propter similitudinem influentię, sed p̃pter similitudinem perfectionis. In eo enim diabolus quasi malitiam suam ducet ad caput per modum, quo dicitur aliquis ad caput suum propositum ducere, cum illud perfecerit.

A responsio ad primum, dum duo capita unius, & eiusdem omnino corporis mystici excludit. Secundo considerantur inter se, & sic Antichristus respectu diaboli est membrum, diabolus autem caput eius, sicut Deus caput Christi. Cum quo stat, quod respectu multitudinis malorum hominum Antichristus est caput, & sic Antichristus est caput subordinatum altiori capiti, qui diabolus est. Et hoc dicit responsio ad secundum, .

Qvaestio ix.

De scientia Christi in communi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandũ est de scientia Christi. Circa quam duo consideranda sunt. Primo, quã scientiam Christus habuerit, B secundo de unaquaque scientiarum ipsius.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

¶ Secundò, Vtrum habuerit sciẽtiam, quàm habent beati, uel cõprehensores.

¶ Tertiò, Vtrum habuerit scientiam inditam uel infusam.

¶ Quartò, Vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam.

C Articvlvs primvs.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quod in Christo nõ fuerit aliqua scientia præter diuinam. Ad hoc enim necessaria est sciẽtia, ut per eam aliqua cognoscantur, sed Christus per scientiã diuinam cognoscebat omnia. superfluum igitur fuisset quod in D eo esset alia scientia.

¶ 2 Præt. Lux minor per maiorem offuscatur: sed omnis sciẽtia creata comparatur ad sciẽtiã Dei

¶ Super quæstionis nona articulum primum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primo repetitur integritas naturæ assumptæ pro radice conclusionis. Secundo respondetur quæsito unica affirmatiua conclusione (scilicet oportet in Christo esse scientiam creatam) trib. rationibus super dicto fundamento fabricatis, probando illam.

Tertio confirmatur conclusio auctoritate sacro Concilii, recedendi illius rationem. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, dubia duo occurrunt circa illud, unde hic actus non potuit esse animę humanæ Christi, cum sit alterius naturæ. Primum quidem circa id, quod dicitur de impossibilitate actus intelligendi diuini, quod sit actus intelligendi animæ Christi, nam multi reputant hoc esse possibile. Secundum circa dicti rationem scilicet cum sit alterius naturæ, q̃m nõ apparet quantũ ualeat: 3. di. 14. ar. 1. q. 1. & uc. q. 20. ar. 2. & opu. 3. c. 223.

¶ Circa primum igitur habes in tertio sent. Ioannis Capreoli distinctione uigesimaquarta quæstione prima, argumenta multa Ioannis de Ripa & aliorum, quæ quoniam procedunt ex extraneis aut immiscent illa (puta quod uisio sit species) aut differentiam inter matutinam & uespertinam cognitionem, aut cognitionem creaturarum in uerbo, aut differentiam inter cognitionem ænigmaticam & facialem, aut intuitiuam, aut etiam magis extraneas, aut illa, quæ in litera hac soluuntur, & scientia dẽt tradi ex propriis, non ex extraneis, resecareque debent superflua, E ideo omittenda censui, allatis tantum duobus motiuis. Primum est Deus respectu beatorum se hẽt vt species intelligibilis. ergo multo magis potest se habere ut intellectio. Antecedens patet: Et consequentia probat. q̃a magis repugnat Deo rõ habitus seu habitualis formę, quam actus seu formę actualis: sed spẽs hẽt rõnẽ habitus, seu habitualis formæ, intelligere autem habet rationem actus. ergo. Secundum est ex auctoritate Aug. 4. de Trinitat. c. ult. dicentis de uisione beata duo. primo; quod illa Deus est bonus & beatus, secundo, quòd ipsa sola est summum bonum cuius adipiscendi gratia præcipimur agere quicquid ratione agimus. Ex his enim patet, quod uisso beatorum est quid increatum, alioqn Deus esset bonus & beatus aliquo creato, & aliquid creatum esset summum bonum & finis ultimus &c.

¶ Circa secundum aũt occurrit statim obiectio, quod alietas naturę, licet inferat intellectionem diuinam, non posse eę naturalẽ

animę humanæ, non tamen infert non posse communicari animæ humanæ. Magna enim differentia est inter conuenire ut naturale, & conuenire ut communicatum: proprietas siquidem ignis non conuenit rei ignitæ, ut naturalis illi rei, puta ferro, sed ut communicata ferro. Et ad diuina ascendendo personalitas Verbi non conuenit humanitati Christi, ut naturalis sibi, sed ut communicata. Quocirca sicut personalitas Verbi est ipsa Dei substantia, & tamen conuenit animæ humanę, sed ut communicata sibi, ita intelligere diuinum, quod est essentia Dei, potest animæ humanæ alterius naturæ conuenire, non ut naturale animæ humanæ, sed ut communicatum.

q.2.ar.2.

Alietas siquidem naturę (ut monstratum est) non prohibet proprietatis communionem, sed naturalitatem. Vana igitur est hęc ratio. Et si hæc ratio non ualet, uoluntarie concluſio asseritur, quū inueniantur tenentes oppositum Philosophi, ut patet de Auer. in tertio de Anima, com. trigesimosexto, dicentes, ꝙ in statu intellectus adepti, intelligemus per substantiam intellectus agentis. ex quo apparet, quod possibile est actū prioris naturæ superioris, qui est illius substantia, communicari inferiori.

In li. de incar. do.c.7.a me. to.2.

q. 5.

¶ Ad huius quęstionis solutionem euidentem, sciendum est, duplici uia posse procedi, ad uidendum impossibilitatem propositam, scilicet quod intelligere substantiæ superioris, non potest communicari sicut intelligere quo formaliter intelligit substantia inferior.

lib.3. de aīa te.18.to.2.

Altera uia est ex dependentia intellectionis ab intelligente, quia scilicet intelligere est operatio uitalis intelligentis. de ratione autem operationis uitalis est, quòd fit ab eo, cuius est operatio uitalis, alioquin uiuere actualiter non esset a uiuere substantialiter, quod non uidetur intelligibile, quia sic anima non esset principium uegetandi, sentiendi, appetendi, intelligendi, & secundum locum mouendi, & sic anima non esset anima.

Et confirmatur, quia sicut non est intelligibile, quod Sortes generet Platonem, & actus generandi non sit à Sorte: & similiter quòd Sortes motu animali progrediatur. & motus eius non sit ab ipso: & similiter quod appetat aut uelit, & appetitus eius non sit ab anima, ita non est intelligibile quod uiuat uita intellectuali actuali, quæ nihil aliud est, quam ipsum intelligere, & quod tale intelligere, tale uiuere non sit ab intelligente. Constat autem quod diuinum intelligere, non potest dependere ab aliquā creatura.

Impossibile est igitur, quòd actus intelligendi, quo Deus intelligit, fiat actus intelligendi quo creatura formaliter intelligat. Ex hac igitur uia, quod actus uitalis cuiusq; uiuentis aut est ipsa substātia uiuentis, aut est ab ipsa, cōcludit primo impossibilitas proposita. Quia tamen multi ignorantes propriam uocē, non sunt capaces dictæ rationis, offert se secunda uia, ex hoc ꝙ operatio est actus operantis secūdum esse naturale. Hæc propositio habet duas partes, prima est, quòd operatio est actus operātis. Et quò ad istam partē sobrie intellectā, hoc est proportionaliter de operatione trāseunte & immanente, per se nota est, nam operatio transiens est actus agētis, ut a quo saltē: operatio autē immanens est actus operantis, ut cuius saltē. Secunda uero pars est ly secundum esse naturale, quæ etiā est per se nota inducendo nā generare est a generante secundū esse naturale, & sentire est in sentiente secūm naturale esse: & similiter desiderare in desiderante, & intelligere in intelligente. Et ex terminis patet, quia operans, inquantum operans secūm suum naturale esse operatur, sicut & est. Sub hac autē propositione subsumēdum est, ꝙ diuina substantia non pōt esse actus secundum esse naturale alicuius creaturæ, ut patet; igitur nō potest diuinū intelligere eē intelligere, quo formaliter intelligat creatura. Dico autē naturale esse, ad differentiam actus secūm eē intelligibile, ut obiectum intellectus est perfectio & actus intellectus, secundū esse intelligibile; nihil enim prohibet, substantiam aliquā, quæ est actus, non solum in genere entis, sed in ordine intelligibi li esse perfectionem, ac per hoc actum alterius secundum eē intelligibile. Hoc siquidem mō ponunt Theologi diuinā essentiam esse, ut spēm intelligibilem intellectus, creati beati, & similiter Philosophi ponentes inferiorem intelligentiam intelligere per superiorem. Et hac uia processit Auctor in litera afferens pro rōne alietatem naturæ: quia enim operatio est actus operantis in esse naturæ, impossibile est, ꝙ operatio, quæ est substantia unius, conueniat alienę naturæ, nisi substantia illa in esse naturæ iungatur alienæ naturæ, quod in proposito esse impossibile clare liquet. Et per hæc patet responsio ad primam obiectionem in primo dubio. Nā patet iā non esse idē aut par iudicium de specie intelligibili & actu intelligendi, quia illa pōt esse alterius actus in genere intelligibili, istæ non nisi in genere naturæ. Nec rō allata de actu & habitu obstat, quia licet spes intelligibiles secundum communē uiā sint formæ habituales (quod tamē Aucenna negauit) diuina tamen substantia nō supplet uicē spēi intelligibilis, quatenus est forma habitualis, quia habitus claudit in se imperfectionē potētiæ, quā in sua ratione admistam habet, sed quatenus est forma actualis tantum, & hoc in esse intelligibili tantum, ut dictum est. ¶ Ad auctoritatem primam Aug. dicitur, quòd non intendit Aug. eandem numero unionem esse beatem Deum & nos, sed eandē obiectiue & modaliter, quia idem obiectum & idem modus est utriusque, dum Deus per seipsum a se, & nobis uidetur.

Li.2.de lo. te. to.2.

q.3.ar. arg. & ipsal.

Li.2.Me tex.3.com.

inf.ar. Et op 223.

¶ Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ad secundam dicitur, quod non inconuenit aliquam operationem creatam esse summum bonum, nō simpliciter, sed inter creata, & similiter esse ultimum finem. Idem & in idem redit, dum dr summum bonum inter concupiscibilia simpliciter, & ultimus finis ut concupiscibilis simpliciter.

¶ Ad secūdi autem dubii obiecta respō detur, quod processꝰ literæ est efficax ad probandum, quod intelligere diuinum non possit esse actꝰ ¶ animæ Christi, ex eo quod est alterius naturæ. & cum dicitur, quod alietas naturæ compatitur habere actum alienum per communionem, respōdetur, quod licet hoc in communi uerum sit (quia in quibusdam potest natura ipsa alteri naturæ communicari, ut forma communicatur materiæ, & ignis ferro) in talitamen natura, quæ est incommunicabilis alteri naturæ in esse naturę fallum est, quia alietas naturæ excludit alienum actum a se, non solū ut naturalem, sed ut communicatum sibi ita qnod sit actus eius. Et quia diuina natura est incommunicabilis secundum esse naturæ cuicumque naturæ, ideo efficaciter loquens, explicite de ipsa Auctor concluſit, quod non potest ipsius intelligere esse actus animæ humanæ Christi.

q.3. art.1. in arg. & 10. ponit. q.5.&6.

¶ Quod autem obiicitur, quasi a simili, de personalitate diuina communicata naturæ humanæ, facile soluitur ex eo, quod personalitas non communicatur ut actus creatæ naturæ, Auctoris autem ratio de actu loquitur, dum ex eo quod intelligere Dei est actus, qui natura est diuina, infert, quod non potest esse actus aiæ, quia est alterius naturę. Non est ergo similis rō de communione personalitatis, ut personalitas, & actu intelligendi, ut actus intelligendi: quia personalitas diuina potest fieri personalitas humanæ naturæ, sine hoc quod fit actus eius: actus autem intelligendi diuinus non potest fieri actus intelligendi humanæ animæ, nisi fiat actus animæ humanæ, quod est impossibile. Rationabiliter igitur conclusio literæ aſseritur.

inf.ar.3.cor. Et opus.3.c. 223.

¶ Philosophi autem ponentes inferiores intelligentias intelligere per substantias superiorum intelligentiarum, non aduersantur doctrinæ huic, quoniam ex hoc non habetur, quod ponant intelligere superioris communicari inferiori idem numero, sed solū quod substantia superioris se habet respectu inferioris, ut forma seu species intelligibilis, ut nos dicimus de essentia diuina respectu beatorum. Vnde nihil obstant eorum dicta, siue uera, siue falsa sint in se.

¶ In resposione ad tertium eisdem articuli aduerte, quod Auctor ad rem spectans, mōstrat non dari scientiam unionis, ut distingui tur contra unita, hoc est, non dari ex parte unionis aliquam scientiam, sed solum ex parte naturarum unitarum, diuinæ scilicet & humanę. Et loquitur de his subiectiue, illi autem, qui allegantur in argumento posuerunt scientiam unionis obiectiue, & ideo nō curauit de illis Auctor.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ si duo lumina accipiantur eiusdem ordinis, minus offuscatur ꝑ maius, sicut lumen solis offuscat lumen candelę, quorum utrumque accipitur in ordine illuminātis. Si uero accipiantur duo lumina, ita quod maius sit in ordine illuminantis, & minus in ordine illuminati, minus lumen non offuscatur per maius, sed magis augetur, sicut lumen aeris ꝑ lumen solis. Et hoc modo lumen sciētiæ non offuscatur, sed clarescit in anima Christi per lumen scientiæ diuinæ, quæ est lux uera illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundū, ut dr Io. 1.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ex parte unitorum ponitur scientia in Christo, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad humanam, ita quod propter unionem, fm quam est eadem hypostasis Dei & hominis, id quod est Dei, attribuitur homini: & id quod est hominis, attribuitur Deo, ut supra dictum est*. sed ex parte ipsius unionis non potest poni in Christo aliqua scientia, nam unio illa est ad esse personale, scientia autem non conuenit personę, nisi ratione alicuius naturæ.

Articvlvs II.

Vtrum Christus habuerit scientiam, quam habent Beati, uel comprehensores.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod in Christo non fuerit scientia beatorum uel comprehensorum. Scientia enim beatorum est per participationē diuini luminis, secundum illud Psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen: sed Christus non habuit lumen diuinum tamquam participatum, sed ipsam diuinitatem in se habuit substantialiter manentem, secundum illud Colo. secundo. In Christo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo in Christo non fuit scientia beatorum.

¶ 2 Præterea Scientia beatorum eos beatos facit secundum illud Io. 17. Hæc est uita ęterna, ut cognoscant te solum uerum Deum & quem misisti Iesum Christum: sed homo ille fuit beatus ex hoc ipso, quod fuit Deo unitus in persona, secundum illud Psal. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti. non ergo oportet ponere in ipso scientiam beatorum.

¶ 3 Præterea, Scientia duplex homini competit, una secundum suam naturam, alia supra naturā. Scientia autem beatorum, quę in diuina uisione consistit, nō est secundum naturam hominis, sed supra eius naturam. In Christo autem fuit alia supernaturalis scientia multo altior, scilicet scientia diuina nō ergo oportuit in Christo esse scientiam beatorum.

Sed contra, Scientia beatorum in Dei cognitione cōsistit: sed ipse plene cognouit Deum, etiam secundum quod homo, secundum illud Ioan. 8. Scio eum, & sermonem eius seruo. ergo in Christo fuit scientia beatorum.

¶ Appellatur autem scientia vnionis, vel vnitorum subiectiue, q̄ consequitur ad unitas naturas (ut diuina ad diuinam, & humana ad humanam) & quæ consequeretur ad ipsam unionem naturarum, quam Autor monstrat nondari.

¶ Scientia autem unionis vel unitorum obiectiue uocatur, quę de unione uel unitis est, ut obiecto. Et talis scientia unionis daur in Christo, qa scitur a Christo unio, vt ili dicebant, sed non nisi scientia diuina, uel humana, ut Auctor in litera explanat.

¶ *Super quæstionis nonæ articulum secundum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli una est conclusio. In Christo est scientia beata consistens in uisione Dei excellentissime. Conclusio ista habet duas partes. Prima est, ꝙ in Christo est scientia beata: secunda, quod excellētissime. Probatur in litera, primo prima pars. Ouia quod est in potentia reducitur in actum per aliqd ens actu: homo est in potentia ad sciētiam beatam in Dei uisione consistentem, & reducitur in actum istum per Christi humanitatem. ergo in Christo est scientia beata. Maior probatur in calido. Minor quo ad primam partem probatur, quia homo est capax illiꝰ beatitudinis, quia est ad imaginem Dei, & ad illam ordinatur, ut ad finem. Quo ad secundam uero, auctoritate Apost. Decebat eum &c. Dein de in calce corporis articuli probatur secunda pars conclusionis. s. quod excellentissime, quia semper causam oportet esse perfectiorem causato.

¶ Aduerte nouitie, quòd quia propositiones euidentes ac usitatę, tamquā statim perceptæ trūcatæ quādoque dicunt, iō Auctor Mario rem sic attulit, non curans limitare eā, ut debet intelligi. s. si reducitur ad actū neque, n. omne quod est in potētia, reducitur ad actū (quum multa sint in potentia quę nūquam erunt) sed omne quod est in potentia, si reducitur ad actū oportet quod reducat ad actū per aliquod ens actu: hoc. n. intendit litera, & hoc solum est ad propositum. Et propterea in Minore ponuntur tot condōnes. s. ꝙ homo est in potētia, & quòd ordinatur ad illā ut finem. ex hoc. n. ostēdit necessitatē, ꝙ potētia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impossibile est, quod potētia ad finem sit frustra in tota uniuersali specie.

¶ Circa hunc literę processū, dubium occurrit, quia ꝓpositio illa fundamētalis. Reducēs aliquid de potētia in actū, est in actu, quāuis sit uerissima in causis principalibꝰ, nō tn est uera i causis instrumētalibꝰ, ut ex Alex. patet 12. Meta. & ad sēsū patet, instrumenta nō esse talia in actu, qualia fiūt ab ipsis, ut semina in naturalibꝰ, & organa artificum testantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, sed instrumentale respectu nostrę beatitudinis, non igitur sequitur ex sua efficientia, quòd sit actu beata, quāuis de facto beata sit, non est ergo efficax processus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, quod instrumentum est duplex, quoddam pure instrumentum, ut organa artium & semina, & huiusmodi:

quoddam ita instrumentum, quod est etiam causa sui, sicut seruus est organum domini, ita tamen quòd libero arbitrio suorum motuum causa est. Quamuis autem primum instrumentorum genus non habeat actu quod instrumentaliter efficit, secundum tamen instrumentorum genus, quatenus sui dominium habet admissum, actu habet quod in alijs efficit. Et quia Christus homo sic est instrumentum Dei, vt liber sit, libere cooperet, & efficiat nos beatos, ideo in litera illatum est, ꝙ ipse est actu beatus.

¶ In probatione secundæ partis conclusionis, nota nouitie, quòd Auctor plus concludit, quàm probet explicite ratio allata; quia ratio non probat explicite nisi quòd Christus est perfectius beatus, quàm alij homines: & tamen concluditur, ꝙ est beatus excellentissime. Licuit autem hoc gratia materiæ, quoniam iam declaratum est, Christum esse caput omnium beatorum, tam hominum, quàm Angelorum, ac per hoc subintelligendo nūc, quòd Christus est causa efficiens beatitudinem nostram, vt caput beatorum, optime infertur, ꝙ est excellētissime beatus, vtpote, causa, vt caput.

¶ In rōponsione ad tertium eiusdem articuli nota distinctionem de supra naturam, vel secundum naturam, quoniam hinc habes intellectum diuersorum dictorum de beatitudine nostra, cum inuenies quòd est naturalis, aut quòd est supernaturalis. Veruntamen esto cautus, ut bene notes in secundo membro ly inquantum, scilicet secundum naturam suam est capax eius: quoniam est conditio hæc diminuens a simpliciter ad secundum quid: non enim quia homo est capax illius visionis, sequitur, ergo est illi naturalis, aut habet illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem simpliciter, & ad potentiam naturalem, scilicet naturalis inclinatio in illum actum: sed solum sequitur, quòd habet naturam, quæ potest eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, scilicet ex hoc ipso, quòd est intellectualis animæ, quòd bruta non possunt eleuari in actum videndi Deum, homo autem potest eleuari in illum: quod hinc prouenit, quia intellectualitas est capax visionis illius, pars autem sensitiua tantum non est illius capax. Quo circa visio Dei est aliquo modo naturalis animæ nostræ, scu secundum quid, quia est capax ex sua natura illius: non est autem simpliciter naturalis illi, aut alteri cuicumque creaturę, sed soli Deo.

RESPON. Dicendum, quòd illud, quod est in potentia, reducitur in actum per id, quod est actu: oportet enim esse calidum id, per quod alia calefiunt. Homo autem est in potentia ad scibilem beatorū (quæ in Dei visione consistit) & ad eam ordinatur sicut ad finem: est enim creatura rationalis capax illius beatæ cognitionis, inquantum est ad imaginem Dei. Ad hunc autem finem beatitudinis homines reducūtur per Christi humanitatem, secundum illud Hebr. secūdo. Decebat eum, propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consumari. Et ideo oportuit, quòd cognitio beata in Dei visione consistens excellentissime Christo hominī cōueniret: quia semper causam oportet esse potiorē causato.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ diuinitas vnita est humanitati Christi secundum personam, nō secundum essentiam, vel naturā: sed cum unitate personę remanet distinctio naturarum. Et ideo anima Christi, quæ est pars humanæ naturæ, per aliquod lumen participatum a natura diuina, perfecta est ad scientiam beatam, qua Deus per essentiam videtur.

AD SECVNDVM dicēdū, quòd ex ipsa vnione homo ille est beatus beatitudine increata, sicut ex vnione est Deus: sed præter beatitudinem increatam oportuit in natura humana Christi esse quandam beatitudinem creatam, per quam anima eius in vltimo fine humanæ naturæ constitueretur.

AD III. Dicendum, ꝙ visio, seu scientia beata est quodāmodo supra naturam animæ rationalis, inquantum. s. propria virtute ad eam peruenire non pōt. Alio verò modo est sm naturam ipsius, inquantum scilicet secundum naturam suam est capax eius, prout scilicet est ad imaginē Dei facta, vt supra dictum est: * sed scientia increata, est omnibus modis supra naturam animæ humanæ.

¶ *Super quæstionis nonæ articulum tertium.*

IN titulo tertii articuli ponitur distinctio terminorum illorū, uidelicet, indita uel infusa. ut satisfiat diuersimode illam appellantibus. Scientia siquidem ista, quia simul cum natura animę datur, idita uocatur: quia uero non acquiritur, nec ex ui naturæ animæ ipsam comitatur, sed Deo alia actione creante animam, & alia actione influente scientiam, quamuis simul tempore habetur, ideo infusa nuncupatur. Et reuera infusa uocanda est, si proprie loquendum est. Angelorum autem scientia indita proprie uocatur, quia comes est naturæ ut illius proprietas naturalis, eademque actione, qua uerbum Dei creat angelicum naturam, imprimit in illam species intelligibiles perfectiuas intellectus angelici. Potest nihilominus gratia materiæ, scilicet animæ Christi dici scientia indita, pro quanto comitatur naturaliter animam Christi, non ut creatam, sed ut assumptam a uerbo, sicut & gratia habituali.: est enim unigenitus a patre plenus non solum gratiæ, sed ueritatis.

¶ In corpore art. unica est conclusio responsita quæsito dupliciter probata. Cōclusio est. Oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur primo ex uiranda imperfectione naturæ assumptæ. Decebat, ut natura humana assumpta, a verbo Dei, iperfecta non esset. ergo oportet in Christo ponere scientiam inditam. Probatur consequentia, quia aliter intellectus eius possibilis fuisset imperfect⁹. Probatur hoc, quia omne quod est in potētia, est imperfectum, nisi reducatur in actum: sed intellectus possibilis humanus est in potētia, & reducitur in actum per species intelligibiles. ergo esset imperfectus, si non haberet species intelligibiles, quod est habere scientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponendo conclusionem, inquantum per uerbum Dei impressæ sunt species intelligibiles. &c. & declaratur ex subiuncto exemplo in angelis. Deinde probatur a simili ex auctoritate Aug. Sicut in angelis ponitur duplex cognitio, matutina & uespertina. ita in Christo utraque. Litera clara est.

¶ Aduerte hic, quod natura humana assumpta a uerbo, debet absque imperfectione poni ex parte animæ. nam ex parte corporis nihil probibet imperfectionem affirmare in illa, in sui principio, quia minoratus est paulominus ab angelis, propter corpus passibile: scientia autem ad animam spectat.

¶ Circa

¶ Circa probationem conclusionis, dubium occurrit, quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus possibilis, quæ perficitur per species intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas philosophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Conclusio autem loquitur de scientia tam naturali, quam reuelata. ut patet in 1.art.q.11. inferius, ubi de illa scientia tractatur. excedit ergo conclusio rōnem, immo nec consonat conclusioni, q.a, vt in Ar.a. huiꝰ q. sequenti habetur. alterius rationis est scientia infusa Christo, ab illa, quæ est naturalis, de qua loquitur auctoritas allata Aristotelis.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prōclūdubio litera non arctatur ad imperfectionem & potentiam naturalem intellectus possibilis: sed in communi loli.3.tc.31.& 38.to.2. quitur de potentia intellectus nostri ad actum sibi commensuratum, & similiter de imperfectione priuatiua actus proportionati intellectui humano possibili, & hoc siue secundum statum naturę, siue secūdum statum gratiæ. ita quod intendit litera, quod quia in intellectu humano secundum esse naturæ, est potentia naturalis ad sciēdum omnia naturalia per actus commensuratos sibi, & similiter secundum esse gratiæ ad sciendum omnia ecclesiastica per actus commensuratos sibi, & omne qđ est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur in actum, ideo esset imperfectus, nisi ponatur reductus in actum omnium intelligibilium tam spectantium ad ordinem naturæ, quam spectantium ad ordinem ecclesiæ, siue militantis, siue triumphantis, per actus proportionatos ipsi humano intellectui. 2.2.q.1.ar.4. Auctoritas autem Aristotelis est allata directe ad monstrandum, quòd intellectus humanus est in potentia ad sciendum omnia per species intelligibiles ut actus commensuratos sibi, ut per hoc habeatur intentum, quod sicut in esse naturali esset imperfectus intellectus, nisi esset reductus in actum commensuratum sibi (scilicet scientiam per species, quantumcumque illamet sciat in uerbo actu omnino superexcedente omnem facultatem naturæ) ita in esse ecclesiastico esset imperfectus, nisi haberet omnia per actus commensuratos sibi, quantumcumque eadem nouerit in uerbo. Consonat ergo ratio conclusioni, & probat eam, siue ista scientia infusa cum suis speciebus, sit alterius, siue eiusdem rationis cum illa, de qua loquitur Aristot. quoniam, ut patet ex dictis, non arctatur ad naturalem scientiam, & multo minus ad talem modum naturalitatis, qualis est in scientia de qua loquitur Aristot. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem scientiam naturalem: alteram secundum statum coniunctionis ad corpus, de qua locutus est Aristotel. alteram secundum statum separationis a corpore quā non nouit Aristotel. Præsens autem tam ratio, quàm conclusio non arctatur ad actum commensuratum naturæ intellectus possibilis secundum istum, uel illum statum, sed in communi indistincteque de potentia intellectus possibilis humani ad actum sibi commensuratum loquitur, quem esse species intelligibiles ex eo, quòd in isto apparet statu, ex auctoritate Aristotel. probat.

¶ In responsione ad secundum discerne uerba literæ ex industria mutata, dum primo proponit cognitio ex dialectico syllogismo acquisita, ut uia sub nomine opinionis, & deinde rēsumitur eadem cognitio ut consequens, non sub nomine opinionis, sed sub nomine cognitionis. D.485. Oportuit autem sic dicere, quia cum scientia alicuius conclusionis non potest simul stare in eodem p.p.q.12.ar sic.2. subiecto opinio eiusdem, sed bene potest cognitio eiusdem per medium probabile stare in eodem subiecto. Addit siquidem opinio super cognitionem per medium probabile, formidinē in subiecto respectu alterius partis, quæ repugnat subiecto excludenti formidinē, quale est sciens demonstratiue. unde cognitio dialectica ante demonstratiuam habens rationem opinionis, post demōstratiuam scientiam non hēt rōnem opinionis, sed remanet solū cognitio dialectica, cessante illa conditione formidinis ex parte subiecti. Infra q.12. art.12. & q. 15.arti.8. & opu.3.c.225. & 3. dist.14. art.3.q.5.ad 3. & dist.8. ar.3.ad 5. & uerit. q.20. ar.3.ad 1.

¶ In responsione ad 3. eiusdem articuli, nota, ꝙ qualiter species infusę sint humanæ menti commensuratę, inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, clarum est.

¶ *Super quæst. nona articulum quartum.*

IN titulo aduerte, quòd aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experimentalem acquisitam, quæ communiter se habet ad actualem experientiam, quam quis acquirere potest, uel ad habitualem scientiam, intellectu ex experientia acquisita,

SED CONTRA est, quod dicitur Col.2. quòd In Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, † decebat ut natura humana assumpta a uerbo Dei imperfecta non esset. Omne autem quod est in potentia, est imperfectum, nisi reducatur ad actum. Intellectus autem possibilis humanus est in potētia ad omnia intelligibilia. Reducitur autē in actu per species intelligibiles, quæ sunt quędam formæ completiuæ ipsius, ut patet ex his, quę dicunturin 3.de Anima. *Et ideo oportet in Christo ponere scientiam inditam, inquantum per uerbum Dei, animæ Christi sibi personaliter unitæ, impressæ sunt species intelligibiles ad omnia, ad q̄ intellectus possibilis est in potentia. Si cut etiam per uerbum Dei impressæ sunt species intelligibiles menti angelicæ in principio creationis rerum, ut patet per Augu.* 2. super Genes. ad literam. Et ideo sicut in Angelis secundum eundem Augustinum† ponitur duplex cognitio (una scilicet matutina, per quam cognoscunt res in uerbo, & alia uespertina, per quam cognoscunt res in propria natura per species sibi inditas) ita præter scientiam diuinam increatam est in Christo secundum eiº animam scientia beata, qua cognoscit uerbum & res in uerbo & scientia infusa, siue indita, per quam cognoscit res in propria natura per species intelligibiles humanæ menti proportionatas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uisio imperfecta fidei, in sui ratione includit oppositum manifestæ uisionis, eo quod de ratione fidei est, ut sit de non uisis, ut in secunda parte dictum est: * sed cognitio, quę est per species inditas non includit aliquid oppositum cognitioni beatę. Et ideo non est eadem ratio utrobique.

AD II. Dicendum, quòd dispositio se habet ad perfectionem dupliciter. Vno modo, sicut uia ducens ad perfectionem: alio modo, sicut effectus a perfectione procedens. Per calorem enim disponitur materia ad susciendam formam ignis, qua tamen adueniente, calor non cessat, sed remanet quasi quidam effectus talis formæ. Et similiter opinio ex syllogismo dialectico causata, est uia ad scientiam, quæ per demonstrationem acquiritur, qua tamen acquisita, potest remanere cognitio, quæ est per syllogismum dialecticum, quasi consequens scientiam demōstratiuam, quæ est per causam: quia ille, qui cognoscit causam, ex hoc etiam magis potest cognoscere signa probabilia, ex quibus procedit dialecticus syllogismus. Et similiter in Christo, simul cum scientia beatitudinis manet scientia indita, non quasi uia ad beatitudinem, sed quasi per beatitudinem confirmata.

AD TERTIVM dicēdum, quòd cognitio beata non fit per d speciem, quę sit similitudo diuinæ essentiæ, uel eorum, quę in diuina essentia cognoscuntur, ut patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt, * sed talis cognitio est ipsius diuinæ essentiæ immediate per hoc, quòd ipsa essentia diuina unitur menti beatæ, sicut intelligibile intelligenti, quę quidem essentia diuina est forma excedens proportionem cuiuslibet creaturæ. Vnde nihil prohibet, quin cum hac forma superexcedente, simul insint rationali menti species intelligibiles proportionatæ suæ naturæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt, quòd in Christo non fuerit aliqua scientia experimētalis acqsita. Quicquid enim

tendit autem ad perfectionem huius secundi membri, quia de hoc tantum est difficultas.

¶ In corpore articuli est unica conclusio responsiua quæsito, In Christo est scientia acquisita. Probatur dupliciter. primo, Nihil eorum, quæ Deus in humana natura plantauit, defuit humanitati assumptæ a uerbo Dei. ergo in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. ergo non fuit in Christo intellectus agens, frustra. ergo habuit propriã operationem. ergo in Christo fuerunt aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agẽtis in intellectu eius possibili receptæ. ergo in ipso fuit scientia acquisita. Prima consequentia probatur, quia in humana natura Deus plantauit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Secunda uero, quia Deus & natura in aliis nihil faciunt frustra, ex primo Cæli. Tertia autem, quia frustra est quod non habet propriam operationẽ. probatur, quia omnis res est propter propriam operationem, ex 2. Cæli. Quarta deinceps, quia propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu abstrahendo eas a phantasmatibus. Quinta demum, quia hoc est esse in Christo scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominat. Secundo probatur conclusio connaturalitate talis scientiæ, seu modi sciendi ad naturam humanam. Et consistit uis rationis in hoc. ex quo in Christo ponitur scientia connaturalis soli Deo, scilicet beata, & scientia connaturalis angelis, scilicet infusa, consequens est, ut ponatur in illo scientia connaturalis undique naturę humanæ, scilicet scientia acquisita, quæ est connaturalis homini ex parte agentis & patientis, ac per hoc scientia proprie est secundum humanum modum, & totaliter humana.

Ar. præced.

¶ In hoc processu duo occurrunt dubia. Primum circa illam propositionem, Frustra est quod caret propria operatione, potest enim habere duplicem sensum, uel quòd intelligitur de genere uel specie, uel quòd intelligatur de quolibet individuo. Nã si in primo intelligitur sensu, uera est: frustra enim esset potens operari natura aliqua generica, uel specifica, si secundum totam latitudinem generis, uel speciei careret propria operatione: sed in hoc sensu non infert conclusionem literæ, quæ de uno individuo humanitatis Christi est. Si autem in secundo sensu intelligitur, tunc est sensus, quod frustra est potentia quæ in quolibet individuo suo caret propria operatione. Et sic est quidem ad propositum, sed est falsa, inquit Scotus in tertia quæstione, decimaquarta distinct. 3. Senten. quoniam stat, quòd potentia in aliquo præueniatur ab alio superiore agente, & propterea careat propria operatione, & ipsa non est frustra, quia est ad integritatem perfectionemque naturæ. Affertque instantias in beatis, in quibus est intellectus agens, & sic possent acquirere scientiam. Et similiter est potentia augmentatiua, & sic possent augeri &c.

¶ Secundum dubium est circa eandem propositionem iunctam minori, quoniam aut est sermo de omni operatione alicuius, ita quòd sensus sit, Frustra est quod caret omni propria operatione. Et tunc minor est falsa, scilicet quòd omnis propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu, cum præter hanc operationem habeat alias sibi proprias operationes, scilicet facere euidentiam propositionum per se notarum, & mediante ista euidentia facere euidentiam omnium, quæ per prima principia cognoscuntur. Si uerò non est sermo de omni propria operatione, sed de quacumque, propria tamen (ita quòd sensus sit, Frustra est quod caret aliqua operatione sibi propria) tunc esset ad propositum: sed est falsa, quia non est frustra: quod caret una propria operatione, & habet aliam propriam operationem: esset enim propter illam, quam habet, operationem: sicut mutus non frustra habet os & linguam, quia quamuis non habeat locutionem, habet tamen aliam operationem, puta sumere & discernere alimentum.

¶ In eodem corpore circa conclusionem principalem, occurrũt primo obiectiones Scoti in loco allegato deinde Durandi ibidẽ. Et Scotus quidem arguit dupliciter, primo ex dictis (ut ipse ait) opinantis, scilicet Auctoris: secundo contra conclusionem in se. Sed quoniam omnes obiectiones eius consistunt in hoc, quòd scientia infusa, & acquisita sunt eiusdem rationis, aut distinguuntur sicut matutina & uespertina, aut secundum originem (quia una a Deo, altera ab intellectu agente apud nos, sicut homo genitus & homo creatus) quorum nullum Auctor etiam somniauit, ut expresse in hoc eodem articulo respondendo ad tertium docet, ideo omittendas censui.

Gl. ibi. ibid.

Durandus uerò probat probabile esse, scientiam infusam & acquisitam esse unius rationis, quia oculi nati, & oculi restituti, uel dati a Deo, sunt unius rationis. Probareque nititur indignum esse Christo quòd acquisierit scientiam a sensibilibus, sicut non decuit ipsum discere ab homine, quia æquiualent hæc duo, quum homo docens non se habeat, nisi ut ponens obiectum.

Ar. ibi. & q. 3.

¶ Ad horum euidentiam scito quòd scientiam esse & uocari infusam, contingit dupliciter, hoc est per se, uel per accidens. Scientia est, & uocatur infusa per se, cuius naturalis generatio est infusio, qualis est scientia angelorum, per accidens autem infusa est, cui accidit quod habita sit per infusionem, ut scientia Adæ. Scientia autem acquisita non nisi per se inuenitur, cuius scilicet naturalis generatio est acquisitio, quoniam non potest scientia ex suo genere infusa acquiri, sicut econtra potest scientia ex suo genere acquisita infundi, quia agens superius potest præuenire inferiorem causam, inferius autem agens non potest superioris ordinis effectum producere. Vnde scientia, quæ nata est haberi per lumen intellectus agentis, siue habeatur per acquisitionem, siue per infusionem, est, & uocatur, per se loquendo, scientia acquisita, quia ex suo genere est scientia acquisita. Et propterea scientia naturalium quam habuit Adam, fuit scientia acquisita ex suo genere, & per se, quamuis ipse non acquisierit illam, sed fuerit sibi a Deo infusa. scientia autem infusa in Christo conclusa, in præcedenti articulo est infusa ex suo genere, & non est sicut Adæ scientia, sed sicut scientia angelica, ut in hoc articulo dicitur.

¶ Intellige igitur hunc titulum de scientia tam infusa, quam acquisita ex suo genere, seu per se, & non per accidens ab actu infusionis, uel actualis acquisitionis, & tunc illucesceret altitudo ueritatis huius literæ tam male intellectæ. Noli ergo proponere ante mentis oculos, Christum uelut Adam plenum scientię acquisibilis ex suo genere: sed infusæ per accidens, quia si sic Christum imaginatus fueris, processus literæ corruet: & tamen sic est imaginatus Christus a non intelligentibus hanc literam, & obtrectantibus.

Neque enim in Adam frustra fuit intellectus agens: sicut nec potentia augmentatiua: sed imaginare Christum plenum scientiæ infusæ ex suo genere: & sicut tabulam rasam. quo ad scientiam acquisitam ex suo genere. & tunc processu literæ utere, dicendo, quòd si in Christo non esset scientia acquisita ex suo genere (dico autem, non esset omnino scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem, quæ est per se generatio eius, nec per infusionem quæ est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra, quia nihil esset impediens, aut tollens quouis modo operationem eius. & tamen non posset habere operationem suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali, quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum, quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentatiua non poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quantitate naturali.

¶ Ad

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd propositio illa, frustra est quod caret propria operatione, non est arctanda ad genus, speciem, ad individuum quo dlibet, uel aliquod: sed absolute sumenda est.

Et sane debet intelligi, scilicet subintellectis conditionibus generalibus, quæ quum de operibus est sermo, subintelliguntur, scilicet, quando, ubi, & in quo, &cet. debet operari, ita quòd sésus est, quòd ¶ frustra est quod caret operatione, quando debet illam habere. Et sic propositio ista efficaciter in litera probatur, ex hoc quod unúquodque est propter suam operationem: frustra siquidem est, quod finem suum non assequitur, quando debet, & per hoc satisfit omnibus instantiis. Nam status beatus habet, ut tunc non debeat abstrahere intellectus agens, quia homo est in termino. Et Adam fuit suppositum, in quo intellectus agẽs non debebat abstrahere species, quia intellectus possibilis plenus erat acquisita scientia.

li. 1. de Cæl. te. 31. & li. 2. te. 59. com. 1. li. 2. de Cælo tex. 17. 20. 2. li. 3. de Anima tex. 48. 20. 2.

Gl. hic ibid.

Ar. 1. hic & q. 3.

quę Deus in nostra natura plantauit, defuit humanæ naturę assumptæ a Dei uerbo. Manifestum est autem, quòd in humana natura Deus plantauit non solum intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Vnde necesse est dicere, quod in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. Si autem in aliis Deus & natura nihil B frustra faciunt (ut philosophus dicit in primo de Cæl.*) multo minus in anima Christi aliquid fuit frustra. Frustra autem est, qđ non habet propriam operationẽ, cum omnis res sit propter suam operationem, ut dr in 2. de Cæl.* Propria autem opatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles actu, abstrahendo eas a phantasmatibus, unde dicitur† in 2. de anima, quòd intellectus agens est

Et similiter potentia augmentatiua non fuit frustra, quia caruit quidem operatione, sed non quando, & in quo debuit operari, quoniam constat, quòd operatio eius debet esse in subiecto imperfecto secundnm quantitatem, & in statu augmenti, quorũ nullum locum habuit in Adam creato perfecto, secundum quantitatem naturalem. Stat ergo solida prima literæ propositio. C

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod non refert, utro modo propositio intelligatur, quia unius potentiæ non est nisi una operatio propria principalis, quæ se habet ad ipsam ut finis, cuius priuatione dicitur frustra, quia potentia naturalis determinata est ad unum, & rationalis alterum contrarium principaliter respicit.

Et rursus omnis potentia natura quædam est, & propterea una est cuiusque principalis operatio, fundans reliquas ordine quodam. Ad literam tamen Auctor loquitur de operatione principali, quæ est finis.

Et multo minus refert quouis modo sumatur in proposito, quasi in Christo non est scientia ex suo genere acquisita, intellectus agens esset frustra, quia careret operatione principali, quæ est finis, & hoc intendit Auctor, ut patet in articulo secundo quæstio, duodecimę. Et nihilominus sequi uidetur, quòd esset omnino frustra in ipso, quia careret & principali operatione, quæ est facere species intelligibiles, & secundaria, quæ est facere euidentiam primarum propositionum immediate, & mediante illa facere aliorum euidentiam: quoniam tam cognitio primorum principiorum, quam reliquorum ex illis ad scientiam acquisitam ex suo genere spectat, quam supponimus in Christo non esse: sed infusam ex suo genere tantum. Quocirca si in Christo supponeretur scientia ex suo genere acquisita, per infusionem habita (sicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione sibi propria, sed prima tantum. scilicet abstractione specierum intelligibilium, fecisset namque, sicut de facto in Adam fecit, euidentiam primarum propositionum immediate & aliarum mediante illa.

Nam eodem lumine fuerunt per se nota Adę prima principia & conclusiones per principia quomodo sunt euidentia nobis, quãuis nos acquiramus nostra actione species, & studio nostro conclusiones. Ille autem per infusionem habuit quicquid nos acquirimus, sub illo tamen lumine quo acquirere nos possumus. Sed quia in Christo supponitur non esse quouis modo scientiam ex suo genere acquisitam, sed ex suo genere infusam, quæ est supra lumen intellectus agentis: ideo omnino frustra poneretur: ut pote, absque omni sua propria operatione intellectus agens in Christo. Et stat omnino solida & inconcussa propositio literæ iunctа etiam subsumptis. Et hæc intelligito quantum est ex parte sui hoc est intellectus agentis, quoniam ex libertate animæ Christi A potuisset cooperari ad illustrandum phantasmata ministrantia scientiæ infusę, quando placuisset uti scientia illa, conuertendo se ad phantasmata, similiter ad intellectionem multorum intelligibilium.

¶ Ad obiecta Scoti contra conclusionem ipsam, iam incipit patere quod in responsione ad tertium amplius explanabit. Nam secundum Auctorem scientia infusa ex suo genere, seu per se, & scientia acquisita ex suo genere, seu per se, sunt diuersarum rationum. Et licet differant penes origines & agentia diuersarũ rationum, non tamen differunt tantum penes origines & agentia, sed penes formalia obiecta, ac per hoc per intrinsecas differentias, ut patebit. Et ideo ridiculum est obiicere, qđ differunt, sicut homo natus & homo creatus, aut sicut oculi cæci nati, miraculose illuminati, & oculi aliorum. Hæc enim uera sunt de scientia acquisita, & scientia per accidens infusa, ut fuit scientia Adę, quæ ex suo genere erat eiusdem rõnis cum nostra, non autem de scientia ex suo genere infusa, quoniã hæc altioris ordinis ex intrinseco est. & ideo non potest acquiri, & exigit infusionem. Et de hac Auctor assuetus sermonibus formalibus, & per se, loquitur in hac litera; isti autem ad per accidẽs declinarunt; dum ad scientiam cui fieri accidit, quod sit infusio, diuerterunt.

D. 1218.

quo est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere quòd in Christo fuerint aliquæ species intelligibiles, per d actionem intellectus agentis in intellectu possibili eius receptę, quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.

Et ideo quamuis aliter alibi scripserim, *dicendum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam, quæ proprie est scientia secundum modum humanum, nõ solum ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis: Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumen intellectus agentis, quod est animæ humanæ connaturale.

3. Sent. dist. 4. q. 3. ar. 3.

Scientia autem infusa attribuitur animę humanæ secundum lumen desuper infusum, qui mo-

¶ Vnde patet Durandi suppositionem, non a probabilitate, sed a possibilitate alienam esse, loquendo per se: sed ipse loquitur de infusa per accidens, & credit se opponere contra hanc literam, a qua æquiuocat, quia litera loquitur de per se acquisita & per se infusa, sciens quod ea quæ sunt per accidens, relinquuntur ab arte. Ad rationem autem Durandi ex dignitate Christi, respondetur quòd non eadem est ratio acceptionis scientiæ a rebus & a doctore, quoniam res causant scientiam, quasi ut instrumenta Dei, qui fecit illas, ut exemplatas a sua sapientia, iuxta illud Ecclesiastic. primo. Effudit sapientiam super omnia opera sua. Doctor uero licet se habeat ut proponens obiectum, non tamen se habet sic tantum, sed principalius se habet ut proponens conceptiones suas per uoces, quæ sunt signa eorum, quæ sunt in anima, & ordinando ac subordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis, ut experimur quotidie, quod in signum erat Christo domino, qui unus est magister totius generis humani. Et habes hanc responsionem inferius quæstione duodecima articulo tertio ad secundum. D

¶ In eodem articul. 4. in responsionibus ad secundum & tertium perspicere facile potes, quæ diximus esse uera de intentione Auctoris. Nam in responsionibus his habes tres differentias per se inter habitum infusum & acquisitum. Prima est secundum causas efficientes, quia infusa a superiori, acquisita ab inferiori. Secunda sequens ad istam, secundum origines. s. infusionem & acquisitionem. Tertia est secundum obiecta, quia acquisita est cõmensurata & proportionata phantasmati, quod se habet ad intellectum, ut color ad uisum (ut dicitur in 3. de Anima) infusa autem est superexcedens proportionem phantasmatum. Et hæc est differentia intrinseca & essentialis, propter quam istæ scientiæ sunt diuersarum rationum. E

Et quum hæc ultima differentia clarissime habeatur in litera, mirum est quo modo Scotus ausus est imponere Auctori oppositum. Et debes scire nouitie, quòd scientiam esse commensuratam phantasmati, nihil aliud est, quàm esse proportionatam & adæquatam obiecto, ut relucet in phantasmatibus, qualis est scientia humana, & fuit scientia Adæ. Et per oppositum scientiam excedere commensurationem phantasmatum, est illam esse proportionatam obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quam sit obiectum phantasiabile. Et hæc inferius clara erunt, quum de

utraque scientia tractabitur, & dicetur quòd scientia acquisita habet pro obiecto quod quid abstrahens a singularibus, & non omne quodquid est, sed sensibilium rerum tantum. Et ideo illa scientia non se extendit ad singularia, nec substantias separatas, sicut nec nostra scientia ad hæc se extendit. Scientia autem infusa ex suo genere est, sicut angelica scientia, habens quidditatem p obiecto, non abstrahentem, sed concretam singularibus, p.p.q.12.a.4. ita quòd extendit se ad essentias & omnia illius tunc accidentia &c. ut patuit in 1. lib. Et similiter habet pro obiecto qui dditatem non solum rerum sensibilium, sed etiam intellectualium, circa actum purum, qui Li.1 c.4 insi. 10.5. soli sibiipsi est quidditatiue notus, & beatus ut sic, ut ibidem monstratū est. Concludere ergo, sicut in communi loquendo, habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationū intrinsecus & essentialiter (ut patet de charitate, fide, spe, & uirtutibus intellectualibus & moralibus) ita in speciali de scientia dicendum est, quod scientia per se infusa, seu ex suo genere, & per se, seu ex suo genere acquisibilis, sunt diuersarum rationum.

¶ Oritur autem ex dictis nouum dubium simpliciter & ad hominem, cur in Christo asseritur non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem, ut fuit in Adam. Et est ratio dubii simpliciter, quia melius est, ut Christus semper habuerit talem scientiam, quàm post lapsum temporis: actus enim melior est potentia in bonis, ut dicitur nono Metaphysico. Et confirmatur, quia eadem ratio militat de Adam & Christo, scilicet quia datus est a Deo uterque doctor generis humani. Vnde si Adam, quia creatus instructor succedentis generis habuit talem scientiam per infusionem, multo magis Christus, qui datus est in doctorem humani generis, debuit perfectus creari, quò ad animam, ut scilicet perfecta esset scientia acquisibili ex suo genere. Ad hominem uerò, quia licet in litera probetur, in Christo fuisse scientiam acquisitam ex suo genere, non tamen probatur, quod fuit talis scientia in Christo, per talem uiam, scilicet per acquisitionem. Stat enim, quod talis scientia fuerit in Christo, & non per talem uiam, sed per infusionem, ut patet in Adam, in quo quia fuit scientia acquisita ex suo genere, licet non per acquisitionem, sed per infusionem, non sequitur, intellectum agentem fuisse frustra, ut patet ex dictis. Et eadem ratione non fuisset in Christo intellectus agēs frustra si scientia acquisita ex suo genere, fuisset in ipso per infusionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd rationabiliter hæc scientia in Christo ponitur per acquisitionem, & non per infusionem, tum ex parte scientiæ, tum ex parte scientis, tum ex perfectione modi sciendi. Ex parte quidem scientiæ, quia acquisitio est talis scientiæ generatio per se (quoniam ipsa illius naturalis generatio est) infusio autem est talis scientiæ generatio per accidens, accidit enim ex miraculo, quod infundatur: generatio autem per se, præstat generationi per accidens. Ex parte uero scientis, quia nobilius est quod seipsum mouet, quàm quod ab alio mouetur (ut dicitur in 8. Physico.) Sciens autem per inuentionem seipsum mouet, sciens per infusionem ab extrinseco mouetur, hoc est, reducitur de potentia ad actum. illud ergo est Christo attribuendum. Ex parte autem modi sciendi, quia sicut in Christo fuit scientia beata modo beatorum, & scientia indita modo inditæ, ita debuit esse scientia acquisita modo acquisitæ, ut nullus modus sciendi conuenire posens Christo illi defuerit.

dus cognoscēdi est proportionatus naturæ angelicæ. Scientia uero beata, per quam ipsa Dei essentia uidetur, est propria & connaturalis soli Deo, ut in prima parte dictum est.*

Ad primvm ergo dicendum, quod cum duplex sit modus acquirendi scientiam, scilicet inueniendo, & addiscendo, modus qui est per inuentionem, est præcipuus; modus autem, qui est per disciplinam, est secundarius. Vnde dicitur in primo Ethico.* Ille quidem est optimus, qui omnia per se ipsum intelligit, bonus autem rursus est ille, qui bene dicenti obedit. Et ideo Christo magis cōpetebat habere scientiam acquisitam per inuentionē, quàm per disciplinam, præsertim cum ipse daretur a Deo omnibus in doctorem, secundum illud Ioel 2. Lætamini in domino Deo uestro, quia dedit uobis doctorē iustitiæ.

Ad secvndvm dicendum, q̄ humana mēs duplicem hēt respectum. Vnum quidem ad superiora, & secundum hunc respectum, anima Christi fuit plena per scientiam inditam. Alius autem respectus eius est ad inferiora, idest, ad phantasmata, quæ sunt nata mouere mentem humanam per uirtutem intellectus agentis. Oportuit autem, quod etiam secundū hunc respectum anima Christi, scientia impleretur, non quia prima plenitudo menti humanæ sufficeret secundum seipsam, sed oportebat eam perfici, etiam secundum conformationem ad phantasmata.

Ad tertivm Dicendum, quòd alia ratio est de habitu acquisito, & de habitu infuso. Nam habitus scientię acquiritur per cōparationem humanæ mentis ad phantasmata, unde secundum eādem rationem non potest alius habitus iterato acquiri: sed habitus scientiæ infusæ est alterius rationis, utpote, a superiori descendens in animam, non secundum proportionem phantasmatum. Et ideo non est eadem ratio de utroque habitu.

¶ Ad obiectionem autem primam dicitur, quòd actus melior est potentia, ceteris paribus, in proposito autem cetera non sunt paria, nam esset motus ab alio, ubi nunc ponitur mouere seipsum & carere connaturali & per se modo generationis talis scientiæ, ut patet ex dictis, quæ præponderant illi præuentioni actualis scientiæ. Ad confirmationem dicitur, quod non est similis ratio, quia Adam creatus est ut principium naturæ humanæ in naturalibus, tam secundum corpus, quàm secundū animam, & quia perfecta sunt, secundum naturę ordinem prio ra imperfectis: ut duodecimo Metaphysic. Aristot. dicit: ideo Adam sicut secundū corpus creatus est perfectus in quantitate, ita & secundum animam creatus est perfectus in scientia. Christus autem non est productus ut principium hominū in esse naturæ, nec in naturalibus pro hoc statu, sed ut doctor mysteriorum Dei, & regni cælestis, In cuius signum productus est secundum corpus quantitatis imperfectæ, & similiter secundum animam in pura potentia, quò ad scientiam naturaliter acquisibilem. Et sicut creuit ætate, & uere augmentum corporale habuit, ita creuit sapientia. simul enim Euangelista hæc dicit. Nec docuit mathematicam aut Astrologiam, & huiusmodi, sed arcanum Trinitatis, & uias ac secreta regni cælorum.

¶ Ad obiectionem contra literam dicitur, quòd licet illa ratio, quòd intellectus agens esset frustra, si absolute sumatur, non concludat utrumque scilicet scientiam talem ex suo genere acquisibilem, & uiam talem, scilicet per acquisitionem (ut instantia de Adam manifestat) contracte tamen sumpta, hoc est in Christo, infert utrumque. Nam in Christo supponitur, nullam esse per accidens productam scientiam, sed omnem in illo scientiam esse cū suo proportionato naturaliter modo, tam in se quam in origine: decet enim Christum perfectionem omnem suę animæ per se habere, & non per accidens. In Christo igitur in quo omnis suæ animæ conueniens perfectio per se ponenda est, frustra poneretur intellectus agens, si in eo non esset scientia acquisita, & per acquisitionem, quia careret propria principali operatione, scilicet causatione specierum intelligibilium in illo, in quo debet talem operationem habere, hoc est in Christo uiatore, quem decet scientia acquisitam habere, & modo humano habere. Vnde in litera ad explicandam plene probationem conclusionis, subiungitur connaturalitas cuiusque scientiæ inuentę in Christo, s. quòd beata est Deo connaturalis, infusa angelo acquisita homini. Et est sermo nō solum de ipsa scientia: sed de modo habendi ipsam, ut patet in litera, tamquam si diceret, quòd quia Christum decet habere humanam scientiam more humano, est secundum animam subiectū in quo intellectus uterque debet habere propriam operationem more humano. Ac per hoc optime dictum est, quod frustra, utpote carens propria operatione principali, quando & in quo debet esse intellectus agens, nisi causaret scientiam in Christo humanā. Nec obstat instantia de Adæ scientia, quia illum, utpote principiū naturæ humanæ, decebat esse ab initio perfectum, & scientia ex sua genere acquisita, quæ absolute quidem sortitur infusionem pro generatione per accidens: in tali uero supposito, s. primo totius generis humani, sortitur infusionem pro productione quodammodo. quasi per se, pro quanto principia exigunt, quòd sint perfecta, quoniam perfecta sunt naturaliter priora imperfectis, ut dicitur 12. Metaph.

¶ Super

¶ *Super quæstionis decimæ articulum primum.*

TItulus clarus ex dictis in prima parte quæstionis duodecimæ vbi de Dei cõprehensione tractatũ est. Comprehendere namque est cognoscere rem, quantum cognoscibilis est, ita quòd non possit plus cognosci, quam cognoscitur.

¶ In corpore est vnica conclusio responsiua quæsito negatiue. Anima Christi non comprehendit diuinam essentiam. Probatur, Impossibile est, quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam. ergo impossibile est animam Christi comprehẽdere diuinã essentiam. Antecedens probatur, quia infinitum non comprehenditur a finito. Consequentia probatur, quia unio naturarum in persona Christi facta est sic, quòd salua est vtriusque naturæ proprietas &c.

¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit, quia diuertere videtur Auctor a virtute deitatis in personando, ad virtutem deitatis in operando. Respõdendo siquidem Auctor dicit, ꝙ licet tota deitas sit vnita humanitati Christi: non tota tamen deitatis virtus est quasi circunscripta, quod de virtute personatiua directe. & secũdum planum literæ contextũ intelligitur, quasi dixerit, quòd tota quidem deitas est cõiuncta in una persona Christi, non tamen comprehensa, quia potest in eadem persona coniungi alijs naturis, vt ex supra dictis patet, & sic virtus personatiua illius non est comprehẽsa ab humanitate Christi. Allegando autem auctoritatẽ Augustini. ad virtutem operatiuam digreditur, ad quam spectat cura gubernandi mundum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor declarat a virtute operatiua non coutracta, virtutem deitatis absolute siue in personando (de

3. dist. 14. qu. 1. & 2. & uer. q. 10. ar. 4. & 3. ca. & quol. 3. q. 2. ar. 1. ca. & op. 3. ca. 223. & 1. Tim. 6. lect. 3. li. 3. de sum. bono c. 3.

Lib. 3. orth. fid. c. 6.

Li. 1. cap. 13. tom. 3.

QVAESTIO X.

De scientia beata animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de qualibet prædictarum scientiarum: sed quia de scientia diuina dictum est * in prima parte, restat nunc dicendum de alijs tribus: primò de scientia beata: secundò de scientia indita: tertiò, de scientia acquisita.

¶ Sed quia etiam de scientia beata, quæ in Dei uisione consistit, plura dicta sunt in prima parte, * hic illa sola videtur dicenda, quæ proprie pertinent ad animam Christi.

CIRCA hoc ergo quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.

¶ Secundò, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.

¶ Tertiò, Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

¶ Quartò, Vtrum videat Verbũ siue diuinam essentiã clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima Christi comprehenderit verbum siue diuinam naturam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ anima Christi comprehenderit & cõprehendat Verbum siue diuinam essentiam. Dicit enim Isid. * quod Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptꝰ communicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, quæ est sanctę Trinitati propria: huiusmodi autem est notitia comprehẽsionis: ergo anima Christi comprehẽdit diuinam essentiam.

¶ 2 Præt. Magis est vniri Deo secundum esse personale, quàm secundum visionem; sed sicut Damasce. † dicit in 3. lib. tota diuinitas in una personarũ est vnita humanæ naturæ in Christo. Multo ergo magis tota natura diuina videtur ab anima Christi, & ita videtur, ꝙ anima Christi comprehendat diuinam essentiam.

¶ 3 Præt. Illud, ꝙ conuenit filio Dei per naturã, conuenit filio hominis per gratiam, vt Aug. * dicit, in 1. de Trini. sed comprehendere diuinam essentiã etiam, competit filio Dei per naturam: ergo filio hominis competit per gratiam. & ita videtur quòd anima Christi per gratiam Verbum comprehendat.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in lib. 83. * q. Quod se comprehendit, finitum est sibi: sed essentia diuina non est finita in cõparatione ad animam Chri, cum in infinitũ eã excedat. ergo anima Chri non comprehendit verbũ.

RESPON. Dicendũ, quod sicut ex supra * dicti s patet, sic facta est unio naturarũ in persona Chri, quod tñ proprietas utriusq; naturæ inconfusa permanserit, ita. s. quod increatum manserit increatum, & creatum manserit infra limites creaturæ, sicut Dam. * dicit in 3. li. Est autem impossibile, quod aliqua creatura ᵈ comprehendat diuinam essentiam (sicut in prima parte ostensum † est) eo ꝙ infinitum non comprehendit finito. Et ideo dicendum, quod anima Chri nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hõ assumptus * conformatur diuinæ Trinitati in sui cognitione, nõ rõne comprehẽsionis, sed rõne cuiusdam excellentissimæ cognitionis prę ceteris creaturis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ nec ẽt in unione, q̃ est f̃m esse p̃sonale, natura humana cõprehendit Dei uerbũ, siue naturã diuinã quæ q̃is tota unita fuerit humanæ naturæ in una p̃sona filii, non tñ fuit tota uirtus diuinitatis ab humana natura quasi circunscripta. Vñ Aug. * dicit in epis. ad volusianum, Scire te uolo, non hoc Chrianam habere doctrinam, ꝙ ita Deus infusus sit carni, ut curã gubernandę uniuersitatis uel deseruerit, uel ad illud corpusculũ quasi contractam, collectamque transtulerit. & similiter animam Christi totam Dei essentiam uidet, non tñ eam comprehendit, quia non totaliter eã uidet. i. non ita perfecte sicut uisibilis est, ut in 1. parte * expositum est.

AD TERTIVM dicendũ, quod uerbum illud Aug. est intelligendum de gratia unionis, f̃m quã oĩa, quæ dicũtur de filio Dei f̃m diuinã naturam, dicuntur de filio hoĩs, p̃p identitatem suppositi. & f̃m hoc uere põt dici quod filius hoĩs est comprehensor diuinæ essentiæ, non quidẽ secũdũ animã, sed secundũ diuinã naturã, per quem ẽt modum põt dici, quod filius hoĩs est creator.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima Christi in uerbo cognouerit omnia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ anima Chri in uerbo non cognoscat omnia

Li. 83. q. 14. in prin. to. 4.

Q. 2. art. 1. & q. 6. ar. 6.

¶ *Super quæstionis decimæ articulum secundum.*

TItulus sumendus est ut sonat in corpore namque articuli distinguetur.

li. 3. c. 3. & 4.

¶ In corpore sunt tres conclusiones, iuxta tria membra distinctionis, qua distinguitur quot modis potest distribuere ly, omnia. In litera igitur fit talis distinctio bimembris, Ly, omnia potest sumi uel proprie, & sic distribuit ꝙ omnibus, quæ quandoque actu secundum aliquod tempus sũt: uel large, & sic distribuit etiam pro his quæ sunt in potentia numquam reducta ad actum. Et hoc subdistinguitur in duo membra quia uel in potentia diuina sola, uel non in sola potentia diuina, sed etiam in potẽ tia creaturæ. Ex quibus patet quod ex uniuersa distinctione & subdistinctione tria tantum membra constituuntur, & sic iuxta membrorum horum, numerum tribus conclusionibus respondetur quæsito. Prima est, Anima Christi nouit in Verbo omnia proprie, hoc est quæ quandoque in actu sunt, erunt, aut fuerunt. Probatur primo absolute (licet inter intellectus beatos sit differẽtia) Nulli intellectui beato deest cognoscere in Verbo omnia quæ ad ipsum spectant: sed ad Christum & eius dignitatem spectant omnia. ergo anima Christi cognoscit in Verbo omnia. Probatur minor, tum quia omnia Christo subiecta sunt, tum, quia est omnium iudex constitutus a Deo, Probatur secundo, quòd ad cogitationes

cõnumerat.

Est epi. 3. nõ multum remote a principio tom. 2.

p. p. q. 12. a. 7.

3. d. 14. q. 1. q. 2. & 3. d. 14. ad 3. & 4. & uer. q. 8. a. 4. c. & q. 20. ar. 4. & 5. & quol. 3. q. 2. ar. 1. c. & op. 3. ca. 223. & op. 9. q. 21.

nes hominum auctoritate Ioan. 2.

¶ Circa hunc processum dubium occurrit, quoniam propositio dicens, cuilibet Beato conuenire, quod uideat in Verbo omnia spectantia ad se, difficultatem patitur. Sequeretur enim ex ipsa coniuncta præcedenti propositioni in litera positæ, s. Quilibet beatus tanto plura in uerbo cognoscit, quanto perfectius uidet uerbum, quod aliquis Sanctus minus beat⁹, puta, sanctus Antonius, esset magis beatus altero beatiore se, puta sancto Petro, quod implicat contradictoria. Et patet sequela, posito quod plura singularia spectent ad sanctum Ant. quã ad sanctum Petrum, quia multo plures orationes emittũtur ad sanctum Anton. quam sint singularia spectãtia ad sanctum Petrum, quem nemo interpellat. Ad hoc dicitur, quod propositio dicens, quemlibet beatum uidere in uerbo omnia spectantia ad se, potest dupliciter intelligi. s. uel formaliter, uel causaliter. Si formaliter, sensus est, quod ipsa uisio uerbi est etiam uisio spectantium ad se. Et sic sumpta propositio intelligitur de spectantibus ad beatum, tunc cum primo fit beatus, & non de spectantibus postea ad ipsum, quoniam hæc per reuelationem habent, ut patet de Angelis, qui spectantia ad ipsos de dispositione populorum sibi cõmissorum nesciebant, ut testatur eorum pugna uiginti, & uno diebus, Dan. 10. capitulo. Et sic ad obiectionem dicitur quod impossibile est plura singularia spectare ad minus beatum, tunc, quando primo fit beatus: quoniam ex hoc ipso quod ponitur minus beatus, ponitur quod uisio suæ uerbo ad pauciora se extendat, ut in litera dicitur. Si uerò intelligatur siue formaliter, siue caliter, sic est sensus, quod, quilibet beatus uidet, uel formaliter, uel caliter in uerbo omnia ad se spectantia. Et est indubie uerum, quoniam uel ipsa uisio uerbi est illorum uisio, uel est causa uisionis illorum: quoniam ex hoc ipso, quod aliquis uidet uerbum, debetur sibi, q⁹ suo tempore innotescant sibi spectantia ad se: aliter uisio illa non subsistantialiter constitueret beatum: beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundũ hoc patet obiectionem cessare: quocumque autẽ modo intelligatur in proposito, infert intentum literæ, tum, quia omnia fuerunt subiecta Christo ab instanti conceptionis suæ, in quo fuit beatus uidendo uerbum, & sic in primo sensu processus inuenitur efficax, tum, quia in Christo non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, ut in aliis beatis, ac per hoc quicquid aliis beatis conuenit ex uisione uerbi formaliter uel causaliter, Christo conuenit secundum ipsam uisionem uerbi formaliter, & sic habetur intentum.

Dicitur enim Marci 13. De die autẽ illa nemo scit, neque angeli in cælo, neque filius nisi Pater. Non ergo omnia scit in uerbo.

¶ 2 Præte. Quanto aliquis perfectius cognoscit aliquod principium, tanto plura in illo principio cognoscit: sed Deus perfectiꝰ uidet essentiam suam, quàm anima Christi. ergo plura cognoscit in uerbo, quàm anima Christi. non ergo anima Christi in uerbo cognoscit omnia.

¶ 3 Præt. Quantitas scientiæ attẽditur secundum quantitatem scibilium. Si ergo anima Christi sciret in uerbo omnia, quæ scit uerbum, sequeretur, quod scientia animæ Christi æquaretur scientiæ diuinæ, creatum videlicet increato, quod est impossibile.

Gl. ord. ibi.

Sed contra est, quod super illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere diuinitatem & sapientiam. gloss. * dicit, ideſt, omnium cognitionem.

Respon. Dicendum, quod cũ quæritur, an Christus cognoscat omnia in uerbo, ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo, proprie, ut distribuat pro omniꝰ, quæ quocumque modo sunt, uel erunt, uel fuerunt, uel facta uel dicta uel cogitata a quocumque, secundum quodcumque tẽpus. Et sic dicendum est, quod anima Christi in uerbo cognoscit omnia. Vnusquisque enim intellectus creatus, in uerbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tanto plura, quanto perfectius uidet uerbum: nulli tamẽ intellectui beato deest, quin cognoscat in uerbo omnia quæ ad ipsum spectant. Ad Christum autem, & ad eius dignitatem spectant quodam modo omnia, in quantum ei subiecta sunt omnia. Ipse etiam est omnium iudex cõstitutus a Deo, quia filius hominis est, ut dicitur Ioann. 5. Et ideo anima Christi in uerbo cognoscit omnia existentia, secundum quodcũque tempus, & etiã hominum cogitatus, quorum est iudex, ita ut quod de eo dicitur Ioannis secundo. Ipse enim sciebat quid esset in homine, potest intelligi non solum quantum ad sciẽtiam diuinam, sed etiam quantum ad scientiam animæ eius, quam habet in uerbo. Alio modo, ly omnia, potest accipi magis large, ut extendatur non solum ad omnia, quæ sunt actu secundum quodcumq; tempus, sed etiam ad omnia quæcumque sunt in potentia numquam reducenda, uel reducta ad actum. Horum autem quædam sunt in sola potentia diuina, & huiusmodi non omnia cognoscit in uerbo anima Christi. Hoc enim esset comprehẽdere omnia, quę Deus potest facere, quod esset comprehendere diuinam uirtutem, & per consequens diuinam essentiã. Virtus enim quælibet cognoscitur per cognitionẽ omnium, in quæ potest. Quædã uero sunt non solum in potẽtia diuina, sed etiam in potentia creaturę, & huiusmodi omnia scit anima Christi in uerbo. Comprehẽdit enim in uerbo omnis creaturæ essentiã & per consequens potentiam, & uirtutem, & omnia quę sunt in potentia creaturę.

Ad primvm ergo dicendum, quod illud uerbum intellexerũt Arrius & Eunomius, non quantum ad scientiam animæ, quam in Christo non ponebant (ut supra dictum est*) sed quantum ad diuinam cognitionem filii, quẽ ponebant esse minorem Patre, quantum ad scientiam, sed illud stare nõ potest, quia per uerbum Dei facta sunt omnia, ut dicitur Ioan. 1. Et inter alia facta sunt etiã per ipsum omnia tempora. Nihil autem per ipsum factum est, qđ ab eo ignoretur. Dicitur ergo ne scire diem & horam iudicii, quia non facit scire; interrogatus enim super hoc ab Apostolis Ac. 1. hoc eis noluit reuelare, sicut econtrario legitur Genes. 22. Nunc cognitio infertur comprehensio illius uirtutis causatiuæ, quæ in proposito est omnipotentia diuina, & consequenter comprehensio essentiæ diuinæ. Nam in tali modo cognoscendi, cognitio possibilium sequitur naturaliter cognitionem causę, ac per hoc maior maiorem, & tandem maxima maximam. Maior autem possibilium cognitio haberi non potest in causa, quàm, ut omnia comprehendantur in illa, ut patet in cognitione primorum principiorum: quantò enim aliquis perfectius illorum penetrat uirtutem, tantò plura in illis, & ex illis cognoscit, adeo ut cum omnia ex, & in illis cognoscibilia quis comprehendit, tam perfectè illa nouit, ut perfectius cognosci nequeant; adæquat siquidem tunc cogni-

¶ In eodem processu nota, quòd Auctor distinguẽdo ly, omnia, in omnia quadoque in actu, uel in omnia, siue in actu siue in potentia, appellauit primam distributionem pprie, & secundam large, ea ratione, quia quæ sũt in potentia, nõ sunt: & sicut excluduntur a numero entium, ita excludũtur a numero omnium. Fecit autem hoc ob dignificandos sermones de Christo, ut. s. simpliciter loquendo, affirmandum doceret, q⁹ Christus, inquãtum homo, nouit omnia.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi non nouit in uerbo omnia, quæ sunt in sola potentia Dei. Probatur ducẽdo ad impossibile, quia nosse omnia, quæ sunt in sola Dei potentia, est comprehendere omnia, quæ Deus potest facere. ergo est comprehendere diuinam uirtutem: ergo est comprehendere diuinam essentiam, quod est impossibile. Prima consequentia probatur, quia uirtus quælibet comprehenditur per cognitionem omnium in quæ potest.

¶ Vbi nota omnes has propositiones loqui de notitia seu comprehensione omnium non in seipsis, sed in uerbo seu in causa. Ex comprehensione enim omnium effectuum in seipsis, nõ infertur comprehensio causæ altioris ordinis, & præsertim, in infinitum excedentis omnia, quæ sunt in potentia sua, qualis est Deus, cum omnia sunt entia limitata, ipse autem Deus sit infinitum esse: sed ex comprehensione omnium possibilium in sua causa,

tio cognoscibilitatem illorum. Et scito, q materia ista, an sit possibile, creaturam cognoscere omnia in Verbo, & an visio omniū in Verbo sit comprehensio, in ar. 8. q. 12. primi libri discussa est, vbi responsum est Scoto & alijs, nec repetenda duxi.

¶ Tertia conclusio est: Anima Christi scit in verbo omnia quæ sunt in potentia creaturæ. Probatur: Anima Christi comprehendit in verbo omnis creaturæ essentiam. ergo virtutem & potentiam. ergo omnia, in quæ potest. Omnia relinquitur in litera pro constantibus, & vere constant præsupposito antecedente, quod rationabiliter affirmatur de anima Christi, quia tribuendum ei est quicquid potest excellentiæ tribui.

Homil. 72. in Matth. to. 2. & Homil. 14. in Matadem innuit to. 2.

Homil. 30. in Mat. in vitalius ho. to. 2.

¶ In responsione ad secundum nota primò illud verbum, Anima Christi scit in verbo omnia, quæ Deus in seipso scit scientia visionis: habebit enim inferius quæstionem non parum. Nota secundò, quòd aliud est dicere, animā Christi scire omnia nota Deo scientia visionis, & non scire omnia nota Deo simplici intelligentia: & aliud est dicere, animam Christi scire tantum ea, quæ sunt nota Deo scientia visionis, quo niam hoc secundum dictum aufert ab anima Christi quicquid notum est Deo simplici intelligentia, qđ cōstat esse falsum ex litera, dicente, quòd anima Christi nouit multa in potentia, numquam in actu. Vnde patet error Scoti, qui hoc videtur imponere Auctori in quæst. secunda, 14. distin. 3. senten.

p. p. q. 14. ar. 9.

¶ In responsione ad tertiū aduerte, quòd quia vnum, & idem est lumē claritatis diuinæ in scientia visionis & simplicis intelligentiæ, ideo litera non subsumit quòd scientia visionis in Deo est clarior, sed absolute, quòd scientia Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis. Quocirca excessus in infinitum, conceditur simpliciter, parificatio autem nō simpliciter, sed secundum quid, hoc est quō ad aliquid, hoc est, quò ad numerum scitorum scientia visionis.

¶ In eadem responsione dubium occurrit ex Durando in 3. senten. distinct. 14. quæst. 1. art. 2. tenente, quòd anima Christi videt in verbo quicquid videt verbum, quò ad quæstionem quid est, & sic scientia animæ Christi æquātur diuinæ scientiæ simplicis intelligentiæ quò ad numerum scitorum, licet non quò ad claritatem cognitionis. Probatque hoc sic. Videns Deum, videt visione beata quicquid naturaliter repræsentatur in diuina essentia. ergo videt quidditates omnium possibilium. Consequentia patet, quia diuina essentia naturaliter repræsentat omnem possibilem quidditatem. Antecedens vero probatur, quia nec ex parte repræsentantis aut repræsentationis est impedimentum, cum ex naturali necessitate sit huiusmodi repræsentatio, nec ex parte cognoscentis, quia potest in longe, immo infinite maius. s. essentiam diuinam, ergo & in omnia possibilia quidditatiue, quæ in infinitum minus sunt cognoscibilia.

In corp. ar.

¶ Ad hoc dicitur quod antecedens est falsum. Et ad illius probationem dicitur, quod impedimentum in promptu est, & apparet ex parte cognoscentis, qui non est capax totius repræsentationis naturalis diuinæ essentiæ, sicut nec comprehensionis illius. Et ad probationem inductam scilicet potest in longe maius &c. respondetur, quod peccat secundum figuram dictionis, sub posse in maius & minus, subsumendo posse tali modo, hoc est posse uidere quidditates possibiles in uerbo. Nam licet longe & infinite maius sit uidere Deum, quam uidere omnia alia: longe tamen maius est uidere sic Deum, quod in ipso nisi uidea ntur omnes quidditates possibiles, quam uidere Deum. Et hoc ia docuerat Auctor & tamen iste nō erubuit cōcludere ex tali sophistica ratione.

1. p. q. 14. ar. 12. & 3. di. 14. ar. 2. q. 2. ad 2. & q. 4. ad 2. & ueri. q. 20. ar. 4. c. & ad 1. 2. & 5. & quo. 3. q. 2. a. 2. & opusc. 9. q. 81. li. 3. Phy. te. 63. tom. 2.

Q. præc. ar. 1.

¶ Super quæstionis de cima articulum tertium.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiūt. Primo, ponitur distinctio bimembris de modo sciendi. Secundo, respondetur quæsito iuxta primū modum sciēdi unica negatiua conclusione. Tertio, respondetur quæsito, iuxta secundum modum sciendi, una conclusione affirmatiua. Quò ad primum distinctio est, quod dupliciter aliquid est cognoscibile, uel secundum seipsum, ut ens in actu: uel non secundum se, sed secundum illud, in cuius potētia existit ut ens in potentia. Probatur distinctio, Ens dr dupliciter, s. simpliciter, ut ens in actu, & secundum quid, ut ens in potetnia. ergo & scibile dr dupliciter, illud secundum se, hoc secundum quod est in alio. Antecedens patet. & consequentia quo ad primam partem probatur, quia scientia non est nisi entium, quod probatur, quia ens, & uerum

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Christi in verbo cognouerit infinita.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q anima Christi non possit cognoscere infinita in uerbo. Quod enim in infinitū cognoscatur, repugnat definitioni infiniti, prout dicitur in 3. Phy si. * quod infinitū est, cuius quantitatem accipientibus, semper est aliqd extra accipere. Impossibile autem est definitionem a definito separari, quia hoc esset contradictoria esse simul. ergo impossibile est, quod anima Christi sciat infinita.

¶ 2 Præt. Infinitorum scientia est infinita: sed scientia animę Christi non potest esse infinita: est enī capacitas eius finita, cum sit creata. Non ergo anima Christi potest cognoscere infinita.

¶ 3 Præt. Infinito non potest esse aliquid maius: sed plura continē tur in scientia diuina absolute loquendo, quam in scientia animæ Christi, ut dictum est *. ergo anima Christi non cognoscit infinita.

SED CONTRA, Anima Christi cognoscit totam suam potentiam & omnia quæ potest. Potest autem in emundationem infinitorum peccatorum, secundum illud 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris; non autem pro nostris tantum, sed etiā pro totius mundi. ergo anima Christi cognoscit infinita.

RESPON. Dicendum, q scientia non est nisi entis, eo quod ens & uerū conuertunt̄. Dupliciter autē dr aliqd ens. Vno mō, simpliciter, quod. s. est ens actu: alio modo, secundum quid, quod scilicet est ens in potentia. & quia, ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verum conuertuntur. Quòd ad secundum verò: quia vnumquodque cognoscitur, secundum quòd est actu, & non secundum ꝙ est in potentia: ex hoc enim sequitur, quòd scientia primò tendit ad ens in actu, & secundario ad ens in potentia, hoc est tendit ad ens in actu secũdum se, & ad ens in potentia, vt est in alio: hoc enim est secundariò cognosci, & illud est primò cognosci.

Lib. 9. Meta. tex. 20. to. 3.

¶ Quòd ad secundum conclusio nostra est, anima Christi non scit infinita in actu. Probatur quia non sunt infinita in actu, sed est certus numerus non solum incorruptibiliũ, sed etiam generabilium, & corruptibiliũ. Probatur, quia status generationis, & corruptionis non durat in infinitum.

D. 1215.

¶ Occurrit hoc in loco dubium ad hominem, quo pacto stet doctrina hæc cũ antedicta. Dictũ quippe in præcedenti articulo est, anima Christi scire quæcunque scit Deus scientia visionis. & sprima parte, quæstione decimaquarta, articulo duodecimo, Auctor determinat Deum scientia visionis cognoscere infinita, & reprehendit, ac confutat rationẽ hic allatam de finito statu generationis & corruptionis. Vnde videt Auctor suæ obliti, doctrinæ, & ponere contraria, dum dicit animam Christi nescire infinita in actu, & negat infinita in actu secundum quodcunque tempus, & ex alia parte dicit anima Christi scire omnia, quæ scit Deus scientia visionis, & dicit illa esse infinita in actu, si sumantur omnia, quæ sunt, erunt, & fuerunt in actu, quia cogitationes, & affectiones creaturarum rationalium, quæ perpetuæ sunt, in infinitũ multiplicabuntur.

D. 477. Ar. præced.

1. p. q. 7. ar. 1.

D. 366.

Alias potentiam.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ vtrumque dictum est verum diuersimo de intellectum. Nam dictum hoc in loco verificatur de simpliciter entibus in actu (quæ sunt solæ substantiæ) quæ sunt actu quandoque, quæ constat esse finita, secũdum fidei sententiam decernentis mundum incepisse, & generationẽ desituram. In prima autem parte, sermo de simpliciter vel secundum quid entibus in actu quandoque est, quæ etiam patet esse infinita, quia in infinitum actus intellectus multiplicabuntur, etsi non in tempore hoc continuo, in tempore tamen discreto. Et quòd hæc sit Auctoris mens, patet ex tribus. Primò, quia ab ente incipit corpus articuli, & ad ens impliciter deuenit, distinguendo illud contra ens secundum quid, quod dicitur & de ente in potentia, & de accidentibus, sed solum ens in potentia explicauit, quia solum ens in potentia erat ad distinctionem modi cognoscendi necessarium. Secundo, quia ex statu generationis & corruptionis probat, qui non comprehendit accidẽtia, universaliter, se l omnes substantias, & quædam tantum accidentia ut patet de actibus nobis futuris post iudicium. Tertiò, quia in articulo præcedenti expresse ad omnia existentia secũdum quod cũque tempus adiungit et iam hominum cogitatus infinuans per hoc, quod per existentia secundum quodcunque tempus intelligit hic ex sola, quæ simpliciter existunt, quæ sunt solæ substantiæ. Est igitur doctrina Auctoris, quod omnia cognita scientia visionis, possunt dici, & infinita & finita. Finita quidem, si ly omnia distribuit proentibus simpliciter: infinita uero, si ly omnia distribuit tam proentibus, quam accidentibus entium. Et propterea vtrumque est uerum. s. qđ scientia uisionis animæ Christi est infinitorum, & quod non est infinitorum. Quo ad tertium, secunda cõclusio responsiua affirmatiue est, Anima Christi scit in Verbo infinita in potentia. Probatur primo. In potentia creaturæ sunt infinita. ergo scit infinita. Probatur consequentia: quia scit omnia quæ sunt in potentia creaturæ. Declaratur secundo modus istius scientiæ, & dicitur quod est ad modum simplicis intelligentiæ, & non per modum scientiæ visionis. Omnia ex supradictis clara sunt.

Ar. 1. quæst. lib. 3. com.

lib. 3. 63. 8.

Lib. 1. to. 2.

Li. 2. & 38.

¶ In responsione ad primum uide Noui tie, quod infinitum quantitatiue, accipiendo partem post partem in actu, sicut est impertransibile tam realiter, quam secundum designationem, ut est impertransibile secundum cognitionem. Et ideo dicitur, qđ ut sic, est ignorum, & implicat, quod pertranseundo cognoscatur.

p. p. q. 1. D. 11. lib. 4. de tex. 18. 19.

¶ In responsione ad secundum nota, quod responsio consistit in hac distinctione. Infiniti secundum essentiam scientia comprehensiua est infinita: infiniti autem aliter, finiti tamen secundum essentiam, scientia comprehensiua non est infinita: quia scientia est finita, uel infinita, ex finitate uel infinitate proprii obiecti, & non ex alia finitate uel infinitate. Proprium autem obiectum intellectus est, quod quid est, & ideo si quod quid est, hoc est essentia est infinita, scientia comprehensiua est infinita, & si quod quid est, seu essentia est finita, scientia est finita. Vnde cum infinita scita ab anima Christi sint finita secundum essentiam: licet infinita secundum multitudinem, non inferunt, scientiam animæ Christi esse infinitam.

¶ In

¶In hac responsione dubium occurrit ex Adam. in 3. sen. probare conante, quòd intellectus creatus non potest simul uidere infinita, ita quod distincte cognoscat quodlibet eorum, eo quòd sequeretur, quòd uisio illa esset infinitæ perfectionis in genere cognitionis: quia æquipolleret infinitis cognitionibus etiam specie distinctis, quæ ad infinita illa terminari possent: & quia Ar. 1. huius quæst. non plus potest creatura simul uidere, quam Deus possit simul facere: & quia sequeretur, q̃ eet odiũ infiniti demeriti, puta si quis uellet ex odio Dei occidere infinitos homines uiuos simul: uel charitas infiniti meriti, puta si quis ex charitate illos infinitos diligeret.

¶ Sed ex hac litera primum argumentum (quòd extra propria materiæ non uagatur) facile soluit, Lib. 1. tex. 2. 10. 2. dicendo quod uisio non est infinita, nisi essentia comprehensa sit infinita essentialiter. Et quia arguens apponit ly, in genere cognitionis, ideo ne in æquiuoco disputetur, distingue quòd si per hoc intendit quòd sit cognitio infinita simpliciter, patet responsio ex litera hac, quod scilicet consequentia nihil ualet. Nec ex eo quod una cognitio æquipollet infinitis in aliquo certo genere, sequitur quod sit infinita simpliciter, sed sat est quod sit altioris ordinis: unum siquidem individuum superioris ordinis excedit infinita inferioris ordinis, & una species altioris ordinis excedit perfectionem infinitarum specierum inferioris ordinis: sol enim est perfectior omnibus generabilibus & corruptibilibus, etiam si mũdus æternus esset. Vnde uisio animæ Christi, qua uidet uerbum, & in illo infinita, non solum æquipollet, sed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita, & tamen non est infinita simpliciter. Nec illæ cognitiones essent infinitæ perfectionis simpliciter, etiam ut cognitiones: quia infinitas simpliciter cognitionis (ut in hac habes litera) numquam habetur nisi essentia infinita essentialiter comprehendatur, quod constat non inueniri in infinitis cognitionibus infinitorum specie distinctorum, creatorum uel creabilium: quoniam & singula & omnia simul habent essentias finitas essentialiter, ut patet, si fingas infinitas species animalis, omnes enim simul ad animalis genus essentias limitatas haberent. Simile est enim de tota latitudine superficiei, quoniã omnia simul non essent actus purus, sed infra latitudinem habentium potentiam admittam. Si autem intendit quod sit cognitio infinita secundum quid, cum infinitas secũdum quid non repugnet creaturæ, nihil omnino probatur.

¶Ad secundum autem ex extraneis, scilicet ex potentia Dei, neganda est maior, quia modus intelligendi e contrario se habet ad modum, quo res in esse ponuntur. nam in intellectu adunantur diuisa, ad extra uero prodeuntia diuidũtur, quæ in causa erant non solum simul, sed unum. Et hinc fit, quod uideri simul non repugnat infinitis, producti autem simul repugnat eis.

¶ Ad tertium de merito & demerito, respondetur quod neutrum sequitur infinitum, nisi secundum quid, & non simpliciter. Magnitudo siquidem simpliciter tam meriti, quam demeriti, non ex multitudine obiectorum, sed ex quantitate essentiali sui pensatur.

¶In responsione ad tertium eiusdem tertii articuli, perspice quod tota uis responsionis cõsistit in hoc, quod proprietates infiniti, in quocumque ponatur infinitas, arctantur ad subiectũ infinitatis, puta, proprietates infiniti positi in linea arctantur ad lineam, & positi in superficie, arctantur ad superficiem, & positi in numeris paribus arctãtur ad numerum parem, & positi in motibus Saturni, arctantur ad circulationes Saturni, & sic de aliis. Su. q. 9. ar. 2. c. & inf. q. 11. ar. 5. ad 1.

Nec hoc dicitur uoluntarie, sed cum sufficienti ratione, quia scilicet infinitũ non est substantia, sed accidens: constat autem accidens non excedere suum subiectum, sed arctari ad illud. & si accidens arctatur ad subiectũ, multo magis proprietates comitantes accidentis naturam, arctantur ad idem subiectum, ut patet inductiue. Et hanc responsionem perspicaciter serua, quoniã ex illa elucescent solutiones multarum quæstionũ. & quod non inconuenit unum infinitum esse maius alio. P. p. q. 12. ar. 2. c. 4. & me. illius.

essentiam. s. Deum, attingit quidem, sed non comprehendit, ut dictum est. *Id autem infinitum, quod in creaturis est in potentia, potest comprehendi ab anima Christi, quia comparatur ad ipsã secundum essentiæ rõnẽ: ex qua parte infinitatem nõ habet. Nam etiam intellectus noster intelligit uniuersale, puta naturam generis uel speciei, quod quodammodo habet infinitatem, inquantũ põt de infinitis prædicari.

ADTERTIVM dicẽdum, q̃ id, quod est infinitum omnibus modis, non potest esse nisi unũ. Vnde & Philosoph. dicit in 1. de Cæ. * quod quia corpus ẽ ad omnem partem dimensionatum; impossibile est esse plura corpora infinita. Si tamen aliquid esset infinitum uno modo tantum, nihil prohiberet esse plura talia infinita: sicut si intelligeremus plures lineas infinitas secundum lõgitudinem, protractas in aliqua superficie finita secundum latitudinem.

Quia igitur infinitum non est substantia quædam, sed accidit rebus quæ dicuntur infinitæ (ut dicitur tertio Physico.) sicut infinitum multiplicatur secundum diuersa subiecta, ita necesse est, quòd proprietas infiniti multiplicetur, ita quod conueniãt unicuique illorum, secundum illud subiectum. Est autem quædam proprietas infiniti, quòd infinito non sit aliquid maius. Sic igitur si accipiamus unam lineam infinitam, in illa non est aliquid maius infinito. & similiter si accipiamus quamcumque aliarum linearum infinitarum, manifestũ est quod uniuscuiusque earum partes sunt infinitæ. oportet ergo quod omnibus illis partibus infinitis non sit aliquid maius in illa linea: tamen in alia linea & in tertia erunt plures partes etiam infinitæ præter istas. Et hoc etiam uidemus in numeris accidere: nam species numerorum parium sunt infinitæ, & similiter species numerorum imparium, & tamẽ numeri pares & impares sunt plures quam pares. Sic igitur dicendum est, quod infinito simpliciter quo ad omnia, simpliciter nihil est maius: infinito autem secũdum aliquid determinatum, nõ est maius in illo ordine: potest temen accipi aliquid aliud maius extra illum ordinem. Per hũc igitur modum infinita sunt in potentia creaturæ, & tamen plura sunt in potentia Dei, quam in potentia creaturæ: similiter anima Christi scit infinita scientia simplicis intelligentiæ: plura tamen scit Deus secundum hunc scientię modum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi uideat uerbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd anima Christi nõ perfectius uideat uerbum quàm quælibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis est secũdum medium cognoscendi: sicut perfectior est cognitio, quę habetur per medium syllogismi demonstratiui, quam quę habetur per medium syllogismi dialectici: sed omnes beati uident uerbum immediate per ipsam diuinam essentiam, ut in prima parte dictum est. * Ergo anima Christi non perfectius uidet uerbum, q̃ quælibet alia creatura.

¶ 2 Præt. Perfectio uisionis non excedit potentiam uisiuam: sed potentia rationalis animæ, qualis est anima Christi, est infra potentiam intellectiuam angeli, ut patet per Diony. * quarto ca. Cæ. hierar. Ergo anima Christi non perfectius uidet uerbum quàm angeli.

¶ 3 Præt. Deus in infinitũ pfecti° uidet uerbũ suum, quàm anima. c. 4. a me. illius.

¶ *Super quæst. nona articulum quartum.*

TItul°, clarus est.

¶In corpore articuli est una conclusio responsiua q̃sito affirmatiue, Anima Christi præ ceteris creaturis pfectius uidet diuinam essentiam. Probatur, uisio diuinæ essentiæ conuenit omnibus beatis secundum participationem diuini luminis, deriuati in eos a fonte diuini Verbi: sed anima Christi coniungitur propinquius uerbo Dei, & plenius recipit influxum luminis,

nis, in quo Deus uidetur. ergo. Maior probatur Ecclesiast. primo. Minor quo ad primam partem, quia coniungitur in persona; quo ad secundam, quia tamquam Vnigenitus est plenus ueritatis Ioã. primo.

¶ In responsione ad secundum, nota expositionem Maioris propositionis assumptæ in corpore articuli, in qua dictum est, q̃ visio Dei attenditur secundum participationem diuini luminis, explanatur siquidem hic, quod uisio Dei attenditur, & secundum uirtutem naturæ uidentis, & secundum lumen gloriæ: sed magis secundum lumen gloriæ quod spectat ad ordinem gratiæ. & iõ Christi anima perfectius uidet, quam angeli, præstantes uirtute intellectus naturalis: dicendo siquidé, quod magis attendũtur gradus uisionis secundum ordinem gratiæ, quam secundum ordinem naturæ, sufficienter expli- D.486.
cauit, quòd secundũ utrumque ordinem attenditur. Et hoc bene notabis, quia hinc habes, quod pari existente lumine gloriæ in homine & angelo, perfectius uidet Deũ angelus, quam homo, & merito, quia uisus acutior melius uidet, quam uisus minus acutus, ceteris paribus. Et ex hoc ulterius sequitur quòd si uerbum Dei assumpsisset in unitatem personalem angelicam aliquam naturam cum lumine gloriæ æquali illi, q̃ anima Christi de facto habet, angelus ille perfectius uideret diuinam essentiam, q̃ modo uideat anima Christi.

Sunt ergo infiniti gradus medii possibiles, inter modũ, quo Deus uidet uerbum suum, & inter modum quo anima Christi uidet ipsum. Ergo non est asserendum quod anima Christi perfectius uideat uerbum uel essentiam diuinam, quam quælibet alia creatura.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Ephes. primo, quod Deus constituit Christum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomẽ quod nominatur, non solum in hoc, sæculo, sed etiam in futuro: sed in illa cælesti gloria tanto aliquis est superior, quãto perfectius cognoscit Deum. ergo anima Christi perfectius uidet Deum, quam quæuis alia creatura.

Respon. Dicendum, quod uisio diuinæ essentiæ conuenit omnibus beatis, secundum participationem d luminis deriuati in eos a fonte uerbi Dei, secundum Ecclesiasti. primo. Fons sapientiæ, uerbum Dei in excelsis.

Huic autem uerbo Dei propinquius coniungitur anima Christi, quæ est unita uerbo in persona, quàm quæuis alia creatura. & ideo plenius recipit influentiam luminis, in quo Deus uidetur ab ipso uerbo, quam quæcumque alia creatura. & ideo præ ceteris creaturis perfectius uidet ipsam primam ueritatem, quæ est Dei essentia.

Vnde dicitur Ioa. primo. Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti a Patre, plenum non solum gratiæ, sed etiam ueritatis.

Ad primum ergo dicendum, quod perfectio cognitionis, quantum est ex parte cogniti, attenditur secũdum medium: sed quantum est ex parte cognoscentis, attenditur secundum potentiam uel habitum. & inde est, quòd etiam inter homines per unum medium, unus perfectius cognoscit aliquam conclusionẽ, quàm alius. Et per hunc modum, anima Christi, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoscit diuinam essentiam, quàm alii beati: licet omnes ipsam Dei essentiam uideant per seipsam.

Ad secundum dicendũ, quòd uisio diuinæ essentiæ excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturæ, ut in prima parte* dictum est. Et ideo gradus in ipso attenduntur magis secundum ordinem gratiæ, in quo Christus est excellentissimus, quàm secundum ordinem naturæ, secundum quem natura angelica præfertur humanæ.

Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictum est * de gratia, quòd non potest esse maior gratia, quàm gratia Christi, per respectum ad unionem uerbi, idem etiam dicendum est, & de perfectione diuinę uisionis, licet absolute considerãdo, possit esse aliquis gradus sublimior secundum infinitatem diuinę potentiæ.

¶ In responsione ad tertium circa illa uerba, licet absolute considerando possit esse aliquis gradus sublimior secundum infinitatem diuinæ potentiæ, dubium occurrit, quo nam pacto stat cum supradictis: quod gratia animæ Christi est in summo simpliciter, ita quod non est dabilis maior gratia habitualis illa, quia est in summo.

Simile siquidé iudicium est de lumine gloriæ quod est ipsa gratia consumata formaliter uel causaliter. Si enim lumen gloriæ est in anima Christi in summo, impossibile est secundum quamcumque potentiam inueniri gradum sublimiorem: sicut non potest inueniri sublimior gradus caloris, quam sit calor in summo, esset enim implicare contradictoria simul, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, quod cum in litera non dicatur, quod posset esse sublimior gradus luminis glorię nec uisionis diuinæ, sed sublimior gradus sine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, cum de facto multi sint gradus perfectiores gradu diuinæ uisionis, s. gradus substantiæ, cum quælibet substantia sit sublimior simpliciter quolibet accidente.

Sed hęc responsio dissonat a litera, quæ gradum sublimiorem possibilem dicit secundum infinitatem diuinæ potentiæ: per hoc namque manifeste significauit, quod de sublimiori, de potentia non ordinaria, sed potentia absolute loqtur. Et contextus ipse plane intellectus sonat, quod loqtur de sublimiori gradu diuinæ uisionis de cuius altitudine tractatur. Vnde & propter sensum plani contextus, & propter attributũ sublimiorę gradũ infinitati diuinę potentiæ, aliter respondetur, fatendo quòd litera loquitur de sublimiori gradu diuinę uisionis: uerum quia diuina uisio graduatur, uel ex parte luminis gloriæ, uel ex parte naturæ intellectiuæ, diuersimode assignatur sublimior gradus diuinę uisionis. Primo namque sublimatur diuina uisio ex lumine glorię sublimioris speciei, ita q̃ lumen gloriæ ponatur genus ad speciẽ unam luminis gloriæ inuenti de facto in Christo, & in aliis beatis, & aliam uel alias species luminis glorię possibiles fieri. Sed hæc positio diuinat, nec habet unde formalem seu specificam differentiam inter lumina gloriæ ostendat, cum sit unum obiectum formale absque medio, nec uarietur specie ex receptiuis, ut patet ex hoc, quod eiusdem speciei est in angelis & hominibus. Secundo itaque sublimatur diuinæ uisionis gradus ex augmento in infinitum luminis gloriæ, ita, quòd a formis terminabilibus ad summum excipitur lumen gloriæ, quod P.P.4.q. 4. est tale, quòd quocũque lumine gloriæ posito, adhuc potest poni maius. Et in Christo est lumen gloriæ in summo, secundum Dei potentiam ordinatam non secundum Dei potentiam absolute, secundum quam potest quocumque posito, semper poni maius. Et est ratio exceptionis singularis, quia solum lumen gloriæ est qualitas propria cælestis patriæ. Reliquæ namque qualitates supernaturales, aut sunt uiæ, ut fides, aut sunt communes uiæ & patriæ, ut charitas. Sed huic positioni obstat, quia secundum hoc maiori lumini gloriæ non responderet maior charitas in patria, ac per hoc nõ quanto aliquis perfectius uideret Deum, tanto maiorem charitate haberet, quia charitas ponitur in summo simpliciter in Christo, & sic lumen gloriæ posset poni maius, & charitas non posset poni maior.

¶ Relinquitur igitur, quòd alio modo, sublimior gradus diuinæ uisionis intelligatur possibilis, scilicet ex parte naturæ intellectiuæ: quia scilicet si ad æquale lumen glorię angelus assumeretur a uerbo Dei in unitatem personæ, angelus ille perfectius uideret Deum, quam anima Christi, & esset sublimior uisionis diuinæ gradus non ex sublimiori lumine, aut gradu luminis, sed ex sublimiore intellectu illuminato æqualiter. Et rursus si Deus assumeret sublimiorem angelum in unitatem personę cum æquali lumine gloriæ, perfectius ille uideret Deum quam Christus, & prior angelus: & iterum si alium sublimiorem, & sic deinceps assumeret cum æquali lumine, semper sublimior perfectius uideret. Et sic secundum infinitatem diuinę potentiæ infiniti gradus uisionis diuinæ mediant inter perfectissimam uisionẽ animæ Christi, & uisionem, qua Deus seipsum uidet. Et quia hęc responsio ab ante dictis non dissonat, & clara est absque ambiguitatibus, ideo amplectenda est.

¶ Super

¶ Super quæstionis undecimæ articulum primum.

TItulus articuli clarus est: intelligitur quippe ut sonat.
¶ In corpore est unica conclusio: Anima Christi per scientiam inditam nouit, omnia, excepta diuina essentia: Probatur.
Conueniens fuit, ut anima Christi esset omnino perfecta, ita ut eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actum; sed in illa est potentia naturalis ad cognoscendum per humanas scientias nota, & potentia obedientiæ ad sciendum omnia, quæ reuelatur a Deo hominibus: ergo utraque eius potentia est reducta ad actū: & consequenter omnia nouit per scientiam inditam, excepta essentia diuina. Hic est processus literæ.
¶ In quo primo recolendum est ex supradictis in ar. 3. q. 9. quod non intendit litera dicere, quod omnis potentia obedientiæ in Christi anima sit reducta ad actum, cum potētia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis sit: quia secundum ordinem ad id quod potest in creatura facere Deus, attenditur. Sed intendit quod omnis potentia obedientiæ ad actum naturæ animæ proportionatū, est reducta ad actū: constat autem quod cognoscere per reuelationes est actus naturæ animæ in statu tam uiæ quam patriæ locatæ proportionatus, immo debitus, ut patet de reuelationibus necessariis, & factis Ecclesiæ tam triumphanti quam militanti.
Et si quis diceret potentiam hanc esse quidem respectu animę humanæ, absolute potentiæ obedientiæ: respectu uero cuiusdem in utroque statu esse naturalem (utpote naturali conuenientia consequente statum) non aberraret. Vnde cū Christus fuerit uerus uiator & comprehensor simul, optime de ipsius anima infertur, quod utraque illius potentia reducta est ad actum. Aduerte secundò, quod ideo essentiæ diuinæ cognitio excepta est, quia non cognoscitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige, reuelationis nomine quemcumque influxum speciei cuiuscumque intelligibilis, & per cognitionem diuinę essentiæ, non quamcumq; cognitionem, sed uisionem illius. Nouit siquidem anima Christi per scientiam inditam, diuinam naturam multo magis, quam quicumque philosophus, immo quam anima separata, immo quam angeli naturali cognitione, quoniam clara reuelatione nouit Deum esse trinum in personis, & alia huiusmodi spectantia ad gratiæ ordinem, quæ angelorum naturalem cognitionem excedunt. Sed quia per eam non videbat diuinam essentiam, quam per scientiam beatam videbat, ideo excepta est cognitio diuinæ essentiæ a scientia indita. Sola autem essentia diuina excepta est, quia reliqua omnia aut ad naturalem, aut ad reuelatam cognitionem spectant, cum etiam angeli ipsi per reuelationem, hoc est per infusas species, ab anima nostra separata cognoscantur.
¶ In responsione ad secundum eiusdem articu. nota primò, quòd cum dicitur animam separatam cognoscere substantias separatas per seipsas, non est sensus, quòd intelligantur per proprias substantias, vt species intelligibiles ab anima separata: sed est sensus, quòd per seipsas, hoc est per proprias species intelligibiles, & non per species rerū sensibiliū (vt modo fit) intelligentur: sicut color dicitur videri per seipsum, quando per propriam speciem videtur. Patet autem hunc esse sensum intētum ex hoc, quòd ad primam partem se remittit, vbi in ar. 2. q. 89. determinatum est, animam separatam cognoscere substantias separatas, per species diuinitus sibi infusas. q. 9. ar. 1.
¶ Nota secūdò, quòd cum de anima Christi dicitur, q; cognouit substantias separatas per modum, quo cognoscit illas anima separata, communicatio hæc i modo cognoscendi intelligitur solum quò ad substantialitatem modi cognoscendi, & non quò ad perfectionem, hoc est, q; anima Christi communicat cum anima separata in hoc, quòd vtraq; cognoscit substantias separatas per species influxas a Deo, sed anima Christi tali modo cognoscens, & perfecte & distincte cognoscit substātias separatas, vt in quarto articulo infra patet; anima ve rò separata imperfecte nouit substātias separatas, vt in prima parte patet. Et propterea in litera hac dicitur, quòd anima separata aliqualiter nouit substantias separatas, & non dicitur absolute, quòd nouit illas.
¶ In responsione ad tertium, circa cognitionem singularium omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto in 3. sent. distin. 14. q. 3. vbi refert q; si in Christo ponitur cognitio abstractiua omnium singularium, concedendū est, cuiuslibet singularis esse propriam speciem in intellectu Christi, & consequenter duo alia, hoc est, & plures species eiusdem speciei simul in eodem, & infinitas species infinitorum singularium possibilium.

¶ Secundum

QVAESTIO XI.

De scientia indita, uel infusa animæ Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia indita, uel infusa animæ Christi. Et circa hoc quærūntur sex.
¶ Primò, Vtrum secundum hāc scientiam Christus sciat omnia.
¶ Secundò, Vtrum hac scientia uti potuerit non conuertendo se ad phantasmata.
¶ Tertiò, Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.
¶ Quartò, De comparatione huius scientiæ ad scientiam angelicam.
¶ Quintò, Vtrum fuerit scientia habitualis.
¶ Sexto, Vtrum fuerit distincta per diuersos habitus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum secundum scientiam inditā uel infusam Christus omnia sciat:

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod secundum hanc scientiam Christus non cognouerit omnia. Hæc .n. scientia indita est Christo ad perfectionem possibilis intellectus eius: sed intellectus possibilis animæ humanæ non uidetur esse in potentia ad omnia simpliciter, sed ad illa sola, in quæ potest reduci in actum per intellectum agentem, qui est proprium actiuum ipsius, quæ quidem sunt cognoscibilia secundum rationem naturalem. Ergo secundum hanc sciētiam non cognouit Chrs ea, quæ naturalē rationem excedūt.
¶ 2 Præ. Phantasmata se hēnt ad intellectum humanum sicut colores ad uisum, ut dr 3. de anima: * sed non pertinet ad perfectionem uisiuæ potentiæ cognoscere ea, quæ sūt omnino absq. colore. ergo neque ad perfectionem intellectus humani pertinet cognoscere ea, quorum non possunt esse phantasmata, sicut sunt substātiæ separatæ. Sic ergo cum huiusmodi scientia fuerit in Christo ad perfectionem animæ intellectiuæ ipsius, videtur quòd per huiusmodi scientiam non cognouerit substantias separatas.
¶ 3 Præt. Ad perfectionem intellectus nō pertinet cognoscere singularia. Videtur ergo q; per huiusmodi sciētiam anima Christi singularia non cognouerit.
SED CONTRA est, quod dicitur Isa. 11. quòd repleuit eū Spiritus sapientiæ & intellectus, scientiæ & consilij: sub quibus comprehenduntur omnia cognoscibilia: nam ad sapientiam pertinet cognitio omnium diuinorum: ad intellectum autem pertinet cognitio omnium immaterialium: ad scientiam autem pertinet cognitio omnium conclusionum: ad cōsilium autem cognitio omnium agibilium. Ergo videtur q; Christus secundum scientiam inditam sibi per Spiritum sanctum habuerit omnium cognitionem.
RESPON. Dicendum, quòd sicut prius dictum est,* cōueniens fuit vt anima Christi omnino esset perfecta per hoc quòd omnis eius potentialitas sit reducta ad actum. Est autem considerandum, quòd in anima humana, sicut in qualibet creatura, consideratur duplex potentia passiua. una quidem, per comparationem ad agens naturale: alia verò per comparationē ad agēs primum, quod potest quamlibet creaturam reducere in actum aliquem altiorem actu, in quem reducitur per agens naturale: & hęc consueuit vocari potentia obedientiæ in creatura. Vtraque autem potentia animæ Christi fuit reducta in actum, secundum hāc scientiam diuinitus inditam. Et ideo secundum eam anima Christi, primò quidem cognouit quę-

Inf. q. 12. a. 1. c. & ad 3. & 3. di. 14. ar. 3. q. 1. & q. 3. ad 2. & ueri. q. 20. a. 6. & opu. 3. c. 223.
Ex l. 3. ce. 3. 18. & 39. t. 1.
q. 7. ar. 2.
p. q. 4.

¶ Secundum dubium est etiam ex Scoto, ibidem probante, quod in Christo non fuit cognitio intuitiua per species infusas omnium singularium quæ sunt, fuerunt, & erunt: tum, quia species infusa repræsentat obiectum, ut abstrahit ab actuali existentia, quia eodem modo repræsentat obiectum, siue existat, siue non existat, ac per hoc nō est ratio cognoscendi existēs, ut existēs: tum, quia ueritates cognoscibiles cognitione intuitiua, sunt ueritates contingentes, quæ non possunt cognosci per quascumque species innatas, quia ex cognitione terminorum contingentium non potest cognosci ueritas complexorum contingentium de illis terminis, quia illarum complexionum ueritas non includitur in illis terminis, quemadmodum ueritas necessaria complexionis scibilis clauditur in extremis.

¶. praeced. arti. 2.

¶ Tertium dubium est, quia ex ratione literæ male uidetur concludi in anima Christi per scientiam infusam notitia omnium singularium, quia ex plenitudine prudentiæ in anima Christi non habetur cognitio omnium singularium, sed agibilium tantum, cum prudentia ut ratio agibilium, extra agibilia autem sunt & singularia factibilia (quę spectant ad artem) & singularia etiam agibilia nec factibilia, ut singularia speculabilium, ut sunt singularia arenæ, seminum, animalium, & huiusmodi.

p. 3 pro.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod species intelligibiles infusæ non per accidens, sed ex suo genere, non solum sunt alterius rationis a speciebus acquisitis, quia habent aliud obiectum formale (ut contingit inter species innatas angelis & acquisitas a nobis) sed sunt longe alterius ac altioris ordinis, quia sic sunt similitudines naturæ, puta, leonis naturæ, quod repræsentant ea, in qua cumque dispositione accidentali subsit, ita quod per unam speciem potest intellectus cognoscere quidditatiue leonem & omnia eius individua, secundum individuales conditiones, & intueri leones omnes actu existentes. Nec hoc est mirabile, ita quod sit incredibile: sed ratione fultum, quia scilicet, huiusmodi species sunt exemplatæ a diuina essentia, quæ una existens est similitudo, ita cuiusque propria, ut nihil in quocumque prætermittatur irrepræsentatum distinctissime. Si enim hoc de facto fatemur inueniri in diuina essentia r espectu omnium, cur non possibilem fatemur, in multis illius participationibus inueniri? quod quælibet earum repræsentat aliquam unam naturam cum suis quomolibet accidentibus, ut quod unite prehabetur in essentia diuina super omnes ordines diuisim, participetur in aliquibus speciebus spectantibus ad supremum ordinem cognoscitiuorum, quales, sunt substantiæ separatæ, & animæ supernaturali lumine illustratæ.

¶ Vnde ad primum dubium respondetur, negando illationem primam, & dicendo quod una species superioris ordinis seu infusa ex suo genere, potest sufficere ad notitiam abstractiuā, hoc est quidditatiuam, tam speciem, quam singularis, ut singulare est: nec oportet multiplicare species illas iuxta numerum singularium. Reliquę autem consequentiæ, quia istam primam supponunt, manifeste ruunt.

¶ Ad secundum uero dubium dicitur, quod quia Christi animæ attribuenda est scientia infusa absque diminutione, ideo asserendum est, Christum notitia intuitiua infusa uidisse omnia individua, ut in hac litera dicitur.

¶ Et ad primam obiectionem respondetur, quod falsum est, speciem infusam ex suo genere, abstrahere necessario actuali existētia: nam talis species potest repræsentare naturam, puta

sunt per uirtutem luminis intellectus agentis: sicut sunt quæcumque pertinent ad scientias humanas. Secundo uero per hanc sciētiam cognouit Christus omnia illa, quę per reuelationem diuinam hominibus innotescunt, siue pertineant ad donum sapientiæ, siue ad donum prophetię, siue ad quodcumque donum Spiritus sancti. Omnia enim ista abundantius, & plenius ceteris cognouit anima Christi: ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognouit, sed solum per primam, de qua supra dictum est.*

G

Ad primvm ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de potentia naturali animæ intellectiuæ, quę. s. est per comparationē ad agens naturale, quod est intellectus agens.

Ad secvndvm dicendū, quòd humana anima in statu huius uitæ, quo quodammodo est ad corpus obligata, ut sine phantasmate intelligere non possit, non potest intelligere substantias

H

præsentiū, & prouidentia futurorū, ut Tul. dicit in sua Rheto.* Quia igitur Christus habuit plenitudinē prudētiæ s'm donū cōsilii, cō sequēs ē q cognouerit oīa singularia præsentia, ꝑterita, & futura.

F leoniam, secundum omnia prædicata quidditatiua, & secundum individuales conditiones & existentias quas habet, ac coniuncta in ea accidentia, utpote exemplata a diuina essentia, ut exemplari talis naturæ sic & sic individuatæ, ac existentis, & qualificatę ac quantificatæ. Ad probationem uero, quia siue existat siue non, eodem modo repræsentat: respondetur, quod repræsentare eodem modo contingit dupliciter, uel ex parte representati, & sic falsum est, quod eodem modo repræsentet leonem, siue existat, siue non, quia existente leone repræsentatur existens: non existente autem, non repræsentatur existens. Vel ex parte representāris, & sic uerum est quod eodem modo repræsentat: non enim mutatio fit in specie illa per hoc quod repræsentat naturam leoninam in hoc nunc de nouo existentem, sed eodem modo se habet ex parte sui: uerum ipsa natura leonina in re mutationem patitur. Et breuiter ita respondetur de istis speciebus in anima Christi, sicut de essentia diuina, ut repræsentat hæc eadem, de qua constat quod repræsentat eodem modo, ex parte repræsentatis, diuersimode autem ex parte repræsentati. Et per hæc patet responsio ad secundam obiectionem, quia supponit hoc falsum, scilicet quod species istæ sint species adequate terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quod species istæ quæ in anima Christi sunt, sunt adeo altioris ordinis, ut imitentur diuinam essentiā, ut repræsentantem ueritatē contingentium & nō solum ut repręsentantem naturam quamlibet scām se. Et propterea animam Christi intuitiue, perfecte per illas uidet prętérita, præsentia, & futura.

Par. 1. q. 14. a. 5.

Lib. 2. de anima. fol. 4. 2. fin. lit.

Dam.

I ¶ Ad tertium dubium notandum est, quantum seipso doctior fuerit Auctor hic, quoniam in 3. senten. distinct. 14. q. 1. articulo 3. q. 1. & in q. de uer. q. 20. ar. 6. modificans infusam Christo scientiā eximit ab ea non solam diuinam essentiam, sed singularia, ut cogitatione cordium, quia non pertinent hæc ad perfectionem humani intellectus, tam secundum naturæ, quam gratiæ statum. Hic autem perspicacius discernens intellectus practici perfectionem a perfectione intellectus speculatiui humani, probat per hanc scientiam animam Christi nosse omnia singularia præterita, præsentia, & futura, quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et uere sic est, non solum de cogitationibus hominum, sed de omnibus singularibus, quia omnia subiecta sunt prouidentiæ Christi inquantum homo, ut patet ex auctoritate Apostoli ad Hebræ. 2. & ipsius domini, Matthæi ultim. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non solum monasticæ, sed politicæ, immo regalis, immo monarchicę totius uniuersi (cuius prudentiæ constat partem esse

K prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Christo, etsi non in aliis hominibus, spectare cognitionem omnium singularium quæ sunt subiecta prouidentiæ suæ. Constat autem ex prima ad Corint. 15. Quod omnia sunt Christo homini subiecta, præter eum, qui subiecit sibi omnia. ergo sola essentię diuinæ uisione exceptā, aīa Christi per scientiā infusam scit quęcumq; scit Deus scientia uisionis.

Et per clare patet responsio ad obiecta.

¶ Sed

¶ Super Quæstionis undecimæ Articulum secundum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio. Anima Christi secundū scientiam infusam poterat intelligere absque conuersione ad phantasmata. Probatur. Conditio animæ comprehensoris est, ut nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat. ergo animæ beatæ ante & post resurrectionem intelligere possunt absque conuersione ad phantasmata. ergo anima Christi potuit intelligere absque conuersione ad phantasmata. Antecedens manifestatur, quia post resurrectionem, ex anima redundabit gloria ad corpus. Et prima consequentia probatur: quia indigere conuersione ad phantasmata, est ex hoc, quòd anima est corpore obligata, & quodammodo est subiecta, & ab eo dependens: secunda uero cōsequentia probatur: quia Christus ante passionem fuit simul uiator & comprehensor; comprehensor præcipue ex parte animæ intellectiuæ, uiator ex parte corporis.

¶ Circa efficaciam istius processus, dubium statim occurrit: quia concesso toto, non infertur propositæ quæstionis intenta conclusio. Nā conclusio inferenda est, quòd ăia Christi potest absque conuersione ad phantasmata intelligere secundum scientiam infusam: in litera autem infertur non dicta conclusio, sed absolute, quod absque conuersione ad phāsmata anima Christi potuit intelligere.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ Auctor solicitus fuit non circa uerba, sed circa illud, in quo consistit difficultas. Concurrentibus autem duobus simul ad propositam quæstionem. s. potentia intellectiua, & habitu sciētiæ infuso, & cū ex parte sciētiæ ex suo genere infusæ, nulla habeatur rō uinculi ad phātasmata, quin potius ex hac parte habetur eleuatio supra phātasmata, restat ut tota difficultas ex parte intellectus, qui naturali necessitudine deuinctus, experitur, phantasmatibus se teneat, an scilicet naturale uinculum inter intellectum humanum & phantasmata efficiat, ut non possit etiam infusa uti scientia, nisi conuertendo se ad phantasmata. Et ideo difficultatis huius ueritate aperta, monstrando quòd intellectus comprehensorum, ac per hoc animæ Christi, non obligatur ad phantasmata, pro

Inf. art. 4. q. 5. & q. 14. art. 2. ad 3. & 3. dist. 14. q. 1. art. 2. ad 2. & dist. 14. art. 3. q. 2. & 1. & 2. & ver. q. 10. ar. 3. ad 1.

Li. 4. ca. 6.

Lib. 2. de uentate fol. 4. fin. libr.

Dam.

q. 15. art. 10.

A constanti & claro dimissum est quid dicendum sit ad quæsitū. 1. q̄ potuit secundum infusam scientiam Christi anima intelligere absque conuersione ad phantasmata.

¶ In eodem processu dubium occurrit ex Duran. in 3. senten. distin. 14. q. 2. tenente oppositam conclusionem, hoc est, quòd Christus indigebat conuersione ad phantasmata in usu scientiæ infusę. Et ratio eius est: quia scientia infusa erat perfectio animæ Christi, secundum quòd erat uiator: naturalis autem conditio uiatoris est indigentia phantasmatum ad usum sciētię. Sed hęc ratio facile apparet infirma ac uoluntaria: quoniam scientia infusa est perfectio animę Christi, aut absolute, aut secundum quod nata est communicare cum angelis in habendo scientiam infusam, quod constat conuenire animæ humanę non in uia, sed in termino, in statu scilicet separationis. Vtro autem modo sit, liquet q̄ non est pfectio Christi, inquantum erat uiator. Et quoniam erat simul uiator & comprehensor, ex litera hac habes rationem, quare magis usus huius scientiæ sequitur conditiones comprehensoris, quam uiatoris: quia scilicet in Christo hæc inuenitur differentia, quòd conditiones uiatoris habuit ex parte corporis, conditiones uero comprehensoris habuit maxime ex parte animę intellectiuę, ad quam constat spectare scientiā infusam. Falsum est ergo scientiam infusam esse perfectionē animæ Christi, inquātum uiator erat, cum ratio ducat ad oppositum.

D. 190.

D. 752.

D. 285.

¶ In responsione ad primum circa illud uerbum, Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere spēs itelligibiles, cautus esto: quoniam sumuntur hic species intelligibiles ut species intelligibiles, hoc est, ut repsentatiuę sunt, hoc est secundum repræsentata per illas, & non secundū quod sunt secundum se res quędam; sic. n. ad repræsentatorum ordinē spectant; finis. n. intellectiuæ potentiæ est intelligere res intelligibiles, quæ non nisi per species intelligibiles aut earum uices seu locū tenentes repræsentant. Quo circa dīa in litera posita inter phātasmata & spēs itelligibiles in hoc, q̄ nō illa sed istas cognoscere est finis intellectus, intelligit ēt sumēdo utraq; in repræsentando. Phantasmata. n. sunt singularium: species autem quidditatum. Finis autē intellectus nostri est, nosse quod quid est, vtpote propriū obiectū, & nō est nosse materialia singularia, quorū tm

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus hac scientia uti potuerit, non conuertendo se ad phantasmata.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non potuerit intelligere secundum hanc scientiam, nisi B conuertendo se ad phantasmata: quia, ut dicitur 3. de Anima, phantasmata comparantur ad animam intellectiuā humanā, sicut colores ad uisum: sed potētia uisiua Christi non potuit exire in actum, nisi conuertendo se ad colores. ergo etiam neq; anima intellectiua eius potuit aliqd intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata.

¶ 2 Præt. Anima Christi ē eiusdē naturæ cū animab⁹ nostris, alio quin ipse nō esset eiusdē speciei nobiscū, contraid quod Apost. dicit Phil. 2. q̄ est in similitudinē C hominum factus: sed anima nostra non potest intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata. ergo etiam neque anima Christi.

¶ 3 Præt. Sensus dati sunt hoī, ut deseruiant intellectui. Si igitur aīa Christi itelligere potuit absq; conuersione ad phantasmata, q̄ per sēsus accipiūtur, sequeretur quòd sensus frustra fuissent in aīa Christi, qđ est incōueniēs. ui detur igit quòd anima Christi D non potuerit intelligere, nisi cōuertendo se ad phantasmata.

SED CONTRA est, quòd anima Christi cognouit quędā, quæ p phātasmata cognosci nō possūt, scilicet substantias separatas. Potuit igitur intelligere, non conuertendo se ad phantasmata.

RESPON. Dicendum, q̄ Christus in statu ante passionē, fuit E simul uiator & cōprehensor, ut infra magis patebit. * Et p̄cipue quidem, cōditiones uiatoris habuit ex parte corporis inquantū fuit passibile, cōditiōes uerò cōprehensoris maxime habuit ex parte animæ intellectiuæ. Est autem hæc conditio animæ comprehensoris, ut nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat, sed totaliter ei dominetur. Vnde & post resurrectionē, ex anima gloria redundabit ad corpus. Ex hoc autem anima hominis uiatoris indiget ad phantasmata conuerti, quòd est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens: & ideo animæ beatæ, & ante resurrectionem & post, intelligere possunt absque cōuersione ad phantasmata. Et hoc etiam oportet dicere de anima Christi, quæ plene habuit facultatem comprehensoris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd similitudo illa, quam Philosophus ponit, non attenditur quātum ad omnia. Manifestum est enim quòd finis potentię uisiuæ est cognoscere colores: finis autem potentiæ intellectiuæ non est cognoscere phātasmata, sed cognoscere species intelligibiles, quas apprehendit a phantasmatibus, & in phantasmatibus secundum statum p̄sentis uitę. Est igitur similitudo, quantum ad hoc, ad quod aspicit utraque potentia: non autem quantum ad hoc, in quod utriusq; potentiæ conditio terminatur. Nihil autem prohibet, secundum diuersos status ex diuersis rem aliquam ad suum finem tendere: finis tamen proprius alicuius rei semper est unus: & ideo licet uisus nihil cognoscat absque colore, intellectus tamen secundum aliquem statum potest cognoscere absque phantasmate, sed non absque specie intelligibili.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ licet anima Christi fuerit eiusdē naturæ cum animabus nostris: habuit tamen aliquem statum, quem animæ nostræ non habēt nuncin re, sed solum in spe, scilicet statum comprehensionis.

AD TERTIVM dicendum, q̄ licet aīa Christi potuerit intelligere absque conuersione ad phantasmata in usu scientiæ infusę. Et ratio eius est: quia scientia infusa erat perfectio animæ Christi, secundum quòd erat uiator: naturalis autem conditio uiatoris est indigentia phantasmatum ad usum sciētię. Sed hęc ratio facile apparet infirma ac uoluntaria: quoniam scientia infusa est perfectio animę Christi, aut absolute, aut secundum quod nata est communicare cum angelis in habendo scientiam infusam, quod constat conuenire animæ humanę non in uia, sed in termino, in statu scilicet separationis. Vtro autem modo sit, liquet q̄ non est pfectio Christi, inquantum erat uiator. Et quoniam erat simul uiator & comprehensor, ex litera hac habes rationem, quare magis usus huius scientiæ sequitur conditiones comprehensoris, quam uiatoris: quia scilicet in Christo hæc inuenitur differentia, quòd conditiones uiatoris habuit ex parte corporis, conditiones uero comprehensoris habuit maxime ex parte animę intellectiuę, ad quam constat spectare scientiā infusam. Falsum est ergo scientiam infusam esse perfectionē animæ Christi, inquātum uiator erat, cum ratio ducat ad oppositum.

¶ In responsione ad primum circa illud uerbum, Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere spēs itelligibiles, cautus esto: quoniam sumuntur hic species intelligibiles ut species intelligibiles, hoc est, ut repsentatiuę sunt, hoc est secundum repræsentata per illas, & non secundū quod sunt secundum se res quędam; sic. n. ad repræsentatorum ordinē spectant; finis. n. intellectiuæ potentiæ est intelligere res intelligibiles, quæ non nisi per species intelligibiles aut earum uices seu locū tenentes repræsentant. Quo circa dīa in litera posita inter phātasmata & spēs itelligibiles in hoc, q̄ nō illa sed istas cognoscere est finis intellectus, intelligit ēt sumēdo utraq; in repræsentando. Phantasmata. n. sunt singularium: species autem quidditatum. Finis autē intellectus nostri est, nosse quod quid est, vtpote propriū obiectū, & nō est nosse materialia singularia, quorū tm

sunt phantasmata quæ non nisi reflexione, aut extensione attinguntur ab intellectu,

¶ *Super quæstionis 11. articulum sextum.*

TItulus, ut sonat, sumendus est,

¶ In corpore unica distinctio est bimembris, cum conclusionibus singulis, iuxta singula membra. Distinctio: scientia discursiua seu collatiua dicitur dupliciter, uel quo ad acquisitionem, uel quo ad usum. Prima conclusio est. Scientia infusa animę Christi non est collatiua secundum acquisitionem. Probatur: quia fuit non per inuestigationem acquisita, sed diuinitus indita. Secunda conclusio est. Scientia huiusmodi potuit esse collatiua, quantum ad usum. Probatur, quia poterat, ut sibi placebat, uti illa, & manifestatur de facto in Christi discursu Matth. 17. Omnia clara sunt in litera.

3.d.14.ar.1.q.3. & ueri. q.10.ar.3.ad 2.

lib.3.c.14.nō procul a fin. & lib.2.c.22.

q.prec.ar.2.

¶ *Super Quæstionis vndecimę Articulum quartum.*

Ca. 7. inter prin. & medium.

TItulus clarus.

¶ In corpore articuli estuncia distinctio bimembris, cum singulis conclusionibus.

q.5.ar.3.

Distinctio est; Scientia indita animæ Christi potest dupliciter considerari: primo secundum id, quod habuit ex causa influente; secundo secūdum id quod habuit ex subiecto recipiente. Prima conclusio est. Scientia indita animę Christi est multo excellentior scientia angelorum, quantum ad id, quod se tenet ex parte Dei influentis, quo ad duo, hoc est multitudinem cognitorum, & certitudinem cognitionis. Probatur, quia lumen spiritualis gratiæ inditum animæ Christi est multo excellentius, quam lumen naturaliter inditum naturæ angelicæ. Secunda con

gere, non cōuertendo se ad phātasmata: poterat tamen intellige re, se ad phantasmata conuerten do: & ideo sensus non fuerunt frustra in ipsa, præsertim cum sensus non dentur homini solum ad scientiam intellectiuam, sed etiam ad necessitatem uitæ animalis.

ARTICVLVS III.

Vtrum hæc scientia fuerit collatiua.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd anima Christi hanc scientiam non habuerit per modum collationis. Dicit enim Damasc. in lib.3.* In Christo non dicimus cōsilium, neque electionem. Non autem remouentur hæc a Christo, nisi inquantum important collationem & discursum. ergo uidetur quòd in Christo non fuerit scientia collatiua uel discursiua.

¶ 2 Præt. Homo indiget collatione & discursu rationis, ad inquirenda ea, quæ ignorat: sed anima Christi cognouit oīa, ut supra dictum est. * non ergo in ea fuit scientia discursiua uel collatiua.

¶ 3 Præt. Scientia aīæ Christi se habuit per modū cōprehēsorū, qui angelis conformantur, ut dr Matth. 22. sed in angelis non est scientia discursiua, seu collatiua, ut patet per Dio. * 7. c. de di. no. ergo nec etiam in aīa Christi fuit scientia discursiua seu collatiua.

SED CONTRA est, quòd Christus habuit animam rationalē, ut supra habitū est. * Propria autem operatio animæ rationalis ē conferre & discurrere de uno in aliud. ergo in Christo fuit scientia discursiua uel collatiua.

RESPON. Dicendū, q aliqua scientia post esse discursiua uel collatiua dupliciter. Vno mō, quantū ad sciētiæ acquisitionē, sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendū unum per aliud, sicut effectus p causas, uel econuerso. Et hoc modo sciētia aīæ Christi non fuit discursiua uel collatiua: quia hæc sciētia, de qua nunc loquimur, fuit sibi diuinitus indita, nō per inuestigationem rationis acquisita. Alio modo, pōt dici aliqua sciētia discursiua uel collatiua, quātū ad usū: sicut interdum sciētes, ex causis concludūt effectus, nō ut de nouo addiscant, sed uolētes uti sciētia, quā iam habēt. Et hoc modo scientia aīæ Christi poterat esse collatiua & discursiua: poterat. n. ex uno aliud concludere, sicut sibi placebat. Sicut Matth. 17. cum Dns quæsisset a Petro, a quibus reges terræ tributum acciperent, ea filiis suis, an ab alienis, Petro respondente, quod ab alienis concluſit, ergo liberi sunt filii.

AD PRIMVM ergo dicendum, q a Christo excluditur consiliū, quod est cum dubitatione; & per consequens electio, quæ in sui ratione tale consilium includit. Nō autem a Christo excluditur usus consiliandi.

AD II. dicendum, quod ratio illa procedit de discursu & collatione, prout ordinantur ad scientiam acquirendam.

AD III. dicendum, quod beati conformantur angelis, quātum ad dona gratiarum, manet tamen differentia, quæ est secundum naturam, & ideo uti collatione & discursu, est connaturale animabus beatorum, non autem angelis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hæc scientia in Christo fuerit maior scientia angelorum.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, q huiusmodi sciētia in Christo fuerit minor, quā in angelis. Perfectio enim proportionatur perfectibili: sed anima humana secundum ordinem naturæ est infra naturam angelicam. Cùm igitur scientia, de qua nunc loquimur, sit indita animæ Christi ad perfectionem ipsius, videtur quod huiusmodi scientia fuerit infra scientiam, qua perficitur natura angelica.

¶ 2 Præt. Scientia animę Christi fuit aliquo mō collatiua & discursiua, qđ non pōt dici de scientia angelica. ergo sciētia animæ Christi fuit inferior scientia angelorū.

¶ 3 Præt. Quanto aliqua scientia est magis immaterialis, tanto est potior: sed scientia angelorum est immaterialior, quam scientia animę Christi: qa anima Christi est actus corporis, & habet conuersionem ad phantasmata, quod de angelis dici non potest. ergo sciētia angelorum est potior, quam scientia Christi.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit Heb. 2. Eum autem, qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionē mortis, gloria & honore coronatum. Ex quo apparet, quod propter solam passionem mortis dicatur Christus ab angelis minoratus: non ergo propter scientiam.

RESPON. Dicendum, quòd

clusio est. Scientia indita animæ Christi, quantum ad id quod se tenet ex parte subiecti recipientis, est infra scientiam angelicam. Manifestatur, quia modus cognoscendi naturalis animæ humanæ est inferior angelico, ut patet ex collatione, & discursu, & phātasmate.

¶ Nota hic, quod formalis differentia inter has duas cōditiones scientiæ infusæ animæ Christi, consistit in diuersitate eius, quod se tenet ex parte gratuiti influxus, & eius quod se tenet ex parte subiecti.

Et primus quidem effectus gratuiti influxus uidetur lumen gratiose inditū animæ Christi, quod extendens se, & ad tot & ad tam excellsam certitudinem parit duos hos effectus, hoc est quod anima Christi per infusam scientiā multo plura cognoscit, quam angeli (quia scit omnia creata, quę quandoque sunt) & certius scit etiam illa, quorum cognitio cōmunis est sibi & angelis.

Primum autem consequens subiectum recipiens, est modus recipiendi scientiam, quia scilicet recipit illam diuisim, per ipecies minus uniuersales, quam sint ipecies angelicæ, hoc enim ex parte subiecti se tenet, ut in articulo sexto huius q. patet, & hic effectus ac defectus est essentialis scientiæ infusæ. Alii autem effectus, scilicet cōferre, discurrere &c. sunt accidentales, quia possunt adesse & abesse huic scientiæ, & eius usui. Verum, quia manifestiores sunt isti, & ille seruabatur sexto art. (ubi ex proposito tractandus erat, tamē proprias habens difficultates) ideo Auctor horum in litera hac meminit, non tā quam in his consisteret essentialis differētia, sed tamquam in istis sat esset manifestare defectum sciētiæ infusæ ex parte subiecti. Et potes hos effectus collationes, discursus & phan-

phantasmatum eleuare,& dicere,licet actualiter discursu aut phãsmate uti sit accidentale scientiæ infusę,attamen scientia infusa animæ Christi ex hoc ipso,quòd apta nata est compati in suo usu discursum ac phantasmata, manifestatur a posteriori essentialiter consequente,inferior scia angelica, quæ nec discursum, nec phantasma patitur, suo admisceri usui.Et quòd Auctor ab essentiali proprietate in 3.artic.ia manifestata, declarauit intentum hic, a notioribus tradens doctrinã reseruans proprio loco essentialẽ differentiam de particularitate specierũ. ¶ Circa doctrinam p dictam eent duo dubia ex Sco.in 3. sent. dist.14.q.4. Alterum de perfectione seu nobilitate specierũ infusarum aiæ Christi:sed quoniam Auctor ad sextum hoc differt articulum, ideo illic tractandum reseruetur. Alterum de actualis ac intuitiuæ cognitionis perfectione, quam anima Christi habuit in proprio genere, q̃d hic tractandum est. Tenet siquidẽ, quòd anima Christi imperfectius quocumque angelo intuitiue cognouerit in proprio genere quicquid in rerum natura utrique datum est.Et ratio sua est, quia obiectum idem respectu utriusque, & intellectus animę Christi est imperfectior, quam intellectus angeli. Reprimęda uox,ponens os in cælum: sed quia ex errore in principijs procedit, excusanda uenit: prouenit enim hic error ex illo falso principio, Notitia intuitiua in proprio genere non est per speciem.& rursus, ad huiusmodi notitiam concurrit solus intellectus cum obiecto. Primum enim iam ex dictis patet eẽ falsum. secundum uero ex requisito lumine infuso ad cognitionem supernaturalem rerum in proprio genere,arguitur falsitatis.Et potes tu ex hoc lapsu arguere principia hęc esse falsa, ut pote deducentia ad infandam de Christi anima sententiam:est namque secundum gratuita dona animę intellectiuę non minoratus ab angelis, sed super omnes angelos sublimatus,cum non nisi paulominus, hoc est, secundum corporis passionem, ut exponit Apostolus ad Heb. 3. fuerit minoratus ab angelis. Cognoscit ergo anima Christi tam abstractiue, quam intuitiue per infusas species in proprio genere res longe perfectius,q̃ quicunque angeli, & hoc excellentiori lumine gratuito sibi collato,quam sit lumen naturale angelorum,ut in litera dicitur.

D. 14. ii4.

Sup.q.10 3.& 14.ar.1. ad 1.& q.9 ar.4.& q.8 ar.6.c.& di.14.ar.1. a.ad 1.& 2.c. & q. 2. c. 4.di.14.ar.1. q.1.ar.1. ad 1.& q.2. ar.3.a.1. & 4.c.& ad 2.c. & 6.c. & q.9.ar.1.

q.10.art.2.

Super quæstionis undecimæ articulum quintum

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio.Scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Probatur, Modus scientiæ inditæ animæ Christi fuit conueniens subiecto recipienti.ergo scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Antecedens probatur: quia receptum est in recipiente per modum recipientis. Consequentia uero probatur: quia modus connaturalis animæ humanæ est, ut recipiat scientiam per modum habitus.Probatur hoc.Modus connaturalis animæ humanæ est,ut quandoque sit intelligens actu & quandoque in potentia. ergo modus connaturalis eiusdem est, ut quandoque sit in habitu, quia medium inter puram potentiam,& actum completum est habitus, & medium est eiusdem generis cum extremis, hoc est si extrema sunt naturalia, medium est naturale:& si extrema sunt connaturalia, medium est connaturale: hoc enim ad idemptitatẽ generis spectat: quia penes unitatem subiecti communis extremis & medio attenditur genus.Et sicut est naturalis uia inter extrema p medium, ita oportet esse connaturalem uiã per medium in illo, cui utrumque extremum est uicissim cõnaturale, alioquin transitus de connaturali extremo ad aliud connaturale extremum,non esset connaturalis, aut sine medio, extremis non habentibus medium, quorum utrumque a naturæ ordine exorbitat. Ar.prꝯced.

¶ In responsione ad primum aduerte, quod ideo cognitio animæ Christi, qua uidet uerbum, dicit perfectissima simpliciter; quia tam negatiue,quã positiue est perfectissima inter omnes creatas cognitiones. Est namque ita pfecta,quod nulla est pfectior ipla,& ipsa est omni alia perfectior,quia non hẽt parem:scientia autem ipsius infusa dicitur perfectissima, non simpliciter,quia neutro modo est perfectissima, sed in genere, hoc est genere cognitionis rerum in proprio genere.In hoc siquidem genere est perfectissima, & negatiue, quia nulla scientia in proprio genere inuenitur perfectior illa,quæ data est animæ Christi:& positiue, quia ipsa est perfectior qualibet alia scientia in proprio genere inuenta,tam in hominibus,quam in angelis.

¶ In responsione ad secundum nota primo,quòd cum multipliciter potuisset argumento secundo satisfieri, puta ex parte ipsius habitus,dicendo quòd licet non posit tali modo,hoc est numerãdo unum post aliud exire in actum cognitionis infinitorum, quæ habitualiter nouit, potest tamen exire in actum cognitionis eorundem alio modo.s.simul cognoscendo actu quæcumque per unam speciem repræsentatur, ita quòd cognitio sit successiua quò ad numerũ spẽrum intelligibiliũ, quæ sunt finitæ, & non quò ad numerum per illas cognitorum, quæ sunt infinita.Nec exigit ha-

bitualis cognitio infinitorum, ut possit exire in actum tali modo, scilicet numerando cognita unum post aliud: quoniam non sic est in potentia ad actum consumandum, sed ad actus inconsumabiles. Maluit tamen Auctor alia uia soluere, hoc est ex parte uoluntatis, quę est reductiua habitus de otio in operationem, & docere, quod quia uoluntas indeterminata se habet ad infinita, ad hoc deseruit infinitas habitualiter cognitorum, ut uoluntas ad quodcumque infinitorum maluerit habitu utatur, quod non esset in potestate sua, si habitualis cognitio ad infinita se nō extenderet. Quo fit, ut non frustra sit infinitas cognitorum habitualiter, licet non omnia actualiter in usū cognitionis ueniant, quia ad hoc est necessaria, ut ad quodcūque maluerit applicari possit habitus pro loco, tempore, negotio, fine, & huiusmodi.

¶ Super quæst. undecimæ articulum sextum.

TItulus clarus est.

De scientia siquidē infusa quæritur, an sit infusa Christo in unica specie seu habitu, an in diuersis. Et rō dubii, excellentia magna talis scientiæ infusæ animę Christi.

¶ In corpore unica est conclusio respōsiua quęsito. Scientia indita animæ Christi fuit distincta secundum diuersos habitus. Probatur. Habitus scientiæ diuersificatur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientiæ inditæ animæ Christi inuenitur diuersitas generis scibilis. ergo scientia indita animæ Christi distinguitur in diuersos habitus. Maior probatur ex 1. Post. Minor quę non nisi implicite ex litera habetur, hoc est in sua probatione, probatur in litera sic. Connaturale est animę humanæ, ut recipiat species in minori uniuersalitate, quam angeli, ita scilicet quod diuersas naturas specificas per diuersas species intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita animę Christi habuit modū connaturalem animæ humanæ. ergo scientia indita animæ Christi est distincta per species intelligibiles secundum diuersitatem naturarum specificarum. Hoc autem nihil aliud est, quam scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nam si diuersificatur secundum diuersas naturas specificas, multo magis distinguitur secundum diuersa genera scibilia, cum minor sit distinctio per genera scibilia, quam per specificas naturas: quoniam sub uno genere scibili comprehenduntur multę naturæ specificæ, ut patet ex supra dictis.

¶ Et scito, quòd cum hic dicitur species intelligibiles oportere diuersificari secundum diuersas naturas specificas, intelligendum est de naturis proprie, hoc est substantiis, nam per unam & eandem speciem infusam intelligit anima Christi substantiam & proprietates accidentiaque eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infusas dearticulari ad naturas specificas, ut præcise repræsentent eas & non principia indiuiduantia, ut faciunt species intelligibiles abstractę a phantasmatibus, & quales fuerunt species infusæ primo homini: quoniam species infusæ animæ Christi, sunt non per accidens: sed ex suo genere infusæ, & ita ad naturas substantiarum specificas arctantur. ut simul indiuidua earum ostendant distincte, alioquin aut non nouisset hac scientia omnia, aut infinitæ species ponerentur, quorum utrumque esse falsum monstratum est.

¶ Circa hanc doctrinam iunctam respōsioni ad primum dubium superius relatum ex Scot. in 3. sentent. distin. 14. q. ult. uolente, quòd species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerunt perfectissimæ, quia sicut ponitur animæ Christi collatam esse gratiā summam possibilem creaturæ, ita probabile est infusas esse sibi spēs perfectissimas & nobilissimas, per quas perfectissime nouit habitualiter res cognitione abstractiua.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ proportionalis similitudo assumpta est falsa. Ad cuius euidētiam sciendum est, quòd dono gratiæ respondet directe donum gloriæ, & consequenter sicut animæ Christi collata ponitur summa gratia, ita collata est summa gloria, ad quam spectat cognitio beata, & non cognitio infusa de qua est qō. Vnde, quia cognitio infusa non respondet gratię, consequēs est, ut, male assumpta sit similitudo proportionalis, ut sicut ponitur summam habere gratiam, ita ponendum est habere summas species infusas. Et si quæratur, cur gratia, gloria, & uisio beata non modificantur & articulantur iuxta modum naturalem animæ humanæ, scientiam autem infusam modificari ponitur in litera ad naturalem modum animæ humanę, & ideo species eius intelligibiles esse minus uniuersales, ac per hoc minus perfectas, quàm species angelorum: respondendum est ex responsione ad primum in ar. præced. quòd uisio beata, & hmōi, sunt de ordine connaturalium soli diuinæ naturæ, ac per hoc superexcedentium modum cuiuscumque naturę creatę. Et propterea non articulantur aut modificantur ex modo naturali animæ uel angeli. Scientia autem infusa est de ordine connaturaliū creaturis scilicet angelis, & animabus nostris in statu separationis, ac per hoc est de ordine proportionatorum modo humanæ naturę, & propterea merito ponitur ipsam modificari & de articulari, iuxta connaturalem modum humanæ naturæ, ac per hoc, ut in litera dicitur, ponitur species ipsius esse minus uniuersales & imperfectiores, quam sint species angelicę. Cum qua tamen imperfectione specierū stat, q̄ scientia infusa animę Christi, quo ad euidētiam, certitudinem, multitudinemq; cognitorum fit perfectior scientia angelica, p̄p excellentius lumen, ut prædictū est.

¶ In responsione ad tertiam eiusdem art. 6. nota, q̄ sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostram concurrere tria. s. obiectū in sua specie intelligibili, & intellectum possibilem elicientem intellectionem, & lumen intellectus agentis, quo clarent immediate principia, & illis mediantibus reliqua (concurrere enim intellectum agentem non solum ad generationem specierum in-

ARTICVLVS VI.

Vtrum hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in anima Christi non fuerit nisi unus habitus scientiæ. Quanto enim scientia est perfectior, tāto est magis unita: unde & angeli superiores per formas magis uniuersales cognoscunt, ut in prima parte dictū est: * sed scientia Christi fuit perfectissima. ergo fuit maxime vna. Non ergo fuit distincta per plures habitus.

¶ 2 Præt. Fides nostra deriuatur a scientia Christi: unde dicitur Hebr. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consumatorem Iesum: sed vnus est habitus fidei de omnibus credibilibus, ut in 2. parte dictum est. * ergo multo magis in Christo non fuit nisi unus habitus scientiæ.

¶ 3 Præt. Scientię distinguuntur secundum diuersas rationes scibilium: sed anima Christi omnia sciuit secundum unam rationē, scilicet secundum lumen diuinitus infusum. ergo in Christo fuit tantum unus habitus scientię.

SED CONTRA est, q̄ Zach. 3. dicitur, q̄ super lapidem vnū, ideſt, Christum sūt septem oculi: est ens & bonum. Sic igitur scientia habitualis non est simpliciter melior, aut dignior, quàm anima Christi, sed secundum quid, cum tota bonitas habitualis scientiæ cedat in bonitatem subiecti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intelligibilium,sed etiam ad faciendam euidentiam cognitorum ex eo patet,quod ipse,ut inquit Auerrois in proœmio de anima, est causa primarum propositionum proculdubio quo ad euidentiam,& consequenter reliquarum, mediantibus illis primis) ita proportionabiliter auctor ponens scientiam altioris ordinis in anima posuit species altioris ordinis & lumen altioris ordinis,sub quo clare cognoscantur ea, quæ per species infusas repræsentantur. & propterea ut in litera dicitur, illud lumen commune est omnibus reuelatis, sicut lumen intellectus agentis,& est mediū sub quo:species autem intelligibilis est medium in quo res repræsentantur.

Ar.5.hui⁹ q.

3.dist. 5.q.1.

Super quæstionis duodecimæ articulum primum.

Lib.2.Poste. te x.43.to.1.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est cōclusio responsiua q̄sito, Anima Christi per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt per actionem intellectus agentis sciri. Probatur ex proportionali similitudine inter scientiam infusam respectu intellectus possibilis,& acquisitam,respectu intellectus agentis: nam sicut illa propter perfectionem potentiæ intellectus possibilis, ita ista propter conuenientiam potentiæ actiuæ intellectus agentis. Et ideo sicut illa se extēdit ad omnia, ad quæ se extendit posſibilis intellectus potentia,ita ista ad omnia,quæ potest intellectus agens facere.

p.P.q.14. ar.3.

D. 18.16.

Ar.4.hui⁹ q.

2.3.q.4.

¶ In responsione ad primum,& secūdum simul dubium ex Durando in 3.Sent. distinct.14. quæstione 3. occurrit, arguēte directe contra utramque responsionem.Primo, contra secundam, dicēs, quòd ex uisione corporum cęlestium nullus potest comprehendere uirtutes eorum,sed potius experientia effectuum.

In corp. ar.

Deinde contra primam dicens, quòd experientia non parit scientiam nisi rerum experturū,& cōsimilium secundum speciem: quoniam sic ex multis sensibus fit memoria,& in le experimentum,& inde uniuersale, quod est principium artis & scientię(ut dicitur in proœmio Meta.i.) non ergo ex quibusdam expertis Christus uenit in notitiam omnium, ut in litera dicitur.

¶ Ad primum horum dicitur,quòd Durandus uoluit esse cæcus: nam in litera non dicitur,quòd ex sola uisione corporali corporum cęlestiū Christus comprehenderit cęlestia:sed expresse præmittitur in hac ipsa responsione ad secundum ibi, Per modum prædictum scilicet per experientiam, & subditur statim exemplariter.Sicut uidendo, &c. Est ergo sermo litere de uisione experimentali, & non de uisione absolute.

¶ Ad secundum autē dicitur,quòd connexio specierum,causarum, effectuum, & huiusmodi, manifestat quod experientia in quibusdam,puta in calidis. generat non solum scientiam calidorum,sed excellenti existente ingenio ex scientia calidorum generatur scientia frigidorum, & ex his mediorū, & ex his omnibus elementorum & mistorum,& ex his ad causas ascenditur superiores.Quo circa,experientiam parere scientiam similium tantum, potest intelligi dupliciter scilicet, uel immediate, & sic est uerum: uel quouis modo, & sic est falsum, ut in litera hac dicitur. Scientia, inquit Auctor, rerum non solum acquiri potest ex experientia ipsarum, sed ex experietia quarūdam aliarum.Et ratio assignatur: quia ex uirtute luminis pōt homo procedere &c.

q.9.ar.4.

¶ Et scito quod tota difficultas nostra cōsistit in comprehendo substantiam unā inferiorem: quoniam illa comprehensa,facile reliquæ comprehenderentur. Et similiter in cōprehēdendo unum corpus cęleste, uno.n. cōprehenso, facile omnia comprehenderentur ab excellentissimo ingenio quale fuit illud animæ Christi. Non est aūt impossibile tali ingenio comprehēdere unū corpus cæleste, & unum missū perfectū, puta homine. non est igitur impossibile, q̄ oia quæ

Lib.3.de anima tex.18. to.2.

per oculum autem scientia intelligitur.ergo uidetur,quod in Christo fuerint plures habitus scientię.

RESPON. Dicendum,quòd sicut dictum est,*scientia indita animę Christi,habuit modum cōnaturalem animę humanæ.Est autem connaturale aīę humanę, ut recipiat species in minori uniuersalitate,quàm angeli,ita scilicet, q̄ diuersas naturas specificas,per diuersas species intelligibiles cognoscat.Ex hoc autem contingit,q̄ in nobis sint diuersi habitus scientiarum, quia sunt diuersa scibilium genera,inquantum scilicet ea,quę reducuntur in unum genus, eodem habitu scientiæ cognoscuntur,sicut dicitur in primo.Poste.* quòd una scientia est, quę est unius generis subiecti. Et ideo sciētia indita animę Christi, fuit distincta secundum diuersos habitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est,*sciētia animę Christi est perfectissima,& excedens angelorum scientiam,quantum ad id, quod consideratur in ea ex parte Dei influentis:est tamen infra scientiam angelicam,quantum ad modum recipientis.Et ad huiusmodi modum pertinet,quòd sciētia illa per multos habitus distinguatur, quasi p̄ species magis particulares existēs.

AD SECVNDVM Dicendum, q̄ fides nostra innititur primę ueritati,& ideo Christus est auctor fidei nostræ secundum diuinam scientiam,quę est simpliciter una.

AD TERTIVM dicendum, q̄ lumen diuinitus infusum, est communis ratio intelligendi, quæ diuinitus reuelantur, sicut & lumē intellectus agentis eorum, quę naturaliter cognoscuntur. Et ideo oportuit esse in anima Christi p̄ prias species singularum rerum, ad cognoscendum cognitione p̄pria unumquodque. Et secūdum hoc oportuit diuersos esse habitus scientiæ in anima Christi, ut dictum est.

QVAESTIO XII.

De scientia animæ Christi acquisita, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de scientia animæ Christi acquisita uel experimentali.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum secundum hāc scientiam cognouerit omnia.

¶ Secundò, vtrum in hac sciētia profecerit.

¶ Tertiò, vtrum aliquid ab homine didicerit.

¶ Quartò, vtrum acceperit aliquid ab angelis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd secundum hanc scientiam Christus nō omnia cognouerit. Huiusmodi.n. scientia per experientiam acquiritur: sed Christus non omnia expertus est. non igitur omnia secūdum hanc scientiam sciuit.

¶ 2 Præt. Homo scientiam per sēsum acquirit: sed non omnia sensibilia sēsibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. non igitur secundum hanc scientiam omnia cognouit Christus.

¶ 3 Præt. Quantitas scientiæ attenditur secundum scibilia. Si igitur secundum hanc scientiam Christus omnia sciuisset, esset in eo scientia acquisita æqualis scientiæ infusæ,& sciētiæ beatæ, quod est inconueniens.non ergo secundum hanc scientiā Christus omnia sciuit.

SED CONTRA est, quod nihil imperfectum fuit in Christo quantum ad animam. Fuisset autem imperfecta hęc eius scientia, si secundum eam non sciuisset omnia:quia imperfectum est, cui potest fieri additio.Ergo secundū hanc scientiam Christus omnia sciuit.

RESPON. Dicendum, quod scientia acquisita ponitur in anima Christi(ut supra dictum est*) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quæ facit intelligibilia in actu: sicut & scientia indita uel infusa ponitur in anima Christi ad perfectionem intellectus possibilis. Sicut autē intellectus possibilis est,quo est omnia fieri,ita intellectus agens est,quo est oīa facere:ut dī in 3.de aīa. * Et iō sicut per sciam inditā sciuit aīa Christi oīa illa, ad quæ intellect⁹ possibilis est quocū q; mō in potētia, ita

D. ibid. possunt uirtute intellectus agentis cognosci cognouerit per inuentionem.

¶ At si quis dixerit, sensibus Christi omnia singularia opportuna ad perfectam per inuentionē scientiam omnium naturali ratiōne cognoscibilium oblata esse angelorum ministerio supplente, non aberraret; quoniam si (Euangelista testante) esurienti Christo angeli cibum corporalem ministrauerunt, Matth. 4. multo magis rationabile est, ut indigenti Christo spirituali cibo scientię acquisitæ ministrauerint angeli singularia opportuna, ex quibus ipse suo ingenio ad inueniret scientiam.

In corp. ar. Hoc enim nullum inconueniens habet annexum, nec est miraculum uoluntarie fictum, sed super simili & minus necessario expresso in Euangelio fundatum, & propterea ut rationabile amplectendum est.

¶ *Super quæst. duodecimæ articulum secundum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo, ponitur distinctio bimembris. Duplex est profectus scientiæ, alter secundum ipsius essentiā, alter secundum effectum. Secundo respondetur quæsito, iuxta secundum mēbrum, Christus profecit secundum effectum in scientia gratia, sicut & ætate.

Disq. In corp. ar. & q. præc. & q. 9. art. 3. & 4.

Sup. q. 7. ar. 12. ad 3. & inf. art. 3. ad 3. & q. 15. ar. 2. & 3. dist. 13. lit. in fin. & di. 14. art. 3. q. 5. & ver. q. 20. ar. 6. ad 3. & op. 3. c. 223. & Io. 1. lec. 23. fi. & Hebræ. 5. Ar. præced. Probatur: quia iuxta ætatis augumentum maiora opera faciebat, quæ maiorem scientiam & gratiam demonstrabant. Ternio respondetur quæsito iuxta primum membrum, quō ad quadruplicem Christi scientiam scilicet infusam, beatam, diuinam, & acquisitā. Et de tribus primis quidem negatiue, scilicet quod Christus non profecit. De acquisita uerō recitatur prius aliorū & sua olim opinio, quōd non est augmētata secundum se, sed

Li. 3. cap. 21. Ortho. fid. paulo a princip. per scientiam acquisitā sciuit omnia illa, quæ possunt sciri p d actionem intellectus agentis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ scientia rerum acquiri pōt nō non solum per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiā quarūdam aliam rerum, cum ex uirtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia p similia, & contraria per contraria. Sic igitur licet Christus non fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd licet sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerunt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus propter excellentissimam uim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire per modum prædictum;* sicut uidēdo corpora cęlestia, potuit cōprehendere eorum uirtutes & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant. Et eadem ratione ex quibuscumque aliis, in aliorum notitiam deuenire potuit.

AD TERTIVM Dicendum, ꝙ secundum istam sciētiam anima Christi nō simpliciter cognouit omnia; sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hāc scientiam non cognouit essentiā substantiarum separatarum, nec etiam singularia præterita, præsentia, & futura, quæ tamen cognouit per scientiam d inditam, ut supra dictum est.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in hac scientia profecerit.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quòd secūdū hāc scientiā Christus non profecerit. Sicut.n. secundum scientiam beatitudinis & secundum sciētiam infusam Christus cognouit omnia, ita & scđm hāc scientiam acquisitam, ut ex dictis patet: † sed secundum illas scientias non profecit. ergo nec secundum istam.

¶ 2 Præt. Proficere est imperfecti: ꝙ pfectū additionē non recipit; sed in Christo nō ē ponere sciam imperfectam. ergo secundū hanc scientiam Christus non profecit.

¶ 3 Præt. Damas. dicit.* Qui proficere dicunt Christum sapiētia & gratia, ut additamentum sensus suscipientem, non uenerantur

F vnionem, quæ est secundum hypostasim: sed impium est, illam unionem non uenerari. ergo impium est dicere, quòd sciētia eius additamentum acceperit.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 2. quòd Iesus proficiebat sapiētia & ætate & gratia. apud Dcū, & homines. Et Amb.† dicit quod proficiebat secundum sapientiam humanam. Humana autem sapiētia est, quæ humano modo acquiritur, scilicet per lumen intellect⁹ agentis. ergo Christus secundum G hanc scientiam profecit.

RESPON. Dicendum, ꝙ duplex est profectus scientiæ. Vnus quidem secundum essentiam, prout scilicet ipse habitus scientiæ augetur. Alius autem secundum effectum, puta si aliquis secundum eundem & æqualem scientiæ habitum, primo minora aliis demōstret, & postea maiora & subtiliora. Hoc autem secundo modo manifestum est, quòd Christus in H scientia & gratia profecit, sicut & in ætate: quia scilicet secundum augmentum ætatis opera maiora faciebat, quæ scilicet maiorem scientiam & gratiam demonstrabant: sed quantum ad ipsum habitum scientiæ, manifestum est quod habitus scientiæ infusæ in eo non est augmentatus, cum a principio plenarie fuerit sibi omnium scientia infusa, & multo minus scientia beata in eo augeri potuit. Dē scientia enim diuina quòd non possit augeri, supra in prima parte dictum est:* d. p. q. 42. ar. 1. Ar. p. Si igitur præter habitum scientię infusum, non sit in anima Christi aliquis habitus scientię acquisitæ (ut quibusdam uidetur,† & mihi aliquando uisum est) nulla scientia in Christo augmentata fuit secundum essentiam, sed solum per experientiam, ideſt, conuer- I sionem specierum intelligibilium inditarum ad phātasmata. Et secundum hoc dicunt, quòd sciētia Christi profecit secundum experientiam, conuertendo scilicet species intelligibiles inditas ad ea, quę de nouo per sensum accepit: sed quia inconueniens uidetur, quòd aliqua naturalis actio intelligibilis, Christo deesset, cum extrahere species intelligibiles a phantasmatibus, sit quædam naturalis actio hominis secundum intellectum agentem, conueniens uidetur hanc etiam actionem in Christo ponere. Et ex hoc sequitur, quòd in anima Christi aliquis habitus D. 11. q. 8. ar. 1. D. 36. q. 8. ar. scientiæ fuerit, qui per huiusmodi abstractionē specierum potuerit d augmentati, ex hoc scilicet, quod intellectus agens post primas species intelligibiles ab K stractas a phantasmatibus poterat etiam alias & alias abstrahere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tam scientia infusa animę Christi, quam scientia beata, fuit effectus agentis infinitæ uirtutis, qui potest simul totū operari, & ita in neutra scientia Christus profecit: sed a principio eam perfectam habuit: sed scientia acquisita causatur ab intellectu agente, qui non simul totum operatur: sed successiue, & ideo secundū hanc scientiam Christus nō a principio sciuit oīa, sed paulatim, & post aliquod tempus, scilicet in perfecta ætate: quod patet ex hoc, quòd Euangelista simul dicit eum profecisse scientia & ætate.

Li. 5. c. Li. 2. dem. 6. Ho. 15. to. 3.

AD

Ad secvndvm Dicendum, quòd hæc etiam scię semper fuit perfecta secundum tempus: licet non sē per fuerit perfecta simpliciter & secundum naturā: & ideo potuit habere augmentum.

Ad tertivm Dicendum, quòd uerbum Damasce. *intelligitur quantum ad illos, qui dicunt simpliciter fuisse factam additionem scientiæ Christi, s. secundum quamcumque eius scientiam, & præcipue secundum infusam, quæ causatur in anima Christi ex unione ad uerbum, non autem intelligitur de augmento scientiæ, quę ex naturali agente causatur. Li.3.c.31.

¶ *Super quæst. duodecima articulum tertium.*

Articvlvs iii.

Vtrum Christus aliquid ab homine didicerit.

Titulus clarus.
¶ In corpore articuli una est conclusio responsiua quęsito negatiue. Christus nihil ab homine didicit. Probatur. Primum mouens in quolibet genere, non mouetur illa specie mot⁹: Christus est primus doctor hominum omnium. ergo non docetur ab aliquo homine. Maior manifestatur in primo alterante⁹. Minor authoritate domini. Io. 18.

Ad tertivm sic proceditur. Vī, ꝙ Christus aliquid ab hominibus didicerit. Dicitur. n. Luc. 2. quod inuenerunt eum in templo in medio doctorum interrogantem illos & respondentem: interrogare uerò & respōdere est addiscentis. ergo Christus aliquid didicit ab hominibus.
¶ 2 Præt. Acquirere scientiam ab homine docente, uidetur esse nobilius, quam acquirere a rebus sensibilibus: quia in anima hominis docentis sunt species intelligibiles in actu, in rebus autem sensibilibus sunt species intelligibiles solum in potentia: sed Christus accipiebat scientiam experimentalem ex rebus sensibilibus, ut dictum est.* ergo multo magis poterat accipere scientiam addiscendo ab hominibus. Ar. præced.
¶ 3 Præt. Christus secundum scientiam experimentalem non omnia a principio sciuit, sed in ea profecit, ut dictum est: * sed quilibet audiens sermonem significatiuum alicuius, potest addiscere, quod nescit. ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, quę secundum hanc scientiam nesciebat. Ar. præced.

Sed contra est, quod dicitur Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. præceptoris autem non est doceri, sed docere: ergo Christus non accepit aliquam scientiam per doctrinam alicuius hominis.

Respon. Dicendum, quòd in quolibet genere id, quod est primum mouens, non mouetur secundum illam speciem motus, sicut primum alterans non alteratur. Christus autem constitutus est a Deo caput ecclesiæ, quinimmo omnium hominum, ut supra dictum est, * ut non solum omnes per ipsum gratiam acciperent, sed etiam ut omnes ab eo doctrinam ueritatis reciperent. q.8.ar.3.

Vnde ipse dicit Ioann. decimooctauo. In hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati, & ideo non fuit conueniens eius dignitati, ut a quocumque homine doceretur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Orig. * dicit super Luc. Dominus interrogabat, non ut aliquid addisceret, sed ut interrogatus erudiret. Ex uno quippe doctrinę fonte manat & interrogare & respondere sapienter. Ho.19.in fi. to.3.

Vñ & ibidē in Euangelio sequit̄, ꝙ stupebāt oēs, q eum audiebant, super prudentia, & responsis eius.

Ad ii. Dicendum, ꝙ ille q addiscit ab homine, non accipit immediate scientiam a speciebus intelligibilibus, quæ sunt in mente ipsius, sed mediantibus uocibus sensibilibus, tamquā signis intelligibiliū conceptionum. Sicut autem uoces ab homine formatæ sunt signa intellectualis scientiæ ipsius, ita creaturæ a Deo conditæ sunt signa sapientiæ eius. Vnde dicitur Eccli. Quod Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Sicut igitur dignius est doceri a Deo, quàm ab homine, ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas, quā per hominis doctrinā.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Iesus proficiebat in scientia experimentali, sicut & in ætate, ut dictum est.* Sicut autem ætas opportuna requiritur ad hoc, quòd homo accipiat scientiam per inuentionem, ita etiam ad hoc, quod accipiat scientiam per disciplinam. Dominus autem nihil fecit quod non congrueret eius ætati; & ideo audiendis doctrinę sermonibus, non accommodauit auditum nisi illo tempore, quo poterat etiam per uiam experientiæ talem scientiæ gradum attigisse. Vnde Grego. * dicit super Ezech. Duodecimo anno ætatis suæ interrogare dignatus est homines in terra: quia iuxta rationis usum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ætate perfecta. Ar. præcē. Hom.2.parē a prin.

¶ *Super quæst. duodecima articulū quartum.*

Articvlvs iiii.

Vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis.

Titulus clarus.
¶ In corpore articuli primo ponitur distinctio de duplici mō, quo anima nata est scientia perfici: scilicet secundo respondetur quæsito. Quò ad primum dr̄, quòd aīa dupliciter nata est scientia perfici, uel ex sensibilibus, uel ex subst̄atiis immaterialib⁹. Et manifestatur distinctio quia ē media inter substantias separatas & corporales. Quò ad secundū respondetur duabus conclusionib⁹, iuxta dictos duos modos. Prima est, Anima Christi perfecta est, scientia experimētali ex sensibilibus, absque angelico lumine. Probatur, quia sufficit ad hanc lumē intellectus agētis. Secunda est, Aīa Christi perfecta est ex impressione superiori, quoad scientiā infusam a Deo immediate. Probatur. Sicut anima illa supra communē creaturæ modū unita est uerbo in unitate p̄sonæ, ita supra communē hominū modū immediate a Deo repleta est scientia. ¶ Et scito, quod hæc ratio non solum est simi- Ini.q.30.ar.1.ad 1. & 3. di 13.q.2.ar.2.q.1. & di.14.art.3.q.6. Cap.4. non procul a fi. cap.

Sed contra est, quòd Dionys. dicit 7. cap. cæl. hierar. quod supremi angeli ad ipsum Iesum quęstionem faciunt, diuinique illius operis, & pro nobis assumptę carnis scientiam discunt, & eos ipse 1.7.cel. hie illius.

similitudinis proportionalis, sed etiã est redditiua ueræ causæ, quare anima Christi immediate repleta est scientia infusa a Deo. Indignum quippe fuisset, ut assumpta anima in fontem sapientiæ, unde angeli sapiunt, non ex ipso fonte, sed ex mediis riuulis deriuatis ad angelos perfundere tur. Consonat autem ualde, ut sicut in unione creaturę limites sunt excessi, ita in perfectione non creaturę, sed humanę naturę limes excedatur.

¶ In responsione ad primum, nota quòd cõfortationem Christi ab angelo fuisse testificationis naturæ humanę, non aufert quin fuerit indigentiæ, non ut egeret intrui ab angelo: sed quia egeret exteriori ac sensibili propositione obiecti seruatiui inferioris partis, ne plus cruciatus propassionis procederet.

¶ Ad cuius euidentiam oportet nunc supponere ex Damasceno, quòd in Christo non fuit redundantia inferiorum uirium in superiores, aut econuerso: sed quicumque permissum est agere quod suum erat, propter quòd cruciatus propassiõis Christi fuit ualde magnus, ut sanguis decurrens in terram testatur. Et quia pars superior non redundabat in inferiorem, processisset snapte natura in tantum cruciatus ille, ut motum & sensum abstulisset a corpore Christi: aut ualde impedisset, sed prouidentia diuina suppletum est per exterius confortatiuum, acsi homo aliquis confortasset eum, ita quod, sicut tentatus fuit a diabolo exterius proponendo obiecta inuitantia ad malum, ita confortatus est ab angelo exterius proponente obiecta consolatoria, quæ naturaliter nata sunt apposita, confortare uires ac corpus. Vt sic quasi frenum ex sensibiliter propositis, cruciatui propassionis appositum sit ab extra. ut sic inferior pars habuerit etiam in confortatione quod suum erat ab extra. Et hoc maxime monstrat ueritatem ac proprietatẽ humanę naturę in Christo.

Dz128.

Li.2.c.8.t.3.

Li.6.in Luc.c.92. secundum ord. Bedæ, ante medium, to.2.

q.14.ar.1.

Iesus sine medio docet. Non est autem eiusdem docere & doceri. ergo Christus non accepit scientiam ab angelis.

RESPON. Dicendum, quod sicut anima humana media est inter spirituales substantias & res corporales, ita duobus modis nata est perfici. Vno quidẽ modo, per scientiam acceptam ex rebus sensibilibus: alio modo, per scientiam inditam, siue impressam ex illuminatione spiritualium substantiarum. Vtroque autem modo anima Christi fuit perfecta: ex sensibilibus quidem secundum scientiam experimentalem, ad quam quidem non requiritur lumen angelicum: sed sufficit lumen intellectus agẽtis: ex impressione uerò superiori secundum scientiam infusam, quam est immediate adeptus a Deo. Sicut enim supra communem modum creaturæ anima illa unita est uerbo in unitate personæ, ita supra communem modum hominum, immediate ab ipso Dei uerbo repleta est scientia & gratia. Non autem mediantibus angelis, qui etiam ex influentia uerbi, rerum scientiam in sui principio acceperunt, sicut in 2. super Gen. ad literam Aug. * dicit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illa confortatio angeli non fuit per modum instructiõis, sed ad demonstrãdam proprietatem humanæ naturæ. Vnde Beda dicit sup Luc. * In documẽto utriusque naturæ & angeli ei ministrasse, & eum confortasse dicuntur. Creator enim creaturæ suæ non eguit præsidio: sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur, ut s. in nobis fides incarnationis ipsius confirmetur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Dion. dicit Christum fuisse formationibus angelicis subiectum, non ratione suipsius, sed ratione eorũ, quæ circa eius incarnationem agebantur, & circa ministrationem eius in infantili ætate cõstituti. Vnde ibidem subdit, quòd per medios angelos nuntiatur Ioseph a patre dispẽsata Iesu ad Aegyptum recessio, & rursum ad Iudæam de Aegypto traductio.

AD TERTIVM dicendum, q̃ filius Dei assumpsit corpus passibile, ut infra dicetur, * sed animã perfectam scientia & gratia: & iõ corpus eius conuenienter fuit subiectum impressioni cælestiũ corporum: anima uero eius non fuit subiecta impressioni cælestiũ spirituum.

QVAESTIO XIII.

De potentia animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de potentia animæ Christi.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum habuerit omni potentiam simpliciter.

¶ Secundò, Vtrum habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ Tertiò, Vtrum habuerit omni potentiam respectu proprii corporis.

¶ Quartò, Vtrum habuerit omni potentiam respectu executionis suæ uoluntatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam. Dicit enim Amb. * sup Luc. Potentiam, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus: sed hoc præcipue uidetur esse secundum animam, quæ est potior pars hominis. Cum ergo filius Dei ab æterno omnipotentiam habuerit, uidetur quod anima Christi ex tempore omnipotentiam acceperit.

¶ 2 Præterea. Sicut potentia Dei est infinita, ita etiam & eius scientia: sed anima Christi habet omnium scientiam, quæ scit Deus, quodammodo, ut supra dictum est. † ergo etiam habet omnium potentiam, & ita est omnipotens.

¶ 3 Pret. Anima Christi habet omnem scientiam: sed scientiarum quędam est practica, quędam speculatiua. ergo habet eorum, quæ scit, scientiam practicã, ut scilicet sciat facere ea, quę scit. Et sic uidetur, quòd omnia facere possit.

SED CONTRA, Illud, quod est proprium Dei, non potest alicui creaturæ conuenire: sed proprium est Dei esse omnipotentem, secundum illud Exodi decimoquinto. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et postea subditur, Omnipotens nomen eius: ergo anima Christi, cum sit creatura, non habet omnipotentiam.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictũ est, * in mysterio incarnationis ita facta est vnio in

¶ *Super quæstionis tertiadecimæ articulũ primum.*

TITULUS clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quęsito. impossibile est animæ Christi cõuenire omnipotentiam. Probatur. In mysterio incarnationis unio facta est in persona, remanente distinctione naturarum, hoc est utraque natura retinente quod sibi proprium est. ergo diuina natura retinuit sibi omnipotentiam: ergo impossibile est animæ Christi conuenire omnipotentiam. Prima consequentia probatur: quia omnipotentia est ut proprietas consequenter se habens ad naturam diuinam. Quod probatur. Potentia actiua cuiuslibet rei sequitur formam ipsius. ergo sequitur cuiusque naturam, ergo potentia actiua respectu omnium, quę possunt habere rationem entis consequitur naturam diuinam. ergo omnipotentia consequitur diuinam naturam. Antecedens huius pro syllogismi probatur, quia forma est principium agendi. Prima uerò consequentia, quia natura aut est ipsa forma, aut constituitur per formam. Secunda autem & probatur a priori, quia natura diuina est ipsum circumscriptum: & a similibus, quia quęlibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad q̃ se extendit perfectio suę naturę, sicut calidum ad calefaciendum. Tertia deinde consequentia per se nota ex terminis est. Secunda autem consequentia principalis

*cap. 5 mcd.

Inf. 3. p. ius q. 23. ar. 2. & 1. ad 1. ar. 2. & 3. & ar. 4.

D. 944

Glosa hêtes in Luc. 1. illud, Fiat mihi

q.10.ar.1.

q.2.ar.2.

lis probatur: quia anima Christi est pars humanę naturę non diuinę.

¶Aduerte hic, quòd qualiter omnipotentia sequatur esse ipsum in se subsistens, ac per hoc illimitatum & infinitum supponimus ex doctrina Primi libri notum.

Illa autem propositio, Quilibet res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad quę se extendit suę naturę perfectio, cum grano salis sumenda est, hoc est, ut intelligatur in genere rerum actiuarum. Quod dico propter formas, quę non sunt ex suo genere actiuę, ut quantitas, & relatio.

¶In responsione ad tertiũ, aduerte, quòd Auctor hic corrigit loquendi modum de scientia animę Christi respectu omnium, quę a Deo fiunt. In tertio namque sentẽ. dist. 14. art. 1. alti. ad secundum, uocauerat practicam scientiam, quam hic probat non esse practicam, quia nõ é factiua. Et tu doctrina hanc sequeris.

persona, quòd tamen remansit distinctio naturarum, utraque. s. natura retinente id, quod sibi est proprium. Potentia autem actiua cuiuslibet rei, sequitur formam ipsius, quæ est principium agendi. Forma autem uel est ipsa natura rei, sicut in simplicib⁹, uel est constituens ipsam rei naturam, in his scilicet, quæ sunt composita ex materia & forma. Vnde manifestum est, quòd potentia actiua cuiuslibet rei, consequitur naturam ipsius. Et per hunc modum, omnipotentia consequenter se habet ad diuinã naturam: quia enim natura diuina est ipsum esse Dei incircunscriptum (ut patet per Dion. * 5. c. de Diui. no.) inde est, quòd habet potentiam actiuam respectu omnium, quæ possunt habere rationem entis, quod est habere omnipotentiam: sicut & quælibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ, sicut calidum ad calefaciendum. Cũ igitur anima Christi sit pars humanæ naturæ, impossibile est, quòd omnipotentiã habeat.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo accepit ex tempore omnipotẽtiam, quam filius Dei habuit ab eterno, per ipsam vnionem personę, ex qua factum est, vt sicut homo dicitur Deus, ita dicatur omnipotens, non quasi sit alia omnipotentia hominis, quã filij Dei, sicut nec alia deitas: sed eo quod est una persona Dei, & hominis.

Ad secvndvm dicendum, quòd alia ratio est de scientia & de potentia actiua, sicut quidã dicunt. Nam potentia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo quòd actio consideratur ut egrediens ab agente. Scientia autem non semper habetur per ipsam essentiam scientis, sed potest haberi per assimilationem scientis ad res scitas, secundum similitudines susceptas: sed hæc ratio non uidetur sufficere: quia sicut aliquis potest cognoscere per similitudinem susceptam ab alio, ita etiam potest agere per formam ab alio susceptam: sicut aqua uel ferrum calefacit per calorem susceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut anima Christi per similitudines omnium rerum sibi a Deo inditas, possit omnia cognoscere, ita per easdem similitudines possit ea facere.

Est igitur ulterius cõsiderandum, quòd id quod a superiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem perfectione & uirtute recipitur ab aqua, qua est in igne. quia igitur anima Christi inferioris naturę est, quã natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secundum eandem perfectionem & uirtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quod scientia animæ Christi est inferior scientia diuina, quantum ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, q̃ anima Christi, & quantum etiam ad numerũ scitorum: quia anima Christi nõ cognoscit omnia, quę Deus potest facere, quę tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, licet cognoscat omnia p̃sentia, preterita & futura, quæ Deus cognoscit scientia uisionis. Et similiter similitudines rerum animæ Christi inditę, non adequant uirtutem diuinam in agendo, ut s. possint omnia agere, quæ Deus potest, uel etiam eo modo agere, sicut Deus agit, qui agit in finita uirtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur uirtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit uirtutis infinitę, quędam tamẽ sũt quę non possunt fieri, nisi a uirtute infinita, sicut creatio, & alia huiusmodi, ut patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt.* & ideo anima Christi, quę cũ sit creatura, est uirtutis finitę, potest quidem omnia cognoscere, sed non per omnem modum, non autem potest omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotẽtiæ. Et inter cetera manifestum est, quod non potest creare seipsam. P.p.q.45.

Ad tertivm dicendum, q̃ anima Christi habuit & scientiam practicam & speculatiuam, non tamẽ oportet, quod omnium illorum habeat scientiam practicam, quorum habuit scientiam speculatiuam. Ad scientiam enim speculatiuam habendam, sufficit sola conformitas uel assimilatio scientis ad rem scitam: ad scientiam autem practicam requiritur, quod formæ rerum, quæ sunt in intellectu, sint factiuæ. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm solum habere formam, sicut plus est lucere & illuminare, quam solum lucere. Et inde est, quod anima Christi habet quidem speculatiuam scientiam creandi (scit enim qualiter Deus creat) sed non habet huius rei scientiam practicam, quia non habet scientiam creationis factiuam.

Articvlvs II.

¶ Super quæstionis tertiædecimæ articulum secundum.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

TItulus ut sonat intelligendus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primo ponuntur duæ distinctiones: secundo ponuntur tres conclusiones; tertio ex dictis conclusionibus respondetur quæsito negatiue. Quo ad primum, ponitur distinctio trimembris. Transmutationes sũt triplices, quędam naturales, quædam miraculosæ, quædam secundum uertibilitatem in nihil. Altera distinctio est bimembris. Anima Christi sumitur dupliciter: uel secundum propriam uirtutem siue naturalem, siue gratuitam: vel secundum quod est instrumentum uerbi Dei. 3. li. 3. c. 4. non procul a principio tom. 3.

Quo ad secũdum prima conclusio est: Anima Christi secundum propriam uirtutem habuit potentiam ad illos effectus

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Dicit enim ipse Matth. ultim. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: sed nomine Cęli & terrę intelligitur omnis creatura, ut patet cum dr̃ Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram. ergo uidetur quod anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 2 Præte. Anima Chri est perfectior qũlibet creatura: sed quælibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Aug. * in 3. de Tri. quod sicut corpora crassiora & inferiora, per subtiliora & potentiora quodam ordine regũtur, ita omnia corpora per spiritum uitæ rationalem, & spiritus uitæ rõnalis desertor, atque peccator, per spiritum uitæ rationalem pium & iustum. Anima autem Christi etiã ipsos supremos spi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctus faciendum, qui sunt animæ conuenientes. Hæc conclusio non probatur, sed manifestatur quo ad effectus tres, hoc est gubernationem corporis, dispositione humanorum actuum, & illuminationem omnium per gratiam & scientiam. Secunda conclusio est: Anima Christi, ut est instrumentum uerbi sibi personaliter uniti, habuit instrumentalem uirtutem ad omnes immutationes miraculosas ordinabiles ad incarnationis finem. Et hæc quoque conclusio non aliter probatur, sed manifestatur declarando incarnationis finem esse instaurare omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt, quod consumabitur, cum noua fient omnia, & Deus erit omnia in omnibus. Tertia conclusio est, solus Deus potest creaturas in nihilum redigere. Probatur: quia solus potest creare & conseruare: immutatio autem in nihil respondet creationi ex nihilo. Principalis conclusio est: Anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tanquam consequens ex antedictis conclusionibus.

¶ Et scito, quod primę duæ conclusiones intelliguntur cum præcisione aliorum puta quod secundum propriam uirtutem habuit tantum potentiam ad gubernandum, &c. & similiter ut instrumẽtum uerbi, habuit potentiam ad illa tantum, & non ad annihilandum, aut creandum. Nec hunc sensum oportet probare: quia distinctio ipsa in litera facta probat, & in litera huius quæstionis clare habetur, ut patet intuenti. Sed si quæritur, quare Auctor non probauit primas conclusiones, respondeatur, quod prima ex natura animæ. & ex dictis de gratia Christi, quod est caput hominum, & Angelorum, &c. per se nota relicta est. Secunda autem sufficienter probata est ex fine monstrato, quia instrumentum ductiuum debet esse ad finem, commensuratumque illi, ut instrumentum tamen. Vnde ex hoc ipso, quod anima Christi est instrumentum proprium uerbi incarnati, & finis incarnationis est instauratio omnium, habetur statim, quod anima Christi instrumentaliter potest ad omnia miracula opportuna ad instaurationem omnium.

¶ Nota diligentissime, ut ex doctrina præsentis articuli discernas in speciali, quid sub quoque membro contineatur, ut inde scias quid cadit sub instrumentali Christi potentia. Dico autem hoc specialiter, primo propter infusionem gratiæ gratum facientis, quam membra Ecclesiæ habere a Christo capite effectiue instrumentaliter Auctor superius dixit. Et hinc apparet non comprehendi sub mutationibus, quæ conueniunt creaturæ, secundum uertibilatem in nihil, quoniam cum peccator perdit gratiam, constat gratiam non annihilari, cum Deus numquam aliquid annihilet. Et consequenter patet, quod gratiam pœnitenti concedere, non est creare, proprie loquendo. Et similiter Deum conseruare gratiam in anima, non est conseruare continuans creationem, de quo dicitur, quod omnia in nihilum redigerentur, nisi ea manus omnipotentis conseruaret. Hæc enim tria, scilicet creatio, conseruatio, & annihilatio sibiinuicem ita respondent, ut creationi ac conseruationi non opponatur nisi annihilatio, & econtra. Clauditur ergo infusio gratiæ sub genere miraculosarum mutationum, quamuis non sit proprie miraculosa: quia est secundum ordinarium cursum ordinis supernaturalis ad patriam cælestem. Secundo dico hoc propter ritus mouet, illuminando eos, ut dicit Dionysi. 7. *ca. Cæl. hier. ergo uidetur, quod anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ 3 Præterea. Anima Christi habuit plenissime gratiam miraculorum seu uirtutum, sicut & ceteras gratias: sed omnis immutatio creaturę potest ad gratiam miraculorum pertinere, cum etiam miraculose cælestia corpota a suo ordine immutata fuerint, sicut Dionysi. probat in Epistola. *ad Polycarpum. ergo anima Christi habuit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

SED CONTRA est, quod eiusdem est transmutare creaturas, cuius est eas conseruare, sed hoc est solius Dei, secundum illud Heb. i. Portans omnia uerbo uirtutis suæ. ergo solius Dei est habere omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Non ergo hoc conuenit animę Christi.

RESPON. Dicendum, quod hic duplici distinctione est opus, quarum prima est ex parte transmutationis creaturarum, quæ[d] triplex est. Vna quidem est naturalis, quæ scilicet fit a proprio agente secundum ordinem naturæ. Alia uero est miraculosa, quæ fit ab agente supernaturali, supra consuetum ordinem & cursum naturæ: sicut resuscitatio mortuorum. Tertia autem est, secundum quòd omnis creatura uertibilis est in nihil. Secunda autem distinctio est accipienda ex parte animæ Christi, quæ dupliciter considerari potest. Vno modo secundum propriam naturam & uirtutem, alio modo prout est instrumentum uerbi Dei, sibi personaliter uniti. si ergo loquamur de anima Christi, secundum propriam naturam & uirtutem, siue naturalem, siue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui sunt animæ conuenientes: puta ad gubernandum corpus, & ad disponendos humanos actus, & etiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinem, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, per modum, quo hoc est conueniẽs creaturæ rationali: si autem loquamur de anima Christi secundum quòd est instrumentũ uerbi sibi uniti, sic habuit instrumẽtalem uirtutẽ ad omnes immutationes miraculosas faciẽdas, or transubstantiationem panis in corpus Christi, quoniam hoc quoque sub genere eodem continetur, scilicet immutationum miraculosarum, & non sub mutatione creationis. Quod ex eo patet, quòd creatio est ex nihilo, transubstantiatio autem est ex pane, creatio facit totum nouum, transubstantiatio transfert quod erat in aliud præexistens. Vnde & sancti Patres, & specialiter Ambrosius arguit transubstantiationem possibilem ex creatione, tanquam magis difficili, dicens, Sermẽ Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, multo magis facere potest ut sit, quod erat, in aliud transmutatum, ut patet de conse. distinct. 2. cap. panis, & cap. re uera. Et hæc notata sint, ut aduertat lector hæc posse fieri a Deo mediantibus instrumentis, & non solum immediate: sicut etiam fieri potest resurrectio mortuorum, & ponit duo corpora in eodem loco, & quicquid eiusmodi est: quamuis requirat infinitam virtutem in agente principali.

¶ Circa doctrinam præsentis articuli dubium occurrit, pro quanto ponit in anima Christi uirtutem instrumentalem ad omnia miracula. Est autem ratio dubij: quia vel Auctor intelligit de causa instrumentali proprie, uel large pro causa, sine qua non. Si proprie, obstat tunc doctrina Auctoris, & Durandi. Nam Auctor superius in prima parte, quæstio. 45. articu. 5. docet instrumentum oportere, secundum id, quod est sibi proprium, aliquid operari dispositiue ad effectum principalis agentis, constat autem quòd anima Christi nihil operatur faciens ad effectum miraculi: puta cum dixit, Lazare uenì foras, intellectio uolitio, imaginatio, nox cum clamore nullum effectum ex proprijs habuerunt circa cadauer, aut animam Lazari: sed deitatis uirtute anima reunita est corpori concurrentibus illis actibus humanis Christi ut medio, seu causa sine qua non, & sic de alijs. Et confirmatur: quia in 3. senten. distinct. 16. quæstio. 1. articu. 3. Auctor dicit, quòd nec Angelo, nec animæ Christi impressa est aliqua uirtus spiritualis ad facienda miracula, nisi per modum orationis aut intercessionis. Durandus quoque in 3. senten. distinct. 14. quæst. ulti. probare nititur, quòd humanitas Christi faciebat miracula, nulla uirtute supernaturali inhærente animæ aut corpori Christi, sed sola diuina uirtute assistente sibi: quia miracula faciebat Christus ad testificandam deitatem, sicut defectus subiicit ad testificandam suam humanitatem, & propterea sicut defectus omnes sunt humanitatis, ita miracula omnia sunt diuinitatis. Si vero large sumitur instrumentum, tunc obuiat litera præsens, attribuendo animæ Christi ut instrumento uerbi, operationem omnium mutationum tam naturalium quàm miraculosarum, & reseruando soli Deo mutationes annihilationis & creationis. Nam large de instrumento loquendo, potest oratione aut intercessione simili modo concurrere anima Christi ad creationem aut annihilationem, sicut concurrit ad miracula. Obuiat quoque doctrina Auctoris in quæstio. de Pot. quæst. 6. articu. 4. dicentis, Angelos & homines non solum oratione, sed ex potestate quandoque miracula facere, iuxta doctrinam Gregorij. Et declarat potestatem illam esse per modum intentionis, seu motus in ipsis angelis seu hominibus sanctis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est secundum Auctoris doctrinam indubitatum esse, quòd anima Christi instrumentaliter

e. 7. post me. per tota m epist. D. 219. D. 3. & 4. 68.

taliter non abusiue, sed proprie loquendo de instrumento, concurrit ad miracula faciẽdum. Hoc autem quid sit, & qualiter fiat, accipi potest ex ipsa ratione agendi instrumenti. Instrumentum siquidem habet duplicem actionem, s. propriam & instrumentalem, ut scindere est propria operatio serrę: facere uero sedem secando, est ipsius operatio instrumentalis, & calefacere est propria operatio caloris: augere uero animal est instrumentalis illius operatio. Et sicut instrumenti est operatio duplex, ita etiam est duplex quo operatur. Alterum sibi proprium, ut dentatura ferrea, & acuta serra, qua scindit, & ipsa natura caloris, qua calidum calefacit. Alterum a principali agente participatum, quo extenditur, & facere dicitur principalem effectum. Et hoc est motus ipse, quo instrumentum mouetur a principali agente, ut testatur auctor inferius quæst. 62. artic. 1. dicens, Causa instrumentalis non agit per uirtutem suę formæ: sed solũ per modum, quo mouetur a principali agente, Qui quidem motus uocatur uirtus instrumentalis quandoque, & quandoque uirtus intentionalis: & uirtus spiritualis quandoque, eo quòd est motus rei, quæ assumitur in instrumentum: & ideo motus & cõstituit ipsum in esse factiuo, & ideo uis seu uirtus. Vnde etiam cum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipso quòd utor eo, fit & est motor effectiue lapidis. Et quia diminuta quædam mediatio est inter principale agens & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis; & quia insensibilis est, & ad spiritualem quandoque effectum, ideo spiritualis. Et est sermo de illo instrumenti motu, quo mouetur ab agente principali ut sic: quod ut clarius intelligas, considera in instrumentis artium duplicem potentiam, alteram ad motum localem, alteram ad cooperandum arti, exequendo operationem ipsius artis. Verbi gratia, instrumenta artis musicæ sunt in potentia, ut moueantur contactu digitorum, & sunt in potentia ut musicam sonent. Et constat quòd de prima potentia reduci possunt ad actum a quocumque sine arte potente illa commouere: sed de secunda potentia, non nisi ab arte reduci possunt ad actum. Cum autem mouere nihil aliud sit, quàm educere de potentia ad actum, & moueri sit educi de potentia ad actum, clare constat quòd instrumentum tunc mouetur a principali agente, cum educitur de secunda potentia ad actum, cum sit cooperans ipsi principali agenti, cum sit exequens operationem principalis agentis: quod fit per hoc, quòd principale agens ut sic, utitur illo ad opus ipsius principalis agentis: puta cum ars musica utitur instrumento musico ad sonum musicum. Ipse enim usus est quidam ingressus artis in instrumenta, est quædam actuatio instrumentorum. Et propterea oportet certæ artis certa esse instrumenta: numquam enim musica ingredietur instrumenta artis sutoris, aut econuerso. Et propterea habet rationem uis & uirtutis & intentionis artis, & ad genus eius reducitur. Ex quibus ad propositum ascendendo dicimus, quòd Deus omnipotens, qui potest sine causis secundis cooperantibus effectiue miracula facere, dignatur quandoque illa efficere per causas secundas non dando illis uirtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: sed utendo illis instrumentaliter ad opera miraculosa, ita quòd ex hoc ipso, quòd Deus utitur aliqua re, ut instrumento ad opus miraculosum, eleuatur res illa in ordinem causæ instrumentalis, & ipse passiuus usus, quo Deus illa utitur ad hoc opus, est motus quo a principali agente instrumentum mouetur. Et ex hoc ipso est uis actuatiua atque constitutiua ipsius ineſſe instrumenti, ac per hoc ineſſe causæ effectiue instrumentaliter operis miraculosi: reducitur enim res illa de potentia obediẽtiali ad actum, cum de non

D.896.

* super illud Matt. data est mihi omnis potestas. 10. 9.

D.314. d 630.

A dinabiles ad incarnationis finẽ, qui est instaurare omnia, siue quæ in cęlis, siue quæ in terris sunt. Immutationes uero creaturarum, secundum quòd sunt uertibiles in nihil, correspondent creationi rerum, prout scilicet producuntur ex nihilo. Et ideo, sicut solus d Deus potest creare, ita solus potest a creatura in nihilum redigere, qui etiam solus eas in esse conseruat, ne in nihilum decidant. sic ergo dicendum est, ꝙ anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

B Ad primvm ergo Dicendum, quòd sicut Hiero. * dicit, Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, id est Christo, secundum quòd homo. Dicitur autem sibi omnis potestas data, ratione unionis, per quam factum est, ut homo esset omnipotens, ut supra dictum

C est. † Et quamuis hoc ante resurrectionem innotuerit angelis, post resurrectionem tamen innotuit omnibus hominibus, ut Remigius dicit. Tunc autem dicuntur res fieri, quando innotescunt: & ideo post resurrectionem dicit dominus sibi datam omnem potestatem in cœlo, & in terra.

Ad secvndvm dicendũ, quod licet omnis creatura sit mutabilis ab alia creatura præter supremum Angelum, qui d tamen potest illuminari ab anima Christi, non tamen immutatio omnis, quæ potest fieri circa creaturam, potest fieri a creatura, sed quædam immutationes possunt fieri a solo Deo. Quæcumque tamen immutationes possunt fieri per creaturas, possunt etiam fieri per animã Christi, secundum quod est instrumentum uerbi, non autem secundum propriam naturam & uirtutem, quia quędam hu-

A instrumento fit instrumentum, quod fieri constat ex hoc solo, quod Deus utitur illa instrumentaliter ad opus miraculosum. Quod non esse impossibile constat, cum nulla sit ratio impossibilitatis, & quandoque de facto sic fuisse Gregorij auctoritate patet in 2. Dialog. ponentis, Sanctos ex potestate quandoque miracula facere. Et uere decet diuinam liberalitatem eleuare etiam in hoc quosdam amicos suos, vt etiam coeffectores miraculorum efficiat, & non solum beneméritos aut intercessores. Et quia omnipotentia non est alligata certis instrumentis, locis, aut propinquitatibus, ideo non refert, quauis re utatur Deus instrumentaliter ad quodcumque miraculum: nam sicut potest sine instrumento opus illud perficere, ita potest non solum efficere per instrumentum, sed per quodcumque, & ubicumque existat, & quantumcumque distet. Neque enim minuitur aut arctatur omnipotentia diuina ad limites instrumenti, quod assumit: sed instrumẽtum eleuatur ad omnipotentiæ exequutionem in tali miraculo, ad quod efficiendum ordinatur ab ipsa. Et propterea Auctor in Secunda Secundæ, quæstio centesimæ septuagesimæ octauæ articulo primo ad primum de his loquens, dicit, quod Deus utitur instrumentaliter interiori actu hominis, uel eius loquutione, uel actu exteriori, uel contactu alicuius corporis etiam mortui. Quamuis ergo tunc minus perspicaciter textum illum exposuerim, non enim illuxerat mihi quod modo trado. Et quoniam homo Christus Iesus plenitudinem omnium gratiarum habuit, consequens est ut anima sua quatenus diuini uerbi instrumentum, non qualecumque sed coniunctum, omnia possit miraculosa opera efficere. Nec opus est quęrere alium modũ, aut quid, & qualiter, nisi quod uerbum utetur instrumentaliter anima seu humanitate coniuncta sibi ad opera miraculosa.

D Applicando enim dicta ad uerbum, & humanitatem Christi, perspicies qoæ dicimus, quæ in hac litera ab Auctore traduntur.

¶ Dicendum est ergo ad quęstionem, quod de instrumento proprie loquitur Auctor & hic & in Secunda Secundæ, loco allegato, & in Prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis respondetur, quod ad instrumentum exigitur, quod habeat propriam operationem ultra illam, quam participata a principali agente, & quod operatio propria sit præsuppositа operationi participatæ, ita quod prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quod tenditur quam operatio participata sicut præsuppositum prius intelligitur, quam iunctum illi. Et huiusmodi præuiam operationem appellauit Auctor operari dispositiue, non quòd oporteat illam operationem proprie disponere. Nec hanc ego fingo glossam, sed ex ipso Auctore inferius in quæstio. 62. accepi, Vbi baptismum instrumentalem causam ponens, expresse docet sufficere, ut aqua secundum propriam operationem corpus tangat, diluendo ad hoc, ut participata operatione animam

E abluat. Et hoc sufficit proposito & intento in prima parte, quia per hoc concluditur efficaciter, quod nulla creatura potest instrumentaliter creare: quia nulla potest propriam operationem præuiam creationi circa creandum, ponere, cum nihil fit, ut ibi dicitur. In proposito autem cum Deus utitur creatura aliqua instrumentaliter ad opus miraculosum, opus proprium illius creaturæ se habet vt pręuium operi miraculoso: quia se habet ut præsentans seu deferens diuinum imperium ad creaturam, in qua fit opus miraculosum, ut Auctor docuit in loco allegato in quæstio. de Potentia.

Et hoc esse uerum, ex eo conijcere potes, quia hinc utriusque difficultatis solutio habetur, hoc est, quare operari miracula per modum meriti seu intercessionis, & ex potestate seu instrumentaliter distinguuntur, etiam si solus actus interior instrumentũ po-

natur,

Ar. pc. ad 1.

D.152.

natur, & quare opus creationis inter miraculosa non computatur. Prima siquidem quæstio soluitur ex hoc, quòd tam meritum quàm oratio, ut sic, præcedit actionem diuinam ad miraculum, actus uero quicumque etiam interior, etiam ipsa oratio, non vt oratio, sed ut instrumentum Dei, sequitur diuinam actionem, ut illius executio, ita quòd ex hoc ipso ꝙ Deus eleuat illum in suum instrumentum ad opus miraculosum, fit exequutorius diuini imperij, tamquàm deferens (ut dictum est) illud creaturæ, in qua miraculum fit.

P.2.q.113. ar. 4.

¶ Quando igitur sanctorum actus aut opera solum meritorie, aut intercessorie se habent ad miracula, tunc dicuntur facere miracula impetrâdo quæ Deus per seipsum facit. Quando vero actus aliquis se habet vt exequens diuinum imperium (cui omnia obediunt) tunc dicuntur operari miracula ex potestate, instrumentali tamen, ut Auctor declarauit.

¶ Secundæ autem quæstionis solutio ex hoc habetur: quia delatio imperij non potest fieri ad nihil, oportet enim ens esse ad quod exercitiue delatio imperii fit ad nihil namque nihil potest deportari.

Lib. 3. orth. fid. c. 30. & 2. 3.

¶ Ad ad vero quod ex 3. sentẽ. affertur, dici potest, uel quòd Auctor doctior seipso correxit illud: vel quòd sub modo intercessionis uel orationis comprehendit etiam modum instrumentalem: quia conueniunt in hoc generali modo, quòd non sunt de genere permanentium, sed consistentium in motu. Et per hæc patet intellectus infinitorum dictorum de instrumentali efficientia attributa humanitati Christi uel passioni, uel sacramentis ecclesiæ, & aliis huiusmodi.

¶ In responsione ad secundum eiusdem secundi articuli 13. quæstio. aduerte ꝙ hic Auctor assertiue dicit, animam Christi ut instrumentum uerbi, posse in omnes mutationes, quas quæcumque creaturæ possunt facere, quod in 3. Sen ten. non nisi credendo dixit.

¶ In responsione ad tertium memento, gratiam Christi esse non solum singularem, sed capitalem, ita quòd homini illi ut uniuersali capiti conuenit. Ac per hoc gratia miraculorum, ut uniuersali instrumento confertur duplici uniuersalitate, hoc est uniuersalitate miraculorum, quia poterat omnia miracula instrumentaliter efficere, & uniuersalitate generationis sibi similium, participatiue tamen: quia poterat instrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum ex potestate instrumentali quoque participata, ut euangelico testimonio in litera allato probatur. Nam sicut uerbum potest uti humanitate sibi iuncta, ad faciendum miracula, ita & eadem ratione potest illa uti ad communicandum alijs potestatem faciendi miracula. Est siquidem huiusmodi communicatio miraculum quoddam, comprehensum sub uniuersalitate miraculorum.

q. 14. ar.

Art. pr.

¶ *Super quæstionis 13. articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica distinctio bimembris repetitur: & duabus conclusionibus iuxta duo distinctionis membra respondetur. Distinctio est de anima Christi secundum propriam uirtutem, uel secundum quod est instrumentum uerbi: Prima conclusio est, Anima Christi secundum propriam uirtutem non habuit omnipotentiam respectu proprij corporis. Probatur ex similitudine proportionali: quia sicut non poterat exteriora corpora immutare propria uirtute, ita nec proprium. Et probatur ratione: quia anima Christi habebat determinatam proportionem ad suum corpus, ac per hoc non omnia, sed aliquid determinatum poterat respectu sui corporis.

citatum arg. lib. 3. c. a med. cap. 14.

¶ Secunda conclusio est, Anima Christi, ut instrumentum uerbi habuit omnipotentiam

iusmodi immutationum nõ pertinent ad animam, neque quantum ad ordinem naturę, neque quantum ad ordinem gratiæ.

Ad tertium dicendum, ꝙ (sicut dictum est * in Secunda parte) gratia uirtutum seu miraculorum datur animę alicuius sancti, non vt propria uirtute ei conueniat miracula facere, sed ut per uirtutem diuinam huiusmodi miracula fiant. Et hęc quidem gratia excellentissime data est animę Christi, ut scilicet nõ solum ipse miracula faceret, sed etiam vt hanc gratiã in alios trãsfunderet. Vnde dicitur Matth. 10. quòd, Conuocatis duodecim discipulis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnẽ infirmitatem.

Articvlvs III.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod anima Christi habuerit omnipotentiã respectu proprij corporis. Dicit enim Damasc. * in 3. lib. ꝙ omnia naturalia fuerunt Christo voluntaria: volens enim esuriuit, uolens sitiuit, uolens timuit, uolẽs mortuus est, &c. sed ex hoc Deus dicitur oĩ potens, quia omnia quęcumque voluit, fecit. ergo uidetur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam respectu naturalium operationum proprij corporis.

¶ 2 Pręter. In Christo fuit perfectius humana natura quàm in Adam, in quo secundum originalem iustitiam, quam habuit in innocentiæ statu, corpus habebat omnino subiectum animæ, ut nihil in corpore posset accidere cõtra animæ uoluntatem. ergo multo magis anima Christi habuit omnipotentiam respectu sui corporis.

¶ 3 Pręt. Ad imaginationem animę, naturaliter corpus immutatur, & tanto magis, quanto magis aĩa fuerit fortis imaginationis, ut in Prima parte habitum est: sed anima Christi habuit uirtutẽ perfectissimam, & quantum ad imaginationem, & quantum ad alias uires. ergo aĩa Christi fuit omps in respectu ad corpus proprium.

Sed contra est, quod dicitur Hebro. 2. quòd, Debuit per omnia fratribus assimilari, & pcipue in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ: sed ad conditionem humanæ naturæ pertinet, quòd ualetudo corporis, & eius nutritio & augmentum, imperio rationis seu uoluntatis non subdantur: quia naturalia soli Deo qui est actor naturæ, subduntur. ergo nec in Christo subdebantur. Non igitur anima Christi fuit omnipotens respectu proprij corporis.

Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est, * anima Christi potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum propriã naturam & uirtutem. Et hoc modo sicut non poterat immutare exteriora corpora a cursu & ordine naturæ, ita etiam non poterat immutare propriũ corpus a naturali dispositione: quia anima secundum propriam naturam, habet determinatam proportionem ad suum corpus. Alio modo potest considerari anima Christi, secundum quòd est instrumentum unitum uerbo Dei in persona. Et sic subdebatur eius potestati totaliter omnis dispositio proprij corporis: quia tamen uirtus actionis non proprie attribuitur instrumento, sed principali agenti, talis omnipotentia magis attribuitur ipsi uerbo Dei, quàm animæ Christi.

Ad primum ergo dicendum, quòd uerbum Damas. * est intelligendum quantum ad uoluntatem Christi diuinam: quia sicut ipse in præcedenti ca. † dicit, beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur carni pati, & operari quæ propria.

Ad secundum dicendũ, ꝙ non pertinebat hoc ad originalẽ iustitiã, quã Adã habuit in statu innocentiæ, ꝙ aĩa hominis haberet uirtutẽ transmutãdi propriũ corpus in quamcumque formã: sed quòd posset ipsum cõseruare absque oĩ nocumento. Et hãc etiã uirtutem Christus assumere potuisset, si voluisset: sed cũ sint tres status hominũ, scilicet innocentiæ, culpæ & gloriæ, sicut de statu gloriæ assumpsit cõprehensionẽ, & de statu innocentiæ immunitatem a pctõ, ita & de statu culpæ assumpsit necessitatẽ sub-

potentiam respectu proprii corporis. Hæc conclusio non aliter probatur, sed ex precedenti articulo ut clara relinquitur. Et hoc intelligę sobrie, hoc est de omnipotentia respectu & naturalium & miraculosarum transmutationum, non respectu conseruationis ex nihilo, aut annihilationis, ut in præcedenti articulo determinatum est. Subdit tamen Auctor, unde possis doctorum dicta intelligere absque dictæ conclusionis præiudicio, quod scilicet hæc omnipotentia attributa inuenitur magis uerbo Dei, quam animæ Christi, in tantum, ut inuenias forte negatam ab anima Christi & attributam uerbo, quia uirtus actionis factiua, principali agenti attribuitur simpliciter, instrumento autem, ignoto præsertim, aut non attribuitur, aut etiam auferetur.

¶ Super questionis tertiadecimæ articulū quartum.

TItulus clarus est intelligentibus terminos. Ille enim dicitur omnipotens respectu executionis propriæ uoluntatis, qui potest exequi quicquid uult exequi, ita quod potentia executiua æquiparatur in illo uoluntati executionis.

¶ In corpore est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus responsiuis quæsito, iuxta membra distinctionis. Distinctio est, Voluntas Christi dupliciter aliquid uoluit, uel per seipsum exequendum, uel per uirtutem diuinam.

¶ Vbi nota, quod ly per seipsum, significat per propriam uirtutem naturalem uel gratuitam, immanentem scilicet in ipso, ita quod distinguitur hoc membrum contra illa, quæ poterat Christus per uirtutem instrumentalem, ut patet in litera. Sumitur siquidem hic per seipsum sicut in secundo articulo sumptum est per propriam uirtutem: utrobique enim contra uirtutem instrumentalem distinctio fit, ut patet in litera. Prima ergo conclusio est, Anima Christi quicquid uoluit per seipsum exequendum, potuit.

Probatur, quia dedeceret sapientiam suā ut aliquid ualet per seipsum efficere, quod non subiaceret uirtuti suæ. Secunda conclusio est. Anima Christi quicquid uoluit efficiendum iacendi pœnalitatibus huius uitę, ut infra* dicetur.

AD III. dicendum, quod imaginationi, si fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua, puta quantum ad casum de trabe in alto posita, quia imaginatio nata est esse principium motus localis, ut dī 3. de Anima. * Similiter etiam quantum ad alterationem, quæ est secundum calorē & frigus, & alia consequentia, eo quod ex imaginatione consequēter natę sunt consequi animæ passiones, secundum quas mouetur cor, & sic per commotionem spiritum, totum corpus alteratur. Aliæ uero dispositiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non transmutantur ab imaginatione, quantumcumque sit fortis, puta figura manus uel pedis, uel aliqd simile.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu executionis suæ uoluntatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod aīa Christi non habuerit omnipotentiam respectu executionis proprię uolūtatis. Dī enim Mat. 7. quod ingressus domum, neminem uoluit scire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propositum suæ uoluntatis.

¶ 2 Præt. Præceptum est signum uoluntatis, ut in prima parte dictū est.* sed dominus quædam faciē da præcepit, quorum contraria ac ciderūt: dicitur enim Mat. 9. quod cæcis illuminatis, comminatus est Iesus dicens, Videte ne quis sciat, illi autem exeuntes, diffamauerūt illum per totam terram illam. Non ergo in omnibus potuit exequi propositum suæ uoluntatis.

¶ 3 Præte. Id, quod potest aliquis facere, non petit ab alio, sed dominus petiuit a patre, orando illud quod fieri uolebat: dī enim Luc. 6. quod exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, ergo non potuit exequi in omnibus propositū suę uoluntatis.

SED CONTRA est, quod dicit Augustinus* in lib. de Quęstionibus ueteris & noui Testamenti: Impossibile est, ut Saluatoris uoluntas non impleatur, nec potest uelle, quod scit fieri non debere.

RESPON. Dicendum, quòd anima Christi dupliciter aliquid uoluit. Vno modo, quasi per se implendum, & sic dicēdum est, quòd quicquid uoluit, potuit: non enim conueniret sapientiæ eius, ut aliquid uellet per se facere, quod suę uirtuti non subiaceret. Alio modo uoluit aliquid, ut implendum uirtute diuina: sicut resuscitationis proprij corporis, & alia huiusmodi miraculosa opera, quę quidem non poterat propria uirtute, sed secundum quòd erat instrumentum diuinitatis, ut dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus† dicit in lib. de Quęstionibus ueteris & noui Testamenti, Quod factum est, hoc uoluisse dicendus est Christus. Aduertendum est enim, q̄ illud in finibus gestum est gentilium, quibus adhuc tempus prędicandi non erat: ultro tamen uenientes ad fidem, non susciperе, inuidiæ erat. A suis ergo noluit prædicari, requiri autem se uoluit: & ita factum est. Vel potest dici, quòd hæc uolūtas Christi non fuit de eo, quod per eum fiendum erat: sed de eo, quod erat fiendum per alios, quod non subiacebat humanę uoluntati ipsius. Vnde in epistola* Agathonis Papę, quę est recepta in sexta Synodo, legitur. † ergo ne ille omnium Conditor ac Redemptor, in terris latere uolens non potuit, nisi hoc ad humanam eius uoluntatem, quam temporaliter est dignatus assumere, redigatur?

AD SECVNDVM dicendū, q̄ sicut Greg.* dicit 19. Mor. p hoc, q̄ dñs p̄cepit taceri uirtutes suas, seruis suis se sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem uirtutes suas occultari desiderēt: & tamen ut alij eorū exemplo proficiāt, prodātur inuiti. sic ergo prę ceptum illud designabat uolūta

A diuina uirtute, potuit instrumentaliter & non propria uirtute ut patet de operibus miraculosis.

¶ In responsione ad primum perspice ex secunda responsione, quòd distinctio in corpore articuli posita, non fuit comprehensiua omnium, quæ Christi humana uoluntas uoluit fieri: quoniam sub neutro membro comprehenduntur quę Christus uoluit per alios homines fieri quæ non subiacebant potestati eius naturali, aut gratuitæ, cuius executio ad humanam spectabat uoluntatem: sed comprehendit omnes modos quibus anima Christi potest dici omnipotens, respectu executionis propriæ uoluntatis, scilicet respectu exequendorum per ipsum, & exequendorum instrumentaliter tantum per ipsum, Deo principaliter operante. Respectu siquidem reliquorum non ponitur omnipotens, iuxta hanc secundam responsionem auctoritate Agathonis firmatam.

¶ Sed dubio non caret hæc secunda responsio, quomodo uerificetur, quòd Christus uoluerit humana uoluntate aliquid fieri per alios homines: & non potuerit facere quòd sic fieret, cum minus pię sonare hoc uideatur. Posset dici, quod verificatur de uoluntate antecedente, non consequente. sed hæc responsio non consonat Agathoni, quia hoc commune est uoluntati tam diuinæ quàm humanæ, ut contra uoluntatem antecedentem agatur. Sententia autem Agathonis, se cundum differentiam inter diuinam & humanam uoluntatem in hoc, quòd diuina quæcumque uoluit fecit, humana autem aliquid uult, & non potest, procedit ut patet in litera.

¶ Dicendum est ergo, quòd non inconuenit, Christum humana uoluntate uere uoluisse aliquid p aliquos operādum, uel non operandum, cuius oppositum factum est. puta, potuit uelle, quòd aliquis non peccaret, desiderando quòd ille non offenderet Deum, & tamen ille peccabat, Christo non permittente secundum humanam uoluntatem: quia non erat in potestate uirtutis eius, cohibere peccatum contra peccantis uoluntatem.

In lib. q. ex nouo test. qui incipit: Deus quidē perfectus & q. 77. in primum. 4.

Art. 1. huius q. lib. & c. citatis in arg. sed cont.

* Quæ habetur 1 6. synod. gener. Constantia med. illius in actione 4 relecta est in 8. actione 6. synod. generali. & recepta fuit in actione 4. lib. 19. c. 18. post media.

iuntatem. Et est sermo de Christo homine secundum propriam uirtutem. Et hoc modo Agathon dicit, quòd uoluit latere. & non potuit, scilicet secundum propriam uirtutem: potuisset tamen secundum instrumentalem uirtutem. Nec hæc minus pie sonant apud discernentes inter subiacentia & non subiacentia Christo homini secundum propriam uirtutem, quàm quòd decuerint humanam Christi uoluntatem recta desideria etiam sine opere.

¶ In responsione ad secundum, optime uteris distinctione inter uoluntatem antecedenter uel absolute, attribuendo præceptum taciturnitatis uoluntati etiam humanæ Christi antecedenter. Volebat siquidem, quantum ex se erat, gloriam fugere. & hanc uoluntatem præcepto taciturnitatis significabat: nolebat tamen absolute, hoc est omnibus consideratus, taceri, & ideo non peccabant publicantes illa miracula.

¶ In responsione ad tertium, considera quanta sit necessitas orandi, cum etiam ad ipsa opera, quę Christus sciebat se facturum, orationis medium adhiberet, ea ratione, quia orationes causæ mediæ sunt ad operanda & consequenda: sine causis autem mediis uelle effectus stulti est, sicut uelle colligere fruimenta sine seminatione.

3.d.15.q.1.ar.1.& d.22.q.2.art.1.q.1.c.& 4. contra ca. 55.11.& opu. 3.c. 42.et 47.

¶ *Super quæstionis 14. articulum primum.*

Titulus articuli clarus est.

Q.7.art. 9.et q.9.ar.1.

¶ In corpore unica est conclusio, Conueniens fuit corpus assumptum a filio Dei, defectibus subiacere. Probatur tripliciter. Primo ex fine incarnationis: secundo, ex fidei susceptione: tertio ex exemplaritate patientię. Et omnia clara sunt in litera.

q.9.arti.2.

Epist.56.non multum ante medium tom.1.

tem ipsius, quia humanam gloriam refugiebat, secundum illud Ioan.8. Ego gloriam meam non quæro. Volebat tamen absolute præsertim secundum diuinam uoluntatem, ut publicaretur miraculum factum, propter aliorum utilitatem.

Ad tertium dicendum, q̃ Christus orabat & pro his, quæ uirtute diuina fienda erant, & pro his etiam, quæ humana uoluntate erat facturus, quia uirtus & operatio animæ Christi dependebant a Deo, qui operatur in nobis uelle & perficere, ut dicitur Philip.2.

Quaestio XIIII.

De defectibus corporis assumptis a filio Dei, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de defectibus, quos Christus ĩ humana natura assumpsit. Et primo de defectibus corporis: secundo de defectibus animæ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, utrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶ Secundò, utrum assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi.

¶ Tertiò, utrum hos defectus contraxerit.

¶ Quartò, utrum omnes huiusmodi defectus assumpserit.

Articulus primus.

Utrum filius Dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd filius Dei nõ debuerit assumere humanã naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima unita est personaliter uerbo Dei, ita & corpus: sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem & quantum ad gratiam, & quantum ad scientiam, ut supra dictum est.* ergo etiam corpus eius debuit esse omnibus modis perfectum, nullum in se habens defectum.

¶ 2 Præt. Anima Christi uidebat uerbũ Dei ea uisione, qua beati vident (ut supra dictum est)* & sic aĩa Christi erat beata: sed ex beatitudine animæ glorificatur corpus: dicit.n. Augustinus* in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet etiam in inferiorem naturam, quę est corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis uigor. Corpus igitur Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu.

¶ 3 Præt. Pœna consequitur culpam: sed in Christo non fuit aliqua culpa, secundum illud primæ Pet.2. Qui peccatum non fecit. ergo nec defectus corporales, qui sunt pœnales, in eo esse debuerunt.

¶ 4 Præt. Nullus sapiens assumit id, quod impedit ipsum a proprio fine: sed per huiusmodi defectus corporales, multipliciter uidetur impediri finis incarnationis. primo quidem, quia propter huiusmodi infirmitates, homines abeius cognitione impediebãtur, secundum illud Isa.53. Desideravimus cum despectum & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus uultus eius & despectus: unde nec reputauimus eum. Secũdo, quia sanctorum patrum desiderium non uidetur impleri, ex quorum persona dicitur Isa.51. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium domini. Tertio, quia congruentius per fortitudinẽ, quàm per infirmitatem, videbatur & potestas diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. Non ergo uidetur cõueniens fuisse, quòd filius Dei humanam naturam assumpserit cum corporalibus infirmitatibus, siue defectibus.

Sed contra est, quòd dicitur Hebr.2. In eo, in quo passus est & tentatus, potens est & eis, qui tentãtur, auxiliari: sed ad hoc uenit, ut nos adiuuaret: unde & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. ergo conueniens fuit, ut filius Dei carnẽ assumpserit, infirmitatibus humanis subiacentem, ut in ea posset pati & tentari, & sic auxilium nobis ferre.

Respon. Dicendum, conueniens fuisse, corpꝰ assumptũ a filio Dei humanis infirmitatibus & defectibus subiacere, & præcipue propter tria. Primò quidem, quia ad hoc filius Dei carne assumpta, uenit in mundum, ut pro peccato humani generis satisfaceret. Vnus autem pro peccato alterius satisfacit, dum pœnam pro peccato alterius debitam in se suscipit. Huiusmodi autem defectus corporales, scilicet mors, fames, sitis, & huiusmodi, sunt pœna peccati, quod est in mundum per Adam introductum, secundum illud Roman. quinto. Per unum hominẽ peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad fidem incarnationis, quod huiusmodi pœnalitates in nostra natura susciperet uice nostra, secundum illud Isa.53. Vere languores nostros ipse tulit. Secundò, propter fidem incarnationis astruendam. Cum enim natura humana non aliter esset nota hominibus, nisi prout huiusmodi corporalibus defectibus subiacet, si sine his defectibus filius Dei humanam naturam assumpsisset, uideretur non fuisse uerus homo, nec ueram carnem habuisse, sed phantasticam, uti Manichæi posuerunt. Et ideo, ut dicitur Philipen. secundo. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Vnde & beatus Thomas per aspectum unius nerum est ad fidem reuocatus, ut dicitur Ioa.20. Tertio, propter exemplũ patientiæ, quod nobis exhibet, passiones & defectus humanos fortiter tolerando. unde dicitur Hebr. 12. Sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini, animis uestris deficientes.

An

Ad primvm ergo dicendum, q̃ satisfactio pro peccatis alterius, habet quidem quasi materiam pœnas, quas aliquis pro peccato alterius sustinet: sed pro principio habet habitum animę, ex quo inclinatur ad volendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciam hēt: non enim esset efficax satisfactio nisi ex charitate procederet, ut infra dicetur. * Er iō oportuit aīam Chri & perfectam esse, quantum ad habitus scientiarum & uirtutum, ut haberet facultatem satisfaciendi, & q̃ corpus eius esset subiectum infirmitatibus, ut ei satisfactionis materia non deesset.

Ad secvndvm Dicendum, q̃ secundum naturalem habitudinem, quæ est inter animam & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus: sed hęc naturalis habitudo in Christo subiacebat uoluntati diuinitatis ipsius, ex qua factum est, quod beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, sed caro pateretur, quę conueniunt naturę passibili secundum illud quod Dam.* dicit, quod beneplacito diuinę uoluntatis, permittebatur carni pati, & operari quę propria.

Ad tertivm dicendum, q̃ pœna semper sequitur culpam actualem uel originalem, quādoq; quidem eius q̃ punitur, quādoq; aūt alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, satisfacit. Et ita accidit in Christo, s̃m illud Isaiæ 53. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Ad qvartvm dicendum, quod infirmitas assumpta a Christo nō impediuit finem incarnationis, sed maxime promouit, ut dictum est. * Et quamuis per hmōi infirmitates absconderetur eius diuinitas, manifestabatur tamen humanitas, quę est uia ad diuinitatem perueniendi, secundum illud Rom. 5. Accessum habemus per Iesum Christum ad Deum. Desiderabant autem antiqui patres in Christo, non quidem fortitudinem corporalem, sed spiritualem per quam & diabolum uicit, & humanam infirmitatem sanauit.

¶ *Super Quæstionis quartædecimæ Articulum secundum.*

Articvlvs II.

Vtrum Christus necessitatem his defectibus subiacendi assumpserit.

Ad secvndvm sic proceditur. Vī q̃ Christus non ex necessitate his defectibus subiacuerit. Dī enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit, & loquitur de oblatione ad passionem: sed uoluntas opponitur necessitati: ergo Christus non ex necessitate subiacuit corporalibus defectibus.

¶ 2 Præt. Damasc. * dicit in 3. lib. Nihil coactum in Christo consideratur, sed omnia uoluntaria: sed quod est uoluntarium, non est necessarium. ergo huiusmodi defectus non fuerunt ex necessitate in Christo.

¶ 3 Præt. Necessitas infertur ab aliquo potentiori: sed nulla creatura est potentior, quā anima Christi, ad quam pertinebat proprium corpus conseruare. ergo huiusmodi defectus seu infirmitates non fuerunt in Christo ex necessitate.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Romano. octauo. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: sed conditio carnis peccati est, quod habeat necessitatem moriendi & sustinendi alias huiusmodi passiones. ergo talis necessitas sustinendi hos defectus fuit in carne Christi.

Respon. Dicendum, quod duplex est necessitas. Vna quidem coactionis, quæ fit ab agente extrinseco. Et hęc quidem necessitas contrariatur & naturæ & uoluntati, quorum utrumque est principium intrinsecum. Alia autem est necessitas naturalis, quę consequitur principia naturalia, puta formam, sicut necessarium est ignem calefacere, uel materiam, sicut necessarium est corpus ex contrariis compositum dissolui. Secundum igitur hanc necessitatem, quæ consequitur materiam, corpus Christi subiectum fuit d necessitati mortis, & aliorum huiusmodi defectuum: quia sicut dictum est, * beneplacito diuinæ uolūtatis, carni Christi permittebatur agere, & pati quæ propria.

Hæc autem necessitas causatur ex principiis carnis humanæ, vt dictum est. * Si autem loquamur de necessitate coactionis, secundum quidem quod repugnat naturæ corporali, sic iterum corpus Christi secundum conditionem propriæ naturæ necessitati subiacuit, & claui perforantis, & flagelli percutientis.

Secundum uerò quod necessitas talis repugnat uoluntati, manifestum est quod in Christo non fuit necessitas horum defectuū, neque per respectum addiuinam uoluntatem, neque per respectū ad uoluntatem humanam Christi absolute, prout sequitur rationem deliberantem, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis, prout s. naturaliter refugit mortem, & etiam corpori nocumenta.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus dicitur oblatus, quia doluit d & uoluntate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors esset contra naturalem motum uoluntatis humanę, ut Damasc.* dicit.

Ad secvndvm patet responsio ex dictis.†

Ad tertivm dicēdū, quòd nihil fuit potentius, quàm anima Christi absolute: nihil tamē prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut clauus ad perforādum. Et hoc diuel materiam. Prima conclusio est. Corpus Christi secūdum necessitatem naturalem consequentem materiam, subiectum fuit necessitati mortis, & aliorum huiusmodi defectuum. Probatur. Carni Christi permittebatur agere & pati, quæ erant propria: sed necessitas horum defectuum causatur ex propriis carnis. ergo.

Secunda conclusio est, Corpus Christi secundum conditionem propriæ naturę subiacuit necessitati coactionis repugnantis naturæ corporali, ut patet de clauo perforante, & flagello percutiente.

Tertia conclusio eo. In Christo non fuit necessitas coactionis repugnantis uoluntati diuinæ aut humanæ absolute, sed solum secundum naturalem motum uoluntatis. Hæc conclusio non aliter probatur, sed ex declaratione terminorum relinquitur euidens apud theologos. Declaratur siquidem uoluntas absolute, hoc est consequens rationem deliberantem, & naturalis, prout naturaliter refugit mortem, corporisque nocumenta.

¶ Vbi nota primò, quod apud Auctorem hic, deliberatio est actus rationis. Et uoluntas dicitur deliberata denominatiue a ratione deliberante, & causaliter, quia consequitur rationem deliberantem (quæ scilicet ratio omnibus considératis concludit aliquid esse malum uel bonum, fugiendum uel prosequendum] & sequitur motus uoluntatis conformis tali rationi appetens uel fugiens, qui uocatur uoluntas deliberata.

Naturalis autem uoluntas uocatur motus ille uoluntatis, qui consequitur rationem apprehendentem bonum uel malum, non considératis omnibus circunstantiis, sed ipsum nudum obiectum bonum (puta uitam sani-

D. 904.

ar. 8 cc. ad 2. in isto ar.

D. 905.

i. 4. c. 24. &

in corp. ar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sanitatem) uel malum, puta mortem, infirmitatem, flagellari, & huiusmodi. ad huiusmodi enim apprehensionem, sequitur naturaliter motus uoluntatis uolens bonum, uel nolens malum. Et tamen, ut dictum est, superaddita rationi consideratione circunstantiarum (puta mori, propter bonum uirtutis) sequitur in uoluntate motus uolitionis respectu mali, puta, mortis propter iustitiam, & nolitionis respectu boni, puta uitæ cum detrimento uirtutis. Renuit siquidem uiuere cum defectu etiam negatiuo talis actus uirtutis, puta redemptionis humanæ.

1.di.15.q.1.a.3. & di.21.q.1.ar.2.c. & qp.5.c.223.

¶ In responsione ad tertium, uide quod Auctor necessitatem coactionis, contrarię corpori (quam in corpore articuli respectu corporis Christi poruit) hic extendit etiam ad animam Christi secundum propriam naturam, & & uirtutem, quia superius dictum est, quia Christi secundum propriam naturam, & uirtutem non poterat mutare naturalem cursum rerum, secundum quem conflat, clauum esse potentiorem ad perforandum carnem humanam, quam anima sit potens seruare corpus illęsum a perforatione, quoniam hoc non fine miraculo fieret. Et hoc est quod litera docet.

¶ *Super Quæstionis quartædecimæ Articulum tertium.*

TItulus totus cõsistit in uerbo contractionis. Nihil. n. aliud uertitur in dubium hic, nisi an defectus corporales, qui in Christo fuerunt, fuerint cõtracti, an non fuerint cõtracti, sed aliter habiti.

refertur 3. sen. di. 16. & habetur in gl. ord. super hũc locum.

¶ In corpore articuli unica est conclusio responsiua quæsito: Christus non contraxit defectus corporales, sed uoluntarie suscepit. Probatur quo ad primam principalemque partem, contractio importat ordinẽ effectus ad causam. ergo illi proprie dicunt contrahere defectus mortis, &c. qui ex debito peccati hos defectus incurrunt; ergo Christus hos defectus nõ contraxit. Antecedẽs probatur: quia cõtrahere est simul trahere, effectum. s. cum causa. Prima consequẽtia probatur, quia causa mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum. Probatur ex auctoritate ad Rom. 5. Per unum peccatum mors, &c. Secunda uerò cõclusio probatur, quia Christus non habuit hos defectus ex debito peccati. Probatur auctoritate Augustini. Vltima pars conclusionis probatur, quia potuisset, si uoluisset Christus assumere naturam absq. pena, sicut assumpsit absque culpa.

¶ In responsione ad secundum nota auctorem in theologia theologicę loq. cum dicit causam proximam mortis eẽ peccatum, remotam aũt compositionem ex contrariis. Formaliter siquidem loquis, ubi omnino theologica est materia, qualis est ista.

¶ *Super quæst. quartædecimæ articulum quartum.*

TItulus, consistit in uniuersalitate defectuum humanorum corporalium, an. s. omnes assumpta Christo fuerit conueniens.

¶ In corpore una est conclusio responsiua quæsito. Non fuit conueniens, ut Christus assumeret omnes defectus seu infirmitates humanas. Probat. Christus assumpsit defectus humanos ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ. ergo illos tantũ defectus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato communi totius humanę naturę. nec tamẽ repugnat perfectioni scientię & gratiæ. ergo non fuit conueniens ut omnes

co, secundum quod anima Christi consideratur secundum propriam naturam & uirtutem.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus defectus corporales contraxerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Christus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dicimur, quod simul cum natura ex origine trahimus, sed Christus simul cum natura humana defectus & infirmitates corporales per suam originem traxit a matre, cuius caro huiusmodi defectib. subiacebat. ergo uidetur, quod hos defectus contraxerit.

¶ 2 Præ. Id, quod ex principiis naturæ cãtur, simul cum natura trahitur, & ita contrahitur: sed huiusmodi pœnalitates cãntur ex principiis naturæ humanæ. ergo eas Christus contraxit.

¶ 3 Præt. Secundum huiusmodi defectus Christus aliis hominib. similatur, ut dr Heb. 2. sed alii homines huiusmodi defectus contrahunt. ergo uidetur quod etiam Christus huiusmodi defectus contraxerit.

SED CONTRA est, quod huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato, secundum illud Rom. 5. Per unum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors: sed in Christo non habuit locum peccatum. ergo huiusmodi defectus Christus non contraxit.

RESPON. Dicendum, quòd in uerbo contrahendi, intelligitur ordo effectus ad causam, ut scilicet illud dicatur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autem mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum, quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, ut dicitur Roma. 5. Et ideo illi proprie dicuntur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Christus autem hos defectus non habuit ex debito peccati: quia ut Augustinus * dicit exponens illud Ioan. tertio. Qui de sursum uenit, super omnes est, de sursum uenit Christus, id est, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hoïs. Accepit enim naturam humanã absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocentiæ, & simili modo potuisset assumere humanam naturam absque defectibus. Sic igitur patet, quòd Christus non contraxit hos defectus, quasi ex debito peccati eos suscipiens, sed ex propria uoluntate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro Virginis concepta fuit in originali a peccato: & ideo hos defectus contraxit. † sed Christus naturam ex Virgine assumpsit absque culpa. Et similiter potuisset naturam assumere absque pœna: sed voluit suscipere pœnam propter opus nostræ redemptionis implẽdum, ut dictum est. * Et ideo habuit huiusmodi defectus, non cõtrahendo: sed uoluntarie assumendo.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd causa mortis & aliorum corporalium defectuum in humana natura, est duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialiũ humani corporis, inquantum est ex cõtrariis compositum: sed hæc causa impediebatur per originalem iustitiam. Et ideo proxima causa mortis & aliorum defectuum, est peccatum: per quod subtracta est originalis iustitia. Et propter hoc, quia Christus fuit sine peccato, dicitur non contraxisse huiusmodi defectus, sed uoluntarie assumpsisse.

AD TERTIVM Dicendum, qp Christus in huiusmodi defectib⁹, assimilatus est aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuũ non autem quantum ad causam. Et ideo Christus non contraxit huiusmodi defectus, sicut alii.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit. Dicit enim Damascenus. * Quòd est inassumptibile, est incurabile: sed Christus uenerat omnes defectus nostros curare: ergo omnes defectus nostros assumere debuit.

¶ 2 Præterea. Dictum est, † quòd ad hoc, quòd Christus pro nobis satisfaceret, debuit habere habitus perfectiuos in anima & defectus in corpore: sed Christus ex parte animæ assumpsit plenitudinem omnis gratiæ. ergo ex parte corporis debuit assumere omnes defectus.

¶ 3 Præterea. Inter omnes defectus corporales præci-

omnes defectus seu infirmitates humanas assumeret. Antecedens patet. Et prima consequentia, quo ad primam partem, reloquitur clara. Quo ad secundam vero probatur, quia ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, requiritur satisfactor perfectus in anima, scientia, & gratia. Secunda autem, quia defectus sunt trifariã:

quidam repugnantes perfectioni scientiæ, vt ignorantia: vel gratiæ, vt promptas ad malum & difficultas ad bonum: quidam particulares, vt uarii morbi: quidam communes toti humanæ naturæ, vt fames, sitis, fatigatio, mors &c.

¶ Vbi nota tria. Primo, quòd quia rationis ordo poscit, vt satisfactio, quæ penalis est, respondeat culpæ (& culpa communi respondeat pœna communis) ideo litera ex eo q̃ Christus defectus pœnales assumpsit ad satisfaciendũ pro peccato naturæ humanæ, op̃time, vt clarum intulit consequens, quòd solos communes humanæ naturæ defectus pœnales assumere debuit. Secundo, quòd quia negatio particularium defectuum in Christo dicta non erat probata (quamuis fuerit probata affirmatio vniuersalium defectuum in eodem ex proportione pœnæ ad culpam) ideo litera subiunxit rationem eximentem corpus Christi a specialibus defectibus, ex negatione causarum eorundem ad negationem eorum procedentem, ex eo, q̃ defectus speciales aut sunt ex defectu principii vel principiorum, aut ex defectu progressus vitæ, quorum neutrum in Christo locum habere potuit.

¶ Et si quis obiecerit, quòd possit esse aliquis horum defectuũ, ex tertia causa puta, ex cœlo uel concursu elemẽti alicuius, sciat omnes huiusmodi concursus causatiuos morbi specialis, nihil aliud esse quam defectum principii: concurrens enim causa impedit principia a naturali perfectione actionis uel passionis suę, & ideo reducitur huiusmodi causa ad defectum virtutis formatiuæ causam ponitam in litera.

¶ Tertio, quòd Auctor doctrinam suam conformem Damasceno ostendens, confirmat simul, & exponit illum.

¶ Sed restat hic dubium, quo pacto licuerit, vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare, cum constet ignorantiam esse defectum animæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor licet tractet de defectibus corporis, inserit tamen uniuersalem doctrinam de defectibus humanis qui non debuerunt assumi a Christo, ut ex uniuersali regula habeatur discretio inter defectus etiam corporis, qui debuerunt uel non debuerunt assumi. Et hoc propter promptatem ad malum & difficultatem boni, quoniam alia est lex in membris hominis repugnans legi mentis, secundum quam proni sumus ad malum, & non quod volumus bonũ hoc agimus, id autem quod de ignorantia admiscetur, exempli gratia positum est.

¶ Sed quia hæc responsio dicta secundum eundem contextum separat, dum ignorantiam vt exemplum promptitatem vero ad malum, & difficultatem ad bonum vere interpretatur, aliter dicitur, quòd per ignorantiam hic intelligitur copulatio corporalis causatiua ignorantiæ: nascuntur siquidem aliqui incepti ad scientiam, sicut alii inclinati ad iram, & huiusmodi.

¶ Sed hoc minus cõsonat literæ, diuidenti contra defectus repugnãtes perfectioni scientiæ uel gratiæ, defectus corporis speciales: constat autem has complexiones exhorbitantes a temperantia humanæ medietatis, inter speciales computari defectus. Vnde dicendum est, quòd ignorantia dupliciter sumi potest, vel secundum se, & sic est defectus non corporis, sed animæ, sicut scientia: cõtraria enim circa idem nata sunt fieri, uel secundum suã causam occasionalẽ communi toti naturæ humanę, & sic est defectus tenens se ex parte corporis, quoniam ex hoc ipso, q̃ anima fit in corpore, non recipit influxum scientiæ a superioribus, & manet ignorans: in cuius signum statim, quòd a corpore separatur anima, perficitur scientia infusa a superioribus. Christus autem licet susceperit animam in corpore, non suscepit tamen defectum scientiæ concomitantem animam ex hoc, quòd sit in corpore, quoniam ab initio eius anima repleta est, & beata, & infusa scientia, ut patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis, hoc est se tenẽtes ex parte corporis, computata est hoc in loco ignorantia.

¶ In responsione ad secundum peripicaciter vide, quòd animæ Christi secundum se debebatur plenitudo omnis gratiæ & scientiæ, ex hoc ipso quòd erat assumpta a Verbo: est enim hoc sumptum ex Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & ueritatis, quasi Vnigenitum a Patre. Et docemur ex hoc non solum differentiã intentam in litera inter scientiam ac gratiam, & defectus, quòd illæ debebantur animæ Christi secundum se hoc est ob propriã perfectionem, isti uero solum propter aliud, hoc est satisfactionem & exemplaritatem &c. sed etiam quod non sunt duo miracula, gratia vnionis, & gratia virtutum in anima Christi: sed sicut in naturalibus generans dat una generatione formam, & consequentia ad formam, ita in mysterio incarnationis assumens dat gratię & scientię plenitudinem, ut consequentia assumptionem. & propterea sicut debentur genito concomitanda formam, debito naturali, ita debetur assumptę animę plenitudo gratię & scientię debito quasi naturali, seu connaturalis ordinis. Connaturalis quippe est assumptę animę plenitudo gratię & scientię.

Artic. 1. & 2. huius quæst.

Li. 2. orthod. fid. cap. 14. in fine. & li. 3. c. 20.

¶ *Super Quæstionis quintædecimæ Articulum primum.*

TItulus clarus est. ¶ In corpore est unita conclusio responsiua quæsito: Christus nullo modo assumpsit defectum peccati. Probat: Defectus assumpti à Christo sunt assumpti ad tria hoc est ad satisfaciendū pro natura humana: ad cōprobandam suam humanitatē, & ad exemplū virtutis: sed defectus peccati ad nihil horum valet. ergo. Maior patet ex primo articulo præcedentis quæstionis. Minor singillatim quo ad singulas partes clare probatur in litera, ita vt non sit opus exponere.

QVAESTIO XV.

De defectibus animæ, a Christo assumptis, in decem articulos diuisa.

EINDE considerādum est, de defectibus pertinentibus ad animam.

ET CIRCA hoc quæruntur decē.

¶ Primò, Vtrū in Christo fuerit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum in eo fuerit fomes peccati.

¶ Tertiò, Vtrū in eo fuerit ignorantia.

¶ Quartò, Vtrū anima eius fuerit passibilis.

¶ Quintò, Vtrū in eo fuerit dolor sensibilis.

¶ Sextò, Vtrū in eo fuerit tristitia.

¶ Septimò, Vtrum in eo fuerit timor.

¶ Octauò, Vtrum in eo fuerit admiratio.

¶ Nonò, Vtrum in eo fuerit ira.

¶ Decimò, Vtrum simul fuerit viator, & comprehensor.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Christo fuerit peccatum.

fnf. q. 32. ar. 7 & 3. d. 3. q. 1. corp. fi. & d. 12. q. 1. cor. fi. & quo. 4. q. 11. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in Christo fuerit peccatum. Dicitur. n. Psalm. 21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti, longe à salute mea uerba delictorum meorum: sed hæc uerba dicūtur ex persona ipsius Christi, ut patet ex hoc quòd ipse ea in cruce protulit. ergo uidetur, quod in Christo fuerint delicta.

¶ 2 Præterea. Rom. 5. dicit Apostolus. quòd in Adam omnes peccauerunt, quia scilicet in eo originaliter fuerunt: sed Christus etiā originaliter fuit in Adā. ergo in eo peccauit.

¶ 3 Præterea Apost. dicit Heb. 2. quòd in eo, in quo Christus passus est, & tentatus potens est & his, qui tentantur, auxiliari: sed maxime indigebamus auxilio eius contra peccatum. ergo uidetur, quòd in eo fuerit peccatum.

¶ 4 Præterea. Secundę ad Cor. 5. dicitur, quòd Deus eum, qui non nouerat peccatum. s. Christum, pro nobis peccatū fecit: sed illud uerè est, quod a Deo factum est. ergo in Christo uerè fuit peccatum.

Car. 11. in fi. tom. 3. ¶ 5 Præterea. Sicut Augustinus * dicit in lib. de Agone Christiano, in homine Christo se nobis ad exemplum uitæ præbuit filius Dei: sed homo indiget exemplo non solum ad rectè uiuendum, sed etiam ad hoc, quòd pœniteat de peccatis ergo uidetur, q̄ in Christo debuerit esse peccatum, ut de peccatis pœnitendo, pœnitentiæ nobis daret exemplum.

SED CONTRA est, quod ipse dicit Ioan. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato?

Ar. 1. & 2. huius quæst. RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Christus susceperit defectus nostros, ut pro nobis satisfaceret, & ut ueritatem humanæ naturæ cōprobaret, & ut nobis fieret exemplum uirtutis. secundum quæ tria manifestum est, quòd defectum peccati assumere non debuit. Primo quidem, quia peccatum nihil operatur ad satisfactionē, quinimmo uirtutem satisfactionis impedit: quia ut dicitur Eccles. 34. dona iniquorum non probat Altissimus. Similiter etiam ex peccato non demonstratur ueritas humanæ naturæ, quia peccatum non pertinet ad humanam naturam, cuius Deus est causa: sed magis est contra naturam, per seminationem diaboli introductum, ut Dam. * dicit. Tertio, peccando exemplum uirtutis præbere non potuit, cū peccatum cōtrarietur uirtuti. Et ideo Christus nullo modò assumpsit defectum peccati, nec originalis, nec actualis, secundum illud quod dicitur 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit.

Lib. 2. ca. 30. AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Dam. * dicit in 3. lib. dupliciter dicitur aliquid de Christo, uno modo, secundum proprietatem naturalem, & hypostaticam, sicut dicitur, quòd Deus factus est homo, & quòd passus est pro nobis: alio modo, secundum proprietatem personalem & habitualem, prout scilicet, aliqua dicuntur de ipso in persona nostra, quæ sibi secundum se nullo modo conueniunt. Vnde & inter septem regulas Ticonij, quas Aug. * ponit in 3. de doctr. Christia. prima ponitur de Domino & eius corpore, cum scilicet Christi, & ecclesiæ una persona æstimatur. Et secundum hoc Christus ex persona membrorum suorum loquēs dicit, Verba delictorum meorum, non quòd in ipso capite delicta fuerint.

Li. 12. de fid. ca. 14. & 21. AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut dicit Augustinus * 10. super Genes. ad literam, non omni modo Christus fuit in Adam & in alijs patribus, quo nos ibi fuimus. Nos enim fuimus in Adam secundum seminalem rationem, & secundum corpulentam substantiam: quia scilicet ut ipse ibidem dicit, cum sit in semine & uisibilis corpulentia, & inuisibilis ratio, utrunque currit ex Adam: sed Christus uisibilem carnis substantiā de carne uirginis sumpsit: ratio uerò conceptionis eius non à semine uirili, sed longe aliter, ac desuper uenit. Vnde nō fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed solū secundum corpulentam substantiam. Et ideo Christus non accepit actiuè ab Adam humanam naturam, sed solum materialiter: actiuè uerò à Spiritu sancto: sicut & ipse Adam materialiter sumpsit corpus ex limo terræ, actiuè autem à Deo. Et propter hoc Christus non peccauit in Adam, in quo fuit solùm secundum materiam.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus ex sua tentatione & passione nobis auxiliatus est, pro nobis satisfaciendo: sed peccatum non cooperatur ad satisfactionem, sed magis ipsam impedit, ut dictū est. * Et ideo non oportuit, quòd peccatum in se haberet, sed omnino esset purus à peccato: alioquin pœna, quam sustinuit, fuisset sibi debita pro proprio peccato. In corpo. & 4. ad 3.

AD QVARTVM dicendum, quòd Deus fecit Christum peccatum, non quidem, ut in se peccatum haberet: sed quia fecit eum hostiam pro peccato: sicut & Oseæ 4. dicitur, Peccata populi mei comedent scilicet. Sacerdotes, qui secundum legem comedebant hostias pro peccato oblatas. Et secundum hunc modum dicitur Isa. 52. quòd Dominus posuit in eo iniquitatem omnium: quia scilicet cū tradidit, ut esset hostia pro peccatis omnium hominum. uel fecit eum peccatum, id est, habentem similitudinem carnis peccati, ut dicitur Roma 8. & hoc propter corpus passibile, & mortale, quod assumpsit.

AD QVINTVM dicendum, quòd pœnitens laudabile exemplum dare potest, non ex eo quòd peccauit, sed in hoc quòd uoluntariè pœnam sustinet pro peccato. Vnde Christus dedit maximum exemplum pœnitentiæ, dum non pro peccato proprio, sed pro peccatis aliorum uoluit pœnam subire.

ARTI-

¶ *Super Quæstionis quintedecimæ Articulum secundum.*

In titulo fomes peccati importat inclinationem appetitus sensitiui in id, quod contrariatur rectæ rationi, puta. in superfluam delectationem, in excessiuã cupiditatem, & similia.

¶ In corpore unica est conclusio respondens quæsito: in Christo non fuit fomes peccati. Probatur dupliciter, primo sic, uirtus moralis facit rationalem partem animæ, in qua est, rationi esse subiectam, & tanto magis quãto perfectior fuerit. ergo quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur uis fomitis. ergo in Christo non fuit fomes peccati. Antecedens declaratur, in temperantia & mansuetudine. Prima consequentia probatur, quia ad rationem fomitis pertinet inclinatio appetitus sensualis in id, quod est contra rationem. Secunda uero, quia in Christo fuit uirtus secundum perfectissimum gradum: quod probatur, quia Christus perfectissime habuit gratiam, & omnes uirtutes morales. Secundo, probatur conclusio principalis, quia nihil defectus non est ordinabilis ad satisfaciendum: sed potius inclinat ad contrarium satisfactioni. ergo non debuit assumi a Christo. Et patet sequela ex præcedentibus.

¶ Occurrit hic dubium, quia secundum primam rationem in litera allatam, sequitur, quod non solum in Christo, sed etiam in puris hominibus puta, Ioanne Baptista non fuerit fomes peccati, quia in ipso a principio fuerunt uirtutes perfectæ: non solum in habitu, ut fuit in pueris baptizatis, sed in exercitio, cum fuerit tantæ perfectionis, ut iustus appellatus sit, ut dicit Glo. in uer-

Inf. q. 27. ar. 2. c. & ad 1. & 3. dist. 17. ar. 2. qu. 2. ad 4. & opu. 3. ca. 231.

Lib. 3. orth. fid. ca. 15. ar. med. & cap. 24.

In corp. & 4. 4. ad 3.

Q. 7. artic. 2. & 9.

Alias irrationali.

2. 2. q. 56. ar. 4.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo fuerit fomes peccati.

AD SECVNDVM sic procedit. Vī ꝙ in Christo fuerit fomes peccati. Ab eodem. n. principio deriuatur fomes peccati & passibilitas corporis siue mortalitas. ſ. ex subtractione originalis iustitiæ, per quam simul inferiores uires animæ subdebantur rationi, & corpus animæ: sed in Christo fuit passibilitas corporis & mortalitas. ergo etiam in eo fuit fomes peccati.

¶ 2 Præt. Sicut Dam. * dicit in 3. li. Beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur caro Christi pati & operari quæ propria: sed proprium est carni, ut concupiscat delectabilia sibi. Cum igitur nihil aliud sit fomes, quàm concupiscentia, ut dicitur in glo. Rom. 7. uidetur quòd in Christo fuerit fomes peccati.

¶ 3 Præt. Ratione fomitis peccati, caro concupiscit aduersus spiritum, ut dī Gal. 5. Sed tanto spiritus ostenditur fortior & magis dignus corona, quãto magis superat hostem. ſ. concupiscentiam carnis, secundum illud 2. ad Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Christus autem habuit fortissimum, & uictoriosissimum spiritũ & maximæ dignum corona, ſm illud Apoc. 6. Data est ei corona, & exiuit uincens, ut uinceret. uī ergo ꝙ in Christo maxime debuerit esse fomes peccati.

SED CONTRA est, qđ dī Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est: sed Spiritus sanctus excludit peccatum & inclinationem peccati, quę importatur nomine fomitis. ergo in Christo non fuit fomes peccati.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * Christus perfectissime habuit gratiam & omnes uirtutes. Virtus aũt moralis, quæ est † in rationali parte aiæ, eam facit esse rationi subiectam, & tanto magis, quãto perfectior fuerit uirtus: sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo, & mansuetudo irascibilem, ut in 2. parte dictum est. * ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, qđ est contra rationem. Sic igitur patet, ꝙ quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur uis fomitis. Cum igitur in Christo fuerit uirtus secundum perfectissimum gradum, cõsequens est, ꝙ in eo fomes peccati non fuerit, cum ẽt iste defectus non sit ordinabilis ad satisfaciendũ, sed potius inclinet ad contrariũ satisfactioni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inferiores uires pertinentes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem uires corporales, uel humorum corporalium, uel etiã ipsius aiæ uegetabilis, ut patet in 1. Eth. * Et ideo pfectio uirtutis, quæ est secundum rationem rectam, non excludit passibilitatẽ corporis, excludit autem fomitem peccati: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ caro naturaliter concupiscit id, quod est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui: sed caro hoīs, qui est animal rationale, hoc concupiscit secundum modum & ordinem rationis. & hoc modo caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui naturaliter appetebat escam & potũ & somnum, & alia quæ secundũ rectam rationem appetuntur, ut patet per Damas. * in 3. li. Ex hoc autem non sequitur, quòd in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ fortitudo spiritus aliqualis ostẽditur, ex hoc ꝙ resistit concupiscentiæ carnis sibi contrariantis: sed maior fortitudo spiritus ostẽditur, si per eius uirtutem totaliter caro comprimatur, ne contra spiritum concupiscere possit. & ideo hoc cõpetebat Christo, cuius spiritus summum fortitudinis gradum attigerat. Et licet nõ sustinuerit impugnationem interiorem ex parte fomitis, sustinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi & diaboli, quos superando uictoriæ coronam promeruit.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit ignorantia.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd in Christo fuerit ignorãtia. Illud enim uere fuit in Christo, quod sibi competit secundum humanam naturam, licet ei non competat secundum diuinam, sicut passio & mors: sed ignorantia conuenit Christo, secundum humanam naturam: dicit enim Dama. * in 3. lib. quòd ignorantem & seruilem assumpsit naturã. ergo ignorantia uere fuit in Christo.

¶ 2 Præt. Aliquis dī ignorans per notitiæ defectum: sed aliqua notitia defuit Christo: dicit. n. bo, Iustitia, ubi scriptum est: Iustitia ante eum ambulabit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd differentia inter animam Christi & aliorum est, quòd anima Christi est secundum quòd erant animæ in statu innocentiæ, quantum ad elongationem a peccato: animæ uero reliquorum quantumcumq; sanctificatorum in utero, in hac uita sunt sicut anima hominis, qui incidit in latrones, & non solum spoliatus est gratuitis, sed uulneratus est in naturalibus. Et ideo in anima Christi secundũ se sola naturalis inclinatio partis sensitiuę in bonum sibi consonum erat per uirtutem subijciendã perfectę rationi, ut nulla fomitis ratio maneret in eo: in alijs autem non solum est naturalis inclinatio partis sensitiuæ in bonum sibi consonum, sed talis inclinatio est uulnerata. Et propterea non sufficit in aliis ad tollendum fomitem, perfectio uirtutis: sed speciali est opus gratia, sic sanante, ut extinctus sit fomes peccati, qđ soli beatæ Virgini in hac uita concessum credimus. Non sequitur igitur ex processu literæ, quòd perfectio uirtutis regulariter tollat fomitem, sed quòd perfectio uirtutis in Christo infert in ipso, nõ fuisse fomitem.

Lib. 1. Eth. c. vlt. tex.

Lib. 3. orth. fi. cap. 14.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ primæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore una est conclusio: In Christo non fuit ignorantia. Probatur, Sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & uirtutis, ita fuit plenitudo omnis scientiæ. ergo sicut prima plenitudo excludit fomitem peccati, ita secunda excludit ignorantiã. ergo in Christo non fuit ignorantia prima consequentia. probat, qa ignorãtia opponitur plenitudini scientię: secunda, quia non fuit fomes peccati in Chro.

3. dist. 17. ar. 1. q. 2. ad 5.

Lib. 3. orth. fid. ca. 21. prin.

¶In responsione ad tertium, aduerte nouitie, quòd trium expositionum uerborū Isaiæ, q̄ in litera ponūtur, duæ primæ cōueniunt in hoc, quod ly Antequam puer sciat, exponunt, antequam Deus fiat puer sciens, hoc est, antequam incarnetur habens matrem, & patrem putatiuum. In hoc.n. sensu uerificat tā literalis expositio, quòd rex Assyriorū auferret spolia ante icarnationē filij Dei, quam spiritualis, q̄ filius Dei ante incarnationem inuocatus saluaret populū suū. Tertia autem post incarnationē exponit, quòd ly Ante, dicat ordinem temporis. secūdum ætatē infantilem Iesu Christi.

Q.7. art.9. & q.9.ar.1.

Apost.2. ad Corinth.5. Eum q̄ non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Christo fuit ignorantia.

¶3 Præt. Isa.8. dicitur, Antequā sciat puer uocare patrem suū, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci. Puer autem ille est Christus. ergo in Christo fuit aliquarum rerum ignorantia.

SED CONTRA, Ignorantia per ignorantiam non tollitur. Christus autem ad hoc uenit, ut ignorantias nostras auferret: ueni.n. ut illuminaret his, q̄ in tenebris, & in umbra mortis sedent. ergo in Christo ignorantia non fuit.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & uirtutis, ita in ipso fuit plenitudo omnis scientiæ, ut ex premissis * patet. Sicut autem in Christo plenitudo gratiæ, & uirtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo scientiæ excludit ignorātiam, quæ scientiæ opponitur. Vnde, sicut in Christo non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd natura a Christo assumpta potest dupliciter cōsiderari. Vno modo, secundum rationem suæ speciei, & secundum hoc dicit Dama.* eam esse ignorantem & seruilem. Vnde subdit, Nam serua quidem est hominis natura eius, qui fecit ipsam, Dei scilicet, & non habet futurorum cognitionem. Alio modo, potest cōsiderari secūdum id, quod habet ex unione ad hypostasim diuinam, ex qua habet plenitudinem scientiæ & gratiæ, secundum illud Ioan.1. Vidimus eum quasi unigenitum à Patre, plenum gratiæ & ueritatis. & hoc modo natura humana in Christo ignorantiam non habuit.

Loco citato in arg.1.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd Christus dicitur non nouisse peccatum, quia nescuit per experientiam, sciuit autem per simplicem notitiam.

AD TERTIVM dicēdum, quòd loquitur ibi Propheta de scientia humana Christi. Dicit enim, Antequam sciat puer, s. secundum humanitatem, uocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putatiuus) & matrem suam, scilicet Mariam, auferetur fortitudo Damasci: quod non est sic intelligendum, quasi aliquando fuerit homo, & hoc nescīuerit: sed antequam sciat, id est, antequam fiat homo scientiam habens humanam, auferetur. uel ad literam, fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, per regem Assyriorum: uel spiritualiter, quia nondum natus, populum suum sola inuocatione saluabit, ut glo.* Hie. ibi exponit. Augustin. tamen in sermone † de Epi. dicit, hoc esse completum in adoratione Magorum. Ait enim, Antequam puer humanam carnem humana uerba proferret, accepit uirtutem Damasci, scilicet diuitias, in quib. Damascus præsumebat: in diuitijs autem principatus, auro defertur. Spolia uero Samariæ idem ipsi erāt: Samaria namque pro idolatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda conuersus est. Hæc igitur prima spolia puer idolatriæ detraxit. Et secundū hoc intelligitur, antequam sciat, ideſt, antequam ostendat se scire.

Hier. ibi. t.5. Aug. in ser. 4 qui est. 32. in ordine ante med. to. 10.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Christi fuerit passibilis.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quòd anima Christi non fuerit passibilis. Nihil.n. patitur nisi à fortiori, quia agēs præstantius est patiente, ut patet per Aug.12. super Genes.* ad literam, & per Philos.3. de anima: † sed nulla creatura fuit præstantior, quàm anima Christi. ergo anima Christi non potuit ab aliqua creatura pati, & ita non fuit passibilis: frustra enim in eā fuisset potentia patiēdi, frā nullo pati potuisset.

¶2 Præt. Tul. in lib.* de Tusculanis quæstionibus dicit, q̄ passiones animæ sunt quædam ægritudines: sed in anima Christi non fuit aliqua ægritudo: nam ægritudo animæ sequitur peccatū, ut pater per illud Psalm.40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. ergo in Christo non fuerunt animæ passiones.

¶3 Præt. Passiones animæ uidentur idem esse cum fomite peccati, unde & Apost. Rom.7. uocat eas passiones peccatorum: sed in Christo non fuit fomes peccati, ut supra dictū est: † Ergo uī, q̄ nō fuerint in eo aīę passiones, & ita aīa Christi nō fuit passibilis.

SED CONTRA est, q̄ in Psal.78. dī ex persona Christi, Repleta est malis anima mea: non quidē peccatis, sed humanis malis. i. dolorib. ut glo.* ibi exponit. Sic ergo anima Chri fuit passibilis.

RESP. Dicendum, q̄ animam in corpore cōstitutā dupliciter contingit pati. Vno mō, passione corporali: alio mō, passione animali. Passione quidem corporali patitur per corporis læsionem. Cū.n. anima sit forma corporis, consequens est, q̄ unū sit esse animæ & corporis: & iō corpore perturbato per aliquā corpoream passionē, necesse est q̄ anima per accidens perturbetur. f. quantum ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corpus Chri fuit passibile, & mortale (ut supra habitum est *) necesse fuit, ut etiam eius anima hoc modo passibilis esset. Passione autem animali pati dicitur anima secundum operationem, q̄ uel est propria animæ, uel principalius est animæ, q̄ corporis. Et q̄is ēt secūdū intelligere & sentire dicatur hoc mō anima aliquid pati, tamen sicut in secūda parte dictum est, † proprijssime dicuntur passiones animæ, affectiones appetitus sensitiui, quæ

¶ *Super Quæstionis quintædecimæ Articulum quartum.*

IN titulo passibilitas, ut sonat, sūmpta est.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo respondetur quæsito: secundo, declaratur responsio.

¶ Quo ad primū, primo distinguitur de passione animæ coniunctæ corpori, uel corporali, uel aīali.

¶ Secūdò, declaratur terminus primus q̄d scilicet est aīam pati passione corporali.

¶ Tertiò, respōdetur secundum talem passionem quæsito una conclusione: Anima Christi fuit passibilis passione corporali. Probat: corpus Christi fuit passibile, & mortale. ergo necesse fuit animam esse passibilem. Patet consequentia ex terminis declaratis.

¶ Quartò, declaratur alter terminus, quid scilicet est aīmā pati passione animali, & hic distinguitur, uel propriè uel propriissime.

¶ Quintò, respondetur iuxta talem passionem quæsito unica conclusione: Anima Christi fuit passibilis passione animali. Probatur: Affectiones appetitus sensitiui fuerunt in Christo. ergo Antecedens probatur dupliciter. primo, q̄ pertinēt ad naturā hois: secūdo, auctoritate Augustini.

¶ Quo ad secundum declaratur secunda conclusio responsiua qualiter, & quales fuerint passiones animales in Christo. Et ponitur triplex differentia secundum triplicem modum, quo ordinantur passiones uel ex parte obiecti, uel principii, uel effectus: ita q̄ summa differentiæ consistit inter passiones esse ordinatas, uel inordinatas. Et illæ quidem in hoc proposito uocant passiones, istæ autem propassiones. Et ideo cū de Domino Iesu Christo sermo est (ne cuiusquā aures offendamus) animales passiones negamus: propassiones autē asserimus in Christo fuisse, Hieronymū imitantes,

Lib. 14. parum medium no. 5.

1. differ. art. 4. & di. 17. art. 4. & di. 18. & 19. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100. & 101. & 102. & 103. & 104. & 105. & 106. & 107. & 108. & 109. & 110. & 111. & 112. & 113. & 114. & 115. & 116. & 117. & 118. & 119. & 120. & 121. & 122. & 123. & 124. & 125. & 126. & 127. & 128. & 129. & 130. & 131. & 132. & 133. & 134. & 135. & 136. & 137. & 138. & 139. & 140. & 141. & 142. & 143. & 144. & 145. & 146. & 147. & 148. & 149. & 150. & 151. & 152. & 153. & 154. & 155. & 156. & 157. & 158. & 159. & 160. & 161. & 162. & 163. & 164. & 165. & 166. & 167. & 168. & 169. & 170. & 171. & 172. & 173. & 174. & 175. & 176. & 177. & 178. & 179. & 180. & 181. & 182. & 183. & 184. & 185. & 186. & 187. & 188. & 189. & 190. & 191. & 192. & 193. & 194. & 195. & 196. & 197. & 198. & 199. & 200. & 201. & 202. & 203. & 204. & 205. & 206. & 207. & 208. & 209. & 210. & 211. & 212. & 213. & 214. & 215. & 216. & 217. & 218. & 219. & 220. & 221. & 222. & 223. & 224. & 225. & 226. & 227. & 228. & 229. & 230. & 231. & 232. & 233. & 234. & 235. & 236. & 237. & 238. & 239. & 240. & 241. & 242. & 243. & 244. & 245. & 246. & 247. & 248. & 249. & 250. & 251. & 252. & 253. & 254. & 255. & 256. & 257. & 258. & 259. & 260. & 261. & 262. & 263. & 264. & 265. & 266. & 267. & 268. & 269. & 270. & 271. & 272. & 273. & 274. & 275. & 276. & 277. & 278. & 279. & 280. & 281. & 282. & 283. & 284. & 285. & 286. & 287. & 288. & 289. & 290. & 291. & 292. & 293. & 294. & 295. & 296. & 297. & 298. & 299. & 300. & 301. & 302. & 303. & 304. & 305. & 306. & 307. & 308. & 309. & 310. & 311. & 312. & 313. & 314. & 315. & 316. & 317. & 318. & 319. & 320. & 321. & 322. & 323. & 324. & 325. & 326. & 327. & 328. & 329. & 330. & 331. & 332. & 333. & 334. & 335. & 336. & 337. & 338. & 339. & 340. & 341. & 342. & 343. & 344. & 345. & 346. & 347. & 348. & 349. & 350. & 351. & 352. & 353. & 354. & 355. & 356. & 357. & 358. & 359. & 360. & 361. & 362. & 363. & 364. & 365. & 366. & 367. & 368. & 369. & 370. & 371. & 372. & 373. & 374. & 375. & 376. & 377. & 378. & 379. & 380. & 381. & 382. & 383. & 384. & 385. & 386. & 387. & 388. & 389. & 390. & 391. & 392. & 393. & 394. & 395. & 396. & 397. & 398. & 399. & 400. & 401. & 402. & 403. & 404. & 405. & 406. & 407. & 408. & 409. & 410. & 411. & 412. & 413. & 414. & 415. & 416. & 417. & 418. & 419. & 420. & 421. & 422. & 423. & 424. & 425. & 426. & 427. & 428. & 429. & 430. & 431. & 432. & 433. & 434. & 435. & 436. & 437. & 438. & 439. & 440. & 441. & 442. & 443. & 444. & 445. & 446. & 447. & 448. & 449. & 450. & 451. & 452. & 453. & 454. & 455. & 456. & 457. & 458. & 459. & 460. & 461. & 462. & 463. & 464. & 465. & 466. & 467. & 468. & 469. & 470. & 471. & 472. & 473. & 474. & 475. & 476. & 477. & 478. & 479. & 480. & 481. & 482. & 483. & 484. & 485. & 486. & 487. & 488. & 489. & 490. & 491. & 492. & 493. & 494. & 495. & 496. & 497. & 498. & 499. & 500. & 501. & 502. & 503. & 504. & 505. & 506. & 507. & 508. & 509. & 510. & 511. & 512. & 513. & 514. & 515. & 516. & 517. & 518. & 519. & 520. & 521. & 522. & 523. & 524. & 525. & 526. & 527. & 528. & 529. & 530. & 531. & 532. & 533. & 534. & 535. & 536. & 537. & 538. & 539. & 540. & 541. & 542. & 543. & 544. & 545. & 546. & 547. & 548. & 549. & 550. & 551. & 552. & 553. & 554. & 555. & 556. & 557. & 558. & 559. & 560. & 561. & 562. & 563. & 564. & 565. & 566. & 567. & 568. & 569. & 570. & 571. & 572. & 573. & 574. & 575. & 576. & 577. & 578. & 579. & 580. & 581. & 582. & 583. & 584. & 585. & 586. & 587. & 588. & 589. & 590. & 591. & 592. & 593. & 594. & 595. & 596. & 597. & 598. & 599. & 600. & 601. & 602. & 603. & 604. & 605. & 606. & 607. & 608. & 609. & 610. & 611. & 612. & 613. & 614. & 615. & 616. & 617. & 618. & 619. & 620. & 621. & 622. & 623. & 624. & 625. & 626. & 627. & 628. & 629. & 630. & 631. & 632. & 633. & 634. & 635. & 636. & 637. & 638. & 639. & 640. & 641. & 642. & 643. & 644. & 645. & 646. & 647. & 648. & 649. & 650. & 651. & 652. & 653. & 654. & 655. & 656. & 657. & 658. & 659. & 660. & 661. & 662. & 663. & 664. & 665. & 666. & 667. & 668. & 669. & 670. & 671. & 672. & 673. & 674. & 675. & 676. & 677. & 678. & 679. & 680. & 681. & 682. & 683. & 684. & 685. & 686. & 687. & 688. & 689. & 690. & 691. & 692. & 693. & 694. & 695. & 696. & 697. & 698. & 699. & 700. & 701. & 702. & 703. & 704. & 705. & 706. & 707. & 708. & 709. & 710. & 711. & 712. & 713. & 714. & 715. & 716. & 717. & 718. & 719. & 720. & 721. & 722. & 723. & 724. & 725. & 726. & 727. & 728. & 729. & 730. & 731. & 732. & 733. & 734. & 735. & 736. & 737. & 738. & 739. & 740. & 741. & 742. & 743. & 744. & 745. & 746. & 747. & 748. & 749. & 750. & 751. & 752. & 753. & 754. & 755. & 756. & 757. & 758. & 759. & 760. & 761. & 762. & 763. & 764. & 765. & 766. & 767. & 768. & 769. & 770. & 771. & 772. & 773. & 774. & 775. & 776. & 777. & 778. & 779. & 780. & 781. & 782. & 783. & 784. & 785. & 786. & 787. & 788. & 789. & 790. & 791. & 792. & 793. & 794. & 795. & 796. & 797. & 798. & 799. & 800. & 801. & 802. & 803. & 804. & 805. & 806. & 807. & 808. & 809. & 810. & 811. & 812. & 813. & 814. & 815. & 816. & 817. & 818. & 819. & 820. & 821. & 822. & 823. & 824. & 825. & 826. & 827. & 828. & 829. & 830. & 831. & 832. & 833. & 834. & 835. & 836. & 837. & 838. & 839. & 840. & 841. & 842. & 843. & 844. & 845. & 846. & 847. & 848. & 849. & 850. & 851. & 852. & 853. & 854. & 855. & 856. & 857. & 858. & 859. & 860. & 861. & 862. & 863. & 864. & 865. & 866. & 867. & 868. & 869. & 870. & 871. & 872. & 873. & 874. & 875. & 876. & 877. & 878. & 879. & 880. & 881. & 882. & 883. & 884. & 885. & 886. & 887. & 888. & 889. & 890. & 891. & 892. & 893. & 894. & 895. & 896. & 897. & 898. & 899. & 900. & 901. & 902. & 903. & 904. & 905. & 906. & 907. & 908. & 909. & 910. & 911. & 912. & 913. & 914. & 915. & 916. & 917. & 918. & 919. & 920. & 921. & 922. & 923. & 924. & 925. & 926. & 927. & 928. & 929. & 930. & 931. & 932. & 933. & 934. & 935. & 936. & 937. & 938. & 939. & 940. & 941. & 942. & 943. & 944. & 945. & 946. & 947. & 948. & 949. & 950. & 951. & 952. & 953. & 954. & 955. & 956. & 957. & 958. & 959. & 960. & 961. & 962. & 963. & 964. & 965. & 966. & 967. & 968. & 969. & 970. & 971. & 972. & 973. & 974. & 975. & 976. & 977. & 978. & 979. & 980. & 981. & 982. & 983. & 984. & 985. & 986. & 987. & 988. & 989. & 990. & 991. & 992. & 993. & 994. & 995. & 996. & 997. & 998. & 999. & 1000. & 1001. & 1002. & 1003. & 1004. & 1005. & 1006. & 1007. & 1008. & 1009. & 1010. & 1011. & 1012. & 1013. & 1014. & 1015. & 1016. & 1017. & 1018. & 1019. & 1020. & 1021. & 1022. & 1023. & 1024. & 1025. & 1026. & 1027. & 1028. & 1029. & 1030. & 1031. & 1032. & 1033. & 1034. & 1035. & 1036. & 1037. & 1038. & 1039. & 1040. & 1041. & 1042. & 1043. & 1044. & 1045. & 1046. & 1047. & 1048. & 1049. & 1050. & 1051. & 1052. & 1053. & 1054. & 1055. & 1056. & 1057. & 1058. & 1059. & 1060. & 1061. & 1062. & 1063. & 1064. & 1065. & 1066. & 1067. & 1068. & 1069. & 1070. & 1071. & 1072. & 1073. & 1074. & 1075. & 1076. & 1077. & 1078. & 1079. & 1080. & 1081. & 1082. & 1083. & 1084. & 1085. & 1086. & 1087. & 1088. & 1089. & 1090. & 1091. & 1092. & 1093. & 1094. & 1095. & 1096. & 1097. & 1098. & 1099. & 1100. & 1101. & 1102. & 1103. & 1104. & 1105. & 1106. & 1107. & 1108. & 1109. & 1110. & 1111. & 1112. & 1113. & 1114. & 1115. & 1116. & 1117. & 1118. & 1119. & 1120. & 1121. & 1122. & 1123. & 1124. & 1125. & 1126. & 1127. & 1128. & 1129. & 1130. & 1131. & 1132. & 1133. & 1134. & 1135. & 1136. & 1137. & 1138. & 1139. & 1140. & 1141. & 1142. & 1143. & 1144. & 1145. & 1146. & 1147. & 1148. & 1149. & 1150. & 1151. & 1152. & 1153. & 1154. & 1155. & 1156. & 1157. & 1158. & 1159. & 1160. & 1161. & 1162. & 1163. & 1164. & 1165. & 1166. & 1167. & 1168. & 1169. & 1170. & 1171. & 1172. & 1173. & 1174. & 1175. & 1176. & 1177. & 1178. & 1179. & 1180. & 1181. & 1182. & 1183. & 1184. & 1185. & 1186. & 1187. & 1188. & 1189. & 1190. & 1191. & 1192. & 1193. & 1194. & 1195. & 1196. & 1197. & 1198. & 1199. & 1200. & 1201. & 1202. & 1203. & 1204. & 1205. & 1206. & 1207. & 1208. & 1209. & 1210. & 1211. & 1212. & 1213. & 1214. & 1215. & 1216. & 1217. & 1218. & 1219. & 1220. & 1221. & 1222. & 1223. & 1224. & 1225. & 1226. & 1227. & 1228. & 1229. & 1230. & 1231. & 1232. & 1233. & 1234. & 1235. & 1236. & 1237. & 1238. & 1239. & 1240. & 1241. & 1242. & 1243. & 1244. & 1245. & 1246. & 1247. & 1248. & 1249. & 1250. & 1251. & 1252. & 1253. & 1254. & 1255. & 1256. & 1257. & 1258. & 1259. & 1260. & 1261. & 1262. & 1263. & 1264. & 1265. & 1266. & 1267. & 1268. & 1269. & 1270. & 1271. & 1272. & 1273. & 1274. & 1275. & 1276. & 1277. & 1278. & 1279. & 1280. & 1281. & 1282. & 1283. & 1284. & 1285. & 1286. & 1287. & 1288. & 1289. & 1290. & 1291. & 1292. & 1293. & 1294. & 1295. & 1296. & 1297. & 1298. & 1299. & 1300. & 1301. & 1302. & 1303. & 1304. & 1305. & 1306. & 1307. & 1308. & 1309. & 1310. & 1311. & 1312. & 1313. & 1314. & 1315. & 1316. & 1317. & 1318. & 1319. & 1320. & 1321. & 1322. & 1323. & 1324. & 1325. & 1326. & 1327. & 1328. & 1329. & 1330. & 1331. & 1332. & 1333. & 1334. & 1335. & 1336. & 1337. & 1338. & 1339. & 1340. & 1341. & 1342. & 1343. & 1344. & 1345. & 1346. & 1347. & 1348. & 1349. & 1350. & 1351. & 1352. & 1353. & 1354. & 1355. & 1356. & 1357. & 1358. & 1359. & 1360. & 1361. & 1362. & 1363. & 1364. & 1365. & 1366. & 1367. & 1368. & 1369. & 1370. & 1371. & 1372. & 1373. & 1374. & 1375. & 1376. & 1377. & 1378. & 1379. & 1380. & 1381. & 1382. & 1383. & 1384. & 1385. & 1386. & 1387. & 1388. & 1389. & 1390. & 1391. & 1392. & 1393. & 1394. & 1395. & 1396. & 1397. & 1398. & 1399. & 1400. & 1401. & 1402. & 1403. & 1404. & 1405. & 1406. & 1407. & 1408. & 1409. & 1410. & 1411. & 1412. & 1413. & 1414. & 1415. & 1416. & 1417. & 1418. & 1419. & 1420. & 1421. & 1422. & 1423. & 1424. & 1425. & 1426. & 1427. & 1428. & 1429. & 1430. & 1431. & 1432. & 1433. & 1434. & 1435. & 1436. & 1437. & 1438. & 1439. & 1440. & 1441. & 1442. & 1443. & 1444. & 1445. & 1446. & 1447. & 1448. & 1449. & 1450. & 1451. & 1452. & 1453. & 1454. & 1455. & 1456. & 1457. & 1458. & 1459. & 1460. & 1461. & 1462. & 1463. & 1464. & 1465. & 1466. & 1467. & 1468. & 1469. & 1470. & 1471. & 1472. & 1473. & 1474. & 1475. & 1476. & 1477. & 1478. & 1479. & 1480. & 1481. & 1482. & 1483. & 1484. & 1485. & 1486. & 1487. & 1488. & 1489. & 1490. & 1491. & 1492. & 1493. & 1494. & 1495. & 1496. & 1497. & 1498. & 1499. & 1500. & 1501. & 1502. & 1503. & 1504. & 1505. & 1506. & 1507. & 1508. & 1509. & 1510. & 1511. & 1512. & 1513. & 1514. & 1515. & 1516. & 1517. & 1518. & 1519. & 1520. & 1521. & 1522. & 1523. & 1524. & 1525. & 1526. & 1527. & 1528. & 1529. & 1530. & 1531. & 1532. & 1533. & 1534. & 1535. & 1536. & 1537. & 1538. & 1539. & 1540. & 1541. & 1542. & 1543. & 1544. & 1545. & 1546. & 1547. & 1548. & 1549. & 1550. & 1551. & 1552. & 1553. & 1554. & 1555. & 1556. & 1557. & 1558. & 1559. & 1560. & 1561. & 1562. & 1563. & 1564. & 1565. & 1566. & 1567. & 1568. & 1569. & 1570. & 1571. & 1572. & 1573. & 1574. & 1575. & 1576. & 1577. & 1578. & 1579. & 1580. & 1581. & 1582. & 1583. & 1584. & 1585. & 1586. & 1587. & 1588. & 1589. & 1590. & 1591. & 1592. & 1593. & 1594. & 1595. & 1596. & 1597. & 1598. & 1599. & 1600. & 1601. & 1602. & 1603. & 1604. & 1605. & 1606. & 1607. & 1608. & 1609. & 1610. & 1611. & 1612. & 1613. & 1614. & 1615. & 1616. & 1617. & 1618. & 1619. & 1620. & 1621. & 1622. & 1623. & 1624. & 1625. & 1626. & 1627. & 1628. & 1629. & 1630. & 1631. & 1632. & 1633. & 1634. & 1635. & 1636. & 1637. & 1638. & 1639. & 1640. & 1641. & 1642. & 1643. & 1644. & 1645. & 1646. & 1647. & 1648. & 1649. & 1650. & 1651. & 1652. & 1653. & 1654. & 1655. & 1656. & 1657. & 1658. & 1659. & 1660. & 1661. & 1662. & 1663. & 1664. & 1665. & 1666. & 1667. & 1668. & 1669. & 1670. & 1671. & 1672. & 1673. & 1674. & 1675. & 1676. & 1677. & 1678. & 1679. & 1680. & 1681. & 1682. & 1683. & 1684. & 1685. & 1686. & 1687. & 1688. & 1689. & 1690. & 1691. & 1692. & 1693. & 1694. & 1695. & 1696. & 1697. & 1698. & 1699. & 1700. & 1701. & 1702. & 1703. & 1704. & 1705. & 1706. & 1707. & 1708. & 1709. & 1710. & 1711. & 1712. & 1713. & 1714. & 1715. & 1716. & 1717. & 1718. & 1719. & 1720. & 1721. & 1722. & 1723. & 1724. & 1725. & 1726. & 1727. & 1728. & 1729. & 1730. & 1731. & 1732. & 1733. & 1734. & 1735. & 1736. & 1737. & 1738. & 1739. & 1740. & 1741. & 1742. & 1743. & 1744. & 1745. & 1746. & 1747. & 1748. & 1749. & 1750. & 1751. & 1752. & 1753. & 1754. & 1755. & 1756. & 1757. & 1758. & 1759. & 1760. & 1761. & 1762. & 1763. & 1764. & 1765. & 1766. & 1767. & 1768. & 1769. & 1770. & 1771. & 1772. & 1773. & 1774. & 1775. & 1776. & 1777. & 1778. & 1779. & 1780. & 1781. & 1782. & 1783. & 1784. & 1785. & 1786. & 1787. & 1788. & 1789. & 1790. & 1791. & 1792. & 1793. & 1794. & 1795. & 1796. & 1797. & 1798. & 1799. & 1800. & 1801. & 1802. & 1803. & 1804. & 1805. & 1806. & 1807. & 1808. & 1809. & 1810. & 1811. & 1812. & 1813. & 1814. & 1815. & 1816. & 1817. & 1818. & 1819. & 1820. & 1821. & 1822. & 1823. & 1824. & 1825. & 1826. & 1827. & 1828. & 1829. & 1830. & 1831. & 1832. & 1833. & 1834. & 1835. & 1836. & 1837. & 1838. & 1839. & 1840. & 1841. & 1842. & 1843. & 1844. & 1845. & 1846. & 1847. & 1848. & 1849. & 1850. & 1851. & 1852. & 1853. & 1854. & 1855. & 1856. & 1857. & 1858. & 1859. & 1860. & 1861. & 1862. & 1863. & 1864. & 1865. & 1866. & 1867. & 1868. & 1869. & 1870. & 1871. & 1872. & 1873. & 1874. & 1875. & 1876. & 1877. & 1878. & 1879. & 1880. & 1881. & 1882. & 1883. & 1884. & 1885. & 1886. & 1887. & 1888. & 1889. & 1890. & 1891. & 1892. & 1893. & 1894. & 1895. & 1896. & 1897. & 1898. & 1899. & 1900. & 1901. & 1902. & 1903. & 1904. & 1905. & 1906. & 1907. & 1908. & 1909. & 1910. & 1911. & 1912. & 1913. & 1914. & 1915. & 1916. & 1917. & 1918. & 1919. & 1920. & 1921. & 1922. & 1923. & 1924. & 1925. & 1926. & 1927. & 1928. & 1929. & 1930. & 1931. & 1932. & 1933. & 1934. & 1935. & 1936. & 1937. & 1938. & 1939. & 1940. & 1941. & 1942. & 1943. & 1944. & 1945. & 1946. & 1947. & 1948. & 1949. & 1950. & 1951. & 1952. & 1953. & 1954. & 1955. & 1956. & 1957. & 1958. & 1959. & 1960. & 1961. & 1962. & 1963. & 1964. & 1965. & 1966. & 1967. & 1968. & 1969. & 1970. & 1971. & 1972. & 1973. & 1974. & 1975. & 1976. & 1977. & 1978. & 1979. & 1980. & 1981. & 1982. & 1983. & 1984. & 1985. & 1986. & 1987. & 1988. & 1989. & 1990. & 1991. & 1992. & 1993. & 1994. & 1995. & 1996. & 1997. & 1998. & 1999. & 2000. & 2001. & 2002. & 2003. & 2004. & 2005. & 2006. & 2007. & 2008. & 2009. & 2010. & 2011. & 2012. & 2013. & 2014. & 2015. & 2016. & 2017. & 2018. & 2019. & 2020. & 2021. & 2022. & 2023. & 2024. & 2025. & 2026. & 2027. & 2028. & 2029. & 2030. & 2031. & 2032. & 2033. & 2034. & 2035. & 2036. & 2037. & 2038. & 2039. & 2040. & 2041. & 2042. & 2043. & 2044. & 2045. & 2046. & 2047. & 2048. & 2049. & 2050. & 2051. & 2052. & 2053. & 2054. & 2055. & 2056. & 2057. & 2058. & 2059. & 2060. & 2061. & 2062. & 2063. & 2064. & 2065. & 2066. & 2067. & 2068. & 2069. & 2070. & 2071. & 2072. & 2073. & 2074. & 2075. & 2076. & 2077. & 2078. & 2079. & 2080. & 2081. & 2082. & 2083. & 2084. & 2085. & 2086. & 2087. & 2088. & 2089. & 2090. & 2091. & 2092. & 2093. & 2094. & 2095. & 2096. & 2097. & 2098. & 2099. & 2100. & 2101. & 2102. & 2103. & 2104. & 2105. & 2106. & 2107. & 2108. & 2109. & 2110. & 2111. & 2112. & 2113. & 2114. & 2115. & 2116. & 2117. & 2118. & 2119. & 2120. & 2121. & 2122. & 2123. & 2124. & 2125. & 2126. & 2127. & 2128. & 2129. & 2130. & 2131. & 2132. & 2133. & 2134. & 2135. & 2136. & 2137. & 2138. & 2139. & 2140. & 2141. & 2142. & 2143. & 2144. & 2145. & 2146. & 2147. & 2148. & 2149. & 2150. & 2151. & 2152. & 2153. & 2154. & 2155. & 2156. & 2157. & 2158. & 2159. & 2160. & 2161. & 2162. & 2163. & 2164. & 2165. & 2166. & 2167. & 2168. & 2169. & 2170. & 2171. & 2172. & 2173. & 2174. & 2175. & 2176. & 2177. & 2178. & 2179. & 2180. & 2181. & 2182. & 2183. & 2184. & 2185. & 2186. & 2187. & 2188. & 2189. & 2190. & 2191. & 2192. & 2193. & 2194. & 2195. & 2196. & 2197. & 2198. & 2199. & 2200. & 2201. & 2202. & 2203. & 2204. & 2205. & 2206. & 2207. & 2208. & 2209. & 2210. & 2211. & 2212. & 2213. & 2214. & 2215. & 2216. & 2217. & 2218. & 2219. & 2220. & 2221. & 2222. & 2223. & 2224. & 2225. & 2226. & 2227. & 2228. & 2229. & 2230. & 2231. & 2232. & 2233. & 2234. & 2235. & 2236. & 2237. & 2238. & 2239. & 2240. & 2241. & 2242. & 2243. & 2244. & 2245. & 2246. & 2247. & 2248. & 2249. & 2250. & 2251. & 2252. & 2253. & 2254. & 2255. & 2256. & 2257. & 2258. & 2259. & 2260. & 2261. & 2262. & 2263. & 2264. & 2265. & 2266. & 2267. & 2268. & 2269. & 2270. & 2271. & 2272. & 2273. & 2274. & 2275. & 2276. & 2277. & 2278. & 2279. & 2280. & 2281. & 2282. & 2283. & 2284. & 2285. & 2286. & 2287. & 2288. & 2289. & 2290. & 2291. & 2292. & 2293. & 2294. & 2295. & 2296. & 2297. & 2298. & 2299. & 2300. & 2301. & 2302. & 2303. & 2304. & 2305. & 2306. & 2307. & 2308. & 2309. & 2310. & 2311. & 2312. & 2313. & 2314. & 2315. & 2316. & 2317. & 2318. & 2319. & 2320. & 2321. & 2322. & 2323. & 2324. & 2325. & 2326. & 2327. & 2328. & 2329. & 2330. & 2331. & 2332. & 2333. & 2334. & 2335. & 2336. & 2337. & 2338. & 2339. & 2340. & 2341. & 2342. & 2343. & 2344. & 2345. & 2346. & 2347. & 2348. & 2349. & 2350. & 2351. & 2352. & 2353. & 2354. & 2355. & 2356. & 2357. & 2358. & 2359. & 2360. & 2361. & 2362. & 2363. & 2364. & 2365. & 2366. & 2367. & 2368. & 2369. & 2370. & 2371. & 2372. & 2373. & 2374. & 2375. & 2376. & 2377. & 2378. & 2379. & 2380. & 2381. & 2382. & 2383. & 2384. & 2385. & 2386. & 2387. & 2388. & 2389. & 2390. & 2391. & 2392. & 2393. & 2394. & 2395. & 2396. & 2397. & 2398. & 2399. & 2400. & 2401. & 2402. & 2403. & 2404. & 2405. & 2406. & 2407. & 2408. & 2409. & 2410. & 2411. & 2412. & 2413. & 2414. & 2415. & 2416. & 2417. & 2418. & 2419. & 2420. & 2421. & 2422. & 2423. & 2424. & 2425. & 2426. & 2427. & 2428. & 2429. & 2430. & 2431. & 2432. & 2433. & 2434. & 2435. & 2436. & 2437. & 2438. & 2439. & 2440. & 2441. & 2442. & 2443. & 2444. & 2445. & 2446. & 2447. & 2448. & 2449. & 2450. & 2451. & 2452. & 2453. & 2454. & 2455. & 2456. & 2457. & 2458. & 2459. & 2460. & 2461. & 2462. & 2463. & 2464. & 2465. & 2466. & 2467. & 2468. & 2469. & 2470. & 2471. & 2472. & 2473. & 2474. & 2475. & 2476. & 2477. & 2478. & 2479. & 2480. & 2481. & 2482. & 2483. & 2484. & 2485. & 2486. & 2487. & 2488. & 2489. & 2490. & 2491. & 2492. & 2493. & 2494. & 2495. & 2496. & 2497. & 2498. & 2499. & 2500. & 2501. & 2502. & 2503. & 2504. & 2505. & 2506. & 2507. & 2508. & 2509. & 2510. & 2511. & 2512. & 2513. & 2514. & 2515. & 2516. & 2517. & 2518. & 2519. & 2520. & 2521. & 2522. & 2523. & 2524. & 2525. & 2526. & 2527. & 2528. & 2529. & 2530. & 2531. & 2532. & 2533. & 2534. & 2535. & 2536. & 2537. & 2538. & 2539. & 2540. & 2541. & 2542. & 2543. & 2544. & 2545. & 2546. & 2547. & 2548. & 2549. & 2550. & 2551. & 2552. & 2553. & 2554. & 2555. & 2556. & 2557. & 2558. & 2559. & 2560. & 2561. & 2562. & 2563. & 2564. & 2565. & 2566. & 2567. & 2568. & 2569. & 2570. & 2571. & 2572. & 2573. & 2574. & 2575. & 2576. & 2577. & 2578. & 2579. & 2580. & 2581. & 2582. & 2583. & 2584. & 2585. & 2586. & 2587. & 2588. & 2589. & 2590. & 2591. & 2592. & 2593. & 2594. & 2595. & 2596. & 2597. & 2598. & 2599. & 2600. & 2601. & 2602. & 2603. & 2604. & 2605. & 2606. & 2607. & 2608. & 2609. & 2610. & 2611. & 2612. & 2613. & 2614. & 2615. & 2616. & 2617. & 2618. & 2619. & 2620. & 2621. & 2622. & 2623. & 2624. & 2625. & 2626. & 2627. & 2628. & 2629. & 2630. & 2631. & 2632. & 2633. & 2634. & 2635. & 2636. & 2637. & 2638. & 2639. & 2640. & 2641. & 2642. & 2643. & 2644. & 2645. & 2646. & 2647. & 2648. & 2649. & 2650. & 2651. & 2652. & 2653. & 2654. & 2655. & 2656. & 2657. & 2658. & 2659. & 2660. & 2661. & 2662. & 2663. & 2664. & 2665. & 2666. & 2667. & 2668. & 2669. & 2670. & 2671. & 2672. & 2673. & 2674. & 2675. & 2676. & 2677. & 2678. & 2679. & 2680. & 2681. & 2682. & 2683. & 2684. & 2685. & 2686. & 2687. & 2688. & 2689. & 2690. & 2691. & 2692. & 2693. & 2694. & 2695. & 2696. & 2697. & 2698. & 2699. & 2700. & 2701. & 2702. & 2703. & 2704. & 2705. & 2706. & 2707. & 2708. & 2709. & 2710. & 2711. & 2712. & 2713. & 2714. & 2715. & 2716. & 2717. & 2718. & 2719. & 2720. & 2721. & 2722. & 2723. & 2724. & 2725. & 2726. & 2727. & 2728. & 2729. & 2730. & 2731. &

tantes, dicentem de Christi tristitia. Non passio, sed propassio est,

Lib. 14. ca. 9. parum ante medium, to. 5.

¶ *Super Quæstionis quin. decimæ Articulum quintum.*

TIulusclarus est. ¶ In corpore vnica conclusio: in Christo fuit uerus dolor. Probatur. In quo est læsio corporis & sensus læsionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit vtrūque, ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Christi erat passibile & mortale. Quoad secundum vero, quia aīa Christi perfecte habuit omnes potentias naturales.

Lib. 14. ca. 9. parum ante medium, to. 5.

¶ Nota nouitie, quòd illa duo in litera posita requisita ad dolorem, non sunt doloris partes, sed causæ sufficientes. Dolor namque nec est læsio, nec perceptio læsionis: sed est passio appetitus sensitiui cōsurgens ex corporis læsione percepta sensu: nam quantumcumque corpus læderetur flagello, clauo, uel gladio, si nō perciperetur, non consurgeret dolor, ut patet cum lęduntur hi, qui patiuntur ecstasim. Et rursus quantumcumque corpus lædatur, & læsio percipiatur intellectu uel imaginatione, si non sentiatur, non sequitur dolor, ut patet in iis, qui calidis adhuc plagis superlædunt̄. Hi enim magnam læsionem patientes uix dolent, quia fere illam non sentiunt, perturbato organo tactus, quam tamen cognoscunt esse magnam corporis læsionem. Ex hoc enim quòd quantitas doloris iuxta quantitatem sensationis consequitur, habetur quòd dolor absolute sensationē absolute læsionis corporis consequitur, ita quòd si nullus esset læsionis sensus, nullus esset dolor.

Cap. 26. in Matt. super illud Cœpit contristari. to. 9.

Aug. in hoc loco to. 8. tom. Dupl.

Q. 14. arti. 2. Loco citato in argum. 2.

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit ad hominem, quia Auctor superius in quæst. 14. articu. 3. ad secundum dixit compositionem ex

P. 2. qu. 2. & 3.

A in Christo fuerunt, sicut & cęteraquæ ad naturā hoīs pertinēt. Vñ Aug. dicit in 14. de ciui. Dei,* Ipse Dñs in forma serui vitā agere dignatus, humanitus adhibuit eas, vbi adhibendas esse iudicauit: neque enim in quo uerum erat hoīs corpus, & uerus hoīs animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tñ est, ꝙ hmōi passiones aliter fuerunt in Christo, quàm in nobis, quantum ad tria. primo quidem, quantū ad obiectū, quia in nobis plerumq; hmōi passiones feruntur ad illicita, quod in Christo non fuit. B Secundo, quantū ad principiū, quia hmōi passiones frequenter in nobis præueniunt iudicium rationis: sed in Christo oēs motus sensitiui appetitus oriebātur ſm dispositionē rōnis. Vñ Aug. dicit 14. de ciui. Dei,* ꝙ hos motus certissimæ dispensationis gratia, ita cum voluit Christus suscepit animo humano, sicut cum voluit, factus est hō. Tertio, quātum ad effectum, quia in nobis qñq; hmōi motus non sistunt in appetitu sensitiuo, sed trahūt C rationem, quod in Christo non fuit: quia motus naturaliter humanæ carni conuenientes, sic ex eius dispositione in appetitu sensitiuo manebant, ꝙ ratio ex his nullo modo impediebatur facere quæ conueniebant. Vñ Hier.† dicit super Matth. ꝙ Dñs noster, vt ueritatem assumpti probaret hominis, uere quidem contristatus est: sed ne passio in animo illius dominaretur, per propassionem dī ꝙ cœpit contristari, vt D passio perfecta intelligatur, quando animo. i. rationi dominatur: propassio autem, quando est inchoata in appetitu sensitiuo, sed ulterius non se extendit.

Ad primvm ergo dicendū, quòd anima Christi poterat quidem resistere passionibus, ut ei non superuenirent, præsertim uirtute diuina: sed propria volūtate se passionibus subiiciebat tam corporalibus quàm animalibus.

Ad secvndvm dicendum, quòd * Tullius ibi loquitur secundum opinionem stoicorū, qui nō uocabant passiones quoscumque motus appetitus sensitiui, sed solum inordinatos: tales autem passiones manifestum est in Christo non fuisse.

Ad tertivm dicendum, ꝙ passiones peccatorum, sunt motus appetitus sensitiui in illicita tendentes, quod nō fuit in Christo, sicut nec fomes peccati.

Articvlvs v.

Vtrū in Christo fuerit dolor sensibilis.

Ad qvintvm sic procedit. Vī ꝙ in Christo non fuerit uerus dolor sensibilis. Dicit enim Hilar. in 10. de Trin. * Cum pro Christo mori sit uita, quid ipse in mortis sacro doluisse æstimandus est, qui pro se morientibus vitā repēdit? Et infra dicit †, Vnigenitus Deus hoīem uerū, non deficiēs a se Deo sumpsit: in quo q̄uis aut ictus incideret, aut uulnus descenderet, aut nodi concurrerēt, aut suspensio eleuaret, afferent quidē hæc impetū passionis, non tñ dolorem passionis inferrent. non igitur in Christo fuit uerus dolor.

¶ 2 Præt. Hoc proprium uidetur esse carni in peccato conceptæ, ꝙ necessitati doloris subiaceat: sed caro Christi non est cū peccato concepta, sed ex Spiritu sancto in utero uirginali. non ergo subiacuit necessitati patiendi dolorem.

¶ 3 Præt. Delectatio contēplationis diuinorū diminuit sensum doloris: uñ & Martyres in passionibus suis tolerabilius sustinuerūt ex cōsideratione diuini amoris: sed aīa Christi summe delectabatur in contemplatione Dei, quē per essentiā uidebat, ut supra dictum est.* Non ergo poterat sentire aliquem dolorem.

Sed contra est, quòd Isa. 53. dicitur, Vere dolores nostros ipse tulit.

Respon. Dicēdum, quòd (sicut patet ex his,* quæ in 2. parte dicta sunt) ad ueritatem doloris sensibilis, requiritur læsio corporis & sensus læsionis. Corpus aūt Christi lędi poterat, quia erat passibile & mortale, ut supra habitū est.* Nec defuit ei sensus læsionis, cū aīa Chri perfecte haberet oēs potentias naturales. unde nulli dubiū debet esse, quin in Christo fuerit uerus dolor.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in oībus illis uerbis & simi E libus, Hilarius a carne Christi nō ueritatem doloris, sed necessitatem excludere intendit. Vñ post præmissa uerba subdit, * Neque enim cū sitiuit, aut esuriuit, aut fleuit, bibisse Dñs aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandā corporis ueritatem, corporis consuetudo susceptа est, ita ut naturæ nostrę consuetudine, consuetudini sit corporis satisfactum: uel cū potū & cibum accepit, nō se necessitati corporis, sed consuetudini tribuit, & accepit necessitatem remotam: peccatum uero causam proximam mortis, & aliorum defectuum naturæ humanæ: nūc uero dicit peccatum esse causam primam & compositionem ex contrariis esse causam propinquam horum defectuum. Quo modo stant hæc simul?

Infr. q. 46. 2. 6. c. Et 3. di. 15. q. 2. ar. 3. q. 2. Et veri. qu. 26. ar. 8. cor. fi. & ad 8. Et op. 3. c. 239.

Hil. lib. 10. in 2. fol. a princ. li. Lib. 10. de tri. ante medium lib.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prius dicta uerificantur, referendo causas defectuum ad naturam humanam: hic autem dicta uerificantur, referendo eadem ad singulos filios Adæ. Nam si ad naturam spectes humanam, inuenies cōpositionem ex contrariis causam esse mortis & defectuum remotam, quia impediebatur a superueniente originali iustitia ut in fum non posset effectum, ac per hoc peccatum tollens originalem iustitiam prohibentem defectus, si mortis & defectuum proxima causa non ponitur (vt compositio ex contrariis) sed remouendo prohibens, & hoc superius Auctor docuit. Si vero ad singulos filios Adæ spectes, inuenies, peccatum esse causam primam (utpote uniuersalē causam in suo ut dictum est, ordine, sed ut remouentem prohibens) compositionē autem ex contrariis in hoc homine esse propinquam causam mortis & defectuū: qa hęc sola sufficit ad causandā mortem & defectus corporales. Sed qñ tā cōpositio ex contrariis q̄ pctm est cā uniuersalis absolute, & particularis in hoc, ō aliter dī, ꝙ prius dictum, uerum est quo ad ipsas causas: nunc vero dictū, uerū est quo ad executiones ipsarum causarū. Nam si ad compositionē ex cōtrariis & peccatum spectemus, inuenitur cōpositio prior. & peccatū tollens superuenientem iustitiam, inuenitur posterior causa, & hoc sup erius docuit Auctor dicēs cōpositionē remotā, pctm vero proximā causam. Si autem spectemus ad executiones

Q. 9. ar. 2.

P. 2. q. 35.

Q. 14. arti. 2.

Loco citato in argum.

nes causalitatū vtriusque inuenimus, peccatum esse priorem causam, qa prius peccatum iustitiā prohibentē mortem & defectus, & deinde compositio ex contrariis intulit defectus & mortem. & ideo Auctor hic dicit peccatum esse primam causam mortis & defectuum, quia ab ipso incepit mors & defectus ois: compositio aūt dr causa propinqua, quia compositio ex contrariis post peccatum executa est operationem suam, qua mortem defectusq; intulit. Et hęc est uera expositio horum dictorum.

q.14.art.1.& ar.3.ad 2.

li.10. de trinitate med illius.

q.14.ar.2.

tem per comparationem ad causam primā horū defectuū, quæ est peccatū, ut supra dictū est, † vt.s. ea ratione dicatur caro Christi nō subiacuisse necessitati horum defectuū, quia non fuit in ea peccatū. Vñ subdit: * Habuit enim.s. Christus, corpus, sed originis suæ proprium, neq; ex vitiis humanæ conceptionis existens, sed in forma corporis nostri, virtutis suæ potestate subsistens. Quantum tamen ad causam propinquam horum defectuum, quæ est compositio contrariorum, caro Christi subiacuit necessitati horum defectuū, vt supra dictum est. *

F

G

Ad secundum dicendum, q̄ caro in peccato cōcepta subiacet dolori, nō solum ex necessitate naturalium principiorū, sed etiam ex necessitate reatus peccati. Quæ quidē necessitas in Christo non fuit: sed solum necessitas naturalium principiorum.

q.14 ar.1.ad 4.

Ad tertium dicendum, quòd sicut supra dictū est,* uirtute diuinitatis Christi dispēsatiue, sic beatitudo in anima continebatur, quòd non deriuabat ad corpus, ut eius passibilitas & mortalitas tolleretur. Et eadem ratione delectatio contemplationis, sic retinebatur in mente, quòd non deriuabatur ad uires sensibiles; ut per hoc dolor sensibilis excluderetur.

H

¶ *Super Quæstionis quintæ decimæ Articulum sextum.*

Inf.q.46.a.2. & 4. & q.2.arti.10.2. co. & ad 5 & op.3.c.239.

TItulus clarus est. In corpore unica est conclusio responsiua quęsitō. Sicut in Christo potuit esse uerus dolor ita potuit in eo esse uera tristitia. Probatur. Ad Christi potuit aliquid apprehendere interius ut nociuum. ergo potuit in eo esse uera tristitia, sicut & uerus dolor. Antecedens manifestatur, quia & quantū ad se, & quantum ad alios potuit apprehēdere aliquid ut nociuum, ut patet in exēplis. Consequentia uero probatur ex qđ quid est tristitię & doloris, & ex una cōutriusq; causa in Christo: assignatur siquidem utriusq; quidditas ex essentiali cōuenientia & differentia utriusque. Ex hoc namq; p̄ conueniunt in hoc, quòd sunt una passio appetitus sensitiui, consistens in refutatione mali p̄sentis, & differunt penes obiectum (quia doloris obiectū est malum corporis p̄

li.7.eth.c.13 & 14. to.5.

lib.14.c.6.in med.to.5.

Articvlvs VI.

Vtrum in Christo fuerit tristitia.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, quòd in Christo non fuerit tristitia. Dicitur.n. de Christo Isa.42. Non erit tristis, I nec turbulentus.

¶2 Præt. Prouer.12. dicitur. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et huius rationē Stoici assignabant, quia nullus tristatur nisi de amissione inolū bonorum: iustus autem non reputat bona sua nisi iustitiam & uirtutem, quas non potest amittere, alioquin subiiceretur iustus fortunæ, si pro amissione bonorū fortunæ tristaretur: sed Christus fuit maximè iustus, ℔m illud Hier.23. Hoc est nomen qđ K vocabunt eum, Dominus iustus noster. ergo ī eo nō fuit tristitia.

¶3 Præt. Philo. dicit in *7. ethic. q̄ oīs tristitia est malū & fugiendū: sed nullū malū fuit in Chō. ergo in Christo nō fuit tristitia.

¶4 Præt. Sicut Aug.† dicit 14. de ciui. Dei, tristitia est de his, quæ nobis nolentib. accidunt: sed nihil passus est Christus cōtra suā uoluntatē: dicitur.n. Isa.33. Oblatus est, quia uoluit. non ergo in Christo fuit tristitia.

Sed contra est, qđ dicit Dñs Matth.26. Tristis est anima mea vsq; ad mortē. & Ambr. dicit in 3. de Trini. * Vt homo tristitiam habuit: suscepit enim tristitiam mcā confidenter: tristitiam nomino qui crucem prædico.

Respon. Dicendū, q̄ sicut dictū est, † delectatio diuinæ contemplationis, ita per dispensationē diuinæ virtutis retinebat in mente Christi, q̄ non deriuabat ad uires sensitiuas, ut per hoc dolor sensibilis excluderetur. Sicut autē dolor sensibilis est in appetitu sensitiuo, ita & tristitia: sed ē differentia secundū motiuum siue obiectū: nam obiectū & motiuū doloris, est læsio, sensu tactū percepta: sicut cū aliquis uulneratur. Obiectum autē & motiuū tristitiæ, ē nociuum seu malū interius apprehensum siue per rōnē, siue per imaginationē (ut in 2. par. habitum est *) sicut cū aliquis tristatur de amissione gr̄æ, uel pecuniæ. Potuit autē anima Christi interius apprehēdere aliquid ut nociuum, & quantū ad se, sicut passio & mors eius fuit, & quantū ad alios, sicut peccatū discipulorum, uel ēt iudæorum occidentiū ipsum. Et ideo sicut in Christo potuit esse uerus dolor, ita potuit in eo esse uera tristitia, alio tamen modo, q̄ in nobis, secundum illa tria quæ supra assignata sunt, * cum communiter de passionibus animæ Christi loqueremur.

ar.4.huius

Ad primvm ergo dicendū, quòd tristitia remouetur a Christo secūdum passionem perfectā: fuit tamen in eo initiata secundum propassionem. Vnde dicitur Matth.26. Cepit contristari, & mœstus esse. Aliud enim est contristari, aliud incipere contristari, ut Hiero.† ibidem dicit.

Hie.in Mt 26.to.6. Aug.li.14 de ciui.to.7.in prin.

Ad secvndvm dicendū, q̄ sicut Aug. dicit in 14. de Ciuita. Dei,* pro tribus perturbationibus, scilicet, cupiditate, lætitia & timore, Stoici tres eupathias, idest, bonas passiones, in animo sapientis posuerunt, scilicet pro cupiditate uoluntatem, pro lętitia gaudium pro meru cautionem: sed pro tristitia negauerunt aliquid posse esse in animo sapientis, quia tristitia de malo est, quod iam accidit: nullum autem malum existimant posse accidere sapienti. & hoc ideo est, quia non credebant aliquid esse bonum nisi honestum, quòd homines bonos facit: nec aliquid esse malum nisi inhonestum, per quod homines mali fiunt. Quamuis autem honestum sit principale hominis bonum, & inhonestū principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipsam rationem, quæ est principalis in homine) sunt tamen quædam secundaria hominis bona, quæ pertinent ad ipsum corpus, uel ad exteriores res corpori deseruientes. Et secundum hoc, potest in animo sapientis esse tristitia, quantum ad appetitum sensitiuum, secundum apprehensionem huiusmodi malorum: non tamen ita, quod ista tristitia perturbet rationem. Et secundum hoc intelligitur, quòd non contristabit iustum quicquid ei acciderit, quia, scilicet, ex nullo accidente eius

sens, sensu. actus perceptum, tristitię autē malum p̄sens interius p̄ceptum) iuncto his, q̄ causa doloris possibilis in Christo fuit dispensatio diuinę uirtutis retinens in parte superiori quę sunt glorię, ut pars sensitiua propria dolendo exequi posset, clare sequitur q̄ sicut in Christo potuit esse uerus dolor, ita & uera tristitia. Et ly Sicut, monstrat non solum similitudinem seu conuenientiā in causa propria Christo, sed & in proportionali ratione definitiua utriusque, & in modo cōibus in Christo passionibus. s. per modū propassionis: de quomodo subdit in tera, remittente se ad dicta in arti. 4 huiusmodi quęstionis.

Ilia.a. ad Gal. Post.

li.14 ante

p.2.q.15. tic.2.

¶ In responsione ad secundum memento nouitię numeri principalium passionū. s. ipsi seu cupiditatis, delectationis, timoris, & tristitię, & intelliges quare ad has quatuor ipectant Stoici.

¶ Super Quæstionis quintædecimæ Articulum septimum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt, primo declarantur conditiones requisitæ ad causandum timorem, secundo respondetur quæsito, cum distinctione bimembri & conclusionibus duabus. Quo ad primũ, conditiones sunt quatuor: apprehensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duabus primis conuenit cum tristitia, quia uterque est ex apprehensione mali: in tertia differunt, quia illa est præsentis, iste futuri. Sed hæc differentia non sufficit, quia non est vsquequaque differentia, quoniam futurum potest habere rationem præsentis, & tunc nõ timor, sed tristitia causatur. Apprehenditur autẽ malum futurum sub ratione præsentis, quando vt certum apprehenditur. & ideo incertum seu possibile uitari esse debet malum futurũ, quod timorem ingerit. Et hæc omnia in litera ex conuenientia & differentia inter tristitiam & timorem clare dicuntur.

¶ Sed bene nota uerba literæ, si omnimodam certitudinẽ habeat: quoniam, etsi est certum quo ad substantiam & in quo ad tempus (vt contingit cõmuniter de morte) aut, quo ad genus mortis (vt contingit damnatis ad mortem & huiusmodi) quantum admiscetur de incertitudine, tantum potest immiscere spei euadendi, & consequenter timoris. Nec putes propterea enumeratas esse omnes timoris causas, qm̃ sat sunt proposito eas conditiones afferre, secundum quas discernendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor: de timore enim diffuse in prima secundæ tractatum est.

¶ Quo ad secundum, distinctio est, Timor potest considerari quantum ad duo: primo, quantum ad motum appetitus sensitiui ex apprehenso malo futuro: secundo quantũ ad motum eiusdẽ ex apprehenso malo futuro incerto. Prima cõclusio est, In Christo fuit timor quo ad primum. Secunda conclusio est. In Christo nõ fuit timor quo ad secundum. Probatur auctoritate Dama. Et patet utraque conclusio ex dictis.

¶ Sed dubium occurrit circa primam conclusionem, quia motus appetitus ex malo futuro apprehenso, non est timor nisi sit cum spe euasionis (ut in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus non est timor nisi æquiuoce. non saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

¶ Dubium quoque alterum occurrit circa secundam conclusionem, quoniam ex hoc, ꝙ Christus omnia futura certo cognouit, non sufficienter excluditur timor, quo ad incertitudinẽ euentus, qm̃ scientia animæ Christi (ut patet ex supra dictis) erat habitualis, nec oportebat esse actualem, quoniam habitus est, quo quis operatur cum uult, & propterea poterat Christus non utendo scientia euentus, quam habebat, apprehendere malũ futurũ, quasi incertũ, & sic habere in suo appetitu timoris motũ, quo ad omnia (sicut & tristitiam) non quo ad aliquid tantum.

¶ Et augetur dubium: quia ex eo, quod in Christo non erat redundãtia superiorum ad inferiores partes, aut econtra, sed unaqueque pars sibi propria exercebat, consentaneum est, vt æstimatiua seu cogitatiua Christi cum ratione non utente scientia infusa de certitudine euentus mortis, quãuis utente scientia futuræ mortis, apprehenderit malum futurum, ut incertum ipsi cogitatiuæ quo ad euentum, & ex tali apprehensione fuerit timor quo ad omnia, cum imaginatiua seu cogitatiua sit mouens immediatum appetitus sensitiui.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, quòd sermo literæ est de Christo homine simpliciter & absolute, & non est de Christo, secundũ quid: ita quòd utraque conclusio uerificatur de Christo secundum id quod conuenit Christo simpliciter. Constat autem, de Christo non dici simpliciter, quòd incertus erat de euentu mali futuri, sed oppositum scilicet ꝙ certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum, nõ solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo: nec solum ut cõprehensor, sed etiam ut uiator, quãtus secundum quid, hoc est secundum aliquã eius partem, posset euentus incertitudo non priuatiue, sed negatiue intellectæ, illi attribui. Sed non propterea potest ratione partis attribui ipsi Christo absolute, quia oppositum, ut dictum est, conuenit illi simpliciter: sicut æthiops potest quidem dici albus dentes: non tamen propterea potest dici albus, quia, simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euentus, uere negatur in Christo simpliciter & absolute, quia Christus erat certissimus de euentu malorum.

¶ Et hoc est quod docemur ex secunda conclusione literæ: cum quo tamen stat, quòd in Christo secundum aliquam portionem potuit esse timor, etiam quo ad incertitudinem euentus, quod est, in Christo secundum quid fuisse timorem, quo ad incertitudinem euentus, pro quanto potuit ratio inferior apprehendere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, uel incertitudine euentus, ac per hoc apprehendebatur malum futurum ut incertum negatiue: remanebat siquidem malum futurum non certum ex hoc ipso, quòd non proponebatur certe euenturum. Et sic potuit esse in Christo timor, etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd motus appetitus sensitiui causatus ex apprehensione mali futuri, abstrahendo a certo, uel incerto, est uere timor, non tristitia, requirens quòd malum futurum apprehendatur, quasi præsens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionẽ, nisi ꝙ timor fuit in Christo, quatenus causat ex apprehensione mali futuri, iõ sibi non obstant prius dicta ex Arist. Nec obstat secunda conclusio, quæ non negat huiusmodi timo-

rem

Ad septimvm sic proceditur. Vī ꝙ in Christo non fuerit timor. dr. n. Prouer. 18. Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit: sed Christus fuit maxime iustus. ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ 2 Præt. Hila. dicit 10. de Trin. * Interrogo eos, qui hoc ita exi-

Ad tertivm dicendum, ꝙ omnis tristitia est malum pœnę, non autem est semper malum culpæ, sed solum quando ex inordinato affectu procedit. Vnde Aug. dicit 14. de Ciuita. Dei *: Cum rectam rationem sequuntur istę affectiones, & quando, & vbi oportet, adhibentur, quis eas tunc morbidas seu uitiosas passiones audeat dicere?

Ad qvartvm dicendum, ꝙ nihil prohibet, aliquid esse contrarium uoluntati secundum se, quod tamen est uolitum ratione finis, ad quem ordinatur: sicut medicina amara non est secundum se volita, sed solum secundum quòd ordinatur ad sanitatem. Et hoc modo, mors Christi & eius passio fuit secundum se considerata inuoluntaria, & tristitiam causans: licet fuerit uoluntaria in ordine ad finẽ, qui est redẽptio humani generis.

Articvlvs VII.

Vtrum in Christo fuerit timor.

stimant, an ratione subsistat, ut mori timuerit, qui omnem ab apostolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos sit martyrij exhortatus. non ergo in Christo rationabile est fuisse timorem.

¶ 3 Præt. timor non videtur esse nisi de malo, quod non potest homo uitare: sed Christus potuit uitare & malum pœnę, quod passus est, & malum culpę, quod aliis accidit. ergo in Christo nõ fuit aliquis timor.

Sed contra est, quod dicitur Marci 14. Cœpit Iesus pauere & tædere.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut tristitia causatur ex apprehensione mali præsentis, ita timor causatur ex apprehensione mali futuri. Apprehensio autem mali futuri si omnimodam certitudinem habeat, non inducit timorem. unde Philoso. dicit in 2. Rhet.* quòd timor non est nisi ubi est aliqua spes euadendi. Nã quando nulla spes est euadendi, apprehenditur malum ut præsens, & sic magis causat tristitiã, quàm timorem.

Sic ergo timor potest considerari, quantum ad duo. Vno modo, quantum ad hoc quòd appetitus sensitiuus naturaliter refugit corporis læsionem, & per tristitiam, si sit præsens, & per timorem, si sit futura. Et hoc modo, timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo, potest considerari secundum incertitudinem futuri euentus: sicut quando nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignoran-

L.i. 14. cap. 9. ante me. t. 5.

P. 2. 6. 33. tic. 2.

Lib. 2. Rhet. cap. 5. circa mediũ to. 3.

Sup. q. 7. art. 6. Et 3. dist. 25. q. 2. ar. 2. quæst. 3.

Hie. in Mo 26. to. 9. Aug. li. 4 7. in gen.

Li. 10. in 1. fo. a prin. lit.

rē a Christo, sed negat timorem quo ad incertitudinem contrarie a Christo simpliciter.

Lib.3.ortho. fid.ca.23.

¶ Et hinc patet solutio secundi dubij, qm̄ vt dictum est, conclusio secunda asserit in Christo absolute nō fuisse incertitudinem euentus mali (quę est ambiguitas quædam de malo futuro) hæc est. n. incertitudo cōtrarie, ac per hoc non esse timorem quo ad hmōi incertitudinē. Obiectiones aūt loquuntur & de incertitudine negatiue, & de Christo secundū qd: quia ut dictum est, verificatur de Christo simpliciter, qerat certissimus de euentu cuiusq; mali futuri.

Hier. in cap. 26. tom. 9.

¶ *Super Quæstion 15. Artic. Octauum.*

TItulus clarus est. ¶ In corpore vnica est conclusio: in Christo solū, quantū ad scientiā experimētalem, potuit esse admiratio. Hæc conclusio primo probatur,

4.cō.c.33. & Mat. 7.

Li.1.Met.ca. 3.in me. t.3.

deinde redditur ratio, quare ista potētia posita est in actu. Probatio est. Admiratio est de nouo, & insolito: sed Christo nec secundum scientiam diuinam, nec humanam in verbo, nec indistā, sed tantum experimētalem, potuit occurrere aliquid nouum & insolitum. ergo. Ratio actus est instructio nostra. Confirmatur auctoritate Augustini.

Art.3. huius quæst.

Li.2. cap.15.

Li.4.eth.c.3. declin.ad fi.

tes quid hoc sit. Et quantum ad hoc timor non fuit in Christo, vt Dama.* dicit in 3. lib.

AD PRIMVM ergo dicendū, qp iustus dr̄ esse absq; terrore, secundum qp terror importat perfectam passionem, auertentem hoīem ab eo, quod est rationis, & sic timor non fuit in Christo, sed solum secundum propassionem. & ideo dicitur qp Iesus cepit pauere, quasi secundum propassionem, ut Hiero. * exponit.

AD SECVNDVM dicendum, qp Hila. eo modo a Christo excludit timorem, quo excludit tristitiam scilicet quo ad necessitatem timendi: sed tamen ad eom probandam ueritatem humanę naturæ, uoluntarie timorem assumpsit, sicut etiam & tristitiā.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet Christus potuerit vitare mala futura secundum virtutem diuinitatis, erant tamen ineuitabilia uel non de facili vitabilia, fm infirmitatem carnis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Christo fuerit admiratio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur qp in Christo non fuerit admiratio. Dicit. n. Philos. in 1. Meta.* quòd admiratio causatur ex hoc, quòd aliquis videt effectum, & ignorat causam. Et sic admirari non est nisi ignorantis: sed in Christo non fuit ignorantia, ut dictum est. † ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ 2 Præt. Damas. dicit in 2. lib.* qp admiratio est timor ex magna imaginatione, & ideo Phil. dicit in 4. Ethi. † quòd magnanimus non est admiratiuus: sed Christus fuit maxime magnanimus. ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ 3 Præt. Nullus admiratur de eo, quod ipse facere potest: sed Christus facere poterat quicquid magnum erat in rebus. ergo videtur quòd de nullo admirabatur.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 7. Audiēs Iesus, (scilicet uerba Centurionis) miratus est.

RESPON. Dicendum, quòd admiratio proprie est de aliquo nouo & insolito. In Christo autem non poterat esse aliquid nouum & insolitum, quantum ad scientiam diuinam, neque etiam quantum ad scientiam humanam, qua cognoscit res in uerbo, uel qua cognoscit res perspecies inditas; potuit tamen aliquid esse sibi nouum & insolitum secundum scientiam d experimentalem, secundum quam sibi poterant quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo si loquamur de ipso, quantum ad scientiam diuinam, & scientiam beatam, uel etiam infusam, non fuit in Christo admiratio. Si autem loquamur de eo, quantum ad scientiam experimentalem, sic admiratio in eo esse potuit. Et assumpsit hunc * defectum ad nostram instructionem, ut scilicet doceat esse mirandum,

D.1218.

* Alias effectum.

quod etiam ipse mirabatur. Vnde dicit Augustin. in 1. super Gene. † contra Manichæos, quòd mirabatur Dominus, nobis mirandum esse significās, quibus adhuc opus est sic moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium.

Li.2.cō. Pro. tom.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Christus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius scientiæ, ex quo admiratio causaretur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Christus non admirabatur de fide Centurionis, ea ratione, quòd esset magna quantum ad ipsum: sed quia erat magna quantum ad alios.

Tract. 1 Joan. 5 illud, 2 domos comedit eo. 9.

Lib.5.M 33.

AD TERTIVM dicendum, quòd ipse poterat facere omnia secundum virtutem diuinam, secundum quam in eo admiratio non erat: sed solum secundum humanam scientiam experimentalem, vt dictum est.*

In corp.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Christo fuerit ira.

¶ *Super Quæstionis 15. Articulum nonum.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur, qp in Christo non fuerit ira. Dicitur enim Iacob. 1. Ira uiri, iustitiam Dei non operatur: sed quicquid fuit in Christo, ad iustitiam Dei pertinuit: ipse enim factus est nobis iustitia à Deo, vt dicitur 1. Cor. 1. ergo uidetur, quòd in Christo non fuerit ira.

¶ 2. Præt. Ira mansuetudini opponitur, ut patet in 4. Ethico.* Sed Christus fuit mansuetus. ergo in eo non fuit ira.

¶ 3. Præt. Greg. dicit in 5. Mora. † quòd ira per uitium, excæcat oculum mentis. ira uero per zelum, ipsum turbat: sed in Christo mentis oculus non fuit excæcatus nec turbatus. ergo in Christo non fuit nec ira per uitium, nec ira per zelum.

SED CONTRA est, quod Ioan. 2. de eo dicitur esse impletum, quod in Psalm. 68. legitur, Zelus domus tuæ comedit me.

RESPON. Dicendum, qp sicut in 2. par. dictum est, * ira est effectus tristitiæ. Ex tristitia enim alicui illata, consequitur in eo circa sensitiuam partem, appetitus repellendi illatam iniuriā, uel sibi, uel alijs. Et sic ira est passio composita ex tristitia, & appetitu uindictæ. Dictum est autem, † qp in Christo tristitia esse potuit. Appetitus etiam uindictæ qñque est cum peccato, qñ, s. aliquis vindictam quærit absq; ordine rationis, & sic ira in Christo esse non potuit: huiusmodi enim dicitur ira per uitium. Quandoque uero talis appetitus est sine peccato, immo est laudabilis, puta cum aliquis ap-

3. dis. ar. 2. q.

Li.4.eth. tom.5.

Li.5.Mo 33.non p cal à prin

1.2.q.46 3 ad 3. 2.q.158 1.2. & 3 Mala.ar. 1. & 2. 1.2.q.46 2.& 3 Art.4. quæst.

TItulus clarus est. ¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones respōsiuæ quæsito. Prima est: Ira per virium non potuit esse in Christo. Secunda est, Ira per zelum fuit in Christo. Probatur conclusio vtraque simul, monstrando primo, ex quibus constat ira (scilicet, ex tristitia & appetitu vindictæ) & distinguendo duplicem appetitum vindictæ, vel non secūdum ordinem rationis, vel secundum ordinem rationis: ille iram per vitium, iste iram per zelum constituit, vt Augustinus dicit. Et sic relinquūtur ambæ cōclusiones, vt per se notæ: prima, quia in Christo constat non fuisse peccatum. Secunda uero, quia Euangelium expresse dicit de Christo, Zelus domus tuæ, &c.

¶ Nec putes nouitie, proprie compositam esse iram ex tristitia, & appetitu uindictæ: cum illa sit in concupiscibili, hæc in irascibili: & & rursus uterque est qualitas simplex. Sed composita dicitur tā quam ex necessario cōcurrentibus ad cōstitutionem ipsius, quę formaliter est appetit⁹ uindictæ: causaliter autem est tristitia, quia ex tristitia iniurię causat. Et po-

tes

tes si vis cõclusiones deducere, syllogizare facile, In Christo fuit tristitia & appetitus vindictæ, nõ præter, sed secundum rationis ordinem. ergo in ipso ira non per vitium, sed per zelum fuit.

Tract. 10. in Ioan. super illud, zelus domus tuæ comedit me 20.9.

petit vindictam secũdum ordinem iustitiæ, & hoc uocatur ira per zelum. Dicit enim Augustinus super Ioan. † quòd zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruersa, quæ videt, cupit emẽdare: & si emendare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

A

Lib. 5. Mor. c. 33.

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd sicut Greg. dicit 5. moral. * ira dupliciter se habet in homine. Quandoque enim præuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tũc proprie ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quòd ira viri, iustitiam Dei non operatur. Quãdoque vero ira sequitur rationem, & est quasi instrumentum ipsius, & tunc operatio, quæ est iustitiæ, non attribuitur iræ, sed rationi.

B

Ad secvndvm dicendum, quòd ira quę trãsgreditur ordinem rationis, opponitur mansuetudini, non autem ira, quæ est móderata, & ad medium reducta per rationem, nam mansuetudo medium tenet in ira.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ in nobis secũdũ naturalẽ ordinẽ, potentiæ animæ mutuo se impediunt, ita scilicet ꝙ cum unius potẽtiæ operatio fuerit intensa, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, ꝙ motus iræ, etiam si sit secundum rationem moderatus, vtcumque impedit oculum animę cõtẽplantis. Sed in Christo per moderationẽ diuinę virtutis, vnicuiq; potentiæ permittebatur agere qd erat ei proprium, ita quòd una potentia ex alia non impediebatur. Et ideo, sicut delectatio mentis cõtemplantis nõ impediebat tristitiam, uel dolorem inferioris patris, ita etiam econuerso passiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

C

¶ *Super Quæstionis quintædecimæ Articulumdecimum.*

3. di. 14. ar. 2. & d. 18. ar. 2. Et ver. q. 26. ar. 10. & q. 29. art. 6. Et quolib. 11. scilicet comprehensor, & uiator, hoc est habens beatitudinẽ, & tendens in beatitudinem.

Titulus in principio corporis clarificatur, dum termini declarantur,

¶ In corpore una est conclusio. Christus fuit simul cõprehensor & viator. Probatur, Christus ante passionem secũdum mentem plene uidebat Deum, & cum hoc, anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale. ergo habebat beatitudinem, quantum ad id, quod est proprium animæ, & deerat ei beatitudo quantum ad alia. ergo erat simul comprehensor & viator. Antecedens patet ex antedictis. Prima consequentia probatur, quia beatitudo hominis perfecta cõsistit in anima, & plene Deo fruebatur. non igitur Christus fuit viator, sed purus comprehensor.

D

Epi. 56. ante medii, to. 2.

¶ 3 Præt. Sancti, quorũ animę sunt in cęlo, & corpora in sepulcris, fruuntur quidẽ beatitudine secũdum animam, quãuis eorum corpora morti subiaceant, tamen non dicũtur uiatores, sed solum comprehensores. ergo pari ratione licet corpus Christi fuerit mortale, quia tamẽ mens eius Deo fruebatur, videtur quòd fuerit purus comprehensor, & nullo modo uiator.

Sed contra est, qd dicitur Hier. 14. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

Respon. Dicendum, qd aliquis dicitur uiator, ex eo quòd tendit in beatitudinem, comprehensor autẽ dicitur ex hoc, ꝙ iam beatitudinem obtinet, secundum illud 1. Cor. 9. Sic currite ut comprehendatis. & Philip. 3. Sequor autem, si quo modo cõprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta consistit in anima & corpore, vt in secunda parte habitum est. * In anima quidem quantum ad id, quod est ei proprium, secundum ꝙ mens uidet, & fruitur Deo. In corpore vero, secundum ꝙ corpus resurgit spirituale, & in uirtute, & in gloria, & in incorruptione, vt dicitur 1. Corin. 15. Christus autem ante passionem secundum mentem plene uidebat Deum, & sic habebat beatitudinem, quantũ ad id, quod est proprium animæ: sed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia & anima eius erat passibilis, & corpus passibile & mortale, ut ex supradictis patet. * Et ideo simul erat cõprehensor, inquãtum habebat beatitudinem propriam animæ: & simul uiator, inquãtum tendebat in beatitudinem, secundum id, quod ei de beatitudine deerat.

1. 2. q. 4. ar. 4.

arti. 4. huius q. & q. 14. artic. 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ impossibile est moueri ad finem, & quiescere in fine, secundum idem. Sed secundum diuersa nihil hoc prohibet, sicut aliquis homo simul est sciens, quãtum ad ea, quę iam nouit, & addiscens, quantum ad ea, quæ nondum nouit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ beatitudo principaliter & proprie consistit in anima & secundum mentem, secundario tamen & quasi instrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut etiam Philosophus dicit in primo Ethi. † ꝙ exteriora bona organice deseruiunt beatitudini.

Ii. 1. eth. c. 8. circa fi. to. 5.

Ad tertivm dicendum, quòd non est eadem ratio de animabus sanctorũ & de Christo, propter duo: primò quidem, quia animæ sanctorum non sunt passibiles, sicut fuit anima Christi: secundo, quia corpora non agunt aliquid per quod in beatitudinem tendant, sicut Christus secundum corporis passiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

Articvlvs x.

Vtrum Christus simul fuerit uiator, & comprehensor.

Ad decimvm sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit simul uiator & comprehensor. Viatori enim competit moueri ad finẽ beatitudinis, comprehensori autem competit in fine quiescere. Sed non potest eidem simul conuenire, quòd moueatur ad finem, & quod quiescat in fine. ergo non potuit simul esse, quòd Christus esset uiator, & comprehensor.

¶ 2. Præt. Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini secundũ corpus, sed secundum animam, Vnde Augustinus dicit in Epistola * ad Dioscorum, ꝙ ad inferiorem naturam, quæ est corpus, redundat ab anima, nõ beatitudo, quæ propria est fruentis & intelligentis, sed plenitudo sanitatis, idest, incorruptionis vigor. Sed Christus licet haberet corpus passibile, tamẽ secũdum mentẽ

QVAESTIO XVI.

De consequentibus Vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Christo secundum esse, & fieri, in duodecim articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionem sextamdecimam.*

Deinde considerandum est de his, quę cõsequũtur unionem. Et primo quantũ ad ea, quę cõueniunt Christo ſm se. Secundo, corpore, &c. Secunda autem, quia uiator est, qui tendit in beatitudinem: comprehensor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apostoli.

Hic incipit secunda pars primi tractatus de Christo, in qua expeditis his, quę de Vnionis mysterio erant dicenda, tractantur illa quæ ad vnionem consequuntur, ut patet in litera, in qua

in qua tota ista pars durans usque ad quæstionem 26. distinguitur satis clare.

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primo in communi recitatur, in quo conueniunt, & differunt Christiani circa propositum, & dicitur quòd cõueniunt omnes in affirmatione istius propositionis: differunt autem in ratione affirmandi.

¶ Secundo, referuntur tria genera erroris circa rationem affirmandi illam. Primum est, circa ueritatem prædicati, scilicet ly homo, & diuiditur in duos errores. Secundum est, circa ueritatem subiecti, scilicet ly Deus, & continet vnum errorem. Tertium est, circa ueritatem propositionis, hoc est circa esse significatum per ly est, copulam uerbalem dictæ propositionis, & diuiditur in duos errores, computando illos quatuor modos, scilicet dignitatis, auctoritatis, affectionis, uel inhabitationis pro vnico. & reliquum duarum ypostasium pro altero, ita quòd vniuersi errores hi, sunt quinque, qui satis clare patent in litera ex prius dictis.

¶ Tertio, respondetur quęsito unica conclusione, Hæc propositio, scilicet, Deus est homo, est uera, & propria suppositio incarnationis mysterio cum fide catholica. Probatur, Hoc nomen Deus ex modo suæ significationis potest supponere pro persona filij Dei, ergo potest supponere pro supposito humanæ naturæ. ergo de Deo potest prædicari homo. Antecedens probatur, quia nomen significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub natura communi, vt patet, inductiue in homine, &c. Consequentia autem prima probatur, quia persona filij Dei est uere, & proprie suppositum humanæ naturæ. Secũda autem probatur, quia de quolibet supposito alicuius naturæ, potest uere & proprie prædicari nomen significans illam naturam in concreto.

3.d.7.q.1.ar. 2. Et uni. art. 4. c. fin.

¶ Vbi nota diligentissime, ꝙ in ista propositione, Deus est homo, Deus supponit pro persona humana, quia supponit pro persona filij Dei, quatenus est persona humana. hinc enim litera infert, quòd homo vere, & proprie prædicatur de Deo, quia nomẽ

de his, quę conueniunt Christo per comparationem ad Deum patrem. Tertio, de his, quæ conueniunt Christo per comparationem ad nos.

¶ Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima quidem de his, quæ conueniunt Christo, secundum esse & fieri.

Secunda de his, quæ conueniũt Christo secundum rationem vnitatis.

CIRCA primum quærunꝫ duodecim.

¶ Primo, Vtrum hæc sit uera, Deus est homo.

¶ Secundo, Vtrum hęc sit uera, Homo est Deus.

¶ Tertio, Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

¶ Quarto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, possint prędicari de filio Dei, & econtrario.

¶ Quinto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis, possint prædicari de diuina natura, & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

¶ Sexto, Vtrum hæc sit uera, Filius Dei factus est homo.

¶ Septimo, Vtrum hæc sit uera, Homo factus est Deus.

¶ Octauo, Vtrum hæc sit uera, Christus est creatura.

¶ Nono, Vtrum hæc sit uera, Iste homo, demõstrato Christo, incępit esse, uel fuerit semper.

¶ Decimo, Vtrum hæc sit uera, Christus, secũdum ꝙ homo est creatura.

¶ Vndecimo, Vtrum hęc sit uera, Christus, secundum ꝙ homo, est Deus.

¶ Duodecimo, Vtrum hęc sit uera, Christus, secundum ꝙ homo, est hypostasis uel persona.

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc sit uera, Deus est homo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hęc sit falsa, Deus est homo. Omnis enim propositio affirmatiua in materia remota est falsa: sed hęc propositio, Deus est homo, est in materia remota: quia formæ significatæ per subiectum & prædicatum, sunt maximè distãtes. Cum ergo propositio prædicta sit affirmatiua, uidetur quòd sit falsa.

¶ 2 Præterea, Magis conueniunt tres personæ diuinæ adinuicem, quàm humana natura & diuina: sed in mysterio Trinitatis una persona non prędicatur de alia: non enim dicimus, ꝙ pater est filius, uel econuerso. ergo videtur ꝙ nec humana natura possit prædicari de Deo, ut dicatur ꝙ Deus est homo.

¶ 3 Præterea, Athanasius dicit, * ꝙ sicut anima & corpus vnus est homo, ita Deus & homo, vnus est Christus: sed hæc est falsa, Anima est corpus. ergo etiam hæc est falsa, Deus est homo.

¶ 4 Pręterea, Sicut in prima parte habitũ est, † qđ prędicatur de Deo nõ relatiue, sed absolute, conuenit toti Trinitati & singulis personis: sed hoc nomen homo, non est relatiuum, sed absolutum. Si ergo vere prædicatur de Deo, sequeretur ꝙ tota Trinitas & quælibet persona sit homo, quod patet esse falsum.

SED CONTRA est, qđ dicitur Philip. 2. Qui cum in forma Dei esset, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Et sic ille qui est in forma Dei, est homo: sed ille qui est in forma Dei, est Deus. ergo Deus est homo.

RESPON. Dicendum, ꝙ ista propositio, Deus est homo, ab omnibus Christianis conceditur, non tamen ab omnibus secundum eandem rationem. Quidam enim hanc propositionem concedunt, non secundum propriam acceptionem horum terminorum.

diuina sit homo, & ad proprietatem ipsius sufficit prædicatum esse, æquale aut maius subiecto (vt Porphyrius dixit) & se habere ad subiectum quasi per modum informantis, vt euitentur implicita subiecta, quæ oportet subintelligi in propositionibus indirectis, puta risibile est homo, hoc est, ille qui est risibilis, est homo.

¶ Vnde sicut ista est vera & propria, Homo est crispus, quia Sortes est crispus: ita ista est uera, & propria, Deus est homo, quia vna persona diuina est homo. habet enim se homo ad uerbum, vt est persona humana tamquam formale, vt Auctor docuit in 4. contra Gen. cap. 46. in solutione sextæ obiectionis.

Q. 5. ar. 2. & 3.

In fine symbo.

¶ In responsione ad primum, collige copias doctrinæ ibi contentæ. Duo siquidem ad metaphysicam, & tria ad logicam spectantia, ibi docemur. Primum metaphysicum mistum logicæ est, ꝙ non formarum diuersitas, sed incompossibilitas coeundi, est quæ fundat materiam remotam.

P. p. q. 18. 3.

¶ Alterum mistum fidei est, quòd suppositio diuino neutra natura, diuina scilicet & humana, ineat per accidens, sed per se. Primum Logicũ suppositio incarnationis mysterio est: hęc propositio, Deus est homo, non est in materia remota neque incontingenti, sed naturali. Secundum est, Homo prædicatur de Deo, non per accidens, sed per se. Tertiũ est, ꝙ homo prędicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi. Et declaratur, qua ratione, subiungendo, Non ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, quod est subiectum propositionis, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ. Et prima quidem duo ab omnibus acceptari videntur, quoniam sine his incarnationis mysterium saluari nequit, & de his superius multa dicta sunt: sed tria vltima non carent quæstione, & singula discutienda sunt.

¶ Circa primum igitur horum, scilicet hæc propositio, Deus est homo, est in materia naturali, dubium occurrit: quia omnis propositio in materia naturali est necessaria, alioquin nõ distingueretur

retur contra propositionem in materia contingenti: sed ista non est necessaria (non enim Deus necessario est homo) ergo non est in materia naturali.

¶ Circa secundum, scilicet quòd dicta propositio est per se, ex Scoto & Durando in 7 distin. 3 sentent. dubium occurrit. Scotus quidem probat tripliciter hanc propositionem esse veram non per se, sed per accidens, logice loquendo: tū quia prædicatum non est de intellectu subiecti: tum quia si sic, prædicaretur de quolibet contento sub subiecto, & sic Spiritus sanctus & Pater esset homo: tū quia in prædicationibus p se, subiectum supponit determinate: quia si indeterminate tantū supponeret, hæc esset per se, animal est homo, quia possit verificari pro Petro vel Paulo, sed hoc subiectū Deus, non includit determinate plus Filium, quàm Patrem.

Q. 5. artic. 2 & 3.

¶ Durandus verò inquit, Puto quòd magis proprie potest dici vera per accidens, quàm per se, quia omnis propositio vera per se, est vera cū reduplicatione termini supra se: homo enim, secundum quòd homo, est animal, & est risibilis. In proposito autem Deus, secundum quòd Deus, est homo, est falsa: quia non forma significata per subiectum est ratio inhærentiæ prædicati ad subiectum, sed sola vnitas suppositi, quæ etiam in propositionibus per accidens, est tota causa verificationis earum. Et ideo hæc propositio magis est dicenda per accidens, quàm per se.

In 3 sym.

¶ Circa tertium, scilicet homo prædicatur de Deo, sicut species de sua hypostasi, Scotus vbi supra, occurrit dicens, quòd quia ista vnio non habet similem, nullum est prædicatum sicut in proposito, sed hæc prædicatio ex parte prædicati est species, ex parte vero modi essendi habendi prædicati respectu subiecti, est sicut accidens quintum prædicabile: quia non est de ratione subiecti, & aduenit temporaliter subiecto existenti in actu completo æternaliter, & per hoc aduenit ita vt possit abesse.

P. 9. q. 3.

¶ Ad horum euidentiam oportet tria prænotare. Primum est, quòd ly Deus, potest, quantum ad propositum spectat, dupliciter considerari, primo absolute, secundo, vt contractum, vel determinatum per prædicatum, scilicet esse hominem. potest enim supponere ly Deus, secundum suam naturalem suppositionem pro habente deitatem, absque determinatione huius, vel illius habentis deitatem, sicut homo pro habente humanitatem, & sic consideratur absolute, sicut cum dicitur, Deus charitas est. Potest quoque supponere pro certo supposito diuinæ naturæ, quoniam talia sunt, quò ad suppositionem subiecta, qualia permittunt prædicata, sicut cum in Symbolo dicitur, Deum de Deo, ly Deum, supponit pro Filio, & ly Deo pro patre. Et si in hac propositione, Deus est homo, accipiatur ly Deus absolute, constat propositionem istam esse veram per accidens, sicut constat, hanc esse per accidens, animal est homo. Accidit enim logice loquendo (vt nunc loquimur) animali esse hominem, ratione alicuius animalis, quod est homo, & similiter accidit Deo esse hominem, ratione alicuius hypostasis diuinæ, quæ est homo. Si autem accipiatur ly Deus, vt subsistat determinationi prædicati, sic supponit pro persona Filij, quæ sola est homo, sicut cum dicitur, quòd homo peccando spoliauit genus humanum stola innocentiæ, supponit pro vno singulari, scilicet Adam, & sic sumi in hac propositione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

Sed quia hoc non sufficit, sciendū est secundo, q ly Deus, supponendo pro persona Filij, dupliciter potest considerari, vel quò ad formam significatā, quæ est deitas, vel quò ad ipsam personam suppositam. Et quia extrema insinuāt medium, hic subintelligas, vel quò ad vtrūque. Et si quidē in hac propositione sumeretur Deus

Nam Manichæi verbum Dei, dicunt esse hominem, non quidem verum sed similitudinariū, inquātum dicunt filium Dei corpus phantasticum assumpsisse, vt sic dicatur Deus homo, sicut cuprum figuratum dicitur homo, quia habet similitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui posuerunt, quòd in Christo anima & corpus non fuerunt vnita, non possunt dicere quòd Deus sit verus homo, sed quòd dicatur homo figuratiuè ratione partium. Sed vtraque harum opinionum supra improbata est. * Alij verò econuerso ponunt veritatem ex parte hominis, sed negant veritatem ex parte Dei. Dicunt enim Christum, qui est Deus & homo, esse Deū non naturaliter, sed participatiuè, scilicet per gratiam, sicut & omnes sancti viri dicuntur dij, excellentius tamen Christus præ alijs, propter gratiam abundantiorem. Et secundum hoc, cùm dicitur, Deus est homo, ly

A B C

supponens pro Filio, quò ad formam significatam, similiter clare constat, quòd propositio esset per accidens, accidit enim deitati ratione hypostasis Verbi esse hominem. Et idem est iudicium, si sumeretur quò ad vtrumque. Et propterea in proposito sumitur ly Deus, vt supponit pro persona Filij quò ad hypostasim, & hoc habes etiam clare in litera in calce responsionis ad primum.

¶ Verum, quia persona Filij Dei habet hoc singularissimū, q est persona subsistens in duabus naturis, diuina scilicet & humana, ideo tertiò recolendum est, q hypostasis, pro qua supponit in hac propositione ly Deus, habet cōditiones æternas, & habet conditiones ex tempore, est enim persona diuina ab æterno, & est persona humana ex tempore. Et si supponeret pro persona Filij, vt est hypostasis diuina præcise, tunc etiam propositio esset per accidens, quōniam filius Dei, non inquantum hypostasis diuinę naturæ, sed inquantum hypostasis humanæ naturæ, hominis prædicationem recipit: sed ponendo, quòd supponat pro persona Filij, quò ad hypostasim, secundum quòd de facto est, postquàm Verbum caro factum est, vere habebimus quòd homo prædicatur de sua hypostasi, cum dicitur, Deus est homo. Et hoc esse intentum ab Auctore, euidenter patet, ex eo quòd tractatus iste intitulatur, de his, quæ consequuntur vniones. Supposito ergo incarnationis mysterio, de persona Filij est sermo præsentis litteræ, cum dicitur, quòd Deus hic supponit pro persona Filij, immo & clare in litera dicitur, quòd in dicta propositione, Homo prædicatur de Deo vt species de sua hypostasi. Supponit ergo Deus, pro hypostasi humana, si homo prædicatur de Deo, vt species de sua hypostasi, speciei siquidem humanæ nulla hypostasis est sua, nisi humana, quæ in Christo est ab æterno diuina. Clarissime autem hoc supponi explicatur in principio corporis sequentis articuli, cum dicitur, suppositā veritate vtriusque naturæ diuinæ & humanæ, & vnione in persona, & hypostasi, hæc est vera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo. Hic enim explicatur, quòd vtraque propositio supponit conditionem de facto inuentam in persona Verbi. His prælibatis ad singula dicendum est.

Q. 2. art. 6.

D E

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propositio est necessaria, & quamuis Deus absolute non sit necessario homo. Deus tamen pro persona Verbi incarnati est necessario: homo constat enim euidenter, quòd persona humana quælibet est necessario homo. Deus autem in hac propositione determinatur ad supponendum pro persona humana. Et propterea ista propositio, & si non quò ad significatum, tamen quò ad suppositum per nomen subiecti, est necessaria.

¶ Ad secundum verò dubium, respondendo ad primum Scoti, dicitur quòd ista propositio est per se respectu suppositi, & quòd prædicatum est de intellectu subiecti quò ad suppositum per illud quamuis non sit de intellectu eius quò ad formam significatam per idem, est enim homo de intellectu hypostasis humanæ, ita quòd oppositum nequit intelligi.

¶ Ad secundum negatur sequela, loquendo de Deo, quò ad suppositū: illud enim quod per se prædicatur de Deo ratione formæ significatæ per ly Deus, prædicatur de quolibet cōtento sub Deo: sed illud quod per se prædicatur de Deo ratione suppositi talis, pro quo supponitur exigente prædicato huiusmodi suppositione, non prædicatur de quolibet contento sub hoc nomine, Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eādem distinctionem, quòd in prædicationibus per se ratione formæ significatæ per subiectū, subiectū ipsum supponit indeterminate quò ad suppositum & determinate quò ad naturā. Sed in prædicatione per se ratione certi suppositi, pro quo prædicatum facit supponere subiectū, secus oportet esse,

esse, quia necesse est subiectum supponere pro determinato supposito, & sic est in proposito, ut patet ex dictis.

¶ Ad Durandum autem ex eadem distinctione respondetur, dicendo quod illa maior, Omnis propositio per se uera, est uera cū reduplicatione termini subiecti supra se, licet admittatur in propositionibus per se

ueris de subiecto rōne formę significatę, negatur tamen in ꝓpositione per se uera de subiecto ratione certi suppositi tantū. Et ratio diuersitatis est, quia reduplicatio transfert ꝛterminum subiectum in naturā prædicati: quod constat teneri formaliter.

q.1.ar.6. cum enim dico, homo, inquantum homo, est animal, uel risibilis, perinde est ac si dicerem homo, inquantum est homo est animal, vel &c.

Vbi patet, quòd ly homo repetitur, ut prædicatum, & propterea denotat humanitatem esse rationem coniunctionis prædicati cum subiecto. Et ideo ista est falsa, Deus, inquantum Deus, est homo: significat enim deitatem esse rationem necessariam coniunctionis prædicati cum subiecto. Nec solum ipsa est falsa, sed etiam ista, Verbum inquantum Verbum, est homo, quia ly in quantum, reduplicatiuē sumptum, denotat formam significatam hoc est proprietatem hypostaticam

D. 8.2.1 p.p.q.39.ar. 4.ad 3. Verbi constitutiuam, esse rationem necessariam connexionis prędicati cum subiecto. Secus autem dicendum esse, si ly inquantum, teneretur specificatiue, quoniam sic ista est uera, Verbum inquantum Verbum, est homo, quoniam esse hominem conuenit Verbo secundum propriam personalitatem. Sed quia hoc non spectat ad perfectatem logicam, de qua est sermo, ideo reuertentes ad subiuncta per Durandum dicentem, quòd quando sola unitas suppositi est ratio coniunctionis extremorum, propositio est uera per accidens, respondemus quòd sola unitas suppositi extrinseci ab altero saltem extremorum verificans propositionem, constituit illam veram per accidens, sed unitas suppositi intrinseci utrique extremo constituit propositionem directam & formalem, veram per se de altero extremo, non respectu formæ significatę, sed respectu suppositi. Sic autem est in proposito, nam in utroque termino, scilicet, Deus, & homo, clauditur intrinsece, quamuis indeterminate, hypostasis Verbi incarnati, utpote verissime & propriissime persona diuina, & humana. Non sic autem est in propositionibus per accidens puta, Homo est albus, quoniam in istis suppositum per hominem copulatur tantum, & extrinsece importatur per album, quod puram qualitatem significat. Et hæc iam docuerat Auctor in tertio sentent. distinct. septima, quæstione prima, articulo primo.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd Scotus uidetur accepisse pro subiecto Deū seu hypostasim Verbi absolute, & ideo non inuenit quale sit hoc prædicatū cum sua prædicatione. Sed Auctor intuens talia esse subiecta, quo ad suppositionem, qualia exigunt prædicata, supponendo incarnationis mysterium, supponit cum fide catholica, Deum esse quandam hypostasim humanam, & pro illa in hac propositione supponere ly Deus. Et propterea statim inuenit, non solum quòd prædicatum est species, sed etiam quòd prædicatur ut species de propria hypostasi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, nisi illam quam ex fide supponimus, scilicet, personam Filij esse uere & proprie personā humanam, hac namque suppositione facta, clare liquet, ꝙ sicut

positum uel hipostasim distincta, unum proprie prædicetur de alio, sed solum secundum quandam figuratiuam locutionem, inquantum in aliquo conjunguntur, puta si dicamus Petrum esse Ioannem: quia habent aliquam coniunctionem adinuicem. Et hæ etiam opiniones supra improbatæ sunt. * Vnde supponendo secundum ueritatem catholicæ fidei, quod uera natura diuina, unita est cum uera natura humana non solum in persona, sed etiam in supposito uel hipostasi, dicimus hanc propositionem esse ueram, & propriam. Deus est homo, non solum propter veritatem terminorum (quia, scilicet Christus est uerus, Deus & uerus homo) sed ēt pp ueritatem prędicationis. Nomen enim significans naturam communem in concreto, potest supponere pro quolibet contentorum sub natura communi, sicut hoc nomen homo potest supponere pro quolibet homine singulari. Et ita hoc nomen Deus, ex ipso modo suę significationis potest supponere pro d persona filij Dei, ut etiam in prima parte habitum est. * De quolibet autem suppo

sito alicuius naturæ, potest uere & proprie prædicari nomen significans illam naturam in concreto, sicut de Sorte & Platone proprie, & uere prædicatur homo. Quia ergo persona filij Dei (pro quā supponit hoc nomen Deus) est suppositum naturæ humanæ, uere & proprie hoc nomen homo, potest prædicari de hoc nomine Deꝰ, ꝙm quòd supponit pro persona filij Dei.

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ quando formæ diuersę non possunt conuenire in unum suppositum, tunc oportet quòd propositio sit in materia remota, cuius subiectum significat unam illarum formarum, & prędicatū aliam. Sed quando duæ formæ possunt conuenire in unū suppositū, non est materia remota, sed naturalis, uel cōtingēs, sicut cum dico, album est musicū. Natura aūt diuina & humana, quāuis sint maxime distantes, tamē conueniunt p incarnationis misteriū in uno supposito, cui neutra illarū ineſt per accidens, sed per se. Et ideo hęc ꝓpositio, Deꝰ est homo, nō est neq; in materia remota, neq; in materia contingēti, sed in materia naturali. Et p̄dicatur homo de Deo, non per

species prædicatur de sua hypostasi, quum dicitur, A, est homo, sly A, supponit pro certa persona humana, ita in proposito ex quo ly Deus, supponit pro quadam certa persona humana. Et hinc patet, ꝙ ista propositio, Deus est homo, dum ly Deus, supponit pro illa persona humana, quæ est uerbum incarnatum, est per se in primo modo dicendi p se respectu suppositi ut toties dictum est, & non respectu formę significatę per ly Deus. Et est prædicatio essentialis, & uniuoca ut patet ex definitione uniuocorum, & Auctor in allegatis locis explanat. Et tu potes ex notioribus monstrare explicatā doctrinam esse uerā, mutando nomen subiectum, ita quòd loco ly Deus, ponatur nomen proprium illius personæ, quatenus est persona humana, & dicendo, Iesus est homo, Constat enim, quòd ly Iesus supponit pro persona filii Dei, ut est hypostasis humana, pro qua dictum est etiam supponere ly Deus, in hac propositione, Deus est homo. Nec est differentia inter has ꝓpositiones, Deus est homo, & Iesus é homo, quo ad suppositum, sed quo ad significatum per nomina subiecta. Quo circa sicut ista Iesus est homo, est per se in primo modo, & essentialis. & prædicat speciem de propria persona, ita ista, Deus est homo restringendo ly Deus, ad Iesum, ut unico uerbo dicatur. Et sicut non uertitur in opiniones, an ista sit per se & essentialis uniuoca, &c. Iesus est homo, ita non debet in diuersas trahi opiniones ista, Deus est homo, intellecta quo ad suppositum, ex quo supponit pro Iesu. Et hinc patere potest, ꝙ etiam ista propositio, Christus est homo, respectu suppositi, est per se in primo modo.

¶ Nec obstat quòd Scotus ubi supra obiicit dicens, quòd quia Christus, Damasceno teste, significat hypostasim duarum naturarum, nihil per se unum prædicatur de illo per se, utpote de non per se uno in sensicut enim apud Aristotel. primo Metaphy. ratio in se falsa, de nullo est uera, ita ratio per se non una, nihil per se unum de se uerificat. Et simile est de ista, Christus est homo, & ista, Homo albus est coloratus. Hæc inquam non obstant, quia quo ad rem, Christus significat unam per se & in se hypostasim, homo albus autem significat hypostasim unam per accidens, accidit enim subiecto albedinis esse hominem, et econtra. Quo ad propositionem quoque iam dictum est, quòd istæ propositiones dicuntur per se respectu suppositi, & non respectu formæ deitatis significatæ. Suppositum autem est in se per se unum: quia non est nisi hypostasis æterna filii Dei, quæ ex tempore est ipsamet immutata omnino hypostasis humana, & ideo optime per se de illo prædicatur tam Deus, quam homo, nihil minus, quàm si esset unius illarum naturarum tantum hapostasis: extensio siquidem seu communitas ipsius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiusdem respectu singularium.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, quoniam responsio ista uidetur contradicere doctrinæ iam habitæ, & eneruare illam. nam si homo prædicatur de Deo ratione relationis, ut in hac responsione dicitur, sequitur quòd non prędicatur essentialiter, sicut species de sua hypostasi, ut in responsione ad primum dictum est. Prędicatio namque speciei humanæ de sua hypostasi, est & essentialis & substantialis, non relatiua ut patet.

¶ Ad

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor non dixit, quòd unio, ratione cuius est ista prædicatio, est relatio aut relatiua, sed dixit, quòd relationem importat, hoc est connotat: importatur enim non ipsa res significata, sed connotata. Et propterea licet unio naturæ humanæ ad Deum sit substantialis, quia tamen connotat relationem, ideo nomen prædicatum secundum illam, non sequitur regulam absolutorum ab æterno.

¶ Alius posset exponi hæc responsio, dicendo quòd homo prædicatur de Deo ratione unionis in persona, quam unionem constat ex supradictis fundamentaliter esse substantialem, formaliter relatiuam: sed prædicatio est ratione vnionis fundamentalis, quæ significatur per unionem formaliter, ut differentia per proprietatem consueuit significari. Et quia illa fundamentalis unio, quæ fundat prædicationem istã, habet modum relatiuum, quo ad hoc, quòd de nouo posita in persona diuina, nullam in illa mutationem ponit nisi relatiuam relatione nõ reali, sed rationis, ideo dictũ est quòd relatio nem importat. Et ideo non sequitur regulam absolutorum ab æterno, quæ si de nouo apponerẽtur, aut tollerentur a Deo, mutationem in ipso ponerent.

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum secundum.*

Jocis sup. ar. 2. induct.

TItulus clarus ẽ. ¶ In corpore articuli unica est conclusio respõsiua quæsito. Hæc est uera, & propria, Homo est Deus, suppposito incarnationis mysterio. Probatur. Deus prædicatur uere, & proprie de persona filij Dei: ergo prædicatur uere, & proprie de homine. Probatur consequentia, quia homo põt supponere pro persona filij Dei. Probatur hoc. Homo potest supponere pro qualibet hypostasi humanę naturæ: sed quędam hypostasis humanæ naturæ est persona filij Dei, ergo homo potest supponere pro persona filij Dei.

¶ In hac materia recolenda sunt dicta in priore articulo, qm̃ ista propositio de qua est sermo, est etiam per se in primo modo respectu suppositi per subiectũ, nõ respectu naturę significatę, & accidens, sed per se, sicut species de sua hypostasi, non quidem ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, sed ratione suppositi quod est hipostasis humanę naturæ.

AD SECVNDVM dicẽdũ, quòd tres personæ diuinę conueniunt in natura, distinguuntur tamen in suppositis; & ideo non prædicantur de inuicem. In misterio autem incarnationis naturæ quidem, quia distinctæ sunt de inuicem, non prædicantur, secundũ quòd significantur in abstracto (non enim natura diuina est humana) sed quia cõueniunt in supposito, prędicantur de inuicem in concreto.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd anima & caro significãtur ut in abstracto, sicut diuinitas & humanitas: in concreto uero dicuntur animatum & carneum, siue corporeum, sicut & ex alia parte Deus & homo. Vnde utrobiq; abstractum nõ prędicatur de abstracto, sed solum concretum de concreto.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ hoc nomen homo, prędiçat de Deo rõne unionis in persona, q̃ quidẽ unio relationem importat. & ideo non sequitur regulã eorum nominum, quæ absolutę prædicantur de Deo ab æterno.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc sit vera, Homo est Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hęc sit falsa, homo est Deus. Deus. n. est nomẽ incõmunicabile; sed Sap. 13. reprehendũtur idolatrę, de hoc ꝙ hoc nomen Deus, quod est incommunicabile, lignis, & lapidibus imposuerũt: ergo pari rõne vr esse inconueniens, quod hoc nomen Deus prædicet de hoĩe.

¶ 2 Præt. Quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto: sed hæc est uera, Deus est Pater, uel Deus est Trinitas. Si ergo hæc sit uera, Homo est Deus, videtur quod hæc etiam sit uera homo est Pater, vel homo est trinitas: quas quidem patet esse falsas. ergo & primam.

¶ 3 Præt. in Psalm. 80. dicitur. Nõ erit in te Deus recẽs: sed homo est quiddã recens: non enim Christus semper fuit homo. ergo hæc est falsa, Homo est Deus.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 9. Ex quibus est Christus ſm carnem, qui est super oĩa Deꝰ benedictus in sęcula: sed Christꝰ secundum carnem est homo. Ergo hęc est uera, Homo est Deus.

RESPON. Dicendũ, ꝙ supposita veritate vtriusq; naturæ, diuinæ, ſ. & humanæ, & vnione in psona & hypostasi, hęc est uera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo: hoc enim nomen homo, põt supponere ꝓ qualibet hypostasi humanæ naturæ, & ita põt supponere pro psona filii Dei, quã dicimus esse hypostasim humanę naturę. Manifestũ est aũt, ꝙ de persona filij Dei vere & ꝓprie p̃dicatur hoc nomẽ Deus, vt in prima parte habitũ est. † Vñ relinquit ꝙ hæc sit vera, & ꝓpria, Homo est Deꝰ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ idolatrę attribuebant nomẽ deitatis lapidibus & lignis, secundũ quòd in sua natura considerantur, quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autem non attribuimus nomẽ Deitatis homini secundùm humanã naturam, sed ſm suppositum æternũ, qđ est ẽt per unionem suppositum humanæ naturæ, ut dictum est.*

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc nomen Pater, prædicatur de hoc nomine Deus secundum ꝙ hoc nomen Deus supponit pro psona Patris: sic aũt nõ p̃dicat de psona Filii, quia persona filii nõ est persona Patris, & per consequens non oportet, ꝙ hoc nomẽ Pater, prędicetur de hoc nomine hõ, de quo prædicatur hoc nomen Deus, inquantum ly homo supponit pro persona filij.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ licet humana natura in Christo sit quiddam recens, tñ suppositũ humanę naturæ nõ est recẽs, sed æternum. Et quia hoc nomẽ Deus, non prędicatur de homine ratione humanę naturę, sed ratione suppositi, non sequitur ꝙ ponamus Deum recentem. Sequeret aũt, si poneremus, ꝙ hõ supponit suppositum creatum, secũdum ꝙ oportet dicere cos, q̃ in Chro ponũt duo supposita.

tal. ſ. posito ex præ
dicato, sicut de sua cõuertente. & conuersa dictũ est in pręceden
ti artic. Et ꝓ hoc patet tã corpus articuli, q̃ responsio ad primũ.
¶ In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illud dictum, In ista propositione, Deus est Pater, ly Deus supponit ꝓ
persona Patris. Nam
ly Deus, quantum
est ex naturali sua
suppositione, sup-
ponit pro habente
deitatem indistin-
cte, sicut homo pro
habente humanita-
tem: ex parte autem
prædicati non re-
stringitur, ad sup-
ponendum pro per-
sona Patris, quo-
niam stando in sua
naturali suppositio-
ne, uera est propo-
sitio, Deus est pater,
quoniam habẽs dei-
tatem est pater, ut
patet. Minus ergo
bene dictum vide-
tur, quòd supponit
pro patre hoc no-
men Deus, cum no-
men patris de illo
prędicatur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia argumentum p.p.q.39.ar.3 & 4.
de prædicatione per
se procedit fundatũ
super illa regula,
Quicquid prædicat
de prædicato, &c.
ideo Auctoris uer-
ba de prædicatione
per se intelligenda
sunt. Ista siquidem
propositio, Deus est
Pater. potest esse
per se, & per acci-
dens, logice loquẽ In cor. ar.
do. Nam prædica-
tio per se exigit præ
dicari æqua de æ-
quis, aut maiora de
minoribus. Minus
autem de maiori nõ
nisi per accidẽs præ
dicatur, ut patet di-
cendo, animal est
homo. Hoc autem
nomen Deus, si se
cundum suam natu
ralem sumatur sup
positionem, maius,
hoc est communius
est quàm nomen pa
tris aut Trinitatis,
quoniam extendit
se etiam ad Filium,
& Spiritum sanctũ,
quorum neuter est
Pater aut Trinitas. &
propterea sic sump-
tum, reddit prædicationem per ac-
cidens, dicendo,
Deus est Pater aut
trinitas. quo fit ut si
constituenda sit pro
positio per se prædi
cãs Patrem de Deo,
oportet Deum re-
stringi ad supponen
dum pro persona pa
tris, ut sic æquale de æquali prædicetur per se: sicut si Trinitas prędicari per se intelligitur de Deo, oportet Deum restringi ad
supponendum quasi simpliciter, ut sic æquale de æquali prędice
tur. Et sic patet sensus litteræ.

¶ *Super*

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum tertium.*

3.d.7.q.1.artic.2. TItulus clarus ē, originem habés ab Augustini uaria

q. 36. circa med. to. 4. diuersis temporibus sententia, & Magistri sententiarum distinctio septima tertij libri.

¶ In corpore articuli unica est conclusio respōsiua quæsito, Non potest uere & proprie dici, quòd homo sit dominicus, sed quòd est dominus. Probatur primo directe. homo ille, scilicet Christus Iesus, designat

li.3. orth.fi. 2.c.11. personam filij Dei, ergo de illo prædicatur dominus essentialiter, ergo non det de illo prædicari dominus denominatiue. Antece-

c.4.eccl.hie. p.3.in ti. Cō tem. In pri. dens probatur, quia unum est suppositum diuinæ, & humanæ naturæ in Christo, prima consequentia est clara. Secunda uero probatur, quia derogaret ueritati unionis si prædicaretur

li.1. retract. c.19. ad pro cul a fi.to.1. ur.prę.ad 3 denominatiue. Firmatur deinde conclusio ac ratio allata ex oppositō, quia scilicet hæc prædicatio propria est Nestorianis, & quia similis prædicatio propria est naturæ assumptæ. Nestoriani siquidem, ponendo duo in Christo supposita, proprie dicunt, Christum hominum dominicum, quia uere esset ibi suppositum participatiue dominicum. Nos quoque proprie dicimus naturam assumptam esse deificatam non deam: quia enim diuina est assumpta natura a deitate, non deam dicimus. Et quia iuncta est deitati in unitate personæ, ideo deificata. Suppositum autem quia unicum, est

li.3 orth.fid. c.3.4.15 & 17 filij Dei, ideo Deum & dominum, non dominicum, aut deificatum dicimus.

li.1. ret.c.19 circ. ad fin. to. 1. ¶ Circa rationem cōclusionis dubium occurrit, quia uidetur falsa, tum quia ex affirmatione prædicationis essentialis infert negationem denominati-

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus possit dici homo dominicus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus possit dici homo dominicus. Dicit enim Aug. in li. 83. q. Monendū est, ut illa bona expectentur, quę fuerunt in illo homine dominico: loquitur autem de Christo. ergo videtur, quòd Christus sit homo dominicus.

¶ 2 Præt. Sicut dominium conuenit Christo ratione diuinę naturæ, ita etiam humanitas pertinet ad humanam naturam: sed Deus dicitur humanatus, ut patet per Dam. in 3. lib. * ubi dicit, q̄ humanatio eā, quę ad hominē, copulationē demōstrat. ergo pari rōne pōt dici denominatiue, q̄ homo ille sit dominicus.

¶ 3 Præt. Sicut dominicus denominatiue dicitur a domino, ita diuinus denominatiue dicitur a Deo: sed Dion. * Christum nominat diuinissimum Iesum? ergo pari ratione pōt dici q̄ Christus sit homo dominicus.

SED CONTRA est, quod Augu. dicit in lib. Retract.† Non uideo utrū recte dicatur, homo dñicus Iesus Christus, cū sit utique dñs.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut supradictum est, * cum dicitur homo Christus Iesus, designatur suppositum eternum, quod est persona filij Dei, propter hoc, q̄ est unum suppositum utriusque naturæ. De persona aūt filii Dei prædicat̄ Deus & Dñs essentialiter, & ideo non debet prędicari denominatiue: quia hoc derogat veritati vnionis. Vnde cū Dominicus dicatur denominatiue a Dño, non pōt uere & ꝓprie dici, q̄ homo ille sit dñicus, sed magis q̄ sit dñs si aūt per hoc, q̄ dr̄, homo Christus Iesus, designaret̄ suppositum aliquod creatum, secundum illos, qui ponunt in Christo duo supposita, posset dici homo ille dñicus, inquantum assumitur ad participationē honoris diuini, sicut Nestoriani posuerunt. Et hoc ēt modo humana natura nō dr̄ essentialiter dea, sed deificata non quidem p̄ conuersionem ipsius in diuinā naturā, sed per coniunctionem ad diuinā naturā in upa hypostasi, ut patet per Dam. in 3. lib. *

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Aug. verba illa & similia retractat in li. Retract. Vnde post uerba præmissa in lib. Retract. * subdit, Vbicumque hoc dixi, s. quòd Christus Iesus sit homo dominicus, dixisse me nollē, postea quippe uidi non esse dicendum: quāuis nōnulla ratione posset defendi, quia scilicet posset aliquis dicere q̄ dicitur homo dominicus ratione humanę naturæ, quam significat hoc nomen hō, non autem ratione suppositi.

AD SECVNDVM dicēdū, quòd illud vnum suppositum, quod est humanę, & diuinæ naturæ, primo quidem fuit diuinæ naturæ, s. ab æterno, postea autem ex tempore per incarnationem factum est suppositum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatum, non quia assumpserit hominem, sed quia assumpsit humanā naturā. Nō aūt sic est econuerso, q̄ suppositū humanæ naturę assumpserit diuinā naturā. unde non potest dici homo deificatus uel dominicus.

AD TERTIVM dicēdum, quòd hoc nomen diuinum, consueuit prædicari etiam de his, de quib. prædicatur essentialiter hoc nomen Deus: dicimus enim, quod diuina essentia est Deus, ratione identitatis, & q̄ essentia est Dei, siue diuina, propter diuersum modum significandi, & uerbum diuinum, cum tamen uerbum sit Deus. Et similiter dicimus p̄sonam diuinam sicut & personā Platonis, propter diuersum modum significādi; sed dominicus non dicitur de his, de quibus dominus prædicatur: non enim consueuit dici quod aliquis homo, qui est dominus sit dominicus: sed illud quod qualitercumque est domini, dominicum dicitur, sicut dominica uoluntas, uel dominica manus, uel dominica passio. Et ideo ipse homo Christus, qui est domin⁹, nō potest caro eius dici caro dominica, & passio eius potest dici passio dominica.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prędicari de filio Dei, & econuerso.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur, quòdea, quæ sunt humanę naturæ, non possunt dici de Deo. Impossibile. n. est opposita de eodem prædicari: sed quæ sunt humanæ naturæ, sunt contraria his, quę sunt propria Dei: Deus. n. est increatus, immutabilis, & æternus: ad humanam autem naturam pertinet, ut sit creata, temporalis & mutabilis. ergo ea quæ sunt humanæ naturæ, non possunt dici de Deo.

ue, constat enim illationem hanc non tenere ex forma, ut manifestat instantia de Deo, & diuino, neque ex materia, quia dominicus nomen est commune suppositō & naturæ, potest enim dici natura assumpta, natura dominica, sicut & caro eius dicitur caro dominica, tum quia hæc prædicatio non derogat veritati vnionis, quoniam affirmare Christum hominem dominicum, non est negare Christum esse uerum dominum; sicut affirmare Verbum esse diuinum, non est negare ipsum esse uerum Deum.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ ratio ueritati innititur, & est efficax. Nam quæstio ista de nominibus est: nominibus autem utendum est, ut plures uuntur, secundum Philosophum, communis autem usus illud dominicum uocat quod est domini, non quod dominus est, ut in respōsione ad tertium litera explicat: & propterea ex affirmatione prædicationis essentialis istius termini dominus bene, illata est negatio denominatiui. Et similiter dicendo, homo dominicus secundum communem usum intelligitur homo domini, ac per hoc aliquis homo domini, & sic intelliguntur ibi duo supposita, unum in ly alius homo, & unum in ly domini, ac per hoc ruit veritas unionis diuinæ, & humanæ naturę in uno eodemque supposito. Et propterea Auctor hanc loquutionem Nestorianam dixit. Non est autem simile de Deo & diuino ut in litera dicitur: quia diuinum identice consueuit sumi frequenti usu, non sic autem dominicum.

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articum quartum.*

TItulus, ut iacet, intelligendus est

dus est de conuenientibus humanæ naturæ existenti in Christo: puta passibilitate, morte. & aliis huiusmodi, quę de Christo ratione illius naturæ humanæ dicuntur, dum dicimus Christum crucifixum, mortuũ, sepultum. &c.

¶ In corpore articuli tria haũ, primo refertur differẽtia inter Nestorium & Catholicos i hac quæstione. Secundo, redditur ratio catholicæ doctrinę. Tertio, subiungitur opportunum documentum circa hanc catholicam doctrinam.

¶ Quo ad primum, Nestoriani duabus distinctionibus utebantur in proposito. Altera bimembri ex parte prędicatorum: quædam enim iunt prædicata propria diuinæ naturæ (ut esse omnipotentem, æternũ, & similia) quædam sunt prędicata propria humanæ naturæ, ut esse mortalem, corporeum, filium hominis, & huiusmodi. Altera ex parte subiectorum trimembri: potest enim dictis prædicatis subiici in enunciatione uel nomẽ proprium Dei, vt Deus, uel nomẽ proprium hominis vt homo: vel nomẽ commune utriusque naturæ, diuinæ scilicet, & humanæ, vt Christus. Et subiungebant duas conclusiones: primam de subiectis propriis, dicendo, quod nec de nomine proprio Dei dicuntur prædicata propria hominis, nec de nomine proprio hominis dicuntur prędicata propria Dei. Et propterea negabant Deum esse natum ex Virgine aut mortuum, aut aliquid passum: & similiter hominem esse creatorem cœli, & terræ, & huiusmodi. Secunda, de subiecto communi, dicendo, de nomine communi Deo, & homini prædicari vere, tam ea quę sunt propria Deo, quàm ea quę sunt

li. 1. Orth. fi. cõ. in med.

in cõ. Eph. 1. cui sunt Cyrilli can. 4to. a. cons.

¶ 2 Prętea. Attribuere Deo, ea quæ ad defectum pertinent, videtur derogare diuino honori, & ad blasphemiam pertinere: sed ea, q̃ sunt humanæ naturæ, defectum quendã continent; sicut pati, mori & alia huiusmodi. ergo uidetur quòd nullo modo ea, quæ sunt humanæ naturæ, possint dici de Deo.

¶ 3 prętera. Assumi conuenit humanę naturæ: non autem hoc cõuenit Deo. non ergo ea quæ sunt humanæ naturę, de Deo dici possunt.

SED CONTRA est, quòd Damascẽ.* dicit in 3. lib. quòd Deus suscepit ea, quæ sunt carnis idiomata, idest, proprietates dum Deus passibilis nominat, & Deus gloriæ crucifixus est.

RESPON. Dicendum, q̃ circa hanc quæstionem diuersitas fuit inter Nestorianos & Catholicos. Nestoriani enim uoces, quæ dicuntur de Christo, diuidere uolebant hoc modo, ut ea quæ pertinent ad humanam naturam, nõ dicerentur de Deo: nec ea q̃ pertinent ad diuinam naturam, dicerentur de homine. Vnde Nestorius dixit: Si quis Dei uerbo tẽtat passiones tribuere, anathema sit. Si qua uero nomina sunt q̃ pertinere possunt ad utrãque naturã, de talib. prędicabant ea, quæ sunt utriusq; naturę; sicut hoc nomẽ Christus uel Dñs. Vnde concedebant Christũ esse natũ de Virgine, & fuisse ab æterno; non tñ dicebant, uel Deũ natum de Virgine, uel hominẽ ab æterno fuisse. Catholici uerò posuerunt hmõi quæ dicuntur de Christo, siue secundum diuinã naturam, siue secundũ humanam, dici posse tam de Deo, q̃ de homine. Vnde Cyrillus dicit, * Si quis duab. personis seu substantijs. i. hypostasibus eas, quæ in Euangelicis, & Apostolicis conscriptionib. sunt diuidit uoces, uel ea q̃ de Chro a sanctis dñr, uel ab ipso Chro de semetipso, & aliquas qdẽ ex his homini applicandas crediderit, aliquas uero soli Verbo deputauerit, anathema sit. Et huius rõ est; qa cũ sit eadẽ hypostasis utriusq; naturæ, eadem hypostasis supponitur noïe utriusq; naturę, siue ergo dicatur homo, siue Deus, supponitur hypostasis diuinæ & humanæ naturæ: & iõ de hoïe possunt dici ea, q̃ sunt diuinæ naturę, tanquam de hypostasi diuinæ naturæ: & de Deo possunt dici ea q̃ sunt humanæ naturæ, tãquã de hypostasi humanæ naturæ. Sciendũ tñ, q̃ in propositione, in qua aliquid de aliquo prędicatur, nõ solum attẽditur quid sit illud, de quo prædicatur prædicatum, sed etiam secũdum quid de illo prædicetur. Quamuis ergo nõ distinguantur ea quæ prędicantur de Christo: distinguuntur tamen secundum id, secundũ quod utrũque prædicatur. Nam ea quę sunt diuinæ naturę, prædicantur de Christo secundum diuinam naturam: ea autem quæ sunt humanæ naturę, prædicantur de eo secũdum humanam naturam. Vnde Augustꝰ dicit in 1. de Trinita.

† Distinguamus quid in scripturis sonet, secũdum formam Dei, & quid secundum formam serui. Et infra,* quid & propter qd, & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius lector intelliget.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod oppositа prędicari de eodem secundum idem, est impossibile: sed secundum diuersa, nihil prohibet. Et hoc modo oppositа prædicantur de Christo, non secundum idem: sed secundum diuersas naturas.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ si ea quæ ad defectum pertinent, Deo attribuerẽtur secundum diuinã naturam, esset blasphemia, quasi pertinens ad diminutionẽ honoris ipsius: non autem ptinet ad Dei iniuriam, si attribuantur ei secundum naturam assumptã. Vnde in quodã sermone Ephesini Concilij dicitur, Nihil putat Deus iniuriam, quod est occasio salutis hominib. nihil enim abiectorum quæ elegit propter nos, iniuriam facit illi naturæ, quę nõ potest esse subiecta iniuriis, propria uero facit inferiora, ut saluet naturam nostram. Quando ergo abiecta & uilia sunt, diuinam naturam non iniuriantur, sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ causa nostræ salutis sunt, iniurię occasionem Deo fuisse?

AD TERTIVM dicendum, q̃ assumi conuenit humanę naturæ, non rõne suppositi, sed rõne suiipsius: & ideo nõ conuenit Deo.

ARTICVLVS V.

Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de diuina natura: & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

AD QVINTVM sic proceditur. Videt, q̃ ea q̃ sunt humanę naturę, possint dici de natura diuina. Ea. n. quę sunt humanæ naturę, prędicant de filio Dei, & de Deo: sed Deꝰ est sua natura. ergo ea q̃ sunt naturę humanę, possunt dici de Deo.

propria homini. Et propterea Christus vere dicitur omnipotẽs, æternus, creator. & natus ex Virgine, crucifixus, mortuus, & sepultus. Hoc fuit dogma Nestorij.

¶ Catholici autem affirmant uniuoce utraque prædicata vere enunciari de quocumque nomine subiecto, siue proprio siue communi ut patet ex Cyrilli auctoritate.

lib. 1. c. 11. in prin. tom. 3. co. loco.

¶ Quo ad secundũ ratio catholicæ assertionis est, idemptitas hypostasis utriusq; naturæ Christo. Hinc enim fit, ut una eademque hypostasis supponatur utrique nominibus, & quòd propria Deo inueniantur prædicari de hypostasi diuina, & propria homini de hypostasi humana. Nec oportet hic immorari: quia ex supradictis patet, nomina communia concreta posse pro qualibet sua hypostasi supponere.

¶ Quo ad tertium, documentum catholicum est, quòd licet non distinguendum sit cum Nestorio subiectum de quo diuina, & humana prædicantur, distinguenda tamẽ est ratio subiecti, qua diuina de ipso dicuntur a natione, qua humana de eodem enunciantur: nam vna eademque est hypostasis in diuersis naturis subsistens, & propterea discernendum caute est non id. de quo dicuntur: sed id, secundum quod dicuntur. Et hoc confirmatur auctoritate Augustꝰ.

¶ Super Quæstionis sextædecimæ Articulum quintum.

IN titulo uide diuersitatem huius a præcedenti titulo: nam hic quæstio refertur ad diuinam naturam, ibi uero ad Deum, nam hic quæritur an humana prædicentur de natura diuina: ibi, an humana prędicentur de Deo. Vnde cum inter Deum & di-

& diuinam naturam fo, a sit differentia secundum modum significandi, eis ista quæstio ad rem diuinam spectat, non ut res est absolute sed ut res ẽ significata nose abstracto, puta deitas aut diuinitas, vel æqualẽ, pura natura diuina essẽtia diuina & hmõi. ¶ In corpore articuli duæ sunt conclusiones simul probatæ. Altera est: in Christo ea quæ sunt unius naturæ, non possunt

li 3. orth. fi. c. 6. cir. fi. & c. 7. a med.

prædicari de alia in abstracto significata. Altera est. In Christo ea quę sunt utriusque naturæ, possunt indifferẽter de nominibus concretis vtriusque nature prædicari. Probant simul. Ea quæ sunt propria unius, nõ possunt uere prędicari de alio, nisi de eo quod est idẽ illi.

li. 3. c. 4.

ergo ea quæ sunt unius naturæ, &cæt. Antecedens manifestatur, quia risibile non conuenit nisi ei, quod est homo. Consequentia uero probatur, primo: quia nomina concreta supponunt hypostasim naturę. Et confirmatur deinde secunda conclusio auctoritate Leonis. ¶ Aduerte hic, quòd abstracta & concreta nomina, quamuis conueniant in significato formali (quoniam tam deitas, q̃ Deus deitatem significat, & similiter tam humanitas, quàm homo humanam significat, naturâ) ex differenti tamen significandi modo in uento in illis, alia oritur differẽtia quo ad suppositа per illa: nam abstractum nomen & significat naturam, & supponit pro natura: deitas enim pro deitate supponit. Concretum uero significat quidem naturã, sed etiam supponit pro habente naturam, ac per hoc pro hypostasi naturæ: hypostasis .n. est habens naturam: Deus.n. supponit pro habente deitatem, pro hypostasi diuinæ naturæ: & similiter homo pro habente humanam naturã, pro hypostasi humanæ naturæ; & similiter risibilitas, & significat, & supponit ipsam risibilitatẽ: sed risibile supponit p̃ habente risibilitatẽ. Et ideo risibilitas non prædicat de humanitate, sed risibile

ſſt epi. 83. in ter. medium & fin. illius.

D. 1247.

vere prædicat de hoſe, qm̃ idẽ est habens humanitatem & risibilitatẽ. Ex his igitur patet in primis assumptũ in litera antecedẽs, sunt prædicari de diuina natura.

¶ 2 Pręt. Caro pertinet ad naturã humanã: sed sicut dicit Dama. * in 3. li. dicimus naturã uerbi ĩcarnatã esse, ſm B. Athanasiũ, & Cyrillum. ergo videtur q̃ pari rõne ea quæ sunt humanę naturæ, possint dici de diuina natura.

¶ 3 Pręterea. Ea, quæ sunt diuinę naturæ conueniunt humanæ naturæin Christo, sicut cognoscere futura, & habere salutiferã uirtutem. ergo uidetur q̃ pari rationem ea, quę sunt humanę naturę, possĩt dici ḋ diuina natura.

Sed contra est, quod Dam.* dicit in 3. lib. Deitatem quidem dicentes non nominamus de ea, quę humanitati idiomata sunt. i. proprietates: non.n. dicimus deitatem passibilem, uel creabilem: deitas aũt est diuina natura. ergo ea, quæ sunt humanæ naturę, nõ possunt dici de diuina natura.

Respon. Dicendũ, q̃ ea quæ sunt propria vnius, non possunt uere de alio prædicari, nisi de eo quod est idem illi, sicut risibile non cõuenit nisi ei quod est homo: in mysterio aũt incarnationis non est eadẽ natura diuina, & humana, sed eadẽ est hypostasis utriusq; naturæ, ideo ea, quæ sunt unius naturæ, non possunt de alia prędicari, ſm q̃ in abstracto significatur. Nomina vero concreta supponũt hypostasim naturæ, & ideo indifferẽter prędicari possũt ea, quæ ad utramq; pertinent de nominibus concretis, siue illud nomẽ de quo dicũtur, det intelligere utramque naturam, sicut hoc nomen Christꝰ in quo intelligit & diuinitas ungens, & humanitas unctа: siue solum diuinam naturam, sicut hoc nomen Deus uel filius Dei: siue solũ naturã humanã, sicut hoc nomen hõ uel Iesus. Vñ Leo papa dicit ĩ Epistola ad Palæstinos:* Non interest, ex qua Christꝰ substantia nominetur, cũ inseparabiliter manente vnitate personę, idẽ sit & totus hominis filius pp carnem, & totus Dei filius, pp vnam cum patre deitatem.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ in diuinis realiter est ḋ idem p̃sona cum natura, & ratione huiꝰ identitatis diuina natura prędicatur de filio Dei: non tamen est idem modus significandi, & iõ

F cũ sua manifestatione exẽplari de risibili. Verisime siquidẽ dr̃, propria unius non nerificari de alio, nisi illud aliud sit idẽ huic, cui sunt propria, quemadmodũ propria risibilitatis nõ uerificatur de humanitate, quia nihil est idẽ utriq;, sed verificatur de homine, quia homo est id humanæ naturæ, quod est idẽ habenti risibilitatẽ, idem.n. subiecto est hypostasis humana, & subiectũ risibilitatis. Patet deinde uis consequentiæ, quoniam dum explicatur in litera proprietas cõcretorum in supponendo, insinuatur differentia, quam explicauimus inter suppositionem concretorum & abstractorum, ex qua fit ut abstractum nomen unius naturæ pateat ſportare omnino aliud ab his, quæ sunt alterius naturæ. scilicet ipsam solam naturam secundum se, ac per hoc optime inferri, quòd non prædicantur de abstracto ea quæ sunt alterius naturæ; & similiter pateat concretum cuiusque in Christo. naturæ importare id, quod idem est, quod commune est omnibus ad quam cumque naturã spectantibus, scilicet vnam eandemque hypostasim, & ideo optime inferri, quòd indifferenter ea, quę sunt utriusque naturæ de contractis vtriusque naturæ, prędicantur.

Art. 1. quæſt.

Prę

q. 3. a.

In

quędam dicuntur de filio Dei, q̃ non dicuntur de diuina natura, sicut dicimus quòd filius Dei est genitus, non tamen dicimus q̃ natura diuina sit genita, ut in prima patre habitum est. * Et similiter in mysterio incarnationis dicimus, quod filius Dei passus est, non autem dicimus quòd diuina natura sit passa.

G

Ad secvndvm dicẽdũ, quòd incarnatio magis importat unionem ad carnem, quàm carnis p̃prietatem. Vtraque autem natura in Christo, est unita alteri in persona, ratione cuius unionis, & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata, vt supra dictum est. *

H

Ad tertivm dicẽdum, quòd ea quæ sunt diuinæ naturæ, dicũtur de humana natura, non secũdum quòd essentialiter competunt diuinæ, sed secũdum quòd participatiue deriuantur ad humanam naturam. Vnde ea, quę participari non possunt a natura humana (sicut esse increatũ, aut omnipotentem) nullo modo de humana natura dicuntur. Diuina aũt natura nihil participatiue recipit ab humana natura, & iõ ea quæ sunt humanæ naturæ, nullo modo possunt dici de diuina natura.

Articvlvs vi.

Vtrũ hæc sit vera, Deus factus est hõ.

I

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, quòd hęc sit falsa, Deꝰ factꝰ est hõ. Cum.n. homo significet substantiã, fieri homine, est fieri simpliciter: sed hæc est falsa, Deus factus est simpliciter. ergo hęc est falsa, Deus factus est hõ.

¶ 2 Pręt. Fieri hominem est mutari: sed Deus non põt esse subiectum mutationis, secundũ illud Mala. 3. Ego dominus, & nõ mutor. ergo uideẽ quod hęc sit falsa, Deus factus est homo.

K

¶ 3. Præt. Homo secundũ quod de Christo dicitur, supponit p̃sonã filij Dei: sed hæc est falsa, Deꝰ factus ē p̃sona filij Dei. ergo hęc est falsa, Deus factus est homo.

Sed contra est, quod dicit Ioan. 1. Verbum caro factũ est. Et sicut Athanasius dicit in Epistola ad Epitectũ, * qđ dixit, Verbũ caro factum est, simile est, ac si diceretur, quod Deus hõ factus est.

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum sextum.*

Inſt. q. 3. a. 8. q. 1. a. 3. diſp. 9. opa. 2. Rabb.

Titulus clarus é.

¶ In corpore articuli primo respondetur quæsito unica conclusione. Hęc est vera, Deus factus est homo. Probatur que syllogismo satis clare posito & ordinato in litera, ita ut non sit opus formare illum.

¶ Deinde aperitur, quòd hæc propositio à diuersis diuersi modo intelligitur, iuxta dicta in primo huius quæstionis articulo de ista propositione, Deus est homo.

¶ In responsione ad secundum, si dubitas vide scripta in articulo primo in respõsione ad vltimum. Et si tibi illa non sufficiunt, nec quieſcis ex relatiua declaratione tam profundæ factionis, dicito quòd licet fieri hominem, absolute importet mutationem

Poſt illius cipiũ bitas

in

in subiecto acquirente humanam naturam, puta in materia, attamen personam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in persona acquirente naturam humanam. Et ratio diuersitatis est: quia subiectum quod fit homo, per transmutationem sui acquirit esse humanum: sed persona quæ fit homo, sola noua personatione humanæ naturæ fit homo. Personare autem naturam humanam, non est mutari, sed subsistere nunc primo in illa. Art. 1. huius quæst. Et ideo filius Dei prius non erat homo, quia non personabat naturam humanam, & in tempore factus est homo, quia incepit quandoque personare naturam humanam, & per hoc acquisiuit primo esse substantiale humanæ naturæ, & Art. 1. huius quæst. non tantum esse relatiuum: factus est homo, factus est substantia animata sensibilis, rationalis, & non ad aliquid, nō ad humanam naturam. Et est non solum subiectum propositionis ly Deus, cum dicitur, Deus factus est homo, sed vt subiectum factionis, hoc est personationis nunc primo: hoc enim fieri nihil aliud est, quàm personare nunc primo. In corp. art. Et sic habes substantialem factionem & terminum & subiectum, absque mutatione subiecti. Et si tibi apparet mirabile, memento quia nihil est mirabilius, quàm verbum caro factum est, post Trinitatis arcanum.

¶ In responsione ad tertium, si formalem responsionem nouitius optat, dicito q̄ ista est vera, Deus factus est subsistens in humana natura: hoc enim formaliter supponit ly homo. Et si ad materialialiter substratum initet descendi, dicito quòd hęc etiam est vera, Deus factus est persona filij Dei subsistens in humana natura. Sicut etiam cum paries fit albus vere dicitur, quòd paries factus est paries albus, ut patet in septimo Metaphys. & ad propositum in 3. Sent. dist. in. 7.

RESPON. Dicendum, quòd vnumquodque dicitur esse factum illud, quod de nouo incipit prædicari de ipso. Esse autem hominem, vere prædicatur de Deo, sicut dictum est, † ita tamen quòd non conuenit Deo esse hominem ab æterno, sed ex tempore per assumptionem humanæ naturæ. Et ideo hæc est vera, Deus factus est homo. Diuersimode tamen intelligitur a diuersis, sicut & hæc, Deus est homo, vt supra dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fieri hominem, est fieri simpliciter in omnibus his, in quibus humana natura incipit esse in supposito de nouo creato. Deus autem dicitur factus homo, eo quòd humana natura incępit esse in supposito diuinæ naturæ, ab æterno præexistente. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut dictum est, † fieri importat quòd aliquid præ dicetur de nouo de altero. Vnde, quandocumque aliquid de nouo prædicatur de altero cum mutatione eius, de quo dicitur, tunc fieri est mutari. Et hoc contingit in omnibus quæ absolute dicuntur: non enim potest albedo aut magnitudo de nouo aduenire alicui, nisi per hoc quod de nouo mutatur ad albedinem, vel magnitudinem. Ea vero q̄ relatiue dicūtur, possunt de nouo prædicari de aliquo absque eius mutatione, sicut homo de nouo fit dexter absque tua mutatione, per motum illius, qui fit ei sinister. Vnde in talibus non oportet omne quod dicitur fieri, esse mutatum, quia hoc potest accidere permutationem alterius. Et per hunc modum Deo dicimus, Domine refugium factus es nobis.

Esse autem hominem, conuenit Deo ratione vnionis, quæ est relatio quædam: & ideo esse hominem prædicatur de nouo de Deo absque eius mutatione per mutationem humanæ naturæ, quæ assumitur in diuinam personam. Et ideo cum dicitur, Deus factus est homo, non intelligitur aliqua mutatio ex parte Dei, sed solum ex parte humanæ naturæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd homo supponit personam Filij Dei, non nudam, sed prout subsistit in humana natura. Et ideo quamuis hæc sit falsa, Deus factus est persona filij Dei, est tamen hęc uera, Deus factus est homo, ex eo quòd est unitus humanæ naturæ.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hæc sit vera, Homo factus est Deus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd hęc sit uera, Homo factus est Deus. Dicitur enim Romano. primo, Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē: sed Christus, secundum quod homo, est ex semine Dauid secundum carnem. ergo homo factus est filius Dei.

¶ 2 Preterea Aguſt. dicit in primo de Trinitat. * Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum: sed ratione illius susceptionis hæc est uera, Deus factus est homo. ergo similiter hæc est uera, Homo factus est Deus.

¶ 3 Præt. Greg. Nazanzenus dicit in Epist. ad Elidonium †, Deus quidem humanatus est, hō autē deificatus, vel q̄libet aliter

¶ Quo ad primum vide nouitie, quòd in primo sensu copula uerbalis est, ly est. Et ly factus, ponitur uel adiectiuum subiecti, puta homo factus: sicut si dicere ur, homo creatus, uel adiectiuum prædicati, puta Deus factus: ita quòd sensus esset, vel quòd factus homo est Deus, uel quòd homo est Deus factus, Et vtroque modo iudicatur falsa: & de secunda quidem non est dubium. Prima autem falsa iudicatur: quia ly homo, in subiecto stat pro hypostasi, ac per hoc dicendo, homo factus, enuntiatur de persona humana facta, quòd est Deus: constat autem, nullam esse personam siue humanā siue diuinā factā, q̄ sit Deus: nā persona humana, quæ est Deus, est non facta, sed genita ab æterno, Deus de Deo.

¶ In secundo autem, quamuis improprio sensu, dicuntur quinque. primo, ponitur modus, quo sumitur ly factus: & dicitur sumi, ut modus determinans cōpositionem, sicut in propositionibus modalibus ly possibile, aut necessarium determinare dicitur compositionem, ita quòd propositio ista, Homo factus est Deus, sonat istam, Hominem esse Deum, factum est. Et propterea, secundo in litera explicatur dictus sensus eius: em, scilicet, factum est, ut homo sit Deus, & similiter Deus factus est homo, factum est, ut Deus sit homo. Tertio dicitur, quòd propositio utraque est uera in hoc sensu. Quarto, quòd hic sensus non est proprius harum propositionum. Et ratio quidem logica est: quia ly factus, non est modus determinatiuus compositionis sicut ly possibile, aut necessarium. Ratio uero realis ad sensum respiciens, quæ in litera redditur, cum quinto subiungitur, quo sensus ille potest proprietatem forte habere, est quia hic homo, de quo enuntiatur factum esse Deum, non est factus Deus, ita q̄ neq; ab æterno, neq; ex tē pore factum est, ut hō, hoc est hic homo, esset Deus: constat. n. q̄ ly homo supponit in hac enuntiatione pro hoc homine: quia supponit personaliter & determinate, & quòd hic homo est Deus ab æterno genitus, non factus, est hypostasis filij Dei.

Locis sup. ar. 6. citatis.

Li. 1. c. 13. circa prin. to. 3

In epis. 1. ad Elidonium inter princ. & med.

¶ *Super Quæstionis sextadecimæ Articulum septimum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, ponitur duplex propositionis sensus improprius; & iuxta verumque respondetur. Secundo, ponitur tertius sensus, qui solus est proprius, & respondetur quæsito.

Non est igitur proprius sensus harum locutionum, dicere, Factum est ut homo esset Deus. Posset tamen, ut quinto dicitur in litera saluari, ut proprius sensus, sustinendo quòd homo habeat suppositionem simplicem, hoc est, supponat pro natura humana in concreto communiter. Nam factum est, quòd homo sit Deus: quamuis non sit factum, quòd aliquis singularis homo sit Deus: quia ille singularis homo, qui est Deus, est naturaliter, & ab æterno Deus.

¶ Occurrit hic autem circa duo quæstio. Primo circa suppositionem simplicem, & proprietatē propositionis sic sumptæ. Secundo, circa personalem, an iste hō sit factus Deus. Est autem dubitandi ratio circa primum: quia dicendo, homo est factus Deus, ly homo supponit pro habente naturā humanam indeterminate. aliud enim est dicere, hic homo est factus Deus: & aliud est dicere, homo est factus Deus: quoniam homo supponit confuse pro habente naturam humanam, hic homo autem determinate.

Lib. 3. e. 2. nō lōge a fine.

¶ Et hinc fit primo, vt ratio literæ nihil valeat, reprobando illam, Homo factus est Deus: quia ista est falsa; Iste homo factus est Deus. Fit secundo, vt non logice dicatur in litera, quòd supponat simpliciter ly Homo, stando pro homine communiter: quoniam supponit personaliter, confuse tamen: immo naturalis suppositio termini communis concreti, est supponere pro habente naturam indeterminate. Fit tertio, ut quia ista propositio, Homo factus est Deus, in personali suppositione proprijſ ime sumpta est uera: quia in veritate homo est Deus, & non semper fuit Deus, sed per unionis gratiam est Deus: male in litera arguatur falsitatis. Fit quarto, ut Scotus in tertio sententiarum distinctione septima, quæstione secunda, rectius dixerit quòd ista propositio, Homo factus est Deus, est simpliciter vera & propria: tum quia homo per actionem agentis est Deus, & non semper fuit Deus: tum quia est conuertens illam, Deus factus est homo.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd inter personalem, & simplicem suppositionem hæc est differentia, quòd si ly Homo, supponit personaliter, oportet prædicatum conuenire alicui personæ humanæ: quod enim de nulla persona humana, nec de omnibus simul verificatur, de homine personaliter sumpto non uerificatur, ut patet discurrenti, tam in propositionibus per se, quàm per accidens. Si uero supponit simpliciter, prædicatum conuenit homini abstrahenti a suis suppositis: ita quòd uerificatur de homine communiter, & de nullo homine, nec de omnibus simul verificatur.

Ad propositum autem descendendo, considerandum est, q̄ in illa propositione, Homo factus est Deus, ly Homo supponit personaliter proprie loquendo: quia ly factus est, non permittit hominem suppone nere nisi personaliter: sicut cum dicitur, Homo factus est albus, quoniam fieri reale, non est hominis communiter, sed hominis singularis. Et propterea ad ueritatem istius, Homo factus est Deus, oportet ueram esse istam, Aliquis homo factus est Deus: sicut ad ueritatem istius, Homo factus est albus, oportet quòd aliquis homo sit factus albus. Sed si ly homo, supponat simpliciter: ueritas eius non exigit, quòd aliquis homo sit factus Deus, sed sufficit quòd per actionem alicuius agentis factum sit, ut de homine absolute uerificetur de nominauerit: sed Deus ea ratione dicitur humanatus, qua est homo factus. ergo homo ea ratione dicitur deificatus, qua est factus Deus. Et ita hæc est uera, homo factus est Deus.

¶ 4 Præt. Cum dicitur, Deus factus est homo, subiectum factionis uel mutationis non est Deus: sed humana natura, quā significat hoc nomen homo: sed illud videtur esse subiectū factionis cui factio attribuitur. ergo hæc magis est uera, homo factus est Deus, quàm ista, Deus factus est homo.

SED CONTRA est, quòd Damasc. dicit in 3. lib. * Non hominem deificatum dicimus, sed Deum humanatum: idem autem est fieri Deum quod deificari. ergo hæc est falsa, homo factus est Deus.

RESPON. Dicendum, quòd ista propositio, homo factus est Deus, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ita quòd hoc participium Factus, determinet absolute uel subiectum, vel prædicatum. Et in hoc sensu est falsa: quia neque homo ille de quo Deus prædicatur, est factus, neq; Deus est factus, vt infra dicetur. * Et sub eodem sensu hæc est falsa, Deus factus est homo: sed sub hoc sensu non quæritur hic de istis propositionibus. Alio modo potest intelligi, vt ly Factus, determinet compositionem, vt sit sensus, homo factus est Deus, idest, factum est, vt homo sit Deus. Et sub hoc sensu vtraque est vera, & homo factᵘˢ est Deus, & Deus factus est homo: sed hic non est proprius sensus harum locutionum: nisi forte intelligatur fm q̄ ly homo, non habet personalem suppositionem, sed simplicē. Licet n. hic homo nō sit factus Deus, quia hoc suppositum. s. persona filij Dei, ab æterno fuit Deus, tñ homo, cōiter loquendo, non semper fuit Deus. Tertio modo proprie intelligitur, fm q̄ hoc participiū factus, ponit fieri circa hoīem in respectu ad Deum, sicut ad terminū factionis. Et in hoc sensu, supposito q̄ in Christo sit eadem persona, & hypostasis, & suppositum Dei & hominis (vt supra ostensum est †) ista propositio est falsa: quia cū dicitur, homo factus est Deus, ly homo, habet personalem suppositionem. Non. n. esse Deū, verificatur de homine Deum, verificandum est, & non potest uerificari de homine personaliter siue confuse, siue determinate, ideo ad suppositionem simplicem recursum est. Logicum quippe est, ut homo supponat simpliciter pro habente naturam, abstrahendo a singularibus, non solum quo ad significationem, sed quo ad id quod prædicato supponat, & hæc non est eius naturalis suppositio, sed cum personaliter supponit pro habente naturam indeterminate.

¶ Ad obiecta igitur respondēdo dicitur, articl. huius. cōcedendo quòd homo, proprie loquendo, supponit pro habente naturam humanam indeterminate: & quòd alia est propositio, Homo factus est Deus, & alia, Hic homo factᵘˢ est Deus. Sed cum infertur primo. ergo ratio literæ nihil valet, respondetur quòd efficax est: quia licet sint diuersæ propositiones, negatio tamen illius singularis, scilicet hic homo est factus Deus, infert negationem illius indefinitæ, homo factus est Deus: quoniam gratia materię unum singulare in proposito æquiualet omnibus singularibus: constat enim unum tantum hominem esse Deū. Et propterea sicut a negatione omnium singularium infertur negatio indefinitæ, ita in proposito a negatione vnius singularis destruitur indefinita.

q. 2. art. 3.

¶ Ad secundum dicitur, quòd quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & prædicatum integrum, scilicet factum esse

¶ Ad tertium dicitur, quòd iam patet, falsum esse, quòd personaliter sumpta illa propositio, homo factus est Deus, sit uera: nec est uerum de homine personaliter sumpto, quòd per gratiam unionis est Deus.

¶ Vnde ad quartum ex Scoto dicitur, quòd si Scotus utitur suppositione simplici, uerum dicit: & affirmat proprietatem sensus, quam Auctor in litera sub dubio relinquit: sed in veritate ly Factus est, transit in impersonalem: hoc est, factum est, ut homo esset Deus. Quod non uidetur de intentione Scoti, uolentis istam, Homo factus est Deus, sequi per conuersionem ad illam, Deus factus est homo: oportet enim personaliter supponere hominem, si per conuersionem sequitur ad illam. Et propterea si (vt apparet) utitur suppositione personali, directe dicit contra Auctorem, sed falsum dicit: quoniam personaliter sumpta propositio illa, homo factus est Deus, est falsa. Et cum probatur, quia istæ sunt ueræ, homo per actionem agentis est Deus: &, homo non prius erat Deus, respondetur quòd prima est falsa, quia ueritas eius exigit ueritatem alicuius suę singularis, scilicet quòd aliquis homo per actionem agentis est Deus, qui prius non fuit Deus, Constat autem, quod nullus homo per actionem cuiuscumque agentis est de nouo Deus: quia ille homo, scilicet Iesus Nazarenus, qui solus inter homines est Deus, non est de nouo Deus, sed ab æterno: nec per actionem alicuius agentis, sed æterna natiuitate a Patre est Deus. Nec est verum quòd istius, Deus factus est homo, conuertens sit, homo

factus

factus est Deus: sed illa, Qui factus est homo, est Deus, sicut ista, Paries factus est albus, non conuertitur in istam, Album factum est paries, sed in istam, Quod factum est album, est paries.

¶ Secundum dubium occurrens est: quia uidetur quod etiam factum sit, quòd iste homo sit Deus: nam ly iste homo, stat pro suppositio æterno, non quatenus est æternũ, seu hypostasis diuinę naturæ: sed quatenus est ex tempore hypostasis humanæ naturæ. Constat autem, quòd factum est per gratiam diuinam, ut hypostasis diuinæ naturæ, esset hypostasis humanæ naturæ, & quòd hypostasis humanæ naturæ, esset ipsa uerbi hypostasis. Et sic propositio esset uera, & sensum proprium habet secundum personalem suppositionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in hac ultima particula literæ non est sermo de ueritate, sed de proprietate sensus. Et propterea licet assignatus sensus obijciendo sic uerus, non tamen est proprius dictæ propositionis: quia ly homo, ex parte subiecti personaliter accerminate supponens debet sumi pro illa hypostasi absolute: & non pro illa, ut abstrahit a seipsa (ut obiectio sumit) quia subiecta tenentur materialiter: constat autem quòd absolute sumpta hypostasi illa, falsum est quòd factum sit iam esse Deum. Vbi tamen huiusmodi dicta inueniuntur, pie interpretanda sunt, nec extendenda.

¶ Quo ad secundum tertius sensus ponit, quòd hoc totum. Factus est, ponitur pro copula uerbali: sic enim ly factus est, ponit circa hominem ut subiectum fieri, non absolute, sed in ordine ad Deum, ut terminum factionis: ita quòd sensus proprius est, quòd homo effectus est Deus. Et in hoc sensu proprie respondetur quæsito, quòd propositio est falsa: & manifestatur, & probatur. Manifestatur quidem & ex suppositi sententia fidei falsificante dictam propositionem, & ex contraria hæresi Nestorianorum uerificante eandem. Ponendo enim unam tantum in Christo hypostasim, cum illa sit genita Deus ab æterno, & supponatur per ly homo, non potest dici, quod factus est Deus. Ponendo autem cum hæreticis duas in Christo hypostases, optime uerificatur, quòd homo factus est Deus, quia ille homo coniunctus est Deo, sicut econtra, Deus factus est homo, id est coniunctus est illi homini secundum hos hæreticos. Probatur autem sic. Esse Deum uerificatur de homine non ratione naturę, sed suppositi. ergo fieri Deum, de supposito quoque uerificari debet, si propositio est uera: sed de supposito non potest uerificari fieri Deum. Probatur: quia ab æterno est Deus, nec umquam cœpit esse Deus, aut fieri Deus, aut quòd factus sit Deus. ergo. Antecedens pater. Consequentia uero probatur: quia eiusdem est fieri & esse, si fit, cum fieri terminatur ad esse.

¶ Aduerte circa hæc, quòd cum in omni factione, qua unum fit aliud, non solum concurrat terminus, sed subiectum seu quasi subiectum, & in hac factione, ut in litera dicitur Deus significetur ut terminus, per hanc propositionem, Homo factus est Deus, restat ut homo significetur ut subiectum: & ideo, ut in litera dicitur, est falsa propositio ista, Homo factus est Deus. Et tamen si relatiue iudicetur ista factio, uerissimum est, quòd Deus est terminus, & homo formaliter est subiectum: quia secundum rem mutatio ponitur in homine formaliter, & in Deo

ratione humanæ naturæ, sed ratione suppositi sui: suppositum autem illud humanæ naturæ, de quo uerificatur esse Deum, est idem quod hypostasis seu persona filij Dei, quæ semper fuit Deus. Vnde non potest dici, ꝙ iste homo incœpit esse Deus, uel quòd fiat Deus, aut quòd factus sit Deus. Si uero esset alia persona uel hypostasis Dei & hominis, ita quòd esse Deum, prædicaretur de homine, & ecõ uerso, per quãdam coniunctionem suppositorũ, uel dignitatis personalis, uel affectionis, uel inhabitationis (vt Nestoriani dixerunt) tunc pari ratione posset dici, quòd homo factus est Deus, id est, coniunctus Deo, sicut & ꝙ Deus factus est homo, id est, coniunctus homini.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in uerbis illis Apostoli hoc relatiuum Qui, quod refert personam filij Dei, non debet intelligi ex parte prædicati, quasi aliquis existens ex semine Dauid, secundum carnem sit factus filius Dei, in quo sensu obiectio procedebat: sed debet intelligi ex parte subiecti, ut sit sensus, quòd filius Dei factus est, scilicet homo, ad honorẽ Patris

A non nisi vt in termino. Quo fit, vt ad rem spectando, deberet ista propositio, Homo factus est Deus, dici uera, & magis uera, quàm illa, Deus factus est homo: quia in illa subiectum factionis ponitur subiectum, & terminus ponitur terminus: in ista autem, econtra: & tamen totum oppositum affirmatur: quia ista, Deus factus est homo, affirmatur & in Euangelio, Verbum caro factum est & in symbolo, Et homo factus est: illa autem, Homo factus est Deus, communiter dicitur falsa. Positum 2. arg.

¶ Quorsum hæc? Propter duo. Primum est, ut non sistas in factione relatiua, sed intelligas in hoc mysterio fieri illud, quo dicitur, Verbum caro factum est, & homo factus est, esse non fieri relatiuum: quia non caro, non homo factus esset Dei filius, sed ad carnem, ad hominem: & militarent multum argumenta allata. Sed fieri substantiale, non quale est fieri, quo materia transmutatur in carnem, aut humanam naturam: sed quale est fieri, quo fingeretur, Sortem fieri hominem. Nam sicut alio modo se habet esse inter Sortem & humanam naturam ex una parte, & inter materiam & humanam naturam ex altera parte, ita dissimiliter se habet fieri inter hæc & illa: cum enim dicimus, Sortes est homo, non denotatur aliud esse prædicati, & aliud subiecti: sed cum dicitur, Materia est humana, aliud esse essentiale denotatur materiæ, & aliud humanitatis. Et ideo fieri medians inter materiam & esse humanum, fieri substantiale quidem, sed mutationis est ipsius materiæ: inter Sortem autem & humanum naturam non mediat fieri mutationis: sed aut nullum, aut sine mutatione. Et ad hoc fieri spectat fieri illud, quo uerbum caro factum est: sicut ad hunc essendi modum spectat esse illud, quo uerbum est homo, in primo modo dicendi per se, ut patet ex suprà dictis. Ioan. 1. Dicitur.

¶ Secundum est, quòd cum his stat, quòd interuenit in hoc mysterio mutatio relatiua, secundario tamen: ita quòd cum de hoc mysterio loquendum est, dicito, quod interueniunt hic duo, scilicet factio, & mutatio. Et quòd factio quidem est substantialis, qua Verbum caro factum est: & locum subiecti tenet in hac factione substantiali uerbum: quia secundum rei ueritatem concurrit in hoc fieri uerbum, vt hypostasis, quæ naturæ subijcitur, naturam substantificans; in natura subsistens. Et natura ipsa humana (de qua est sermo) tenet locum termini, quamuis non tantum, vt dicitur. Mutatio autem est relatiua: & respectu huius natura humana tenet locum subiecti, uerbum autem locum termini: quia uerbum non refertur, nisi quia natura refertur ad uerbum. Et quoniam non de mutatione, sed de factione est sermo in istis propositionibus, ideo illa est simpliciter uera, Deus factus est homo: in eo siquidem de eo quod est, ut subiectum factionis, dicitur, quòd factum est homo, quod constat esse uerissimum & proprijssime dictum: ista uero, Homo factus est Deus, est simpliciter falsa: quoniam in ea enuntiatur vt terminus factionis Deus, qui nec ratione naturæ, nec ratione suppositi potest terminare factionem circa suppositum hominis ex significatione propositionis positam, cum dicitur, homo factus est Deus.

¶ In responsione ad primum aduerte nouiter, quòd tota uis

argumenti consistit in illo pronomine, Ei: quasi dixerit Apostolus, de filio suo, quia factus est ei, hoc est Deo filius. &c. Et propterea responsio consistit in hoc, quòd ly Ei, idē significat quod ad honorem eius: & construitur sic, Qui factus est ad Dei honorem ex semine Dauid secundum carnem.

¶ In responsione ad secundum & tertium habes piam interpretationem Græcorum in Gregorio, & Latinorum in Augustino.

¶ In responsione ad quartum uide in calce responsionis, quòd natura humana dicitur subiectum factionis, non solum ea ratione, quia est subiectum mutationis relatiue: sed qa substantialē fieri in mysterio incarnationis inuentum conuenit humanæ naturæ passiue: quoniam hoc fieri non est nisi verbo uniri naturam humanam in unitatem hypostaticam, ubi consta: uerbum personare naturam, & naturam personari in uerbo. Et licet uerbum personare naturam, non sit agere (cum non sit commune toti Trinitati, cui omnis actio ad extra communis est, sed soli verbo conueniat) & consequenter naturam a verbo personari, non sit pati: quia tamen hoc fieri, physice loquendo, non est nisi personatio humanæ naturæ in uerbo, ut nunc primo dependens a tota Trinitate, vt causa efficiente, & verbum in ipsa personatione concurat ut hypostasis, & natura humana vt patiens ipsam factionem suæ personalitatis in verbo, tam uerbū quàm natura humana potest significari vt subiectum factionis in hoc mysterio. Et propter ea in litera dicitur, ꝙ dici potest Humanitas facta est Dei, non autem, quòd homo factus est Deus.

Inf. q. 20. ar. 1. ad 1. Et 1. q. 41. art. 3. c. & ad 4. & 3. dis. 4. q. 1. art. 2. ad 4. & di. q. 1. art. 2. & dist. 11. q. 1. art. 3. ad 2. & 4. con. ca. 48. & ueri. q. 29. ar. 1. ad 1. & op. 3. ca. 223. & 1. Cor. 15. lect. 2.

Arti. 5. huius quæst.

Homo factus est Deus: sicut si Sortes cum prius fuerit homo, postea factus est albus, demonstrato Sorte, hęc est uera, Hic homo hodie factus est albus: hæc tamen est falsa, Hoc album hodie factum est homo. Si tamen exparte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturā humanam in abstracto, posset hoc modo significari ut subiectum factionis, puta si dicatur, quòd natura humana facta est filij Dei.

Articvlvs VIII.

Vtrum hæc sit uera, Christus est creatura.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit uera, Christus est creatura. Dicit enim Leo Papa. Noua & inaudita conuentio: Deus qui est & erat, fit creatura: sed illud potest prædicari de Christo, quòd filius Dei factus est per incarnationem. ergo hæc est uera, Christus est creatura.

¶ 2 Præt. Proprietates utriusque naturæ, possunt prædicari de hypostasi communi utriusque naturæ quocumque nomine significetur, ut supra dictum est: * sed proprietas humanæ naturæ est esse creaturam: sicut & proprietas diuinæ naturæ est esse creatorem. ergo utrumque potest dici de Christo, scilicet quòd sit creatura, & quod sit increatus & creator.

¶ 3 Præt. Principalior pars hominis est aīa, quàm corpus: sed Christus rōne corporis, quod de Virgine traxit, dicit esse simpliciter natus de Virgine. ergo ratione animæ, quæ creata est a Deo, debet simpliciter dici, ꝙ Christus sit creatura.

SED CONTRA est, quod Ambro. dicit in lib. de Trin. † Numquid dicto factus est Christus? numquid mandato creatus est Christus? quasi dicat, non. Vnde subdit, Quo modo autem creatura in Deo esse potest? etenim Deus naturæ simplicis est, non coniunctæ. ergo hæc non est concedenda, Christus est creatura.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Hiero. * dicit, ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Vnde cū hæreticis nec nomina debemus habere communia, ne eorum errori faucre uideamur. Arriani autem hæretici, Christum dixerunt esse creaturam, & minorem Patre, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione diuinæ personæ. Et ideo non est absolute dicendum, quòd Christus sit creatura uel minor Patre, sed cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam. Ea uero, de quibus suspicari non potest, quòd diuinæ personæ conueniat secundum seipsam, possunt simpliciter dici de Christo ratione humanæ naturæ, sicut simpliciter dicimus Christum esse passum, mortuum & sepultum: sicut etiam in rerum errorem contrarium fidei importantium: uel apparenter, dum inordinata uerba speciem hæresis præ se ferunt: sicut etiam in alijs vitijs incurritur ex aliqua inordinatione, species mali, a qua qua uniuersaliter abstinendum esse iubet Apostolus.

¶ Nota secundo, quòd quia quæstio ista est de nominibus, quæ diuersimode a diuersis intelligi possunt, ideo sufficiens ratio abstinendi ab aliqua locutione est si ga apparentiæ, ne uideamur fauere hæreticis, etiā si in veritate non fauceremus.

¶ Nota tertio, quòd communicare cū hæreticis in uocabulis, prohibitum est quo ad propria, non autē quo ad cōmunia: nā in his quæ bene cum Ecclesia dicunt, nos non communicamus cum illis: sed ipsi cōmunicant nobiscum. Sed in his uocibus, quas contra Ecclesiā leuāt, utpote ipsis propriis, communicare non debemus. Talis autem est uox ista, Christus est creatura. Vtpotē siquidem Arriani uocem hanc de Christo secūdum id totum, quod est, & non secundum partem: cum secundum ueritatem non nisi ratione partis, hoc est humanæ naturę creatus sit. Et propterea in hac enuntiatione, Christus est creatura, utpote hæreticis propria, contra Ecclesiæ & uocem & veritatem, non est communicandum cū Arrianis: & ideo est simpliciter neganda.

In fi. fide c. ca. no. toma.

Referri 4. en. di. in fine.

D. 2213.

D. 617.

¶ Occurrit hic dubiū: quia uox ista non arriana, sed euangelica est, ac per hoc non propria hæreticis, sed communis & frequētanda. Probatur assumptum Ioan. 14. ex uerbis Domini dicentis sine determinatione aliqua, Pater maior me est. Si enim Christus absolute & simpliciter dixit, Pater maior me est (quod est dicere, ego sum minor Patre) & idem est indicium de ista & de illa, Christus est creatura, ut in litera dicitur, consequens est, ut dicere hæc, non sit communicare in uocabulis cum hæreticis: sed sectari Euangelica uerba, destruendo tamen sensum hæreticorum: non enim prohibemur loqui & frequentare locutiones sacræ Scripturæ, male expositæ ab hæreticis, alioquin oporteret nouum semper modum loquendi inuenire, quod est fatuum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Saluator non dixit sine determinatione, Pater maior me est: quoniam apposuit hanc locutionem, ut rationem præcedentis, de seipso secundum assumptam naturam loquentis: ait enim, Gauderetis utique quia uado ad Patrem: quia Pater maior me est: constat enim liquido, quòd secundum humanam naturam uadit ad Patrem: quia Pater maior est ipso proculdubio secundum illam naturam, secundum quam uadit ad Patrem: alioquin maioritas non esset ratio eundi ad Patrem. Ex contextu igitur literæ quo maioritas Patris ratio eundi ad Patrem ponitur, determinatur maioritas ipsa Patris ad filium secundum humanam naturam, secundum quam uadit ad Patrem. non est ergo euangelica, sed arriana uox, Christus est minor Patre, Christus est creatura.

Super Quæstionis 16. Articulum octauum.

TItulus de propositione est, an enuntiatio ista, Christus est creatura, sit uera.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est directe responsiua quæsito. Non est absolute dicendum, Christus est creatura: sed cum determinatione scilicet secundum humanam naturam. probatur, Cum hæreticis nec nomina debemus habere communia: ergo cum Arrianis non debemus conuenire in dicendo Christum creaturam. Antecedens probatur & ex Hieronymo: quia ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis: & ne hæreticorum errori fauere videamur. Consequentia probatur: quia Arriani dicebant Christum creaturam simpliciter: quia secundum vtramque naturam erat creatura, quod est damnata hæresis.

¶ Nota hic nouitie quòd ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis, non formaliter, quæ exigit pertinaciam in uoluntate: sed uel materialiter, in significato uerborum inordinatorum,

¶ Secunda

¶ Secunda conclusio seu potius regula vniuersalis est: ea quæ non possunt suspicari conuenire personæ Christi, secundum se absolute affirmantur de Christo, quamuis solum ratione naturæ humanæ illi conueniant.

¶ Vbi nota nouitie Auctorem in hac litera distinguere ea, quæ conueniunt Christo ratione humanæ naturæ, in duo genera: nam quædam sunt, quæ in dubitationem venire possunt; an conueniant personæ secundum se: quædam vero quæ clare conuenire intelliguntur solum ratione naturæ. Et de secundo genere habetur regula, quod simpliciter & absolute affirmantur de Christo, ut esse crucifixum, mortuū &c. de primo autem genere traditam esse regulam contrariam, scilicet, quòd nō simpliciter, sed cum determinatione affirmanda sunt de Christo, testatur contextus literæ, cum ponendo secundi generis regulam dicit, Ea uero de quibus. Per hanc siquidem aduersatiue continuationem textus insinuat, quòd in illis duobus, scilicet minor Patre, & creatura, omnia similis generis intellexit, ac per hoc uniuersalem regulam. Probatur autem in litera vtra- que regula ex communi usu loquendi in corporalibus humanis, ex eo q̄ in illis differentia huiusmodi seruatur: distinguūtur siquidem & in illis communia toti, & parti a propriis parti. Et communia si secundum partem tantum insunt, non simpliciter enuntiantur de toto: non n. dicimus quòd æthiops est albus, sed quòd est albus dentes; sed bene dicimus q̄ est crispus, quamuis solos capillos habeat crispos. Et scito hic neutram obiectionem Durandi in 3. sen. dist. 11. militare contra præsentem doctrinam: quia ad rem ipsam spectant ambæ. Auctor autem ad dubitationem & errorem vitandum tendit, & super hoc fundat doctrinam hanc, ut patet in litera. Et propterea nec obstat, q̄ Christus dr̄ absolute genitus ex Maria virgine: nec obstat q̄ humana & diuina natura aut suppotum non se habent vt partes, sicut capilli & dentes, nec prædicarentur de Christo, sicut crispum aut album esse. Argumentum enim a simili, optime seruit ad modum loquendi comprobandum, quicquid sit de rerum disparitate.

¶ In responsione ad primum, aduerte responsionem non voluntariam: sed sumptam ex textu Magistri sent. in 3. dist. 11. ubi hæc tractatur materia.

Super Quæstionis 16. Articulum nonum.

TItulus, vt iacet, sumendus est de hac propositione, Iste homo incœpit esse.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito, Iste homo non incœpit esse. Probatur dupliciter. Primo: quia propositio est simpliciter falsa, quia demonstrat suppositum æternum. Neque obstat, quòd ly homo, significat naturam: quia termi-

A nus in subiecto positus tenetur non formaliter pro natura, sed materialiter pro subiecto.

¶ Circa hunc processum occurrit primo Durandus in 12. dist. 3. sentent. quæstio. 1. reprehendens concludentem ex eo quòd subiectum stat materialiter pro supposito, istam esse falsam. Iste homo, i. Christus, incœpit esse. Ex hoc enim, inquit, quod subiectū tenetur materialiter, licet habeatur quòd aliquid potest sibi uere attribui, quod non attribuitur illi ratione formæ (sicut cum dicimus, album currit) non tamen habetur, quin etiam attribui sibi uere possit, quod conuenit illi ratione formæ, ut patet dicendo, hoc album disgregat. Ac per hoc, cum incipere esse cō ueniat Christo ratione humanæ naturæ, sicut illa est vera, Hic homo (demonstrato Christo) est risibilis, ita ista, Hic homo incœpit esse, si nihil aliud obstat, nisi q̄ subiectū tenetur materialiter. Vtrobique enim supposito attribuitur quod ratione formæ conuenit. 3. dist. 12. q. 1. art. unico. Tract. 105. a medio, to. 9.

¶ Occurrit deinde Scotus in 3. sentent. distinctio. 11. quæst. 3. obijciens, quòd stare pro supposito contingit dupliciter, scilicet secundum se, uel ut habeat aliquid aliud, sicut Sortes albus stat pro supposito generis substantiæ, non secundum se, sed ut habet albedinem: & similiter hic homo id est, Christus stat pro supposito diuino, non secundum se, sed ut est suppositum humanæ naturæ. Deficit ergo processus literæ, non distinguēdo modos, quibus potest pro

B determinatione, quòd est crispus: quia hoc non potest ei conuenire, nisi secundum capillos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod aliquando sancti doctores causa breuitatis determinatione omissa; nomine creaturæ utuntur circa Christum: est tamen in eorum dictis subintelligēda determinatio, inquātū hō.

AD SECVNDVM dicendum, quod omnes proprietates humanæ naturæ, sicut & diuinæ, possunt aliqualiter dici de Christo. Vnde & Damasce.* dicit in 3. li. quòd Christus, qui Deus est & homo, dicitur & creabilis & increabilis, partibilis & impartibilis: sed tamen illa quæ dubitationem habent circa alterutram naturam, non sunt dicenda absque determinatione. Vnde ipse postea alibi subdit, † Ipsa vna hypostasis, s. Christi, & increata est deitate, & creata est humanitate. Sicut & econuerso nō esset dicendum sine determinatione, Chr̄s est incorporeus uel impassibilis ad euitandū errorem Manichæi, qui posuit Christū verum corpus non habuisse, nec uere passum esse: sed dicendum est

C

D

E

cum determinatione, q̄ Christus secundum deitatem est incorporeus & impassibilis.

AD TERTIVM dicendum, q̄ de natiuitate ex Virgine, nulla dubitatio potest esse, q̄ conueniat personæ filij Dei, sicut potest esse de creatione. Et ideo nō est similis ratio vtrobique.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hæc sit uera, iste homo, demonstrato Christo, incepit esse.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, q̄ ille homo, demōstrato Christo incœperit esse. Dicit enim Aug. super Ioā. * Priusquā mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus: sed illud quod non fuit, incœpit esse. ergo ille homo, demonstrato Christo, incœpit esse.

¶ 2 Præt. Christus incœpit esse homo: sed esse hominem est esse simpliciter. ergo ille homo incœpit esse simpliciter.

¶ 3 Præt. Homo importat suppositum humanę naturę: sed Christus nō semper fuit suppositum humanę naturę. ergo ille homo incœpit esse.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. vlti. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sęcula.

RESPOND. Dicendum, quòd non est dicendum, quòd ille homo, demonstrato Christo, incœperit esse, si nihil addatur: & hoc duplici ratione.

suppositio accipi hic homo seu Christus.

¶ Circa eundem processum pro quanto fundat se super hoc, q̄ ista propositio, Christus incœpit esse, significat in supposito æterno aliquid repugnans illius æternitati, scilicet incipere esse. Durandus quoque ibidem occurrit, arguens quòd nec istud videtur ualere: quia licet ponendo in Christo unum esse tantum, ualeret, non tamen ponendo in ipso plura esse, sicut oportet aliquo modo ponere: quoniam non sequitur, quod non semper fuerit nullum esse habendo: sed quòd non semper fuerit secundum esse illud, secundum quod incœpit esse, cum quo stat, quòd semper fuerit secundum aliud esse.

¶ Circa conclusionem Scotus primo ubi supra occurrit, uolens, quòd ista possit concedi, Christus seu iste homo incœpit esse. Et ratio eius est: quia ly esse, importat esse simpliciter, hoc est, de genere substantiæ: constat autem Christum incępisse esse hominem, quod est esse de genere substantiæ. Tuetur que hanc suā positionem ex prælegato dicto, scilicet quòd iste homo seu Christus stat pro verbo, vt est suppositum humanæ naturæ, fouetque se, tum quia quod generatur, incipit esse 5. Phy. tum quia uerbum incepit esse homo: ergo Christus incepit esse. Probatur consequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinatum per aliquod prædicatum, de illo toto dicitur incipere: sicut si Sortes incipit esse albus, Sortes albus incipit esse, ergo similiter est in proposito.

¶Occurrit deinde Durandus,concludens, distinguendum esse, & non simpliciter respondendum, an Christus inceperit esse: quoniam utraque pars contradictionis est uera, ad diuersa referendo,naturam scilicet vel suppositum.

¶ Ad primo obiecta ex Durando, dicitur quòd non militant contra præsentem literam, Concedimus siquidem omnia,quæ obijciendo dicuntur in communi de subiecto stante materialiter, sciêtes,quòd aliud est conuenire suppositi rõne suppositi, & aliud conuenire supposito, quacumque illud ratione conueniat. Vnde nec somniauit Auctor, quòd quia subiectum tenetur materialiter, ideo oportet quicquid illi attribuitur, uere conuenire illi ratione suppositi: sed docuit quòd oportet illud non repugnare supposito, ita quòd fundatur processus literæ super hoc, quòd quia subiectum tenetur materialiter pro supposito ideo oportet attributum suppositi non repugnare supposito,nec sufficit non repugnare naturæ, seu formæ. Per hoc enim excludit Auctor obiectionem dicentium, quòd quia dicendo, Iste homo incœpit esse,incipere esse,nõ repugnat naturæ humanæ Christi significatæ per ly homo, consequens est, q̃ sit uera. Excluditur siquidem:quia oportet quòd incipere esse non repugnet supposito importato per ly iste homo: q̃ia ly homo, ex parte subiecti stat pro habente naturam hypostatice: significat enim istum habentem naturam humanam: constat enim q̃ iste habens humanitatem est suppositum. Et quia in Christo nõ est aliud suppositum nisi æternum, cui repugnat incipere esse, ideo propositio concluditur falsa.

* art. 7. huius q. ad 4.

Primo quidem, quia hæc locutio est simpliciter falsa, secundũ sententiam catholicæ fidei, qua ponimus in Christo vnum suppositum & vnam hypostasim, sicut & unam personam. Secundum hoc enim oporter, quòd in hoc quod dicitur,iste homo, demonstrato Christo, designetur suppositum æternum, cuius æternitati repugnat incipere esse. Vnde hæc est falsa,hic homo incœpit esse. Nec obstat quòd incipere esse conuenit humanæ naturæ,quæ significatur per hoc nomen homo quia terminus in subiecto positus nõ tenetur formaliter q̃ natura,sed magis materialiter pro supposito, vt supra dictum est. Secundo,quia etiam si esset uera, non tamen esset ea utendum absque determinatione,ad euitandum hæresim Arrij: quia sicut personæ filij Dei attribuit, quòd esset creatura,& quòd esset minor Patre, ita attribuit ei quòd esse incœperit,dicens, quòd erat,quando non erat.

Ad primvm ergo dicẽdum, quòd auctoritas illa est intelligenda cum determinatione, ut scilicet dicamus, quòd homo Iesus Christus non fuit antequã mundus esset,secundum humanitatem.

Ad secvndvm dicendum,q̃ cum hoc verbo incipit,non sequitur argumentum ab inferiori ad superius: non enim sequitur,hoc incipit esse album,ergo incipit esse coloratum. Et hoc ideo, q̃a incipere, importat nũc esse,& non prius: non autem sequitur, hoc non erat prius album,ergo non erat prius coloratum. Esse autem simpliciter, est superius ad esse hominem: vnde non sequitur, Christus incœpit esse homo, ergo incœpit esse.

Ad tertivm dicendum,q̃ hoc nomen homo, secundũ q̃ accipitur pro Chro, licet significet humanam naturam,quæ incœpit esse, tamen supponit suppositum eternum,quod esse nõ incœpit. Et ideo quia secundum quod ponitur in subiecto,tenetur pro supposito, secundũ autem quòd ponitur in prædicato, refertur ad d naturam, ideo hæc est falsa, homo Christus esse incepit,sed hæc est vera,

Christus incœpit esse homo,

quæ enim,oportet quòd determinet ly non fuit, ad aliquod esse saltem substantiæ: propositio autem ipsa negat fuisse, absque determinatione ad esse substantiæ, uel accidentis, primi, vel secundi, simpliciter, vel secundum quid: & ideo ex uirtute sermonis propositio est simpliciter falsa, ut Auctor optime in litera innuit.

¶ Ad obiecta secundo loco Durandi & Scoti, sciro quòd esse, quando est secundum a iacens, dicitur importare esse simpliciter, non vt esse simpliciter vocatur esse substantiæ (ut patet ex eo,q̃ de accidentibus formatur propositio de secundo adiacente,vt albedo est,& hinc ruit fabrica Scotica) sed vt esse simpliciter significat esse sine additione, seu determinatione aliqua, iuxta illud secundi Topicorum, Simpliciter dico, qd nullo addito dico. Et hinc fit, vt siue in Christo sit unum, siue plura esse, nihil referat ad quæstionem habe de proposition, non de re. Et similiter siue esse hominem ponat esse substantiæ in Christo, siue non, nihil ad propositum, de propositionis ueritate quærens. Dicendo igitur, iste homo incœpit esse, quia claudit in se istam negatiuam de secundo adiacente, iste homo non fuit, & ly non fuit, tollit esse absque determinatione quacunque, consequens euidenter est, quòd significat subiectum non fuisse, & non significat non fuisse substantiam, aut hominem, aut secundum primarium, aut secundarium esse. Et ruit tam obiectio Durandi super duo esse fundata, quam positio Scoti super esse simpliciter, hoc est substantiæ fundata: vterque enim oportet quòd determinet ly non fuit, ad aliquod esse saltem substantiæ: propositio autem ipsa negat fuisse, absque determinatione ad esse substantiæ, uel accidentis, primi, vel secundi, simpliciter, vel secundum quid: & ideo ex uirtute sermonis propositio est simpliciter falsa, ut Auctor optime in litera innuit.

¶ Ad rationem ergo Scoti dicitur, quòd licet esse substantiæ sit esse simpliciter,vt distinguitur contra esse accidentale: non tamen est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum: esse autem secundum adiacens est esse simpliciter, ut distinguitur contra esse determinatum: cum enim dicimus, A est, vel non est, non dico esse substantiale, aut accidentale,sed esse absque determinatione substantialitatis, aut accidentalitatis, &c.

¶ Ad primum fomentum,quia quod generatur, incipit esse,dicitur, q̃ hoc est verum communiter:sed non est verum, quando quod generatur,suppositaliter præest,vt accidit in proposito.

¶ Ad secundum,negatur consequentia. Et ad probationem dr, q̃ maior est vera de toto,vt totũ est categorematice.& similiter de composito,seu cõiuncto.Et similiter de nomine per se primo significante totum, seu compositum, aut coniunctum categorematice,& supponente per se primo pro illo,ut si æs incepit esse sphæricum,sequitur,ergo sphæra ænea incœpit esse: quia & significat & supponit per se primo pro toto, idest sphæra ænea. Secus autem est de termino importante quidem totum,sed principaliter alteram partem, & supponente pro illa, connotando tantum reliquam: tunc enim quamuis præcedẽs pars incipiat esse altera, non infertur tamen quòd nomen supponens pro prima parte,& connotando tantum in suppositione alteram, incipiat esse, quia denotaretur per hoc, quòd ipsa prima pars, pro qua supponit,inciperet esse.Sic autem est in proposito:quoniam ly Christus, quam iste homo,licet importet totum, scilicet, suppositum & naturam humanam: supponit tamen pro supposito, & in supponendo ex parte subiecti connotat tantum naturam humanam: quia subiecta tenentur materialiter.

Et

Et propterea quãuis iste incipiat esse hõ, non tñ sequitur. ergo iste hõ incipit esse: quia denotaret ꝙ persona illa incœperit esse.

¶ Ad Durandum ulamo distinguendum censentem, dicitur, ꝙ si cautelæ opera datur, distinguendo, tutior cum Magistro sent. in 3. dist. 12. eligitur pars, vt ibi patet. sed si accusatur falsitatis, negans istam propositionem, iste homo, seu Christus, incœpit esse, utinam non studeatur calumniæ: quoniam, vt iam ex dictis per suaderi potest, locutio ista simpliciter & absolute e falsa. Vnde damnata nuper est Parisijs, & cum appellatum esset ad apostolicam sedem, reprobata dicitur sub Alexandro sexto.

3. dist. 4. q. 1. & 2. q. 1. c. & q. 2. ad 1. & dist. 20. q. 1. ar. 1. q. 2. & dist. 11. ar. 3.

¶ Secundo in litera probatur conclusio proposita, scilicet, non est dicendum, ꝙ iste homo incœpit esse: quia dato, ꝙ esset uera, non esset ea vtendum, ad euitãdam hæresim Arrij, attribuentis Christo non solũ, ꝙ est creatura, & minor Patre: sed & ꝙ incœpit esse, dicẽdo, ꝙ erat, quando non erat. vt patet in Nycena synodo. Et est sensus, Erat duratio, in qua non erat Christus: quia non est ab æterno, Contra Apostolum dicentẽ. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula, & Ioannem dicentem In principio erat uerbum.

Art. praced.

D. Aug.

Ps. 7. Mat. 28. Ioan. 1.

¶ In respõsione ad secundum, habes quod diximus de esse simpliciter, ut distinguitur contra esse substantiæ, puta hominis, & similiter accidentis, cum ponitur superius ad esse hominem, & pari ratione ad esse substantiam, & esse accidens.

Articvlvs X.

Vtrum hæc sit vera, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

AD DECIMVM sic ꝓceditur. Videtur, quod hæc sit falsa, Christus, secũdum quòd homo, est creatura, vel incœpit esse. Nihil enim in Christo est creatum nisi humana natura: sed hec est falsa, Christus, secundum quòd homo, est humana natura. ergo hæc etiam est falsa, Christus, secundum ꝙ homo, est creatura.

¶ 2 Præterea. Prædicatum magis prædicatur de termino in reduplicatione posito, quàm de ipso subiecto propositionis, sicut si dicam, corpus, secundum quòd coloratum, est uisibile, sequitur quòd coloratum sit uisibile: sed hec non est absolute (sicut dictũ est*) concedenda, homo Christ⁹ est creatura. ergo neq; hæc, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

¶ 3 Præter. Quicquid prædicatur de quocumq; homine, secundũ quòd homo, prædicatur de eo ꝙ se, & simpliciter: idem enim est ꝙ se; & secundum quòd ipsum, ut dicitur 5. Meta.* sed hęc est falsa, Christus est per se & simpliciter creatura. ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

SED CONTRA, Omne quod est, uel est creator uel creatura: sed hæc est falsa, Christus secundum quòd homo, est creator. ergo hæc est uera, Christus secundum ꝙ homo, est creatura.

RESPON. Dicendum, quòd cum dicitur, Christus, secundum, quòd homo, hoc nomen homo, potest resumi in reduplicatione, uel ratione suppositi, uel ratione naturæ. Si quidem resumatur ratione suppositi, cum suppositum humanæ naturę in Christo, sit æternum, & increatum, hæc erit falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura. Si uero resumatur ratione humanę naturę, sic est uera: quia rõne humanę naturę, siue secundũ humanã naturam, conuenit sibi esse creatura, ut supra dictũ est. * Sciendum tamẽ, ꝙ nomẽ sic resumptum in reduplicatione, magis ꝓprie tenetur pro natura, quã pro supposito: resumitur. n. in ui prædicati, qđ tenetur formaliter: idem enim est dictu, Christus secundum ꝙ Christus est per se & simpliciter creatura. ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

art. 2. huius q.

SED CONTRA, Omne quod est, uel est creator uel creatura: sed hæc est falsa, Christus secundum quòd homo, est creator. ergo hæc est uera, Christus secundum ꝙ homo, est creatura.

RESPON. Dicendum, quòd cum dicitur, Christus, secundum, quòd homo, hoc nomen homo, potest resumi in reduplicatione, uel ratione suppositi, uel ratione naturæ. Si quidem resumatur ratione suppositi, cum suppositum humanæ naturę in Christo, sit æternum, & increatum, hæc erit falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura. Si uero resumatur ratione humanę naturę, sic est uera: quia rõne humanę naturę, siue secundũ humanã naturam, conuenit sibi esse creatura, ut supra dictũ est. * Sciendum tamẽ, ꝙ nomẽ sic resumptum in reduplicatione, magis ꝓprie tenetur pro natura, quã pro supposito: resumitur. n. in ui prædicati, qđ tenetur formaliter: idem enim est dictu, Christus secundum ꝙ Christus est per se & simpliciter creatura. ergo etiam hæc est falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura.

SED CONTRA, Omne quod est, uel est creator uel creatura: sed hæc est falsa, Christus secundum quòd homo, est creator. ergo hæc est uera, Christus secundum ꝙ homo, est creatura.

RESPON. Dicendum, quòd cum dicitur, Christus, secundum, quòd homo, hoc nomen homo, potest resumi in reduplicatione, uel ratione suppositi, uel ratione naturæ. Si quidem resumatur ratione suppositi, cum suppositum humanæ naturę in Christo, sit æternum, & increatum, hæc erit falsa, Christus, secundum quòd homo, est creatura. Si uero resumatur ratione humanę naturę, sic est uera: quia rõne humanę naturę, siue secundũ humanã naturam, conuenit sibi esse creatura, ut supra dictũ est. * Sciendum tamẽ, ꝙ nomẽ sic resumptum in reduplicatione, magis ꝓprie tenetur pro natura, quã pro supposito: resumitur. n. in ui prædicati, qđ tenetur formaliter: idem enim est dictu, Christus secundum ꝙ

A ut patet: sed tenetur specificatiue, quoniam specificat eam partem seu conditionem, qua insunt hęc: sicut cum dicitur, æthiops, secundum quòd habet dentes, est albus. Vnde & in proposito licet possit teneri reduplicatiue (quia esse hominem, est per se ratio, quòd sit creatura) a sanctis tamen assumptũ uidetur principaliter, ut tenetur specificatiue, ut denotetur quòd esse creaturam, non conuenit Christo secundum suppositum, sed secundum naturam assumptam, & similiter incipere esse. Verum inter has duas, ex prædictis patet differentia, quòd illa reprobata est, ut male sonans, ista, ut falsa: ita quòd dicimus istam esse falsam, Christus incępit esse: istam autem veram, Christus, inquantum homo, incœpit esse.

¶ Occurrit autem statim hic Scotus in quæstio. 2. distinctio. 11. 3. sentent. objiciens, quòd propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum, non fit uera per additam reduplicationem, uel determinationem, non tollentem illam repugnantiam. Sed reduplicatio proprie sumpta, non diminuit alterum extremum: quia est determinatio extremi ad extremum. ergo ipsa non uerificat aliquam propositionem, quæ sine reduplicatione fuit falsa. Si igitur ista est falsa, Christus incœpit esse, ista non est uera, Christus, inquantum homo, incœpit esse, & hoc loquendo de reduplicatiua propria. Et addit, quòd loquendo de ipsa specificatiue, quamuis sit uera, est tamen impropria: quoniam deberet specificatio se tenere ex parte prædicati, puta, Christus incœpit esse secundum hominem: sicut non est propria illa, æthiops, secundum quòd habet dentes, est albus: sed ista, æthiops est albus secundum dentes. Et hæc sint allata quo ad illam propositionem, Christus, inquantum homo, incœpit esse: quia apud nos ista est uera, & sua præiacens falsa, quamuis Scotus subsumat de illa, Christus, inquantum homo, est creatura: quia ipse tenet illius præiacentem esse falsam.

B

C

D

¶ Ad hæc dicitur, sustinendo etiam hanc esse ueram & proprie duplicatiuam, Christus secundum quòd homo, incœpit esse: ita tamen quòd non fiat difficultas circa incœprionem essendi: an per se conueniat homini, an solum de facto: quia non est ab æterno, quoniam ad propositum non refert. Et propterea, supposito quòd per se conueniat naturæ humanæ incipere esse sicut per se conuenit ei esse creaturam, dicitur quòd maior Scoti est uera: sed minor tacita, scilicet, sed nulla reduplicatio tollit illam repugnantiam, est falsa. Et ad illius probationem expressam, quia scilicet reduplicatio non minuit extremum, si proprie loquimur de conditione diminuente, conceditur totum quod assumitur. Sed negatur sequela, quoniam conditio diminuens tollit terminum, quem diminuit: sicut homo in potentia non est homo, & homo mortuus, non est homo: constat enim quòd reduplicatio extremi non tollit illud. Sed si latiori uocabulo sumitur minuere, prout utens aliquo unius, & non utens aliquo eiusdem, minuit illud (pro quanto non totaliter, seu secundum totum, sed secundum

E

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum decimum.*

TItulus clarus, ut sonat.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo dicitur, quid potest dici distinguendo, hoc est ꝙ utraque pars sustineri potest cum distinctione: quia ly homo, potest stare uel pro natura, uel pro supposito. Secundo, in quam partem sit potius declinandum. Et duo dicuntur. Primum, circa propositam propositionem. s. Christus, secundum quòd homo, est creatura, vel incœpit esse, & dicitur quòd in partem affirmatiuam declinãdum est, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet uim prædicati. Secundum, circa alteram propositionem, s. Christus, ꝫn quòd hic hõ, est creatura, aut incœpit esse. Et dicitur, quòd in partem negatiuam declinandum est: quia ly hic, trahit hoiem ad suppositum.

¶ Hoc in loco aduerte, ꝙ quia ista propositio, Christus est creatura, non est reprobata, quia omnino falsa, sed quia Arrianos sonans, ideo cum de ista modo est quæstio, Christus secundum, quòd homo, est creatura, minor quæstio est, & nulla de falsitate sed de usu. Et ista quidem uti licet, illa non: quia in illa cum Ario communicaremus, in ista non. Verum aduerte, quòd cum de Christo sermo facer loquitur, & distinguit ea, quæ conueniunt illi ratione naturæ assumptæ, semper utitur ly inquantum aut ly secundum quòd, sumptum specificatiue: dicimus enim ꝙ Christus, secundum quòd homo, est crucifixus, sepultus, descendit ad inferos, prædicauit, ascendit in templum, circumcisus est, &c. Constat namque, quòd in his & similibus ly inquantum, non tenetur re duplicatiue, quoniam natura humana non est per se ratio talium, sed multa per accidens insunt,

aliquid eius illo vtitur) sic concedimus quòd reduplicatio minuit quandoque, quia reduplicat terminum ratione naturæ seu formæ, & non ratione suppositi. Et propterea tollit repugnantiam inuentam in præiacente propositione inter extrema sine reduplicatione propter suppositum: sic enim est in proposito. Nã ista, Christus incepit esse, est falsa ex repugnantia extremorum: quia incipere esse repugnat supposito per ly Christus in subiecto, vt prædictum fuit: sed cum aliquid tantum Christi reduplicatur, scilicet natura humana, ut contingit in ista, Christus, inquantum homo, incepit esse, repugnantia tollitur, hoc est incipere esse, non significatur conuenire supposito absolute, sed ratione naturæ humanæ, ratione cuius in ueritate conuenit illi supposito incipere esse. Et propterea ista reduplicatiua dicitur uera, & illa falsa. Nec ex hoc quòd reduplicatio est determinatio extremi ad extremum, sequitur quòd nõ minuat prędicto modo, quoniã constat, quòd potest esse determinatio unius extremi secundum suum formale ad alterum, & non secundum suum materiale, ut contingit in proposito. Ad id uero quod subditur, quòd specificatiue sumendo ly inquantum, propositio est uera, sed impropria, dicitur, & quod est uera & propria: quoniam specificatio nõ denotat specificatum terminum esse rationem inhærentiæ prædicati ad subiectum, & propterea specificatiua potest esse uera in materia contingenti, ut est ista, Sortes, inquantum capillatus, est crispus: & ens, inquantum ens, est subiectum metaphysicæ: sed denotat illud, secundum quòd, seu mediante quo prædicatum inest subiecto, siue per se, siue per accidens prę

In corp. art.

9. di. 10 q. 1 art. 1. q. 1. & q. 3. c.

homo, acsi diceretur, Christus secundum ꝙ est homo. Et iõ hæc magis est concedenda, quàm negãda. Christus, secundum ꝙ homo, est creatura. Si tamen adderetur aliquid, per quòd traheretur ad suppositum, esset propositio magis neganda, quàm concedenda: puta si diceretur, Christus, secũdum quòd hic homo, est creatura.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ licet Christus non sit humana natura, est tñ habens humanã naturam. Nomen autem creaturæ, natum est prædicari non solum de abstractis, sed etiam de concretis: dicimus enim quòd humanitas est creatura, & quòd homo est creatura.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ly homo, secundum ꝙ ponitur in subiecto, magis respicit suppositum: secundum autem ꝙ ponitur in reduplicatione, magis respicit naturam, ut dictum est. * Et quia natura est creata, suppositum uero increatum, ideo licet non concedatur ista simpliciter, Homo Christus est creatura, cõceditur tamen ista, Christus secũdum ꝙ homo, est creatura.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ cuilibet homini, qui est suppositũ solius naturæ humanæ competit ꝙ non habeat esse, nisi secũdum humanam naturam: & iõ de quolibet tali supposito sequitur, si secundum quòd homo est creatura, ꝙ sit creatura simpliciter: sed Christus non solum est suppositum humanæ naturę, sed etiam diuinæ, secundum quã habet esse increatum: & ideo nõ sequitur, si secundum quod homo, est creatura, ꝙ sit simpliciter creatura.

ARTICVLVS XI.

Vtrum hæc sit uera, Christus secundum quòd homo, est Deus.

AD VNDECIMVM sic procedi tur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, sit Deus. Christus enim est Deus per gratiam unionis: sed Christus, secundum quòd homo, habet gratiam unionis. ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus.

¶ 2 Præt. Dimittere peccata, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus, secundum ꝙ homo, dimittit peccata, secũdum illud Matth. 9. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, &c. ergo Christus secundum quòd homo, est Deus.

¶ 3 Præt. Christus non est homo communis, sed est homo iste particularis: sed Christus, secundum quòd est iste homo, est Deus: quia in isto homine designatur suppositum æternum, quòd naturaliter est Deus. ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus.

SED CONTRA, Illud, quod cõuenit Christo, secundum quòd homo, conuenit cuilibet homini. Si ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus, sequitur ꝙ omnis homo sit Deus: quod patet esse falsum.

RESPON. Dicendum, quòd iste terminus, homo, in reduplicatione positus, potest dupliciter accipi. Vno modo, quantum ad naturã, & sic non est uerum, quòd Christus, secundum quòd homo, sit Deus: qa humana natura est distincta a diuina secundum differentiam naturæ. Alio modo, potest accipi ratione suppositi, & sic cum suppositum naturæ humanæ in Christo, sit persona filij Dei, cui ꝓ se conuenit esse Deum, verũ est ꝙ Christus, secũdum quod homo, sit Deus: quia tamen terminus in reduplicatione positus, magis proprie tenetur pro natura, quàm pro supposito (vt supra dictũ est. *) ideo magis est ista negãda, Christus, secundum quòd homo, est Deus, quàm sit affirmanda.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non secundum idem conuenit alicui moueri ad aliquid, & esse illud: nam moueri conuenit alicui ratione materiæ vel subiecti, esse autem in actu, ratione formæ. Et similiter non secũdum idem conuenit Christo ordinari ad hoc, quòd sit Deus per gratiã vnionis, & esse Deũ: sed primum conuenit sibi secundum humanam naturam: secundum uero, secundum diuinam. Et ideo hæc est vera, Christus secundum quòd homo, habet gratiam unionis: non tamen ista, Christus secũdum quod homo, est Deus.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ filius hominis hẽt in terra potestatem dimittẽdi peccata, nõ virtute humanæ naturæ, sed uirtute dicatum insit, siue subiecto, siue conditioni specificatæ. Signũ autem, quòd huiusmodi enuntiationes sunt non solum ueræ, sed propriæ, defert frequẽs vsus earum, cum de his quæ conueniunt Christo, discrete ac caute loquimur, dicentes Christum, secũdum quòd erat homo, passum, natum, sepultum, resurrexisse: cum his tamen omnibus, quia in litera comparatiue dicitur, magis concedendum, quam negãdum, uel econuerso, disce declinare quidem in alteram partem, sed non pertinaciter cõtendere.

¶ In responsione ad tertium uide nouitie, quòd sustinendo ꝓpositionem reduplicatam proprie esse, respondet Auctor ad maiorem distinguendo illam, quòd verũ est prędicari de quocumque homine, qui solummodo est suppositum humanæ naturæ: secus autem est de illo homine, qui est suppositum diuinæ prius, & post humanæ naturæ.

¶ *Super Quæstio. 16. Art. vndecimum.*

TItulus ut sonat, clarus.

¶ In corpore duo. primo distinguẽdo, utramque partem dicit posse teneri: qa terminus reduplicatus potest uel ratione naturæ, uel suppositi reduplicari. Secundo docet, quòd in partẽ negatiuam declinandum est: quia magis tenet formaliter terminus reduplicatus. Et omnia clara sunt ex præcedentibus.

* art. præ in corp. ad 2.

¶ In responsione ad tertium, percipe responsionem consistere in hoc, quòd licet secundum rem Christus non sit homo cõmunis, sed iste, in ꝓpositione tamen illa, Christus, secundum quòd homo est &c. ly homo, non trahitur ex reduplicationis nota ad suppositum, ad quod trahitur ex pronomine. Et ideo ista conceditur, Christus, secundum quòd iste homo, est Deus, & non illa, Christus,

Christus, secundum quòd homo est Deꝰ.

¶ *Super Quæstionis sextædecimæ Articulum duodecimũ.*

TIulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore articuli cũ distinctione respondetur tripli conclusione. Distinctio est, quòd ly homo reduplicari potest ratione suppositi vel naturæ. Et hoc dupliciter, vel quòd natura exigat personã, vel quòd natura exigat personã propriã. Conclusio prima iuxta primum membrũ est, Christus, secundum quòd homo, est persona: tum quia suppositum Christi est persona: tum quia suppositum humanæ naturæ in Christo est persona filij Dei. Conclusio secũda iuxta secundum membrum est: Christus, secundum quod homo, est persona: quia humana natura exigit pſonari: est enim substantia rationalis perfecta: omnis autẽ substantia huiusmodi subsistentiam exigit, qua persona est. Conclusio tertia iuxta tertium membrum est: Christus, secundum quòd homo, nõ est persona: quia humana natura in Christo caret propria subsistentia, seu personalitate, vtpote non per se seorsum, sed in persona diuina existens.

Homil. 30. in Matth. circa med. 10.

3. dist. 10. q. 1. ar. 2. & Rom. 1. lect. 3.

* ar. 2. in corp. ad 2.

Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur, iste homo, pronomen demonstratiuum, hoc nomẽ homo, trahit ad suppositum: & ideo magis est hæc vera, Christus, secundum quod iste homo, est Deus, quàm ista, Christus, secundum quòd homo, est Deus.

Articvlvs xii.

Vtrum hæc sit vera, Christus secundũ quòd homo, est hypostasis, uel persona.

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur quòd Christus secundum ꝙ homo, sit persona. Illud enim quod conuenit cuilibet homini, conuenit Christo, secundum ꝙ est homo: est enim alijs hominibus similis, secundum illud Phil. 2. In similitudinem hominũ factus: sed omnis homo est ꝑsona. ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

¶ 2 Præt. Christus secundum ꝙ homo, est substantia rationalis naturæ, non autem substantia vniuersalis. ergo substantia individua: sed nihil aliud est persona, quam rationalis naturæ individua substantia, ut Boetius dicit in lib. de duab. natu. *ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

Aliquantulũ a princ. sin. 3. Pag.

¶ 3 Præ. Christus, secundum quod homo, est res humanæ naturæ, & suppositum & hypostasis eiusdem naturæ: sed omnis hypostasis & suppositum & res humanæ naturæ, est persona. ergo Christus, secundum quod homo, est persona.

Sed contra, Christus secundum quod homo, non est persona æterna. Si ergo Christus secundum quod homo, sit persona, sequeretur quod in Christo sint duæ personæ, una temporalis, & alia æterna, quod est erroneum, ut supra dictum est. *

q. 2. ar. 2. & 6. Ar. 10. huius Quæst.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * iste terminus homo, in reduplicatione positus, põt accipi, vel ratione suppositi, vel ratione naturæ. Cũ ergo dicitur, Chrs, secundum quod homo, est persona, si accipiatur ratione suppositi, manifestũ est, quod Christus secũdum quod homo, est persona: quia suppositum humanæ naturæ nihil aliud est, ꝙ naturæ diuinæ: in qua quidem natura consistit potestas dimittendi peccata per auctoritatẽ, in humana autem natura consistit instrumentaliter, & per ministerium. Vnde Chryso. super Matth. *hoc exponens dicit: Signanter dixit, In terra dimittendi peccata, vt ostenderet, quòd humanæ naturæ potestatem diuinitatis vniuit indiuisibili vnione: quia etsi factus est homo, tamen Dei verbum permansit.

A persona filij Dei. Si autem accipiatur ratione d naturæ, sic potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur, quòd naturæ humanæ competat esse in aliqua persona, & hoc etiam modo verum est: omne enim quod subsistit in humana natura, est persona. Alio modo potest intelligi, vt naturæ humanæ in Christo propria personalitas debeatur, causata ex principijs humanæ naturæ. Et sic Christus secundum quod homo, non est persona: quia humana natura non est per se seorsum subsistens a diuina natura, qđ requirit ratio personæ, D. 1214.

Ad primvm ergo dicendum, quòd omni homini conuenit esse personam, secundum quòd omne subsistens in humana natura est persona: sed hoc est proprium homini Christo, quòd persona subsistens in humana natura eius non sit causata ex principijs humanæ naturæ, sed sit æterna: & ideo vno modo est persona, secundum quòd homo, alio modo non, sicut dictum est.* In corp. art.

Ad secvndvm dicendum, quòd substãtia indiuidua, quæ ponitur in definitione personæ, importat substantiam completam per se subsistentem separatim ab alijs: alioquin manus hominis posset dici ꝑsona, cum sit substantia quædam indiuidua: quia tamen est substantia indiuidua sicut in alio existens, non potest dici persona. Et eadem ratione, nec humana natura in Christo, quæ tamen potest dici indiuiduum vel singulare quoddam. D. 728. & 729.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut persona significat quid completum, & per se subsistens in natura rationali, ita hypostasis, suppositum, & res naturæ in genere substantiæ significant quiddam per se subsistens. Vnde sicut humana natura non est per se persona seorsum a persona filij Dei, ita etiam nõ est per se hypostasis vel suppositum, vel res naturæ: & ideo in sensu, in quo negatur ista, Christus secundum quòd homo, est persona, oportet etiam negari omnes alias. D. 1212.

Qvaestio xvii.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandũ est de his, quæ pertinent ad vnitatem in Christo in communi. Nam de his, quæ pertinent ad vnitatem, vel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut supra* determinatum est, quòd in Christo non est vna tantum scientia, & * infra determinabitur quòd in Christo non est vna tantum natiuitas.

Considerandũ est ergo primo de vnitate Christi quantũ ad esse. Secundo, quantum ad velle. Tertio, quantum ad operari.

Circa primũ quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum Christus sit vnũ vel duo.

¶ Secundo, Vtrum in Christo sit tantum vnum esse.

¶ *Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum primum.*

In titulo fige oculos mẽtis in neutrum genus, cum legis, an Christus sit vnum, vel duo, ita quòd ly duo, in neutro etiam genere sumitur, & merito, vt directe opponatur ad ly vnum. Nec addendus est aliquis alius terminus, puta ens, an scilicet sit vnum ens, vel duo entia, sed absolute, vt sonat, discutienda est quæstio, an Christus sit vnum, vel duo. Sic enim promissus rectusque ordo de consequentibus incarnationis mysterium, seruatur, dũ discussis his, quæ ad veritatem esse, vel fieri spectant in præcedenti quæstione, in hac veritas indagãda est eorum, quæ spectant ad vnitatẽ, inter quæ constat primum Quæst. 9. Quæst. 35

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus sit vnum, vel duo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit vnũ, sed duo. Dicit.n. Augu. in 1.de Trini.* quia forma Dei accepit formam serui, vtrũque Deus propter accipientẽ Deum, vtrũque autem homo propter acceptũ hominem: sed vtrũque dici non potest, nisi vbi sunt duo. ergo Christus est duo.

¶ 2 Præt. Vbicumque est aliud, & aliud, ibi sunt duo: sed Christus est aliud & aliud: dicit.n. Augu.† in Ench. Cum in forma Dei esset, formam serui accepit, vtrumque unus, sed aliud propter verbum. aliud propter hominem. ergo Christus est duo.

¶ 3 Præt. Christus nõ est tantum homo: quia sic purus homo eẽt. ergo est aliquid aliud, quàm homo, & ita in Christo est aliud & aliud. ergo Christus est duo.

¶ 4 Præt. Christus est aliquid, qđ est pater, & est aliquid, qđ non est pater. ergo Christus est aliquid & aliquid. ergo Christus est duo.

¶ 5 Præt. Sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personæ in vna natura, ita ĩ mysterio incarnationis sunt duæ naturæ in vna persona: sed propter vnitatem naturæ, nõ obstante distinctione personæ, Pater & Filius sunt vnũ, secundum illud Ioan. 10. Ego & pater vnum sumus. ergo nõ obstante vnitate personę, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

¶ 6 Præt. Philosophus dicit in 3. Physi.* quòd vnum & duo denominatiue dicuntur: sed Christus habet dualitatem naturarum. ergo Christus est duo.

¶ 7 Præt. Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma substãtialis aliud, vt Porphyrius dicit:† sed in Christo sunt duæ naturæ substantiales, humana scilicet & diuina. ergo Christus est aliud & aliud. ergo Christus est duo.

SED CONTRA est, quòd Boet. dicit in lib. de duab. nat.* Omne quod est, inquantum est, vnum est: sed Christum esse cõfitemur. ergo Christus est vnum.

RESPON. Dicendum, ꝙ natura secundum se considerata prout in abstracto significatur, nõ vere potest prędicari de suppposito seu persona nisi in Deo, in quo non differt quod est, & quo est, vt in prima parte habitũ est.* In Christo autem cũ sint duæ naturæ, diuina, scilicet & humana, altera earum, s. diuina, potest de eo prędicari, & in abstracto & in concreto: dicimus enim quòd filius Dei, qui supponitur in hoc nomine Chrs, & est diuina natura, & est Deus: sed humana natura non potest prædicari de Chro fm se in abstracto, sed solum in concreto, prout scilicet significatur in supposito. Nõ enim vere potest dici, ꝙ Christus sit humana natura: quia natura humana non est nata prędicari de suo supposito. Dicitur autẽ, ꝙ Christus est homo, sicut & ꝙ Christus est Deus. Deus autẽ significat habentẽ deitatem, & homo significat habentẽ humanitatẽ. Aliter tñ habens humanitatem significatur per hoc nomẽ homo, & aliter per hoc nomẽ Iesus, vel Petrus. Nam hoc nomẽ homo, importat habentẽ humanitatem indistincte, sicut & hoc nomen Deus, indistincte importat habentem deitatẽ: hoc autẽ nomen Petrus, vel Iesus, importat distincte habentem humanitatem, s. sub determinatis indiuidualibus proprietatibus. sicut & hoc nomen filius Dei, importat habẽtem deitatem sub determinata proprietate personali. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas: & ideo si ambæ naturæ in abstracto prędicarentur de Christo, sequeretur ꝙ Christus esset duo: sed quia duæ naturæ non prędicantur de Chro, nisi prout significãtur in supposito, oportet secundum rationẽ suppositi prædicari de Chro, vnum vel duo. Quidã autẽ posuerunt in Chro duo suppposita: sed vnam personam, quæ quidẽ videtur se habere fm eorum opinionem tamquam suppositum cõpletum vltima completione. & ideo quia ponebant in Chro duo suppositа, dicebant Chm esse duo neutraliter, sed quia ponebãt vnam personã, dicebant Chm vnum masculine, nam neutrum genus designat quiddã informe, & imperfectum: genus autẽ masculinum, designat quiddã formatũ, & perfectum. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant Christum non solum esse duo neutraliter, sed ẽt duos masculine. Quia vero nos ponimus in Christo vnã personam & vnum suppositum, ut ex supra dictis patet,* sequitur ꝙ dicamus quòd non solũ Christus est quod in litera dicitur, quòd quia numerus dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, ideo si ambæ naturæ, &c. Sed prædicata, quæ vere affirmantur de Christo, non ponunt in numerum: Deus enim, & homo in Christo non ponunt in numerum: nõ enim sunt duo habentia deitatem, & humanitatem, sed unum, & idem numero est habens humanitatem & habẽs diuinitatem: & similiter filius Dei, & hic homo, seu Iesus, non ponunt in numerum, ut patet. In hoc consistit tota vis huius articuli. Et in hac quidem prima parte corporis deuenitur vsque ad hoc, quòd si natura utraque prædicaretur de Christo, esset duo Christus: quia naturæ ponunt in numerum: sed quia non prædicatur, non constituit Christũ duo: & quia prædicatur, vt in supposito, ideo secundum rationem suppositi numerati, vel non numerati, dicendus est Christus vnum vel duo.

Vbi occurrit duplex dubium. Primũ est circa illud: In solo Deo natura prędicatur de supposito: habet enim instantiam, quia in angelis suppositum non differt a natura.

Alterum est circa processum literæ cõditionalem: quoniã procedit a destructione antecedentis, quod non licet. Aut enim, Si ambæ naturæ in abstracto prędicarentur de Christo, sequeretur quòd Christus esset duo; sed quia duæ naturæ non prædicantur &c.

Ad primum facile patet respõsio, quòd quia aliquo modo differt suppositum a natura in angelis, quãmuis in illis non differat indiuiduum a natura, ideo solida stat litera.

Ad secundum dicitur, quòd quia in propriis argumentum a destructione antecedentis non est prohibitum, ideo cum ex propriis hic procedatur (vt patet

ex

tñ locũ tenere vnitatem aut dualitatẽ simpliciter & absolute, & deinde vnitatem vel dualitatẽ talẽ. Est igitur quæstio in hoc articulo, an Christus sit vnũ vel duo simpliciter & absolute sine determinatione aliqua.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respondetur secundũ quid attendatur esse vnũ vel duo in Christo. Secundo, respondetur determinate ꝙ sito vnica conclusione. Quo ad primũ, conclusio est illa: Christus est vnum vel duo, non secundum dualitatem naturarum, sed secundum vnitatem, vel dualitatem suppositi seu personæ. Probatur conclusio hæc quo ad primam partem: quia de Christo non prędicantur ambæ naturæ in abstracto, sed altera tantum, scilicet diuina. quod probatur ex differentia inter Deum, & alia in hoc, quòd in solo Deo natura secundum se prędicatur de supposito: hinc enim sequitur, quòd humana natura non prædicatur de Christo. Quo ad secundam vero partem: quia ambæ naturæ vt in supposito, prædicantur de Christo siue significentur in supposito indeterminate, siue determinate.

¶ Vbi nota, quòd licet diuersimode possit formari hæc prima pars corporis articuli, puta præmittendo differentem habitudinem Christi ad naturas secundum se, vel vt in supposito significatas, & subdendo conditionalem processum, si ambæ naturæ, &cæt. vis tamen rationis consistit in hoc. Ad esse duo exigitur, quòd Christus sit aliqua prædicata ponentia in numerum: deitas autem & humanitas ponunt in numerum: sunt enim duæ naturæ: & ideo si Christus esset sua humanitas, sicut est sua deitas, Christus vere esset duo. Et hoc

p. dist. 6. q. 2. ar. 1. & dist. q. 2. ad 6. Et 2. con. ca. 38. fi. Et 4. cont. c. 38. fin. Et vnio. arti. 2. ad 2. & 7. & ar. 3. & 4. p totũ & art. 6. ad 13. li. 1. de Tri. c. 7. in fin. t. 3. in hoc. c. 35. medio to. 3.

Lib. 3. tex. 28. tem. 2.

In prædica. in c. de diffe. tom. 1. inter opera Arist.

In li. an omne quod est bonum sit.

D. 114. & 417. & 466. D. 1081.

p. p. q. 8. ar. 3. & 4.

ex declaratis absque uitio processum est.

¶ Quo ad secundam partem corporis conclusio est: Christus est & unus & unum. Deducitur conclusio ex præmissis, subiungitur tribus modis dicendi de supposito, seu persona Christi. Primus est dicentium in Christo duo supposita & unam personam. Secundus est dicentium in Christo duo supposita & duas personas. Tertius est dicentium in Christo unum suppositum & unam personam. Iuxta primum, Christus est duo, in neutro genere. & unus, iuxta secundum, Christus est duo, tam neutraliter, quam masculine. Iuxta tertium Christus est unum & unus. Et quia tertius modus solus est sententia fidei, id circo concluditur quod Christus est unū & unus.

¶ In responsione ad tertium aduerte notanter, quod cum in medio responsionis dicitur, non tamen sequitur, quòd sit aliquid aliud, quam homo, &c. ista additio non respicit ad propositionem ipsum dictum positam in littera: sed ad propositionem negatiuam in arguendo assumptam, scilicet Christus non est tantum homo: Auctor siquidem in hac responsione primo mostrat hāc assumptam propositionem esse ueram, monstrando suam contradictoriam affirmatiuam esse falsam, scilicet Christus est tantum homo: quia prædicata tenentur formaliter. Et interponit ad bonitatem doctrinæ qualiter posset fieri affirmatiua uera, scilicet Christus est tantum id, quod est homo. Deinde respondendum est argumento. Et quia concessit antecedens assumptum, scilicet Christus nō est tantum homo, respōdet ad consequentiam ergo est aliquid aliud, quā homo, dicens, Non tamen sequitur, quòd sit aliquid aliud, quam homo, &c. quasi dixerit: licet antecedens sit uerum, sequela tamen non ualet.

¶ In responsione ad quartum, uide nouitie, quòd cum in littera conceditur quod Christus est aliquid, quod non est p̄ &c.

Beatum in trg.

Cap.11.in 5. tom.5.

Ad Elidon. epist. inter prin. & me. Incipit. Honorabilium.

D.1051.

est vnus masculine, sed etiam ꝙ est vnum neutraliter.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ verbum illud Aug.* nō est sic intelligendū, ꝙ ly, vtrumque, teneatur ex parte prædicati, quasi dicat, ꝙ Chr̄s sit vtrumque. sed tenetur ex parte subiecti. Et tūc ly, vtrumque, ponitur nō quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significatibus duas naturas in concreto. Possum enim dicere, ꝙ vtrūq;, scilicet Deus & homo est Deus ꝓpaccipientē Deū, & vtrumq;, scilicet De⁹ & homo, est homo propter acceptum hominem.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ cum dr̄, Chr̄s est aliud & aliud, locutio est exponēda, vt sit sensus, habens aliam & aliam naturam. Et hoc modo exponit Au. in lib.ꝫ Felicianum.* Vbi cum dixisset, In mediatore Dei & hominum, aliud Dei filius, aliud homīnis filius, subdit, Aliud inquā pro discretione substantiæ. non alius pro vnitate personæ. Vnde Greg. Nazanzenus in Episto. ad Elidonium dicit.* Si oportet cō pendiose dicere, aliud quidem, & aliud, ea, ex quibus Saluator est: siquidem non idem est inuisibile visibili, & quod absq; tempore ei, quod sub tempore, nō autem alius & alius, absit: hæc enim ambo vnum.

Ad tertivm dicendum, ꝙ hęc est falsa. Chr̄s est tm̄ homo: quia non excludit aliud suppositum, sed aliam naturā, eo quòd termini in prædicato positi, formaliter tenentur. Si vero adderetur aliquid per quod traherē ad sup̄positū, esset vera locutio, puta Chr̄s est tātum id, quod est homo. Non tamen sequitur, ꝙ sit aliquid aliud, quam homo: quia ly aliud, cum sit relatiuum diuersitatis substantiæ, proprie refertur ad suppositum, sicut & omnia relatiua facientia personalem relationem. sequitur aūt, ergo habet aliam naturam.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ cū dr̄, Chr̄s est aliquid quod est pater, ly aliqd, tenetur pro natura diuina, quæ etiā in abstracto prædicatur de patre & filio: sed cum dicitur, Christus est aliquid quod nō est pater, ly aliquid, teneī non pro ipsa natura humana, secundum ꝙ significatur in abstracto, sed secundum quòd significatur in cōcreto, nō quidē secundum suppositū distinctum, sed secundum suppositū indistinctum, prout scilicet subsistat naturæ, non autem proprietatibus indiuiduantibus & ideo non sequitur, quod Christus sit aliud, & aliud, vel ꝙ sit duo: quia suppositū humanæ naturæ in Christo, quòd est persona filij Dei, non ponit in numerum cū natura diuina, quæ prædicatur de patre & filio.

Ad qvintvm dicēdū, ꝙ in mysterio diuinæ Trinitatis natura diuina prædicatur etiā in abstracto de tribus personis & ideo simpliciter potest dici, quòd tres personæ sint vnum: sed in mysterio incarnationis non prædicātur ambæ naturæ ī abstracto de Chr̄o: & ideo non potest simpliciter dici, quòd Christus sit duo.

Ad sextvm dicendum, quòd duo dicī, quasi habens dualitatē, non quidem in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo prædicantur. Fit autem prædicatio de supposito, quod importatur p̄ hoc nomē Christus. Quāmuis igitur Christus habeat dualitatem naturarum: quia tamen nō habet dualitatem suppositorum, non potest dici Christus esse duo.

Ad septimvm dicendū, ꝙ alterum importat diuersitatem accidentis & ideo diuersitas accidentis sufficit ad hoc, ꝙ aliquid simpliciter dicatur alterū: sed aliud importat diuersitatem substātiæ: substantia autem dicitur non solum natura, sed etiam suppositū, vt dicitur in 5. Meta.* & ideo diuersitas naturæ nō sufficit adhoc, quòd aliquid simpliciter dicatur aliud, nisi adsit diuersitas secundū suppositum: sed diuersitas naturę facit aliud secundum quid, scilicet secundum naturam, si nō adsit diuersitas suppositi.

A sensus est quòd Christus est homo, hoc est suppositum humanæ naturæ: quod est esse aliquid quod non est pater, quia est esse substantiam, vt substantia dicitur hypostasis, quæ substantia secundum rem in Christo est hypostasis filij, quæ non est pater: quamuis non significetur nomine hominis ipsa hypostasis filij distincta. sed indistincte. Quia igitur ex his duobus dictis, Christus est aliquid quod est pater, Christus est aliquid quod non est pater, nihil aliud habetur, nisi quòd Christus est deitas & suppositum humanæ naturæ. & hæc duo. scilicet deitas & suppositum humanæ naturæ in Christo non ponit in numerū, quia suppositum humanæ naturæ ī Christo est filius Dei, qui non ponit in numerum cū deitate, ideo non sequitur quòd Christus sit duo.

¶ Attende vir docte, ex hoc articulo collato cum 3ticu.3. in quæstionibus disputatis de vnione verbi incarnati, quantum seipso doctior fuerit hic Auctor, quantum distent fundamenta doctrinæ huius ab illis, vt scias omnem auctoritatem huic operi deferre.

¶ Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum secundum.

Titulus, vt sonat, sumendus est de esse simpliciter & absolute. Vertitur enim in quæstionem, an sicut dicimus in Christo simpliciter & absolute duas naturas, ita dicere possumus, in Christo duo esse simpliciter & absolute, an vero sicut in Christo non est nisi vnum suppositum, vna persona, ita non est nisi vnū esse. Et notandum est, quòd non quæritur de propositione, sed de re: non.n. quęritur, an illa propositio sit vera, Christus habet duo esse: sed an in Christo sint duo esse. Et licet ista quæstio uideatur prima facie locanda inter quæstiones substantiales de incarnatione, & non inter consequentes (vt ab Auctore locata est) si quis tamē profundius consideret, suo

Lib.5. meta. phy. tex.15. tom.3.

Articvlvs II.

Vtrum in Christo sit tantum vnum esse.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quòd in Christo nō sit tantum vnum esse: sed duo. Dicit enim Damascen.* in 3. libro, quòd ea, quæ consequuntur naturam, in Christo duplicantur: sed

3.dist.7.q.1. art.2.q.1.co. fi.& di.6.q. 2.artic.2. Et unio.artic.4. E quol.9. q.2.ar.2. Et opu.3. capit. 216.& 219. lib.3.cap.13.

ret, suo loco posita est, quoniam vnum sequitur ens: tota autem latitudo tractatorum ante illam quæstionem, spectat ad esse vel fieri incarnationis in se, vel enuntiatum. Vnde merito modo de vno vel multis tractatur. Nec propterea a substantialibus recediturquia vnum vel multa non addit naturam aliquam supra ens, hoc est illud, quod vnum vel multa dicitur secundum veram metaphysicam. Vna enim albedinis natura nullã entitatem addit supra albedinis naturã, & sic de aliis.

¶ In corpore duo principaliter fiunt, Primo, præmittuntur tria manuducentia ad ueritatem. Secundo, procedit ex duabus conditionalibus, & infertur conclusio respõsiua quæsito, quòd in Christo est vnum esse tantum.

esse consequitur naturam: esse. n. est a forma. ergo in Christo sunt duo esse.

¶ 2 Præterea. Esse filii Dei est ipsa natura diuina, & est æternum: esse autem hominis Christi non est diuina natura, sed est esse temporale. ergo in Christo non est tantum unum esse.

¶ 3 Præt. In Trinitate quãuis sint tres personæ, est tamẽ unum esse propter unitatem naturæ: sed in Christo sunt duę naturæ, quàm-

uis sit vna persona. ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo.

¶ 4 Præ. In Christo anima dat alicui quod esse corpori, cũ sit forma eius: sed non dat sibi esse diuinũ, cum sit increatum. ergo in Christo est aliud esse, preter esse diuinum: & sic in Christo nõ est tantum vnum esse.

Sed contra, Vnumquodque secundũ hoc dicitur ens, secundũ quod dicitur unum, quia ptu causa est, quia sicut personalia congenita non dant personæ singula propria esse, sed persona vnum esse habet relatum ad omnia personalia (Sortes enim non habet unum esse partiale a manu, & unum a capite, & vnum ab hepate, & unum ab oculis &c. quasi ex his confletur vnum esse totale, sed Sortes habet suũ proprium esse, quod est primo esse ipsius Sortis, & illo refertur ad omnia personalia, cum illo dicitur esse & ipse, & dicitur esse secundum caput, manus, pedes, &c.) ita si sunt aduentitia, sola relatio præexistenti esse acquiritur ad illa. Demum posita ipsa conditionali, declaratur sensus huiusmodi relationis in Christo, ut scilicet persona illa dicatur subsistere non solum secundum diuinam, sed etiam secundum humanam naturam.

¶ Quo ad primum præmittuntur tria. Vnum ex parte subiecti, quod est Christus, & duo ex parte prædicati, quod est habere esse vnum uel plura: ex parte siquidem subiecti præmittitur generalis regula, quòd quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo: quæ sunt hypostasis non multiplicantur. Et ratio redditur, quia in Christo sunt duæ naturæ & una persona. Ex parte vero prædicati præmittitur prius, quòd esse est de numero spectantium & ad naturam & ad personam: diuersimode tamen, quia personæ vt habentis seu quod est, naturæ autem ut principii, seu quo aliquid est. Et hoc probatur a signo, quia natura significatur per modum formæ, qua aliquid est ens uel tale, ut patet de albedine & humanitate. Deinde præmittitur aliud ex parte prædicati, scilicet quod esse est duplex, quoddam a forma vel natura pertinente ad esse personale, quoddam a forma uel natura non pertinente ad esse personale. Exemplum primi in homine, est esse quod homo habet ab anima. Exemplum secundi est esse quod habet ab albedine, & uniuersaliter ab accidentali forma, nam anima spectat ad personalitatem Sortis, albedo non. Ponitur autem in litera duplex inter hęc duo esse, differentia. Prima est penes simpliciter vel secundum quid, quia primum est esse Sortis simpliciter, & absolute: secundum autem est esse Sortis non simpliciter, sed ut est talis, puta inquantum albus. Secunda est penes vnitatem uel pluralitatem: quia secundum potest in vna & eadem persona multiplicari, ut patet: primum autem impossibile est in vna & eadem persona multiplicari: quia impossibile est, quòd unius res non sit unum esse.

¶ Quo ad secundum, prima conditionalis est, Si natura humana adueniret filio Dei non hypostatice, sed accidentaliter, oporteret in Christo ponere duo esse: unum, secundum quòd est Deus, & aliud secundum quòd est homo. Hæc conditionalis non aliter probatur in litera, nisi quòd deducitur ex præmissis, exemplum afferendo in Sorte de esse ipsius, secundum quòd est homo, & secundum quòd est albus, & rationem applicando, quia esse album, non spectat ad esse personale Sortis.

¶ Secunda conditionalis est, Si natura humana coniungitur filio Dei personaliter, secundum naturam humanam non adueniret sibi nouum esse personale, sed solum noua habitudo præexistentis esse personalis ad naturam humanam. Circa quam conditionalem quatuor apponit: nam primo narrat, quòd quotcumque sint integrantia personam, non nisi unum esse constituunt. Et hoc declarat in partibus integralibus, per ly esse autem & capitatum, & in partibus essentialibus materialibus, per ly & esse corporeum, & in partibus essentialibus formalibus, per ly esse animatum. Secundo declarat, quòd si pars aliqua personalis aduenireț præexistenti personę, idem esset iudicium quo ad unitatem ipsius esse, ita quòd ex adueniente noua parte non aduenireț nouum esse. Ita quod manifestauit, quod spectantia quecumque ad personalitatem, siue simul cum persona coęua sint, ut cum Sortes integer nascitur, siue aliquid eorum de nouo aduenìat prœexistenti personæ, unum tantum esse semper est. Et ratio est in promptu: quia non melioris sunt conditionis personalia ex hoc, quod aduenìunt post, quàm n essent congenita seu coęua personę: sed si essent congenita seu coęua, non nisi unum esse constitueretur. ergo si aduenìunt, non deserunt nouum esse. Tertio declaratur, quid noui personę aduenìat ex superaduentu personalium, & dicitur quod est relatio ad nouam partem personalem. Et huius quoque in promptium

¶ Hæc sunt in corpore articuli in quibus multæ sunt quæstiones. Prima domestica est de intentione, & sensu Auctoris, an scilicet Auctor intendat docere, quòd in Christo nullum est esse actualis existentiæ de genere substantiæ creatum, sed sola existentia increata. Secunda quæstio an ita sit in veritate, quòd in Christo nulla existentia substantialis sit nisi diuina.

¶ Quæstionis primę ratio est, varietas verborum ipsius Auctoris: nam in quæstionibus disputatis de vnione uerbi incarnati, Auctor clare dicit, in Christo inueniri duo esse, unum æternum, quod est esse principale suppositi, & unum temporale, inquantum verbum est factum homo, & hoc esse est esse secundarium illius suppositi. In hac etiam litera non concludit Auctor, quòd Christo secundum humanam naturam non aduenìat nouum esse. sed apponit ly personale, ut patet cum infertur conclusio circa calcem corporis articuli, quasi præseruauerit se auctor ab existentia actuali, ut est naturæ humanæ, non ut est personæ. In responsione quoque ad primum, non negatur totaliter dualitas esse sed cum comparatiuo magis dicitur, quòd esse magis retinet unitatem secundum unitatem hypostasis, quam habeat dualitatem secundum dualitatem naturæ. In quibus uerbi dualitas esse minus quidem affirmatur, non autem negatur totaliter, quasi tamquam quid secundarium, non nisi secundum quid affirmandum. In responsione quoque ad tertium duplex esse insinuatur, dum soluitur argumentum ex identitate naturæ & personæ in diuinis. & affirmatur conditionalis, quòd si ibi esset aliud esse naturæ, & aliud esse personæ, esset triplex esse. Hæc enim solutio insinuat, quòd quia in humanis, & in Christo, persona non est idem cum natura assumpta, aliud est esse personæ, & aliud naturæ, ac per hoc duo sunt in Christo esse. In oppositum autem est processus articuli secũdum planum illius sensum.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio sensus literæ huius, & doctrina Auctoris est, in Christo non inueniri aliquod esse actualis existentiæ substantiale, nisi esse existentiæ diuinum. Clare siquidem patet ex processu huius articuli, tolli a Christo omne esse, quod a quacumque re personali in Christo est nisi a deitate. Fundatur enim vis rationis literæ super hoc, quòd siue forma, siue materia siue pars, siue natura quæcumque sit spectans ad personalitatem alicuius, non affert suum esse, & propterea oportet alterum duorum dicere, aut quòd natura humana non spectet ad personalitatem Christi, aut quòd non attulerit Christo esse, quod dedisset personæ humanæ quam constituisset, si non fuisset assumpta. Ad hoc namque fundauit se Auctor super pertinentia, vel impertinẽtia formę ad personalitatem alicuius, vt pertinentia ad personalitatẽ alicuius, priuata fore singulis propris esse, ex hoc ipso quod ad alterius personalitatẽ spectant, monstraret: quoniam in hoc differunt personales a non personalibus formis, quòd non personales habent singulæ singula propria esse, ut patet, de albedine, dulcedine, quantitate, &c. personalia autem carent singulis esse. Et propterea si, pro quia, humanitas in Christo personalis res est, oportet quòd careat suo proprio esse, quod constat vocari esse actualis existentiæ, natũ principiari ab humanitate, seu natum esse humanitatis ut principij quo. Vnde perinde esset dicere humanitatem in Christo habere propriam existentiam: sed illam non esse simpliciter, aut principalem existentiam Christi: sed secundariam, ut secundum quid, puta inquantum est homo, & collocare humanitatem Christi in ordine formarum, seu naturarum non pertinentium

tium ad personalitatem, quibus conuenit afferre secum sua singula esse, & propterea multiplicare illa in vna & eadem persona. Cum tamen euidenter in litera clarum sit, humanitatem Christi locatam esse inter spectantia ad personalitatem, & ideo non afferre proprium esse: quia si afferret illud, multiplicaretur in vna, & eadem persona esse personale: quoniam esse proprium naturæ humanæ est esse personale: est enim ee Sortis, aut Platonis &c.

¶ Ad obiecta autem in oppositum respondendo ad primum dicitur, quòd opinio illa posita in quæstion. illa de unione uerbi, ut retractata censenda est, nisi quis adeo desipiat, ut puter doctrinam in hoc vltimo libro traditã, & in authẽticis libris eam prius probatam, scilicet in 3. sent. dist. 6. q. 2. & in quol. 9. q. 2. reducendam esse ad quæstiunculam vix cognitam inter opera Auctoris, & longe antefactã. Quæ rationabilius creditur colligendo condita, inter schedulas disputationum, quàm umquam edita a D. Tho. constat enim quæstionem illam de tanta re, hoc est de vnione verbi incarnati, imperfectissime materiam vnionis tractare, & per hoc dissonare ab alijs quæstionibus diffusatis eiusdem, & rationibus multum debilibus vti, vt patet conferenti illos articulos similibus in hoc opere, & quinq; tantum articulis rem tantam absoluere: præseferunt siquidem hęc quod diximus.

¶ Ad secundum sumptum ex corpore huius articuli dicitur, quòd nihil obstat: quoniam esse personale, & esse substantiale personalium, apud Auctorem idem est, & iam declaratum erat in hacmet litera hoc, quando illatum est, in Christo non aduenire nouum esse personale. Vnde ly personale, sumitur ibi, ut distinguitur contra accidentale; quia enim hæc duo tantum essendi genera in persona declarauerat, & Filio Dei ex humanitate esse assumpta, non aduenit nouum esse accidentale, sub quo substantiale esse existentiæ claudi oportet, quoniam humana natura non nisi substantiale esse existentiæ secum affert, quod accidentale esset filio Dei, ideo ad differentiam huiusmodi accidentalis esse addidit ly personale, alioquin conclusio nouum terminum apposuisset, & non sequeretur ex præmissis.

¶ Ad tertium sumptum ex responsione ad primum, dicitur q̃ comparatio cadit supra causas, & non supra effectus; unitas enim personæ, & dualitas naturæ sunt causæ, unitas uel dualitas esse est effectus. Docet ergo litera, quòd quia esse ad naturã se habet ut ad principium quo, ad personam uero se habet ut ad proprium subiectum quod, ideo magis urget unitas personæ ad unitatem esse, quam dualitas naturæ ad duo esse, ac per hoc, quia causa efficaciorem effectum habere debet, ponenda est unitas, & non dualitas esse in Christo. Hic est uerus & intentus sensus literæ, & responsione satisfacit argumento, ut patet, & consonat corpori articuli, nec vllam habet dissonantiam. Et si uis etiam grammatice literam construere, dispone construendo ly magis, supra ly secundum unitatem hypostasis, & similiter ly quàm, supra ly secundum dualitatem naturæ, & exponitos; & ideo magis secundum unitatem hypostasis retinet unitatem, quàm secundum dualitatem naturæ habeat dualitatem, & uidebis, quòd comparatio sit ad causas, non ad effectus.

Ad quartum sumptum ex responsione ad tertium dicitur, q̃ responsio ista supponit unum singularissimum uerum in prima parte habitum, scilicet quòd in solo Deo esse est naturæ proprium, ita quòd ipsius est & ut quo, & ut quod est. In cæteris namque esse est naturæ ut quo, personæ autem, quæ est aliud quid a natura, est ut quod. Hinc enim sequitur responsio literæ, scilicet quòd quia persona in diuinis est idem quod natura, non est aliud esse personæ præter esse naturæ.

Et bene nota ly præter, quia ex hoc uerbo insinuat, quòd supponit quòd esse sit naturæ. Et cum dixit, Non est aliud, intendit de illa alietate, qua persona est aliud a natura. In his enim, in quibus persona & natura secundum rem differunt, sicut persona est aliud a natura, ita esse personæ debitum, est aliud ab esse naturæ. Aliud autem non per positionem duorum esse, quorum unum sit aliud ab alio, sed per alteratem, ut ita dixerim, naturalem, quia alterius naturæ est esse, quod non debetur naturæ nisi per personam, cui primo conuenit, & alterius naturæ esset esse, quod conuenit naturæ absque expectatione

vnum & ens conuertuntur. si ergo in Christo essent duo esse, & non tantum vnum, Christus esset duo, & non vnum.

RESPON. Dicendum, quòd quia in Christo sunt duæ naturæ, & vna hypostasis, necesse est quòd ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint unum tantum. Esse autem pertinet, & ad naturam, & ad hypostasim: ad hypostasim quidem, sicut ad id quod habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid est, sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, quòd si est aliqua forma uel natura, quæ non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse personæ, quod in solo Deo inuenitur. Quia igitur in diuinis persona est idem cum natura uendicante sibi esse ut proprium, ideo non est aliud esse conueniens personæ quàm esse propriũ naturæ, & ideo tres personæ non habent nisi esse, & habent triplex esse, sicut est ibi triplex persona, si personæ esse distingueretur ab esse naturæ, hoc est, si personę deberetur proprium esse alterius rationis ab eo, quod debetur naturæ, quando esse est proprium naturæ. Et hunc esse intentũ sensum, uidere potes tum ex eo, quòd nec in creaturis apud Auctorem esse duplex ponitur, unum naturæ, & aliud personę: tum ex eo, quòd non triplex, sed quadruplex esse haberent diuinæ personæ, si esse personę esset aliud ab esse naturæ per positionem plurium esse in persona. & in natura, quia inueniretur præter esse naturæ in quo communicarẽt personæ, triplex esse personæ triplicis: in litera autem non nisi triplex infertur esse, si aliud esset esse naturæ, ab esse personæ: tum, quia hinc satisfit argumento, quòd non est eadem ratio de unitate uel pluralitate ipsius esse penes naturam, uel personam in Trinitate, & in mysterio incarnati Verbi: quia in Trinitate esse est naturæ proprium: & ideo eius unitatem sequitur, & non pluralitatem personarum, existente persona idem cum natura: in assumpta autem natura a Verbo, esse est proprium personæ: quia persona aliud est a natura: sicut in ceteris hominibus esse, quamuis sit a natura, non est tamen naturę, sed personæ proprium, & propterea ad unitatem personæ sequitur unitas esse, & ad pluritatem naturę non sequitur pluralitas ipsius esse. Nec satisfieret argumento si exponeretur litera, quòd ubi persona est aliud a natura, ibi sunt duo esse, unum naturę, & aliud personę: sed potius argumenti uis firmaretur, & concluderentur in Christo duo esse, unum naturę, & personę simul diuinæ, & aliud naturæ humanæ: quoniam persona Christi aliud est a natura humana assumpta. Est igitur indubie tenendum secundum Auctoris doctrinam, in Christo nullum esse actualis existentiæ substantialis inueniri, nisi esse actualis existentiæ Filii Dei, quod est ęternum, & ipse Deus.

¶ Circa secundam autem quæstionem multiplex dubium occurrit: nam primo dubitatur de præmissis: deinde de modo, quo ponitur Christus existentiam humanam habere: tertio, de ipsa conclusione: quarto, de sua contradictoria. Scotus in primis in 3. sentent. distinct. 6. q. 1. arguit processum istum quo ad fundamentum, scilicet quòd unum & idem est esse personæ & pertinentium ad personam, tum quo ad personam respectu naturæ, tum quo ad personam respectu partium. Et primo etiam arguit non sequi intentum sic, Esse naturæ & personæ est idem, quando est in proprio supposito; quia suppositum non addit rem supra naturam, sed negationem. ergo si a natura tollatur ratio suppositi, tollendo illas negationes, non propterea tollitur esse naturæ, sed remanet cum suo esse, ac per hoc in alia persona posita, haberet, & suum esse, & esse illius personæ. non est ergo idẽ iudicium de natura in proprio uel alieno suppositoquo ad unũ uel plura esse. Et confirmatur: quia sicut persona assumens non supplet identitatem personæ humanæ cum natura humana, ita esse personæ assumentis non supplet identitatem ipsius esse personæ humanæ, & naturæ humanæ.

¶ Contra secundum uero de partibus personæ arguit. Pars adueniens toti non dat esse toti, sed recipit: quia perficitur a forma totius: quod probatur: qa si remaneret distincta sicut prius, non reciperet esse totius, sed uel haberet proprium esse, uel nullum: sed natura humana unita uerbo non habet rationem partis, nec istam rationem partis: quia non informatur a uerbo, sed remanet simpliciter distincta. igitur uel nullum esse habet, uel aliquod esse proprium.

¶ Contra modum, quo ponitur Christum habere esse, secundum naturam humanam, scilicet quòd uerbum nouo modo relatiue se habet secundum illam, arguit. Si uerbum tantum habeat respectum nouum ad naturam illam, & ille est respectus rationis tantum, cum per respectum rationis non dicatur subiectum formaliter esse aliquid. ergo uerbum, inquantum homo, non erit formaliter aliquid. Consequens est contra illud, extra de hæretic. Cum Christus. ergo &c.

¶ Contra conclusionem ipsam, scilicet, in Christo nullum est esse existentiæ substantialis creatum, arguit septem uel octo, mediis.

dijs. Primo, Terminus per se generationis habet esse acquisitū per generationem: filius Dei homo est per se terminus generationis ex matre, ergo. Si dicatur, inquit Durandus, ꝙ generatio terminatur ad esse diuinum, non secundum se, sed relatum ad humanam naturam, Contra, Illud est per generationem acceptum, quod est per corruptionem mortis perditum: sed per mortem Christi non est amissa relatio Verbi ad naturam assumptā, sed esse vitale secundum naturam humanam. ergo illud non est per generationem acquisitum, sed hoc.

¶ Secundo, in Christo fuit duplex viuere, vt patet ex hoc, quòd vnū per mortem perdidit, ergo in ipso fuit duplex esse. Et tenet sequela ex secundo de Anima: Viuere viuentibus est esse.

¶ Tertio, anima Christi creabatur, ergo habuit creatam existentiam. Probatur sequela: quia creatio terminatur ad existentiā.

¶ Quarto, humanitas Christi est effecta & conseruatur a tota Trinitate, ergo secundum existere creatum, Probatur consequentia quia non secundum existere increatum, Probatur: quia nihil efficit se.

¶ Quinto, si natura assumpta a Verbo dimitteretur, non oporteret acquiri sibi nouum esse per generationem, nec per creationem: & tamen ipsa ex hoc, quod dimissa, non esset annihilata, nec esset ens in potentia (vt anima antichristi ante creationem) ergo haberet aliquod esse in actu, & non nouum: quia per nullam mutationem positiuam. ergo idem quod modo haberetur &c. Et si dicatur, inquit Durandus, quòd habet esse nouum, ergo est corrupta. Probatur dupliciter sequela: tum quia perdidit esse simpliciter, & acquisiuit aliud esse simpliciter: tum quia nisi hoc sufficiat ad corruptionem simpliciter naturæ, sed requiritur quòd nullum aliud esse recipiat, sequeretur quòd numquā poterit esse corruptio sine annihilatione.

¶ Sexto, natura angeli posset assumi a Verbo, & illa non posset manere eadem, nisi maneat sua existentia eadem secūdum istos. ergo nec natura humana modo posset manere eadem in Christo nisi maneret sua existentia. Consequentia est manifesta, quia ita est intrinseca sua existentia vni, sicut alteri.

¶ Septimo, fundamentum relationis naturaliter præcedit relationem, & secundum esse actuale, præcedit rationem relationis actualis: vnio ista fuit relatio actualis. ergo eius fundamentum præcessit naturaliter secundum esse actuale: fundamentum illud erat ipsa natura totalis. igitur &c. Confirmatur. Prius naturaliter anima perficit corpus, quam tota natura esset nata assumi: in illo priori forma fuit actus materiæ, & per consequens debatur esse sibi quod non corrumpebatur per assumptionem.

¶ Octauo arguitur ex doctrina Auctoris in 1.par.q.50.art.5. ex proposito probantis esse non posse separari a forma, sicut nec rotunditas potest separari a circulo, quia esse conuenit formæ secundum se, sicut rotunditas circulo. Ex hoc enim arguitur sic. Esse non potest separari a forma. ergo nec ab anima Christi, igitur anima Christi habet proprium esse.

¶ A Durando quoque in 3.sent.dist.6.q.2. vltra prælatta arguitur: quia agere est etiam suppositi sicut & esse, & præsupponit esse, & multiplicatur in Christo, ergo.

¶ Aureolus etiam & Io. de Neapoli apud Capreolum in 3.dist. 3.senten. arguunt. Ille quidem, quia esse existentiæ est actus quo formaliter essentia est, esse diuinum non actuat essentiam humanam. ergo humanitas Christi vel est actuata suo esse, vel adhuc perfecterat potentialis ad esse: nam esse diuinum non supplet vicem causæ formalis inhærentis. Ille autem, tum quia secundum Damas. quod est inassumptibile, est incurabile: tum quia Christus homo perfectus est, nihil minus habens tam in diuinitate, quàm in humanitate. Et qui oppositum dixerit plenus diaboli spiritu seipsum gehennæ filium demonstrabit, vt Damasus dixit in epistola recitata in lib.9.tit.15. Historiæ tripartitæ.

¶ Demum pro contradictoria conclusionis arguit Scotus tenens illam, tum quia humanitas Christi est extra causam suam, ergo habet necessario propriam existentiam actualem, sicut habet proprium esse quidditatiuum, licet non habeat propriam subsistentiam, quæ nihil positiui addit, tum quia Verbum subsistit in natura humana, sicut suppositum in natura, ꝙ quod proprie dicitur homo: & ideo est existens existentia huius naturæ, sicut per oppositum: quia ego non sum pes meus, nec subsisto respectu pedis, sicut respectu naturæ, ideo existentia pedis mei non est existentia mei, quāmuis sit in me: sed econuerso magis pes existit per existentiam mei. Nec est, inquit Scotus existentia humanitatis Christi existentia secundum quid, sed simpliciter, tam in se, quia est existentia de genere substantiæ, quæ est ens simpliciter, quàm respectu Christi: quia qualis est existentia in se, tale existere dat cuicumque existenti per ipsam: sed Verbum existit existentia ista, scilicet naturæ humanæ. ergo existit simpliciter per existentiam naturæ humanæ, & sic sunt duæ existentiæ simpliciter, non solum in Christo, sed Christi: tum quia in Christo sunt duæ voluntates & duo velle secundum Dam.c.62. sed esse intimius seu immediatius, se habet ad essentiam, quam velle ad uoluntatem. ergo magis necesse est pluralitari esse, secundum pluralitatem naturarum. Vel formetur sic. Natura ut distinguitur contra suppositum, est principium operandi. ergo est etiam principium essendi in actu: quia esse immediatius se habet &c.

¶ Ad eiudentiam horum, non sunt alia fundamenta iacienda, sed supra positum in litera fundamentum solide fabricandum: quāmuis enim dum non curamus de distinctione inter personam & naturam, dicamus, esse actualis existentiæ, de quo est sermo, esse actualitatem naturæ cuiusque creatæ. cum tamē exacte discernitur persona a natura, dicimus, ut in hac litera habet, ꝙ esse est actus naturæ, ut principij quo, personæ autem ut subiecti, seu quod habet ipsum esse: ita quòd natura est principium quo immediatum ipsius esse, sed non est receptiuum immediatū ipsius esse, sed mediante persona, ita ꝙ oportet naturam personari ad hoc, ut ab ea principietur actualiter ipsum esse, non ex defectu naturæ principiantis ut quo: sed quia deficeret susceptiuum primum ipsius esse, si non esset personata: persona enim est, cui primo conuenit esse ut subiecto, seu quod habet esse, seu quod est: & si his adiunxeris, quòd natura numquam est, quod est, sed semper est quo est, inuenitur siquidem natura existens, non ut quæ existit; sed ut qua aliquis existit, perspicies duo. Primum, quòd ad hoc, quòd natura existat, non exigitur quòd ipsa actuetur per existentiam, ut subiectum actuatur per formam in eo, sed sufficit, quòd ipsa sit, qua aliquis existit. Nec mirum est scientibus, quòd non omnia uno eodemque modo sunt, sed sat est unicuique entium esse modo sibi conuenienti; sunt enim multi essendi modi. Et naturis quidem ac formis consonus essendi modus est, non ut sint tamquàm quòd est, sed vt sint tamquàm quo est; nec plus eis debetur: sicut apud Peripat. principium est indubitatum, quòd formæ sunt. & non sunt absque sui generatione & corruptione. Aliud est, quòd quia prius natura personatur, quàm existentiam propriam constituat, intimior est persona naturæ, quàm existentia, ac per hoc si potest præueniri, ne constituat propriam personam, multo magis potest præueniri, ne constituat existentiam: ordine siquidem quodam, personalitas prius, & existentia deinde a natura constituitur propter antedictam rationem. Et ex his sequitur tertium, ꝙ natura carens propria personalitate; quia praeuenitur ab aliena, oportet consequenter, quòd careat propria existentia; si enim existentia propria non prouenit ab ipsa actualiter, nisi in propria persona, ex hoc ipso, quòd ad alienam trahitur personam, sequitur quòd ad alienam trahitur existentiam, illius scilicet personæ præuenientis ipsam. Et rursus, si existentia non debetur naturæ, ut quod est, sed ut quo est, personæ autem vt quod ex hoc ipso, quòd natura trahitur ad alienam personam, ut sit quo est, sequitur quòd sufficienter consecuta est existentiam; quia coniecta est existentiam illius personæ, modo conuenienti ipsi naturæ, scilicet ut quo; hoc enim ipsum, quod est, naturam aliquam esse naturam alicuius personæ actu existentis, est naturam illam existere, siue personalia sit constituta per illam naturam, siue non. Sicut igitur in Christo, ut inferius patebit, unam tantum filiationem, relationem realem ponimus ex defectu subiecti, ita in Christo ex defectu subiecti primi unum tantum esse ponimus. Primum enim subsistentialis existentiæ subiectum est persona. Repugnat autē diuinæ personæ existentia creata a duplici ratione. Prima est ex diuinitate; quia

diuina

diuina persona non potest recipere in se creatum aliquid. Secunda est, ex communi ratione personæ: quia personæ unius non est nisi unum esse substantiale. Et hæc ratio in litera ponitur. Quocirca quia humanitas Christi præventa est in mysterio incarnationis, ut propriam non sortiretur personalitatem, sed ad personalitatem Verbi assumpta est, ió quasi impedita est a proprio esse, & est sortita esse personæ diuinæ, ex hoc ipso, quòd esse diuinæ personæ natura dicta de illa in quid. Habet enim ex hoc suum essendi modum, scilicet, esse ut quo. natura enim personæ est ut quo, nec plus sibi debetur.

¶ Ad primo ergo obiecta contra fundamentum processus, quia idem est esse naturæi & personæ, respondetur prę-

cundum quòd est homo, quia esse albū, non pertinet ad ipsum esse personale Sortis. Esse autem capitatum, & esse corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad unam personā Sortis: & ideo ex omnibus his, nō fit nisi d unum esse in Sorte. Et si contingeret, quod post constitutionem personæ Sortis, adueniret Sorti manus, vel pedes, uel oculi, sicut accidit in cæco nato, ex his non accresceret Sorti aliud esse, sed solum relatio quædam ad huiusmodi, quia

mittendo tamen, quòd fundamentum Auctoris est quidem identitas ipsius esse respectu naturæ & personæ, sed non sola identitas, sed adiuncta modi diuersitate respectu utriusque: quia scilicet illud idē esse est naturæ, ut quo: personæ, ut quod. Ex identitate enim esse eum hac modi diuersitate, procedit litera, ut patet. Sed Scotus contra solam identitatem affert pro causa, & hoc est primum, in quo argumentum deficit. Veruntamen quia identitas quoque causa est, respondetur quòd falsa ratio redditur, quare esse est unum utriusque, quia scilicet, non differunt re aliqua: quoniam, ut patet ex superius discussis, persona addit rem aliquam supra naturam: addit enim terminationem ipsius. Vnde argumentum Sco. assumit, & non causam pro causa, & falsum. Vera autem causa est: quia esse unicuique rei sufficit suo modo. propterea enim personæ & personalibus omnibus sufficit unum esse: quia eodem esse persona est, ut quod, personalia vt quo, uel secundum quòd, uel alio simili modo. Et per idem patet responsio ad confirmationem: non oportet enim personam supplere identitatem cum natura, sed sufficit, quòd suppleat personalitatem illius naturæ. Ex hoc enim, quòd uerbum supplet humanitatis personam, supplet etiam illius esse, quia fit ipsum quod est humanitatis, ac per hoc humanitas existit, ut quo est personæ, quæ est humanitatis quod est.

¶ Ad obiecta vero eiusdem, contra unum esse partis & personę respondetur, quòd si vis fiat in uerbis, assumitur non causa ut causa: non enim ideo pars est contenta ipso esse totius, quia perficitur per formam totius: sed quia spectat ad integritatem totius. Ex hoc enim fit, ut sit contenta modo essendi congruo, ac debito integrantibus personam, scilicet ut existant per existere totius, ex hoc ipso, quòd totius integratiua sunt. Et proportionaliter in proposito dicitur, quòd quia humanitas Christi pertinet ad personalitatem Christi: quia est assumpta quasi ad integritatem personæ Christi, non quasi suppleat defectum aliquem in persona Christi, ut sit persona Christi persona illius humanitatis, ideo humanitas Christi non dat nouum esse Christo: sed contenta est consono sibi essendi modo, vt. s. exist at ex hoc ipso, quòd est natura Christi.

¶ Ad probationem autem, quia si pars maneret distincta a toto, ut prius, & cetera, dicitur quòd ista conditionalis non probat probandum: quoniam cum ipsius ueritate stat falsitas causalis assumptæ, quæ negata est. Veruntamen ad rem dicendo, non faciendo uim in uerbis, respondetur quòd si pars remaneret distincta & omnino diuersa a tota, dumtamen esset toti unita pars personaliter, non afferret nouum esse, sed existeret per esse sui totius. Et in proposito humanitas Christi non sic aduenit personæ diuinæ, ut sit distincta ab illa sicut prius: sed est indiuisa a persona secundum esse personale, ita quòd non est sicut pars separata, sed est sicut pars coniuncta secundum esse substantiale: est enim assumpta in personalitatem positiuam uer bi Dei. Et ex hac personalitate communicata humanitati Christi perfecta est humanitas illa, multo plus, quam quæcumq; pars perficiatur per hoc, quòd aduenit suo toti: acquisiuit enim perfectionem infinitam, acquirendo personalitatem infinitam. Quo fit, ut quia humanitas Christi non remanet distincta, sed indistincta secundum esse substantiale a Verbo, consequens sit, ut non det Verbo nouum esse, sed ipsa fit per esse infinitum ipsius Verbi.

A ¶ Ad obiecta deinde eiusdem Scoti contra modum, respondetur, quòd ex malo intellectu literæ procedit. Interpretatur siquidem arguens Auctorem dicere, inter Verbum & naturam humanam non esse coniunctionem, nisi relatiuam relatione rationis ex parte Verbi: & ideo arguit, Si tantum habet relationem &c. Hic autem sensus longe est a nobis, plus quā terra a cælo: quoniam secundum doctrinam Auctoris sæpe repetitam, inter Verbum, & humanitatem assumptam est coniunctio substantialis, quam comitatur vnio relatiua.

scilicet diceretur esse nō solum secundum ea, quæ prius habebat, sed etiam secundum ea, quæ sibi postmodum aduenium. Sic igitur, cum humana natura coniungatur filio Dei hypostatice vel personaliter, ut supra dictū est,* & non accidentaliter, consequēs est quòd secundum humanam B naturam non aduenīat sibi nouū esse personale, sed solum noua habitudo esse personalis præexistentis ad naturam humanam, ut scilicet persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum

q.2.arti.6.

Sed quia coniunctio ista substantialis non est secundum nouum esse ipsius humanitatis, sed secundum æternum esse ipsius Verbi, ideo Auctor ad excludendam acquisitionem noui esse, dicit quòd solum aduenit sibi noua relatio, & non dixit hoc ad excludendam coniunctionem substantialem secundum personalitatem & illius esse, vt clare patet in litera: quin potius cum dictio exclusiua non excludat a concomitantibus nec fundamētum a relatione, ponendo solum nouam relationem acquiri, intelligitur præacquiri fundamentum illius, quod est personalis coniunctio, super qua fundatur relatio noua personæ ad natu-C ram. Vnde patet argumentum totaliter ruere.

¶ Ad obiecta contra conclusionem respondendo, ad primam Scoti dicitur, negando maiorem ad sensum arguentis: generationis enim terminus habet esse nouiter acquisitum, uel antiquum nouo modo se habens.

¶ Vnde ad obiectionem Durandi contra hanc responsionem, dicitur, quòd si maior intelligatur cum præcisione, falsa est: nam licet illud per generationem sit acceptum quod est per corruptionem mortis amissum, non tamen illud præcise. Sed si ad terminum formalem generationis proposito restringatur, concedatur: sed terminus formalis est natura, uel anima in corpore, & per mortem humanitas ipsa corrupta est per separationem animæ a corpore. Quāmuis etiam dici possit, salvari esse minorem: quia desinente per mortem humanitate Christi, quæ est ipsa natura humana resultans ex partibus vnitis, oportuit quo que desinere vnionem Verbi ad illam secūdum se, quāmuis remanserit ad illam secūdum vtramque sui partem, animam scilicet & corpus

¶ Ad secundum Scoti dicitur, q̄ verbum Philosophi uerum est D de uiuere essentiali & de esse essentiali: viuere enim est esse essentiale. Et hoc in Christo duplex fuit, & unum eorum quod in coniunctione animæ & corporis consistit, corruptum est per mortem, & non intelligitur de esse actualis existentiæ.

¶ Ad tertium dicitur negando sequelam. & ad probationem, q̄ creatio terminatur ad rem, quæ creatur sub existentia noua simpliciter uel illi rei, quæ creatur. Et sic anima Christi creata est, ut existat existentia noua sibi, non noua simpliciter.

¶ Ad quartum dicitur, quòd humanitas Christi effectiue conseruatur, & facta est a tota Trinitate secundum esse existentiæ increatum communicatum sibi. Nec sequitur quòd Dens efficiat ideo se, aut suum esse, sed quòd effecerit, & conseruet se, suum esse communicatum humanæ naturæ personaliter.

¶ Ad quintum dicitur, q̄ si humanitas Christi dimitteretur a uerbo, sortiretur nouam personalitatem & nouam existentiam, non per aliquam nouam actionem, sed per antiquam actio-E nem, qua a principio effecta fuit. Illa enim actio tamquam impedita a completione proprij effectus, ob prævenientem personalitatem Verbi non est hactenus consecuta effectum propriæ personalitatis & propriæ existentiæ. Modo autem dimissio ipsa esset tamquam remotio prohibentis, & sic sortiretur effectum nouæ personalitatis & noui esse. Et probatur sic esse dicendum: quia perinde se haberet humanitas dimissa, ac si non fuisset assumpta: sed constat quòd si non fuisset assumpta, ex sua generatione propriam personalitatem, & propriam existentiam habuisset. igitur si dimitteretur, acquireret propriam personalitatem & propriam existentiam a generante, per se loquendo, & a dimittente per accidens, tamquam a remouente prohibens. Et per hæc patet ad formam argumenti, quòd haberet esse nouum per nouam mutationem: licet per accidens, tamquam remotionem prohibentis, & per antiquam per se, soluto impedi-

impedimento: sicut graue impeditum mouetur a generante per se, a remouente prohibens per accidens. Habet enim a generante humanitas plus ad personalitatem propriam & propriam existentiam, quam graue ad motum deorsum, cum illa seipsa ad hoc tendat intime: hoc autem per grauitatem & extrinsece: in cuius signũ illa per solam omnipotentiam diuinam potest impediri, hoc autem a naturalibus, & uoluntariis impeditur passim.

¶ Ad obiection em autem Durandi dicitur, quòd talis dimissio esset nonnulla corruptio: quoniam corrumperetur humanitas non in se, sed secundum esse coniunctũ Verbo, & perderet duo scilicet personalitatem diuinam sibi, & existentiam diuinam sibi, & acquireret personalitatem propriam, non solum sibi, sed simpliciter: & similiter existentiã propriam, & sibi, & simpliciter: sic esset secundum rem. Ad rationes autem terminorum spectando, dicitur quòd corruptio simpliciter naturæ compositæ (qualis est humanitas Christi) non attenditur penes esse actualis existentiæ, sed penes esse essentiæ, quod ex eo clare patet, quòd humanitas Christi per mortem corrupta est, ex hoc quòd anima separata est a corpore. Et in hoc omnes conuenimus, quamuis secundum Auctorem & multos, nullum esse actualis existentiæ fuerit per Christi mortem corruptum. Quum igitur ex perditione esse corruptio simplicitet infertur, nisi sit sermo de esse essentiæ, aut de esse vt includit esse essentiæ, negetur sequela. Et per hoc patet quòd subiuncta probatio nihil ualet dicendo, Si non sufficit perdere vnum esse existentiæ, & acquirere aliud, sed oportet etiam nullum aliud acquirere, ergo annihilatio. Stat enim, quòd perdat unum, & nullum aliud acquirat, & non annihileur, sed corrumpatur per expoliationem materiæ ab illa forma. Si enim in ipsa dimissione humanitatis a Christo, anima illa separaretur a corpore, tunc humanitas Christi perderet unum esse, & nullum aliud acquireret, quia non esset, & tamen non annihilata esset: quia remaneret, & materia cum forma caruaret, & anima intellectiua cum noua existentia modo præexposito.

¶ Ad sextum Scoti negatur, quod apud nos natura Angeli non esset eadem, nisi sit eadem existentia.

¶ Ad septimum conceditur, quod fundamentum est prius secũdum actualem existentiam relatione, & in proposito: dicimus enim quod humanitas Christi fuit prius existens, quàm relata ad Verbum. Sed negatur sequela: ista fuit existens, ergo propria existentia, stat enim quòd fuerit existens existentia Verbi. Et hæc responsio satisfacit omnibus argumentis, quæ fiũt de agere, q̃ supponit existere, & de accidentibus, quod supponunt subiectum existere, & similibus, cõceditur enim semper, quod hęc omnia in Christo supponunt humanitatem existere: sed ab existentia ad existentiam propriam, nõ valere constat argumentũ: stat enim quod præexistat existentia communicata sibi ex personalitate Verbi sibi communicata.

¶ Ad confirmationem dicitur, quod anima Christi informabat corpus, & dabat ei esse animatum, esse dico essentiæ: essentialiter siquidem constituebat animatum corpus, non autem esse existentiæ propriæ, sed antequam daret hoc, præuenta fuit ex assumptione ad personam Verbi.

¶ Ad octauum ex doctrina Auctoris dicitur quod doctrina Auctoris intelligitur de separabilitate naturali, quod scilicet impossibile est naturaliter formam separari a suo esse. Et ex hoc cõcludit efficaciter formas subsistentes per se absque materia, esse incorruptibiles, anima aũt Christi absque proprio esse ex diuinæ omnipotentię præuentione. Nec obstat exemplum de circulo & rotunditate, quia exempla & similia non currunt in omnibus. Et si exigat pars exactam responsionem ad singula, dicito quod hæc propositio, Formæ conuenit per se proprium esse, potest intelligi dupliciter. Primo, quod per se conueniat formæ vt principio, & sic est vera, sed quia perfectas principij est impedibilis per superiorem causam, ideo cum huius propositionis ueritate, stat, quod in Christo anima præuenitur a proprio esse, cuius per se esset principium. Alio modo intelligitur, quod per se cõueniat formæ ut principio & subiecto, sicur propria passio conuenit subiecto proprio. Et sic hæc propositio nõ est vera, nisi de forma, propria personalitate seu substantia terminata, qualis non est anima Christi, quæ non nisi per Verbum subsistit. Vnde Auctor ibi ex prima propositione, Forma inquantum forma, subsumpta secunda de forma per se subsistente, concludit Angelos incorruptibiles. Et vere sic est, quia implicat formam per se subsistere absque proprio esse, non minus, quàm circulum absque rotunditate inuenire.

¶ Ad Durandum dicitur, quòd licet esse, & agere conueniant in hoc, quòd vtrumque est suppositi, quia tamen diuersimode sunt suppositi, ideo non est similis de illis ratio quo ad unitatem, vel pluralitatem. Esse enim est suppositi immediate, ut subiecti, agere autem nõ suscipitur in suppposito, nisi mediante natura & potentia eius: & iccirco agere multiplicatur cum pluralitate naturæ, esse vero est cum persona vna.

¶ Ad Aureolum dicitur, quòd esse existentiæ non actuat essentiam nisi terminatam, hoc est personatam, seu per se subsistentem: & quia humanitas Christi non est terminata propria personalitate, sed personalitate Verbi, ideo non conuenit sibi actuari per existentiam. Et hæc intellige, loquendo de Actuare & Actuari per modum inhæsionis. Nam si de Actuare, & Actuari, infra totam latitudinem suorum modorum sermo sit, non est remotum a Philosophia diuina, Deum posse actuare rem creatam. In cuius signum diuinam essentiam esse actum cuiuscunque intellectus uidentis ipsam, & Theologi, & Philosophi fatentur. Cum ergo naturam humanam in Christo ex diuina personalitate, & esse diuino perfici fateamur, non est absonum fateri etiam, quòd actuatur aliquo etiam modo per personalitatem, & esse diuinum. Quocirca cum dicitur, aut est actuata proprio esse, aut perseuerat potentialis ad proprium esse, dicitur quòd proprie loquendo, utraque pars disiunctiue est falsa, quoniam ex assumptione ad diuinum esse perfecta est potentialitas ad existentiam longe excellentius, quàm fuisset perfecta per propriam existentiam: sicut posse personari in propria persona, longe excellentius perfectum est per personam Verbi, quàm fuisset perfectum per propriam personalitatem. Et quia potentiæ perfectio actuatio uocatur, ideo dicere poses, quòd potentia ad propriam existentiam est actuata non per proprium, sed per diuinum esse, longe excellentius, & perfectius, quam fuisset actuata per proprium esse. Et ideo non remanet humanitas Christi potentialis, hoc est in statu potentiali ad propriam existentiam, ad quem statum rediret, si dimitteretur a Verbo, cessante tam excellenti actuatione, prohibente naturam ab imperfectioribus sibi propriis & connaturalibus, personalitate scilicet & existentia propria.

¶ Ad Iohannem de Neapoli dicitur, quòd utraque auctoritas cum sibi similibus loquitur de naturalibus, ut distinguuntur contra personalia, ita quòd Christus habuit omnia humani naturalia, non personalia, & quòd de naturalibus est inassumptibile, est incurabile. secus est de personalibus. Probatur hæc glosa ex fidei catholicæ sententia, dicentis in Christo non esse personam, nisi diuinam, non est ergo in Christo personalitas humana: quam tamen constat in reliquis hominibus inueniri. Idem est autem iudicium de personalitate, & propriis personæ, ut distinguitur contra naturam. Aut igitur dicant isti personas nostras esse incurabiles, quia persona est inassumptibilis, & similiter Christum non perfectum hominem, quia caret personalitate humana, quorum utrumque alienum esse a ueritate constat, aut uniuersaliter sic fateantur, quòd non de personalibus hominis, sed de naturalibus est sermo, quum Christus perfectus homo dicitur, & assumpsisse omnia humana, & similia, attestante hoc Symbolo Athanasij, explicante, naturalia sufficere ad hoc, quòd Christus sit perfectus homo, dum dicit de Christo, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.

¶ Ad obiecta demum Scoti pro contraria positione, respondendo dicitur ad primum, quod consequentia nihil ualet, quia esse actualis existentiæ, realiter distinguitur ab esse essentiæ, seu quidditatiuo. Et diuina præuentione factum est, ut humanitas Christi, extra causam suam actu sit per existentiam Verbi, & non per propriam. Vbi aduerte pro clariori intellectu, quòd non est imaginandum (ut isti putant) quòd additio partis ad personam, sit uelut additio quanti ad quantum, siue per modum

illud esse æternũ filij Dei, quod est diuina natura, fit esse hominis, inquantum humana natura assumitur a filio Dei in vnitatem personę.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut in 1. parte dictũ est, * quia persona diuina est idem cũ natura, in personis diuinis non est aliud esse personæ p̃ter esse naturæ, & ideo tres p̃sonę nõ habẽt, nisi unum esse. Haberent autem triplex esse, si ĩ eis esset aliud eẽ:

AD SECVNDVM dicendum, q̃ diuinam naturam, sed etiam secũdum humanam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse consequitur naturam, non sicut habentem esse, sed sicut qua aliquid est: persona autem siue hypostasim consequitur, sicut habentem esse. Et ideo magis retinet unitatem secũdum unitatem hypostasis, quàm habeat dualitatem secundum dualitatem naturæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modum continuationis, puta cum aqua aquæ continuatur, vbi ex duab. quantitatibus partialibus fit vna totalis quantitas, partialiter inhærens partibus totius aquæ, siue per modum aggregationis, puta cum alimentum auget hominem, qui alitur ex illo, vbi non remanet quantitas cibi potusque alentis: sed sic adiungitur alito, vt subinduat quantitatem ipsius, qui alitur, extendēte illam aīa, vt in secundo de anima dr. Nam si oculus adueniret de nouo Sorti, neq; existentiam propriam partialem adiungeret existētię Sortis, cū existentia Sortis sit idiuisibilis, nō extensa per se aut per accidens quia de genere est imateriali, vtpote propria animę intellectiuæ, quæ inextensa est omnino i corpore. Nec aduenies oculus subinduceret existentiam Sortis, tanquā formā ad se extensam p inhæsionem sibi, ita q̄ existentia Sortis inciperet inhærere oculo nouo. q̄m huiusmodi inhæsio non deberet parti, sed sufficienter prouisum est parti de existentia in hoc ipso, quòd est pars personæ existentis. Nec vī etiam intelligibile quòd secus posset esse: quomodo namque existentia indiuisibilis propria alicui, intelligetur actuare quantum aliquod, seu etiam non quātum adiunctum nisi mediante illo, cui est propria? Et quia idē est iudicium de oculo adueniente de nouo & oculo congenito, & de hac & reliquis partib. ideo humanitas Christi, q̄ quasi pars quædam est personæ Verbi (quia ad personalitatē propriam Verbi assumpta est) inuenitur sufficienter posita extra causam suam existens absque propria existentia, & absque hoc, quòd actuetur per informat onem in hæsiuam ab existētia Verbi: sibi enim non debetur existentia nisi per personam, cuius est.

¶ Ad secundum dicitur, q̄ ex hoc, quòd Verbum subsistit in natura humana sicut suppositum in natura, non sequitur quòd existat per existentiam illius naturæ: sed bene sequitur econtra quòd natura illa subsistat per existentiam Verbi. Ad probationem autem ex opposito de pedis existentia dicitur, quòd peccat secundum non causam vt causam. Neque enim, quia Christus est homo, causa est quòd existat humana existentia: neque quia non est pes, causa est quòd non existat existentia pedis: sed ratio propria est, quia personæ soli debetur esse, vt subiecto quod est. Ad id vero quod subditur de qualitate existentiæ humanæ in Christo, scilicet quòd est existentia simpliciter & in se, & Christo, non oportet aliter respondere: quoniam negata in Christo existētia humana, vana est disputatio de qualitate existentiæ humanæ in ipso.

¶ Ad tertium dicitur, negando sequelam, esse est intimius seu immediatius. ergo magis multiplicatur. Melius tamen dicitur quòd intimius seu immediatius alicui dupliciter, vel vt principio, vel vt subiecto. Et subditur, quòd esse est intimius naturæ vt principio, quàm velle voluntati: sed velle immediatius voluntati vt subiecto, quàm esse naturæ vt subiecto: quia esse nō naturæ, sed personæ est vt subiecti proprij: velle autem est voluntatis vt proprij subiecti. Et propterea non sequitur, quòd si velle pluraliter fiat ad pluralitatem voluntatum, quòd esse pluraliter fiat ad pluralitatem naturarum.

¶ Ad vltimam formationem argumenti, concedi potest totū, & dici quòd non ex defectu naturæ immediate principiantis esse, sed ex defectu susceptiui, s. personæ propriæ sit, vt natura non principiet actualiter actum essendi, & principiat actualiter actū operandi: quia non deest proximum susceptiuū operationis. Concede ergo, q̄ natura vt distinguitur contra suppositum, est principium & operandi & existendi: sed negetur sequela implicita, ergo actualiter principiat existere in Christo, sicut actualiter principiat operari: quia natura, vt distinguitur contra suppositum, est non solū principiū, sed etiam susceptiuum proximū operandi: sed existentiæ est solum principium, & non est susceptiuum propriū. Natura n humana est principium existendi personæ propriæ, vt proprio subiecto, quæ in Christo non est: & ideo non principiat existentiam in Christo: sed operandi est principium sibipsi vt proprio subiecto distinguendo naturam contra suppositum, vt dictum est. Et ideo in Christo principiat proprium operari: & propterea operari multiplicatur secundum naturas, esse autem non.

¶ Attende diligenter & caute nouitie, quòd ista decisio pēdet ex duab. quæstionibus communibus. Altera est, An existentia & essentia distinguantur realiter. Altera, An existentia substantialis sit persona vt proprij susceptiui, an cōiter sit personę vel naturæ. Præsupponit enim doctrina ista, & esse aliā rem esse ab essentia, & esse debere personæ, vt proprio subiecto. Et qm variæ sunt opiniones circa hæc, cum de Christi existentia humana qō est, noli hęc intelligere quasi sint fidei, noli pertinax esse in conclusione, nisi euidentiam prius habeas de cōib. qōnib⁹: sed vt rōnabiliter ac cōsona hęc amplectere.

¶ In eodem art. 2. q. 17. in rñsione ad 5m, intellige perspicaci⁹, quòd quia vnio diuinorum humanorumque in Christo est in persona & non in natura (conuenerunt namque diuina & humana in vnam personam, non in vnam naturam) ideo cum additis, quòd esse diuinum factum est esse hominis, quia natura humana assumpta est in vnitatem personæ, distinctionem de ipso esse in communi penetra, quatenus ipsum esse est vel personæ vel naturæ. Quamuis enim vnum idemq; sit esse naturæ ac personæ, alia tamen ratione est naturæ, & alia personæ nam naturæ est vt principij, personæ vt susceptiui, vt dictum est. Quocirca conuenire n esse, quatenus est naturæ, est conuenire ad integritatem principij ipsius esse: hoc est, fieri partes naturæ, quæ est principium essendi. & sic materia & forma conueniūt in vno esse, vt esse est naturæ. Conuenire autē in uno esse, quatenus est personæ, est conuenire seu spectare ad integritatem personalium: & sic caput & pedes & reliquæ partes, & natura ipsa cum suis partibus conueniunt in esse vt est personę. Vnde patet quòd esse diuinum, non quatenus est naturæ communicatum, est humanitatis Christi: quoniam constat humanitatē Christi non concurrere cum deitate ad integrandū quasi principium ipsius esse: sed est communicatum vt est personæ: quoniam humanitas Christi assumpta est ad personalitatē Verbi: ita quòd est de numero spectantium ad personalitatē nitij Dei, modo nostram intelligentiam excedente. Et propterea non sequitur, quòd vnio sit facta in natura, nec quòd vnio sit facta cū Patre & Filio: communicatum siquidem est humanæ naturæ esse diuinum, non vt est naturæ, nec vt est cuiuscumque personæ diuinæ, sed vt est personæ Filij, quia assumpta est ad personalitatem Filij tantum.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli, habes clare responsionem de effectu formali intrinseco, quem formam oportet ponere in sua materia, quod est esse essentiæ, ita quòd forma substantialis dat materiæ substantiale esse essentiæ, constituendo substantiæ naturam, seu essentiam completam, & similiter anima dat esse animatum (quod alio nomine dicitur esse viuum) constituendo essentiam viuam seu animatam, & sic de alijs. In hoc enim consistit effectus formalis, à quo non potest separari etiam per intellectum forma in materia. Et si non intelligis formæ vlteriorem progressum, non habes adhuc (vt in litera dicitur) illud quod est, sed solummodo naturam, quia aliquid est, quæ scilicet est essendi principium non subiectum. Et ideo ex hoc, quòd forma seu anima necessario dat esse corpori, non habetur quòd esse sit naturæ & subiecti quod, sed quia constituit naturam, quæ est quo, relinquit subsecuturum illud, quod est quod: & ideo esse est personæ in ordine ad naturā, &c. vt prædeclaratum fuit. Superius quoque, cum tractatum fuit, an corpus mediante anima assumptum fuerit, declaratum est quòd in calce huius responsionis subditur, scilicet quòd anima in formando corpus, sicque in esse perfecto constituendo naturam humanam, est causa habitudinis vnionis humanæ naturæ ad Verbum.

QVAESTIO XVIII.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad voluntatem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de unitate quātum ad uoluntatem.

¶ *Super Quæstionis 18. Articulum primum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt, primo recitatur erronea positio tenentium partem negatiuam: secundo respondetur secundū veritatem. Quò ad primum refertur, quòd in hanc communem

conclusionem multi errantes conuenerũt, scilicet, in Christo, non sunt duæ voluntates. Quadrifariam autem hi diuisi sunt. Apollinaris enim ex negatione animæ intellectiuę i Christo, negat voluntatem humanam. Euthices ex vnitate naturæ compositæ, vnam quoque voluntatem ponit. Nestorius sola creatam naturam in Christo ponens, vnitam Deo secundum conformitatem affectus, negat diuinam voluntatem in Christo. Macharius autem ex negatione ꝓprij motus in humanitate Christi voluntatem humanam in Christo negauit. vbi vides quòd omnes conueniunt in negatione duarum in Christo voluntatum, dum aliqui diuinam, aliqui humanã à Christo tollunt, aut vtranque tollere coguntur, & ponere vnam tertiam naturæ compositæ. Sed de Macharij positione non satis liquet, de voluntate, quæ est naturalis potentia, sed de voluntate, hoc est actu volendi, quoniam non negat potentiã, sed motum proprium humanæ naturæ in Christo. Verum, quia frustra fuisset voluntas sine vllo velle semper, ideo dicitur quòd negauit humanam in Christo voluntatem.

3.dist.14.ar.1.q.1.cor.& dist.17.ar.1.q.1.& 4.c.5.c 36.& po.q.10.arti.4.ad 13.& opu 3.c.218.& 10.6.l.4.

¶ Quòd ad secundum respondetur affirmatiue, In Christo sunt duæ voluntates, diuina, & humana. Probatur dupliciter. Primò auctoritate Synodi, quæ propter huiusmodi errores extirpandos hoc determinauit. Secundò ratione tali: Filius Dei assumpsit naturam humanam perfectam, & nihil illi propterea defuit de perfectione naturæ diuinæ. ergo habet duas voluntates, diuinam scilicet & humanam. Probatur consequentia, pro prima quidem parte, quia ad perfectionem humanę naturæ pertinet voluntas, quia est naturalis illius potentia,

Lib.3.orth.fid.c.14.

Li.2.de fid.ad Gratia.c.3.a medio, to.2.

Super illud Lu. Non sicut ego uolo.lib.10.in Luc.to.5.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrũ in Chro sit alia uolũtas diuina, & alia humana.

¶ Secundò, Vtrum in humana natura Chri sit alia uolũtas sensualitatis, & alia rationis.

¶ Tertiò, Vtrũ ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

¶ Quartò, Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

¶ Quintò, Vtrum uoluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ uoluntati in uolito.

¶ Sextò, Vtrũ in Chro fuerit aliqua contrarietas uoluntatum.

Articvlvs primvs.

Vtrum in Christo sint duæ voluntates.

Ad primvm sic procedit. Vr ꝙ in Christo nõ sint duæ voluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas.n. est primum mouens & imperans in unoquoq; uolẽte: sed in Chro primum mouens, & imperans fuit uoluntas diuina, quia oĩa humana in Christo mouebaẽ ꝼm uoluntatem diuinã. ergo uꝝ quòd in Christo non fuerit nisi una uoluntas, scilicet diuina.

¶ 2 Præt. Instꝼm non mouetur propria uoluntate, sed uolũtate mouentis: sed natura humana fuit in Christo, sicut instꝼm diuinitatis eius. ergo natura humana in Christo non mouebaẽ propria voluntate, sed diuina.

¶ 3 Præt. Illud solũ multiplicaẽ in Christo, quod pertinet ad naturam. Voluntas aũt non uꝝ ad naturam pertinere, quia ea quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate: quod aũt est uoluntarium, non est necessarium. ergo uolũtas est una tantum in Christo.

¶ 4 Præt. Dama.* dicit in 3. lib. ꝙ aliqualiter uelle non est naturæ, sed nostræ intelligentiæ, i. personalis: sed omnis uoluntas est aliqualis uolũtas, quia nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. ergo omnis voluntas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & est una tantum persona. ergo in Christo est una tantum uoluntas.

Sed contra est, quod Dñs dicit Luc. 22. Pr, si uis, transfer calicem istum à me, ueruntamẽ non mea uoluntas, sed tua fiat: quod inducens Ambr. ad Gratianũ Imperatorẽ dicit,* Sicut susceperat uoluntatem meã, suscepit tristitiam meam. Et super Luc. dicit, † uoluntatẽ suam, ad hoĩem retulit, Patris, ad diuinitatẽ. uoluntas.n. hoĩs est tpalis, uoluntas diuinitatis æterna.

Respon. Dicendum, ꝙ quidam posuerunt in Christo esse unam solam uoluntatẽ: sed ad hoc ponendum diuersimode moti esse uidentur. Apollinari enim non posuit animam intellectualẽ in Christo, sed ꝙ Verbum esset loco animæ, uel etiã loco intellectus. Vnde cũ uolũtas sit in natione (ut Phil. dicit in 3. de Anima) *sequebaẽ ꝙ in Christo non esset uoluntas humana, & ita in eo non esset nisi una uolũtas. Et similiter Euthices, & oẽs qui posuerunt unam naturam compositã in Christo cogebantur ponere unam uoluntatem in eo. Nestorius etiã, qa posuit unionẽ Dei, & hoĩs esse factam solum ꝼm affectũ, & uoluntatẽ, posuit unam uoluntatẽ in Christo. Postmodũ uero Macharius Antiochenus Patriarcha, &* Cipr° Alexãdrinus, & Sergius Constantinopolitanus, & quidam eorũ sequaces, posuerunt in Christo unã uoluntatẽ, quamuis ponerent duas naturas in Christo secundũ hypostasim unitas, quia opinabantur ꝙ humana natura in Christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solum secundũ quod erat mota à diuinitate, ut patet ex epistola synodica Agathonis Papæ. † Et ideo in sexta Synodo apud Cõstantinopolim celebrata, determinatum est oportere dici, quòd in Christo sint duę uoluntates: ubi sic legitur, * Iuxta quod olim ꝓphetę de Christo, & ipse nos erudiuit, & sanctorum patrum nobis tradidit symbolum, duas naturales uoluntates in eo, & duas naturales operationes predicamus. Et hoc necessarium fuit dici. Manifestum est enim ꝙ filius Dei assumpsit humanam naturam perfectã, sicut supra ostensum est. † Ad perfectionem autẽ humanę naturę pertinet uoluntas, quę est naturalis eius potentia, sicut & intellectus, ut patet ex his quę in prima parte dicta sunt. * Vnde necesse est dicere, quòd filius Dei humanam uoluntatem assumpserit in humana natura. Per assumptionem autem humanę naturę, nullam diminutionẽ passus est filius Dei in his, quę pertinent ad diuinam naturam, cui competit uoluntatem habere, ut in prima parte habitum est. * Vnde necesse est dicere, quòd in Christo sunt duę uoluntates, una scilicet diuina, & alia humana.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quicquid fuit in humana natura Christi, mouebatur nutu uoluntatis diuinę: non tamen sequitur quòd in Christo non fuerit motus uoluntatis proprius naturę humanę, quia etiam aliorum sanctorum pię uoluntates mouentur secundum uoluntatẽ Dei, qui operatur in eis uelle & perficere, ut dicitur Philip. 2. Licet enim uoluntas non possit interius moueri ab aliqua creatura, interius tamen mouetur à Deo, ut in prima parte dictum est. * Et sic etiam

Lib.3.c.2. ante med. to.6.

Lib. 1. c.3.& 8.ethi to.5.

p.1.q.4. & 9.

Hæc ꝙ missa fit Synodus in actione 4 huius quæst.

In ex. de fuit Iohannes actio. 4. modi. nen. arti. P.p.q.9. to.

Inf.ar. & 3.d. arti.1. opu.3. Lib.3. ma, to. 10.1.

P.p.q. ar.4.

Christus

Christus secundum uolũtatem humanam, sequebatur uoluntatem diuinam, ſm illud Pſal. 39. Vt facerem uoluntatem tuam, Deus meus, uolui. Vnde Aug. dicit contra Maximinum, † ubi dixit Filius Patri, Non quod ego uolo, ſed quod tu uis, quid te adiuuat quòd tua uerba ſubiungis & dicis, Oſtendit uere ſuam uoluntatem, ſubiectam ſuo genitori, quaſi nos negemus hominis uoluntatem, uoluntati Dei debere eſſe ſubiectam.

Lib. 3. c. 19. ante medio. no. 6.

Ad secvndvm dicendũ, quòd proprium eſt inſtrumenti, quòd moueatur à principali agente, diuerſimode tamen ſecundum proprietatem naturę ipſius. Nam inſtrumentum inanimatum, ſicut ſecuris aut ſerra, mouetur ab artifice per ſolũ motum corporalem. Inſtrumentum uero animatum anima ſenſibili, mouetur per appetitum ſenſitiuũ, ſicut equus a ſeſſore. Inſtrumentum uero animatũ anima rationali, mouetur per uoluntatem eius, ſicut per imperium domini mouetur ſeruus ad aliquid agendum, qui quidem ſeruus eſt, ſicut inſtrumentum animatum, ut Phil. dicit in 1. Politico. * Sic ergo humana natura in Chriſto fuit inſtrumẽtum diuinitatis, ut moueretur per propriam uoluntatem.

Lib. 1. Poli. c. 3. & 4. & 2. ethic. 1. no. 5.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ ipſa potentia uoluntatis eſt naturalis, & conſequitur naturam ex neceſſitate. Sed motus uel actus huius potentię (qui etiam uoluntas dicitur) quandoque quidem eſt naturalis & neceſſarius, puta reſpectu felicitatis, quandoque autem ex libero arbitrio rationis proueniens, & non neceſſarius neque naturalis (ſicut patet ex his, quę in prima parte dicta ſunt † & tamen etiam ipſa ratio, quæ eſt principium huius motus, eſt naturalis. Et ideo prẽter uoluntatem diuinam, oportet in Chriſto ponere uoluntatem humanam, non ſolum, prout eſt potentia naturalis, aut prout eſt motus naturalis, ſed etiam prout eſt motus rationalis.

p. 2. q. 1. ar. 3. & 4. ar. 1.

Ad qvartvm dicendum, quòd per hoc quòd dicitur aliqualiter uelle, deſignatur determinatus modus uolendi, determinatus autem modus ponitur circa ipſam rem, cuius eſt modus. Vnde cum uoluntas pertineat ad naturam, ipſum etiã quòd eſt aliqualiter uelle, pertinet ad naturã, non ſecundum quòd eſt abſolute conſiderata, ſed ſecũdum quòd eſt in tali hypoſtaſi. Vnde etiam uoluntas humana Chriſti habuit quendam determinatũ modum, ex eo quòd fuit in hypoſtaſi diuina, ut ſcilicet moueretur ſemper ſecundum nutum diuinæ uoluntatis.

¶ *Super Quæſtionis 18. Articulum ſecundum.*

Articvlvs II.

Vtrum in Chriſto fuerit aliqua voluntas ſenſualitatis, præter rationis uoluntatem.

Titulus ſingularis eſt: non quęrit de appetitu ſenſitiuo, vt ſic, ſed de appetitu ſenſitiuo, vt habet rationẽ uoluntatis, non ſimpliciter & abſolute, ſed talis, hoc eſt ſenſualis, Puto autem rationem tituli huius fuiſſe euangelica uerba, quibus motus appetitus ſenſitiui, uelle uocatur, cum dicitur. Veruntamen non ſicut ego uolo.

Inf. ar. 5. con. & 3. diſt. 17. art. 1. q. 2. & opu. 3. c. 19. 2. lib. 3. de anima, tex. 42. no. 1.

Ad ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ in Chriſto non fuerit aliqua uoluntas ſenſualitatis præter rationis uoluntatem. Dicit enim Phil. in 3. de anima, * quòd uoluntas in rõne eſt: in ſenſitiuo aũt appetitu eſt iraſcibilis & concupiſcibilis: ſed ſenſualitas ſignificat appetitum ſenſitiuũ. ergo nõ fuit in Chriſto uoluntas ſenſualitatis.

¶ 2 Pręt. Secundũ Augu. 12. de Trin. * ſenſualitas ſignificatur per ſerpentẽ: ſed nihil ſerpẽtinũ fuit in Chriſto, habuit. n. ſimilitudinẽ animalis uenenoſi ſine ueneno, ut Aug. dicit † ſup illud Ioan. 3. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentẽ ī deſerto. ergo ī Chr̃o nõ fuit voluntas ſenſualitatis.

¶ 3 Pręt. Voluntas ſequit̃ naturã, ut dictũ eſt. * Sed in Chriſto nõ fuit, niſi vna natura p̃ter diuinam: ergo in Chriſto nõ fuit, niſi una uoluntas humana.

Sed contra eſt, ꝙ Amb. dicit in 2. ad Gratianum, † Mea eſt uoluntas, quam ſuã dixit, quia ut homo ſuſcepit triſtitiã meã. Ex quo datur intelligi, ꝙ triſtitia p̃tinet ad humanã uolũtatẽ in Chr̃o: ſed triſtitia pertinet ad ſenſualitatẽ, ut in ſcda parte habitũ eſt. * ergo ur̃ ꝙ in Chriſto ſit voluntas ſenſualitatis, præter uoluntatem rationis.

Respon. dicendum, ꝙ ſicut prędictũ eſt, * filius Dei humanã naturã aſſumpſit cũ omnib. quę pertinent ad perfectionem ipſius naturę humanę. In humana aũt natura includitur etiam natura animalis, ſicut in ſpecie includitur genus. Vnde oportet ꝙ filius Dei aſſumpſerit cũ humana natura, ẽt ea quæ pertinent ad perfectionẽ naturę animalis, ĩter quę eſt appetitus ſenſitiuus, qui ſenſualitas dr̃. & iõ oportet dicere, ꝙ ī Chr̃o fuit & ſenſualitas. Sciẽdum eſt etiam, ꝙ ſenſualitas, ſiue ſenſualis appetitus, inquantũ eſt natus obedire rõni, dr̃ rõnale per participationẽ, ut patet per Philoſophũ 1. Ethic. * Et quia uoluntas eſt ī ratione (ut dictum eſt †) pari ratione poteſt dici, quòd ſenſualitas ſit uoluntas per participationem.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de uoluntate eſſentialiter dicta, quę non eſt niſi in parte intellectiua: ſed uoluntas participatiue dicta, poteſt eſſe in parte ſenſitiua, inquantum obedit rationi.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſenſualitas ſignatur p ſerpentẽ, non quantũ ad naturã ſenſualitatis, quam Chriſtus aſſumpſit, ſed quantũ ad corruptionẽ fomitis, quę in Chriſto non fuit.

Ad tertivm dicendũ, quòd ubi eſt unum propter alterum, ibi unum tantum eſſe uidetur, ſicut ſuperficies, quę eſt uiſibilis per colorem, eſt unum uiſibile cum colore. Et ſimiliter, ꝙa ſenſualitas non dicitur uolũtas

¶ In corpore artic. vnica eſt concluſio. In Chriſto fuit voluntas ſenſualitatis, ſeu ſenſualitas, dicta voluntas participatiue, probatur primo, ꝙ ī Chriſto fuit ſenſualitas appetitus: ſecundo, quòd iſte ſit uoluntas per participationem. Primum probatur, Filius Dei aſſumpſit naturam humanam cum omnibus pertinentibus ad ipſius naturæ perfectionem. ergo aſſumpſit cũ ea omnia quæ pertinent ad perfectionem naturę animalis. ergo aſſumpſit ſenſualitatem: prima conſequentia probatur, quia in natura humana includitur natura animalis, ſicut in ſpecie includitur genus. Secunda autem probatur, quia appetitus ſenſitiuus, qui ſenſualitas dicitur, eſt vnum de pertinentibus ad perfectionem naturæ animalis. Secundum ꝓbatur. appetitus ſenſitiuus ſeu ſenſualitas, vt natus obedire rationi, vocatur, & eſt rationalis participatiue ſecundo Ethic. ergo pari ratione vocari poteſt & eſt voluntas participatiue. probatur quia voluntas in ratione eſt. nam ſicut à ratione præcipiente rationalis appetitus, ita a voluntate quoque præcipiente voluntarius appetitus, qui voluntas vocatur, dici poteſt. Imo ex hoc ipſo quòd rationalis appetitus dicitur, voluntas dicitur, quia rationalis appetitus nomen eſt proprium voluntatis, & participatiue ſolum communicatum ſenſualitati.

Lib. 12. c. 13. paulo poſt princ. to. 3. Ex tract. 12. a medio poſt colli. to. 9.

Ar. præced.

lib. 2. de fide ad Grat. c. 3. a med. to. 2.

1. 2. q. 23. ar. 1. & 3.

Ar. præced.

D. 1219.

lib. 1. ethi. c. ult. to. 5.

Ar. præced.

¶ Aduerte hic, quòd quia omnis motus appetitus ſenſitiui in Chriſto fuit voluntarius (quoniam etiã motus proprij ſenſualitatis in propria obiecta, voluntarij erant, nam voluntarie eſuriuit, & vnam quamq; virium propria exercere diſpoſuit) ideo in Chriſto appetitus ſenſitiuus ſemper rationalis, & ſemper participatiue voluntas in quolibet ſuo actu fuit.

¶ *Super Quæstionis 10 Articulum tertium.*

TItulus clarꝰ est, ortumque habuit ex distinctione voluntatis tã a Damasceno, quã alijs facta.

¶ In corpore articuli respondetur cum distinctione ad quæ situm. Distinctio est, Voluntas accipi potest, vel pro potentia, vel pro actu.

Sup. ead. q. ar. 2. ad 2. & inf. ar. 4. & 5. cor. & 3. dist. 17. ar. 1. q. 3. & opuſ. 3. c. 239. lib. 2. ca. 22. & lib. 3. ca. 34. & 38.

Prima conclusio iuxta primum membrum. In Christo est vna tantum volũtas humana essentialiter, & non participatiue dicta. Secunda conclusio, iuxta ſm mẽbrũ est. In Christo sunt duæ voluntates, ſ. voluntas vt natura, & voluntas vt rõ. Probatur primo secunda conclusio. Voluntas est finis & eorum q̃ sunt ad finem alio & alio modo. ergo alterius rõnis est actus volũtatis in finem, & alterius rõnis, actus volũtatis in id quod est ad finem. ergo in Christo sunt duæ voluntates, i. duæ ſpecies actuum voluntatis. Antecedens ꝓ prima parte ex ſuperioꝛi. ſupponitur. Pro ſecunda probatur, quia in finẽ fertur ſimpliciter & abſolute, quia fertur vt in id, quod est ſm ſe bonum, vt in ſanitatẽ. In id verò quod est ad finem, fertur cum quadam cõparatione, quia fertur in id, ſm quòd habet bonitatem ex ordine ad aliud, ſ. finẽ, vt patet de ſumptione medicinæ ꝓp ſanitatem. Conſequẽtia relinquitur pro euidenti gratia materiæ, nam talis modorum diuerſitas, qualis. ſ. conſurgit ex proprijs rationibus finis, & eius qđ est ad finem, diuerſam habet rõnem in appetitib. proprijs. Probatur deinde prima conclusio, qa talis diuerſitas actuũ non diuerſificat potentiam. Probatur: ſtat cum vna cõi ratione boni, quæ est obiectum voluntatis: ſtante enim vnitate obiecti proprij nisi quia participat voluntatẽ rõis, ſicut est una natura humana in Christo, ita ẽt ponit una voluntas humana in Christo.

articu. 1. huius quæſt. ad 3.

1. 2. c. 9. ar. 2. & 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerint duæ voluntates, quantum ad rationem.

AD TERTIVM ſic procedit. Vr ꝙ in Chro fuerint duæ voluntates, quantum ad rõnem. Dicit. n. Dam. * in 2. lib. ꝙ duplex est hominis volũtas, i. naturalis, quæ uocatur theliſis, & uoluntas rationalis, quæ uocatur buliſis: ſed Chriſtus ī humana natura habuit quicqd ad perfectionẽ humanę naturę pertinet. ergo utraq; prædictarum uoluntatũ fuit in Chriſto.

¶ 2 Præt. Vis appetitiua diuerſificatur in homine, ſm diuerſitatem uirtutis apprehenſiuę, & ideo ſm dr̃iam ſenſus, & intellectus diuerſificatur in homine appetitus ſenſitiuꝰ & ītellectiuꝰ: ſed ſimiliter quantũ ad apprehẽſionem hominis ponitur dr̃ia rationis & intellectus, quorum utrumque fuit in Chriſto. ergo fuit in eo duplex uoluntas, vna intellectualis, & alia rationalis.

¶ 3 Præt. A quibuſdam ponit̃ in Chriſto uoluntas pietatis, q̃ non potest poni niſi ex parte rationis. ergo in Chriſto ex parte rõnis ſunt plures uoluntates.

SED CONTRA est, ꝙ in quolibet ordine est unum primum mouens: ſed uoluntas est primum mouẽs in gẽnere humanorum actuum. ergo in uno homine non est niſi una voluntas proprie dicta, quę est uoluntas rõnis, Chriſtus aũt est unus homo. ergo in Chriſto est vna tantum uoluntas humana.

RESPON. dicendum, ꝙ ſicut dictum est, * uoluntas q̃nque accipitur pro potentia, & quandoq; pro actu. Si ergo uolũtas accipiatur pro actu, ſic oportet in Chriſto ex parte rõnis ponere duas uoluntates, i. duas ſpecies actuum uoluntatis. Voluntas. n. ut in ſecunda parte dictũ est, † & est finis, & est eorũ, quæ ſunt ad finẽ, & alio modo fert̃ in utrumq;. Nam in finem fertur ſimpliciter & abſolute, ſicut in id, quod est ſecũdũ ſe bonũ. In id autem, quod est ad finem, fertur cum quadam comparatione, ſecundum ꝙ habet bonitatẽ ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rõnis est actus uoluntatis ſecũdum ꝙ fertur in aliquid, quod est ſecũdum ſe uolitum, ut ſanitas (quod à Dam. * uocatur theliſis, i. ſimplex uoluntas, & à Magiſtris vocatur uoluntas ut natura) & alterius rõnis est actus uoluntatis, ſecũdũ ꝙ fertur in aliquid, quod est uolitum ſolum ex ordine ad alterum, ſicut est ſumptio medicinæ, quem quidem uoluntatis actum Damaſ. * uocat buliſim, id est, conſiliatiuam uoluntatẽ, à Magiſtris autem uocat uoluntas ut ratio. Hæc autẽ diuerſitas actus non diuerſificat potentiam, quia uterque actus attendit ad unam communem rationem obiecti, quod est bonum. Et ideo dicendum est, ꝙ ſi loquamur de potentia uolũtatis, in Chriſto est una uoluntas humana, eſſentialiter, & non participatiue dicta. ſi uero loquamur de uoluntate, quæ est actus, ſic diſtinguitur in Chriſto uoluntas, quę est ut natura, quę dicitur theliſis, & uoluntas, quæ est ut ratio, quæ dicitur buliſis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illę duę uoluntates non diuerſificantur ſecundum potentiã, ſed ſolum ſecundum differentiã actus, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ ẽt intellꝰ, & rõ non ſunt diuerſæ potẽtię, ut ī prima parte dictũ est. †

AD TERTIVM dicẽdum, quòd uoluntas pietatis non videtur eſſe aliud quàm uoluntas, quę conſideratur ut natura, inquantum ſcilicet refugit alienum malum abſolute conſideratum.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium.

AD QVARTVM ſic procedit. Videtur quòd ī Chriſto non fuerit liberum arbitriũ. Dicit enim Damaſc. * in 3. lib. Gnomen autem, id est, ſententiam uel mentem, uel excogitationem, & proheresim, ideſt electionem, in Domino dicere impoſſibile est, ſi proprie loqui uolumus. Maxime autem in his, quę ſunt fidei, est proprie loloquendum. ergo in Chriſto non fuit electio, & per conſequens nec liberum arbitrium, cuius actus est electio.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 3. Ethic. † quòd electio est appetitus præconſiliati: ſed conſilium non uidetur fuiſſe in Chriſto, quia non conſiliamur, de quib. certi ſumus, Chriſtus autem de omnibus certitudinem habuit. ergo in Chriſto non fuit electio, & ſic nec liberum arbitrium.

¶ 3 Præt. Liberum arbitrium ſe habet ad utrumque: ſed uoluntas Chriſti fuit determinata ad bonum, quia non potuit peccare, ſicut ſupra dictũ est. * ergo in Chriſto non fuit liberum arbitrium.

SED CONTRA est, quod dicit voluntatis, quod est bonum in cõi, non diuerſificatur potentia voluntatis, quãuis diuerſificẽtur genera actuum eius ex diuerſa ratione generali actuum eius, cuiuſmodi ſunt motus ad bonum in ſe, & motus ad bonum propter aliud.

Loco in arti.

Lib. 3. ca. 2. in fi.

Loco in arti.

P. p. q. 13. ar. 2.

In corp.

P. p. q. 13. ar. 2.

¶ *Super Quæſtionis 18. Artic. quartum.*

TItulus vt ſonat, clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est concluſio reſpõſiua, In Chriſto fuit liberũ arbitrium. Probatur: in Chriſto volumtas ponitur vt ratio, ergo electio, ergo liberum arbitriũ. Antecedens probatur, quia in Chriſto ponitur duplex voluntatis actus ſcilicet reſpectu finis, & reſpectu eius quod est ad finem, &c. vt ſupra dictum est. Prima conſequentia probatur, quia electio est idem quod voluntas, vt ratio: quod probatur ex differentia inter voluntatem, & electionem ex tertio Ethicorũ, quia illa finis, hæc eius quod ad finem. & propterea illa voluntas vt natura, hæc voluntas vt ratio. Secunda vero conſequentia probatur, quia electio est proprius actus liberi arbitrij, hoc est voluntatis, vt est liberum arbitrium, vt in prima pte dictũ ẽ.

3. dist. 17. q. 1. ar. 1. q. 3. ad 1. dist. 18. ar. 1. q. 4. lib. 3. cap. 2. non proba ſi.

lib. 3. Ethic. 3. circa to. 5.

q. 13. ar. 6. & 2.

¶ Super

Isa.7.Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum,& eligere bonum, quod est actus liberi arbitrij.ergo in Christo fuit liberum arbitrium.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dictum est, in Christo fuit duplex† actus uoluntatis,unus quidē, quo eius uoluntas ferebatur in aliquid, sicut secundum se uolitum,quod pertinet ad rationem finis: alius autem, secundum quem eius uoluntas ferebatur in aliquid per ordinem ad aliud,quod pertinet ad rationem eius,quod est ad finem.Differt, ut Phil.dicit in 3.Eth.* electio a uoluntate in hoc, q uoluntas,per se loquendo,est ipsius finis,electio autem eorum quæ sunt ad finē. Et sic simpliciter uoluntas est idem, quod uoluntas ut natura. Electio autem est idem,quod uoluntas ut ratio,& est prius actus liberi arbitrij, ut in prima parte dictum est.† Et ideo cum in Christo ponatur uoluntas ut ratio,necesse est etiam ponere electionem, & per consequens liberum arbitrium,cuius actus est electio,ut in prima parte habitum est.*

AD PRIMVM ergo dicendū,quòd Dam.excludit à Christo electionem, secundum quod intelligit in nomine electionis importari dubitationē. Hęc tamen dubitatio non est de necessitate electionis, quia etiam Deo conuenit eligere, secundum illud Ephes. 1. Elegit nos in ipso &c. cum tamen in Deo nulla sit dubitatio. Accidit tamē dubitatio electioni,inquantum est in natura ignorante. Et idem dicendum est de alijs,de quibus fit mentio in auctoritate prędicta.†

AD SECVNDVM dicendum, q electio presupponit consilium,non tamen sequitur ex consilio,nisi iam determinato per iudicium. Illud enim, quod iudicamus agendum, post inquisitionem consilij eligimus,ut in 3.Eth.dicitur.* Et ideo si aliquid iudicetur ut agendum absque dubitatione & inquisitione præcedente,hoc sufficit ad electionem. Et sic patet, q dubitatio siue inquisitio nō per se pertinet ad electionem, sed solum secundum q est in natura ignorante.

AD TERTIVM dicēdum,q voluntas Christi licet sit determinata ad bonum, non tamen est determinata ad hoc uel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono,sicut ad beatos.

¶ Super Quæstionis 18. Articulum quintum.

ARTICVLVS V.

Vtrum uoluntas humana Christi,fuerit omnino conformis diuinæ uoluntati in uolito.

AD QVINTVM sic procedit. Vī q voluntas humana in Christo non uoluerit aliud, q̄ Deus vult. Dicitur enim in Psal. 39. ex persona Christi, ut facerē uoluntatē tuā,Deus meᵉ, uolui: sed ille qui vult uoluntatē alicuius facere,vult quod ille vult. ergo vī q voluntas humana Christi nihil aliud uoluerit, quàm uoluntas diuina ipsius.

¶ 2 Pręt. Anima Christi habuit perfectissimā charitatē,quę etiā comprehensionē nostræ scientiæ excedit,sm illud Ephes.3.Supereminentem scientię charitatē Christi:sed charitas est facere q homo idē uelit quod Deus. unde & Phil.in 9.Eth. *dicit,q unum de amicabilibus est eadē uelle & eligere. ergo uoluntas humana in Christo nihil aliud uoluit, quàm diuina.

¶ 3 Pręt. Christus fuit uerus cō prehensor: sed sancti, qui sunt comprehensores in patria,nihil aliud uolunt, q̄ quod Deᵘˢ vult, alioquin non essent beati, quia non haberent quicqd uellent: beatus. n. est qui habet q̄cunq; uult,& nihil mali uult,vt Augu. dicit in lib.de Trin.*ergo Chrs nihil aliud uoluit sm volūtatē hūanā,q̄ uoluit volūtas diuina.

SED CONTRA est,quod Augu. dicit contra Maximinum:† In hoc quod Christus ait,Non qđ uolo,sed quod tu,aliud se oſten dit uoluisse, quàm pater, quod nisi humano corde non posset, cum infirmitatem nostram in suum,non diuinum,sed humanum transfiguret effectum.

RESPOO. Dicendum, q sicut dictum est,* in Christo sm humanā naturam ponitur multiplex uoluntas. s. uolūtas sensualitatis, q̄ participatiue uoluntas dr̄,& uoluntas rōnalis,siue cōsideretur per modū naturæ, siue per modum rōnis. Dictum est aūt supra. * q ex quadam dispēsatione filius Dei ante suam passionē permittebat carni agere, & pati quę sunt ei propria.Et similiter ēt permittebat omnib. uirib.aīæ agere, & pati quę propria. Manifestum est aūt, q uoluntas sensualitatis, refugit naturaliter dolores sensibiles,& corporis lęsionē.Similiter ēt uoluntas ut natura,repudiat ea,q̄ sunt naturę cōtraria,& quæ sunt sm se mala,puta mortem,& alia huiusmodi: sed hęc tamen voluntas, quandoq; per modū rationis eligere potest ex ordine ad finem. Sicut ēt in aliquo puro homine sensualitas eius, & etiā uoluntas absolutę cōsiderata refugit vstionem, quam tñ uoluntas sm rationem eligit propter sinem sanitatis. Voluntas aūt Dei erat, ut Christᵘˢ dolores & passiones & mortē pateretur, nō quòd ista essent à ᵈ Deo uolita secundum se, sed ex ordine ad finem humanæ salutis. vnde patet,quòd Christus secundum uoluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem rationis, quæ consideratur per modum naturæ, aliud poterat uelle, quā Deus:sed secundum uoluntatē, quæ est per modum rationis, luisse mortem propriam, quam tñ cōstat eundem voluisse voluntate diuina. l.9.c.4.to.5

¶ In corpore articuli respondetur quæsito cum distinctione duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana uoluntate, hoc est,voluntate sensualitatis, voluntate rationali,vt est natura, & voluntate rationali, vt est ratio Prima conclusio est, Christus secundum voluntatem sensualitatis,& secundum voluntatē rationalem per modum naturæ, poterat aliud uelle q̄ Deus. Secūda cōclusio est, Christus secundum voluntatem per modum rationis,semper idē voluit qđ Deus. Probantur simul dupliciter, primo ratione, secundo auctoritate. Ratio est ista:voluntas sensualitatis naturaliter refugit,& læsionem corporis & dolores sensibiles, & voluntas vt natura repudiat,& contraria naturæ, & secundū se mala: & voluntas per modum rationis eligit, quand q̄s hæc eadem ex ordine ad finem : & voluntas Dei erat, vt Christus morteᵐ & mala pateretur,non quòd ista vellet secundum se, sed in ordine ad finē. ergo Christus secundum voluntatem sensualitatis , & secundum voluntatem per modum naturæ , poterat aliud velle, quā Deus , & secundum uoluntatem per modum rationis, semper voluit idē quod Deᵘˢ. Antecedens habens quattuor partes, quò ad primas tres partes probat ex hoc , quòd videmus sensualitatem , & voluntatem vt naturam refugere adustionem, quam tamen voluntas per modum rationis , quandoque eligit propter sanitatem acquirendam. Consequentia autem probatur , Filius Dei ex quadam dispēsatione ante passionem suam permittebat omnibus viribus animæ agere quę propria sunt eis. ergo permittebat in Christo voluntatem sensualitatis refutare

Lib.1.de tri. c.5.& li.13. c 5.in fi. & c.6.to.3.

Lib. 3. cont. Max.c.19.in medio.to.6.

art.1.2. & huius q. 14.artic.1. ad 2.

D.12.19.

læsionem absolute, &c. & voluntatē vt naturā repudiare mortem absolutè, & voluntatem ut rationem acceptare eandem in ordine ad finem humanæ salutis. Vbi patet, primas duas voluntates aliud velle, quàm Deus, & tertiam velle idem, quod De⁹. Assumptum ad probandum consequentiam probatur, quia supra dictum est, q̄ filiº Dei ex quadā dispensatione permittebat carni agere & pati, q̄ sunt ei ꝓpria: ex hoc enim sequit per viā ac rōnem similis, q̄ similiter permisit virib. animæ agere quę eis sunt propria. Deinde probant ambæ conclusiones auctoritate vnica Christi orantis ad Patrē, Nō sicut ego volo, sed sicut tu. In his. n. verbis, triplex voluntas patet s. diuina in ly tu, humana cōformis diuinæ in ly sicut tu (quæ est voluntas p modū rōnis) & humana aliud volens, q̄ diuina in ly, nō sicut ego uolo. Et hæc est voluntas rōnalis per modū naturæ, repudians mortē absolutè, & volūtas sensualitatis, refutans dolores sensibiles &c. Patet ergo ex hac auctoritate vtraq; conclusio.

¶ Nota nouitie, q̄ vt in rñsione ad primū clarius explanatur, tā actus voluntatis per modū naturæ q̄ actº sensualitatis ex ꝓpria natura habet obiectum abstrahens ab ordine ad diuinā voluntatē, & ꝓpterea quantū est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus, conformitas ad diuinam voluntatē. Dico aūt quantum est ex parte obiecti, quia ex parte subiecti et actus isti conformes sunt diuinæ voluntati in beatis: ita q̄ in ꝑfer Chr̄m ante mortem & beatos, dr̄ia horum motuū in volitē ex parte subiecti oritur: quia. s. Christus animam & carnē passibilē habebat, beati aūt non. Hinc enim fit, vt Christi volūtati naturali & sensuali occurrerent aliqua vt contraria & læsiua, q̄ beatis exēptis ab oīs possibilitate mali occurrere nequeūt, & propterea beati et ſm naturalē voluntatis motum, & ſm appetitum sensitiuū conformantur diuinæ voluntati in volito, Christus aūt non. Et scito q̄ isti voluntatis motus, qui in aliud tendebant in Christo, nihil aliud sunt q̄ velleitates: vt siquidem loquendo, actus voluntatis per modū naturæ distinctus contra actū voluntatis per modum rōnis contrarium eligentis, nihil aliud est q̄ velleitas, de qua dicitur in Eth. q̄ est etiam impossibilium: ita q̄ in beatis nec electio, nec velleitas est ad aliud volitum, quā quod Deus vult. In Christo aūt electio oīs conformis Deo fuit in volito, sed non omnis velleitas eius fuit conformis Deo in volito habuit. n. Christus velleitatem non patiendi crucem, quam tñ elegit, quia Deus sic volebat. Et simile est in nobis, cū dolemus de morte iuste patientium, & plagis iuste à Deo nobis inflictis, & alijs huiusmodi. Vellemus. n hæc nō esse. veruntamē, fiat voluntas Dei, dicimus, & volumus si non exorbitamus.

semper idem uolebat qđ Deus, quod patet ex hoc ipso quod dicit, Non sicut ego uolo, sed sicut tu. Volebat. n. ſm rationem, uoluntatem diuinam impleri: quamuis aliud dicat se uelle ſm quandam aliā eius uoluntatem.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ Christus per uoluntatē rōnalem uoluit, ut diuina uoluntas impleretur, non aūt per uoluntatē sensualitatis, cuius motus non se extendit vsq; ad uoluntatē Dei, neq; per uoluntatem, q̄ consideratur per modū naturæ, quę fertur in aliqua obiecta absolute considerata, & non in ordine ad diuinam uoluntatē.

Ad secvndvm dicendum, q̄ conformitas uoluntatis humanę ad uoluntatē diuinam, attenditur ſm uolūtatem rōnis, ſm quam ēt uoluntates amicorum concordant, inquantum. s. ratio considerat aliquod uolitum in ordine ad uoluntatem amici.

Ad tertivm dicēdū, q̄ Christus fuit simul comprehensor & uiator, inquantum. s. per mētem fruebatur Deo, & habebat carnem passibilem. Et ideo ex parte carnis passibilis poterat in eo aliquid accidere, quod repugnaret naturali uolūtati ipsius, & etiam appetitui sensitiuo.

Articvlvs VI.

Vtrum in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

Ad sextvm sic proceditur. Vī q̄ in Christo fuerit cōtrarietas uoluntatum. Contrarietas namque voluntatum attenditur secundum contrarietatem obiectorum, sicut etiam contrarietas motuum attenditur secundum contrarietatē terminorum, ut patet per Philo. in 5. Phyſi. *sed Christus secundum diuersas uoluntates cōtraria volebat, nam secundū uoluntatē diuinam uolebat mortē, quam refugiebat secđm uoluntatē humanam. vnde Ath. dicit in lib. aduersus Apollinariū, Qñ Christus dicit, Pr̄, si possibile est, transeat à me calix iste, & tamen nō mea, sed tua uoluntas fiat, & iterum, Spiritus promptus est, caro aūt infirma, duas uoluntates hic ostendit: unam humanam, quæ propter infirmitatē carnis

¶ *Super Quæstionis 18. Articulum primum.*

Titulus clarus quò ad quid nominis: in corpore autem manifestatur quid sit contrarietas voluntatum, & secundum quæ attendatur, nempe secundum contrarietatē obiectorum, vt volentis, nolentis, & similium.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo mōstratur, in cōi in quo consistit contrarietas voluntatum: secundo, rñdetur quæsito.

¶ Quò ad primū conclusio est. Ad contrarietatē voluntatum in aliquo requiritur, q̄ oppositio voluntatū sit & circa idē, & in eadem voluntate. Probatur primo cōclusio hæc ex cōi rōne contrarietatis, quam addit supra diuersitatē: contrarietas. n. ſpecies est diuersitatis. Sed inter contrarietatem, & diuersitatem hoc interest, q̄ contrarietas addit supra diuersitatē oppositionem, ſm idem, & in eodem. Procedit ergo litera sic. Contrarietas exigit oppositionem in eodem ſm idem. ergo cōtrarietas voluntatū in aliquo exigit oppositionem voluntatum ſm idem, & in eadē voluntate. Antecedens probatur: quia si diuersitas sit i diuersis, aut ſm diuersa, non est contrarietas. Probatur: quia non est cōtradictio, cōtrarietas nāq; contradictionē in se claudit. Deinde declaratur eadē conclusio quò ad illam particulam, secundū idē ex diuersis rōnib. volendi, & nolendi vnum & idem (puta mortem Sortis pp commune uel priuatū bonum) dupliciter se habentib. vel vt diuersis tm̄, vel non solū vt diuersis, sed oppositis, vt patet i exēplo literæ, de volūtate prīcipis circa mortē Sortis latronis pp bonum publicum, & voluntate parentis, vt nō moriatur propter bonum proprium: qñ enim hic sistunt ambæ voluntates diuersæ quidem sunt, sed non contrariantur, galicet contraria velint (scilicet mori illum, & non mori illum) diuersa tñ est ratio volendi mortem, & volendi non mortem, ac per hoc non est oppositio ſm eandem rationē volendi. Sed si non sistitur hic, sed voluntas parentis circa non mori propter bonum proprium, opponit bonum proprium bono cōi, iam nō sola est diuersitas rationū volendi. s. cōis & propri, sed est oppositio earundem: quia cōe bonum tollitur per proprium in ratione volendi. Vincit enim amor proprius amorem cōis boni, & expellit illud à ratione volendi, & vult filium nō mori, etiam contra cōe bonum ob nimium amorem proprij boni. Demum declaratur eadem conclusio quò ad illam particulam, in eadem voluntate ex diuersis appetitibus, dupliciter etiam dispositis, vel cum sola diuersitate, vel cum diuersitate habentibus etiam oppositionem. V. g. Appetitus rationalis vult bonū rationis, appetitus sensualis vult bonum delectabile secundum sensum. Si hic sistitur, diuersitas appetituum est sola: sed si vltra progreditur ex parte subiecti appetitus boni delectabilis, vt immutet apprehendentem vel ad tardandum, vel mutandum appetitum boni rōnis, iam non sola diuersitas est appetituū, sed oppositio, quia opponit se appetitus delectabilis contra appetitum rōnis, & vincit illum, dum immutat illum vel annullādo, vel debilitando illum ex parte apprehendentis, vt. s. vel non velit bonum rōnis tunc, vel debiliter velit illud. Hoc aūt quod dicimus de oppositione appetitus sensitiui ad rationalem, intelligendum quoque est locum habere inter actum voluntatis per modum naturæ & actum electionis. nam cum diuersa tendūt, si voluntas naturalis intantum protenditur, vt opponat se electioni, & vincat illam, contrarietas voluntatum est, vt si quis electurus dispendium honoris, famæ, ac vitæ, ob bonum virtutis, à naturali voluntate vitæ, honoris gloriæque vincatur.

¶ Circa hanc conclusionem nota, q̄ in conclusione non dr̄ ad contrarietatē voluntatum requiri hæc duo, sed dr̄ hæc duo requiri ad contrarietatem voluntatū in aliquo. Apposuit siquidē Auctor ly in aliquo, ad monstrandum q̄ de contrarietate volūtatū in vno & eodem hoie loquitur. Et dixit hoc, quia sciebat, immo ēt in hac litera docet, q̄ ad contrarietatē voluntatū sim pliciter & absolute nō requiruntur hæc duo, sed alterū tm̄ sufficit, vt patet in exēplo literæ de volūtate principis, & volūtate pa-

te parentis nimis uitam filij amantis. Sunt enim vere tunc cõtrariæ voluntates, quamuis sint diuersorum hominum. Et hoc modo uoluntas peccatorum est contraria voluntati diuinæ. & contra Dei voluntatem agere dicuntur: est ꝗuidem hæc contrarietas voluntatum obiectiue, non subiectiue. Sed Auctor in litera loquitur de uoluntatũ contrarietate, & obiectiua, & subiectiua, & ideo adiunxit ly in aliquo, & dixit ad cõtrarietatem voluntatum in aliquo, hoc est obiectiue, & subiectiue, exigi duo scilicet oppositionẽ ꝑm idẽ, & oppositionẽ in eadẽ volũtate.

¶ Quò ad secundũ, conclusio responsiua quæsito est, in Christo nulla fuit cõtrarietas volũtatũ. Probatur, primo ex parte primæ conditionis requisitæ ad contrarietatem voluntatum, hoc est oppositionis secundum idẽ sen eandem rationẽ. Probatur autem sic, In Christo nec voluntas naturalis, nec voluntas sensualitatis repudiabat rationem volitam à diuina, & humana electione. ergo in Christo non habuit locũ repugnantia voluntatum secũdum idẽ. antecedens probatur quò ad uoluntatẽ naturalem, quia etiam voluntate absoluta Christus volebat salutem humani generis, quãuis non uellet hoc in ordine ad aliud, hoc est, quãmuis nõ uellet eam vt rõnem volendi mortem propriam: quia ad uoluntatẽ vt naturam, non spectat velle aliquid in ordine ad aliud, sed solum velle, uel nolle aliquid absolutè. Deinde probatur antecedens quò ad voluntatem sensualitatis: quia eius motus, nec ad acceptãdum, nec ad repudiandum tã excellum bonũ (qđ est bonum cõmune æternæ salut isgeneris humani) se extẽdit. Secundò probatur conclusio ex parte secundæ conditionis requisitæ ad contrarietatem uoluntatum in aliquo, hoc est oppositionis ī eadem voluntate. Probatur autẽ sic. Neutra voluntatum coniugatio ex altera impediebatur aut retardabatur. ergo ī Christo non habuit locũ repugnantia voluntatum in eadem uoluntate. Antecedens manifestatur, & quò ad uoluntatem diuinã, humanamque electiuam: quia nec impediebatur, nec retardabatur ex voluntate naturali, aut sensualitatis, & ecõuerso: quia nec uoluntas naturalis, nec sensualitatis impediebatur a diuina, aut humana electiua. Placebat siquidem Christo secundum diuinã voluntatem, & rationalem voluntatẽ, ut & uolũtas sua humana ꝑ modũ naturæ moueretur, hoc est, hꝛet suas naturales velleitates respectu uitæ, respectu integritatis corporis, respectu honoris, respectu formæ, respectu gloriæ, &c. & appetitus sensitiuus timeret futurum, tristaretur; de ꝓsenti malo corporis &c.

Habetur in Epist. Agath. ad sexta Synod. generali, & legitur ibi actione 4. & recipit actione 6.

¶ 2 Pꝛet. ad Galat. 5. dꝛ, ꝗ Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Est igitur contrarietas voluntatũ, qñ spiritus vnum concupiscit, & caro aliud: sed hoc fuit in Christo, nam per uoluntatem carnis, quam Spiritus sanctus in eius mente faciebat, uolebat passionem, secundũ illud Isa. 53. Oblatus est, quia uoluit, secundum autem carnem, passionẽ refugiebat. ergo erat in eo contrarietas uoluntatum.

¶ 3 Pꝛet. Luc. 22. dicitur, ꝗ factus in agonia prolixius orabat: sed agonia vꝛ importare quandam compugnationem animi in contratia tendentis. ergo uidetur, quòd in Christo fuerit contrarietas uoluntatum.

SED CONTRA est, quòd indeterminatione sextæ Synodi dꝛ, * Prædicamus duas naturales uoluntates, nõ contrarias (iuxta ꝗ impij asserũt hæretici) sed sequentẽ eius humanã uolũtatem, & nõ resistentẽ uel reluctãtem, sed potius subiectã diuinæ eius, atque oĩpotenti uoluntati.

RESPON. dicendum, ꝗ contrarietas nõ põt esse nisi oppositio attendatur in eodem, & ꝑm idem: si autem ꝑm diuersa & in diuersis existat diuersitas, non sufficit hoc ad rõnem contrarietatis, sicut ad rõnem contradictionis, puta, ꝗ homo sit pulcher aut sanus secundũ manũ, & non secũdum pedẽ. Ad hoc ergo, ꝗ sit contrarietas uolũtatum in aliquo, requiritur primò quidem, ꝗ secundũ idem attendatur diuersitas uolũtatũ. Si enim unius voluntas sit de aliquo fiendo secundũ quandã rõnem uniuersalem, & alterius uoluntas sit de eodẽ non fiendo secundum quandam rõnẽ particularem, non est omnino contrarietas voluntatũ. Puta, si Rex uult suspendi latronẽ propter bonum publicũ, & aliquis eius consanguineus nolit eum suspendi pp amorem priuatũ, non erit contrarietas uoluntatis, nisi forte intantum se extẽdat uoluntas hominis priuati, vt bonũ publicũ uelit impedire, ut conseruetur bonũ priuatũ: tunc.n. circa idẽ attendit repugnantia uoluntatũ. Secundò aũt requiritur ad contrarietatẽ uolũtatis, ꝗ sit circa eandẽ voluntatẽ. Si.n. homo vult unum secundum appetitum rationis, & uult aliud secundum appetitum sensitiuum, non est hic aliqua contrarietas, nisi forte appetitus sensitiuus in tantum ꝓualeat, quòd uel ĩmutet uel retardet appetitum rationis: sic enim iã ad ipsam uoluntatem rõnis peruenire aliquid de motu cõtrario appetitus sensitiui.

Sic igitur dicendũ est, quòd licèt uolũtas naturalis, & uolũtas sensualitatis in Christo aliquid aliud uoluerit, q̃ uoluntas diuina & uolũtas rõnis ipsius, non tñ fuit aliqua contrarietas uoluntatum. Primò quidem, quia neque uoluntas naturalis neque uoluntas sensualitatis repudiabat illam rõnem. ſ. qua diuina uoluntas, & uolũtas rõnis humanę in Christo passionem uolebat. Volebat.n. etiam uolũtas absoluta in Christo salutem humani generis, sed eiꝰ nõ erat uelle hoc ĩ ordine ad aliud: motus aũtem sensualitatis ad hoc se extendere non uolebat. Secũdò, quia neque uoluntas diuina neq; uoluntas rõnis in Christo impediebatur aut retardabatur per uoluntatem naturalẽ, aut ꝑ appetitum sensualitatis. Similiter ẽt, nec econtrario uoluntas diuina uel uoluntas rationis in Christo, refugiebat aut retardabat motum uoluntatis naturalis humanæ, & motum sensualitatis in Christo. Placebat enim Christo secundum uoluntatem diuinam, & etiã secundum uoluntatem rationis, ut uoluntas naturalis in ipso, & uoluntas sensualitatis, secundum ordinem suæ naturę mouerentur. Vnde patet, quòd in Christo nulla fuit repugnantia, uel contrarietas uoluntatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc ipsum, ꝗ aliqua uoluntas humana ī Chꝛo aliud uolebat, q̃ eius uoluntas diuina, procedebat ex ipsa uoluntate diuina, cuius beneplacito natura humana motibus proprijs mouebatur in Christo, ut Dam. * dicit. * lib. 3. orth. fi. cap. 15. ad med.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝗ in nobis per concupiscentiam carnis impeditur, aut retardatur concupiscentia spiritus, quod in Christo non fuit. Et ideo in Christo non fuit contrarietas carnis ad spiritum, sicut in nobis.

AD TERTIVM dicẽdũ, ꝗ agonia nõ fuit ī Chꝛo, quantũ ad partem animæ rationalem, secundũ ꝗ importat concertationẽ uoluntatũ ex diuersitate rõnum procedentem: puta cum aliquis, secundũ ꝗ rõ cõsiderat unũ, uult hoc: & secdm ꝗ cõsiderat aliud, uult contrariũ. Hoc.n. contingit pp debilitatẽ rõnis, q̃ non põt diiudicare quid sit simpliciter melius, quod in Christo non fuit: quia per suã rõnem iudicabat simpliciter esse melius, quòd ꝑ eius passionẽ impleretur uoluntas diuina circa salutẽ generis humani: fuit tñ in Chꝛo agonia, quantũ ad partẽ sensitiuã, scdm quòd importat timorem infortunij imminentis, ut dicit Dam. * in 3. lib. * lib. 3. cap. 18. 20. & 23.

¶ *Super Quæstionis 19. Artic primum.*

TItulus articuli præsentis & sequẽtis, accurata eget annotatione: sui sensus. nam cum vnum multipliciter dicat, cõsequens est vt operatio vna multipliciter dicatur. In proposito aũt, vt Auctor ipse in hoc articulo insinuat, & in sequẽti aperte testat, sermo est de operationis vnitate ſm principium actiuum, nõ quodcumq;, sed proprium, hoc est virtute propria agens, ita q̃ operatio vna appellatur, quæ est ab vno tantum actiuo principio virtute ꝓpria. & si a pluribus actiuis principijs ſm suas proprias virtutes est, nõ ẽ operatio vna. perinde ergo est quærere, an diuinitatis & humanitatis in Christo sit vna tm̃ operatio, ac si quæreretur, an in Christo sit unum tm̃ principium operandi virtute propria siue ipsum sit sola diuinitas siue compositũ quid ex humanitate & diuinitate, siue sola humanitas. Quod tamẽ nullus vnquam opinatus est, credens incarnari Verbi mysterium. Est aũt mouẽdi hunc articulũ ratio, & hæresis ponẽtium in Christo vnã naturam compositã ex deitate & humanitate, q̃m consequẽter poneret vna tantum confusa operatio in Christo, quia poneretur in eo vnũ tantum principium virtute propria actiuum. s. natura illa tertia confusa, & multo magis hæresis ponẽtium in Christo solã deitatem esse actiuã virtute propria, humanitatem vero esse purum instrumentum sine propria virtute (quales fuerunt subtrahentes Christo volũtatem humanã, vel eius actum) quoniam secundum hoc in Christo consequẽter poneretur deitatis & humanitatis vna tantum operatio, iuxta vnitatẽ actiui principij proprij. At si in Christo deitas agit virtute propria, & humanitas agit etiam virtute propria (quãuis coagat simul deitati) nõ est deitatis & humanitatis i Christo operatio vna tantum, sed est vna & multæ. Verbi gratia, dum Christus sanauit infirmũ tangendo, si fuit in illo opere aliquis actus causatus ab humanitate virtute ꝓpria, & aliquis causatus a diuinitate virtute propria, operatio illa non est una tantum, sed est quidẽ vna & multæ. Vna puta sanatio, quia virtute propria deitatis, & ab humanitate instrumentaliter est, duæ vero, quia adiungitur dictæ operationi operatio, q̃ est ab humanitate virtute propria, dum sanationi coniungitur voluntaria cõactio: sanatio enim vna operatio est a deitate per humanitatẽ, cõtactus autem voluntarius poneretur humana operatio à ꝓpria humanitatis virtute. Si autem sola deitas propria virtute operari ponatur, & humanitas solum vtpote exequẽs principalis agentis virtutem poneretur, vna tantum operatio inueniretur in huiusmodi curatione. Hęc de tit.

¶ In corpore articu. primo recitatur simul & declaratur hæreticorum positio cum fundamento: secundo ostenditur radix erroris eorum. tertio respondetur quæsito ibi, Et ideo vbicumque mouens & motum.

¶ Quò ad primum erronea cõclusio est. In Christo est vna tantum operatio, licet sint multa operata. Probatur, quia vnum tantum est in Christo principium actiuum, scilicet deitas: humanitas autem instrumentaliter se habet. Declaratur hæc & in anima respectu organorũ corporeorum, & respectu virium sensitiuarum.

¶ Quò ad secundum radix errandi ponitur, quia non distinxerunt operationem instrumenti per propriam

Inf. q. 25. ar. 1. ad 2. & 3. dist. 10. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. & dist. 18. ar. 1. & 4. cõtra c. 36. & ueri. q. 20. ar. 1. ad 2. & 6. & uni. ar. 1. ad 16. & ar. 5. & opu. 3. c. 219.

Cap. 2. inter finem & medium c.

Q. 13. arti. 2. & 3.

Lib. 1. Metaph. c. 1. ante mediũ to. 3.

QVAESTIO XIX.

De pertinentibus ad uirtutem Christi quantum ad operationem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de unitate operationis Christi.

Et circa hoc quærunt quatuor:

¶ Primò, Vtrum in Christo sit una operatio diuinitatis & humanitatis, uel plures.

¶ Secundò, Vtrum in Christo sint plures operationes secundum humanam naturam.

¶ Tertiò, Vtrum Christus secundum humanam operationem aliquid sibi meruerit.

¶ Quartò, Vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in Christo sit una tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in Christo sit una tantum operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion. * in 2. cap. de Di. no. Discreta autem est benignissima circa nos Dei operatio ꝓ hoc, quòd secundum nos ex nobis integre uereq; ue humanum est Verbum, quod est supra substãtiam, & operari & pati, quæcũque humanæ eius diuinæque operationi congruunt. ubi unã operationem nominat, humanam & diuinam, quæ in Græco dicitur theandrica, id est, Dei uirilis. uidetur igitur esse una operatio composita in Christo.

¶ 2 Præt. Principalis agentis, & instrumenti est una sola operatio: sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ, ut supra dictum est. * ergo cadẽ est diuinæ, & humanæ naturæ in Christo operatio.

¶ 3 Præt. Cum in Christo sint duæ naturæ i una hypostasi vel persona, necessarium est unum & idem esse, quod pertinet ad hypostasim uel personam: sed operatio pertinet ad hypostasim uel personam: nihil enim operatur nisi suppositum subsistens, unde secundum Philosophum actus sunt singulariũ. * ergo i Chro est una & cadẽ operatio diuinitatis, & hũanitatis.

¶ 4 Præt. Sicuti esse est hypostasis subsistentis, ita etiam operari: sed propter vnitatem hypostasis est in Christo unum esse, ut supra dictum est. * ergo etiã propter eandem unitatem est in Christo una operatio.

¶ 5 Præt. Vbi est unum operatum, ibi est una operatio: sed idem operatum erat diuinitatis & humanitatis, sicut sanatio leprosi, uel suscitatio mortui. ergo uidetur quòd in Christo sit una tantum operatio diuinitatis & humanitatis.

SED CONTRA est, qd̃ Amb. * dicit in 2. lib. ad Gratianum imperatorem, Quemadmodum eadem operatio diuersæ est potestatis, nunquid sic potest minor quemadmodũ maior operari, aut una operatio potest esse, ubi diuersa substantia est?

RESPON. Dicẽdũ, q̃ supra * dicti hæretici, qui posuerunt in Christo unam uoluntatem, posuerunt etiam ī Christo unam operationem. Et ut eorum opinio erronea melius ītelligatur, considerandum est, quod vbicumque sunt plura agentia ordinata, inferius mouetur à superiori, sicut in homine corpus mouetur ab anima, & iferiores uires à ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principij sunt magis operata quędã, q̃ operationes: id aũt quod pertinet ad supremum principium, est proprie operatio, puta, si dicamus in homine q̃ ambulare, quod est pedũ, & palpare, quod est manuum, sunt quædã hoĩs operata, quorum unum operat̃ anima per pedes, aliud per manus. & quia est eadẽ anima operans per utrumque, ex parte ipsius operantis, quod est primũ principium mouens, est una & indifferẽs operatio: ex parte aũt ipsorum operatorum dĩa inuenitur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab aĩa, & appetitus sensitiuus à rõnali, ita in Domino Iesu Christo humana natura mouebatur & regebatur à diuina. Et ideo dicebant, q̃ eadem est operatio & īdifferens ex parte ipsius diuinitatis operantis: sunt tamẽ diuersa operata, inquantum. s. diuinitas Christi aliud agebat per seipsam, sicut q̃ portabat oĩa uerbo uirtutis suæ: aliud autem per humanam naturam, sicut q̃ corporaliter ambulãt. Vnde in sexta Synodo inducuntur verba Seueri hęretici, sic dicentis. Ea quę agebantur & operabantur ab uno Christo, multum differunt: quædam enim sunt Deo decibilia, quędam humana, ueluti corporaliter uadere super

Q. 13. ar. 1. ad 3.

Libr. 1. de ut. pag. 10. capit.

Q. 62. ar. 4. ad 3.

Est epi. c. 4. p. prin.

priam formam, vel per participationem agentis. Declarantur hæc in artificialibus, artifice, & ſerra, & in naturalib ſigne rē ſpectu artis: quod po tes declarare tu reſpe ctu aiæ vegetatiuæ, cuius inſtrumentum ponitur ignis in augmento, vt patet in 2. de anima cōtra Empedoclem. Indiſtinctio igitur operationū, & cōio agentiū, quia principale vtit propria operatiene inſtrumenti, & inſtrumētū participat operationem propriam, principalis errandi occaſio fuit.

¶Quò ad tertiū concluſio eſt, In Chriſto ſunt duæ operationes. Probatur primo rōne oſtenſiua: ſecūdo, auctoritate Leonis: tertio ducendo ad īpoſsibile: quarto definitiōe Synodi. Oia clara ſunt in litera.

¶In rñſione ad quartum, aduerte & perſpice ſenſum literæ, ponentis differentiā inter eſſe, & operari reſpectu naturæ, & perſonæ. Ponitur ſiquidē primo modo vtriuſq; cōuenientia in hoc, ꝙ vtrumque hoc eſt tā eſſe, quàm operari, eſt perſonæ à natura, ita ꝙ vtrūque habet naturam pro principio, & perſonam pro ſubiecto, quod eſt, quod operatur. Deinde ſubditur differētia inter vtrumq;, quia in cōſtitutione perſonę a natura eſſe ſe habet vt terminus, quia ſpectat ad ipſam perſonæ cōſtitutionem, vt propria actualitas eius: perſona enim nihil aliud eſt, quàm natura deducta ad hoc, ꝙ ſit proprie id, quod eſt. Et hinc prouenit, vt vnitas perſonæ exigat vnitatē eſſe: oportet namque conſtitutionē vnius perſonæ, ad vnum tā tummodo terminum compleri. Operatio vero nō ſic ſe habet: non enim natura, cōſtituendo perſonam, dat operari, ſicut dat eſſe, ſed perſona iā exiſtens profert, mediante natura, operationem. Et ideo vnitas perſonæ non exigit vnitatē operationis. Vbi vides, ꝙ eſſe

Eſt epiſtola c. 4. paulo à prin.

terram, profecto humanū eſt: A cruribus vero vexatis, & ambulare ſuper terram, penitus non valentib. ſanum greſſum donare, Deo decibile eſt. Sed vnus. ſ. incarnatū Verbū, hoc & illud operatus eſt, & uequaquā hoc quidem huius, hoc vero huius eſt naturę: neque eo, ꝙ diuerſa ſunt operamēta, ideo duas operatrices naturas atq; formas iuſte deſcrimus: ſed in hoc decipiebantur, quia actio eius, quod mouetur ab altero, eſt duplex. Vna quidem, quam habet ſm propriam formam, alia aūt, quā B habet, ſm ꝙ mouetur ab alio: ſicut ſecuris operatio ſm propriam formam, eſt inciſio: ſm aūt, ꝙ mouetur ab artifice, operatio eius eſt facere ſcamnum. Operatio igitur, quæ eſt alicuius rei ſm ſuam formā eſt propria eius: nec pertinet ad mouentē, niſi ſm, ꝙ vtitur huiuſmodi re ad ſuam operationem: ſicut calefacere eſt propria operatio ignis, non autem fabri, niſi quatenus vtitur igne ad calefaciendum ferrum: ſed illa operatio, C quæ eſt res ſolum ſm, ꝙ mouetur ab alio, non eſt alia ꝑter operationē mouentis ipſum: ſicut facere ſcamnū, non eſt ſeorſum operatio ſecuris ab operatione artificis, ſed ſecuris participat inſtrumentaliter operationem artificis: & ideo vbicumque mouens, & motum habent diuerſas formas ſeu uirtutes operatiuas, ibi oportet, ꝙ ſit alia operatio mouentis, & alia operatio propria moti: licet motū participet operationem mouētis, & D mouēs utatur operatione moti, & ſic utrumq; agat cū cōmunione alterius. Sic igitur ī Chriſto humana natura habet propriam formam, & uirtutē, per quam operatur, & ſimiliter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationē diſtinctam ab operatione diuinæ, & & econuerſo. Et tū diuina natura utitur operatione naturæ humanæ, ſicut operatione ſui inſtrumenti: & ſimiliter humana E natura participat operationem diuinæ naturæ, ſicut inſtrumētum participat operationē principalis agentis. Et hoc eſt, quod dicit Leo Papa in Epiſto. ad Flauianū. * Agit vtraque forma. ſ. tā natura diuina, quàm humana in Chriſto cum alterius communione, quod proprium eſt: Verbo. ſ. operāte quod Verbi eſt, & carne exequēte qđ carnis eſt. Si uero eſſet una tm̄ operatio diuinitatis, & humanitatis ī Chriſto, oporteret dicere, uel ꝙ humana natura non haberet propriam formā, & uirtutem (de diuina enim hoc dici eſt īpoſſibile) ex quo ſequeretur, ꝙ in Chriſto eſſet tm̄ diuina operatio: uel oporteret dicere, ꝙ ex diuina uirtute, & humana eſſet conflata in Chriſto una uirtus, quorū utrumq; eſt impoſſibile. Nā per primū horum ponitur natura humana in Chriſto eſſe imperfecta: per ſm uero ponitur cōfuſio naturarū. & ideo rōnabiliter in 6. Synodo * hæc opinio eſt cōdemnata, in cuius determinatione dr̄. Duas naturales operationes indiuiſe, incōuertibiliter, inconfuſe, inſeparabiliter, in eodem domino Ieſu Chriſto uero Deo noſtro glorificamus, hoc eſt, diuinam operationē, & humanā operationē.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Dion.* ponit in Chriſto operationem theandricā. i. diuinā uirilem, uel diuinā humanā, nō per aliquā confuſionem operationū ſeu uirtutum utriuſq; naturæ, ſed per hoc, ꝙ diuina operatio eius utitur humana, & humana eius operatio participat uirtutē diuinæ operationis. Vnde ſicut ipſe dicit in quadā epiſ. ad Caium. * Super hominem operabatur ea, q̄ ſunt hominis. quod monſtrat, Virgo ſuperna turaliter cōcipiēs, & aqua inſtabilis, terrenorū pedū ſuſtinens grauitatē. Manifeſtum eſt. n. ꝙ concipi eſt humanæ naturæ, ſimiliter & ambulare: ſed utrūq; fuit in Chriſto ſupernaturaliter & ſimiliter diuina operabatur humanitus: ſicut cū ſanauit leproſum tāgendo. Vnde in eadē epiſt. ſubdit. * Nō ſm Deū diuina faciens, non humana ſm hominē, ſed Deo homine facto, noua quadam Dei, & hominis operatione. Quòd aūt intellexerit duas eſſe operationes ī Chriſto, unam diuinæ naturæ, aliam aūt humanæ, patet ex his, q̄ dicit in 2. ca. de diui.* nom. ubi dicit, ꝙ his, quæ pertinent ad humanam eius operationē. Pater, & Spiritus ſanctus nulla ratione cōicant: niſi quis dixerit ſm benigniſſimam, & miſeticordem uoluntatem, inquātum. ſ. Pater & Spiritus ſanctus ex ſua miſericordia uoluerunt Chriſtū agere, & pati humana. Addit aūtē, & omnē ſublimiſſimū, & ineffabilem Dei operationē, quā homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis ꝓfecto Deꝰ, & immediate in perſona, à natura eſt operari vero iam conſtituta perſona habet à natura ipſa, mediāte natura: habet enim operatio naturam, & vt principium, & vt ſuſceptiuum proximum ſaltem mediante potentia, perſonā autem, vt primū operans, vt quod: eſſe vero naturam, habet, vt principiū quo tantum, & perſonam vt immediatū ſubiectum quod eſt. Eadē ergo eſt doctrina hic & ſuperius tradita: non enim docemur hic, quòd eſſe ſit de intrinſeco intellectu perſonæ, ſed quòd pertinet ad conſtitutionem perſonæ. Et vere ſic eſt, quoniam conſtitutio perſonæ eſt cōſtitutio ipſius eſſe, tum quia non alia conſtitutione, fit perſona, & aliam ſit eſſe, ſed vna & eadē: tum, quia ad hoc cōſtituitur perſona, vt ſit, quod eſt dictu, cōſtitutionem perſonæ terminari ad eſſe, tāquam ad ipſi perſonæ propria, immediatam vltimamque actualitatem, infra lacitudinem ſui generis, ſcilicet ſubſtantiæ.

In 6. Synod. generali actione 4. & 8. & 9.

Loco citato in argumē.

In epiſt. quæ incip. Quæris tu quidem, circa med.

¶In reſpōſione ad quintum vide nouitie, quòd cum propriis operatis ſingularium operationum (diuinæ ſcilicet, & humanæ) ſtare dicitur vnitatem operati reſpectu vtriuſque: non per viam proprietatis, quia hoc repugnat his, quæ nunc immediate dicta ſunt, ſed per viā concurſus ſeu communionis. Numquā enim operatum proprium vnius operationis eſt operatum proprium alterius, vt in principio reſpōſionis docemur: ſed operatum proprium vnius poteſt eſſe operatum commune ſibi & alteri operationi, vt ſanatio leproſi eſt proprium operatum diuinæ operationis, & cum hoc eſt commune operatum dictæ diuinæ operationis, & humano contactui participanti diuinam operationem, vt in calce reſpōſionis docemur.

In præcedēta epiſto. in fi.

Ca. 2. inter fi. & mediū pat is 1.

¶Super

Dei verbum. Sic igitur patet, ꝙ alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritussanctus non cõmunicant nisi secundum acceptationem misericordiæ suæ: & alia est eius operatio, inquantum est Dei verbum, in qua communicant Pater, & Spiritussanctus

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ instrumentum dicitur aliquid agere ex eo, quòd mouetur à principali agente, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationem secũdum suam formam, vt de igne dictum est.* Sic igitur actio instrumenti, inquantum est instrumentum, non est alia ab actione principalis agentis: potest tamen habere aliam operationem, prout est res quædam. Sic igitur operatio, quæ est humanæ naturæ in Christo, inquantum est instrumentum diuinitatis, nõ est alia ab operatione diuinitatis: non enim est alia saluatio, qua saluat humanitas Christi, & diuinitas eius: habet tamen humana natura in Christo, inquantum est natura quædam, quandam propriam operationem præter diuinam, vt dictum est.*

In corp. art.

In corp. ar.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ operari est hypostasis subsistentis; sed secundum formam, & naturam, à qua operatio [d] speciem recipit. & ideo à diuersitate formarum, seu naturarum est diuersa species operationum: sed ab vnitate hypostasis est vnitas secundum numerum, quantum ad operationẽ speciei. Sicut ignis habet duas operationes specie differentes. s. illuminare, & calefacere, ſm differentiam lucis, & caloris, & tamen est vna numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet, quòd sint duæ operationes specie differentes ſm eius duas naturas: quælibet tñ operationum est vna numero in Christo semel facta, sicut vna ambulatio, & vna sanatio.

D. 346.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ esse & operari est personæ à natura, aliter tamen, & aliter. Nam esse, pertinet ad ipsam constitutionem personæ, & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini, & ideo vnitas personæ, requirit vnitatem ipsius esse completi, & personalis: sed operatio est quidam effectus personę secundum aliquam formam, vel naturam, vnde pluralitas operationum non præiudicat vnitati personali.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ aliud est proprium operatum operationis diuinæ, & operationis humanæ in Christo: sicut operatum proprium diuinæ operationis est sanatio leprosi, operatum autẽ proprium humanę naturę est, eius contactus. Cõcurrunt autem ambæ operationes ad vnum operatum, secundum quòd vna natura agit cum communione alterius, vt dictum est.

¶ *Super Quæstionis 19. Artic primum.*

TItulus ex præcedenti clarus ẽ.

¶ In corp. tria fiunt. primo, declarat̃ur in cõi quid, & q̃ sit operatio humana, vel non humana, & similiter vna, vel multæ. Secundo, declarãtur hæc eadẽ in puro homine, applicando ad purum hominem cõiter prædicta Tertio, applicando ad Christũ, rñdetur q̃stio vnica cõclusione. In Christo ẽ vna tũ est animal. ergo Christus, inquantum est homo, habet plures operationes.

¶ 2. Præte. Potentiæ, & habitus distinguuntur ſm actus: sed in anima Christi fuerunt diuersæ potentiæ, & diuersi habitus: ergo & diuersæ operationes.

¶ 3. Præte. Iustrumenta debent esse proportionata operationibus: corpus autem humanum habet diuersa membra differentia secundum formam. ergo diuersis operationibus debent esse accommodata. Sunt ergo in Christo diuersæ operationes secundum humanam naturam.

SED CONTRA est, quòd sicut Damasc.* dicit in 3. lib. operatio sequitur naturã: sed in Christo est tm̃ vna natura humana: ergo in Christo fuit vna tantũ operatio humana.

Li. 3. fide. ca. 15.

RESPON. Dicendum, ꝙ quia homo est id, quod est secundũ rationem, illa operatio dr̃ esse simpliciter humana, quæ à ratione procedit per voluntatem quæ est rationis appetitus. Si qua aũt operatio est ī homine, quæ non procedit à ratione, & voluntate, non est simpliciter operatio humana: sed cõuenit homini ſm aliquam partem humanæ naturæ: qñque quidem, ſm ipsam naturã elementi corporalis, sicut ferri deorsum: qñque vero, ſm virtutem animę vegetatibilis, sicut nutriri, & augeri: qñque vero, ſm partẽ sensitiuam, sicut videre, & audire, imaginari, & memorari, cõcupiscere, & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nã operationes animę sensitiuę sunt aliqualiter obedientes rationi: & ideo sunt aliqualiter rationales, & humanę, inquantum. s. obediunt rationi, vt patet per Philo. in 1. Ethi.* Operationes vero, quę sequuntur animam vegetabilem, vel ẽt naturã elementaris corporis, non subijciuntur rationi, vnde nullo modo sunt rationales, nec humanę simpliciter, sed solum ſm partem humanę naturę. Dictũ est aũt supra,* qñ agens inferius agit per propriam formã, tunc est alia operatio inferioris agentis, & superioris: qñ vero agens inferius non agit, nisi secundum ꝙ est motum à superiori agente, tunc est eadẽ operatio superioris agentis, & inferioris. Sic igitur in quocumque homine puro alia est operatio elementaris corporis, & animę vegetatibilis ab operatione vohumana operatio multo magis, quàm in quocumq; homine.

Li. 1. Ethi. vlt. cap.

¶ Quo ad primum, quia titulus duos terminos claudit. s. operationẽ humanam, & vnitatẽ, vel pluralitatẽ, ideo Auctor primo operationẽ elucidat humanã, & deinde illius vnitatem, vel multitudinem in cõi. Dicit ergo tria. Primũ. Operatio humana simpliciter est, quæ à rõne procedit ſm voluntatẽ, quia homo est homo per rationem, & per oppositum reliquæ operationes attribuẽ homini, nõ humanæ nisi ſm partẽ sunt, & sunt triplicis ordinis. s. ex natura elemẽti, ex anima vegetatiua, ex anima sensitiua. Secundũ, Differentia inter operationes hominis ſm partem naturæ humanæ est, ꝙ quædam sunt participatiuæ qñque humanæ, vt quę sunt partis sensitiuæ: & quædam non, vt quę sunt partis vegetabilis, & elementaris. Tertium, Subordinatorum agentium propriis virtutib. operationes sunt multæ, agẽtiũ vero vna virtute vna est operatio.

¶ Nota hic duo. Primo, ꝙ quia ratio (vt dr̃ 9 Metaph) est ad opposita, & ab electione, quę est actus volũtatis determinatur, ideo ratio, & volũtas pro vnico principio operationis humanę cõputatur: & idẽ est operationem esse: à ratione, & à voluntate, quę est appetitus rõnis determinatiuus. Secundo, ꝙ cũm in litera dr̃ operationẽ hominis non procedentem à voluntate conuenire homini ſm aliquam partem humanæ naturæ, & subdistingui tur pars humanæ naturæ in elementarẽ, vegetabilẽ, & sensibilem, dubiũ surgit de primo actu intellectus, qui est hominis, & nõ a voluntate, nec ab aliqua harũ partiũ. Vnde dupliciter potest intelligi litera p̃sens: primo, vt sit sermo de genere operationis, ita ꝙ sensus est, si qd genus operationis ó con-

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sint plures operationes humanæ.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr̃, ꝙ in Christo sint plures humanæ operationes. Christus enim inquantum homo, cõicat cum plantis in natura nutritiua, cum animalibus aũt in natura sensitiua, cum Angelis aũt in natura intellectiua, sicut & cæteri homines: sed alia est operatio plantę, inquãtum est planta: & alia animalis, inquã-

conueniens homini, &c. Et tunc caret scrupulo litera, quia licet inueniatur in homine aliqua operatio non à volũtate, nec ſm illas partes numeratas in litera (vt primus actus intellectus quem oportet esse naturalem, vtpote, ante oẽm actum voluntatis) non tñ inuenitur aliquod genus operationis in homine, qđ non sit à voluntate aut ab aliqua nominatarum partium. Intelligere enim hominis ſm suum genus est à voluntate, quãuis prima intellectio ſm accepta. Alio modo. potest intelligi, vt litera intelligatur, vt sonat ſ. q̃ operatio hominis nõ a voluntate, non est simpliciter humana, sed conuenit homini ſm aliquam partem humanæ naturæ, & hic terminetur sentẽtia, ita q̃ sequens distinctio non apponatur, vt euacuatiua partis humanæ naturæ: sed vt narratiua partium humanæ naturæ opportunarum ad propositum.

¶Dico aũt hoc, quia inter partes humanæ naturę est computãda intellectiua pars, vt natura, sicut sensitiua, vegetatiua, & elementaris. Et sic multo magis sine vlla glossa litera caret scrupulo, quia primus actus intellect⁹ nõ est proprie humanus, & conuenit homini ſm partem intellectiuam humanæ nature: sequitur eñ actus ille ad partem intellectiuã, vt natura quædã est, sicut ad graue sequitur moueri deorsum: vterque enim motus est à generante deductis impedimentis, & pars intellectiua vt natura sumpta, optime distinguitur contra rationem appetitus determinatam ad operandum, sicut agens naturale contra agens a sito, vt patet.

¶Quo ad ſm conclusio est, In quolibet puro homine est tñ vna operatio humana, multæ aũt nõ humanæ. Declarãt discurrẽdo singillatim per quatuor enumeratas partes humanæ naturæ. scilicet elementarẽ, vegetabilem, sensitiuã & rationalem. Nam ex elementari, & vegetabili patet secunda pars conclusionis: quia alia, & alia est operatio harum partium, & voluntatis. Ex sensitiua vero distinguendo propriam à participato, patet q̃ ſm propria habet etiam aliam operationem, participatiue autem vnam, & est ipsius, & voluntatis operatio. Ex rationali aũt distinguendo seu replicãdo de quali vnitate operationis est sermo (.ſ. penes vnitatem principii propria uirtute) habetur, q̃ vna tñ est operatio humana in vno homine quæ est prima pars conclusionis, quia vnum tñ est humanum principium. ſ voluntas, quamuis diuersitas sit operationum humanarum penes obiecta, quę vocatur penes operata a quibusdam. Ex quibus omnibus patet, q̃ sequitur conclusio quo ad vtramque sui partem: nam ex hoc, quòd nulla pars humanę naturæ multiplicat operationem humanam in vno puro homine, habetur, quòd vna tñ est operatio humana in vno homine, & ex eo quòd in eodem secundum diuersas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes non humanæ, habetur quòd prẽter humanam operationem sunt in vno puro homine multæ operationes, non humanæ.

¶Notato hic, quòd hic apparet non esse hic sermonẽ de vnitate numerali, aut pure specifice operationis, cũ clare constet, in vno eodemq; homine esse diuersis temporib. humanus operationes multas secundum numerum ab eodẽ principio actiuo humano: sed quia omnis humana operatio in vno homine ab eodem est humano principio, vna dicitur vnitate formali sui actiui principii, & vnitate nihilominus numerali in omni subordinato principio sibi obsequente, vna enim numero est moderatio humani motus à voluntate, concupiscentia, ac lingua seu manu, & simile est de alijs. Distinctio autẽ specifica vel etiam generica operationũ humanarũ penes obiecta, de qua in præcedentibus libris tractatum, & discussum est in processu materiæ moralis, extra ꝓsens propositum est, vt patet in litera.

¶Quo ad tertium cõclusio est. Multo magis est vna operatio in Christo, quàm in quocumque alio homine. Probatur, quia & operationes elementares & vegetatiuæ aliqualiter voluntariæ erant, & sensitiuæ nullus erat motus non ordinatus à ratione, quorum opposita in homine puro multiplicant operationes.

¶Aduerte hic primo q̃ omnis motus partis sensitiuę in Christo dicitur ordinatus à ratione, pro quanto voluntas rationalis in Christo volebat motus naturales partis sensitiuæ in se esse vsque ad tales terminos, & non amplius.

¶Aduerte secundo, quòd motus naturales partis vegetatiuæ, & elementaris dicuntur in Christo voluntarij voluntate humana, & approbatiue, vt patet, & causaliter seu imperatiue, pro quanto subditi erant voluntati humanæ Christi, vt voluntas eius erat instrumentum diuinitatis. His enim duobus verificatur de voluntate humana Christi, quòd esuriit, sitiuit &c. voluntarie.

¶Aduerte tertio, quòd Auctor non concludit in Christo esse vnam tantum operationem humanæ naturæ: sed cum monstrasset, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multas, intulit, in Christo non solum esse operationem humanam vnam, sicut in cæteris hominibus, sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad illud vnum principiũ operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse voluntarias, ac per hoc ad vnitatem reduxit non simpliciter, quia ex propris actiuis principiis emanant vegetatiuæ, & elementares, sed quodammodo, quatenus scilicet sunt voluntariæ, & ideo comparatiuam conclusit. Multo magis est vna operatio in Christo, quàm in quocunque alio homine.

Q. præced. art. 5.

In corp. ar.

In corp. ar.

3. dĩ. 18. art. 2. ꝙ. 4. 5. & ver. q. 29. ar ti. 7. ad 6. & op. 3. c. 238. fin.

ARTICVLVS III.

Vtrum actio humana Christi potuerit esse sibi meritoria.

AD TERTIVM sic proceditur. Vſ, q̃ actio humana Christi non potuerit ei esse meritoria, vt dictum est supra. * Et ideo multo magis est una operatio in Christo, quàm in quocunque alio homine.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ operatio partis sensitiuæ, & ẽt nutritiuæ, non est proprie humana, sicut dictum est: * & tamen in Christo huiusmodi operationes fuerunt magis humanæ, quàm in alijs.

AD ꝘCVNDVM dicendum, q̃ potentiæ, & habitus diuersificantur per comparationem ad obiecta: & ideo diuersitas operationum hoc modo respõdet diuersis potentijs, & habitibus, sicut ẽt respondet diuersis obiectis. Talẽ aũt diuersitatem operationum non intendimus excludere ab humanitate Christi, sicut nec eam, quæ est secundũ aliud, & aliud instrumentũ, sed solum illam, quæ est ſm primũ principium actiuum, vt dictũ est. * Vnde patet etiam responsio ad tertium.

¶ *Super Quæstionis decimanonę Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est, Christus habuit per meritum quicquid alii habent per meritum, nisi sit tale, cuius meritum deroget dignitati Christi. Secunda est directe responsiua quæsito, Christus potuit aliquid sibi mereri. Prima conclusio habet duas partes. Et quo ad primam probatur, Habere aliquod bonum per se, est nobilius, quàm habere illud per alium: sed habere per proprium meritum, est habere illud per se: ergo habere per meritum, est nobilius quàm sine merito: ergo Christus habuit per meritum quicquic alii habẽt per

per meritum. Maior probatur, quia causa per se, potior est ea, quæ est per aliud. Minor probatur, sane tamen exposita, quòd intelligitur per se tamquam causam non primam (quia illa est Deus, ut patet ex Apostolo) sed secundariam, quia est esse Dei cooperatorem. Consequentia autem ultima probatur, quia omnis perfectio & nobilitas est Christo attribuenda.

¶ Quo ad secundam uero partem probatur conclusio, distinguendo bona in duo genera quędam, quorum quandoque absentia maiorem adimit perfectionem, quàm dignitas merendi ponat, ut gloria animæ, scientia, gratia, unio personalis Verbi quædã, quorum coæua præsentia, melior est dignitas merendi, ut gloria corporis, ascẽsio, ueneratio. Stante siquidem distinctione patet, quòd probata restat cõclusionis secunda pars ex illa radice. Omnis perfectio & nobilitas attribuenda est Christo. Hinc siquidem sequitur, & quòd dignitas meriti attribuenda est sibi respectu bonorum tunc minorum dignitate merendi, & quòd respectu maiorum bonorum tunc dignitate merendi, non habuerit meritum. Specificantur autem in litera utraque bona, & probatur q̃ quædam Christus meruit, ꝙa minora sunt quam dignitas merendi, quæ pertinet ad uirtutem charitatis. Secunda autem conclusio responsiua directe quæsito, non aliter probatur: sed ex prima probata & explanata in specialibus bonis quæ Christus meruit, relinquitur euidens.

¶ Aduerte hic, quòd licet Auctor potuisset uno uerbo expedire hanc quæstionem, dicendo quòd suppositâ absentia quorundam bonorum, quæ de facto fuit in Christo, ut patet, ad dignitatem ipsius spectat, quòd habuerit illa per meritum, quia quod est per se nobilius est, quam quod per aliud. Altius tamen Auctor orsus, monstrare uoluit quare quædam potuit mereri Christus, & quædam non. Et ad hoc monstrandum accepit hunc modum habendi, scilicet per meritum uel sine merito, & inde bonum quod haberi debet, & appendit utrumque in statera cum oppositio alterius. posuit enim in una parte modum habendi per meritum cum absentia quandoque boni, & in altera parte coæuam præsentiam boni cum non merito. Et librando cuncta, quia inuenit modum habendi per meritum cum absentia exteriorum bonorum, meliorem esse, quàm præsentiam eorundem sine merito, concluſit in Christo fuisse meritum respectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit præsentiam interiorum bonorum cum non merito eorum, meliorem fore quàm meritum eorũdem, quòd eorundem oportet habere absentiam, concluſit in Christo interiora bona fuisse sine merito. Hic processus est literæ, ut patet.

¶ Sed remanet hic dubiũ circa rõnem in litera redditã, quare Christus meruit exteriora bona: qa. s. dignitas merẽdi, ispectat ad charitatẽ, ac per hoc præstat exteriorum bonorũ præsentiæ coæuæ. Nam ſm hanc rõnẽ Christus ẽt meruit scientiam, quia sciẽtia inferior est charitate, ad quam spectat dignitas meriti. In litera autem computatur sciẽtia inter bona non sub merito Christi, quia derogaret dignitati Christi plus nescientia quandoq; quàm non meritum scientiæ.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ scientia tam beata q̃ infusa, quæ in Christo excluditur à merito, clauditur infra latitudinem gratiæ, & de beata patet. De infusa autem persuadetur, ex eo q̃ comprehendit in se dona Spiritus sancti, intellectum, sapientiam, scientiam, & consimilia, ut patet ex superiori tractatu de scientia infusa Christi. Gratiæ autem plenitudinis defectus in Christo, maiorẽ tolleret à Christo perfectionem, quàm poneret modus habendi ex merito. Et propterea ratio literæ stat solida respectu exteriorum bonorũ, nec habet locum respectu scientiæ infusæ.

¶ In responsione, ad tertium eiusdem articuli aduerte responsionem consistere in distinctione maioris argumenti assumpti, scilicet habito principali, accessorium non proprie cadit suo merito. Distinguitur. n. accessorium dupliciter, vel absolute, vel ſm congruentiam humanorum meritorum. Dẽ primo transeat maior, sed de secundo negatur: gloria autem corporis est ad gloriam animæ accessoria, secundum congruentiam humanorum meritorum ex diuina ordinatione, & ideo sub merito cadere potest.

¶ In responsione ad quartum, collige debitum nostrum erga Christum. Nam si parentibus & benefactoribus debemus, ſm esse quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum bene-

est epist. 56. nõ multum remote ante medium, tom. 2.

ria. Christus. n. ante mortẽ fuit comprehensor, sicut & modo est: sed comprehensoris nõ est mereri: charitas. n. comprehensoris pertinet ad præmium beatitudinis, cum ſm eam attendatur fruitio. vnde nõ vẽ esse principium merendi, cum non sit idem meritum & præmium. ergo Christus ante passionem non merebatur, sicut nec modo meretur.

¶ 2 Præt. Nullus meretur id, quod est sibi debitum: sed ex hoc, ꝙ Christus est filius Dei p naturam, debetur sibi hæreditas æterna, quam alij homines per bona opera merentur. nõ ergo Christus aliquid sibi mereri potuit, quia à principio fuit filius Dei.

¶ 3 Præt. Quicumq; habet id, quod est principale, non proprie meretur id, quod ex illo habito sequitur: sed Christus habuit gloriam animæ, ex qua ſm cõem ordinem sequitur gloria corporis, ut Aug.* dicit in Epistola ad Dioscorum: in Christo tamen dispensatiue factum est, ꝙ gloria animæ non deriuaretur ad corpus. non ergo Christus meruit gloriam corporis.

¶ 4 Præt. Manifestatio excellentiæ Christi non est bonum ipsius Christi, sed eorum, qui eũ cognoscũt. unde & pro præmio promittitur dilectoribus Christi, ut eis manifestetur, ſm illud Ioan. 14. Si quis diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. ergo Christus non meruit manifestationẽ suæ altitudinis.

Sed contra est, qđ Apost. dicit Phili. 2. Factus est obediẽs usq; ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum. Meruit ergo obediẽdo suam exaltationem, & ita aliquid sibi meruit.

Respon. Dicendum, ꝙ hr̃e aliquod donum per se, est nobilius, quàm hr̃e illud per aliud: semper. n. causa, quæ est per se, potior est ea, quæ est per aliud, ut dicitur in 8. Physicorum. * Hoc autem dicitur aliquis habere per seipsum, cuius est sibi aliquo modo causa. Prima autem causa omnium bonorum nostrorum per auctoritatem est Deus. & per hunc modum nulla creatura habet aliquid boni per seipsam, secundum illud 1. ad Corinth. 4. Quid habes quod nõ accepisti? Potest tamẽ secũdariò aliquis esse causa sibi alicuius boni habendi, inquantum. s. in hoc ipso Deo cooperatur: & sic ille, qui habet aliquid per meritum proprium, habet quodãmodo illud per seipsum. unde nobilius habẽt id, quod habetur per meritũ quàm id, quod habẽt sine merito. Quia autem omnis perfectio & nobilitas Christo est attribuenda, cõsequens est, ꝙ ipse per meritum habuerit illud, quod alij per meritum habent, nisi sit tale quid, cuius carentia magis dignitati Christi & perfectioni præiudicet, q̃ per meritũ accrescat: unde nec gratiam nec scientiam, nec beatitudinẽ animę, nec diuinitatem meruit: quia cũ meritum non sit nisi eius quod nondum habetur, oporteret ꝙ Christus aliquando istis caruisset, quibus carere, magis diminuit dignitatem Christi, quàm augeat meritum: sed gloria corporis, uel si qd aliud huiusmodi est, minus est q̃ dignitas merẽdi, quæ pertinet ad uirtutẽ charitatis. & ideo dicendum est, ꝙ Christus gloriam corporis, & ea quæ pertinent ad exteriorẽ eius excellentiam (sicut est ascẽsio, ueneratio, & alia hmõi) habuit per meritum, & sic patet, ꝙ aliquid sibi mereri potuit.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ fruitio, q̃ est actus charitatis, pertinet ad gloriam animę, quam Christus non meruit. & ideo si per charitatem aliquid meruit, non sequitur, quod idem sit meritum & præmium. Nec tamen per charita-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

beneuolum, & actus reuerentes, & verba honorabilia, quanto magis Creatori ac Redemptori nostro debemus, vt in nobis esse habeat (tam in intellectu, quã in affectu, qua in verbis, & act b.) cõlone ad excellentiã suam, ad recepta beneficia, & c. Hoc n. est id solũ, quod retribuere illi possumus: qm ẽ in ipso, nih l possumus ei dare aut tollere. In hoc na nque esse qđ in nobis habet, omnis cultus diuin⁹ cõsistit, & ad hoc ordinatur, in quo tota Dei gloria extra se ipsum consistit.

rum meritorum, * vt.s. sicut homo meretur per actũ animæ, quem exercet in corpore, ita ẽt remuneretur per gloriam animę, redundantem ad corpus. & propter hoc non solum gloria animę, sed ẽt gloria corporis cadit sub merito, secundum illud Rom. 8. Viuificabit mortalia corpora nostra, propter inhabitantem Spiritum eius in nobis. Et ita potuit cadere sub merito Christi.

Ad qvartvm dicendũ, ꝙ manifestatio excellentiæ Christi, pertinet ad bonum eius, ſm esse, qđ habet in notitia aliorũ, quàmuis principalius pertineat ad bonum eorum, qui eum cognoscunt, ſm esse quod habent in seipsis: sed ẽt hoc ipsum refertur ad Christum inquantum sunt membra eius.

¶ *Super Quæstio. 19 Articulum 4.*

TItulus de merito condigni intelligitur, & clarus est ex terminis superius declaratis.
¶ In corp. est vnica cõclusio rñsiua, Meritum Christi extendit se ad alios vt membra ipsius. Probatur, & declaratur. Primo, probatur: in Christo fuit gratia, non solũ, vt in homine singulari, sed vt in capite totius Ecclesiæ. ergo meritũ ipsius Antecedens patet ex supradictis. Consequẽtia patet, quia ex omnibus membris constituitur vna persona mystica, cuius caput, hoc est principale, ẽ Christus. Declaratur ex similitudine ī homine, quia caput sentit sibi, & omnibus membris.
¶ Aduerte hic, ꝙ priuilegium Christi est mereri alijs ex cõdigno, ita ꝙ sicut sol⁹ est caput Ecclesiæ, ita solus pót mereri ex cõdigno pro alijs

Inſra d. ar. 2. con. & art. 6. ꝙ 49. art. 1. con. & 2. dist. 29. q. 1. ar. 2. ad 3. & 3. dist. art. 6. Sent. q. 2. ar. 2. ad 2. & 20. d. q. 29. art. 7.

Articvlvs IIII.

Vtrum Christus alijs mereri potuerit.

Ad qvartvm sic proceditur. Vī, ꝙ Christus alijs mereri non potuerit. Dr enim Ezec. 18. Anima, q̃ peccauerit, ipsa morietur: ergo pari ratione anima, quæ meretur, ipsa remunerabitur: non ergo est possibile, ꝙ Christus alijs meruerit.
¶ 2. Præt. De plenitudine gratię Christi oẽs accipiunt, vt dr Io. 1. sed alij homines habentes gratiã Christi, non possunt alijs mereri: dr enim Ezec. 14. ꝙ si fuerint in ciuitate Noe, Daniel, & Iob, filiũ & filiam nõ liberabũt, sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. ergo nec Christus potuit aliquid nobis mereri.
¶ 3. Præt. Merces, quã quis mẽretur, debetur ſm iustitiã, & nõ ſm gratiam, vt patet Rom. 4. Si ergo Christus meruit salutem nostram, sequitur ꝙ salus nostra non sit ex gratia Dei, sed ex iustitia, & ꝙ iniuste agat eũ eis quos non saluat, cum meritũ Christi ad omnes se extendat.

A Sed contra: est, qđ dicitur Rom. 5. Sicut per vnius delictũ in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ: sed demeritum Adæ deriuatur ad condẽnationem aliorum: ergo multo magis meritum Christi ad alios deriuatur.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * in Christo non solum fuit gratia, sicut in quodã homine singulari, sed sicut in capite totius Ecclesiæ, cui omnes vniuntur, sicut capiti membra, ex quibus constituitur mystice vna persona. Et exinde est, quòd meritum Christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius, sicut etiam in vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membra eius, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ peccatum singularis personæ non nocet nisi sibijpsi: sed peccatum Adæ, qui constitutus est à Deo principiũ totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et similiter meritum Christi, qui est à Deo cõstitutus caput omnium hominum, quantũ ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

Ad secvndvm dicendum, quòd alij de plenitudine Christi accipiunt, non quidem fontem gratiæ: sed quandam particularem gratiam, & ideo non oportet, quòd alij homines possint alijs mereri, sicut Christus.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut peccatum Adæ non deriuatur ad alios, nisi per carnalem generationem, ita meritum Christi nõ deriuatur ad alios, nisi per generationem spiritualẽ, quę fit in baptismo, per quam homines Christo incorporantur, secundum illud ad Galat. 3. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, quòd homini conceditur regenerari in Christo, & sic salus hominis est ex gratia.

Quæst. 8.

sanctorum aũt merita aliis prodesse possunt de cõgruo. Auctor vero in rñsione ad tertiũ dixit, ꝙ sufficiebat ad solutionẽ argumenti, ꝙ ſ. non oportet sanctos mereri pro aliis, cũ quo verum quoq; est, ꝙ non potest sanctorũ meritũ esse pro alio ex condigno.

¶ *Super Quęstionis 20 Artic primum.*

TItulus clarus.
¶ In corp. vna est conclusio rñsiua quęsito. Christus est subiectus Patri tripliciter, ſm bonitatem, seruitutẽ, & obedientiam. probatur primo, Natura humana ex sui cõdẽtione habet triplicẽ hãc subiectionẽ ad Deũ: ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Antecedens manifestatur ī singulis tribus subiectionib Cõsequentia probãtur, quia cuilibet habenti naturã conueniunt, ꝙ propria sunt illi naturæ. Declaratur secũdo cõclusio auctoritatib ſ ngulas subiectiones attributas esse Christo.
¶ Iŋ rñsione ad primũ, & ſm habes tõnem

Quæstio XX.

De conuenientibus Christo, secundum quod Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de his, quæ conueniunt Christo per compationem ad Patrem: quorum quædam dicuntur de ipso secũdum habitudinem ipsius ad Patrem, puta, quòd est ei subiectus, quòd ipsum orauit, quòd ei in sacerdotio ministrauit: quædam vero dicuntur, vel dici possent secundum habitudinem Patris ad ipsum, puta, si Pater eum adoptasset, & quòd eum prædestinauit.
¶ Primo igitur considerãdum est, de subiectione Christi, ad Patrem.
¶ Secundò, De eius oratione.

nem huius articuli, propter Arrij. errorem motus vr. Et cũ quãta cautela loquẽdum est, & si sermoni cautela deest, non desit intellectui sanus sensus.

¶Tertiò, De ipsius sacerdotio.
¶Quartò, De adoptione, an ei conueniat.
¶Quinto, De eius prædestinatione.

CIRCA primum quæruntur duo.

¶Primo, Vtrum Christus sit subiectus Patri.

¶Secundò, Vtrum sit subiectus sibiipsi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dicendum sit Christum subiectum Patri.

3.p.q.42.ar.4.ad 1. & q.43.ar.7.ad 1. & 3.dist.11. art.1.ad 2.& di.17. ar.3.q.1.co. & 1.co. 15 lec.3. fin. c.24.habetur hic lib.inter opera Aug. tom.3. q.16.art.8. Li.3. orth.fi. c.21.parũ an temed.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ non sit dicendum, Christũ esse subiectum Patri. Omne enim quod subijcitur Deo Patri, est creatura, quia vt dicitur in lib.* de Ecclesia.dogmatibus, in Trinitate nihil est seruiens neque subiectum: sed non est simpliciter dicendum, q̃ Christus sit creatura, vt supra dictum est: † ergo etiam non est simpliciter dicendum, quòd Christus sit Deo patri subiectus.

¶2. Præt. Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quòd est eius dominio seruiens: sed humanæ naturæ in Christo non potest attribui seruitus: dicit enim Damasc.* in 3.lib.Sciendum est, quòd neq; seruam ipsam, scilicet humanam naturam Christi dicere possumus: seruitutis enim, & denominationis nomina, nõ naturæ sunt nomina cognitionisque signa, sed eorum, quæ ad aliquid, quemadmodum paternitatis, & filiationis nomina: ergo Christus secundum humanam naturam non est subiectus Deo patri.

¶3. Præt. Prioris ad Corinth.15.dicitur, Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia: sed sicut dicitur Hebr.2. Nunc, necdum videmus omnia subiecta ei: ergo nondum ipse est subiectus Patri, qui ei subiecit omnia.

Li.1. de Trin. c.7.ante me. tom.3.

SED CONTRA est, q̃ Dominus dicit Io.14. Pater maior me est. Et Aug. dicit in 1.de* Trin. Non immerito Scriptura vtrumq; dicit, æqualem Patri filium, & Patrem filio maiorem: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui sine vlla confusione intelligitur, sed minor est subiectus maiori: ergo Christus secundum formã serui est Patri subiectus.

RESPON. Dicendum, q̃ cuilibet habenti aliquã naturam, conueniunt ea, quæ sunt propria illi naturæ. Natura aũt humana ex sui conditione habet triplicem subiectionem ad Deum. Vnam quidem secundum gradum bonitatis prout. s. diuina natura est ipsa essentia bonitatis, vt patet per Dion.* Ca.1.a med. illius. 1.ca.de diui.no. natura aũt creata habet quandam participationẽ diuinæ bonitatis, quasi radijs illius bonitatis subiecta. Secundò, humana natara subijcitur Deo, quantum ad Dei potestatem prout. s. natura humana, sicut & quælibet creatura subiacet operationi diuinę dispositionis. Tertio modo, specialiter humana natura Deo subijcitur, quantum ad proprium suum actum, inquantum. s. propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth.19. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus. Vbi* Hieron. dicit, q̃ quia eum magistrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium, confessus erat, dixit,

Super illud, Quid me interrogas de bono to.9.

hominẽm, quamuis sanctum, in cõparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quòd ipse secundum humanam naturam non pertingebat ad ad gradum bonitatis diuinæ, & quia in his, quę non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius, vt Augn. dicit in 6.de Trin.* ex hac ratione Pater dicitur maior Christo s̃m humanã naturam. Secunda etiã subiectio Christo attribuitur, inquantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creditur: vnde Diony.† dicit 4.ca.Cæl.Hierar. q̃ Christus subijcitur Dei patris ordinationibus. Et hæc est subiectio seruitutis, s̃m quòd omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta, secundum illud Sap.16. Creatura tibi factori deseruiens. Et s̃m hoc, etiam filius Dei Philip.2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibiipsi Ioan.8. dicens, Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hæc est subiectio obedientiæ. Vnde dicitur Philip.2. quòd factus est obediens Patri usque ad mortem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit creatura: sed solum secundum humanam naturam, siue apponatur ei determinatio, siue non (vt supra dictum est *) ita etiam non est simpliciter intelligendum, quòd Christus sit subiectus Patri: sed solum secundum humanam naturam, etiã si hæc determinatio non apponatur, quam tamen conuenientius est apponere, ad euitandum errorem Arrij, qui posuit filium minorem Patre.

q.16.ar. D.fin. D.inq.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ relatio seruitutis, & dominij fundatur super actione, & passione, inquantum. s. serui est moueri à domino s̃m imperium. Agere autem non attribuitur naturæ sicut agenti, sed personæ: actus enim suppositorũ sunt & singularium, s̃m Phil.* attribuitur tamen actio naturæ, sicut ei secundum quam persona, vel hypostasis agit, & ideo quamuis non proprie dicatur quòd natura sit domina, vel serua, potest tamen proprie dici, quòd quælibet hypostasis, vel persona sit domina, vel serua secundum hanc, vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum, vel seruum secundũ humanam naturam.

Libr.1.me paulo p prin.ca.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut Aug.* dicit in 1. de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo, & Patri, qñ iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem, vt. s. videant ipsam essentiam cõem Patri, & filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solum in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc ẽt omnia erunt plene ei subiecta per finalem impletionem suæ voluntatis de eis, licet ẽt modo sint omnia ei subiecta, quantum ad potestatem, secundum illud Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

Li.1. de Trinit.ca.8.ar.

¶ *Super Quæstio 20. Articulum 2.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus sit subiectus sibiipsi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr, q̃ Christus non sit subiectus sibiipsi. Dicit enim Cyrillus in epist. synodica,* quã. s. synodus Ephesina recepit: Neq; ipse Christus sibi seruus est, neque dns, fatuum enim est, magis

Titulus clarus est i se. sed sua causa ex artic. colligitur, q̃ est diuersus loquendi modus Græcorũ, & Latinorũ. Cyrillus enim & Dama. cũ Ephesina synodo negant Christũ subiectũ sibi, Augustinus vero Christum

Insyn. Ephes. de Nest. med.fin.

stum sibi subiectum ſm humanitatem affirmat. Et quia vtraq; ſententia eſt vera, & ad diuerſos ſenſus recta rationabiliter dicta ab vtriſque, ideo nota eſt quæſtio hęc.

¶In corpo duo fiunt. Primo riderur ſi ſito ſm veritatem: ſecundo, docemur conuenientem loquēdi modum, in hac materia.

¶Quo ad primū cū diſtinctione duplicis ſenſus huiuſmodi locutionum riderur, q̄ poſſunt ſeruitus, & dominiū referri, vel ad diuerſitatem ſuppoſitorum, vel ad ſolam diuerſitatem naturarum in vna perſona. Probatur hęc diſtinctio, quia eſſe dominum, vel ſeruū attribuatur pſonę ſm aliquam naturam poteſt igitur referri diuerſitas requiſita inter dñm, & ſeruum: vel ad perſonarū, & naturarum ſimul diuerſitatem, vel ad diuerſitatem naturarum tm̄ ſtante vnitate perſonæ. Et prima concluſio iuxta primum ſenſum eſt: Chriſtus non eſt ſubiectus ſibi: aut dñs ſui Manifeſtatur: quia ſic eſt hæreſis Neſtorij damnata in ſynodo, negata à Cyrillo, & Dama. Secūda verò cōcluſio iuxta ſm ſenſum eſt: Chriſtus eſt ſibi ſubiectus, & ſui dominus. Hęc probatur ex diuerſitate naturarū, & auctoritate Aug.

¶Quo ad ſm modus loquendi congruus eſt, vt de Chriſto ea, quæ ſunt excellētiæ, abſolute dicantur: ea verò, quę ſunt ſubiectionis, cum determinatione appoſita dicantur ſ ſm humanā naturā. Et ratio eſt, quia Chriſtus eſt nomen perſonæ, quę in Chriſto eſt æterna, & Deus verus.

¶Nota hic, q̄ ea, quę ſunt excellentiæ dupliciter ſignantur, vel ſine determinatione ſeu limitatione, vt eſſe dñm preſidentem, maximum, &c. vel cum limitato termino, ſuiipſius, puta q̄ eſt dominus ſui, preſidet ſibi, &c. Auctor in litera loquitur de relationib. excellentiæ ſimpliciter, & absolute: cum dicit, q̄ de Chriſto ſunt abſolute enuntianda. Et per oppoſitū ea, quæ ſunt minorationis, non ſunt ſimpliciter, & abſolute enuntianda, puta q̄ eſt creatura quod eſt ſeruus, q̄ ſubiectus. Et non loquit̄ de relationib. excellentiæ reſpectu ſui nam tam relationes excellētiæ quàm relationes ſubiectionis reſpectu ſui, cum determinatione dicē dę ſunt: ſicut enim dicendum eſt Chriſtū ſibi ſubiectū ſm humanam naturam, ita dicendum eſt Chriſtum ſm deitatē dominum ſui ſm humanitatem. Et hæc manifeſte probantur ex reſponſionibus ad primum, & ſecundum in litera, vbi habetur quòd iſta relatiua non ſimpliciter, & abſolute dicuntur, reſpectu ſui, quoniā exigunt diuerſitatem ſuppoſitorum, ſim pliciter loquendo: ſed cū determinatione aliqua p̄ ſunt reſpectu ſui verificari, vt etiam ex Ariſtot. authoritate in reſpōſione ad tertium confirmatur.

In concil. 1. Ephe. cui p̄fuit Cyrill. ca. 6.

Locis in arg. 1. citatis.

Li. 1. de Trin. c. 7. ante me. tom. 3.

¶2. Præt. Seruus refertur ad dominum: ſed relatio non eſt alicuius ad ſeipſum: vnde & Hila. dicit in lib. de Trinit. * quòd nihil eſt ſibi ſimile, aut æquale: ergo Chriſtus non poteſt dici ſeruus ſuiipſius, & per conſequens nec ſibi eſſe ſubiectus.

¶3. Præter. Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, vt Athanaſ.* dicit: ſed homo nō dicitur ſubiectus ſibiipſi, vel ſeruus ſuiipſius, aut maior ſeipſo propter hoc, q̄ corpus eius ſubiectum eſt animæ. ergo neque Chriſtus dicitur ſubiectus ſibiipſi propter hoc, quòd eius humanitas ſubiecta eſt diuinitati ipſius.

SED CONTRA eſt, quod Auguſt. * dicit in 1. de Trini. Veritas oſtendit ſecundum iſtū modum, quo ſcilicet, Pater maior eſt, Chriſto ſecundum humanam naturam, & ſeipſo minorem Filium.

¶2. Præt. Sicut ipſe argumentatur ibidem, ſic accepta eſt à Filio Dei forma ſerui, vt nō amitteretur forma Dei: ſed ſecundum formā Dei; quæ eſt cōmunis Patri, & Filio, Pater eſt filio maior ſecūdum humanam naturam: ergo etiam Filius eſt maior ſeipſo ſecundum humanam naturam.

¶3. Præt. Chriſtus ſecundū humanam naturam eſt ſeruus Dei patris ſecundum illud Ioan. 20. Aſcendo ad Patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meū, & Deum veſtrum: ſed quicunque eſt ſeruus patris, eſt ſeruus Filij, alioquin non omnia, quæ ſunt patris, eſſent filij: ergo Chriſtus eſt ſeruus ſuiipſius, & ſibi ſubditus.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) eſſe dominum, & ſeruum attribuitur perſonæ, vel hypoſtaſi ſecundum aliquam naturam. Cum ergo dicitur Chriſtus eſſe dominus, vel ſeruus ſuiipſius, vel quòd verbum Dei eſt dominus hominis Chriſti, hoc poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur hoc eſſe dictum ratione alterius hypoſtaſis, vel perſonæ, quaſi alia ſit perſona verbi Dei dominantis, & alia hominis ſeruientis, quod pertinet ad hæreſim Neſtorij. Vnde in condemnatione Neſtorij dicitur in ſynodo * Epheſina. Si quis dicit Deum, vel dominū eſſe Chriſti ex Deo patre verbū, & non magis eundem confitetur ſimul Deum, & hominem, vtpote verbum factum carnem ſecundum Scripturas, anathema ſit. Et hoc modo negatur à Cyrillo, & Damaſc.† Et ſub eodem ſenſū negandum eſt, Chriſtum eſſe minorem ſeipſo, vel eſſe ſibi ſubiectum. Alio modo, poteſt intelligi ſecundum diuerſitatem naturarum in vna perſona, vel hypoſtaſi. Et ſic dicere poſſumus ſecundum vnā earum, in qua cum patre conuenit ſimul eum cum patre præeſſe, & dominari: ſecundū uero alteram naturam, in qua no biſcum conuenit, ipſum ſubeſſe, & ſeruire. Et per hunc modū dicit Augu.* Filium eſſe ſeipſo minorem. Sciendum tamen, quòd cum hoc nomē Chriſtus ſit nomen perſonæ, ſicut & hoc nomen Filius, illa per ſe, & abſolute poſſunt dici de Chriſto, quæ conueniunt ei ratione ſuæ perſonæ, quæ eſt æterna, & maxime huiuſmodi relationes, q̄ magis proprie uidentur ad perſonā, vel hypoſtaſim pertinere, ſed ea, quæ conueniunt ſibi ſm humanam naturam, ſunt potius attribuenda cum determinatione, ut uidelicet dicamus Chriſtum eſſe ſimpliciter maximum, & dominum, & præſidentem: quòd autem ſit ſubiectus, uel ſeruus, uel minor, eſt ei attribuendum cum determinatione, ſcilicet ſecundum humanā naturam.

Locis in arg. 1. citatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Cyrillus, & Damaſc. negant Chriſtum eſſe dominum ſuiipſius, ſecundum q̄ per hoc importatur pluralitas ſuppoſitorum, quæ requiritur ad hoc, q̄ aliquis ſimpliciter ſit dominus alicuius.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ ſimpliciter quidē oportet eſſe alium dominum, & alium ſeruum: poteſt tamen aliqua ratio dominij, & ſeruitutis ſeruari, prout idem eſt dominus, & ſeruus ſuiipſius, ſecundum aliud, & aliud.

AD TERTIVM dicendum, quòd propter diuerſas partes hominis, quarum una eſt ſuperior, & alia inferior, dicit etiam Philoſoph. in 5. Ethico.* quòd eſt hominis ad ſeipſum iuſtitia, inquantum irraſcibilis, & concupiſcibilis obediunt rationi. Vnde, per hunc modum etiam unus homo poteſt dici ſibi ſubiectus, & ſeruiens ſecundum diuerſas ſui partes.

Li. 5. Eth. ca. vlt. tom. 5.

AD alia autem argumenta patet reſponſio ex dictis. Nam Auguſt.* aſſerit Filium ſeipſo minorem eſſe, uel ſibi ſubiectum, ſecundum humanam naturam, non ſecundum diuerſitatem ſuppoſitorum.

Li. 1. de Trin. ca. 7. to 1.

QVAE-

¶ *Super Quæstionis 21. Articulum 1.*

TItulus clarus. ¶In corp. vnica conclusio, Christo, ſm q̃ eſt homo, conuenit orare. Probat, oratio eſt explicatio propriæ volũtatis apud Deũ, vt eam impleat. ergo ſi in Chriſto eſſet ſm̃ voluntas diuina, non cõpeteret ei orare. ergo Christo, ſm q̃ habet voluntatẽ humanã, conuenit orare. Antecedẽs patet ex antedictis. Conſequentia prima probatur, quia diuina voluntas eſt per ſeipſam efficax, iuxta Pſ Secunda vero probatur, quia in Chriſto p̃ter diuinã eſt humana volũtas, quæ nõ per ſeipſam eſt efficax, ſed ope diuinæ virtutis eget.

3.di.17. art. 3. q.1. & 4. dist.15. q.4. ar.6.q 2. ad 1. & Ioã.11. le.6. Li.3.cap.24. in prin.

¶ In rñſione ad primũ, vide Nouitie, q̃ Auctor primo loquit de Chriſto rõne humanæ naturæ aſſumptæ, & dicit neceſsitatem orandi, nõ omnipotentiam naturæ ſuæ humanæ. Deinde loquit de toto Chriſto, & aſsignat plures rationes orãdi ſ. fidei ſuæ, ſuæ deitatis, & exempli noſtri. ¶In rñſione ad ſm vidẽ curioſe, q̃ rñſio ſtat in hoc, quòd Chriſtus neſciuit Lazarũ reſuſcitandũ abſolute. ſed ſciuit Lazarũ reſuſcitãdũ medio ſuo clamore, &c. & ſimile eſt de alijs.

Li.3.orth.fi. c.24. in pri.

Et ideo vana eſt quæſtio, ad quid oportet tot media apponere: eadẽ enim̃ eſt præuiſio termini, & mediorũ, & eadem eſt quæſtio & ſolutio omnium. ¶In rñſione ad tertiũ vide Nouitie, q̃ aſcẽſus eſt nomẽ motus ꝓprie dicti. Trãſlatum aũt ad mentẽ põt dupliciter cõuenire menti, ſm proprium mentis actũ, qui vere, & proprie eſt actus perfecti, puta, intelligere. Nam põt menti conuenire aſcẽſus, vel per modũ motus, qui actus eſt imperfecti, & ſic cõuenit nobis, qui nõ ſumus mente coniũcti ſupernis, ſed tẽdimus mentis actib. ad illa ſicut vapores aſcẽdũt ſurſum, qui de terra eleuantur, & tẽdunt ſurſum, & ſic

2.2.q.83.ar. 1.& 2.

QVAESTIO XXI.

De oratione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderandũ eſt de orõne Chriſti. ET circa hoc quærũtur quatuor.

¶Primò, Vtrum Chriſto conueniat orare.

¶ Secundò, Vtrum conueniat ſibi ſecundum ſuam ſenſualitatem.

¶Tertiò, Vtrum conueniat ſibi orare pro ſeipſo, an tantum pro alijs.

¶Quartò, Vtrum omnis eius oratio ſit exaudita.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Chriſto competat orare.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, q̃ Chriſto nõ cõpetat orare. Nam ſicut Damaſ.* dicit, oratio eſt petitio decentiũ à Deo: ſed cum Chriſtus omnia facere poſſet, non vꝫ ei conuenire, q̃ aliquid ab aliquo peteret: ergo videtur q̃ Chriſto non conueniat orare.

¶2. Præt. Non oportet orando petere illud, quod aliquis ſcit, q̃ certo eſſe futurum (ſicut non oramus, q̃ ſol oriatur cras) neque eſt ẽt conueniens, q̃ aliquis orando petat, quod ſcit nullo modo eſſe futurũ: ſed Chriſtus ſciebat circa omnia quid eſſet futurum. ergo non conueniebat ei aliquid orando petere.

¶3. Præt. Dama.* dicit in li.3. q̃ oratio eſt aſcenſus intellectus ĩ Deũ: ſed intellectus Chriſti nõ indigebat aſcenſione in Deũ, quia ſemper intellectus eius erat Deo coniunctus, non ſolum ſecundum vnionem hypoſtaſis, ſed etiam ſecundum fruitionẽ beatitudinis: ergo Chriſto non conueniebat orare.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Luc.6. Factum eſt, in illis diebus exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt * in 2. parte) oratio eſt quædam explicatio ꝓppriæ voluntatis apud Deũ, vt eã impleat. Si igitur in Chriſto eſſet vna tantum voluntas, ſcilicet diuina, nullo modo cõpeteret ſibi orare, quia volũtas diuina per ſeipſam eſt effectiua eorum, quæ vult, ſecundum illud Pſalm.134. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit: ſed quia in Chriſto eſt alia voluntas diuina, & alia humana, & voluntas humana nõ eſt per ſeipſam efficax ad implendũ quę vult, niſi per virtutem diuinam inde eſt, quòd Chriſto ſm q̃ eſt homo, & humanam voluntatem habens, competit orare.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Chriſtus poterat perficere omnia, quæ volebat, ſecundum quòd Deus, non autem ſecundum quod homo, quia ſecundum quod homo, non habuit omnipotentiam, vt ſupra habitum eſt. * Nihilominus tamen ipſe idem Deus exiſtens, & homo, voluit ad Patrem orationem porrigere, non quaſi ipſe eſſet impotens, ſed propter noſtram inſtructionem. Primo quidem, vt oſtenderet ſe eſſe à patre. Vnde ipſe dicit Ioan.11. propter populum qui circunſtat, dixi. ſ. verba orationis, vt credant, quia tu me miſiſti. Vnde Hila.in 10. de Trin. * dicit, Non precẽ eguit, pro nobis orauit, ne filius ignoraretur. Secundo, vt nobis exemplum orandi daret. Vnde Amb. dicit ſuper Luc. † Noli inſidiatrices aperire aures, vt putes filium Dei quaſi infirmum rogare, vt impetret quod implere nõ poſſit: poteſtatis enim actor obedientiæ magiſter, ad præcepta virtutis, ſuo nos informat exẽplo. Vnde & Augu. * dicit ſuper Ioan. Poterat Dominus in forma ſerui, ſi hoc opus eſſet, orare ſilentio: ſed ita ſe patri exhibere voluit precatorem, ut meminiſſet noſtrum ſe eſſe doctorem.

Li.3.de ſo. cc.ca. 10. tom.6. Tract. in Ioã. tom.9. 2.2.q.83.

AD SECVNDVM dicendum, quòd inter alia, quæ Chriſtus ſciuit futura, ſciuit quædam eſſe fienda propter ſuam orationem, & huiuſmodi non inconuenienter à Deo petijt.

AD TERTIVM dicendum, quòd aſcẽſio nihil eſt aliud, quàm motus in id, quod eſt ſurſum: motus aũt, vt habetur in 3. de Ani. * dupliciter dr̃. Vno modo, proprie, ſm q̃ importat exitum de potẽtia in actum, prout eſt actus imperfecti, & ſic aſcendere competit ei, quod eſt potentia ſurſum, & non actu, & hoc modo, ut Dama. † dicit in 3. lib. intellectus humanus Chriſti non eget aſcenſione in Deum, cum ſit ſemper Deo unitus, & ſm eſſe perſonale, & ſm contemplationem beatam. Alio modo dicitur motus, qui eſt actus perfecti, ideſt exiſtentis in actu: ſicut intelligere & ſentire dicuntur quidam motus: & hoc modo intellectus Chriſti ſemper aſcendit in Deum, quia ſemper contemplatur ipſum, ut ſupra eſt exiſtentem.

Li.3.de ma. cc.ca. 10. tom.6.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſto conueniat orare, ſecundum ſuam ſenſualitatem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vꝫ, q̃ Chriſto conueniat orare ſm ſuã ſenſualitatẽ. Dr̃ enim̃ in Pſ.83. ex perſona Chriſti, Cor meũ, & caro mea exultauerũt in Deũ uiuũ: ſed ſenſualitas dr̃ appetitus carnis. ergo ſenſualitas Chriſti potuit aſcendere in Deum uiuum exultando, & pari modo orando.

¶2. Præt. Eius uꝫ eſſe orare, cuius eſt deſiderare illud qđ petit. Chriſti menti nõ cõuenit aſcenſus, quia ſemper eſt cũ Deo: vel per modum motus, qui eſt actus perfecti, & ſic conuenit Chriſto, & beatis aſcẽſus mentis ĩ Deũ: quia iunct̃ Deo contemplantur ipſum, vt ſuper ſe, perfecti cõtemplatione illius, ſicut nos cũ contẽplamur aliquid, dicimur moueri, ſm intellectum in illud.

Iohã.ca. 40.& 17.ar.3. & opuſ. 240.ca.

¶ *Super Quæſtionis 21. Articulum 2.*

TItulus, vt ſonat, ſumatur, qm̃ in articulo diſtinguitur.

¶ In corpore vnica eſt diſtinctio bimẽbris. cum duabus cõcluſionibus reſpõſiuis ſingulis ad ſingula membra. Diſtinctio. Orare ſecũdum ſenſualitatem dupliciter cõtingit, primo elicitiue, ſecundo materialiter, iuxta primũ mẽbrũ con-

In corp.

In corp.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conclusio est: Christus non orauit secundum sensualitatem. Iuxta secundum conclusio est: Christus orauit secundum sensualitatem. Probantur ambæ conclusiones in litera satis clare, ut patet. Et tota materia est clara, quoniam & constat quòd oratio non potest esse sensualitatis actus, & q; sensualitatis affectus potest esse materia, quam oratio Deo offert.

sed Christus petiuit aliquid quod A desiderauit eius sensualitas, cùm dixit, Transeat a me calix iste, sicut dicitur Matth. 26. ergo sensualitas Christi orauit.

¶ 3 Prete. Magis est uniri Deo in persona, quàm ascendere in Deũ per orationem: sed sẽsualitas fuit assumpta a Deo in unitatem personę, sicut & quelibet pars humanæ naturæ. ergo multo magis potuit ascendere in Deum orando.

Sed contra est, quod dr Philip. 2. quod filius Dei secundum naturam quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est: B sed alii homines non orant secundum sensualitatem. ergo nec Christus orauit secundum sensualitatem.

Respon. Dicendum, quod orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo sic quod ipsa oratio sit actus sensualitatis, & hoc modo Christus secundum sensualitatem non orauit: quia eius sensualitas eiusdem naturæ, & speciei fuit in Christo & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare duplici ratione. Primò quidem, quia motus sensualitatis non potest sensibilia transcendere, & ideo non potest in Deum ascendere, quod requritur ad orationem. Secundò, quia oratio importat C quandam ordinationem, prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi a Deo implendum, & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis, ut in 2.2.q.83.a.1. secunda parte habitum est.* Alio mõ potest dici aliquis orare secundum sensualitatem, quia scilicet eius ratio orando Deo proponit, quod est in appetitu sẽsualitatis ipsius, & secundum hoc Christus orauit secundum sensualitatem, inquantum scilicet oratio eius exprimebat sensualitatis affectum tamquam sẽsualitatis aduocata, & hoc, ut nos de tribus instrueret. Primò quidem, ut ostenderet, se ueram naturam humanam susscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundò, ut ostenderet quod homini licet se D cundum naturalem affectum aliquid uelle, qđ Deus non uult. Tertiò, ut ostendat quod proprium affectum debet homo diuinę uoluntati subijcere. Vnde Aug.* in Enchir. dicit. Sic Christus hominem gerens, ostendit priuatam quandam hominis uoluntatem, cum dicit, Transeat a me calix iste. Hæc enim erit humana uoluntas, proprium aliquid, & tamquam priuatum uolẽs: sed quia rectum uult esse hominem, & ad eum dirigi, subdit, Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu: ac si dicat, Videte in me: quia potes aliquid proprium uelle, etsi Deus aliud uelit. E

Ad primvm ergo dicendum, quòd caro exultat in Deum uiuum, non per actum carnis ascendẽtem in Deum: sed per redundantiam a corde in carnem, inquantum appetitus sensitiuus sequitur motum appetitus rationalis.

Ad secvndvm dicendum, quod licet sensualitas hoc uoluerit quod ratio petebat, hoc tamen orãdo petere non erat sensualitatis, sed rationis, ut dictum est.*

In corp.ar. Ad tertivm dicendum, quod unio in persona est secundum esse personale, quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ: sed ascensio orationis est per actum, qui non conuenit In corp.ar. nisi rationi, ut dictum est.* Vnde non est similis ratio.

Articvlvs iii.

Vtrum fuerit conueniens Christum pro se orare.

¶ Super quæstionis 21. articulum tertium.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd Christo nõ fuerit conueniens pro se orare. Dicit enim Hilar.* in 10. de Trinit. Cùm sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectũ tamen nostræ fidei loquebatur. Sic ergo uidetur quòd Christus non sibi, sed nobis orauerit.

¶ 2 Præt. Nullus orat nisi pro eo quod uult: ga sicut dictum est, † oratio est quędam explicatio uoluntatis per Deum implędæ: sed Christus uolebat pati ea, quę patiebatur: dicit enim Augus.* 26. contra Faustum. Homo plerumque etsi nolit, contristatur: etsi nolit, dormit: etsi nolit, esurit, aut sitit. Ille autem, scilicet Christus, omnia ista habuit, quia uoluit. ergo ei non competebat pro seipso orare

¶ 3 Præt. Cyprianus dicit in lib.* de oratione dominica: Pacis & unitatis magister noluit singillatim & priuatim preces fieri, ut quis cum precatur, pro se tantũ precetur: sed Christus illud impleuit quod docuit, secundum illud Actuũ. 1. Cępit Iesus facere & docere. ergo Christus numquàm pro se solo orauit.

Sed contra est, quòd ipse Dominus orando dicit Ioan. 17. Clarifica filium tuum.

Respon. Dicendum, quod Christ9 pro se orauit dupliciter. Vno modo, exprimẽdo affectũ sensualitatis, dut supra dictũ est,* uel etiam uoluntatis simplicis, q̃ consideratur ut natura, sicut cũ orauit a se calicem passionis trãsferri. Alio modo, exprimendo affectũ uoluntatis deliberatæ, quæ consideratur ut ratio: sicut cum petijt gloriam resurrectionis: & hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est,* Christus ad hoc uti uoluit oratione ad patrem, ut nobis daret exemplum orandi, & ut ostenderet, patrem suum esse auctorem, a quo & æternaliter processit secundum diuinam naturam, & secundum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat a patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quędam bona, nondum habita, sed percipienda: & ideo sicut pro bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat patri, recognoscendo eum auctorem, ut patet Matth. 26. & Ioan. 11. ita etiam ut patrem auctorem recognosceret, ab eo orando petebat ea, quæ sibi deerant, secundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exemplum, ut de perceptis a nobis muneribus gratias agamus, & etiam nõdum habita orando postulemus.

¶ In corpore duæ conclusiones. Prima est, Christus orauit pro se, sensualitatis & simplicis uoluntatis affectum explicando. Secunda est, Christus orauit pro se, explicando petendoque affectũ uoluntatis deliberatæ. Prima conclusio relinquitur ex dictis, clara, & auctoritate euangelij, Transeat a me calix iste. Secunda autem probatur ratione simul & similitudine, Christus orauit pro exemplo, & pro fide, quòd ipse est a patre, secundum deitatem & humanitatem: sed ipse erat a patre secundũ aliqua bona percepta in natura humana, & secundum aliqua percipienda. ergo sicut consonum fuit gratias agere pro perceptis, ita petere percipienda. Et tenet sequela, qa (sic vtro) rumque auctor recognoscitur pater. Et hæc quo ad fidem. Quo ad exemplum uero infertur: ergo consonum fuit exemplum dare, & gratias agendi, & peccandi.

¶ Memento nouitie, quod orationis multæ sunt partes, quarũ duæ sunt gratiarum actio & petitio, de quibus hic est sermo. Et ideo petitionem probat litera, Christo conuenire a simili, sicut & gratiarum actionem.

3.di. 17.art. 3.quæs.2. Et opusc. 7. Et 10.12.lect.4. lib. 10. parũ ante fin.

Ar.1.huius quæst.

Lib.26.c.8. in fi.to.6.

Aliquantulum a princip. Euangelica præcepta.

D.1220. Ar. præced.

Ar.1 huius q.ad 1.

Ad primvm ergo Dicendum, quòd Hilarius loquitur quantum ad orationem uocalem, quę nō erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos. vnde signanter dicit, quòd sibi nō proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperū exaudit Dominus, ut in Psalm. 9. dicitur, multo magis sola uoluntas Christi habet uim orationis apud patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego sciebam, quoniam semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.

Ad secvndvm dicendum, quòd Christus uolebat quidem pati illa quæ patiebatur, pro tempore illo: sed nihilominus uolebat, ut post passionem, gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat: quam quidem gloriam expectabat a patre sicut ab Auctore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat.

Ad tertivm dicendum, quòd ipsa gloria quam Christus orādo petebat, pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: & ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro alijs. Sicut & quicumque homo aliquod bonum a Deo postulat, ut utatur illo ad utilitatem aliorum, non sibi soli, sed etiam alijs orat.

¶ Super quæstionis 21. articulum quartum.

Articvlvs IIII.

Vtrum oratio Christi semper fuerit exaudita.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd oratio Christi non semper fuerit exaudita. Petijt enim a se remoueri calicē passionis, ut patet Matth. 26. Qui tamen ab eo non fuit translatus. ergo uidetur quòd non omnis oratio eius fuerit exaudita.

¶ 2 Præt. Ipse orauit, ut peccatū crucifixoribus suis signosceretur, vt patet Luc. 22. Non tamen oīb⁹ peccatum illud fuit dimissum: nam iudæi fuerunt pro illo peccato puniti. ergo uidetur ꝙ non oīs eius oratio sit exaudita.

¶ 3 Præt. Dñs orauit pro his, qui erant crediturī per uerbum apostolorum in ipsum, ut omnes in eo unum essent, & ut peruenirēt ad hoc, ꝙ essent cum ipso: sed nō oēs ad hoc perueniunt. ergo nō omnis eius oratio est exaudita.

¶ 4 Præt. In Psal. 21. dicitur in persona Christi: Clamabo per diē, & non exaudies. non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita.

Sed contra est, quod Apost. dicit ad Heb. 5. Cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Respon. Dicēdum, ꝙ sicut dictū est,* oratio est quodāmodo interpretatiua uoluntatis humanæ. tūc ergo alicuius orantis, exaudit oratio, qñ eius uoluntas adimplet. Volūtas aūt simpliciter hoīs est rōnis uoluntas: hoc enim absolute uolumus, quod secundum deliberatam rationem uolumus. Illud autem quòd uolumus secundum motum sensualitatis, vel etiam secūdum motum uoluntatis simplicis, quę consideratur ut natura, non simpliciter volumus, sed secundum quid. s. si aliud non obsistat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis uoluntas magis est dicenda velleitas, quam absoluta uoluntas, quia. s. homo hoc uellet, si aliud non obsisteret. Secundum autem uoluntatem rationis, Christus nihil aliud uoluit, nisi quod sciuit Deum velle: & ideo omnis absoluta uoluntas Christi, etiam humana fuit impleta, ga fuit Deo conformis, & per consequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentur, quod sunt eorum uoluntates Deo conformes. secū dum illud Ro. 8. Qui autem scrutatur corda, scit. i. approbat, quid dēsideret spiritus, ideſt, quid faciat sanctos desiderare, quoniam secundum Deum, ideſt, secundum conformitatem diuinæ uoluntatis, postulat pro sanctis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illa petitio de translatione calicis, diuersimode a sanctis exponitur. Hilarius enim, super Matth. dicit.* Quod autem ut a se transeat, rogat non ut ipse prætereatur, orat: sed ut in alterum id quo a se transit, accedat: atque ideo ꝙ his orat, qui passuri post se erant, ut sit sensus, quomodo a me bibitur calix iste passionis, ita ab his bibatur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Vel secundum Hier.* Signanter dicit, Calix iste hoc est populi iudæorum, qui excusationem ignorantię habere non possunt, si me occiderint habentes leges & prophetas, qui uaticinantur. Vel secundum Dionys. Alexandrinum, quod dicit, Transfer calicē istum a me, non hoc est, non adueniat mihi: nisi enim aduenerit, transferri non poterit, sed sicut quod præterit, nec intactum est nec permanens, sic Saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli. Ambros.* autem dicit & Origen. & Chrysostom. quòd hoc petiit quasi homo, naturali uoluntate mortem recusans. Sic ergo si intelligatur, quod petierit per hoc, alios martyres fuę passionis imitatores fieri Hilarium.† uel si petiit quod timor bibendi calicis eum non perturbaret, uel, quòd mors eum non detineret: omnino impletum est quod petiuit. Si uero intelligitur petiisse quod non solum autem uoluntatis deliberatæ, sed uelleitatis, & affectus, ut patet ex supradictis, & ex oratione Christi, Transeat a me calix iste. Verum sicut uoluntas distinguitur in simpliciter uel secundum quid, ita oratio, prout est petitio, distinguitur in simpliciter uel secundum quid. Et ut petit seu procurat pro uoluntate deliberata, est oratio simpliciter: ut autem pro uelleitate & affectu humano, est oratio secundum quid. Et propterea simpliciter de oratione loquendo, uerum est, quod omnis Christi oratio fuit exaudita; oratio namque quā pro uelleitate & affectu sensus obtulit, non simpliciter petebat, sed sub cōdone: subdidit enim, fiat uoluntas tua. Et ita exaudita est etiam hęc oratio quo ad ultimum petitum, qđ deliberate uolebat & desiderabat.

¶ In responsione ad primum, vide nouitie, quod Dionysii Alexandrini expositio habetur in Catena aurea. Luc. 22. Et ex illa quæ secundo loco ponitur in litera scisceat, quod timor mortis eum nō perturbaret, aut qđ mors eum non detineret. Loquitur enim Dionysius hic ad similitudinem alicuius nocui applicati nobis per modum transeuntis, puta, ignis uel aquę, & huiusmodi. Tale. n. quia applicatur mihi, non est inactum, sed aliqua liter contingens me: quia uero pertransit, non permanet in me. Et sic uolebat Christus uel mortis timore tangi, non comprimi, uel morte ipsa tāgi, nō detineri, sed resurgere. Modus igitur mali est qui sub petitione cadit, cum dicitur, Transeat calix, transfer calicem &c. secundum istam expositionem. Reliqua clara sunt.

3 dist. 17. art. 3. q. 3. & 4. Et opusc. 3. cap. 140. Et opusc. 7. & Psal. 20. et 10. 12. 1e. 4. et Heb. 5.

Ar. præced. q. 2. et ar. 2. huius q.

Cano. 3. Mar. paulo medi

Super illum locum Mat. 9. tom.

Ambr. Luchen. Origen. 31. in Mat. 6. lo. a pr. illius ti. Chrys. lo. 84. in Mat. tom. 2. D. 220 Hila. co. in Matt.

quod non biberet calicem mortis & passionis, uel A quod non biberet ipsum a iudæis, non quidem est factum quod petijt, quia ratio quę petitionem proposuit, nolebat ut hoc impleretur: sed ad instructionem nostram uolebat demonstrare nobis suam uoluntatem naturalem & motum sensualitatis, quem sicut homo habebat.

Ad secvndvm dicendum, quòd Dominus nō orauit pro omnibus crucifixoribus, neq; etiam pro omnibus, qui erant crediturí in eum: sed pro his solum, qui erant prędestinati, ut per ipsum uitam consequerentur ęternam.

Vnde patet etiam responsio ad Tertium.

Ad qvartvm dicendum, q̄ cum dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est, quantum ad affectum sensualitatis, quæ mortem refugiebat: B exauditur tamen quantum ad affectum rationis, ut dictum est.*

In corp. ar.

¶ *Super quæstionis uigesimæ secundæ articulum primum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore articuli est una conclusio responsiua quæsito. Christo maxime conuenit esse sacerdotem. Probatur: Proprie officium sacerdotis est esse mediatore inter Deum & populum utrimque: sed hoc maxime cōuenit Christo. ergo. Maior declarat quò ad utramque partē officii. Minor similiter, & omnia clara sunt.

¶ In responsione ad primum considera nouitę, quod tota uita Christi in terra fuit oblatio pro humano genere, & propterea angeli Christo post ieiuniū, & tentationem ministrantes in his, quæ ad refectionem corporis spectabat, ministri sacerdotij Christi dicuntur.

Cano. 2. Mar. post medi

Super illum locum Mat. 9. tom.

Ad 3. q. 21. a. 2. & q. 22. ar. 4. ad 1. & 4. conc. 4. & opus. 18. 3. lib. & pf. 2. & Ps. 44. & Heb. 1. lect. 1.

QVAESTIO XXII.

De sacerdotio Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sacerdotio Chri. Et circa hoc quęrun tur sex.

¶ Primò, Vtrum cōueniat Chri C sto esse sacerdotem.

¶ Secundò, De hostia huius sacerdotis.

Tertiò, de effectu hui⁹ sacerdotij.

¶ Quartò, Vtrum effectus sacerdotij eius pertineat ad ipsum, uel solum ad alios.

¶ Quintò, De æternitate sacerdotij eius.

¶ Sextò, vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech. D

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

Ad primvm sic proceditur. Vdetur, quòd Christo non cōueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor angelo: unde dr Zach. 3. Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stantem corā angelo Dñi: sed Christus est maior angelis, secundum illud Heb. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. ergo Christo non cōuenit esse sacerdotem. E

¶ 2 Præt. Ea, quæ fuerunt in ueteri testamento, fuerunt figuræ Chri, secundum illud Col. 2. Quæ sunt umbra futurorum: sed Christus nō traxit carnis originē ex sacerdotibus ueteris legis: dicit. n. Apost. ad Heb. 7. Manifestum est, q̄ ex Iuda ortus sit Domin⁹ noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyse locutus est. ergo Christo nō conuenit esse sacerdotē.

¶ 3 Præ. In ueteri lege, quæ est figura Chri, nō fuit ibidem legislator & sacerdos: unde dicit Dominus ad Moysen legislatorem, Exo. 28. Applica Aarō fratrem tuū, ut sacerdotio fungat mihi. Crus aūt est lator nouæ legis, f̄m illud Hier. 3. Dabo legē meā in cordib. corū. ergo Chrō nō cōuenit esse sacerdotē.

Sed contra est, quod dicitur Heb. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit cęlos, Iesum filium Dei.

Respon. Dicendum, quòd proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum, inquantum scilicet diuina populo tradit: unde dr sacerdos, quasi sacra dans secundum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, inquantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maxime conuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata, secūdum illud 2. Pet. 1. Per quē, scilicet Christum, maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse etiam humanum genus Deo recōciliauit, secundum illud Coloss. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia. Vnde Christo maxime conuenit esse sacerdotem.

Ad primvm ergo dicendum, quod potestas hierarchica conuenit quidem angelis, inquantum & ipsi sunt medij inter Deum & hominem, ut patet per Dio.* in lib. cæl. hierar. ita quòd ipse sacerdos, inquantum est medius inter Deum & populum, angeli nomen habet, secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autem maior angelis fuit, non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, inquantum habuit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Vnde etiam excellentiori modo hierarchicam, seu sacerdotalem potestatem præ angelis habuit, ita etiam quod ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotii eius, secundum illud Matth. 4. Accesserunt angeli, & ministrabant ei, secundum tamen passibilitatem carnis, modico ab angelis minoratus est, ut Apostolus dicit Heb. 2. Et secundum hoc, conformis fuit hominibus uiatoribus in sacerdotio constitutis.

Ca. 6. Eccl. hier. parte 3. a med.

Ad secvndvm dicendum, quod sicut Damas.* dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idem utique erit, & non extraneum. Quia igitur sacerdotiū ueteris legis erat figura sacerdotii Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralium sacerdotum, ut ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium: sed differre sicut uerum a figurali.

Li. 3. Orth. fid. c. 26. circa fin.

D. 1094.

Ad tertivm dicendum, quod sicut supra dictum est, *alii homines particulatim habēt quasdam gratias: sed Christus tamquàm omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex; sed hęc omnia concurrunt in Christo tamquàm in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus rex noster: ipse ueniet & saluabit nos.

q. 8. art. 4. & alijs eiusd. q.

ARTICVLVS II.

¶ *Super quæst. uigesimæ quartæ articulum secundum.*

Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

Ad secvndvm sic procedi tur. Videtur, q̄ ipse Christ⁹ non fuerit simul sacerdos & hostia. Sacerdotis enim est hostiam occidere: sed Christus non seipsum occidit. ergo ipse non fuit simul sacerdos & hostia.

TItulus clarus. ¶ In corpore unica est conclusio rñsiua, Christ⁹, non solum sacerdos, sed simul fuit hostia perfecta, scilicet pro peccato, pacifica, & holocaustum. Hæc conclusio quo ad primam

Inf. q. 84. ar. 7. ad 4. & opus. 69. c. 18.

primam partem supponitur ex præcedente articulo: quo ad secundam uerò quòd fuerit simul hostia, probatur. Omne qđ Deo exhibetur ad hoc, ut spiritus hominis feratur in Deũ, est hostia seu sacrificium: sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, ut spiritus hominum ferantur in Deum, ergo. Maior propositio probatur. Sacrificium uisibile est sacramentum inuisibilis, inuisibile autem est oblatio spiritus. ergo.

¶ Aduerte quòd uis probationis consistit in hoc: Omne sacrificium aut est uisibile, aut inuisibile: sed uisibile ordinatur ad inuisibile, ut sacrum eius signum ad sanctum signatum, ac per hoc, finem: signatum enim finis est signi. omne igitur sacrificium exterius est sacrificium ex ordine ad interius, hoc est oblationem spiritus: & econtra, omne quod ad oblationem spirit' Deo offertur, sacrificium denominatiuẽ dicitur. Lib. 10. ca. 5 tom. 5.

Tertia uerò pars conclusionis, hoc est perfecta peccato pacifica & holocaustum, probatur ex litera. Homo indiget sacrificio ꝓpter tria, scilicet remissionem peccati, gratię conseruationem & consummationem: seu hæc tria per humanitatẽ Christi habuimus. ergo. Maior in litera & infertur ex priori syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis. nam si sacrificium exterius dicitur ex relatione ad oblationem spiritus, & ad oblationem spiritus nostri cõcurrunt ista tria, scilicet remissio peccati, conseruatio uirę gratiæ, & consummatio illius, consequens est, ut ad hæc tria homo indigeat sacrificio: & declaratur quo ad singula singulis auctoritatibus scripturæ. Minor uerò probatur auctoritatibus sacræ scripturæ etiam singulis ad singula.

¶ Recolito hic ex pri

¶ 2 Præt. Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudæorum, quod erat a Deo institutum, quàm sacerdotio Gentilium, quo dæmones colebantur. In ueteri autem lege nunquàm homo in sacrificiũ offerebatur, quod maxime reprehenditur in sacrificijs gentilium, secundum illud Ps. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. ergo in sacerdotio Christi non debuit esse ipse homo Christus hostia.

¶ 3 Præt. Omnis hostia ex hoc, ꝙ Deo offertur, Deo sanctificatur: sed ipsa Christi humanitas a principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta. ergo non conuenienter potest dici, quòd Christus, secundũ ꝙ homo, fuerit hostia.

Sed contra est, quod Apost. dicit ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Respon. Dicendum, quod sicut Augustinus * dicit in 10. de ciui. Dei, omne sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij sacramentũ, id est, sacrum signum est. Inuisibile autem sacrificium est, quo homo Deo spiritum suũ offert, secundum illud Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus: & ideo omne illud, qđ Deo exhibetur, ad hoc quòd spiritus hoĩs feratur in Deum, potest dici sacrificium. Indiget igitur hõ sacrificio propter tria. Vno quidẽ modo ad remissionẽ peccati, ꝙ qđ a Deo auertit: & ideo Apost. dicit ad Heb. 5. ꝙ ad sacerdotem pertinet, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secũdo, ut hõ in statu gratię cõseruetur, semp Deo inhærẽs, in quo eius pax & salus consistit. Vñ & in ueteri lege immolabat hostia pacifica pro offerentium salute, vt habet Leuit. 3. Tertio ad hoc, ꝙ spũs hominis perfecte Deo uniatur, qđ maxime erit in gloria. Vnde & ĩ ueteri lege offerebat holocaustũ quasi totum incensum, vt dr Leuit. 1. Hęc autem per humanitatem Christi nobis prouenerunt. Nã primo quidẽ nostra peccata deleta sunt, secũdum illud Ro. 4. Traditus est pp delicta nostra. Secũdo, gratiã nos saluantẽ p ipsum accepimus, secm illud Heb. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Tertio, per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. Hebro. 10. Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitum sanctorum, scilicet in gloriam cælestẽ: & ideo ipse Christus inquantum homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

Ad primvm ergo dicendum, quod Christus non se occidit, sed seipsum uoluntarie morti exposuit, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hoĩs Christi occisio potest ad duplicem uoluntatem comparari. Vno modo, ad uoluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi, hostiam Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio mõ, potest cõsiderari occisio Christi per comparationem ad uoluntatem patientis, qui uoluntarie se obtulit passioni: Et ex hac parte habet rationẽ hostię in quo non conuenit cum sacrificiis Gentilium.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sanctitas humanitatis Christi a principio nõ impedit, quin ipsamet humana natura, cum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, s. ut hostia actualiter tunc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiæ sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia unionis sanctificãte eandem absolute.

Articvlvs III.

Vtrum effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd effectus sacerdotii Chri non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delere, secũdum illud Isa. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus nõ est sacerdos, secundum ꝙ Deus, sed secundum quod homo. ergo sacerdotium Christi non est expiatiuum peccatorum.

¶ 2 Præt. Apost. dicit Heb. 10. qđ hostiæ ueteris testamenti non poterant perfectos facere: aliogn cessassent offerri, eo quod nullam haberent conscientiã peccati cultores sufficienter semel mundati: sed in ipsis commemoratio peccatorum p singulos annos fit: sed similiter sub sacerdotio Chri sit ma secundæ quæst. 102. ar. 3. ad octauũ, triplex fuisse sacrificii genus in ueteri testamento, holocaustum, hostiam pro peccato, & hostiam pacificam: & holocaustum quidem perfectionis statui conuenire, quia totum comburebatur in honorem Dei: hostiam uero pacificam ad profectus statum pertinere, q ex Deo per ministros nobis cooperantibus est. Intres enim partes diuidebatur, una Deo incensam, aliam in usum sacerdotum, tertiam in usum offerentium, siue pro beneficiis receptis, siue recipiendis esset. Hostia uero pro peccato, statum pœnitentium monstrat, & in duas secabatur partes, unam Deo incensam, alteram in usum sacerdotum: quia remissio peccatorum nona potestate nostra, sed a Deo per ministros est, nisi ꝙ propriis sacerdotis uel populi peccatis offerretur: quia tunc nulla erat pars sacerdotum. Vnde quia humanitas Christi pro omnibus istis oblata fuit ab ipsomet, ideo dicitur in litera, quod fuit hostia perfecta, utpote existens simul & hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum. Refonde suppleta.

¶ *Super quæstio uige mæ secunda articulum tertium.*

In titu. attende primò, quod non quæritur, an sola expiatio peccati sit effectus sacerdotii Christi. Nec quæritur, an expiatio peccatorum sit a solo sacerdotio Christi, sed an sacerdotium Christi hẽat hunc effectum, qui est expiare peccata.

¶ Attende secundò, ꝙ non est hic quæstio de modo habendi hunc effectum, an s. effectiue, an meritorie, an alio modo: sed in confuso illo, scilicet modo, quo sacerdotii actibus sacrificando, offerẽdo, &c. effectus attribuũtur: & illo rursꝰ mõ, quo sacrificio Christi natum est conuenire quod sit efficax.

¶ Tertiò,

¶ Tertiò, quòd expiatio secundum nominis proprietatem, emundationem seu purgationem culparum significare videtur, & sic sumitur in proposito.

¶ In corpore unica est conclusio: Christi sacerdotium habet plenam uim expiandi peccata. Probatur. Ad perfectam emundationem peccati duo requiruntur, dare gratiam, & satisfacere: sed Christi sacerdotium habet utrumque. ergo. Maior probatur ex duobus inuentis in peccato, macula, & reatu, quorum primum gratia, secundum satisfactione tollitur. Minor uero auctoritate Ioannis & Isaiæ.

¶ In responsione ad primum cũ dicitur, quod inquantum Christi humanitas operabatur uirtute diuinitatis, sacrificium Christi erat efficacissimum ad delenda peccata per gratiam, non intelligas humanitatem Christi concurrere instrumentaliter ad creandam gratiam in anima, sed intelligito quantum ad creationem spectat, concurrere instrumentaliter dispositiue & meritorie: nam ataeit enim gratia secundum illam uiam creari in patiente dispositio, sicut anima rationalis. Et propterea, licet creatio absolute refutet instrumentũ, creatio tamen rei in patiente dispositio non refutat instrumẽtum, & sacrificiũ Christi inuenitur efficacissimum ad causandam gratiam iustificante: sicut semen humanum bene dispositum inuenitur efficax ad causandã animam rationalem producendi hominis. Verius tamen dr secundum Auctoris doctrinam, humanitatem Christi operati uirtute diuinitatis instrumentaliter deletionem peccatorum, per gratiam non creatione, sed infusione productã, ut superius monstratum est auctoritate eius. & ratione.

¶ In responsione ad tertiũ, uidẽ nouitie, commemoratio peccatorum, cũ dr, Dimitte nobis debita nostra. Mat. 6. offertur etiam continue sacrificium in ecclesia: unde & ibidem dr, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ergo p sacerdotium Christi non expiantur peccata.

¶ 2 Præte. In ueteri lege maximè immolabatur hircus pro peccato principis, uel capra pro peccato alicuius de populo, uel uitulus pro peccato sacerdotis, ut patet Leu. 4. sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hier. 11 Ego quasi agnus mãsuetus, qui portatur ad uictimã. ergo uidetur quod eius sacerdotium nõ sit expiatiuũ peccatorũ.

Sed contra est, quod Apos. dicit Heb. 9. Sanguis Chri, qui p Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uiuenti. Opera autem mortua dicuntur peccata. ergo sacerdotium Christi habet uirtutem emundandi peccata.

Respon. Dicendum, quod ad peccatorum perfectam emundationem duo requiruntur, secundum quod duo sunt in peccato, s. macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur p gratiam, qua cor peccatoris conuertitur in Deum, reatus autem pœnæ, totaliter tollitur per hoc, quod hõ Deo satisfacit. Vtrumq; autẽ horum efficit sacerdotium Chri. Nam uirtute ipsius gratia nobis datur, qua eorda nostra cõuertuntur ad Deum, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per remptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Ipse etiam pro nobis plenarie satisfecit, inquãtum ipse languores nostros tulit, & doloris nostro ipse portauit. Vnde patet, quod Christi sacerdotium habet plenam uim expiandi peccata.

Ad primum ergo dicendum, quod licet Christus non fuerit sacerdos secundum quod Deus, sed secundum quod homo, unus tamen & idem fuit sacerdos & Deus. Vnde in syno. * Eph. legitur. Si quis pontificem dicit, & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo Verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed tamquam alterum præter eum seorsum hominem ex muliere, anathema sit: & ideo inquantum eius humanitas operabatur in uirtute diuinitatis, illud sacrificium erat efficacissimum ad delenda peccata. Propter quod Aug. dicit in 4. de Tri. * Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse unus ueruſque mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebatur: unum in se faceret, pro quibus offerebatur: unus ipse esset, qui offerebat, & quod offerebat.

Ad secundum dicendum, q peccata non commemorantur in noua lege, propter inefficaciam sacerdotii Christi, quasi per ipsum non sufficienter expientur peccata: sed commemorantur quãtum ad illos, qui uel eius sacrificii nolunt esse participes (sicut sunt infideles) pro quorũ peccatis oramus, ut conuertantur: uel etiam quantum ad illos, qui post participationẽ huius sacrificii ab eo deuiant, qualitercumque peccando. Sacrificium autem, quod quotidie in ecclesia offertur, non est aliud a sacrificio, qd ipse Christus obtulit: sed eius cõmemoratio: unde Aug. dicit in 10. de ciuit. * Dei. Sacerdos ipse Christ⁹ offerens, ipse & oblatio: cuius rei sacramentum, quotidianum esse uoluit ecclesiæ sacrificium.

Ad tertium dicendum, q sicut Orig. * dicit super Ioan. Licet diuersa animalia in ueteri lege offerrentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebatur mane & uespere, erat agnus, ut habetur Nume. 28. Vnde significabatur, q oblatio agni ueri, id est Christi, esset sacrificium consumatiuum omnium aliorum. Et ideo Ioã. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, q tollit pcta mundi.

Articvlvs IIII.

Vtrum effectus sacerdotij Christi non solum ad alios pertinuerit, sed etiam ad ipsum.

Ad quartum sic proceditur. Videt q effectus sacerdotii Christi nõ solum pertinuerit ad alios, sed etiã ad ipsum. Ad officiũ enim sacerdotis pertinet, p populo orare, f m illud 2. Mac. 1. Orõnẽ faciebant sacerdotes, dũ consumaretur sacrificium: sed Christus nõ solùm pro aliis oravit, sed etiam pro seipso, secundum quod supra dictum est, * sicut expresse dicit Heb. 5. quod in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad Deum, qui posſit illum saluum facere a mor-

quòd Christus ex hoc ipso quòd assimilatus est agno cõinuæ hostiæ, figuratus dicitur per cetera sacrificia, ut sacrificium omnium consumatiuum: ita quòd non negatur Christum comparari aliis: sed distinguitur quòd per assimilationem comparatur agno, per consumationem comparatur aliis: & ex hoc ipso quòd agno assimilatur, refertur ad omnia, ut consumatio. Rationi siquidem consonat, ut momentanea ad continuum reducantur: & quod continui est consumatio, omniũ sic consumatiuum. Reliqua enim sacrificia pro peccatis, hircus, capra, uitulus, nunc uel tunc offerebantur, agnus autem continue: & propterea uerus agnus ad omnia comparatur sacrificia, ut omnium consumatiuum. Lib. 4. c. 14. circa fin. to. 3.

¶ *Super Quæstionis uigesimæ secundæ articulum quartum.*

Li. 10. de ciui. dei. c. 20. in med. to. 5

Titulus clarus est, occasionem sumpsit ex diuersis auctoritatibus, Apostoli scilicet, & synodi, ut patet in articu. * Sup. illud Ioan. 1. Ecce agnus Dei. qui lib. 1. in lucẽ prodiit anno Dñi 1555.

¶ In corpore articuli unica est conclusio. Non conuenit Christo effectum sacerdotij sui recipere. Probatur dupliciter. Primo, ex conditione recipientis sacerdotij effectum. Secundo, ex excellentia sacerdotij Christi. Prima ergo ratio est, Susciens sacerdotij effectum, non potest per seipsum accedere ad Deum: sed Christus per seipsum accedit ad Deum. ergo. Maior probatur: quia sacerdos est medius, ac per hoc susciperе effectum sacerdotij, est susciperе effectũ medii: hoc autem est solius impotentis per seipsum accedere ad Deum: qui enim potest per seipsum, non eget medio. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secunda ratio est. Primum agens in quoli 4. di. 4. q. 1. ar ti. 3. q. 5. q. 21. art. 3.

bet genere, est ita influens, quod non est recipiens in illo genere. Probatur in inductiue in primo illuminante, in primo calefaciente, & posset afferri in primo alterante, scilicet cælo, & in primo mouente localiter, scilicet Deo, seu intelligentia. Sed Christus est fons totius sacerdotij. Probatur inductiue, & respectu sacerdotij legis ueteris & nouæ.

q. 19. art. 3. & 4.

¶ Occurrit autem statim dubium, quare omissum fuerit in hac inductione sacerdotium ante utramque legem, scilicet Melchisedech & patrum.

¶ Ad hoc dicitur q̃ quia erat eadem ratio de sacerdote legali, & ante legem quo ad propositum (quia uterque erat figura Christi) ideo exprimendo legalem cum eius ratione, scilicet quia figura erat sacerdotij Christi, etiam præcessores comprehendit.

Canon. 10. concil. 1. Ephes. cui præfuit Cyril. tom. 1. Concil.

¶ In responsionibus argumentorum, uide quod Auctor nõ totaliter excludit Christum ab effectu sui sacerdotii, sed doctè. Coqui caute, quod secundum quid, inquantum scilicet erat passibilis, participauit sacerdotij sui effectum, simpliciter autem non: tum quia non habuit peccatum, tum quia non indiguit, ut prima ratio in corpore articuli allata probat: tum quia non congruebat sibi, ut secunda ratio ibi allata probat.

Ar. 1. huius q.

In responsione ad secundum perspice, quod dicitur sacrificium offerri per modum satisfactionis, & effectum ipsius proprium esse, quod ex ui ipsius, quatenus satisfactoriũ est, fit. Ratio siquidem huius est, quia sacrificium ex sua essentiali & primaria institutione, nihil aliud est quàm quædam recognitio reuerentialis ipsius Dei, quæ quia debita est Deo, quia Deus est, quia creator, conseruator, largitorque est omniũ, te, cum clamore ualido, & lachrymis obtulit. ergo sacerdotiũ Christi effectum habuit non solum in aliis, sed etiam in seipso.

¶ 2 Pret. Christus sacrificium obtulit seipsum in sua passione: sed per passionem suam non solum aliis meruit, sed etiam sibi, ut supra habitum est. * ergo sacerdotium Christi non solum habuit effectum in aliis, sed etiam in seipso.

¶ 3 Pret. Sacerdotium ueteris legis fuit figura sacerdotii Christi: sed sacerdos ueteris legis non solum pro aliis, sed etiam pro seipso sacrificium offerebat: dicitur enim Leuit. 16. quòd Pontifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso cætu filiorum Israel. ergo etiam sacerdotium Christi non solum in aliis, sed in seipso effectum habuit.

SED CONTRA est, quòd in Ephesina* synodo legitur, Si quis dicit Christum pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solum (non enim indiguit sacrificio, qui peccatum nescit) anathema sit: sed in sacrificio offerendo, potissime sacerdotis consistit officium. ergo sacerdotium Christi non habuit effectum in ipso Christo.

RESPON. Dicendum, q̃ sicut dictum est, * sacerdos cõstituitur medius inter Deum & populum. Ille autem indiget medio ad Deũ, qui per seipsum accedere ad Deũ nõ potest, & talis sacerdotio subiicitur, effectum sacerdotii participans. Hoc autem Christo non cõpetit: dicit enim Apost. ad Heb. 7. Accedẽs per semetipsum ad Deũ, semper uiuens, ad interpellãdum pro nobis: & ideo Christo nõ cõuenit effectum sacerdotii in se suscipere: sed potius ipsum aliis cõmunicare. Primum enim agẽs in quolibet genere, ita est influens, quòd non est recipiens in genere illo: sicut Sol illuminat, sed non illuminatur, & ignis calefacit, sed nõ calefit. Christus aũt est fons totius sacerdotii: nam sacerdos legalis erat figura ipsius: sacerdos autem nouæ legis in persona ipsius operatur, secundũ illud 2. ad Cor. 2. Nã & ego quod donaui, siquid donaui, propter uos in persona Christi: & ideo non cõpetit Christo effectum sacerdotii recipere.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ oratio & si conueniat sacerdotibus: non tamen est eorum officio propria. Cuilibet enim conuenit & pro se & pro aliis orare, secũdum illud Iac. ult. Orate pro inuicem, ut saluemini. Et sic posset dici, q̃ oratio qua Christus pro se orauit, non erat actus sacerdotii eius. Sed hæc responsio uidetur excludi p hoc, quod Apost. Heb. 5. cum dixisset, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, subdit, Qui in diebus carnis suæ preces &c. ut supra. * Et ita uidetur quod oratio, qua Christus orauit, ad eius sacerdotium pertineat: & iõ oportet dicere, quòd alii sacerdotes effectum sacerdotii sui participant, non inquãtum sacerdotes, sed inquantum peccatores, ut infra dicetur. Christus autem, simpliciter loquendo, peccatum non habuit. Habuit tamen similitudinem peccati in carne, ut dr Rom. 8. Et ideo non simpliciter dicendum est, quod ipse effectum sacerdotii participauerit, secundum quid, scilicet secundum passibilitatem carnis. Vnde signãter dicit, Qui posset illum saluum facere a morte.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ in oblatione sacrificij cuiuscũque sacerdotis, duo possunt considerari. Ipsum sacrificium oblatum, & deuotio offerentis. Proprius autem effectus sacerdotijs est id, quod sequitur ex ipso sacrificio: Christus autem consecutus est per suam passionem, gloriam resurrectionis, nõ quasi ex ui sacrificij, quod offertur p modum satisfactionis, sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatẽ humiliter passionẽ sustinuit.

AD TERTIVM Dicendum, q̃ figura non potest adæquare ueritatem. Vnde sacerdos figuralis ueteris legis nõ poterat ad hãc perfectionem pertingere, ut sacrificio satisfactorio non indigeret, sed Christus nõ indiguit: unde non est similis ratio de utroq. Et hoc est, quod Apostol. dicit: Lex homines constituit sacerdotes, infirmitatem habẽtes: sermo autẽ iurisiurandi, qui post legẽ est, Filium in æternum perfectũ.

ARTICVLVS V.

Vtrum sacerdotium Christi permaneat in æternum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod sacerdotium Chri non permaneat in ęternũ: quia, ut dictum est, * illi soli effectu sacerdotij indigent, qui hẽnt infirmitatem peccati, quę per sacerdotis sacrificium expiari põt: sed hoc non erit in ęternũ: quia in sanctis nulla erit infirmitas secundum illud Isaię 60. Populus

satisfactionis cuiusdam rationem habet. Offertur ergo sacrificium per modum satisfactionis, non tantum pœnæ debitæ peccato, aut offensæ contra Deum: sed etiam beneficiorum, & (quod primũ est) debiti Deo cultus, quia Deus est.

¶ Vnde habes, quòd effectus consequens ex ui sacrificij, ut satisfactorij, est absolutio a pœna, aut reconciliatio ad Deum. Nam libertas a gratiarum actione, aut debito cultu, non est effectus aliquis consequens sacrificium, proprie loquendo: sed communis est negatio omnem actum debitum, quando solutus est, comitans: ipsum enim sacrificium est gratiarum actio, & cultus Dei, & non est exolutio pœnæ, sed solutionis causa, nisi sit pœnale, pœnæ propria: nec est reconciliatio, sed gratiæ reconciliantis prouocatio.

¶ *Super quæst. uigesimamsecunda articulum quintum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio: Sacerdotium Christi est æternum quo ad consumationem. Declarantur primo termini distinguendo in sacerdotis officio, duo scilicet oblationem & consumationem. Probatur deinde, quia consumatio sacerdotij Christi consistit in bonis æternis. Probatur auctoritate Apostoli, Christus Pontifex futurorum bonorum. Manifestaturque demum ipsa conclusio ex figura legalis sacerdotis, ita quòd introitus pontificis legalis semel in anno in Sancta sanctorum cum sanguine immolatorum extra, est figura consumationis sacerdotij Christi: quia Pontifex in Sancta sanctorum significat Christum totum, hoc est in se & membris intrantem in cœlum secretum æternorum bonorum, quia cum sanguine

ar. seq. q. 6. ad 3. cor. & 2. q. 10. a. 4. & 3. q. 22. a. 1. ar. prec.

infr. 3. ad di. 8. q. 5.

sanguine immolatorum extra, significat modum, quo Christus totas cælos intrauit, i. per sanguinē suum quem effudit extra cœlos, immolando seipsum in terra. quia semel in anno, hoc est integro cursu solis, significat unitatem sacrificii Christi in perfecto cursu solis iustitiæ, hoc est in æternum, vt in responsione ad tertium dicitur.

tuus omnes iusti. Peccatorum autem infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla est redemptio. ergo sacerdotium Christi frustra remaneret in æternum.

¶ 2 Præ. Sacerdotium Christi præcipue manifestatū est in eius passione & morte, quando per proprium sanguinem introiuit in sācta, ut dr̄ Heb. 9. sed passio & mors Christi non erit in æternum, secundum illud Roma. 6. Christus resurgens a mortuis, iam non moritur. ergo sacerdotium Christi non est in æternum.

¶ 3 Præt. Christus est sacerdos non secundum quod Deus, sed secundum quod homo: sed Christus quādoque non fuit homo, scilicet in triduo mortis. ergo sacrificium Christi, non est in æternum.

SED CONTRA est, quòd dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum.

RESPON. Dicendum, quod in officio sacerdotis duo possunt considerari, primo quidem, ipsa oblatio sacrificii: secundò, ipsa sacrificii consumatio, quę quidem consistit in hoc, quod illi, pro quibus sacrificium offertur, finem sacrificii consequuntur. Finis autem sacrificii, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia, sed æterna, quæ per eius mortem adipiscimur (unde dr̄ Heb. 9. quòd Christus est assistens pontifex futurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotium dicitur esse æternum. Et hæc quidem consumatio sacrificii Christi, præfigurabatur in hoc ipso, quod Pontifex legalis semel in anno cum sanguine hirci & uituli intrabat in sancta sanctorum, ut dr̄ Leu. 16. cum tamen hircum & uitulū non immolaret in sanctis sanctorum, sed extra: & similiter Christus in sancta sanctorum i. ipsum cęlū intrauit, & nobis uiam parauit intrandi, per uirtutē sanguinis sui, quem pro nobis in terra effudit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sancti qui erunt in patria, non indigebunt ulterius expiari per sacerdotium Christi, sed expiati iam indigebunt cōsumari per ipsum Christum, a quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apocal. 21. quod claritas Dei illuminat illam, scilicet ciuitatem sanctorum, & lucerna eius est agnus.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ licet passio & mors Christi de cetero non sit ireranda, tamen uirtus illi⁹ hostiæ semel oblatę, permanet in æternum.

Et per hoc patet responsio ad tertium, quia, ot dicitur ad Heb. 10. Vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos. Vnitas autem huius oblationis figurabatur in lege per hoc quod semel in anno legalis Pontifex cum solemni oblatione sanguinis intrabat in sancta, ut dicitur Leu. 16. sed deficiebat figura ueritate in hoc quod illa hostia non habebat semiternam uirtutem: & ideo annuatim illæ hostiæ reiterabantur.

ARTICVLVS VI.

¶ Super quæstio nīge me secundæ articulum sextum.

Vtrum sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech.

infr. q. 61. ar. 3. ad 3. & 4. di. 8. q. 2. ar. 2 q. 5.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est cōclusio. Sacerdotium Christi est secundum ordinē Melchisedech.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdotium Chr̄i non fuerit secundum ordinem Melchisedech. Christus. n. ē fons toti⁹ sacerdotii, tam q̄ principalis sacerdos: sed illud quod est principale, non sequitur ordinē alterius, sed alia sequuntur ordinem ipsius. ergo Christus nō debet dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

¶ 2 Præt. Sacerdotium ueteris legis, propinquius fuit sacerdotio Christi, quàm sacerdotium qd̄ fuit ante legem; sed sacramenta tanto expressius significabant Christum, quanto propinquiora fuerunt Christo, ut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt. ergo sacerdotium Christi magis debet denominari secundum sacerdotium legale, quàm secundum sacerdotium Melchisedech, quod fuit ante legem.

¶ 3 Præt. Heb. 7. dicitur, quòd est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque numerū dierum, neque finem uitæ habens: quæ quidem conueniunt soli filio Dei. ergo non debet dici Christus secundum ordinem Melchisedech, tam quàm cuiusdam alterius, sed secundum ordinem suiipsius.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut supra dictū est, * legale sacerdotiū fuit figura sacerdotij Christi, nō quidem quasi adæquās ueritatem, sed multū ab ea deficiēs: tum, quia sacerdotiū legale non mundabat peccata: tum etiā, qa non erat æternum, sicut sacerdotium Christi. Ipsa autē excellentia sacerdotij Chr̄i ad sacerdotiū Leuiticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedech, q. ab Abrahā decimas sumpsit, in cuius lūbis decimatus est quōdāmodo ipse sacerdos legalis: & ideo sacerdotium Christi dr̄ esse secundū ordinem Melchisedech, propter excellentiam ueri sacerdotij ad figurale sacerdotium legis.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Christus non dr̄ esse secundū ordinem Melchisedech, quasi principalioris sacerdotis, sed qa si p̄figurātis excellentiā sacerdotij Chr̄i ad sacerdotiū leuiticū.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ in sacerdotio Chr̄i duo p̄nt considerari. Scipsa oblatio Chr̄i, & participatio ei⁹. Quātū ad ipsā oblationē, expressius figurabat sacerdotiū Christi sacerdotiū legale per sanguinis effusionē, q̄ sacerdotiū Melchisedech, in quo sanguis non effundebatur, sed quantū ad participationē huius sacrificij, & eius effectū, in quo præci-

ch. Probat. Sacerdotiū Christi fuit præfiguratum per legale sacerdotium & p sacerdotium Melchisedech: sed per illud defectiue, per hoc quantum ad excellentiam ipsius supra legale. ergo est secūdum ordinem Melchisedech.

¶ Antecedens habet tres partes.

Prima, supponitur, quòd sacerdotium Christi præfi 2. 2. q. 2. ar. 7. guratū fuerit in utroque.

Secunda, quòd defectiue in legali prabatur: tum quia non mundabat peccatū; tum quia non æternum.

Tertia, quòd excellentia figurata esset per Melchisedech, probatur: quia excellentia illius per excellentiam illius representata fuit. Quod autē illud fuerit excellentius legali, probatur, quia sacerdos legalis decimatus fuit in lumbis Abrahæ, decimas soluentis Melchisedech, constat. n. excellere illum cui decimę dantur. Hanc materiam diffuse tractat Ar. 4. huius Apostolus ad Heb. 7. unde sumpta est hæc ratio. q. 1. arg. 3.

¶ Aduerte hic, quòd sacrificium Christi sumitur dupliciter. Primo secundum seipsum, ut ab ipso Christo oblatum est in ara crucis. Et sic consideratur dupliciter, uel formaliter secundū id, quod in se est, & hoc modo Christus, cum dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, intelligitur secundum ordinem dignitatis & excellentiæ respectu sacerdotij legalis, uel causaliter secundum suum effectum, unitatem scilicet membrorum Christi in charitate & pace, & hoc modo cum Christus dicitur sacerdos secūdum ordinem Melchisedech, intelligitur secundum ordinem proportionalis similitudinis inter res oblatas a Melchisedech (panem, scilicet & uinum) & unitatem ecclesiæ, quoniam sicut tam panis, quàm uinum fit ex multis concurrentibus in unum, ut August. dicit, &

in litera habetur, ita ex multis unum Christi corpus mysticum conficitur, quod est ecclesia &c.

Refertur de cons. dis. 2. cap. Quia passus.

¶ Secundo modo sumitur sacrificium Christi secundum suum memoriale sacrificium, quod scilicet Christus instituit in sua ecclesia, in suę passionis mortisque memoriam offerendum, ut quotidie fit in Eucharistiæ sacrificio. Et sic cum Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, intelligitur de ordine assimilationis in materia sacrificij: nam panem & uinum assumi instituit in suo memoriali sacrificio pro materia Eucharistię, sicut Melchisedech panem & uinum obtulerat in sacrificium.

¶ *Super quæstionis 23. articulum primum.*

TItulus clarus est. Adoptare enim significat facere sibi filium adoptiuum.

¶ In corpore unica est conclusio, Deo conuenit adoptare. Probatur & declaratur: probatur quidē sic, Deus ex sua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hereditatem. ergo Deo conuenit adoptare. Antecedens continet tria. Primo causam, scilicet quod ex bonitate.

Secundo terminū, scilicet diuinam beatitudinem.

Tertio modum seu formam, scilicet hæreditatem. Et quo ad singula in litera probatur. Quo ad causam: quia Deus ex sua bonitate admittit omnes creaturas ad suæ bonitatis participationem, & præcipue rationales.

3. d. 10. q. 2. ar. 1. q. 1. Et 4. contra c. 17. fin.

Quo ad terminum: quia creaturæ rationales sunt capaces diuinæ beatitudinis, quia sunt ad imaginem Dei factæ.

Quo ad formam hæreditatis: quia diuina beatitudo est qua Deus est beatus, ac per hoc per seipsū diues, ac per hoc, hæreditas. Prima sequela in litera non probatur. Secunda autem probatur, quia illud est alicuius hæreditas, quo est diues. Consequentia uero principalis probatur. Humana adoptio, ad cuius similitudinem diuina dr, est qua aliquis ex sua bonitate constituit alium in successionē suæ hæreditatis. Declaratur autē ex differentia inter humanam & diuinam adoptionem, quia diuina dignificat, idoneum faciendo hæreditate: humana autem idoneum prę supponit, quem hęredem facit.

2. d. 33. art. 3.

¶ Et nota hic responsiones ad singula argumenta, quia necessariæ valde sunt ad intellectum materię huius.

¶ Vnum tamen restat hic dubium circa illud. Beatitudo est, qua Deus est diues: quoniam beatitudo spectat ad mentem, diuitiæ uero ad potētiam: constituunt enim diuitię potentē uti affluenter rebus ad possessionem pertinentibus.

¶ Sed hoc facile soluitur, dicēdo, uel quod beatitudo facit causaliter diuitem. Vnde beato promissum est est, Super omnia bona sua constituet eū. Vel quod beatitudo sumitur collectiue se integraliter, ut ex suis omnibus partib. constat, ad felicitatem enim requiritur potentia plena, alioquin nō esset quis simpliciter felix.

QVAESTIO XXIII.

De adoptione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEinde considerandum est, an adoptio Christo conueniat.

ET CIRCA hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Deo conueniat adoptare filios.

¶ Secundò, Vtrum hoc conueniat soli Deo patri.

¶ Tertiò, Vtrum sit proprium hominum adoptari in filios Dei.

¶ Quartò, Vtrum Christus possit dici filius adoptiuus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deo conueniat filios adoptare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deo nō conueniat filios adoptare. Nullus.n. adoptat nisi extraneam personā in filium, secūdum quòd Iuristę dicūt: sed nulla persona est extranea a Deo, qui est omnium creator. ergo uidetur quòd Deo non conueniat adoptare.

¶ 2 Præt. Adoptatio uidet esse introducta in defectum filiationis naturalis: sed in Deo inuenitur naturalis filiatio, ut in prima parte habitum est. ergo non conuenit Deo filios adoptare.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis adoptatur, ut in hereditate adoptantis succedat: sed in hereditate Dei nō uidetur aliquis posse succedere: quia ipse numquam decedit. ergo Deo non conuenit adoptare.

SED CONTRA est, quod dr Eph. 1. Predestinauit nos in adoptionē filiorum Dei: sed prædestinatio Dei non est irrita. ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

RESPON. Dicendum, quod aliquis homo adoptat alium sibi in filium, inquantum ex sua bonitate admittit eum ad participationem suæ hæreditatis. Deus autem est infinitæ bonitatis, ex qua contingit, quod ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit. Et præcipue rationales creaturas, quæ inquantū sunt ad imaginem Dei factę, sunt capaces beatitudinis diuinæ, quę quidem cōsistit in fruitione Dei per quam etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum diues, inquantum s. seipso fruitur. Hoc autem dr hæreditas alicuius, ex quo ipse est diues: & ideo inquantum Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hereditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quā humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cœlestem percipiendam. Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat, sed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo in sua natura consideratus, non est extraneus a Deo, quantum ad bona naturalia quæ recipit: est tamen extraneus, quantum ad bona gratiæ, & glorię, & secundum hoc adoptatur.

AD SECVNDVM Dicendum, quod hominis est operari ad supplendam suam indigentiam, non autem Dei, cui conuenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem, ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis Filij sui.

Gl. ord.

AD TERTIVM dicendum, quod bona spiritualia possunt simul a pluribus possideri, non autem bona corporalia, & ideo hereditatem corporalem nullus potest percipere, nisi succedens decedenti: hereditatem autem spiritualem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento patris semper uiuentis. Quāuis possit dici, quod Deus decedit, secundum quod est in nobis per fidem, & incipiet in nobis esse per speciem, sicut glossa dicit Rom. 8. super illud, Si filij, & hęredes.

¶ *Super*

¶ *Super quæst. nigesimatertia articulo secundum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio: Adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati. Probatur: Facere quodcumque effectum in creaturis cõmune est toti Trinitati: sed filius adoptiuus est factus nõ genitus naturali generatione a Deo. ergo adoptare est commune toti Trinitati. Maior tripliciter probatur: Primo ex oppositõ, quia generare naturaliter in diuinis proprium est Patri. Secundo, quia una est substantia Trinitatis: ubi autem est una substantia, est unica uirtus & operatio. Tertio auctoritate, Quæcumque facit Pater. Minor declaratur ex differentia inter filium Dei naturaliter & adoptiuum: quia ille genitus, non factus, iste factus, non genitus naturaliter. Et notanter apponitur ly naturaliter: quia generatio est duplex: naturalis & gratuita, illa propria est filio, hęc conuenit adoptiuis, & ad facere spectat: est.n. faciendi quædã species.

¶ In responsionibus argumentorum memento differentiæ inter proprium & appropriatum. & uidebis adoptionem nostram, non propriam alicui personæ diuinæ, sed communem tribus: appropriatã autem Patri, ut actori (& ideo peculiariter dicitur ipse pater noster) Filio, ut exemplari (& iõ frater noster, quasi similis communicans in Patre) Spirituisãcto, ut quasi executori in suo appropriato, quod est charitas; qua sumus filii Dei, & ideo Spiritussanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum.

3. di. 10. q. 2. art. 1. q. 2. ct 3.

P. p. sylue. tic.

Gl. ord.

ARTICVLVS II.

Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ adoptare non conueniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in diuinis ad similitudinem rerum humanarum: sed in rebus humanis soli illi cõuenit adoptare, qui potest filios generare, quod in diuinis conuenit soli Patri. ergo in diuinis solus pater potest adoptare.

¶ 2 Præt. Homines per adoptionem efficiuntur fratres Christi, secundum illud Rom. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Fratres autem dicuntur, qui sunt filii unius patris. unde & Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem uestrum. ergo solus Pater Christi hẽt filios adoptiuos.

¶ 3 Præter. Galat. 4. dicitur, Misit Deus filium suum, ut adoptionẽ filiorum Dei reciperemus: quoniam autem estis filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda uestra, clamantẽ, Abba, pater. ergo eius est adoptare, cuius est Filiũ & Spiritumsanctum habere: sed hoc est solius personę Patris. ergo adoptare conuenit soli personæ Patris.

SED CONTRA, Eius est adoptare nos in filios, quem nos patrem possumus nominare. unde dicitur Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptiõis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater: sed cum Deo dicimus, Pater noster, hoc pertinet ad totam Trinitatẽ: sicut, & cetera nomina, quæ dicuntur de Deo relatiue ad creaturam, ut in prima parte habitum est. * ergo adoptare conuenit toti trinitati.

RESPON. Dicendum, quòd hęc est differentia inter filium Dei adoptiuum & naturalem, quòd filius Dei naturalis est genitus, non factus: filius autem adoptiuus est factus, secundum illud Ioan. primo, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Dicitur autem quandoque filius adoptiuus esse genitus propter spiritualem regenerationem, quę est gratuita, non naturalis: unde dicitur Iaco. primo. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Quamuis autem generare in diuinis, sit proprium personæ Patris, tamen facere quẽcumque effectum in creaturis, est commune toti trinitati propter unitatem naturæ: quia ubi est una natura, oportet, quòd sit una uirtus & una operatio. unde Dominus dicit Ioan. quinto. Quæcumq; A Pater facit, hæc & filius similiter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes personæ humanæ non sunt unius naturę secundum numerum, ut oporteat unam esse omnium operationem & unum effectum, sicut accidit in diuinis. Et iõ, quantum ad hoc, non potuit attendi similitudo utrobique.

AD SECVNDVM dicendũ, quod nos per adoptionem efficimur fratres Christi, quasi cũdem patrem habentes cum ipso: qui tamen alio modo est pater Christi, & alio modo est pater noster. Vnde signanter Dominus Ioan. 20. seorsum dixit, Patrem meũ, & seorsum dixit, Patrem uestrum: est enim Pater Christi, naturaliter generando; quòd est proprium sibi: est autem pater noster, uoluntarie aliquid faciendo, quod est cõmune sibi & Filio & Spiritui sancto, & ideo Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos. B

AD TERTIVM Dicendum, ꝙ sicut dictum est, * filiatio adoptiua est quædam similitudo filiationis æternæ, sicut omnia quę in tempore facta sunt, similitudines quædam sunt eorum, quæ ab æterno fuerunt. Assimilatur autem homo splendori æterni filii, per gratię claritatem, quæ attribuitur Spiritui sancto. Et ideo adoptatio licet sit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut actori, filio ut exẽplari, Spiritui sancto, ut imprimenti in nobis huius similitudinem exemplaris. C

Ar. ꝑced.

ARTICVLVS III.

¶ *Super quæst. 33. articulum tertium.*

Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd adoptari nõ sit proprium rationalis creaturæ. Nõ enim dicitur Deus pater creaturæ, nisi per adoptionem: dicit autem pater creaturæ etiam irrationalis, secundum illud Iob. 38. Quis est pluuiæ pater, & stillas roris quis genuit? ergo adoptari nõ est proprium rationalis creaturæ. D

¶ 2 Præt. Per adoptionem dicuntur aliqui filii Dei: sed esse filios Dei, in Scriptura proprie uidetur attribui angelis, secundum illud Iob. 1. Quadam autem die cum assisterent filii Dei coram Domino. ergo non est proprium creaturæ rationalis adoptari.

¶ 3 Præt. Quod est proprium alicui naturæ, conuenit omnibus habentibus naturam illam, sicut risibile conuenit omnibus hominibus: sed adoptari non conuenit omni rationali naturæ. ergo adoptari non est proprium rationalis creaturę. E

SED CONTRA est, quòd filii adoptati sunt hęredes Dei, ut patet Romanorum octauo. Sed talis hæreditas cõuenit soli rationali creaturæ. ergo proprium est creaturæ rationalis adoptari.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * filiatio adoptio-

3. di. 10. q. 2. ar. 2. q. 1. & 2. & 4. cont. c. 17. fi. & 21. fi.

etiam

etiã gradus immaterialitatis, & hic proprius rationalibus est q̃ sola sunt immaterialia. Tertius per imitationem etiam unitatis ad Deum. & hic est proprius gratiam charitatis habentibus. Secunda autem proposito antecedentis, ex præmissis clarificata quo ad terminos est. Et quo ad ultimam partem dupliciter probatur. Primo, quia assimilatio secundũ huiusmodi unitatem, fit per gratiam charitatis, ut patet ex auctoritate domini, Ioã. 17. Secundo, quia talis assimilatio perficit rõnem adoptionis, sicut rationale perficit rõnem hominis. Probatur, quia sic, similibus filio Dei debetur hæreditas æterna.

¶ Consequentia uero quo ad ly soli, enidens ex se est, quia talis similitudo in sola rationali natura inueniri potest. Quò ad ly uero, sed non omni, probatur, quia nõ omnium rationalium est charitas per Spiritum sanctum.

nis, est quædam similitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit a Patre. ut uerbum intellectuale, unum cum ipso patre existens. Huic ergo uerbo tripliciter potest aliquid assimilari. Vno quidem modo, secundum rationem formæ, non autẽ secundum intellectualitatem ipsius sicut forma domus exterius constituta, assimilatur uerbo mentali artificis secundum speciem formę, non autem secundum intelligibilitatem, quia forma domꝰ in materia non est intelligibilis, sicut erat in mẽte artificis. Et hoc modo uerbo ęterno assimilatur quælibet creatura, cum sit facta per uerbum. Secundo modo, assimilatur creatura uerbo, non solum quantum ad rationem formæ, sed etiam quantum ad intellectualitatem ipsius, sicut etiam scientia, quę fit in mente discipuli, assimilatur uerbo quod est in mẽte magistri. Et hoc modo creatura rationalis, etiam secundum suam naturam assimilatur uerbo Dei. Tertio mõ assimilatur creatura uerbo Dei ęterno, secundum unitatem quam habet ad Patrem, quod quidem fit per gratiam & charitatem: unde dominus orat, Ioannis decimoseptimo. Sint unum in nobis, sicut, & nos unum sumus.

Et talis assimilatio perficit rationem adoptionis, quia sic assimilatis, debetur hereditas ęterna. Vnde manifestum est, quod adoptari cõuenit soli creaturæ rationali, non tamen omni, sed solum habenti charitatem, quæ est diffusa in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, ut dicitur Romanorum quinto. Et ideo Ro. 8. Spiritus sanctus dicitur, spiritus adoptionis filiorum.

Ad primvm ergo dicendum, quod Deus dicitur pater creaturæ irrationalis, non proprie per adoptionem, sed per creationem, secundum primam participationem similitudinis.

Ad secvndvm Dicendum, quod angeli dicuntur filii Dei filiatione adoptionis, non quia ipsis primo conueniat, sed quia ipsi primo adoptionem filiorum receperunt.

Ad tertivm Dicendum, quod adoptio non est proprium consequens naturam, sed consequens gratiam, cuius natura rationalis est capax. Et ideo nõ oportet quod omni rationali creaturę conueniat, sed quod omnis rationalis creatura sit capax adoptionis.

¶ *Super quæst. uigesimatertiæ articulũ quartum.*

Inf. q. 32. ar. 3. q. 43. ar. 1. co. & 3. dist. 10. q. 2. art. 2. q. 4. & 8. contra c. 4. & ueri. q. 29. art. 1. ad 1. Li. 2. de Trine.

Articvlvs iiii.

Vtrum Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptiuus?

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli unica est conclusio. Christus nullo modo potest dici filius Dei adoptiuus.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, quod Christꝰ, ſm quod homo, sit filius Dei adoptiuus. Dicit. n. Hilar. * de Christo, loquens, Potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. ergo Christꝰ, secundum quod homo, est filius adoptiuus.

¶ 2 Præterea. Augustꝰ. * dicit in libr. de Prædestina. Sanct. quòd eadem gratia ille homo est Christus, qua gratia ab initio fidei quicumque homo est christianus: sed alii homines sunt christiani per gratiam adoptionis. ergo & ille homo est Christus per adoptionem, & ita uidetur esse filius adoptiuus.

¶ 3 Præterea. Christus, secundum quòd hõ, est seruus: sed dignius est esse filium adoptiuum, quàm seruum. ergo multò magis Christus, secundum quòd homo, est filius adoptiuus.

Sed contra est, quod Ambrosꝰ * dicit in libro de Incarnat. Adoptiuum filium, non dicimus filium esse natura, sed cum dicimus natura esse filium, qui verus est filius. Christus autem est uerus & naturalis Dei filius, secũdum illud 1. Ioan. ult. Vt simus in uero filio eius Iesu Christo. ergo Christus secũdum quòd homo, non est filius adoptiuus.

Respon. Dicendum, quòd filiatio proprie conuenit hypostasi, uel personæ, non autem naturę: unde & in prima parte dictũ est, * quòd filiatio est proprietas personalis. In Christo autem nõ est alia persona uel hypostasis, quàm increata, cui conuenit esse filium per naturam. Dictum est autem supra, * quòd filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur, aliquid dici participatiue, quod per se dicitur. Et ideo Christus qui est filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptiuus. Secundum autem illos, qui ponunt in Christo duas personas, uel duas hypostases, seu duo suppposita, nihil rõnabiliter prohiberet Christum hominem dici filium adoptiuum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut filiatio non proprie conuenit naturæ, ita nec adoptio. Et ideo cum dicitur, q̃ carnis humanitas adoptatur, impropria est locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro unione humanæ naturæ ad personam filii.

Ad secvndvm Dicendum, q̃ similitudo illa Aug. est intelligenda, quãtũ ad principium: quia sci licet sicut sine meritis quilibet homo habet, ut sit christianus, ita ille homo sine meritis habuit, ut esset Christus. Est tamen differẽ-

Probatur hæc conclusio dupliciter. Primo: Christus est naturalis filius Dei. ergo non potest dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio conuenit non naturæ, sed personæ: ut patet ex antedictis: persona autem Christi unica & increata est. Consequentia probatur presuppositis rationibus terminorũ, scilicet quod filiatio adoptiua est quædam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur per se, non dicitur participatiue.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor summarie scribens, plus probat quã exprimat. Huic enim conclusioni & rationi non potest nisi dupliciter obstari, uel recedendo a sententia fidei, ponẽdo in Christo plures personas uel hypostases: & hoc Auctor tangit in his, quæ subiungit, uel ponẽdo, quòd filiatio põt denominare Christum ratione solius naturæ, sicut passio, crucifixio, natiuitas, & huiusmodi: secundum hoc enim posset Christus ratione naturæ humanæ assumptæ, in gratia & gloria beatitudinis participatę dici filius adoptiuus; sicut dicitur beatus beatitudine participata, ratione naturæ assumptæ.

In lib. de cau. cau. & in fin.

1. 2. q. 3. a. 2. ar. 3.

Ar. præd. in corpo. cis ibi cũ tis.

Et hoc Auctor excludit in principio corporis, per hoc, quod filiatio non naturæ, sed personæ cõuenit: & propterea non potest Christo cõuenire filiatio adoptiua ratione naturæ humanæ. Excluso autem, quòd non conuenit Christo adoptiua filiatio ratione naturæ humanę (cum sit filius Dei per se seu naturalis) consequens est, quod non possit dici Dei filius participatiue.

Id enim quod per se dicitur, non participatiue dicitur: & hoc solo modo posset participatiue dici, si ratione naturæ assumptæ filiatio adoptiua ei conueniret, qđ excluditur.

¶ Nota

¶Nota hic pro clariori intellectu ex responsione ad secundum, quòd sicut in humanis, is qui est filius naturalis, &c. non adpatur in filium, sed hæreditas sibi debetur, quia filius, ita Christus ut homo habet quidem omnia bona patriæ & uiæ, quæ debentur filiis adoptiuis: sed non ex ui seu iure adoptionis, sed ex hoc quòd est filius Dei naturalis, habet in natura assumpta hæreditatem Dei, ita quòd non fuit opus Christo ad hoc, ut natura sua humana haberet dona patriæ & uiæ, ut adoptaretur a Deo, quoniam ex hoc ipso quod erat Dei naturalis filius, debebatur sibi, ut natura assumpta haberet illam, testante hoc Ioanne: Vidimus, inquit, gloriam eius, scilicet uerbi incarnati, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & ueritatis.

¶Et hinc paret, quòd non est eadem ratio de beatitudine duplici in Christo (scilicet diuina & participata) & de filiatione duplici, scilicet naturali & adoptiua: illa enim dualitas necessaria est, ut natura assumpta sit perfecta: sed ista non est necessaria, nec conueniens dignitati Christi: quoniam derogat dignitati filii ueri, quod hæres fiat adoptione. Demum Auctor ex oppositorum errore confirmat conclusionē & probationem dicens, quod oppositorum conclusio consonat errori ponentium in Christo plures hypostases.

¶ Super quæstionis vigesimæquartæ Articulum primum.

Titulus, ut iacet, sine additione aliqua sumendus est.

¶ In corpore una est conclusio; Christus est prædestinatus. Probatur, Prædestinatio proprie est diuina ab æterno præordinatio eorum, quę per gratiam sunt fienda in tempore: sed Deum esse hominem, & econuerso, est quoddam factum in tempore per gratiam unionis, & præordinatum a Deo ab æterno; alioquin aliquid noui diuinæ menti accideret. ergo unio illa est prædestinata. ergo Christus est prędestinatus.

¶ Aduerte sensum literę intentum ab Auctore; & ut discernas doctrinam Auctoris ab aliorum sententiis, recolito quod prędestinationis nomen in sacris literis dupliciter uenit in usum. uel simpliciter, hoc est sine additione aliqua: ut cum dicimus, Sanctus Petrus fuit prędestinatus. Vel cum determinatione aliqua: ut cum dicimus, quòd Magdalena fuit prędestinata ad lauandum Christi pedes lachrymis, & latro ad confitendum regnum Christi pendentis in cruce, & similia. Et quoniam communi usu prædestinatio absolute respicit æternam felicitatem ut terminum (est enim ratio ordinis electorum in uitam æternam, ut in prima parte habitum est) ideo Durandus in tertio sentent. distin. 7. dicit, quod prædestinatio absolute est respectu beatitudinis, distinguens prædestinationem Christi, qua prædestinatus est filius Dei, a prædestinatione absolute, & dicens eam esse prædestinationem ad hoc scilicet esse filium Dei. Scotus quoque ibidem prędestinationem Christi ponit in ordine ad beatitudinem, quasi gratia unionis fuerit medium in Christo ad gratiam summæ beatitudinis animę suę. Diuus autem Auctor intuens gratiam unionis esse excellentius quid gratia summę beatitudinis creatæ, quanto maius est esse Deum quam frui Deo, & gratiam summæ beatitudinis consequi ad gratiam unionis (non ut finis sequitur ad medium, sed ut proprietas ad substantiam, ut calor ad ignem) posuit prædestinationem absolute communiter quidem respicere gratiam uitæ æternæ ut terminum, singulariter autem in Christo respicere gratiam unionis, ut in responsione ad primum litera mōstrat.

¶ Et si perspicacius consideraueris, uide bis tria: scilicet gratiam uitæ æternæ, gratiam unionis, & gratiam in cōmuni.

Et quia gratia æternæ felicitatis communis est omnibus electis in Dei filios adoptiuos, penes illam definita fuit prædestinatio filiorum adoptionis, de qua in prima parte tractatum est. Quia uero gratia unionis propria est naturali Dei filio, & longe eminentior prima, ideo penes istam concluditur prædestinatio Christi. Consonat nāque rationi, ut excellentior gratia, termini simpliciter rationem habens, magis terminet prædestinationem simpliciter, si minor illam terminat. 1.di.in 40.q. 2. cor.fi. & ad 5.et 3.di. 7.q.3.art. 2. q. 2. et q. 3. art. 2.q.3.et 4.cont.ca.9. ad 2. et Ro. 1.lib.3. q.præc.ar.4.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in se rationem gratiæ & rationem gratiæ per se primo summi & ultimi termini, ut species claudit in se rationem generis, & tam gratia æternæ uitæ, quàm gratia unionis conuenit in ratione per se primo termini summi & ultimi, quantum est ex propriis generationibus (quod ideo apposuerim: quia si beatitudo alicuius non propria generatione fieret, sed consecutiue haberetur, non haberet rationem per se primo termini, sed consequentis ad terminum: ut in Christo dictum est contingisse) quia inquam hoc in se claudit, ideo Auctor in litera & prædestinationem proprie acceptam dicit respicere gratiam, & hoc haberi ex antedictis in prima parte. Verissimum siquidem est hoc, non solum ut sonat, sed ut inducit ad excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti.

Si enim gratia consumata sufficit ad terminum prædestinationis simpliciter (ut dictum est) multo magis gratia unionis quæ parit gratiam consummatam ut proprietatem, sufficiens est ut terminet prædestinationem etiam absolute. Et propterea litera dicit, quòd ratione gratiæ unionis Christus dicitur esse prædestinatus, non ad hoc uel illud, sed prædestinatus.

¶ In responsionibus ad secundum & tertium, attende primo, quod secundum rem nulla est inter catholicos quæstio de prædestinatione Christi ad filiationem Dei per gratiam unionis naturæ humanæ ad filium Dei: sed quæstio est de uerificatione sermonis Pauli Apostoli proprie uel improprie, in hoc, uel illo sensu.

Auctor supponens locutionem Apostoli esse propriam, & intelligi non de aliquo consequente ad filium Dei (puta manifestatione) difficilem suscepit prouinciam uerificandi illam de persona Christi.

Vltra expositionem namque illam referentem prædestinationē ad naturam, & alteram Ambrosii referentem ad manifestationem Christi, referri quoque potest prædestinatio Christi ad filium Dei in uirtute actuali, ita quod filius Dei ex semine Dauid secundum carnem, prædestinatus est filius Dei in uirtute actualis operationis sanctificatiuæ & reparatiuæ mundi, ita quod totum coniunctum, scilicet filius Dei in uirtute actuali, est terminus prædestinationis.

¶ Et licet hæc expositio satis consonet literæ Apostoli subiungentis

¶Tertiò, Vtrum eius prędestinatio sit exemplar nostrę prędestinationis.

¶Quartò, Vtrum sit causa prędestinationis nostræ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christo non conueniat prædestinatū esse. Terminus enim prędestinationis uidetur esse adoptio filiorum, secundum illud Ephesi. primo. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum: sed Christo non conuenit esse filium adoptiuum, ut dictum est. * ergo Christo non conuenit prædestinatum esse.

¶2 Præt. In Christo duo est considerare, scilicet naturam humanā & personam: sed non potest dici, quòd Christus sit prędestinatus ratione humanæ naturæ, quia hęc est falsa, humana natura est filius Dei: similiter etiam neque ratione personę, quia illa persona non habet ex gratia quod sit filius Dei, sed ex natura: prædestinatio aūt est eorum, quæ sunt ex gratia,

gentis opera sanctificationis & resurrectionis mortuorum, quia tamen exponitur etiam quod filius Dei absolute sit terminus prædestinationis (ut Auctor cum Glossa ibidem sustinet) ideo huc prosequendo, aduerte secundo, quòd Auctor ponit Christum prædestinatum ratione naturæ, ita quod ipsa persona Christi ratione assumptæ naturę, de-

3.p.q.23. ar tic.5. nominatur prædestinata ad Dei filiationem. Considerat quippe æternã Christi personam dupliciter: uel secundum se sicut absolute, & sic negat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei, quia est ipsa Dei filiatio per essentiam; uel secundum quod induta est humanitatem, & sic affirmat ipsam prædestinatam ad filiationem Dei, quia ut sic, per gratiam unionis assecuta est filiationem Dei.

¶ Quod ut clarius percipias, utere positionibus hęreticorum, & ex differentia illarum, ad sententiam fidei, uidebis ueritatem, necessitatem, proprietatemque huius sensus. Si enim uerbum indutum esset carnem (ut hæretici fingũt) uel per inhabitationem, aut affectionẽ: aut quouis modo non personaliter, falsum esset, quod uerbum secundum carnem prædestinatum est, ut sit filius Dei per gratiam unionis, quoniam secundum carnem non esset personaliter unitum sibi Dei filio. Sed s., p quia. Verbum secundum carnem est personaliter unitum sibupsi, ideo uerum est dicere de filio Dei, qui ex semine Dauid est secundum carnem, quod prædestinatus est filius Dei; significat enim hic sermo, quòd ab æterno prædestinatum est de filio Dei, naturali, ut secundũ carnem sit per gratiam unionis filius Dei, quod est carnẽ esse personaliter unitam filio Dei.

3.p.q.23.ar.1. & 4.

¶ Occurrit hic dubium ex Durando in tertio sententia. distinctione septima, quæstione tertia, dicente, hanc locutionem esse impropriam, propter defectum duarum conditionum requisitarum ad prædestinationem.

¶ Prædestinatio enim primo est ad ea, quæ excedunt uirtutem prædestinati, nihil aũt est quod excedat uirtutem uerbi inacarnati.

¶ Prædestinatio rursus est ad id, quod est posterius natura saltem prædestinato: quia est ad gratuitum aliquod; gratia autem supponit naturam. Constat autem quod esse filium Dei per gratiam unionis, non est posterius natura aut intellectu uerbo incarnato.

Non est igitur propria hęc locutio, Christus prædestinatus est filius Dei.

¶ Ad hæc dicitur, quod satis saluatur prima prædestinationis conditio, si id, ad quod quis prędestinatur, excedit uirtutem prædestinati, uel absolute, uel quatenus prædestinatus est. Sic autem est in proposito: quoniam unio personalis ad filium Dei, etsi non excedit propriam uirtutem uerbi absolute, excedit tamen uirtutem ipsius secundum carnem. secundũ quam est prædestinatum.

¶ Secunda autem condicio de prioritate naturæ distinguitur, uel secundum rem, uel secundum intellectum. Et dicitur, quòd licet non sit prius natura uerbum incarnatum, quàm uerbum incarnatum esse filium Dei per gratiam unionis, tamen secundum considerationem abstractiuam intellectus, prius natura est uerbum incarnatum, quam modus incarnationis, scilicet per unionem personalẽ. Manifestatur autem talis prioritas ex conuenientia & differentia inter nos & hæreticos. Nam uerbum incarnatum intelligitur ut commune quid apprehensum a nobis & illis; & differentia est circa speciales unionis modos, dum illi per modum templi uel habitus &c. nos autem per personalem unionem uerbum incarnatum dicimus.

Caiet. 20.

Quocirca licet secundum rem nullus sit ibi ordo, secundum apprehensionem tamen intellectus (qui natus est non solum coniuncta diuidere, sed etiam unum & idem a seipso abstrahere) inter uerbum ut habens carnem, & seipsum ut habens carnem personaliter iunctam, ordo est naturæ, sicut inter comune & proprium. Et propterea prædestinatio, quæ actus est mentis, & ad rem sub certa apprehensione tendit, ex hoc ipso quod ad uerbum cum carne terminatur, determinat ad unionem personalem, excludendo ceteros alios modos, quibus uerbum cum carne præordinari potuisset. Et ob hoc filius Dei naturalis, factus ex semine Dauid filius hominis, prædestinatus dicitur, & est filius Dei.

Ad Rom. 1. p illud Rom. 1.

¶ In responsione ad tertium, perspice primo literam Apostoli apud Origenem esse punctuatam sic, quod ly prædestinatus, est adiectiuum subiecti, & non est pars copulæ seu prædicati, ita quòd dixit, Qui prædestinatus, tamquam si dixisset, qui omnipotens, uel quoduis aliud appositisset subiecto: & subdit copulam cum prędicato, Est filius Dei in uirtute. Et sic litera nihil habet difficultatis: quoniam uerum est, quòd Christus est prędestinatus, & quòd est filius Dei in uirtute.

3.di.10.q.1. ar.1.q.1.& 4. contra ca.q. 4.

¶ Nota secundò, quòd Auctor comparatiuè de harum propositionum, (scilicet Christus prędestinatus est filius Dei, Christus factus est filius Dei) ueritate loquitur, dicendo quòd prima est magis uera, ac per hoc utramque fatetur esse ueram. Christus enim significat

significat suppositum duarum naturarum: & ratione humanæ naturę, utramque susçipit prædicationem, & quòd prędestinatus est, & quod factus est filius Dei: quoniam utrumque ei secundum humanam naturam conuenit per gratiam unionis. Magis tamen prima conceditur; quia abstractio Christi secundum naturam humanam a seipso secundum unionem personalem, magis intelligitur supponere ipsum prædestinationi, quæ est mentis actus, quàm factioni reali, cum ibi sufficiat ordo naturæ secundum intellectum, qui minus sufficit ad factionē. Cum his tamen retine, quòd ista est impropria, Christus factus est filius Dei, multo plus quàm illa, homo est factus Deus: quia homo potest habere suppositionem simplicem (ut superius patuit) Christus autem propria persona supponit. Et propterea locutiones istæ non sunt extendendæ, sed pie exponendæ. Et quò ad sensum, reducendæ ad sensum simplicis suppositionis pro humana natura in cō creto, iuxta hoc qd in litera dicitur, Aliquando incepit esse, quod existens in natura humana esset filius Dei; hoc enim uerissimum est de existente in natura humana, communiter loquendo; quamuis hic existens in natura humana nunquam incæperit esse Deus propter falsitatem exponentis negatiuæ, hic existens in natura humana immediate ante non fuit Deus; hic enim est Deus heri, hodie, & in sæcula.

c.2. in me. to.7.

¶ *Super quæst. uigesimaquarta articulum secundum.*

TItulus ut iacet sumatur.

¶ In corpore articuli una est cōclusio responsiua quæsti; Christus secundū quod homo, est prædestinatus esse filius Dei. Probatur. Hoc conuenit alicui, secundum quòd homo, quod conuenit ei ratione humanæ naturę: sed prędestinatio conuenit Christo ratione suę humanæ naturæ. Probatur minor

3.di.10.q.1. ar.1.q.3.& 4. contra ca.9. quā.

cipio prædestinatus, referunt, nō ad id, quod est eē filium Dei, sed ad eius manifestationem, secundum illum consuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicuntur fieri, quando innotescunt: ut sit sēsus, quòd Christus prędestinatus est manifestari filiū Dei: sed sic non proprie prędestinatio accipitur. nam aliquis dicitur proprie prædestinari, secundū B quòd dirigitur in finem beatitudinis: beatitudo autē Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, quòd illa antecessio, quam importat hoc participium prædestinatus, non refertur ad personam secundum seipsam, sed ratione humanæ naturæ: quia scilicet persona illa, etsi ab æterno fuerit filius Dei, hoc tamen non fuit sempер, quòd subsistens in natura humana, fuerit filius Dei. Vnde Augustin. dicit in lib. de prędestinatione sanctorum.* Prędestinatus est C Iesus, ut qui futurus erat secundū carnem filius Dauid, esset in uirtute filius Dei. Et est considerandum, quod licet hoc participium prædestinatus, importet antecessionem, sicut & hoc participium factus, aliter tamen & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rem, secundum quòd in se est. prædestinari autem pertinet ad aliquem, secundum quod est in apprehensione alicuius præordinantis. Id autem, quod subest alicui formæ uel naturæ secundum rem, potest apprehendi, uel prout est sub forma illa, uel etiam absolute. Et quia absolute nō cōuenit personæ Christi, quòd incæperit esse filius Dei, conuenit autem ei, secundum qꝑ intelligitur uel apprehenditur, ut in natura humana existens (quia scilicet hoc aliquando incæpit esse, quod in natura humana existens esset filius Dei) ideo magis E est hæc uera, Christus est prædestinatus filius Dei, quā ista, Christus est factus filius Dei.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd hęc sit falsa, Christus, secūdum quod homo, est prędestinatus esse filius Dei. Hoc enim est unusquisq; secundum aliquod tempus, quod est prædestinatus esse, eo quòd p̄destinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, uidetur sequi, quòd sit filius Dei, secundum quòd homo. Hoc autem est falsum. ergo & primū.

¶ 2 Præt. Illud, quod conuenit Christo, secundum quòd homo, conuenit cuilibet homini, eo qꝑ ipse est unius speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, sequeretur, qꝑ cuilibet homini hoc conueniat. Hoc aūt est falsū. ergo & primū.

¶ 3 Præt. Hoc abæterno prædestinatur, quod est aliquando fiendū in tempore: sed magis hæc est uera, filius Dei factus est homo, quā ista, homo factus est filius Dei, ut supra habitum est. * ergo magis hæc est uera, Christus, secundum quod est filius Dei, prædestinatus est esse homo, quam econuerso, Christus, secundum quòd est homo, est ptædestinatus esse filius Dei.

SED CONTRA est, quod Augustinus* dicit in libro de Prædestinatione San. Ipsum dominum gloriæ inquantum homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicimus.

RESPON. Dicendum, quòd in prædestinatione duo possunt D considerari. unum quidem ex parte ipsius prędestinationis æternæ, & secundum hoc importat antecessionem quādam respectu eius, quod sub prędestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum temporalem, qui quidem est aliquod gratuitum Dei donum.

Dicendum est ergo, quod secundum utrumque horum attribuitur prædestinatio Christo rōne solius humanæ naturæ. Nā humana natura non semper fuit verbo vnita, & ei etiam hoc per gratiam est collatum, vt filio Dei in persona uniretur. Et ideo solū ratione humanæ naturæ prædestinatio competit Christo: unde Aug. dicit in lib.* de prędestin. san. prædestinata est ista humanę naturæ tanta, & tā excelsa subuectio, ut quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui, secundū quòd homo, quòd ei conuenit ratione humanæ distinguendo duo importata in prædestinatione scilicet ordinem & effectum, gratuitum scilicet donum, & manifestando utrumque conuenire humanitati Christi, adiuncta auctoritate Augustini.

¶ In responsione ad primum uide: & perspice cautelam Auctoris, nam quia ista propositio, Christus, secundum quòd homo, est filius Dei, simpliciter est falsa, ut ex quæstio. 16. superius patet: & sic simpliciter & absolute sequeretur ex ista, Christus secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei, si quo ad materiale prædestinationis poneretur hæc uera: ideo Auctor sustinens antecedens, exponit illud limitate.

¶ Posset tamen dici absque antecedentis limitatione, quòd in consequente apponenda secundum intellectum est gratia unionis, ita quòd ex isto antecedente, Christus secundum quod homo, prædestinatus est filius Dei, sequitur, ergo Christus, secundum quòd homo, est filius Dei, subintelligendo uel exprimendo per gratiam uniōis, ita quod licet ista sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est filius Dei (quia significat Christum secundum naturam humanam, esse naturalem filium Dei) ista tamen est uera, Christus, secundum quòd homo, est per gratiam unionis filius Dei: & quia in antecedente illo, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus filius Dei, subintelligitur per gratiā unionis, ideo in consequente quoque potest subintelligi. Et sic concedimus, quòd illud unusquisque quā doque est, quod prædestinatus est esse, & quòd Christus, secundum quod homo, prædestinatus est esse filius Dei, non per naturam, sed per gratiā unionis. Et ideo Christus, secundum quod homo, est filius Dei per gratiam unionis. Vnde glossa interlinearis ad Roman. primo dicit, Secundum quod homo gratia sola prælectus, ut sit filius Dei in eadem potentia & uirtute diuinitatis cum Patre per unionem uerbi.

q.16.2.6.& 7.

c.11. in med. to.7.

c.15. post me. to.7.

¶ In responsione ad se-

secundum colligehinc ex Auctore illã distinctionem de secundum, quod seu inquantum, uel reduplicatiue, uel specificatiue. Primo enim membrum literæ exponit reduplicatiue, denotando causam: secũdum autẽ specificatiue, determinãdo conditionem, qua subiectum recipit prædicatum. Et hoc modo, scilicet specificatiue tenetur, cum dicitor, Christus secundum quod homo, est prædestinatus filius Dei, sicut cum dicitur, Sortes, secundum, quod habet capillos, est crispus.

¶ *Super 22. articulũ tertium.*

In cor. ar.

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica est distinctio bimembris, & duæ conclusiones respondentes singulis distinctionis membris.

Distinctio est. Prædestinatio dupliciter sumitur, uel ex parte actus, uel ex parte termini. Prima conclusio est, Prædestinatio Christi ex parte actus non est exemplar nostræ. Probatur: quia ex parte actus uno actu & modo æterno Deus Christum & nos prædestinauit; in actu siquidem diuino & modo ex parte Dei, nulla est differentia, cum sint omnia unamet res ipsa scilicet deitas.

In cor. ar. 3. di. 7. q. 3. artic. 1. & ar. 2. q. 2. c. 15. a med. fo. 7.

Secunda conclusio. prædestinatio Christi est nostræ exemplar ex parte termini, quo ad duo, hoc est quo ad bonũ terminans, & quo ad modum consequendi illud bonum. Probatur primum, quia Christus ad filiationem naturalem, nos ad adoptiuam. Probatur secundum, quia Christus per gratiã excludentem omne meritum, nos per gratiam, includentem meritum Christi, quia de plenitudine eius omne accepimus.

¶ Memento nouitie, quod Christus dicitur prædestinatus ut

E næ naturæ: Et ideo dicendum est, quod Christus secundum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum dicitur, Christus secũdum quod homo, est prædestinatus esse filius Dei, hæc determinatio, secundum, quod homo, potest referri ad actum significatũ per participium dupliciter. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub prædestinatione, & hoc modo est falsa: est enim sensus, quod prædestinatum sit, ut Christus, secundum quod homo, sit filius Dei, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, potest referri ad ipsam propriam rationem actus, prout scilicet prædestinatio importat in sui ratione anteeessionem & effectum gratuitum, & hoc mõ conuenit Christo rõne humanæ naturę, ut dictum est. * Et secundum hoc dicitur prædestinatus, secundum quod homo. D

AD SECVNDVM Dicendum, q̃ aliquid potest conuenire alicui homini ratione humanæ nature dupliciter. Vno modo sic, quòd H humana natura sit causa illius, sicut esse risibile conuenit Sorti ratione humanæ naturæ, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo prædestinari non conuenit, nec Christo, nec alteri homini ratione humanæ naturæ, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo, dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura est susceptiua: & sic dicimus Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturę, quia prędestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, ut dictum est.*

AD TERTIVM Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in libro de Prædest.† Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis a Deo uerbo susceptio singularis, ut filius hominis simul ꝓpter. Susceptũ hominem, & filius Dei propter susscipientem unigenitum Deum, ueraciter & proprie diceretur.

Et ideo, quia illa susceptio sub K prædestinatione cadit, tamquam gratuita, utrumque potest dici, scilicet quod & filius Dei prędestinatus sit esse homo, & filius hominis prædestinatus sit esse filius Dei. Quia tamẽ gratia nõ est facta filio Dei ut esset homo, sed potiꝰ humanæ naturæ, ut filio Dei uniretur, magis proprie potest dici, quod Christus, secundum quod homo, est prædestinatus eẽ filius Dei, quã quod Christus secũdũ

F quòd filius Dei, sit prędestinatus esse homo.

ARTICVLVS III.

Vtrum prędestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

¶ Super

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd prędestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis. exemplar enim præexistit exẽplato: nihil autem præexistit æterno. Cùm igitur prædestinatio nostra sit eterna, uidetur quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prędestinationis. G

¶ 2 Præt. Exemplar ducit in cognitionem exẽplati: sed non oportuit, quod Deus duceretur in cognitionem nostræ prędestinationis ex aliquo alio, cum dicatur Ro. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit. ergo prędestinatio Christi non est exemplar nostræ prędestinationis.

¶ 3 Præterea. Exemplar est conforme exemplato: sed alterius rationis uidetur esse prędestinatio Christi, quàm prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis, Christus autem est prædestinatus filius Dei in uirtute, ut dicitur Ro. 1. ergo eius prędestinatio non est exemplar nostræ prædestinationis.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de Prędestin. San.* Est preclarissimum lumen prædestinationis & gratię ipse Saluator, ipse mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus. Dicitur autem lumẽ prædestinationis, & gratiæ, inquantum per eius prędestinationem & gratiam manifestatur nostra prædestinatio, quod uidetur ad rationem exemplaris pertinere. ergo prædestinatio Christi est exẽplar nostre prædestinationis.

RESPON. Dicendum, quòd prędestinatio dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum ipsum actum prædestinantis, & sic prædestinatio Christi non potest dici exemplar nostræ prædestinationis: uno enim modo, & eodem actu eterno prędestinauit Deus nos & Christum. Alio modo, potest prędestinatio considerari secundum illud, ad quod aliquis prædestinatur, quod est prędestinationis terminus & effectus. Et secundum hoc, prædestinatio Christi est exemplar nostrę prędestinationis, & hoc dupliciter. Primo quidem, quantum ad bonum, ad quod prædestinamur: ipse enim est prædestinatus ad hoc, quòd esset Dei filius naturalis: nos autem prædestinamur ad filiationem adoptionis, quæ est quædã participata similitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Rom. 8. Quos præsciuit, hos prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui. Alio modo, quantum ad modum consequendi istud bonum, quod est per gratiam, quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis precedentibus meritis est unita filio Dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus, ut dicitur Ioan. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa ratio procedit ex parte illius actus prędestinantis. Et similiter dicendum ad Secundum.

AD TERTIVM dicendum, quòd non est necessarium, quòd exemplari, quantum ad omnia cõformetur: sed sufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur suum exemplar.

ARTI-

¶ *Super quæst. uigesimaterția articulum quartum.*

TItulus clarus, ut iacet.

¶ In corpore est unica distinctio cum duplici conclusione: sicut in præcedenti articulo, & quia similiter clara sunt, pertranseatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd prędestinatio Christi non sit causa nostrę prędestinationis: æternum enim non habet causam: sed prædestinatio nostra est æterna ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

¶ 2 Præterea. Illud, quod dependet ex simplici Dei uoluntate, non habet aliam causam nisi Dei uoluntatem: sed prædestinatio nostra ex simplici uoluntate Dei dependet. dicitur enim Ephes. primo. Prædestinati secundum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suæ. ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

¶ 3 Præterea. Remota causa, remouetur effectus: sed remota prędestinatione Christi, non remouetur nostra prædestinatio: quia etiam si filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostræ salutis, ut Augustinus dicit in lib. de Trinit. * Prędestinatio ergo Christi non est causa nostræ prædestinationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. primo. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.

RESPON. Dicendum, quòd si consideretur prædestinatio secundum ipsum prædestinationis actum, prædestinatio Christi non est causa nostræ prędestinationis, cum uno & eodem actu Deus prædestinauerit ipsum & nos; si autem consideretur prædestinatio secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prędestinationis. Sic enim Deus præordinauit nostram salutem, ab æterno prædestinando, ut per Iesū Christum compleretur. Sub prędestinatione enim æternanon solum cadit id, quod est fiendum in tempore, sed etiam modus & ordo, secūdum quem est cōplendum in tempore.

AD PRIMVM ergo & secundum dicēdum, quòd rationes illæ procedunt de prędestinatione secundū prędestinantis actum.

AD TERTIVM dicendum, quòd si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines saluari per aliam causam: sed quia prędordinauit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinauit, ut esset nostrę salutis causa.

¶ *Super quæstionis uigesimæquintæ articulum primum.*

TItulus non de qualitate, sed de identitate uel diuersitate adorationis quærit, an scilicet una eademque adoratio (qualiscumque sit illa) terminetur ad Christi humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et est ratio dubii huius, usus Ecclesiæ & decretum quintæ Synodi, quod in litera affertur, tractaturque hæc materia in tertio sen. dist. 9.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo distinguuntur termini, deinde respondetur quæsito.

Distinguitur ergo primo id quod honoratur, secundo unitas uel pluralitas honoris. Distinguuntur igitur in honorato res honorata, & causa honoris, & dicitur, quòd res honorata est tantum persona seu totum subsistens, & probatur excludendo partes, ex usu loquendi, quia non dicimus manum honorari. Et quia hoc ut pati calumniam, respondetur obiectioni, quod partes quando dicuntur honorari, non secundum se, sed ut totum honoretur. Et declaratur a simili, in ueste, nuntio, &c. Inf. q. 15. art. 3. c. fin. & ad 1. & 3. dist. 9. q. 1 ar 2. q. 1. & di. 19. ar. 1. ad 4. & ueri. q. 29. ar. 4. ad 4.

¶ Vbi habes aliam distinctionem honorati, scilicet secundum se, uel secundum aliud in se. Totum enim honoratur secundum se, pars autem imago, & nuntius, secundum aliud, hoc est totum in se parte, repræsentatum in se imaginem, mittentem in se nuntio. Causa autem honoris est id, unde habet honoratus excellentiam. c. 3. to. 5. q. 19. ar. 2.

Probatur, quia honor est reuerentia exhibita alicui propter sui excellentiam. Vnitas uerò & pluralitas honoris distinguitur, quod potest attendi uel secundū causam honoris, uel secundum terminū per se proprium adorationis.

Et propterea si cōtingit in uno eodem homine inueniri diuersas causas honoris, erit illius honor unus & multiplex, Vnus, ex parte personæ quæ terminus est multiplex, ex parte causæ multiplicis, ut patet de uno homine honorato, & propter scientiam, & propter uirtutem moralem seu theologalem. In concil. 2. Constantino. q. est 1. generale cano. 9.

¶ Conclusio responsiua quæsito est, Adoratio Christi est una ex parte

QVAESTIO XXV.

De adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de his, quę pertinēt ad Christum in comparatione ad nos. Et primò de adoratione Christi, qua. s. nos eum adoramus. secundò, de hoc, quod est Mediator noster ad Deum.

ET CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum una & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

¶ Secundò, Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latrię.

¶ Tertiò, Vtrum adoratio latrię sit exhibenda imagini Christi.

¶ Quartò, Vtrum sit exhibenda cruci Christi.

¶ Quintò, Vtrum sit exhibenda matri eius.

¶ Sexto, De adoratione reliquiarum sanctorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum una & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non eadem adoratione adoranda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi est adoranda, quia est communis Patri & Filio. unde dicitur Ioa. 5. Omnes honorificent filium, sicut honorificant Patrem: sed humanitas Christi non est communis ei & patri. ergo non eadem adoratione adorāda est humanitas Christi & eius diuinitas.

¶ 2 Præt. Honor est proprie præmium uirtutis, ut Philosoph. dicit in quarto Ethicorum:* meretur autem uirtus suum præmium per actum. Cum igitur in Christo sit alia operatio diuinæ & humanæ naturæ (ut supra habitum est †) uidetur quod alio honore sit ueneranda humanitas Christi, & alio diuinitas.

¶ 3 Præterea. Anima Christi si non esset uerbo unita, esset veneranda propter excellentiam sapiētię & gratiæ, quam habet: sed nihil dignitatis est ei subtractum p hoc, qđ est unita uerbo. ergo natura humana in Christo est quędā propria adoratione ueneranda præter uenerationem, quæ exhibetur diuinitati ipsius.

SED CONTRA est, quod in capitulis quintæ Synodi sic legitur. †

Si quis duabus naturis adorari dicit Christum (ex quo duę adorationes introducuntur) sed non una adoratione Deum Verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est, talis anathema sit.

RESPON. Dicendum, quòd in eo qui honoratur, duo possumus considerare, scilicet eum cui honor exhibetur, & causam honoris.

ex parte personę adoratæ, & est plures ex parte causæ, diuinæ scilicet uel humanæ.

Probatur primo conclusio quò ad primam partem, quia in Christo una tantum est hypostasis, Quò ad secundam, quia alia ratio honoris est sapientia diuina, alia sapientia humana.

Deinde probatur ex oppositio: quia scilicet si essent plures hypostases i Christo, adoratio eius non esset una, etiam ex parte adorati, sed tot aliter adoratio Christi non esset una, sed diuersa, & hoc est damnatum in synodis, &c.

¶ Circa primam distinctionem nota cautissime quòd honorari, ut causam honoris, non est honorari simpliciter, sed cum tali determinatione, ita quod ly ut causa honoris, est conditio diminuens honoratum, ita quod non ualet argumentum, Sapientia honoratur ut causa honoris, ergo honoratur.

Et hoc proprie loquendo: quia honorari non est nisi terminantis passiue actum honorandi: non terminat autem honoris actum, nisi persona, cui exhibetur honor.

¶ Et hinc oritur, q̃ Christo debetur simpliciter una adoratio, & quod humanitas eius, ut abstrahit, ab hypostasi, est inadorabilis sicut ceteræ causæ adorandi inadorabiles sunt, proprie loquendo.

Quia tamen inuenitur quandoque dictum de huiusmodi, quod honorantur uel adorantur, ideo non faciendo uim in uocabulis, loquere, ut plures loquuntur, & intellige quòd ideo eccleſia Christo unica adoratione adorat dicendo ei, Miserere nobis, & non dicendo ei, Miserere, & intercede, quia ad unitatem personæ respicit,

Proprie autem honor exhibetur toti rei subsistenti, non enim dicimus quod manus hominis honoretur sed quòd homo honoretur.

Et si quandoque contingat, q̃ dicatur honorari manus uel per alicuius, hoc non dicitur ea ratione, quod huiusmodi partes secundum se honorentur: sed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiam modum aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori: puta in ueste, aut in imagine, aut in nuntio.

Causa autem honoris est id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui exhibita propter sui excellentiam, ut in secunda parte dictum est.

Et ideo, si in uno homine sunt plures causę honoris (puta præclaritio, scientia & uirtus) erit quidem illius hominis unus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris: homo enim est qui honoratur, & propter scientiam & propter uirtutem.

Sic ergo, cùm in Christo sit tantum una persona diuinę & humanæ naturæ, & etiam una hypostasis & unum suppositum, est quidem eius una adoratio, & unus honor ex parte eius, qui adoratur: sed ex parte causę qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, ut scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatam, & alio propter sapientiã creatam.

Si autem ponerentur in Christo plures personæ seu hypostases, sequeretur quod simpliciter essent plures adorationes: Et hoc est q̃ in Synodis reprobatur. Dicitur enim

† quis honorart in exteriori, puta ueste, imagine uel nuntio. Et his enim clara habetur dicta distinctio, dum totum secundum se honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc enim est partem honorari. secundum quod totum est in parte. Et similiter uestis honoratur, secundum quod persona est sub illa: imago quoque uene honoratur, secũdum quòd representata persona est in illa. Et similiter nuntius honoratur, secundum quòd princeps est in illo.

in capitulis Cyrilli, † Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo uerbo, quasi alterum alteri, & non potius una adoratione honorificat Emanuelem, secundum quod factum est caro uerbum, anathema sit.

Ad primum ergo dicendum, quòd in Trinitate sunt tres, qui honorantur, sed est una causa honoris: in mysterio autem incarnationis est econuerso. Et ideo alio modo est unus honor Trinitatis, & alio modo est unus honor Christi.

Ad secundum dicendum, quòd operatio non est, quæ honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc, quod in Christo sunt duę operationes, non ostenditur, quod sint duæ adorationes, sed quod sint duæ adorationis causæ.

Ad tertium dicendum, quod anima Christi, si non esset unita Dei uerbo, esset id, quod est principalissimum in homine illo: & ideo sibi præcipue deberetur honor: quia homo est id, q̃d est potissimum in eo: sed quia anima Christi est unita personæ dignori, illi personæ præcipue debetur honor, cui anima Christi unitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas animę Christi, sed augetur, ut etiam supra dictũ est:

*

¶ Ad quartum dicendum, quòd ad primum eorum, quæ obiiciebantur in contrarium, dicendum est, quòd Christus, secundum quòd homo, non est creatura, sed creatus. Et ideo non est adorandus adoratione latriæ, quæ debetur creatori.

Ad secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad undecimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad duodecimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tertium decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quartum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quintum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sextum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septimum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octauum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad uicesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad tricesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quadragesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad quinquagesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad sexagesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad septuagesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad octuagesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad nonagesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum undecimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum duodecimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tertium decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quartum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quintum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum sextum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum septimum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum octauum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum nonum decimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum uicesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum tricesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quadragesimum nonum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum primum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum tertium dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum quartum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum quintum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum sextum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum septimum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem ratione suæ humanitatis, sed ratione diuinitatis, cui unitur in unitate personæ.

Ad centesimum quinquagesimum octauum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est adorandus adoratione latriæ, non quidem

¶ *Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum secundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore articuli cum distinctione respondetur duabus conclusionibus. Prima est. Humanitas Christi vt res adorata, est adoranda adoratione latriæ. Probatur, quia ipsam sic adorari, nihil aliud est quàm Verbum incarnatum adorari. Probatur hoc a simili, sicut adorare vestem regis, est adorare regem vestitum. Secunda est, Humanitas Christi, vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ, sed dulliæ: hoc est, p̄ sona Christi honoranda est dulia ratione humanitatis, plenæ gratiæ, &cæt. Declaratur hoc non esse inc̄ueniens ex persona patris, quæ latria & dulia adoratur.

¶ Aduerte hic duo. Primum est, quòd adorari vt rem adoratam, contingit dupliciter: vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latria, quia p̄ deitatē, quæ est ipsa personalitas: per aliud vero dulia, quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra humanitas Christi per aliud adoratur latria: per se autem non, sed dulia, vt ratio tamen adorādi. Et hoc omnia in litera habentur, quāmuis dicta distinctio non formaliter explicetur, sed ipsa Auctor vtatur.

Secundum est, p̄ licet dulia, qua persona patris honoratur propter potentiam, & dulia, qua persona Filii ratione humanitatis adoratur, non omnino sint eadem, quia illa est dulia communiter sumpta ad species duliæ, & latriæ: ista vero est species duliæ distincta contra latriam (sicut dispositio est genus ad dispositionem, & habitum) licet inquantum sit, non officit tamen processui lite-

3.dist.9.q.1. ar.2.q.1.& q.3.ad 1.

Alter tantū.

Hic q. Orth. fidei 4.cap. primo.

Psal.98. Augustin.

Vide præced.

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd humanitas Christi non sit adorāda adoratione latriæ: quia super Psalm. 98. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est, dicit Glos. Caro a Verbo Dei assumpta, sine impietate adoratur a nobis, quia nemo carnē eius spiritualiter mādducat, nisi prius adoret: non illa dico adoratione quæ latria est, q̄ soli Creatori debetur: caro autē Christi est pars humanitatis. ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præterea, Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobantur gentiles, quòd coluerunt, & seruierunt creaturæ, vt dicitur Romanorum primo: sed humanitas Christi est creatura. ergo non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionē maximi dominij, secundum illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, * & illi soli seruies: sed Christus, secundum quòd est homo, est minor patre. ergo humanitas eius non est adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA est, quòd Damas. dicit in 3. lib. * Adoratur autem caro Christi īcarnato verbo Deo nō propter seipsam: sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbū Dei. Et super illud Psal. 98. Adorate scabellum pedū eius, dicit glo. † Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur, sed illū potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellum adorat: sed Verbum incarnatū adoratur adoratione latriæ. ergo & corpus ei⁹, siue eius humanitas.

RESPONDEO. Dicendū, p̄ sicut supra dictum est, * honor adorationis proprie debetur hypostasi subsistenti: tamē ratio honoris potest esse aliquid non subsistens, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi, dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius, sicut rei adoratæ: & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem regis, nihil est aliud, quàm adorare regem vestitum. Et secūdum hoc, adoratio humanitatis Christi est adoratio latriæ. Alio modo, potest ītelligi adoratio humanitatis Christi, q̄ fit ratione humanitatis Christi, p̄fectæ omni munere gratiarū: & sic adoratio humanitatis Christi non est adoratio latriæ, sed adoratio duliæ, ita scilicet, p̄ vna & eadem persona Christi adoretur adoratione latriæ, propter suam diuinitatem, & adoratione duliæ, propter perfectionem humanitatis. Nec hoc est inconueniens, quia ipsi Deo patri debetur honor latriæ, ꝓpter deitatem, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturā. Vnde super illud Ps. 7. Domine Deus meus in te spera ui, dicit glo. * Domine omniū, per potentiam, cui debetur dulia: Deus omnium per creationem, cui debetur latria.

AD PRIMVM ergo dicendū, p̄ glo. illa non est sic intelligenda, quasi seorsū adoretur caro Christi ab eius diuinitate: hoc enim cōtingeret solū hoc modo, si esset alia hypostasis Dei, & hominis: sed quia, vt Dam. † dicit, si diuidas subtilibus intelligentijs quod videtur, ab eo qđ intelligitur, inadorabilis est, ut creatura, scilicet, adoratione latriæ. Et tunc sic intellectæ, ut separatæ a Dei verbo deberetur sibi adoratio duliæ, non cuiuscūque (puta, quæ communiter exhibetur alijs creaturis) sed cuiusdam excellētioris, quam hyperduliam vocant.

Et per hoc etiā patet responsio ad secūdum, & tertium, quia adoratio latriæ non exhibetur humanitati Christi ratione suiipsius, sed rōne diuinitatis, cui vnitur, secundum quam Christus non est minor patre.

ARTICVLVS II.

Vtrum imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd imago Christi non sit adorāda adoratione latriæ. Dicitur enī Exodi 20. Non facies tibi sculptile, neq; omnem similitudinem: sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 2 Præt. Operibus gentilium non debemus cōmunicare, ut

ræ persuasiuo ex verbis Glossarum, ad tollendam admirationē. Materia enim hæc de se clarissima est: nam liquet personam Christi ratione diuersarum naturarum diuersimode honorandam. Sed vt nonnulla consonantia veritatis huius ad priscos monstraretur, allatum est illud quasi simile, de persona Patris.

In hoc articulo, & specialiter in responsione ad primum, vide quod accepturi communionem sacram, aut sacrificio missæ assistentes, tam corpus, quàm sanguinem Dominicum adorare nos experimur adoratione latriæ: nam ut Deum summe honoramus non distinguendo inter corpus & eum, cuius est corpus: dicendo, domine non sum dignus, & alias similes orationes. Adorationem siquidem duliæ Christo debitam ratione humanæ naturæ, Eccle sia in mente retinet, non in usu, ad eui tādos (ut dictum est) errores.

Ps.7.gl.inter linear.ibid.

Li.4.c.3. circa princ.

¶ *Super Quæstionis vigesimæ quintæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est. In corpore articuli, duo fiunt. Primo, in communi determinatur de duplici motu in imaginem, secundo, in speciali respondetur quæsito una conclusione.

Quo ad primum ex Aristotelis auctoritate distinguitur motus animæ, in imaginem duplex: unus, ut in rem, alter, ut ī imaginem. Primus est alius a motu in rem repræsentatam: secundus est unus, & idem cum motu in rem repræsentatam. Quò ad secundum conclusio responsiua est, Imago Christi est adoranda adoratione latriæ. Probatur, Imagini Christi exhibetur reuerentia, & non ut

2.2.q.81.a.3. ad 3.& q.49. ar.2.ad 1.& inf.ar.4.cor. & ar.5.ad 2. & 3.dist.9.q. 1.ar.2.q.2.

est res quædam. ergo vt imagini. ergo eadem reuerentia, quæ Christo exhibetur, ergo est adorãda adoratione latriæ. Antecedens pro prima parte experientia testatur. Pro secunda probat litera, quia reuerentia non nisi rationali naturæ debetur. Prima consequentia probatur ex sufficienti disiunctione motus animæ in imaginem: destructo enim altero mẽbro reliquum optime infertur. Secunda autem consequentia probatur ex eadem Aristotelis doctrina, quia motus in imaginem ut sic, est unus cum motu in rem repræsentatam. Tertia demum cõsequentia probatur, quia Christus adoratur adoratione latriæ.

¶ Circa radicem processus, propositionẽ, scilicet illam ex Aristot. Motus in imaginem, inquantum imago, est idem cum motu in rem, dubium ex multiplici capite occurrit. Primo enim obiicitur ex parte motus; secundo, ex parte imaginis: tertio, ex parte unitatis. Ex parte si quidem motus dicitur, quòd propositio est uera de motu apprehensiuo in quo illa utitur Aristoteles, ut est motus intellectus & memoriæ. Non est autem uera de motu appetitiuo, in quo utitur illa hic Auctor. Adoratio enim actus est moralis uirtutis, ac per hoc appetitiuæ partis. Eadem quippe intellectione cognoscitur imago & imaginatum: quia unum relatiuorum definit reliquum. Et si quis definite nouit vnum correlatiuum, definite nouit reliquũ, ut dicitur in Prædicamentis. Quicumque autem amat patrem, non propterea amat filium.

Ex parte vero imaginis, quia imago ut imago, est relatiuum: nulla autem relatio realis creata, aut rationis, adoranda est adoratione latriæ.

Ex parte autem unitatis, quia uel intelligitur de motu uno simpliciter, uel secundum partem, seu aliquid: non de motu uno simpliciter, quia falsum diceretur. Nam motus in rem secundum se immediate, & in illammet mediante sua imagine, non est omnino idem, ut pater. Si secundum aliquid, tunc ex hac propositione non infertur propositum, quia ex motus vnitate secundum quid, non sequitur unitas specifica adorationis imaginis, & exemplaris, quæ tamen in litera infertur, quia latria adoranda imago Christi dicitur, qua Christus adoratur.

Dubium rursus circa processum eundem ex Durand. in 3. sen ten. dist. 9. q. 2. occurrit. Nam primo impugnat processum hunc ex eo quòd aliud est, motum in imaginem & rem esse unum, & aliud imaginem & rem esse unum. Primum enim est uerum, secundum falsum, nam sunt correlatiua quæ licet simul apprehendantur, dicuntur tamen & sunt diuersa, relatiui enim esse est ad aliud se habere. Ad propositum autem oporteret imaginem & rem esse unum, seu unius rationis, si adoratio rei deberet exhiberi imagini.

Deinde dicit, quòd imago Christi, nec ut res, nec ut imago, proprie loquendo, adoranda est latria, quia latria soli Deo debetur per se, & cõiunctis sibi (ut humanitati Christi) per accidens: imago autẽ, ut imago est creatura, est extrinseca a Deo, & ideo nec per se, nec per accidens, terminus est adorationis latriæ.

Tertio dicit, quòd commune dictum, quod auctor in litera tradit, est improprie dictum, & exponendum est, quia res cognita, seu rememorata per imaginem, ad præsentiam imaginis adoratur, ac si esset in se præsens, non quòd adoratio ad imaginẽ aliquo modo terminetur.

Ad horũ euidentiam, sciendum est, quòd distinctio in litera

Apost. dicit ad Ephes. 5. sed gentiles de hoc præcipue inculpantur, q̃ commutauerũt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, ut dicitur Roman. 1. ergo imago Christi non est adorãda adoratione latriæ.

¶ 4 Præt. Christo debetur adoratio latriæ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis: sed imagini diuinitatis eius, quę est animæ rationali impressa, non debetur adoratio latriæ. ergo multo minꝰ imagini corporali, quæ rep̃sentat humanitatẽ ipsi⁹.

¶ 4 Præ. Nihil videtur esse in cultu diuino faciendum, nisi quod est a Deo institutũ. vnde & Apost. 1. ad Cor. 11. traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi a domino qd' & tradidi uobis: sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorãdis imaginibus. ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

SED CONTRA est, quòd Damas. inducit Basilium dicentẽ, * Imaginis honor ad prototypũ

posita ex Aristot. de imagine vt est res quædam, & vt est imago, potest dupliciter intelligi.

¶ Primo, vt distinguatur imago in imaginem materialiter, vel formaliter, puta in aurum, vel figuram seu relationem. Et consequenter quòd dicamus adorari imaginem Christi non secundum materiam, sed secundum formam, hoc est figuram Christi, vel relationem ad Christum. Et hic sensus acceptus videtur cõmuniter, quanſam memini. Et quoniam tam figura, quã relatio, longe est a creatoris natura, iõ aut falso aut improprie dictum putatur, quòd imago Christi sit adoranda, adoratione latriæ.

¶ Sed hunc sensum longe esse a vero seu su Aristotelis & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago vt res quædam comprehendit imaginem, & secundum materiam, & secundum formam, vt quædam res est: imago enim Cæsaris sumitur, ut res quædã ex parte materiæ si sumatur ut marmorea, aut aurea. Et similiter sumitur vt res quædam ex parte formæ si sumatur vt secundum talia lineamenta, colores, &c. vel vt est relatio quædam siue realis, siue rationis. Hęc enim omnia sub vno membro distinctionis comprehenduntur, scilicet sub imagine, vt res quędam est, licet exempla dentur de materia: quia manifestius habet rationem cuiusdam rei. Secundo, ex eo quòd motus in imaginem vt est figura quædam vel relatio, non est vnus cum motu in rem, sed diuersus ab illo. Sistit enim intellectus, & affectus in figurę, & relationis consideratione, & complacentia, ut patet, dum alicui forma ipsius figuræ placet, velletque illam relationem habere ad se, vel aliquem suorum, ex quo est ita pulchra. Est enim tunc motus animi in imaginem formaliter, & tamen non in rem: immo oppositum motum habet quandoque versus rem, puta, quia displicet, quòd imago tam pulchra, sit imago illius, cuius est.

Est igitur secundo modo intelligendum, quòd res contra imaginem distinguitur quo ad vtrumq; proprium actum, ita q̃ imago terminat motum vt res, quatenus exercet actum rei cuiusdam, vt res est: & similiter terminat motum, inquantum imago, quatenus exercet actum imaginis: Et quia res vt res in se, est quędam entitas, ideo tunc terminat ut res, quando ratione sui siue formaliter, siue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus est exemplar, ipsa autem est conditio agentis; sic enim tantum motus tam apprehensiuus quàm appetitiuus in ipsam, ad exemplar suum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus est imago, est in ipsam quidem, sed secundum aliud in ipsa: in ipsam quidem, quia ipsa est, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipsa est exemplar ad quod ducit. Secundum aliud uero in ipsa, quia ratio terminandi est exemplar quod est aliud ab ipsa, & constat quòd est in ipsa. Ex his autem est facile perspicere, & efficaciam processus literæ, & veritatem doctrinę eius, & causam defectus aliorum declinantium: habetur siquidem hinc, quod motus adorationis, quo imago Christi veneratur, terminatur ad imaginem Christi, & uere & proprie loquendo. Et quia terminatur ad ipsam, non quatenus est res hoc est non quatenus exercet actum rei in se, siue secundum rem, quæ est forma siue secundum rem quę est materia, sed quatenus est imago, hoc est, quatenus exercet actum imaginis, ideo Christus, cuius est imago, est rõ q̃ imago eius adorat, & eẽ Christum

tum in imagine, est conditio, in qua ratio adorandi monet ad adorandum, & terminat adorationem. Et propterea non exhibetur adorationis honor creaturæ, sed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, sed rationi adorandi, quæ est ipse Christus. Et hoc est quod in litera dixit Auctor, quòd per hunc modum, scilicet quo totum in parte honoratur, adoratur etiam quis in imagine. Habes & falsum intelle ctũ Aristotelicę propositionis, causa fuisse errandi.

¶ Ad obiecta contra dictam propositionẽ ex parte motus, iam patet q̃ vera est de vtroque motus genere, scilicet appetitui & apprehensiui: quoniam impossibile est intelligere aut colere imaginem, ut exercet imaginis actum, nisi terminus apprehensionis, vel appetitus sit res repræsentata, quia ipsa est tunc ratio terminandi utrumque motum. In æquiuoco quoque laborant obiecta ex parte imaginis: quoniam, ut iam patet, ignorant imaginem ut exercet imaginis actum, quæ cum adoratur, nõ relatio, nec figura, sed persona adoratur repræsentata imagine, ut in conditione in qua adoratur.

¶ Ad obiecta ex parte vnitatis dicitur, q̃ est sermo de unitate simpliciter, hoc est specifica, quia est sermo de unitate motus secundum per se primo terminum, ex quo vnitas specifica motus sumitur. Nec obstat differentia penes esse sine medio vel cũ medio, quia non inuenitur hic medium ex parte termini, sed solum secundum conditionem diuersam eiusdem termini: eadem siquidem persona repræsentata, terminat formaliter motum vel in seipsa, vel in sua imagine. Conditiones autem, quia non variant speciem termini, consequenter nec speciem motus in terminum.

¶ Ad obiecta autem Durandi dicitur, quòd sane intellecta imagine ut imagine, imago & repræsentata res, sunt idem, quo ad formalem rationem terminandi motum (quod ipse non vidit) & ideo optime infertur, quòd honor exhibitus rei, exhibendus est imagini. Error enim fuit, quia non est intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

¶ Ad aliam obiectionem eiusdem dicitur, quòd imago Christi, proprie loquendo, est adoranda adoratione latriæ, quæ soli Creatori debetur. Distinctio autem ab obiiciente inducta, de per se, vel per accidens coniuncto refutanda est, ut insufficiens. Distinguitur siquidem in primo articulo huius quæstionis honorari ut rem honoratam, dupliciter, uel secundum se, vel secundum aliud. Et ad secundum modum, ut ibi dicitur, & declaratum est, spectat adorari personam in sua imagine: exhibetur si quidem Christi imagini latria, ut termino secundum Christum in ipsa, uel Christo in sua imagine, quorum neutrum est aliud, quàm exhibere latriam Creatori Iesu Christo.

¶ Ad tertium eiusdem dicitur, quòd Auctoris & commune dictum est proprie dictum, & non est ob ignorantiam quorundã, inter impropria locandum, ut obiiciens facit. Cuius error ex hoc potest cõuinci, quòd si imago Christi non nisi quia ad memoriam, aut cognitionem reducit Christi, adorari dicitur, posset pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Christi, adorari adoratione latriæ. Et si hoc ponas in practica, percipies, & uidebis quòd Ecclesia non ideo imaginem Christi adorat, quia facit sibi eam signum rememoratiuum Christi: sed quia imago Christi adoranda latria est, ideo eam adorat. Si autem esset huiusmodi adoratio, nostra lege, aut consuetudine posita, fictis istiusmodi rememoratiuis, quis Ecclesiam a iudæorum priscorumque quorundam imaginum cultui detrahentium morsibus eripuisset? quis iuste damnasset læsæ maiestatis, iniuriantes imaginibus principum? Monstrant hæc, imagines, quia imagines honorandas, aut dehonorandas esse.

tur imagini Christi & ipsi Christo. Cum ergo Christus adoretur adoratione latriæ, cõsequẽs est, quòd eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

Ad primvm ergo dicendum, quòd non prohibetur illo præcepto facere quamcumq; sculpturam, uel similitudinem, sed facere adorandam. unde subdit, Non adorabis ea, neque coles. Et quia, sicut dictum est, idem est motus in imaginem, & in rem, eo modo prohibetur adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago est. unde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum; quas gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, id est, dæmonum. Et ideo præmittitur, Non habebis deos alienos coram me. Ipsi autem vero Deo, cũ sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, ut Damascen. dicit, *insipientiæ summæ est & impietatis, figurare quod est diuinum. Sed quia in nouo Testamento Deus factus est homo, potest, in sui imagine corporali, adorari.

Ad secvndvm dicendum, quòd Apostolus prohibet operibus infructuosis gentilium cõmunicare: communicare autem vtilibus eorum operibus, Apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginũ est inter infructuosa opera computãda, quantum ad duo. Primo quidem, quãtum ad hoc, quòd quidam eorũ adorabant ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis esse aliquod numen propter responsa, quæ dæmones in eis dabant, & alios huiusmodi effectus mirabiles. Secũdo, propter res, quarum erãt imagines: statuebãt enim huiusmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriæ venerabãtur. Nos autem adoramus adoratione latriæ imaginẽ Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cuius imago est, sicut dictum est. *

Ad tertivm dicẽdũ, q̃ creaturæ rationali debẽt reuerentia tripliciter posse formari imagines Dei, secluso incarnationis mysterio. Primo, ut res diuina figuretur per imagines. Et sic, insipientiæ quo ad partem apprehensiuam, & impietatis secundum partem appetitiuam, est figurare quod diuinum est, ut Damasc. dicit. Et hac ratione damnantur imagines Dei, ut Deus est, & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Ecclesia Dei constat non haberi imagines Dei.

¶ Secundo, ut species Dei in scripturis traditæ figurentur: sicut cum depingitur Spiritussanctus in forma columbæ, non ut Spiritussanctus figuratus lineamentis columbæ monstretur, sed ut species in qua apparuit Spiritussanctus, figurata monstretur. Et hoc frequenti usu Ecclesia passim efficit & de Deo, & de Christo, & de angelis, & de sanctis, ut patet. cum Deus depingitur imaginibus specierum, in quibus usus dicitur in testamento veteri: ut in forma senis antiqui, scilicet dierum, Daniel. 7. & Christus in forma agni, & angeli, cum sex alis, & Euangelistæ in forma quatuor animalium. Et hæc non solum pingũtur, ut ostendantur, sicut Cherubim olim in templo, sed ut adorentur, ut frequens usus ecclesiæ testatur.

¶ Tertio, ut ex similioribus apud nos etiam fictis, ad infigurabilia ascendamus: sicut angelorum imaginem, facimus iuuenem pulchrum, alatum, cum diademate, non quòd talis sit angelus, sed ut uel ex similiori sibi natura, scilicet humana (apposita sanctitate per diadema, & iuuentute pro perfectione, & alis confictis cum celeritate) uel sic ex sensibilibus ad insensibilia uenerando ascendamus. Et hoc modo, alicubi Spiritussanctus in forma senis, orbem pugillo concludentis, &cet. figuratur. Hic autem tertius modus satis propinquus est ritui paganorum, figurantium Deum diuersimode, prout causa est diuersorum effectuum, ut in forma Minervæ ratione sapientiæ, & huiusmodi.

¶ His præmissis sciendum est, quòd figurare diuinum primo modo, est actus ex suo genere malus moraliter, quia cadit super repugnante materia: repugnat siquidem deitati figurabilem esse. Figurare autem Deum secundo vel tertio modo ad actũ instructionis, est actus ex suo genere bonus, quoniam naturale est homini per sensibilia discere insensibilia. Vnde picturæ codices sunt populorum, sicut libri, in quibus per hæc sensibilia

¶ In responsione ad primum eiusdem art. circa imagines Dei, dubium occurrit, an sint licitæ. Et est ratio dubij, q̃ auctoritas Damasceni in litera damnat illas in sipientiæ, & impietatis. Et eadem est ratio nunc de deitate, quæ erat in ueteri lege quo ad rem figurabilem vel non; secundum se: constat autem in ueteri lege, imagines Dei esse prohibitas: occasio quoque falsæ opinionis de Deo ex imaginibus, eadem vtrobique est. Vnde non desunt doctores reprehendentes imagines sanctæ Trinitatis.

¶ In oppositum autẽ est Ecclesiæ usus, admittens Trinitatis imagines, repræsentantes non solum filium incarnatum, sed Patrem ac Spiritum sanctum. Adsunt & literæ huius verba sonantia, quòd In corp. Ar. postquam Deus est incarnatus, potest adorari in imagine.

¶ Ad huius rei euitiam aduertẽdum est,

docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos sunt. & sic Moyses statuas constituit angelorum in templo. Sed ad actum cultus figurare hæc, actus est solitarie sumptus, non bonus nec eligibilis, sed declinabilis: sicut occidere hominem, si solitarie proponatur, non est actus eligibilis aut laudabilis, sed si nihil adderetur, malus & vituperabilis: sed si figurare Deum ad actum cultus uestiatur quibusdam circũstantiis (puta auctoritate Ecclesiasticæ cõsuetudinis, securitate ab errorum occasione, pietateq; colentium) redditur actus iste honestus: sicut si occidere hominem, induatur circunstantia publicæ potestatis, actum præcipientis propter iustitiam, ac commune bonum, erit occidere hominem, actus honestus.

¶ Cauere ergo oportet, ne facilis sit sententia contra quamcumque partem: habenda siquidẽ in primis est ratio erroris. Nam si ex falsa aliqua opinione de deo aut Angelis &c. aliqua processit, aut perseuerat imago tertii modi, uel secundi inusitata, abolenda esset, & instruendus populus. Dico autem uel secundi inusitata, quia etsi ad repræsentationem historię Deus depingitur in forma rubi ardentis, lo[illegible]entis Moysi, & similium ruisonum, quia tamen Ecclesia non consueuit omnia figuralia proponere vt colenda, ideo cauendum est ne noua abusio introducta sit, puta, si petra adoraretur pro Christo, quia scriptum est, Petra autem erat Christus: si vero nulla falsa opinio aut præsumptio interuenit, sed antiquus Ecclesiæ usus seruatur, nullusque occasionem errandi accipit (quia plebs est bene instructa in fide, & credit Deum spiritum esse, & in omnibus recte cum ecclesia sentiunt) non uideo peccatum aliquod in huiusmodi cultu imaginum, tam secundi, quam tertii modi. Et secundus quidem authoritatem habet ex sacra scriptura, & ecclesiæ usu manifeste.

§.3.q.103.ar. 4. ad 3. & 3. dis.9.q.1. ar. 2. q.4.

¶ Tertius autem, quia originaliter secundum partes est ex sacra scriptura (quamnis non tota imago) & ecclesiæ usus approbatur, nõ solum tolerabilis, sed licitus mihi uidetur: ex eo enim quòd cultus Deo exhibetur in imagine, non impie, aut præsumptuose, sed ab ecclesia propositę actus adorationis circa debitã materiam uersatur, ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et si sic est, non uidetur cessandæ Trinitatis imagines in forma senis, crucifixum sustinentis columba iutermedia: partes enim imaginis huius ex sacra sunt scriptura. Et de filii & spiritus sancti imaginibus constat. De patris autem ex Daniele habetur cap. 7. cum dicitur de filio, quòd peruenit ad antiquum dierum, hoc est Deum patrem. Et hoc, ut dictum est, ubi nulla est occasio erroris.

¶ Non laudo tamen huiusmodi multiplicationem imaginum Trinitatis aut deitatis, aut Dei patris, aut Spiritussancti, nisi in specie columbæ & igneæ linguæ super discipulos: sed potius tamquam insigurabilis, tamquam supra nubem aliquam aureum latens, pingendus esset Deus: unde effectus creationis proueniret, ut uel sic erudiretur plebs, quòd Deus est spiritus insigurabilis, sicut Moyses absque sedente sedem impositam angelis statuens, Deum intelligi & coli super omnia quiescentem, regnantem, prospicientem ac iudicantem ordinauit sapientissime. Imagines enim codices sunt populorum, & propterea a multis reprehenduntur, tamquam occasionem errandi præbentes, quantum est ex se. Et uerum different, nisi conditiones prædictæ excusarent actum, ut dictum est.

¶ Et per hæc patet responsio ad obiecta, quoniam aliqualiter omnia verum concludunt, dum Dei imagines solitarie propositæ dissonant, & auctoritate fultæ ecclesiasticæ consuetudinis, securitateque ab errore concurrente, cum origine a sacra Scriptura in toto, vel parte, honestantur.

propter seipsam: & ideo si creaturæ rationali, in qua est imago Dei, exhiberetur adoratio latriæ, posset esse erroris occasio, vt scilicet motus adorantis sisteret in homine, inquantũ est res quædam, & nõ ferretur in Deũ, cuius est imago. quod non potest cõtingere de imagine sculpta, vel picta in materia sensibili.

Ad quartum dicendum, q̃ apostoli familiari instinctu Spiritussancti quædam ecclesijs tradiderunt in scriptis, sed in obseruatione ecclesiæ per successionem fidelium. Vnde ipse dicit 2. ad Thessal. 2. State, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, scilicet ore prolatum, siue per epistolam, scilicet scripto transmissam: & inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Vnde & beatus Lucas dicitur depinxisse Christi imaginẽ, quæ Romæ habetur.

Articvlvs IIII.

vtrum crux Christi sit adoranda adoratione latriæ.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd crux Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Nullus enim pius filius veneratur cõtumeliam patris sui, puta flagellum, quo flagellatus esset, uel lignum in quo fuisset suspensus, sed magis illud abhorret. Christus autem in ligno crucis opprobriosissimam mortem passus est, secundum illud Sapien. 2. Morte turpissima condemnemus eum. ergo non debemus crucem venerari, sed magis abhorrere.

¶ 2 Præt. Humanitas Christi adoratione latriæ adoratur, inquantum est vnita filio Dei in persona, quod de cruce dici nõ potest. ergo crux Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶ 3 Præt. Sicut crux Christi fuit instrumentum passionis eius & mortis, ita etiam & multa alia (puta claui, corona, & lancea) quibus tamen non exhibemus latriæ cultum. ergo uidetur q̃ crux Christi non sit adoratione latriæ adoranda.

Sed contra est, quòd illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus spem salutis: sed in cruce Christi ponimus spem salutis: cantat enim ecclesia, * O crux, aue spes vnica, hoc passionis tempore, auge pijs iustitiam, reisq; dona veniam. ergo crux Christi est adoranda adoratione latriæ.

Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † honor seu reuerentia non debetur nisi rationali naturæ: creaturæ autẽ insensibili non debetur honor, uel reuerentia, nisi ratione rationalis naturæ. Et hoc dupliciter, uno modo, inquantum repræsentat rationalem naturam: alio modo, inquantum ei quocumque modo, coniungitur. Primo modo, cũsueuerunt homines venerari regis imaginem: secũdo modo, eius vestimentũ. Vtrumq; autem veneramur honore, uel ratione repræsentationis, uel ratione coniunctionis quomodolibet, declaratur hoc exemplis imaginis, & uestis regiæ. Quartum est, Vtroque modo eadem exhibetur reuerentia, quæ exhibetur & regi. In secunda parte respondetur in speciali de cruce Christi, distinguendo, uel de cruce illa, in qua Christus pependit: uel de quacumque alia. Et de prima quidem respondetur una conclusione habente duas partes, quòd est uenranda utroque modo, & adoratione latriæ, qua Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clare. De cruce uero Christi in quacumque alia materia respondetur, quod est adoranda etiam latria, inquantum repræsentatiua Christi, sicut Christi crucifixi imago. Omnia clare patent in litera, aduertendo, quòd allocutio crucis pro effectu affertur, adorationis eiusdem, qua Christus adoratur: ex eo enim quòd ipsam alloquimur quasi Christum, signum est, quòd ad ipsam ut Christum nos recurrimus. Et propterea allocutio fit etiam ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Christus pependit.

¶ Aduerte hic, quòd Durandus ubi supra, & Io. Capreolus crediderunt Auctorem retractasse hic, quod in 3. sentent. dixerat, crucem illam, in qua pependit Christus, esse adorandam non solum ut imaginem Christi latria, sed ut quandam rem Christi hyperdulia, quasi crux illa Christi non sit capax adorationis, ut

¶ *Super Quæstio. 25. Articulum quartum.*

Titulus de cruce Christi loquitur, siue illa in qua passus est Christus, siue qua cumq; alia, ut est crux Christi. In Dispu. passione mutuam fi.

¶ In corpore articuli duæ sunt partes. Primo, determinatur in communi de re honorata, & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum est, Soli rationali naturæ debetur honor, intellige ratione sui. Secundum est, Creaturæ insensibili non debetur honor, nisi ratione rationalis naturæ. Tertium est, dupliciter creaturæ insensibili ratione naturæ rationalis honor debetur, Ar. prz. 3. argu.

Li. 4. cõ. circa m.

est quædam res Christi. Parcant mihi Domini istius non retractauit, sed magnificauit hic Auctor doctrinam ibi traditam, quoniam crucem illam vt quandam Christi rem per contactum, ibi hyperdulia, hic latria adorandam dixit. Hoc enim patet non esse reuocationem dicti, quòd crux illa vt quædam Christi res est veneranda, sed magnificationem illius dum ab hyperdulia ad latriam ascenditur.

¶ Super Quæstionis vigesimequintæ Articulum quintum.

IN corpore articuli vnica est cōclusio, habens duas partes: beata virgo est adoranda non latria, sed hyperdulia. Probatur primo pars negatiua. Nulli rei venerabili secundū se, nisi soli Deo debetur latria. ergo nulli puræ creaturæ rationali. ergo beatæ Virgini non debetur latria. Antecedens in illa particula, venerabili secundum se, excludit & creaturas insensibiles (quales sunt imagines, & cruces, quæ non sunt secundum se venerabiles) excludit & humanitatē Christi, quæ secundum se non est venerabilis, vt res adorata, vt patet ex dictis superius. Ambo enim adorantur latria, vt patet ex antedictis, & ideo in littera apponitur ly purę, cum dicitur puræ creaturæ. Consequentia prima probatur, quia creatura rationalis est capax secundum se honoris: secunda autem, quia beata Virgo, est pura creatura rationalis. Secunda autem pars probatur, quia veneranda est eminentius creaturis ceteris, quia est mater Dei.

In hoc articulo, & specialiter in responsione ad tertiū, dubiū occurrit, quia non debet esse minoris cōditionis res veneranda secundū se & secundū aliud, quàm si esset solum veneranda secundū aliud, quoniam venerabilitas secundū se, non est conditio diminuens rationem venerabilitatis: sed beata Virgo si non esset venerabilis secundum se, sed solū ratione Christi, ut crux, adoraretur latria non minus quàm crux Christi, quia intrinsecè fuit illi coniuncta, ergo etiam nunc vt res coniuncta Christo, adoranda est latria, & secundum seipsam. hyperdulia. Et confirmatur, quia iam dictum est, quòd non inconuenit vnam & eandem personam adorari duplici adoratione.

mines eade veneratione, qua venerantur & regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce, in qua Christus crucifixus est, vtroque modo est a nobis veneranda: vno scilicet modo, inquantum repræsentat nobis figurā Christi extēsi in ea: alio modo ex cōtactu ad mēbra Christi, & ex hoc, quòd eius sanguine est perfusa. Vnde vtroque modo adoratur eadē adoratione cum Christo, scilicet adoratione latriæ. Et propter hoc etiā crucem alloquimur, & deprecamur quasi ipsum crucifixum. Si vero loquamur, de effigie crucis Christi in quacumque alia materia (puta, lapidis vel ligni, argenti vel auri) sic veneramur crucem tantum, vt imaginē Christi, quā veneramur adoratione latriæ, vt supra dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in cruce Christi quantū ad intentionē, vel opinionem infideliū cōsideratur opprobriū Chri: sed quantum ad effectum nostræ salutis cōsideratur virtus diuina ipsius, quæ de hostibus triumphanit, secundum illud Coloss. 2. Ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, & spolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palā triumphans illos in semetipso. Et ideo dicit Apostolus 1. ad Corint. 1. Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: his autem, qui salui fiunt, idest nobis, virtus Dei est.

AD SECVNDVM dicendū, quòd crux Christi, licet non fuerit vnita verbo Dei in persona: fuit tamen ei vnita aliquo alio modo, scilicet per repræsentationem, & contactum. Et hac sola ratione exhibetur ei reuerentia.

AD TERTIVM dicendum quod quantum ad rationem cōtactus membrorum Christi, adoramus non solum crucem, sed etiam omnia, quæ sunt Christi. Vnde Damasce.* dicit in 4. libro pretiosum lignum vt sanctificatum tactu sancti corporis, & sanguinis, decenter adorandum clauos, indumenta, lanceam, & sacra eius tabernacula, quæ sunt præsepe, spelunca, & huiusmodi. Ista tamen non repræsentant imaginem Christi, sicut crux, quę dicitur signū filij hominis, quod apparebit in cęlo, vt dicitur Mat. 24. Ideoq; mulieribus dixit angelus, Iesum quæritis Nazarenū crucifixum: non dixit lanceatū, sed crucifixum. Et inde est quod crucem Chri veneramur in qua eumq; materia, nō autem imaginem clauorum, vel quorumcumque huiusmodi.

ARTICVLVS V.

Vtrum mater Christi sit adorāda adoratione latriæ.

AD QVINTVM sic prōceditur. Videtur q̄ mater Dei sit adoranda adoratione latriæ. Videtur enim idem honor esse exhibendus matri regis, & regi, vnde dr 2. Reg. 2. q̄ posītus est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexterā eius. Et Aug. dicit in serm. de Assumptione,* Thronum Dei, & thalamum Domini cæli, atq; tabernaculum Christi dignum est ibi esse, vbi est ipse: sed Christus adoratur adoratione latriæ. ergo & mater eius.

¶ 2 Præt. Dam.† dicit li. 4. lib. q̄ honor matris refertur ad filiū: sed filius adoratur adoratione latriæ. ergo & mater.

¶ 3 Præt. Coniunctior est Christo mater eius, quàm crux: sed crux adoraī adoratione latriæ. ergo & mater Christi est adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA est, quòd mater Dei est pura creatura. non ergo ei debetur adoratio latriæ.

RESPON. Dicendum, quòd quia latria soli Deo debetur, nulli creaturæ debetur latria, prout creaturam secundum se venerāmur. Licet autē creaturæ insensibiles, non sint capaces venerationis secundum seipsas, creatura tamen rationalis est capax venerationis secundum seipsam. & ideo nulli puræ creaturæ rationali debetur cultus latriç. Cū igitur beata Virgo sit pura creatura rationalis, non debetur ei adoratio latriæ: sed solum veneratio duliæ, eminētius tñ quàm ceteris creaturis, inquantum ipsa est mater[d] Dei. & ideo dicitur quòd debetur ei non qualiscunque dulia, sed hyperdulia.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ matri regis nō debetur æqualis honor honori, q̄ debet regi:

¶ Ad hoc dicitur, q̄ licet uenerabilitas secundum se, non distrahat rationem uenerabilitatis, immo est perfectior differentia eius, distrahit tamen rationem venerabilitatis ratione alterius, ita quòd venerabile ratione alterius, distrahitur per venerabile secundum se. Exemplum, per se subsistere non distrahit rationem entis, sed est perfectior illius modus, sed distrahit rationem entis in alio, puta, accidentis. Et ideo cum latria inter creaturas debeatur soli uenerabili ratione alterius, consequens est quòd quodcumque creatum est secundum se venerabile, non sit ratione alterius venerabile latria. 2.2.q.103.ar.4.ad 2. & 3. di.9.q.1.ar.2 q.3. In lib. de assumpt. B. Mariæ, c 6. circa med. to. 9.

¶ Et si contra hoc instetur, quòd distractio ista est uera in essentialibus, non autem in accidentaliter coniunctis, qualiter iunguntur duæ rationes adorabilitatis, in una persona, respondeatur quòd nos non negamus oppositum, sed respondemus argumento de cōditione distrahente. Lib. 4. ca. 15. post med.

¶ Ad materiam autem dicimus, cum Auctore in articulo tertio, ad tertium, quòd occasio erroris uitanda facit ut rationalis creatura non adoretur, ut imago Dei: & pari ratione, ut res coniuncta Christo, ne scilicet, motus adorationis sistat in rationali natura secundum se. Quocirca, sicut personam Christi, non nisi latria ueneramur, ad euitandum errorem recurrentium ad Christum, ut puram creaturam, ita personam beatæ Virginis sola hyperdulia honoramus, ad euitandum errorem eorum, qui latriam terminarent: ad Beatam Virginem secundum se. Non enim plebs tantum penetraret, ut D. 844.

adoraret latria Christum in beata Virgine: & seorsum adoraret hyperdulia ipsam secundum se beatam Virginem, sine qua discretione error accideret. & ideo simpliciter dicitur, quòd non est adoranda latria, sed hyperdulia.

In argu. 2.

¶ *Super Quæstio. 25. Articulum sextum.*

TItulus hic clarissimus est.

¶ In corpore articuli, unica est conclusio dupliciter probata. Conclusio est, Reliquias sanctorum quælescumque congruo honore venerari debemus, & præcipue eorum corpora. Probatur primo: Affectus alicui veneratur etiã illa, quæ de ipso post mortem relinquuntur; sed sanctos Dei veneramur. ergo eorum reliquias venerari debemus. & præcipue eorum corpora. Maior probatur auctoritate Augustini. Minor probatur ex quatuor: qa sancti sũt Christi membra, qa Dei filij, qa amici, qa nostri intercessores. Pars autem specificata in cõclusione. s. præcipue eorum corpora, manifestatur ex tribus: qa templa Spiritussancti inhabitantis: quia organa Spiritussancti operantis per ea fuerunt: quia sunt corpori Christi configuranda. Secundo probatur conclusio, quia Deus sanctorum reliquias honorat miraculis. ergo & nos debemus honorare.

Art. præce.

3.3. q. 96. ar. 4. 3.

Ca. 73. in pr. habetur iter opera Aug. to. 3.

Ad secvndvm dicẽdum, q̃ honor matris refertur ad filiũ, quia ipsa mater est propter filiũ adoranda: non tamẽ eo modo, quo honor imaginis refert ad exemplar, quia ipsa imago prout in se consideratur ut res quędam, nullo modo est venerãda.

Ad tetivm dicendum, q̃ crux non est capax uenerationis prout in se consideratur, ut dictum est:* sed beata Virgo secundum seipsam est veneratione capax. & iõ nõ est similis rõ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum reliquiæ Sanctorum sint adorandæ.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur quòd Sanctorũ reliquiæ nullo modo sint adorandæ. Non enim est aliquid faciendum, quod possit esse occasio erroris: sed adorare mortuorũ reliquias videtur ad errorẽ Gentilium pertinere, qui mortuis hominibus honorificentiã impendebant, ergo non sunt sanctorum reliquiæ adorandæ.

¶ 2 Præt. Stultum videtur rẽ insensibilẽ venerari: sed sanctorũ reliquiæ sunt insensibilia corpora. ergo stultũ est eas venerari.

¶ 3 Præt. Corpus mortuum nõ est eiusdem speciei cũ corpore viuo, & per consequens non vr esse numero idẽ. ergo uidetur q̃ post mortem alicuius sancti corpus eius non sit adorandum.

Sed contra est, quod dr in li. de Ecclesiast. dogmatibus.* Sãctorum corpora, & præcipue beatorum martyrum reliquias, ac si Christi membra, sýncerissime honoranda. s. credimus. Et postea subditur, Si quis contra hanc sententiam velit esse, non christianus, sed Eugnominianus & Vigilantianus creditur.

Respon. Dicẽdum, q̃ sicut Aug. dicit in li. de ciui. Dei.† Si paterna uestis & anulus, ac si quid est huiusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes est maior affectus, nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius atque coniunctius, quàm quælibet indumenta gestamus. hæc enim ad ipsam naturam hominis pertinent. Ex quo patet, quod qui habet affectum ad aliquem, etiam ea, quę de ipso post mortem relinquuntur, veneratur, non solum corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta, vestes, & similia. Manifestum est autẽ, quòd sanctos Dei in veneratione habere debemus, tamquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias qualescumque, honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipua eorum corpora, quæ fuerunt templa, & organa Spiritussancti in eis habitantis, & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam resurrectionem. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum* præsentiam miracula faciendo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hæc fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hiero.† in lib. quem contra eum scribit, dicẽtis. Prope ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis introductũ, puluiſculum nescio quẽ in modico vasculo, pretioso linteamine circũdatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epistola ad Ripariũ,* Nos nõ dico Martyrum reliquias, sed nec solem nec lunã nec Angelos adoramus. s. adoratione latriæ: honoramus autem reliquias martyrum, vt eum cuius sunt martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias sanctorum, non incidimus in errorem gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

Ad secvndvm dicendum, q̃ corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum: sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur Deo, & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

Ad tertivm dicendum, quòd corpus* mortui alicuius sancti non est idem numero d quod primo fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est anima: est tamen idem, identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

QVAESTIO XVVI.

De eo, quòd Christus mediator Dei, & hominum dicitur, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandũ est de hoc, quod dicit Christus Dei, & hominum mediator.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrũ esse mediatorem Dei, & hominũ, sit ꝓpriũ Chro.

¶ Secundo, Vtrum hoc cõueniat ei, secũdum humanã naturam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q̃ esse mediatorẽ Dei, & hoĩum, nõ sit ꝓpriũ Christo. Sicut. n. sacerdos, ita & ꝓpheta vr esse mediator inter Deum & hoĩes. fm illud Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deũ & vos: sed esse ꝓphetã, & sacerdotẽ, nõ est ꝓpriũ Chrlsto. ergo etiã eẽ mediatorẽ.

¶ 2 Præt. Illud, quod cõuenit angelis bonis & malis, nõ potest dici esse propriũ Christo: sed esse mediatorem

Super Quæstionis vigesimæ sextæ Articulum primum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articu. sunt duæ conclusiones, Prima est: esse medatorẽ inter Deum, & homines, simpliciter seu perfectiue, est proprium Christo. Secũda est: Nihil prohibet alios dici mediatores secundum quid, scilicet, dispositiue vel ministerialiter. prima conclusio probatur: Vnire homines Deo, perfectiue conuenit soli Christo. ergo solus Christus est perfectus mediator Dei & hominum. Antecedens probatur: quia per mortem suam mundum Deo recõciliauit: & Apostolus dicit, Deus erat in Christo mundum, sibi reconcilians. Consequentia vero probatur: & ratione: quia mediatoris officium est mediare, inter eos, inter quos est mediator. probatur: quia in medio vniunur

vniuntur extrema. Et auctoritate Apost. qa cum dixisset, Mediator &c. subiūxit, Qui dedit &c. Secunda cōclusio ut clara relinquitur, quia cooperantur aliqui ad vnionē.

Cap. 4. non multum pro gal a princ.

dium inter Deum & homines, A conuenit angelis bonis, ut Dionys. dicit 4. cap. de diu. no.* conuenit etiam angelis malis. i. dæmonibus: habent enim quædā communia cum Deo. s. immortalitatem, quædam cum hominibus. s. q̄ sunt animo passiui, & per consequens miseri, ut patet per Aug. in 9. de ciui. Dei. † ergo esse mediatorem Dei, & hominum non est proprium Christo.

li. 9. c. 8. to. 5

¶ Præt. Ad officiū mediatoris pertinet interpellare vnum corū, inter quos est mediator pro altero. sed Spiritussanctus, sicut dicitur Ro. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. B ergo Spiritussanctus est mediator inter Deū & homines. non est ergo proprium Christo.

SED CONTRA est, quòd dicitur 1. ad Timoth. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

RESPON. Dicendum, q̄ ad mediatoris officiū proprie pertinet, cōiungere & vnire eos, inter quos est mediator: nā extrema vniuntur in medio. Vnire autē hoīes Deo, perfectiue quidem cōuenit Christo, per quem homines sunt reconciliati Deo, secundum illud 2. ad Corin. 5. Deus erat in Christo mundum reconciliās sibi & ideo solus Christus est perfectus Dei & hominum[d] mediator, inquantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. C Vnde cum Apost. dixisset, Mediator Dei & hoīum homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetipsum redēptionem pro oībus. Nihil tamē prohibet aliquos alios secundum quid dici mediatores, inter Deum & homines, prout. s. cooperātur ad unionē hominum cū Deo dispositiue, vel ministerialiter.

d. dist.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ prophetæ & sacerdotes veteris testamenti, dicti sunt mediatores inter Deum & homines dispositiue, & ministerialiter, inquantum. s. prænuntiabant & præfigurabant verum, & perfectum Dei & hominum mediatorē. Sacerdotes uero noui testamenti possunt dici mediatores Dei & hominum, inquātum sunt ministri D veri mediatoris, vice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ angeli boni, ut Aug. dicit in 9. de ci. Dei, *non recte possunt dici mediatores inter Deum & homines. Cum enim utrumq; habeant commune cum Deo & beatitudinē & immortalitatem, nihil autem horum cum hominibus miseris & mortalibus, quomodo nō potius remoti sunt ab hominibus, Deoq; coniuncti, quàm inter vtrosq; medij constituti? Dion. *tamen dicit eos esse medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra Deum & supra homines constituti, & mediatoris officium exercent, non quidem principaliter & perfectiue, sed ministerialiter & dispositiue. Vnde Matth. 4. dicitur, q̄ accesserunt angeli, & ministrabant ei. s. Christo. Dæmones autem habent cōmunem cum Deo immortalitatem, cū hominibus autem miseriam: ad hoc enim se interponit medium dæmon immortalis & miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat: sed perducat ad miseriā immortalem. Vnde est sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit communem cum Deo beatitudinem, cum hominibus aūt mortalitatem: & ideo ad hoc se interposuit medium, ut mortalitate trāsacta & ex mortuis faceret immortales (quod in se resurgendo monstrauit) & ex miseris beatos, unde numquam ipse discessit: & ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

Xiph. in 4. ca. 14. mā. 20.

Xam ciato an arg.

AD TERTIVM dicendum, q̄ Spiritussanctus cum sit per omnia Deo æqualis, non potest dici medius, uel mediator inter Deum & homines: sed solus Christus, qui licet secundum diuinitatē æqualis sit patri, tamen secundum humanitatem minor est patre, ut supra dictum * est. Vnde super illud ad Galat. 3. Christus est mediator. dicit glos.* Non pater, nec Spiritussanctus. Dicitur autem Spiritussanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

Q. 20. ar. 1. Implicite habetur in gl. ordin. ibid.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus secūdum quòd homo, sit mediator Dei & hominum.

¶ *Super Quæstionis 26. Articulum secundum.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Vī q̄ Christus non sit mediator Dei & hominum, fm q̄ homo. Dicit*. n. Aug. in li. cōtra Felicianū: vna est Christi persona, ne sit non vnus Christus, nō vna substātia, nec mediatoris dispēsatione submota, aut Dei tm̄ dicatur aut hominis filius: sed nō est, Dei & hominis filius, fm q̄ homo, sed simul secūdum q̄ Deus & homo. ergo neq; dicendū est, q̄ sit mediator Dei & hominū solum secundū q̄ homo.

¶ 2 Præt. Sicut Chr̄s, inquantum est Deus, conuenit cum patre & Spiritussancto, ita inquantū est homo, conuenit cum hominibus: sed propter hoc, q̄ inquantum est Deus, conuenit cum patre & Spiritusancto, non potest dici mediator, inquātū est De⁹, quia super illud 1. ad Timot. 2. Mediator Dei & hominum &c. dicit glos. † Inquantum est uerbum non medius est, quia equalis est Deo, & Deus apud Deū, & simul unus Deus ergo nec ēt inquātum est homo, potest dici mediator, propter cōuenientiā quam cum hominibus habet.

¶ 3 Præt. Christus dicitur mediator inquantū reconciliauit nos Deo: qđ quidē fecit, auferendo pc̄tm̄, qđ nos separabat a Deo: sed auferre peccatum, cōuenit Chr̄o nō inquantum est hō, sed inquantū est Deus. ergo Chr̄s, inquantū est homo, non est mediator, sed inquantum est De⁹.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit* in li. 9. de ci. Dei, Nō ob hoc mediator est Chr̄s, quia est uerbum: maxime quippe immortale & maxime beatum uerbū, lōge a mortalibus miseris, sed mediator est secundū quòd homo.

RESP. Dicendū, q̄ in mediatore duo possum⁹ ꝯsiderār. Primo quidē rōnē medij: scđo, officiū cōiūgēdi. Est aūt de rōne medij tales, quod sit remotus ab extremis, quorum est medius. Vnde Philosophus dicit, quod medium est, quod neutrum extremorum habet. Et ideo Mediator Dei & hominum dicitur, inquantum est remotus a peccato, quod est extremum ex parte hominum, & a gloria, quæ est extremum ex parte Dei. Et ideo Christus, inquantum est homo, non est medius inter Deum & homines, quia habet cum Deo & cum hominibus communem naturam humanam. Sed inquantum est Deus, habet naturam communem cum Deo, & naturam communem cum hominibus, scilicet rationalem animam, & corpus humanum. Et ideo inquantum est Deus, est medius inter Deum & homines, quia

modo accipit, pro quanto ex massa peccatrice, carne, s. humana ab Adam genita, naturam passibilem in qua satisfaceret, assumpsit.

¶ In responsione ad primū & tertiū simul cōsidera discretionē rōnē specificantē id, quo Christus mediat, aut satisfacit, & radicē vñ illud, quo effi eax originaliter redit ad mediādum, & satisfaciendum, & merendum pro omnibus. Nam si specificare quæris naturā, qua Christus meretur, mediat, & satisfacit, proculdubio natura humana est, creatæ quippe nature sunt actus isti. Sed si quæris, vnde natura creata tanti est, ut medier, mereatur, & satisfaciat pro toto mundo, ex gratia est unionis, ex hypostasi est diuina: quia enim Christus vnigenitus est patris, ideo per naturam assumptā satisfacit, meretur & mediat. Et hoc est quod in rñsione ad primum, docemur, & doctrina superius habita de efficacia satisfactionis & meriti Christi sic applicanda est in rñsōne ad tertiū. Et sic omnia consonant.

¶ *Primæ partis de Christo tractatus tertius.*

¶ Hic incipit tertius tractatus primæ partis, quæ de Christo est, tractatur; hic usque ad q. 39. de spectantibus ad ingressū Christi in mundum, ut clare patet in littera.

¶ *Super Quæstio. 27. Articulum primum.*

IN corpore duo fiūt, primo qualis notitia de hoc quæsito haberi potest, dicitur: ac per hoc mōstratur via ad inuestigandam veritatem conclusionis. secundo per mōstratum viā incedēdo, respōdetur quæsito vna conclusione affirmatiua.

¶ Quo ad primū via sciēdi nō est ex sacrę Scripturæ auctoritate in specie, sed rationabilibus sacræ Scripturæ consonis, ut Aug. de Assumpto. arguit.

Ex q. præc.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Rationabiliter creditur beatam virginem sanctificatam in utero. Probatur, Maiora gratiæ priuilegia beatæ Virgini concessa creduntur, quā aliis sanctis: sed quibusdā sanctis concessu est sanctificatio in utero. ergo. Maior probatur, tum qa mater futura erat Vnigeniti a Patre pleni gratia: tum qa Angelus dixit ea plenā gratia. Minor probatur de Hier. & Ioan. Baptista.

quòd distet ab vtroq; extremorum: coniungit aūt mediator p hoc, p ea quę unius sunt, defert ad alterum. Neutrum autē horum potest conuenire Christo secundum p Deus, sed solum secundum p homo. Nam secundum p Deus, non differt a Patre & Spiritu sancto in natura, & potestate dñij. Nec etiam Pater & Spiritussanctus aliquid habent quod non sit filij, vt sic possit id, quod est Patris vel Spiritussancti quasi quod est aliorū, ad alios deferre: sed utrumq; cōuenit ei, inquantum est homo: qūia secūdum quod est homo, distat & a Deo i natura & ab hominibus in dignitate & gratię & gloriæ. Inquantum etiam est homo, cōuenit ei coniungere homines Deo, p̄cepta & dona Dei, hoībus exhibendo, & p hominibus Deo satisfaciēdo, & interpellando. & ideo verissime dicit mediator secundum p homo.

AD PRIMVM ergo dicendū, p si subtrahatur diuina natura a Christo, subtrahetur per consequēs ab eo singularis plenitudo gratiarum, quæ conuenit ei, inquantum est vnigenitus a patre, ut dicitur Io. 1. Ex qua quidem plenitudine habet, ut sit sup omnes homines cōstitutus, & propinquius ad Deum accedens.

AD SECVNDVM dicendum, p Christus, secundum p Deus, est per omnia æqualis patri: sed etiam in humana natura excedit alios hoīes. & ideo secūdum p homo, potest esse mediator, nō autem secundum quod Deus.

AD TERTIVM dicendum, p licet auctoritatine peccatum auferre conueniat Christo secundum p est Deus, tamen satisfacere pro peccato humani generis conuenit ei, secundum p est homo. Et secundum hoc dicitur Dei & hominum mediator.

QVAESTIO XXVII.

De beatæ virginis Mariæ sanctificatione, in sex articulos diuisa.

POST prædicta, in qbus de vnione Dei & hominis, & de his quæ vnionem consequuntur, tractatum est, * restat cōsiderandū de his, quæ filio Dei incarnatus, in natura humana sibi unita gessit uel passus est: quæ quidē consideratio quadripartita erit. Nā primo considerabimus de his, q̄ pertinent ad ingressum eius in mundum. Secundo, de his quæ pertinent ad progressum uitę ip sius in hoc mundo. Tertio, de exitu ipsius ab hoc mūdo. Quarto, de his quæ pertinent ad exaltationem ipsius post hanc uitā.

¶ Circa primum quatuor cōsideranda occurrunt. Primo quidem de conceptione Christi. Secundo, de eius natiuitate. Tertio, de eius circuncisione. Quarto, de eius baptismo.

¶ Circa cōceptionem autē eius oportet primo aliqua considerare, quantum ad matrem concipientem: secundo, quantum ad modum conceptionis. tertio, quātum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶ Ex parte autem matris occurrit considerandum, primo quidem de sanctificatione eius: secundo, de virginitate eius: tertio de desponsatione eiusdem: quarto de annunciatione ipsius: quinto, de prępara tione ipsius ad concipiendum.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum beata virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex utero.

¶ Secundò, vtrū fuerit sanctificata ante animationē.

¶ Tertio, vtrum per huiusmodi sanctificationē fuerit sibi totaliter sublatus fomes peccati.

¶ Quarto, vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, ut nunquam peccaret.

¶ Quinto, vtrūm per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

¶ Sexto, vtrum sic sanctificari, fuerit proprium sibi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beata virgo mater Dei, fuerit sanctificata ante natiuitatem ex vtero.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beata virgo non fuerit sanctificata ante natiuitatē ex vtero. Dicit enim Apost. 1. ad Cor. 15. Non prius quod spirituale est, sed prius, quod est animale, deinde quod est spirituale: sed per gratiam sanctificantē nascitur homo spiritualiter in filium Dei secūdum illud Io. 1. Ex Deo nati sunt. Natiuitas autem ex utero, est natiuitas animalis: non ergo beata uirgo fuit prius sanctificata, quàm ex utero nasceretur. 3. d. 3. a. 1. q. 1. a. 6. q. 1. ar. cor. & q. ca. 31. & 45.

¶ 2 Præt. Aug. *dicit in Epistola ad Dardanum: Sanctificatio qua efficimur templum Dei, non nisi renatorum est: nemo autem renascitur, nisi prius nascatur. ergo beata virgo non fuit prius sanctificata, quàm ex utero nasceretur. In epist. med. an.

¶ 3 Præt. Quicumque est sanctificatus per gratiam, est mundatus a peccato originali & actuali. si ergo beata virgo fuit sanctificata ante natiuitatem ex utero, consequens est p nunc fuerit emundata ab originali peccato: sed solum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu regni cęlestis. Si ergo tunc mortua fuisset, uidetur quòd ianuam regni cælestis introisset, quod tamen fieri non potuit ante passionem Christi: habemus enim fiduciā in introitum sanctorum per sanguinem eius, ut dicitur Heb. 10. Videtur ergo quod beata virgo non fuerit sanctificata antequam ex utero nasceretur.

¶ 4 Præt. Peccatū originale contrahitur ex origine, sicut

sicut peccatum actuale ex actu. Sed quandiu aliquis est in actu peccandi. non potest a peccato actuali mundari. ergo etiam nec beata virgo a peccato originali mundari potuit, dum esset adhuc in ipso actu originis in materno utero existens.

SED CONTRA est, quod Ecclesia celebrat natiuitatem beatæ Virginis, non autem celebratur festum in Ecclesia nisi pro aliquo sancto. ergo beata virgo in ipsa sua natiuitate fuit sancta. fuit ergo in utero sanctificata.

RESPON. Dicendum, quòd de sanctificatione beatæ Mariæ, quòd scilicet fuerit sanctificata in vtero, nihil in Scriptura canonica traditur, quæ etiam nec de eius natiuitate mentionem facit: sicut tamē Aug.* in sermone de Assumptione ipsius Virginis, rationabiliter argumentatur, ꝙ cum corpore sit assumpta in cœlum (quod tamen Scriptura non tradit) ita etiam rationabiliter argumētari possumus, ꝙ fuerit sanctificata in utero. Rationabiliter enim creditur, ꝙ illa quæ genuit vnigenitum a patre, plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde, ut legitur Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus autem quibusdam aliis hoc priuilegialiter esse concessum, ut in utero sanctificarentur, sicut Hieremias, cui dictum est, Hieremiæ 1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & sicut Ioannes Baptista, de quo dictum est Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Vnde rationabiliter creditur, ꝙ beata Virgo sanctificata fuerit antequàm ex utero nasceretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etiam in beata virgine prius fuit id quod est animale, & post id quod est spirituale, quia prius fuit ꝼm carnē concepta, & postea secundum Spiritum sanctificata.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ Aug. loquitur secūdum legem communem, secundum quam per sacramenta non regenerātur aliqui nisi prius nati: sed Deus huic legi sacramentorum, potentiam suā nō alligauit, quin aliquibus ex priuilegio gratiam suam conferre possit, antequam nascantur ex utero.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ beata virgo sanctificata fuit in utero a peccato originali, quantum ad maculam personalem, non tamen fuit liberata a reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, ut scilicet non intraret in paradisum nisi per Chri ostiū, * sicut & de sanctis patribus dicitur, qui fuerunt ante Christum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ peccatum originale trahitur ex origine, inquātum per eam communicatur humana natura, quam proprie respicit peccatum originale, quod quidem fit quando proles cōcepta animatur. Vnde post animationē nihil prohibet prolem conceptam sanctificari: postea enim non manet in materno utero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem eius, quod iam accepit.

¶ *Super Quæstionis 27. Articulum secundum.*

2. dist. 40. ar. 2. & quol. 6. q. 5. ar. 1. co. & opu. 3. c. 231. art. præc.

TItulus clarus est de animatione secundum animam rationalem intellectus. ¶ In corpore art. est vna conclusio cū uno corollario. Conclusio est respōsiua quæ-

ARTICVLVS II.

Vtrum beata virgo fuerit sanctificata ante animationem.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur ꝙ beata Virgo sanctificata fuerit ante animationē: quia (ut dictum est*) plus gr̄æ est collatum Virgini matri Dei, q̄ alicui sanctorū: sed quibusdam videtur esse cōcessum, ꝙ sanctificarentur ante animationē: qa vt dicitur Hierem. 1. Priusquam te formarem in utero, noui te: non autem infunditur anima ante corporis formationem. Similiter etiam de Iohan. Bapt. dicit Ambr. † super Luc. ꝙ nondum inerat ei spiritus uitæ, & iam inerat ei Spiritus gratiæ, ergo multo magis beata Virgo ante animationem sanctificari potuit.

¶ 2 Præt. Conueniens fuit (sicut Ansel.* dicit in lib. de conceptu Virginali) ut illa virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi. Vnde & Canticor. 4. dicitur, Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te: sed maior puritas fuisset beatæ virginis, si numquam anima eius fuisset inquinata contagio originalis peccati. ergo hoc ei prætitum fuit, ut antequā aīaretur caro eius, sanctificaretur.

¶ 3 Præt. Sicut dictū est,* nō celebratur festum nisi de aliquo sancto: sed quidam celebrant festū conceptionis beatæ virginis. ergo videtur ꝙ in ipsa sua conceptione fuerit sancta, & ita ꝙ ante animationē fuerit sāctificata.

¶ 4 Præt. Apostolus dicit Ro. 11. Si radix sancta, & rami: radix autem filiorum sunt parentes eorū. potuit ergo beata virgo sanctificari etiam in suis parentibus ante animationem.

SED CONTRA est, ꝙ ea quæ fuerunt in veteri testamēto, sunt figura noui, secundum illud 1. ad Corint. 10. Omnia in figura cōtingebant illis: sed per sanctificationem tabernaculi, de qua dr̄ in Psalm. 45. Sanctificauit taber naculū suum altissimus, uidetur significari sāctificatio mr̄is Dei, quæ tabernaculū Dei dicitur, secūdum illud Psal. 18. In sole posuit tabernaculū suum. De taber naculo autem dicitur Exo. ult. Postquam cūcta perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. ergo etiā beata virgo nō fuit sanctificata nisi postquàm cuncta eius perfecta sunt, scilicet & corpus & anima.

RESPON. Dicēdum, ꝙ sanctificatio B. Virginis, non pōt intelligi ante eius aīationem, duplici rōne. Primo quidē, qa sanctificatio, de qua loquimur, non est nisi emundatio a pctō originali: sanctitas. n. est pfecta mūditia, ut Dio.* dicit in 12. c. de di. no. Culpa autē nō potest emundari nisi per gr̄am, cuius subiectū est sola

sito directe, beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem. Corollarium est, beata Virgo fuit sanctificata post animationem. Conclusio probatur dupliciter, primo sic, Sanctificatio de qua loquimur, est emundatio a peccato originali. ergo est per gratiam. ergo in sola creatura rationali. ergo non ante infusionem animæ rationalis. Antecedens declaratur ex Dionysio. Sanctitas est perfecta munditia. Prima consequentia probatur, quia culpa non emundatur, nisi per gratiam. Secunda uero, quia sola creatura rationalis est subiectum gratiæ. Secundo, ducendo ad inconueniens sic. Proles concepta ante infusionem animæ rationalis non est culpę obnoxia. ergo quocumque modo ante animationem beata virgo sanctificata fuisset, non incurrisset originalis peccati maculam. ergo non indiguisset redemptione, & salute, quæ est facta per Christum: sed hoc est inconueniens. ergo. Antecedens probatur, quia sola creatura rationalis est susceptiua culpæ. Prima consequentia ut clara relinquitur. Secunda autem probatur auctoritate angeli Matth. 1. Ipse saluum faciet a peccatis. Inconueniens consequentis probatur auctoritate Apost. 1. ad Tim. 4.

Lib. 1. in Luc. in tit. de tur bati Zacharię cōfirmat. Parum ante med. to. 5.

c. 18. parū a princ.

Ar. 1. huiꝰ q. arg. Sed cōt.

¶ Aduerte hinc primo, quòd sanctificatio potest dupliciter sumi. Primo, ut est de contrario in contrarium, de immunditia ad munditiam, & sic constat, quòd est de peccato in gratiam. Secundo, ut est de negato in affirmatum, de non sancto in sanctum, de nō gratia in gratiam. Et sic non supponit peccatum, & inuenitur in Christo, & angelis, angeli enim sanctificati sunt a Deo, qui numquam peccauerūt. & de seipso dicit Christus, quem pater sanctificauit, &c. In prima autem ratione hic allata sumitur sāctificatio primo gratia materiæ, quoniam sermo

c. 12. parum a princ.

termo est de sanctificatione hominis descendentis ex commixtione maris, & femine: supponimus enim omnem huiusmodi hominem peccatum originale contrahere, iuxta superius determinata de peccato originali. Et propterea in litera dicitur, quòd sanctificatio, de qua loquimur, est emundatio a peccato originali. Et ex auctoritate Dionys. accipiendo munditiam a cõtrario probatur, ly ratione materiæ. probatur. quia perfecta munditia in tali materia est emundatio a peccato originali.

¶ Aduerte secũdo, q̃ licet sanctificatio p̃prie sumpta, ut scilicet pertingit ad proprium terminum ad quem, qui est gratia reddens creaturã impeccabilem ad mñ̃ nuortaliter, sumatur duob⁹ antedictis modis, extenditur tamen sanctificationis nomen (sicut etiam extenduntur alia nomina multiplicia) ad ea quæ ad sanctitatẽ præparant, uel faciũt, & huiusmodi. Et propterea Auctor in secunda ratione hic allata extenso sanctificationis nomine utitur, dicẽs, Quocunq; modo ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset. Ea autem necessitas, secundæ rationis fuit, quia excluso per primam rationem, quòd ante infusionem rationalis animę sanctificata fuit proprie (quia non erat capax gratiæ) supererat excludere quod tunc etiã, scilicet, ante animationem non fuit sanctificata illo modo, quo ille fœtus erat sanctificationis capax, puta, quòd mundaretur ab infectione seu contagione, quæ erat infectura animam rationalem sibi infundendam. Et hoc per secundam rationem directe excluditur, ut patet.

¶ Circa secundam rationem dubium occurrit de illa cõsequentia, ergo non indiguisset redemptione Christi. Nam uidetur nõ valere ex eo, quòd multi cum sint modi, quibus redemptio, & salus per Christum fit etiam a peccato, ratio ista unum tãtum modum excludens, quasi omnes exclusserit, infert negatiuam totaliter. quòd non indiguisset redemptione Christi. Quòd autẽ non sit unicus tantum modus quo redemptio a peccato fit per Christum, ex eo patet quòd ultra illum communem modum, quo saluat, delendo inuentam peccati maculam in anima, datur alius, quo tollendo contagionis labem a carne susceptura animã, præseruat a peccato animam, ne incurrat in illud. Ac per hoc, licet beata Virgo non indiguisset illo modo, scilicet per deletionem maculæ incursæ, redimi & saluari per Christum, indiguit tamen redimi & saluari per eundem, alio modo, scilicet per emũdationem infectionis fœtus, ut sic præseruaretur a culpa.

¶ Ad huius euidentiam aduertendum est, quòd aliud est persona beatæ Virginis indiguisse redimi a peccato per Christum, & aliud est fœtum illum ante animæ infusionem indiguisse sanctificari per Christum. Nam personam ipsam indigere saluari a peccato est liberari a peccato, quod habet uel haberet: oportet enim aut quòd habeat peccatum, uel quòd sit in procinctu, seu periculo habendi peccatum quisquis eget saluari a peccato, si enim peccatum non habei, nec est in periculo habendi peccatum, saluari a peccato non indiget, ut patet. Fœtum autem egere sanctificatione, est quia nisi sanctificetur, immundus erit. Si beatæ igitur Virginis fœtus sanctificatus fuisset ante infusionem animæ rationalis, cum fœtus non sit homo nisi per animam rationalem, non ipsa beata Virgo, quæ non erat adhuc, sed fœtus ille indiguisset sanctificari per Christum: sed ipsa beata Virgo fuisset concepta sine peccato originali absque quacunque alia gratia: ita quòd ex hoc ipso, quòd anima sua infusa esset materiæ mundæ, originale peccatum non contraxisset, cui si nulla super apposita fuisset gratia, ac per hoc ipsa beata Virgo non indiguisset gratia redemptionis, seu saluationis a peccato per Christum factæ. Exemplum, Apostolus Paulus, quia natus est ciuis Romanus, nunquam indiguit cæsarea gratia ad emilitatem Romanam, quamuis aliquis ex patribus suis hac gratia indiguerit. Simile est in proposito, quia licet caro antecedens personam beatæ Virginis indiguerit redimi tali modo p Christum, ipsa tamen beata Virgo, quia nata in utero esset expers peccati absque infusa sibi gratia præseruante, ne incurreret, non indiguisset simpliciter & absolute redimi, seu saluari a peccato per Christũ. Et hinc habes, quòd si dicatur, quòd beata Virgo indiguisset in carne præcedente redimi a peccato, quia uis non in se, hæc distinctio non obstat dictis, quoniam indigere in antecedentibus non est ipsam indigere, ita quòd ly in antecedentibus, est conditio diminuens rationem indigentię p̃sonalis. Et propterea non valet consequentia, indiguisset in sui fœtus carne, ergo ipsa beata Virgo indiguisset. Est ergo simpliciter vera doctrina in litera tradita, quòd si beata Virgo fuisset ante infusionem animæ sanctificata, quòd non eguisset redemptione & salute a peccato facta per Christum: Et bene nota, quòd non dicitur, quod non indiguisset salute gratiæ aut gloriæ facta per Christum, sed salute a peccato, a qua dictus est Iesus, hoc est saluator, ut Angelus reuelauit Ioseph, dicens Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suũ a peccatis eorum. Et per hæc patet responsio ad obiectionem, quoniam beatam Virginẽ in præcedente fœtu, uel parente &c. indigere redemptione, nõ est ipsam beatam virginem indigere, sicut Paulum in suis parentibus indiguisse gratia ciuilitatis Romanæ, non est Paulum illa indiguisse: sed maiores suos indiguisse illa.

¶ Circa corollarium, dubium occurrit, quia nõ uidetur sequi ex præmissis. Nam ex hoc quòd beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem, non sequitur, quòd sanctificatio eius fuerit post animationem: stat enim quòd nec ante nec post, sed in ipso instanti infusionis ãiæ fuerit sanctificata, ut multi moderni tenẽt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est discutere materiam hanc absolute, & aliud inquantum ex hac litera infertur talis conclusio corollarie. Nam absolute loquendo, inter illas duas positiones extremas, scilicet quòd fuerit sanctificata, vel ante infusionem animæ, uel post infusionem animæ, est positio media quòd fuit sanctificata in instanti infusionis animæ. Cuius opinionis Auctor hic non meminit, quia tempore suo non erat adinuenta, omnibus communiter tenentibus beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo ut uidetur, reprobantibus sanctificationem carnis eius ante infusionem animæ, vt in hac litera patet. Et propterea loquendo secundum præsentis

literæ

literæ contextum, consequentia tenet, quia a negatione sanctificationis anterioris cum sua ratione, quia scilicet contraxit peccatum originale, infertur quòd fuerit sanctificata post animationem. Et clare patet quòd sequela hæc est efficax, quoniam impossibile est in uno eodemque instanti contrahere peccatum originale, & sanctificari ab illo. Stat ergo litera solida, quamuis non sollicita de illa media opinione, tunc inopinabili. Quæ hodie mulieribus, uulgo, affectuque nonnullorum pio, multorum autem industria ac quæstu cogentibus ita prævaluit, ut doctrinæ sanctorum æstimata pietas præferatur, & quod in communi asseritur, in his scilicet, quæ credenda sunt sectandos magis esse antiquos doctores, quàm modernos, in hoc particulari post habetur, dum moderni antiquis, & non sancti sanctis præferuntur. Testatur autem erraticus hic processus, similes esse istos peccantibus ex ignorantia electionis, dum in uniuersali scientes, applicando ad particulare, ab uniuersali declinant. Verum opinio ista mediæ, quamuis noua, quamuis aliena a doctrina antiquorum doctorū, & a doctrina sanctorum communiter, quia tamen nihil contra fidem sustinet, & Apostolica sedes decreuit donec fuerit decisum absque hæresis criminisque labe, utramque contradictionis partem teneri posse, unaquæque prouincia in suo sensu abundet, modo prompta sit Ecclesiæ sanctæ definitioni subesse.

Contra opinionem primam.

¶ Scripsimus de hac materia tractatulum quendam ad Leonem X. Pontif. Max. qui uiuit, & regnat: & ideo sat sit hic monuisse omnes de re hac differentes, aut prædicantes, ut meminerint se non de fidei necessariis, sed de probabilibus tractare: neutra siquidem pars fidei documentis aduersatur. Nam si tenetur beatam Virginem contraxisse originale peccatum (vt sancti, & antiqui doctores tenent) stat omnia consona inueniri. Si autem tenetur beatam Virginem non ex ui conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animæ, infusa illi animæ præseruatam ab originali peccato, quod tunc incurrisset, nisi illa gratia affuisset, nihil cōtra fidem tenetur, sed ipecialis modus redimendi ac saluandi a peccato originali, Christo attribuitur respectu suæ matris. sic enim ipsa beata Virgo indiguit redimi, & saluari a peccato per Christum, quoniam ipsa tunc incurrisset peccatum, nisi munus gratię præuenientis non tempore, sed natura affuisset. Et ita puritas eius fuit maxima sub Christo, qui nullo modo indiguit redimi, qui ex ui suæ conceptionis fuit sanctus. Fuitque in beata Virgine quod animale est prius natura non tempore, quam quod spirituale est: quoniam infusio gratiæ in ipsius anima supponit productionem animæ, quamuis, ut dictum est, præueniat peccati maculam, quæ tunc incurrenda erat nisi gratia illam impediſſet: probabilis profecto opinio, ni si sanctorum antiquorum auctoritas obstaret, longe probabiliorem reddens contrariam positionem.

Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum tertium.

TItulus clarus recolentibus fomitis rationem ex dictis in præcedentibus; est enim fomes appetitus sensitiui deordinatio ex subtractione originalis iustitiæ destituti, qua deordinatione caro concupiscit aduersus spiritum.

¶ In corpore art. duo fiunt, primo, recitantur quatuor opiniones circa quæsitum, deinde singulæ examinantur, & sola quarta approbatur, sicque respondetur quæsito.

ARTICVLVS III.

Vtrum per sanctificationem fuerit beatæ Virgini fomes totaliter sublatus.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quòd beata Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sicut enim pœna originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellione ad rationem, ita etiam pœna originalis peccati est mors, & ceteræ pœnalitates corporales: sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi pœnalitatibus. ergo etiam fomes ab ea totaliter remotus non fuit.

¶ 2 Præt. 2. ad Corinthios 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur, & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secūdum quam patiebatur stimulum carnis: sed nihil, quod pertinet ad perfectionem virtutis, fuit beatæ Virgini subtrahendum. ergo non fuit beatæ Virgini totaliter subtrahēdus fomes.

¶ 3 Præt. Damascenus * dicit, q̄ in beatam Virginem superuenit Spiritus sanctus purgans eā ante conceptionē filij Dei, quod non pōt intelligi nisi de purgatione dinem aliquarū ecclesiarū illud festum celebrantium. Vnde talis celebritas non est totaliter reprobanda. Nec tamen per hoc, quòd festum conceptionis celebratur, datur intelligi, quòd in sua cōceptione fuerit sancta: sed quia quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius potius quàm conceptionis in die conceptionis ipsius.

AD QVARTVM dicendum, q̄ duplex est sanctificatio. Vna quidem totius naturæ, inquantum scilicet tota natura humana ab omni corruptione culpæ, & pœnę liberatur, & hæc erit in resurrectione. Alia uero est sanctificatio personalis, quæ non trāsit in prolem carnaliter genitam, quia talis sanctificatio non respicit carnem, sed mētem. Et ideo si parentes beatæ Virginis fuerunt mundati a peccato originali, nihilominus beata Virgo peccatum originale cō traxit, cum fuerit concepta secūdum carnis concupiscentiam ex commistione maris, & fęmine: dicit enim Augustinus * in libro de nuptiis, & cōcupiscentia, omnem quæ de concubitu nascitur, carnem esse peccati.

¶ Quo ad primum opiniones patent, prima q̄ totaliter ablatus: secunda q̄ ablatus, quantum ad pronitatem in malum, non autem quantum ad difficultatem in bonum: tertia, quòd ablatus quantum ad personam, non quantum ad naturam; quarta quòd remanet secundum essentiam ligatus quo ad actum. Et hæc quarta videtur coincidere cum secūda opinione posita a Magistro sent. in 3. distin. tertij sen. Duas tantum ibi ponit, scilicet primam & quartam sub alijs verbis, vide ibi.

3. dist. 3. q. 1. articu. 2. & ibidē in expositione pri. par. ccx. Et opu. 3. c. 231.

¶ Quo ad secundum, examinatur q̄ primo secunda opinio dicens, quòd fomes remansit quo ad difficultatem ad bonum, sed non quo ad pronitatem ad malum. Contra quam obijcitur sic, Fomes est inordinata habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, & inordinatio hæc attenditur penes repugnantiam ad rationem. ergo ponēs quòd remanserit & non inquantum inclinat ad malum, est ponere duo opposita. Et tenet sequela, quia repugnantia ad rationem in appetitu, est inquantum inclinat ad malum, vel difficultat in bono.

Lib. 4. orth. fi. c. 15.

¶ Circa hanc rationem duo sunt dubia, alterum commune, qualiter fomes sit in ordinata concupiscentia habitualis, cum nullus sit habitus malus in prole, quia nec acquisitus, nec infusus: alterum proprium huic intento: quia hæc ratio non uidetur efficax, quoniam inordinata concupiscentia (ut litera testatur) habet duos effectus sub disiunctione, uel inclinare ad malum, uel difficultare ad bonum: & positio contraria dicit, quòd fomes manet cum vno tantum istorum effectuum. Auctor autem ex positione causæ habentis plures effectus, scilicet inordinatæ concupiscentiæ natæ habere utrumque dictorum effectuum, infert positionem utriusque effectus, quod constat non licere ex 2. Polit. sed econuerso: ex quolibet enim effectu communis causæ potest inferri causa, sed ex positione communis causæ non potest inferri determinate iste effectus, ut in licera fit, dum ex inordinata concupiscentia infertur pronitas ad malum, & non solum difficultas ad bonum, quam opinio illa ponebat.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd concupiscentia habitualis dicitur non quia sit habitus, sed quia est priuatio habitus: priuatio enim ad genus sui oppositi spectat: non homo enim ad lubitantiam, & non album ad quale reducitur, est siquidem appetitus sensitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iustitiæ, qua promptus suberat rationis ordini: destituitus siquidem tali dono dicitur concupiscentia inordinata habitualis: quia sic est etiam si nihil actualiter concupiscat.

¶ Ad secundum dubium dicitur dupliciter, Primo quòd doctrina Aristot. loquitur de causa communi ad disparatos effectus, non autem de causa communi effectuum mutuo se inferentium, quales sunt isti. Nam pronitas ad malum difficilem facit ad bonum, & difficultas ad bonum, pronum monstrat animum

ad malum, nisi enim animus inclinaretur ad contrarium bono rationis, non esset difficilis ad bonum: sicut si corpus non inclinaretur ad motum deorsum, non difficultaretur ad ascendendum. Et similiter ex hoc, quòd inclinatur ad bonum sensibile contrarium bono rationis, prouenit quòd difficultatem patitur ad motum secundum rationem in bonum. Nullus ergo error, nulla debilitas in processu huc literę est. secũdo dici potest, quòd licet ex positione causæ communis non possit determinate inferri positio alterius determinate effectus, uel positio utriusque simul, potest tamen inferri potentia ad alterum determinate, & ad utrumq; simul, quia ex hoc ipso q causa communis est utriq;, ſ potẽtia habet utrũque, ac per hoc licuit Auctori ex hoc, quòd fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter inferre, quòd fomes necessario est inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono, & non intulit quòd actualiter inclinaret ad malum: ipsa siquidem inordinatio, quia rationi contraria, sonat pronitatem ad malum non actualem, sed habitualem, ut declaratum est. Et propterea recte illatum est, quòd duo simul ponuntur contraria, dũ ponitur fomes & negatur habitualis pronitas ad malum, quia ipsa inordinata concupiscentia est pronitas ad malum, quia est contraria rationi. Et hæc responsio magis literam assequitur.

c.36. com.7.

¶ Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitem remansisse quantum ad corruptionem naturæ, non quantum ad corruptionem personæ. Contra hanc in litera similiter procedit, quòd ponat duo opposita simul, arguendo sic, Fomes ut corruptio naturæ est libido transmittens peccatum in prolem: libido autem est supra dicta concupiscentia rationi contraria. ergo fomes vt corruptio naturæ infert seipsum, ut corruptionem personæ. Antecedens est Augustini. Altera propositio accipitur, ut per se nota, quia aut est sermo de libidine actuali, & habetur intentum, quia hæc non compatitur liberum rationis usum: sed de hac non est sermo, quia quantumcumque parentes absque delectatione coirent, proles conciperetur in peccato originali. Si autem est sermo de libidine habituali, ut in ueritate est sermo de illa, constat, quòd ipsa non nisi habitualis est concupiscentia inordinata, quam declarauimus. Consequentia autem est per se euidens, quia inordinata concupiscentia, ideo inordinata est, quia contraria rationi habentis illam, ac per hoc ad personale malum habentis illam spectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiscentia est ex eadem ratione, & contraria rationi habentis illam & ex qua transmittitur originale peccatum in prolem, non potest secundum unam & eandem atomam rationem separari a seipsa ut maneat in seipsa, & non maneat, quicquid sit de effectibus.

¶ Post hæc exclusis secunda & tertia opinionibus, infertur, primam, aut quartam asserendam. Et examinatur prima, declarando primo, quomodo potest intelligi ista positio, & satis plane patet litera quo ad hoc, exemplo Christi & Adæ. Muniendo secundo hanc opinionem, quia spectat ad dignitatem beatæ Virginis obiiciendo tertio cõtra illam, quia derogat dignitati Christi, quia prima caro sancta debuit esse caro Christi. Afferrur autem in litera ratio talis. Absque uirtute Christi nullus à prima damnatione liberatur. ergo ante incarnationem Christi nullus secũdum carnem debuit à prima damnatione liberari. Consequentia probatur, qa in Christi carne debuit primo apparere immunitas à damnatione. Et confirmatur à simili, de immortalitate carnis.

¶ Aduerte hic quòd Auctor posito antecedente, aduersatiuam apponit, adiuuantem consequentiam, dicens: & quamuis per spiritualem fidem Christi aliqui sint secundum Spiritum ab illa damnatione ante Christi incarnationem liberati, tamen, &c. Vbi ex dissimili effectu salutis carnalis & spiritualis a Christo, dum causam tangit, scilicet secundum spiritum & secundum carnem, consequentiam probat. Consentaneum quippe rationi est, ut sicut salus spiritus per spiritualem modum fit (per fidem scilicet, quæ est etiam futurorum) ita salus carnis carnaliter quoque fiat, ac per hoc a prima carne sancta suapte natura, qualis est proculdubio secundum omnes sola Christi caro, de qua sola scriptum est, Quod ex te nascetur sanctum. uidere etiam potes quam consona ratio allata sit, tum, ut primum in unoquoque genere sit causa aliorum, tum, ut principium, & consummatio rei correspondeant sibi, salus carnis consumatur per immortalitatem, inchoatur per sanctitatem eiusdem carnis. Et quia constat primam carnem immortalem fuisse carnem Christi (quia ipse est primogenitus mortuorum) consonum est, ut eius caro fuerit etiam prima caro sancta: sanctitas autem carnis penes munditiam, seu immunitatem à fomite, qui lex carnis dicitur, attenditur, non igitur inuenta est caro sine fomite ante Christi carnem, si primus locus Christo reseruatus est, sicut reseruari decuit. Et memento lector, ut in istiusmodi quæstionibus non quæras rationes mathematicas: indisciplinati enim est ingenij, quærere similem in omni materia certitudinem, rationabilem hic sufficit inferre conclusionem.

b 15.ar.

c.11.a.

¶ Demum quarta opinio approbatur, quam primo ponit, dicẽs quòd remansit fomes secundum essentiam ligatus quo ad exercitium seu operationem usque ad conceptionem filii Dei, in qua fuit totaliter sublatus. Secundò declarat modum quo ligatus fuit, ubi tres modos tangit, scilicet per dominium liberi arbitrij, per gratiam habitualem, per diuinæ prouidentiæ assistentiã. Et primum modum excludit eadem ratione, quia priuilegium similiter Christi est usum liberi arbitrij in materno utero habere. Secundum modum approbat, quem declarauerat examinando primam opinionem ultimo improbatam: tertium autem modum magnificat. Tertiò declarat ultimam conclusionis partem, tum quia in conceptione Christi iam apparuit immunitas primo in carne Christi, ac per hoc absque ulla derogatione priuilegiorum

a fomite, nam peccatum non secit, ut Aug. † dicit in li. de Natura, & gratia. ergo per sanctificationem in utero, non fuit liberè mundata a fomite.

SED CONTRA est, quod dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fomes autem ad maculam pertinet, saltem carnis. ergo in beata Virgine fomes non fuit.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dixerunt, q in ipsa sanctificatione beatæ Virginis, qua fuit sanctificata in utero, totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidam uero dicũt, quòd remansit fomes quantũ ad hoc, quòd facit difficultatem ad bonum, sublatus tamen fuit quantum ad hoc, quòd facit pronitatem ad malũ. Alij vero dixerunt, q sublatus fuit fomes, inquantũ pertinet ad corruptionem personæ, prout impellit ad malum, & difficultatem facit ad bonũ, remansit tamẽ inquantum pertinet ad corruptionem naturæ, prout scilicet est causa traducendi originale peccatum in prolẽ. Alij uero dicunt, quòd in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam, sed ligatus, in ipsa autem conceptione filij Dei fuit totaliter sublatus.

Ad horum autem intellectũ oportet considerare, q fomes nihil est aliud, quàm inordinata concupiscentia sensibilis appetitus, habitualis tamen, quia actualis cõcupiscentia est motus peccati. dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse inordinata, inquantum repugnat rationi, qđ fit, inquantum inclinat ad malum, uel difficultatẽ facit in bono. Et ideo ad ipsam rationem fomitis pertinet, q inclinet ad malum, uel difficultatem faciat in bono. unde ponere q remanserit fomes in beata Virgine nõ inclinans ad malum, est ponere duo oppolita simul. similiter ẽt uidetur oppositionem implicare, q remanserit fomes, inquãtũ ptinet ad corruptionẽ naturæ, nõ autẽ inquantum pertinet ad corruptionem personę. Nam secundum Augũ.* in lib. de Nup. & concupiscentia, libido est, quæ peccatum originale transmittit in prolem. Libido autem importat inordinatam concupiscentiam, quæ non totaliter subditur rationi: & ideo si totaliter fomes subtraheretur, inquantum pertinet ad corruptionem personæ, non posset remanere, inquantum pertinet ad corruptionem naturæ.

Restat ergo ut dicamus, q uel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus p primã sanctificationẽ, uel q remanserit ligatus. Posset enim intelligi, q totaliter fuerit sublatus fomes hoc modo, q præstitum fuerit beatæ Virgini

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legiorum Christi, dignitas matris tunc poni potest, ut gratiam habuerit totaliter auferentem fomitem, tum quia figurate auctoritas Ezech. fauet.

¶ Circa primum modū vinculi quo ligatur fomes, scilicet per imperium liberi arbitrij, pro quanto dicitur Christi priuilegiū, scito, quòd dupliciter contingit haberi usum liberi arbitrii in materno vtero. Primo, ab initio conceptionis, seu infusionis animæ, & deinceps semper, & hoc est priuilegium Christi, & hoc negatur cuiquam alteri concessum. Et per hāc negationem sufficienter probatur fomitē in beata Virgine non esse ligatum per liberum arbitriū, quia fomitem ab initio habuit & continuè liberi autem arbitrij usum non habuit ab initio, & deinceps, quia hoc est Christi priuilegium. Secundo, contingit ex speciali gratia ad aliquē actum, ut de Ioanne Baptista potest credi cum exultauit in gaudio infans in vtero: gaudere enim motus est appetitiuæ partis, & gaudere de spiritualibus motus est appetitus superioris, qui uocatur uolūtas: constat autem Ioannis gaudium non de re sensibili, sed de Christi aduentu fuisse, & exultasse in gaudio: uerum post actū illum Iohannes sanctus perseuerauit, licet non cum usu liberi arbitrij. Sicut & miraculose quandoq; legitur præstitus usus loquendi ad aliquem actum aliquibus infantibus, qui tamen nesciebant propterea postea loqui, sed erāt sicut alii infantes, ut patet in gestis Apostolorum Simonis, & Iudę, & Faustini, Simplicii, & Beatricis.

¶ Circa magnificationem tertii modi, quo fomes ligatus perfectius ponitur per diuinam prouidentiam, aduerte, quòd dupliciter exponi potest illud comparatiuum, perfectius. Primo, ut denotet solam additionem maioris perfectionis, ita ꝙ perfectioni interiori superaditur perfectio ab exteriori prohibēte, sicut si diceremus ꝙ fons aquæ est frigidus ab intrinseca qualitate, & perfectius ab extrinseco concauo monte prohibente solem catefacientem. Et hic sensus caret scrupulo, quoniā constat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinseca, & prouidentia extrinseca prohibente inordinationem fieri, quam ex gratia intrinseca tantum. Alio modo potest exponi, ut comparationem faciat ad secundum modum uinculi, ut sit sensus, ex abundantia gratiæ, descēdentis in ipsam, vt talis esset dispositio virium animæ in ipsa, ꝙ inferiores vires nunquam mouerētur sine arbitrio rationis, sicut dictum est. fuisse in Chro, quē constat peccati fomitē non habuisse, & sicut fuit in Adam ante peccatum, per originalē iustitiam, ita ꝙ quātum ad hoc, gratia sanctificationis in virgine habuit vim originalis iustitiæ. & quamuis hæc positio ad dignitatem virginis matris pertinere videatur, derogat tamē in aliquo dignitati Christi, absq; cuius uirtute null⁹ a prima damnatione liberatur. Et quamuis per spūalē fidem Christi, aliqui ante Chri incarnationem sint ſm spiritū ab illa damnatione liberati, tū ꝙ secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur, nō uidetur fieri debuisse nisi post incarnationem eius, in qua primò debuit immunitas dānationis apparere: & iō sicut ante immortalitatem carnis Christi resurgētis, nullus adeptus fuit carnis immortalitatem, ita inconueniens videtur dicere, quòd ante Christi carnem in qua nullū fuit peccatum, caro virginis matris eius, vel cuiuscūq; alterius, fuerit absque fomite, qui dicitur lex carnis, siue membrorū. Et ideo uidetur melius dicendum, ꝙ per sanctificationē in utero nō fuerit sublatus beatæ virgini fomes secundum essentiam, sed remanserit ligatus, non quidē ꝙ actum rationis suæ, sicut in viris sāctis, quia non habuit usum liberi arbitrij, adhuc in ventre mris existens, hoc enim est speciale priuilegium Christi, sed per abundantiam gratię, quā in sanctificatione recepit, & etiā perfectius per diuinam prouidentiā sensua litatem eius ab omni inordinato motu prohibētem. Postmodum vero in ipsa conceptione carnis Christi, in qua primo debuit refulgere peccati immunitas, credendū est ꝙ ex prole redundauerit in matrem, totaliter fomite subtracto. Ex hoc signat Eze. 43. ubi dicitur, Ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per uiā orientalē. i. per beatam virginē: & terra, id est caro ipsius, splendebat a maiestate eius, s. Christi.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ mors & huiusmodi pœnalitates de se non inclinant ad pctm. Vnde etiā Christus licet assumpserit huiusmodi pœnalitates, fōmitem tamen non assumpsit. Vnde etiam in beata Virgine, vt filio conformaretur (de cuius plenitudine gratiā accipiebat) primo quidē fuit ligatus fomes, & postea sublatus, non autem liberata fuit a morte, & aliis huiusmodi pœnalitatibus.

Ad secundum dicendum, ꝙ infirmitas carnis ad fomitem pertinens, est quidem in sanctis vitis perfectæ uirtutis occasio, non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit. Sufficit autem in beata virgine ponere perfectam uirtutē ex abundātia gratiæ, nec oportet in ea ponere oēm occasionē perfectionis.

Ad tertium dicendum, ꝙ Spiritussanctus in beata virgine duplicem purgationē fecit, unā quidem, quasi præparatoriā ad Christi conceptionem, quæ nō fuit ab aliqua impuritate culpæ, vel fomitis, sed mētem eius magis in unum colligens, & a multitudine sustollens. Nam & angeli purgari dicuntur, in quibus nulla impuritas inuenit, ut Dionys.* dicit 6. cap. Eccles. hierar. Aliam uero purgationem operatus est ī ea Spiritussanctus mediante cōceptione Christi, quæ est Spiritussancti opus. Et secundum hoc potest dici, quòd purgauit eam totaliter fomite.

Articvlvs IIII.

Vtrum per huiusmodi sāctificationē fuerit consecuta, ut numquam peccaret.

Ad qvartvm sic procedi tur. Videt, ꝙ per sanctificationē in vtero non fuerit beata virgo præseruata ab omni pctō subtilior, & diuersitatem in litera positam modorum ligandi, & comparationem proprie penetrat, & ab ipso Auctore in sequenti artic. in responsione ad primum haberi potest.

¶ *Super Quæstionis 27. Articulum quartum.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio responsiua quæsito. Simpliciter

pliciter faciendum est, q beata Virgo nullum actuale peccatū commisit. Probatur dupliciter. Primo syllogistice, & satis clare in litera ordinatur primo maior, illos quos Deus ad aliquid eligit, &c. & hæc probatur auctoritate apostolica ad Corinth. deinde Minor, beata Virgo diuinitus electa est, ut esset mater Dei, ergo habuit gratiam opportunam ad matrem Dei. Et confirmatur hæc conclusio auctoritate Angeli. Inuenisti gratiam, &c. ce concipies. Sed nō fuisset idonea mater si peccasset (quod tripliciter probatur clare in litera) ergo. Secundo, probatur auctoritate sacræ scripturæ accommodate: Tota pulchra es. Memento & hic quicumque legis, suscipere has rationes supra materiā subiectam optimas, vtpote ex sacræ scripturæ auctoritatibus communibus applicatis ad propria beatæ Virginis procedētes, quādo ex propriis ad propria desint.

9.d.3.q.1.ar.3.& di.13.q.1.art.2.q.1.co.& 4.di.6.q.1.ar.1.q.2.co.& op.3.c.228.& 231.& opu.6.cap.6.prin.co 2.& opu.60.c.3.gr. præce.

cap.22.to.3. 1.q. ex no. est.q.73.circa med.to.4.

¶ In responsione ad primum videre facile potes, quod idem est gratiam sanctificationis sufficere ad tollēdum infallibiliter omnem sensualitatis motum præter rationem, & tollere fomitem: & propterea usq; ad conceptionem Christi (in qua gratia abstulit fomitem) non suffecit gratia sanctificationis sed opus fuit diuina prouidentia, ut prius declaratū fuit.

Hom. 20. in Io. circa me. dibus, to.3.

cap.36. ante med.to.7.

¶ In responsione ad secundum notate garruli prædicatores passionis Christi, tot femineos clamores, motus &c. attribuentes beatæ Virgini in dolore passionis. Pensate verba Basilij in litera allata, & percipite ipsam contemplationi admiratiue tunc uacasse, conferendo diuina prius uisa, & sibi certa humanis, q tunc videbat, summa infimis, & econtra. & cōsequenter effectū cogitationibus consonū secundum rectam rationem habentem, ut cōdoleret, ut compateretur, cum tā excelsum, tam uilibus, &c. subiectum ex charitate propria pro ipsius matris, & mundi salute prospiceret.

¶ In responsione ad tertium considera reuerentiam, modestiā, sapientiam q; tanti doctoris: inuenit Chrys. in hac materia cōtrarium Aug. rationique pō clamauit accusan

actuali. Quia vt dictum est * post primā sanctificationem fomes peccati remāsit in Virgine. Motus autē fomitis etiam si rōnem præueniat, est peccatū veniale, licet leuissimū, ut Augu. dicit in lib. de Tri. † ergo in beata Virgine fuit aliquod peccatū veniale. ¶ 2 Præt. Super illud Luc. 2. Tuā ipsius animā pertrāsibit gladius, dicit Aug. * in li. veteris & noui Testamenti, q beata Virgo in morte dñi, stupore quodā dubitauit. Sed dubitare de fide, pctm̄ est. * ergo btā Virgo nō fuit p̄seruata immunis ab oī peccato. ¶ 3 Præt. Chrys. † super Mat. exponens illud, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te, dicit, Manifestū est, q solum ex vana gloria hoc faciebant. Et Iohan. 2. super illud, Vinū non habent dicit idē Chry. * q volebat illis ponere gratiam, & seipsam clariorē facere p filiū, & fortassis quid humanū patiebat, quēadmodū & fratres eius dicētes, Manifesta teipsū mūdo. Et post pauca subdit, nōdū. n. quā oportebat, de eo opinionē habebat: quod totū cōstat esse peccatū. ergo beata virgo nō fuit p̄seruata immunis ab omni pctō.

Sed contra est, qd Aug. * dicit in lib. de Natura & gratia, De sctā virgine Maria pp honorē Christi, nullam prorsus, cū de peccatis agit, habere volo quæstionē. Inde. n. scimus, q ei plus gīæ collatū fuerit ad vincendū ex oī parte peccatū, q concipere ac parere meruit eū, quē constat nullum habuisse peccatum.

Respon. Dicendum, quòd illos, quos Deꝰ ad aliquid eligit, ita præparat & disponit, ut ad id, ad quod eliguntur, inueniantur idonei, secundum illud secūdæ ad Cor. 3. Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Beata autem Virgo fuit electa diuinitus, vt esset mr̄ Dei, & ideo non est dubitandum, q Deus per suā gratiam eam ad hoc idoneam reddidit, secundum q Angelus ad eā dicit, Inuenisti gratiā apud Deū, ecce concipies, &c. Non autem fuisset idonea mr̄ Dei, si peccasset aliquando: tum, quia honor parentū redundat in prolem, ſm illud Prouer. 17. Gloria filiorum, patres eorum, unde & F do, exaggerando (ut hodie faciunt multi) modestissime dixit, excessit, sapientissime subiunxit uerba ipsa reduci posse ad sanum sensum. quicquid Auctor senserit subticens. Frequenter enim Auctor sicut in Philosophia Aristot. ut philosophum exponit, quicquid ipse Aristot. senserit, ita in theologia doctores ut theologos, quicquid illi auctores senserit, exponere conantur, ut in sano saluentur eorum verba sensu.

per oppositū ignominia matris ad filium redundasset: tum etiā, quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit. dicitur autem secundæ ad Corinth. 6. Quæ conuentio Christi ad Belial? tum etiam, quia singulari modo Dei filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitauit, non solum in anima, sed etiam in utero. dicitur autem Sap. 1. In maleuolam animā non G introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. & ideo simpliciter fatendum est, quòd beata Virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec ueniale, ut sic in ea impleatur qd̄ dicitur Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Ad primvm ergo dicendum, quod in beata virgine post sanctificationem in utero, remansit quidem fomes peccati, sed ligatus, ne. s. prorumperet in aliquem motum inordinatum, qui rōnem præueniret. Et licet ad hoc operaretur gratia sanctificationis, non tamen ad hoc sufficiebat, alioquin virtute illius gratiæ hoc ei fuisset præstitū, ut nullus motus posset esse in sensualitate eius, nisi ratione præuentus, & sic fomitem non habuisset, quod est contra supradicta. * Vnde oportet dicere, quod cōplementum illius ligationis fuit ex diuina prouidētia, quæ non permittebat aliquem motum inordinatū ex fomite prouenire.

In 1. dist. Præced. In 3. prin. to. 2.

Ad secvndvm dicendū, quòd illud uerbum Simeonis, Origenes, † & quidā alij doctores exponūt de dolore, quē passa est in Christi passione. Ambr. * autem per gladium dicit significari prudentiā Mariæ, non ignaram mysterij cœlestis: uiuum est enim verbum Dei, & validum, & acutius omni gladio acutissimo. Quidam uero per gladium dubitationē intelligunt, quæ tamen non est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis, & discussionis. dicit enim Basilius in Epist. ad Optimum, quòd beata Virgo assistens cruci, & aspiciens singula, post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinæ conceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat, ex una scilicet parte videns eum pati abiecta, & ex alia parte considerans eius mirifica.

Homil. de Lu. in me deicepq.

Amb. Lib. Ego in ce lio tit. de Simeone Ann. 109

cap. 4. mea.

Ad tertivm dicendum, quòd in uerbis illis Chrysostomus excessit; possunt tamen exponi, ut intelligatur in ea Dominum cohibuisse non inordinatum inanis gloriæ motum quātum ad ipsam, sed id, quod ab aliis posset æstimari.

Articvlvs V.

¶ *Super Quæstio. 27. Articulū quintum.*

Vtrum beata virgo per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem omnium gratiarum.

Ad qvintvm sic procedit. Videtur quòd beata Virgo per sanctificationē in utero, nō obtinuerit gr̄ę plenitudinem siue perfectionē. Hoc enim uidet pertinere ad priuilegium Christi, secundū illud Io. 1. Vidimus

Tituius, ut sonat sumatur de plenitudine, ut extendi tur ad plenitudinem intensiuam, & extensiuam.

3.d.13. 2.q.3.a.1. 13.q.1. 1.c.& 6

In corpore una est conclusio, beata Virgo maiorem præ ceteris gratiæ plenitudinem a Christo obtinuit. Probatur. Quan

c.3.& 8 & Rol

eo magis appropinquat aliquid principio in quolibet genere, tanto plus effectum illius participat: sed beata Virgo maxime approppinquauit principio, ergo. Maior ex Dio. Minor probatur, quia Christo matri appropinquauit, qui secundum deitatem auctoritate, & secundum humanitatem instrumentaliter est principium gratiæ: quod probatur Ioann. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.

li.3. tex.63. & 64.10.2.

¶ Aduerte ergo, ꝙ cum in litera concluditur, beatam Virginem præ ceteris gratiam habuisse, non fit comparatio ad Angelos, sed homines tantum, tum quia est sermo de gratia data beatæ Virgini in utero matris, quam constat fuisse minorem gratia angelorum beatorum: tum quia sermo est de uiatorum gratia, vt patet ex responsione ad secundum: vbi in beata virgine perfectissima gratia ponitur, gratia qua fuit inter comprehensores: tum quia ratio litteræ disparata est ab angelorum ratione, cum illi propinquiores Deo secundum deitatem inueniuntur, ista inuenitur propinquior Deo secundum humanitatem. Nec hæc ideo dicta sunt, quasi angeli habeant in cœlo maiorem gratiam quam beata Virgo, hoc enim est falsum, quoniam ipsa est domina angelorum: sed ideo dicta sunt, vt hæc litera exponatur ad literam de gratia sanctificationis in utero, post quam deinde multũ proprio merito gratiæ acquisiuit, crescens usque ad perfectũ æternitatis diẽ, ita quòd propinquissima fuit, & est Christo, & secundum deitatem in esse gratiæ, quamuis non in esse naturæ, & secundum humanitatem in esse naturæ.

lib.1.tex.13. & lib.2.tex. 58.10.2.

In li. 3. 2 prin. sent. 10.2.

Homil. sup. Euang. dicepag.

cap. 4. in 9 medio.

Amb. Ital. Ligen. ca. in. tit. de Simeone Ann. 1063

3.d.3.q.3.a.1. 2.q.3.a.1. 13.q.1.a.1.c.& opus c.3.& 8.& Rab.

¶ In eodem art. in responsione ad tertium aduerte, quòd cum Auctor dicit, non cum quasi vnigenitũ a Patre, plenũ gratiæ & ueritatis: sed ea quæ sunt propria Christi, non sunt alteri attribuenda. ergo beata Virgo plenitudinem gratiarum nõ accepit in sanctificatione.

¶ 2 Præt. Ei quod est plenũ, & ꝑfectũ, non restat aliquid addendum, quia perfectũ est cui nihil deest, ut dr̃ in tertio Phy. * sed beata Virgo postmodũ additionẽ gratię susc̃epit, & qñ Christũ concepit (dictum est. n. Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te) & iterum qñ in gloria est assumpta. ergo vr̃ quod non habuerit in sua prima sanctificationi plenitudinem gratiarum.

¶ 3 Præt. Deus non facit aliquid frustra, vt dr̃ in 1. de Cœlo: † frustra aũt habuisset quasdã gratias, cum earũ vsum numquam exercuerit: non. n. legitur aut docuisse, quod est actus sapientiæ, aut miracula fecisse, quod est actus gratiæ gratis datæ. non igitur habuit plenitudinem gratiarum.

SED CONTRA est, ꝙ Angelus ad eã dixit Luc. 1. Aue gratia plena, quod exponens Hieron. * in sermone de Assũptione dicit, Bene gratia plena. ꝙa cęteris per partes præstatur, Mariæ uero se totã simul infudit gratiæ plenitudo.

RESPON. Dicendum, ꝙ qñ aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij, vnde Dionys. * dicit 4. cap. Cæl. hier. ꝙ angeli qui sunt Deo propinquiores, magis participãt de bonitatibus diuinis, quam homines. Christus aũt est principiũ gratiæ, secundum diuinitatẽ quidem auctoritatiue, secundũ humanitatem uero instrumentaliter. unde & Ioan. 1. dr̃, Gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est. beata aũt uirgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. & ideo præ ceteris maiorem debuit a Christo gratię plenitudinẽ obtinere.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ unicuique a Deo datur gratia secundum hoc ad quod eligitur. Et quia Christus, inquantum est homo, ad hoc fuit prædestinatus & electus ut esset filius Dei, in uirtute sanctificandi, hoc fuit sibi proprium, ut haberet talem plenitudinem gratiæ, quòd redunderet in omnes, secundum quòd dicitur Ioann. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed beata Virgo Maria tantam gratiæ obtinuit plenitudinem, vt esset propinquissima auctori gratiæ, ita quòd cum qui est plenus omni gratia, in se reciperet, & eum pariendo, quodammodo gratiam ad omnes deriuaret.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in rebus naturalibus, primo quidem est perfectio dispositionis, puta cum materia est perfecte ad formam disposita. Secundo autem est perfectio formæ, quæ est potior, nam & ipse calor est perfectior, qui prouenit ex forma ignis, quàm ille qui ad formam ignis disponebat. Tertio autem est perfectio finis: sicut ignis perfectissime habet proprias qualitates, cum ad locum suum peruenerit. Et similiter in beata Virgine fuit triplex perfectio gratiæ. Prima quidem quasi dispositiua, per quam reddebatur idonea ad hoc quòd esset mater Christi, & hæc fuit perfectio sanctificationis. Secũda autem perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex præsentia filij Dei in eius utero incarnati. Tertia autem est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quòd autẽ secunda perfectio sit potior quàm prima, & tertia quàm secunda, patet quidẽ uno modo per liberationẽ a malo. Nã primo in sua sanctificatione fuit liberata a culpa originali: secundo in conceptione filij Dei, fuit totaliter a fomite mundata: tertio uero ĩ sui glorificatione, fuit liberata ẽt ab omni miseria. Alio modo ꝙ ordinẽ ad bonũ. Nã primo in sua sanctificatione adepta est gratiã inclinantem eã ad bonũ: in conceptione autem filij Dei consumata est eius gratia confirmans eam in bono: in sui uero glorificatione consumata est eius gratia perficiens eam in fruitione omnis boni.

AD TERTIVM dicẽdũ, ꝙ non est dubitandũ, quin beata Virgo acceperit excellẽter donũ sapiẽtiæ & gratiã uirtutum, & etiam gratiam prophetiæ, non tñ accepit ut haberet oẽs usus harum, & similium gratiarum, sicut habuit Christus, sed secundum ꝙ conueniebat conditioni ipsius. Sapientiæ enim usum habuit in contemplando, secundum illud Luc. 2. Maria autem cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Non autem habuit usum sapientiæ, quantum ad docendum: quia hoc non conueniebat sexui muliebri. secũdũ iltamen accepit, vt haberet omnes usus harum & similium gratiarum, sicut habuit Christus, ly omnes nõ distribuit pro omnibus simpliciter vsibus gratiarum, quia nec Christus habuit omnes usus gratiarũ, quoniam non est loquutus uarijs linguis, ut superius in q. 7. ar. 7. ad ultimũ Auctor dixit: sed distribuit pro quasi omnibus, quæ in moralibus appellare licet omnia, Christus, n. habuit omnes vsus gratiarũ, ꝙa modicum pro nihilo reputatur. Beata autem uirgo non habuit omnes usus, qui multi sibi defuerunt, quia scilicet impertinentes erant suæ conditioni, non enim fecit miracula, &c. Vel distribuit pro omnibus vsibus similatis ad illos, quos habuit Christus, ut non sit dictum in litera, nõ habuit omnes usus, sed non habuit omnes usus sicut Christus, tãquam ly sicut limitet ly omnes vsus. Et quouis modo exponatur sententia, in idem redit: prima tamen expositio magis consonat literæ.

¶ In eodem articulo quo ad actum doctrinæ negatum a beata Virgine, aduerte quòd quia theologia solida fundatur super Scripturas sacras, & nullibi in ea reperitur beatam Virginem docuisse, sicut nec Christum loquutum linguis, ideo sicut affirmamus Christum nõ usum gratia linguarum in loquendo, eadem ratione affirmandum est, beatam Virginem non docuisse, præsertim cum apostolica auctoritas hoc interdictum mulieribus cõprobet. Quod autem dicitur, ipsam instruxisse discipulos Christi de annuntiatione sua & natiuitate filij, & magorum aduentu, & similibus, ex Scriptura non habetur: sed habetur, quod Spiritussanctus docuit Apostolos omnes ueritatem de spectantibus ad fidem, inter quæ erat Christi conceptio ex Spiritusancto, & natiuitas ex Virgine,

D. 383.

ne, quæ etiam in Symbolo posita sunt.

¶ Posset tamen dici, quòd non publica doctrina, sed familiari instructione, quam constat mulieribus non esse prohibitam, beata Virgo aliqua particularia facta explicauit apostolis. Auctor autem secundum scripturam sacram loquitur, negãs ab ea usum sapietiæ, quo ad actũ doctrinæ.

¶ Super Quæstionis nigesimæ septimæ Articulum sextum.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt, primo tractatur quid Aug. de hoc scripserit, secundo respondetur quæsito. Quo ad primum Augustinum, dubio quæstionem relinquere uidetur, & dicit litera, quòd uidetur dubie loqui, quoniam Aug. in his uerbis non loquitur de sãctificatione qualicunque, sed illa, quæ est cum proprio sanctificati actu, scilicet credere, amare. & huiusmodi, Quia enim hãc reliquit sub dubio & de nulla alia loquitur sanctificatione, uidetur sub dubio quæstionem de sanctificatione horum in utero reliquisse. Omnia clara sunt in litera.

3. dist. 3. q. 1. art. 2. q. 1. ad 4. Et quol. 6. q. 5. artic. 1. cor. in fi. Et opu. 3. c. 131. Et psal. 45. co. 5.

¶ Aduerte tamen, quòd ex litera euangelij sumi potest, Ioannem accelerati fuisse usum liberi arbitrij. Nam ibi non solũ dicitur, Exultauit infans, sed exultauit in gaudio. exultare autem similitudinarie, licet etiam sit inanimatorum (iuxta illud, Montes exultauerunt ut arietes, & colles sicut agni ouium) proprie tamen est animaliũ. Et quia non sine animali passione fit gaudium, oportet Ioannem exultasse in gaudio, uel secundum sensitiuam tantum partem, & hoc non consonat cauſæ exultationis & gaudij in euangelio scriptæ, quia uox beatæ Virginis salutantis non erat commotiua partis sensitiuę prolis in utero, sicut nec aliæ eiusdem & aliarum mulierum voces, vel secundum partem intellectiuam, & hoc ordo effectuum causatorum a salutatione insinuat, quòd scilicet gaudium partis intellectiuæ fuit in puero: nam ex salutatione aurium Elisabet commotiua, puer non in auribus, sed in gaudio exultauit, & Elisabet deinde repleta est Spiritu sancto procul dubio in mente. Vnde comprehenditur, quòd primo mater secundum sensum percepit: deinde puer secundum mentem, & demum ad matris mentem intelligentia peruenit. Et huic sensui doctorum verba consonant dicentium de Ioanne, quòd prius sensit Dominum, uel quòd a perfectæ cœpit ætatis mensura, uel aliquid huiusmodi.

* Ex ar. 3. & 4. huius q.

¶ Quo ad secundum, tria Auctor facit, primo respõdet quæstioni negatiue, affirmando duos alios sanctificatos: deinde dicit neminem alium esse sanctificatum: tertio rationem reddit, quare illi duo sanctificati sunt. Circa responsionem ergo distinguuntur hic duæ quæstiones, altera quæ mota est de sanctificatione, altera de tali sanctificatione, scilicet cum usu liberi arbitrij. Monstratur diuersitas magna inter istas quæstiones, ex eo quòd sanctificatio potest fieri & esse sine usu liberi arbitrij, ut patet in sanctificatione paruulorum per baptismi gratiam. Et propterea nihil obstat quæstioni propositæ in hoc art. si pars negatiua quæstionis secundæ, quæ ab Aug. tractata est, teneatur. Propter hæc igitur, litera respondet quæsito, quòd duo ultra beatam Virginem inueniuntur sanctificati in utero, scilicet Hieremias & Ioannes. Probatur auctoritate Scripturæ, & excluditur obiectio de usu liberi arbitrij, quamuis illum non habuerit, &c.

¶ Vbi nota, quòd hinc non potest assertiue dici de mente Auctoris hos non habuisse liberi arbitrij usum in utero, quoniam

lud 1. ad Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorum autem usus sibi non competebat dum uiueret: quia tunc temporis confirmanda erat doctrina Christi miraculis, & ideo soli Christo, & eius discipulis, quærant baiuli doctrinæ Christi, cõueniebat miracula facere. Propter quod etiam de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. quòd signum fecit nullũ, ut scilicet omnes Christo intenderent. Vsum autem prophetiæ habuit, ut patet in Cãtico quod fecit, Magnificat anima mea Dominũ, &c.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sic sanctificari fuerit proprium beatæ Virgini.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd sanctificari in utero post Christum proprium fuerit beatæ Virgini. Dictum * est enim, quòd propter hoc beata Virgo fuit sanctificata in utero, ut redderet̃ idonea ad hoc, ut esset mater Dei: sed hoc est propriũ sibi. ergo sola ipsa fuit sanctificata in utero,

F aduersatiue loquitur ad monstrandum conclusionem suam non dependere ex usu liberi arbitrij; deinde negat quemcumque alium sanctificatum in utero, ratione probans, quia inutilis esset. Vbi occurrunt tria dubia. primum est circa applicationem auctoritatis Apostoli ad propositum: dissonare quippe videtur, nam sermo est de sanctificatione in utero, Apostolus autem non de ipsa sanctificatione seu sanctitate, sed de manifestatione eius loquitur: non enim dicitur, vnicuique datur spiritus, sed manifestatio spiritus, &c. Litera ergo loquens de ipso Spiritu, non bene affert auctoritatem de manifestatione Spiritus: hæc enim auctoritas non probat illud assumptum, vt patet.

¶ Secundum dubium est, quia ista ratio est gladius Goliæ. Nam si verum assumit, sequitur quòd Beata Virgo non fuit sancti ficata in utero, quia illius sanctificatio in scriptura non habetur, ac per hoc Ecclesiæ non innotuit, ac per hoc sine vtilitate fuisset sanctificata secundum literæ processum.

¶ Tertium dubium est, quia secundum hanc rationem sequeretur, quòd non esset credendum aliquod miraculum, nisi quod in sacra Scriptura contineretur, quia ad vtilitatem Ecclesiæ miracula ordinantur, cui non nisi per Scripturam Sacram innotescunt, secundum hanc literam.

¶ 2 Præt. Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christum, quàm Hieremias & Ioannes Baptista, qui dicuntur sanctificati in utero, nam Christus specialiter dicitur filius Dauid, & Abraham propter promissionem eis specialiter factam de Christo. Isaias etiam expressissime de eo prophetauit, Apostoli etiam cum ipso Christo conuersati sunt: nec tamen leguntur sanctificati in utero. ergo neque etiam Hieremiæ & Ioanni Baptistæ conuenit sanctificari in utero.

¶ 3 Præt. Iob de se dicit, Iob. 31. Ab infantia ereuit mecum miseratio, & de utero egressa est mecum: nec tamẽ propter hoc dicimus eum sanctificatum in utero. ergo neque etiam Ioannem Baptistã, & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in utero.

SED CONTRA est, quod dicitur de Hieremia, Hierem. 1. Antequam exires de ventre, sanctificaui te. Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.

RESPON. Dicendum, quod Augustinus in Epist.* ad Dardanum,

Est enim cir. med. deinceps

I

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd assumptum literæ ad quod probandum inducitur Apostoli auctoritas, non est, sanctificationis gratia ordinatur ad vtilitatem: sed est huiusmodi, priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad vtilitatem. Ex quibus verbis dupliciter responderi potest primò quod sicut priuilegia materialia alicui a principe cũ ritu concessa, sub specie manifestationis continentur, ita priuilegium gratiæ est manifestatio spiritus, & concessi in ipsa gratia infusa, & concedentis Spiritus sancti, specialiter diligentis illum, cui gratiam dedit, ac per hoc litera probans priuilegia gratiæ per manifestationem spiritus, non diuertit ad extranea. Et si obiiciatur, quòd tunc ratio ista supponit sanctificationem in utero semper fieri cũ priuilegio, conceditur quòd sic est secundum hanc responsionẽ. Et suppositio est satis rationabilis, quoniam sicut secundum rem sanctificatio in utero est actus priuilegialis, ita etiam debet esse secundum cognitionem.

K

¶ Secundò, quòd quia tam singulares gratiæ superexcedunt communem legem diuinæ prouidentiæ, ac per hoc harum concessio spectat ad diuina miracula, constat autem miracula ordinari ad aliorum vtilitatem, ideo non solum priuilegia, sed ipsa sanctificatio in utero, ex hoc ipso quòd præter legem communem fit, cõtinetur sub gratia, quæ datur ad aliorum vtilitatem, & consequenter sub spiritu manifestando. Nam ex hoc ipso, quòd ad ecclesiæ vtilitatem ordinatur, ad ecclesiæ quoque notitiam necesse est ordinetur, alioquin diuina sapientia non disponeret omnia suauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus ecclesia constat, non per rationis actum de suo bono prouideret, sed uelut animalibus brutis incognitas vtilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, scilicet quòd Deus in ecclesia triumphante numquam præter communem ibi legem operatur: quia nulla vtilitas esset. Cùm igitur in militanti ecclesia præter communem legem operatur, ad ecclesiæ vtilitatem operatur, ob cuius utilitatem communem legem prætermittit. Quia igitur assumptum in litera de gratia contenta sub spiritu manifestando

loquitur

loquitur, ideo probãdum merito fuit per auctoritatem Apostoli de manifestatione spiritus. Et hęc respõsio est directe secundum literam, nihil præsupponens, & solida.

¶ Ad dubium secundum dicitur, quòd sanctificatio beatæ Virginis in utero matris, etsi non est tradita in sacra scriptura explicite, est tamen tradita implicite, ex hoc ipso quòd in sacris literis inuenitur al cui sancto concessa gratia sanctificationis in utero: hinc enim, ut ex superius dictis patet, habetur, beatam Virginem fuisse sanctificatam: quia habuit quicquid gratiæ ceteris collocatum est. Vnde hæc ratio non interimit Auctorem suum, sed tuetur eum.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd loquendo de Ecclesiæ fide simpliciter necessaria, concedendum est consequens: sed si fit sermo de Ecclesiæ fide ex tali suppositione uel accessoria (puta quæ post talem approbationem extensa est ad tale miraculum: ut si Ecclesia crederet tale miraculum traderet tale miraculum) uel probabili (ut est fides de miraculis recitatis in canonizationibus sanctorum) credenda sunt miracula, quæ in sacra scriptura non continentur. Nec oppositum sequitur ex ratione literæ: quę de fide Ecclesiæ simpliciter & absolute, & non præsupposita tali decretali loquitur: docuitque per hoc Auctor, quòd nec necessario, nec probabiliter credendum est, aliquem alium esse sanctificatum in utero simpliciter & absolute loquendo.

An autem Deus aliquem deinceps sanctificauerit & Ecclesiæ reuelauerit, alterius est quæstionis: quia tamen non est expectanda ecclesia melior, quàm fuerit, nec Apostoli ipsi primitias Spiritus habentes sanctificati sunt in utero (quá-

sanctificatione in utero. Potuit enim exultatio Ioannis in utero (vt ipse dicit) esse significatio rei tantæ (scilicet, quod mulier esset mater Dei) a maioribus cognoscendæ, non a paruulo cognitę: unde in euangelio non dicitur, credidit infans in utero, sed exultauit. Videmus autem, exultationem nõ solum paruulorũ, sed etiam pecorum esse: sed hęc inusitata extitit, quia in utero: & ideo sicut solent miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quamquam etiam si usque adeo est in illo puero acceleratus usus rationis & uoluntatis, ut intra uiscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire (ad quod in aliis paruulis ętas expectatur, ut possint) & hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentię. sed quia expresse in euangelio dicitur, quod Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & de Ieremia expresse dicitur, Antequam exires de uulua, sanctificaui te, asserendum uidetur eos sanctificatos in utero, quamuis in utero usum liberi arbitrii non habuerint.

De quo Augustinus * quęstionem mouet, sicut pueri, qui sanctificantur per baptismum, non statim habent usum liberi arbitrii, nec est credendum aliquos alios a sanctificatos esse in utero, de quibus scriptura mentionem non facit, quia huiusmodi priuilegia gratiæ, quę dantur aliquibus præter legem communem, ordinantur ad utilitatem aliorum (secundum illud primæ ad Corinthio duodecimo. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem) quæ nulla prouenires ex sanctificatione aliquorum in utero, nisi ecclesiæ innotesceret. Et quamuis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, quare huic & non alii hoc munus gratię conferat, conueniens tamen uidetur fuisse utrũque dictorum sanctificari in utero, ad prefigurandam sanctificationem per Christum faciendam.

Primò quidem per eius passionem, secundum illud Hebr. ultimo, Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, quam quidem passionem Ieremias & uerbis, & mysteriis apertissime prenuntiauit, & suis passionibus expressime prefigurauit. Secundo per baptismum, primę ad Corinthios sexto. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Ad quem quidem baptismum Ioãnes suo baptismo homines præparauit.

Ad primvm ergo dicendũ. quòd beata Virgo quæ fuit a Deo electa in matrem, ampliorem sanctificationis gratiam obtinuit quam Ioannes Baptista & Ieremias, qui sunt electi, ut speciales prefiguratores sanctificationis Christi. Cuius signum est, quòd beatæ Virgini præstitum est, ut de cætero nõ peccaret, nec mortaliter nec uenialiter, aliis autem sanctificatis creditur præstitum esse, ut de cętero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente.

Ad secvndvm Dicendum, quod quantum ad alia potuerunt sancti esse Christo coniunctiores, quàm Hieremias & Ioãnes Baptista, qui tamen fuerunt ei coniunctissimi, quantum ad expressam figuram sanctificationis ipsius, ut dictum est.*

Ad tertivm Dicendum, q miseratio, de qua ibi Iob loquitur, nõ significat uirtutem infusam, sed quandam inclinationẽ naturalem ad actum huius uirtutis.

QVAESTIO XXVIII.

De virginitate Beatæ Mariæ, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est, de uirginitate matris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum fuerit uirgo in concipiendo.

¶ Secundo, Vtrum fuerit uirgo in partu.

¶ Tertiò, Vtrum permãserit virgo post partum.

¶ Quartò. Vtrum uotum uirginitatis emiserit.

Articvlvs primvs

Vtrum beata Maria fuerit uirgo in concipiendo.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd mater Dei non fuerit uirgo in concipiendo Christum. Nulla enim proles, quæ habet patrem & matrẽ, ex Virgine matre cõcipitur: uis Ioannes euangelista uirginitatis, prophetiæ, euangelistę, singularis quoque officii erga matrem domini gratia donatus fuerit) credendum est, quòd nullus simpliciter in toto temporis decursu fuit, est, aut erit sanctificatus in utero, nisi qui in litera explicantur. Non defuisse tamen audiuimus temeritatem modernam cuiusdam mulierculæ, sanctificatam se in utero profitentis: & forte fuit uere sanctificata in utero non materno, sed proprio, uelut Bersabee, Deo puniente superbiam illius.

¶ Demum rationem reddit Auctor quare isti duo Ieremias, & Ioannes Baptista sanctificati sunt in utero, præmissa excusatione rationis necessariæ, subdens rationem congruentiæ: quia scilicet prefiguratores fuerunt sanctificationis per Christum faciendæ, dum premonstrarunt media sanctificantia, alter passionem, alter baptisma: his enim duobus medijs Christus sanctificauit mũdum, passione, ut coniuncto instrumento: baptismo, ut instrumento separato.

¶ Nota hic, quòd duorum propositorum, scilicet quòd isti duo sunt sanctificati in utero, & quod nullus alius, Auctor primãtum rationem reddere nititur: quoniã ad affirmationẽ certa potest consonãtia inueniri; ad tam latam aũt & altã ac profundam negationẽ, quæ consonantia sat erit?

¶ *Super Quaestionis uigesimaoctauae Articulum primum.*

Titulus de uirginitate carnali intelligitur.

¶ In corpore duo sunt; primo, respondetur quesito affirmatiue; Mater Christi concepit uirgo, probatur ex contrario; quia contrarium est hęresis, &c. Secundo, assignatur ratio qua duplex conuenientiæ, quòd sic fuerit, & omnia clare patent

4. cont. c. 45. Et opu. 3. c. 222. Et opu sc. 60. c. 4.

O in li-

in litera. Si tamen nouicius non intelligit corruptionem cordis, cuius meminit secunda ratio, sciat cor pro mente, seu intellectu sumi: corruptio autem intellectus non secundum substantiam, sed secundum operationem attenditur: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quædam intellectus est, sicut omnis deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura est.

Quia igitur defectus intellectus in intelligendo efficit, ut intellectus defectuosum quoque uerbum formet, concipiendo illud quod sic defectiue intelligit (qui enim imperfecte intelligit leonis naturam, perfectum quoque uerbum de natura leonis exprimere intus nequit) ideo in litera dicitur, quòd cordis corruptio impedit perfectionem uerbi.

¶ In responsione ad primum habes, Ioseph patrem dici Christi uere dupliciter, uel putatiue, uel officio: quamuis non fuerit pater generatione.

¶ In responsione ad tertium, adiunge ad glossam, quòd nec secundum latinæ linguæ proprietatem mulier est nomen corruptionis, sed naturalis proprietatis fœminæ humanæ: dicta est enim mulier quasi moliter a mollitie & animi & corporis.

¶ In responsione ad quartum, dubium magnum in philosophia occurreret, si philosophia nunc traderetur, quantum ueritatis habeat litera hæc dicens, Ratio illa habet locum in his, quę procedunt in esse per uiam naturæ, eo quòd natura sicut est determinata ad unum effectum, ita est determinata ad unum modum producendi illum: habet siquidem instantias in elementaribus, in uegetabilibus, & in animalibus: Auctoris autem propositum est, quòd non habet locum in potentia diuina. Absque multa tamen digressione pro literæ expositione aduerte, qui philosopharis, quòd illa propositio, de qua est tanta quæstio, scilicet unius naturæ, unus est modus generationis, probatur in litera hac cupliciter, scilicet ex parte termini, quia generatio recipit speciem a termino, & hęc probatio assumitur arguendo, & ex parte agentis; quia natura sicut est determinata ad unum effectum, ita est determinata ad unum modum producendi effectum illum. Et probatio quidem ex parte termini ex unitate termini unitatem generationis inferens, satis debilis uidetur; quoniam uidemus igne generari diuersis generationibus, scilicet ab igne & non ab igne, sed a sole; & mures uidemus genitos per semen, & sine semine. Et quòd hæc omnia sint eiusdem speciei, ex hoc patet, quod hęc tam genita quàm aliter producta generant sibi similia in specie; eiusdem ergo speciei est productus mus per propagationem cum mure patre suo, qui sine propagatione productus est. una ergo naturæ pluribus potest generationibus acquiri. In motibus quoque idem apparet. nam idem secundum speciem ubi, in circumferentia signatum, potest diuersis secundum speciem motibus acquiri: puta per motum super chordam & per motum super arcum semicirculi: & similiter in naturalibus idem locus potest acquiri per uolatum & per ambulationem. Propter quæ forte Auctor non propter illam probationem, sed propter probationem secundam, quam respondendo apposuit, accepta-uit illam rationem, dicens, cum reddi-tione causæ, eo q̃ natura, &c. Secunda

* Vt patet ex Aug lib. de hæresib. cap. 8. & 10. tom. 6.

sed Christus non solum dicitur habere matrem, sed etiam patrem: dicitur enim Luc. 2. Erant pater eius & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo, & infra eadem mater dicit, Ecce enim pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. ergo Christus non est conceptus ex uirgine matre.

¶ 2 Præt. Matthę. 1. probatur, quòd Christus fuerit filius Abrahæ & Dauid, per hoc, quod Ioseph ex Dauid descendit: quæ quidem probatio nulla esset, si Ioseph pater Christi non fuisset. ergo uidetur, quod mater Christi eum ex semine Ioseph concepit, & ita non uidetur fuisse uirgo in concipiendo.

¶ 3 Præt. Gal. 4. dicitur, Misit Deus filium suũ factum ex muliere: mulier autem consueto modo loquendi dicitur, quæ est uiro cognita. ergo Christus non fuit conceptus ex Virgine matre.

¶ 4 Præt. Eorum, quæ sunt eiusdem speciei, est idem modus generationis, quia generatio recipit speciem a termino, sicut & ceteri motus: sed Christus est eiusdem speciei cum alijs hominibus, secundum illud Philip. 2. In similitudinem hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. Cùm ergo alij homines generẽtur ex commistione maris & femine, uidetur quòd etiam Christus simili modo fuerit generatus: & ita non uidetur fuisse conceptus ex Virgine matre.

¶ 5 Præt. Quelibet forma naturalis habet materiam sibi determinatam, extra quam esse nõ potest: mareriam autem formæ humanę uidetur esse semen maris & fœminæ. si ergo corpus Christi non fuerit conceptum ex semine maris & feminæ, non uere fuit corpus humanum, quod est inconueniens. uidetur igitur nõ fuisse conceptus ex Virgine matre.

Sed contra est, quòd dicitur Isa. 7. Ecce, uirgo concipiet.

Respon. Dicendum, quòd simpliciter confitendum est matrem Christi Virginem cõcepisse: cõtrarium enim pertinet ad hæresim Hebionitarũ * & Cherinthi: qui Christum purum hominem arbitrabant, & de utroque sexu eum natũ putauerunt. Quòd enim Christus sit conceptus ex Virgine, conueniens est propter quatuor. Primo propter mittentis Patris dignitatem conseruandam: cum enim Christus sit uerus & naturalis Dei filius, non fuit conueniens, quod alium patrem haberet, quam Deum, ne dignitas Dei Patris transferatur ad alium. Secundò, hoc fuit conueniens proprietati ipsius Filii, qui mittitur, qui quidem est uerbum Dei. Verbum autem absque omni corruptione cordis concipitur, quinimmo cordis corruptio, perfecti uerbi conceptionem non patitur. quia ergo caro sic fuit a uerbo Dei assumpta, ut esset caro uerbi Dei, conueniens fuit, quod etiam ipsa sine corruptione matris conciperetur. Tertiò hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Christi, in qua locum peccatum habere nõ debuit, per quam peccatum mundi tollebatur, secundum illud Ioan. primo: Ecce agnus Dei, scilicet innocens, qui tollit peccatum mundi: non poterat autem esse, quod in natura iam corrupta ex concubitu, caro nasceretur sine infectione originalis peccati. Vnde Augustinus dicit in libro * de Nuptiis & concupiscentia, solus nuptialis concubitus ibi non fuit, scilicet in matrimonio Mariæ, & Ioseph: quia in carne peccati fieri non poterat sine ulla carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato, sine qua concipi uoluit, qui futurus erat sine peccato. Quartò, propter ipsum finem incarnationis Christi, quę ad hoc fuit, ut homines renascerentur in filios Dei, non ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo, id est Dei uirtute: cuius rei exemplar apparere debuit in ipsa conceptione Christi. Vnde Augustinus. * dicit in libro de sancta Virginitate. Oportebat caput nostrum insigni miraculo secundum corpus nasci de uirgine, ut significaret membra sua de uirgine ecclesia, secundum spiritum nascitura.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Beda * dicit super Lucam, pater Saluatoris appellatur Ioseph, non quod uere iuxta photinianos pater fuerit ei, sed quod ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus, Vnde, & Lucæ tertio dicitur. Vt putabatur filius Ioseph. uel sicut Augustinus * dicit in libro de Bono coniugali, Eo modo pater Christi dicitur Ioseph, quo, & uir Mariæ intelligitur, sine commistione carnis,

cla igitur probatio in se quidem uera est: nam quodlibet naturale agens ficut ad unum terminum, ita quòd non ad oppositos nec diſparatos, eſt determinatum ex unitate ſuæ naturæ, ita etiam ad vnum modum determinatur. In cuius ſignum, ſemen plantæ non generat plantam, ſi inſeratur, & oculus plantę non generat plantam, ſi ſeminatur: neutrum enim videmus exercitari. Sed quantum hæc probatio in ſe uera, ſit efficax ad probandum illam concluſionem, non apparet, niſi prę-ſupposita unitate naturalis agentis ad unum effectum.

Et quoniam in animalibus perfectis (quale eſt homo, leo, bos, & huiuſmodi) ſupponitur unitas agentis naturalis, ideo ratio pro efficaci admittitur. Si quis autem negaret cum Auicen. ſuppoſitionem illam, in campum magnum diſputandi oportet ingrediatur, ad quem nunc egrediendi nō eſt tempus quando de Beatiſſimę matris Dei uirginitate tractatur: ſat fuerit noſſe Auctoris intentionem & literæ diſcuſſionem.

¶ In reſponſione ad quintum aduerte, quòd propoſitio illa, quamuis uirtus naturalis non poſſit tranſmutare ad certam formam, niſi determinatam materiam, ſi uniuerſaliter, ut iacet, intelligatur, uel aduerſatiue permiſſa intelligitur, quaſi diceret, quicquid ſit de tranſmutatione per uirtutem naturalem, diuina tamen uirtus, &c. & hoc ſufficit literę, uel affirmatiue de unica tranſmutatione ſumitur: nullum enim agens naturale, etiam uniuerſale, ut cęlum poteſt unica tranſmutatione ad certam formam tranſmutare, niſi determinatam materiam: quoniam actus actiuorum fieri oportet in patiēte diſpoſito. Et hoc ipſa copulatione coniugii: multo uidelicet coniunctius, quam ſi eſſet aliunde adoptatus. Neq; enim propterea non erat appellandus Ioſeph pater Chriſti, ga non eum generat concumbendo: quando quidem pater eſſet etiam ei, quem non ex ſua coniuge, creatū, aliūde adoptaſſet.

Ad II. dicendum, quod ſicut Hiero. dicit * ſuper Matthæ. cum Ioſeph non ſit pater domini ſaluatoris, ordo generationis eius uſque ad Ioſeph deducitur. Primò quidem, quia non eſt cō ſuetudinis ſcripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuit Ioſeph, & Maria, unde & lege eā accipere cogebatur ut propinquam. Et ut Auguſt.* dicit in li. de Nuptiis & concupiſcentia, fuit generationum ſeries uſque ad Ioſeph perducenda, ne in illo coniugio uirili ſexui utique potiori, fieret iniuria, cum ueritati nihil deperiret: quia ex ſemine Dauid & Ioſeph erat & Maria.

Ad III. dicendum, quod ſicut Gloſſ.* dicit ibidem, mulierem pro ſemina poſuit, more locutionis Hebræorum, uſus enim Hebræę locutionis mulieres dicit, non uirginitate corruptas, ſed feminas.

Ad IIII. dicendum, quod ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in eſſe per uiam naturæ: eo quod natura ſicut eſt determinata ad unum effectū, ita etiam eſt determinata ad unum modum producendi illū; ſed uirtus ſupernaturalis diuina cum ſit infinita, ſicut non eſt determinata ad unum effectum, ita non eſt determinata ad modum producendi quemcunque effectum. Et ideo, ſicut uirtute diuina fieri potuit, ut primus homo de limo terrę formaretur, ita ēt fieri potuit, ut diuina uirtute corpus Chriſti formaretur de Virgine abſque uirili ſemine.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ ſecundum Philoſophum * in lib. de generatione animalium, ſemen maris non eſt ſicut materia in conceptione animalis, ſed ſolum ſicut agens: ſola autem femina materiam ſubminiſtrat conceptui. Vnde per hoc, quod ſemen maris defuit in conceptione corporis Chriſti, non ſequitur, quod defuerit ei debita materia. Si tamen ſemen maris eſſet materia fœtus concepti in animalibus, manifeſtum tamen eſt, q̄d non eſt materia p̄manēs in eadē forma, ſed materia trāſmutata. Et quamuis uirtus naturalis non poſſit tranſmutare ad certam formam, niſi determinatam materiam, uirtus tamen diuina quę eſt infinita, poteſt tranſmutare omnem materiam in quamcumque formam. Vnde ſicut trāſmutauit limum terrę in corpus Adæ, ita in corpus Chriſti tranſmutare potuit materiam a matre miniſtratam, etiam, ſi non eſſet ſufficiens materia ad naturalem conceptum.

Articvlvs II.

Vtrum mater Dei fuerit uirgo in partu.

Ad SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quod mater Chriſti non fuerit uirgo in partu. Dicit enim Ambroſius * ſuper Lucam, Qui uuluam ſanctificauit alienam ut naſceretur propheta, hic eſt qui aperuit matris ſuæ uuluam, ut immaculatus exiret: ſed apertio uulę uirginitatem excludit: ergo mater Chriſti nō fuit uirgo in partu.

¶ 2 Præterea. Nihil in myſterio Chriſti eſſe debuit, per quod corpus eius phantaſticum appareret: ſed hoc non uidetur uero corpori, ſed phantaſtico conuenire, ut poſſit per clauſa tranſire, eo quod duo corpora ſimul eſſe non poſſunt. non igitur debuit ex matris utero clauſo corpus Chriſti prodire: & ita non decuit, quod eſſet uirgo in partu.

¶ 3 Præterea. Sicut Grego. * dicit in homil. octauarum Paſchę, per hoc quod ianuis clauſis ad diſcipulos poſt reſurrectionem intrauit dominus, oſtendit corpus ſuum eſſe eiuſdem naturæ & alterius gloriæ. Et ſic per clauſa tranſire, uidetur ad gloriam corporis pertinere: ſed corpus Chriſti in ſua conceptione non fuit glorioſum: ſed paſſibile, habens ſimilitudinē carnis peccati, ut Apoſtolus dicit Romanorum octauo. non ergo exiuit per Virginis uterum clauſum.

Sed CONTRA eſt, quod in quodam ſermone Epheſini concilii dicitur, Natura poſt partum neſcit ulterius uirginem: gratia uero & parientem oſtendit, & matrem fecit, & uirginitati non nocuit. fuit ergo mater Chriſti uirgo in partu.

RESPON. Dicendum, quod abſque omni dubio aſſerendum eſt matrem Chriſti etiam in partu uirginem fuiſſe. Nam Propheta etiam ſatisfacit literæ: quia unica tranſmutatione, utpote in inſtanti Spiritus ſanctus ſanguinem beatæ Virginis tranſmutauit in corpus Chriſti. Et conſonat philoſophiæ tradenti quòd illud proprie dicitur agens poſſe, ut proprium effectum, & ut in propriam materiam, q̄d unica tranſmutatione poteſt educere de potentia in actū, ut patet. 9. Metaph. Si uero affirmatiue quoque, ſed ſecundum ſubiectam materiam, puta in materia animatorum intelligitur, conſtat eui denter ueram eſſe: ſed argumento uniuerſali non ſatisfacit particularis reſponſio: quamuis ſatisfaciat materiæ particulari, de qua eſt quæſtio. Et ideo hæc reſponſio indigna Auctore uidetur.

Op. 5, c. 232.

li. 2. in Luc. in c. cuiusci. eſt, de circūciſ. ſaluatoris in fi. to. 5.

¶ *Super quæſtionis 28. articulum ſecundum.*

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quæſito: Beata virgo fuit uirgo in partu. Probatur auctoritate Iſaiæ. Secundo, triplicem rationem conuenientiæ aſſignat, quę clare parent in litera. Nouitij tamen percipiant pro prima ratione, quod conceptio, uerbi in corde, & proceſſio uerbi ex corde, non ſunt duo progreſſus: ſed ad exprimendas diuerſas conditiones habitudinis uerbi ad intellectum, diuerſæ adhibentur rationes: uerbum enim cordis, hoc eſt conceptus quem format intellectus cum rem aliquam intelligit, & manet intus in intellectu, dū res actu intelligitur & diſtinguitur ab intellectu a quo emanat. Dum enim ego intelligo me ad imaginem Dei eſſe, formo ſimulacrum de meipſo ad imaginem Dei: & ſimiliter cum intelligo me peccatorem, formo ſimulacrum de meipſo peccatore: & ſic de alijs. Illud autem ſimulacrū

Eſt ho. 26. in euang. pau-lo a prin.

quòd conceptus, quòd uerbum appellatur, non extra mentem meam, sed in mente mea manet. Et similitudinariè dicitur concipi in corde & nasci ex corde: quia proles, dum in utero concipitur in utero manet: & dum ex utero nascitur, a matre distinguitur perfectè. Simili siquidem modo, quia uerbum cordis in corde prolatum manet, concipi dicitur: & quia a corde prolatum perfectè distinguitur accidentis sublata natura, ideo nasci dicitur ex corde.

Vbi uidere potes, quòd conceptio natiuitasque uerbi in, & ex corde, unus processus est, diuersis nominibus diuersa ratione appellatus, & quòd nec in conceptu nec in ortu suo mentem, in qua, & ex qua procedit, corrumpit, ut in synodo allata in litera dicitur.

In ser. 6. a med. to. 10.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd Auctor dotis nomine appellat & ipsam rem, quæ dos dicitur, & modum eiusdem, hoc est rem tempo̅, puta per modum immanentis, ut ipsemet inferius manifestabit quæstione quadragesimatertia, articu. 2. Et cum ex duplici capite potuisset reprehendi positio Hugonis de sancto Victo. scilicet ex hoc, quòd non spectat ad subtilitatis dotem, duo corpora esse simul in eodem loco: unde nec corpora gloriosa ex sua proprietate poterunt simul esse in eodem loco, & ex hoc, quòd in corpore animali non inuenitur dos, quia non inuenitur animæ gloriosæ redundantia simpliciter ad corpus; quamuis ut inferius in allegato loco dicitur, inueniri possit miraculose redundantia secundum quid, maluit tamen Auctor ex ipsa dotis ratione hic procedere, quàm in illam disputationem aliam introire.

li. 1. in Luc. ca. 8. secundum eius ordinem to. 2.

* In hym. q̃ canitur in uesperis natalis domini.

non solum dicit, Ecce virgo concipiet sed etiam addit, Et pariet filium. Et hoc quidem conueniens fuit propter tria. Primo quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Nam uerbum non solum in corde absq; corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde vt ostenderetur, quòd illud esset corpus ipsius uerbi Dei, conueniens fuit vt de incorrupto uirginis utero nasceretur. Vnde in sermone quodam Ephesini concilij legitur, Quæ parit carnem puram, a virginitate cessat: sed quia natum est carne uerbum, Deus custodit uirginitatem, seipsum ostendens per hoc uerbum. Ne que enim nostrum uerbum cũ paritur, corrumpit mentem: ne que Deus uerbum, substantialem partem eligens, peremit uirginitatem. Secundo, hoc est conueniens quantum ad effectum incarnationis Christi. Nã ad hoc uenit, ut nostram corruptionem tolleret. unde non fuit conueniens, ut uirginitatem matris, nascendo corrumperet.

Vnde Augustin. † dicit in quodam sermo. de natiuitate domini, Fas non erat, ut per eius aduentum uiolaretur integritas, qui uenerat sanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem nascẽdo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Ambros. dicit hoc, exponens illud, quod Euangelista de lege induxit, Omne masculinũ adaperiens uoluam, sanctum domino uocabitur: quod quidem, ut * Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur, non quòd dominus sacri uentris hospitiũ, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit. Vnde illa adapertio nõ significat reserationem cõmunẽ claustri pudoris uirginei: sed solum exitum prolis de utero matris.

Ad secvndvm dicendum, q̃ ita Christus uoluit ueritatem sui corporis demonstrare, q̃ etiam eius diuinitas declararetur. & iõ pmiscuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius uerum ostenderetur, nascitur ex femina: sed ut ostenderetur eius deitas, processit ex uirgine: talis enim partus decet Deum, ut Ambrosius dicit in hymno * Natiuitatis.

Ad tertivm dicendũ, q̃ quidam dixerũt Christum in sua natiuitate dotem subtilitatis assumpsisse, sicut quando ambulauit siccis pedibus super mare, dicunt eum assumpsisse dotem agilitatis; sed hoc non conuenit his, quæ * supra determinata sunt: huiusmodi enim dotes corporis glorioſi proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, ut infra * dicetur, cum tractabitur de corporibus glorioſis. Dictum est autem * supra, quod Christus ante passionem permittebat carni suæ agere, & pati quæ propria, nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicendum est, quod omnia ista facta sunt miraculose per virtutem diuinam. Vnde Augustinus † dicit super Ioann. Moli corporis ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit. Et Dionysius * dicit in quadam epistola, quod Christus super hominem operabatur ea, quę sunt hominis, & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

Nota.

Trans. medio.

in epist. ad Caium.

Articvlvs III.

Vtrum mater Dei permanserit uirgo post partum.

¶ *Super quæ stionis 28. articulum tertium.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio contra errorem Eluidij, quatuor rationibus firmata, Omnia clara sunt.

Opusc. 4.

¶ In responsione ad tertium, nota pro sensu literali responsionem Hieronymi quia ueriſſima est & ad literam, & fulta auctoritatibus Scripturæ, & allata in litera, & alibi, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, quod post suppositos inimicos desinet sedere a dextris, sed quia posset dubitari an interim, quod ponantur suppedanei inimici, sedeat hoc est regnet quiete a dextris Dei, ideo ad tollendam dubitationem dictum est, Sede a dextris meis, donec ponam, &c. ut per hoc sapiens quisque intelligeret, quod tanto magis post sedebit a dextris Dei.

¶ In responsione ad sextum, uide quod etiam diuersus in euangelio situs descriptus matris Iesu, & Marię Iacobi, distinguit illas, nam ista a longe, illa iuxta crucem describitur.

¶ 1 Videtur, quòd mater Christi non permanserit uirgo post partum. Dicitur enim Matthæ. 1. Antequam conuenirent Ioseph & Maria, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto, non autem euangelista diceret, antequã conuenirent, nisi de conuenturis, quia nemo dicit de non prãsuro, antequam pranderet. ergo uidetur quod beata uirgo quandoque conuenerit carnali copula cum Ioseph. & ita non permansit uirgo post partum.

¶ 2 Præt. Ibidem subditur ex uerbis angeli loquentis ad Ioseph; Ne timeas accipere Mariam coniugẽ tuam. Coniugium autem consummatur per carnalem copulam. ergo uidetur quod quandoque carnalis copula iteruenerit inter Mariam & Ioseph; & ita uidet quod non permanserit uirgo post partum.

¶ 3 Præte. Ibidem post pauca subditur: Et accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum. Hoc autem aduerbium, donec, consueuit determinatum tẽpus signare, quo impleto fiat id, quod usque ad illud tempus non fiebat. Verbum autem cognoscẽdi ibi ad coitum refertur, sicut & Genes. quarto dicitur, quod Adam cognouit uxorem suam. ergo uidetur, quod post partũ beata virgo fuerit carnaliter a Ioseph cognita. ergo uidetur quod non permanserit uirgo post partum.

¶ 4 Præter.

¶ 4 Prete. Primo genitus non potest dici, nisi q habeat fratres subsequentes: vnde & Rom. 8. dr, Quos presciuit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: sed euangelista nominat Christum primogenitum matris eius. ergo habuit alios filios post Christū, & ita uidetur quod mater Christi non manserit uirgo post partum.

¶ 5 Pre. Ioan. 2. dr, Post hęc descendit Capharnaum ipse, s. Christus, & mater eius & fratres eius: sed fratres dicuntur, qui ex eodem parente geniti sunt. ergo uidetur quod beata Virgo habuerit alios filios post Christum.

¶ 6 Pret. Matth. 27. dicitur, Erant ibi. s. iuxta crucem Christi, mulieres multæ a longe, quę secutæ erant Iesum a Galilęa, ministrantes ei, inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Videtur autē hæc Maria, quæ hic dr Iacobi, & Ioseph mater, esse etiā mater Christi: dicitur enim Ioan. 19. quod stabat iuxta crucem Iesu, Maria mater eius. ergo uidetur quod mater Christi non permanserit virgo post partum.

Sed contra est, quod dr Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non transibit per eam, quoniam dominus Deus israel ingressus est per eam, quod exponens Aug. in quodam sermone* dicit, Quid est porta ī domo domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta. Et quid est, homo non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognoscet eam. Et quid est, Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quòd Spiritussanctus imprægnabit eā, & angelorum dominus nascetur per eam: Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quod Maria uirgo est ante partum, & uirgo in partu, & uirgo post partum.

in ser. de Natiu. domini qui est 18. de temp. non long a præcedo.

Respon. Dicendum, quod absque omni dubio detestandus est error Eluidii, qui dicere presumpsit matrem Christi post partum a Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse. Hoc enim primo derogat Christi perfectioni, qui sicut secundum diuinam naturam unigenitus est patris, tanquam pfectus per omnia filius eius, ita decuit ut esset unigenitus matris tamquam perfectissimum germen eius. Secundò hic error iniuriam facit Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit uterus uirginalis, in quo carnem Christi formauit, unde non decebat, quod de cetero uiolaretur p cōmistionem uirilem. Tertiò derogat dignitati & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima uideretur, si tanto filio contenta non esset, & si uirginitatem, quę in ea miraculose conseruata fuerat, sponte perdere uellet per carnis concubitum. Quartò etiam ipsi Iosephesset ad maximam præsumptionem imputandum, si eam quam reuelante angelo de Spiritusancto Deum concepisse cognouerat, polluere attentaret. Et ideo simpliciter est asserendum, quod mater Dei sicut uirgo concepit, & uirgo peperit, ita etiam, & uirgo post partum in sempiternum permansit.

Ad primvm ergo dicendum, quod sicut Hieron.* dicit in lib. contra Eluidium intelligēdum est quod hæc ppositio Ante, licet sæpe consequentia in dicet, tamen nnnnumquam ea tantum quę prius cogitabantur, ostendit; nec necesse est ut cogitata fiāt, cum ideo aliud interuenerit, ne ea quę cogitata sunt fierent. Sicut si aliquis dicat, antequam in portu prāderem nauigaui, non intelligitur, quod in portu prandeat postquam nauigauerit, sed quia cogitabatur in portu pransurus: Et similiter Euangelista dicit, Antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritussancto, non quia postea conuenerint: sed quia dum uiderentur conuenturi, præuenit conceptio per Spiritumsanctum, ex quo factum est, ut ulterius non conuenirent.

tit. huius li. est de perpetua uir. Mariæ nō pcul a pri. in 2.

Ad secvndvm dicendum, quod sicut Augustinus dicit in lib. de Nupt.* & concupiscentia, Coniux Ioseph, uocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concupitum non cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Ambro.† dicit super Lucam, non uirginitatis ereptio, sed coniugij testificatio & nuptiarum celebratio declaratur.

cap. 11. non longe a pri. tom. 7.

lib. 2. in Luca: 1. a med. tom. 5.

Ad tertivm dicendum, quòd quidam dixerunt, hoc non esse intelligendum de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrysost.* quod non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquam peperit, tunc cognouit eam: quia per ipsius prolem spatiosior* & dignior facta fuerat quàm totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo uteri sui sola susceipit. Quidam uero hoc referunt ad notitiam uisus: sicut enim Moysi cum Deo colloquentis glorificata est facies, ut non possent intendere in eum filij Israel: sic Maria claritate uirtutis altissimi obumbrata, cognosci non poterat a Ioseph, donec pareret: post partum autem a Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hiero.* aūt concedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit quòd usque uel donec, in Scripturis dupliciter potest intelligi. Quandoque enim designat certum tempus, secundum illud Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec ueniret semen, cui promisserat: quandoque uero signat infinitum tempus, secundum illud Psal. 113. Oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. ex quo non est intelligendum; quòd post impetratam misericordiam, oculi auertantur a Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cetera uero nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrem Dei, non esse cognitam a uiro usque ad partum, ut multo magis intelligamus cognitam non fuisse post partum.

homi. 1. in Mat. in ope. imper. super illud. Et non cognouit eam, donec. com. 2. alias specio sior.

In fi. comm. ad 1. c. Mat. tom. 9.

Ad qvartvm dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum est, ut primogenitum uocent non solum eum, quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus, nisi quem sequuntur fratres, tamdiu* secundum legem primogenita non debentur, quamdiu & alia fuerint procreata, quod patet esse falsum, cum infra unum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

Alias fm legem sacerdotibus, &c.

Ad qvintvm dicendum, quòd quidam, sicut Hieronymus* dicit super Matthę. fratres domini de alia uxore, Ioseph filios suspicantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, sororis Marię matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati: sed secundum cognationem quasi consanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hieronym.* dicit contra Eluidium, magis credendus est uirgo permansisse: quia aliam uxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum uirum non cadit.

circa fin. cō men. ad 12. c. Mat. to. 9.

habetur c. 1. in Mat. sup illud, Cum esset desponsata to. 9. Et etiā contra Eluidiū ante fin. lib. tom. 3.

Ad sextvm dicendum, cp Maria, quę dicitur Iacobi & Ioseph mater, non intelligitur esse mater Do-

mini, quæ in Euangelio non consueuit nominari, nisi cum cognominatione huius dignitatis, quod sit mater Iesu. Hæc autem Maria esse intelligitur uxor Alphæi, cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater domini.

¶ *Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum quartum.*

TItulus clarus ẽ. Et ratio dubij est: quia nihil legitur de uoto beatæ Virginis, & ipsa eius desponsatio contrariari uidetur uoto virginitatis.

4.dist. 30.q. 2.art. 1.q.1. & 3.Et Mar. 1.

¶ In corpore duo fiunt. primo, tractatur de ipsius uoto, secundo, de tempore uoti. Quo ad primum, unica est conclusio: Conueniens fuit beatæ Virginis virginitatẽ esse Deo consecratam uoto. probatur: quia laudabilior est uirginitas uoto dicata, sicut reliqua perfectionis opera. Quo ad secundum, distinguuntur duo tempora ante annuntiationem, primum ante despõsationem: secundum inter desponsationem & annuntiationem: & secundum singula tempora singillatim respondetur. Iuxta primum conclusio est; Beata uirgo ante desponsationem non simpliciter, sed sub conditione uirginitatem uouit. Probatur; quia tunc uirginitas erat prohibita a lege, & desiderata a persona beatæ Virginis; & quia prohibita non simpliciter uouit, quia desiderata uouit sub conditione si Deo placeret, ut in responsione ad primum explicatur.

*q.27.art.4.

*cap.4.circa prin.to.6.

¶ Iuxta secundum conclusio est. Beata uirgo uotum uirginitatis cum uiro suo simul emisit simpliciter.

* 2.2. q.88. arti.6.

¶ Vbi scito quod conclusio non aliter in litera probatur: sed ex iam dictis consequens relinquitur; ex eo enim quod ante desponsationem nõ uouit simpliciter, quia prohibitũ erat, & uirginitatem qñq; uouit simpliciter, q̃ laudabilior virginitas est matri Dei tribuẽda, & ante annũ-

art.1.huius quæst.

D. 1170.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mater Dei virginitatem vouerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd mater Dei uirginitatem non uouerit. Dicitur enim Deutero. 7. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Sterilitas autem sequitur uirginitatem. ergo seruatio uirginitatis erat contra præceptum ueteris legis: sed adhuc lex uetus habebat statum antequam Christus nasceretur. ergo non potuit licite beata Virgo uouere uirginitatem pro tempore illo. G

¶ 2 Præter. Apostolus. 1. ad Corint. 7. dicit, De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do: sed perfectio consilij a Christo debuit inchoari, qui est finis legis, ut Apostolus dicit Roma. 10. Non ergo conueniens fuit, quòd beata Virgo uotum uirginitatis emitteret. H

¶ 3 Præter. Apostolus dicit 1. ad Timothe. 5. quod uouentibus castitatem, non solum nubere, sed etiam uelle nubere, damnabile est: sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit, ut supra habitum est.* Cũ ergo desponsata fuerit (ut habetur Luc.1.) uidetur quod ipsa uirginitatis uotum non emiserit. I

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit* in libro de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? quod profecto non diceret, nisi prius se uirginem Deo uouisset. K

RESPON. Dicendum, quod sicut in secunda parte habitum est,* perfectionis opera magis sũt laudabilia, si ex uoto celebrentur. uirginitas autẽ in matre Dei præcipue debuit pollere, vt ex supra † dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit, ut uirginitas eius ex uoto esset Deo consecrata. Verum, quia tempore legis oportebat generationi insistere tã mulieres quàm uiros (quia secũdum carnis originem, cultus Dei propagabatur antequam ex illo populo Christus nasceret) mater Dei non creditur antequam desponsaretur Ioseph, absolute uirginitatem uouisse, sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen uoluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum uero accepto sponso, secundum quod mores illius temporis exigebant, simul cum eo uotum virginitatis emisit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia uidebatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter uirginitatem uouit Dei genitrix, sed sub conditione, si Deo placeret. Postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolute uouit antequam ab Angelo annuntiaretur.

AD SECVNDVM Dicendũ, quòd sicut gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in matre, ita etiam obseruatio consiliorum, quæ per gratiam Dei fit, perfecte quidem incœpit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in uirgine matre eius.

AD TERTIVM Dicendum, q̃ verbum illud Apostoli est intelligendum de illis, quæ absolute castitatem uouent, quod quidem mater Dei non fecit antequam Ioseph desponsaretur, sed post desponsationem ex communi uoluntate simul cum sponso suo uotum uirginitatis emisit.

QVAESTIO XXIX.

De matris Dei desponsatione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de desponsatione matris Dei.

ET CIRCA hoc quęruntur duo.

¶ Primò, Vtrum Christus debuerit de desponsata nasci.

¶ Secundò, Vtrum fuerit uerum matrimonium inter Mariam matrem Domini, & Ioseph.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus nasci debuerit de virgine desponsata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christus nõ debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinationem uouit simpliciter, quia aliter non dixisset. Quomodo fiet istud, quoniã uirum nõ cognosco? nec actu nec potentia propter uotum (ut Aug. hinc accipit) & coniugata non potest uouere uirginitatem sine cõsensu uiri sui, nisi post Christũ dissoluendo matrimonium non consummatum, per religionis professionem, quod tunc locum non habuit; sequitur quod beata Virgo ante annuntiationem & cognouit Deo placere, quod uirginitatem uoueri simpliciter, & de consensu Ioseph uirginitatem uouerit. Valde autem rationi consentaneũ est, ut sanctus sponsus concedens sponsæ, quod manente cõiugio, uirginitatem uoueret, ipse quoque uirginitatem simul uoueat, pensata præsertim diuina prouidentia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat, ut Virgo uirginum, virginem quoque comitem, seruatorem que sui haberet, alioquin non fuisset plena gratia, cui hæc gratia in suo coniuge defuisset, quam ipsa maxime secundum rectam rationem desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quod cum Ioseph ante annuntiationem uirginitatem simpliciter uouit.

¶ *Super quæstionis 29. articulum primum.*

IN corpore unica est conclusio, ex tribus capitibus comprobata. Conclusio est. Conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci. Probatur primo ex parte Christi quadruplicitẽr: secundò, ex parte beatæ Virginis tripliciter: tertiò ex parte nostri, quintupliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum respice in litera ambo capita, quæ uidentur posse obstare uirginitati mentali,

4.dist.30.q.1.art.1.& 3.

* Epist. 3. ante medium illius 10.2.

* c.1.in Mar. sup. illud. Cum de desponsa. tom.4.

* Super Iud. Mat. 1. Cum de desponsa. com.4.

* lib. 2. Luc. 1. in prin. & mi dium 10.3.

tali, scilicet consensum in copulam coniugalem & consensum conditionatum, scilicet si Deo placeret, in copulam carnalem, non obstare in ueritate purissimæ mentali uirginitati beatæ Virginis. Et ratio quidem, quòd consensus in copulam coniugalem præsse non præiudicat mentali uirginitati, est: quia in copula coniugali non continetur copula carnalis, nisi in potentia: quia potentia autem est conditio diminuens (coniunctio enim in potentia non est coniunctio: sicut nec rex in potentia est rex) sequitur quòd consensus in copulam coniugalem, non sit consensus in copulam carnalem. Ratio verò, quare consensus sic conditionatus in copulam carnalem, non præiudicat mentali uirginitati, est: quia consensus iste tam formaliter, quàm materialiter est ad obediendum Deo, & copulam carnalem, non nisi pro materia remota & tali conditione ualitatem habet, ut oppositum non liceat habere in proposito.

¶ Ad cuius euidentiam scire oportet, quòd dupliciter intelligi potest illa cõditio, si Deo placuerit. primo, secundum communem loquendi usum, & sic sola negatione beneplacitum Dei expectatur, scilicet quòd Deus sinat illud fieri: & sic loquitur Apostolus Iacobus in sua Canonica, cap. 4. Vt dicatis, si dominus uoluerit. Et talis conditio, quia communissima est, habetur pro non adiecta, uirginitatemque mentalem aufert procul dubio a sic consentiente in copulam carnalem: & propterea non sic intelligitur in proposito beatę Virginis, si Deo placuerit. Secundo sumitur placere pro iubere, ac si dictũ esset, si Deus iusserit: tur: sed mater Domini nunquã A voluit carnali copula uiri uti; quia hoc derogaret uirginitati mentis ipsius. ergo non debuit esse desponsata.

¶ 2 Præt. Quòd Christus ex uirgine nasceretur, miraculum fuit. vnde Augustinus * dicit in Epistola ad Volusianum: Ipsa Dei virtus per inuiolata matris uirginea uiscera, mẽbra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non B erit singulare: sed miracula fiunt ad confirmationem fidei, unde debent esse manifesta. Cùm igitur per desponsationem hoc miraculum fuerit obumbratum, videtur non fuisse conueniens, quòd Christus de desponsata nasceretur.

¶ 3 Præt. Ignatius martyr, ut Hiero. * dicit super Matth. hãc causam assignauit desponsationis matris Dei, ut partus eius diabolo cælaretur, dum eum putat C non de Virgine, sed de uxore generatum. quæ quidem causa nulla esse uidetur: tum, quia diabolus ea, quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam, quia postmodum per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerũt. unde dicitur Mar. 1. quòd homo in spiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? uenisti ante tempus perdere nos: scio D quòd sis sanctus Dei. non ergo uidetur conueniens fuisse, quòd mater Dei esset desponsata.

¶ 4 Præt. Aliam rationem assignat Hiero. * ne lapidaretur mater Dei a iudæis, sicut adultera. Hæc autem ratio nulla esse uidetur: si enim nõ esset desponsata, non posset de adulterio cõdemnari: & ita non uidetur rationabile fuisse, quòd Christus de desponsata uirgine nasceretur.

Sed contra est, quod dicitur Matth. 1. Cùm esset desponE sata mater eius Maria Ioseph, & Luc. 1. Missus est Gabriel angelus ad Mariam uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph.

Respon. Dicendum, quòd conueniẽs fuit Christum de desponsata Virgine nasci: tum propter ipsum, tum propter matrẽ, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christũ, quadruplici rõne. Primò quidem, ne ab infidelibus tãquã illegitime natus abijceretur. Vñ Ambros.* dicit super Luc. Quid iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum uiderentur ex adulterio persecuti? Secundò, ut consueto modo, eius genealogia per uirum describeretur. vnde dicit Ambr. † sup Luc. Qui in sæculum venit, sęculi debuit more describi. uiri autẽ persona quæritur, qui in senatu & reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit Scripturarum, quæ semper uiri originem quærit. Tertiò ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum uehemẽtius nocumenta procurasset. Et ideo Ignatius dicit* ipsam fuisse desponsatam, ut partus eius diabolo cælaretur. Quartò, ut a Ioseph nutriretur: unde & pater eius dictus est, quasi nutriti⁹. Fuit etiam conueniens ex parte virginis. Primò quidem, quia per hoc redditur immunis a pœna, nescilicet lapidaretur a iudæis tamquàm adultera, ut Hierony. † dicit. Secundò, ut per hoc ab infamia liberaretur. unde dicit Ambro.* super Luc. quòd desponsata est, ne temeratæ uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ uideretur insigne præferre. Tertiò, ut ei a Ioseph ministerium exhiberetur, ut Hieronym. † dicit. Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens. Primò quidem, quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex uirgine natum. vnde Ambros.* dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & delere iniuriam, & uindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia ipsa uerba Virginis matris magis credibilia reddũtur, suam uirginitatem asserentis. unde Ambrosius † dicit super Luc. Fides Mariæ verbis magia assiscitur, & mendacii causa remouetur. videretur enim culpam obumbrare uoluisse mẽdacio innupta prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cùm coniugii præmium & gratia nuptiarum partus sit feminarum: quę quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertiò, ut tolleretur excusatio uirginibus, quæ propter suam incautelam non uitant infamiam. vnde Ambros.* dicit, Non decuit uirginibus sinistra opinione uiuentibus, uelamẽ excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque domini uideretur. Quartò, quia per hoc significatur uniuersa Ecclesia: & sic sumitur i pro posito. Rationabile siquidem est, ut quòd conceperat uirginitatis uotum diuina inspiratione ante desponsationem, non nisi diuino iussu conceperit quoque soluendum. Experta siquidem in tota uita anteriore tam familiarem Spiritus sancti curam ac solicitudinem de uita ac operibus eius, utpote quę numquã etiã uenialiter peccabat, certe sibi ipsi polliceri poterat perficiendam inspirationem de uirginitate contra legem Moysi, nisi Deus aliud inspirãdo uel nuntiando iuberet. Talis autem conditio subdens Propositi sui oppositum diuino præcepto, transfert consensum in oppositum sui propositi, ut patet exemplariter. Quicumque enim pater consentit in occisionem proprii filii, si Deus iusserit, non propterea consensit in mortem filii: & si sancti monialis Virgo consentit in nuptias, si Deus iusserit, non propterea consentit in nuptias. Sic autem beata virgo consensit conditionaliter in carnalem copulam, si Deo placuerit bene placito præcepti. Credendum quoque nihilominꝰ est, quòd etiam hic sic conditionatus consensus in carnalem copulam, non actu, sed habitu tantum fuerit in beata Virgine. Et ratio est: quia nullus actus superfluus fuit in ea: hic autem consensus in actu superfluus fuisset, utpote carens necessitate & pietate. Nam ad mentis suę rectitudinem sat erat habere hunc actum in habitu, hoc est in præparatione animi, & secundum animi præparationem intelligendum est, quicquid a sanctis doctoribus dicitur de beatæ Virginis consensu conditionato in copulam

* Epif. 3. ante medium illius to. 2.

* c. 1. in Matth. sup. illud, Cum esset desponsata, tom. 9.

* Super illud Matth. 1. Cum esset desponsata, tom. 9.

* lib. 2. in Luc. 1. inter prin. & medium to. 5.

† lib. 3. in Luc. non procul a prin. illius, to. 5.

* ut refert Hiero 1 cap. Matth. to. 9.

† sup illud Matth. 1. Cum esset desponsata, tom. 9.

* li. 2 in Luc. non procul a princ. lib. tom. 5.

† loco antea dicto, & contra Eluidiũ li. de perpetua uirginitate Mariæ, tom. 3.

* li. 2 in Luc. c. 1. ante medium, to. 5.

† li. 2 in Luc. c. 1. ante medium, to. 5.

* lib. 3. in Luc. nõ procul a princ. tom. 5.

carnalem commutãdo suam cautam diuino arbitrio. Preces enim pro uirginitatis perseuerantia actualiter fundebat: sed ad oppositũ præparatio sola animi conditionata (ut dictum est) erat absque actuali consensu, quantumcunque cõditionato. Et hæc sint etiam pro sequẽti articulo, ubi explicatur consensus ille sic conditionatus in copulam carnalem.

†ser. 12. ante mediũ, to. 6.

quę cùm uirgo sit, desponsata tamen est uni viro Christo. ut Augusť.† dicit in li. de sancta Virginitate. Potest etiam & quinta ratio esse, quòd mater domini fuit desponsata & uirgo: quia in persona ipsius & uirginitas & matrimonium honoratur, contra hęreticos alteri horum detrahentes.

F

Ad primvm ergo dicendum, quòd beata Virgo mater dei, ex familiari instinctu Spiritussancti credenda est desponsari uoluisse, confidens de diuino auxilio, quòd numquam ad carnalem copulam peruenireť: hoc tamen diuino commisit arbitrio, unde in nullo detrimentum passa est uirginitas.

*li. 2. in Luc. non procul a pria. li. 10. 5.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sicut Ambr.* dicit super Lucã, maluit dominus aliquos de suo ortu quã de matris pudore dubitare. Sciebat. n. teneram esse Virginis uerecundiam, & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis astruendam. Sciendum tamen, ꝙ miraculorum Dei quędam sunt, de quibus est fides, sicut miraculum uirginei partus, & resurrectiõis Domini, & etiam sacramẽti altaris, & ideo Dominus vóluit ista occultiora esse, ut fides eorũ magis meritoria esset: quędam uerò miracula sunt ad fidei comprobationem, & ista debent esse manifesta.

G

Ad tertivm dicendum, quòd sicut Augu. dicit* in 3. de Trinit. diabolus multa potest uirtute suę naturę, a quibus tamen prohibetur uirtute diuina. Et hoc modo potest dici, quòd uirtute naturę suæ diabolus cognoscere poterat matrem Dei non fuisse corruptam, sed uirginem: prohibebatur tamen a Deo cognoscere modum partus diuini. Quòd autem postmodum eum aliqualiter cognouit diabolus esse filium Dei, nõ obstat: quia iam tẽpus erat, ut Christus suam uirtutem contra diabolum ostenderet, & persecutionem ab eo concitatã pateretur: sed in infantia oportebat impediri malitiam diaboli, ne eum acrius persequeretur, quãdo Christus nec pati disposuerat, nec uirtutem suam ostendere: sed in omnibus aliis infantibus se similẽ exhibebat. Vnde Leo* Papa in sermone de Epiphania dicit, quòd Magi inuenerunt puerum Iesum quantitate paruum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Ambros.† tamen super Luc. uidetur hoc magis referre ad membra diaboli. Præmissa enim hac ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit, sed tamẽ magis fefellit principes sęculi: dęmonum enim malitia, facile etiam occultata deprehendit: at uerò qui sæcularibus uanitatibus occupantur, scire diuina non possunt.

H

I

K

*li. 3. ex c. 9. & 8. collig. to. 3. D. 446.

*In ser. 4. de Epiphania in medio incipit hic ser. Iustum & ratio nabile.

†li. 2. in Luc. c. 1. circa medium, to. 5.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ iudicio adulterarũ lapidabatur secundũ legẽ non solum illa, quæ iã erat desponsata uel nupta, sed ẽt illa quę in domo patris custodiebatur, ut & virgo quandoque nupturа. Vnde dicitur Deut. 22. Si non est in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam uiri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas ī Israel, ut fornicaretur in domo patris sui. Vel potest dici secundũ quosdã, quòd beata Virgo erat de stirpe Aarõ: unde erat cognata Elisabet, ut dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere sacerdotali, propter stuprũ occidebatur: legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & uiolauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Quidam referunt uerbum Hierony. ad lapidationem infamiæ.

D. 1135.

Articvlvs II.

Vtrum inter Mariam & Ioseph fuerit uerum matrimonium.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quòd inter Mariam & Ioseph nõ fuerit uerum matrimonium. Dicit. n. Hier.* contra Eluidium, ꝙ Ioseph Mariæ custos fuit potius, quàm maritus eius: sed si fuisset uerum matrimonium, uerè Ioseph maritus eius fuisset: ergo uidet quòd non fuerit uerũ matrimoniũ ĩter Mariã & Ioseph.

¶ 2 Præt. Super illud Matth. 1. Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ, dicit Hierony. † Cùm uirum audieris, suspitio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi uiri, & sponsæ uxores uocantur: sed uerum matrimoniũ non efficitur ex sponsalib⁹, sed ex nuptiis: ergo non fuit matrimonium inter beatam Virginẽ & Ioseph.

¶ 3 Præt. Matth. 1. dicit, Ioseph uir eius cùm esset iustus & nollet eam traducere, s. in domum suam ad cohabitationẽ assiduã, uoluit eã occulte dimittere, i. tẽpus nuptiarum mutare, ut Remigius exponit: ergo uidetur, quòd nondum nuptiis celebratis, nondum esset uerum matrimonium: præsertim cùm post matrimonium contractum non liceat alicui sponsam dimittere.

Sed contra est, quòd Augusť.* dicit in li. de Consensu euangelistarum, Non est fas, ut Ioseph ob hoc a cõiugio Mariæ separandum Euangelista putaret, quòd non ex eius concubitu, sed Virgo peperit Christũ. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere uocarique coniugium, nõ permisto corporis sexu.

Respondeo. Dicẽdum, quòd matrimonium siue coniugium dicitur uerum ex hoc, quòd suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur: secunda uero perfectio, consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. Forma autem

¶ *Super quæstionis expositionem Articulum secundũ.*

In corpore duo fiunt. Primò declaratur in communi, unde & quotupliciter matrimonium dicatur uerũ: secundò, respondetur in particulari de hoc coniugio: Quò ad primum, dicitur coniugium uerum ex sua perfectione: & quia perfectio est duplex prima & secunda, ideo dupliciter dicitur coniugium uerum uel secundum primam, uel iuxta secundam perfectionem. Et declaratur in litera. qd sit prima perfectio coniugii, scilicet forma, & quæ sit forma eius: & quid sit secunda: & ponitur duplex, generatio, & educatio. Et media ad hæc ponitur clare. Quò ad secundum, respondetur quæsito tribus conclusionibus, uel unica trimembri. Coniugium inter matrem Dei, & Ioseph fuit uerum quò ad primam perfectionem, & quò ad secundam perfectionem, si referatur ad educationem, non autem si referatur ad generationem. Prima pars probatur ratione, quia uterque consensit in copulam coniugalem. quod probatur auctoritate angeli in euangelio expositа ab Augustino: Quò ad tertium affertur auctoritas Ambrosii: quò ad secundã, & omnes simul denique affertur auctoritas Aug.

¶ In responsione ad tertium aduertendum est, quòd ex euangelio bene perspecto habetur, ꝙ nondum erat nuptiarum solennitas celebrata, cùm Beata Virgo inuenta est habens in utero, quoniam ibi habetur, quòd beata Virgo non solum non erat cognita a uiro, sed etiam quòd non

erat

†In 1. ca. Mat. to. 1.

*li. 2. c. 1. in te medium to. 4.

er at adhuc accepta a Ioseph coniuge suo. Ex eo enim ꝙ affirmatur coniux, & negatur non solum cognita, sed accepta, & post monitionem angeli affirmatur accepta, & perseuerat incognita, consequens est, quòd acceptio huiusmodi fuerit accepto solemnitatis nuptialis, qua scilicet coniuges efficiuntur simpliciter & absolute domestici consortes. Et de hoc nulla est habenda quæstio: sed an prius quàm ista acceptio fieret, beata Virgo fuerit retenta, secundum quid in domo Ioseph, dubium est. Sicut sub dubio quoque relinquitur, de qua traductione Euangelista loquitur, an de traductione simpliciter ad domesticum consortium, quæ cum solemnitate nuptiarum fieri solet, an de traductione in infamiam iudicii. Euangelista enim duo dicit, & quòd nolebat eam traducere, & quòd uoluit occulte dimittere eam. Constat autem, ꝙ cogitatum remedium dimittendi illam occulte, utrique traductioni obuiabat: & quòd negatio utriusque traductionis ex iusta hominis mente procedere potest: quia tamen ad iustitiam uiri spectat magis non communicare alieno crimini, & angelus ad Ioseph loquens, extimore accipiendi Mariam suam coniugē, Ioseph motum mōstrat, & iubet illam accipere, quia de Spiritusancto concepit, aperte apparet quòd Ioseph timuit communicare adulterii peccato: & ideo uoluit occulte dimittere eam. Et quia didicit ab angelo, quòd non ex adulterio, sed ex Spiritusancto cōcepit, accepit eam, ut Euangelista subdit. Et hæc licet sint certa, sub dubio tamen relinquitur, an cum hac uoluntate occulte dimittendi eam, cogitasset explicite, ac deliberasset nolle illam in infamiam traducere, ita quòd de hac deliberatione loquatur Euangelista dicens, Nollet eam traducere.

matrimonii consistit in quadā indiuisibili coniunctione animorum, per quam unus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis autem matrimonii est, proles generanda & educanda. Ad quorum primum peruenitur per cōcubitū coniugālem, ad ꝙm pertinent alia opera uiri & uxoris, quibus sibi inuicem obsequūtur ad prolem nutriendā. Sic igitur dicēdum est, quòd quantum ad primam perfectionem, omnino uerum fuit matrimonium uirginis Dei & Ioseph: quia uterque consensit in copulam coniugalem: nō autem expresse in copulam carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde & angelus uocat Mariam coniugem Ioseph, dicens ad Ioseph, Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugē tuam: quod exponens Aug.* in lib. de nuptiis & concupiscentia dicit: Coniux uocatur ex prima desponsationis fide, quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quantum uerò ad secundam perfectionem, quę est per actū matrimonii, si hoc referatur ad carnalem concubitum, per quē proles generatur, non fuit illud matrimonium consumatum. Vnde Amb.† dicit super Luc. Non te moueat, quòd frequēter Mariam scriptura uocat coniugem: non enim uirginitatis ereptio, sed coniugii testificatio, & nuptiarū celebratio decaratur. Habuit tamē illud matrimonium etiam secūdam perfectionem, quantum ad prolis educationem. Vnde Aug. dicit* in lib. de nuptiis & concupiscentia. Oē nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi ꝓles, fides, & sacramentum. Prolē cognoscimus ipsum dominum Iesum: fidem ꝙ nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit.

Ad primvm ergo dicēdū, quòd Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonij consumati.

Ad secvndvm dicendū, quòd nuptias Hieron. vocat nuptialem concubitum.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut Chryso. dicit * super Matth. Beata Virgo sic fuit desponsata Ioseph, ꝙ etiā esset domi habita. Nam sicut in ea quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio nāturalis, si cin ea quę extra domum concipit, est suspecta coniunctio. Et ita nō esset sufficienter prouisum famæ beatæ Virginis p hoc, quòd fuit desponsata, nisi etiam fuisset domi habita. Vnde quod dicitur: Et nollet eam traducere, melius intelligitur, id est, nollet eam diffamare in publicum, quàm quòd intelligat de traductione in domum. Vnde & Euangelista subdit, ꝙ voluit occultè dimittere eam. Quamuis tamē esset domi habita propter primam desponsationis fidem, nondum tamen interuenerat solēnis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondū carnaliter conuenerant. Vnde sicut Chrys. * dicit, Non dicit Euangelista, antequàm duceretur in domum sponsi: etenim intus erat. Consuetudo enim fuit veteribus, multotiens in domo desponsatas habere: & ideo etiam angelus dicit Ioseph, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, id est, nō timeas nuptias eius solemniter celebrare. Licet alij dicant, ꝙ nondum erat in domum inducta, sed solum desponsata, primum tamen magis consonat euangelio.

¶ De primo autem dubio suadet ratio, ut siue in paterna, siue in coniugis domo, siue in utraque, siue alibi habitauerit, talis tantaque fuerit secundum illius temporis morem inter Mariam & Ioseph conuersatio, ut licita absque omni nota potuerit inter eos interuenire si uoluissent, consumatio matrimonii, alioquin non fuisset sufficienter prouisum famę beatæ Virginis, cum inuenta est in utero habens. Dixi autem, siue alibi: quoniam non irrationabiliter apparet, quòd post annuntiationem beata Virgo cum coniuge suo Ioseph, ierit ex Nazaret Galilææ in ciuitatem Iuda, in montana, visitatura Elisabeth: & quòd post reuersionem in Nazareth, cùm esset grauida mensēs tres ad minus, quoniam mansit apud Elisabeth, quasi mensibus tribus, inuenta est habens in utero. Et alij quidem putabant quòd esset grauida ex Ioseph, cum quo fuerat mensibus tribus domestice in domo Zachariæ. Ipse autē Ioseph sciens se non cognouisse illam, & videns illam grauidam, cùm esset iustus, & nollet eam traducere, siue in infamiam, siue simpliciter in domesticum consortium, siue in vtrumque, quod verius est, voluit occulte dimittere eam. Et hęc interpretatio magis consonat Euāgelio: quoniam expresse Lucas subdit de beata Virgine, ꝙ post dictum tempus quo mansit apud Elisabeth, reuersa est in domum suam, & nō dixit, in domum sponsi sui. Ex quo igitur Euangelista in domo sua eam habitasse testatur, & inuenta dicitur in utero habens, nulla facta de sponsi domo mentione, nec consuetudo de spōsa in domo coniugis retenta ex scriptura testimonium habet, affirmandum, vt ratio ni consentaneū, est, quòd in propria domo inuenta est in vtero habens, sed ab[illud] que infamiæ nota apud domesticos, & alios: quia tribus mensibus simul fuerat in domo Elisabeth cum Ioseph: quod nō voluntariè dicimus, sed ex Euangelio accipimus, dicente, quòd beata Virgo adhuc desponsata vxor Ioseph, ascēdit ad Nazareth in Bethleem, quando exijt edictum a Cæsare Augusto: Simili siquidem ratione debuit eadem desponsata vxor ascendere in montana cū eodem Ioseph suo sponso. Auctor autem in litera dicens magis consonare Euangelio beatam Mariam in domo sponsi habitasse, intelligendum est comparatiue ad opinionem extremam, quòd nec simpliciter nec secundum quid cum sponso habitauit: nō enim prouidet opinio illa famæ beatæ Virginis sufficienter, & non comparando ad hanc mediam expositionem, cuius Auctor nō meminit, quę magis consonat Euangelio, quàm ambæ extremę, ut patet ex dictis.

Homi. 2. in Matth. in ope. imperfecto ante fin. to. 2.

Hom. 4. in Mar. super illud antequā conuenirēt, tom. 2.

Qvaestio xxx.

De Beatę Marię Virginis annuntiatione, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandū est, de annunciatione beatæ Virginis.

¶ *Super quæstionis trigesimæ Articulum primum.*

In titulo sermo est de necessario ad finem, sine quo non bene peruenitur ad finem: sicut equus necessarius est homini debili

debili ituro ex Germania Romam, & non de necessario simpliciter vel necessario, sine quo non potest peruenire ad finem. Nam constat, quòd neque simpliciter necessaria est annuntiatio, quia oppositum non implicat contradictoria: neque sicut nauis ad transeundum mare: quia poterat incarnari uerbum Dei absq; præuia annuntiatione: sed an fuerit necessaria annuntiatio, ita quòd sine illa præuia non bene fuisset facta incarnatio, quæritur.

¶ In corpore vnica est conclusio. Congruum fuit beatæ Virgini annuntiari, quòd esset Christum conceptura. Vbi nota, quòd necessitas congruitatis respondet quæsito. Probatur conclusio quadrupliciter. Et omnia in litera clara sunt, duobus notatis.

¶ Primum est in prima ratione, quòd quia diuina prouidentia disponit omnia suauiter, quemadmodum cõceptio naturalis hominum præuenitur a mentis opere, quo homines ad concipiendum per generationis actum conueniunt, ita beata Virgo in utero conceptura de Spiritusancto, in mente erat prius monenda, ut prius conciperet in mente, quam in utero: sicut etiam aliæ matres prius concipiunt in affectu, quã in utero.

3. di. 3. q.4. arti. 1 q.1. & di.10.ar.4.

¶ Alterum est in secunda ratione, quòd maior certitudo huius mysterii in beata Virgine causata est ex præuia annũtiatione, quam si nõ, aut post fuisset de hoc instructa: quia prioritas annuntiationis attentam illã reddebat ad actum primum huius mysterii, ad quod non aduertisset, aut non ita aduertisset si nõ fuisset prius sibi nũtiatum. Attentio aũt & eleuatio mentis maior, certiorem reddit.

¶ In responsione ad primum, cùm autem audis prophetiam prædestinationis cõpleri sine nostro arbitrio causante, non intelligas omnẽ ab arbitrio nostro excludi causalitatem circa rem prædestinatam: quoniã hoc falsum esset: causamus siquidẽ nostro arbitrio multa prædestinata opera. Sed excludi causalitatem propriam respectu complementi per oppositum ad prophetiam comminationis: nam prophetia cõminationis non dicit causam, quòd complea tur, sed relinquit nostro arbitrio utram partem velit: qui enim comminatur, non causat sed si nos perseueramus in malo, nos ipsi accersimus cõminata: & ideo nostro arbitrio ꝓphetia comminationis compleri dicitur. Sed qui prædestinat perducit ad destinatum terminum: & ideo prophetia prædestinationis causã in se importat complementi, & non reliquit illud optioni nostri arbitrii. Et propterea nostrum arbitrium, licet libere concurrat ad prædestinationis complementum, quia tamen non est causa huius complementi sicut in comminationibus, sed est concausa & subcausa respectu prædestinantis, ideo sine nostro arbitrio causante compleri dicitur prophetia prædestinationis.

¶ In responsione ad secũdum, distingue inter fidem incarnationis futurę absolutè, & ex Maria. Et uidè quòd beata Virgo habebat expressam fidem futuræ incarnationis, sed non habebat fidem explicite, quòd ex se futura esset incarnatio: sicut mõ credimus explicite quòd incarnatus est ex Maria. Communis autem ratio ex parte rei creditæ, quare tunc nõ erat fides huius conditionis, explicita é, quia nondum erat aperte promulgatũ, quòd ex ipsa Maria futura esset incarnatio. Singularis autem ratio ex parte ipsius beatæ Virginis fuit, quia ipsa erat humillima, nec tã excelsa de se cogitabat, ut in litera dicitur.

Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ conueniens fuerit ei annuntiari, quod in ea generandum erat.

¶ Secũdò, Per quem erat ei hoc annuntiandum.

¶ Tertiò, Per quem modum ei annuntiari debebat.

¶ Quartò, De ordine annuntiationis.

Articvlvs primvs.

Vtrum necessarium fuerit annunciari beatæ Virgini quòd in ea erat generandum.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit necessariũ beatæ Virgini annunciari, quod in ea fiendũ erat. Annunciatio enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, vt virginis cõsensus haberetur: sed consensus eius non uidetur necessarius fuisse: quia cõceptus Virginis prænuntiatus fuit prophetia prædestinationis, quæ sine nostro completur arbitrio, ut dicit quædam glo. Matth. primo. Non ergo necessarium fuit, quòd talis annuntiatio fieret.

¶ 2 Præterea. Beata uirgo incarnatiõis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia vt dicitur Rom. 3. Iustitia Dei per fidem est Iesu Christi: sed de eo, quod aliquis per certitudinem credit, non indiget ulterius instrui. ergo beatæ Virgini non fuit necessarium, vt ei incarnatio filii Dei annuntiaretur.

¶ 3 Præterea. Sicut beata Virgo corporaliter Christum concepit, ita & quælibet sancta anima cõcepit ipsum spiritualiter. Vnde Apost. dicit Gal. 3. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis: sed illis, qui spiritualiter debẽt Christum concipere, talis conceptio non annuntiatur. ergo nec beatæ Virgini fuit annuntiandum, quòd esset in utero conceptura filium Dei.

Sed contra est, quod habetur Luc. 1. quòd angelus dixit ei, Ecce concipies in utero, & paries filium.

Respon. Dicendum, ꝙ cõgruum fuit beatæ Virgini annũtiari, ꝙ cuet Christum cõceptura. Primò quidem, ut seruaretur congruus ordo coniunctionis filii Dei ad Virginem, ut scilicet prius mens eius de ipso instrueretur, quàm carne eum concipere t. Vnde Aug. * dicit in libr. de Virginitate, Beatior est Maria ꝓcipiendo fidem Christi, quã cõcipiendo carnem Christi. Et postea subdit, † Materna ꝓpinquitas nihil Marię profuisset, nisi felicius Christũ corde quàm carne gestasset. Secundò, ut posset esse certior testis huius sacramẽti, quando super hoc diuinitus erat instructa. Tertio, ut uoluntaria sui obsequii munera Deo offerret, ad quod se promptam obtulit dicẽs, Ecce ancilla Domini. Quartò, ut ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei, & humanã naturã: & iõ ꝓ annũtiationẽ expectabatur consensus Virginis, loco totius humanę naturę.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd prophetia prædestinationis cõpletur sine nostro arbitrio causante: non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

Ad secvndvm Dicendũ, quòd beata Virgo expressam fidem habebat incarnationis futuræ: sed cùm esset humilis, nõ tam alta de se sapiebat: & ideo super hoc erat instruenda.

Ad tertivm Dicẽdum, ꝙ spirituale cõceptionẽ Christi, quæ est per fidẽ, ꝓcedit annũtiatio, quę est per fidei prædicationẽ secundum ꝙ fides est ex auditu, ut dicitur Rom. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo scit se gratiã habere, sed scit ueram fidem esse, quã accepit.

Articvlvs II.

Vtrum annuntiatio beatę Virgini fieri debuerit per angelum.

Ad secvndvm sic procꝺitur. Videtur, quòd beatæ Virgini non debuerit annũtiatio fieri per angelũ. Supremis. n. angelis fit relatio immediate a Deo, ut Dion. * dicit 7. c. cæl. hierar. sed mater Dei est sup omnes angelos exaltata. ergo uidetur, quod ĩmediate a Deo debuerit sibi annũtiari ĩcarnatiõis mysteriũ, & non per angelum.

¶ 2 Præt. Si in hoc oportebat seruari communem ordinẽ secũ-

¶ Super quæst. trigesimæ Articulum secundum.

3. di. 3. ar. 2. q. 2.

In corpore unica est conclusio. Cõueniens fuit annuntiari per angelum &cæt. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ In respõsionibus ad primum & secundum aduerte discretionem, dum quò ad

dum quem, diuina hominib. per A angelos reuelantur, similiter diuina ad mulierem per uirum deferuntur: unde & Apostolus dicit primę ad Corinthio 14. mulieres in ecclesiis taceant: si quid autem uolunt discere, domi uiros suos interrogent. ergo uidetur quòd beatæ Virgini debuerit annuntiari mysterium incarnationis per aliquem uirum, præsertim quia Ioseph uir eius super hoc fuit ab angelo instructus, ut legitur Matthęi primo.

¶ 3 Præt. Nullus potest congrue annuntiare, quod ignorat, sed ēt B supremi angeli non plene cognouerūt incarnationis mysterium. unde dicit Dionys. 7.* cęlest. hierar. ex eorum persona esse intelligendam quæstionem, quæ ponitur Isai. 63. Quis est iste qui uenit de Edom? ergo uidetur quod p nullum angelum potuit conuenienter annuntiatio incarnationis fieri.

¶ 4 Præt. Maiora sunt per maiores nuntios annuntianda: sed my C sterium incarnationis est maximum inter omnia, quæ per angelos sunt hominibus annuntiata. ergo uidetur quod si per aliquē angelum debuit annūtiari, quòd ille debuerit esse de supremo ordine: sed Gabriel non est de supremo ordine, cùm sit de ordine archangelorum, qui est penultimus unde ecclesia cantat, Gabrielem Archangelum scimus diuinitus te esse affatum. non ergo huiusmodi annuntiatio per Gabrielem archangelum conuenienter facta est.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 1. Missus est Gabriel angelus a Deo &c. D

Respon. Dicendum, q̄ conueniens fuit matri Dei annuntiari per angelum diuinæ incarnationis mysteriū, propter tria. Primo quidem, ut in hoc ēt seruaretur diuina ordinatio, secundum q̄ mediantibus angelis diuina ad homines perueniunt. Unde Dionys.* dicit 4. c. cęlest. hierar. quod diuinum Iesu benignitatis mysterium angeli primo edocti sunt, postea per ipsos ad nos cognitionis gratia transiuit. Sic ergo diuinissimus Gabriel Zachariam quidē docuit, prophetam Ioannem ex ipso nasciturū. Maria autem quomodo in ipsa fieret thearchicum ineffabilis Dei formationis mysterium. Secundo, hoc fuit conueniens reparationi humanæ, quę futura erat p Christum. Unde Beda dicit in hom. Aptum humanæ restaurationis principium, ut angelus a Deo mitteretur ad Virginem partu consecrandam diuino, E quia prima perditionis humanę fuit causa, cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbiæ decipiendam. Tertio, quia hoc congruebat virginati matris Dei. Unde Hieronimus.* dicit in sermo. assumptionis, Bene angelus ad Virginem mittitur, quia semper est angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem uiuere non terrena uitaest, sed cælestis.

Ad primvm ergo dicendum, quod mater Dei superior erat angelis, quantum ad dignitatē, ad quam diuinitus eligebatur: sed quantum ad statum præsentis uitæ, inferior erat angelis: quia ipse Christus ratione passibilis uitæ, modico ab angelis minoratus est, ut dicitur Heb. 2. Sed tamen quia Christus simul fuit uiator & comprehensor, quantum ad cognitionem diuinorum non indigebat ab angelis instrui: sed mater Dei nondum erat in statu comprehensorum, & ideo de diuino concepta per angelos instruenda erat.

Ad secvndvm dicendum, quòd (sicut Aug.* dicit in sermone de assumptione) beata uirgo Maria uera æstimatione a quibusdam generalibus excipit: quia nec conceptus multiplicauit, nec sub uiri, i. mariti, potestate fuit, quę integerrimis uisceribus de Spiritusancto Christum suscepit: & ideo non debuit mediante uiro instrui de mysterio incarnatiōis, sed mediante angelo. Propter quod, etiam ipsa est prius instructa, quàm Ioseph; nam ipsa instructa est ante conceptum, Ioseph autem post eius conceptum.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut patet ex auctoritate Dionys.* inducta, angeli incarnationis mysterium cognouerunt: sed tamen interrogabant, perfectius scire cupientes a Christo huius mysterii rōnes, quæ sunt incomprehensibiles omni creato intellectui. Unde Maximus dicit, Quòd angeli nouerint futuram incarnationem, ambigere non oportuit. Latuit autem eos inuestigabilis Domini conceptio atque modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus, nec non & in uirginea cellula.

Ad qvartvm dicendum, quòd quidam dicunt Gabrielem fuisse de supremo ordine angelorum, p̄pter quod Gregor.* dicit, summum angelum uenire dignum fuerat, qui summum omnium nuntiabat: sed ex hoc non habetur, quòd fuerit summus inter omnes ordines, sed respectu angelorum: fuit enim de ordine archangelorum. Unde & ecclesia eum archangelum nominat, & Gregor.* ipse dicit in Homil. de centum ouibus, quòd archangeli dicuntur, qui summa annuntiant. Satis est ergo credibile, quod sit summus in ordine archangelorum. Et sicut Gregor.† dicit, hoc nomen officio suo congruit: Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. Per Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, qui uirtutum dominus & potens in prælio, ad debellandas potestates aereas ueniebat.

Articvlvs III.

¶ Super quæstionis trigesimæ articulum tertium.

Vtrum angelus annuntians debuerit beatæ uirgini uisione corporali apparere.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd angelus annuntians, non debuerit uirgini apparere uisione corporali. Dignior enim est intellectualis uisio quàm corporalis, ut Augustus.* dicit decimo secundo super Genes. ad literam. Et præcipue ipsi angelo est magis conueniens: nam uisione intellectuali uidetur angelus in sui substantia: uisione autē corporali uidetur in assumpta figura corporea: sed sicut ad annuntiandum cōceptum diuinum decebat uenire summum nuntium, ita etiam uidetur, quòd decuerit eē summum genus uisionis. ergo uidetur quod angelus annuntiās

Titulus simul quærit, quia & propter quid de corporali apparitione, an scilicet fuerit, & quare fuerit apparitio uisibilis; utrumque enim importat titulus, quærens an debuerit apparere corporaliter.

¶ In corpore ad utrumque simul respondetur. Angelus apparuit corporaliter, & hoc conuenienter. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera. Quia tamen moderno tempore audita est noua quædam præsumptio, dicens apparitionem istam non esse

In libello de assump. beatę Mariæ ca. 4. a med. tomo 9.

Circa prin. corp. art.

Homil. 34. a te med. illi⁹.

Homil. 34. in euange. ante medi⁹ eius. Eod. loco nunc proximo dicto.

3. dist. 3. q. 3 ar. 1. q. 2.

Li. 2. ca. 25. & 10. & 14. to. 3.

esse uisibilem, sed intelligibilem tantum fuisse, aduertendum quod ultra Ambrosii, Augustini, Chrysostomi Auctoritatem, ut in litera dicitur, Euangelii textus præ se fert corporalem uisionem fuisse. Tum, ex descriptis de angelo: quoniam describit primo ipsum Zachariæ apparuisse stantem a dextris altaris: constat autem quod stare a dextris altaris corporalem situm dicit. Et consequenter subdit quòd missus est in ciuitatem Galilææ, & ingressus est ad Virginem. exercitati autem in sacris literis sciunt quod huiusmodi uerba, ingressus est ad Regem, ad talem &c. corporalem motum significare consueuerunt. Et subditur de sermone eius & colloquio cum beata Virgine, & eadem quòd discessit ab ea, quod etiam corporalem motum significat. Tum, ex descriptis de beata Virgine: quoniam describitur turbata turbatione timoris, ut patet ex eo quòd angelus dixit ei post, Ne timeas Maria; turbatio autem timoris ad partem spectat sensitiuam, & rursus turbatio illa timoris in sermone angeli describitur accidisse. Etenim si intelligibilis tantum fuisset sermo, cum audiens mente tantum intelligibilem spiritualis substantiæ sermonem, elauata supra se sit, non timuisset in parte inferiori. Tum, ex progressu in ipsa descriptione: describitur enim primo audisse, deinde turbari, tertio cogitare, & quarto sanari ab angelo nominatim confortante, Ne timeas Maria: hic enim ordo, hic progressus ad corporales actus, auditus, affectus sensitiui, & cogitatiuæ partis simul cum intellectu, & naturale remedium materialium nostrarum passionum clarissime spectat. Sunt etiam ad hoc rationes in litera allatæ, multum urgentes secundum subiectam materiam, indisciplinatæ quippe mentis est, quærere in similibus certitudinem mathematicam ut Philosophus docuit: certitudo enim quæ & tot auctoritatibus, rationibus: apparuerit Virgini uisione intellectuali.

in serm. 14. de Natali domini ante med. to. 10.

Hom 4. in Mat. parum ante med. tom. 2. Alias, relationem accipiebat ab angelo, egebat tantæ rei euentus uisione solenni.

¶ 2 Præt. Visio imaginaria uidetur etiã esse nobilior, quàm uisio corporalis; sicut imaginatio ẽ altior potentia, quàm sensus: sed angelus apparuit Ioseph in somnis secundum imaginariam uisionem, ut patet Matthæi. & 2. ergo uidetur quòd etiã apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria uisione, & non corporali.

¶ 3 Præt. Corporalis uisio ipiritualis substantiæ, uidentes stupefacit: unde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit virgo de lumine: sed melius fuisset ꝙ a tali turbatione mens eius esset præseruata. non ergo fuit conueniens, quod huiusmodi annuntiatio fieret p uisionem corporalem.

Sed contra est, quod Augusti.* in quodam sermone inducit beatam virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilãs, ueste coruscans, incessu mirabilis: sed hæc nõ possunt pertinere nisi ad corpoream uisionem. ergo corporea uisione angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

Respon. Dicendum, ꝙ angelus annnntians apparuit matri Dei corporea uisione, & hoc conueniens fuit. Primo quidem, quãtum ad id, quod annuntiabatur: uenerat enim angelus annuntiare incarnationem inuisibilis Dei. Vnde etiam conueniens fuit, ut ad huius rei declarationem, inuisibilis creatura formam assumeret, in qua uisibiliter appareret, cum etiam omnes apparitiones ueteris testamenti ad hanc apparitionem prẽordinentur, qua filius Dei in carne apparuit. Secundo, fuit congruum dignitati matris Dei, quę non solum in mente, sed in corpore uentre erat Dei filium receptura: & ideo non solum mens eius, sed etiam sensus corporei erant uisione angelica refouendi. Tertio, cõgruit certitudini eius, quod annuntiabatur; ea enim, quę sunt oculis subiecta, certius apprehendimus, quàm ea, quæ imaginamur. Vnde Chrysostomus. † dicit super Matth. quod angelus non in somnis, immo uisibiliter Virgini astitit: nam quia magnam ualde* reuelationẽ accipiebat ab angelo, egebat ante tantę rei euentum, uisione solenni.

& plano sensu textus habetur, sufficientissima est in hoc & similibus quæstis, certitudo apud rite dispositas mentes.

¶ In responsione ad tertium, aduerte primo, ꝙ Auctor turbationem, quæ in corporalibus aut imaginariis superiorum uisionibus accidit, reducit in necessitatem materiæ. Apparitiones siquidem huiusmodi elauatiuæ sunt supra seipsum, ita ꝙ elauatio ab inferiori commota parte inchoat, ducens admittendo hominem supra seipsum. huic autem fini, qui est eleuari tali modo supra seipsum, annexa est debilitatio partis inferioris: quia intentio uehemens, animam ad superiora trahens debilem deserat oportet inferiorem partẽ: commotam autem iam partem in sui desertione turbari consequens est, quasi carentem continente forti. Et hæc in communi dicti accipe secundum naturæ humanæ necessitatem, ex qua Auctor docet huiusmodi turbationem non esse tã nociuam, ut prætermitteda sit ob eam uitandam angelica apparitio: sicut nullus sapiens prætermittit ad finẽ operari propter uitanda mala emergentia ex necessitate materiæ, ut patet in artificialibus & naturalibus.

Li. 1. ti. de ap. in 1. ti. to. 5.

¶ Aduerte secundo, quòd signum in litera positum ex uita B. Antonii ad discretionem spirituum, est intelligendũ per se, quantum scilicet est ex natura bonorum & malorum spirituum. Communis siquidem est utrisq; apparentibus est humana turbatio propter nostram naturã, bonorum tamen apparitio ad Deũ animum ducẽs securitatem parit mentis. malorum autem, quia a Deo auersua est, unde securam reddere possit turbatam animam, non habet. Verum per accidens potest euenire oppositum, dum sathanas trãsformans se in angelum lucis, ad hanc conditionem angeli lucis efficiendam studet. Potest enim post turbationem commouere phantasmata inferiorem q; partem

Ho. 6. a me. ill.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ intellectualis uisio est potior, quam uisio imaginaria uel corporalis, si sit sola: sed ipse Augu. † dicit quod excellentior est prophetia, quæ habet simul intellectualem & imaginariam uisionem, q̃ illa quæ habet alteram tantum: beata autem Virgo non solum pcepit uisionem corporalem: sed etiam intellectualem illuminationem, unde talis apparitio nobilior fuit. Fuisset tamen nobilior, si ipsum angelum intellectuali uisione in sua substãtia uidisset: sed hoc non patiebatur status hominis uiatoris, quod angelum per essentiam uideret.

Ad secvndvm Dicendum, ꝙ imaginatio est quidem altior potentia, q̃ sensus exterior: quia tamen principium humanæ cognitionis est sensus, in eo consistit maxima certitudo, quia semper oportet quod principia cognitionis sint certiora: & ideo Ioseph, cui angelus in somnis apparuit, non ita excellentem apparitionẽ habuit, sicut beata Virgo.

Ad tertivm Dicendum, ꝙ sicut Ambr. dicit* super Luc. perturbamur, & a nostro alienamur affectu, quando restringimur alicuius superioris potestatis occursu. Et hoc contingit, non solum in corporali: sed etiam in uisione imaginaria. Vnde Gene. decimo quinto dicitur, quod cum sol occubuisset, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Talis tamen perturbatio hominis, non tãtum homini nocet, ut propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primo quidem, quia ex hoc ipso, quòd homo supra seipsum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debilitatur, ex quo prouenit perturbatio prędicta, sicut etiam calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundo, quia sicut Origenes* dicit super Lucam, Angelus apparens, sciens hanc esse humanam naturam, primum perturbationi humanæ medetur, unde tam Zachariæ, quam Mariæ post turbationem dixit, Ne timeas.

Et propter hoc, ut legitur in uita Antonii, non difficilis est beatorum spirituum malorumque discretio. Si enim post timorẽ successerit gaudium, a Domino uenisse sciam* auxiliũ:

Ho. 6.

tem animę ad materiam aliquam gaudii, & auertere materia timoris: ut sic humanus animus sensuales motus sequens absq. timore lætus reddat.

Et propterea, noli in dicto signo pedem iudicii figere: sed meato: quòd in his quę fiunt per accidés contingit etiam sapientes falli.

¶ *Super quæstionis 30. articulum quartum.*

TItulus quærit de ordine dicto rum ab angelo annũtiante.

¶ In corpore una cõclusio: Annuntiatio congruo ordine per angelum est perfecta. Probatur: quia tria in tenta, s. attentio, instructio, & consensus, conuenienter ordinata, facta procuratq. sunt. Omnia clare patent in litera:

¶ In respõsione ad primum, perspice naturam humilitatis reddere. s. animam ad mirabilem suarũ laudum, quia assidue animus humilis circa imperfectiones suas condignamque illis mercedem uersatur, quo fit ut magnum de se audire, ut nouum, insolitum, celsum, atque occultũ, admirationem sibi pariat. Hinc autem habemus unde nos ipsos cognoscere intus possumus, si uere humiles sumus, nam ad nostras laudes si nullus admirationis motus consurgit, percipere possumus quantum ab humili animo longe sumus.

quia securitas animæ, p̃sentis maiestatis indicium est. Si autem incussa formido permãserit, hostis est qui uidetur: ipsa etiam turbatio Virginis, conueniens fuit uerecundiæ uirginali: quia ut Ambro.* dicit super Lucã, trepidare uirginum est, & ad omnes uiri in gressus pauere, omnes uiri affatus uereri. Quidam tamen dicunt quòd cum beata Virgo assueta esset uisionibus angelorum, nõ turbata fuit in uisione angeli: sed in admiratione eorum, quæ ei ab angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Vnde & euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in uisione angeli, sed in sermone eius.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd annuntiatio eius non fuerit conueniẽti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole concepta: sed causa prius debet manifestari, quàm effectus. ergo primo debuit angelus Virgini annuntiare conceptum prolis, quàm eius dignitatem exponere, eam salutando.

¶ 2 Præt. Probatio aut prætermitti debet in his, quæ dubia nõ sũt, aut prætermitti in his, quæ dubia esse possunt: sed angelus primo uidetur annũtiasse id, de quo Virgo dubitaret, & dubitando quæreret, dicens, Quomodo fiet istud? & postea probationem adiunxit, tum ex exemplo Elisabeth, tum ex Dei omnipotentia: ergo inconuenienti ordine annũtiatio per angelum est effecta.

¶ 3 Præt. Maius non potest probari sufficienter per minus: sed maius fuit uirginem parere, quãuetulam: ergo non fuit sufficiens probatio angeli, probantis conceptum Virginis ex conceptu senis.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt: angelus autem missus est a Deo, ad hoc, quòd Virgini annuntiaret, ut dicitur Luc. 1. ergo ordinatissime fuit annuntiatio per angelum completa.

RESPON. Dicendum, quòd annuntiatio congruo ordine per angelum est perfecta. Tria enim angelus intendebat circa Virginem. Primo quidem, reddere mentem eius attentam ad tantæ rei considerationem, quod quidem fecit, eam salutando quadam noua & insolita salutatione. Vnde Origene.* dicit super Lucam, quod si sciuisset ad aliquem quempiam similem esse factum sermonem (ut pote quæ habebat legis scientiam) numquam eam quasi peregrina talis salutatio terruisset: in qua quidem salutatione, præmisit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc quòd dixit, Gratia plena: expressit conceptum, in hoc quod dixit, Dominus tecum: & prænuntiauit honorem consequentem, cum dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundò autem, intendebat eam instruere de mysterio incarnationis, quod in ea erat implendum, quod quidem fecit in prænuntiando conceptum & partum, dicẽs, Ecce concipies in utero &c. & ostendendo dignitatem prolis conceptæ, cum dixit, Hic erit magnus, & etiam demonstrando modum conceptionis, cum dixit, Spiritus sanctus superueniet in te. Tertio, intendebat animum eius inducere ad consensum, quod quidem fecit exemplo Elisabeth, & ratione ex diuina omnipotentia sumpta.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ animo humili nihil est mirabilius quam auditus suę excellentię; admiratio autem maxime attentionem animi facit: & ideo angelus uolens mentem Virginis attentam reddere ad auditum tanti mysterii, ab eius laude incæpit.

AD SECVNDVM Dicendũ, q̃ Ambr.* expresse dicit super Lucam, q̃ beata Virgo de uerbis angeli nõ dubitauit. Dicit. n. temperãtior est Mariæ respõsio, quam uerba sacerdotis. Hæc ait, Quomodo fiet istud: ille respondit. Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, qui negat se scire ista: non dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit inquirit. Aug.* tamen uidetur dicere, quod dubitauerit. Dicitur enim in lib. Quæstionum ueteris & noui testamenti: Ambigenti Marię de conceptu, possibilitatem angelus prædicat: sed talis dubitatio magis est admirationis, quàm incredulitatis: & ideo probationem angelus inducit, non ad auferẽdam infidelitatem, sed magis ad remouendam eius admirationem.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Ambr. dicit in Hexameron, ob hoc multæ steriles præuenerunt, ut partus credatur Virginis; & ideo conceptus Elisabet sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum: & ideo ad confirmationem huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

QVAESTIO XXXI.

De conceptione saluatoris quò ad materiam de qua corpus eius conceptum est, in octo articulos diuisa.

¶ *Super quæst. trigesimaprima articulum primum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore una conclusio: Conueniens fuit, ut Christus carnem sumeret ex Maria ex Adã derriuata. Probatur: Christus assumpsit naturam humanã, ut eam a corruptione purgaret. ergo assumpsit eam, secundum quòd erat ex origine uitiata ex Adã. ergo conueniens fuit, ut assumeret carnem ex Maria ex Adam deriuata. Prima consequentia probatur: quia natura humana non aliter indigebat purgatione. Secunda uero probatur, ut sic per assumptionem curaretur humana natura.

¶ Nota hic, quòd assum-

DEINDE considerandum est, de ipsa conceptione saluatoris. Primo, quantum ad materiã, de qua eius corpus conceptũ est. Secundo quantum ad conceptionis auctorem. Tertio, quantum ad modum & ordinem conceptionis.

CIRCA primum queruntur octo.

¶ Primò, Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

¶ Secundò, Vtrum fuerit sumpta de Dauid.

¶ Tertiò, De genealogia Christi, quę in euangeliis ponitur.

¶ Quartò, Vtrum decuerit Christum nasci de femina.

assumptio, qua uerbum Dei incarnatum est, potest referri ad tria, scilicet ad naturam humanam uel ad naturam humanã infectam, uel ad humanitatem quæ unita est Verbo. Et si quidem referatur ad naturam humanam, nulla est quæstio: & similiter si referatur ad hanc humanitatem. nam filius est & hõ & hic homo; sed si referatur ad humanam naturam infectam, aliter oportet dicere: quoniam Christus non est, nec umquam fuit homo infectus. Et propterea non possumus dicere, quod Verbum assumpsit naturam infectam; sed dicimus quòd assumpsit naturam humanã ex uitiata origine descendentem, ita quòd infectio non determinat naturam assumptam, sed originem eius; ex hoc.n. Christus infectam in reliquo humano genere naturã curauit, quod naturam ex infecta illa origine descendentem, non tamen infectam assumpsit, ut sic sanans Christi natura esset expers omnis morbi, sicut primum alterans est in altera bibentes &c.

¶ Notandũ secũdo, quod quia alius est morbꝰ naturæ alius personæ (persona.n. actualibꝰ peccatis inficitur, natura autem solo originali per se loquẽdo) ideo Author de naturæ reparatione loquens per se, dixit ꝙ natura humana non indigebat reparatione, nisi secundum ꝙ infecta erat per originem uitiatam.

¶ Quintò, Vtrum fuerit de purissimis sanguinibus uirginis corpꝰ eius formatum.

¶ Sextò, Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus, secũdum aliquid signatum.

¶ Septimò, Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

¶ Octauò, Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

Articvlvs primvs.

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd caro Christi non fuerit sumpta ex Adam. Dicit.n. Apostolus 1. ad Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Primus autem homo est Adam, secundus est Christus. ergo Christus nõ est ex Adam, sed habet ab eo distinctam originem.

¶ 2 Præt. Conceptio Christi debuit esse maxime miraculosa; sed maius est miraculũ formare corpus hominis ex limo terræ, quàm ex materia humana, quæ de Adã trahitur. ergo uidetur ꝙ non fuerit conueniens Christum ab Adã carnem sumpsisse. ergo uidetur, quòd corpus Christi non debuerit formari de massa humani generis deriuata ab Adam, sed de alia materia.

¶ 3 Præt. Peccatum in hunc mundum intrauit per unum hominem, scilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter existentes, peccauerunt, ut patet Ro. 5. sed si corpus Christi fuisset ab Adam sumptum, ipse etiam in Adam originaliter fuisset, quando peccauit. ergo peccatum originale contraxisset, quod non decebat Christi puritatem. non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ab Adam.

Sed contra est, quod Apostol. dicit ad Heb. 2. Nusquam angelos apprehendit, scilicet filius Dei: sed semen Abrahæ apprehendit; semen autem Abrahæ sumptum est ex Adam. ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

Respon. Dicendum, quod Christus humanam naturam assumpsit, ut eam a corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum quod infecta erat per originem uitiatam, qua ex Adam descendebat: & ideo conueniens fuit, ut carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata, ut ipsa natura per assumptionem curaretur.

Ad primvm ergo dicendum, quod secundus homo, idest, Christus, dicitur esse de cælo, nõ quidem quantum ad materiam corporis: sed, uel quantũ ad uirtutem formatiuam corporis eius, uel etiam quãtum ad ipsam eius diuinitatem. Secundum autẽ materiam corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpus Adę.

Ad secvndvm Dicendum, quod sicut supra dictum est,* mysterium incarnationis Christi est quiddam miraculosum, non sicut ordinatum ad confirmationẽ fidei, sed sicut articulus fidei, & ideo in mysterio incarnationis non requiritur, quid sit maius miraculum, sicut in miraculis, quæ fiunt ad cõfirmationem fidei: sed quid sit diuinæ sapientię conueniẽtius, & magis expediens humanæ saluti, quod requiritur in omnibus, quę fidei sunt. Vel potest dici, quod in mysterio incarnationis, non solum attenditur miraculum ex materia conceptus, sed magis ex modo conceptionis & partus: quia scilicet Virgo concepit & peperit.*

Ad tertivm dicendum, quod sicut supra dictum est,* corpus Christi fuit in Adam secũdum corpulẽtam substantiam, quia scilicet ipsa materia corporis Christi deriuata est ab Adam. Non autem fuit ibi secundum seminalem rationem, quia non est concepta ex uirili semine, & ideo non contraxit originale peccatum: sicut d ceteri, qui ab Adam per uiam uirilis seminis deriuantur.

Articvlvs ii.

¶ *Super quæstionis 31. articulum secundũ.*

Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

Titulus clarus est. ¶ In corpore una conclusio, Christꝰ specialiter dicitur filius Abrahæ & Dauid. Probatur triplici ratione conuenientiæ, quare specialiter. Oia clara sunt, & plus respondetur q̃ fuerit quæsitum, ut patet.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quod Christus non sumpserit carnem de semine Dauid. Matt. enim geneologiam Christi texens eam ad Ioseph perducit; Ioseph autem non fuit pater Christi, ut supra dictum est.* non ergo, uidetur, quod Christus de genere Dauid descenderit.

¶ 2 Præt. Aaron fuit de tribu Leui, vt patet Exod. 6. Maria autẽ mater Christi cognata dicitur Elisabeth, quę est filia Aaron, ut patet Luc. 1. Cum ergo Dauid fuerit de tribu Iuda, ut patet Matth. 1. uidetur ꝙ Christus de semine Dauid non descenderit.

¶ 3 Præterea. Hieronymus uigesimo secundo dicitur de Iechonia, Scribe istum uirum sterilem, nec enim erit de semine eius uir, qui sedeat super solium Dauid: sed de Christo dicitur Isai. nono. Super solium Dauid sedebit. ergo Christus non fuit de semine Iechoniæ, & per consequens, nec de genere Dauid: ga Matth. a Dauid per Iechoniam seriem generationũ perducit.

Sed contra est, quòd dicitur Ro. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Respon. Dicendum, ꝙ Christus specialiter duorum antiquorum patrum filius dicitur esse, Abrahę & Dauid, ut patet Matt. 1. Cuius est multiplex ratio, Prima quidem, quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est: dictum est enim Abrahę Gen. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę, qđ Apost. de Christo exponit, dicens Galat. 3. Abrahę dictæ sunt promissiones, & semini eius. non dicit & semini bus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus. Ad Dauid autem dictum est, de fructu uentris tui ponam super sedẽ tuam. Vñ & populus Iudęorum, ut regẽ honorifice susципientes, dicebant Matt. 21. Osanna filio Dauid. Secunda rõ est, quòd Christus futurus erat rex, propheta, & & sacerdos: Abraham autem sacerdos fuit, ut patet ex hoc, ꝙ dominus dixit ad eum Genes. 15. Sume tibi uaccam

trien-

triennem &c. Fuit etiam propheta, secundum illud quod dicitur Genes. 20. Propheta est, & orabit pro te. Dauid autem rex fuit & propheta. Tertio ratio est, quia in Abraham primo incæpit circumcisio: in Dauid autem maxime manifestata est Dei electio, secundum illud quod dicitur 1. Reg. 13. Quæsiuit Dominus sibi uirum iuxta cor suum: & ideo utriusque filius Christus specialissime dicitur, ut ostendatur esse in salutem & circunsioni, & electioni gentilium.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ hæc obiectio fuit Fausti Manichæi, uolentis probare Christum non esse filium Dauid, quia non est conceptus ex Ioseph, usque ad quem seriem generationis Matth. producit. Contra quem Aug.* respondet 23. libro contra Faustum, quòd cum idem Euangelista dicat & uirum Mariæ esse Ioseph, & Christi matrē uiginem eē, & Christū esse ex semine Dauid, qd restat nisi credere Mariam non fuisse extraneā a cognatione Dauid, & eam, Ioseph coniugem non frustra appellatam, propter animorum confœderationem, quamuis ei non fuerit carne commistus, & quòd potius propter dignitatem uirilem ordo generationum usque ad Ioseph perducitur? Sic ergo nos credimus etiam Mariam fuisse de cognatione Dauid: quia scripturis credimus, quæ utrumque dicunt, & Christū ex semine Dauid secundum carnem, & eius matrem Mariam, non cum uiro concumbendo, sed Virginem. Vt enim dicit Hier.* super Matth. Ex una tribu fuit Ioseph & Maria, & secundum legem eam accipere cogebatur, ut propinquā, propter quod & simul censentur in Bethleem, quasi de una stirpe generati.

AD SECVNDVM dicendum, quòd huic obiectioni Gregor. Nazan. respondet dicens, quòd hoc nutu superno contigit, ut regium genus sacerdotalistirpi iungeretur, ut Christus, qui Rex est & sacerdos, ab utrisque nasceretur secundum carnem. Vnde & Aaron, qui fuit primus sacerdos secūdum legem, duxit ex tribu Iuda coniugem Elisabeth filiā Aminadab. Sic ergo potuit fieri, ut pater Elisabeth aliquam uxorem habuerit de stirpe Dauid, ratione cuius beata virgo Maria, quę fuit de stirpe Dauid, esset Elisabeth cognata. Vel potius econuerso, quod pater beatę Marię de stirpe Dauid existens, uxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut Augu.* dicit 23. contra Faustum, Si Ioachim pater Marię de stirpe Aaron fuit (ut Faustus hęreticus per quasdam scripturas apocryphas asserebat) credendum est, quod mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid, uel etiā uxor eius, ita ut per aliquem modum Mariam dicamus fuisse de stirpe Dauid.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ per illam auctoritatē propheticam, sicut Ambros. dicit super Lucā, *non negatur ex semine Iechonię posteros nascituros: & ideo de semine eius Christus est. Et quòd regnauit Christus, non contra prophetiam est: non enim seculari honore regnauit. Ipse enim dixit, Regnum non meum est de hoc mundo.

¶ *Super quæst. trigesimaprima articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

TItulus clarus est.

¶ In corpore uidetur hæc cōclusio: Genealogia Christi est conuenienti ordine ab euangelistis scripta. probatur ex communissimis, Quę diuinitus fiunt, ordinatissime fiūt. Euāgeliū est diuinitus factum ergo. Maior ad Ro. 11 Minor 2. ad Ti. 3.

¶ In responsione ad 1m, uide Auctoris conatū tēdere ad duo, & ꝙ Ioseph p Salomonem descendit a Dauid & quod beata Virgo similiter p Salomonem descendit a Dauid. Et rōne primi refutat expositionem dicētē binomios, quoniā cōstat Nathan, non illum prophetam: sed aliū, per quem Lucas Heli patrem Ioseph reducit in Dauid, fratrem fuisse Salomonis, p quē Matthæus Iacob patrem Ioseph reducit in Dauid. Ratione uerò secundi ad occultam aliquā originē, uel ipsi⁹ Melchi, uel alicuius mulieris, ex qua carnaliter genita est beata Virgo, recurrit, ut beata Virgo inuenia tur earnaliter genita ex aliquo descende nte ex Iechonia, ut site & Damasc. & Ambr. saluentur. 4. Reg. c. 11. ibi. sup. c. 12. & ibi. sup. c. 14. ibi sup. c. 13.

¶ 1 Præt. Videntur in quibusdā a se inuicem diuersificari. Matthæus enim in principio lib. incipiēs ab Abrahā, descēdendo usq; ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem post baptismum Christi, generationem Christi ponit incipiens a Christo, & perducens generationum numerum usque ad Deum ponens generationes septuaginta septem utroque extremo computato. Videtur igitur, quòd inconuenienter generationē Christi describant.

¶ 2 Præt. Impossibile est unum hominē duos patres habere: sed Mat. dicit, quòd Iacob genuit Ioseph uirum Marię. Luc autem dicit Ioseph uirum Marię. Luc autem dicit Ioseph fuisse filium Heli. ergo contraria sibi inuicem scribunt.

¶ 3 Præt. Videntur in quibusdā a se inuicem diuersificari. Matthæus enim in principio lib. incipiēs ab Abrahā, descēdendo usq; ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem post baptismum Christi, generationem Christi ponit incipiens a Christo, & perducens generationum numerum usque ad Deum ponens generationes septuaginta septem utroque extremo computato. Videtur igitur, quòd inconuenienter generationē Christi describant.

¶ 4 Præt. Quarti Reg. 8. legitur, ꝙ Ioram genuit Ochoziam, * cui succesſit Ioas filius eius: huic aūt succesſit filius eius Amasias, postea regnauit filius eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui succesſit Ioathan filius eius. Matthæus aūt dicit, quòd Iorā genuit Oziam. ergo uidetur inconuenienter generationem Christi describere, tres reges in medio prætermittens.

¶ 5 Præt. Omnes, qui in Christi generatione describuntur, patres habuerunt & matres, & plurimi ēt ex eis fratres habuerunt. Matthæus autem in generatione Christi tres tantum enumerat matres, scilicet Thamar, Ruth, & uxorem Vriæ: fratres autem nōmi nat Iudæ & Iechoniæ, & iterum Phares & Zāram, quorum nihil posuit Lucas. ergo uidentur euangelistæ incōuenienter genealogiā Christi descripsisse.

SED CONTRA est, auctoritas scripturæ.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dicitur 2. ad Timothæum tertio. Omnis scriptura sacra est diuinitus inspirata. quæ autem diuinitus fiunt, ordinatissime fiunt, secundum illud Roman. decimotertio. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Christi est ab Euangelistis scripta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Hieronymus * dicit super Matthæū Isaias loquitur de generatione diuinitatis Christi: Matthęus autem enarrat generationem Christi secundum humanitatem, non quidem explicans modum incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile: sed enumerans patres, ex quibus Christus secundum carnem processit. In c. 1. Mat. in prin. to. 9

AD SECVNDVM Dicendum, quod ad hanc obiectionem, quam mouit Iulianus apostata, diuersimo de ab aliquibus respondetur. Quidam enim, ut Gregorius Nazan. dicit, dicunt eosdem esse, quos uterque Euangelista enumerat; sed sub diuersis nominibus, quasi binomios: sed hoc stare non potest: quia Matthæ⁹ ponit unum filiorum Dauid, scilicet Salomonem, Lucas autem ponit alium, scilicet Nathan, quos secundum historiam libri regum constat fratres fuisse. Vnde alii dixerunt, quòd Matthæus ueram genealogiam Christi tradidit: Lucas autem putatiuam, unde incœpit, ut putabatur filius

Ioseph. Erant enim aliqui ex Iudæis, qui propter pec F
cata regum Iuda, credebant Christum ex Dauid nõ
per reges: sed per aliam eius stirpem hominum pri-
uatorum, esse nasciturum. Alii uerò dixerunt, quòd
Matthæus posuit patres carnales: Lucas uerò posuit
patres spirituales, scilicet iustos uiros, qui dicuntur
patres propter similitudinem honestatis. In lib. uerò
In lib. q. ex nouo test. q incipit, De perfecta est. q. 56. & in 2no li. q incip. Cur facta & dicta, q. 6. to. 4. de Quæstionibus ueteris & noui testamenti * respõ
detur, quod non est intelligendum, q Ioseph a Lu
ca dicatur esse filius Heli, sed quod Heli & Ioseph
fuerunt patres Christi diuersimode a Dauid descen
dentes. Vnde de Christo dicitur, q putabatur fili⁹
Ioseph & quòd ipse etiam Christus fuit Heli filius,
quasi diceret quod Christus ea ratione qua dicitur
filius Ioseph, potest dici filius Heli, & omnium eo- G
rum, qui ex stirpe Dauid descenderunt, sicut Apost.
Li. 2. c. 5. ante med. to. 4. dicit Rom. nono. Ex quibus, scilicet Iudæis, Christus
est secundum carnem. Augustinus * uero in libro
de Quæstion. Euang. tripliciter soluit dicens, Tres
casus occurrunt, quarum aliquam Euangelista se-
cutus est. Aut enim unus Euãgelista patrem Ioseph,
a quo genitus est, nominauit, alter uero uel auum
maternum, uel aliquem de cognatis maioribus po-
suit, aut unus erat Ioseph naturalis pater & alter eũ
adoptauerat, aut more Iudæorum, cum sine filiis u-
nus decessisset, eius uxorem propinquus accipiens,
filium quẽ genuit, propinquo mortuo deputauit,
quod etiam quoddam genus adoptionis legalis est,
Li. 2. c. 2. circa pri. to. 4. Euse. li. 1. hi. eccl. c. 6. parum ante me. Idem hẽc & Ambr. in Lu. li 3. iter pri. & me. to. 5. ut ipse Augustinus * dicit in secundo de consensu H
Euang. Et hæc ultima causa est uerior, quam & Hie.
super Matth. ponit, & Euseb. † Cæsariensis in eccle-
siastica historia ab Aphricano Historiographo tra-
ditam asserit. Dicunt enim, quod Nathan de Melchi
diuersis temporibus de una eademque uxore Iesca
Alias escha. * nomine singulos filios procreauerunt; quia Na-
than qui per Salomonem descendit, uxorem eam
primum ceperat, & relicto filio uno Iacob nomine,
defunctus est, post cuius obitum (quoniam lex ui-
duam alij uiro non uetat nubere) Melchi, qui per
Nathan genus ducit, cum esset ex eadem tribu, sed
non ex eodem genere, relictam Nathan accepit uxo I
rem, ex qua etiam ipse suscepit filium nomine Heli.
Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob &
Heli uterini fratres, quorum alter, ideſt, Iacob fratris
sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis acci-
piens uxorem, genuit Ioseph natura quidem gene-
Alias germinis. ris * suum filium, secundum uero legis præceptum
Heli efficitur filius, & ideo Matthæus dicit, Iacob ge
nuit Ioseph: sed Lucas, quia legalem generationem
describit, nullum nominat aliquem genuisse. Et quã
Li. 4. Orth. fidei c. 15. ante med. uis Damasc. * dicat, quod beata Virgo Maria Ioseph
attinebat secundum illam originem, qua pater eius
dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi descendisse,
tamen credendum est, quod etiam ex Salomone K
originem duxerit, secundum aliquem modum per
illos patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem
Christi generationem dicitur enarrare, præsertim
Li. 3. in Luc. declinando ad fi. to. 5. cum Ambros. * dicat Christum de semine Iecho-
niæ descendisse.

Lib. 2. c. 4. in prin. & post me. sium. to. 4. Ad tertium Dicendum, quòd sicut dicit Aug. †
in li. de consensu euang. Matt. regiam in Christo in-
stituerat insinuare personam. Lucas aũt sacerdota-
lem. Vñ in generationib. Matthæi significatur no-
strorum susceptio peccatorũ à dño Iesu Christo, in
quantum s. per carnis originem similitudinem car-
nis peccati assumpsit: In generationibus autem Lu-
cæ signatur nostrorum ablutio * peccatorum, q̃ est
Alias abolitio. p sacrificium Christi, & ideo generationes Matthæi
descendens enumerat, Lucas autem ascendens, inde
etiã est, quod Matthæus ab ipso Dauid per Salomo-
monem descendit, in cuius matre ille peccauit: Lu-
cas uero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per
cuius nominis prophetam Deus peccatum illius ex-
piauit. Et inde est etiam, quòd quia Matthæus ad
mortalitatem nostram Christum descendẽtem uo-
luit signare, ipsas generationes ab Abraham usque
ad Ioseph, & usque ad ipsius Christi natiuitatem de-
scendendo, commemorauit ab initio Euangelii sui:
Lucas autem non ab initio, sed a baptismo Christi
generationẽ narrat, nec descendendo sed ascẽdẽdo
tãq̃ sacerdotẽ in expiandis peccatis magis assignãs,
ubi testimonium Ioannes perhibuit: dicens, Ecce
qui tollit peccatum mundi. Ascendendo autem trã-
sit ab Abraham, & peruenit ad Deum, cui mundati
& expiati reconciliamur. Merito etiam adoptionis
originem ipse suscepit: * quia per adoptionem effi-
ciuntur filii Dei, per carnalem uerò generationem, Alia pla.
filius Dei filius hominis factus est. Satis autem de-
monstrauit non se ideo dixisse Ioseph filium Heli,
quòd de illo sit genitus: sed quòd ab illo fuerit ado-
ptatus, cum & ipsum Adam filiũ Dei dixerit, cum sit
factus a Deo. Numerus etiam quadragenarius ad tẽ
pus præsentis uitæ pertinet, propter quatuor partes
mundi, in quo mortalem uitam ducimus sub Chri-
sto regnante. Quadraginta autem quater habent de-
cem, & ipsa decem ab uno usque ad quatuor progre
diente numero consumantur. Posset etiam denarius
ad decalogum referri, & quaternarius ad presentem
uitam, uel etiam ad quatuor Euangelia, secundum
quòd Christus regnat in nobis. Et ideo Matth. re-
giam personam Christi commendans, quadraginta
personas posuit, excepto ipso.

Sed hoc intelligendum est, si sit idem Iechonias,
qui ponitur in fine secundi quaterdenarii & in prin
cipio tertij ut Augus. * uult: quod dicit factum esse Li. 1. de sensu c. 10. med. to.
ad significandum, quòd in Iechonia facta est quæ-
dam deflexio ad extraneas gentes, quando in Baby-
loniam transmigratum est, quod præfigurabat Chri
stum a circunsione ad præputium migraturum. Hie
rony. * autem dicit duos fuisse, Ioachim, ideſt, Ie- Matt. fi. illud. post ut migrat. Babyl. to. 3. habet. in Lu. 3. non tum p a fine,
choniam, patrem scilicet & filium, quorum uterque
in generatione Christi assumitur, ut constet distin-
ctio generationum, quas Euangelista per tres quater
denarios, distinguit, quòd ascendit ad quadraginta
duas personas.

Qui etiam numerus sanctæ conuenit ecclesiæ: hic
enim numerus consurgit ex senario, qui significat
laborem præsentis uitæ, & septenario, qui significat
quietem uitæ futurę: sexies enim septem sunt qua-
draginta duo.

Ipse etiam quaterdenarius, quia ex denario & qua
ternario constituitur per aggregationem, ad eãdem
significationem pertinere potest, quę attributa est
quadragenario, qui consurgit ex eisdem numeris se
cundum multiplicationem. Numerus autem quo
Lucas utitur in generationibus Christi, significat
uniuersitatem peccatorum. Denarius enim tanquã
iustitiæ numerus in decem præceptis legis ostendi-
tur. Peccatum autem est legis transgressio. Denarii
uerò numeri transgressio est undenarius. Septena-
autem significat uniuersitatem: quia uniuersum
tempus septenario dierum numero uoluitur: se-
pties autem undecim sunt septuaginta septem, &
ita per hoc significatur uniuersitas peccatorum, quę
per Christum tolluntur.

Ad qvartvm dicendum, q sicut Hierony. * sup Mat. illud. gen. ano
Matth. dicit, quia Ioram rex generi se miscuerat im
pissimę Iezabelis, iccirco usque ad tertiam genera-

tionem,

tionem, eius memoria tollitur, ne in sanctæ nativitatis ordine poneretur. Et ita vt Chrys.† dicit, quanta benedictio facta est super Iesu, qui vindictam fecerat super domum Acab & Iezabel, tanta est maledictio super domum Ioram, propter filiam iniqui Achab & Iezabel, vt vsq; ad quartam generationē præcidantur filij eius de numero regum, sicut scriptum est Exo. 20. Reddam peccatum parentum in filios vsq; ad tertiā. & quartam generationem. Est etiam attendendum, quod & alij reges fuerunt peccatores, qui in genealogia Christi ponuntur: sed non fuit eorum continua impietas. Nam ut dicitur in lib.* Quæstionum veteris & noui Testamenti, Salomon merito patris sui dimissus in regno est, Roboam merito Asa filij sui. horum autem trium continuauit impietas.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ sicut dicit Hier.† super Matt. In genealogia Saluatoris, nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eas quas Scriptura reprehendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnia peccata deleret. Vnde ponitur Thamar, quę reprehēditur de socerino cōcubitu, & Raab, quæ fuit meretrix, & Ruth, quæ fuit alienigena. & Barsabee vxor Vriæ, quæ fuit adultera: quæ tamen proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatum ipsius, quæ fuit adulterij & homicidij conscia: tum etiam ut nominato uiro, peccatum Dauid ad memoriam reuocetur. & quia Lucas Christum designare intendit, vt peccatorū expiatorem, talium mulierum mentionem non facit. Fratres autem Iudæ commemorat, ut ostendat eos ad Dei populū pertinere: cum tamē Ismael frater Isaac, & Esau frater Iacob a populo Dei fuerint separati: propter quod in generatione Christi non cōmemorantur, & etiā vt superbiam de nobilitate excludat. Multi enim fratrum Iudæ ex ancillis nati fuerunt: sed omnes simul erāt patriarchæ & tribuum principes. Phares autem & Zaram simul nominantur (vt Ambr.* dicit super Lucam) quia per eos gemina describī vita populorum: vna secundum legem, quæ significatur per Zaram: altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ ponit, quia omnes regnauerāt diuersis temporibus, quod in alijs regibus non acciderat, vel quia eorum similis fuit & iniquitas & miseria.

Articvlvs iiii.
Vtrum decuerit Christum nasci de femina.

¶ Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum quartum.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur ꝙ materia corporis Christi non debuerit esse assumpta de femina. Sexus enim masculinus est nobilior, quàm sexus femineus: sed maxime decuit ut Christus assumeret id, quod est perfectum in humana natura. ergo videt ꝙ nō debuerit de femina carnem assumere, sed magis de viro: sicut & Eua de costa viri formata est.

¶ 2 Præt. Quicumque ex femina concipitur, vtero feminæ includitur: sed Deo qui cœlum & terram implet (ut dicitur Hierem. 23.) non competit quòd paruo feminæ utero includatur. ergo videtur quòd nō debuerit concipi de femina.

¶ 3 Præt. Illi, qui concipiuntur ex femina, quandam immunditiam patiuntur. vnde dicitur Iob 25. Numquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? sed in Christo nulla immunditia esse debuit: ipse enim est Dei sapientia, de qua dicitur Sap. 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. ergo non uidetur, ꝙ debuerit carnem assumere de femina.

Sed contra est, quod dicitur Gal. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere.

Respon. Dicendum, ꝙ licet filius Dei carnē humanā assumere potuerit, de quacumq; materia voluisset: conueniētissimum tamen fuit, ut de femina carnem acciperet. Primo quidē, quia per hoc tota humana natura nobilitata est. vnde Aug.* dicit in li. 83. Quæst. Hominis liberatio in vtroq; sexu debuit apparere. Ergo, quia virum oportebat suscipere, q̄ sexus honorabilior est, conueniens erat vt feminei sexus liberatio hinc appareret, ꝙ ille vir de femina natus est. Secundo, quia per hoc veritas incarnationis astruitur. Vnde Amb.* dicit in lib. de incar. Multa in Chō secundum naturam inuenies, & vltra naturam: secundum conditionē etenim naturę in utero feminei. s. corporis fuit, sed supra conditionē virgo concepit, virgo generauit, vt crederes, qa Deus erat, qui innouabat naturā, & homo erat, qui secundum naturā nascebatur ex homine. Et Aug.* dicit in Epist. ad Volus. Si omnipotens Deus hoiem vbicumq; formatum, non ex materno vtero crearet, sed repentinum inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hoiem verum suscepisse, vllo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nūc vero ita inter Deum & hoiem mediator apparuit, vt in vnitate personæ copulans vtramq; naturā, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertio, quia per hunc modum cōpletus omnis diuersitas generationis humanę. Nam primus homo productus est ex limo terræ sine viro & femina: Eua vero producta est ex viro sine femina: alij vero homines nascuntur ex viro & femina. unde hoc quartum, quasi Christo proprium relinqueba tur, ut produceretur ex femina sine viro.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ quia sexus masculinus est nobilior q̄ femineus, ideo humanā naturā in masculino sexu assumpsit: ne tō sexus femineus contēneretur, congruū fuit, ut carnē assumeret de femina. vñ Au. dicit in li.* de Ago. Chriano: Nolite vosipsos cōtēnere viri, filiꝰ Dei virū suscepit: nolite vosipsas ꝓtēnere feminæ, filiꝰ Dei natꝰ ex femina ē.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ sicut Aug.* dicit 23. lib. contra Faustum (qui hac obiectione utebatur) Non plane, inquit, catholica fides, quæ Chrm Dei filium, natum ētm carnē credit ex virgine, vllo modo eundem Dei filium sic in utero mulieris includit, quasi extra non sit, quasi cęli & terrę administrationem deseruerit, quasi a patre recesserit: sed vos Manichæi corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia phātasmata cogitare ista omnino nō capitis. ut. n. dicit in Epist.* ad Volus. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora valentiū cogitare, quorū nullum pōt esse vbiq; totū: qm̄ per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est. Longe alia est aīæ natura q̄ corporis, quanto magis Dei, qui creator est animæ & corporis, & nouit ubique totus esse & nullo contineri loco: nouit venire, non recedēdo ubi erat: nouit abire, non deserendo quo venerat.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ in conceptione viri ex femina non est aliquid immundum, inquantū est opus Dei, vnde dicitur Act. 10. Quod Deus creauit, tu ne commune dixeris. i. immundum. Est ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine quis concipitur ex commistione maris & feminę, quod tamen in Christo nō fuit, vt supra ostensum est. *

q. 19. ar. 2.

Si tamen aliqua esset ibi immunditia, ex ea non inquinaretur Dei verbum, quod nullo modo est immutabile vel alterabile. Vnde Aug. *dicit in lib. contra quinque hæreses, Dicit Deus creator hominis, Quid est quod te permouet in mea natiuitate? non sum libidinis conceptus cupiditate, ego matrem de qua nascerer feci. Si solis radius cloacarū sordes siccare nouit, eis inquinari non nouit, quanto magis splendor lucis æternæ, quocumq; radiauerit mundare potest, & ipse pollui non potest?

Cap. 6. circa med. to. 6.

ARTICVLVS V.

Vtrū corpus Christi de purissimis sanguinibus virginis formatum fuerit.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ primæ Articulum quintū.*

3. di. 3. q. 2. ar. 5.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur ꝙ caro Christi nō fuerit cōcepta ex purissimis sanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, ꝙ Deus verbum sūū de Virgine carnem sumere voluit: sed caro differt a sanguine Virginis. ergo corpus Chri non est sumptū de sanguine virginis.

¶ 2 Præt. Sicut mulier formata est miraculose de viro, sic corpꝰ Christi miraculose formatū est de virgine: sed mulier non dicitur esse formata de sanguine viri, sed magis de carne & ossibus eius, secundum illud, quod dicitur Gen. 2. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. ergo videtur quòd nec etiā corpus Christi formari debuerit de sanguine virginis, sed de carnibus & ossibus meis.

¶ 3 Præt. Corpus Christi fuit eiusdem speciei cū corporibus aliorum hominum: sed corpora aliorum hominum, non formantur ex purissimo sanguine, sed ex semine & sanguine menstruo. ergo videtur, quod nec etiam corpus Christi fuerit cōceptum ex purissimis sanguinibus Virginis.

SED CONTRA est, quod Dam. * dicit in 3. li. ꝙ filius Dei cōstruxit sibiipsi ex castissimis, & purissimis sanguinibus virginis carnem animatā anima rationali.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, * in cōceptione Christi fuit secundum cōditionem naturæ, ꝙ est natus ex femina, sed supra conditionē naturæ, quòd est natus ex virgine. Habet aūt hoc naturalis conditio, quòd in generatione aīalis femina materiam ministret, ex parte aūt maris sit principiū actiuū in generatione, sicut probat Phil. in lib. * de generatione aīalium. Femina aūt, quæ ex mare concipit, non est virgo. & iō ad supernaturalē modū gnationis Chri pertinet, ꝙ actiuū principiū in generatione illa fuerit virtus supernaturalis diuina: sed ad naturalē modum generationis eius ptinet, ꝙ eius materia, de qua corpus eius cōceptū est, sit conformis materiæ, quā aliæ feminæ subministrāt ad conceptionē prolis. Hæc autem materia fm Phil. * in li. de generatione aīalium, estd sāguis mulieris, nō quicumq;, sed perductus ad quandā ampliorem digestionē per uirtutem generatiuā mris, ut sit materia apta, ad conceptū. & ideo ex tali materia fuit corpus Christi conceptum.

1. 3. orth. fi. 6. 2. in med.

Art. præced.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ cū beata virgo fuerit eiusdem naturę cū alijs feminis, ꝙsequēs est ꝙ habuerit carnē & ossa eiusdē naturæ. Carnes aūt & ossa in alijs feminis sūt actuales corporis partes, ex quibus cōstituitur integritas corporis; & iō subtrahi nō pōt sine corruptione corporis, vel diminutione. Christus aūt, qui venerat corrupta reparare, nullā corruptionē aut diminutionē integritati mris eius inferre debuit, ut sup. dictū est: * & ideo nō debuit corpus Christi formari de carne, vel ossibus virginis, sed de sanguine, ꝙ nondum est actu, sed est potentia totum, ut dicitur in lib. de generatione aīalium. & ideo dr carnem de virgine sumpsisse, nō ꝙ materia corporis eius fuerit actu caro, sed sanguis, q est potentia caro.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ sicut in j. parte dictū est, * Adā, ꝙa īstitutus erat, ut principiū quod dā humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliqd carnis & ossis, qđ nō pertinebat ad integritatē personalē ipsius, sed solum inquantū erat naturæ humanæ principiū, & de tali formata est mulier absq; viri detrimēto, sed nihil tale fuit ī corpore virginis, ex quo corpꝰ Chri posset formari sine corruptiōe mrni corpis.

1. p. q. 92. a. 3. ad 2. arg.

AD TERTIVM dicēdum, ꝙ semen feminę non est generationi aptum: sed est quiddā imperfectū in genere d seminis, qđ nō potuit pduci ad pfectū seminis cōplementū, pp imperfectionē virtutis femineæ. & iō tale semē non est materia, q̄ de necessitate spectat difformitas principij actiui: quia femina ex viro concipiens non est virgo: principium autem actiuū naturaliter ad virum spectat. Secunda vero cōsequentia probatur auctoritate Philosophi communem materiam mulierum ponentis, sāguinem talem.

1. 2. a. 81. & 1. 2. 3. to. 4.

¶ Hoc in loco aduerte nouum errorē dicentem Christum cōceptum ex sanguine beatæ Virginis purissimo non quocumque, sed in corde existente: ita quòd ex tribus guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis conceptus est Christus. Repugnat autem hic error & dictis hic, & Ambrosij supradictæ auctoritati (secundum conditionem naturæ ī vtero femineo fuit) & sacræ Scripturæ ex voce Angeli dicētis, Ecce concipies in vtero, non in corde. Et quod proprie de utero loquatur, ex beatæ Virginis verbis habetur, quę optime intellexit uerba Angeli, & respondens dixit, Quomodo fiet istud, quoniā virum nō cognosco? Si in corde conceptura erat, male allegata fuisset causa quæstionis, Quoniam uirum nō cognosco: conceptio enim in corde non fit ex semine uiri: de modo ergo concipiendi in vtero illo quæsiuit, in quo ex semine concipi consueuit. Amplius, Beata Virgo in euangelio dicitur prægnans, & quòd peperit filium, & ꝙ est mater; quæ omnia falsa essent. Nam habens infantem in corde, non est prægnans, sicut nec si haberet infantem in stomacho, aut in ventriculo cerebri: prægnans enim sola illa dicitur, quæ in loco naturali infantē conceptum habet. Similiter nec mater, aut pater dici potest, sicut nec Adam fuit parere, aut mater Euæ, licet ex eius parte vna fuerit formata Eua. tollit ergo veritatem maternitatis beatæ Virginis respectu Christi error iste. Vnde & statim dam-

L. 1. ar. 1. & 2. q. 28. ar. 1. & 2. 3. dist. ar. 2. 1. 1. q. 20. to. 1. D. 661.

dãnatus fuit Romæ, me præsente.

¶In responsione ad tertium aduerte diligenter vim argumenti: vt ex notitia modi intelligas solutionem. Obiicit duo, tertium argumentum. f. semen & mẽstruũ esse ex quibus aliorum hominum corpora formantur, tanquam ex materia: constat enim vtrũque opponi puro sanguini, ac proprerea Christi corpus ex eisdem formatum, si eiusdem est speciei nobiscum. Respõdet auctor singillatim ad singula. Et de semine quidẽ mulieris quatuor dicit: primum, quòd non est apium generationi: secundum, q̃ est in genere seminis imperfectum quid: tertiũ, quòd non est materia necessarie ad cõceptũ: quartũ, quòd cum quadam concupiscentia resoluitur. Et infert Auctor tertiũ ex primo & secundo, confirmans illud a ctorita te Aristo. In speciali autem dicit corpus Christi non fuisse ex tali materia, tum propter tertium dictum, tũ propter quartum: & confirmat illud auctoritate Damasc. Habes hinc Auctorẽ firmare sententiam dicentium id, quòd semen mulieris vocatur, esse vere in semmis genere, licet vt imperfectũ quid, ineptum autem esse ad generationẽ intelligẽ, vt semen q̃d in genere causæ efficiẽtis locari nosti, in 5. Met. & ppterea non infert Auctor totalẽ exclusionem illius a conceptu, sed necessarium concursum tantummodo excludit.

¶ *Super Quæstionis trigesimeprimæ Articulum sextum.*

TItulus occasionem habet ex errore putantium, corpus Christi formatum ex certa determinata portione transfusa successiue de persona in p̃sonam ab Adam, vsque ad beatam Virginem: siue hoc sit opinatũ esse commune omnibus hominiA te requiratur ad cõceptum, sicut Phi. dicit lib. de ĩ gene. animaliũ. & ideo in conceptione corporis Christi non fuit: præsertim quia licet sit imperfectum in genere seminis, tamen cum quadam cõcupiscentia resoluitur, sicut & semen maris. In illo autem conceptu virginali, cõcupiscentia locũ habere nõ potuit. & ideo Dam.* dicit q̃ corpus Christi nõ semina liter conceptum est. Sãguis autẽ menstruus, quem feminæ per singulos mẽses emittunt, impuritatem quãdam naturalẽ habet corB ruptiõis: sicut & ceteræ superfluitates, quibus natura nõ indiget, sed eas expellit. Ex tali autem mẽstruo corruptionẽ habẽre, quod natura repudiat, nõ formatur cõceptus, sed hoc est purgamẽtum quoddam illius puri sanguinis, q̃ digestione quadam est præparatus ad conceptum, quali purior & pfectior alio sanguine. Habet tamẽ impuritatẽ libidinis in conceptione aliorum hominum: inC quantũ ex ipsa commistione maris & feminæ, talis sanguis ad locum generationi cõgruum attrahit: sed hoc in cõceptione Christi nõ fuit, quia operatione Spiritussancti talis sanguis ĩ vtero Virginis adunatus est, & formatus in plẽ. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

ARTICVLVS VI.

Virum corpus Christi in antiquis patribus fuerit secundum aliquid signatum.

AD SEXTVM sic proceditur. D Videtur, q̃ corpus Christi fuerit secundũ aliquid signatũ in Adã, & in alijs patribus. Dicit. n. Aug.* 10. sup gen. ad literam, q̃ caro Christi fuit in Adã, & Abrahã, secundum corpulentam substantiam: sed substantia corpulenta est quiddam signatum. ergo caro Christi fuit in Adam, & Abraham, & alijs patribus secundum aliquid signatum.

¶2 Præter. Rom. 1. dicitur, q̃ Christus factus est ex semine Dauid secundũ carnem: sed semen Dauid E fuit aliquid signatum in ipso. ergo Christus fuit in Dauid secundum aliquid signatum, & eadem ratione in aliis patribus.

¶3 Præt. Christus ad humanũ genus affinitatem habet, inquantũ ex humano genere carnẽ assumpsit: sed si caro illa nõ fuit secundũ aliquid signatũ in Adam, nullã videtur habere affinitatem ad humanũ genus, quod ex Adã deriuatur: sed magis ad alias res, vnde de materia carnis eius assumpta est. uidetur ergo quòd caro Chri fuerit in Adam, & in alijs patribus secũdum aliquid signatum.

SED CONTRA est, quod Augus.* dicit 10. super Genes. ad literam, quocumq; modo Christus fuit in Adam & Abraham, & alijs patribus, alij homines etiam ibi fuerunt, sed non conuertitur: alij autẽ homines non fuerunt in Adam & Abraham, secundum aliquam materiã signatam, sed solum secundũ originem, vt in 1. parte habitũ est.* ergo neque Christus fuit in Adam, & Abraham, secundum aliquid signatum, & eadem rõne nec in alijs patribus.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est,* materia corporis Christi non fuit caro, & os beatæ Virginis, nec aliqd, quod fuerit actu pars corporis eius, sed sanguis, qui est potẽtia caro. Quicquid autem fuit in beata virgine a parentibus acceptum, fuit actu pars corporis beatæ virginis. Vnde illud, q̃d fuit in beata virgine a parẽtibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. & ideo dicendum est, quòd corpus Christi non fuit in Adam, & alijs patribus secundum aliquid signatum, ita. s. quòd ãq̃ qua pars corporis Adæ, vel alicuius alterius põsset designari determinate, ut diceretur quòd ex hac materia determinate, formabitur corpus Christi, sed fuit ibi secundum originem, sicut & caro aliorum hominum. Corpus enim Christi habet relationem ad Adam, & alios patres, mediante corpore matris eius. Vnde nullo alio mõ, fuit in patribus corpus Christi, quàm corpus matris eius, quod non fuit in patribus secundum materiam signatã, sicut nec corpora aliorum hominum, ũt in prima parte dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur Christus fuisse in Adam, secundum corpulentam substantiam, non est intelligendum hoc modo, quòd corpus Christi in Adam fuerit, quædam corpulenta substantia: sed quia corpulenta substantia corporis Christi, idest, materia, quam sumpsit ex virgine, fuit in Adam, sicut in principio actiuo, non autem sicut in materiali principio: quia scilicet, per uirtutem generatiuam Adæ, & aliorum ab Adam descendentium vsque ad beatam virginem, factum est ut illa materia præparetur, ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi, per uirtutem seminis ab Adam deriuatam. & ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter, secundum corpulentam substantiam: non autem secũdum seminalem rationem.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quàmuis corpus Chri nõ fuerit in Adam, & in alijs patribus, secundã seminalem rationem: corpus tamẽ beatæ virginis,

Lib. 3. orth. fid. c. 146. & 7i.

L. 1. ex. c. & 19. n. 5. 10. 4.

L. 1. c. 10. 9. & 20. 10. n. j.

18. ar. 1. 2.

3. dist. 3. q. 4. ar. 2.

d. 2. arg.

661.

L. 10. ex. c. 9 & 2. colligitur, ex. j.

j. p. q. 41. ar. 3.

Ar. præce.

1. p. q. 41. ar. 3

D. 17a.

quod ex semine maris est conceptum, fuit in Adā, & in alijs patribus, secūdum rationem seminalem. & ideo mediante beata Virgine, Christus secūdum carnem dicitur esse ex semine Dauid, per modum originis.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei. Similitudo autem speciei attenditur, non secundum materiam remotam, sed secundum materiam proximam, & secundū principium actiuum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficienter conseruatur. per hoc, quòd corpus Christi formatum est ex sanguinibus Virginis, deriuatis secundum originem ab Adam, & alijs patribus. Nec refert ad hanc affinitatem vndecumque materia illorum sanguinum sumpta fuerit: sicut nec hoc refert in generationem aliorum hominum, sicut in prima parte dictum est.

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum septimum.*

3.dist.3.q.4. ar.1. TItulus ut sonat propter quosdā ponentes, carnē Christi in patribus non subiectam fuisse peccato, sed immunē seruatam.

¶ In corpore tria: primo, duo supponūtur: secundo, duo excluduntur errores: tertio, respondetur quæsito. Quo ad primum supponitur primo, quòd est sermo cōpetitius Christi ad patres. supponitur secundo, quòd diuersa est conditio Christi, & patrū quo ad peccatum, quia illi subiecti peccato, Christus immunis a peccato.

Li.3.c.6.& 7 non longe a princ.& c.2. a med.

Li.10.c.20.a med.to.3.

¶ Quo ad secundum primus error esset cōditionem patrum attribuere Christo. secundus esset conditionem Christi attribuere partibus, seu alicui parti cuiuslibet eorum. Et quia primus opinantes nō habet, secundus vero habet, contra secundum dupliciter arguitur: primo, quia caro Christi non fuit in patribus secundū aliquid signatum: secundo, quia non pars, sed tota caro patrum ex concupiscentia concipitur. Quo ad tertiū conclusio respondua est: Tota caro patrum fuit peccato obnoxia, ita, quòd nihil fuit in eis libertum, vnde caro Christi formaretur. Infertur hæc conclusio ex antedictis.

q.27.ar.2. & q.14.ar.3. ad 1.

¶ Vbi aduerte, Autorem nō intulisse,

ARTICVLVS VII.

Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia.

ADSEPTIMVM sic proceditur. Videtur q caro Chri in antiquis pribus peccato infecta non fuerit. Dr enim Sap.7. q in diuinam sapientiam nihil inquinatum incurrit. Chrs autem est Dei sapientia, vt dicit 1.ad Cor.1. ergo caro eius nunquam peccato inquinata fuit.

¶ 2 Præt. Dam.*dicit in 3.lib. q Christus primitias nostræ naturæ assumpsit: sed in primo statu caro humana non erat peccato infecta. ergo caro Christi non fuit infecta, nec in Adam, nec in alijs patribus.

¶ 3 Præ. Aug.†dicit 19.super Ge. ad literam, q natura humana semper habuit cum vulnere vulneris medicinā: sed id, quod est infectum, non potest esse vulneris medicina, sed magis ipsū indiget medicina. ergo semper in natura humana fuit aliquid nō infectum, ex quo postmodū est corpus Christi formatum.

SED CONTRA est, q corpus Christi non refertur ad Adam, & ad alios patres, nisi mediante corpore beatæ Virginis de qua carnem assumpsit: sed corpus beatæ Virgini totum fuit in originali peccato conceptum, ut sup. dictum est,* & ita etiam fm quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxium. ergo caro Christi, secundum q fuit in patribus, fuit peccato obnoxia.

RESPON. Dicendū, q cum dicimus Christum fm carnē eius fuisse in Adā, & in aliis patribus, comparamus ipsum, uel carnē eius ad Adam & ad alios patres. Manifestum autē est, q alia fuit cō ditio pātrū, & alia Christi: nā Patres fuerunt subiecti peccato, Christus autē fuit omnino a peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Vno modo, vt attribuamus Christo vel carni eius cōditionē, quæ fuit, in patribus, puta, si dicamus, q Christus in Adā peccauit, quia in eo aliquo modo fuit, qđ est falsum: quia non eo modo in eo fuit, vt ad Christum peccatum Adæ pueniret, quia non deriuatur ab eo secundum concupiscentiæ legē, siue fm rationem seminalem, vt supra dictum est.* Alio modo cōtingit errare, si attribuamus ei, qđ actu fuit in patribus cōditionē Christi vel carnis eius vt squia caro Christi, secundum q in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia, ita etiam in Adam & in alijs patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur: sicut quidā posuerūt: quod quidē esse non pōt. Primo, quia caro Christi non fuit fm aliquid signatū in Adā & in alijs patribus, quod poss set distingui a reliqua eius carne, sicut purum ab impuro: sicut iam supra dictū est.* Secūdo, quia cū caro humana peccato īficiatur ex hoc, q est p* cōcupiscētiā cōcepta, sicut tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur. & ideo dicendum est, quòd tota caro antiquorum patrum fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliquid a peccato immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur.

Ar.praec. q.13.arti. ad 2.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, sed ab omni infectione peccati mundatam. & ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus dicitur primitias nostræ naturæ assumpsisse, quantum ad similitudinem conditionis, quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis ante peccatum. Non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis. ita scilicet quod illa caro puri hominis conseruaretur a peccato immunis, vsq; ad formationem corporis Christi.

D.3.6

AD TERTIVM dicendum, q in humana natura ante Christū erat vulnus, idest, īfectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris nō erat ibi actu, sed solum secundum virtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Christi.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Christus, in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

ADOCTAVVM sic proceditur. Videtur, q Christus fuerit in lūbis Abrahę decimatus. Dicit.n. Apo. ad Heb.7. q Leui pnepos Abrahę decimat? fuit ī Abrahā, ga

¶ *Super Quæstionis trigesimæprimæ Articulum octauum.*

TItulus ex verbis Apostoli ad Heb. & August. occasionē habet. Et significat esse decimatum, soluisse decimas per ministerium Abrahæ.

3.dist.1. art.1.q.1. 4.arti. 1.& 2.& 3.& 3.arti.

¶ In

¶ In corpore est una conclusio: Christus non fuit in lumbis Abrahæ decimat°. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apostoli, secũdo ratione. Et ex auctoritate quidem Apostoli arguit ducendo ad impossibile sic: Si Chr̃s fuisset decimatus in lumbis Abrahæ, eius sacerdotium non esset sm ordinem Melchisedec, sed minus ipso sicut Leui. Probat secundo, quia per hoc quòd Leui existente in lumbis Abrahæ, Abraham dedit decimas Melchisedech.

Probatur ab Apostolo, sacerdotium Leui esse minus sacerdotio Melchisedec. Ex ratione autem mystica probatur. Dans decimas protestatur se imperfectum, & perfectionẽ alij tribuere, ergo Abrahã dando decimas, protestatus est se & suos contracturos originale peccatum curatione indigere a Chr̃o, ergo oẽs qui fuerunt in lumbis Abrahæ, non solum sm corpulentam substantiam, sed etiã secũdum rõnem seminalem, fuerũt decimati. ergo Christus non fuit decimatus. Antecedens ꝓbatur, quia dans decimas, nouem sibi retinet, & decimã perfectionis signũ alij tribuit. Probatur signum perfectionis, quia decimus est quodammodo terminus numerorum: nam numerãdo, usq; ab decem ꝓcedimus, & inde replicamus unum supra decẽ, undecim &c. prosequendo. Prima consequentia probatur quo ad primam partem: quia imperfectio humani generis est ꝓpter peccatum indigens curãtione: & solus Chr̃s curator est peccati, iuxta illud, Ecce qui tollit peccatum mundi, & ipsum præfigurabat Melchisedec vt patet ex Apostolo. Et hæc quo ad secũdam partem. Secũda vero cõsequẽtia probatur: quia per rõnem seminalem originale peccatum contrahit. Tertia autem consequentia probatur: quia solus Chr̃s non fuit secundum rationẽ seminalem in patribus.

eo decimas dante Melchisedec, adhuc Leui erat in lumbis eius: sed similiter Christus erat in lũbis Abrahæ, quãdo decimas dedit. ergo ipse etiã Christus fuit decimatus in Abraham.

¶ 2 Præt. Christus est ex semine Abrahæ, secundum carnem, quam de matre accepit: sed mater eius fuit decimata in Abraham. ergo pari ratione Chr̃s.

¶ 3 Præt. Illud in Abraham decimabatur, quod curatione indigebat, ut August.* dicit 10. sũper Gen. ad literam. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. Cum igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (licut dictũ est*) videtur quòd caro Christi in Abraham fuerit decimata.

¶ 4 Præt. Hoc non uidetur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patre alicuius pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filiũ eius pontificem maiorem esse simplici sacerdote. licet ergo dicatur Chr̃us decimatus, Abrahã decimas dante Melchisedec, nõ tamen propter hoc excluditur, quin Christus sit maior, quàm Melchisedec.

SED CONTRA est, quod Augst.* dicit 10. super Genes. ad literam, quod Christus ibi, scilicet in Abraham decimatus nõ est, cuius caro inde non seruorem vulneris, sed materiam medicaminis traxit.

RESPON. Dicendum, quòd secundum intẽtionem Apostoli oportet dicere, ꝙ Christus in lumbis Abrahæ non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, maius esse sacerdotium, qđ est secundum ordinem Melchisedec, sacerdotio Leuitico, per hoc, quòd Abraham decimas dedit Melchisedec, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quẽ pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraham decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinẽm Melchisedec, sed minùs sacerdotio Melchisedec. Et iõ dicẽdum est, quòd Christus nõ est decimatus in lumbis Abrahæ, sicut Leui: quia enim ille, qui decimas dat, nouem sibi retinet, & decimam alij tribuit, quod est perfectionis signum (inquantum est quodammodo terminus omnium numerorũ, qui procedunt usq; ad decem) inde est, quòd ille, qui decimas dat, protestatur, se imperfectum, & perfectionem alij tribuere. Imperfectio autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui a peccato curat. Curare autem a peccato, est solius Christi: ipse enim est agnus, qui tollit peccata mundi, ut dicitur Ioan. 1. Figuram autem eius gerebat Melchisedec, ut Apostol. probat Hebræ. 7. Per hoc ergo, quòd Abraham Melchisedec decimas dedit, præfigurauit se uelut in peccato conceptum, & omnes qui ab eo descensuri erant, ea ratione, ut peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ est per Christum. Isaac autem & Iacob & Leui, & omnes alij, sic fuerunt in Abraham, ut ex eo deriuarentur, non solum secundum corpulentam substantiam, sed etiam secundũ rationem seminalem, per quam originale peccatum contrahitur. Et ideo omnes in Abraham sunt decimati, idest præfigurati indigere curatione, quæ est per Christum. Solus[d] autem Christus sic fuit in Abraham, ut ab eo deriuaretur, non secundum rationem seminalem, sed secundum corpulentam substantiam. Et ideo non fuit in Abraham sicut curatione indigẽs, sed magis sicut vulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Et per hoc patet responsio ad PRIMVM. D.370.

AD SECVNDVM dicendum, quòd quia beata Virgo fuit in originali concepta, fuit in Abraham sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, uelut inde descendens, secundum seminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, ut dictum est.* Ar. præce. & locis in cor. & in ar. Sed cõt. citatis.

AD TERTIVM dicendum, quòd caro Christi dicitur fuisse in antiquis patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem, quam habuit in suis parentibus, qui fuerunt decimati: non autem secundum qualitatem, quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus.

AD QVARTVM dicendum, quòd sacerdotiũ Leuiticum, secundum carnis originem deriuabatur, unde non minus fuit in Abraham, quàm in Leui. Vnde per hoc, quòd Abraham decimas dedit Melchisedec, tamquam maiori, ostenditur sacerdotium Melchisedec, inquantum gerit figuram Christi, esse maius sacerdotio Leuitico. Sacerdotium autem Christi, non sequitur carnis originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse, quòd pater det decimas alicui sacerdoti tamquam minor maiori, & tamen filius eius sit pontifex, est maior illo sacerdote, non propter carnis originem, sed propter gratiam spiritualem, quam habet a Christo.

QVAESTIO XXXII.

De conceptione Christi, quo ad actiuũ principium, in quatuor articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ, Articulum primum.*

DEINDE considerandum est de principio actiuo in conceptione Christi.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrum Spiritussanctus

TItulus clar° est sumens occasionẽ ex Symbolo: Qui conceptus est de Spiritusancto.

¶ In corpore unica conclusio: Conceptio corporis Christi, licet a tota sit Trinitate: attribuitur tamen Spiritusancto. Probatur secunda pars, de

qua est quæstio, triplici ratione: & rationes in litera clare patent.

¶ Duo tamen pro notitijs occurrunt, primū est, q̄ aliter attribuitur personæ Spiritusancti, efficere carnem Christi, & aliter filio assumere eandē; nam Spiritusancto attribuitur conceptionis causalitas, ut appropriatum, sicut bonitas & amor: Filio autem attribuitur assumere carnem, ut proprium, ita quòd corpus Christi, ita conceptum est de Spiritusancto appropriate, quòd etiam conceptum est de patre & filio (indiuisa enim sunt opera Trinitatis ad extra) sicut Spiritussanctus ita est amor appropriate, q̄ tam pater, quàm filius est etiam amor. Sed corpus Christi ita est assumptum a filio; quòd nec a pre, nec a Spiritusancto est assumptū: & propterea incarnatum esse, non appropriatū, sed proprium est filio. ratio autem superius dicta est.

¶ Secundo, dubium occurrit in 3. ratione circa probationē ex Apostolo ad Gala. 4, non enim infert intentum, scilicet quod Spiritussanctus efficiat filios Dei: sed q̄ faciat eos clamare, Abba, pater.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ licet in naturalibus filiis hominum aliud sit principium naturæ, & aliud principium operationis, in filio tamen adoptiuo per liberū arbitrium, quo ferimur in Deū, idem est principium filiationis, & operationis propriæ filiorum: quia ad suauem Dei dispositionē spectat, ut rōnales creaturas per rationis vsū ad se trahat. Et propterea ex eo, q̄ spiritus efficit propriā operationem filiorum Dei, quæ est clamare Abba, pater, optime infertur, a posteriori tamen, quòd ipse est effector filiorū Dei, quos cum efficit, facit clamantes ad Deū pater, pater.

3.p.d.2.art.2. q.2.& 4.c6. c.45.& 46 & opu.1.c.226 & lo.12.l.4. Li.1. ca.4.in fi.& 5.in pri. lo.3.

Li.4.c.20. pa rū ante medium lo.3.

3.p.q.43.a.5

fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

¶ Secundò, vtrum possit dici, q̄ Christus sit conceptus de Spiritusancto.

¶ Tertiò, vtrū possit dici, quòd Spiritussanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quartò, vtrum beata virgo aliquid actiue egerit in conceptione Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Spiritussanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd efficere conceptionem Christi, nō debeat attribui Spiritusancto: qa vt Aug.* dicit in 1. de Trin. Indiuisa sunt opera Trinitatis, sicut & īdiuisa est Trinitatis essentia: sed efficere conceptionē Christi, est quoddam opus diuinum. ergo videtur quòd non magis sit attribuendum Spiritusancto quàm patri, vel filio.

¶ 2 Præt. Apost. dicit ad Gala. 4. Cū venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere: quod exponens Augustin. 4. de Trinit. † dicit, Eo vtique missum, quo factum ex muliere: sed missio filij attribuitur præcipue patri, ut in 1. parte habitum est. * Ergo & conceptio secundum quam factus est ex muliere, debet præcipue patri attribui.

¶ 3 Præt. Prouer. 9. dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum. Est autem sapientia Dei, ipse Christus, secundum illud 1. ad Corint. 1. Christum Dei virtutē, & Dei sapientiam. Domus autem huius sapientiæ est corpus Christi, quod etiam dicitur templum eius, secundum illud Io. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. ergo videtur quòd efficere conceptionem corporis Christi, debet præcipue attribui filio, non ergo Spiritusancto.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 1. Spiritussanctus superueniet in te &c.

RESPON. Dicendum, quòd conceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata: attribuitur tamē hoc Spiritusancto, triplici ratione. Primo quidem, quia hoc congruit causæ incarnationis, quæ considerabatur ex parte Dei: Spiritus enim sanctus, est amor patris & filij, vt in 1.* parte habitum est. Hoc autem ex maximo Dei amore puenit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali: vnde dicitur Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Secundo, quia hoc congruit causæ incarnationis ex parte naturę assumptæ: per hoc enim datur intelligi, quòd humana natura assumpta est à filio Dei in vnitatē personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia, quæ Spiritusancto attribuitur, secundum illud 1. ad Corint. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Vnde Augustin.* dicit in Enchi. Iste modus quo est natus Christus de Spiritusancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso primo exordio naturæ suæ quo esse cœpit verbo Dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem ipse esset filius Dei. Tertio, quia hoc congruit termino incarnationis. Ad hoc enim terminata est incarnatio, vt homo ille qui cōcipiebatur, esset sanctus & filius Dei: vtrunque autem horum attribuitur Spiritusancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filii Dei, secundum illud Galat. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui, in corda vestra, clamantem Abba, pater. Ipse est etiam Spiritus sanctificationis, ut dicitur Roma. 1. Sicut ergo alij per Spiritumsanctum sanctificātur spiritualiter, ut sint filij Dei adoptiui, ita Christus per Spiritum sanctum est in sanctitate conceptus, ut esset filius Dei naturalis. Vnde Rom. 1. secundum unam gl.* quod præmittitur, scilicet, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, manifestatur per id, quod immediate sequitur, secūdum Spiritum sanctificationis. i. per hoc quòd est conceptus de Spiritusancto. & angelus annuntians ex hoc, quod præmiserat, Spiritussanctus superueniet in te, concludit, Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ opus conceptionis commune quidem est toti Trinitati, secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis. Nam patri attribuitur auctoritas respectu personæ filij, qui per huiusmodi conceptionē sibi assumpsit humanam naturam. Filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio. sed Spiritusancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur a filio. Nā ipse Spiritussanctus est spiritus filij, secundum illud Gal. 4. Misit Deus spiritum filij sui. Sicut autē uirtus animæ, quæ est in semine, per spiritum qui in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum, ita virtus Dei, quæ est ipse filius (sm illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei uirtutem) per Spiritumsanctum corpus formauit, quod assumpsit. Et hoc etiam verba angeli demonstrant, dicentis, Spiritussanctus superueniet in te, quasi ad præparandā & formandam materiam corporis Christi, & uirtus Altissimi, idest Christus obumbrabit tibi. i. corpus in te humanitatis, accipiet incorporeum lumen diuinitatis: umbra enim a lumine formatur & corpore, ut Grego.* dicit 18. Moral. Altissimus autem intelligitur pater, cuius virtus est filius.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ missio refertur ad psonam assumētem, quæ a patre mittitur: sed cōceptio refert ad corpus assumptū, quod operatione Spiritussancti format. & iō licet missio & cōceptio sint idem subiecto, quia tamen differunt rōne, missio attribuitur patri, efficere autē conceptionē Spiritusancto, sed carnem assumere attribuitur filio.

AD TERTIVM dicendū, q̄ sicut Aug.* dicit in lib. de

F G H I K

3.p.q.32.

Ex glo. & Orig.

Li.8. in pri.

de Quæstionibus veteris, & noui Testamẽti, quæstio ista gemina ratione potest intelligi. Primũ enim domus Christi Ecclesia est quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde potest, & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur templum eius. Factum autem Spiritussancti factum filij Dei est, propter naturæ, & voluntatis vnitatem.

¶ *Super Quæstionis istius sextæ secundæ Articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debeat dici conceptus de Spiritusancto.

TItulus circa proprietatẽ locutionis versatur: & propterea an dici debeat, quæritur, & cõsistit tota quæstio hæc in illa præpositione, De. ¶ In corpore articuli vna est conclusio: Conuenienter dicere possumus Christum cõceptũ esse de Spiritusancto. Probatur & declaratur. Probatio est: In Spiritusancto duplex est habitudo ad Christũ conceptum, scilicet cõsubstantialitatis, & causalitatis effectiuę. ergo conuenienter potest dici cõceptus de Spiritusancto. Antecedens probatur: quia conceptio attribuitur non solũ corpori Christi: sed etiã ipsi Christo ratione corporis. Consequẽtia probatur: quia præpositio, De, vtrãque denotat habitudinem, vt patet exẽplariter: cum filius Dei de Patre genitus dicitur. Declaratio est, quòd consubstantialitas ad personam Christi efficientiã ad corpus Christi referenda est.

3.dist.4.q.1.art.1.q.1.&2. cont.c.46. Et op.3.cap. 2.26.

Augustin lib. de natura Boni cap.17. to.6.

Anast. sedl. Lion. tom.

AD SECVNDVM sic procedi-
B tur. Videtur, q̃ Christus nõ debeat dici cõceptus de Spiritusancto: quia super illud Roma.2. Ex ipso & p ipsum & in ipso sunt omnia, dicit gl.* Aug. Attendẽdũ q̃ nõ ait de ipso, sed ex ipso: ex ipso enim cœlum sunt & terra, quia fecit ea: nõ autẽ de ipso, quia non de substantia sua: sed Spiritussanctus non formauit corpus Christi de substãtia sua. ergo Christus non debet dici conceptus de Spiritusancto.

C ¶2 Præt. Principiũ actiuũ, de quo aliquid cõcipitur, se habet sicut semen in generatione: sed Spiritussanctus non se habuit sicut semẽ in conceptione Christi. Dicit enim Hiero.* in expositione Catholicæ fidei, nõ sicut quidã sceleratissimi opinãtur, Spiritumsanctũ dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac virtute Creatoris dicimus esse operatũ, i. formatũ corpus Chri. non ergo debet dici, q̃ Chris sit cõceptus de Spiritusctõ.

D ¶3 Præt. Nihil vnũ de duobus formatur, nisi aliquo modo commixtis: sed corpus Christi formatum est de virgine Maria. si ergo Christus dicatur conceptus de Spiritusancto, videtur, quòd facta sit commistio quædam Spiritussancti, & materiæ, quã Virgo ministrauit, quod patet esse falsum. non ergo Christus debet dici conceptus de Spiritusancto.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Antequã conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritusancto.

E RESPONDEO. Dicendum, quòd conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autem sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nam ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad corpus autem eius habet habitudinem causæ efficientis. Hæc autem præpositio, De, vtramque habitudinem designat, sicut cum dicimus hominem aliquem esse de suo patre. Et ideo conuenienter dicere possumus, Christum esse conceptum de Spiritusancto, hoc modo quòd efficientia Spiritussancti referatur ad corpus assumptum: consubstantialitas vero ad personam assumentem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus
A Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sãcto, non proprie potest dici de Spiritusancto conceptum, sed magis ex Spiritusancto, sicut Ambro.* dicit in lib. de Spiritusancto, quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est: ex substantia, sicut filius, qui a patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia, quo modo & in vtero habuit Maria ex Spiritusancto.

Li.2.c.5. non procul a fi. to.3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd super hoc videtur esse quædam diuersitas Hieron. ad quosdam alios doctores, qui asserunt, Spiritumsanctum in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chrys.* super Matth. Vnigenito Dei in Virginem ingressuro, præcessit Spiritussanctus, ut præcedente Spiritusancto in sanctificationem nascatur, scilicet, Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente pro semine. Et Damasc.* dicit in 3. lib. Obumbrauit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinũ semen. Sed hoc de facili soluitur, quia secundum quòd in semine intelligitur virtus actiua, sicut Chrysostom. † & Damas. comparant semini Spiritumsanctum, vel etiam filium qui est virtus Altissimi: secundum autem q̃ in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione transmutatur, negat Hier. * Spiritum sanctum fuisse pro semine.

Homil. 1. in Matt. in ope re imperfecto in vl. fol. ante fi. to.2.

3. orth. fi. c. 2. circa prin.

locis nũc proxime dictis.

Hier. in loco citato in ar.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut August. dicit in Ench. non eodem modo dicitur Christus conceptus, aut natus de Spiritusancto, & de Maria Virgine: sed de Maria Virgine materialiter, de Spiritusancto vero effectiue. Et ideo non habuit hic locum commistio.

ARTICVLVS III.

Vtrum Spiritussanctus dici debeat pater Christi secundum carnem.

¶ *Super Quæstionis 32. Articulum tertium.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd Spiritussanctus debeat dici pater Christi secundum humanitatem, quia secundum Philos.* in lib. de Generatione animalium, pater dat principium actiuum in generatione, mater vero ministrat materiam: sed beata virgo dr̃ mater Christi propter materiam, quã in cõceptione eius ministrauit. ergo videtur q̃ etiam Spiritussanctus possit dici pr̃ eius, propter hoc, quòd fuit principium actiuum in conceptione ipsius.

¶2 Præt. Sicut mentes aliorum sanctorum formantur per Spiritumsanctum, ita etiam corpus Christi est per Spiritumsanctum formatum: sed alij sancti ꝓpter prædictam formationem dicuntur filij totius Trinitatis, & per consequens Spiritussancti. videtur ergo quòd Christus debeat dici filius Spiritussancti, inquantum corpus eius est Spiritusancto formatum.

¶3 Præt. Deus dicitur pater noster secundum hoc, q̃ nos fecit, secundum illud Deut. 22. Nonne ipse est pr̃ tuus, q̃ possedit & fecit, & creauit te? sed spiritus

3.di.4.q.1.ar. 2.q.1.& q.2. ad 1.& 4.& 5 expo. lit. ad 2. & 4. cont. c.47. & opu. 3.c.210. Li.2.c.3.& 4. tom.4.

Tertia S. Thomæ. P 4 ani-

Ar.1. huius quæst.

animali, aut excellentius viuente, quàm animal procedens, si perfecte accipit similitudinem producentis, pfecte ibi est pater & filius: si imperfecta est similitudo, imperfecta quoq; est patris filijque ratio. Declaranturque exēplis patris secundum creationem, & secundum adoptionē gratiæ.

Ench. c.38. to.3.

¶ Quoad secundum, regula est: De aliquo dictum secundū perfectam rationem nō dicitur de eodem secundum imperfectam rationem. Declaratur exemplo de homine secundum rationem veri & secundum rationem picti hominis, respectu sortis: & patet litera.

Ench. ca.39. circa pr. t.3.

Vbi aduerte, quòd regula intelligitur de prædicatione simpliciter & absolute, hoc est sine additione aliqua. Et in promptu eius ratio est: quia nomen quodcumque simpliciter enuntiatum de aliquo perfecta ratione illud habente non significatur diminute illi conuenire ac per hoc nō secundum imperfectam, sed secundum perfectam rationem.

Et scito, quòd super ista regula fundatur intellectus sacræ Scripturæ, cum de Iesu Christo loquēs affirmat ipsum esse Dei filium. ex hoc enim quòd esse filiū Dei, Christo conuenit secundum perfectam filiationis Dei rationem (quia est naturalis filius Dei) consequens est, ut numquam Christus intelligendus sit filius adoptiuus, sicut ceteri sancti cum dicitur filius Dei.

Quo ad tertium, conclusio est, Christus nullo modo debet dici filius Spiritussancti, aut totius Trinitatis. Probatur: Christus est filius Dei secundū perfectam rationem filiationis. ergo neque rōne creationis, neq; iustificationis, sed solius æternæ generationis debet dici filius Dei. ergo nec Spiritussancti, nec Trinitatis debet dici filius. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex regula prēsuppositi, Secunda vero probatur: quia secundum æternam generationem solius Patris est Filius.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ Articulum quartum.*

TItulus clarus. notando, q̄ nō est quæstio, an actiue egerit, sed an actiue egerit in ipso actu cōceptionis corporis Christi: de actione enim circa illū actum est quæstio.

¶ In corpore articuli quatuor fiunt: primo refertur opinio quædā habens duas partes. Secundo, improbatur prima pars illius: tertio secunda: quarto respōdetur quæsito.

In corp.

¶ Quo ad primum opinio dicit beatam virginem operatam in cōceptione Christi actiue dupliciter: scilicet naturali, & supernaturali virtute. Et primæ partis ratio est communis de inchoatione formarum in materia per aliquod cooperatiuum principium in materia: in hoc enim ponitur differentia inter tranſmutationem naturalem & artificialem: quia naturalis habet tale principium in materia, & ideo ē naturalis, artificialis vero habet solam materiam purè passiuam.

Inf.q.33.a.4.ad 2.& dis.3.qa.1. Li.3 c.1.p.rū ante m diam.

¶ Quo ad secundum tripliciter arguit contra hoc Auctor. Primo interimendo fundamentum, quia ad mutationem naturalem sufficit principium materiale esse passiuum, ex auctoritate Aristo. Secundo, quia impossibile est, q̄ materia agat ad sui formationem: quia nō est actus agere enim est actus nō potentiæ: semp enim æstimabitur species mouere, vt dicitur 3. Physico. Tertio, quia impossibile est aliquid non diuisum in duas partes (vt animata) mouere seipsum, ex 8. Physicorum.

Li.no.cap tom.3.

¶ Aduerte hic, quòd oportet digredi ad quæstiones multas, si

Ench. e.38. to.3.

Sanctus fecit corpus Chri, ut dictum est.* ergo Spiritussanctus debet dici pater Chri secundū corpus ab ipso formatum.

F

Sed contra est, qd̄ Aug.* dicit in Ench. Natus est Chris de Spiritusancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius.

Respon. Dicendum, q̄ nomina paternitatis & mrnitatis, & filiationis generationē cōsequuntur, non tamē quamlibet, sed proprie generationē viuentium, & præcipue aīalium. Non enim dicimus, q̄ ignis genera tus sit filius ignis generātis, nisi forte secundum metaphoram: sed hoc dicimus in animalibus, quorum generatio est magis pfecta. Nec tamē omne quod in animalibus generatur, filiationis accipit nomen: sed solum illud quod generatur in similitudinē generātis. Vnde, sicut Au.* dicit, non dicimus q̄ capillus, q̄ nascitur ex homine, sit filius hominis: nec etiam dicimus quòd homo qui nascitur, sit filius seminis: quia nec capillus habet si militudinem hominis, nec homo qui nascitur ex semine, hēt similitudinem seminis, sed hominis generātis. Et si quidē pfecta sit similitudo, erit perfecta filiatio, tam in diuinis q̄ in humanis: si autem sit similitudo imperfecta, erit etiam filiatio imperfecta. Sicut in hōie est quædam similitudo Dei imperfecta, & inquantum creatus est ad imaginem Dei, & inquantum recreatus est secūdum similitudinem gratiæ. & ideo vtroq; modo potest homo dici filius Dei, & quia .s. est creatus ad imaginem eius, & qa est ei assimilatus per gratiam. Est autem cōsiderandum, q̄ illud quod de aliquo dicitur ſm perfectam rationem, nō est dicendum de eo secundum rationem imperfectam: sicut quia Sortes dicitur naturaliter hō secundum propriam rationē hominis, numquam dī homo secundū illam significationē, qua pictura hominis dī homo, licet forte ipse assimilet alteri homini. Christus autem est filius Dei secundum perfectā rationem filiationis, unde quamuis ſm humanam naturā sit creatus & iustificatus, nō tñ debet dici filius Dei, neq; rōne creationis, neq; rōne iustificationis, sed solū rōne generationis æternę, ſm quā est filius pris soli9. & ideo nullo mō debet dici Christus fili9 Spiritussancti, nec totius Trinitatis.

G

Ad primum ergo dicendum, quòd Christus conceptus est de Maria Virgine materiā ministrante in similitudinē speciei. & ideo dicitur filius eius. Christus autem secundum q̄ homo cōceptus est de Spiritusancto sicut de actiuo principio, non tamen secundum similitudinē speciei, sicut homo nascit de patre suo, & ideo Christus nō dicitur fili9 Spiritussancti.

Ad secundum dicēdū, q̄ homines, q̄ spiritualiter formantur a Spiritusancto, nō possunt dici filij Dei ſm perfectam rationem filiationis: & ideo dicūtur filij Dei ſm filiationē imperfectā, quæ est ſm similitudinē gratiæ, quæ est a tota Trinitate, sed de Christo est alia ratio, vt dictum est.* Et similiter dicendum est ad Tertium.

H

Articvlvs iiii.

Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione corporis Christi.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, quòd beata Virgo aliquid actiue egerit in cōceptione corporis Chri. Dicit. n. Dam.* in 3. li. q̄ Spiritussanctus superuenit Virgini, purgans ipsam, & virtutem susceptiuam uerbi Dei tribuēs, simul autem & generatiuā: sed uirtutem generatiuā passiuā habebat a natura, sicut & q̄libet femina. ergo dedit ei uirtutē generatiuam actiuam, & sic aliquid actiue egit in cōceptione Christi.

I

¶ 2 Præt. Oēs uirtutes animæ uegetabilis sunt uirtutes actiuæ, sicut Commen. dicit in 2. de anima: sed potentia generatiua tam in mare quàm in femina pertinet ad animam vegetabilem. ergo tā in mare quàm in femina actiue operatur ad conceptionem prolis.

¶ 3 Præt. Femina ad conceptionē prolis materiā ministrat, ex qua naturaliter corpus prolis formatur: sed natura est principiū motus intrinsecum. ergo uidetur q̄ in ipsa materia quam beata uirgo ministrauit ad conceptū Christi, fuerit aliquod principiū actiuū.

K

Sed contra est, q̄ principium actiuum in generatione dicitur ratio seminalis: sed sicut Augu.* dicit 10. super Genes. ad literam corpus Christi ī sola materia corporali, per diuinam cōceptionis formationisque rationem de Virgine assumptū est, non autem secundum aliquam rationem seminalem humanā. ergo beata Virquentia probatur ex

A

B

C

D

E

si examinandæ essent hæ rationes. Nam & de inchoatione formarum & de motu grauium & leuium, & de maxima atque uetustissima ambiguitate, an aliquid seipsum mouere possit, tractare oporteret, & non Theologiam, sed philosophiam puram tradere opere longo, propterea extra librum hunc tractanda hæc relinquam.

¶Quo ad tertium ponitur primo ratio secundæ partis. Et assumit ratio hæc duo. Alterum naturale, scilicet quòd mater concurrit ad generationem per propriũ semen, actiue concurrens ad generationem. Alterum supernaturale, scilicet quòd beatę Virgini data est miraculose uirtus illa actiua, quam aliæ matres habent per semen, ut scilicet sine semine posset quod per semen potuisset. Et huius miraculi ratio est integerrima uirginitas, cui repugnat seminis resolutio. Deinde ponitur improbatio istius opinionis quo ad radicem eius, & ipsam bipartitam. Et est ratio ista, Distinctio sexus est a natura propter diuersam operationem ad generationem opportunam. ergo est penes diuersitate agentis. & patiẽtis. ergo tota uirtus actiua est ex parte maris: passio uero ex parte fœminæ. Antecedens probatur ex secundo Cæl. sic, Sexus est propter operationem opportunam ad generationem. ergo diuersitas sexus est propter diuersam operationem opportunam ad generationem. Consequentia hæc est per se nota, & assumptum est ex primo Cæl. Vnumquodque est propter suam operationem. Consequentia principalis probatur in litera, quia distinctio operationis in generatione est secundum agens, & patiens. Deinde ad huius rationis conclusionem firmandam affertur signum in litera ex plantis, quia ideo in illis nõ est distinctio sexus, quia actiua & passiua uirtus sunt mistæ: hoc enim signum est quòd distinctio sexus est penes actiuum & passiuum: hæc quo ad radicem positionis.

¶ Contra ipsam uero positionem procedit litera subsumendo, beata Virgo non accepit a Spiritusancto, ut esset pater Christi, sed mater. ergo non accepit potentiam actiuam in conceptione. Demum duæ uiæ secundum hanc opinionem excluduntur, altera dicentium, quòd uirtute illa supernaturali beata Virgo usa est agendo conceptionem Christi, & sic fuisset pater Christi: altera dicentium, quòd uirtute illa beata Virgo non est usa, & sic frustra collata ei fuisset uirtus illa actiua.

¶ Circa processum istum duo occurrunt dubia. Primum est circa consequentiam principalem allatæ rationis. non enim apparet illius efficacia, qm̃ fundatur super illa uniuersali. Oĩs diuersitas operationum ad generationem, est secundum diuersitatem actiui & passiui, quæ non videtur uera, nec in litera habetur. Et quidem q̃ oporteat illam uniuersaliter esse ueram ad probandam dictam consequentiam, patet clarissime: quia nisi sit uniuersaliter uera, facile negabitur consequentia, concedendo oĩa assumpta, s. & q̃ distinctio sexuum est propter diuersam operationem, & quòd distinctio operationis aliqua est penes actiuum, & passiuũ. Tunc, patet debilitas consequentiæ, quia ex hoc q̃ aliqua distinctio operis ad generationem est penes actiuum & passiuum, non sequitur determinate. ergo distinctio sexus est penes actiuum & passiuum. Sed si omnis distinctio operationis ad generationem est penes actiuum & passiuum, optime sequetur. ergo, distinctio sexuum est penes actiuum & passiuum: quia ipsa est manifeste ad diuersa opera ad generationem requisita.

¶Secundum dubiũ est circa secundã consequentiam. s. ergo tota uis actiua se tenet ex parte patris. Nã plus infertur, quã sequatur. licet. n. sequatur, ergo uis actiua se tenet ex parte patris, non tm̃ sequitur. ergo tota se tenet ex illa parte. Et confirmatur, quia ẽm multos cõcedentes marẽ & feminã distingui penes actiuum & passiuũ, pater ẽt concurrit aliqualiter passiue, pro quãto pars seminis paterni materialiter concurrit ad generationẽ. Igitur econtra aliquid ex parte matris non inconuenit cõcurrere actiue, quãmuis principali[a] concurrat passiue, & sic falsum est, totam uim actiuam ex parte maris, & totã passiuam ex parte feminæ se tenere. D. 1117.

¶Antequã ad hæc dicatur dubia, est terminãdus progressus articuli, ut motis alijs ꝓpinquis dubijs possit simul responderi.

¶Quo ad quarum responsionem q̃sito duabus conclusionibus. Prima est, beata Virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiue operata est: sed solam materiam ministrauit. Secunda conclusio est. Ante conceptionẽ operata est aliquid actiue, præparando materiam, ut esset apta conceptui, & prima cõclusio nõ aliter in litera probatur, quàm ex supradictis illam inferendo: si enim tota uis actiua generationis est ex parte maris. restat, ut femina passiue solum concurrat. Secunda autem conclusio tamquam manifesta relinquitur, quasi consequenter se habens. lib.2.tex.17. tom.2. D.6.16.

¶ Aduerte hic, q̃ aliud est loqui de ipso actu conceptionis, & aliud de mensura ipsius actus. In litera non dicitur, quòd beata Virgo nihil actiue operata est in mensura actus cõceptionis, sed dicitur quod nihil actiue operata est, in ipso actu conceptionis. Nam beata Virgo in illo instanti conceptionis materiam ministrauit, ac per hoc actiue operata est, quia materiam ministrare, agere proculdubio est: ita quòd in toto tempore præcedẽte instans conceptionis, beata Virgo actiue præparauit materiam (ut in secunda cõclusione dicitur) & in instanti terminante tempus illud, quod fuit instans conceptionis. præparatam materiam ministrauit (ut in prima conclusione dicitur) quasi ad terminum suæ actionis peruenies. Ad ipsum autem conceptionis actum non concurrit actiue, sed passiue, suscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritussancti loco seminis.

¶Occurrit circa conclusionẽ dubiũ ex Sco. in 3. sent. di. 4. q. 1. di recte cõtra doctrinã psentis articuli arguẽte, primo de matribus in cõi. Tum primo, quia formas eiusdẽ speciei consequũtur potentiæ naturales eiusdẽ speciei, mas & femina sunt eiusdem speciei 10. Met. ergo si formã maris sequitur potentia uegetatiua actiua, similiter & formã feminæ. Et confirmat, q̃a aliter uegetatiua maris & feminæ differrẽt sicut actiua & passiua. & ita essent potentiæ omnino alterius rõnis. Tum secundo, quia mater naturaliter plus diligit filium q̃ pater, ut patet 8. Eth. Ergo filius est opus matris. Et probat consequentia, q̃a pater diligit filiũ ut opus suum. Tum tertio, q̃a filius assimilat magis qm̃, matri, q̃ patri. ergo in matre est uirtus actiua. Probatur sequela, q̃a agentis est assimilare sibi effectum, ita q̃ effectus nullis assimilatur, nisi ꝓp aliquã actionẽ eius. Tũ quarto, quia matrẽ tm̃ esse quasi uas, in quo sicut in loco conueniẽte generatur proles, & de aliquo eius ut materia, non vt plus dare matri quã terræ, in generatione mineræ, si de aliquo eius generatur minera, & sic talis terra esset mater mineræ, imò homo esset mater uermis in eo geniti loco conueniẽti ex aliquo hominis. Et si dicat q̃ uermis nõ est eiusdẽ speciei, obijcitur q̃ asina est mater mulæ. & tm̃ non est eiusdem speciei.

¶Secundo principaliter obijcitur de hac matre in speciali per illud Dama. c. 40. uirtutem tribuens susceptiuam, simul autem, & generatiuam: si enim ipsa esset tantum principium passiuum, nõ videret quare copulauit uiruti susceptiuæ uirtutẽ generatiuam.

¶Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶Ad euidentiam motarum quæstionum, sciendum est quòd veritas quæstionis huius, sicut & multarum aliarum in medio consistit. Et ideo extrema sectati errauerunt: & quia medium extremorum naturas sapit, veritatis aliquid attigerũt. Feminarũ enim potentiæ ad partem vegetatiuam spectantes actiuæ proculdubio sunt, sed res facta ab actiua potentia feminæ materiale est, non actiuum generationis principium: ita quòd mas & femina conueniunt in hoc, quòd vtriusque potentiæ sunt actiue, sed differunt in re facta per illas potentias, nã factum a mare, semen est actiuum generationis principium. factum vero a femina, quicquid sit illud menstruum aut semen, materiale est generationis principium. Hæc est peripateticorũ quos Auctor sequitur sententia, consonatque primæ philosophiæ, quoniam sic inter marẽ, & feminã vnitas specifica saluatur, & informis, & in potentijs, & differentia ponitur ex parte corporis, seu materiæ, dum penes res factas, non penes potentias animæ, diuersitas formalis actiui & passiui collocat: res enim facta ex parte corporis se tenet. Consonat quoque specificæ diuersitati maris & feminæ in genere sexus: differentia siquidem maris & feminę formalis est in genere sexus, materialis autem in genere animalis, unde ista specifica differentia ex parte materiæ consequens animalis genus, rationabiliter infert in ipsis proprijs effectibus maris & feminæ diuersarum rationum conditiones. Attestatur demum huic positioni, ipsa exterior dispositio membrorum cum suis proprijs operationibus apparentibus manifeste: membra siquidem masculino sexui propria ad agẽdum apta conspicimus, membra uero femineo sexui propria ad recipiẽdum facta videmus, & feminas recipere semen a maribus efficientibus illud, constat. Recipere autem adeo includitur in eo quod est pati, ut ẽt in substantijs immaterialibus, in quibus non manifeste apparet potentia passiua, dicamus eas tantum pati quantum recipiunt, Quo fit, ut alienus a philosophiæ vijs sit, qui negat feminas pati in conceptione, experientia testante eas recipere semen uirile.

¶His præmissis, ad primum dubium contra processum literæ dicitur, quòd sermo literę est de prima diffinctione per se operationis ad generandum, ita quòd intentio literę est, quòd prima per se diuersitas operationum ad generandum est secundum rationem actiui & passiui. Et hæc propositio nõ eget probatione, quia ad sensum est per se nota: quia constat quòd est secundum rationem immissionis. & receptionis. Et super hac propositione optime fundatur sequela, quia mas & femina per se diuersificantur penes diuersa per se primo opera ad generandum: quoniam ad hoc a natura distinctio sexuum ordinatur, ut patet.

¶Ad secundum uero dubium, contra eiusdem processus alteram consequentiam respondetur, quòd secunda consequentia, scilicet, ergo tota uis actiua ex parte maris se tenet, rationabilis est, quia ex eo quòd e regione diuersificantur per se primo opera generationis penes actiuum & passiuum, consentaneum est, ut tota latitudo actiui in generatione se teneat ex parte primi actiui. Quòd autem opiniones diuersæ sint de semine maris, non obstat, quin rationabilis sit positio contraria peripateticorum principis, quam sequitur Auctor. Non est alienum a doctrina sana tradere, quod rationi consonat, licet demonstratio mathematica non habeatur. licet alij oppositum sentiant. Ex dictis siquidem quilibet percipere potest, quod ex apparentibus membris & operationibus constantibus arguendo ad ea, q̃ sensui non subiacent, consentaneũ rationi est, ut prima distinguendi inter marem & fœminam ratio sit penes agere & pati proculdubio generationem, propter quam per se primo est sexus, & eius diuersitas.

¶Ad obiecta Scoti contra doctrinam articuli huius de maribus in communi respondetur, & ad primum dicitur, q̃ mirũ est de isto homine assumente argumẽtũ Auctoris in litera secundum, & uidente responsionem, & tamẽ arguente, quasi Auctor non responderit. Dicimus ergo, ut iam dictum est, quod nec somniauimus potentiam uegetatiuam in muliere esse passiuam, actiua enim est, sed materiæ in quam semen uiri agit: sicut etiam in uno & eodem homine digestiua uirtus est actiua materiæ, in quam nutritiua agit, conuertendo in substantiam alit. Nec accipias proprie, sed exempli gratia dictum in litera in responsione ad secundum, quòd potentiæ generatiuæ in mari & femina sint sicut ars superior & inferior: sunt. n. non diuersæ, sed eiusdem rationis in se, quãuis si ad res effectas abeis referatur, diuersarum rationum inueniantur secundũ diuersam rationẽ actiui & passiui, agendi & patiendi, vt dictum est.

Dic ergo, q̃ potentia generatiua fœminæ est actiua, non generationis, sed materiæ proximæ & propriæ ipsius generationis & geniti.

¶Ad secundum dicitur, quod mater diligit filium suum, ut proprium opus effectiue, secundum propriam materiam seu proprium corpus ipsius filii: est enim ipsa effectiua causa materiæ proximæ, ut dictum est.

¶Et ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo q̃ quia mater est causa effectiua materiæ proximæ filii, ideo filius assimilatur matri: sed falluntur arguentes a negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in utero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filii.

¶Ad quartum dicitur, quòd nos non dicimus matrem esse ut uas seu locum, &c. ambæ enim opiniones sunt extremæ, & q̃ mater concurrat actiue ad generationem. & q̃ mater sit pure receptiue, & passiue principium filii: media siquidem est peripatetica sententia, matrem esse principium actiuum materiæ filij. & passiuum generationis eiusdem.

¶Ad obiecta ex Damasceni auctoritate respondetur in litera ad primum, q̃ ibi generatiua adiunxit Damascenus susceptiue, quia diuersas conditiones indicant: susceptiua quidem potentia ad filium Dei refertur. generatiua autem ad uirginitatem matris, virgo. n. manens uirgo, non pòt generare, qm̃ generatio tunc tantũ naturaliter fieri pòt a fœmina, quamtumcumq; fœcunda, quum concipere pòt: concipere aũt passiue non potest sine uirili semine, quod si fit, iam non uirgo conciperet. Quia ergo beatæ Virgini tributum est, ut manens uirgo posset concipere, ibi ad hoc describendum Dam. addidit generatiuam, potentia enim passiue generatiua, proculdubio potentia generatiua est multum distans a ratione potentiæ susceptiuæ uerbi Dei, ut patet.

QVAESTIO XXXIII.

De modo & ordine conceptionis Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de modo & ordine conceptionis Christi.

¶Et circa hoc q̃runt quatuor.

¶Primo, Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.

¶*Super Quæstionis trigesimatertia Articulum primum.*

TItulus de mensura formationis, qua corpus figuratum in membrorum interiorum & exteriorum forma est, quærit, an scilicet mensura durationis ipsius formationis fuerit instans conceptionis, an sicut in aliis hominibus fuerit tempus consequens conceptionem.

¶In corpore articuli primo distinctio trimembris sit: secundo singula tractantur membra, & sic respondetur quæsito.

Distinctio

Loco citato in arg.

Dam. in corpo.

Distinctio est: Tria in conceptione considerantur, &c. quæ clare patent in litera.

¶ Tractando autem tertium membrum, scilicet de augmento, aduerte quòd cum dicitur augmentum non esse sine motu locali, intellige de motu localiformaliter, vel virtualiter, hoc est, uel quia motui augmentationis iungitur vere localis motus corporis quanti ad maiorem locum, vel ipse motus augmenti afferens intrinsece quantitatem maiorem, est collatiuus per viam sequelæ maioris loci, ac si motus ad maiorem locum interueniret localis: Vtro autem modo sit, ratio literæ cur sit, quia vtroque modo tempore mensuratur acquisito maioris loci. Non est autem locus iste consonus discutiendæ huic quæstioni.

¶ Tractando secundum membrum in quo titulo quæstio cōstitit, conclusio respōsiua ponitur. Formatio corporis Christi fuit in instanti. Probatur dupliciter. primo ex infinitate virtutis actiuæ: secundo ex parte personæ Filij.

¶ Clara sunt in litera, si aduerteris, quòd prima ratio concludit de possibili, secunda vero de facto. Nam ex infinitate virtutis actiuę, agentis tamen secundum liberum arbitrium, non infertur efficaciter, quòd fecit sed quòd facere potuit in instanti, & hoc expresse sonat verba literæ. Ex necessitate autem consitendi, q̄ filius Dei conceptus est, iuncta decentia, quòd non nisi formatum corpus assumendum erat, infertur in de facto idem fuit q̄ stans conceptionis, formationis, & assumptionis, ut patet.

¶ In responsione ad primū, aduerte quòd Magister senten. in 4. dist. 3. exponit Aug. auctoritatem non de formatione in se, sed in sua manifestatione. Et in idem redit responsio Auctoris obscurior, quæ de augmento illius formationis exponit: augmentatio enim formatorum manifestauit formationem latentem

¶ Secūdò, vtrum in primo instāti conceptionis fuerit animatū.

¶ Tertiò, vtrū in primo instanti conceptionis fuerit a verbo assumptum.

¶ Quarto, vtrū cōceptio illa fuerit naturalis, uel miraculosa.

Articvlvs I.

Vtrum corpus Christi fuerit formatū in primo instanti conceptionis.

Ad primvm sic proceditur. Videtur q̄ corpus Chri nō fuerit formatum in primo instāti suæ conceptionis. Dicitur enī Ioā. 2. Quadraginta & sex annis ędificatum est templū hoc: qđ exponens Aug. in 4. de Trin.* dicit, Hic numerus perfectioni dominici corporis aperte congruit. Et in lib. 83. † Quæst. dicit, nō absurde 46. annis dr fabricatū esse tēplū, quod corpus eius figurabat, ut quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Domini perfectione. non ergo in primo instanti cōceptionis corpus Christi fuit perfecte formatum.

¶ 2 Præt. Ad formationē corporis Christi requirebatur motus localis, quo purissimi sāguineis de corpore Virginis ad locū generationi congruū, peruenirēt: nullum autem corpus pōt moueri localiter in instanti, eo q̄ tempus motus diuiditur secundum diuisionē mobilis, vt probatur in 6. Phys.* ergo corpus Chri nō fuit in instāti formatū.

¶ 3 Præt. Corpus Chri formatū est ex purissimis sanguinibus virginis, ut sup. habitum est.† Non autē potuit esse materia illa in eodē instanti sanguis & caro, qa sic materia simul fuisset sub duabus formis. ergo aliud fuit ī illo instāti, in quo ultimo fuit sanguis, & aliud in quo primo fuit caro formata: sed inter quælibet duo instantia est tempus mediū. ergo corpus Chri nō fuit in instanti formatū, sed p aliquod tempus.

¶ 4 Præt. Sicut potentia augmentatiua requirit determinatū tps in suo actu, ita etiam & virtus generatiua: utraq; enim est potentia naturalis ad uegetatiuam animam pertinēs: sed corpus Christi fuit determinato tēpore augmentatum, sicut & aliorum hominum corpora: dicitur enim Luc. 2. q̄ proficiebat sapiētia & ætate. ergo uidetur q̄ pari ratione formatio corporis eius, quę pertinet ad uim generatiuā, nō fuerit in instanti formatum, sed determinato tēpore, quo aliorum hoīum corpora formātur.

Sedcontra est, qđ Greg.* dicit 18. Moralium, Angelo nuntiante, & Spiritusancto aduenięte, mox verbum in utero, mox intra uterum verbum caro.

Respon. Dicendū, q̄ in conceptione corporis Chri, tria est cōsiderare. Primo quidē, motū localē sanguinis ad locū generationis: secūdo formationē corporis ex tali materia: tertio aūt, augmētū quo pducitur ad quātitatem pfectā; in quorū medio rō cōceptionis consistit. nā primū a cōceptioni pambulū: tertiū aūt cōceptionē ꝓsequit. Primū aūt nō potuit esse in instāti, qa hoc est cōtra ipsā rōnē motus localis corporis cuiuscunq; cuius partes succesiue subintrāt locum. Similiter & tertiū oportet esse successiuū, tū qa augmētum non est sine motu locali, tū ēt quia procedit ex uirtute aīæ iā ī corpore formato operātis, quæ non operat nisi in tpe. Sed ipsa formatio corporis, in qua principaliter rō conceptionis consistit, fuit in instanti, duplici rōne. Primo quidem, pp uirtutē agentis infinitā. s. Spiritussancti, per quē corpus Chri est formatum, ut supra dictū est.* Tanto enim aliquod agens citius pōt materiā disponere, quanto maioris virtutis est: unde agens infinitę uirtutis, pōt in instanti materiā disponere ad debitā formā. Secūdo ex parte psonæ filij, cuius corpus formabatur: non. n. erat congruum ut corpus humanū assumeret nisi formatū. Si autē ante formationē perfectā aliqđ tps conceptionis præcessisset, non posset tota cōceptio attribui filio Dei, quę non attribuitur ei nisi rōne assumptionis. Et ideo in primo instanti, quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfecte formatum corpus Christi, & assumptum. Et per hoc dicitur ipse filius Dei conceptus, quod aliter dici non posset.

Ad primvm ergo dicendum, quòd verbum Augustini, utrobiq; nō refertur ad solam formationem simul cum determinato augmento usque ad tēpus partus. Vnde secundum rationem illius numeri, dicit perfici tempus nouem mensium, quo Christus fuit in utero Virginis.

Ad secvndvm dicendum, q̄ motus ille localis non comprehenditur infra ipsam conceptionem, sed est conceptioni præambulus.

Ad tertivm dicendum, q̄ nō est assignare ultimū instans, d in quo materia illa fuit sanguis, sed est assignare ultimū tps, quod cōtinuatur nullo interueniente medio ad primū instans, in quo fuit caro Christi formata. Et hoc instās fuit terminus temporis

prius ob paruitatem. Consonat autē expositio hæc Augustini verbis, qui de pfectione dominici corporis loquitur: quamuis. n, ipsa formatio Dominici corporis in primo instanti fuerit pfecta essentialiter, nō tñ fuit perfecta quantitatiue. Hoc est, quòd licet habuerit in primo instanti oīa membra, & lineamenta, nō tamen in ea quantitate, quam habuisset, si in quadraginta, & sex diebus fuisset corpus illud formatū, sed ad tantam quantitate m peruenit ſpatio quadraginta sex dierum, & propterea tot dies in dominici corporis perfectione interuenisse dicuntur. Verū est enim hoc de perfectione quātitatiua formationis corporis, & non de perfectione essentiali ipsi⁹ formationis, ut dictum est. Et ideo licet inter formationem corporis Christi, & aliorum sit differentia temporis, quia Christi corpus in instanti formatum est, aliorū uero in 46. diebus, inter pfectionem tamen quantitatiuam solitam perfici in quadragīta sex diebus in corporib⁹ hoīm seculorum, respectu corporis Christi, & aliornm nulla est differentia: quia in Christi corpore, sicut in aliorum hominū corporibus perficiendis quadraginta sex dies cōsumati sunt. Et hoc Augustinus, tradidit, Auctor, & Magister senten. exposuerunt.

lib. 18. ca. 35. in prin.

q. præc. ar. 1.

D. 7 t 4.

poris motus localis materiæ ad locū generationis. F

AD QVARTVM dicendum, ꝙ augmētum fit per potentiam augmentatiuam ipſius, quod augetur: ſed formatio corporis fit per potentiā generatiuā, non eius qui generatur, ſed ipſius generantis ex ſemine, in quo operatur vis formatiua ab anima prīs deriuata. Corpus autem Chriſti non fuit formatū ex ſemine viri (ſicut ſupra dictum eſt*) ſed ex operatione Spiritusſancti, & ideo talis debuit eſſe formatio, vt Spiritusſanctum deceret. Sed augmētū corporis Chriſti fuit factum ſm potentiam augmētatiuam aīæ Chriſti, quæ cum ſit ſpecie conformis aīæ noſtræ, eodem modo debuit corpus illud augmentari, ſicut & aīa hominum corpora augmentātur, vt ex hoc oſtenderetur veritas humanæ naturæ. G

*Pyræcar.1.

ARTICVLVS II.

¶ Super Quæſtio. 33. Articulū ſecundū.

Vtrum corpus Chriſti fuerit animatū in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

TItulus, de anima to intellectiua anima, quærit,

¶ In corpore una eſt cōcluſio: corpus Chriſti in primo cōceptionis inſtanti fuit animatum anima rationali. Probatur: Filius Dei conceptus eſt ex Spirituſancto, ergo dum conciperetur aſſumpſit corpus. ergo animatum anima intellectiua. Antecedēs eſt in Symbolo. Prima conſequentia probatur, quia aliter non attribui poſſet filio Dei conceptum eſſe: ſecunda vero, ꝙa aſſumpſit corpus mediante anima, & animam mediante ſpiritu, ideſt intellectu, ut patet ex ſuperioribꝰ.

q.d.3.q.5.ar.2.ad 3.& 4. cont.c.44. & 45.ad 2. & opu.3.c.223. & 224.& 10.2.l.15.& c.2.1c.3.

Eſt epi.11.ad Iul.epiſ.Coenſem nō re mote a ſi.ill.

AD SECVNDVM ſic procedit. Videtur, ꝙ corpus Chriſti non fuerit animatum in primo inſtanti ſuæ conceptionis. Dicit enim Leo Papa in Epiſtola ad Iulianum.*Non alterius naturę erat caro Chriſti, quàm noſtra, nec alio illi quàm ceteris hominibus anima eſt inſpirata principio: ſed aliis hominibus non infunditur anima in primo inſtanti ſuæ cōceptionis. ergo nec corpori Chriſti aīa debuit infundi ī primo inſtāti ſuæ cōceptionis. H

¶ 2 Præt. Anima, ſicut quælibet forma naturalis, requirit determinatam quātitatem in ſua materia: ſed in primo inſtanti conceptionis corpus Chriſti nō habuit tantam quantitatem, quantam habent corpora aliorū hominum, qñ animantur, alioquin ſi continue fuiſſet poſtmodum augmentatum, vel citius fuiſſet natum, vel in ſua natiuitate fuiſſet maioris quantitatis, quàm alij infantes: quorum primum eſt contra Aug.*4. de Trin. ubi probat eum ſpatio nouem menſium in utero Virginis fuiſſe: ſecundū autem eſt contra Leonem Papam, qui in ſermone Epiphaniæ dicit, quòd Magi inuenerunt puerum Ieſum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſcretum. non ergo corpus Chriſti fuit animatum in primo inſtanti ſuę conceptionis. I

l.4.ca.5.to.3. In ſerm.4.circa med. illi⁹ incip. hic er. Iuſtum & rationabile.

¶ 3 Præt. Vbicumq; eſt prius & poſterius, oportet eſſe plura inſtantia: ſed ſecundum Philoſ.*in li. de generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius & poſterius: prius enim eſt uiuum, & poſtea animal, & poſtea homo. ergo non potuit animatio Chriſti perfici in primo inſtanti ſuę conceptionis. K

l.2. c.4.to.4.

SED CONTRA eſt, quod Dam.*dicit in 3 lib. Simul caro, ſimul Dei uerbi caro, ſimul caro animata anima rationali & intellectuali.

lib. 3. c. 2. 3 med.

RESPON. Dicendū, ꝙ ad hoc quòd conceptio ipſi filio Dei attribuatur (vt in Symb.*confitemur, dicentes, Qui conceptus eſt de Spirituſancto) neceſſe eſt dicere, ꝙ ipſum corpus Chriſti, dum conciperetur, eſſet a uerbo Dei aſſumptum. Oſtenſum eſt autem ſupra, *ꝙ verbum Dei aſſumpſit corpus mediante anima, & animam mediante ſpiritu, ideſt intellectu: unde oportuit, quòd in primo inſtanti conceptionis corpus Chriſti eſſet animatum anima rationali.

In ſymbo.

q.6.art.1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium inſpirationis animæ, poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo, ſecundum diſpoſitionem corporis, & ſic non ab alio principio inſpirata eſt anima corpori Chriſti, & corporibus aliorum hominum: ſicut enim ſtatim formato corpore alterius hominis, infunditur anima, ita fuit in Chriſto. Alio modo poteſt conſiderari dictum principium, ſolum ſecūdum tempus, & ſic quia prius tempore formatum fuit perfecte corpus Chriſti, prius tēpore fuit etiam animatum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, ſed iſta quantitas quandam latitudinem habet, quia & in maiori & in minori quantitate ſaluatur. Quantitas autem corporis, quam habet, cùm primo ſibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum perueniet, ita ſcilicet, quòd maiorum hominum maiorem quantitatem corpora habent in prima animatione. Chriſtus autem in perfecta ætate habuit decētem, & mediocrem quantitatem, cui proportionabatur quantitas quam corpus eius habuit in tempore, quo aliorum hominum corpora animantur, minorem tamen habuit in principio ſuæ conceptionis: ſed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, ut in ea non poſſet ratio animati corporis ſeruari, cum tali quantitate quorundam paruorum hominum corpora animentur.

AD TERTIVM dicendum, quòd in generatione aliorum hominum locum habet, quod dicit Philoſoph. * propter hoc quòd ſucceſſiuę corpus formatur, & diſponitur ad animam: unde primo, tamquam imperfecte diſpoſitum, recipit animam imperfectam, & poſtmodum quando perfecte eſt diſpoſitum, recipit animam perfectam: ſed corpus Chriſti propter infinitam uirtutem agentis fuit perfecte diſpoſitum in inſtanti, unde ſtatim in primo inſtanti recepit formam perfectam, ideſt animam rationalem.

loco citato in argum.

ARTICVLVS III.

¶ Super Quæſtion. 33. Artic. tertium.

Vtrum corpus Chriſti in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuerit a verbo aſſumptum.

TItulus prima facie ſuperfluit tarē præſefert, quia iam in præcedēti articulo aſſumptū, & probatum eſt, & dum cōciperetur corpus Chriſti, aſſumptum eſt. Veruntamen ſi conſpectum fuerit, quòd proprias habet difficultates ꝙ poſitio iſta, quæ manifeſtæa eſt ad fundandū antedicta, non ſuperfluitati, ſed perfectioni doctrinæ attribuetur, quòd ſpecialiter mota ſit quęſtio de articulo iſto.

3.di.1.q.1. 3.& diſt. art.2. & cō.c.44.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio, Caro Chriſti eſt ſimul concepta, & aſſumpta a verbo. Probatur

AD TERTIVM ſic procedit. Vt ꝙ caro Chriſti prius fuerit concepta, & poſtmodum aſſumpta. Quod enim non eſt, nō poteſt aſſumi: ſed caro Chri per conceptionem eſſe incepit. ergo vt ꝙ fuerit aſſumpta a verbo Dei, poſtquam fuit concepta.

¶ 2 Pręt Caro Chriſti fuit aſſumpta a verbo Dei mediāte anima rationali: ſed in termino conceptionis accepit animā rationalem. ergo in termino cōceptionis fuit aſſumpta: ſed in termino cōceptionis dicitur iā concepta. ergo prius fuit concepta, & poſtmodum aſſumpta.

batur dupliciter. primo ex proprietate loquendi supra definita: secundo deducendo ad inconueniens. Probatio prima est, quia illa est propria, Deus factus est homo, non autem ista, Hō factus est Deus: hæc enim loquendi proprietas significat id, quod est hominis nō præxtitisse, ac p hoc carnem nō prius fuisse quam assumptam esse. Ratio autē ad inconueniens est: Si caro Christi fuisset prius concepta. q̄ assumpta, habuisset aliquando propriam hypostasim, præter Verbi hypostasim, & sic unio incarnationis non fuisset secundum hypostasim, aut destructa fuisset propria carnis hypostasis in assumptione. Hoc secundum est inconueniens, primum autem est contra mysterium incarnationis. ergo contra fidē dicere, carnē Christi prius conceptam, quam assumptam.

¶ Aduerte hic, quòd quia fides nullum inducit inconueniens afferendum, ideo seclusis inconuenientibus responsionibus (quæ semper pro exclusis habendæ sunt) Auctor concludit positionem hanc esse contra fidem, utpote talem, ex qua sequitur aliquid contra fidem incarnationis: sequitur enim nō esse factam unionē hypostaticam inter verbum & humanā naturam secundum se, & eius essentiales partes: ac per hoc in triduo mortis Christi, quando caro erat separata ab anima, non fuisset uerum dicere, quòd filius Dei est in sepulcro, quia hypostasis corporis nō fuit hypostasis filij Dei.

¶ 3 Præt. In omni generato prius tempore est id, quod est imperfectum eo, quod est perfectum, ut patet per Philosophum in 9. Metaphysic. * sed corpus Christi est quiddam generatum. ergo ad ultimam perfectionem, quæ cōsistit in unione ad uerbū Dei, non statim in primo instanti cōceptionis puenit, sed primo fuit caro concepta, & postmodum assumpta.

Sed contra est, quòd Aug. * dicit in lib. de fide ad Petrum, Firmissime tene & nullatenus dubites, carnē Christi non fuisse conceptam in utero Virginis, priusquam susciperetur a Verbo.

Respon. Dicendum, q̄ (sicut supra dictum est *) propriè dicimus Deum factum esse hominē non autem propriè dicimus, q̄ homo factus sit Deus: quia scilicet Deus assumpsit sibi id, quod est hominis, non autem præexistit id, quod est hominis, quasi p se subsistens antequam susciperetur à uerbo. Si autē caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur a Verbo, habuisset aliquādo aliquam hypostasim præter hypostasim Verbi Dei, quod est contra rationem incarnationis, secundū quam ponimus uerbum Dei esse unitū humanæ naturę, & omnibus partibus eius in unitate hypostasis: nec fuit conueniens, quòd hypostasim præexistentem humanæ naturæ, uel alicuius partis eius, uerbum Dei sua assumptione destrueret. & ideo contra fidem est dicere, q̄ caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta à uerbo Dei.

Ad primvm ergo dicēdum, quòd si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu cōcepta, sed per temporis successionem, oporteret alterū duorum sequi, uel q̄ assumptum nondum esset caro, uel quòd prius esset conceptio carnis, quàm eius assumptio: sed quia ponimus, conceptionem in instanti esse perfectam, consequens est, quòd in illa carne simul fuit concipi, & conceptum esse. Et sicut Aug. * dicit in lib. de fide ad Petrum, dicimus ipsum Dei uerbū sinæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione cōceptam.

Et per hoc, patet etiam responsio ad secundum. Nam simul dum caro illa concipitur, concepta est, & animatur.

Ad tertivm dicēdū, q̄ in mysterio incarnationis, nō cōsideratur ascēsus quasi alicuius præexistentis pficiētis usq; ad unionis dignitatē, sicut posuit Photinus hæreticus, sed potius cōsideratur ibi descēsus f̄m q̄ perfectum Dei uerbum imperfectionem naturæ nostrę sibi assumpsit, secundum illud Ioan. 6. Descendi de cęlo.

Articvlvs IIII.
Vtrum conceptio Christi fuerit naturalis uel miraculosa.

Ad quartvm sic procedit. Vī q̄ conceptio Christi fuerit naturalis. Secundū. n. conceptionē carnis, Christus dī filius hoīs. Est autem uerus & naturalis filius hominis, sicut & uerus & naturalis Dei filius. ergo eius cōceptio fuit naturalis.

¶ 2 Præt. Nulla creatura producit operationem miraculosam: sed conceptio Christi attribuitur beatæ Virgini, quæ est pura creatura: dicitur enim quòd Virgo Christum concepit. ergo videtur quòd non sit miraculosa conceptio, sed naturalis.

¶ 3 Præt. Ad hoc q̄ aliqua transmutatio sit naturalis, sufficit q̄ principium passiuum sit naturale, ut supra habitum est *: sed principium passiuum ex parte matris in conceptione Christi fuit naturale, ut ex dictis patet. * ergo conceptio Christi fuit naturalis.

Sed contra est, q̄ Dion. dicit in Epistola ad Caium monachum: * super hoiem operabat Christus ea, quæ sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens.

Respon. Dicendū, q̄ (sicut Amb. * dicit in li. de incarnatione) multa in hoc mysterio, & f̄m naturā inuenies, & ultra naturā. Si. n. consideremus id, quod est ex parte materiæ conceptus quā mater ministrauit, totū est naturale. Si uero consideremus id, qđ est ex parte uirtutis actiuæ, totū est miraculosum: sed quia unum quodq; magis iudicatur f̄m formā, quàm f̄m materiam, & similiter f̄m agens, quàm f̄m patiēs, inde est, quòd conceptio Christi debet dici simpliciter miraculosa & supernaturalis: sed secundum aliquid naturalis.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ Christus dī naturalis filius hominis, inquantum habet naturam humanam ueram, per quam est filius hominis, licet eam miraculosè habuerit: sicut cęcus illuminatus, uidet naturaliter per potētiam uisiuam, quam miraculosè accepit.

Ad secvndvm dicendum, q̄ conceptio attribuitur Virgini beatæ, non tamquam principio

¶ *Super Quæstionis trigesimæ secundæ, Articulum quartum.*

Titulus quærit, an simpliciter & absolute conceptio Christi fuerit naturalis uel miraculosa. Constat enim quòd in conceptione aliquid fuerit naturale, & aliquid miraculosum: sed quæritur, an fuerit simpliciter, & absolute miraculosa. 3. dist. 3. q. 2. art. 2. Et 4. contr. c. 45. Et quol. 6. q. 10. Et opus. 3. ca. 225. usque 223. Et Isa. 7. lect. 2. princ.

¶ In corpore una est conclusio, habens duas partes. Conceptio est simpliciter miraculosa, secundum aliquid naturalis. Declaratur & probatur. Declaratio est ex auctoritate Ambrosij, quæ exponitur, quia ex parte materiæ ministratæ a matre est naturalitas, ex parte uirtutis actiuæ est supernaturalitas. Probatio est, unum quodque magis iudicatur secundum formam, & agens, quàm materiam, & patiens, ergo conceptio Christi est simpliciter miraculosa & secūdum quid naturalis. q. prec. ar. 4. q. 32. artic. 4. In epist. quæ incip. Quæris quidem circa med. illius.

¶ Aduerte hic quòd quia ut in secundo traditur Physicorum, forma ex parte agentis se tenet, ideo Auctor formam agenti coniunxit in probatione, licet in declaratione solius actiuæ uirtutis meminerit. Rursus aduerte, quod Auctor ad rem spectans, non curauit discutere tertium membrum, scilicet quòd illa conceptio nec naturalis nec miraculosa simpliciter est, sed secundum aliquid miraculosa, & secundum aliquid naturalis. Ratio enim allata in litera, non solum concludit quòd magis est miraculosa, quàm naturalis: sed sufficiens est ad concludendum, quòd est simpliciter miraculosa, quoniam iudicium simpliciter, & absolute habendum de re, secundum formale sumitur, ut in litera fit. Et ideo ad rem, hoc est ad uim medii spectando Cap. 6. circa med. 10. 2.

ctando, Auctor intulit, quòd simpliciter est miraculosa, licet secundum verba assumpterit concludendum, q̃ est magis miraculosa, quam naturalis, dum assumpsit, Vnumquodq; magis iudicatur secundum formam, &c. unde patet efficacia processus literæ.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ quartæ, Articulum primum.*

TItulus clarus est, ſtelleci⁹, vt sonat. ¶ In corpo, unica est conclusio: Christus fuit sanctificatus in primo suæ conceptionis instãti. Probatur: Abundantia gratiæ sanctificantis animã Christi deriuatur ex ipsa Verbi unione: ergo in primo instanti conceptionis Christus habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius. Antecedens probatur. Io. 1. Consequentia probatur ex supradictis, q̃ corpus Christi animatum, & assumptũ in primo suæ conceptionis instanti fuit.

3. dist. 3. q. 5. art. 3.

¶ Aduerte hic, & in responsione ad primum, ut ipsum originis ordinem sic intuearis, ut perspicias esse non solum originis, sed causalitatis ordinem inter gratiam unionis, & gratiam habitualem in Christo: hæc enim Auctor hic docet ex doctrina Euangelica, Vidimus eum plenũ gratiæ quasi unigenitũ à Patre. Nota autem hoc, quia priora ordine generationis rãtum, sunt imperfectiora, utpote ordinata ad posteriora ut ad finem, ut artificialium ordo in exequutione testatur; sed priora ordine generationis, & causalitatis simul, non imperfectiora, sed perfectiora sunt, & fines posteriorum, ut patet de substantia, & accidente proprio: homo enim prius generatur, quã suum accidens proprium, quod ipsum concomitatur, perfectius tamẽ ens homo est, quia non solũ origine, sed causalitate præcedit suum accidens: est enim illius causa effectiua, & finalis. Et simile accidit in mysterio Christi; prius enim exequutionis ordine est gratia unionis & posterius comitatur gratia habitualis sanctificans animã Christi: sed nõ propterea est imperfectior. ut Scotus in 3. sent. dist. 7. q. 3. dubio secũdo somniauit, uel finxit, ponẽs, prius ordine intẽtionis esse summã gratiam seu gloriam, & propterea unionẽ intentam propter dictam rationem defectiuam, q. prius in exequutione est posterius in intẽtione. Debebat apponere ly tã tum, & dicere, prius ordine exequutionis tantum, est posterius ordine intentionis, alioquin propositio non est uniuersaliter uera, & tunc subsumendo, sed unio psonalis est prior ordine exequutionis tãtum, aduertisset minorem hanc esse falsam, & deposuisset illã inopinabilem phantasiam confutata ab euangelio, & ab uniuersis patrum meditãtibus circa excellentiam mysterij unionis personalis. Et si quidẽ non solum prior exequutione, sed causalitate omni possibili est. n. finis & efficiens reliquorum donorum in Christo. Et ideo ex ipsa unione concludimus & gratiã & gloriam summã, adeo, ut Io. Euangel. describens plenitudinẽ gloriæ in Christo, nesciens quomodo melius describeret, ut ad radicem altissimã se conferret, cum dixisset, Vidimus gloriam eius, subdidit, Gloriã quasi unigeniti a patre, plenũ, &c. Non solum uniuersa humana natura, sed dæmones, & Angeli stupẽt de mysterio unionis personalis.

Et

l. 1. c. 6. nõ procul à prin. tom. 3.

Quæstio XXXIIII. De perfectione prolis conceptæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est, de perfectione prolis conceptæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum in primo instãti conceptionis Christus fuerit sanctificatus per gratiam.

¶ Secundò, Vtrum in eodem instanti habuerit vsum liberi arbitrij,

¶ Tertiò, Vtrum in eodem instanti potuerit mereri.

¶ Quartò, Vtrum in eodem instanti fuerit plene cõprehensor.

Articulus primus. Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus per gratiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃, q̃ Christus non fuerit sanctificatus in primo instanti suæ conceptionis. Dr̃ cm̃ 1. ad Cor. 15. non prius spirituale, sed quod animale, demũ quod spirituale est: sed sanctificatio gratiæ pertinet ad spiritualitatẽ. nõ ergo statim à principio suæ cõceptionis Christus percepit gratiã sanctificationis, sed post aliquod spatium temporis.

¶ 2. Præt. Sanctificatio vr̃ esse à peccato. fm illud 1. ad Cor. 6. Et hoc quidem fuistis aliquãdo. s. peccatores, sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed in Christo numquam fuit peccatum. ergo non conuenit sibi sanctificari per gratiam.

¶ 3. Præt. Sicut per verbum Dei omnia facta sunt, ita per Verbum incarnatum sunt oẽs homines sanctificati, qui sanctificãtur, Heb. 2. Qui sanctificat, & qui sanctificãtur ex vno oẽs: sed verbũ Dei, per quod facta sunt omnia, non est factum, vt Aug. * dicit in 1. de Trinit. ergo Christus per quem sanctificantur oẽs, non est sanctificatus.

SED CONTRA est, qd̃ dr̃ Luc. 1. Quod ex tẽ nascẽs sanctũ, uocabitur filius Dei. Et Io. 10. Quẽ pater sanctificauit, & misit i mũdũ.

RESPON. Dicendũ, q̃ (sicut supra dictũ est *) abũdantia gratiæ sanctificantis animã Christi, deriuatur ex ipsa Verbi unione, fm illud Io. 1. vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti a patre, plenũ gratiæ, & ueritatis. Ostensum est autẽ supra, * quòd in primo instanti suæ cõceptionis corpus Christi animatum fuit, & a uerbo Dei assumptum: unde consequens est, quòd in primo instanti conceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam, & corpus eius.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ille ordo quẽ ponit ibi Apostolus, ptinet ad eos, qui p profectũ ad spiritualem statũ perueniunt. In mysterio autẽ incarnationis magis cõsideratur descensus diuinæ plenitudinis in naturã humanam, q̃ profectus humanę naturæ, quasi præexistentis in Deũ, & ideo ĩ homine Christo a principio fuit perfecta spiritualitas.

AD SECVNDVN dicendum, q̃ sanctificari, est aliquid fieri sanctum. Fit autem aliquid non solum ex cõtrario, sed etiam ex negatiue uel priuatiue oppositi, sicut albũ fit ex nigro, & etiã ex non albo: nos aũt ex peccatoribus sancti efficimur, & ita sanctificatio nostra est ex peccato: sed Christus quidem fm hominem factus est sanctus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit, non tñ factus est sanctus ex peccatore, quia peccatum nunquam habuit, sed factus est sanctus, ex non sancto fm hominẽ, nõ quidẽ priuatiue, ut scilicet aliquando fuerit homo & non fuerit sanctus: sed negatiue, quia scilicet quãdo non fuit homo, nõ habuit sanctitatẽ humanam, & ideo simul factus fuit homo & sanctus homo. Propter qd̃ Angelus dicit, Lucæ 1. Quod nascetur ex te sanctũ: quod exponens Greg. * 18. Mor. dicit, Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Iesus sanctus nasciturus asseritur, nos quippe si sancti efficimur, nõ tamẽ nascimur, qa ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur: ille autem solus ueraciter sanctus natus est, qui ex coniunctione carnalis copulę conceptus non est.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ aliter operat̃ pater creationẽ rerũ p Filiũ, aliter tota Trinitas sanctificationẽ hominũ p hominẽ Christũ. Nam uerbũ Dei est eiusdẽ uirtutis & operationis cum Deo patre, vnde pater nõ operat̃ p Filiũ sicut p instrumentũ, qd̃ mouet mõtũ. Humanitas aũt Christi est, sicut instrumẽ-

q. 7. a. 9.

q. praec.

3. sent. dist. 34. circa diuis.

Et ad ipsam omnia a principio mundi ordinata cōspicimus, tan quam maximum omnium factibilium, sicut & vere est eorum maximum: nō potest siquidem maius fieri, quàm quòd homo sit vere personaliter Deus. Et iste homo non erubuit dicere eam esse posteriorem ordine intentionis.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquartæ, Articulū secundū.*

TItulus clarus.

In corpore vnica conclusio: Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij. Probatur, Humanæ naturæ assumptæ conuenit spiritualis perfectio a principio, ergo Christus in primo suæ conceptionis instanti habuit illam operationem, quæ potest in instanti haberi. ergo habuit tunc usum liberi arbitrij. Antecedens habetur ex supradictis, quod Christus non profecit in spirituali perfectione. Cō sequentia prima probatur, quia perfectio ultima non in potentia, uel habitu, sed operatione consistit, in cuius signum secundo de Anima, operatio actus secundus dicitur. Consequentia secunda probatur, quia operatio intellectus, & uoluntaris, in qua usus arbitrij liberi consistit, potest haberi in instanti: quod declaratur à minori ex operatione visus. Et probatur ratione, quia est motus qui est actus perfecti, ad differentiam motus, qui perficitur successiue, ut dicitur in tertio de anima.

¶ Circa assumptum huius processus dubium occurrit, quoniam æquiuocare uidetur de perfectione. Nam perfectio actus secundi nō est inconueniens, quòd de nouo aduenerit animæ Christi etiam secundum scientiam infusam, alioquin anima Christi semper fuisset in actu secundo respectu omnium, quæ possunt cognosci per scientiam infusam, quod patet esse falsum. Proficere ergo animam Christi in perfectione spirituali, potest intelligi dupliciter. Primo, secundū perfectionem actus secundi: & sic non inconuenit, animam Christi profeciſſe. Alio modo, secundum perfectionem actus primi: & sic dato, quòd sit inconueniens, est extra propositū, quia de perfectione actus secundi quæritur & tractatur, ut patet. Et sic antecedens ruit, ac per hoc totus processus literæ.

tum diuinitatis, ut supra dictum est: * & ideo humanitas Christi est sanctificans, & sanctificata.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit usum liberi arbitrij.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Christus secundum hominem non habuerit usum liberi arbitrij in primo instanti suæ conceptionis. Prius est. n. esse rei, q̄ agere uel operari: usus aūt liberi arbitrij est quædam operatio. Cū ergo anima Christi esse incēperit in primo instanti cōceptionis (ut ex prædictis patet *) vī esse impossibile, ꝙ in primo instanti conceptionis habuerit usū liberi arbitrij.

¶ 2 Præte. Vsus liberi arbitrij est electio. Electio aūt præsupponit deliberationem cōsilij, dicit. n. Philosophus in 10. Ethi. * ꝙ electio est appetitus p̄consiliati. ergo vī impossibile, ꝙ ī primo instāti suæ conceptionis Christus habuerit usum liberi arbitrij.

¶ 3 Præt. Liberum arbitriū est facultas uoluntatis & rōnis (ut in prima parte habitū est *) & ita usus liberi arbitrij est actus uoluntaris & rōnis siue intellectus sed actus intellectus præsupponit actum sensus, qui esse nō pōt sine conuenientia organorum, quæ non vī fuisse in primo instāti cōceptionis Chri. ergo vī ꝙ Christus non potuerit habere usum liberi arbitrij in primo instanti suæ conceptionis.

SED CONTRA c̄, ꝙ Aug. * dicit in lib. de Tri. Mox ut uerbū uenit in uterū, seruata ueritate ꝓpriæ naturæ factum est caro, & pfectus hō: sed perfectus homo hēt usū liberi arbitrij. ergo Christus habuit in primo instāti suę conceptionis usū liberi arbitrij.

RESP. Dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est *) humanæ naturæ, quam Christus assumpsit, cōuenit spiritualis pfectio, in qua nō profecit, sed eam statim a principio habuit. Perfectio aūt ultima non consistit in potentia, uel in habitu, sed in operatione: unde in 2. de Anima dicitur, † ꝙ operatio est actus secundus. Et ideo dicendum est, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit illam operationē animæ, q̄ potest in instanti haberi. Talis aūt est d operatio voluntatis & intellectus, in qua consistit usus liberi arbitrij. Subito. n. & in instāti pficit operatio intellectus & volūtatis, multo magis q̄ visio corporalis, eo ꝙ intellige re, velle & sentire, nō est motus q̄ sit actus imperfecti (qđ successiue perficitur) sed est actus iam perfecti, ut dī in 3. de Anima. * Et ideo dicendū est, ꝙ Christus in primo instanti suæ cōceptionis habuit usum liberi arbitrij.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ esse est prius natura q̄ agere, nō tñ est prius tēpore: sed simul cū agens habet esse perfectū, incipit agere, nisi sit aliquid impediens: sicut ignis simul dū generatur, incipit calefacere & illuminare: sed calefactio nō terminatur in instanti, sed p tēporis successionem, illuminatio autem perficitur in instāti. Et talis operatio est vsus liberi arbitrij, ut dictū est. †

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ simul cum terminatur cōsilium uel deliberatio, pōt esse electio: illi aūt qui deliberatione cōsilij indigēt, in ipsa terminatione cō silij primo habēt certitudinē de eligendis, & ideo non statim eligūt. Ex quo patet, ꝙ deliberatio cōsilij non pexigit ad electionē, nisi ꝓp inquisitionē incerti. Christus aūt in primo instāti suæ conceptionis, sicut habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis, ita habuit plenitudinē ueritatis cognitæ, secundum illud, Plenum gratiæ & ueritatis: unde quasi habēs omnium incertitudinem, potuit statim in instanti eligere.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ intellectus Christi, f̄m scientiam infusam poterat intelligere, etiā non conuertendo se ad phātasmata, ut supra habitum est. * unde poterat in eo esse operatio uolūtatis & intellectus absq; operatione sensus: sed tū potuit in eo esse etiam operatio sensus, in primo instanti suæ conceptionis, maxime quantum ad sensum tactus, quo sensu proles cōcepta sentit in matre, ēt antequam animam rōnalē obtineat, ut dī in libro * de Generatione animalium: unde cum Christus in primo instanti suę conceptionis habuerit animā rationalē, formato iam

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est acquirere simpliciter actū secūdum: & aliud est transire de uno actu secundo in alium: q̄a in acquisitione simpliciter actus secundi, quādo scilicet anima ex non operante fit operans, consistit profectus ipsius animæ: proficit enim acquirendo suam perfectionem & finem, propter quem est: vnumquodque enim est propter suā operationem, ut dicitur 2. Cæl. In transeundo uero de uno actu secundo in aliū, non cōsistit profectus ipsius animæ, ut patet ex eo, quòd quandoque ad imperfectiorem actum secundū, contingit ex perfectiori transire, ubi nō proficere, sed deficere potius inuenitur. Et propterea, licet nullum inconueniens sit ponere in Christi anima nouos multos actus secundos per successum temporis, inconueniens tamen esset ponere animam ipsius totaliter caruisse quādoque actu secundo, quia fuisset simpliciter imperfecta tunc, & uere profeciſſet, non secundum hanc uel illam perfectionem, sed simpliciter, quod excellentiæ animæ assumptæ non consonat. Et quia processus literæ sundatur non super hac, uel illa perfectione actus secundi, sed super perfectione spirituali simpliciter, & super profectu secundum spirituale perfectionem simpliciter, ideo uerum assumit, & efficaciter concludit. Oportet enim ponere animā Christi a principio ita perfectam simpliciter, ut non profecerit simpliciter, adhoc autem manifeste constat sequi & quòd a principio fuit i actus secundi perfectione, & quòd oppositum, scilicet quòd fuerit in principio totaliter absque secūdo actu, repugnat perfectioni simpliciter ipsius animæ a principio.

D. 746.

lib. 3. de anima tex. 28. tom. 2.

In corp. ar.

q. 11. art. 2.

1. 2. c. 4. & 3. tom. 4.

Et

Et propterea optime illatum est, quòd habuit in primo instanti illas operatiões, quas potuit in illo instanti habere, seruato intelligetu, naturæ & decentiæ ordine: quod dico ne confundaris scrutando quæ est maior ratio de ista, quã de illa operatione, ꝙ habita fuerit in illo primo instanti: absq; dubio enim constat, primum operum nostrorum, quo reliquis vtimur, consistere in libero arbitrio; & iõ optime cõclusum in litera non solum de posſibili; sed de facto in anima Christi tunc.

3ª.li.13.q.1.a. 2.q.2. & dist. 13. ar.1. q.6. & di.18.ar.1. & 5. & veri. q.29.ar.8. & 2.p.u.3.c.223. & 228.

4.p.q.63.a.5.

¶ *Super Quæstionis trigesimequartæ, Articuli tertium.*

TItulus clarus est de merito proprie dicto intellectus.

¶ In corpore una est conclusio: Christus in primo suæ conceptionis instanti meruit. Probatur: Christus in primo suæ cõceptionis instanti per gratiam sanctificatus fuit sanctificatione pfectissima. ergo secũdum proprium motũ liberi arbitrij in Deũ, fuit sanctificatus. ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit. Antecedens probatur: quia sanctificatus est, ut esset aliorũ sanctificator. Consequentia vero prima probatur, distinguendo duplicẽ sanctificationis modum, & comparando eos. Distinctio est: Sanctificatio duplex, vel per proprium sanctificati actum, vel non per proprium, sed Ecclesiæ fidem. Comparatio est. Prima est perfectior: tum quia actus est perfectior habitu, tum quia per se est perfectius eo, quod est per aliud. Secunda autem consequentia probatur: qa motus liberi arbitrii in Deum est meritorius.

8.r.t. hui° q.

¶ Aduerte & diligenter hic tu, qui sacramenta ecclesiæ sepius frequentas, quòd sanctificatio adultorum est per proprũ actũ liberi arbitrii tendentis in Deũ, & similiter augmentũ sanctificationis est per augmentum actus liberi arbitrii tendentis in Deum. Hinc enim fit, vt cum frequentatione sacrorũ mysteriorum non crescat sanctificatio hominis, quia. s. homo per proprium liberi arbitrii actum non concurrit eo augmento, quod sanctificatio quæ fieri deberet, exigeret, hinc fit, ut suscipientes sacramenta in ipso susceptionis actu maxime debeãt actualiter in Deum actu dilectionis consurgere.

¶ In responsione ad primũ aduerte, quòd de actu liberi arbitrii proprie loquitur Auctor, ut patet, tum ex eo quòd sermo eius est formalis, & liberũ arbitrium sæpe nominat: tum ex eo quod in præcedenti arti. in responsione ad secundum expresse ad actũ electionis descendit. & hæc ideo dixerim, ut percipias, tã in angelis, quam in Christi anima, primum actũ meritorium uere fuisse actum liberũ, quãuis non indifferentẽ ad bonum & malum, sed ex natura seu naturæ ordine (ut in litera dicitur) determinatum ad bonum. Nam non solum voluntas, sed liberum arbitrũ (ut in litera dicitur) per se & naturaliter se habet ad bonũ. ad malum autem per aliud, hoc est per bonũ, a quo deficiendo, malum incurrit. & pter naturam, malum eñ est excisio ab eo, quod est ẽm naturã: alioquin mali rationem non haberet.

lib.2.tex. Aug. ep Pl. D255. Ar.p. q.7.a. & 11. c.40.1 mel to.3.

¶ *Super Quæstion. 34. Articulum quartũ.*

TItulus clarus ẽ.

In corpore vna est cõclusio, Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri potuerit.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd Chrs in primo instãti suę cõceptionis mereri nõ potuerit. Sicut enim se habet liberũ arbitrium ad merendum, ita ad demerendum: sed diabolus in primo instanti suæ creationis non potuit peccare, ut in 1. parte habitum est.* ergo neq; anima Christi in primo instanti suæ creationis (qđ fuit primum instans conceptionis Christi) potuit mereri.

¶ 2 Præt. Illud, quod homo habet in primo instanti suæ conceptionis, videtur ei esse naturale: quia hoc est ad quod terminat sua generatio naturalis: sed naturalibus non meremur, ut patet ex his, quæ dicta sunt in secũda parte. ergo videtur ꝙ usus liberi arbitrij, quem Christus habuit secũdum hominem in primo instanti suæ conceptionis, non fuerit meritorius.

¶ 3 Præt. Id, quod semel aliquis meruit, iam fecit quodãmodo suum, & ita non vr ꝙ iterũ possit illud mereri: quia nullus meretur quod suũ est. si ergo Chrs in primo instanti suæ cõceptionis meruit, sequitur ꝙ postea nihil meruerit, quod patet esse falsum. nõ ergo Chrs in primo instanti suę conceptionis meruit.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit super Exo. Non habuit oĩno Christus iuxta animæ meritũ, quo potuisset proficere. Potuisset aũt proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis non meruisset. ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit Christus.

RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est.*) Christus in primo instanti suæ cõceptionis sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio: una quidem adultorum, qui secundum propriũ actum sanctificantur; alia autẽ puerorum, qui non sanctificantur ẽm propriũ actum fidei, sed secũdum fidem parentum vel Ecclesiæ. Prima autẽ sanctificatio est perfectior, quàm secunda sicut actus est perfectior, qđam habitus: & quod & organizato corpore ei° mũlto magis in eodẽ instanti poterat habere opationẽ sẽsus tact°.

F G H I K

est per se, eo quod est per aliud. Cum ergo sanctificatio Christi fuerit perfectissima (quia sic sanctificatus est, ut esset aliorũ sanctificator) consequens est, ꝙ ipse secundũ propriũ motũ liberi arbitrii in Deũ, fuerit sanctificatus, qui quidẽ motus liberi arbitrij est meritorius. Vnde consequens est, ꝙ in primo instãti suę cõceptionis Christus meruerit.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ liberum arbitriũ nõ eodem modo se hẽt ad bonũ & ad malum. Nam ad bonum se habet per se & naturaliter, ad malum autem se habet per modũ defectus & præter naturã. Sicut autẽ Philos. dicit* in 2. de Cœlo, Posterius est quod est præter naturam, eo quod est secundũ naturam: quia id quod est præter naturam, est quædam excisio ab eo quod est secundum naturã. & ideo liberum arbitrium creaturæ in primo instanti creationis potest moueri ad bonũ merendo, non aũt ad malum peccando, si tñ natura sit integra.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ illud, quod homo habet in principio suę creationis ẽm cõmunem naturæ cursum, est homini naturale: nihil tamẽ prohibet qn aliqua creatura in principio suæ creationis, aliquod beneficium gr̃æ a Deo consequatur. Et hoc modo anima Christi in principio suę creationis consecuta est gratiam, qua posset mereri. & ea ratione gratia illa, ẽm quãdam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis, ut patet per Aug.* in Enchir.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. Et secũdum hoc Christus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo instãti suæ conceptionis, potuit etiã posterioribus actibus & passionibus mereri, non quidem ut esset sibi magis debita, sed ut sibi ex pluribus causis deberetur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis.

AD QVARTVM sic procedit. Vr ꝙ Chrs nõ fuerit perfectus cõprehẽsor in primo instãti suæ cõceptionis. Meritum. n. pcedit prẽmiũ, sicut & culpa pœnam: sed Christus in primo instãti suæ conceptionis meruit, sicut dictum est.* Cũ ergo status cõprehensoris sit principale præmiũ, vr ꝙ Chrs in primo instanti suæ cõceptionis non fuerit comprehẽsor.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Lu. ult. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suam: sed gloria pertinet ad statum comprehensoris. ergo Christus nõ

Loci sanct. 3. ad duas. Art. præc.

fuit actu comprehensor, videndo Deum per essentiam clarius ceteris creaturis. Probatur, & primo, ꝙ habuerit gratiam maiorem omnib. comprehensorib. secundo, ꝙ actu viderit plus cę teris. Primum probatur, Christus accepit tunc gratiam, & non ad mensuram. ergo accepit gratiam, & quantum habent comprehensores, & maiorem omnib Antecedēs ex euangelio. Consequentia probatur, quia gratia viatoris minorē habet mēsuram respectu gratiæ comprehensoris. probatur, quia deficit ab illa ex hoc em̄ sequitur, ꝙ habeat gratiā quantā comprehensores, & rursus sequitur, ꝙ maior est omnib. quia aliter fuisset mēsurata ad aliā maiorem, vel æqualem. Secunda verò pars, probatur, quia gratia non fuit sine actu. probatur, quia inconueniens esse iā dictum est in Christo ponere gratiam habitualē sine actu.

¶Aduerte hic, ꝙ ex hoc loco apparet qd videatur sensisse Auctor de illa quæst. in precedente li tacta, an gratia viatoris sit minor gratia comprehensoris, ſm suam, quantitatem, an solū ratione modi, quia. s. cōprehensor videt, & viator nō. Expresse siquidē hoc in loco, ex hoc, ꝙ viatoris gratia deficit à gratia comprehensoris, infertur, ꝙ minorem habet mensurā. Et ne dubites, ꝙ de quantitate loquitur, subdit tanta, & quāta, & vt accipias hæc de ipsa essentia gratię, & nō de modo actus subdit, & quia gratia illa nō fuit sine actu, vbi monstrat se de ipsa essentia habitualis gratiæ loquutum, ex hoc ipso, ꝙ postea ad illius actū descendit, & si sic est, consequēs est, vt minimus cōprehensor habuerit actualiter maiorē gratiā, q̄ Ioānes Bap. & sanctus Petr⁹ & quicūq; alius viator, dum in hac fuerunt vita: Et propterea gratia hic est sicut semen, ita ꝙ quāto maior est hic gratia, tanto in patria erit maior gloria, ꝓportionaliter. Numquam tamen gratia tanta est in via, quāta est gratia consummata, quæ est gloria, sicut nec semen est, quanta est arbor sua, quantumcumq; minima, seu animal suum quantumcumque paruum.

instanti suæ conceptionis, quā do adhuc nullam sustinuerat passionem.

¶3. Præt. Illud, quod nō conuenit nec homini, nec angelo, ut̄ esse proprium Deo, & ita non conueniunt Christo ſm ꝙ homo: sed semper esse beatum, nō conuenit nec homini, nec angelo: si enim fuissent conditi beati postmodum non peccassent. ergo Christus, ſm quòd homo, non fuit beatus in primo instāti suę conceptionis.

Sed contra est, qd̄ dr̄ Ps. 64. Beatus, quē elegisti, & assumpsisti, quod ſm gl.* refertur ad humanam naturam Christi, q̄ assumpta est à uerbo Dei in unitatem personę: sed in primo instanti conceptionis fuit assumpta humana natura à uerbo Dei in unitatem personę: ergo in primo instanti suę conceptionis Christus, secundum, quòd homo, fuit beatus, quod est esse comprehensorem.

Respon. Dicēdum, ꝙ (sicut ex dictis patet *) non fuit conueniens, ut Christus in sua conceptione acciperet gratiā habitualem tm̄ absq; actu: accipit. n. gratiā non ad mensurā, ut supra habitum est. * Gratia aūt viatoris cum sit deficiens à gratia cōprehensoris, habet mensurā minorē respectu gratię comprehēsoris. Vnde manifestū est, quod Christus in primo instanti suę conceptionis, accepit non solū tantam gratiam quantam comprehensores habent, sed ēt omnibus comprehensorib. maiorem. Et quia gratia illa non fuit sine actu, consequēs est, ꝙ actu fuerit comprehensor, uidendo Deum per essentiam clarius cęteris creaturis.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ (sicut supra dictū est *) Christus nō meruit gloriam animę ſm quam dicitur comprehensor, sed gloriā corporis, ad quā per suam passionem peruenit. Vnde patet respōsio ad secūdū.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Christus ex hoc, ꝙ fuit Deus, & homo, in sua humanitate habuit aliquid præ cæteris creaturis, ut scilicet statim à principio esset beatus.

A ¶*Super Quæstionis 35. Articulum primum.*

PRo hac quæst. tit 1. art. notâdi sunt termini oēs, & primū, ꝙ natiuitas sumitur proprie & formaliter, vt cōtinet natiuitatem in utero, & natiuitatem ex utero: ita ꝙ nō tractabitur

Qvaestio xxxv.

De natiuitate Christi in octo articulos diuisa.

B CONSEQVENTER post Christi conceptionē agendum est de eius natiuitate.

Et primo, quantum ad ipsam natiuitatem. Secundo, quantū ad natiuitatis manifestationē. Circa primum quæruntur octo.

¶Primò, Vtrum natiuitas sit naturæ, vel personę.

¶Secundo, Vtrum Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternam.

¶Tertiò, Vtrum secundum natiuitatem temporalem beata C Virgo sit mater eius.

¶Quartò, Vtrum debeat dici mater Dei.

¶Quintò, Vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris & Virginis matris.

¶Sextò, De modo natiuitatis.

¶Septimò, De loco.

¶Octauò, De tempore natiuitatis.

Articvlvs primvs.

Vtrum natiuitas sit naturę vel personæ.

AD primvm sic proceditur. Vr̄, ꝙ natiuitas naturæ cōueniat magis, q̄ personę: dicit em̄ Aug. in li. de fide ad Petrū. Natura æterna atq; diuina, nō posse concipi, & nasci ex humana natura, nisi ſm veritatem humanæ naturæ: si igitur diuinæ naturæ cōuenit cōcipi, & nasci, rōne humanæ naturæ, multo magis ꝓuenit humanę naturę. ¶2. Præt. Secundū Philosophū in 5. Meta.* nomē naturæ à nascēdo sumptū est: sed denominationes fiunt, ſm similitudinis conuenientiam. ergo vr̄, ꝙ natiuitas magis pertineat ad naturam, quàm ad personam. ¶3. Præt. Illud proprie nascitur, qd̄ per natiuitatem incipit esse: sed per natiuitatē Christi nō incepit esse persona Christi, sed eius humana natura. ergo vr̄, ꝙ natiuitas proprie pertineat ad naturam, non ad personam.

solū de natiuitate ex utero, sed ēt de natiuitate in utero, vt testantur quinq; 1. art. huius quæst. Est autē differētia inter cōceptionē, & natiuitatē in utero formalis, quia conceptio attribuitur penes captionē rei ad concipiētē: ex hoc n. dr̄ mulier cōcipere, ꝙ simul apud se capit qd̄ generandū est. Natiuitas autem attenditur penes egressum à parente: ex hoc em̄ res nasci dr̄, ꝙ ad naturā pergit: est em̄ via in naturā. Vnde natiuitas tūc perfecte cōsumata est, qñ ex utero proles exit, quia tunc primo adipiscit̄ propriā naturam, vt res omnis separata à matre. Quandiu em̄ est in utero proles, ē aliquid matris, & ꝓpterea tunc simpliciter, & absolute dicimus, ꝙ homo natus ē. Tractauit ergo Auctor prius de Christi conceptione, & nūc de natiuitate: tū, quia prius considerandā fuit ratio conceptionis, & postea natiuitatis in uno, & eodē opere, quo cōceptus, & natus est in utero tum, quia natiuitas simpliciter, & absolute nūcupata, q̄. s. est ex utero (vnde tractatus iste denominat̄) posterior est oīno cōceptione, & fas fuit vt in principio tractatus de natiuitate inchoaret̄, rōne natiuitatis etiā in utero. ¶Notandū est deinde, ꝙ comparatio distinctionem comparatorū exigit, & propterea natura, & persona inter quas sit hic cōparatio in ordine ad natiuitatē, sumūtur, in hoc articulo, vt abinuicē distinguuntur, hoc est natura ſm rōnem naturæ vt. s. actum naturę seu formę exercet, qui exprimitur per ly vt quo, & similiter persona ſm rationē hypostasis, vt. s. actū personæ exercet, qui significatur per ly, vt quod: distinguuntur siquidem natura, & persona, vt quo, & quod: est enim natura qua hypostasis est id, quod est.

3. dist. 8. ar. 2.

ca. 40. in me. to. 3.

li. 5. Metap. tex. 5. to. 3.

¶Notandum demum est, q̃ in hoc 1 arti. non est quæstio de p̃sona Christi, & natura Christi, sed in cõi de natura, & persona, vt titulus ipse sonat. In sequenti siquidem art. an Christo cõueniat temporalis natiuitas, quæretur, & ideo ad vniuersalissimam distinctionem inter naturam, & persõã (qualis est dicta differentia) recurrendum est, vt ẽt ex Auctore in corpo. arti. percipere potes, dum ex distinctione ſm modum significã di inter naturã & persõã, differentiam inter naturam, & persõam aperuit.

¶In corp. ar. ponitur primo vna distinctio bimẽbris, deinde rñdetur quæsito duab. cõclusionib singulis iuxta singula distinctionis membra. Distinctio est. Natiuitas põt alicui dupliciter attribui, vel sicut subiecto, vel sicut termino. Prima conclusio est. Natiuitas attribuitur non naturę, sed persõæ vt subiecto nascenti. Secũda, Natiuitas naturæ attribuit, vt termino.

¶Aduertẽdũ est hoc in loco cautissime, q̃ distinctio ista non est intelligenda vt sonat, nam dupliciter põt intelligi, vel de subiecto inhæsionis, vt. s. illi dicatur attribui natiuitas, vt subiecto, in quo subiectiue est natiuitas sicut motus, vel mutatio est i subiecto, cui inhæret, seu inest motus seu mutatio, quẽadmodũ si manus calefiat, calefactio est subiectiue in manu, & si ex aqua fit aer, generatio aeris est subiectiue in materia prima, q̃ trãsmutatur in aerem. Et sic non sumitur in proposito: tum quia natiuitas hac in litera dicitur esse in persõa, vt in subiecto, constat autem persõam non esse subiectum inhæsionis respectu natiuitatis, quia natiuitas est subiectiue in materia prima cum sit species generationis substantialis, & quia natiuitas quamdiu durat, non est adhuc persõa, quæ nascitur. & quam primum persõa est, natiuitas definit: tum quia in litera infinuatur conclusio istius sensus, dum concludendo dr, q̃ natiuitas tanquam subiecto nascenti proprie attribuitur persõnæ; non enim frustra addidit ly nascenti, sed vt monstraret, quòd non loquitur de subiecto inhæsionis: vel potest intelligi de subiecto denominationis, vt scilicet illi attribuatur natiuitas vt subiecto, quod denominatur proprie à nariuitate nascens & natum, & sic sumitur in proposito: tum quia medius terminus probans, & declarans conclusionem primam est, quòd id quod nascitur, est vt subiectũ, & similiter conclusio, vt dictum est, dicit vt subiecto nascenti: tum quia sic omnia, quæ in litera dicuntur, absque scrupulo vera inueniuntur, & consona: tum quia Auctor tam in distinctione, quàm in probatione quàm etiam in conclusione, nunquam loquitur de subiecto, & termino natiuitatis, sed loquitur de sicut subiecto, & de sicut termino natiuitatis, vt patet in litera: præponendo siquidem super ly sicut, aut ly tamquam, manifestaut, q̃ non de subiecto aut termino proprie loquebatur, sed de his, quæ se habent, vt subiectum, & vt terminus. Et hic est pr culdubio verus, & formalis sensus istius literæ: persona siquidem est subiectum proprium denominationis respectu natiuitatis, nam proprie loquendo, Sortes est qui nascitur, & post ea natus est.

¶Conclusio ergo prima quo ad vtramq; sui partem, sic probatur. Quod nascitur est tanquã subiectũ natiuitatis. ergo quod est. ergo subsistens ergo persona, & nõ natura. Antecedens pro euidenti relinquitur, & vere euidẽs est cognitis terminis. Prima cõsequentia probatur, quia quod nascitur. nascit ad hoc, q̃ sit. quod probatur, quia nasci est quoddam generari: quod generatur aũt, generatur ad hoc, q̃ sit. Secunda verò consequentia probat, quia esse est proprie subsistentis: quod probatur, quia forma non subsistens non dr esse vt quæ est, sed vt qua aliquid est. Tertia aũt consequentia probatur, quia persona significatur per modum subsistentis, natura aũt per modũ formæ. Perspice in hac deductione, quæ diximus, q̃ de subiecto denominationis intendit, quia ex modis significandi proba: cõclusionem: modu enim significandi parìat non solum proprietatẽ, sed veritatem enunciationis. dictum est em in lib. 1. propter eũ istã esse falsam, deitas significat deitatem, & istam verã. Deus generat Deum, & conformiter nunc dr, q̃ natura non nascitur, nec est nata, sed persona est, quæ nascit, & est nata: hoc em est personam, & non naturã esse subiectũ denominationis respectu natiuitatis, hoc est, esse cui vt subiecto attribuitur natiuitas, & simile quid est videre in probatione secundæ conclusionis, dum ipsa etiam ex modo significandi probatur.

¶Secunda conclusio probatur primo: terminus natiuitatis est forma. ergo natura: antecedens patet, quia terminus cuiuslibet generationis est forma. Consequentia probatur, quia natura significatur per modum formæ. Confirmatur secundo, quia natiuitas dicitur via in naturam, ex 2. Physico. & exponitur, quia intentio naturæ ad formam, seu naturam terminatur.

¶Aduerte hic, q̃ natura non solum se habet, vt terminus in denominando ipsam natiuitatem (à terminis enim denominã tur generationes) sed & secundum rem natura habet terminationem, quoniã ad naturam terminatur secundum rem generatio, & propterea Auctor ex parte rei etiam rationem attulit ex intentione naturę vtente generatione v via in naturã, ad quam tendit.

¶*Super Quæstionis 35 Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶In corpore vna est conclusio. Necesse est Christo attribuere duas natiuitates; vnam, qua æternaliter natus est à patre, aliam, qua temporaliter natus est à matre. Probatur. In Christo sunt duæ naturæ, quarum vnam ab æterno à Patre, alteram temporaliter à matre habet: ergo Christo attribuendæ

SED CONTRA est, quòd Damascenus * dicit in libro 3. Natiuitas hypostasis est, non naturæ.

RESPON. Dicendum, quòd natiuitas potest attribui alicui dupliciter, vno mõ sicut subiecto, alio modo sicut termino; sicut subiecto quidem attribuitur ei quod nascitur: hoc autem proprie est hypostasis, non natura. Cum enim nasci sit quoddam generari, sicut generatur, aliquid ad hoc quod sit, ita nascitur aliquid ad hoc, quòd sit; esse autem proprie est rei subsistentis: nam forma, quæ non subsistit, dicitur esse solũ, quia ea aliquid est: persona autẽ, vel hypostasis significatur per modum subsistentis: natura autem significatur per modũ formæ, in qua aliquid subsistit. & ideo natiuitas tanquam subiecto nascenti, proprie attribuitur persõæ, vel hypostasi non naturę: sed sicut termino attribuitur natiuitas naturæ: terminus enim generationis, & cuiuslibet natiuitatis est forma, natura autem per modũ formæ significatur. Vnde natiuitas dicitur esse via in naturam, vt patet per Philosophum 2. Physico. * terminatur enim naturæ intentio ad formam, seu naturam speciei.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd propter ãdemptitatem, quæ in diuinis est inter naturã & hypostasim: quandoque natura ponitur pro persõa, vel hypostasi, & secundum hoc dicit Augu. * naturam diuinam esse conceptam, & natam, quia scilicet persõna Filii est concepta, & nata, secundum humanã naturam.

AD SECVNDVM dicendum, quòd nullus motus seu mutatio denominatur à subiecto, quod mouetur, sed à termino motus, à quo speciem habet. Et propter hoc, natiuitas non denominatur à persõna, quę nascitur, sed à natura, ad quã natiuitas terminatur.

AD TERTIVM dicendum, quòd natura proprie loquendo, non incipit esse, sed magis persõna incipit esse in aliqua natura, quia (sicut dictum est *) natura significatur, vt quo aliquid est, persõna autem significatur, vt quæ habet esse subsistens.

ARTICVLVS II.

Vtrum attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur, quòd Christo non sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis: nasci em est nelut quidam motus rei nõ extantis, antequam nascatur. id agens beneficio natiuitatis, ut sit: sed Christus ab æterno fuit: ergo non potuit temporaliter nasci.

¶2. Præt. Illud, quod est in sep

I.3.c.ẽ. paulo à prin.

I.2. Phys. to. 34. to. 2.

In corp.

3. dist. 4. ar. 2. ad 3. 3. d. 18. ar. 1. & de vnio. ar. ad 16.

ætribuendæ sunt duę natiuitates &c. Antecedens ex fide. Consequentia probat, quia natura se habet ad natiuitatem ut terminus ad motum, motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorum 5. Phys. Ex hoc enim manifestę sequitur ꝙ diuersitas naturarū terminātium, inferat diuersas natiuitates, ac ꝙ hoc duæ naturæ inferunt duas natiuitates.

¶ In responsione ad vltimum habes in litera satisfactionē ad rem, si ad formam instantis, quòd bis existit interruptionē mēsura inter primum actum & secundū respondere cupis, dicito ꝙ est verum, si primis, & secūdus actus mensurantur mēsura durationis vnius rationis, puta ꝙ tēpus sit vtriusq; mensura, aut æternitas sit utriusq; mensura. Oportet.n. interrupto tepore currere, qui bis currit in tempore, & similiter oporteret interrupta æternitate nasci, qui bis in æternitate diceretur natus. Sed diuersarum rationū existentibus mensuris, actus (puta intellectionis, volitionis, natiuitatis, dum una intellectio alicuius est in ęternitate, & altera in tempore, & sic de aliis) potest dici, ꝙ ille bis intellexit lapidē semel in æternitate, & semel in tempore absque ęternitatis interruptione: & ratio in litera assignatur, quia plus differunt ēt ut mensuræ durationis æternitas & tempus, quàm duo tempora interrupta, puta hodie, & post, cras. Non oportet igit̄ natiuitatem Chri diuinam, interruptionem habere respectu natiuitatis Chri humanæ, ad hoc ut Christus ue re dicatur bis natus, quia plus distat mensura diuinæ natiuitatis a mēsura humanæ natiuitatis, quàm si vna fuisset ante mille annos, & alia hodie.

¶ Super Quæstionis trigesimequinte Articulum tertium.

TItulus, an beata Virgo vere possit dici mater Christi.

¶ In corpore una cō fectum, natiuitate non indiget: A sed persona filij Dei ab æterno fuit perfecta. non ergo indiget temporali natiuitate, & ita vī ꝙ non sit temporaliter natus.

¶ 3 Præt. Natiuitas proprie personæ cōuenit: sed in Christo est vna tantū persona. ergo in Christo est tantum vna natiuitas.

¶ 4 Præt. Quod duabus natiuitatibus nascitur, bis nascitur: sed hæc videtur esse falsa, Chīs est bis natus, qa natiuitas eius, qua de patre est natus, interruptionem non patitur, cum sit æter- B na: quod tamen requiritur ad hoc aduerbium bis: ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. ergo videtur, ꝙ in Christo non sit ponenda duplex natiuitas.

SED CONTRA est, quod Damascenus * dicit in 3. lib. confitemur duas Christi natiuitates, vnam quæ est ex patre ęternam, & vnam, quæ est in vltimis temporibus propter nos.

RESPON. Dicendum, quòd C (sicut dictum est*) natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motum, uel mutationem. Motus autem diuersificatur, secundum diuersitatem terminorum, vt patet per Philosophum in 5. Physicor. * In Christo autem sunt duæ naturæ, diuina scilicet, & humana: quarum vnam accepit ab æterno patre, alteram accepit temporaliter a matre: & ideo necesse est attribuere Christo duas natiuitates, vnam qua æternaliter natus est D a patre, aliam, qua temporaliter natus est a matre.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio cuiusdam Feliciani hęretici, quam Augu. * in libro contra Felicianum sic soluit, Fingamus, inqt, sicut pleriq; volunt, esse in mundo animam generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet, ut non sit concreta cū genitis, sed uitam præstet ipsa gignendis: nempe cum hæc in vterum, passibilem materiam ad E vsus suos formatura peruenerit, vnam facit secum esse personā eius rei, quam non eandem cōstat habere substantiam: & fit operante anima, & patiente materia, ex duabus substantijs vnus homo. Sicque animam nasci fatemur ex vtero, non quia antequam nasceretur, quātum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset: sic ergo, immo sublimius natus est de matre filius Dei secundū hominem, eo pacto quo cum corpore nasci docetur, & anima: nō quia vtriusq; sit una substantia, sed quia ex utraq; fit una persona. Non tamen ab initio carnis incæpisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem, non ab æterno filij Dei nouimus carnem, ne nō veritatē humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hæc* fuit ratio Nestorij, quā soluit Cyrillus in quadam epistola dicens, Nō dicimus, quòd filius Dei indiguerit necessario ꝓpter se secūda natiuitate post eam, quæ ex Patre est: est enim fatuum & indoctum existētem ante omnia sæcula, & consempiternū patri indigere dicere initio, ut sit secundo. Quoniam autem propter nos, & propter nostram salutem vniens sibi secundum subsistentiam, quod est humanum processit ex muliere, ob hoc dicit̄ nasci naturaliter.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ natiuitas est ꝑsonæ, ut subiecti, naturæ autem, ut termini. Possibile est autem uni subiecto plures transmutationes inesse, quas tamen necesse est secūdum terminos variari. quod tamen nō dicimus, quasi æterna natiuitas sit transmutatio aut motus, sed quia significatur per modū mutationis, aut motus.

AD QVARTVM dicendum, quòd Christus potest dici bis natus, secundum duas natiuitates: sicut enim dicitur bis currere, q currit duobus temporibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur æternitate, & semel in tempore, quia æternitas & tempus multo magis differūt quàm duo tempora, cum tū vtrumq; designet mensuram durationis.

ARTICVLVS III.

Vtrum secundum temporalem Christi natiuitatem, beata Virgo possit dici mater Dei.

AD TERTIVM sic procedit. AVī ꝙ fm temporalē natiuitatem Christi, beata Virgo non possit dici mater eius: ut enim supra dictum est,* beata Virgo Maria nihil actiue in generatione Christi operata est, sed solam materiam ministrauit: sed hoc non uidetur sufficere ad rationem matris, alioquin lignum diceretur esse mater lecti aut scāni. ergo uidetur quòd beata Virgo non possit dici mater Christi.

3.d.3.q.2.ar. 1. & 2. & di. 4 q.2.ar.2.& 4.cont.c.35. & c.34.& 44 & opp.3.c. 229. & 230. & op.60.c.3. colo.4.q.32. ar.4.

Tertia S. Thomæ Q 2

In Concil. Calce actione. in epist. ad Nestoriū. circa med.

¶ Circa probationē hanc dubiū nouitiorum occurrit, quia apparet uitium petitionis principij in ea, dū assumitur quòd corpus Christi sumptum est ex Virgine matre, nā probandum erat, ꝙ illa mulier esset mater, Nec ualet dicere, ꝙ assumit̄ corpus Christi sumptum ex matre, & concluditur, Christi esse matrem: quoniā tota qꝙstio de Christo est ratione corporis, an sit beata Virgo mater eius, & in unam uertitur qꝙstionem, an rōne corporis, an Chri beata Virgo sit mater.

¶ Ad hoc dicit, quòd ly ex matre, in præmissis assumptū breuitatis causa assumptū est, ut uno uocabulo exprimeretur modus, quo corpus Chri sūptum est ex beata uirgine, ac si dixisset, Corpus Chri sumptum est ex beata uirgine in loco naturali generationis, & per operationem naturalem mulieris ad conceptionem & ex materia naturali, quam explicauit subdendo, Et ex purissimis sanguinibus &c. ubi patet nullā incidere suspitionem petitionis principij.

¶ In respon. ad tertiū, aduerte ad crebrā repetitionē nō necessarij cōcursus semini s muliebris ad gnōnē, & intellige Auctore non

non sensisse, quòd semen mulieris sit excrescentia veteri (vt Aristoteles putauit) sed quòd concurrat ad generationem, nō necessario tamen. Et propterea apud Auctorem ex hoc ipso, quòd semen muliebre ordinatum est ad generationem, licet non necessario, habetur ratio peccati mollitiei in muliere volūtarie seminante sola: abutitur enim semine ad generationem ordinato.

1ō.3. c.2.4. & 7.

¶ 2 Præt. Christus ex beata Virgine miraculosè natus est: sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis, vel filiationis: non enim dicimus Euam fuisse filiam Adæ. ergo videtur quòd nec Christus debeat dici filius beatæ Virginis.

¶ 3 Præt. Ad matrem pertinere videtur decisio seminis: sed sicut Damasc.* dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter, sed conditiue a Spiritusancto formatū est. ergo videtur q̄ beata Virgo non debeat dici mater Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 1. Christi generatio sic erat: cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph &c.

RESPON. Dicendum, quòd beata virgo est vera & naturalis mater Christi. sicut enim sup. dictum est,* corpus Christi nō est de cęlo allatum, sicut Valētinus hæreticus posuit, sed de virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solū requiritur ad rōnem matris, vt ex sup. dictis patet.* vnde beata virgo vere est mater Christi.

q.52. ar.4.

q.31. ar.5.

q.35.ar.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut supra dictū est*) paternitas siue maternitas & filiatio, nō competunt in quacumque generatione, sed in sola generatione viuentium: & ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant, non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis, sed solū in generatione viuentium, quæ proprie natiuitas dicitur.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut Damasc.* dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos, quoniam natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis debito. Super nos autē, quoniam nō ex semine, sed ex Spiritusancto & sancta virgine, supra legem conceptionis. sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritussancti fuit miraculosa. vnde beata virgo est vera & naturalis mater Christi.

li. 3.c.7.circa medium.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut sup. dictum est*) resolutio seminis seminę, non pertinet ad necessitatem conceptus, & ideo resolutio seminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

q.52. ar.4. D. 661. & 1117.

¶ *Super Quæstionis trigesimamquinta Articulum quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi qđ ex sacra scriptura habetur: sed numquam in sacra scriptura legitur, quòd sit mater, aut genitrix Dei, sed q̄ sit mater Christi, vel mater pueri, vt patet Matt. 1. ergo non est dicendum, q̄ beata virgo sit mater Dei.

¶ 2 Præt. Christus dicitur Deus secundum diuinam naturā: sed diuina natura non accepit initiū essendi ex virgine. ergo beata virgo nō est dicenda mater Dei.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Deus, cōmuniter prædicatur de patre, & filio, & Spiritusancto: si ergo beata virgo est mater Dei, videt sequi, q̄ beata virgo sit mater patris & filij, & Spiritussancti, quod est inconueniens. non ergo beata virgo debet dici mater Dei.

SED CONTRA est, quod in capitulis Cyrilli* approbatis in Ephesina synodo, legitur: Si quis non confitetur Deum esse secūdum veritatem Emanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctā virginem (genuit enim carnaliter carnem factam ex Deo verbum) anathema sit.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cum autem unio incarnationis sit facta in hypostasi (sicut supra dictum est*) manifestū est q̄ hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam, & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ, potest attribui illi personæ, siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans diuinā naturam, siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans humanam naturam: concipi autem & nasci, personæ attribuitur & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur. Cum igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta a diuina persona (sicut prædictum est*) consequens est, quod vere possit dici Deum esse cōceptum, & natum de virgine. Ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, q̄ eum concepit & genuit, vnde cōsequens est, q̄ beata virgo vere dicatur mater Dei: solum enim sic negare posset, beatam virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni, & natiuitati, quàm homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ, vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrumq; autem horum est erroneum, vnde hæreticum est negare beatam virginem esse matrem Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio Nestorij: quæ quidem soluitur ex hoc, quod licet non inueniatur expresse in scriptura dictū, quod beata virgo sit mater Dei, inuenitur tamen expresse in scriptura, q̄ Iesus Christus est verus Deus, ut patet 1. Ioan. ulti. & quod beata Virgo est mater Iesu Christi, ut patet Matth. 1. unde sequitur ex necessitate ex verbis scripturæ, quod sit mater Dei. Dicitur etiam Roman. 9. quod ex Iudæis est illi suppositæ vel nomine Dei. uel hominis, potest attribui quicquid ratione diuinæ, vel humanæ naturæ conuenit. ergo vere potest dici Deum concepisse & natum de Virgine. ergo beata Virgo uere potest dici mater Dei. Antecedens patet, prima consequentia probatur, quia unio incarnationis facta est in hypostasi. Secunda, ex eisdem est euidens. Tertia probatur, quia concipi, & nasci attribuitur hypostasi secūdum naturam illam, in qua concipitur, & nascitur: iam autem ex dictis patet, hypostasim Verbi a principio conceptionis unitam naturæ humanæ. Quarta probatur, quia ex hoc aliqua mulier dicitur alicuius mater, quòd eum concepit & genuit.

Cant. cil. h. 20.1.

q.16.a.

¶ Secunda conclusio probatur. Solis duobus modis hæreticis posset negari, beatā Virginem esse matrē Dei, ergo hæreticum est, &c. Antecedens probatur & quo ad modos, & quò ad hæresim: quo ad modos quidem, quia alter est quo poneretur homo ille prius cōceptus, quam fuerit filius Dei: alter uero est, quo ille homo poneretur nō esse filius Dei psonaliter. Quo ad hæresim uero, qa primum fuit Photini, secundum Nestorij. omnia clara sunt.

q.2.a.2.

q.33.ar.3.

¶ Titulus clarus ut sonat.

¶ In corpore duę sūt conclusiones. Prima est. beata Virgo vere dicitur mater Dei. Secunda est, Hęreticum est negare beatā Virginem esse matrem Dei Prima conclusio probatur. Omne nomen significans in cōcreto aliquam naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. ergo ly Deꝰ, potest supponere pro hypostasi diuinæ, & humanæ naturæ. ergo persona

3.di.4.q.2.ar. 3.& 4.con 2. 34.43. & 45. h. & op.3.c. 229.

¶ Super Quæstionis trigesimæquintæ, Articulum quintum.

TItulus de filiationibus realibus, hoc est, an ambæ sint reales relationes, intelligitur.

¶ In corpore quatuor sunt. Primo, ponuntur duæ circa quæsitũ opiniones: secundo tractatur in communi, penes quid attenditur unitas, uel pluralitas relationis realis: tertio, applicatur ad Christi filiationẽ: quarto respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum, prima opinio ponit duas reales in Christo filiationes, propter plures natiuitates, q̃ sunt causæ: secunda ponit unam tantum propter unitatẽ personæ, quæ est subiectum.

¶ Quo ad secundum aduertendum est, q̃ tria cõcurrunt ad realem relationem, scilicet causa, non quæcũque, sed ea quæ fundat relationem (ut aliquando respectu similitudinis, & quantitas respectu qualitatis, & generatio actiua respectu paternitatis, & similia) subiectum, in quo, scilicet est subiectiue ipsa relatio, ut paternitas in persona patris, & sic de aliis. Et terminos ad quem, ut ad correlatiuum relatio est, ut filiatio est ad quem dicitur paternitas, & sic de aliis. Et quia hæc inueniuntur concurrere ad esse relationis, & unitas aut pluralitas ad esse rei spectant, ideo Auctor in cõmuni tractare volens hic de unitate, uel pluralitate relationis realis, de qua est sermo, ab istis tribus inchoauit, & per hæc tria discurrit, proponendo, q̃ penes causam, uel subiectum, & est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Non autem est ex Iudæis nisi mediante B. Virgine. Vnde ille, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, est vere natus ex B. Virgine, sicut ex sua matre.

Ad secundum dicendum, q̃ illa est obiectio Nestorij: sed Cyrillus in quadam epistola contra Nestorium, eam soluit, sic dicẽs. Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tamquam vnũ reputatur, & si voluerit quispiam dicere, quòd est genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis superflue loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natũ est enim ex Dei Patris substantia, Dei Verbum, quia vero carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quia natum est secũdum carnem ex muliere. Dicendum est ergo, quòd B. Virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia persona habentis diuinitatem, & humanitatem, est mater secundum humanitatem.

Ad tertium dicendum, q̃ hoc nomen Deus, quàmuis sit commune tribus personis, tamẽ supponit quandoque pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filij, uel Spiritussancti, ut supra habitum est. * Et ita cum dicitur, B. Virgo est mater Dei, hoc nomẽ Deus, supponit pro sola persona Filij incarnata.

non penes terminum relatio plurificatur, excludendo primo terminum esse, penes quem unitas aut pluralitas relationis realis attenditur. Probat autem hoc, ex eo quòd si ad pluralitatem termi norum multiplicaretur realis relatio, sequeretur quòd Sortes esset filius duabus filiationibus realibus specie differentibus, quia est filius patris & matris, quod est inconueniens, quia una natiuitate est utriusq; filius. Et hinc secundo infert penes unitatem causæ attendi unitatem specificam relationis, & manifestat hoc primo in filiatione penes natiuitatem, secundo in magistro penes unam doctrinam, & in domino penes unum dominium. Et inde tertio prosequitur pluralitatem specificam attendi penes specificam pluralitatem causæ, quod manifestat in magisterio grammaticæ & logicæ, & sic de aliis. Et demum unitatem numeralem relationis non penes causam, sed subiectum ponit, & manifestat in patre respectu multorum filiorum, in quo nec plures specie paternitates, quia generationes sunt eiusdem speciei, nec plures numero, quia forma eiusdem rationis, non potest multiplicari in eodem subiecto.

¶ Ad tertium duo de filiatione Christi deducit. Primum ex parte causæ, scilicet quòd quia duæ sunt Christi natiuitates, & sunt diuersarum rationum, consequens est, quòd duæ sunt in Christo filiationes. Secundum ex parte subiecti, quòd quia una tãtum est persona, & subiectum filiationis non est natura nec pars naturæ, sed persona, consequens est, q̃ in Christo non sit filiatio temporalis, nisi cuius capax est persona diuina, & sic filiatio temporalis in Christo non est realis, sed rationis tantum.

¶ Ad quartum respondetur primo quæsito, distinguendo & concordando opiniones ambas, quia aut sermo est de filiationibus secundum perfectas rationes filiationis, & sic affirmandæ sunt duæ in Christo filiationes iuxta duas natiuitates, aut secundum filiationis subiectum, & sic in Christo non est nisi filiatio æterna, quia solũ est suppositum æternum. Secundo excludit obiectionẽ, quomodo scilicet Christus dicitur filius matris, & dicit q̃ dicitur relatiõe filiationis cõ intellecta maternitati. Tertio, excludit aliam obiectionem, quomodo Christ⁹ dicitur realiter filius matris, & dicit, quòd dicitur realiter filius ex reali maternitate ad ipsum. 3. di. 8. art. 5. & quo. 1. ar. 2. & quol. 9. q. 2. art. 3. & opu. 3. c. 21.

¶ Occurrunt hoc in loco quinque ex Scoto in 8. distinct. 3. Sentent. dubitanda, arguit enim cõtra quinque hic dicta. primũ est circa illud, quòd relationes non plurificantur secundũ terminos. secundum est circa illud, impossibile est in eodem subiecto esse duas formas eiusdem rationis. tertium est circa illud, Pater unica paternitate refertur ad plures filios: quartum est circa rationem literæ pro principali conclusione: quintũ est circa ipsam principalem conclusionem. art. præced

¶ Contra primum ergo dictum, scilicet relationem non plurificari secundum terminos, arguit Scotus. si ad duos terminos esset eadem relatio, tunc eadem relatio simul esset & non esset.

¶ Contra tertium dictum, quod est propinquum huic primo (scilicet, quòd pater unica paternitate refertur ad plures filios) arguit Scotus, primo. Pater hac paternitate primo respicit hunc filium hac filiatione. ergo hæc paternitas non est ad plures filios. Antecedens probatur, quia sicut paternitas fundatur super genuisse, ita hæc paternitas super hoc genuisse.

¶ Secundo, correlatiua sunt simul natura, ita quòd uno destructo, destruitur & reliquum. ergo destructa hac filiatione in hoc filio, destruitur quoque hæc paternitas in hoc patre. ergo paternitas remanens ad alium filium, est alia paternitas, nisi aut idem simul esset corruptum, & remaneret, quod est impossibile, aut noua paternitas, tunc aduenisset sine noua generatione, quod est etiam impossibile.

¶ Tertio, quia quando aliquid est aliquo ultimate tale, non potest illud manere in ipso, nisi ipsum habens illud sit ipso tale. sicut non potest albedo manere in superficie, nisi ipsa superficies sit alba: sed relatio est qua habens illam, est ultimate ad aliud, igitur non potest manere eadem in eo, nisi illud in quo manet sit illa ad idem aliud, igitur non maner eadem paternitas destructo illo termino, ad quem habens paternitatem dicitur pater paternitate illa.

¶ Quarto, Pater aliquo modo aliter respicit hunc filiũ, & illum,

Articvlvs v.

Vtrum in Christo sint duo filiationes.

Ad quintvm sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint duę filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis: sed in Christo sunt duæ natiuitates. ergo etiam in Christo sunt duæ filiationes.

¶ 2 Præt. Filiatio, qua quis dicitur filius alicuius, vt matris vel patris, dependet aliqualiter ab ipso, quia esse relationis est ad aliud aliqualiter se habere, vnde, & interempto vno relatiuorum, interimitur aliud: sed filiatio æterna, qua Christus est filius Dei patris, non dependet à matre, quia nullum æternum dependet a temporali. ergo Christus non est filius matris filiatione æterna. Aut ergo nullo modo est filius eius (quod est contra prædicta*) aut oportet quòd sit filius eius quadam alia filiatione temporali. Sunt ergo in Christo duæ filiationes.

¶ 3 Præt. Vnum relatiuorum ponitur in definitione alterius, ex quo patet, quòd vnum relatiuorum specificatur ex alio sed unũ & idem non potest esse in diuersis speciebus. ergo impossibile videtur, quod una, & eadem relatio, terminet ad extrema omnino diuersa: sed Christus dicitur filius Patris æterni & matris tẽporalis, qui sunt termini omnino diuersi ergo uidetur quod nõ possit eadem relatione Christus dici filius pris & matris. sũt ergo in Christo duę filiationes.

Tertia S. Thomæ. Q 3 si alia

si alia relatione, habetur propositum, si non alia relatione, sed alio respectu eiusdem relationis, iterum habetur propositum. contra secundum dictum, quia illi respectus erunt eiusdem rationis propter fundamenta eiusdem rationis. Et propterea respectus isti, aut sunt aliud a relatione, & hoc est superfluum multiplicare tot entia, aut sunt idem relationi, & tūc sequitur, ꝙ est idem dicere, respectum plurificari, & relationem plurificari ergo habet ꝓpositū.

d.3.orth.fid. c.13.in med.

¶ Quinto multiplicato priori, multiplicatur posterius, sed fundamentum est prius relatione, puta generatio paternitate, ergo multiplicata generatione actiua, multiplicatur paternitas.

P.p.q.40.ar. 2.3. & 4.

¶ Contra secundum dictū. s. formas eiusdem speciei non posse simul esse in eodē subiecto, arguit Scotus. primò, in omni ordine essentiali cū vnitate prioris essentialiter pōt stare pluralitas posterioris naturaliter, non per se, nec adæquate inhærentis prioris: sed subiectum est prius essētialiter illa dispositione, quæ ponitur sibi inhærens, nec per se ei inhæret nec adæquate, ergo. Maior probatur per simile in causa & in effectu, quia nec subiectum est causa intrinseca dispositionis.

¶ Secundo, quia plures species phantasticæ eiusdem speciei sunt si mul in eodem organo phantasiæ secundum eandem partē organi, ergo. antecedens probatur. Et quidem ꝙ plures simul sint, patet ex eo, quia aliter deleta una specie, non posset quis imaginari, nisi de nouo acquireret. Quòd vero sint eiusdem speciei, probatur ex obiectis, quia obiecta sunt eiusdem speciei. Quòd autem sint in eadem parte organi, probatur, quia organum non potest in tot partes minimas diuidi, quod sunt species imaginabiles; quæ simul sunt in organo phantasiæ.

¶ Contra quartam (scilicet rationem illam, filiatio est ita suppositi ut subiecti, quòd non naturæ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realis) arguit Scotus, primo, si filiatio est tantū personæ, ita quòd non potest nisi plurificata persona plurificari,

alias ut relatio absolute aut ut relationes.

aut hoc conuenit filiationi, unde relatio, aut vnde relatio talis originis, non primum, ut patet, nec secundum, quia non magis repugnat uni personæ pluralitas talis relationis, quàm pluralitas originationis fundantis tales relationes, sed Christus habuit duas origines. ergo &c.

Secundo, quia pater æternus habet duas reales relationes originis, s. ad filium & spiritumsanctum super uno fundamento, s. essentia, ergo a fortiori filius super duo fundamenta, s. duas naturas & natiuitates, habet duas filiationes reales.

Tertio. Christus hēt duas operationes, ergo duas filiationes. Probatur consequentia, quia relatio originis nō magis quā opatio respicit suppositū, quia suppositi est operari primo Metaph.

Quarto, Christus si genuisset plures filios, habuisset duas paternitates ad illos ergo nunc habet duas filiationes, ꝓpter duas natiuitates. Quinto, si filiatio tantummodo diceretur de Christo secundum rationem personalitatis æternæ sequeretur, ꝙ hæc esset falsa, Christus, inquantum homo, est filius. Probatur sequela, quia quod præcise Christo conuenit secundum rationem personalitatis æternæ, non dicitur de eo, inquantum homo: propterea enim ista est falsa, Christas, inquantum homo, est persona.

Contra quintum (scilicet filiatio temporalis Christi non est relatio realis) arguit Scotus probando ultimam particulam, de qua sola est quæstio. s. quòd sit realis. Primo, illa relatio est realis quæ consequitur extrema ex natura extremorum sine actu intellectus, sed posita matre generante, & suppositio habente naturam per generationem ex natura extremorum sine actu intellectus. sequitur hic filiatio, sicut ibi maternitas, ergo. Quòd si quis fingat intellectū operari ad causandum relationem, hoc improbatur, quia si Maria genuisset purum hominem, fuisset ille uere filius relatione reali, ergo cum Christus non minus acceperit naturam a matre, quàm purus homo accepisset, æque realis erit in eo relatio, sicut in puro homine fuisset.

SED CONTRA est, quòd sicut Damasc. * dicit in lib. 3. Ea quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, non autē ea, quę sunt personæ: sed filiatio maxime pertinet ad personam, est enim proprietates personalis, ut patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt. † ergo in Christo est vna tantum filiatio.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidam enim attendentes ad causam filiationis, quæ est natiuitas, ponunt in Chro duas filiationes, sicut & duas natiuitates. Alij uero attendentes ad subiectum filiationis, quod est persona, vel hypostasis, ponunt in Christo unā tantum filiationem, sicut & unam hypostasim vel personam: unitas cū

¶ Ad hæc dubia mota, secundum ordinem dictorum in litera respondendum est, non eodem ordine, sed prout doctrinæ ordo exigit, ut prius scilicet communiora, quàm minus communia tractentur, ut ex notis generibus ad species cognoscendas transeatur. & propterea ad dubium trigesimumtertium, quòd inter illa communissimum est, utpote in communi disputans de formis unius speciei in eodem subiecto, dicēdum est primo prenotando, quòd ratio quare formas unius speciei multiplicari in eodem dicimus impossibile, est illa radicabilis propositio peripatetica, Omnis distinctio aut est secundum formam, aut secundum quantitatem: de qua propositione cum de principio indiuiduationis tractaretur, diffuse dictum est: hinc enim oritur quòd implicat dicere, formas unius speciei duas, & apponere in eodem subiecto, quia si in eodem subiecto sunt, ergo non distinguuntur secundū quātitatem, ac per hoc cum non distinguantur, etiam formaliter non sunt duæ.

D.dofy. D

¶ Ad primam ergo obiectionem respondendo dicitur, quòd maior est uniuersaliter falsa, & distinguēda propterea ad claritatē solutionis: potest siquidem intelligi de unitate formali, uel de vnitate numerali. si de unitate numerali, falsa est uniuersaliter. Ratio est, quia in aliis a quantitate unitas numeralis posteriorīs inhærentis dependet per se ab unitate numerali prioris, hoc est subiecti, ita quòd licet albedo per accidens se habet ad hoc quantū, hæc tamen albedo, inquantum hæc, per se dependet ab hoc quanto, ita quòd si hæc albedo, ut hæc, definiretur in definitione eius poneretur hoc quantū, q̄d est subiectū, unde cū unitate numerali subiecti prioris non stat pluralitas numeralis accidentis posterioris, quòd secundum suam speciem non per se inhæret, quod sm unitatē numeralē nēdicat sibi per se, & adæquate hoc subiectum: per se quidem, quia hoc subiectum poneretur in definitione accidentis, inquantum hoc, adæquate aūt, quia unitas numeralis huius accidētis subiecti, soli huic subiecto cōuenit, nec extra illud inueniri aut intelligi potest. Vnde probatio a simili nulla est: quoniam unitas numeralis effectus non dependet ab vnitate numerali causæ, ut illius definitiua, sicut unitas numeralis accidentis definienda est per hoc subiectum.

¶ Ad secundā obiectionē de speciebus in phātasia, rndeē tripliciter primo, ꝙ nō ꝓbaē ab arguēte esse tot eiusdē speciei spēs simul in vna phātasia ꝙ nō possint ēe i diuersis organi partib⁹, præsertim cū hmōi intentionalia entia videātur quasi in pūcto saluari, ut apparet uidētibus per minimū foramen tot: & multa sunt similia in phantasia, non per proprias species, sed per species aliquorum totorum, quorū illa occurrerunt ut partes. Secundo dr negando, in eadē phātasia inueniri plures species eiusdē rōnis, & ad ꝓbationē, obiecta sunt eiusdē rōnis, ergo spēs eorū dr, ꝙ obiecta sumuntur dupliciter. s. in esse naturæ, & sic duo alba sunt eiusdē rōnis, vel in eē sensibili, & sic duo alba sūt diuersarū rōnum: quod sic manifestatur ab ipsis repræsentantibus. nā sicut in esse naturæ illa tū dūr unius speciei, quorum quicquid habet essentialiter unū, habet essentialiter aliud, ita in repræsentādo, illa tū dūr unius speciei, quorū quicquid repræsentat unū totū illud, idē reptentat reliquū: sicut si unū albū uideat a duobus uel pluribus, oēs ille spēs sunt unius spēi, non.n. differūt in repræsentando, quia idē repræsentāt, sed solo numero differūt, quia hæc in isto, & illa in illo est: sed duorū alborū spēs nō sunt unius spēi, quia spēs unius nō repræsentat aliud, ut patet. Vnde cū in una phātasia negemus plures spēs eiusdē obiecti, consequēter negamus plures species eiusdē rōnis; qm ut dictum est, spēs diuersorum indiuiduorū sunt diuersarum specierū, quia ipsa indiuidua diuersa, sunt diuersarum rationū in esse sensato.

¶ Tertio dr, ꝙ sicut lumen generatum in eodem diaphano a se cūda cādela nō est aliud numero a lumine genito a prima, sed coincidit i idē depēdēs a duobus, ut partialib⁹ agentib⁹, ita cū i

phanta siæ

phantasiæ organũ secundum eandem partem occurrit obiectũ eiusdem rationis, non fit alia ſpecies, ſed præexiſtens fit dependens a duobus partialibus, conuertente anima ſpeciẽ illã ad nouum obiectum, ita ꝙ præcedẽs species perficitur & firmitate, & extenſione. Hæc reſponſio ſuſtinenda eſt ab illis, qui diuerſorum indiuiduorũ nõ admitterent diuerſarũ rationũ, eſſe ſpẽs, & in eadem parte organi recipi. Ego magis trahor in ſecundam reſponſionem. Quæ põt confirmari, quia alia, & alia ratione differunt ſpecies imaginatæ Sortis, & Platonis, quam differant duæ ſpecies imaginatæ Sortis ſed duæ ſpecies Sortis differũt rõne differentiæ numeralis. ergo ſpẽs Sortis & Plat. differũt differentia maiori, quam conſtat eſſe ſpecificam.

¶ Ad primum dubium dicitur, ꝙ ex hoc ꝙ relatio vna ẽ ad plures terminos inadæquate, non ſequitur eam ſimul eſſe, & nõ eſſe, quamuis ſequereť ſi eẽt ad plures adæquatos terminos, qđ nõ eſt intelligibile: ſunt. n. duo inadæquati termini quaſi partiales termini. Et propterea uno ſublato, põt remanere eadẽ relatio ad alium, quaſi partialem terminum.

¶ Ad ſecundum dubiũ de vnica paternitate ad plures filios reſpondẽdo dicitur, ꝙ maior ſeu antecedẽs illud. Pater hac paternitate primo reſpicit hũc filiũ hac filiatione, diſtinguẽdũ eſt. Nã ſi ly primo, ſumitur pro adæquate, negatur: ſi vero ſumitur primo, pro principaliter, coceditur: ſed tunc negatur ſequela. Nec antecedens in primo ſenſu probatur ex allata probatione, quonium nihil aliud probatur, niſi ꝙ hæc paternitas habet pro propria cauſa, hoc genuiſſe: ſed ex hoc negatur, ergo adæquate reſpicit hunc filium.

¶ Vbi pro claritate doctrinæ ſcito, quòd hæc paternitas ſi ſecundum proprias cauſas iudicaretur, eſſet proculdubio ad ſolũ hũc filiumi ſed ſi ſecundum merita ſubiecti iudicaretur, oportet ꝙ ſit ad hunc & alium filium, propter hoc ſcilicet, quòd ſecunda paternitas cedit in identitatem primæ rationis ſubiecti, quia nõ habet vnde differat ſolo numero ab illa: ſicut lumen genitum a ſecunda candela in eodem diaphano per ſe primo eſt ab hoc agente, vt patet 12. Met. ſed propter ſubiecti identitatẽ coincidit in idẽ numero lumẽ prius genitũ a prima candela ibi illumiñate Et quia hmõi coincidẽtiæ ſunt per accidẽs, hoc eſt ꝙ aliud, hoc eſt per ſubiectũ, ideo non ex rõnibus formarum aut cauſarũ arguendum eſt, ſed ad identitatem ſpectandum eſt ſubiecti.

¶ Et per hoc patet reſponſio ad ſecundum, ſcilicet quòd deſtructo vno correlatiuorum deſtruitur & reliquum, niſi per accidẽs contingat illud remanere: propoſitiones enim ſiunt de eo quod ſecundum proprias rationes conuenit correlatiuis, non de his quæ per accidens contingunt. Sic autem eſt in propoſito, deſtructo enim hoc filio, ſecundo vel primo, deſtruitur hæc paternitas, niſi per accidens remaneat ratione identitatis ad paternitatem, ad reliquum, ſicut deſtructo vno albo deſtruerentur ſimi-

A litudines omnium alborum ad illud, niſi per accidens remanerent inter ſe. Album enim vna ſimilitudine refertur ad omnia alba, niſi quaſi infinitas relationes reales diſtinctas realiter etiam ab hac albedine, ponat Scotus in hoc albo ſimul, quòd eſt ridiculum, abſurdum & ſuperfluum. Et hæc eſt altera reſponſio a ſu-

nihil prohibet, plures tales rationes eidẽ ineſſe: ſicut ſi aliquis eſt aliquorum magiſter in grammatica, & aliorum in logica, alia eſt ratio magiſterii utriuſque: & ideo relationibus diuerſis, vnus, & idẽ homo poteſt eſſe magiſter, vel diuerſorum, vel eorundem, ſecundum diuerſas doctrinas. Contingit autem quandoque, ꝙ aliquis habet relationem ad plures ſecundum diuerſas cauſas, eiuſdem tamen ſpeciei, ſicut cum aliquis eſt pater diuerſorum filiorum ſecundũ diuerſos generationis actus: vnde paternitas non poteſt ſpecie differre, cum actus generationum ſint idem ſpecie. Et quia plures formæ eiuſdem ſpeciei non poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto, nõ eſt poſſibile ꝙ ſint plures paternitates ī eo, qui eſt pater plurium filiorum, generatione naturali. Secus autem eſſet, ſi eſſet pater vnius generatione naturali, & alterius per adoptionem. Manifeſtum autem eſt, ꝙ non vna & eadem natiuitate Chriſtus eſt natus ex patre ab æterno, & ex matre ex tempore, nec natiuitas eſt vniꝰ ſpeciei. vnde quantum ad hoc oporteret dicere in Chriſto eſſe diuerſas filiationes, vnam temporalem, & aliam æternam: ſed quia ſubiectum filiationis non eſt natura, aut pars naturæ, ſed ſolum perſona vel hypoſtaſis, in Chriſto autem non eſt hypoſtaſis vel perſona niſi æterna, non poteſt in Chriſto eſſe aliqua filiatio, niſi quæ ſit in hypoſtaſi æterna. Omnis autem relatio, quæ ex tempore de Deo dicitur, nõ ponit in ipſo Deo æterno aliquid ſm rem, ſed ſecundum rationẽ tantum, ſicut in 1. parte * habitum eſt: & ideo filiatio, qua Chriſtus refertur ad matrem, non poteſt eſſe realis relatio, ſed ſolum ſecundum rationem. Et ſic, quantum ad aliquid vtraq; opinio verum dicit. nam ſi attendamus ad perfectas rationes filiationis, oportet dicere duas filiationes, ſecundum dualitatem natiuitatũ. Si autem attendamus ad ſubiectum filiationis, quod non põt eſſe niſi ſuppoſitum æternũ, nõ poteſt in Chriſto eſſe realiter, niſi filiatio æterna. Dicitur tamẽ relatiue filius ad matrẽ relatione, quæ cointelligitur relationi maternitatis ad Chriſtum: ſicut etiã Deus dicitur dominus relatione, quæ cointelligitur reali relationi, qua creatura ſubijcit̃ Deo. Et quamuis relatio dominij nõ ſit realis in Deo, dicitur tamen realiter dominus ex reali ſubiectione creaturæ ad ipſum. Et ſimiliter Chriſtus dicitur realiter filiꝰ virginis matris, ex relatione reali maternitatis ad Chriſtum.

Ad primvm ergo dicitur, ꝙ natiuitas temporalis cauſaret in Chriſto temporalem filiationẽ realem, ſi eſſet ibi ſubiectum huiuſmodi filiationis capax: quod quidẽ, eſſe non poteſt: ipſum. n. ſuppoſitũ æternũ poteſt eſſe ſuſceptiuũ relationis tẽporalis, ut dictũ eſt.* Nec p̃t dici ꝙ ſit ſuſceptiuũ filiationis tẽporalis rõne humanæ naturę, ſicut ẽt, & tẽpo-

perius data de termino adæquato vel inadæquato.

¶ Ad tertium dicitur, ꝙ maior eſt vera per ſe, poteſt tamen eſſe falſa per accidens, vt dictũ eſt. Licet enim Sortes ſit pr̃ hac paternitate ad hunc filium, & non poſſit p ſe remanere hæc paternitas ſine hoc filio, poteſt tamen per accidens remanere abſq; hoc, ꝙ dicať ad hũc filium. Et ratio eſt reddita ex parte ſubiecti, & ex parte termini, quia eſt inadæquatus. P.p.q.13.a.7

¶ Ad quartũ dicitur, ꝙ pater eadẽ relatione, & eodẽ reſpectu reali reſpicit vtrumq; filium. Et cũ apud Auctorẽ inuenitur, ꝙ reſpectus ſunt diuerſi, non intelligitur de diuerſitate reali, ſed rationis: quia vnica illa realis relatio duorum reſpectuũ rõnem induit, dum cointelligitur reſpicere diuerſos terminos, ita quòd in re non eſt diuerſitas reſpectuum, ſed reſpectorum, quibus illa vna relatio quaſi ſimplex cointelligitur. Et ſic ruit tota fabrica argumenti, quod de reſpectibus realibus loquitur.

¶ Ad quintum negatur aſſumptũ vniuerſaliter, ut aſſumitur, & ſpecialiter etiã de fundamentalis cauſæ ſucceſſiuæ multitudine numerali in eodẽ ſubiecto permanẽte. In cor. art.

Poſſunt enim ſucceſſiuæ generationes actiuę multiplicari, & tamen permanentia conſequentia oportet in identitatem cedere, propter identitatem ſubiecti non compatientis permanentium numeralem diſtinctionem in ſe vno.

¶ Ad quartum dubiũ de proprio filiationis ſubiecto dr̃, ꝙ filiatio nec ex eo ꝙ relatio, nec ex eo ꝙ relatio originis, habet ꝙ nõ plurificetur niſi plurificata perſona: ſed hoc habet ex eo, ꝙ ſola perſona capax eſt filiationis, ſicut & paternitatis: nulla. n. natura, nulla pars naturæ aut perſonæ capax eſt paternitatis, aut filiationis, ut patet ex eo ꝙ nihil horum põt dici pater, vel filius. Vnde patet, ꝙ non eſt ad propoſitum pluralitas relationis originis in patre æterno, nec pluralitas generationum: qm̃ generatio eſt ſubiectiue in parte naturę, hoc eſt materia. Filiatio aũt immediate eſt in perſona, alioquin illud mẽbrũ poſſet dici filius: ſicut ſuperficies dicitur alba, quia mediat inter ſubiectũ & albedinẽ & ſic de aliis. Et p̃ hoc patet reſpõſio ad ſcm, qm̃ nõ ex parte fundamẽtali, ſed ſubiecti, puenit, ꝙ iſta filiatio temporalis nõ eſt realis.

¶ Ad tertium negatur ſequela. ad probationẽ dicitur, quòd aliter operatio, & aliter filiatio eſt ſuppoſiti: nam filiatio eſt ſuppoſiti vt ſubiecti immediati, operatio autem eſt ſuppoſiti mediante natura & potentia & ſubiecto ut pater.

¶ Ad quartum dicitur, quòd ſi Chriſtus genuiſſet, nullam paternitatem realem ex ſuo genuiſſe acquiſiuiſſet: quia paternitas eſt ſubiectiue immediate in perſona, non minus quam filiatio.

¶ Ad quintũ dr̃, ꝙ antecedẽs põt habere duos ſẽſus, put ly ſecũ-

dum rationem personalitatis æternæ, dupliciter teneri potest. Primo reduplicatiue, & tunc conceditur totum, vtpote impertinens, quia antecedens nō est nostrum, & est falsum, quia Christo cōuenit esse filium hominis, non secundum rationē personalitatis æternæ, hoc est, non ex hoc quòd est ꝑsona ꝑterna. Sed o, potest teneri specificatiue, & sic antecedens quidem est nostrum & verum, sed cōsequentia nihil valet, quia procedit secundū primum sensum. Constat enim, quòd omnia persona lia siue humana, siue diuina conueniunt Christo secundū rationem personalitatis æternæ, si ly secundū, tenetur specificatiue. Christus enim secundum suam personam est hic homo, & filius hominis, ut patet.

¶ Ad quintum dubiū de realitate filiationis temporalis in Chro, dicitur negando maiorē, qm oportet addere quòd suppositū

lib. 4. tex. 3. tom. 3. sit capax nouæ filiationis realis: propter excellentiam siquidē personæ Christi prouenit, quòd non consurgat in eo filiatio

li. 5. Met. te. 20. to. 3. realis noua. Nec oportet fingere intellectū cooperantem filiationem realem, sed ad filiationem rationis nō fingitur, sed necessario concurrit cointellecta filiatio ad maternitatem. Et cum dicitur, Si Maria genuisset purum hominem, &c. ergo, negat sequela, quia in puro hoīe fuisset persona capax filiationis realis nouæ: in Christo autem licet æque acceperit naturam a matre, nō tamen est æquè subiectum filiationis, quia nō est in Christo suppositū capax filiationis realis nouę, ob defectū subiecti ꝓpter excellētiā suppositi: vt enim in litera dicitur, omnia requisita ad filiationē realē inueniuntur in Chro nato, excepto subiecto, quòd quia ꝑsona est, & illa est Deus, ideo subiectum realis filiationis nouæ esse non

2. 2. q6. 164. ar. 2. ad 3. potest: cum quibus tamen tene, quòd Christus refertur ad matrē reali relatione causati ad causam, & similis ad simile, & sic de alijs relationibus realibus, quæ non immediate sunt in supposito subiectiue.

¶ In responsione ad vltimum nota duo. primo, quòd de unitate specifica, & non de unitate numerali est sermo in litera dicente, In omnibus trahentibus nauē est una relatio, nā specificę diuersitati paternitatis & maternitatis, quia sunt diuersa ratione principia, contra ponitur unitas eadem ratione principiantium tractum nauis. Et veritas est, quòd multi trahentes nauem multis actionibus, vnum passiue nauis tractum inferunt: quilibet enim sua propria actione concurrit. Et propterea multis relationibus solo modo differentibus referuntur ad nauem, quæ trahitur: quilibet enim sua propria relatione cōsequente ad propriam actionem refertur, quamuis nauis, quia vno numero motu trahitur, vna relatione numero ad omnes trahētes referatur. Nota secundo, quòd filiatio singulorum hominum dicitur vna secundum rē, & duplex secūdum rationem, secūdū duos respectus intellectᵃ in hoc sensu, ꝙ sicut albedo vna secūdū rē est multiplex secundum rationem, puta vt visibilis, vt terminatiua alterationis, ut extremitas perspicui, &c. ita filiatio Socratis ē vna res respectiua, & multiplex secundum multas rationes respectiuas, ita quòd intellectus non facit in illa filiatione respectum ad patrem aut ad matrē, sed facit distinctionem rationis in illo uno respectu secundum rē, dum cointelligit illū ut respōdet patri, & iterum vt respondet matri. In ferm. paulo a pr. cit. to.

¶ *Super Quæstionis*, q. 28. artic. *trigesimaquinte Articulum sextum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duæ sunt cōclusiones. prima est, Christus est natus sine dolore matris. probatᵗ, Chrs est egressus ex clauso vtero matris. ergo nulla apertionis meatuū uiolētia ibi fuit: ergo in illo partu nullus fuit dolor. Prima consequentia patet, secūda vero ꝓbatur, quia dolor patientis causatᵗ ex apertione meatuū, per quos proles egreditur. Et confirmatur conclusio, qa ibi nulla fuit corruptio. Secunda conclusio ē. In illo partu fuit maxima iucunditas. Probatur dupliciter, primo ratione, quia hō Deus natᵘˢ est in mūdo, secundo auctoritate Is. 35. oia clara sūt.

c. 4. paulo ꝙ princeꝑ pit hic sen. Ad intergara, & habetur to. ꝙ.

¶ In responsione ad tertium, aduerte ꝙ Euāgelista tres actus beatæ Virginis in partu dicit, s. ꝙ peperit, inuoluit pannis, reclinauit in præsepio. Et ex primo quidem docet Iesum infantem per generalia mēbra, & non per os, aut quācumque aliam partem corporis materni egressum: parere nāque est ꝓ naturalia generationis mēbra prolem edere. Ex secundo vero, ꝙ ipsa mater suscepit nascentē ex ex se infantem: ex hoc enim quòd ipsa extremos actus, s. parere & inuoluere, exercuisse dicitur, sicut excluditur obstetricum obsequium

primorū parētū (ſm illud Gen. 2. Quacūq; die comederetis ex eo, morte moriemini) ita etiā dolor partus, ſm illud Gen. 3. In dolore paries filios: sed Christus mortem subire voluit. ergo uidetur quod pari ratione eius partus esse debuerit cum dolore.

¶ 2 Præt. Finis proportionaī principio: sed finis vitæ Christi fuit cū dolore, secundū illud Isa. 53. Vere dolores nostros ipse tulit. ergo videtur quod etiam in sua natiuitate fuerit dolor partus.

¶ 3 Præt. In lib. de ortu Saluatoris narratur, ꝙ ad Christi natiuitatem obstetrices occurrerūt, q̄ uidenī esse necessarię patiēti propter dolorem. ergo videtur quòd beata Virgo peperetit cum dolore.

SED CONTRA est, ꝙ Aug.* dicit in Sermone de Natiuitate, alloquēs Virginē matrē. Nec in cōceptione, ingt, tuēta es sine pudore, nec in partu inuēta es cū dolore.

RESPON. Dicendum, ꝙ dolor patiētis causaī ex apertione meatuū, ꝑ quos proles egreditur. Dictū est* autem supra, ꝙ Christus ē egressus ex clauso vtero matris: & sic nulla violētia apertiōis meatuū ibi fuit, & ꝓp hoc, in illo partu nullus fuit dolor, sicut nec aliqua corruptio: sed fuit ibi maxima iucunditas, ex hoc, ꝙ homo Deus est natus in mundum, secūdum illud Isa. 35. Germinans germinabit sicut lilium, & exultabit lætabunda & laudans.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dolor partus consequitur in muliere cōmistionem virilem. Vnde Gen. 3. postquā dictum est, In dolore paries, subdit, Et sub uiri potestate eris: sed sicut dicit Aug.* ī sermone de Assūptione bea. Virginis, ab hac sententia excipitur virgo mater Dei, q̄, quia sine peccati colluuione & sine uirilis admistionis detrimēto Christum susscepit, sine dolore genuit, & sine ītegritatis uiolatione, pudore uiginitatis integra pmānsit. Christus aūt mortē susscepit spōtanea volūtate, ut ꝓ nobis satisfaceret, non

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus fuerit natus sine dolore matris.

AD SEXTVM sic proceditur. Vī ꝙ Christus non fuerit natus sine dolore matris: sicut. n. mors hoīū subsecuta est ex pctō ralis natiuitatis, quia oporteret naturā humanam aliqualiter esse subiectā filiationi, sicut est aliqualiter subiecta natiuitati. cum enim Aethiops dr albus ratione dētis, oportet ꝙ Aethiopis Deᵘˢ sit albedinis subiectum. Natura autem humana nullo modo ꝑt esse subiectū filiationis, quia hęc relatio directe respicit ꝑsonam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ filiatio æterna non dependet a matre temporali: sed huic filiationi æternæ cointelligitur quidam respectus temporalis depēdens a matre, secundum quam Christus dicitur filius matris.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ vnum, & ens se consequuntur, vt dicitur in 4. Met.* Et ideo sicut cōtingit, quòd in vno extremorum relatio sit quoddam ens, in alio aūt non sit ens, sed ratio tantū (sicut de scibili & scientia Philo. dicit in 5. Met.*) ita etiā contingit ꝙ ex parte vniᵘˢ extremi est vna relatio: ex parte autē alteriᵘˢ extremi sunt multæ relationes. Sicut in hoībus ex parte parentū inuenitur duplex relatio, vna paternitatis, & alia maternitatis, quę sunt specie differētes, ꝓpter hoc ꝙ alia rōne pater, & alia mater est generationis principiū. Si vero essent plures eadē rōe, principium vnius actionis (puta cum multi simul trahunt nauē) in oībus esset vna, & eadē relatio. Ex parte aūt prolis, est vna sola filiatio ſm rem, sed duplex ſm rationem, inquantū correspōdet vtri que relationi parētum, secundū duos respectus intellectus. Et sic etiam quantū ad aliquid in Christo est una tantum filiatio realis, quæ respicit patrem æternū: est tn ibi alius respectus temporalis, qui respicit matrē temporalem.

2. paralip. 36. ad Hebr. 4. ad Rom. 5. ad Ephes. 2. ad Colos. 1. ad 1. Tim. 2. ad Hebr. 4. ad Rom. 5.

sequium ad matris solatia, ita, excludit ad prolis suscepti-onē, & reliquos actus intermedios ut sunt ablatio, & alia quæ solent fieri. Rationabile autem est, ut mirabilem partum angelica ministeria foueriant, ita vt Angelorum ministerio tā nascens filius, quām puerpera mater omnia, quæ etiam in istum innocentiæ opportuna fuissent, quæ non ex peccato, sed ex natura sunt, haberent, quamuis alio modo, puta, absque ablutione mundi-tiam &c. quāmuis a ratione remotum nō sit mater ipsa edoctaab Angelis, omnia perfecerit. Primum tamen ratio rabilius videtur, ut & manus virgineæ ab huiusmodi obscuris seruarentur immunes, & mens ipsius ad tanti gaudii fructus magis vnita esset, & citius omnia expedirentur, & Ioseph fides tam cito, tam munde, tam expedite cernentis ventrem euacuatum & infantem editum, impleum esse experiretur, quia quod in ea natum est, de Spiritusancto est, & cum expedita matre adoraret natum mundi dominum.

Et licet publica miracula ab infante fieri non debuerint, ne phantasma putaretur illius humanitas, secreta tamen quæ ab hac suspitione aliena sunt, non dedecet ipsum effecisse ad Virginis matris obsequia, vt suauis sit semper omnium dispositio a diuina procedens sapientia.

¶ *Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Christus in Bethleem nasci uoluit. Probatur-que dupliciter, primo ad literam, secundo mystice.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor reddit rationem ex parte loci uoluit, quare Christus uoluerit nasci ibi, quæ ratio est ēt ratio, quare prophetari fecerit se ibi nasciturum, & propterea non affertur in litera ratio ex parte prophetiæ implēdæ.

¶ In responsione ad secūdum, nota quòd ad literam ideo in diuersorio nasci elegit Christus, ut sacramentum virginei partus occultum absque matris consanguineorumque nota maneret. Si enim in ciuitate peperisset, oportuisset obstetricem uocare & consanguineas, & sic aut virginitas matris fuisset manifestata, aut reprehēsa mater fuisset, quòd non vocasset, immo sorores eius obstetricem ēt ad inuitam matrem conuocassent.

Homil. 8. in euang. non pcul a pri.

Nec obstat quòd in Bethleem natus dicitur, quoniam Bethleem appellatione veniunt etiam suburbanæ domus. In cuius signum Herodes audito quòd in Bethleem nasceretur, iussit occidi in Bethleem, & in omnibus finibus eius infantes, intelligens per locum natiuitatis Christi, totum infra fines Bethleem. Suauiter ergo omnia diuina disposuit sapientia, dum nasci in diuersorio elegit. Nō nullius cura uel incuria censorem haberet, ubi & a Magis adorandus erat absque arbitris ciuibus, scilicet admirantibus eorū ingressum, absque indice in domū Ioseph, ꝓpter quod diuersorium hoc, nō intra ciuitatem, sed extra uidetur fuisse, vt ipsum diuersorij nomen sonat. nam si intus fuisset, ꝓtuissent Herodi testificari multi, qua Magi in Bethleem ingressi essent &c. sed ubi per uiam in diuersoria domo celebrata est adoratio, latuit ipia adoratio.

Homil. 8. in euan. nō remote a pri.

¶ In responsione ad tertium, nota quòd ipse Christus Romæ caput Ecclesiæ suæ statuit, non solum ratione communi, quia facta Apostolorum sunt facta Christi, iuxta illud, sine me nihil potestis facere, sed quia uolenti Petro ex Roma recedere, sicut olim ex Antiochia recesserat, ipse Christus obuiauit

Capitu. 2. in Luc. super illud, Et reclinauit eū in præsepio, est cap. 5. secundum ordi. Bed. to. 2.

quasi ex necessitate illius suæ, A qa ipse mortis debitor nō erat.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut Chr̄s moriendo destruxit mortē nostram, ita suo dolore nos a doloribus liberauit: & iō mori uoluit cū dolore, sed dolor parientis matris non pertinebat ad Chr̄m, qui ꝓ peccatis nostris satisfacere veniebat. & ideo non oportuit, ꝙ mater eius pareret cum dolore.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ Luc. 2. dr̄, ꝙ beata Virgo ipsum puerum, quē pepererat, pannis inuoluit, & posuit in præsepio. Et ex hoc ostenditur narratio illius libri, q est apocryphius, esse falsa. Vnde Hierony. dicit contra Eluidium: Nulla ibi obstetrix, nulla mulierecularum sedulitas interfuit: & mater & obstetrix fuit. Pannis, inquit, inuoluit infantē, & posuit in præsepio: quæ sententia apocryphorum deliramenta conuincit.

ARTICVLVS VII.

Vtrum Christus debuerit in Bethleem nasci.

AD SEPTIMVM sic procedi-tur. Vī ꝙ Christus non debuerit in Bethleem nasci. Dr̄. n. Isa. 2. De Sion exibit lex, & verbū Domini de Hierusalem: sed Christus est uere uerbum Dei. ergo de Hierusalem debuit prodire in mundum.

¶ 2 Præt. Matth. 2. dr̄ scriptum esse de Christo, ꝙ Nazarenus vocabitur, quod sumitur ex eo qđ scribitur Isa. 11. Flos de radice eius ascendet. Nazareth enim D flos interpretatur: sed maxime aliquis denominatur a loco suæ natiuitatis. ergo vī ꝙ in Nazareth nasci debuerit, ubi etiam fuit conceptus & nutritus.

¶ 3 Præt. Ad hoc dominus natus est in mundo, ut ueritatis fidem annuntiaret, secundum illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: sed hoc facilius fieri potuisset, si natus fuisset in ciuitate Romana, quæ tunc dominatum orbis habebat. Vnde & Paulus Romanis scribens dicit Roman. 1. Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. ergo videtur, quòd non debuerit in Bethleem nasci.

SED CONTRA est, quod dicitur Michææ. 5. Et tu Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.

RESPON. Dicendum, ꝙ Christus in Bethleem nasci voluit duplici ratione. Primo quidem, qa factus est ex semine Dauid fm carnem, vt dr̄ Roma. 1. Cui etiā facta fuerat repromissio specialis de Christo, fm illud 2. Reg. 23. Dixit vir cui constitutum est de Chr̄o Dei Iacob. & ideo in Bethleē, de qua natus fuit Dauid, nasci voluit, vt ex ipso loco natiuitatis, promissio ei facta impleta ostēderetur, & hoc designat Euāgelista dicens, Eo ꝙ esset de domo & familia Dauid. Secundo, qa (vt Greg. dicit in Hom.*) Bethleem domus panis interpretat̄. Ipse aūt Chr̄s est q ait, Ego sum panis viuus, q de cęlo descendi.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ sicut Dauid ī Bethleē natus est, ita ēt Hierusalē elegit, vt in ea sedē regni cōstitueret, & tēplum Dei ibi ædificaret, & sic Hierusalē elegit, vt esset ciuitas simul regalis & sacerdotalis. Sacerdotiū aūt Christi & eius regnū, p̄cipue C consumatū est in eius passione: & ideo cōuenienter Bethleē elegit natiuitati, Hierusalē vero passioni. Similiter ēt ꝓ hoc hominū gloriā cōfutauit, qui gloriantur de hoc, ꝙ ex ciuitatibus nobilibus originē ducūt, in quibus etiā præcipue volunt honorari. Christus aūt econuerso, in ciuitate ignobili nasci voluit, & in ciuitate nobili pati opprobrium.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ Christus florere voluit secundum virtuosam conuersationē, non secūdum carnis originem. & ideo in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, in Bethleē autem voluit quasi peregre nasci: quia, ut Greg. * dicit, per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur: non secundum potestatem, sed secūdum naturam. Et etiam (vt Beda† dicit) in diuersorio loco egebat, ut nobis multas mansiones in domo Patris sui præparet.

AD TERTIVM dicēdum, ꝙ sicut dr̄ in quodā sermone Ephesini cōcilij, Si maximā Romā elegisset ciuitatē, ꝓꝓ potētiā ciuiū, mutationē orbis terrarum putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati vtilitatē ascriberēt: sed vt diuinitas cognosceretur orbē transformasse terrarū, paupercula elegit matrē, & pauperiorē patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur 1. ad Corinth. 1. Et ideo, vt suam potestatem magis

uiauit iubens vt reuertatur, & Romæ sedes apostolica stabiliatur, dum dixit, Venio Romam iterum crucifigi: si enim Petrus alibi sedem elegisset, non Romæ, sed in loco illo ubi postremo sedisset, caput Ecclesiæ fuisset. Et sicut nunc non Antiochena, sed Romana ecclesia caput est, quia Romanus Pontifex successor est Petri: similiter in illo casu, non Romanus, sed illius alterius loci Pontifex successor fuisset Petri, ac Christi vicarius. Ipse ergo Christus præcipiendo regressum, & crucem, Romæ statuit caput Ecclesiæ. quocirca non potest humana auctoritate mutari, & fieri vt alius quam successor Petri Romanus Pontifex sit caput Ecclesiæ.

¶Super Quæstionis trigesimaquinta Articulum octauum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica est conclusio. Christus conuenientissimo tempore est natus. probatur: Christus tamquam dominus & cõditor omnium temporum, elegit sibi tẽpus, quo nasceretur. ergo conuenientissimo tempore natus est. Antecedens manifestatur dupliciter, primo, ex differentia inter Christum, & alios homines. Secundo, ex simili, quia elegit sibi & locum & matrem. Consequentia probatur, quia quæ a Deo sunt ordinata sunt, & conuenienter disposita. Vbi nota, quòd plus infertur quàm probetur, propter materiam & eius claritatem: probatur enim quòd conuenienti tẽpore, infertur autem, quòd conuenientissimo tempore: quia si omnia a Deo sunt conuenienter disposita, ea, quę sunt circa propriam ipsius Dei personam, oportet conuenientissime esse disposita. Et hoc clarum erat, quia de ipso Christo est sermo in conclusione.

ostenderet in ipsa Roma, quę caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signũ perfectæ victoriæ, vt exinde fides deriuaretur ad vniuersum mũdum, secũdum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, idest, Apostolorum Petri & Pauli. F

ARTICVLVS VIII. G

Vtrum Christus fuerit tempore congruo natus.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ Christus non fuerit congruo tempore natus. Ad hoc n. Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est autem tempore seruitutis, quo. s. totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus, vt habetur Luc. 2. ergo videtur ꝙ nõ congruo tempore Christus fuerit natus. H

¶ 2 Præt. Promissiones de Christo nasciturο gentibus non fuerant factæ, secũdum illud Rom. 9. Quorum sunt promissa: sed Christus natus est tempore, quo rex alienigena dominabatur: sicut patet Mat. 2. Cum natus esset Iesus in diebus Herodis regis. ergo videtur quòd non fuerit congruo tempore natus.

¶ 3 Præt. Tẽpus p̃sentiæ Christi in mundo dici comparatur, ꝓp id, ꝙ ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Io. 9. Me oportet operari opera eius, q̃ misit me, donec dies est: sed in æstate sunt dies lõgiores, q̃ in hyeme. ergo cũ natus fuerit in profundo hyemis. i. 8. Calẽdas Ian. videtur ꝙ nõ fuerit conuenienti tempore natus. I

SED CONTRA est, quod dicitur Galat. 4. Cũ venit plenitudo tpis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factũ sub lege.

RESPON. Dicendum, quòd hæc est differentia inter Christũ & alios homines, quòd alij homines nascuntur subiecti necessitati tpis: Christus aũt tamquam dñus & conditor omnium temporũ elegit sibi tempus, in quo nasceretur, sicut & matrem & locum. Et quia quæ a Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter disposita, consequens est, ꝙ cõuenientissimo tempore Christus nasceretur. K

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Christus venerat nos in statũ libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, vt nos ad vitam reduceret, ita (vt Beda dicit *) eo tpe dignatus est incarnari, quo mox natus, censu * Cæsaris ascriberetur atq; ob nostri liberationẽ ipse seruitio subderetur. Tempore ẽt illo, quo totus orbis sub vno principe viuebat, maxima pax fuit in mundo, & iõ decebat, vt illo tpe Christus nasceretur, qui est pax nostra faciens utraq; vnum, ut dr Ephes. 2. Vnde Hiero. dicit super Isa. Veteres si reuoluamus historias, inueniamus usque ad uigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem Domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isa. 2. Nõ leuabit gens contra gentem gladium, Congruebat etiam, ut in illo tempore, quo unus princeps dominabatur in mundo, Christus nasceretur, qui uenerat congregare suos in unum, vt esset vnum ouile & vnus pastor, ut dicitur Ioan. 10.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ideo Christus, regis alienigenæ tpe nasci voluit, ut impleretur prophetia Iacob dicentis Gene. penulti. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: quia vt Chryso.* dicit super Matth. quandiu iudaica gens sub iudaicis regibus, quamuis peccatoribus, tenebatur, prophetæ mittebantur ad remedium eius: nunc autem quando lex Dei, sub potestate regis iniqui tenebatur, nascitur Christus: quia magna & deseparabilis infirmitas, medicum artificiosiorem quærebat.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut dicitur in lib.† de q. vet. & noui Testa. tunc Christus nasci voluit, quando lux diei crementum incipit accipere, vt ostenderetur, quòd ipse uenerat, ut homines crescerent in lucem diuinam, secundum illud Luc. 1. Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem, ut ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

Super. Luc. ſtem. Matth. 5. ordi. tom. 2. Alias

Super. B. 2. Ieuabit contra tem.

Homil. 2. Matth. imp. noſtr. ge. a pri. to. 2.

In lib. q. ex no. teſt. qui incipit, Deus certe pe fecte qui. 3. tom. 4. inter opera Aug

QVAESTIO XXXVI.

¶Super Quæstionis, trigesimæsexta Articulum primum.

De manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de manifestatione Christi nati.

ET Circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

¶ Secundò, Vtrum debuerit aliquibus manifestari.

¶ Tertiò, Quibus manifestari debuerit.

¶ Quartò, Vtrum debuerit ipse se manifestare, uel potius manifestari per alios.

¶ Quintò, Per quæ alia manifestari debuerit.

¶ Sextò, De ordine manifestationum.

¶ Septimo, De stella per quã manifestata fuit eius natiuitas.

¶ Octauo, De ueneratione Magorum, qui per stellam, Christi natiuitatem cognouerunt.

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Natiuitas Christi nõ debuit esse communiter omnibus manifesta. Probatur tripliciter. primo ex mysterio paſsionis implendo: secundo, ex fidei merito: tertio ex humanitatis assumptæ testificanda ueritate.

Claraque sunt omnia, nisi quòd secunda ratio non caret scrupulo: quia aut est sermo de Christi natiuitatis manifestatione per uisionẽ, aut per attestationẽ. Si enim est sermo de manifestatione per uisionem, tolleretur procul dubio meritũ fidei: quia tolleretur ipsa fides respectu visi: nemo enim credit quod videt. Sed huic sensui obstat: quia manifestatio negata omnibus

est

est facta quibusdam, puta, pastoribus, & Magis, quibus non per visionem, sed per attestationem angelorum & stellę manifestata est Christi natiuitas. Si vero est sermo de manifestatione per attestationem, non sequitur quòd tollatur meritum fidei: & falso in litera diceretur, si manifestis indiciis, Christo nascente, eius natiuitas omnibus appareret, iá tolleretur ratio fidei. Vnde & magis manifestis indiciis natiuitas Christi apparuit: & tamé non ellatio fidei ablata respectu natiuitatis Christi.

3.q.39 art. 8 ad 3.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ sermo literæ est de manifestatione tali, qualis facta est pastoribus, Magis, Simeoni & Annę. Et pastoribꝰ quidem & Magis, nulla fit manifestatio nem factam nisi ar relationem: Angeli enim testificati sũt ad pastores, & stella ad magos. Simeon autẽ & Annæ qualis fuerit reuelatio facta, (an scilicet, testificatiua tantum, an illuminatiua ad uidendum) litera in Euangelio non scribatur: ex ipso tamẽ insinuari uidetur, ꝙ testificatiua tãtum fuerit: quoniam ultra promissionem Christi domini, inspiratio describitur impulsiua ad uidendum corporalibus oculis Christũ, dum dicitur quòd Simeon in spiritu uenit in templum, & minus de Anna dicitur, ut patet in textu euãgelij. Et propterea in conclusione istius articuli sermo est de manifestatione per attestationem talem, qualis facta creditur pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ: intenditque Auctor, ꝙ nõ debuit Christi natiuitas, manifestari sic omnibus. Et secunda ratio non tendit ad hoc, ꝙ talis manifestatio abstulisset, sed ad hoc, ꝙ talis manifestatio minuisset meritum fidei: sic enim in litera dr̃, quia hoc diminuisset meritum fidei. probatur autem in litera, quòd talis manifestatio facta omnibꝰ diminuisset meritum fidei, ex hoc quòd manifestatio faciens euidẽtiam tollit totaliter fidem: tamquam si dixisset, signum ꝙ talis manifestatio minueret fidem, est, quia si manifestatio creuisset usque ad euidentiam, tolleret totaliter fidem: hoc enim ostendit manifestationem talem esse propinquam manifestationi euidentiæ, ac per hoc diminuentem meritum fidei, utpote propinquam tollenti totaliter fidem: propinquum enim calido est tepidum. Vnde in illa conditionali, si manifestis indiciis Christo nascente, eius natiuitas omnibus appareret, iam tolleretur ratio fidei, loquitur de indiciis ita manifestis, vt natiuitatem Chri red derent apparentẽ, hoc est euidentem: sic enim fides est argumẽtum non apparentium, hoc est non euidentium. Duplicia siquidem possunt esse indicãtia rem: quædã reddentia rem illam credibilem, & inter hæc est magna latitudo, & in hoc genere sunt omnia testimonia, siue Angelorum, siue miraculorum, siue hominum, nec nõ ipsius Dei, si vltra attestationem non proceditur, & sic fuit manifestata Christi natiuitas supradictis: quędam vero sunt indicãtia rem sic, quòd reddant illã euidentem, vt in demonstratiuis, effectus ꝑ discursum demonstratiuum indicat causam: reddit enim illã euidenter notam, & in diuinis lumen clarũ menti Angelicæ, vel humanæ infusum tollit fidem respectu illius. Prima autẽ indicia, quando sunt manifesta, ut per miracula & angelos &c. licet nõ tollãt, minuũt tñ meritum fidei ꝑ propinquitatẽ ad apparẽtiam: quod ex eo potes percipere quòd Dñs Thomæ dixit, tãquam arguens ipsum de talibus indicijs ꝙ sti tis, Quia vidisti. i. indicia manifestata i me, credidisti me Deum, &c. & commendando ab oppositio aliorum fidem subdidit: Beati qui non viderunt & crediderunt: numquam enim dominus ex oppositio commendasset credentes qui non uiderunt, nisi ipsum videre minueret meritum credendi. Et si instetur, ergo Magi & pastores minus meruerunt credẽdo, respõdetur, quòd quantum est ex parte manifestationis, minꝰ meruerunt credẽdo, hoc est minorẽ occasionẽ merendi in credendo habuerunt: sed cum hoc stat, ꝙ magis meruerunt credẽdo ex parte ipsorum credẽtium. Et hoc ꝑponderat, quia meritum ex parte merentis maxime pensatur. Cum hoc quoq; stat, ꝙ licet ẽt nihil mererentur credendo nati uitatem Christi, puta, si vidissent: attamen multo plus meruisset amãdo, quàm alij credendo & amando, propter maiorem dilectionem ex visu, quàm ex fide productam.

Art. præced. ad 3. arg.

Est epis. 3. nõ multum remote ante med. to. 2.

Articvlvs I.

Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

Ad primvm sic procedit. Videtur quòd Christi natiuitas debuerit esse omnibus manifesta. Impletio enim, promissioni debet respondere: sed de promissione aduentus Chri dicitur Psal. 49. Deus manifeste veniet. Venit autem per carnis natiuitatẽ. ergo videtur, quòd eius natiuitas debuerit esse toti mundo manifesta.

¶ 2 Præt. Primæ ad Tim. j. dicit, Christus in hunc mundũ uenit pctõres saluos facere: sed hoc non fit, nisi inquantũ eis gratia Christi manifestatur, secundum illud Tit. 2. Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & pie, & iuste viuamus in hoc sæculo. ergo videtur quòd Chri natiuitas debuerit esse omnibus manifesta.

¶ 3 Præt. Deus super omnia pronior est ad miserendum, ſm illud Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius: sed in secundo aduentu, quo iustitias iudicabit, veniet omnibus manifestus, secundum illud Matth. 24. Sicut fulgur exit ab oriẽte, & paret vsq; in occidentẽ, ita erit aduentus filij hominis. ergo multo magis primus, quo natus est in mundo, secundum carnem, debuit esse omnibus manifestus.

Sed contra est, quod dicitur Is. 45. Vere tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator. Et Isa. 53. Quasi absconditus est vultus eius & despectus.

Respon. Dicendum, ꝙ natiuitas Christi non debuit esse cõmuniter omnibꝰ manifesta. Primo quidẽ, quia per hoc impedita fuisset humana redemptio, q̃ per crucem eius peracta est: qa, vt dicitur j. ad Corin. 2. Si cognouissent, numquã dominum gloriæ crucifixissent. Secundo, quia hoc diminuisset meritum fidei, per quam venerat homines iustificare, secundum illud Ro. 3. Iustitia Dei, per fidem Iesu Christi. Si enim manifestis indicijs Christo nascente eius natiuitas omnibus appareret, iam tollere tur ratio fidei, quæ est argumentum non apparẽtium, vt dicitur Heb. 11. Tertio, quia per hoc veniſſet in dubiũ veritas humanitatis ipsius, vnde Augu.* dicit in Epist. ad Volu. Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nonne opinionem cõfirmaret erroris, nec hominẽ verum nullo mõ suscepisse crederẽ, & dum oĩa mirabiliter facit, auferret qđ misericorditer fecit?

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ auctoritas illa intelligitur de aduentu Chri ad iudiciũ, secundum ꝙ glosſa ibidem exponit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ de gratia Dei saluatoris erudiendi erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tẽpore procedente, postquam operatus est salutem in medio terræ. Vnde post passionem & resurrectionẽ suã dicit discipulis suis, Matt. vlt. Euntes docete oẽs gentes.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ad iudicium requiritur ꝙ auctoritas iudicis cognoscatur, & ꝓp hoc oportet, ꝙ aduentus Christi ad iudiciũ sit manifestus: sed primus aduentus fuit ad omniũ salutem, quæ est per fidem, quæ quidem est de non apparẽtibus. & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

Articvlvs II.

Vtrum natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

Ad secvndvm sic ꝓceditur. Videtur ꝙ natiuitas Christi nulli debuerit manifestari: quia vt dictũ est, * hoc erat congruũ humanę saluti, vt primus Christi aduẽtus esset occultus: sed Christus venerat, vt omnes saluaret, secundum illud j. ad Tim. 4. Qui est saluator oĩum, maxime fide-

¶ *Super Quæstion's trigesimæ sexta, Articulum secundum.*

Itulus clarus est.

¶ In corpore vna cõclusio: Natiuitas Christi debuit quibusdam

busdam manifestari. Probatur, Ad diuinæ sapientiæ ordiné pertinet, vt Dei dona, & secreta non æqualiter ad omnes, sed immediate ad quosdam & per eos ad alios deriuentur. ergo in mysterio natiuitatis hoc debuit obseruari. Antecedens declaratur ex auctoritate Actuum 10. de mysterio resurrectionis Christi. Cõsequẽtia probatur ex auctoritate ad Ro. 3. Omnia ex se & ante dictis sunt clara.

¶ In responsione ad tertium, de morte innocentium ab Herode, habes etiam gentilium testimoniũ. Macrobius enim in Saturnalibus narrat Augustum audita talium nece, dixisse. Mallem porcus, q̃ filius fuisse Herodis: fuit enim ẽt unus infans Herodis filius cum aliis interfectus: porcos autem iudæi nõ interficiũt, quia non vescuntur carne suilla. Est enim hoc velut testimoniũ ab hostibus de aduentu Magorũ ad quærẽdum Christũ natum.

lium. ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

¶ 2 Præt. Ante natiuitatem Christi, manifestata erat beatæ Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas. non ergo erat necessarium Christo nato, eandem aliis manifestari.

¶ 3 Præt. Nullus sapiens manifestat id, ex quo turbatio nascitur, & detrimẽtum aliorum: sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio. dr̃ enim Matt. 2. q̃ audiens Herodes Christi natiuitatem, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Cessit ẽt hoc in detrimentum aliorum, quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius, a bimatu, & infra. ergo videtur q̃ non fuerit conueniens Christi natiuitatem, aliquibus manifestari.

Sed contra est, quod Chr̃i natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta: sed oportebat Christi natiuitatem esse p̃ficuam: alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur q̃ aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

Respon. Dicendum, q̃ sicut Apostolus dicit Rom. 13. Quę a Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientiæ ordinem, vt Dei dona, & secreta sapientię eius, non æqualiter ad oẽs, sed immediate ad quosdã̃ perueniant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantũ ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. q̃ Deus dedit Christum resurgentem manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo. vnde & hoc etiã debuit circa ipsius natiuitatem obseruari, vt nõ omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ sicut fuisset in præiudicium salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita etiam, & si nulli nota fuisset. Vtroq; enim modo tollitur fides: tam scilicet per hoc quòd aliquid est totaliter manifestum, quàm etiam per hoc, quòd a nullo cognoscitur, a quo possit testimonium audiri: Fides enim est ex auditu, ut dicitur Roman. 10.

Ad secvndvm dicendum, q̃ Maria & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequã nascerẽt: quia ad eos pertinebat reuerentiã exhibere pli conceptæ in vtero, & etiã obsequi nascituræ. Eorũ aũt testimoniũ propter hoc, quòd erat domesticũ, fuisset habitum suspectũ circa magnificentiã Christi, & ideo oportuit vt alijs manifestaretẽ extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

Ad tertivm dicẽdum, q̃ ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Chr̃i manifestata, congruebat Chr̃i natiuitati. primo quidẽ, quia per hoc manifestatur cœlestis Christi dignitas. Vnde Greg. dicit in *Hom. Cęli rege nato, rex terrę turbatus est: quia nimirũ terrena altitudo confunditur, cũ celsitudo cęlestis aperitur. Secundo, q̃ per hoc figurabatur iudiciaria Christi potestas. Vnde Aug. † dicit in quodam sermone Epiphaniæ. Quid erit tribunal iudicantis, quãdo superbos reges cuna terrebat infantis? Tertio, quia per hoc figurabatur deiectio regni diaboli, quia vt Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ, * Non tantũ Herodes in semetipso turbabatur, quãtum diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominem æstimabat, sed diabolus Deum, & vterq; regni sui successorem timebat, diabolus cœlestem, sed Herodes terrenum. Superflue tamen, quia Christus non venerat regnũ in terra habere. Vnde Leo † Papa dicit, Herodi loquens. Non capit Christum regia tua: nec mundi dominus, potestatis tuæ sceptri est contentus angustijs. Quòd autem ludei turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, ut Chrysost. * dicit, de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi, quem timebant: populus enim plus iusto fauet eis, quos crudeles sustinet. Quòd autem pueri ab Herode sunt interfecti, nõ cessit in eorum detrimentum, sed in eorum profectum. Dicit enim Augustinus in sermone quodam de Epiphania: Absit, ut ad liberandos homines Christus veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendens in ligno, pro eis a quibus interficiebatur, orauit.

Homi. 10. in euãg. in pri.

Articvlvs III.

¶ Super Quæstionis trigesimæ sextæ Articulum tertium.

Vtrum sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica est cõclusio sub intellecta, Conueniẽter electi sunt illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Probatur, Salus futura p Christum ad omnem hominum diuersitatẽ p̃tinebat. ergo Christus natus omnibus conditionibus hominum est conueniẽter manifestatus. ergo pastoribus, Magis, Simeoni, & Annæ cõuenienter. Antecedens probatur ex auctoritate apostoli. Consequẽtia probatur, quia hoc, s. salus tot diuersorum, in Christi natiuitate debuit præsignari, ut nulla hominum cõditio a Christi salute excluderet. Secunda vero consequentia declaratur, ex sex diuersitatibus inter istos inuentis. prima inter iudæos, & gentiles: secũda inter propinquos & distantes: tertia inter sapientes & simplices: quarta inter potentes & viles: quinta inter peccatores & iustos: sexta inter mares & feminas. Omnia clara sunt.

AD tertivm sic procedit. Videtur q̃ non sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matth. 10. Mandauit discipulis, In viam gentium ne abieritis, vt scilicet prius manifestarẽtur iudæis, quàm gentibus. ergo videtur quòd multo minus a principio fuerit reuelãda Christi natiuitas gentilibus, qui ab oriente venerunt, ut habetur Matthæi 2.

¶ 2 Præt. Manifestatio diuinæ veritatis præcipue debet fieri ad Dei amicos, secũdum illud Iob 36. Annuntiat de ea amico suo: sed Magi videtur esse Dei inimici: dr̃. n. Leuit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliqd scisciteminí. non ergo debuit Xp̃i natiuitas Magis manifestari.

¶ 3 Præt. Christus venerat totũ mundum a potestate diaboli liberare, vnde dicit Malach. 1. Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus. non ergo solum in oriente positis debuit manifestari, sed etiam ubique terrarum.

¶ 4 Præt. Omnia sacramẽta veteris legis erat Chr̃i figura. sed sacra veteris legis dispẽsabãtur p̃ ministeriũ sacerdotũ legaliũ. ergo vr̃ q̃ magis debuerit Chr̃i natiuitas manifestari sacerdotibus in tẽplo, q̃ pastoribus ī agro.

¶ 5 Præt.

¶ 5 Præt. Chrs ex virgine matre natus est, & ætate paruulus erat. Cōuenientius igitur videtur fuisse, q̄ Christus manifestaret iuuenibus, & virginibus, q̄ senibꝫ & cōiugatis, vel viduis, sicut Simeoni & Annæ.

SED CONTRA est, qđ dicitur Iohan. 13. Ego scio quos elegerim: quæ autem fiunt secundum Dei sapientiam cōuenienter fiunt. ergo cōuenienter fiunt electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas.

RESPON. Dicendum, q̄ salus, quæ erat futura p Christum, ad omnem diuersitatem hominū pertinebat: quia sicut dicitur Col. 3. In Christo Iesu non est masculus & femina, gentilis & iudæus, seruus & liber. & sic de aliis hmōi. Et vt hoc in ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, omnibus cōditionibus hominum est manifestatus quia ut Aug.* dicit in sermone de Epiphania, Pastores fuerunt Israelitæ, Magi gentiles, illi prope, isti longe, vtriq; tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiā inter eos alia diuersitas: nam Magi fuerunt sapientes & potētes. Pastores autem simplices & viles. Manifestatus etiam est iustis, Simeoni & Annę, & peccatoribus. s. Magis: manifestatus est etiam & viris* & mulieribꝫ, vt per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi a Christi salute.

In ser. 4. qui est 32. in ord. prim. to. 10.

Alias, & in lect.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ illa manifestatio natiuitatis Chri, fuit quædam prælibatio plenæ manifestationis, quæ erat futura. & sicut in secūda manifestatione, primo annūtiata est gratia Christi per Christum & eius apostolos iudæis, & postea gentilibus, ita ad Christum primo, peruenerunt Pastores, qui erant primitiæ iudæorum, tāquàm prope existentes, & postea venerūt Magi a remotis, qui fuerunt primitiæ gentium, ut Aug. * dicit.

Secundū philosophū vel 30. ante ca. pass. Ineuntē Epiphaniā.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ (sicut Aug. dicit† in serm. de Epiph.) Sicut prævalet imperitia in rusticitate pastorum, ita prævalet impietas in sacrilegiis magorum, vtrosq; tamen sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venit stulta eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Quidam tamen dicunt, q̄ isti Magi nō fuerūt malefici, sed sapientes Astrologi, qui apud Persas, vel Chaldæos Magi uocantur.

Hallem. tract. 29. sup. Ioā. Ecce Magi ab oriē. &c.

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut Chrys. dicit, * Ab oriēte venerunt Magi, quia vnde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumen est animarum, vel quia oēs qui ad Christum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt, de quo dicitur Zacharię. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab oriente, ad literam venisse, vel quia de vltimis orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus iudeæ venerunt, quæ tamen sunt regioni iudæorum ad orientem. Credibile tamen est, etiam in alijs partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romę fluxit oleū, & in Hispania apparuerunt tres soles, paulatim in vnum coeuntes.

Lib. in Luc. cause initii et de Simeo & Anna. to. 5.

AD QVARTVM dicēdum, quòd sicut Chrys. dicit, Angelus manifestans Chri natiuitatem, nō fuit Hierosolymā, non requisiuit scribas & pharisęos: erant enim corrupti & præ inuidia cruciabātur: sed pastores erant synceri antiquam conuersationē patriarcharum & Moysi colentes. Per hos etiam pastores significabantur doctores Ecclesiæ, quibus Chri mysteria reuelantur, quæ latebant iudæos.

AD QVINTVM dicendum, quòd sicut Ambro. * dicit, generatio domini non solum a iuuenibus: sed etiam a senioribus & iustis accipere debuit testimonium, quorum etiam testimonio propter iustitiā, magis credebatur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Super Quæstionis trigesimæ sextæ Articulum quartum.

VTrum Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit.

TIulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio, Christus non per seipsum, sed per alias creaturas suam natiuitatem manifestare debuit. Probatur, Natiuitas Christi ordinata est ad humanam salutē per fidem. ergo oportebat ita manifestari, ut fides deitatis, fidei humanitatis non præiudicaret. ergo nō per seipsum, sed per alias creaturas debuit manifestari. Prima consequentia probatur, quia fides salutaris est circa utramque, scilicet deitatem, & humanitatem Christi. Secūda probatur, quia fides humanitatis fit, dum Christus in seipso humanitatem infirmam, sicut alij, exhibuit: fides uero deitatis, dū per creaturas, angelos. s. & stellam pastoribus, Magis, Simeoni, Annæq; uirtus deitatis manifestatur. ¶ In responsione ad tertium, collige unā Chrysostomi auctoritatem, quòd ad literā miraculum uini fuit initiū signorum Christi simpliciter, & non limitate in illo loco. Et hoc optima rōne litera probat ex uerbis Ioan. Baptistæ: miraculum quippe uini factum est post baptismum Christi p annum secundum ecclesiæ traditionem, tria mysteria uno die diuersis annis contingisse attestantem, s. Magorum adorationem, baptismum Christi, & conuersionem aquæ in uinum.

Li. 8. Physic. tex. 39. to. 2

Li. 1. de cęlo, tex. 32. to. 2.

In ser. 4. de Epiph. i me. incipit. Hie ser. iustum & rationabile.

¶ 1 Præt. Ecclesi. 20. dicitur, Sapiētia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in utrisque? Sed Chrs a principio suę conceptionis plene habuit sapiētiæ & gratiæ thesaurum. nisi ergo hāc plenitudinē manifestasset per opera & verba, fuisset frustra ei data sapientia & gratia, quod est inconueniens, quia Deus & natura nihil frustra facit, ut dicitur in 1. de Cœlo.*

¶ 3 Præt. In lib. de infantia Saluatoris legitur, quòd Chrs ī sua pueritia multa miracula fecit. & ita uidetur quòd suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

SED CONTRA est, quòd Leo papa dicit,† quòd Magi inuenerūt puerū Iesum nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum: sed alij infantes non seipsos manifestāt. ergo neq; decuit, quod Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

RESPON. Dicendum, quod natiuitas Chri ad humanā salutem ordinabatur, quæ quidē est per fidem: fides autem salutaris, diuinitatē, & humanitatē Christi confitetur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatē Chri, vt demōstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius nō præiudicaret. Hoc autē factum est, dum Christus in seipso natiuitatem similem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis uirtutem in se monstrauit. & iō Christus non per seipsum suam natiuitatē manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in via generationis & motus, oportet per imperfecta ad perfectum peruenire. & ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas, & postea manifestauit se per seipsum manifestatione perfecta.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ licet sapiētia abscondita sit inutilis non tñ ad sapientem pertinet, ut quolibet

libet tempore manifestet seipsum, sed tẽpore congruo: dicitur enim Eccleſiaſt. 20. Eſt tacens nõ habens ſenſum loquelæ, & eſt tacẽs ſciẽs tempus apti temporis. Sic ergo ſapientia Chriſto data non fuit inutilis, quia ſeipſum tempore congruo manifeſtauit & hoc ipſum, quòd tempore congruo abſcondebatur, eſt ſapientiæ indicium.

Ho. 22. in Io. non longe a prin. to. 3.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd liber ille de infantia Saluatoris eſt apocryphus. Et Chryſ.* dicit ſuper Ioã. ꝙ Chriſtus non fecit miracula antequam aquã conuertit in vinum, ſecundum illud quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus. Si enim ſecundum primam ætatem miracula feciſſet, non indiguiſſent Iſraelitæ alio manifeſtante eum, cũ tamen Ioannes Baptiſta dicat Ioan. j. Vt manifeſtetur in Iſrael, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem non incepit facere ſigna in prima ætate: exiſtimaſſent enim phantaſma eſſe incarnationem, & ante opportunum tẽpus cruci eum tradidiſſent, liquore liquefacti.

ARTICVLVS V.

¶ Super Queſtionis trigeſimæ ſextæ Articulum quintum.

Vtrum natiuitas Chriſti debuerit per angelos & ſtellam manifeſtari.

TItulus minus explicat breuitatis cauſa, quã quærit. Nam, vt patet in diſtinctione articulorũ in principio huius q. facta in litera, quintus articulus inquirit per qualia debuerit manifeſtari, ubi patet nõ ſolum de angelis, vt hic explicatur, ſed vniuerſaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifeſtari Chriſti natiuitas inquiri. Idem quoque euidenter apparet in proceſſu articuli, ubi non ſolum quare per angelos paſtoribus, ſed diffuſe quoque, quare per ſtellã Magis, & per inſpirationem interiorẽ Simeoni & Annæ manifeſtata eſt Chriſti natiuitas, ratio redditur.

¶ In corpore articuli vna eſt concluſio reſpõſiua quæſito: Chriſti natiuitas conueniẽter manifeſtata eſt ꝑ angelos, ſtellam & inſpirationem, paſtoribus, iudæis, Magis, & iuſtis Simeoni & Annæ. Probatur primo: Manifeſtatio debet fieri per ſigna familiaria illis, quibus manifeſtatio fit. ergo conuenienter &c. Antecedẽs probatur ex ſimili de manifeſtatione ſyllogiſtica. Conſequentia autẽ probatur, quia iuſtis, i. pfectis, familiare eſt per inſpirationẽ, aliis eor poralibus deditis per viſibilia, & rurſus inter iſtos alios iudæis per angelorum viſionem', gentilibus per aſtrorũ ſigna inſtrui. Confirmatur ſecũdo, quo ad hoc ꝙ omnia ſigna fuerint cęleſtia, ex hoc ꝙ cęleſtẽ natiuitatem enarrabãt. Et firmat tertio, quo ad differentiam inter Angelos & ſtellã reſpectu paſtorũ & Magorum, & hoc triplici ratione, ut patet in litera. Confirmat quarto, quo ad ſtellam, ex ſpirituali genere Abrahæ, ſicut ſtellarũ numerus.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ illud manifeſtatione indiget, quod de ſe eſt occultum: non autem illud, quod de ſe eſt manifeſtũ. Caro autem eius, qui naſcebatur, erat manifeſta, ſed diuinitas erat occulta. & ideo cõuenienter manifeſtata eſt illa natiuitas per angelos, qui ſunt Dei miniſtri: vnde & eum claritate angelus apparuit, ut oſtenderetur, quòd ille qui naſcebatur, erat ſplendor paternæ gloriæ.

AD SECVNDVM dicendũ, ꝙ iuſti non indigebãt viſibili apparitione angelorũ, ſed eis ſufficiebat interior inſtinctus Spiritusſanctꝰ ꝓp eorũ perfectionem.

AD TERTIVM dicẽdum, ꝙ ſtella natiuitatẽ Chriſti manifeſtãs, oẽm occaſionẽ erroris ſubtraxit. Vt enim Aug.* dicit ꝯ Fauſtũ, nulli aſtrologi ita conſuluerunt

Homil. 6 Matt. ſup. Iud., de ſtella qu videtur, i Greg. hoo in euang. ca prim.

RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut manifeſtatio ſyllogiſtica fit per ea, quę sũt magis nota ei, cui eſt aliquid manifeſtandum, ita manifeſtatio quæ fit per ſigna, debet fieri per ea, quæ ſunt familiaria illis, quibus manifeſtatur. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ viris iuſtis, eſt familiare & conſuetum interiori Spiritusſancti inſtinctu edoceri, abſq; ſignorum ſenſibiliũ demonſtratione. ſ. per ſpiritum prophetiæ. Alij vero corporalibus rebus dediti, per sẽſibilia ad intelligibilia adducuntur. iudæi autem conſueti erant diuina reſponſa per angelos accipere, per quos etiã legem acceperant, ſm illud Actuũ. 7. Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. Gentiles vero & maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellarum curſus inſpicere, & ideo iuſtis. ſ. Simeoni & Annæ, manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per interiorẽ inſtinctum Spiritusſancti, ſecundum illud Luc. 2. Reſponſum accepit a Spirituſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum dñi. Paſtoribus autem & Magis tãquã rebus corporalibꝰ deditis, manifeſtata eſt Chriſti natiuitas per viſibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat pure terrena, ſed quodãmodo cęleſtis, ideo per ſigna cęleſtia vtriſq; Chriſti natiuitas reuelatur, ut enim Aug. dicit in ſerm. de Epiph. Cœlos angeli habitant, & ſidera ornant: vtriſque ergo cœli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem paſtoribus tanquam iudæis, apud quos frequenter factæ ſunt apparitiones angelorum, reuelata eſt natiuitas Chriſti per angelos. Magis autem aſſuetis in conſideratione cœleſtium corporum, manifeſtata eſt per ſignum ſtellæ, quia (vt Chryſ. dicit*) per conſueta eos dominus vocare voluit, eis cõdeſcendẽs. Eſt autẽ alia ratio, quia ut Greg. † dicit, iudæis tamquam ratione vtentibus rationale animal. i. angelus prędicare debuit. Gentiles vero, quia uti ratione neſciebant ad cognoſcẽdum dominum, non per vocem, ſed per ſigna perducuntur. Et ſicut dominum iam loquentem annuntiauerunt gẽtilibus prędicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicauerunt. Eſt etiam & alia ratio, quia ut Aug. dicit in ſerm. Epiph. Abrahæ innumerabilis fuerat promiſſa ſucceſſio non carnis ſemine, ſed fidei fæcunditate generanda. & ideo ſtellarum multitudini eſt cõparata, vt cœleſtis progenies ſperaretur. & ideo Gentiles in ſyderibus deſignati, ortu noui ſideris excitantur, vt perueniant ad Chriſtum, per quem efficiuntur ſemen Abrahæ.

1 Præt. Maior eſt affinitas iuſtorum ad angelos q̃ ad quoſcumque alios, ſecundum illud Pſ. 33. Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos: ſed iuſtis, ſcilicet Simeoni, & Annæ, non eſt manifeſtata Chriſti natiuitas per angelos. ergo nec paſtoribus per angelos manifeſtari debuit.

¶ 3 Præt. Videtur ꝙ nec Magis debuerit manifeſtari per ſtellã. Hoc enim videtur eſſe erroris occaſio, quantum ad illos, qui æſtimãt ſidera natiuitatibus hominum dominari: ſed occaſiones peccãdi ſunt hominibus auferendæ. non ergo fuit conueniens, quòd per ſtellam Chriſti natiuitas manifeſtaretur.

¶ 4 Præt. Signũ oportet eſſe certũ ad hoc, ꝙ per ipſum aliq̃d manifeſtetur: ſed ſtella non vr eſſe ſignum certũ natiuitatis Chri. ergo incõuenienter fuit Chriſti natiuitas per ſtellã manifeſtata.

SED CONTRA eſt, qđ dicitur Deut. 32. Dei perfecta ſunt opera. ſed talis manifeſtatio fuit opꝰ diuinum. ergo per cõuenientia ſigna fuit effecta,

tuerunt nascentium hominũ fata sub stellis, ut ali quam stellarum, homine aliquo nato circuitus sui ordinẽ reliquisse, & ad eum, qui natus est, perrexisse assererent: sicut accidit circa stellã, quę demonstrauit natiuitatẽ Christi. & ideo per hoc non confirmatur error eorum, qui sortẽ nascẽtiũ hominum astrorum ordini colligari arbitrantur: non aũt credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatẽ posse mutari. Similiter ẽt, ut Chrys.* dicit, nõ est hoc astronomię opus, à stellis scire eos qui nascuntur, sed ab hora natiuitatis futura pdicere. Magi autem tempus natiuitatis non cognouerunt, ut hinc sumentes initium, à stellarũ motu futura cognoscerent: sed potius econuerso.

Homil. 6. in Matt. nõ ge. est a princ. to. 2.

Homil. 2. in Matt. 1 opc. imper. sup. illud. Vidimus stellam eius, to. 2.

In lib. 4 de Trin. cap. 33. to. 2.

In ser. 4 de tempore Epiph.

Homil. 6. Matt. sup. Iud, & stella qu videbat, t. Greg. hom. in euang. a principio.

In ser. 2. de Epiph. to. 10.

Aduersvm dicendũ, ꝙ sicut Chrys.* refert, in quibusdã scripturis apocryphis legitur, ꝙ ꝙdã gens in extremo orientis iuxta Oceanũ, scripturã quandam habebat ex noïe Seth, & de hac stella, & munerib. huiusmodi offerendis: quę gens diligẽter obseruabat huius stellę exortum, positis explo ratorib. duodecim, qui certis tpib. de nocte ascendebant in montẽ, in quo postmodũ eã uiderunt, habentem in se quasi paruuli formam, & super se similitudinẽ crucis. Vel dicendum, ꝙ sicut dr̃ in lib. de Quæstionib. * veter. & noui Testamenti. Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit, Orietur stella ex Iacob. Vnde uidentes stellam extra ordinem mundi, hanc esse intellexerũt, quã Balaam futuram indicem Regis Iudęorum prophetauerat. Vel dicẽdũ, sicut Aug.* dicit in serm. de Epiphania, ꝙ ab angelis aliqua admonitione reuelationis audierunt Magi, ꝙ stella Christũ natum significaret, & probabile vr̃ ꝙ à bonis, qñ in Christo adorando salus eorum iam quęrebatur. Vel sicut Leo Papa † dicit in serm. de Epiphania, prẽter illam speciem, quę corporeũ incitauit obtutum, fulgentior ueritatis radius eorũ corda perdocuit, quod ad illuminationem fidei ptinebat.

A

B

C

D

E

Super Quæstionis 36. Art. sextum.

Articvlvs VI.

Vtrum natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata.

Titulus de ordine temporis q̃rit, quo prius pastorib. deinde Magis, demum Simeoni & Annæ manifestata est Chr̃i natiuitas. ¶ In corpore Auctor duo facit: primo ordinem manifestationum ex Euangelij auctoritate aperit, s. quod ipso die natalis pastoribus, tertiadecima die Magis, quadragesima Simeoni & Annæ. Secundo rationem reddit optimam ex significatis. Omnia clara sunt in litera. ¶ In responsione ad tertium, de tempore occisionis Innocentum multum cõstat, Ex Euangelio siquidem habetur ꝙ non statim occisi sunt: nam post adorationem Magorum in domo diuersoria iuxta Bethleem (in qua natus est Christus) oblatus est Dominus in templo, & postea portatus à parentib. in Nazareth, vbi Angelus dixit ad Ioseph, Fuge in Aegyptum: futurum est. n. vt Herodes q̃rat puerum ad perdendum eum. Hoc enim oportet fuisse, postquam ex Ierusalem venerunt parentes eius i Nazareth, vt Lucas narrat: si. n. ante fuisset, non uenisset in Ierusalem, nec inde in Nazareth. Vnde certum relinquitur, ꝙ non statim Herodes sæuijt in pueros: sed ĩ certum est quanto tempore post, sęuierit in eos. Satis rationabile est illud ĩpedimentum ex Romano itinere proue nisse, quia pro historia habetur ꝙ Romam iuerit à filijs accusatus.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ sicut Apost. dicit Rom. 9. Israel sectando legem iustitiæ, in legem iustitię non peruenit: sed gentiles qui non quęrebãt iustitiam, iudæos cõiter in iustitia fidei preuenerunt. & in huius figuram Simeon, qui expectabat consolationem Israel, ultimo Christum natũ cognouit & prędecesserunt eum Magi & pastores, qui Christi natiuitatem non ita solicite expectabant.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ licet plenitudo gẽtiũ prius intrauerit ad fidẽ, q̃ plenitudo iudęorum: tñ primitiæ iudęorum puenerũt in fide primitias gẽtium, & ideo pastorib. primo manifestata est Christi natiuitas, quàm Magis.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ de apparitione stellę, q̃ apparuit Magis, est duplex opinio. Chrys.* enim super Matth. & Aug. † in ser. Epiph. dicunt ꝙ stella Magis apparuit p biennium ante Christi natiuitatẽ, & tunc prędeditantes & se ad iter prępara-

Aug. in ser. 7. ante med. & i alio ser. de Epiph. post ser. ad fra. in hæremo, to. 10. Chrys. ho. 10. in Matt. ante med. to. 2.

tes, à remotissimis partib. orientis puenerunt ad Christum tertiadecima die à sua natiuitate. Vnde & Herodes statim post recessum Magorũ, uidens se ab eis illusum, mandauit occidi pueros à bimatu & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset, qñ stella apparuit, secundum ꝙ à magis audierat.

Alij

Alij vero dicunt ſtellã apparuiſſe primo, cum Chr̃s natus eſt, & ſtatim Magi uiſa ſtella iter arripientes, longiſſimum iter in tredecim dieb. peregerũt: partim quidẽ adiuta diuina uirtute, partim aũt dromedariorũ velocitate: & hoc dico, ſi uenerunt ex extremis partib. orientis. Quidã tñ dicunt, eos uenisſe de regione propinqua, unde fuerat Balaam, cuius doctrinæ ſectatores fuerunt. Dicũtur aũt ab oriente uenisſe, quia terra illa eſt ad orientalem partem terræ iudæorum. Et ſm hoc, Herodes non ſtatim recedentib. Magis: ſed poſt biennium pueros interfecit: uel quia dr̃ interim accuſatus Romam iuiſſe, uel aliquorum periculorũ terrorib. agitatus, à cura interficiẽdi puerũ interim deſtitiſſet: uel quia potuit credere Magos fallacis ſtelle uiſione deceptos, poſtquã non inuenerunt quẽ natũ putauerunt, erubuiſſe ad ſe redire, ut Aug. * dicit in lib. de Conſenſu Euangeliſtarum. Ideo aũt non ſolũ bimos pueros interfecit: ſed etiam infra, quia (ut Aug. dicit in quodam ſermone Innocentum) timebat ne puer cui ſidera famulanr̃, ſpeciẽ ſuam paulo ſupra ętatem, uel infra transformaret.

Lib. 2. c. 11. inter med. & fi. to. 4.

¶ *Super Quæſtionis 33. Art. ſeptimum.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum ſtella quæ Magis apparuit, fuerit una de cęleſtibus ſtellis.

AD SEPTIMVM ſic procedit̃r. Vr̃ q̃ ſtella quę magis apparuit, fuerit una de cęleſtibus ſtellis. Dicit enim Aug. in quodam ſermone Epiphanię, Dum pendet ad ubera, & uillũ patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cęlo ſidus effulſit. Fuit igitur ſtella cęleſtis, quę Magis apparuit. ¶ 2 Præt. Aug. * dicit ī ſermone quodam Epiphanię: Paſtorib. angeli, Magis ſtella Chriſtũ demonſtrat: utriſque loquitur lingua cœlorum, quia lingua ceſſauit prophetarum: ſed angeli paſtoribus apparentes, fuerunt uere de cœleſtibus angelis. ergo & ſtella magis apparens, fuit uere de cœleſtibus ſtellis.

¶ 3 Præt. Stellæ quæ non ſunt in cęlo, ſed in aere, dicunt̃ ſtellæ cometæ, quæ non apparent in natiuitatibus regum: ſed magis ſunt indicia mortis eorum: ſed illa ſtella deſignabat Regis natiuitatem, unde Magi dicũt Mat. 2. Vbi eſt qui natꝰ eſt Rex iudæorum? uidimus. n. ſtellam eius in oriente. ergo uidetur q̃ fuerit de cœleſtibus ſtellis.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. * dicit in lib. 2. cõtra Fauſtũ: Nõ ex illis erat ſtellis, quæ ab initio creaturæ, itinerum ſuorum ordinem ſub creatoris lege cuſtodiunt: ſed nouo virginis partu, nouum ſidus apparuit.

RESPON. Dicendũ, q̃ ſicut Chryſ. * dicit ſuper Matt. q̃ illa ſtella, quæ Magis apparuit, non fuerit una cęleſtium ſtellarũ, multipliciter manifeſtũ eſt. Primõ quidẽ, quia nulla alia ſtellarũ hac via incedit: hæc. n. ſtella ferebatur à ſeptentrione in meridiẽ: ita. n. Iudæa iacet ad Perſidem, unde Magi uenerunt. Secundò, apparet hoc ex tpe: non. n. ſolũ apparebat in nocte, ſed ẽt in media die, quod nõ eſt uirtutis ſtellæ: ſed nec ẽt lunæ. Tertiò, quia q̃que apparebat, & q̃q; occultabatur. Cum. n. ītrauerunt Hieroſolymã, occultauit ſeipſam, deinde ubi Herodẽ reliquerunt, ſeipſam mõſtrauit. Quartò, quia non habebat continuũ motum: ſed cum oportebat ire Magos, ibat: cũ oportebat ſtare, ſtabat, ſicut & de colũna nubis erat in deſerto. Quintò, quia non ſurſum manens, partũ Virginis demõſtrabat: ſed deorſum deſcendens, hoc faciebat. Dr̃. n. Matth. 2. q̃ ſtella, quã uiderant Magi in oriẽte, antecedebat eos, uſq; dũ ueniens ſtaret ſupra ubi erat puer. Ex quo patet, q̃ uerbũ Magorũ dicẽtiũ, Vidimus ſtellã eius in oriente, nõ eſt ſic intelligendũ, quaſi ipſis in oriẽte poſitis, ſtella apparuerit exiſtẽs in terra Iuda, ſed q̃ uiderũt eã in oriẽte exiſtentẽ, & p̃ceſſit eos uſq; in iudæã, q̃uis hoc à q̃buſdã ſub dubio relinquat̃. Nõ aũt potuiſſet diſtinctẽ domũ demõſtrare, niſi eſſet terræ uicina. Et ſicut ipſe dicit, hoc nõ ur̃ propriũ ſtellę: ſed uirtutis rõnalis cuiuſdam. Vnd ur̃ hęc ſtella uirtutis inuiſibilis fuiſſe in talẽ apparentiã transformata. Vnde quidã dicunt, q̃ ſicut Spiritusſanctus deſcẽdit ſup baptizatũ Dñm, in ſpecie columbę, ita apparuit Magis in ſpecie ſtellę. Alij uero dñt, q̃ angelus, q̃ apparuit paſtorib. ī humana ſpecie, apparuit magis in ſpecie ſtellę. Probabilius tñ ur̃, q̃ fuerit ſtella de nouo creata, nõ in cęlo, ſed in aere uicino terræ, q̃ ſm diuinã uolũtatẽ mouebat̃. Vnde Leo Papa dicit in ſer. * Epiph. Trib. Magis in regione orientis, ſtella nouę claritatis apparuit, q̃ illuſtrior ceteris, pulchriorq; ſiderib. in ſe intuentium oculos animoſq; conuerteret, ut cõfeſtim aduerteret, non eſſe otioſum, quod tam inſolitũ uidebatur.

In ſer. 1. nõ lõge a prin.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cęlum in ſacra ſcriptura quandoque dicitur aer, ſecundum illud, Volucres cœli, & piſces maris.

AD SECVNDVM dicendum, quod ipſi angeli cęleſtes ex ſuo officio hãbent, ut ad nos deſcendant in miniſterium miſſi: ſed ſtellę cęleſtes ſuum ſitum non mutant. Vnde non eſt ſimilis ratio.

AD TERTIVM dicendum, q̃ ſicut ſtella illa non eſt ſecuta modũ ſtellarũ cęleſtiũ, ita nec ẽt ſtellarũ cometarũ, quę nec de die apparent, nec curſum ordinatum mutant. Et tñ non omnino aberat ſignificatio cometarum, quia cęleſte regnũ Chriſti comminuit, & conſumit uniuerſa regna terræ, & ipſum ſtabit in æternum, ut dicitur Dan. 2.

Opuſ. 60. c. 7. Et Mar. 2. to. 4.

In ſer. 2. Epiph. qui eſt 30. in ordine & ſer. 3. eiuſdem feſtiuit. to. 10.

Lib. 2. c. 5. a med. to. 6.

Hom. 6. poſt medium primi fol. 2 pa. hip. ho. t. 2.

¶ Iſtulus clarꝰ eſt. ¶ In corpore duo fiunt primo ex Chryſoſt. reſpondetur quæſito vna cõcluſione: Stella non fuit ex cęleſtibus Et afferuntur quinque rationes ex eodem. Secundò, tractatur quid fuit illa ſtella: primo ſm Chryſo. ſub cuius opinione afferuntur duo modi dicendi: deinde ſm propriam opinionem, auctoritate Leonis firmatã. Omnia patẽt in litera. ¶ In rñſione ad tertium, perſpice Auctorem cõe verbũ de ſignificatione cometarum admittendo rñdere: non q̃ propterea, ſic ipſum ſenſiſſe putandũ ſit̃: ſed eſto q̃ ſit, rñdiſſe intelligẽdum eſt. Cometas enim non magis regis, quam pauperis ruſtici mortem ſignificat: ſed quia mortes principum notantur̃, pauperum autem ratio non hr̃, ideo vulgatum eſt, q̃ ſignificãt mortem principũ, ſi magno credimus Alberto.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Magi conuenienter ad Chriſtum adorandum venerint.

AD OCTAVVM ſic procedit̃. Vr̃ q̃ Magi non cõuenienter ad Chriſtum uenerãdũ uenerint. vnicuiq;. n. Regi reuerẽtia debeẽ a ſuis ſubiectis: Magi aũt nõ erãt de regno iudęorũ. ergo cũ ex viſione ſtellę cognouerũt natũ eſſe Regem iudęorum, vr̃ quòd inconuenienter uenerint ad eum adorandum. ¶ 2 Præt. Stultum eſt uiuente rege aliquo, extraneum regem annuntiare: ſed in regno Iudee regnabat Herodes. ergo ſtulte fecerũt Magi, alterius regis natiuitatem annuntiantes.

¶ *Super Quæſtionis 36. Art. octauum.*

¶ Iſtulus de conuenientia ſeu rationabilitate actꝰ quærit. ¶ In corpore vnica concluſio: Credendũ eſt Magos à Spirituſancto inſpiratos ſapienter Chriſtum adoraſſe. Probatur: Magi ſunt primitiæ Gentium in Chriſtum credentium. ergo credendũ eſt &c. Antecedens manifeſtatur: quia in ipſis ſicut in quodam præſagio fides deuotioq; gentium à remotis ad Chriſtum

Matt. 2. prin.

stum uenientiũ monstrabatur. Consequentia probatur: qui sic fides deuotioque gentium est absque errore per inspirationem Spiritussancti ita &c.

¶ 3 Præt. Certius est cęleste indicium, quàm indicium humanũ: sed Magi ducatu cęlestis indicij ab oriente venerant in Iudæam. Stulte ergo egerunt, præter ducatum stellæ, humanum indiciũ requirẽdo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?

¶ 4 Præt. Munerum oblatio & adorationis reuerentia, non debetur nisi regibus iam regnantibus: sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate fulgentem. ergo inconuenienter ei munera & reuerẽtiam regiam exhibuerunt.

SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortui tui: sed qui diuino lumine ducuntur, non errãt. ergo Magi absque errore Christo reuerentiam exhibuerunt.

Ar. 6. huius q. arg. 2. RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Magi sunt primitiæ gentium in Christum credentium, in quibus apparuit sicut in quodam prælagio fides, & deuotio gentium uenientium a remotis ad Christum: & ideo sicut deuotio & fides gẽtium est absque errore per inspirationem Spiritussancti, ita etiam credendum est, Magos a Spiritusancto inspiratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

In ser. 1. qui est in oct. ap. eandem d. Ipp. ma. AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ sicut Aug. * dicit in sermone Epiphaniæ, cum multi reges iudæorũ nati fuissent atque defuncti, nullum eorũ Magi adorandum quæsierunt. Non itaque regi iudæorũ, quales illic esse solebant, hunc tam magnum honorẽ lõginqui, alienigenæ, & ab eodẽ regno prorsus extranei, a se deberi arbitrabantur: sed talem nãtũ esse didicerunt, in quo adorando, se salutẽ, quæ secundum Deũ est, consecuturos minimè dubitauerũt.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q̃ per illã annuntiatiõnẽ Magorũ, p̃signabatur constantia gentiũ, Christũ vsq; ad mortem confitentium. Vnde Chrys. † dicit

Homil. 1. in Mat. in ope. imp. super illud, Et intra. do. to. 2. super Matth. q̃ dum considerabant regem futurũ, non timebant regem præsentem, adhuc non uidebant Christum, & iam parati erant pro eo mori.

* Ibid. & Ephanor. est. initio tom. 1. AD TERTIVM dicendũ, q̃ sicut Aug. * dicit in sermone Epiphaniæ: Stella q̃ magos perduxit ad locum, ubi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatẽ Bethleem, in qua natus est Christus: sed tamẽ subtraxit se, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, etiã iudęi testimonium perhiberent, ut sic geminato testimonio cõfirmati, sicut Leo Papa * dicit, attentiori fide expeterẽt, quẽ & stellæ claritas & prophetiæ manifestabat auctoritas. Et ita ipsi annuntiant iudæis Christi natiuitatẽ & interrogant locum, credunt & q̃runt, tamquàm significantes eos, qui ambulant per fidẽ, & desiderãt speciẽ, ut Aug. dicit * in sermo. epiphaniæ. Iudæi aũt indicantes eis locum natiuitatis Christi, similes facti sunt fabris arcæ Noe, q̃ alijs ubi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierũt. Audierunt & abierũt inquisitores, dixerũt, & remãserunt doctores similes lapidibus miliarijs, qui uiam ostendunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, ut aspectu stellæ subtracto, Magi humano sensũ in Hierusalem irent, quærentes in ciuitate regia regẽ natum, ut in Hierusalem primo Christi natiuitas publice annuntiaretur, secundum illud Isa. 2. De Sion exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem, & ut etiam studio Magorum de longe uenientium, damnaretur iudæorum pigritia prope existentium.

A AD QVARTVM dicendum, quòd sicut Chrys. * dicit super Matth. Si Magi terrenum regẽ quærentes uenissent, fuissent confusi: quia tanti itineris laborem sine causa susceppissent, unde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem, quia cælestẽ regem quærebant, etsi nihil regalis excellẽtiæ in eo uiderent, tamen solius stellæ testimonio cõtenti eũ adorauerunt: uident enim hominem & agnoscunt Deum: & offerunt munera dignitati Christi congruentia: aurum quidem, quasi regi magno, thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolãdum Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condiuntur, præbetur tamquàm pro salute omnium morituro. In

Homil. 1. in Mat. in ope. imp. super illud, Et intra. do. to. 2.

B quo etiam, ut Greg. * dicit, instruimur, ut nato regi aurũ, per quod significatur sapientia, offeramus, in conspectu eius, sapientiæ lumine splendẽtes: thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio, offerimus Deo, si per orationum studia Deo redolere ualeamus: myrrham autem, quæ significat mortificationẽ carnis, offerimus, si carnis uitia per abstinentiam mortificemus.

Homil. 10. in euang. post med. illius.

QVAESTIO XXXVII.

¶ *Super Quæstionis trigesimæ septimæ Articulum primum.*

De legalibus circa puerum Iesum obseruatis, in quatuor articulos diuisa.

C DEINDE considerandum est, de circũcisione Christi. Et quia circũcisio est quædã professio legis obseruandæ, secundum illud Gala. 5. Testificor omni homini circũcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ: simul cum hoc quærẽdum est, de alijs legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

VNDE quæruntur quatuor.

¶ Primò, De eius circumcisione.

¶ Secundò, De nominis impositione.

D ¶ Tertiò, De eius oblatione.

¶ Quartò, De matris purgatione.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus debuerit circumcidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ Christus non debuerit circumcidi. Veniẽte.n. ueritate, cessat figura: sed circumcisio fuit Abrahæ præcepta, in signũ fœderis, qđ erat de semine

E nasciturο, ut patet Gen. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi natiuitate completum. ergo circumcisio statim cessare debuit.

¶ 2 Præt. Omnis Christi actio, nostra est instructio: unde dicit Io. 13. Exẽplũ dedi uobis, ut quẽadmodũ ego feci, ita & uos faciatis: sed nos non debemus circũcidi, secũdum illud Gal. 5. Si circũcidimini, Christus uobis nihil proderit, ergo uidetur q̃ nec

¶ Titulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio: Christus debuit circumcidi. Probatur septem rationibus, quæ clarè patent in litera.

¶ In responsione ad secundum, ubi de imitatione Christi, quo ad circumcisionem corpoream agitur, dubium occurrit de circũcisione Christianorum indorum, dicentium se circumcidi ut conformentur Christo, an sit licita. Videtur enim quòd non. Primo, ex auctoritate Apostoli, Si circumcidimini, Christus nihil uobis proderit, ad Galat. 5. & ex auctoritate ecclesiæ, quæ in Concilio Florent. sub Eugenio IIII. determinauit circumcisionem, & alia legalia, post publicationem euangelij esse non solum mortua, sed mortifera. Secundo, quia circũcisio facta ad imitationem Christi, non effugit quin fiat etiã ad imitationẽ Abrahæ & iudæorũ: quoniam quicquid fit ad imitationem imitantis tertium, fit ad imitationem illius tertij. ergo per hoc circumcisio facta ad imitationem Christi est circumcisio legalis. Et confirmatur,

infra q. 40. art. 4. cor. Et 4. dist. 1. q. 2. arc. 2. q. 3. Et opus. 60 cap. 5.

firmatur, quia fieri ad imitationem alicuius mediate uel immediate, non uariat naturam actus: sed circuncisio facta ad similitudinem Christi immediate, fit mediate ad similitudinem legalis circuncisionis: quia Christus legalem circuncisionem suscepit. ergo circuncisio ad similitudinem Christi facta est legalis. Tertio, quia secundum Apostolum ab omni specie mali abstinendum est: inficiari autem non potest, quin circuncisio ista habeat speciem mali: nam constat quòd habet speciem iudaismi, igitur illicita est. In oppositum autem est, quia damnare totam illam patriam Christianam, & morem antiquum tot ecclesiarum, præsumptuosum videtur.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis sciendum est, quòd non pertitur in dubium, an circuncisio legalis sit alicubi licita. Determinata siquidem est in dicto concilio hæc quæstio, & definitum est circuncisionem legalem, siue in ea ponatur spes, siue non, esse illicitã. Sed quia ista circuncisio negatur, quòd sit legalis, dicitur enim q̃ non fit ad obseruandam legem Moysi, uel præceptum datũ Abrahæ de circuncisione, propterea in dubium pertitur, an sit licita uel illicita. Via aũt resolutionis incedendo circuncisio facta præcise ad conformãdum hominem Christo duo in se continet scilicet ipsam corporalem circũcisionem uoluntariam, & conformitatem ad Christum circuncisum. Ex primo autem constat actum non esse de genere malorum: quoniam actus malus ex suo genere, non potest recte fieri ex adiuncto bono fine: quia non sunt facienda mala, ut ueniant bona: circuncidere autem licite potest se homo ob sanitatem, non igitur est ex suo genere mala corporalis circuncisio uoluntaria. Ex secundo autem inquantum continet conformitatem ad Christum, constat quòd malus non redditur. Conformitas siquidem ad Christum de genere bonorum est secundum se: bonum autem adiunctum non malo actui, non habet vnde reddat actum illum malum, sed potius habet unde bonificet actum illum. Inquantum uero continet ly circuncisum (non enim additur conformitas ad Christum absolute, sed ad Christum circuncisum) potest reddere actum malum; nam Christus ut circuncisus, significat & circuncisionem corporalem & legalem, quoniam circuncisio eius fuit & corporalis & legalis: immo ideo ad literam corporaliter circuncidi uoluit, ut legalem circuncisionem susciperet. Et propterea si conformitas ad Christum circuncisum, intelligatur ad circuncisum materialiter & formaliter, actus circuncisionis redditur malus pro tempore euangelij publicati: quia talis circuncisio nihil aliud est, quàm circuncisio legalis: est enim imitatio eius, ut patet, & rationes secundo & tertio loco arguendo probant. Si uero conformitas referatur ad Christum circuncisum corporaliter tantum ratione similitudinis in patiendo, quia scilicet vult sequi Christum in dolore circuncisionis, non malus, sed laudabilis redderetur actus circuncisionis. Ratione uero similitudinis in hoc, quòd est esse circuncisum corporaliter: quia Christus fuit corporaliter circuncisus, cum in corporalibus secundum se non sit uirtus nec pitium, nec unde malus, nec unde bonus reddatur actus circuncisionis propter huiusmodi corporalem similitudinem factæ ideo, nisi quòd pro tanto malus esset, pro quanto uanus esset: careret enim necessitate & pia utilitate, si solum proco porea assimilatione fieret. Et si pro quada ueneratione Christi hoc fieret, an actus sit religiosus, an superstitiosus, an superstitiosus, considerãdum est. Et quidem quòd sit superstitiosus, testatur, qa corporalem cæremoniam inutilem contra communem ecclesiæ morem, habentem mali speciem exercet. Sed quòd cæremonia hæc licet sit corporea, non sit uana aut inutilis, inde apparet quòd nõnulla ueneratio est uacare assimilationi ad principem. In honorem siquidem principum noçamus filios nostros, ipsorum principum nominibus, ut Iulios a Iulio, & Leones a Leone. Nec superstitiose similis honor in sanctos transfertur: sed ad ueneratjonem sanctorum spectare credimus, quòd filios nostros sanctorum nominibus appellemus. Et propterea sicut assimilari uelle sanctis in nominibus, extra religionem non est, sed ad ueneratjonem quandam spectat, ita honorem hunc exhibere Christo, ut etiam corporaliter assimiletur sibi circunciso homo, non superstitionis uanitas, sed ueneratio quædam est, ab hominibus humano more exhibita, & licet sit non secundum communem ecclesiæ morem, est tamen secundum illarum ecclesiarum, quæ sunt in indiis sub rege Dauid, qui vulgariter dicitur Preste Ioanni, antiquum uetustumque morem, qui & numquam ab uniuersali aut Romana ecclesia damnatus apparet: & propterea licet alibi circuncisio ista esset superstitiosa, non tamen ubi est consueta. De mali autem specie, quam præseferre circuncisionẽ hoc tempore negari etsi non potest, dicitur tamen quòd ab omni specie mali cauendum est, quando & ubi speciem mali habet. Verum, ubi & quando actus aliquis cessat habere mali speciẽ, potest exerceri licite; nam comedere immolata idolis, speciem mali habet, & secundum Apostoli doctrinam 1. ad Corint. 8. & 10. quandoque est licitum & quandoque illicitum: nam præsentibus infirmis est illicitum; quando autem & ubi scandalum infirmorum non timetur, licitum est. Et secundum hoc, circuncisio huiusmodi, quia in ecclesijs illis non est in scandalum infirmorum, neque mali occasio, cessat habere ibi mali speciem. Et si obijciatur, quòd licet tollatur per hoc ratio scãdali apud illos: non tamen tollitur per hoc ratio scandali apud innumeras Christi ecclesias, quæ de Indorum circuncisione scandalizantur, utpote iudaismi speciem habente, non hic uel ibi: sed simpliciter & absolute post perfectam euangelij publicationẽ, consulendum credo per Romanam ecclesiam esse, ut uel non toleraretur circunci-

Christus debuerit circuncidi.

¶ 3 Præt. Circuncisio est ordinata in remedium originalis peccati: sed Christus nõ contraxit originale peccatum, ut ex supra dictis patet. * ergo Christus non debuit circuncidi.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 2. Postquam consũmati sunt dies octo, vt circuncideretur puer.

RESPON. Dicendũ, quòd pluribus de causis Christus debuit circuncidi. Primo quidem, ut ostẽdat ueritatem carnis humanæ, contra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum, & contra Apollinarium, qui dixit corpus Christi esse diuinitati consubstantiale, & contra Valentinum, qui dixit Christum de cælo corpus attulisse. Secundo, ut approbaret circũcisionẽ, quã olim Deus instituerat. Tertio, ut cõprobaret se esse de genere Abrahę, qui circuncisionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quarto, ut iudæis excusationem tolleret, ne eum reciperẽt, si esset incircũcisus. Quinto, ut obediendi uirtutem nobis suo cõmẽdaret exemplo: unde & octaua die circuncisus est, sicut in lege erat præceptum. Sexto, ut qa in similitudinem carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati consueuerat mundari, non respueret. Septimo, ut legis onus in se sustinens, alios a legis onere liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ circuncisio per remotionem carnalis pelliculę in membro generationis facta, significabat spoliationem uetustæ generationis, a qua quidẽ uetustate liberamur per passionẽ Christi: & ideo ueritas huius figuræ nõ fuit plene impleta in Christi natiuitate, sed in eius passione, ante quam circuncisio suam uirtutem & statũ habebat: & ideo decuit Christum ante suam passionem tam quàm filium Abrahæ circũcidi.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Christus circuncisionem suscepit eo tempore, quo erat sub p̃cepto: & ideo sua actio in hoc est nobis imitanda, ut obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia unicuique negotio est tempus, & opportunitas, ut dicitur Eccl. 8. Et præterea, ut Orig. * dicit, sicut mortui sumus cum illo moriente, & consurreximus Christo resurgẽti, ita circuncisi sumus spiritnali circuncisione p̃ Christũ, & ideo carnali circuncisione non indigemus. Et hoc est, qd Apostol⁹ dicit Colos. 2. In quo, i. Christo, circũcisi estis circuncisione nõ manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione domini nostri Iesu Christi.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ sicut Chr̃s propria uolũtate mortem nostrã suscepit, quæ est effectus peccati (nullum in se habẽs peccatum) ut nos a morte libe-

Orig. hom. 14. in Luc. Prim. tom.

circuncisio tali ratione consueta, uel si to ierandā iudicaretur, ut secundum se licita, tolleretur ratio scandali apud ecclesias alias. Et per hæc patet solutio omniū obiectorū. Hæc sunt quæ de hac q. noua mihi occurrerunt, in quibus libentius audirē apostolicæ sedis sententiam, quam propriam proferrem opinionem.

¶ *Super Quæstionis ipsius septimæ articulum secundum.*

Opus hoc.

Titulus clarus est.

¶ In corpore triplex ratio imponē di nomina refertur. Deinde respondetur quæsito. Nomina debent imponi a proprietatibus rerū, uel imponuntur a circunstantibus quomodolibet, uel significant aliquod gratuitū donum diuinitus illis datum. Primum declaratur in nominibus generum & specierū. Secundum, in singularium nominibus. Tertium, in nominibus diuinitus impositis.

¶ Conclusio responsiua est. Conuenienter uocatum est nomen Christi Iesus, idest, saluator: quia fuit impositum diuinitus angelo nuntiante, & Christo hoc munus gratiæ collatum est, ut esset saluator omnium.

raret, & spiritualiter nos faceret mori peccato, ita etiam & circūcisionem, quę est remedium originalis peccati, susceptt absque hoc q̄ haberet originale peccatum, vt nos a legis iugo liberaret, & vt in nobis spiritualem circuncisionem efficeret, vt scilicet susciendo figuram, impleret veritatem.

Articvlvs II.

Vtrum conuenienter fuerit Christo nomen impositum.

Ad secvndvm sic procedi-
tur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christo nomen impositum. Veritas enim euangelica debet prænuntiationi p̄pheticæ respondere: sed prophetæ aliud nomen de Christo prænuntiauerunt: dicitur enim Isa. 7. Ecce, virgo cōcipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et 8. Voca nomē eius, accelera, spolia, detrahe, festina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. & Zach. 6. dicitur, Ecce, vir, Oriens nomē eius. ergo inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus.

¶ 2 Præt. Isa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomē nouum, quod os domini nominauit: sed hoc nomen Iesus non est nomen nouum, sed pluribus fuit in veteri testamento impositum, vt patet etiam ex ipsa genealogia Christi Luc. 3. ergo videtur quòd inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus.

¶ 3 Præt. Hoc nomen Iesus salutem significat, vt patet per id, quod dicitur Matth. 1. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum: sed salus p̄ Christum non est facta solum in circuncisione, sed etiā in præputio, vt patet per Apost. Rom. 4. Inconuenienter ergo hoc nomen fuit Christo impositum in sua circuncisione.

Sed contra est auctoritas scripturæ, in qua dicitur Luc. 2. quòd postquàm consumati sunt dies octo, vt circunciderētur puer, vocatum est nomen eius Iesus.

Respon. Dicēdum, quòd nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierum: quia, vt dicitur 4. Metaph. ratio, quam significat nomē, est definitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominū semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel a tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel a cognatione: sicut cum filio imponitur nomen patris, vel alicuius de cognatione eius: sicut propinqui Ioannis Baptistæ volebant eum vocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioānem: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manassem, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum. Genes. 41. Vel etiā ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Genes. 25. dicitur, quòd quia qui primus egressus est de vtero matris, rufus erat, & totus in morē pellis hispidus, vocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponūtur aliquibus diuinitus, semper significāt aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum: sicut Gen. 17. dictum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Et Matt. 16. dictum est Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quia igitur Christo hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur, ideo conueniēter vocatum est nomen eius Iesus, idest, Saluator, angelo hoc nomen prænuntiante, non solum matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

Ad primvm ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominibus quodammodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum salutis. Nam in hoc quòd dicitur, Emanuel, quod interpretatur, nobiscū Deus, designatur causa salutis, quæ est vnio diuinæ & humanæ naturæ in persona filij Dei, per quā factum est, vt Deus esset nobiscum, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quòd dī, Voca nomen eius accelera, spolia, detrahe, &c. designatur a quo nos saluauit, quia a diabolo, cuius spolia abstulit, secundum illud Coloss. 2. Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autē quod dicitur, Vocabitur nomen eius admirabilis &c. designatur via & terminus nostræ salutis, inquantum scilicet admirabili diuinitatis consilio & virtute, ad hæreditatem futuri sæculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei, sub ipso principe Deo. Quod vero dicitur, Ecce vir, Oriens nomen eius, ad idem refertur ad quod primum, scilicet ad incarnationis mysterium, secundum quòd exortum est in tenebris lumen rectis corde.

Ad secvndvm dicēdum, q̄ his qui fuerunt ante Christum, potuit conuenire hoc nomen Iesus secundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliquā particularem & temporalem salutem attulerunt: sed secundum rationem spiritualis & vniuersalis salutis hoc nomen proprium est Christo, & secundum hoc dicitur esse nomen nouum.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut Genes. 17. legitur, simul Abraham susceptt nominis impositionem a Deo, & circūcisionis mandatum: & ideo apud iudæos consuetum erat, vt ipso die circuncisionis nomina pueris imponerentur, quasi ante circuncisionem perfectum esse non habuerint: sicut etiam nunc pueris in baptismo nomina imponuntur. Vnde super illud Prouerbio. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit gloss. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura attestatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi numquàm esset, de vita decessit? Et ideo Christus simul cum fuit circuncisus, nominis impositionem accepit.

¶ *Super Quæstionis trigesimæseptimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio responsiua quæsito: Christus conuenienter in templo oblatus est, cum oblatione. Probatur: Christus uoluit sub lege fieri, & ex mulie re natus primogenitus est. ergo conueniē ter &c. antecedens Op. 40. ar. 8. quo ad primam partem declaratur ex fine: quia ut eos q sub lege erāt, redimeret, & iustificationem spiritualem in membris suis impleret. Quo ad secundam est per se euidens. Consequentia probatur: qa in lege erāt circa primogenitum duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum. & utrūque in Christo seruatum est. Litera est clara.

¶ Sed circa rationem in litera redditam de sacrificio præcepto Leuit. 12. quia scilicet pro peccato prolis offerebatur, dubium occurrit: tum quia peccatum originale prolis iam expiatum erat octauo die per circūcisionem: tum quia in textu illo expresse dicitur. Et orabit pro ea scilicet matre, sacerdos & mundabitur, & non dicitur, Orabit pro filio. male ergo in litera dicitur, q offerebatur pro peccato prolis.

¶ Ad huius euidentiā considerādum est, q litera illius textus, ut glossa ex Augu. dicit, dupliciter legi pōt. Primo, ut ly pro filio uel filia, referatur ad oblat onem. Et hunc Art. 7. huius q. in corp. & ad 3. sēsum secutus est Auctor sequens August. probantem hunc sensum, ex uerbis scilicet, Lucæ, dicentis: Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim quòd dixit: pro eo, & non pro matre ostendit quòd illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: constat autem quòd tunc offerebant, ut prædixerat Euangelista. ergo. Alio modo, ly pro filio aut filia, refertur ad purgationis terminationem, & secundum hunc sensum ab alijs exponitur, & remanet indecisum pro quo fiat oblatio, an pro filio, an pro matre, quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa utriusque expositionis est capax, quia potest cum utraque oratione (tam scilicet antecedente de termino purgationis quàm subsequente de oblatione) construi ly pro filio uel filia positum in medio utriusque orationi, ideo ambiguus restat sensus, quantum est ex litera illa. Libera uidetur cuique sua opinio quòd uel pro peccato prolis vel matris offerebatur. Et quidem quòd pro peccato oblatio fieret, textus clare dicit. Et ideo dicere, quòd pro sola irregularitate corporea hoc fieret, alienum a litera est dicente, animal unum pro peccato & aliud pro holocausto offerri. Dicere autem quòd pro peccato matris quod non pariendo, sed concumbendo commisit, quia communiter aliquod ueniale peccatum in actu illo internenit, omnino irrationabile non est: ex litera tamen non habetur, quæ orationem qui dem pro matre fieri mandat, oblationem autem non dicit fieri pro matre. Habetque contra se hæc opinio uerbum inductum ex Euangelista, quod potest glossari, quòd intelligitur ratione præsentationis primogeniti, & oblationis pro holocausto. Cū induceerent eum ut faceret pro eo hæc secundum consuetudinem legis, ut sic oblatio pro peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶ Et licet hæc glossa non appareat conuincibilis de falsitate, si tamen patrum regulas sequendo, in rationem declinare debemus partem, dicendum est, quòd pro filio seu filia oblatio fiebat & in holocaustum, & pro peccato: tum quia euangelistæ auctoritas indistincte tradit, quòd pro puero hæc faciebant: tum quia Augustin. tanti facit hæc euangelistæ uerba, ut dicat conuinci ex his uerbis oblationem fieri pro filio seu filia; tum quia hoc etiam sentit glo. ordinaria ibidem, ultra illam ex Augustino allatam, & diui Thomæ accedit non posthabenda auctoritas: pro matris autem peccato oblationem fieri nulla tradit scripturæ auctoritas, dicente expresse textu mundationem matris esse corpoream, dum dicit, Et rogabit pro ea sacerdos, & sic mundabitur a profluuio sanguinis sui, & non dixit a peccato: pro quo tamen offerri mandatur.

¶ Ad obiectionem autem, quòd originale peccatum iam expiatum erat per circumcisionem, dicitur, quòd quia peccatum originale plura in se continet, scilicet maculam cum reatu æternę pœnæ damni, & fomitem, non inconuenit pro peccato originali remissio quo ad maculam com reatu æternæ pœnæ damni, offerre ut expietur aliqualiter quo ad fomitem, ut scilicet proles minus prona sit ad malum. Et tanto magis hoc erat tunc necessarium, quanto per circumcisionem minor gratia conferebatur, quàm nunc per baptismum, ut sic adiunctum hoc sacrificium circumcisioni, accederetur ad gratiam baptismalem, vel propius ad illam, non ex opere aliquo sacramentali, sed ex deuotione & fide oblati sacrificij, patre misericordiarum largiente.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christus in templo oblatus. Dicitur enim Exod. 12. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulnam in filijs Israel: sed Christus exiuit de clauso uirginis utero, & ita matris uuluam nō aperuit. ergo Christus ex hac lege non debuit in templo offerri.

¶ 2 Præt. Illud, quod est semper præsens alicui, non potest ei præsentari: sed Christi humanitas semper fuit Deo maxime præsens, ytpote ei coniuncta in vnitate personæ. ergo non oportuit, quòd coram domino sisteretur.

¶ 3 Præt. Christus est hostia principalis, ad quā omnes hostiæ veteris legis referuntur, sicut figura ad veritatem: sed hostiæ non debet esse alia hostia. ergo non fuit conueniens, vt pro Christo alia hostia offerretur.

¶ 4 Præt. Inter legales hostias pcipua fuit agnus, q erat iuge sacrificium, vt habetur Num. 28. vnde etiā Christus dicitur agnus, Io. 1. Ecce agnus Dei. magis ergo fuit conueniens, q pro Christo offerretur agnus, q par turturū, vel duo pulli columbarum.

SED IN CONTRARIVM est, auctoritas scripturæ, quæ hoc factum esse testatur, Luc. 2.

RESPON. Dicendū, q sicut dictū est, * Christus voluit sub lege fieri, vt eos qui sub lege erāt, redimeret, & vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur. De prole autē nata, duplex præceptū in lege traditur. Vnū qdē generale, quo ad omnes, ut. s. completis diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio, siue pro filia, ut habetur Leuit. 12. & hoc quidē sacrificium erat & ad expiationē peccati, in quo proles erat concepta & nata, & ad consecrationem quandam ipsius: quia tunc primo presentabatur in templo: & ideo aliquid offerabatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus, quàm in iumentis: sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum filiorum Israel, pro eo q ad libe rationem populi Israel percussē rat primogenita Aegypti, ab homine vsque ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exo. 13 in quo etiam præfigurabaī Christus, q est primogenitus in multis fratribus, ut dicitur Roma. 8. Quia igitur Christus ex muliere natus, erat quasi primogenitus, & uoluit fieri sub lege, hæc duo Euangelista Lucas circa eū fuisse obseruata ostendit. Primo quidem id, quod pertinet ad primogenitos, cum dicit, Tulerunt illū in Hierusalem, ut sisterent eum dño, sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinū ada periēs vuluam, sanctum dño uocabitur. Secūdo illud, quod pertinet communiter ad omnes, cū dicit, Vt darent hostiam, secundum quòd dictum erat in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q sicut Greg. Nissen. dicit, illud legis preceptū in solo incarnato Deo singulariter & ab aliis differenter impleri vī. ipse namq; solus ineffabiliter conceptus ac incomprehensibiliter editus, virginalē uterum aperuit, non antea

connubio reſeratum, ſeruans & poſt partum inuio labiliter ſignaculū caſtitatis. Vnde qđ dicit, adaperiens vuluam, deſignat, ꝙ nihil antea inde intrauerat uel exiuerat. Et per hoc etiā ſpecialiter dicitur maſculinus, quia nihil de femineitate culpæ portauit. Singulariter ēt ſanctus, quia terrenę cōtagia cor ruptelæ, immaculati partus nouitate non ſenſit.

A

Ad secvndvm dicendum, quòd ſicut filius Dei non propter ſeipſum factus eſt homo & circunciſus in carne, ſed ut nos per gratiam faceret Deos, & ut ſpiritualiter circuncidamur, ſic propter nos ſiſtitur domino, ut diſcamus Deo p̄ſentare noſmetipſos. Et hoc poſt circunciſionem eius factum eſt, ut oſtenderet neminem niſi circunciſum vitijs, dignum eſſe diuinis conſpectibus.

B

Ad tertivm dicendum, quòd propter hoc ipſum uoluit hoſtias legales pro ſe offerri, qui erat uera hoſtia, ut figura ueritati coniungeretur, & per ueritatem figura approbaretur, contra illos, qui Deum legis negant a Chriſto fuiſſe in euangelio prædicatum. Non enim putandum eſt, ut Orig.* dicit, quòd filium ſuum bonus Deus ſub lege inimici fecerit, quam ipſe non dederat.

Hom. 14. in Luc. 2. ante ſelio illius, tom. 2.

Ad qvartvm dicendum, quòd Leuit. 12. præcipitur, ut qui poſſent, agnum pro filio aut filia, ſimul & turturem ſiue columbam offerrent: qui uero nō ſufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbarum pullos offerrent. Dominus ergo, qui cum diues eſſet, propter nos egenus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſemus, ut dicitur 2. ad Cor. 8. pro ſe pauperum hoſtiam uoluit offerri: ſicut & in ipſa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præſepio. Nihilominus tamen, huiuſmodi aues figuræ congruunt: turtur enim quia eſt auis lo quax, prædicationem, & confeſſionem fidei ſignificat: quia uero eſt animal caſtum, ſignificat caſtitatem: quia uero eſt animal ſolitarium, ſignificat contemplationem. Columba vero eſt animal manſuetum & ſimplex, manſuetudinem & ſimplicitatem ſignificās. Eſt etiam animal gregale: unde ſignificat uitam actiuam: & ideo huiuſmodi hoſtia figurabat perfectionem Chriſti & membrorū eius. Vtrumq; etiam animal propter conſuetudinem gemendi, præſentes ſanctorū luctus deſignat: ſed turtur, quæ eſt ſolitaria, ſignificat ſecretas orationum lachrymas. Columba uero, quæ eſt gregalis, ſignificat publicas orationes eccleſiæ. Vtrumque uero animal duplicatum offertur, ut ſanctitas ſit non ſolum in anima, ſed etiam in corpore.

C

D

¶ *Super Quæſtio. 37. Art. quartum.*

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vna concluſio. Mater Chriſti conuenienter purganda acceſsit. Probatur. Sicut gratia a Chriſto in matre, ita & humilitas. ergo ſicut Chriſtus ſub lege, ita & mater. Antecedens probatur: quia humilibus datur gratia. Conſequentia eſt euidens: quia ad humilitatem matris ſpectare conſtat purgationem matris.

Quæſtio.

Antecedens ad 1.

Articvlvs IIII.

Vtrum mater Dei conuenienter ad templum purganda acceſserit.

Ad qvartvm ſic procedit. Vī, ꝙ inconuenienter mater Dei purganda ad templum acceſſerit. Purgatio enim, nō uidetur eſſe niſi ab immūditia: ſed in beata Vergine nulla fuit immunditia, ut ex ſupra dictis patet. * ergo non debuit, ut purganda ad templum accedere.

¶ 2 Præt. Leu. 12. dicitur, Mulier quæ ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptē diebus: & ideo præcipitur quòd nō ingrediatur ſanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius: ſed beata Virgo peperit maſculum ſine uirili ſemine. non ergo debuit ad templum uenire purganda.

E

¶ 3 Præt. Purgatio ab immunditia non fit niſi per gratiam: ſed ſacramenta ueteris legis gratiam non conferebant, ſed ipſa potius ſecum gratiæ actorem habebat. non ergo conueniens fuit, ut ad templum purganda ueniret.

Sed contra eſt, auctoritas ſcripturæ, qua dicitur Luc. 2. quòd impleti ſunt dies purgationis Mariæ, ſecundum legem Moyſi.

Respon. Dicendum, quòd ſicut plenitudo gratiæ a Chriſto deriuatur in matrem, ita decuit ut mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, ut dicitur Iacobi 4. Et ideo ſicut Chriſtus licet non eſſet legi obnoxius, uoluit tamē circūciſionem & alia legis onera ſubire, ad demonſtrandum humilitatis & obedientiæ exemplum, & ut approbaret legem, & ut calumniæ occaſionem iudæis tolleret, propter eādem rationem uoluit & matrem ſuam implere legis obſeruantias, quibus tamen non erat obnoxia.

F

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, uoluit tamē purgationis obſeruantiam implere, non propter indigentiam, ſed propter legis præceptum: & ideo ſignanter euāgeliſta dicit, quòd completi ſunt dies purgationis eius ſecūdum legem: ipſa enim ſecundum ſe purgatione non indigebat.

Ad secvndvm dicendum, quòd ſignanter Moyſes uidetur fuiſſe locutus ad excipiendā ab immunditia matrem Dei, quæ non peperit ſuſcepto ſemine. Et ideo patet, quòd non obligabatur ad impletionem illius præcepti, ſed uoluntarie purgationis obſeruantiam adimpleuit, ut dictum eſt. *

In corp. art.

Ad tertivm dicendum, quòd legalia ſacramenta non purgabant ab immūditia culpæ, quæ fit per gratiam, ſed hanc purgationem præfigurabant: purgabant autem purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiuſdam, ſicut in ſecunda parte † dictum eſt. Neutram tamen immunditiam beata Virgo contraxerat: & ideo non indigebat purgari.

1. 2. q. 102. art. 5.

Qvæstio XXXVIII.

De baptiſmo Ioannis, in ſex articulos diuiſa.

¶ *Super Quæſtio. 38. Art. primum.*

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vna concluſio. Conueniens fuit Ioannem baptizare. Probatur quadrupliciter. Litera ordinata eſt & clara.

Deinde conſiderandum eſt de baptiſmo, quo Chriſtus baptizatus eſt. Et quia Chriſtus baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, Primo conſiderandum eſt de baptiſmo Ioannis in cōmuni. Secūdo, de baptizatione Chriſti.

Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit, quòd Ioannes baptizaret.

¶ Secundò, Vtrum ille baptiſmus fuerit a Deo.

¶ Tertiò, Vtrum contulerit gratiam.

¶ Quartò, Vtrum alij præter Chriſtum illo baptiſmo debuerint baptizari.

¶ Quintò, Vtrum baptiſmus ille ceſſare debuerit Chriſto baptizato.

¶ Sextò, Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis eſſent poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti.

ARTICVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.

1. dist. 2. q. 2. art. 2. ad 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramẽtalis ad aliquã pertinet legẽ: sed Ioannes nõ introduxit nouã legem. ergo inconueniens fuit ꝙ nouum ritũ baptizandi introduceret.

¶ 2 Præt. Ioannes fuit missus a Deo in testimonium tamquàm propheta, secũdum illud Luc. 1. Tu puer propheta Altissimi uocaberis. sed prophetę qui fuerunt ante Christum, non introduxerunt nouum ritum, sed ad obseruantiam legalium rituum inducebant, ut patet Malach. vlti. Mementote legis Moysi serui mei. ergo nec Ioãnes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3 Præt. Vbi est alicuius rei superfluitas, non est additum aliquid addendum: sed iudęi excedebant in superfluitate baptismatum: dicitur enim Marci. 7. ꝙ pharisæi & omnes iudæi nisi crebro lauent manus, non manducant, & a foro uenientes, nisi baptizentur non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & urceorum, & æramentorum & lectorum. ergo inconueniens fuit, quòd Ioannes baptizaret.

SED CONTRA est, auctoritas scripturæ, Matth. 3. vbi præmissa sanctitate Ioannis, subditur, quòd exibant ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

RESPON. Dicendum, quòd conueniens fuit Ioannem baptizare propter quatuor. Primo quidẽ, qa oportebat Christum a Ioanne baptizari, ut baptismum consecraret. ut Aug. * dicit super Ioannem. Secundo, ut Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioãnis primo, ut manifesterur, scilicet Christus in Israel: propterea ueni ego in aqua baptizans: concurrentibus enim turbis ad baptismum annuntiabat Christum: quod quidem facilius sic factum est, quàm si per singulos discurrisset, ut chrysosto. * dicit super Ioannem. Tertio, ut suo baptismo assuefaceret homines ad baptismum Christi. Vnde Greg. † dicit in quadam Homi. quòd ideo Ioannes baptizauit, ut præcursionis suæ ordinem seruans, qui nascituru dominum nascendo præuenerat, baptizando quoque, baptizaturum prę ueniret. Quarto, ut ad pœnitentiam homines inducens, homines præpararet ad digne suscipiendũ baptismum Christi. Vnde ibidẽ Beda dicit, ꝙ quãtum catechumenis nondum baptizatis potest doctrina fidei, tantum profuit baptisma Ioannis ante baptisma Christi: quia sicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptismum Christi prænuntiabat, & in cognitionem ueritatis quæ mundo apparuit attrahebat: sic ministri ecclesiæ primo eruditi, post peccata eorum redarguunt, demum in baptismo Christi remissionem peccatorum promittunt.

Haberur ex serm. 1. de Epip. to. 10.

Chryso. ho. 16. in Io. ante med. to. 3. homi. 7. in euang. parũ ante med.

D. 263.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus Ioannis non erat per se sacramentum: sed quasi quoddam sacramentale, disponens ad baptismum Christi: & ideo aliqualiter pertinebat ad legẽ Christi, non autem ad legem Moysi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Ioannes non solum fuit propheta, sed plusquàm propheta, ut dicitur Matthæ. 11. fuit enim terminus legis & initium euangelij: & ideo magis pertinebat ad eum, uerbo & opere inducere homines ad legẽ Christi, quàm ad obseruantiam veteris legis.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptismata illa pharisæorum erant inania, vtpote ad solam mũditiam carnis ordinata: sed baptismus Ioannis ordinabatur ad mũditiam spiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam, ut dictum est. *

In corp.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptismus Ioannis fuerit a Deo.

¶ *Super Quæstio. 38. Art. secundum.*

4. dist. 2. art. 4. q. 3.

TIculus, quæstionem a domino pharisæis propositã mouet.

¶ In corpore unica est distinctio bimembris cum conclusione bimembri. Distinctio est: Baptismus Ioannis uel quo ad eius ritum, uel quo ad eius effectum. Conclusio est. Baptismus Ioannis quo ad ritum erat a Deo, qua ad proprium effectum fuit ab homine. Probatur quo ad primã partẽ: quia ex instinctu Spiritussanctι baptizabat, dicente ipso Io. 1. Qui me misit baptizare in aqua. Quo ad secundam partẽ: quia nihil efficiebat, quod homo efficere nõ potuisset, hoc est, quia non conferebat aliquod spirituale.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus Ioannis non fuerit a Deo. Nihil enim sacramentale quod est a Deo, denominatur ab homine puro, sicut baptismus nouæ legis nõ dicitur Petri uel Pauli, sed Christi: sed ille baptismus denominatur a Ioanne, secundum illud Matth. 21. Baptismus Ioannis, unde erat, e cœlo an ex hominibus? ergo baptismus Ioannis non fuit a Deo.

¶ 2 Præt. Omnis doctrina de nouo a Deo procedens, aliquibus signis confirmatur: unde & Dominus Exo. 4. dedit Moysi potestatem signa faciendi. Et Heb. 2. dicitur, Cum fides nostra principium accepisset enarrari a Deo, per eos, qui audierunt, in nos cõfirmata est, contestante Deo signis & prodigijs: sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. Ioannes signum fecit nullum. ergo uidetur quòd baptismus quo baptizauit, non esset a Deo.

¶ 3 Præt. Sacramenta quæ sunt diuinitus instituta, aliquibus sacræ scripturæ præceptis continentur: sed baptismus Ioannis non præcipitur aliquo præcepto sacræ scripturæ. ergo videtur quòd non fuerit a Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris spiritum &c.

RESPON. Dicendum, quòd in baptismo Ioannis duo possunt considerari, scilicet ipse ritus baptizandi, & effectus baptismi. Ritus quidẽ baptizandi non fuit ex hominibus, sed a Deo, qui familiari Spiritussancti reuelatione Ioannem ad baptizandum misit. Effectus autem illius baptismi fuit ab homine: quia nihil in illo baptismo efficiebatur quod homo facere non posset. Vnde non fuit a solo Deo, nisi inquantum Deus in homine operatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per baptismum nouę legis homines interius per Spiritumsanctum baptizãtur, quod facit solus Deus. Per baptismum autem Ioannis, solum corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matth. 3. Ego baptizo uos in aqua, ille uos baptizabit in Spiritusancto. Et ideo baptismus Ioannis denominatur ab ipso: quia scilicet nihil in eo agebatur, quod ipse non ageret. Baptismus autem nouæ legis non denominatur a ministro, qui principalem baptismi effectum nõ agit, scilicet interiorem emundationem.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ tota doctrina & operatio Ioannis ordinabat ad Christũ, qui multitudine signo-

signorum, & suam & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autem Ioānes signa fecisset, homines ex æquo Ioanni & Christo attendissent: & ideo vt homines principaliter Christo intenderent, nō est datū Ioanni, vt faceret signum: iudæis tñ quærentibus quare baptizaret, confirmauit suum officium auctoritate scripturæ, dicens, Ego vox clamantis in deserto &c. vt dicitur Ioan. 2. Ipsa etiam austeritas vitæ, eius officium commendabat, quia ut Chrysost. * dicit super Matth. mirabile erat in humano corpore tantam patientiam videre.

Hemil. 10. in Matth. ante med. tom. 1.

Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis nō fuit ordinatus a Deo, nisi ut modico tempore duraret, propter causas prædictas. † Et ideo non fuit commendatus aliquo præcepto communiter edito in sacra scriptura, sed familiari quadam reuelatione Spiritussancti, ut dictum est. *

In art. 1. huius quæst.

Ex art. 1. huius q.

Articvlvs iii.

Vtrum in baptismo Ioannis, gratia daretur.

Circa Quæstionis 3. Articulum tertium.

Ad tertium sic proceditur. Videtur q̄ in baptismo Ioannis gratia daretur. Dicitur enim Marci 1. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sed pœnitentia & remissio peccatorum est per gratiam. ergo baptismus Ioannis gratiam conferebat.

4. dist. 2. q. 2. art. 3. q. 2. cor.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio trimembris. Baptismus Ioannis non conferebat gratiam, sed præparabat ad eam triplicit. Probatur conclusio. Primo, quo ad primas partes final. Tota doctrina & operatio Ioannis erat præparatoria ad Christum, per quem conferenda erat gratia. ergo baptismus Ioannis non conferebat gratiam, sed præparabat ad illā. Antecedens quo ad primam eius partem et dictis patet: quo ad secundam vero Ioan. 1. Gratia per Iesum Christum facta est. Consequentia nec ro probatur: quia minister ac inferioris artificis, non est inducere formam principalis artificis, sed præparare ad illam. Deinde conclusio declaratur quo ad vltimam partem tripliciter, scilicet per doctrinam ad fidem, per baptizationem ad ritum baptismi, per pœnitentiam ad gratiam effectus baptismi.

Beda li. 1. in Luc. 3. super illud: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.

¶ In responsione ad primum, differentia inter expositionem primam ex Beda & tertiam ex Hier. est: qa in prima ad duo baptismata referuntur illa duo uerba, baptizare & prædicare: primum ad baptismum Ioannis: secundum ad baptismum Christi. In tertia vero ad idem baptisma, scilicet Ioannis referuntur ambo, & uerificatur q̄ dispositiue in remissionem peccatorum baptizabat, & prædicabat ad perfectionem gratiæ per Christum. Et si quærat quis, in quo ergo differt tertia a secunda expositione, respondeatur, quòd tertia ordinem Ioannis ad Christum respicit: & ideo illud idem quod Christus perfecturus erat, Ioannes inchoatiue facere dicitur. Secunda autem, ordinem baptismi dati a Ioanne ad pœnitentiam respicit: & ideo dicitur quòd & baptizabat & prædicabat baptismum suum pœnitentiæ, hoc est inducentem ad pœnitentiam, per quam fit remissio peccatorum.

Hemil. 1. in exam. prima ante med.

Art. 1. huius quæst.

Sup. illud Mar. 1. fuit Ioannes in deserto baptizans. Est c. 3. secundū ordinem Bedæ.

¶ 2 Præt. Baptizandi a Ioanne cō fitebantur peccata sua, ut habetur Matthæ. 3. & Marci 1. sed confessio peccatorum ordinatur ad peccatorum remissionem, quæ fit per gratiam. ergo in baptismo Ioannis, gratia conferebatur.

¶ 3 Præt. Baptismus Ioannis p̄pinquior erat baptismo Christi, quàm circuncisio: sed per circuncisionem remittebatur peccatum originale: quia, ut * Beda dicit, idē salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quòd nunc baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore consueuit. ergo multo magis baptismus Ioannis remissionem peccatorum operabatur, quod sine gratia fieri non potest.

Beda li. 1. in Luc. 3. super illud: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam.

Sed contra est, quod Mat. 3. dicitur, Ego quidem baptizo uos in aqua in pœnitentiam, Quod exponens Gregor. * in quadam Homil. dicit, Ioannes non in spiritu, sed in aqua baptizat, quia peccata soluere non ualebat; sed gratia est à Spiritusancto, & per eam peccata tolluntur. ergo baptismus Ioannis gratiam nō conferebat.

Supra illud Mar. 1. prædicans baptis. pœnit. to. 9.

Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est, * tota doctrina, & operatio Ioannis præparatoria erat ad Christum: sicut ministri & inferioris artificis est præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum, secundum illud Ioann. primo. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo, per doctrinam Ioannis inducentem homines ad fidē Christi. Alio modo, assuefaciendo homines ad ritum baptismi Christi. Tertio modo, per pœnitentiam, præparando homines ad suscipiēdum effectum baptismi Christi.

Ad primum ergo dicendum, quòd in illis verbis (ut Beda dicit †) potest intelligi duplex baptismus. Vnus quidem, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptismus pœnitentiæ: qa scilicet ille baptismus erat quoddam inductiuum ad pœnitentiam, & quasi quædam protestatio, qua profitebantur homines se pœnitentiam acturos. Alius autem est baptismus Christi per quem peccata remittuntur, quem Ioannes dare non poterat: sed solum prædicabat, dicens, Ille uos baptizabit in Spiritusancto. Vel potest dici, quòd prædicabat baptismum pœnitentiæ, idest, inducentem ad pœnitentiam: quæ quidem pœnitentia ducit homines in remissionem peccatorum. Vel potest dici, quòd per baptismum Christi, vt Hiero. dicit, * gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem consumatur per sponsum, initiatur per paranymphum, scilicet per Ioannem. Vnde dicitur, quòd baptizabat, & prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, non quia hoc ipse perficeret, sed quia præparando ad hoc homines disponebat.

Ad secundum dicendū, quòd illa confessio peccatorum non fiebat ad remissionem peccatorum statim per baptismum Ioannis exhibendam: sed consequendam per pœnitentiam consequentem, & per baptismum Christi, ad quem pœnitentia illa præparabat.

Ad tertium dicendum, quòd circuncisio instituta erat ad remediū originalis peccati: sed baptismus Ioannis ad hoc non erat institutus, sed solum erat præparatorius ad baptismum Christi, ut dictum est. * Sacramenta autem ex ui institutionis, suum habent effectum.

In corp. & art. 1. huius quæst.

Articvlvs iiii.

¶ Super Quæstionis trigesimæoctaue Articulum sextum.

Vtrum alij præter Christum, baptismo Ioannis baptizari debuerint.

Titulus clarus est.

4. dist. 2. q. 2. art. 3. q. 2.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur q̄ baptismo Ioannis solus Christus debuerit baptizari: quia sicut dictum est, * ad hoc Ioannes baptizauit, ut Christus baptizaretur, si cut August. † dicit super Ioannem: sed qđ est proprium Christo, non debet aliis conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptismo baptizari.

¶ In corpore vna conclusio: Baptismo Ioannis alij debuerunt baptizari. Probatur dupliciter: litera clara est.

* Artic. 1.

Tracta. 13. in Io. inter pri. & medium, tom. 9.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliquid

a baptismo, aut baptismo aliquid confert: sed a baptismo Ioānis nullus aliquid accipere poterat (quia in eo gratia non conferebatur, vt dictum est *) nec aliquis baptismo aliquid conferre poterat, nisi Christus, qui tactu mundissimæ suæ carnis aquas sanctificauit. ergo videtur, quòd solus Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

Art. præced.

¶ 3 Præterea. Si alij illo baptismo baptizabātur, hoc non erat, nisi vt præpararentur ad baptismum Christi, & sic cōueniens videbatur, quòd sicut baptismus Christi omnibus confertur, & magnis & paruis, & Gentilibus & Iudæis, ita etiam & baptismus Ioannis conferretur: sed non legitur quòd ab eo pueri baptizarentur, nec etiā Gentiles: dicitur enim Mar. 1. quòd egrediebantur ad illum Israelitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo. ergo videtur quòd solus Christus a Ioanne debuerit baptizari.

SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. 3. Factum est, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante aperti sunt cœli.

RESPON. Dicendum, quòd duplici de causa oportuit alios a Christo baptizari baptismo Ioannis. Primò quidem, vt Augustin. * dicit super Ioan. quia si solus Christus baptismo Ioannis baptizatus esset, non defuissent qui dicerent, baptismū Ioannis, quo Christus est baptizatus, digniorem esse baptismo Christi, quo alij baptizantur. Secundò, quia oportebat per baptismum Ioannis alios ad baptismum Christi præparari, sicut dictum est. *

Tract. 4. in Ioan. à med. & trac. 5. in cæter princ. & med. tom. 9.

Artic. 1. & 3. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ non propter hoc solum fuit Ioannis baptismus institutus, vt Christus baptizaretur, sed etiam propter alias causas, vt dictum est. * Et tamen si ad hoc solum esset institutus, vt Christus eo baptizaretur, oportebat prædictū inconueniens vitari, alijs hoc baptismo baptizatis.

Art. 1. huius quæst.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ alij qui ad baptismū Ioannis accedebant, non poterant quidem baptismo aliquid conferre, nec tamen a baptismo gratiam accipiebant, sed solum pœnitentiæ signum.

AD TERTIVM dicēdum, quòd quia ille baptismus erat pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptismo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem gētibus viam salutis, soli Christo reseruabatur, qui est expectatio gentium, vt dicitur Genes. penult. sed & ipse Christus Apostolis inhibuit Gentilibus Euangelium prædicare, ante passionem & resurrectionem: vnde multò minus conueniebat per Ioannem Gentiles ad baptismum admitti.

¶ *Super Quæstionis 38. Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio: Baptismus Ioannis nō debuit cessare Christo baptizato. Probatur quadruplicīter.

4. dist. 2. q. 2. art. 1. q. 3. ad 1. & q. 4. per totum.

¶ In prima ratione ex Chrysost. aduerte nouitie, quòd si Christo baptizato Ioannes cessasset, putari potuisset, quòd tantæ Christi excellentiæ in baptismo monstratæ inuidisset Ioānes, & cessando

ARTICVLVS V.

Vtrum baptismus Ioannis debuerit cessare Christo baptizato.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q̄ baptismus Ioannis cessare debuerit, postquam Christus fuit baptizatus. Dicitur enim Ioann. 1. Vt manifestetur in Israel, ꝓpterea veni in aqua baptizans: sed Christo baptizato sufficienter fuit manifestatus, tum per testimonium Ioannis, tum per descensum columbæ, tum etiam testimonio paternæ vocis. ergo videtur, quòd non debuerit postea baptismus Ioannis durare.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit super Ioan. baptizatus est Christus, & cessauit Ioannis baptismus. ergo videtur, q̄ Ioannes post Christum baptizatum, nō debuerit baptizare.

¶ 3 Præt. Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismū Christi: sed baptismus Christi incœpit statim Christo baptizato: quia tactu suæ mūdissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis, vt Beda dicit. ergo videtur quòd baptismus Ioannis cessauerit Christo baptizato.

Trahe. Ioan. med. 1. tom. 9.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioann. 3. q̄ venit Iesus in Iudæam terram, & baptizabat: erat autem & Ioannes baptizans; sed Christus non baptizauit, nisi postquā fuit baptizatus. ergo videtur, q̄ postquam Christus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

RESPON. Dicendum, quòd baptismus Ioannis cessare non debuit Christo baptizato. Primò quidē, quia, vt Chrysost. * dicit, si cessasset Ioannes baptizare Christo baptizato, existimaretur q̄ zelo, vel ira hoc faceret. Secundò, quia si cessasset a baptizando, Christo baptizante, discipulos suos in maiorē zelū immisisset. Tertiò, quia persistens in baptizādo, suos auditores mittebat ad Christū. Quartò, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra veteris legis, nec debuit præcursor cessare, donec veritas manifestaret.

Homil. 28. Io. non n tum rem a princ.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ nondum Christus erat plene manifestatus eo baptizato: & ideo adhuc necessarium erat, quòd Ioannes baptizaret.

AD SECVNDVM dicendum, quòd baptizato Christo cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim, sed eo incarcerato. Vnde Chrysostom. * dicit super Ioannem, æstimo propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de medio, Christum maxime prædicare cœpisse, vt omnis multitudinis affectio ad Christum transiret, & non ultra his, quæ de vtroque erant, sententijs scinderetur.

Homil. 28. Ioan. non i morea pri tom. 3.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptismus Ioannis præparatorius erat, non solum ad hoc, q̄ Christus baptizaretur, sed etiā ad hoc, quòd alij ad Christi baptismum accederent: quod nondum fuit impletum Christo baptizato.

ARTICVLVS VI.

Vtrum baptizati baptismo Ioannis, essent postea baptismo Christi baptizandi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videt̄, q̄ baptizati baptismo Ioannis, non fuerint baptizandi baptismo Christi. Ioannes enim nō fuit minor Apostolis, cum de eo scriptum sit Matt. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed illi qui baptizabantur ab Apostolis, non iterū baptizabantur, sed solūmodo addebatur eis impositio manuum. Dicitur enim Act. 8. quòd aliqui baptizati tantum erant a Philippo in noīe Domini Iesu, tunc Apo-

¶ *Super Quæstionis trigesimæoctauæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primò, recitatur opinio Magistri sentent. Secundò, respondetur quæsito. Opinio Magistri distinguit duplicem dispositionem baptizatorum a Ioanne (vt patet in litera) & quosdam rebaptizādos baptismo Christi, & quosdam non, dicit,

Infr. q. 66. tic. 9. art. 1. 4. dist. 2. q. 1. art. 4.

¶ Quò ad secundum Auctor simpliciter dicit, quòd omnes baptizati a Ioannē baptizandi erant baptismo Christi, & propte-

propterea pro vna parte consentit Magistro, pro alia contradicit, & ꝓbat uniuersalem dupliciter. Primm, ex parte effectus inseparabilis ꝓ fidē, spē, & charitatē, s. characteris, qui ꝓ Christi baptismū imprimitur. Secūdo, ex parte essentialis partis ipsius baptismi, deficiētis. s. Spūs. Oſa parent in litera.

¶In responsione ad 1m & tertiū, aduerte ꝙ de baptismo Chri materiali passiue accepto a Ioanne, & Apostolis, nō habet clarei Scriptura pars affirmatiua: sed rōnabile est, ꝙ baptizati a Christo fuerint, ut Ioānes impleret debitū suū, Ego a te debeo baptizari, & Apostoli baptizantes Chri baptismo, primo fuerint baptizati. vt Augu. arguit & bene. Nec aliquid apparet obstare: nisi forte verbū Christi Act. 1. Ioānes baptizauit aqua, uos autē baptizabimini Spū sancto. Sed reuera, hoc nō obstat: tū qa ꝓ hoc nō excluditur eos baptizatos esse baptismo Christi, licet de Ioānis baptismo tm̄ mētio fiat: tū qa in promptu rō est quare Ioānis baptismi solius meminit Christus: qa. s. donū Spiritussancti non distinguitur cōtra baptismū Chri. q fit in aqua & Spū, Ioan. 3. sed contra baptismū Ioānis, q fiebat solū in aqua, ipso Ioanne tm̄ hoc distinguente baptismum suum contra baptismū in Spiritusancto, Matth. 3.

¶In rnsione ad quīt̄, dubiū occurrit: qa. aliud est loqui de gra futura, & aliud de Christo uenturo: potuit. n. gra p̄sens esse ex fide Christi uenturi, ut patet in sāctis illis, qui p̄ceperunt Christū aduēturū: litera autē ꝓ eo dē habet Christum vēturū, & gratiā futuram. incompacta ergo videtur.

¶Ad hoc dr, ꝙ litera est intelligēda iuxta subiectā materiā, de qua est sermo, s. de sacramētis. Ex illa sigdē differētia ab Aug. posita inter sacrameta nouæ & veteris legis, ꝙ nra p̄sentis, uetera futuræ gr̄æ sunt signa, manifeste sequitur, ꝙ nra p̄sentis Chri, ꝓ quē gra facta est, Ioā. primosilla, vēturi Christi signa erāt. Et propterea Ioan. baptismā sapiebat in hoc sacramenta ueteris legis. ꝙ in noīe vēturi Christi dabat. vnde & Paulus iussit in noīe domini nr̄i Iesu Christi simpliciter & absolute, & nō uenturi illos baptizari, qui Ioannis baptismum susceperant, Actuum. 19.

li. 1. dis. 2. pe ragr. vltt

¶2 Præt. Apostoli fuerunt baptizati baptismo Ioannis: fuerunt enim quidam eorū discipuli Ioannis, ut patet Ioan. 1. sed Apostoli non uidentur esse baptizati baptismo Christi: dicitur enim Ioā. 4. quòd Iesus non baptizabat: sed discipuli eius. ergo videtur quod baptizati baptismo Ioannis, non erant baptizandi baptismo Chri.

¶3 Præterea. Minor est qui baptizatur, quàm qui baptizat: sed ipse Ioannes non legitur baptizatus baptismo Christi. ergo multo minus illi, qui a Ioanne baptizabantur, indigebant baptismo Christi.

¶4 Præterea. Act. 19. dicitur, quod Paulus inuenit quosdam de discipulis, dixitque ad eos, Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neque si Spiritussanctus est, audiuimus. Ille uero ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismate. Et sequitur, quod baptizati sunt iterum in nomine domini nostri Iesu Christi. sic ergo videtur, quòd quia Spiritumsanctum nesciebāt, oportuit eos iterum baptizari: sicut Hieronymus * dicit super Ioelem, & in epistola de viro vnius vxoris, & Ambros. † in lib. de Spiritusancto: sed quidam fuerunt baptizati baptismo Ioannis, qui habebant plenam notitiam Trinitatis. ergo nō erant baptizandi iterum baptismo Christi.

¶5 Præterea. Rom. 10. super illud, Hoc est verbum fidei, quod prędicamus, dicit glo. Aug. * Vnde ē ista tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dr, sed quia creditur? Ex quo patet, quod virtus baptismi dependet ex fide: sed forma baptismi Ioannis significauit fidem Christi, in qua nos baptizamur: dicit enim Paulus Actuū 19. Ioannes baptizabat baptismo pęnitentiæ populum, dicēs, in eum qui uēturus est post ipsum, vt crederēt, hoc est in Iesum. ergo videtur quod non oportebat baptizatos baptismo Ioannis, iterum baptizari baptismo Christi.

SED CONTRA est, quod Augustꝰ * dicit super Ioan. Qui baptizati sunt baptismate Ioannis, oportebat vt baptizarentur baptismate Christi.

RESPONDEO. Dicendum, quod secundum opi. Magistri in 2. distin. 4. sent. * illi, qui baptizati sunt a Ioanne, nescientes Spiritumsanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi: illi vero qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & Patrem, & Filium & Spiritumsanctum credebant, non fuerunt postea baptizati. sed impositione manuū ab Apostoiis super eos facta, Spiritū sanctum receperunt. Et hoc quidem verum est, quantum ad primam partem, quod multis auctoritatibus confirmatur: sed quantum ad secundam partem est penitus irrationabile quod dicitur. Primo quidem, quia baptismus Ioannis, neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, sed erat solum in aqua, ut ipsemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis, fides vel spes, quam habebant in Christum, non poterat hunc defectum supplere. Secundo, quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, non solum oportet suppleri, quod fuerat omissum, sed oportet totaliter innouari. Est autem de necessitate baptismi Christi, quod fiat non solum in aqua, sed etiam in Spiritusancto, secundum illud Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde illis, qui tantum in aqua baptizati erant baptismo Ioannis, non solum erat supplendum, quod deerat ut scilicet daretur eis Spiritussanctus per impositionem manuum, sed erant iterato totaliter baptizandi in aqua & Spiritu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit super Ioan. ideo post Ioannem baptizatum est: quia non dabat baptismum Christi, sed suum: quod autem dabatur a Petro, & si quod datum est a Iuda, Christi erat. Et ideo, si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizandi: baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, cuius ministerio datur. Et inde est etiam, quod baptizati a Philippo diacono, qui baptismum Christi dabat, non sunt iterum baptizati: sed acceperunt manus impositionem per Apostolos: sicut baptizati per sacerdotes, confirmantur per episcopos.

tract. 5. in Ioan. iter pri. & med. t. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Augustin. * dicit ad Seleucianum, intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur) siue, quod magis credibile est, baptismo Christi: neque enim ministerio baptizandi defuit, ut haberet baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit.

epi. 108. 2 medio prę cipue, to. 2

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Chrysost. * dicit super Matth. per hoc, quod Christus Ioanni dicenti, Ego a te debeo baptizari, respondit, sine modo, ostenditur quod postea Christus baptizauit Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam libris apocryphis manifeste scriptum esse. Certum tamen est, ut Hieronymus * dicit super Matth. quod sicut Christus fuit baptizatus in aqua a Ioanne, ita Ioannes a Christo erat in Spiritu baptizandus.

* hom. 4. in Mat. in op. imper. sup. illud. Sine mō, tom. 2. Mat. 3. super illud, Sine mō. tom. 9.

AD QVARTVM dicendum, quod non est tota causa, qua-

sa, quare illi fuerunt baptizati post baptismum Ioã. quia Spiritum sanctum non cognouerant, sed quia non erant baptismo Christi baptizati.

AD QVINTVM dicendum, quod sicut dicit Augu. contra Faustum, Sacramenta nostra sunt signa præsentis gratiæ: sacramenta vero veteris legis, fuerunt signa gratiæ futuræ. Vnde ex hoc ipso, quod Ioannes baptizauit in nomine venturi, datur intelligi, q̃ non dabat baptismum Christi, qui est sacramentum nouæ legis.

¶ *Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum primum.*

QVAESTIO XXXIX.

De Baptizatione Christi, in octo, articulos diuisa.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christum baptizari. Probatur tripliciter. Omnia sunt clare.

DEINDE considerandum est de baptizatione Christi.

ET CIRCA hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Christus debuerit baptizari.

¶ Secũdo, Vtrũ debuerit baptizari baptismo Ioãnis.

¶ Tertio. De tempore baptismi.

¶ Quarto, De loco.

¶ Quinto, De hoc quod ei sunt cœli aperti.

¶ Sexto, De Spiritu sancto apparẽte in spẽ columbę.

¶ Septimo, Vtrũ illa colũba fuerit verum animal.

¶ Octauo, De voce paterni testimonii.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum baptizari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari enim est ablui: sed Christo non conuenit ablui, in quo nulla fuit impuritas, ergo videtur quod Christum non decuerit baptizari.

¶ 2 Præt. Christus circumcisionem suscepit, ut impleret legem: sed baptismus non pertinebat ad legem. ergo non debebat baptizari.

¶ 3 Præt. Primum mouens in quolibet genere, est immobile secundum illum motum: sicut cælum quod est primum alterans, non est alterabile: sed Christus est primum baptizans, secundum illud Ioa. 1. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentẽ, hic est qui baptizat. ergo ipsum nõ decuit baptizari.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæ. 3. quod venit Iesus a Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo.

RESPON. Dicendum, q̃ cõueniens fuit Christum baptizari. Primo quidem, quia vt Ambros.* dicit super Luc. Baptizatus est dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutę per carnem Christi, qui peccatum nõ cognouit, baptismatis vim haberẽt. & vt sanctificatas aquas relinqueret postmodum baptizandis, sicut Chrysost.† dicit super Matth. Secũdo, quia sicut Chrysost. dicit super Matth. quãuis ipse non esset peccator, tamen naturam suscepit peccatricem, & similitudinem carnis peccati: propterea, etsi pro se baptismate non indigebat, tamen in aliis, carnalis natura opus habebat. Et sicut Greg.* Nazan. dicit, Baptizatus est Christus, vt totum veteranum Adam immergat aquæ. Tertio, baptizari voluit, sicut Augu. dicit in sermone de Epiphania: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est, quod ipse dicit, sic decet nos implere omnem iustitiam. vt enim Ambro. * dixit super Lucã. Hæc est iustitia, vt quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus non fuit baptizatus vt ablueretur, sed ablueret, sicut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus non solum debebat implere ea, quæ erant veteris legis, sed etiam inchoare ea, quæ sunt nouæ legis. Et idco non solum voluit circuncidi, sed etiam baptizari.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus est primum baptizans spiritualiter: & sic non est baptizatus, sed solum in aqua.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

¶ *Super Quæstionis 39. Articulum secundum.*

TItulus clarus ẽ, ¶ In corpore duo fiũt. Primo, declaratur quòd supponitur, Christum baptizatum baptismo Ioannis ex auctoritate Aug. Secũdo, probatur tripliciter conclusio, scilicet conueniens fuit Christum baptizari baptismo Ioannis.

¶ Et in tertia ratione aduerte, q̃ ratio tendit ad hoc, quod ideo ad baptismum Ioannis non sanctũ accedit, vt sanctificet baptismũ non Ioannis, sed nouæ legis, instituendo sanctificatione aquarum p carnis suæ lauacrũ, baptismum in sanctitatem animarum: ex tunc enim institutus est baptismus nouæ legis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit baptizari baptismo Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus pœnitentiæ: sed pœnitentia Christo non conuenit, quia nullum habuit peccatum. ergo videtur quod non debuerit baptizari baptismo Ioannis.

¶ 2 Præt. Baptismus Ioannis, sicut dicit Chrysost. * medium fuit inter baptismum Iudæorũ, & Christi baptismum: sed medium sapit naturam extremorũ. Cum ergo Christus nõ fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiam baptismate suo, videtur quod pari ratione baptismate Ioannis baptizari non debuerit.

¶ 3 Præt. Omne quod in rebus humanis est optimũ, debet attribui Christo: sed baptismus Ioannis nõ tenet supremũ locũ inter baptismata. ergo nõ conuenit Christum baptizari baptismo Ioannis.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 3. quod venit Iesus in Iordanem, vt baptizaretur a Ioanne.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicit Augu. * super Ioã. baptizatus dominus baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde, cum ipse baptizaret baptismo proprio, cõsequens est quod nõ fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioãnis. Et hoc fuit conueniens. primo quidem, propter conditionem baptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu, sed solum in aqua: Christus autem spirituali baptismate nõ indigebat, qui a principio suæ cõceptionis gratia Spiritus sancti repletus fuit, vt patet ex dictis. *& hæc est ratio Chrysost.† Secũdo vt Beda* dicit, baptizatus est baptismo Ioãnis, vt baptismo suo baptismum Ioãnis cõprobaret. Tertio, sicut Greg.† Nazan. dicit. Accedit Christus ad baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, * Christus baptizari uoluit, ut nos suo exemplo induceret ad baptismũ. Et ideo ad hoc, q̃ esset

4. dist. 2. q. 2. art. 3. q. 1. Et q. 3. ar. 2. 3. 1. cor. Et Matth. 3. op. 50. cap. 9.

Li. 2. in Luc. vlt. 2. prin. tom. 5.

homil. 4. in ope imp. non remote a prin. to. 2.

In orat. in Epipha. in media.

trac. 13. in Io. aliqu tulũ a pri tom. 6.

q. 34. art. ho. 3. in ope per tom Beda 1. circa 4. Ioa. Nazan orat. de lumine medio Ar. p

esset efficacior eius inductio, voluit baptizari baptismo, quo manifeste non indigebat, vt homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Amb.† dicit super Luc. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

Ad secvndvm dicēdum, quod baptismus iudeorum in lege præceptus, erat solum figuralis: baptismus autem Ioannis aliqualiter erat realis, inquantū inducebat homines ad abstinendum a peccatis: baptismus autem Christi habet efficaciam mundandi a peccato, & gratiam conferendi. Christus autem neque indigebat percipere remissionem peccatorū quæ in eo non erant, neque recipere gratiam, qua plenus erat: similiter etiam cum ipse sit veritas, non competebat ei id, quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruum fuit, quòd baptizaretur baptismo medio, quàm aliquo extremorum.

Ad tertivm dicendum, quòd baptismus est quoddam spirituale remedium: quanto autem aliquid est magis perfectum, tanto minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso quòd Christus est maxime perfectus, conueniens fuit, quod non baptizaretur perfectissimo baptismo: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

† Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum tertium.

Articvlvs III.

Vtrum Christus conuenienti tempore fuerit baptizatus.

Titulus, de tempore Christi quæritur, scilicet anni trigesimi, quærit.

¶ In corpore vna conclusio. Christus conuenienter anno trigesimo fuit baptizatus. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, q̄ nō cōueniēti tempore Christus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Christus baptizatus est, vt suo exemplo alios ad baptismū ꝓuocaret: sed fideles Christi laudabiliter baptizantur, non solum ante trigesimum annum, sed in infantili ætate. ergo videtur, quod Christus non debuerit baptizari in ætate triginta annorum.

¶ 2 Præt. Christus non legitur docuisse, vel miracula fecisse ante baptismum. sed vtilius fuisset mundo, si priori tempore docuisset, incipiens a vigesimo anno, vel etiam prius. ergo videtur, quod Christus, qui pro vtilitate hominum venerat, ante trigesimū annum debuerit baptizari.

¶ 3 Præt. Iudicium sapientiæ diuinitus infusæ, maxime debuit manifestari in Christo. Est autē manifestatum in Daniele tempore suæ pueritiæ: secūdum illud Daniel. 13. Suscitauit dominus spiritum pueri junioris, cui nomē Daniel. ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit baptizari, & docere.

¶ 4 Præt. Baptismus Ioannis ordinatur ad baptismū Christi, sicut ad finem: sed finis est prior in intentione, & posterior in executione. ergo vel Christus debuit primus a Ioanne baptizari, vel vltimus.

Sed contra est, quod dicitur Luc. 3. Factū est cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante. & infra, Et ipse Iesus erat incipiēs, quasi annorum triginta.

Respondeo. Dicendum, quod Christus conuenienter fuit in trigesimo anno baptizatus. Primo q̄dem, quia Christus baptizabatur quasi ex tunc incipiens docere, & prædicare. Ad quod requiritur pfecta ætas, qualis est triginta annorum. vnde legitur Genes. 41. quod triginta annorum erat Ioseph. quādo accepit regimen Aegypti. Similiter etiā 2. Reg. 5. legitur de Dauid, q̄ triginta annorum erat cum regnare cœpisset. Ezechiel etiā in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. Secundo, quia sicut Chrys. *dicit super Matth. futurum erat, vt post baptismū Christi, lex cessare inciperet. Et ideo hac ætate Christus ad baptismum venit, qui potest omnia peccata suscipere, vt lege seruata, nullus dicat, q̄ ideo eam soluit, quia implere nō potuit. Tertio, q̄a per hoc quod Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi, q̄ baptismus parit viros perfectos, secundum illud Ephes. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum pfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde, & ipsa proprietas numeri ad hoc pertinere videtur: consurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarij in denarium. Per ternarium autem intelligitur fides Trinitatis, per denarium autem impletio mandatorum legis, & in his duobus perfectio vitæ Christianæ consistit.

* homil. 10. non remote a prin. to. 2.

In orat. in Epipha. lumina post med.

Ad primvm ergo dicēdum, quod sicut Grego.* Nazāzenus dicit, Christus non est baptizatus quasi indigeret purgatione, nec q̄ aliquod illi immineret periculum differendo baptismum, sed cuius alij nō in paruum redundat periculum, si exeat ex hac vita, non indutus veste incorruptionis, scilicet gratia. Et licet bonum sit baptismi munditiam custodire, potius tamen est (vt ipse dicit*) interdum paulisper maculari, quàm gratia omnino carere.

codē loco.

Ad secvndvm dicendum, quod vtilitas, quæ a Christo prouenit hominibus, præcipue est per fidem & humilitatem, ad quorum vtrumque valet, q̄ Christus in pueritia, vel adolescentia non cœpit docere, sed in perfecta ætate. Ad fidem quidem, quia ꝑ hoc apparet in eo vera natura humanitatis, quod ꝑ temporum incrementa corporaliter profecit: & ne huiusmodi profectus putaretur esse phantasticus, noluit sapientiam suam vel virtutem manifestare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem vero, ne ante perfectam ætatem aliquis præsumptuose prælationis gradum, & docendi officium assumat.

Ad tertivn dicendum, q̄ Christus proponebatur hominibus in exemplum omniū. Et ideo oportuit in eo ostendi id, quod competit omnibus secūdum legem communem: vt scilicet in ætate pfecta doceret, sed sicut Greg. Nazan.* dicit, non est lex cō munis, quod raro contingit, sicut nec vna hirundo ver facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensatione, secundum diuinæ sapientiæ ordinem concessum est præter legem communem, vt ante perfectam ætatem, officium vel præsidendi, vel docendi haberent: sicut Salomon, Daniel & Hieremias.

loco citato ad arg. 1.

Ad qvartvm dicendum, q̄ Christus nec primus nec vltimus debuit a Ioanne baptizari: quia vt Chrysost.* dicit super Matth. Christus ad hoc baptizabatur, vt cōfirmaret prædicationem, & baptismū Ioannis, & vt testimonium acciperet a Ioanne. Non autem creditum fuisset testimonio Ioānis, nisi postquam fuerunt multi baptizati ab ipso. Et ideo non debuit primus a Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vltimus: quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux solis non expectat occasum luciferi, sed eo procedente egreditur, & suo lumine obscurat illius candorem, sic & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docente, & baptizante apparuit.

homil. 4. in Mat. in op. imperfecto circa prin. illius to. 2.

Arti-

¶ *Super Quæstionis 30. Articulum quartum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio: Conueniens fuit Christus in Iordane vt baptizaretur, quia p hoc significatur ingressus p baptismum in regnū Dei. Declaratur que hoc duplici figura, transitu filiorum Israel in terrā promissionis & Heliæ in cælū. Et scito, q̄ rō ista mystica est: nec alia potest reddi magis literalis, nisi quia Deus eligit magis Iordanem, quā alias aquas. Matth. 3.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit in Iordane baptizari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit baptizari in Iordane. Veritas enim debet respondere figuræ: sed figura baptismi præcessit in transitu maris rubri: vbi Aegyptij sunt submersi, sicut peccata delentur in baptismo. ergo videtur quod Christus magis debuerit baptizari in mari, quàm in flumine Iordanis.

¶ 2 Præt. Iordanis interpretatur descensus sed per baptismum alius ascendit magis, quàm descēdit: vnde etiam Matth. 3. dicitur, quòd baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua. ergo videtur inconueniens fuisse, quòd Christus in Iordane baptizaretur.

¶ 3 Præt. Transeuntibus filijs Israel, aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum, vt legitur Iosuæ 4. & sicut etiā in Psal. 113. dicitur. sed illi qui baptizantur, non retrorsum, sed in antea progrediūtur. Non ergo fuit cōueniens, quod Christus in Iordane baptizaretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Marci 1. quòd baptizatus est Iesus a Ioanne in Iordane.

RESPON. Dicendum, quod fluuius Iordanis fuit, per quem filij Israel in terram promissionis intrauerunt. Hoc autem habet baptismus Christi speciale præ omnibus baptismatibus, quòd introducit in regnum Dei, quod per terram promissionis significatur. vnde dicitur Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ad quod etiam pertinet, quòd Helias diuisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cœlum, vt dicitur 4. Regu. 2. quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritus sancti pater aditus in cœlum. Et ideo conueniens fuit, vt Christus in Iordane baptizaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd transitus maris Rubri præfigurauit baptismum, quātum ad hoc, quòd baptismus delet peccata: sed transitus Iordanis quantum ad hoc, quod aperit ianuam regni cœlestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletus. Et ideo conuenientius fuit, q̄ Christus in Iordane, quàm in mari baptizaretur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in baptismo est ascensus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis, secundum illud Iaco. 4. Humillibus autem dat gratiam. Et ad talem descensum referendum est nomen Iordanis.

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut Aug. dicit in ser. de Epipha. Sicut antea aquæ Iordanis retrorsum cōuersæ fuerant, ita modo Christo baptizato retrorsum peccata conuersa sunt. Vel etiam per hoc significatur, quod contra descensum aquarum, benedictionum fluuius sursum ferebatur.

¶ *Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum quintum.* Inf. q. 49. art. 5. ad 3. Et 3. di. 18. ar. 6. q. 3. ad 2. & dist. 22. q. 3. art. 1. ad 4. Et op. 60. c. 9.

TItulus clarus ex euangelii historia ortus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christo baptizato, cœli debuerint aperiri.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, q̄ Christo baptizato non debuerint cœli aperiri. Illum. aperiēdi sunt cœli, qui indiget intrare in cœlū, quasi extra cœlum existens sed Christus semper erat in cœlo, secundum illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cœlo. ergo videtur quod non debuerint ei cœli aperiri.

¶ 2 Præt. Apertio cœlorum aut intelligitur spiritualiter, aut corporaliter: sed nō potest intelligi corporaliter. qa corpora cœlestia sunt impassibilia, & infrangibilia: secundum illud Iob. 37. Tu forsitā cum eo fabricatus es cælos, q̄ solidissimi, quasi æreæ fusi sunt? Similiter etiam nec potest intelligi spiritualiter: quia ante oculos filij Dei cœli antea clausi non fuerant. ergo videtur inconuenienter dici, quod baptizato Christo, aperti fuerint ei cœli.

¶ 3 Præt. Fidelibus cœlum apertum est per Christi passionem, secundum illud Hebræo. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Vnde etiam nec Christi baptismo baptizati, si qui ante eius passionē decesserint, cælos intrare potuerūt. ergo magis debuerūt aperiri cœli Christo patiente, q̄ eo baptizato.

SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ 3. Iesu baptizato & orāte, apertum est cœlum.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, Christus baptizari voluit, vt suo baptismo consecraret baptismū, quo nos baptizaremur. Et ideo in baptismo Christi ea demonstrari debuerūt, quæ pertinent ad efficaciā nostri baptismi. Circa quā tria sunt considerāda. Primo quidem principalis virtus, ex qua baptismus habet efficaciam: quę quidem est virtus cœlestis. Et ideo baptizato Christo, apertum est cœlum, vt ostenderetur, quod de cætero cœlestis virtus baptismum sanctificaret. Secundo, operatur ad efficaciam baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur: vnde & baptizati fidem profitentur, & baptismus fidei dicitur sacramentum. Per fidem autem inspicimus cœlestia, quæ sensum, & rationem humanam excedunt: & ad hoc significandum Christo baptizato aperti sunt cœli. Tertio, quia per baptismum Christi * speciali- Alias spiritualiter aperitur nobis introitus regni cœlestis, qui primo homini præclusus fuerat per peccatum. Vnde baptizato Christo, aperti sunt cœli: vt ostenderetur, quod baptizatis patet via in cœlum. Post baptismum autem necessaria est homini iugis oratio, ad hoc quod cœlum introeat. Licet enim per baptismum remittātur peccata, remanet tamē fomes peccati, nos impugnans interius, & mundus, & dæmones, qui impugnāt exterius. Et ideo signanter dicitur Luc. 3. q̄ Iesu baptizato, & orante, apertum est cœlum. quia. s. fidelibus necessaria est oratio post bāptismum. Vel vt detur intelligi, quod hoc ipsum q̄ per

¶ In corpore respondetur quæsito vna conclusione: Christo baptizato, & orante, conuenienter aperti sunt cœli. Et duo fiunt: quia declaratur conuenientia respectu ly baptizato: secundo respectu ly & orante. Quo ad primū probatio est: Christus baptizatus est, vt nostrum baptisma consecraret, ergo in illius baptismo illa monstrari debuerunt, quæ ad nostri efficaciam baptismi spectant. ergo virtus cœlestis, species cœlestium, introitusque cœli monstrari debuerunt per cœlos apertos. Prima consequentia est clara. Secūda declaratur ex tribus, scilicet causa, & fide, & effectu, inuentis in efficacia baptismi. Quò ad secundum declaratur: quia oratio vel ad exemplum vel ad causam apertionis cœli nobis refertur, & vtrumque est conueniens. ¶ In responsione ad secundum, vide duo declarari. Primum, quòd cæli aperti dicuntur non in seipsis, sed secundum visionem Christi. Secundum est, qualis fuerit ista visio, corporalis, imaginaria vel intellectualis. Et licet quælibet possibilis dicatur: intellectualis tamen conuenientior videtur, vtpote excellentior.

per baptismum cælum aperitur credentibus, est ex virtute orationis Christi. Vnde signanter Matt. 3. dicitur, ꝙ apertum est ei cælum, idest omnibus propter eum: sicut si Imperator alicui pro alio petēti dicat, Ecce, hoc beneficium non illi do, sed tibi, id est propter te illi, vt Chrysost. dicit super Matth.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Chrysost. dicit super Matth. † sicut Christus secundum dispensationem humanam baptizatus est, quamuis ipse ꝑpter se baptismo non indigeret: sic etiam secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cœli, secundum autem naturam diuinam semper erat in cœlis.

* Hom. 4. in Matt. a medio illius in opere imperfecto. 10. 2. Hom. 4 in Matth. in opere imperfecto in medio illius tomi. Circa finem commentarii in 2 cap. Matt. tom. 9. Hom. 4. in Mat. in opere imperfecto circa medium illius tomi. 2. Alias cathe dra.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ sicut Hierony. dicit super Matt.* cæli aperti sunt Christo baptizato, non reseratione elementorū, sed spiritualibus oculis: sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cælos apertos esse cōmemorat. Et hoc ꝓbat Chrysost. sup Mat. † dicens, Quòd si ipsa* creatura, s. cælorum, rupta fuisset, nō dixisset, aperti sunt ei: quia quod corporaliter aperitur, omnibus est apertum. Vnde etiā Marci primo expresse dicitur, ꝙ Iesus statim ascendens de aqua, vidit apertos cælos, quasi ipsa apertio cælorum ad visionem Christi referatur. Quod qdē aliqui referunt ad visionem corporalem, dicentes, ꝙ circa Christum baptizatum tantus splendor fulsit in baptismo, vt viderentur cæli aperti. Potest etiam referri ad imaginariam visionem, per quem modum Ezechiel vidit cælos apertos: formabatur enim ex virtute diuina, & volūtate rōnis, talis visio in imaginatione Christi, ad designandum, quòd per baptismum, cæli aditus hominibus aperitur. Potest etiam & ad visionē intellectualem referri, prout. s. Christus vidit iam baptismo sanctificato, apertum esse cœlū hominibus, quod tamen etiam ante viderat fiendū.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ per passionem Christi aperitur cælum hominibus, sicut per causam cōmunem apertionis cælorum. Oportet tamē hāc causam communem apertionis cælorum, singulis applicari ad hoc, quòd cælum introeant, quod quidem fit per baptismum, secūdum illud Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo potius fit mētio de apertione cælorū in baptismo, quam in passione Christi. Vel sicut Chrysost. dicit sup Matth.* baptizato Christo, cœli tantum sunt aperti: postquam vero tyrannū vicit per crucem, quia non erant necessariæ portę cęlo numquā claudendo, non dicunt Angeli, Aperite portas, iā enim erant apertæ: sed, Tollite portas. Per quod dat intelligere Chrys. ꝙ obstacula, ꝙbus prius obsistentibus animæ defunctorum introire nō poterat cælos, sunt totaliter per passionē Christi ablata: sed in baptismo Christi sunt aperta, quasi manifestata iā via, per quā homines erant in cælum intraturi.

* Hom. 4. in Matt. a medio opere imperfecto a medio illius tomi.

¶ *Super Quæstionis trigesimanonæ Articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum conuenienter Spiritussanctus super Christum baptizatum descenderit in specie columbæ.

TItulus clarus ex euangelio etiā ortus.

¶ In corpore una cōclusio: Conueniens fuit vt super baptizatum Christū Spiritussanctus descenderet. Probatur: qđ in Christi baptismo factum est, pertinet ad mysterium nostri baptismi. ergo. Antecedēs est Chrysost. Consequētia ꝓbatur: quia omnes baptizati non ficti, accipiunt Spiritum sanctum, Matth. 3. ¶ Aduerte hic, quòd minus respondendo determinatur, quàm fuerit quæsitum, nam quæsitum est de descensu Spiritussancti in specie columbæ, & respondetur de descensu Spiritussancti solum, nihil dicēdo de specie columbæ. Et hoc ideo, quia reseruauit hoc secundum responsioni ad argumenta.

Isa. 9. 46. 51. 4. ad 2. Et supra 60. 6. 3. q. 34. atti 4.

¶ 2 Præt. Christus dicitur in mundum descēdisse per mysterium incarnationis, qua exinaniuit semet ipsum, formā serui accipiens: sed Spiritussanctus nō est incarnat⁹, ergo inconuenienter dicitur, ꝙ Spiritussanctus descēderit sup eū. ¶ 3 Præt. In baptismo Christi ostendi debuit, sicut in quoddam exēplari, id quod fit in nostro baptismo: sed in nro baptismo non fit aliqua missio visibilis Spiritussancti, ergo nec in baptismo Christi debuit fieri visibilis missio Spiritussancti. ¶ 4 Præte. Spiritussanctus a Christo in omnes alios deriuatur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed super Apostolos Spiritussanctus descendit. non in specie columbæ, sed in specie ignis. ergo nec super Christum debuisset descendere in specte columbæ, sed in specie ignis.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 3. Descendit Spiritussanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.

RESPONDEO. Dicendum, quòd hoc quod circa Christum factum est in eius baptismo (sicut Chrys.* dicit super Matth.) pertinet ad mysterium omnium, qui postmodum fuerant baptizandi. Omnes autem qui baptismo Christi baptizantur, Spiritumsanctum recipiunt nisi ficti accedant, secundum illud Matt. 3, ipse vos baptizabit Spiritusancto. Et ideo conueniens fuit, vt super Christum baptizatum Spiritussanctus descenderet

* Homil. in Mat. in opere imper. a med. præcipe to in. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Augustin.* dicit 15. de Trinit. absurdissimum est dicere, ꝙ Christus cum iam triginta esset annorum, acceperit Spiritumsanctum, sed venit ad baptismum, sicut sine peccato, ita nō sine Spiritusancto. Si enim de Ioāne scriptū est, quòd Spiritusancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de homine Christo dicēdum est, cuius carnis ipsa cōceptio nō carnalis, sed spiritualis fuit? Tunc ergo, idest in baptismo, corpus suum, idest Ecclesiā. præfigurare dignatus est, in qua baptizati pręcipue accipiunt Spiritumsanctum.

lib. 15. ca. 26. a med. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Augustin.* dicit in 2. de Trinita. Spiritussanctus descendisse dicitur super Christum corporali specie, sicut columba, non quia ipsa substantia Spiritussancti videretur, quæ est inuisibilis, neque ita quòd illa visibilis creatura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur: neque enim dicitur, quòd Spiritussanctus sit columba, sicut dicitur, quod filius Dei est homo ratione vnionis: neque etiam hoc modo Spiritussanctus visus est in specie columbæ, sicut Ioānes vidit agnum occisum in Apocalypsi, vt habetur Apocalyp. 2. illa enim visio facta fuit in Spiritu per spirituales imagines corporum, de illa vero columba nullus vnquam dubitauit, quin oculis visa sit. Nec etiam hoc modo in specie columbæ Spiritussanctus apparuit, sicut dicitur 1. ad Corinth. 10. Petra autem erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nunc apta est nomine Christi, quē signifi-

li. 2. c. 6. to. 3.

significabat: illa autem columba ad hoc tantū signi F
ficandum repente extitit, & postea cessauit, sicut flā
ma, quæ in rubo apparuit Moysi. Dicitur ergo Spiri-
tussanctus descendisse super Christum, non ratione
vnionis ad columbam: sed vel ratione ipsius colum-
bæ significantis Spiritumsanctum, quæ descendēdo
super Christum venit: vel etiam ratione spiritualis
gratiæ, quæ a Deo per modū cuiusdam descensus in
creaturam deriuatur, secundum illud Iacob. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de
sursum est descendens a Patre luminum.

Hom. 12. in Matth. ante medium to. 2. AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut Chrysost. * dicit super Matth. in principiis spiritualium rerum semp sensibiles apparēt visiones, propter eos qui nullam intelligentiā incorporalis naturæ susc̄ipere possunt, G
vt si postea nō fiant, ex his quæ semel facta sunt, reci
piāt fidem. Et ideo circa Christum baptizatum corporali specie Spiritussanctus visibiliter descendit, ut
super omnes baptizandos inuisibiliter postea cre-
datur descendere.

AD QVARTVM dicendum, quòd Spiritussanctus in specie columbæ apparuit super Christum ba
ptizatum propter tria. Primo quidem propter di-
spositionem, quæ requiritur in baptizato, vt scilicet non fictus accedat: quia sicut dicitur Sap. 1. Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Columba autem
est animal simplex, astutia & dolo carens vnde dici- H
tur Matth. 10. Estote simplices sicut columbæ. Secundo ad designandum septem dona Spiritussancti,
quæ columba suis pròprietatibus significat. Columba enim secus fluenta habitat, vt inde viso accipitre,
mergat se, & euadat: quod pertinet ad donum sapientiæ, per quam sancti secus Scripturæ diuinæ
fluenta residunt, ut incursum diaboli euadant. Item
columba meliora grana eligit, quod pertinet ad do-
num scientiæ, qua Sancti sententias sanas, quibus pa
scantur, eligunt. Item columba alienos pullos nu-
trit, quod pertinet ad donum consilii, quo sancti ho
mines, qui fueruntpulli, ideſt, imitatores diaboli, do
ctrina nutriunt & exemplo. Item columba non la-
cerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, I
quo sancti bonas scientias lacerando non peruer-
tunt, hæreticorum more. Item columba felle caret,
quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti
ira irrationabili carent. Item columba in cauernis
petræ nidificat, quod pertinet ad donū fortitudinis,
qua sani in plagis mortis Christi, qui est petra fir-
ma, nidum ponunt, ideſt, suum refugium, & spem.
Item columba gemitum pro cantu habet, quod p-
tinet ad donum timoris, quo sancti delectātur in ge
mitu pro peccatis. Tertio apparuit Spiritussanctus in
specie columbæ propter effectum proprium baptis-
mi, qui est remissio peccatorum & reconciliatio ad
Homil. 12. in Mat. panem ante medium tom. 2. Deum, columba enim est animal māsuetū. Et ideo
sicut Chrysost. * dicit super Matt. in diluuio apparuit
hoc animal, ramum ferens oliuæ, & communem or K
bis terrarum tranquillitatem annuntians, & nūc ēt
columba apparet in baptismo, liberationē nobis de
monstrās. Quarto apparuit Spiritussanctus in specie
columbæ super Dominum baptizatum, ad designā-
dum communem effectum baptismi, qui est cōstru
ctio ecclesiasticæ vnitatis. vnde dicitur Ephesiorum
quinto, quòd Christus tradidit semetipsum, vt exhi-
beret sibi gloriosam Ecclesiam non habētem macu
lam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauans eam
lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo cōueniēter Spi
ritussanctus in baptismo demonstratus est in specie
columbæ, quæ est animal amicabile & gregale: vnde
& Cantic. 5. dicitur de Ecclesia, Vna est columba mea.
Super Apostolos autem in specie ignis, Spiritussan
ctus descendit propter duo. Primo quidem ad osten
dendum feruorem, quo corda eorum erant cōmo-
uēda, ad hoc quòd Christum vbique inter pressuras
prædicarēt & ideo etiam in igneis linguis apparuit.
Vnde Augustinus dicit super Ioan. * Duobus modis Tract. 6. in epist. Ioan. ad Parth. circa princip.
ostendit visibiliter dominus Spiritumsanctum, per
columbam super dominum baptizatum, & p ignē
super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic fer
uor ostenditur. ergo ne spiritu sanctificati dolū ha-
beant, in columba demōstratus est: & ne simplicitas
frigida remaneat, ī igne demōstratus est. Nec te mo-
ueat, quia linguæ diuisæ sunt, vnitatem in columba
cognosce. Secundo: quia sicut Chrysost. dicit, opor-
tebat delictis ignoscere (quod fit in baptismo) man-
suetudo necessaria erat, quæ demonstratur in colum
ba: sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicij tem-
pus, quod significatur per ignem.

ARTICVLVS VII.

Super Quæstionis trigesimæsecundæ Articulum septimum.

Vtrum illa columba, in qua apparuit Spiritussanctus, fuerit uerum animal.

TItulus clarus est.

In corpore una conclusio, Colum- Ioan. ad. & opus cap. 9.
ba illa fuit uerum animal, Probatur: Sicut ueritas uerum hominem, ita spiri-
tus veritatis veram columbam, in qua appareret, &c. & con
firmatur hoc Auctoritate Augustini.

AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd illa co-
lumba, in qua Spiritussanctus ap-
paruit, non fuerit verum animal.
Illud enim videtur specierenus ap
parere, quòd secundum similitu-
dinem appareat. sed Luc. 3. dicitur,
q̄ descēdit Spiritussanctus corpo
rali specie, sicut columba in ip-
sum. non ergo fuit vera columba, sed quædam simi-
litudo columbæ.

¶ 2 Præterea. Sicut natura nihil facit frustra, ita nec lib. 1. de cœ. et mu. 3. Deus, vt dicitur in 1. de Cœlo. * sed cum columba il- li. 1. de Trin. c. 8. in fi. mo. 3.
la non aduenerit, nisi vt aliquid significaret, atque p-
teriret (vt Augustinus † dicit in 2. de Trinit.) frustra
fuisset vera columba: quia hoc ipsum fieri poterat
per columbæ similitudinem. non ergo illa colum-
ba fuit verum animal.

¶ 3 Præterea. Proprietates cuiuslibet rei ducunt in
cognitionem naturæ illius rei. si ergo fuisset illa co-
lumba verum animal, proprietates columbæ signi-
ficassent naturam veri animalis, non autem effectus
Spiritussancti: non ergo videtur, quòd illa columba
fuerit verum animal.

SED CONTRA est, quod Augustin. * dicit in libro c. 10. 11. de agone Christiano, neque hoc ita dicimus, vt do- dio 100.
minum Iesum Christum dicamus solum verum cor
pus habuisse: Spiritum autem sanctum, fallaciter ap-
paruisse oculis hominum, sed ambo illa corpora ve
ra esse credimus.

RESPONDEO. Dicendum, quòd (sicut su- q. 55. ar. 1. pra dictum est *) non decebat vt filius Dei, qui est
veritas Patris, aliqua fictione vteretur: & ideo non
phantasticum, sed verum corpus accepit. Et quia
Spiritussanctus dicitur spiritus veritatis. vt patet Ioa-
n. 16. ideo etiam ipse veram columbam formauit, in qua appareret: licet non assumeret ipsam
in vnitatem personæ. Vnde post prædicta verba
Augustinus * subdit, sicut non oportebat vt ho-
mines falleret filius Dei: sic etiam non oportebat

tebat, ut falleret Spiritusſanctus: ſed omnipotenti Deo qui vniuerſam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile, verum corpus columbæ ſine alio rum columborum miniſterio figurare: ſicut non fuit ei difficile verum corpus in utero Mariæ ſine vi rili ſemine fabricare. cum creatura corporea, & in viſceribus feminæ ad formandum hominem, & in ipſo mundo ad formandum columbam, imperio Domini voluntatique ſeruiret.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Spiritusſanctus dicitur deſcendiſſe in ſpecie, vel ſimilitudine columbæ, non ad excludendam veritatem columbæ, ſed ad oſtendendum, quod ipſe non apparuit in ſpecie ſuæ ſubſtantiæ.

Ad secvndvm dicendum, q̃ nō fuit ſuperfluum formare veram colūbam, vt in ea Spiritusſanctus appareret: quia per ipſam veritatem columbę ſignificatur veritas Spiritusſancti, & effectuum eius.

Ad tertivm dicendum, quòd proprietates columbæ eodem modo ducunt ad ſignificandū naturam columbæ, & ad ſignificandos effectus Spiritusſancti: per hoc enim quòd columba habet tales proprietates, oſtenditur quòd columba ſignificat Spiritumſanctum.

¶ Super Quæſtionis trigeſimanonæ Articulum octauum.

Articvlvs viii.

Vtrum conuenienter Chriſto baptizato fuerit vox Patris audita filium proteſtantis:

Inſ. q. 45. ar. 4. & q. 66. ar. 6. cor. & opu. 10. c. 5.

TItulus clarꝰ ortus etiam ex euangelio.

¶ In corpore vnæ concluſio: Conueniens fuit, vt in illo baptiſmo Pater declararetur in uoce, probatur: In baptiſmo Chriſti demonſtrari debuit, quod in noſtro baptiſmo perficitur, ergo in baptiſmo Chriſti, myſterium Trinitatis demonſtrari debuit, ergo conueniens fuit, vt Pater declararetur in voce. Antecedens probatur: quia baptiſmus Chriſti fuit exemplar noſtri. Prima conſequentia probatur: quia noſter baptiſmus conſecratur in inuocatione, & virtute Trinitatis. Matth. vlti. Secunda vero conſequentia probatur: quia perſona filii baptizatur, Spūſanctus in columba deſcendit, teſtabat ergo perſona Patris manifeſtanda, & apponitur hic auctoritas Hieronymi.

¶ Tractatus quartus huius voluminis.

HIc incipit quarta pars huius libri, in qua agitur de progreſſu domini noſtri Ieſu Chriſti in hoc mundo,

A eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Et ideo in baptiſmo Chriſti (vt Hieron.* dicit) myſterium Trinitatis demonſtratur. Dominus enim in natura humana baptizatur, Spiritusſanctus deſcēdit in habitu columbæ, Patris vox teſtimonium Filio perhibētis auditur. Et ideo cōueniēs fuit, vt in illo baptiſmo Pater declararetur in uoce.

B

Ad primvm ergo dicendum, quod miſſio viſibilis addit aliquid ſuper apparitionem, ſcilicet auctoritatem mittentis. Et ideo Filius, & Spiritusſanctus, qui ſunt ab alio, dicuntur mitti viſibiliter, & non ſolum apparere: Pater autem, qui non eſt ab alio, apparere quidem poteſt, viſibiliter autem mitti non poteſt.

Ad secvndvm dicendū, q̃ Pater nō demōſtratur in voce, niſi ſicut actor vocis, vel loquēs per vocē. Et quia proprium eſt Patri, producere verbum, qđ eſt dicere vel loqui, ideo cōueniētiſſime Pa

C ter p̃ vocē manifeſtatus eſt, quæ ſignificat verbū. Vnde & ipſa vox, a Patre emiſſa, filiationē verbi p̃teſtatur. Et ſicut ſpecies colūbæ, in qua demōſtratus eſt Spiritusſanctus, non eſt ipſa natura Spiritusſancti, nec ſpecies hominis, in qua demōſtratus eſt ipſe Filius, eſt ipſa natura filii Dei, ita etiā ipſa vox nō pertinet ad naturā verbi vel Patris loquētis. Vnde Ioannis. 5. Dominus dicit: Neque vocē eius, ideſt patris vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis. Per quod (ſicut Chry.* dicit ſup

D Io.) paulatim eos in philoſophicū dogma inducēs, oſtendit, quoniā neque vox circa Deum eſt, neque ſpecies, ſed ſuperior eſt, & figuris, & loquelis talibus. Et ſicut columbam, & etiā humanā naturam a Chriſto aſſumptā tota Trinitas operata eſt, ita etiam & formationem vocis: ſed tamē in voce declaratur ſolus P̃, vt loquēs, ſicut naturā humanam ſolus Filius aſſumpſit, & ſic in columba ſolus Spiritusſanctus demonſtra-

E tus eſt, vt patet per Augu.* in lib. de Fide ad Petrum.

Ad tertivm dicendū, q̃ diuinitas Chriſti nō debuit omnibus in eius natiuitate manifeſtari: ſed magis occultari ī defectibus iſan tilis ætatis: ſed quādo iam peruenit ad p̃fectā ætatē, in qua oportebat eū docere, & miracula facere, & hoīes ad ſe cōuertere, tūc teſtimonio Patris erat eius diuinitas manifeſtanda, vt eius doctrina non erat humana, nec aliquo modo acquiſita, &

vſque ad quæſtionē quadrageſimamquintam incluſiue.

In cōmen. 2. c. Mat. circa fin. tom. 9.

¶ Aduerte hic, quòd conuerſatio Chriſti poſt Ioannis baptiſma tractatur ab Auctore: conuerſatio autem Chriſti ante illud tempus tacetur. Et quoniam a multis quæritur, quid fecerit in illa ætate Chriſtus, reſpondendum eſt, quòd exercuit artem fabrilem in ciuitate Nazareth. Nam non ſolū ex euangelio Matth. 13. habetur, quòd fuit filius fabri: ſed ex euangelio Mar. 6. habetur, q̃ ipſe Chriſtus fuit faber. Et niſi exercuiſſet ipſam artem in Nazareth: non admirari ibi fuiſſent de doctrina eius. Nam ſi alibi Chriſtus habitaſſet, aut in Nazareth vacaſſet literis, nō fuiſſen admirati compatriotæ: vnde huic ſapientiæ? immo tam notoria erat Chriſti conuerſatio in Nazareth, vt etiam Hieroſolnmis Iudæi dicerent, quomodo hic literas ſcit cum non didicerit? Ioann. 6. Quo circa oportet dicere aut Chriſtum ibi artem ſuam fabri leni: continue exercuiſſe, & propterea conſtare, quòd literas non didicit, &c. Aut inertem ocioſumque vacaſſe per Nazareth, quod dedecet Chriſtum filium pauperis adeo, vt non potuiſſet agnum pro eo offerre, vt habetur Luc. 2. & pauperem intantum, vt non haberet vbi reclinaret caput ſuum Matth. 7. Et confirmatur, quia Mar. 3. dicitur, Et cum audiſſent ſui exierunt tenere eum. Dicebant enim, q̃m in furorem verſus eſt. Ex eo namque, q̃ vſque ad ætatem iſtam fabrili arti inſiderant Ieſum operam dantem, & repente audiuerunt, quòd prædicabat, & turba conuenit ad eum, &c. dixerunt illum verſum in furorem. Hæc enim omnia ſimul iuncta teſtimonia ſunt ab hoſtibus, & q̃ Chriſti doctrina non erat humana, nec aliquo modo acquiſita, &

Hom. 39. in Ioan. a medio tom. 3.

cap. 9. circa principium tom. 3.

ra, & q̄ Christus inter eos vsque ad illud tēpus, cū suis cōciuibus conuersatus est sine offensa & sine scandalo procul dubio: quod nō euitatum fuisset, si iuuenis, Faber pauper, inertem se in opere exhibuisset.

ctrina credibilior fieret: vnde & ipse dicit Ioan. 5. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præcipue in baptismo per quem homines renascuntur in filios Dei adoptiuos. Filii autē Dei adoptiui instituuntur ad simi litudinem filii naturalis, secundū illud Rom. 8. Quos præscisit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui.

ca. 3. in Mat. circa fin. Vnde Hilarius dicit super Matt. * quod super Iesum baptizatum descendit Spiritussanctus, & vox Patris audita est, dicentis, Hic est filius meus dilectus, ut ex his, quæ consumabantur in Christo, cognoscere mus post aquæ lauacrum, & de cœlestibus portis sanctum in nos spiritum inuolare, & paternæ vocis, adoptione, Dei filios fieri.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum primum.*

TItulus clarus, ¶ in corpore vna conclusio: Christus conuenienter vitam socialem assumpsit. Probatur: Christus debuit talē viuendi modū assumere, q̄ cōueniret fini incarnationis: sed finis incarnationis exigit vitā socialē, ergo. Minor declaratur: quia triplex est finis incarnationis, primo, testimoniū veritatis. Secundo, saluare peccatores. Tertio, adducere homines ad Deū. Omnia clara sunt in litera.

QVAESTIO XL.

De modo conuersationis Christi, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER post ea, quæ pertinent ad ingressum Christi in mūdū, vel ad eius principium, cōsiderandū restat de his, quæ pertinent ad progressum ipsius.

¶ Et primo, considerandum est de modo conuersationis ipsius: secundo, de tentatione eius: tertio, de doctrina: quarto de miraculis.

Circa primum quæruntur quatuor.

Primò, Vtrum Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari.

¶ Secundò, Vtrum debuerit austeram vitam ducere in cibo, & potu & vestitu, an aliis communem.

¶ Tertiò, Vtrum debuerit abiecte viuere in hoc mūdo, an in diuitiis, & honore.

¶ Quarto, Vtrum debuerit secundum legem viuere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit, Christum inter homines conuersari.

3. Sent. dist. 15. q. 3. corp. & ad 3. Et 22. q. 25. art. 3. ad 5. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit inter homines conuersari, sed solitariam vitam agere. Oportebat enim, quòd Christus sua conuersatione non solum se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum: sed Deum non cōuenit cum hominibus conuersari: dicitur enim Daniel. 2. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio: & Philosophus * dicit in 1. Politicę, quòd ille qui solitarius viuit, aut est bestia, si scilicet propter sæuitiam hoc faciat: aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam veritatem. ergo videtur, quòd non fuerit conueniens Christum inter homines conuersari.

lib. 3. ca. 2. a med. tom. 5.

¶ 2 Præterea. Christus dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimam vitam ducere: perfectissima autem vita est contemplatiua, vt in secunda parte habitum est. * Ad vitam autem contemplatiuam ma-

2. 2. q. 182. ar. 1. c.

F xime competit solitudo, secundum illud Oseæ 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ergo videtur, quòd Christus debuerit solitariam vitam ducere,

¶ 3 Præterea. Conuersatio Christi debuit esse vniformis; quia semper in eo debuit apparere id, quod optimum est: sed quandoque Christus solitaria loca quærebat, turbas declinans: vnde Remigius dicit super Matthæ. Tria refugia legitur dominus habuisse, nauim, montem, & desertum: ad quorum altecsum quotiescumque a turbis comprimebatur, conscendebat. ergo & semper debuit solitariam vitā agere.

SED CONTRA est, quod dicitur Baruch. tertio Post hęc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est: G

RESPON. Dicendum, quod conuersatio Christi talis debuit esse, vt conueniret fini incarnationis, secundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum, primo quidem ad manifestandum veritatem, sicut ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeā veritati: & ideo non debebat se occultare, vitam solitariam agens sed in publicum procedere, publice prædicando, Vnde Luc. 4. dixit illis, qui volebant eū detinere: quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Secundo venit ad hoc, vt homines a peccato liberaret, secundum illud primæ ad Timothæū primo, Christus Iesus venit in hunc mūdum, peccatores saluos facere. Et ideo vt Chrysostomus dicit, in eodem loco manendo posset Christus ad se omnes attrahere, vt eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, prębens nobis exemplum, vt perambulemus, & requiramus pereuntem, sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertio venit, vt per ipsum habeamus accessum ad Deum, vt dicitur Romano. quinto. & ideo familiariter cum hominibus conuersando, conueniens fuit, vt hominibus fiduciam daret ad se accedendi. Vnde dicitur Matthæo nono. Factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius, q̄d exponens Hier. * dicit, viderant publicani, a peccatis ad meliora conuersi, locum inuenisse pœnitentiæ: & ob id, etiam ipsi non desperant salutem. H

In cap. 9. Matt. tom. 6.

I

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus per humanitatem suam, voluit manifestrae diuinitatem. Et ideo conuersando cū hominibus (quod est proprium hominis) manifestauit omnibus suam diuinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & innocenter, & iuste inter homines conuersando.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ (sicut in secunda parte dictū est *) vita cōtemplatiua simpliciter est melior quàm actiua, quæ occupatur circa corporales actus sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando & docendo, contemplata alijs tradit, est perfectior quàm vita, quæ solum contemplatur: quia talis vita presupponit abundantiam contemplationis: & ideo Christus talem vitam eligit. K

2. 2. q. 188. ar. 6. c. & q. 188. ar. 8. D. 11. D. 11.

AD TERTIVM dicendum, q̄ actio Christi fuit nostra instructio. Et ideo vt daret exemplū prædicatoribus, q̄ non semper se darent publicum: in quandoque dominus se a turbis retraxit: quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem, propter corpotalem quietem: vnde Marci 6. dicitur, q̄ dominus dixit discipulis, Venite seorsum in desertū locum, & requiescite pusillū: erant enim qui veniebant

bant & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. Quandoque vero causa orationis. vnde dicitur Lucæ.sexto.Factum est in illis diebus,exijt in montem orare,& erat pernoctans in oratione Dei. Vbi ait Ambrosius.* quòd ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Quandoque vero, vt doceret fauorem humanum vitare,vnde super illud Matthæi quinto. Videns Iesus turbas,ascendit in montem, dicit Chrysostomus. † Per hoc, quòd non in ciuitate & foro,sed in monte & solitudine sedit erudiuit nos,nihil ad ostentationem facere. & a tumultibus abscedere,& maxime,cum de necessarijs disputare oporteat.

* Lib.3.in Luc. 5.cuius tractatus est, De oratione Iesu in monte ante medium tom.5.

† Homil.15.in Matthæum prope fin.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus austeram vitam in hoc mundo ducere debuerit.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ Articulum secundum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo.Christus enim multo magis prædicauit perfectionẽ vitæ,quàm Ioannes: sed Ioannes austeram vitam duxit,vt suo exẽplo homines ad perfectionem vitæ prouocaret: dicitur enim Matthæi tertio, quòd ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autẽ eius erãt locustæ, & mel syluestre: quod exponens Chrysostom.* dicit, Erat mirabile in humano corpore,tantam patientiam videre,quod & Iudæos magis attrahebat.ergo videtur quòd multo magis Christum decuerit austeritas vitæ.

¶2 Præterea. Abstinentia ad continentiã ordinatur: dicitur enim Oseæ 4.Comedent,& non saturabuntur.fornicati sunt,& non cessauerunt: sed Christus continentiam in se seruauit,& alijs seruandam proposuit, cum dicit Matt. 19 sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum: qui potest capere capiat.ergo videtur, quod Christus in se, & in suis discipulis austeritatem vitæ seruare debuerit.

¶3 Præterea. Ridiculum videtur, vt aliquis districtiorem vitam incipiat,& ab ea in laxiorem reuertatur: potest enim dici contra eũ quod habetur Luc.14.Hic homo cæpit ædificare, & non potuit cõsumare. Christus autẽ districtissimam vitam incœpit,post baptismum manens in deserto, & ieiunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ergo videtur non fuisse cõgruũ, quod post tantam vitæ districtionem ad communem vitam rediret.

Inf.q.41.ar. 4.ad 1. Iulius clarus. ¶ In corpore vnica cõclusio: Conueniens fuit, vt Christus in cibo, & potu sicut alij se haberet. probatur prius: Congruum erat incarnationis fini, vt Christus socialem vitam duceret. ergo conuenientissimum fuit, &c. Probatur sequela: quia qui cum alijs conuersatur, conuenientissimum est, vt conformet se alijs, quod probatur etiam prius ad Corin.9.Factus sum omnia omnibus. Probatur secundo auctoritate Augustini,immo domini.Ma.11. ¶ In responsione ad primum, nota & fige animo doctrinã hanc scilicet, Christus exemplum fuit perfectionis in omnibus, quæ per se pertinent ad salutẽ: hinc enim habes, quòd in his, quæ non per se pertinent ad salutem (quæ scilicet nõ sunt secũdum se bona, sed solum relata ad aliquem finem, vt abstinentia, paupertas, & alia huiusmodi) non oportet inquirere in Christo austeriora tanquam perfectiora: sed ea quæ magis consonant incarnationis fini, siue sint austera, siue non.

Homil.10.in Matthæum circa fin.

In cap.9 Mat.tom.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæi vndecimo. Venit Filius hominis manducans, & bibens.

RESPONDEO. Dicendum, quod (sicut dictum est*) congruum erat incarnationis fini, vt Christus non ageret solitariam vitam, sed cum hominibus conuersaretur: qui autem cum aliquibus conuersatur, conuenientissimum est,vt se eis in cõuersatione conformet, secundum illud Apostoli primæ ad Corinth. nono. Omnibus omnia factus sum.& ideo conuenientissimum fuit, vt Christus in cibo,& potu communiter se sicut alij haberet. vnde Augustinus* dicit contra Faustum, quod Ioannes dictus est non manducans neque bibens,quia illo victu,quo Iudæi vtebantur,non vtebatur.Hoc ergo nisi dominus vteretur, non in eius comparatione,manducans bibensque diceretur.

Art. præced.

lib.16.c.30. ante medium tom.6.

ADPRIMVM ergo dicendum, quod dominus in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit in omnibus,quæ per se pertinent ad salutem.Ipsa autẽ abstinentia cibi & potus.non per se pertinet ad salutem,secundum illud Rom.14.Non est regnum Dei esca & potus.Et Augustinus* dicit in lib.de Quæstionibus Euang.exponens illud Matth.11.Iustificata est sapientia a filijs suis: quia scilicet sancti Apostoli intellexerunt regnum Dei non esse in esca, & potu. sed in æquanimitate tolerandi, quos nec copia subleuat nec deprimit egestas.Et in 3.* de doctrina Christiana dicit,quod in omnibus talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.Vtraque autem vita est licita & laudabilis, vt scilicet aliquis a consortio hominũ segregatus abstinentiam seruet,& vt in societate aliorum positus, cõmuni vita vtatur. & ideo Dominus voluit vtriusque vitæ exemplum dare hominibus.Ioannes autem (sicut Chrysosto.dicit super Matth.)nihil plus ostendit præter vitam & iustitiam: Christus autẽ & a miraculis testimonium habebat. dimittens ergo Ioannẽ ieiunio fulgere, ipse contraria incessit via,ad mensam intrans publicanorum, & manducans,& bibens.

lib.2.ca.11. ante medium tom.4.

lib.3.ca.12. parũ a pri. tom.4.

ADSECVNDVM dicendum, quod sicut alij homines per abstinentiam consequuntur virtutem continendi, ita etiam Christus in se & in suis discipulis per virtutem suæ diuinitatis carnem comprimebat.vnde sicut Matthæi nono dicitur, Pharisæi, & discipuli Ioannis ieiunabant, non autem discipuli Christi: quod exponens Beda dicit,* quod Ioannes vinum & sicera non bibit: quia illi abstinentia meritum auget,cui potentia nulla inerat naturæ.Dominus autem,cui naturaliter suppetebat delicta donare,cur eos declinaret,quos abstinentibus poterat reddere puriores?

supra illud Marci 2. Quare discipuli tui non ieiunant? Est c.22.secundum ord. Bedę to.2. Hom. 15.in Mat.non remote a prin. tom.2.

ADTERTIVM dicendum quod sicut Chrysostomus* dicit super Matthæ.Vt discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum,& quoniam post baptismũ non lasciuiæ,sed ieiunio intendere oportet,& ipse ieiunauit,non eo indigens,sed nos instruens: non autem vltra processit ieiunando,quàm Moyses & Helias,ne incredibilis videretur carnis assumptio: secundum mysterium autem, vt Gregorius* dicit, quadragenarius numerus exemplo Christi ieiunio custoditur: quia virtus decalogi per libros quatuor sancti euangelij impletur:denarius enim quater ductus, in quadragenarium surgit.Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus,per cuius voluntatem, præceptis dominicis contrahimus, quæ

Hom.16.in euang. post med.illius.

per decalogum sunt accepta, vel secundum Aug.* in libro 83. Quæstionum, omnis sapientiæ disciplina est Creatorem, creaturamque cognoscere. Creator est Trinitas, Pater & Filius & Spiritussanctus. Creatura vero partim est iuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere.n.Deum tripliciter iubemur, ex tote corde, & ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus, cui quaternarius debetur, propter calidum humidum, frigidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. & ideo tẽpus, quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur: nec tamen incongruum fuit, vt Christus post ieiunium & desertum, ad communem vitam rediret: hoc enim conuenit vitæ, secundum quam aliquis contemplata alijs tradit, quam Christus dicitur assumpsisse, vt primo contemplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat, alijs conuiuendo. vnde & Beda dicit super Mar.* Ieiunauit Christus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens, agnosceres potestatem.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus in hoc mũdo nõ debuerit paupere vitã ducere. Christus enim debuit eligibilissimam vitã assumere: sed eligibilissima vita est, quæ est mediocris inter diuitias, & paupertatẽ: dicitur enim Prouerb.30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tãtũ victui meo necessaria, ergo Christus non debuit pauperem vitam ducere, sed moderatam.

¶ 2 Præt. Exteriores diuitiæ ad vsum corporis ordinantur, quantum ad victum, & vestitum: sed Christus in victu & vestitu communem vitam duxit, secundum modum aliorum, quibus conuiuebat. ergo videtur quod in diuitijs & paupertate cõmunem modum viuendi seruare debuerit, & non vti maxima paupertate.

¶ 3 Præt. Christus maxime homines inuitauit ad exemplum humiliatis, secundum illud Matth.11. Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde: sed humilitas maxime cõmẽdatur in diuitibus. vnde dicitur primę ad Timoth. vltim. Diuitibus huius sæculi præcipe, nõ altum sapere. ergo videtur q̃ Christus nõ debuerit ducere pauperem vitam.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæ. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet: quasi dicat, secundum Hieronymum:* Cur me propter diuitias & sæculi lucra cupis sequi, cũ tantæ sim paupertatis, vt nec hospitiolum quidem habeã, & tecto vtar non meo? Et super illud Matthæ.17. vt non scandalizemus eos, vade ad mare, dicit Hieronym.† Hoc simpliciter intellectum, ædificat audi torem, dum audit tantæ dominũ fuisse paupertatis, vt vnde tributa pro se, & Apostolo redderet, non haberet.

RESPONDEO. Dicendum, quòd Christum decuit in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primo quidem, quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venisse se dicit, Marci primo. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Oportet autem prędicatores verbi Dei, vt omnino vacent prædicationi, omnino a sęcularium rerum cura esse absolutos: quod facere nõ possunt, q̃ diuitias possident. vnde & ipse dominus Apostolos ad prædicandum mittens, dicit eis Matthæ. decimo. Nolite possidere aurum, neque argentum: & ipsi Apostoli dicunt, Act. 6. non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mẽsis. Secundo, quia sicut mortem corporalem assumpsit, vt nobis vitam largiretur spiritualem, ita corporalem paupertatem sustinuit, vt nobis diuitias spirituales largiretur, secundum illud secundæ ad Corinth. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis. Tertio, ne si diuitias haberet, cupiditati eius prædicatio ascribere tur, unde Hieronim.* dicit super Matthæ. quòd si discipuli eius diuitias habuissent, viderentur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicasse, & eadem ratio est de Christo. Quarto, vt tanto maior virtus diuinitatis eius ostenderetur, quanto per paupertatem videbatur abiectior. vnde dicitur in quodam sermone Ephesini concilij: Omnia paupera, & vilia elegit, omnia mediocria, & plurimis obscura, vt diuinitas cognoscaretur orbem transformasse terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fit pecunijs: & hoc tibi exponat præsepe.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd superabundantia diuitiarum, & mendicitas, vitanda videntur abhis, qui volũt viuere secundum virtutem, inquantũ sunt occasiones peccandi. Abundantia nãque diuitiarum est superbiẽdi occasio: mendicitas autem est occasio furandi & mentiendi, aut etiam periurandi.

Quia

Id habet formaliter Ambro. lib.2. in Luc. in c. de Mariæ turbatæ consolatione non remote a prin. q.5. & contra c.55. ad 12. & op. 17. ca. 15. & ep. 20. lib. 3.

sum abducit.

¶ In responsione ad primum, vbi habes differentiam inter voluntariam, & necessariam paupertatem, quo ad occasionem peccandi, aduerte, quòd non vocatur paupertas voluntaria, quæ solo voto firmata est, sed quę habet perseuerantiam voluntariam: parumi enim prodest vouisse paupertatem & egre ferre illam: reincidit enim paupertas ista in necessariam paupertatem, & transit de voluntaria in inuitam. Nec sufficit voluntas perseuerãs ad paupertatem, ita tamen vt non desint opportunæ commoditates: est enim voluntas hæc ad paupertatis nomen, & non ad paupertatis rem. Velle siquidem paupertatem, & nihil sibi deesse, quòd non sit velle paupertatem, ex eo patet, quod Salomon tria proponit, diuitias, paupertatem, & victui necessaria, & inter duo extrema medium petit: quod appetit secundum rem ille, qui nihil vult sibi deesse sub paupertatis nomine. Oportet enim pauperem voluntarie velle, & nomen & rem paupertatis pro loco & tempore, ut uelit etiam cum caret opportunis, libenter penuriam pati; sic enim nullius erit peccati occasio paupertas. Et quoniam hoc paucorum uidetur esse: inde tanta videtur orta aut nutrita religiosorum imperfectio-

In Illud Mat. 10. Nolite possidere aurum.

Quia vero Christus peccati capax non erat, propter hanc causam, ex qua Salomon hoc vitabat, Christo vitanda non erant neque tamen quælibet mendicitas est furandi & periurandi occasio, vt ibidem Salomon subdere videtur: sed sola illa, quæ est contraria voluntati, ad quam vitandã homo furatur & periurat: sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, & talem paupertatem Christus elegit.

AD SECVNDVM dicendũ, & cõmuni vita vti, quãtum ad victum, & vestitum, potest aliquis non solũ diuitias possidendo, sed etiam a mulieribus, & diuitibus necessaria accipiendo, quod etiam circa Christum factum est: dicitur enim Luc. 8. quòd mulieres quædam sequebantur Christum, quæ ministrabãt ei de facultatibus suis. vt enim Hieron.* dicit contra Vigilantium, cõsuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus suis ministrarent: sed quia hoc scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse cõmemorat. sic ergo communis victus poterat esse sine solicitudine impediente prædicationis officium: non autem diuitiarum possessio.

AD TERTIVM dicẽdũ, & in eo, qui ex necessitate pauper est, humilitas nõ multũ commẽdatur: sed in eo, qui voluntarie pauper est (sicut fuit Christus) ipsa paupertas est maximæ humilitatis indicium.

hoc habetur formaliter. c.27. Matth. super illud, Erdabitibi mu lieres &c.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus in hac vita secundum legem conuersatus fuerit.

Snp.q.37. & totum & ff. q.47.art.1. ad 1. Et. di.14.art.3. q.4.ad 3.& 4. dist.q.2. ar.2.q.2. Et op.86.c.23.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur, & Christus non fuerit conuersatus secundum legem. Lex enim præcipiebat, vt nihil operis in sabbatho fieret, sicut Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat: sed ipse ĩ sabbatho curauit hominem, & ei mãdauit vt tolleret lectum suum. ergo videtur quòd non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ 2 Præt. Eadem Christus fecit, & docuit, secundum illud Act. 1. cœpit Iesus facere, & docere: sed ipse Matthæ. 15. docuit, quòd omne, quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod est contra præceptum legis, quæ per esum, & contactum quorundam animalium, dicebat hominem immundum fieri, vt patet Leuit. 11. ergo videtur, quòd ipse non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ 3 Præterea. Idem iudicium videtur esse facientis, & consentientis, secundum illud Rom. 1. Non solum illi qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus: sed Christus consensit discipulis suis soluentibus legem, in hoc & sabbatho spicas vellebant, excusando eos, vt habetur Matthę. 12. ergo videtur, quòd Christus non conuersatus fuerit secundum legem.

Bonil. 16. in Mat. 3. part. & primi libri tom. 2.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. quinto. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas: quod exponens Chrysost.* dicit. Legem implenit, primo quidem, nihil transgrediendo legalium, secundo iustificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat.

RESPONDEO. Dicendum, quòd Christus in omnibus secundum legis precepta conuersatus est. In cuius signum etiam voluit circuncidi: circumcisio enim, est quædam protestatio legis implendæ, secundum illud Gala. quinto. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Voluit autem Christus secundum legem conuersari. primo quidem, vt legẽ veterem approbaret. secundo, vt eam obseruando, in seipso consumaret, & terminaret, ostẽdens quòd ad ipsum erat ordinata. tertio vt Iudæis occasionẽ calumniandi subtraheret. quarto, vt homines a seruitute legis liberaret, secundum illud Galat. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dominus super hoc se excusat a transgressione legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de sanctificatione sabbathi non interdicitur opus diuinum, sed opus humanum: quamuis enim Deus die septimo cessauerit a nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione, & gubernatione: quòd autem Christus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioannis quinto. Pater meus, vsque modo operatur, & ego operor. Secundo, excusat se per hoc, quod illo præcepto non prohibentur opera, quæ sunt de necessitate salutis etiam corporalis. vnde ipse dicit Luc. 13. Vnusquisque vestrũ sabbatho nonne soluit bouem suum, aut asinum a præsepio, & ducit adaquare? Et infra 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi? Manifestum est autem, quòd opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis, & animæ pertinebant.

Tertio, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum. vnde dicitur Matt. 12. An non legistis in lege, quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? & Ioannis septimo dicitur, quod circumcisionem accipit homo in sabbatho: quòd autem Christus paralytico mandauit, vt lectum suum sabbatho portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudem virtutis diuinæ. Et sic patet, quod sabbathum non soluebat: quamuis hoc ei Iudæi falsò obiicerent, dicentes Ioannis 9. Non est hic homo a Deo, qui sabbathum non custodit.

AD SECVNDVM dicendum, quod Christus voluit ostendere per illa verba, quod homo non redditur immundus, secundum animam ex vsu ciborum quorumcumque secundum suam naturam, sed solum secundum quandam significationem: quod autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc est per quandam significationem. vnde Augustinus* dicit contra Faustum: si de porco & agno requiratur, vtrum natura mundus est, dicimus quod omnis creatura Dei bona est, quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est.

li. 3. c. 7. non lõge a princip. tom. 6.

AD TERTIVM dicendum, quod etiam discipuli, qui esurientes, spicas sabbatho vellebãt, a transgressione legis excusantur propter necessitatem famis: sicut & Dauid non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit panes, quos ei edere non licebat.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ primæ Articulum primum.*

TItulus clarus, In corpore vna conclusio: Christus tentari voluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima ratione cõspicere libet, quòd virtuosa contra nostras tentationes tentatio Christi fuit: ita quòd non solum exemplo (quod ad tertiam spectat rationem) sed efficacia auxilium nobis contra tentationes tentatus dominus cõferendo profuit: sicut mortuus nos cõtra mortem muniuit. Modus autẽ quo hoc confertur auxilium, cum de efficacia mortis eius inferius tractabitur, patebit: pro nunc sufficiat, quòd saltem meritorie, tentatus dominus opem contulit nobis.

Opus. 60. ca. 25. prin.

In tertia autem ratione percipe, q̃ modus vincendi tentationes est, recursus ad diuinas scripturas, & eadem ratione ad sanctorum exempla: hoc enim Dominus in sua pugna ac victoria docuit, dum sic pugnauit & vicit.

In responsione ad primum circa notitiam dæmonum de Christo, duo sunt videnda. Primum, quid dæmones sciuerunt de Christo, quod inferius tractabitur in quæstio. de miraculis Christi. Secundum est, quorsum ab Auctore hic affertur notitia habita a dæmone de Christo, cuius Lucas meminit cap. 4. cum manifeste pateat Euangelistam loqui post vsa miracula, hic autem est sermo ante miracula: nam post regressum a deserto, cœpit Christus prædicare & miracula facere.

homil. 16. in euang. non lõge a prin.

Ad hoc dicitur, quòd coactus fuit Auctor ex tentationis actu de incertitudine notitiæ Christo apud dæmones, loqui. Inferuit autem verbum Lucæ euangelistæ de scientia dæmonum in principio prædicationis Christi: quo niam licet Lucas dicat illa verba inter narrandum de miraculis Christi, non tamen dicit, quòd tũc primo dicerunt dæmones illum esse Christum. Et propterea illud Lucæ verbum, quia sciebãt illum esse Christum, ad præteritum tempus inculpabiliter & rationabiliter ab Auctore relatum videtur. Viderunt siquidem dæmones, & quæ ab angelis in die natiuitatis Christi dicta sunt, & quæ a pastoribus gesta, & quæ a Magis duce stella, & quæ a Simeone & Anna dicta sunt: & postea Christi verba ad matrem in templo, de Patre suo, & dicta a Ioanne Baptista de Christo. Ex quibus facile erat cognoscere illum esse Christum absque vlterioribus miraculis: collatione præsertim facta cum prophetiis. Vnde vi-

lib. 9. ca. prin. to.

ta tam longa inedia, & quòd esurit, tentauit nosse, si filius Dei esset.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit, an verum sit omnem tentationẽ ab intrinseco, esse peccatum, videtur q̃ non: quia naturalibus non meremur nec demeremur: concupiscentia autem carnis, & illius delectatio naturalis est. nullum ergo peccatum est cõcupiscẽtia aut delectio carnis.

Cap. 7

¶ Et confirmatur, quia certum est in Christo fuisse carnalem delectationem secundum gustum vel tactum, cum comedebat aut bibebat aliquid delectabile, puta bonũ panem, bonum vinum, &cet. non ergo omnis delectatio sensibilis est peccatum.

Matth. 4 remote a prin. Ambr. in Luc. 4. in ordinat. de tentatione Christi.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ nullus mentis compos dicit, q̃ oĩs delectatio sm̃ carnẽ, seu sensum sit peccatũ: oportet enim naturam ipsam esse malam, si delectatio naturalis esset mala. Vnde in statu innocentiæ fuissent delectationes naturales absque peccato vllo,

lib. 14 in p

&

QVAESTIO XLI.

De tentatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de tentatione Christi.

Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ fuerit conueniens Christum tentari.

¶ Secundò, De loco tentationis.

¶ Tertiò, De tempore.

¶ Quartò, de modo & ordine tẽtationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Christum tentari.

AD PRIMVM sic procedi- H tur. Videtur, quòd Christo tẽtari nõ cõueniebat. Tentare. n. est experimentum sumere, quod quidem non fit, nisi de re ignota: sed virtus Christi erat nota etiã dæmonibus: dicitur enim Luc. 4. quòd nõ sinebat dæmones loq, quia sciebant eum esse Christum. ergo videtur quod non decuerit Christum tentari.

¶ 2 Præt. Christus ad hoc venerat, vt opera diaboli dissolueret, sẽcundũ illud Ioannis. 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. sed non est eiusdẽ dissoluere opera alicuius, & ea pati. & ita videtur inconueniens fuisse, quod Christus pateretur se tentari a diabolo. I

¶ 3 Præterea. Triplex est tentatio, scilicet a carne, a mundo, & a diabolo: sed Christus non fuit tentatus nec a carne, nec a mundo. ergo nec etiam debuit tentari a diabolo.

SED CONTRA est, quòd dicitur Matth. 4. Ductus est Iesus a spiritu in desertum, vt tentaretur a diabolo. K

RESPON. Dicendum, quod Christus tẽtari voluit. Primo quidem, vt nobis cõtra tentationes auxiliũ ferret. vnde Grego. * dicit in homil. non erat indignum Redemptori nostro, quod tẽtari voluit, qui venerat occidi: vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret: sicut mortem nostram, sua morte superauit. Secundo, propter nostram cautelam, vt nullus quantumcumque F Sanctus se æstimet securum & immunem a tẽtatione. vnde & post baptismum tentari voluit: quia, sicut Hilarius dicit super Matthæ. † in sanctificatis maximè Diaboli tentamenta crassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis vnde & Ecclesiastici secũdo dicitur, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tertio, propter exemplum, vt scilicet nos instrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. vnde Augustinus * dicit in quarto de Trinita. quod Christus diabolo se tentandum præbuit, vt ad superãdas tẽtationes eius mediator esset, non solum per adiutorium, verum etiã per exemplum. Quarto, vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur. vnde dicitur Hebræorum quarto. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia, pro similitudine absque peccato. G

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit in 9. de Ciuitate Dei, Christus tantũ innotuit dæmonibus, quantum voluit: non per id, quod est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta, ex q̃bus quandam coniecturam habebant Christũ esse filium Dei: sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis videbant, nõ pro certo cognoscebant eum esse filiũ Dei: & ideo eum tentare voluit. Et hoc signatur Matthei. 4. vbi dicitur, quod postquàm esuriit, accessit tentator ad eum: quia vt Hilarius dicit, * tentare Christum diabolus nõ fuisset ausus, nisi in eo per esuriei infirmitatem, quæ sunt hominis, recognosceret. & hoc etiam patet ex ipso modo tentandi, cum dixit, si filius Dei es, quod exponẽs Ambrosius * dicit, quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Christus venerat dissoluere opera diaboli, non potestatiue agendo, sed magis ab eo, & eius membris patiendo, vt sic diabolũ vinceret iustitia, non potestate, sicut Augustinus * dicit 13. de Trinita. quod diabolus non potẽtia Dei, sed iustitia superandus fuit:

Et ideo circa tẽtationem Christi A consideranda est, quid propria voluntate fecit, & quid a diabolo passus fuit: quòd enim tentatori se offerret, fuit propriæ voluntatis. vnde dicitur Matthæ.4. Ductus est Iesus in desertũ a spiritu, vt tentaretur a diabolo: quod Gregor.* intelligendum dicit de Spiritusancto, vt scilicet illuc eũ spiritus suus duceret, vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret: sed a diabolo passus est, vt assumeretur, vel supra pinnaculum templi, vel etiam in montẽ B excelsum valde. Nec est mirum (vt Grego.† dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit a membris ipsius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo assumptus, nõ quasi ex necessitate, sed quia (vt Origen. * dicit super Luc.) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta sponte procedens.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari voluit absque peccato. Tentatio autem quæ est ab hoste, potest esse sine peccato: quia fit per solam exteriorem suggestionem. Tentatio autem quæ est a carne, non potest esse sine peccato: quia huiusmodi tentatio fit per delectationem, & concupiscentiam. Et sicut Augustin.† dicit, nonnullum peccatum est, quando caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus tentari voluit ab hoste, sed non a carne.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus in deserto tentari debuerit.

AD SECVNDVM sic procedi- A
tur. Videtur, quòd Christus non debuerit tentari in deserto. Christus enim tentari voluit propter exemplum nostrum, vt dictum est: * sed exemplum debet manifeste proponi illis. qui sunt per exemplum informandi. non ergo debuit in deserto tentari.

¶ 2 Præterea Chrysostomus * dicit super Matth. quòd tunc maxime instat diabolus ad tentandũ, cum viderit solitarios: vnde & in principio mulierem tentauit, fine viro eam inueniens: & sic videtur per hoc, quòd in desertum iuit, vt tentaretur, quòd tentationi se exposuit. cum ergo eius tentatio sit nostrum exemplum, videtur quòd etiam alij debeant se ingerere ad tentationes suscipiendas: quod tamen videtur esse periculosum, cum magis tentationum occasiones vitare debeamus.

¶ 3 Præterea. Matthæ. quarto ponitur secunda Christi tentatio, qua diabolus Christum assumpsit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum tẽpli: quod quidem non erat in deserto. non ergo tentatus est solum in deserto.

SED CONTRA est, quod dicitur Marci primo, quòd erat Iesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana.

RESPONDEO. Dicendum, quòd sicut dictum est* Christus propria voluntate se diabolo exhibuit, ad tentandum, sicut etiam propria voluntate membris eius se exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus venire ad eum non auderet. diabolus autem magis attentat aliquem, cum est solitarius: quia, vt dicitur Ecclesiastici quarto, si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. & inde est, quòd Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, vt ibi a diabolo tentaretur. vnde Ambrosius * dicit super Lucam, quòd Christus agebatur in desertum consilio, vt diabolum prouocaret. nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste uicisset, idest Christus. Addit autem & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, vt Adam de exilio liberaret, qui scilicet de paradiso in desertum eiectus est, & exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

art. præced. ad 2.

li.4. in Luc. in tit. de ductu Iesu in desertũ non longe a fine tom.5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem, secundum illud Hebr.12. Aspicientes in Auctorem fidei, & consumatorem Iesum. Fides autem (vt dicitur Romano.10.) est ex auditu, non autem ex visu. Quinimmo Ioa.20. dicitur, Beati qui non uiderunt & crediderunt. & ideo ad hoc, quòd tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit quòd ab hominibus videretur, sed sufficiens fuit, quod hominibus narraretur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd duplex est tentationis occasio. Vna quidem ex parte hominis, puta cum aliquis se peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Et talis occasio tentationis est uitanda, sicut dictum est* Loth. Genes.19. Ne steteris in omni regione circa Sodomam.

Alia uero tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet ad meliora tendentibus, vt Ambrosius † dicit. Et talis tentationis occasio non est vitanda. Vnde dicit Chrysostomus * super Matthæum, quod non solum Christus ductus est in desertum a Spiritu, sed omnes filii Dei habentes Spiritumsanctum: non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritussanctus urget eos aliquod magnũ apprehendere opus, quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est desertum, quantum ad carnem & mundum: quia nõ secundum voluntatem carnis, & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum, quia magis est auxilium Spiritussancti, qui est perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli inuidentia.

art. præced. tot. 3. & 2. 2. q. 88. artic. 4. ad 2. Amb. lib. 4. in Luc. c. de ductu Iesu in desertum non procul a fin. tom. 5. ho mil. 5. in Mat. in opere imperfecto, in 3. pa. a prin. to. 3.

AD TERTIVM dicendum, q̃ quidam dicũt omnes tentationes factas fuisse in deserto: quorum quidam

Ex in Christo non est dubium, quòd cum fatigatus ex itinere sedebat super puteum, quies illa erat delectabilis fesso corpori, & similiter panis suo sano palato erat suauis, & oculis lux solis amabilis, & sic de aliis. Sed aliud est loqui de cõcupiscentia, & delectatione naturali, & aliud est loqui de cõcupiscentia, & delectatione aduersus spiritum: naturalia siquidem vt sic, non exorbitant a recta ratione, neque per hoc nõ tendunt aduersus spiritum: sed a ratione necesse est declinare ea, quæ contrariantur spiritui sunt. Quo circa concedendum est quòd nonnullum peccatum est, cum caro concupiscit aduersus spiritum ratione concupiscentiæ seu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus aut delectationis. Tentatio autem ab intrinseco, quia aduersus spiritum est: non importat naturales motus absolute, sed præter rationem.

Ibem. tr. in euang. non longe a prin.

Homil. 16. in euang. quæ legitur Domin. 1. in quadrag.

Homil. 37. in Luc. in prin. tom. 5.

lib. 8. de ciuit. c. 2. in fin.

¶ *Super Quæstionis quadragesimaprimæ Articulum secundum.*

TIulus clarus.

In corpore vnica conclusio Christus conuenienter tentatus est in deserto: probatur tripliciter, primo, ratione solitudinis: secundo, ratione mysterii, vt scilicet hominem de mundo deserto liberaret: tertio ratione instructionis, vt scilicet doceremur ad meliora tendentibus diabolum inuidere. Omnia clara sunt.

Art. præced.

In responsione ad tertium perspice diligenter euangelistas, & inuenies manifeste figmẽta esse hæc, quæ in litera recitantur de imaginario more & templo. Dicitur autem ad literã Christus tentatus in deserto, quia ibi incœpit tentari, ubi & prima tentatio cõsummata est.

Beatus in Matth. parabolæ prin. tom. 5.

dicunt, quod Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secundum imaginariam visionem: quidam autem dicunt, quòd etiam ipsa ciuitas sancta, ideſt, Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta a Deo: sed hoc non est necessarium, quia Marcus dicit, quòd solum in deserto tentabatur a diabolo: non autem dicit, quòd solum in deserto.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus. In corpore vna conclusio: Conuenienter post ieiuniũ Christus tentari voluit. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

q. præced. art. 2. In resp̃onsione ad secundum noli despicere expositionẽ Bedæ de tentationibus aliis ante illas tres nominatas: quoniam potuit sæpe diabolus varias corporeas similiũdines formare ad tẽtandum Christum; sicut legimus, quòd ad tentandum Antonium tot formauit.

Homi. 16. in euang. circa med. In resp̃onsione ad tertium, habes duas resp̃onsiones. Alteram ex Ambros. q̃ diabolus recessit usque ad tempus passionis per sua membra aperte pugnaturus: alteram, quòd per sua membra pugnando, rediit etiam tentans de tristitia, & odio proximorũ: excitatio quippe tot aduersantiũ, & quærentium eius mortẽ, tentatio erat Christi ad odio habendum illos, & contristandum de illis prosequentibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

AD TERTIVM sic procedi- G tur. Videtur quòd Christi tentatio non debuerit esse post ieiunium. Dictum est enim supra,* quòd Christum non decebat conuersationis austeritas: sed maximæ austeritatis fuisse videtur, quòd quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comederit: quia scilicet in illis diebus nullum omnino cibum sumpsit, vt Greg. * dicit. ergo non videtur, quòd debuerit huiusmodi ieiunium tentationi præmittere. H

¶ 2 Præterea. Mar. primo dicitur, quòd erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana: sed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit. ergo videtur, quòd non post ieiunium, sed simul dum ieiunaret, sit tentatus a diabolo. I

¶ 3 Præt. Christus non legitur, nisi semel ieiunasse: sed non solum semel fuit tentatus a diabolo: dicitur enim Luc. 4. quòd consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. sicut ergo secundę tentationi nõ præmisit ieiunium, ita nec primæ præmittere debuit.

SED CONTRA est, quod dicitur Matthæ. 4. Cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt & tunc accessit ad eum tentator.

RESPON. Dicendum, quòd conuenienter Christus post ieiunium tentari voluit. Primo quidem, propter exemplum: quia cum omnibus (sicut dictum est*) immineat se contra tentationes tueri, p hoc quòd ipse ante tentationem futuram ieiunauit docuit quod per ieiunium nos oportet contra tentationes armari, vnde inter arma iustitiæ Apostolus ieiunia connumerat, secundę ad Corinth. 6. Secundo, vt ostenderet, quod etiam ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios, qui bonis operibus vacant: & ideo sicut post baptismum, ita post ieiunium Christus tentatur, vnde Chrysostomus * dicit super Matthæum, vt discas quàm magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum. & quoniam post baptismum nõ lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, ideo Christus ieiunauit, non ieiunio indigens, sed nos instruens. Tertio, quia post ieiunium secuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciam eam aggrediendi, sicut dictum est,* Cum autem esuriit Dominus (vt Hilarius dicit super Matthæ.†) non fuit ex surreptione inediæ, sed naturæ suæ hominem dereliquit: nõ enim erat a Deo diabolus: sed a carne vincendus, vnde etiam vt Chrysostomus * dicit, non vltra processit in ieiunando, quàm Moyses, & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio.

gr. 1. hrius q. K

Homil. 13. in Matthæ. paulo post prin. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christũ, non decuit conuersatio austerioris vitæ, vt se communem exhiberet illis, quibus prædicauit. nullus autem debet assumere prædicationis officium, nisi prius fuerit purgatus. & in virtute perfectus, sicut & de Christo dicitur, Actuum 1. quòd cœpit Iesus facere & docere: & ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitæ assumpsit, vt doceret post carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officiũ transire, secundum illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.

AD SECVNDVM dicendum, quod verbum illud Marci, potest sic intelligi, quod erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus scilicet ieiunauit: quod autem dicitur, Et tentabatur a Satana, intelligendum est, non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos, eo quod Matthæ. dicit quod cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus postea esuriit, ex quo sumpsit Tentator occasionem accedendi ad ipsum. vnde & quod subditur, Et angeli ministrabant ei, consecutiue intelligendum esse ostenditur, ex hoc, quod Matthæi quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei: quod vero interponit Mar. eratque cũ bestijs, inducitur, secundum Chrysostomum * ad ostendendum quale erat desertum, quia scilicet erat inuium hominibus, & bestiis plenum. Tamen secundum expositionem Bedæ * dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrant Matthæ. & Lucas, quæ manifeste factæ sunt post ieiunium: sed de quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunii tempore Christus est a diabolo passus.

homil. 1. Matt. post princip. tom. 1. cap. Mar. cap. 1. dicendum est. tom.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut Ambrosius * dicit super Lucam, recessit diabolus a Christo vsque ad tempus. quia postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit, tempore scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia, & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulæ, & contemptu Dei per idololatriam.

lib. 4. in l. c. de 3. tom. Christ. a dio tom.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum quartum.*

AD QVARTVM sic procedi- tur. Videtur, quod Christus nõ fuerit cõueniẽs tẽtationis modus & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit: sed si Christus subuenisset corporali fami, cõuertẽdo lapides in panẽ,

TItulus de mõ, & ordine. Ordo ad ipsas tentationes iter se respicit, quæ prima, quæ secunda, quæ tertia. Modus & ordo simul, ad singulas respiciunt tentationes, quo

Opus. de mirac.

Homil. 14. in euang. post prin. tom.

quo ad modum proponẽdi, ordinemque deducendi ad intentum.

¶ In corpore sunt quatuor. Primo, in communi modus ac ordo tentationis ab hoste ponitur, & modus est per viam suggestionis eorum, ad quæ homo est affectus ordo est, vt a leuioribus incipiat spiritualis tentare, & inde ad grauiora, inde ad grauissima. Probatur que auctoritate Gregor. Secundo, declaratur hæc seruata in tentatione primi hominis. Tertio, applicatur hæc ad tentationem Christi: & redditur inde ratio, cur in primis dicit, Si filius Dei es, & in tertia, non. Quarto modus resistendi ponitur, & laudatur, & ex honore humani generis, & ex hostis maiore pena.

¶ Circa has Christi tentationes aduertendum est, quòd tentationes erant, & incitationes ad peccatum, vt in litera exponitur, & explorationes deitatis in Christo, ut verba tentationis monstrant. Si filius Dei es. ita quòd in ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad purum hominẽ inductiones sunt ad peccatum. Vtroque autem modo sunt tentationes, vel deitatis cognoscendæ, vel peccato pollendi. Vnde glos. Matth. 4. dicit, Sic tentat, vt exploret, quod veretur: sic explorat, vt tentando decipiat. Et rursus suadet esuriem panẽ de lapidibus facto releuare, ut ex mutatione cognoscat virtutem, & si purus homo esset, panis oblectamento illuderet esuriem patienti,

¶ Et quia ut sunt suggestiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui, vt sunt explorationes deitatis: memorans siquidẽ diabolus Trinitatis sibi cæreriſque angelis reuelatæ per fidem ante casum: & inde coacte, credens Patrem, & Filium, & Spiritumsanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnati nunc credunt) cum audisset a Gabriel Archangelo. Filius Altissimi uocabitur, & in baptismo Christi, Hic est filius meus dilectus, videnſque Christum post ieiunium esurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in dubium venit, ut glos. ibidem dicit, & etiã quia filius Dei, non solum consubstantialiter, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit, & facta sunt, inchoauit, Dic ut lapides isti panes fiant: ita quòd non solum ex substantia facti, scilicet lapidis in panem mutatione, sed ex modo faciendi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso appositio in testificationem, quòd filius Dei esset. Cogitabat enim, quòd si protestimonio, quòd esset filius Dei, dicens Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et siquidem fieret, iam explorata esset Christi deitas apud dæmonem, qui perspiciebat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparenter, en solo imperio, an applicando actiua passiuis (vt magi coram Pharaone serpentes fecerunt) cum Deus non posset esse testis mendacii. Si autem non fieret, induxisset Christum ad peccatum, quo attentasset facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

¶ Et quoniam delusa est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata via, scilicet per auctoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo videbat,

non peccasset: sicut nõ peccauit, cum panes multiplicauit (quod nõ fuit minus miraculum) vt turbæ esurienti subueniret. ergo videtur quòd nulla fuerit illa tẽtatio.

¶ 2 Præt. Nullus persuasor conuenienter suadet contrarium eius, qđ intendit. sed diabolus statuens Christum supra pinnaculum templi, intendebat, eum de superbia seu vana gloria tentare. ergo incõuenienter persuadet ei, vt se mittat deorsum, quod est contrariũ superbiæ vel vanegloriæ, quę sem per quærit ascendere.

¶ 3 Præt. Vna tentatio conueniẽs est, vt sit de vno peccato: sed in tentatione, quæ fuit in mõte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem, & idololatriam. non ergo conueniens videtur fuisse tentationis modus.

¶ 4 Præt. Tentationes ad peccata ordinantur: sed septem sunt vitia capitalia, vt in secunda parte habitum est.* non autem tentauit, nisi de tribus, scilicet gula, vana gloria & cupiditate. non ergo videtur sufficiens tentationis modus fuisse.

¶ 5 Præt. Post victoriam omnium vitiorum, remanet homini tentatio superbiæ vel vanegloriæ: quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant, sicut dicit Augustin.* Inconuenienter ergo Matth. vltimam ponit tentationẽ cupiditatis in monte, mediam autem inanis gloriæ in tẽplo, præsertim cum Luc. ordinet ecõuerso.

¶ 6 Præterea. Hieronym.† dicit super Matthæũ, quòd propositum Christi fuit diabolum humilitate vincere, non potestate. ergo non imperiose & obiurgando, cum repelliere debuit, dicens, Vade retro Sãtana.

¶ 7 Præterea. Narratio euangelii videtur falsum continere. non. n. videtur possibile, quòd Christus supra pinnaculum templi statui potuerit, quin ab aliis videretur, neque aliquis mõs tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inspici possit, vt sic ex eo potuerint Christo omnia regna mundi ostẽdi. incouuenienter ergo videtur descripta Christi tentatio.

SED CONTRA est, scriptura sacræ auctoritas.

RESPON. Dicendum, quòd tentatio, quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis, vt Greg.* dicit: non autem eodem modo potest aliquid omnibus suggeri, sed vnicuique suggeritur aliquid ex his, circa quæ est affectus. Et ideo diabolus hominem spiritualem, non statim tẽtat de grauibus peccatis: sed paulatim a leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perducat. vnde Greg.*31. Moral. exponẽs illud Iob. 39. Procul odoratur bellum exhortationem ducum & vlulatum exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicti sunt, exercitus vlulare: quia prima vitia, deceptæ menti quasi sub quadam ratione se ingerunt, sed innumera, quæ sequuntur, dum hanc ad omnem infamiam pertrahũt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obseruauit in tentatione primi hominis: nam primo sollicitauit mẽtem primi hominis de ligni vetiti esu, dicens Genes. 3. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? secundo, de inani gloria, cum dixit, Aperientur oculi vestri. tertio perduxit tentationem ad extremam superbiam, cum dixit, Eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Et hunc etiam tentandi ordinem seruauit in Christo. Nam primo tentauit ipsum de eo, quod appetunt quantumcumque spirituales viri, scilicet de sustentatione corporalis naturæ per cibum. secundo processit ad id, in quo spirituales viri quandoque deficiunt, vt scilicet aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam: tertio perduxit tentationem ad id, quod iam non est spũaliũ virorũ, sed carnalium, s. vt diuitias, & gloriã mundi concupiscant, vsq; ad contẽptum Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit, Si filius Dei es, nõ autẽ in tertia, quæ nõ põt conueniret spiritualibus viris, qui sunt per adoptionẽ filij Dei, sicut duæ primę. His autem tentationibus Christus restitit testimonijs legis, non potestate virtutis, vt hoc ipso & plus hominem honoraret, & aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani nõ quasi a Deo, sed quasi ab homine vinceretur, sicut dicit Leo Papa.*

AD PRIMVM ergo dicendum, qꝫ vti necessarijs ad sustentationem non est peccatum gulæ, sed quod ex desiderio huius sustentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gulæ pertinere potest. Est autem inordinatum, qꝫ aliquis, vbi potest recursus haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculose sibi cibum quærere velit. Vnde & dñs filiis Israel miraculose manna

lium, & Spiritumsanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnati nunc credunt) cum audisset a Gabriel Archangelo. Filius Altissimi uocabitur, & in baptismo Christi, Hic est filius meus dilectus, videnſque Christum post ieiunium esurire, quod de deitate audierat, ex superbia ei in dubium venit, ut glos. ibidem dicit, & etiã quia filius Dei, non solum consubstantialiter, sed alio modo dici potuisset. Exploraturus autem deitatem Christi ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit, & facta sunt, inchoauit, Dic ut lapides isti panes fiant: ita quòd non solum ex substantia facti, scilicet lapidis in panem mutatione, sed ex modo faciendi proprio soli Deo, deitatem exploraret, nec ex opere hoc modo tantum, sed ex ipso appositio in testificationem, quòd filius Dei esset. Cogitabat enim, quòd si protestimonio, quòd esset filius Dei, dicens Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et siquidem fieret, iam explorata esset Christi deitas apud dæmonem, qui perspiciebat suo intellectu, an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparenter, en solo imperio, an applicando actiua passiuis (vt magi coram Pharaone serpentes fecerunt) cum Deus non posset esse testis mendacii. Si autem non fieret, induxisset Christum ad peccatum, quo attentasset facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

¶ Et quoniam delusa est eius exploratio, & deiecta suggestio inopinata via, s. per auctoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita auctoritate scripturæ, ex quo videbat,

Ii. 31. Moral. c. 32. in prin.

In serm. 1. de quadra. paulo ante med.

quod Christus Scripturæ auctoritate vtebatur. Similiter cogitas si id efficeret illæsus ad testandum se filium Dei, exploratam fore illius deitatem: vtpote absque vlla necessitate, pro solo nutu miracula in testimonium suæ deitatis facientis. Si vero læderetur, iã peccatum haberet in anima, & in corpore, & inuentum esset, q̃ non esset Dei filius.

¶Sed dominus auctoritate Scripturæ omnem eius machinationẽ delusit: p̃p quod diabolus ad occultiorẽ explorandi modum se transtulit, proponẽdo apertissima mala sub specie regni. Hæc omnia tibi dabo si cadẽs adoraueris me. Hęc em quantũ ex parte explorationis se tenẽt, non ea ratione proposuit, ut si filius Dei esset hoc faceret: sciebat.n. valde contrariari filio Dei hanc adorationem: sed ea ratione proposuit, ut si filius Dei esset, non ferret tam nefandam propositionem: sed responderet auctoritatiue: Ego debeo a te adorari, & tu præsumis suggerere, si cadens adoraueris me: & vel sic exploratã ex eius ore haberet suam deitatem. Et propterea in tertia tentatione non proposuit, si filius Dei es, sed in mente retinuit, quod si filius Dei es, auctoritatiue refellendo proposita manifestabis te filiũ Dei. Sed dominus increpationem eius, non omittens, ad scripturam, de Deo adorando, tacens de seipso se contulit, & sic explorationem omnem delusit, & constantiam, inquantum homo, seruauit ex p̃posito totius mundi regno, non declinando ad quod suggestio illa, vt incitatiua ad malum tendebat: sciebat enim, q̃ regnandi gratia etiã religio uiolanda a mortalibus est credita.

*lib.2. c.19. in medio, tom.5.

¶Nec rationi consentaneum videtur, ut tẽtationes istæ quas visibiliter apparẽs dæmon exercuit (vt colloquutiones manifestant) his solis uerbis, quæ Matth. euangelista narrat, fuerint contentæ: sed multis essent fultę ornatęque verbis omissis ab euangelistis, substantialia tantum narrantibus.

*lib.4. in Luc. in tit. de 3. tentat. Christi, a med. tom.5.

prębuit in deserto, vbi aliunde ei bus haberi non poterat. & similiter Christus in deserto turbas pauit miraculose, vbi aliter cibi haberi non poterant: sed Christus ad subueniendum fami, poterat aliter sibi prouidere quàm miracula faciendo: sicut & Ioannes Baptista fecit (vt legitur Mat. 3.) vel etiam ad loca proxima p-
G perando: & ideo reputabat diabolus, quod Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere attentaret, si esset purus homo

Ad secvndvm dicendũ, quod per humiliationem exteriorem, frequenter quærit aliquis gloriam, qua exaltetur circa spiritualia bona. vnde Augustinus * dicit in libro de sermone domini in monte. Animaduertendum
H est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo sua sit, vt ad quærendum gloriam spiritualem, corporaliter mitteret se deorsum.

Ad tertivm dicẽdum, quod diuitias & honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinate appetũtur. Hoc autem præcipue manifestatur ex hoc, quod pro huiusmodi adipiscendis homo aliquid inhonestũ
I facit: & ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum, & honorum, sed induxit ad hoc, quod propter huiusmodi adipiscenda Christus cum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum: nec solum dixit, Si adoraueris me: sed addidit, Si cadens: quia ut dicit Ambros.* habet ambitio domesticũ periculum: vt enim dominetur aliis, prius seruit, & curuatur obsequio, vt honore dominetur: & dũ vult esse sublimior, fit remissior. Et similiter etiam in præce-
K dentibus tentationibus, ex appetitu vnius peccati in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi, conatus est inducere in vanitatem, sine causa

Circa rationem ordinis harum tentationum in litera ex Gregorio assignatam dubium occurrit: quia ratio illius ordinis, scilicet aut a leuioribus ad grauiora cognoscẽda, tẽtatio spiritualium locum habet, quando paulatim hostis uincit spiritualem virum. Ex quo enim vicit in minoribus, tentat ad grauiora: sed ubi in
F minoribus succubuit hostis, non patet sibi aditus ad maiora, & quia dæmon fuit in prima tentatione superatus a Christo, non videtur ad alias processisse ex ratione assignata.

¶Ad hoc dicitur, q̃ ratio illius ordinis ad tentandum spirituales viros, non est solum præsuppositio casu in prima tentatione, sed simpliciter & absolute: nam si casus interuenit, clare patet ratio processus ad grauiora. Si vero casus non interuenit, nihilominus eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi sunt qui in his quæ minoris sunt culpæ ex suo genere (vt peccata carnis) exhibent se constantes, qui tamen in peccatis spiritualibus vt vana gloria, debiles inueniuntur. Et rursum qui gloriam nõ affectant, ad oblatũ regnum mouentur, iuxta illud Iulii Cæsaris, Si iusiurandum violandũ est, regnan di gratia violandum est: Non dissonat ergo reddita ratio ordinis tentationũ, ab ipsa Christi victoria.

*lib.4. cap. circa n. tom.4.

¶In responsione ad primum, dubium occurrit, quoniam non recte videtur opinatum, quòd si Christus miraculum fecisset, conuertendo lapidem in panem edendum a seipso, quòd peccasset. Nã scriptum est, quod de facto miraculose completa tentatione pastus est, Angelis ministrantibus: ex hoc enim apparet, q̃ sicut absque peccato miraculum fecit de ministerio angelorum, ita potuisset de conuersione lapidis in panem.

¶Ad hoc dicitur, q̃ aliud est loqui de Christo, & aliud loqui de puro homine. Nam de puro homine loquendo, verificatur, quod in litera dicitur, scilicet inordinatum esse, vt aliquis miraculose ci bum habere velit, vbi ad humana subsidia recursus potest haberi. Et ex hac cõmuni ratione putauit diabolus, quòd Christus si purus homo esset, peccatum incurreret, ad miraculum recurrendo de conuersione lapidis in panem. Sed loquendo de Christo, qui est vniuersorum dominus, absque omni peccato poterat, & conuertendo lapidem in panem, & ministerio angelorum, & quouis alio sibi grato modo cibum habere.

homil.5. in Matth. circa med. in qu. re imper. tom.4.

In responsione ad quintum miror, cur Augustinus dixerit incertum esse ordinem istarum tentationum, cum Lucas

eas, licet tertiā apud Matthæum, secundo reciter, & secundam ultimo referat, non dicit tñ quæ illarum prior fuerit, & ppterea ex Luca nullus istarum tentationum ordo temporis habetur. Matthæus autem expresse earum ordinem, secūdum tempus explicat, ubi dicit, Iterum assumpsit eū diabolus in montem excelsum. Cū.n. semel dixisset, Tunc, s. consummata prima tentatione, assumpsit eū diabolus in sanctā ciuitatem. & postea subdidit, iterū assumpsit in montē, aperte mōstrauit per ly iterum, q̄ secundo assumpsit in montē, qui primo assumpserat i sanctā ciuitatē. Ac per hoc patet, q̄ ordo rei gestæ fuit q̄ primo tentatus fuit in deserto, ad quod non est assumptus a diabolo, sed ductus est a Spiritusancto, ut tentaretur a diabolo: secūdo tentatus supra tēplum, quo assumptus est a diabolo; & tertio in monte excelso, quo iterum assumptus est a diabolo: nā si hæc in monte præcessisset illam supra templum, nō dixisset Matthæus, Iterum assumpsit eum diabolus in montem.

¶ Cum autem audis assumptum dominū a diabolo, non intelligas portatum super dorsum aut collum diaboli, sed ductum a diabolo. Sic enim etiā Christus assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem in montē, & transfiguratus est ante eos, ut dicitur Matth. 17.

¶ *Super Quæstio. 42. Art. primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit Christū per se & Apostolos in principio, hoc est ipso mortaliter uiuēte, solis iudæis prædicare. Probatur quadrupliciter. Omnia clara sunt.

¶ In responsione ad secundum, extende illa quatuor, penes quę potestas Christi i dogmatizēdo attēditur, s. secundum miracula, secūdum efficaciam in persuadendo, secundum auctoritatem in modo loquentis, secundum rectitudinē uitæ; & adde quintū, secundum excellentiam doctrinæ: & sextum, secundum irreprehēsibilitatem moralis uitæ, quam docuit; excellentiam doctrinæ eius, & manifestādo Trinitatis imperium (pater manifestauit nomen tuum hominibus) & in aperiendo cælestia, de felicitate cælesti, de resurrectione &c. pater. Moralis autem uita Matt. 5. de actibus excellentissimis uirtutum, qui beatitudines uocantur, & de desiderabilib⁹ ab homine in oratione dominica & de modo uiuendi, talis tantaq; habetur, & deinde p parabolas alioſq; euāgelistas &c. ut experiētia teste uideamus Christianam uitā plenam omnis boni moris, inimicam omni uitio; nec in aliquo culpabilem, in nullo superstitiosam, i nullo phantasticam, si secundū Christi doctrinam instituta fuerit.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de doctrina Christi.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrū Christus debuerit prædicare solum iudæis, an etiam gentilibus.

¶ Secundò, Vtrum in sua prædicatione debuerit turbationem iudæorum uitare.

¶ Tertiò, Vtrum debuerit prædicare publicę, uel occulte.

¶ Quartò, Vtrum debuerit docere solum verbo, vel etiam scripto.

¶ De tempore autem, quo docere incepit, supra dictum est, * cum de baptismo eius ageretur.

ARTICVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit Christum iudæis & non gentibus prædicare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non solum iudæis, sed etiam gentilibus debuerit prædicare. Dicitur enim Isa. 49. Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Israel, & fæces Iacob conuertendas, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremū terræ: sed lumen & salutē Christus prælauit per suam doctrinā. ergo uidetur parum fuisse si solum iudæis & non gentilibus prædicauit.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Matth. 7. Erat docens eos sicut potestatē habēs: sed maior potestas doctrinæ ostenditur in instructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erant gentiles, vnde Apostolus dicit Rom. 15. Sic p̄dicaui euangelium, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. ergo multo magis Christus prædicare debuit gētibus, quàm iudæis.

¶ 3 Præt. Vtilior est instructio multorū, quàm vnius: sed Christus aliquos gentilium instruxit: sicut mulierem samaritanā, Io. 4. & Chananæam, Matth. 15. ergo videtur quòd multo fortius Christus debuerit multitudini gentium prædicare.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Matt. 15. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel: sed Rom. 10. dicitur, Quomodo prædicabūt nisi mittantur? ergo Christus non debuit prędicare nisi iudęis.

RESPON. Dicendum, q̄ conueniens fuit prędicationē Christi, tā per ipsum quàm per Apostolos a principio solis iudeis exhiberi. Primo quidem, ut ostēderet per suum aduētum impleri p̄missiones antiquitus factas iudeis, nō autem gentilibus. Vnde Apostolus dicit Rom. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, idest, apostolum & prędicatorem iudęorum, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Secūdo, ut eius aduentus ostenderetur esse a Deo. Quę.n. a Deo sunt, ordinata sunt, vt dicitur Ro. 13. Hoc autem debitus ordo exigebat, ut iudæis, qui Deo erāt propinquiores per fidem & cultū vnius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos transmitteretur ad gentes: sicut etiam in cælesti hierarchia, per superiores angelos ad inferiores, diuinæ illuminationes deueniunt. vnde super illud Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues, q̄ perierunt domus Israel, dicit Hier. * Non hoc dicit, quin & ad gentes missus sit: sed quòd primum ad Israel missus est. Vnde Isa. vlti. dicitur, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, scilicet ex iudæis, ad gentes, & annuntiabunt gloriam meam gentibus. Tertio, ut iudæis auferret calumniandi materiam. unde super illud Matth. 10. In uiā gentium ne abieritis, dicit Hiero. * Oportebat primum aduentum Christi nuntiari iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes, ideo se Dominū reiecisse, quia ad gentes & Samaritanos, apostolos miserit. Quarto, quia Christus per crucis uictoriā, meruit potestatem & dominium super gentes, Vnde dicitur Apoc. 2. Qui vicerit dabo illi potestatem sup gentes, sicut & ego accepi a patre meo. & Phil. 2. dicitur, quòd quia factus est obediens vsque ad mortem crucis, Deus exaltauit illum, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur. & ideo ante passionem suam noluit gētibus prædicari suam doctrinam: sed post passionem dixit discipulis, Mat. vlt. Eūtes docete omnes gentes. Propter quod, vt legitur Ioan. 12. cum imminente passione, quidam gentiles uellent Iesum videre, respondit, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et sicut Aug. * dicit ibidem, se dicebat granum mortificandum in infide-

In illud vērbum Matth. 15. Non sum miss. tom. 9.

* In illud Matt. 10. In viam gēti. tom. 9.

Trac. 51. in Ioan. circa med. illius tom. 9.

infidelitate iudæorum, & multiplicandum in fide populorum.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Christus fuit in lumen & salutem gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum gentibus misit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quàm per seipsum: & ideo in hoc maxime potestas diuina in Christo monstrata est, quòd discipulis suis tantam uirtutem contulit in docendo, ut gentes, q̃ nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur, & quantum ad miracula, per quæ doctrinã suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominium habens super legem, cum diceret, Ego autem dico uobis, & etiã quantum ad uirtutem rectitudinis, quam in sua cõuersatione monstrabat, sine peccato viuendo.

AD TERTIVM dicendũ, quòd sicut Christus non debuit a principio indifferẽter gentilibus suam doctrinam communicare, ut iudæis tamquàm primogenito populo debitus obseruaretur, ita etiam non debuit gẽtiles omnino repellere, ne spes salutis eis præcluderetur. Et propter hoc, aliqui gentiliũ particulariter sunt admissi, propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum secundum.*

TItulus motꝰ est propter publicas reprehensiones exhibitas a Christo scribis & pharisæis, cum eorum scãdalo, ut pãtet in euangelio.

Capit. 11. in fine. tom. 3.

¶ In corpore unica est conclusio: Dominus non obstante iudæorum offensione publice docebat, & uitia eorũ redarguebat. Probatur duplicíter. Primo, ratione, Quãdo aliqui sua puersitate multitudinis salutem impediunt, non est a prædicatore uel doctore, eorũ timenda offensio, ut multitudinis saluti prouideat: sed scribæ, & pharisæi & principes iudæorum, sua malitia plurimũ impediebant populi salutem. ergo maior probatur: quia salus multitudinis præponenda est paci quorumcumque singularium hominum. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi per quã solam salus esse potest: tum quia prauis moribus, populi uitam corrumpebant. Secũdo, probatur au

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus debuerit iudæis sine eorum offensione prædicare.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur, quòd Christus debuerit iudæis sine eorum offensione prædicare: quia, vt Augustꝰ * dicit in lib. de Agone Christiano, ĩ homine Iesũ Christo se nobis ad exemplum uitæ præbuit filius Dei: sed nos debemus uitare offensionem non solum fidelium, sed etiam infidelium, secundum illud 1. ad Cor. 10. Sine offensione estote iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei. ergo uidetur, quòd etiam Christus in sua doctrina offensionẽ iudæorum uitare debuerit.

¶ 2 Præt. Nullus sapiens debet facere unde effectũ sui operis impediat: sed per hoc quòd sua doctrina Christus iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ: dicitur enim Lucæ 11. cum Dominus pharisæos & scribas reprehenderet, cœperunt grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum. non ergo uidetur conueniens fuisse, quòd eos in sua doctrina offenderet.

¶ 3 Præt. Apostolus dicit 1. ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: sed sacerdotes & principes iudæorum erãt illius populi seniores. ergo uidetur quòd non fuerint duris increpationibus arguendi.

SED CONTRA est, quòd Isa. 8. fuerat prophetizatum, q̃ Christus esset in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel.

RESPON. Dicendum, quòd salus multitudinis est præferenda paci quorumcumque singularium hominum: & ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio a p̃dicatore uel doctore, ad hoc quòd multitudinis saluti prouideat. Scribæ autem & pharisæi & principes iudæorum sua malitia plurimum impediebant populi salutem: tum, quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus: tum ẽt quia prauis suis moribus vitam populi corrumpebant. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publice ueritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum uitia arguebat: & ideo dicitur Matthæ. 15. quòd discipulis Domino dicentibus, Scis q̃ Iudæi audito hoc uerbo, scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, cæci sunt, duceſque cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo sic debet esse sine offensione omnibus, vt nulli det suo facto vel dicto minus recto occasionem ruinæ: sed cum de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum, quàm veritas relinquat̃, vt Gregor. * dicit.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ per hoc quòd Christus publice scribas & pharisæos arguebat, non impedinit, sed magis promouit effectum suæ doctrinæ, quia cum eorum vitia populo innotescebant, minus auertebatur a Christo propter verba scribarum & pharisæorum, qui semper doctrinę Christi obsistebant.

AD TERTIVM dicendum, quòd illud verbum Apostoli, est intelligendum de illis senioribus, qui non solum ætate vel auctoritate, sed etiam honestate sunt senes, secũdum illud Num. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd sẽnes populi sint. Si autem auctoritatem senectut is in instrumentum malitiæ uertant, publice peccando, sunt manifeste & acriter ar-

ctoritate ipsius Christi. Matth. 15. Sinite illos &c.

¶ Aduerte diligentissime, & cautissime q̃ tota ratio publicæ reprehensionis maiorum assignatur salus multitudinis, & propterea ubi maiores essent pessimi, & ex eorum reprehensione publica non speratur populi salus, locum non habet imitatio Christi: unde n. esset huiusmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertãt prædicatores, antequam ponant os in cœlum, nec omittant distinguere inter uniores corrumpentes multitudinis uitã malis moribus, uel exemplariter tantum, uel incitatiue. Nam maiores, q̃ palam uel sub aliquo colore adulterantes uel fornicantes, multitudinem ad hæc patranda solicitarent, sub dicto comprehenduntur canone, ut scilicet si sit spes salutis ipsi⁹ multitudinis publice arguant. Hi enim sunt, de quibus in responsione ad tertium dicitur, quòd auctoritatẽ senectutis in instrumentum malitiæ uertunt, publice peccando.

¶ Illi uero maiores, qui suis cõtenti sunt peccatis publicis, ut concubinarij & huiusmodi, qui reuera non simpliciter, sed quantum est ex suo exẽplo, aliorum mores corrumpunt, an sint publice arguendi, cõsiderandũ est. Nã si ex eorum exẽplo multitudo similia facit, essent publice arguendi, si spes est emendationis ipsorũ uel plebis, postquàm moniti ad partem nollent cessare, quod dico: quia isti non ex malitia, sed ex infirmitate peccant. Sed si moniti, cognita ruina populi ex suo exemplo non curarent,

Homil. 1. Ezech. a quæ tamen parum.

Trad. 82 fin.

curarent, arguendi eũ populo essent publice, cum tali modestia ut salus uerisimiliter populi sequi posset, ita tamen ut si prædicationis officium sibi incumbit ex prælationis debito super illos, non timeat illorum scandalũ: quia quasi paria sunt, corrumpere populi mores sic, & ex malitia. Si autem prælatus eorum non est, superiorem illorum deberet prius confundere. Et hæc dico, si in specie deberet maiores reprehendere publice, ex infirmitate publice concubinas tenentes. Et horum ratio est: quia hic nõ agitur ex proposito ad malum multitudinis: & multitudini plerumque sufficienter prouidetur, si in genere peccatum illud reprehenditur, & quòd non excusantur sequentes mala exempla, & huiusmodi. Si autem ex eorũ publico peccato salus non periclitatur multitudinis, relinquendi sunt superioribus suis, si habent vel sibijpsis corrigendi in speciali: cessat enim ratio publicæ correctionis agendæ cum offensione maiorum.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

¶ In corpore est distinctio trimembris quo ad principalia membra: quia tamen primum subdistinguitur, consurgunt quatuor membra, ac per hoc quatuor conclusiones singulæ iuxta singula membra. Distinctio est: Doctrina potest esse in occulto tripliciter uel quo ad intẽtionem, & hoc dupliciter, aut ratione inuidiæ aut ratione immunditiæ: uel quo ad discipulos, uel quo ad modum. Prima cõclusio est: Doctrina Christi non fuit occulta, secundum intẽtionem ratione inuidiæ. Secunda, Non fuit occulta ratione immunditiæ. Tertia, Nõ fuit occulta quo ad paucitatem discipulorum. Quarta, guẽdi: sicut & Daniel dixit Dan. 13. Inueterate dierum malorum &c.

Articvlvs III.

Vtrum Christus omnia publice docere debuerit.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quòd Christus non omnia publice docere debuerit. Legitur enim multa seorsum discipulis dixisse, sicut patet in sermone cœnæ. vnde & Matth. 10. dixit, Quod in aure audistis in cubilibus, prædicabitur in tectis. non ergo omnia publice docuit.

¶ 2 Præt. Profunda sapientiæ nõ sunt nisi perfectis exponenda, secundum illud 1. ad Cor. 2. Sapiẽtiam loquimur inter perfectos: sed doctrina Christi continebat profundissimam sapientiam. nõ ergo erat imperfectæ multitudini communicanda.

¶ 3 Præt. Idem est, veritatem aliquam occultare silentio, & obscuritate verborũ: sed Christus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obscuritate uerborum: quia sine parabolis non loquebatur ad eos, vt dicitur Mat. 13. ergo pari ratione poterat occultare silentio.

Sed contra est, quòd ipse dicit Ioan. 18. In occulto locutus sum nihil.

Respon. Dicẽdum, quòd doctrina alicuius potest esse in occulto tripliciter. Vno modo, quantum ad intentionem docẽtis, qui intẽdit suam doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare: quod quidem cõtingit dupliciter, quandoque ex inuidia docẽtis, qui vult per suã scientiam excellere, & ideo sciẽtiam suam nõ vult alijs communicare, quod in Christo locum non habuit, ex cuius persona dicitur Sapien. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia cõmunico, & honestatem illius non abscondo. Quandoq; uero hoc cõtingit, propter inhonestatem eorum, quæ docentur: sicut Augustinus * dicit super Ioan. ꝙ quædam sunt mala quæ portare nõ potest qualiscumque pudor humanus. vnde de doctrina hæreticorum dicitur, Prou. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Doctrina aũt Chri nõ est neq; de errore, neq; de immũditia. & ideo Dñs dicit Mar. 4. Nũquid venit lucerna, ideſt, vera & honesta doctrina, vt sub modio ponatur? Alio modo, aliqua doctrina est in occulto, quia paucis proponitur, & sic Christus etiã nihil docuit in occulto: quia Christus omnẽ doctrinam suam vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in communi. Vnde Augustinus * dicit super Io. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos uelit innotescere multis? Tertio modo, aliqua doctrina est in occulto, quantum ad modum docendi. Et sic Christus q̃dam turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annũtianda spiritualia mysteria, ad quæ capienda non erant idonei uel digni. Et tamen melius erat eis, uel sic sub tegumento parabolarũ, spiritualium doctrinam audire, quàm omnino ea priuari. Harũ tamen parabolarum apertam & nudam ueritatem Dominus discipulis exponebat, ꝑ quos deueniret ad alios, qui essent idonei, secũdum illud 2. Tim. 2. Quę audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere, Et hoc signatum est, Num. 4. vbi mandatur, quòd filij Aaron inuoluerẽt uasa sanctuarij, quæ leuitæ inuoluta portarent.

Fuit occulta, quo ad modum in quibusdam respectu quorundam, scilicet plebis immediate: quia mediantibus Apostolis reuelanda. Omnia clara sunt in litera.

¶ Et aduerte, quòd ad literam Christus palam docuit & in occulto nihil, ut ipse testatus est: tum quia quicquid docuit, uoluit palam fieri: tum, quia nihil alienum ab his, quæ publice docuit, ad partem tradidit. Et sic omnia ad literam consona inueniuntur, scilicet sermo cœnæ, & domi pluries, & in monte transfigurationis: &, Quod in aure audistis, & Nicodemo. & Samaritanæ, & huiusmodi. Sic enim secundum communem hominum intellectum: verificãtur uerba domini ad pontificem interrogantem de doctrina eius, & sic cognita doctrina eius publice tradita, nihil restabat examinãdũ; quia nihil alienum a publice tradita doctrina docuit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Hilar. * dicit super Mat. exponẽs illud uerbum inductum, nõ legimus Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinam tradidisse in tenebris: sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & uerbum eius infidelibus nox est. Itaque quod ab eo dictum est inter infideles, cum libertate fidei & confessionis est loquendum. Vel secundum Hiero. * comparatiue loquitur: quia uidelicet erudiebat eos in paruo Iudææ loco, respectu totius mundi, in quo erat per apostolorum prædicationẽ doctrina Christi publicanda.

Ad secvndvm dicendum, quòd Dominus non omnia profunda suæ sapientiæ sua doctrina manifestauit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis, quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, quæ non potestis portare modo: sed tamen quæcumq; dignũ duxit alijs tradere de sua sapiẽtia, non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Aug. * dicit super Io. Intelligendum est, ita dixisse Dominum, Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierũt: & rursus non erat palam, quia non intelligebant.

Ad tertivm dicẽdũ, ꝙ turbis Dominus in parabolis loquebatur, sicut dictum est, * quia nõ erant digni nec idonei nudã ueritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quod autem dicitur, ꝙ sine parabolis non loquebatur eis, secundum Chrys. * intelligẽdum est quantũ ad illũ sermonem, quàm uis alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel secundum Augustinum † in lib. de Quæstionib. euang.

¶ *Super*

Op. 60. c. 14.

Tract. 113. in Ioã. in med. tom. 9.

Can. 10. in Mat. parum a medio.

Super verbum Matt. citatum in arg. tom. 9.

Tract. 113. in Ioã. in med. illius to. 9.

In corp. art. Homil. 48. in Matth. circa prin. illius, tom. 2. In lib. 96. ex Matth. c. 15. tom. 4. in princip.

¶ *Super Quæstionis quadragesimasecunda Articulum quarzum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respondetur quæsito unica conclusione. Secundo, referuntur quædam ex August. Conclusio est: Conueniens fuit Christum doctrinam suam non scripsisse. Probatur tripliciter.

Ad Heb. 8. lect. 2. in fi.

¶ Vbi aduerte in prima ratione ex dignitate doctoris dignissimum modum docendi concludente, duo. Primum est, q̃ modus docendi distinguitur in duo, scilicet uerbo uel scripto. Et excellentior ponitur modus docendi solo uerbo, ea ratione, quia immediatius perducit ad finem: cum enim finis doctoris sit imprimere doctrinam suam in mentibus auditorum, qui solo uerbo id facit, excellentiori modo efficit, quam qui verbo in scriptis redacto, idem efficeret. Secundum est, quòd Socratem nihil scripsisse, sub proprio nomine intelligendum est: quoniam traditur ipsum sub Aesopi nomine, Aesopi fabulas scripsisse, coactus, ut ipse aiebat, ad hoc a suo dæmone: in cuius signum Plato in phædone Socratem introducit morituru, non se continuisse ab Aesopo cõstructuro fabulam.

Lib. 1. cap. 7. ante med. com. 4.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia ratio aduersatur primæ: nam tertia fundatur super ordine, quo Christi doctrina peruenire debet ad omnes, scilicet mediantibus quibusdã: prima autem fundatur super immediatione inter doctorem & discipulum. Hæc enim sibijnuicem aduersari patet. nam si immediate, ergo non ordine quodam: & si ordine quodam, ergo non immediate.

Rod. li. 1. de cõsensu euã g. c. 7. circa med. tom. 4.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ utraque ratio uera, & efficax est ad diuersos relata. Nam prima ratio respicit hoc dicitur, non quia nihil proprie locutus est, sed quia nullũ fere sermonem explicauit, ubi non per parabolam aliquid significauerit, quàmuis in eo aliqua proprie dixerit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit doctrinam suam scripto tradere.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q̃ Christus doctrinã suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inuenta est ad hoc, q̃ doctrina commendetur memoriæ in futurũ: sed doctrina Christi duratura erat in æternum, secũdum illud Luc. 21. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non transibũt. ergo videtur quòd Christus debuerit suam doctrinã scripto mandare.

¶ 2 Præt. Lex uetus ĩ figura Christi p̃cessit, ſm illud Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum: sed lex vetus a Deo fuit descripta, ſm illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata, quæ scripsi. ergo videtur q̃ etiã Christus doctrinam suam scribere debuerit.

¶ 3 Præt. Ad Christum qui venerat illuminare bis, q̃ in tenebris & vmbra mortis sedent, vt dicit Luc. 1. ptinebat erroris occasiones excludere, & uiã fidei aperire: sed hoc fecisset, doctrinã suã scribẽdo: dicit enim Aug. * in 1. de cõsensu euang. q̃ solet nonnullos mouere, cur ipse Dñs nihil scripserit, vt alijs de illo scribẽtib⁹ necesse sit credere hoc. n. illi, & maxime pagani quærunt, qui Christũ culpare aut blasphemare nõ audent, eique tribuũt excellentissimã sapiẽtiam, sed tñ tãquàm homini. Discipulos vero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse, q̃ erat, vt eum filium Dei dicerent, & verbũ Dei p̃ quod facta sunt oĩa. Et postea subdit, * Videntur parati fuisse hoc de illo credere, qđ de se ipse scripsisset, nõ quod alij de illo p̃ suo arbitrio prædicassent. ergo vł quòd Christus ipse doctrinã suam scripto tradere debuerit.

SED CONTRA est, quòd nulli libri ab eo scripti habentur in canone scripturæ.

RESPON. Dicendum, conueniẽs fuisse Christum doctrinam suã non scripsisse. Primo quidẽ, propter dignitatẽ ipsius. Excellẽtiori enim doctori excellentior modus doctrinæ debeꝫ: & ideo Christo tamquàm excellentissimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam suam auditorum cordibus imprimeret. Propter quod dr Matth. 7. q̃ erat docens eos, sicut potestatẽ habẽs. Vnde etiam apud gẽtiles Pythagoras & Socrates, qui fuerũt excellentissimi doctores, nihil scribere uoluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrinæ in cordibus auditorũ, sicut ad finem. Secundo, propter excellentiam doctrinæ Christi, quæ literis comprehendi nõ potest, ſm illud Ioan. vlt. Sũt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos, qui scribẽdi sunt libros: quos sicut Aug. dicit, * non spatio locorum credẽdum est mundum capere non posse: sed capacitate legentium comprehendi nõ posse. Si autem Christus scripto doctrinam suam mãdasset, nihil altius de eius doctrina homines æstimarent, q̃ quod scriptura cõtineret. Tertio, vt ordine quodã ab ipso doctrina ad omnes perueniret, dum ipse scilicet discipulos suos immediate docuit, q̃ postmodum alios uerbo & scripto docuerũt. Si autem ipsemet scripsisset, eius doctrina immediate ad omnes puenisset. vnde & de sapiẽtia Dei dr, Prouerb. 9. q̃ misit ancillas suas vocare ad arcem. Sciẽdum tamen est, sicut August. * dicit in 1. de consensu euang. aliquos gẽtiles existimasse Christum quosdã libros scripsisse, continentes quædã magica, q̃bus miracula faciebat, quæ disciplina Christiana condẽnat. Et illi tamẽ, qui Christi libros tales se legisse affirmãt, nulla talia faciunt, qualia illũ libris talibus fecisse mirantur: diuino enim iudicio sic errãt, ut eos dẽ libros ad Petrum & Paulum dicãt tãquã epistolari titulo prænotatos, eo q̃ in pluribus locis simul eos cũ Christo pictos uiderunt. Nec mirum, si a pingentibus fingentes decepti sunt: toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis uixit, nondum erat Paulus discipulus eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, sicut Aug. dicit in eodem libro, omnibus discipulis suis tamquàm membris sui corporis Christus caput est. Itaq; cum illi scripserunt, quæ ille ostendit & dixit, nequaquam dicendum est, doctrinam Christi respectu discipulorum, qui ex proprio Christi ore edocti sunt, tertia autem respicit doctrinam Christi respectu uniuersorum, quocumque tempore a Christo discunt. Et respectu illorum immediatio excellentior est, vt prima ratio sonat: respectu autem uniuersorum ordo excellentior est, ut ad alios mediantibus q̃busdam perueniat doctrina, ut tertia assimit ratio. Nulla ergo est controuersia inter rationes sane intellectas.

Trast. vi cuange. non pu aline. u

¶ In hac conclusione aduerte, quòd non minima est conclusionis ratio, ut Christus etiam in docendi modo, monstraret se esse uerum Deum. Solius quippe esse Dei comprobatur experientia & auctoritate, docere uniuersum orbem ea, quæ religionis atque morum, totiusque uitæ etiam post corporis mortem futuræ absque scriptura propria, reuelando ac tradendo quæ ab alijs scribenda sunt. Sic enim uidemus Deum & naturalia per lumen naturale nos docere, iuxta illud: Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? & respondetur, Signatum est super nos lumen vultus tui domine &c. quo lumine sunt illustrati qui bene de natura, de moribus, & huiusmodi scripserunt, & supernaturalia nobis tradere per lumen infusum, ut credimus de prophetis, qui scripserunt. Similiter enim Iesus Christus per seipsum & exterius, & interius docuit Apostolos, qui lumine infuso, fulti scripserunt: aperuit enim illis sensum, ut intelligerent scripturam, & Spiritusancti lumine mentes eorum illustrauit, ut docerent uerbo & scripto reliquos. Decuit ergo Christum nihil scribere, ut ex hoc sua doctrina Dei doctrina magis straretur.

Lib. 1. cap. 8. 10. tom. 4.

¶ Est etiam ex eodem deitatis capite alia ratio,

ratio, ut scilicet comprobaret se Deũ ex modo docendi, scribendo in cordibus hominum, & non in tabulis materialibus, iuxta illud Hier. 30. Ecce, dies ueniunt, &c. & scribam in cordibus eorum, & comprobaret doctrinam suam esse doctrinam spiritus & uitæ, & nõ literæ & mortis. Reseruatum sibi quippe Dominus Iesus docẽdi modum per interium lumen gratiæ tamquàm Deo proprium scies, non debebat scripturæ doctrinam suam credere, quasi scriptura illa perfecta, doctrina ipsa perijsset, quam ipse seruaturus per internum est lumen, usque in æternum.

¶ Deinde ex August. quorundam gentilium ẽcti opinione refert de scriptis a Christo, tribus adiunctis opinionibus. Prima est ex contentis in libro: quia contraria sunt Christianæ disciplinæ. Secunda est, ex utentibus ipsis libris: quia non illa q̃ Christus fecit, facere possunt. Tertia est ex titulo: quia ad Paulum, qui non erat discipulus.

¶ *Super Quæstio 43. Art. primum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio: Cõuenientissimum fuit Christum miracula facere. Probatur: Miracula fiũt & ad confirmationem doctrinæ supernaturalis & ad testificandũ Deũ in faciente miracula: sed hæc præcipue habent locum in Christo. ergo. Et confirmatur auctoritate Io. 5. & 10. Omnia clara sunt.

quòd ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt: quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere uoluit, hoc scribendum illis, tamquàm suis manibus imperauit.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ quia lex uetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo etiam conuenienter sensibilibus signis scripta fuit: sed doctrina Christi, quę est lex spiritus uitę, scribi debuit non atramẽto, sed spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis spiritualibus, ut Apostolus dicit 2. ad Cor. 3.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd illi qui scripturæ apostolorum de Christo credere noluerunt, nec ipsi Christo scribenti credidissent, de quo opinabantur, quòd magicis artibus fecisset miracula.

QVAESTIO XLIII.

De miraculis a Christo factis in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de miraculis a Christo factis. Et primò in generali. Secundo, in speciali de singulis miràculorum generibus. Tertio, in particulari de transfiguratione ipsius.

CIRCA primum quærũtur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus debuerit miracula facere.

¶ Secundò, Vtrum fecerit ea uirtute diuina.

¶ Tertiò, In quo tempore inceperit miracula facere.

¶ Quartò, Vtrum per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus debuerit facere miracula.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus miracula facere non debuerit. Factum enim Christi uerbo ipsius debuit concordare: sed ipse dicit Matth. 16. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. non ergo debuit miracula facere.

¶ 2 Præt. Sicut Christus in secundo aduentu uenturus est in uirtute magna & maiestate, ut dicit Mat. 25. ita in primo aduentu uenit in infirmitate, secundum illud Isa. 53. Virum dolorum & scientem infirmitatem: sed operatio miraculorum magis pertinet ad uirtutem quàm ad infirmitatem. ergo non fuit conueniens, quòd in primo aduentu miracula faceret.

A ¶ 3 Præt. Christus uenit ad hoc, ut homines saluaret per fidem, secundum illud Hebræ. 12. Aspicientes in auctorem fidei & consummatorem Iesum sed miracula diminuunt meritum fidei: vnde Dominus Ioan. 4. dicit, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. ergo non uidetur, quòd Christus debuerit miracula facere.

SED CONTRA est, quòd ex persona aduersariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

RESPON. Dicendum, quòd diuinitus conceditur homini miracula facere propter duo. Primo quidem & principaliter, ad confirmandam ueritatem, quam aliquis docet: quia enim ea, quæ sunt fidei, humanam rationem excedunt, non possunt per rationes humanas probari, sed oportet quòd probentur per argumentum diuinę uirtutis, ut dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea, quæ dicuntur esse a Deo: sicut cum aliqs defert literas anulo regis signatas, creditur ex uolũtate regis processisse, quod in illis continetur. Secũdo, ad ostendendam præsentiam Dei in homine p gratiam Spiritussancti, ut dum scilicet homo facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per gratiã. unde dicitur Gal. 3. Qui tribuit nobis Spiritumsanctum, operatur uirtutes in nobis. Vtrumque autem circa Christum erat hominibus manifestandum, C scilicet quòd Deus esset in eo per gratiam, nõ adoptionis, sed unionis, & quòd eius supernaturalis doctrina esset a Deo. & ideo conuenientissimum fuit, ut miracula faceret. unde ipse dicit Ioan. 10. Si mihi non uultis credere, operibus credite. Et Io. 5. Opera quæ dedit mihi pater ut faciam, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicit Signum nõ dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ, intelligendum est, ut Chrys. * dicit, q̃ tunc non acceperunt tale signum, quale petebant, scilicet de cęlo, non quòd nullum signum eis dederit: uel quia signa faciebat, non propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed ut alios emendaret. & ideo non eis, sed alijs illa signa dabantur. Homil. 54. in Mat. ante med. tom. 2.

D AD SECVNDVM dicendum, q̃ licet Christus uenerit in infirmitate carnis, quod manifestatur per passiones: uenit tamen in uirtute Dei, quod erat manifestandum per miracula.

AD TERTIVM dicendum, q̃ miracula intantum diminuunt meritum fidei, inquantũ per hoc ostenditur duritia eorum, qui nolunt credere ea, quæ scripturis diuinis probantur, nisi per miracula. Et tamen melius est eis, ut uel per miracula conuertantur ad fidem, quàm quòd omnino in infidelitate permaneant: dicitur enim 1. ad Corint. 14. quòd signa data sunt infidelibus, ut scilicet conuertantur ad fidem.

E

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus fecerit miracula diuina uirtute.

¶ *Super Quæstionis quadragesimatertię Articulum secundum.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd Christus non fecerit miracula diuina uirtute. Virtus enim diuina est omnipotens: sed uidetur quòd Christus nõ fuerit omnipotẽs in miracu-

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiũt. Primo, respondetur quæsito: Christus fecit miracula uirtute diuina. Probatur: quia uera miracula sola uirtute di- 3. dist. 15. q. 1. art. 3. cor. & dist. 16. q. 2. art. 3. cor. & ad 4. & 4. dist. 5. q. 2. ar. 1. & opu. 11. c. 17.

te diuina fieri possunt, & confirmatur auctoritate Leonis, Secundo, respondet tacitæ quæstioni. Quid de humanitate Christi, numquid faciebat miracula? & dicit quod utraq; natura agebat miracula: communione tamen alterius, scilicet diuinæ. Et declarat modum, & quo ad naturas, quia humanitas erat instrumentum diuinitatis. & quo ad actionē: quia humana actio uirtutē accepit a natura diuina: quæ ex superius explanatis clara sunt.

¶ Responsione quoque ad tertium, ex Luc. 11. cap. habes.

lis faciēdis: dicitur enim Mat. 6. quòd non poterat ibi, scilicet in patria sua, uirtutem ullam facere. ergo uidetur quòd non fecerit miracula uirtute diuina.

¶ 2 Præt. Dei non est orare: sed Christus aliquando in miraculis faciēdis orabat, ut patet in suscitatione Lazari Io. 11. & in multiplicatione panū, ut patet Mat. 14. ergo uidetur quòd non fecerit miracula uirtute diuina.

¶ 3 Præt. Ea, quæ uirtute diuina fiunt, non possunt uirtute alicuius creaturæ fieri: sed ea q̄ Christus faciebat, poterāt fieri in uirtute alicuius creaturæ: unde & pharisæi dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eijciebat dæmonia. ergo uidetur q̄ Christus non fecerit miracula uirtute diuina.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut in prima parte habitum est, *uera miracula sola uirtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem, quod pertinet ad rationem miraculi. unde Leo Papa dicit in epistō. † ad Flauianum, quòd in Christo sunt duæ naturæ, una scilicet diuina, quæ fulget miraculis, altera scilicet humana, quæ succumbit iniurijs. Et tamen una earum agit cum communicatione alterius, inquantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana uirtutem accepit a natura diuina, sicut supra habitum est. *

3. d. 9. 20. art. 4.

Epist. 10. c. 4. parum a prin.

q. 13. art. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ hoc quod dicit, non poterat ibi ullam uirtutem facere, non est referendum ad potentiā absolutā: sed ad id, quod potest fieri congruenter: non enim congruū erat, ut inter incredulos operaretur miracula. Vnde subdit Et mirabatur propter incredulitatē eorum, secundum quem modum dicitur Gen. 18. Num celare potero Abraham, quę gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

AN SECVNDVM dicēdū, q̄, sicut Chrys. * dicit super illud Matt. 14. Acceptis quinq; panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit, oportebat credi de Christo, quoniam a patre est, & q̄ ei æqualis est: & ideo ut utrumq; ostendat, nunc quidē cum potestate, nunc aūt orans miracula facit, & in minoribus quidē respicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit, puta quādo peccata dimisit, mortuos suscitauit, q̄ autē dicitur Io. 11. q̄ in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, non propter necessitatem suffragij, sed propter exēplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum, qui circunstat dixi, ut credant, quia tu me misisti.

Homil. 50. in Mat. a prin. tom. 2.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus alio modo expellebat dæmones, quàm uirtute dæmonum expellantur. Nam uirtute superiorum dæmonum, ita dæmones a corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum, quantū ad animam: non enim contra regnum suum diabolus agit: sed Christus dæmones expellebat non solū a corpore, sed multo magis ab anima: & ideo Dominus blasphemiam pharisæorum dicentium eum in uirtute dæmoniorum dæmonia eijcere reprobauit. primo quidem per hoc, quòd satanas contra seipsum non diuiditur. secundo, exemplo aliorum, qui dæmonia eijciebant per spiritum Dei. tertio, quia dæmonium expellere non posset, nisi ipsum uicisset uirtute diuina. quarto, quia nulla conuenientia in operibus, nec in effectu erat sibi & satanæ, cum satanas dispergere cuperet quos Christus colligebat.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus inceperit facere miracula in nuptijs.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non inceperit miracula facere in nuptijs, mutādo aquam in uinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quòd Christus in sua pueritia multa miracula fecit: sed miraculum de cōuersione aquæ in uinum fecit in nuptijs trigesimo, uel trigesimoprimo anno suæ ætatis. ergo uidetur quòd non inceperit tunc miracula facere.

¶ 2 Præt. Christus faciebat miracula, secundum uirtutem diuinā: sed uirtus diuina in eo a principio suæ conceptionis erat: ex tunc enim fuit Deus & homo. ergo uidetur quòd a principio miracula fecerit.

¶ 3 Præt. Christus post baptismū & tētationem cœpit discipulos congregare, ut legitur Matth. 4. & Ioan. 1. sed discipuli præcipue congregati sunt ad ipsum propter miracula, sicut dicit Luc. 5. quòd Petrum uocauit obstupescentem propter miraculum, quod fecerat in captura piscium. ergo uidetur quòd ante miraculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula.

SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.

RESPON. Dicendū, quod miracula facta sunt a Christo propter confirmationem doctrinæ eius, & ad ostendendam uirtutē diuinam in ipso: & ideo quātum ad primum non debuit ante miracula facere, quàm docere inciperet: non autem debuit incipere docere ante perfectam ætatē, ut supra habitum est, * cum de baptismo eius ageretur. Quantū autem ad secundum, sic debuit p miracula deitatē ostendere, ut crederetur ueritas humanitatis ipsius, & ideo sicut dicit Chrys. * super Io. decenter nō incepit signa facere in prima ætate: existimassent enim phantasma esse incarnationem, & ante opportunū tempus cruci eum tradidissent.

¶ *Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articu. tertium.*

TItulus clarus, occasionem ex euāgelij uerbis habens. ¶ In corpore una conclusio: Christus incepit miracula facere in nuptijs. Probatur: Miracula Christi sūt uel ad confirmandā doctrinam eius, uel ad monstrandā eius deitatem facta: sed propter utrumq; debuit in ætate perfecta incipere miracula. ergo. Assumptū ex primo articulo patet. Minor, quo ad utrāque partem probatur clare, & singillatim, in litera.

4. dist. 2. expositi. lit. & 11. art. 1. Io. 1. & c. 2. fi. & cap. 5. fin.

¶ Vbi scito, quòd ex huiusmodi ratione, licet non habeatur nisi quòd miracula Christi inceperūt in ætate perfecta, quando incepit docere, hoc est post baptismum Ioannis, iuxta uerbum Petri Actu. 1. Incipiens a baptismo Ioannis, quia tamen nullum legitur miraculum ante nuptias factum, & Ioannes Baptista toto illo primo anno monstrauit eum, & Ioannes euangelista in anniuersario die quo nuptias celebratas credit ecclesia, dicit, Hoc initium signorū fecit Iesus, &c. satis rationabiliter affirmatur, quòd illud fuit primum miraculū simpliciter, quòd Christus fecit: quod etiam confirmatur ex eo, quod Ioannes euangelista non est prosecutus secundum & tertium miraculum in Cana Galilææ, quod prosequendum erat, si primum non simpliciter, sed in Cana Galilææ scribere se ꝓposuisset, & nō potius initium signorum

q. 39. art. 3.

Homil. in Ioan. rū ante dium. 12

gnorum ab omnibus circumstantijs describere se monstrasset. ¶ Et hoc idem patet, ex eo q̃ subiũgit euãgelista. Et manifestauit gloriam suã, non dicit in Cana Galilææ: sed simpliciter & absolute. Et manifestauit gloriã suam, procul dubio prius latentem: quia miraculis adhuc non claruerat illius natura diuina, quæ tunc cœpit miraculis coruscare.

Homil. 16. in Ioan. circa med. illius tom. 3.

¶ *Super Quæstio. 43. Artic. quartum.*

TIulus clarus. ¶ In corpore vnica conclusio; Miracula quæ Christus fecit, sufficientia erant ad manifestandã deitatem ipsius secundũ tria, substantiam, modum, & doctrinam: probatur singillatim clare.

¶ Vbi aduerte, quòd Auctor breuiter per transit: sed si fuerint hæc tria bene considerata, maximã continent efficaciam: & primũ quidẽ quo ad resurrectionem mortuorum, & illuminationem cæcorum, cõstat sublatis fallacijs, a solo Deo fieri posse: secundum autem inexcogitabile est, q̃ etiam dæmoni conueniat: tertium autẽ omnimodam conuincit intelligẽtiam. Ita q̃ si hæc tria simul ponantur, impossibile est, quin Deum fateamur, Christum: quomodo.n. usurpanti sibi diuinũ nomen & rem falsò, affuisset Deus in tot operibus deitatis proprijs testis mendacij?

Greg. ho. 5. in euang. in princ. Chrys. ho. 22. in Ioan. paulo a prin. cap. 3.

Rab. car. 2. med. tom. 4.

¶ Aduerte ex lib. 1. cõtra Gent. cap. 6. q̃ aut conceditur Christum fecisse miracula relata in euangelio, aut non. Si conceditur, habet illius deitas ut patet ex prædictis illis tribus coniunctis: si non conceditur, tunc habetur etiam illius deitas ex hoc maximo miraculorum, q̃ pauperculus, iuuenis, indoctus, ex gẽte exosa (iudæus scilicet) persecutionẽ cum tot ludibrijs & mortem turpissimã passus, derelictus, dicens se Deum, habitus stultus a suis, a iudæis, ab Herode, a Pilato, absque miracu-

g. dist. 35. q. 1. art. 2. dub. 6. q. 1. arti. 2. cor. & tota. c. 6. & 7. & 51. ad 8. & quæst. 2. c. ad 2. & Ioan. 25. lect. 5.

A festari sufficiẽter diuinitas Christi, ad quam pertinet vniuersalẽ virtutem habere de omnibus.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me.

RESPON. Dicendum, q̃ miracula quæ Christus fecit, sufficientia erant ad manifestandam diuinitatẽ ipsius, fm tria. Primo quidem, secundum ipsam speciem operum, quæ transcendebant omnem potestatem creatæ uirtutis: & B ideo non poterant fieri nisi virtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Io. 9. A sæculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati: nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquã. Secundo, propter modum miracula faciendi: quia scilicet quasi ex ꝓpria potestate miracula faciebat: non autem orando, sicut alij. Vnde dicitur Luc. 6. q̃ virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Per quod ostenditur, sicut Cyrillus dicit, q̃ non accipiebat alienam virtutem: sed cum esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. vnde super illud Matth. 8. Eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, dicit Chrys. * Inten- C de quantam multitudinem curatam transcurrunt euangelistæ, non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc ostendebatur, q̃ haberet virtutem coæqualem Deo patri, secundum illud Io. 5. Quæcumq; Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Et ibidẽ, Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertio ex ipsa doctrina, qua se Deum dicebat, quæ nisi vera esset, non confirmaretur miraculis diuina virtute factis: & ideo dicitur Mat. 1. Quænam doctrina hæc noua, quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Homil. 28. in Mat. paulo a prin. to. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum miracula per Christum facta sufficienter eius diuinitatem ostenderint.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur, q̃ miracula q̃ Christus fecit, nõ fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius. Esse enim Deum & hominẽ, proprium est Christo: sed miracula, q̃ Christus fecit, etiam ab alijs sunt facta. ergo uidetur, q̃ non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶ 2 Præt. Virtute diuina nihil est maius: sed aliqui fecerũt maiora miracula, q̃ Christus: dicit enim Io. 14. Qui credit in me, opera q̃ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. ergo uidetur q̃ miracula quæ Christus fecit, nõ fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶ 3 Præt. Ex particulari non sufficienter ostẽditur vniuersale: sed quodlibet miraculorum Christi fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorũ potuit manifestari sufficiẽter diuinitas Christi, ad quam pertinet vniuersalẽ virtutem habere de omnibus.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 5. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me.

RESPON. Dicendum, q̃ miracula quæ Christus fecit, sufficientia erant ad manifestandam diuinitatẽ ipsius, fm tria. Primo quidem, secundum ipsam speciem operum, quæ transcendebant omnem potestatem creatæ uirtutis: & B ideo non poterant fieri nisi virtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Io. 9. A sæculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati: nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquã. Secundo, propter modum miracula faciendi: quia scilicet quasi ex ꝓpria potestate miracula faciebat: non autem orando, sicut alij. Vnde dicitur Luc. 6. q̃ virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Per quod ostenditur, sicut Cyrillus dicit, q̃ non accipiebat alienam virtutem: sed cum esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. vnde super illud Matth. 8. Eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, dicit Chrys. * Inten- C de quantam multitudinem curatam transcurrunt euangelistæ, non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc ostendebatur, q̃ haberet virtutem coæqualem Deo patri, secundum illud Io. 5. Quæcumq; Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Et ibidẽ, Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertio ex ipsa doctrina, qua se Deum dicebat, quæ nisi vera esset, non confirmaretur miraculis diuina virtute factis: & ideo dicitur Mat. 1. Quænam doctrina hæc noua, quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Homil. 28. in Mat. paulo a prin. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ hæc erat obiectio gentilium. Vnde Aug. * dicit in epistola ad Volu- D sianum: nulla, inquiunt, competentibus, signis tantæ maiestatis indicia claruerũt: quia carnalis illa purgatio, qua scilicet dæmones effugabat, debilium cura, reddita vita defunctis, si & alia considerẽtur, Deo parua sunt. Et ad hoc respondet Aug. * Fatemur & nos talia quidem fecisse prophetas: sed & ipse Moyses & ceteri prophetæ dominum Iesum prophetizauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Qui ꝓterea talia, & ipse facere voluit, ne esset absurdum, quòd per illos fecerat, si ipse etiam non faceret: sed tamen & aliquid proprium facere debuit, nasci de virgine, resurgere a mortuis, cælum ascendere, hoc Deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. E Non homine assumpto alium mundum facere debuit, vt eum esse crederemur, per quem factus est mundus: sed nec maior mundus nec isti æqualis in hoc fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoque parum putaretur: quæ tamen alij fecerunt, Christus excellentius fecit. Vnde super illud Ioan. 15. Si opera nõ fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, &c. dicit Aug. * Nulla in operibus Christi videntur esse maiora, quàm suscitatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit tamen aliqua Christus, quæ nemo alius fecit: sed respondetur nobis, & alios fecisse, quæ

Epis. 3. post med. illius tom. 2.

Epistol. 3. a med. illius tom. 2.

Inuenif 23. tract. in Io. super illud Maiora demõstrabit illis, tom. 9. lib. 1. Tri. c. 6. circa medium, to. 3.

quæ nec ipſe, nec alius fecit: ſed qui tam multa vitia F
& malas valetudines vexationeſque mortalium tan
ta poteſtate ſanaret, nullus omnino legit antiquo-
rum: vt enim taceam quos iubendo, ſicut occur-
rebant, ſaluos ſingulos fecit, Marcus dicit, ꝙ quo-
cumque loco introibat in vicos, aut in villas, aut
ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecа-
bantur eum vt vel fimbriam veſtimenti eius tange-
rent, & quotquot tangebant eum, ſalui fiebāt. Hęc
nemo alius fecit in eis: ſic enim intelligendum eſt,
quod ait, in eis, non inter eos, aut coīā eis, ſed pror
ſus in eis, quia ſanauit eos. Nec tamen alius quicum
que in eis talia opera fecit, quoniam quiſquis alius
homo aliquid eorum fecit, ipſo faciente fecit: hoc G
autem ipſe non illis facientibus fecit.

Tract. 71. in Ioan. a med. tom. 9. AD SECVNDVM dicendum, quòd Auguſt. * expo
nens illud verbum Ioan. inquirit, quæ ſint iſta ope-
ra maiora, quæ credentes in eum erant facturi, an
forte quòd ægros ipſis tranſeūtibus etiam eorum
vmbra ſanabat? maius eſt enim quòd ſanet vmbra
quàm vmbria. Veruntamen quando iſta Chriſtus
dicebat, uerborum ſuorum facta & opera commē
dabat. Cum enim dixit, Pater in me manens ipſe fa-
cit opera, quæ opera tunc dicebat, niſi verba quę lo
quebatur? Et eorundem verborum fructus erat fi-
des illorum. Veruntamen euangelizantibus diſci-
pulis, non tam pauci quàm illi erant: ſed gentes etiā H
crediderunt. Nonne ab ore ipſius diues ille triſtis
abſceſſit: & tamen poſtea, quod ab illo auditum nō
fecit vnus, fecerunt multi, cum per diſcipulos lo-
queretur? Ecce, maiora fecit prædicatus a credenti-
bus, quàm locutus eſt audientibus. Verum hoc ad-
huc mouet, quòd hęc maiora per Apoſtolos fecit:
non autem ipſos tantum ſignificans ait, Qui credit
in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet. Audi er-
go, & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego fa
cio, & ipſe faciet. Prius ego facio, deinde & ipſe fa-
ciet: quia facio vt faciat. Quæ opera, niſi vt ex im-
pio iuſtus fiat? quod vtique in illo, ſed non ſine il-
lo Chriſtus operatur. Prorſus maius hoc eſſe dixe- I
rim, quàm creare cęlum & terram: cęlum enim &
terra tranſeunt, prædeſtinatorum autem ſalus & iu
ſtificatio permanebit: ſed & in cęlis angeli ſunt ope
ra Chriſti, numquid etiam his operibus maiora fa-
cit, qui cooperatur Chriſto ad ſuam iuſtificationē?
Iudicet qui poteſt vtrum maius ſit iuſtos creare,
quàm impios iuſtificare. Certe ſi æqualis eſt utrū-
que potentiæ, hoc maioris eſt miſericordiæ: ſed
omnia opera Chriſti intelligere, vbi ait, Maiora
horum faciet, nulla nos neceſſitas cogit: horum
enim forſitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc
autem verba fidei faciebat: & vtique minus eſt uer-
ba iuſtitiæ prædicare, quod fecit præter nos, quàm
impios iuſtificare, quod ita facit in nobis, vt facia- K
mus & nos.

AD TERTIVM dicendum, quòd quando aliquod
particulare opus, proprium eſt alicuius agentis, tūc
per illud particulare opus probatur tota virtus agē
tis, ſicut cum ratiocinari ſit proprium hominis,
oſtenditur aliquis eſſe homo ex hoc ipſo, quòd ra-
tiocinatur circa quodcumque particulare propo-
ſitum. Et ſimiliter cum propria uirtute miracula fa
cere ſit ſolius Dei, ſufficienter oſtenſum eſt, Chri-
ſtum eſſe Deum, ex quocumque miraculo, quod
propria uirtute fecit.

QVAESTIO XLIIII.

De ſingulis miraculorum ſpeciebus, in quatuor articulos diuiſa.

¶ *Super Quæſtionis quadrageſimaquarta Articulum primum.*

DEINDE conſiderandum eſt, de ſingulis miracu-
lorum ſpeciebus.

¶ Et primò, De miraculis, quæ fe cit circa ſpirituales ſubſtantias.

¶ Secundò, De miraculis, quæ fe cit circa cęleſtia corpora.

¶ Tertiò, De miraculis, quæ fecit circa homines.

¶ Quartò, De miraculis, quæ fecit circa creaturas irrationales.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum miracula facta per Chriſtum circa ſpirituales ſubſtantias fuerint conuenientia.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vī, ꝙ miracula q̄ fecit Chriſtus circa ſpirituales ſubſtātias, non fuerint cōuenientia. Inter ſpirituales. n. ſubſtātias ſancti angeli p̄pollent dæmonibus: quia, ut Aug. * dicit in 3. de Tri. ſpiritus uitæ rationalis deſertor atq; peccator, regitur p ſpiritum uitæ rationalē pium & iuſtum: ſed Chriſtus non legitur aliqua miracula feciſſe circa angelos bonos ergo nec ēt circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶ 2 Præt. Miracula Chriſti ordinā bātur ad manifeſtandam diuinitatē ipſius; ſed diuinitas Chriſti non erat dæmonibus manifeſtā da, qa per hoc impeditū fuiſſet myſterium paſſionis eius, ſm illud 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, nū quàm Dñm gloriæ crucifixiſ- ſent. ergo non debuit circa dæ- mones aliqua miracula facere.

¶ 3 Præt. Miracula Chriſti ad glo riam Dei ordinabantur. vnde dī Mat. 9. ꝙ videntes turbæ paraly- ticum ſanatum a Chriſto, timue rūt, & glorificauerunt Deū, qui dedit poteſtatē talē hominibus: ſed ad dæmones nō ptinet glo- rificare Deū, quia non eſt ſpecio ſa laus in ore peccatoris, vt dicit Eccl. 15. vnde & ſicut dī Mar. 1. & Luc. 4. non ſinebat dæmonia loqui ea, quæ ad gloriam ipſius pertinebant. ergo uidetur non fuiſſe conueniens, ꝙ circa dæ- mones aliqua miracula faceret.

¶ 4 Præt. Miracula a Chō facta, ad ſalutē hominum ordinantur: ſed quędā dæmonia ab homini- bus eiecta fuerūt cum hominū detrimento, quādoque quidem

TIuilus clarus eſt.

¶ In corpore una cōcluſio. Conueniens fuit Chriſtum dæ- mones ab obſeſſis eijcere. Probatur: Miracula Chriſti ſūt argumentum fidei. ergo conuenienter ſunt argumētum dęmonis expellendi a genere humano. er- go conueniens fuit, &c. Probatur conſe- quentia prima: quia futurum erat vt dæ- mones a credēcibus ſpiritualiter pelleren tur, Ioan. 12. Secun- da conſequentia eſt clara; quia ſenſibile eſt argumentum ſpi- rituālis.

¶ Vide hic notitię, quòd Auctor figu- rali ratione con entus, non curauit li- teralem pro princi- pali ponere, vtpote manifeſtiorem, vt ſcilicet poteſtatem ſuam ſupra & con- tra dæmones mon- ſtraret. Lib. 3. cap. 4. non procl a prin. to.

¶ In reſponſione ad ſecundum tractatur, an Chriſtus fuerit cognitus a dæmoni- bus: & duæ tangun- tur quæſtiones, an ſcilicet cognouerint ipſum eſſe Chriſtum ſeu Meſſiam in lege promiſſum, & an co- gnouerint ipſum eſ- ſe uerum Deum. Et de prima quæſtione tenetur pars affir- matiua auctoritate Lucæ euangeliſtæ di- centis ex propria perſona, quòd dæ- mones ſciebant ip- ſum eſſe Chriſtum. De ſecunda autem quæſtione certitu o non habetur: quia ex perſona dęmo- num dicitur ibidem, ſcilicet Luc. 4. Tu es filius Dei; dęmon au- tem & mendax eſt, & exploratiue locu- tus uidetur. Ad hoc ſunt auctoritates do- ctorum. Bedę autem auctoritas caute le- genda eſt, quia in gloſſa ordinaria trū- cata affertur: integra autem in catena aurea; ita quòd ex Be- da vnum tantum af- firmatum habemus, ſcilicet quòd uerbū Apoſt. 1. ad Corin. 2. Si cognouiſſent, non refert

referatur ad Christum nec Dei filium, sed ad mysterium efficaciæ passionis & resurrectionis Christi, scilicet quòd eiiciendus ipse diabolus esset, & breuiter quòd Christo danda esset omnis potestas in cælo & in terra. Et re uera textus Apostoli capax est illius sensus, ut patet intuenti contextum.

¶ Sed occurrit tunc dubium, quo pacto diabolus aut sciens aut multum dubitans Christum esse uerum Deum potuit rationabiliter incitare iudæos ad mortem Christi: sciebat enim quòd si esset uerus Deus, actum esset de regno ipsius dæmonis.

¶ Sed si superbia diaboli consideretur, cõsentaneum rationi superbiæ eius apparebit, quòd etiam si sciuisset Iesum Christum esse uerum Deum, adhuc procurasset ipsius mortem, ut fecit. Ex eo enim quòd scientia illa non est scientia euidentiæ, sed fidei coactæ ex Scripturis & miraculis, ac per hoc unum sic scitum non generat scientiam alterius, puta effectus: non enim est in hoc sciendi modo, (sicut in scientia demonstratiua, in qua ex una causa cognita deducuntur omnes illius effectus) cognita deitate restabat incognitum, quid futurum esset. Nec suberat ratio de ducendi pro certo multa excellentia sequenda, quia experientia testabatur multa ualde ulla illi deitati adiungi, si ille homo uere erat Deus: unde rationabiliter secundum superbiam suã agens dæmon, cogitauit pugnare contra ipsum Deum, auferendo illi uitam, honorem, famam, discipulos, &cet. cogitans quòd si non est Deus, sed Messias purus homo, iam prostrauit eum: & si est uerus Deus non parum feci, habere hac uictoriam contra ipsum Deum, & postea uidebitur quid Deus faciet, tutiorem enim partem se putauit eligere, habendo priam uictoriam uincere Deum in hoc mundo, nescies quid postea sequeretur. Et propterea bene uenerabilis Beda dixit, quòd si cognouissent latens mysterium sequetis fructus, numquam dominum gloriæ crucifixissent, non quin etiam ipsum Deũ auderet aggredi (quoniam scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper) sed quia proprium damnum uitare uoluisset Deum habere tantam gloriam, ut uinceret ipsum diabolum iustitia, ut esset redemptor ac saluator, ut est. Hæc de Beda,

corporali, sicut dicitur Marci 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans, & multum discerpens hominem, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Quã doque etiam cum damno rerum, sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos præcipitauerunt in mare: unde ciues illius regionis rogauerunt eum ut B transiret a finibus eorum, ut legitur Mat. 7. ergo uidetur inconuenienter fecisse hmõi miracula.

SED CONTRA est, quod Zach. 13. hoc prænuntiatum fuerat, ubi dicitur, Spiritum immundum auferam de terra.

RESPON. Dicendum, quòd miracula quę Christus fecit, argumenta quædam fuerunt fidei, quã ipse docebat. Futurũ autem erat, ut per uirtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatẽ ab hominibus credituris in eum, C secundum illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras: & ideo conueniens fuit quòd inter alia miracula etiam obsessos a dæmonibus liberaret.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ homines sicut per Christum erant a potestate dæmonum liberandi, ita per eum erant Angelis consociandi, secundum illud Col. 1. Pacificãs per sanguinem crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris sunt: & ideo circa angelos alia miracula hominibus demonstrare non cõueniebat, nisi ut angeli hominib⁹ apparerent, quod quidem factum est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascensione eius.

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ sicut Aug.* dicit 9. de ciui. Dei, Chr̃s tã tũ innotuit dæmonibus, quãtum uoluit: tãtũ aũt uoluit, quãtũ oportuit: sed innotuit eis, nõ sicut angelis sanctis p id, qđ est uita æterna: sed per quædã tẽporalia suæ uirtutis effecta: & primo quidẽ uidẽtes Christum esurire post ieiunium, æstimauerunt eum nõ esse filium Dei: unde super illud Luc. 4. Si filius Dei es, &c. dicit Ambr.* Quid sibi uult talis sermonis exorsus, nisi qa cognouerat Dei filiũ esse uẽturum, sed uenisse per infirmitatẽ corporis non putauit? Sed postmodum uisis miraculis, ex quadã suspicatione cõiecturauit eum esse filiũ Dei: unde super illud Marci 1. Scio quòd sis sanctus Dei, dicit Chrysostom. quòd nõ certam aut firmam aduẽtus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissum: unde dicitur Luc. 4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quòd autem ipsum confitebantur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione, quàm ex certitudine: unde Beda dicit super Luc.* Et dæmonia filium Dei confitentur: & sicut postea dicitur, sciebant eũ esse Christum: quia cum ieiunio fatigatum eum diabolus uideret, uerum hominem intellexit: sed quia tentando non prævaluit, utrum filius Dei esset, dubitabat: nunc autem per signorum potentiam, uel intellexit, uel potius suspicatus est esse filium Dei. non iõ igitur iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non prænidit esse dãnãdum: de hoc enim mysterio a sæculis absconditio, dicit Apostolus, quòd nemo principum huius sæculi cognouit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

AD TERTIVM dicendũ q̃ miracula in expulsione dæmonum nõ fecit Christus propter utilitatem dæmonum, sed propter utilitatem hominum, ut ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius pertinebant: primo quidẽ, propter exemplum: quia, ut dicit Athanas.* compescebat eius sermonẽ, quamuis uera fateretur: ut nos etiam assuefaciat, ne curemus de talibus, etiam si uera loqui uideantur: nefas est enim, ut cum adsit nobis scriptura diuina, instruamur a diabolo: est enim hoc periculosum, quia ueritati frequenter dæmones immiscent mendacia: secundo, quia (sicut Chrysostom. dicit) nõ oportebat eos surripere officii Apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorum: tertio, E quia (ut Beda* dicit) nolebat ex hoc inuidiam accendere iudæorum: unde etiam ipsi apostoli iubentur reticere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̃ Christus specialiter uenerat docere & miracula facere propter utilitatem hominum, principaliter quãtum ad animæ salutem. Et ideo

¶ Sed de quæstione ipsa, parti affirmatiuæ multum fauet conclusio præcedentis articuli: ita quòd, & simpliciter & ad hominem non parua consurgit quæstio, quo pacto si miracula Christi simul cum illius doctrina iuncta, sufficienter illius probant deitatem, dæmones omnium scrutatores & intelligentia uigentes, in dubio deitatis ipsius psistebant. Ad hoc dicitur, quòd quia miracula etiam doctrinæ Christi iuncta, non erant sufficientia ad causandam notitiam euidentiæ, sed fidei coactæ uel uoluntariæ, deitatis Christi potuit permanere dubium apud dæmones, ex hoc quòd non penetrabatur habitudo miraculorum ac doctrinæ ad gratiam unionis personalis in Christo: quod ex aliquo trium prouenire potuit, uel ex opinione plurum causarum, ex quibus procedere possent & miracula & doctrina, tunc non plene manifestata, quo ad sensum uerum, qui post apertus est, ita quòd licet ipsa miracula ex se sufficerent, non penetranti tamen nõ erant sufficientia: latebat autem dæmonem huiusmodi habitudo, quia miracula poterant ex alia gratia, quàm unionis ueri ficarentur: habitudo enim miraculorum & doctrinæ Christi non erat habitudo euidentię, sed solius fidei mater secundum naturalem cognitionem: & propterea locus semper suspitioni de opposito ignoro relinquitur. Sicut si uideremus mortuũ resuscitari, sciremus ex supernaturali quadam uirtute hoc fieri, sed qua

Sup. illud Luc. 2. Sciebant ipsum esse Christũ. est cap. 14. secund. ordi. Bedæ to. 2.

* Id habet Chrys. concione, 2. de Lazaro, ante me. to. 2. & Theoph. Luc. 4. & Marc. 1.

C. 4. in Luc. Est cap. 14. secũdum ordiné Bedæ, circa finem illius to. 2.

Lib. 3. cap. 4. non. procu a prin. to. 3.

1. 9. c. 11. pri. ũ a princ. rom. 3.

1. 4. in Luc. c. 14. in tu. de 1. ętat. Christi, non pro ni a princ. tom. 3.

liter se habeat Deus ad illam uirtutem illumque resuscitante nesciremus, & sub dubio hoc reliquentes miraremur: uel ex deprauato appetitu dæmonum affectione superbiæ, & inuidiæ: quamuis enim tentaret & seruaretur diabolus ob proprium amorem, an esset Deus, quia tamen quod miseri uellent, hoc facile credunt, incredibile reddebatur diabolo, quòd humana natura supra angelicam etiam beatam eleuaretur, ita ut unus homo esset uere Deus, præsertim quia nulla naturali, tam humana quam angelica ratione hoc possibile apparebat, unde tanquam quod dam inopinabile, a sui adhæsione intellectus hoc auertebat. Vel quia Seraphim habent alas ad uelandum, ut dicitur Isa. 6. diuina prouidentia uelatum sic remansit unionis mysterium, ut non certiores de eo redderentur dæmones, donec consummatum esset mysterium redemptionis humanæ, ne semper impediretur aut differretur. Et si omnes tres dictæ rationes simul iunctæ fuerint, manifestius apparebit ratio dubitandi in dæmonibus.

Hom. 29. in Mat. circa med. to. 2.

Mar. 9. super uerbum in arg. cit. t. 9.

¶ *Super quæstio. quadragesimaquarta articulum secundum.*

Cap. 4. non multum re mot. a fi.

TItulus clarus, propter obscuratio nem solis tempore passionis.

¶ In corpore unica conclusio. Conueniens fuit ut Christus miracula faceret etiam circa corpora cælestia. Probatur: Miracula Christi debebant esse talia, ut sufficienter ostenderent eum esse Deum, & non ita euidenter per miracula circa corpora inferiora, sicut circa cælestia hoc monstratur, ergo conueniens fuit, &cet. Secunda pars assumpti manifestatur ex differentia inter causas actiuas in corpo-

Li. 1. a tex. 20. usque ad 31. tom. 2.

permisit dæmones, quos eijciebat hominibus aliquod nocumentum inferre, uel in corpore uel in rebus propter animæ humanæ salutem, ad hominum scilicet instructionem: unde Chrysostomus.* dicit super Matthæ. quod Christus permisit dæmonibus in porcos ire, non quasi a dæmonibus persuasus, sed primo quidem, ut instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur: secundo, ut omnes discerent, quoniã necaduersus porcos auderent aliquid facere, nisi ipse consenserit: tertio, ut ostenderet quòd grauiora in illos homines operati essent, quam in illos porcos, nisi essent diuina prouidentia adiuti. Et propter easdem etiam causas permisit eum, qui a dæmonibus liberabatur, ad horã grauius affligi, a qua tamen afflictione eum continuo liberauit: Per hoc etiam ostenditur (ut Beda dicit) quòd sæpe dum conuerti ad Deum post peccata conamur, maioribus nouisq; antiqui hostis pulsamur insidiis: quod facit, uel ut odium uirtutis incutiat, uel expulsionis suæ uindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus uelut mortuus (ut Hierony.* dicit) quia sanatis dicitur, mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo.

F

G

H

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter facta fuerint miracula per Christum circa cælestia corpora.

AD SECVNDVM sic procedit. I Videtur, q̃ inconuenienter fuerint a Chro facta miracula circa cælestia corpora: ut eiñ Dio.* dicit 4. cap. de Diui. no. diuinę prouidentiæ nõ est natura corrumpere, sed saluare. Corpora autem cælestia secũdum suam naturã sunt incorruptibilia & inalterabilia, ut probatur in primo de cælo.* ergo non fuit conueniens, ut per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem cęlestium corporum.

¶ 2 Præt. Secundum motũ cælestium corporum, temporũ cursus designantur, secundum illud Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa, & tẽpora, & dies, & annos. Sic ergo mutato cursu cælestiũ corporũ, mutatur tẽporũ distinctio & ordo: sed nõ legitur hoc esse perceptũ ab Astrologis, qui contemplãtur sidera, & computant menses, ut dicitur Isa. 47. ergo uidetur q̃ per Christum non fuerit aliqua mutatio facta circa cursum cælestiũ corporum.

¶ 3 Præt. Magis competebat Christo facere miracula uiuens & docens, quàm moriens: tum quia, ut dicitur 2 cũdę ad Cor. 13. Crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei, secundum quam miracula faciebat: tum etiam quia cius miracula confirmatiua erant doctrinæ ipsius; sed in uita sua nõ legitur, Christum aliquod miraculum circa cælestia corpora fecisse, quinimmo pharisæis petentibus ab eo signum de cęlo, eis dare renuit, ut habet Mat. 12. & 16. ergo uidetur, quod nec in morte circa cęlestia corpora aliquod miraculum facere debuerit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 23. tenebræ factæ sunt in uniuersa terra usque ad horam nonam, & obscuratus est sol.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est)* miracula Christi talia esse debebant, ut sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc autem non ita euidenter ostenditur per transmutationes corporum inferiorum, quæ etiam ab aliis causis moueri possunt, sicut per transmutationem cursus cælestium corporum, quæ a solo Deo sunt immobiliter ordinata, & hoc est quod Dion.* dicit Epistola ad Polycarp. Cognoscere oportet non aliter aliquando posse aliquid peruerti cælestis ordinationis & motus, nisi causam haberet ad hoc mouentem, quæ facit omnia, & mutat secundum suum sermonem. Et ideo conueniens fuit, ut Christus miracula faceret etiam circa cælestia corpora.

I

K

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut inferioribus corporibus naturale est moueri a cęlestibus corporibus (quæ sunt superiora secundum naturæ ordinem) ita etiam naturale est cuilibet creaturę, ut transmutetur a Deo secundum eius uoluntatem; unde Augustin.* dicit uigesimosexto Cõtra Faustum, & habetur in gloss. Roman. 11. super illud: contra naturam insertus es, &c. Deus creator & conditor omnium naturarũ a nihil contra naturam facit, quia id est cuique rei natura, quod facit, & ita non corrumpitur natura cęlestium corporum, cum eorum cursus immutatur a Deo: corrumperetur autem, si ab aliqua alia causa immutaretur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ per miraculum a Christo factũ, nõ est puersus ordo tẽporũ. Nã secundum quosdam illæ tenebræ uel solis obscuratio, quę in passiõe Christi accidit, fuit propter hoc, q̃ sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motũ cęlestium corporum, secundum quẽ tempora mẽsurantur

ra inferiora, & actiuas in cælestia, & auctoritate Dionysii.

¶ In responsione ad primum itellige uerba Auctoris cum grano salis, & sic quod sicut corpora elementaria habent plures motus naturales, ita quod unus motus est eis naturalis secundum propriam naturam particularem, & alius est eis naturalis, secundum quòd mouentur a superiori, quasi secundum naturã uniuersalem (ut patet de igne qui ultra naturalem motum, quo fertur deorsum, naturaliter monetur ad adamãtem, quasi superiorem sequens naturam, ita corpora cælestia ultra naturalem inclinationẽ ad suos cursus naturaliter, hoc est secundum potentiam obedientialem ad uniuersalem fontem totius naturæ, possunt immutari in illud, quod Auctor naturę facit: utrobique enim est proportio interioris particularis naturæ ad superiorem uniuersalem naturam, quamuis diuersimode, quia ibi cursus ordoque naturæ inditus seruatur; hic autem, quia ad naturam naturantem afcenditur, noua adiiciuntur quæ a theologo diuersis respectibus, & miraculosa & naturalia appellantur: pro quanto n. actori naturę obediunt, naturalia uocantur, pro quanto supra naturæ cursũ potestaremque fiũt, in miraculorum ordine sunt.

Ar. 44. Param. 2 medium

Li. 16. c. 17. medio

Dam.

rantur: unde Hieronym. * dicit super Matth. Videtur luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentem uideret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Talis autem retractio nō est intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere uel retrahere.: non enim ex electione, sed ex natura radios emittit, ut dicit Dionys. † 4. cap. de Diuin. no. sed sol dicitur retraxisse radios, inquantum diuina uirtute factum est, ut solis radij ad terrā non peruenirent. Origenes * autem dicit, hoc accidisse per interpositionem nubium: unde super Mat. dicit: conueniens est intelligere quasdam tenebrosissimas nubes multas & magnas concurrisse super Hierusalem & terram Iudeæ, & ideo factæ sunt tenebræ profundæ a sexta hora usque ad nonā. Arbitror enim sicut cetera signa quæ facta sunt in passione, s. B quelum est scissum, & terra tremuit, &c. in Hierusalem tantum modo facta sunt, ita & hoc. Aut si latius uoluerit quis extendere ad terram Iudæam, propter hoc dicitur: tenebræ factæ sunt in uniuersa terra, quod intelligitur de terra Iudea, sicut in 3. li. Reg. dixit Abdias ad Eliā, Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, ubi non miserit Dominus meus quærere te, ostendens quòd eum quæsierat in gentibus quæ sunt circa Iudæam: sed circa hoc magis credēdum est Dion. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionem Lunæ inter nos & Solem: dicit enim in Epistola ad Polycarpum, * inopinabiliter soli lunam incidentem uidebamus, in Aegypto scilicet existentes, ut ibidem dicitur: & designat ibi quatuor miracula. C

Quorum primum est, quòd naturalis eclipsis Solis, per interpositionem Lunæ, numquam accidit nisi tempore coniunctionis solis & lunę, tunc autem erat luna in oppositione ad solē, quintadecima existens, quia erat Pascha Iudæorum: unde dicit, † Non enim erat coniunctionis tempus. Secundum miraculum est, ꝙ cum circa horam sextam luna uisa fuisset simul cū sole in medio cæli, in uesperis apparuit suo loco, idest in Oriente oppositа soli: unde dicit, † Rursus ipsam uidimus, scilicet lunam, a nona hora (in qua. s. recessit a sole cessantibus tenebris) usque ad uesperam supernaturaliter restitutam ad diametrū solis, ut diametraliter esset soli oppositа: & sic patet ꝙ D non est turbatus consuetus temporum cursus, quia diuina uirtute factum est, & quòd ad solem supernaturaliter accederet præter tempus debitum, & ꝙ a sole recedens in locum proprium restitueretur tempore debito. Tertium miraculū est, quòd naturalis eclipsis semper incipit ab occidentali parte solis, & peruenit usque ad orientalem, & hoc ideo quia luna secundum proprium motum, quo mouetur ab occidente in orientem, est uelocior sole in suo proprio motu, & ideo luna ab occidente ueniēs attingit solem, & pertransit ipsum, ad oriētem tendens. sed tūc luna iam pertransierat solem, & distabat ab eo quasi per medietatem circuli, in oppositione existēs, unde oportuit quòd reuerteretur ad orientem uersus E solē, & attingeret ipsum primo ex parte oriētali, procedens uersus occidentem. Et hoc est quod dicit, Eclipsim etiam ipsam ex oriēte uidimus inchoatam, & usque ad solarem terminum uenientē (quia totū solem eclipsauit) postea regredientem. Quartū miraculum fuit, quòd in naturali eclipsi ex eadē parte incipit sol prius reapparere, ex qua parte incepit prius obscurari, quia. s. luna se soli subijciens, naturali suo motu solem pertransit uersus orientem, & ita partem occidētalem solis quam primo occupat, primo etiam dereliquit: sed tunc luna articulose ab oriente uersus occidentem rediens, non pertransiuit solē, ut esset eo orientalior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuersa est uersus orientem, & ita partem solis, quam ultimo occupauit, primo etiam dereliquit, & sic ex parte orientali inchoata fuit eclipsis; sed in parte occidentali prius incæpit claritas apparere, & hoc est quod dicit, & rursus uidimus non ex eodem idest nō ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed econuerso secundum diametrū factam. Quintum miraculum addit Chrys. * super Matth. dicens, quòd tribus horis tunc tenebræ permanserunt, cum eclipsis solis in momento pertranseat. non. n. habet moram, ut sciunt illi qui considerauerunt: unde datur intelligi, quòd luna quieuerit sub sole, nisi forte uelimus dicere, quòd tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, usque ad instans in quo totaliter fuit repurgatus: sed sicut Origenes * dicit super Mat. aduersus hoc filii seculi huius dicunt, quomodo hoc factum tam mirabile nemo græcorum aut barbarorum scripsit? Et dicit, quòd quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberii Cæsaris factum: sed non signauit quod fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc cōtingere, quia Astrologi ubique terrarum tunc temporis existentes, non solicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat, sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris accidere putauerunt: sed in Aegypto, ubi raro nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dio. & socii eius, ut prædicta circa illam obscuritatem obseruarent.

Hom. 89. in Matth. non multum longe a princ. tom. 2.

Hom. 35. in Matt. to. 4. & 5. in fine ante finem ho. to. 3.

Ad tertium dicendum, ꝙ tunc præcipue oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quando in eo maxime apparebat infirmitas secundum humanam naturam, & ideo in Christi natiuitate stella noua in cælo apparuit: unde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si præsepe despicis, erige parumper oculos, & nouam in cælo stellam, professatem mundo natiuitatem Dominicam, contuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit: & ideo oportuit ut maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria, & sicut Chrys. * dicit super Matth. hoc est signum quod petentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signum querit & signū non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetiæ, crucem significans & resurrectionem: etenim multo mirabilius est in eo, qui crucifixus erat, hoc fieri, quàm ambulante eo super terram.

Hom. 39. in Matt. circa priu. to. 2.

Articvlvs III.

Vtrum conuenienter Christus circa homines miracula fecerit.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima quā corpus: sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas uero nulla miracula legitur fecisse, nam neq; aliquos incredulos ad fidem uirtuose cōuertit, sed admonēdo & exteriora miracula ostendēdo, neque etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. ergo uidetur ꝙ non conuenienter sit circa homines miracula operatus.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ quartæ articulū tertiū.*

Titulus clarus ē.

¶ In corpore una conclusio. Conuenienter Christus circa homines miracula fecit. Probatur, ea quę sunt ad finē, debent consonare fini: sed aduentus, miracula doctrinaq; Christi sunt ad salutem humanam, ut finem: ergo debuerūt ei cōsonare. ergo quę dā salutifera circa hōmines conuenerunt miracula ad finē uniuersalis salutis: Minor pæt. Ioan. 3. & omnia clara sunt.

¶ Hic,

q. præced. ar. 2.

¶ Hic, sicut in mille locis, nota, Auctorē nihil sibi arrogare de sanctorum doctrina; sed singula quum potuisset complecti proprio nomine, maluit singulis doctoribus tribuere, ut utrumq; doceret, & miracula Christi & humilitatem.

¶ 2 Præt. Sicut supra dictum est, * Christus faciebat miracula uirtute diuina, cuius proprium est subito operari & perfecte, absque adminiculo alicuius: sed Christus non semper subito homines curauit, quantum ad corpus: dicitur enim Marc. 8. q̄ apprehensa manu cęci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eum si quid uideret, & aspiciens ait, uideo homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cæpit uidere, & restitutus est ei uisus, ita ut clare uideret omnia, & sic patet q̄ non subito eum curauit: sed primo quidem imperfecte & per sputum. ergo uidetur non conuenienter circa homines miracula fecisse.

¶ 3 Præt. Quæ se inuicem non consequuntur, non oportet quod simul tollantur: sed ægritudo corporalis non semper ex peccato causatur, ut patet per illud, quod Dominus dicit Ioan. 9. Neque hic peccauit neque parentes eius, ut cęcus nasceretur. nō ergo oportuit ut hominibus corporum curationē quærentibus peccata dimitteret, sicut legitur fecisse circa paralyticum, Matth. 9. præsertim quia sanatio corporalis cum sit minus, quàm remissio peccatorum, non uidetur esse sufficiens argumentum, quòd possit peccata dimittere.

¶ 4 Præt. Miracula Christi facta sunt ad confirmationem doctrinæ ipsius, & testimonium diuinitatis ei?, ut supra dictum est; * sed nullus dēt impedire finem operis sui. ergo uidetur inconuenienter Christus quibusdam miraculose curatis præcepisse, ut nemini dicerent, ut patet Matth. 9. & Marc. 8. præsertim quia quibusdam aliis mandauit, ut miracula, circa se facta publicarent, sicut Mar. 5. legitur, quòd dixit ei, q̄ a dæmonibus liberauerat, uade in domū tuā ad tuos, & annuntia eis quanta tibi Dominus fecerit.

q. præc. art. 4.

¶ Sed contra est, quod dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & muros loqui.

Respon. Dicendum, quòd ea, quæ sunt ad finē, debent fini esse proportionata: Christus autem ad hoc in mūdum uenerat, & docebat, ut homines saluos faceret, secundum illud Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum ut iudicet mundū: sed ut saluetur mundus per ipsum, & ideo cōueniēs fuit, ut Christus particulariter homines miraculose curando, ostenderet esse uniuersalem, & spiritualem hominum saluatorem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ea quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem a Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem, quæ consistit in sapientiæ illustratione & hominum iustificatione, quorum primum præsupponit secundum: quia, ut dicitur Sapientiæ primo. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Iustificare autem homines, non conueniebat nisi eis uolentibus: hoc enim esset & contra rationem iustitiæ, quę rectitudinem uoluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quæ libero arbitrio ad bonum ducenda est, non autem per coactionem. Christus ergo uirtute diuina interius homines iustificauit, non tamen eis inuitis, nec hoc ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et similiter etiam uirtute diuina simplicibus discipulis diuinam sapiētiā infudit: unde dicit eis Lucę uigesimoprimo. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii uestri: quod quidem quantum ad interiorem illuminationem inter uisibilia miracula non numeratur: sed solum quantum ad exterio rem actum, inquantum scilicet uidebant homines eos, qui fuerant illiterati, & simplices, tam sapienter & constanter loqui: unde dicit ur Actuum 4. Videntes Iudæi Petri constantiam & Ioannis, comperto q̄ homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus, etsi a miraculis uisibilibus distinguuntur, sunt tamen quædam testimonia doctrinæ, & virtutis Christi, secundum illud Hebr. 2. Contestante Deo signis & portentis, & uariis uirtutibus, & Spiritus sancti distributionibus: sed tamen circa animas hominum, maxime quantū ad immutandas inferiores uires, Christus aliqua miracula fecit: unde Hieronym. * super illud Matth. 9. Surgens secutus est eum, dicit, Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in facie relucebat humana, uidentes ad se trahere poterat ex primo aspectu, & super illud Matth. 21. Eijciebat omnes uendentes & ementes, &c. dicit idem Hieronym. † Mihi inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc uidetur esse mirabilius, quòd unus homo & illo tempore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli verbera tantam eijcere multitudinem: igneum enim quiddā atque sydereum radiabatur ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Origen. * dicit super Ioan. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in uinum, eo quòd illic inanimata subsistit materia, hic verò tot millium hominum domātur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram, dicit Augus. † una uox turbam odijs ferocem, armisque terribilem sine telo ullo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet, quod dicitur Lucæ quarto, quòd Iesus transiens per medium illorum ibat: ubi dicit Chrysostomus, quod stare in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminētiam ostendebat, & quod dicitur Ioan. octauo. Iesus abscondit se & exiuit de templo: ubi Augustinus dicit, Non abscondit se in angulo templi quasi timens, uel post murum aut columnam diuertens; sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet, quod Christus quando uoluit, uirtute diuina animas hominum immutauit, non solum iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiam exterius alliciendo, uel terrendo, uel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

Ad secvndvm dicēdum, quòd Christus uenerat saluare mundum, non solum uirtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina utebatur, curando per modum Imperij, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo: unde super illud Luc. quarto. Singulis manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrillus, quamuis ut Deus potuisset omnes uerbo pellere morbos, tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacē ad præstanda remedia. Et super illud Mar. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrys. * Spuit quidem & manus imponit cæco, uolēs ostendere q̄ uerbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit: manus.n. operationis est ostēsiua, sputū sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutū super oculos cæci, dicit Augus. † De saliua sua lutum fecit, quia uerbū caro

* In fola: 9. liber mo in lu prodit an Dñi 1555. l rifijs.

Trac. 112. Io. post m diam. tom.

caro factum est. Vel etiam ad significādum, quòd ip se erat qui ex limo terræ hominem formauerat, ut Chrys. dicit: est autem circa miracula Christi considerandum, quòd communiter perfectissima opera faciebat, unde super illud Ioan. 2. Omnis homo primum bonum uinum ponit, dicit Chrys.* Talia sunt Christi miracula, ut multo his, quæ per naturā fiūt, speciosiora & utiliora fiant, & similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat: unde super illud Mat. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hieron.† Sanitas quę confertur a Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius, ut Chrys.* dicit. Vel sicut Beda† dicit, quem uno uerbo totum simul curare poterat, paulatim curat, ut magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat. quæ uix, & quasi per gradꝰ ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat.

Hom. 21. in Io. post me. illius 10.3. Super illud Mat. 8. Cum uenisset Ieꝰ in domū Petri 10.9. Homil. 9. in Mat. mult. Beda Mat. 8. in c. 14. secundum eius ord. 10.2.

Ad tertium Dicendum, quòd sicut supra dictum est, * Christus miracula faciebat uirtute diuinæ Dei autem perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequatur. finis autem exterioris curationis per Christum factæ, est curatio animæ, & ideo non conueniebat Christo, ut alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animam: unde super illud Ioan. 7. Totum hominem sanum feci in sabbatho, dicit Aug.* quòd curatus est, ut sanus esset in corpore, & credidit, ut sanus esset in anima. Specialiter autem paralitico dicitur, Dimittuntur tibi peccata, quia ut Hier.† dicit super Matt. datur ex hoc nobis intelligentia, propter peccata plerisque euenire corporum debilitates, & ideo forsitan prius dimittuntur peccata, ut cauſis debilitatis ablatis, sanitas restituatur: unde & Ioā. 5. dicitur, iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. ubi dicit Chrys.* Discimus quòd ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quamuis autem, ut Chrys. †dicit super Mat. quanto anima est potior corpore, tanto peccatum dimittere maius sit, quàm corpus sanare, quia tamen illud non est manifestū, facit minus quod est manifestius, ut demonstraret maius & non manifestum.

q. pra. ar. 2.

Tract. 30. in Io. a medio 10.9.

Mat. 8. super illud, quod é facilius dicere 10.9. Hom. in Io. 10.9.

Ad quartum dicendum, ꝙ super illud Matth. 9. Videte ne quis sciat, dicit Chrys.* Non est hoc cōtrarium quòd hic dicitur ei, quod alteri dicit: unde & annuntia gloriam Dei: erudit enim nos prohibere eos qui uolunt nos propter nos laudare, si autem ad gloriam Dei refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, ut hoc fiat.

Hom. 30. in Mat. a med. 10.1.

Hom. 33. in Matth. non mul. longe a pn. 10.2.

¶ Super quæst. quadragesimaquarta articulum quartum.

Articvlvs iiii.

Vtrum conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

Titulus clarus ē. ¶ In corpore una cōclusio: conuenienter Christus fecit miracula in creaturis irrationalibus. Probatur. miracula Christi fuerunt ad monstrandam illius deitatem pro salute hominū, sed ad deitatis uirtutem spectat subiectio omnium. ergo conueniens fuit, ut in omnibus generibꝰ creaturarū Chs miracula faceret. ergo i irrōnalibꝰ. Oia clara sūt.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta enim animalia sunt nobiliora plātis: sed Christus fecit aliquod miraculū circa plantas, puta cum ad uerbum eius est siccata siculnea, ut dr Mat. 21. ergo uidetur, ꝙ etiā circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ 2 Præt. Pœna nō iuste infertur, nisi pro culpa: sed non fuit culpa siculneæ, quòd in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. ergo uidetur ꝙ inconuenienter eam siccauerit.

¶ 3 Præt. Aqua & aer sunt in medio cæli & terræ: sed Christus aliqua miracula fecit in cælo (sicut supra dictum est *) similiter etiam in terra, quando in eius passione terra mota est. ergo uidetur quòd etiam in aere & aqua aliqua miracula facere debuerit, ut mare diuideretur, sicut fecit Moyses, uel etiam flumen, sicut fecerunt Iosue & Helias, & ut fierent in aere tonitrua, sicut factum est in monte Sinai, quando lex dabatur, & sicut Helias fecit 3. Reg. 13.

Ar. 1. & 2. huius q.

¶ 4 Præt. Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam. hoc autem opus præsupponit creationem. inconueniens ergo uidetur quòd Christus in suis miraculis usus est creatione, quando scilicet multiplicauit panes. non ergo conuenientia uidentur fuisse eius miracula circa irrationales creaturas.

Sed contra est, quòd Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sapien. 8. quod disponit omnia suauiter.

Respon. Dicendum, quòd (sicut supra dictū est *) miracula Christi ad hoc ordinabantur, quod uirtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominū salutem. Pertinet autem ad uirtutem diuinitatis, ut omnis creatura sit ei subiecta, & ideo in omnib. creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solum in hominibus, ēt sed in irrationabilibus creaturis.

Ar. præc.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ animalia bruta pinquia se habent secundum genus ad hominem, unde & in eodem die cum homine facta sunt. Et qa circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quod circa corpora brutorum animaliū aliqua miracula faceret, præsertim quia quantum ad naturam sensibilem & corporalem, eadem ratio est de hominibus & de aliis animalibus, præcipue terrestribus. pisces aūt cū uiuant in aqua, magis a natura hominum differunt, unde & alio die sunt facti, in quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura, ut legitur Luc. 5. & Io. ult. & etiam in pisce, quem Petrus cepit, & in eo inuenit staterem. Quòd autem porci in mare præcipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi; sed operatio dæmonum ex permissione diuina.

Ad secundum dicendū, ꝙ sicut Chrys.* dicit super Matt. cum in plantis uel brutis aliquid tale Dominꝰ operatur, non quæras qualiter iuste siccata est ficus, si tempus non erat: hoc enim quærere est ultimæ dementiæ, quia: s. in talibus non inuenitur culpa & pœna: sed miraculum inspice. & admirare miraculi factorem, nec facit creator iniuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio utatur ad aliorum salutem: sed magis (ut Hilar.* dicit super Mat.) in hoc bonitatis diuinæ argumētū reperimus, nam ubi afferre uoluit procuratæ per se salutis exemplum, uirtutis suæ potestatem in humanis corporib. exercuit: ubi uero in cōtumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damnatio arboris indicauit, & præcipue (ut Chrys.† dicit) in siculnea, quæ est humidissima, ut miraculum maius appareat.

Hom. 68. in Mat. dū agit de Hist. siculneæ. to. 3.

c. 21. Mat. parum ante med.

Ad tertium dicendū ꝙ Christus ēt in aqua & in aere fecit miracula, quæ sibi conueniebant, quādo. s. ut legitur Mat. 8. imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Nō aūt conueniebat ei, qui omnia in statū pacis, & trāquillitatis reuocare uenerat, ut uel turbationem aeris, uel diuisionem aquarū faceret, unde Apostolus dicit Heb. 12. Nō accessistis ad

Loco iam dicto in prin. huius solutionis.

tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam. F

Circa passionem tamen diuisum est uelum, ad ostendendum reserationem misteriorum legis. Aperta sunt monumenta, ad ostendendum quòd per eius mortem, mortuis uia daretur. Terra mota est & petræ scissæ sunt, ad ostendendum quòd lapidea hominum corda per eius passionem emollirẽtur, & quòd totus mundus uirtute passionis eius erat in melius commutandus.

D.968. Ad qvartvm Dicendum, quod multiplicatio panum est facta per modum creationis, sed per d addi tionem extrancæ materiæ in panes conuersæ, unde

Tra.14. à Ie. non procul a prin. to.9. Augustinus super Ioann. dicit: * unde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes.

Manifestum est autem, quòd per conuersionem grana multiplicantur in segetes. G

QVAESTIO XLV.

De transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de transfiguratione Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Christum trãsfigurari.

¶ Secundò, Vtrum claritas transfigu ationis fuerit claritas glorioſa. H

¶ Tertiò, De testibus transfigurationis.

¶ Quartò, De testimonio paternę uocis.

¶ *Super quæſt quadrageſimaquinta articulum primum.*

Articvlvs primvs.

Vtrum fuerit conueniens Christum transfigurari.

Titulus ex Euangelio clarus est.

¶ In corpore unica est conclusio. Conueniens fuit Christum transfigurari. Probatur primo. Oportet finem aliqualiter prę cognosci ad directe procedendum in uia præsertim difficili, aspera & laboriosa, ad finem iocundum, sed uia discipulorũ Christi per passionẽ est, & finis gloriæ est similis gloriæ Christi, ad quam peruenit per passionem Christus. ergo conueniens fuit monstrari gloriã Christi, quod est ipsum transfigurari. Maior declaratur dupliciter, & exemplo sagittatoris, & uerbo Thomę. Minor autẽ quo ad Christum Lucæ ultimo, quo ad discipulos Actuum 4. & ad Philippenses 3. Et confirmatur auctoritate Bedę. Omnia clara sunt.

Op.60.c.16.

q.5.ar.1.

Non cõplecti mortẽ pcentus.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, q̃ non fuerit conueniens Christum transfigurari; nõ enim cõperit uero corpori, ut in diuersas figuras mutẽ, sed corpori phantastico. Corpus autẽ Christi non fuit phãtasticum, sed uerũ ut supra habitum est. * ergo uñ q̃ transfigurari non debuerit. I

¶ 2 Præt. Figura est in quarta specie qualitatis, claritas autem est in tertia, cum sit sensibilis qualitas. assumptio ergo claritatis a Christo transfiguratio dici non debet.

¶ 3 Præt. Corporis glorioſi sunt quatuor dotes (ut infra dicetur†) scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas, & claritas. non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionẽ claritatis, quam secundum assumptionem aliarum dotium.

Sed contra est, quod dr Mat. 17. quod Iesus transfiguratus est ante tres discipulorum suorum.

Respon. Dicendum, quòd Dominus discipulos suos p̃nuntiata sua passione, induxerat eos ad suę passionis sequelam. Oportet autem ad hoc quòd aliquis directe procedat in uia, quòd finem aliqualiter prægnoscat, sicut sagittator non recte iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iacendum est: vnde & Thomas dixit Ioan. 14. Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Et hoc præcipue necessarium est, quando uia est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis uerò iocundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, ut gloriam obtineret non solum animæ, quam habuit a principio suę cõceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. ulti. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: ad quam etiam perducit eos, qui uestigia suæ passionis sequuntur, secundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum. Et ideo conueniẽs fuit, ut discipulis suis gloriam suæ claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari, cui suos configurabit, secundum illud Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suę: unde Beda * dicit super Matth. Pia prouisione factum est, ut contemplatione semper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortius aduersa tolerarent.

Mat.17. a prin.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Hieronym. * dicit super Matth. nemo putet Christum per hoc quòd transfiguratus dicitur, pristinam formam, & faciem perdidisse, uel amisisse corporis ueritatem, & assumpsisse corpus spirituale uel aereum: sed quomodo transformatus sit, Euangelista demõstrat dicẽs, Resplẽduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. ubi splendor faciei ostenditur, & candor describitur uestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur.

Super illa Matt. 17. transfiguratus est ante eos, in principio 9.

Ad secvndvm dicendum, q̃ figura circa extremitatem corporis consideratur: est enim figura quę termino uel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa, quæ circa extremitatem corporis considerãtur, ad figuram quodammodo pertinere uidentur: sicut autem color, ita & claritas corporis non trãsparentis, in eius superficie attẽditur. Et ideo assumptio claritatis, transfiguratio dicitur.

Ad tertivm dicendum, quòd inter prædictas quatuor dotes, sola claritas est qualitas ipsius personę in seipsa, alię uerò tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, uel motu seu passione. Ostenditur igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cum supra undas maris ambulauit, subtilitatis, quando de clauso utero Virginis exiuit, impassibilitatis, quando de manibus Iudęorũ uel pręcipitare uel lapidare eum uolentium, illæsus euasit. Nec tamen propter illa trãsfiguratus dicitur, sed propter solam claritatem, quæ pertinet ad aspectum personę ipsius.

Articvlvs ii.

¶ *Super quæſtionis quagesimaquintæ articulum secundum.*

Vtrum claritas Christi in transfiguratione fuerit claritas glorioſa. K

Titulus sic, an illa claritas, q̃ apparuit in Christo, fuerit claritas, quæ ponitur una ex quatuor dotibus corporis glorioſi: hoc e.n. quærere an fuerit claritas glorioſa. Et quęritur hoc ad differẽtiam claritatis, quæ alias apparere potest, ut

3.dist.16. ar.3.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, q̃ illa claritas nõ fuerit claritas glorioſa. Dicit. n. quędã gloſſ. Bedæ super illud Matth. 17. Transfiguratus est coram eis, In corpore, inquit, mortali, ostendit, non immortalitatem, sed claritatem similem futuræ immortalitati; sed claritas glorię est claritas im

ut in natiuitate domini dicitur, quod claritas Dei, circumfulsit illos, & in resurrectione domini, Angeli in claritate candida apparuerunt: cõstat enim huiusmodi claritates non esse claritates corporum gloriosorum. & propterea hic in quæstionem uertitur, an illa claritas domini in transfiguratione fuerit sicut dictæ claritates, an fuerit claritas corporis glorioſi.

¶ In corpore duo fiunt. Primo ponitur conclusio, & probatur: secũdo ex illa excluditur opinio Hugonis de sancto Victore. Conclusio est habens duas partes. Claritas illa fuit claritas gloriæ, quantum ad essentiam, & non quantum ad modum essendi. Probatur primum: Claritas gloriæ deriuatur ab anima in corpus: claritas Christi deriuata est a deitate & anima in corpus. ergo. Maior est Aug. ad Dioscorũ. Minor est Damas. quo ad deitatẽ: quò ad iam uerò probatur: quia nõ est adempta Christo ptãs deriuadi gloriã animę ad corpus ex dispẽsatione, ne redundaret: secunda pars probatur ex differentia inter claritatis modos essendi diuersos scilicet uel per modum quantitatis permanentis, uel per modum passionis transeuntis. nam primo modo est claritas gloriæ etiam quò ad modum essendi: non secundo, quod manifestatur ex alia differentia, quia corpora gloriosa sunt affecta claritate, ita ut naturaliter fulgeant: hoc autem miraculose. Et declaratur modus essendi, sicut lumen in aere. Declaratur miraculum: sicut ambulare super aquas, & auctoritate Dio. confirmatur.

¶ Deinde excluditur opinio Hugonis de sãcto Vict. qui in hoc secundo differt quò ad uerba, quia dotis nomine usus est quæ quid fixũ sonare uidetur, sed forte quò ad rem idem sentit. s. quòd assumpsit dotẽ, secundum essentiam, non secundum modum essendi. i. non per modum dotis. Omnia clara sunt in litera.

¶ Circa rationem literæ dubium occurrit: tum quia inualida uidetur, ex hoc quod non est adempta Christo potestas deriuandi gloriam animę ad corpus, inferendo, ergo gloria illa deriuata est ab anima; a posse namque ad esse non ualet argumentum; tum quia si gloria illa deriuata est ab anima in corpus, ergo non est miraculosa, sed naturalis, quoniam pro illo tempore redundãtia prius prohibita naturalem cursum suum fecit. Et sic totum oppositum uidetur, scilicet quòd non esse clarum Christi corpus, erat miraculosum, quia miraculose suspendebatur redundantia animę ad corpus: fulgere autem erat naturale, quia sibi derelictum, fulgebat.

¶ Ad hoc dicitur, quod quia dispensatio est sicut exceptio quædã

mortalitatis. non ergo illa claritas quam Christus discipulis ostẽdit, fuit claritas gloriæ.

¶ 2 Præt. Super illud Luc. 9. Non gustabunt mortem, nisi uideant regnum Dei, dicit gloss. * Bedæ, idest, glorificationem corporis in imaginaria repræsentatione futuræ beatitudinis: sed imago alicuius rei, non est ipsa res. ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis.

¶ 3 Præter. Claritas gloriæ non est nisi in corpore humano: sed claritas illa transfigurationis apparuit non solum in corpore Christi: sed etiam in uestimentis eius, & in nube lucida, quæ discipulos obumbrauit. ergo uidetur, quòd illa claritas non fuerit claritas gloriæ.

SED CONTRA est, quod super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos, dicit Hieronym. * Qualis futurus est tempore iudicii, talis apostolis apparuit. & sup illud Matth. 16. Donec uideant filium hominis ueniẽtem in regno suo, dicit Chrysostom. † Volens monstrare quid est illa gloria. in qua postea uenturus est, eis in præsenti uita reuelauit, sicut possibile erat eos discere, ut neque in Domini morte iam doleant.

RESPON. Dicendum, quòd claritas illa, quam Christus in trãs figuratione assumpsit, fuit claritas gloriæ quantum ad essentiam, non tamen quantum ad modum essendi: claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate, sicut August. * dicit in Epistola ad Dioscorum: & similiter claritas corporis Christi in transfiguratione deriuata est & a diuinitate ipsius (ut Damasc. dicit) & a gloria animę eius. Quod enim a principio conceptionis Christi, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam dispensatione diuina factum est, ut in corpore passibili nostræ redemptionis expleret mysteria, sicut supra dictum est. * Non tamen per hoc adempta est Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit, quantũ ad glorię claritatem in transfiguratione: aliter tamẽ quàm in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, sicut qualitas quædã permanens, corpus afficiens: unde fulgere corporaliter, non est miraculosum in corpore glorioso: sed ad corpus Christi in transfiguratione deriuata est claritas a diuinitate & anima eius, non per modum qualitatis immanentis & afficientis ipsum corpus, sed magis per modum passionis transeuntis, sicut cum aer illuminatur a Sole: unde ille fulgor tunc in corpore Christi apparens, miraculosus fuit, sicut & hoc ipsum, quòd ambulauit super undas maris: unde Dionys. * dicit in Epistola 4. ad Caium, Super hominem operabatur Christus ea, quę sunt hominis, & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, materialium & terrenorum pedum sustinens grauitatẽ: unde non est dicendum (sicut Hugo de sanct. Vict. dixit) quòd Christus assumpsit quatuor dotes: claritatis in transfiguratione: agilitatis, ambulando super mare: subtilitatis, egrediendo de clauso utero Virginis: & impassibilitatis in cœna, quãdo dedit corpus suũ ad edendum, sine hoc quod diuideretur: quia dos nominat quandam qualitatem immanentẽ corpori glorioso: sed miraculose habuit ea, quæ pertinent ad dotes. Et est simile quantum ad animam de uisione, qua Paulus uidit Deũ in raptu, ut in secunda parte dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ ex illo uerbo nõ ostendit, q̃ claritas à regula generali (ut patet secundum communem usum Ecclesiæ) & regulariter anima beata glorificat corpus, quod anima, ut August. dicit, ac per hoc cum anima Christi fuerit beata ab initio sui, debebat regulariter ipsius corpus glorioſum esse ex naturali redundantia animæ beatæ ad corpus, quod uiuificat: sed quia Christus uoluit pati, & in similitudine carnis peccati nobiscum conuersari, suspẽdit actualem redundantiam gloriæ in corpus ab anima sua. Et hoc est dispensasse in generali regula redundantiæ. Ex qua dispensatiua suspensione actualis redundantiæ, factum est, ut corpus remaneret passibile, utpote non dotatũ actualiter ad huc ab animæ gloria, & ut anima nihil minus potestatis in se haberet, quàm si redundando actualiter cõmunicaret corpori suo gloriam. nihil enim ex hoc animæ ademptum est, nisi actualiter redundantia ad tempus, ex quo constat non minui ipsius animæ secundum se potestatem, propterea in litera dicitur, quòd nõ est per dispensationem adempta Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et quia de facto apparuit gloria in corpore Christi, monstrata ad hoc, ut Apostoli uiderent uel modicum futuræ gloriæ post resurrectionem, consequens est, ut gloria illa non alia fuerit, quàm illa quæ est ipsius Christi propria, quam constat ab anima deriuari: alioquin non ostendisset illis gloriam suam, sed aliam: cum tamen Ioannes, qui uidit, dicat, uidimus gloriam eius. Quocirca quia posita potestate deriuandi, dubium non est quin deriuatio sequuta fuerit, ideo sufficit Auctori potestatem deriuandi declarasse, pro manifesto relinquens quòd actualiter deriuata est.

¶ Et licet claritas illa relata ad animam Christi fuerit non miraculosa, sed naturalis (ut obiiciendo dicitur, quia beata erat anima Christi) relata tamen ad corpus Christi miraculosa erat, quia corpus illud etiam tunc erat passibile: quod enim corpus passibile fulgeat sicut sol, miraculosum est. Verum si deriuata totaliter fuisset gloria ab anima Christi in corpus, non fuisset gloria miraculosa, sed naturalis: reddidisset siquidem corpus totaliter glorioſum, sicut modo est post resurrectionem; sed quoniam non nisi per modum cuiusdam passionis claritas illa a naturali quidem fonte animæ beatæ, in corpus descendit, ideo corpus non reddidit glorioſum simpliciter: & ideo miraculoſum fuit, ut corpus non glorioſum fulgeret. Concede ergo, quòd utrumque miraculoſum fuit, scilicet & corpus Chri

Tertia S. Thomæ T 4 sti

c. 18. in Luc. secundum se ponit Bed. ante med. 20. 1.

Super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos. 9.

Hieron. in Matth. circa prin. 2.

Dam. lib. 4. Epist. ad med. Dam.

q. 14. arti. 1. ad 1.

Incipit hæc epist. Quæris quidem circa med. illi⁹.

9. 486. & 987. 3. 2. q. 175. ar. 3. ad 2.

sti non fulgere, & sic fulgere in transfiguratione. Sed primum spectat ad primum, & quasi uniuersale antiquumque miraculum in incarnatione factum, quo suspensa est redundantia gloriæ ab anima in corpus Christi. ut haberet corpus passibile, pro nostra salute moriendo, &c. Secundum autem spectat ad speciale miraculum, quo nunc actualiter corpori passibili, &c. præstitum est, ut fulgeret. & ratio huius in litera dicitur, quòd fuit fulgor Christi miraculosus.

Et per hæc patet solutio obiectorum.

¶ In responsione ad tertium, Auctor ad mysticam transit rationem, relinquens pro manifesto nihil officere claritati gloriosæ corporis Christi, si tanta est quòd etiam splendidas uestes efficiat, & nubes lucidas reddat, per radiorum suorum emissionem. Hæc enim non ad ipsam spectat claritatem, sed ad ipsius effectus: in hoc enim magnitudo lucis corporis Christi ostenditur, & graduata illius participatio, dum uestes propinquiores splendet: nubes autem remotior, lucida fit.

lib. 32. ca. 5. in fine.

Ca. 3. in Mat. inter mediũ & fi. to. 3.

¶ *Super Quæstionis 45. articulum tertium.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore unica conclusio. Conueniẽter inducti sunt testes transfigurationis. Probatur. Ad gloriam eternam, per Christum adducuntur homines præcedentes ipsum, & sequentes. ergo conuenienter homines duo ex præcedentibus, & tres ex sequẽtibus inducti sunt transfigurationis testes. Antecedens licet sit clarum, manifestatur tamen ex mysterio turbarum clamantium, &c. Consequentia autem quo ad transfigurationẽ probatur, quia transfiguratio nihil aliud fuit, quam quædam Christi non fuerit claritas gloriæ, sed quod non fuit claritas corporis glorioſi, quia corpus Christi nondum erat immortale: sicut eĩ dispensatiue factum est, ut in Christo gloria animæ non redundaret ad corpus, ita fieri potuit dispensatiue, ut redundaret quantum ad dotem claritatis, & non quantum ad dotem impassibilitatis.

Ex lib. 3. de mirabilibus sacræ scripturæ c. 13. colligitur, inter opera Aug. tom. 5.

Ad secundum dicendum, quod illa claritas dicitur imaginaria fuisse, non quia esset uera claritas gloriæ, sed quia erat quædam imago repræsentans illam gloriæ perfectionem, secundum quam corpus erit glorioſum.

Ad tertium dicendum, quod sicut claritas, quæ erat in corpore Christi, repræsentabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas uestimentorum eius designat futuram claritatem sanctorum, quæ superabitur a claritate Christi, sicut candor niuis superatur a splendore solis: unde Grego.* dicit 32. Moralium, quod uestimenta Christi facta sunt splendentia, quia in supernæ claritatis culmine sancti omnes, ei luce iustitiæ fulgentes adhærebunt: uestium enim nomine iustos, quos sibi adiunget, significat, secundum illud Isai. 49. His omnibus uelut ornamento uestieris. Nubes autem lucida significat Spiritus sancti gloriam, uel uirtutem paternam (ut Orig. dicit*) per quam sancti in futura gloria protegentur: quamuis etiam conuenienter significare possit claritatem mundi innouati, quæ erit sanctorum tabernaculum: unde Petro disponente tabernacula facere, nubes lucida discipulos obumbrauit.

lib. 32. ca. 5. in fine.

Ca. 3. in Mat. inter medium & fi. to. 3.

Articvlvs iii.

Vtrum testes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quòd non conuenienter inducti fuerint testes transfigurationis. Vnusquisque enim maxime potest perhibere testimonium de notis: sed qualis esset futura gloria tempore transfigurationis Christi nulli homini per experimentum erat adhuc notum, sed solis angelis. ergo testes transfigurationis magis debuerunt esse angeli quàm homines.

¶ 2 Præt. Testes ueritatis non decet aliqua fictio, sed ueritas: Moyses autem & Helias nõ ibi uere affuerunt, sed imaginarie: dicit enim quædam glos.* super illud Luc. 9. Erãt autem Moyses & Helias, &c.

¶ Sciendum est, inquit, non corpora uel animas Moysi & Heliæ ibi apparuisse: sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata. Potest etiam credi angelico ministerio hoc factum esse, ut Angeli eorum personas assumerent. non ergo uidetur quòd fuerint conuenientes testes.

demonstratio gloriæ inuitatiua ad ipsam. Quo ad numerum testium probatur, quia in ore duorum uel trium.

¶ 3 Præt. Act. 10. dicitur, quòd Christo omnes prophetæ testimonium perhibent. ergo non soli Moyses & Helias debuerunt adesse tamquam testes, sed etiam omnes prophetæ.

¶ 4 Præterea. Gloria Christi omnibus Christi fidelibus repromittitur, quos per suam transfigurationẽ ad illius gloriæ desiderium accendere uoluit. non ergo solos Petrum & Iacobum & Ioannem in testimonium suę transfigurationis assumere debuit, sed omnes discipulos.

In contrarium est euangelicæ scripturę auctoritas.

Respon. Dicendum, quòd Christus transfigurari uoluit, ut gloriam suam hominibus ostenderet, & ad eam desiderandam homines prouocaret, sicut supra dictum est. * Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Christum, non solum qui post eum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt: unde eo ad passionem properãte, tam turbæ, quæ sequebantur, quàm quę præcedebant, ei clamabãt, Hosanna, ut dicitur Mat. 21. quasi salutem ab eo petentes: & ideo conueniens fuit, ut de præcedentibus ipsum testes adessent, scilicet Petrus & Iacobus & Ioannes, ut in ore duorum, uel trium testiũ staret hoc uerbum.

Art. 1. hu quæst.

Alias, 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus per suam transfigurationem manifestauit discipulis corporis gloriam, quæ ad solos homines pertinet. Et ideo conuenienter nõ Angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

Ad secvndvm dicendum, quòd glo. illa dicitur esse sumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus sacræ Scripturæ, qui non est liber d autenticus, sed falsò ascribitur Augustino. & ideo illi glossæ non est standum: dicit enim expresse Hieronym. * super Matth. Considerandum est, quod Scribis, & Pharisæis de cælo signa poscentibus dare noluit: hic uero ut Apostolorum augeat fidem, dat signum de cælo: Helia inde descendente, quo conscenderat, & Moyse ab inferis resurgente: quod non est sic intelligendum, quasi anima Moysi suum corpus resumpserit; sed quod anima eius apparuit per aliquod corpus assumptum, sicut Angeli apparent. Helias autẽ apparuit in proprio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, sed de aliquo eminenti loco in qd fuerat in curru igneo raptus.

D. 83.

Super illud Matt. 17. apparuit illis Moyses & Helias. to. 9.

Ad tertivm dicendum, quòd (sicut Chrysost. dicit super Matth.) Moyses, & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima est hæc: quia enim turbæ dicebant eum esse Heliam, uel Hieremiam, aut unum ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, ut saltem hinc appareat differentia seruorum & domini. Secũda ratio est, quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria domini æmulator fuit: unde per hoc quod simul cum Christo apparent, excluditur calumnia Iudæorum accusantiũ Christũ tanquã transgressorem legis, & blasphemũ, Dei sibi gloriam usurpãtem. Tertia rõ est, ut ostẽdat se habere prãtem mortis & uitæ, & esse iudicẽ mortuorũ, & uiuorũ, p hoc q Moysem iam mortuum & Heliam adhuc uiuentẽ, secum ducit. Quarta ratio

Hom. 51. in Matt. super Iud. apparuerunt Moyses & Helias to. 9.

est

est,quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de excessu,quem completurus erat in Hierusalem.i.de passione & morte sua.& ideo ut super hoc discipulorum animos confirmaret,inducit eos in medium qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni:Helias uero regi Achab.Quinta ratio est,quia uolebat ut discipuli sui æmularentur Moysi mansuetudinem, & zelum Heliæ.Sextam rationem addit Hilar.* ut ostenderet scilicet se per legem quam dedit Moyses, & per Prophetas,inter quos fuit Helias præcipuus,esse prædicatum.

Cyp. in Mat.non re mota a pri.

Ad qvartvm dicendum, quod mysteria non sunt omnibus exponenda immediate:sed per maiores suo tempore ad alios debent,deuenire. & ideo, ut Chrys.† dicit.assumpsit tres tamquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioã.uerò in priuilegio amoris,quo a Christo diligebatur propter suam uirginitatem, & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ: Iacobº autem propter prærogatiuam martyrii. & tamẽ hos ipsos noluit hoc quod uiderant,aliis annuntiare ante resurrectionem,ne (ut Hieron.* dicit) & incredibile esset pro rei magnitudine,& post tantam gloriam,sequens crux scandalum faceret, uel etiam totaliter impediretur a populo,& ut cum essent Spiritusancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

Hom. 57. in Mat.nõ pro ceni a princ. mo.a.

Super Illud Matt.17. Ne mini dixeri is uisum, etc.

¶*Super quæst quadragesime quinte articulum quartum.*

Sent.tract. Matth.17. & Mar. 9.ibi.

IN corpore unica conclusio. Conueniter testimonium naturalis Christi filiationis,paterna uoce auditũ est in transfiguratione, sicut & in baptismo.Probatur: Adoptio filiorũ Dei est per cõformitatem imaginis diuinæ ad naturalem filium,& hoc uel secũdum gratiam, uel gloriam.ergo conueniens fuit testimonium naturalis filiationis Christi &cet. Antecedens quo ad primam partem relinquitur clarum,& patet ad Roman. 8. Quos prædestinauit conformes fieri imaginis Filii sui. Quo ad secundam & tertiam, manifestatur auctoritate Io.Euangelistæ. Consequentia probatur, quia in baptismo datur gratia, in transfiguratione gloria monstrata est.Et manifestatur simul conuenientia testimonii ex persona Patris, qa solus nouit. Oia clara sunt iuxta subiectam materiam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paternę uocis in transfiguratione.

AD qvartvm sic procedi-
tur.Videtur quod inconuenienter auditum fuerit testimonium paternę uocis dicentis,Hic est filius meus dilectus:quia,ut dr Iob.33.semel loquitur Deus,& secundo idipsum non repetit: sed in baptismo hoc ipsum paterna uox fuerat protestata. non ergo fuit conueniens, quod hoc iterũ protestaretur in trãsfiguratione.

¶2 Præt.In baptismo simul cum uoce paterna affuit Spiritussanctus in specie columbę, quod in transfiguratione factum nõ fuit. Non ergo conueniens uidetur fuisse Patris protestatio.

¶3 Præt.Christus docere incępit post baptismum,& tamen in baptismo uox patris ad eum audiẽdum homines non induxerat.ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶4 Præt. Non debent aliquibus dici ea,quæ ferre non possunt,secundum illud Ioan.16.Adhuc habeo uobis multa dicere,quę non potestis portare modo: sed discipuli uocem patris ferre non poterant: dicitur enim Matth.17. q audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt ualde. ergo non debuit uox paterna ad eos fieri.

A IN contrarivm est, auctoritas Euangelicæ scripturæ.

RESPON. Dicendum,quòd adoptio filiorũ Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filiũ Dei naturalem.Quod quidem fit dupliciter. primo fit per gratiam uię,quæ est conformitas imperfecta. Secundò,per gloriam patriæ, quę erit conformitas perfecta,secundum illud 1.Ioan.3. Nunc filii Dei sumus,& nondum apparuit quid erimus:scimus quoniam cum apparuerit,similes ei erimus,quoniam uidebimus eum sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismum consequimur, in transfiguratione autem prænonstrata est claritas futurę glorię, ideo tam in baptismo,quàm in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio patris,quia solus est perfecte conscius illius perfectæ generationis simul cum Filio,& Spiritusancto.

B

AD primvm ergo dicendum quod illud uerbum referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater uerbum unicum protulit sibi coęternũ. Et tamen potest dici,quod licet idem corporali uoce Deus protulerit,non tamen propter idem,sed ad ostendendum diuersum modum, quòd homines participare possunt similitudinem filiationis æternę.

AD secvndvm dicendum, quod sicut in baptismo ubi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis.ostẽsa est operatio totius Trinitatis p hoc,q fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritussanctus in specie columbæ,& Pater fuit ibi declaratus in uoce, ita ẽt in transfiguratione,quę est sacramentũ secundę regenerationis,tota Trinitas apparuit,Pater in uoce,Filius in homine,Spiritussanctus in nube clara:qa sicut in baptismo dat innocẽtiam, quæ per simplicitatem columbæ designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatẽ glorię,& refrigerium ab omni maloquæ designantur in nube lucida.

C

AD tertivm dicendum,quod Christus uenerat gratiam actualiter dare:gloriam uerò promittere uerbo.Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines,ut ipsum audiant,non autem in baptismo.

AD qvartvm Dicendum,quòd conueniens fuit discipulos uoce paterna terreri & prosterni,ut ostenderetur quòd excellentia illius glorię, quę tunc demonstrabatur,excedit omnem sensum & facultatem mortalium, secundum illud Exodi trigesimotertio. Non uidebit me homo, & uiuet. Et hoc est quod Hieronymus * dicit super Matthæũ quod humana fragilitas conspectum maioris gloriæ ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo, quòd significatur,p hoc qđ dixit eis,Surgite,nolite timere.

D

Super illud Matt.17.audientes discipuli ceciderunt in faciem,to.9.

QVAESTIO XLVI.

De Passione Christi in duodecim articulos diuisa.

E

Quinta pars principalis.

CONSEQVENTER consi-
derandum est de his, quę pertinet ad exitũ Christi de mundo.Et primo,de passione eius:secundo,de morte: tertio de sepultura:quarto,de descensu ad inferos.

¶ Circa passionẽ occurrit triplex consideratio. Prima,de ipsa passione.Secunda,de cã efficiente passionis.Tertia,de fructu passionis.

C Onsequẽter &c.

¶ Hic incipit tractatus quintus,de exitu Christi ex hoc mũdo.

¶ *Super quæstionis 46. Articulum primum.*

TItulus ut sonat sumatur, quoniam in corpore articuli distinguitur.

¶ In corpore distinctio una ponitur cum tribus

tribus conclusionib⁹. Distinctio est de necessario dupliciter; vel simpliciter, vel ex trinseco, & hoc, uel coactionis, uel suppositionis: & hoc, uel sine quo non, uel nō ita bene. Vbi uides, quòd membra principalia distinctionis sūt tria. s. necessarium secundum se, uel coactionis uel suppositionis. Si tamen ultimum membrum subdiuidatur, erunt quatuor numerādo duos modos necessarii ex suppositione, scilicet, vel quia sine ipso nō potest peruenire ad finem, ut nauigatio est necessaria ad perueniendum in insulā, uel sine quo non ita bene, ut equitare est necessarium ad eundum ex Bononia Romam, ad quam minus bene pedes posset qs ire. In litera omnes isti modi tanguntur distinguendo, sed cōclusiones ponendo tria tantum principalia membra considerantur, quia, ut patebit, sequentibus articulis reseruaē discussio subdistinctorum modorum, ad præsentem applicata materiam. Ponuntur ergo in litera iuxta tria principalia distinctionis membra prædicta, tres conclusiones. Prima est, Christum pati non fuit necessarium absolute. Probaturq; statim, quia tā ex parte Dei quam ex parte hominis possibile fuit aliter se habere. Secūda conclusio est: Christum pati, non fuit necessarium necessitate coactionis. Probatur, quia Deus qui definiuit Christum pati, nō pōt cogi, & ipse Christus qui passus est, uoluntarie passus est, oblatus est enim quia uoluit. Tertia conclusio est, Christum pati, fuit necessarium necēsitate suppositionis. Probaē & ex parte nostri, ut habeam⁹ uitam æternam Ioannis tertio, et ex parte Christi, ut intraret in gloriam suam Lucæ ultimo, & ex parte Dei, ut impleretur definitio eius, Lucæ uigesimosecundo & ultimo. Omnia sunt clara.

2.di.20.ar.1. ¶.3 & art.4. ¶.1.& op.2. c.9.

CIRCA primum queruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrū necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

¶ Secūdò, Vtrum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ.

Tertiò, vtrum ille modus fuerit conuenientior.

¶ Quartò, Vtrum fuerit conueniens quod in cruce pateretur.

¶ Quintò, De generalitate passionis eius.

¶ Sextò, vtrum dolor, quē in passione sustinuit, fuerit maximus.

¶ Septimò, vtrum tota anima eius pateretur.

¶ Octauò, vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis.

¶ Nonò, De tempore passionis⁹.

¶ Decimò, De loco.

¶ Vndecimo, vtrum conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi.

¶ Duodecimo, vtrum passio ipsius Christi sit diuinitati attribuēda.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit necessarium Christum pati pro liberatione humani generis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione. Humanū enim genus liberari non poterat nisi a Deo, secundum Illud Isa. 45. Numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absq; me Deus iustus & saluans non est præter me: in Deo autem non cadit aliqua necessitas, quia hoc repugnaret omnipotentiæ ipsius. ergo nō fuit necessarium Christum pati.

¶ 2 Præt. Necessarium uoluntario opponitur: sed Christus propria uoluntate est passus, dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit. non ergo necessarium fuit eum pati.

¶ 3 Præt. Sicut in Psal. 24. dicitur, vniuersę uię Domini misericordia & ueritas: sed non uidetur necessarium, quod pateretur ex parte misericordię diuinæ, quæ sicut gratis dona tribuit, ita uidetur qd gratis debita relaxet absq; satisfactione: neque ēt ex parte diuinæ iustitię, secundum quam homo æternam dānationem meruerat. ergo uidetur nō fuisse necesariū qꝺ Christus pro liberatione humanum pateretur.

¶ 4 Præter. Angelica natura est excellentior, quàm humana, ut patet per Dionysi. * 4. cap. de diuin. no. sed pro reparatione angelicæ naturę, quæ peccauerat, Christus non est passus. ergo uidetur quod nec etiam fuerit necessarium, eum pati pro salute humani generis.

SED CONTRA est, quod dī Ioan. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportet exaltari Filium hoīs, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam: quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur. ergo uidetur qꝺ Christum oportuerit pati.

RESPON. Dicendum, quod (sicut Phil. docet in 5. Meta.*) necessarium multipliciter dicitur. Vno quidem modo, quod secundum sui naturam impossibile est aliter se habere, & sic manifestum est, quod non fuit necessarium Christum pati, neque ex parte Dei, neque ex parte hominis. Alio modo, dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori: quod quidem si sit causa efficiens uel mouens, facit necessitatem coactionis, utpote, cum aliquis non potest ire propter uiolentiam detinentis ipsum. Si verò illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, dicetur aliquid necessarium ex suppositione finis, quando. s. finis aliquis, aut nullo modo potest esse, aut non potest esse conuenienter, nisi tali fine præsupposito. non ergo fuit necessarium Christum pati necessitate coactionis, neque ex parte Dei, qui Christum definiuit pati. neque etiam ex parte ipsius Christi, qui uoluntarie passus est. Fuit autem necessarium necessitate finis, qui quidem potest tripliciter intelligi. Primò quidem, ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus, secundum illud Ioā. 3. Oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Secundò, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatē passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ vlt. Nonne oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam? Tertiò, ex parte Dei, cuius definitionem circa passionem Christi prænuntiatam in scripturis, & prefiguratam in obseruantia ueteris testamenti, oportebat impleri. & hoc est quod dicitur Lucę. 22. Filius hominis, secundum quod definitum est, uadit. Et Luc. ultim. Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quę scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me: * quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis.

Alias, & ita scriptum est, quia oportebat &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa procedit de necesitate coactionis ex parte hominis Christi.

AD TERTIVM dicendum, quod hominem liberari per passionem Christi, cōueniens fuit & misericordiæ & iustitię eius. Iustitię quidem, quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis, & ita homo per iustitiam Christi liberatus est. Misericordię uerò, quia cum homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanæ naturæ ut supra habitum est*, Deus ei satisfactorem dedit filium suum, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. & hoc fuit abundantioris misericordiæ, quam si peccata absque satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Ephesio. 2.

Deus

Deus, qui dives est in misericordia, pp nimiam charitatem, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.

AD QVARTVM dicendū, ꝙ peccatum angeli d non fuit remediabile sicut peccatum hominis, ut ex supradictis in 1. parte patet *.

ARTICVLVS II.

Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per passionem Christi.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, ꝙ non fuerit possibilis alius modus liberationis humanę, quàm per passionem Chri. Dicit.n.dominus Io.12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuū fuerit, multum fructum affert. ubi dicit Aug.* quòd seipsum granum dicebat. nisi ergo mortem passus esset, aliter fructum nostrę liberationis non fecisset.

¶ 2 Præ. Matth. 26. dominus dicit ad Patrem, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibā illū, fiat uoluntas tua: loquitur ātibi de calice passiōis. ergo passio Chri præteriri non poterat. unde & Hila.* dicit, ideo calix transire non pt nisi illū bibat, ꝙ reparari nisi ex eius passione nō possum°.

¶ 3 Præt. Iustitia Dei exigebat, ut homo a peccato liberaretur, Christo per passionem satisfaciente: sed Christus suam iustitiam non potest præterire: dr. n. 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis pmanet, negare seipsum non pōt: seipsum autem negaret, si iustitiā suam negaret, cū ipse sit iustitia. ergo uidetur ꝙ non fuerit possibile alio modo hominem liberari, quàm per passionem Chri.

¶ 4 Præte. Fidei non pōt subesse falsū: sed antiq patres crediderūt Chrum passurū. ergo ur, ꝙ nōpotuerit esse, qn Christus pateretur.

SED CONTRA est, ꝙ Aug.* dicit 13. de Trin. Modum, quo nos per mediatorē Dei & hominū, hominem Christum Iesum, Deꝰ liberare dignatur, asserimus bonum & diuinæ congruum dignitati: uerum etiam ostendamus, non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent.

RESPON. Dicendum, quòd aliqd potest dici possibile uel impossibile dupliciter, uno mō, simpliciter, & absolute: alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur & absolute loquēdo, possibile fuit Deo alio mō hoīem liberare, quā per passionem Christi, qa non est impossibile apud Deū omne uerbum, ut dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta, fuit impossibile: quia. n. impossibile est Dei præscientiam falli, & eius d uoluntatem seu dispositionem cassari, suppositā præscientia & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, uel hominem alio modo, quàm per eius passionem liberari: & est eadem ratio de omnibus his quę sunt pscita, & præordinata a Deo, ut in Prima parte habitum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ dominus ibi loquitur, suppositā prescięntia & præordinatione Dei, secundum quā erat ordinatum, ut fructus humanæ salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. & similiter intelligendum est, quod secundo obiicitur, Si non potest hic calix transire nisi bibā illum. s. pp hoc, quòd tu ita disposuisti. unde subdit, Fiat uoluntas tua.

AD TERTIVM dicendum, quòd hęc etiam iustitia dependet ex uoluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigente p peccato. nam si uoluisset absque omni satisfactione hominem a peccato liberare, contra iustitiam nō fecisset: ille. n. iudex non potest salua iustitia culpā sine pœna dimittere, qui habet punire culpam in aliū cōmissam, puta, uel in alium hominem, uel in totā rempublicam, siue in superiorem principē: sed Deus non habet aliquem superiorem, sed ipse est supremum & commune bonum totius uniuersi. & iō si dimittat peccatum, quod habet rationem culpæ, ex eo quòd contra ipsum committitur, nulli facit iniuriam: sicut quicumque homo remittit offensā in se commissam absque satisfactione, misericorditer, & non iniuste agit. & ideo Dauid misericordiā petens dicebat, tibi soli peccaui, quasi dicat potes sine iniustitia mihi dimittere.

AD QVARTVM dicēdum, quòd fides humana, & ēt scripturæ diuinæ, quibus fides instruitur, innituntur prescientię & præordinationi diuinæ. & ideo eadem ratio est de necessitate, quæ puenit ex suppositione eorum, & de necessitate, quæ puenit ex prescientia & uoluntate diuina.

ARTICVLVS III.

Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humani generis, quàm per passionem Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod alius modus con-

¶ *Super quæstionis quadragesimæ sexti articulum secundū.*

TItulus statim affert secum quęstionem: quia uidetur præposterus ordo. nam prius erat quærendum, si erat alius modus possibilis, & postea quærenda erat necessitas alterius eorum. Post necessitatem siquidem concussam unius modi, quid ad artem de aliis modi possibilibus?

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ licet possibile absolute sit communius ac prius necessario, & propterea quęrenda prius esset possibilitas, quam necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem, non est prius necessario ad finem communiter sumpto, hoc est comprehendente necessarium ad finem, tam sine quo non, quam propter melius, sed est posterius eo, utpote specie illius. nā omne medium possibile ad finem, aut est sine quo non, aut propter melius: boni enim aliquid in uia ad finem afferre oportet medium omne possibile. Quocirca postquam Auctor concluſit, necessariā esse Christi passionem ad salutem humanam, merito nunc inquirit, an fuerit sic necessaria, quod sine illa non potuerit haberi libertas humana a peccato; hoc est quærere, an fuerit possibilis alius modus liberationis humanę. Nam si non fuerit possibilis alius modus, passio Christi fuit ad libertatem humanam necessaria, sicut nauigatio ad transeundum in insulam: quia aliter non potest transiri. Etsi fuit possibilis alius modus, passio Christi non fuit necessaria ad liberandū genus humanum, sicut nauigatio ad insulam: quia p illum alium modum potuit nostra liberatio fieri. Vbi uidere clare potes, quod ordo rectissimus articulorum seruatus est, ut primo quæritum sit, an passio Christi fuerit ad salutem nostram necessaria; secundo, quomodo necessaria, an scilicet sine qua non potuisset haberi libertas humana. Et quoniam in hoc articulo concluditur, quòd passio Christi non est sic necessaria (quoniā potuit alio modo humanum genus liberari) ideo cōsequenter in tertio articulo quæretur, an passio Christi fuerit conuenientius medium ad libertatem humanam, q aliquis alius mod° possibilis.

¶ In corpore articuli est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus, iuxta duo membra. Distinctio est, Possibile uel impossibile dupliciter, uel absolute, uel ex suppositione. Prima conclusio est. Alio modo quàm per passionem Christi hominem liberari fuit possibile simpliciter. Probatur; quia non est impossibile apud Deum omne uerbum. Secunda cōclusio est. Alio mō, q per passionem Christi, hominē liberari, fuit impossibile suppositā præscientia & definitione Dei facta. Probatur, quia impossibile est definitionem & præscientiam Dei falli.

¶ *Super quæst. 46. articulum tertium.*

TItulus mōstrat euacuatam iā eē distinctionem factā in primo articulo de necessario. Nā illorū duorū modorū ibi indiscussorū (s. necessariū sine quo nullo mō pōt haberi finis, & sine quo non ita conuenięter) primum in secundo articulo discussum ē, ut patuit in illo: reliquū aūt in præsenti articulo discutitur. Cōparatur siqdē in hoc titulo passio Christi ad qdcunque aliud mediū possibile p libertate humana, secundū cōueniētiā, an scilicet, ipsa passio Christi

D. 151.

3.d.20.ar.4. 1.& q.1.c. 27.

Trac. 51. in Io. circa me. nom. 9.

C. 11. Mat. non nulli remota a fi.

Ii. ep. Cit. ca pri. 10.

D. 490.

p. p. q. 14. ar ti. 3.

3. di. 18. art. 4. q. 3. co. & di. 20. ar. 4. q. 2. & quo. 2. ar. 2.

Christi sit conueniétius medium, quam alia. Ex quo enim cõclusum fuit, quòd non est medium necessarium sine quo non, oportebat discutere, an sit medium necessarium propter melius, quod nũc fit. Et scito, quòd quemadmodum articulus secundus motus est simpliciter & absolute de medio alio possibili ad talem finem, & non præsuppositis definitione Dei de medio hoc, scilicet passionis Christi: & propterea respõsum est cum distinctione: ita hic quoque inter media ad talem finem possibilia simpliciter & absolute, quæritur quod eorũ sit conuenientius. Et est quasi quærere rationes, quare tale medium, scilicet passionis Christi, sit potius præelectum ad talem finem (scilicet liberationis humanæ) quam quodcunque aliud medium Deo possibile. Dixi autẽ, quasi, quia hic non discurritur diuinæ voluntatis ratio, sed ratio, seu proportio & conuenientia maior medij ad finem.

Ex li. 2. tex. 18. tom. 2.

¶ In corpore vnica conclusio. Modus liberationis humanæ per passionẽ Christi est conuenientior, quàm per solam Dei voluntatem. Probatur. Tantò modus aliquis est conuenientior, quantò per ipsum plura concurrũt expedientia ad finem illum: sed per modum istum multa concurrunt, quæ non concurrerent, si per solam Dei voluntatem liberaremur. ergo. Probatur minor ex quinque clarís in litera.

Lib. 13. c. 10. paulo post prin. tom. 3.

¶ Vbi nota quòd alij modi liberationis humanæ, aut essent per creaturam aliquam, aut per solam Dei voluntatem. Et siquidẽ per aliquam creaturã media liberaremur, clare, & euidenter constat, quòd remotius fuisset medium ab efficacia perducendi ad finẽ, quàm passio Christi, quoniam est passio suppositi diuini efficacissimi ad omnia: & quia hoc erat per se euidens, derelictum est ab Auctore. Si verò esset per solam Dei voluntatem, expeditius quidem fuisset, utpote sola voluntate Dei concurrente, sed non suauis, torque bonis sulcus fuisset modus liberandi hominem, ut patet ex tot bonis in litera positis. Et propterea Auctor comparauit modum passionis Christi ad modum ex sola Dei voluntate, tamquam præseferentem aliquid difficultatis.

¶ Circa rationes reddita in litera maioris conuenientiæ ad liberandum genus humanum per Christi passionem, aduerte, quòd ad duo capita primaria, vniuersæ reduci uidentur, vel ad suauitatem dispositionis, vel ad humanam dignitatem. Nam duci nos in salutem ex commẽdata Dei charitate, & exemplo Christi & merito, & præstantia & huiusmodi, ad suauem spectat dispositionem nostræ consequendę salutis: quod autem homo seipsum saluet, redimat, protegat, mereatur, uincat, satisfaciat, triumphet, regnet, iudicet, & huiusmodi, ad nostram spectat dignitatem, ut facile patet dilatando.

¶ In responsione ad secundum circa illud Chrysostomi: sed & si absque morte corpus alicubi deposuisset: aduerte, quod si, ut sonat, sumitur, non uidetur intelligibile, quoniá sine morte corpus non deponitur: nam si occulteretur a sensibus nostris, non propterea esset depositum, sed occultatum. Et propterea non de morte ut ê separatio animæ a corpore, sed de morte, ut est resolutio corporis terminata ad separationem animæ a corpore intelligo: quoniam de huiusmodi morte prælocutus est, dicens, inconueniens fuisse, si ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium soluereturq; quasi diceret, quod tam si naturali resolutione obiisset, quã si miraculose ex diuina

¶ 2 Præt. Ea, quæ fiunt per naturam, conuenientius fiunt quàm ea quæ fiunt per violentiam: quia violentia est quædam excisio seu casus ab eo, quod est secundũ naturã, vt dicitur in lib. 3. de cęlo: * sed passio Christi mortem violẽtam induxit. ergo conuenientius fuisset, vt Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quàm quòd pateretur.

¶ 3 Præt. Conuenientissimũ videtur, q̃ ille qui violenter & iniustè detinet aliquid, p̃ superioris potẽtiã spolietur. vnde Isa. 52. dicitur Gratis venundati estis, & sine argento redimemini: sed diabolus nullũ ius in hoĩe habebat, quem per fraudẽ deceperat, & per quandam violentiam seruituti subiectum detinebat. ergo videtur conueniẽtissimum fuisse, quòd Christus diabolum per solam potentiã spoliaret absque sua passione.

SED CONTRA est, quòd Augu. dicit 13. de Trini. Sanandæ nr̃æ miseriæ cõueniẽtior modus alius nõ fuit, q̃ per Christi passionem.

RESPON. Dicendum, quòd tantò aliquis modus conuenientior est ad assequendũ finẽ, quantò per ipsum plura concurrunt, quæ sunt expedientia fini. Per hoc autem, quòd homo per Christi passionem est liberatus, multa concurrerũt ad salutem hominis pertinentia prẽter liberationem a peccato. Primò enim per hoc homo cognoscit, quãtum Deus hominem diligat, & per hoc prouocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ salutis consistit: vnde Apostolus dicit Ro. 5. Commendat suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundò, quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & ceterarum virtutum in passione Christi ostensarum, quæ sunt necessariæ ad humanam salutem. Vnde dicitur 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Tertiò, quia Christus per passionem suã nõ solum hominem a peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantem, & gloriam beatitudinis ei promeruit, ut infra dicetur. * Quartò, quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se immunem a peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat a peccato, secundum illud 1. Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore uestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hoĩs cessit, ut sicut homo uictus fuerat & deceptus a diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum uinceret: & sicut homo mortem meruit, ita homo moriẽdo, mortem superaret. unde dr 1. ad Corinth. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum. & ideo conuenientius fuit, quod per passionem Christi liberaremur, quàm per solam Dei uoluntatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ natura etiam ut aliquid faciat, plura ad unũ assumit, sicut duos oculos ad uidendum. & idem patet in aliis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ sicut Chryso. dicit, Christus non sui mortem, quam non hẽbat, cum sit uita: sed hominum mortem uenerat consumpturus. Vnde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominibus illatam sustinuit: sed etsi ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omniũ solueretur, inconueniens erat eũ, qui sanaret aliorum languores, habere proprium corpus affectum languoribus: sed & si absq; morte corpus alicubi seorsum deposuisset, ac deinde se offerret, non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte uictoria, nisi coram omnibus eum patiens, per incorruptionem corporis, probasset extinctam.

AD TERTIVM dicendum, q̃ licet diabolus iniuste inuaserit hominem, tamen homo propter peccatum, iuste erat sub seruitute diaboli derelictus a Deo. & ideo conueniens fuit, ut per iustitiam homo a seruitute diaboli liberaretur, Christo satisfaciente pro ipso per suam passionem. Fuit etiam hoc conueniens ad uincendam superbiam diaboli, qui est desertor iustitiæ, & amator potentiæ, ut Christus diabolum uinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam deitatis, sed etiam per iustitiam, & humilitatem

uina potestate absq. præuia dissolutione, subito separaret animam a corpore, alicubi deponens ipsum, inconueniens fuisset.

¶ *Super Quæstionis quadragesimasexta articulum quartū.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Conuenientissimum fuit, Christum pati mortem crucis. Probatur in litera rationibus septem, quibus potest addi octaua, quod ideo mortem crucis elegit, ut usq; ad ultimum, quatuor sensuum (scilicet uisus audius, olfactus, & gustus, ac linguæ) officio uti libere posset, & ad cumulum passionis, videndo, audiendo, odorando, gustandoque contraria ignominiosa, &c. & ad consumanda mysteria, quæ uerbis in cruce dictis expleuit, & commendando Matrem, & Latronem exaudiendo &c. ¶ In responsione ad tertium memento quòd maledictus a Deo quilibet est, cui mali aliquid a Deo infertur: quia enim ipse dixit, & facta sunt sicut benedicere alicui Deum, est benefacere illi, ita Deum maledicere, alicui est illi malum facere. Et quia Deus propter scelus populi sui percussit Christum, multa mala pœnæ, & specialiter malum pœnæ ignominiosissimæ crucis intulit illi, ideo maledixit Christo, dum illi malum fecit, & propterea Christum sicut omnis patiens in cruce, maledictus a Deo dicitur.

passionis ut Augustin.* dicit 13. de Trinitate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus pati debuerit in cruce.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet respondere figuræ: sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia ueteris Testamenti, in quibus animalia gladio necabãtur, & postmodũ igni cremabantur. ergo uidetur quod Christus non debuerit pati in cruce, sed magis gladio uel igne.

¶ 2 Præt. Dam.* dicit, quod Christus non debuerit assumere detestabiles passiones: sed mors crucis uidetur fuisse maxime detestabilis & ignominiosa. unde dicitur Sapient. 2. Morte turpissima condẽnemus eum. ergo uidetur, quod Christus non debuerit pati mortem crucis.

¶ 3 Præt. De Christo dicitur, Benedictus qui uenit in nomine Domini, ut patet Matth. 21. sed mors crucis erat mors maledictionis, secundum illud Deuteronomij uigesimoprimo. Maledict⁹ est a Deo qui pendet in ligno. Ergo uidetur quod non fuerit cõueniens Christum crucifigi.

SED CONTRA est, quod dicitur Phil. 3. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

RESPONDEO. Dicendum, quòd conuenientissimum fuit Christum pati mortem crucis.

Primo quidem, propter exemplũ uirtutis. Dicit enim Augustinus* in libro octuagesimotertio quæstionũ sapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte uiueremus, suscepit.

Pertinet autem ad uitam rectã, ea, quę non sunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines, qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt.

Vt ergo nullum genus mortis recte uiuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit, nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidabilius. Secundo, quia hoc genus mortis maxime conueniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis, quod fuit ex eo quòd contra mandatum Dei, pomum ligni uetiti sumpsit. & ideo conueniens fuit, quòd Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur ligno affigi, quasi restituens quod Adam sustulerat, secundum illud Psal. 64. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Vnde Augustinus dicit in quodam sermone de passione, Contempsit Adam præceptum accipiens ex arbore pomum: sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia rõ est quia ut (Chrys.* dicit in sermone de passione) in excelso ligno, & non sub tecto passus est, ut etiam ipsius aeris natura mundetur: sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat, decurrentis de latere sãguinis stillatione mundata. Et super illud Io. 3. Oportet exaltari Filium hoīs, dicit, Exaltari audiens, suspensionem intelligas in altum, ut sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc quod in alto moritur, ascẽsum nobis parat in cælum, ut Chrysost. dicit. Et inde est, quod ipse dicit Io. 12. Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit uniuersali saluationi totius mundi. Vnde Gregor. Nicen. dicit, quod figura crucis a medio* contactu in quatuor extrema partita, significat uirtutem & prouidentiam eius, qui in ea pependit, ubique diffusam. Chryso. etiam dicit, quod in cruce expansis manibus moritur, ut altera manu ueterem populum, altera, eos qui ex gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis, diuersę uirtutes designantur. Vnde Augustinus* dicit in libro de gratia ueteris, & noui Testamenti, Non frustra tale genus mortis elegit, ut latitudinis & altitudinis & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod transuersum desuper figitur. hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo, quod ab ipso ligno usque ad terram conspicuũ est: ibi enim quodam modo statur, idest, persistitur & perseueratur, qđ longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illa quæ trãsuersum figitur, sursum uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iam uerò illud ex ligno, quod fixum occultatur, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ. Et sicut Augustinus* super Ioan. dicit. Lignum, in quo fixa erant mẽbra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est, quia hoc genus mortis pluribus figuris respondet. vt enim Augustinus dicit in sermone de passione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyses mare uirga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit: idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit: ex lignea uirga de spirituali petra salutaris unda profertur. Et ut Amalec uinceretur, circa uirgam Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei, arcæ Testamenti creditur ligneæ, ut his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus ueniatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur, erat factum de lignis, ut habetur Exod. uigesimosexto. & quantum ad hoc, ueritas respondet figuræ: non autem oportet quod quantum ad omnia, quia iam non esset similitudo, sed ueritas, ut Dama.* dicit in tertio libro. Specialiter tamen, ut Chrysostom. dicit, non caput ei amputatur, ut Ioã ni, neque fectus est, ut Isaias, ut corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio uolentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

AD SECVNDVM dicẽdum, quod Christus detestabiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant

In hom. de cruce & latrone quæ inci. Hodierna die. non rem. a prin. tom. 3.

alias, tractũ.

In Epist. 120. c. 26. a me. tom. 2.

Trac. 119. in Io. parum a prin. tom. 9.

li. 3. orth. fi. c. 26. non lõge a fñ.

bant ad defectum scientiæ uel gratiæ aut etiam uirtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam: quinimmo, ut dicitur Hebræo. duodecimo sustinuit crucem, confusione contempta.

Ad tertium dicendum, quod (sicut Augustinus * dicit 14. contra Faustum) peccatum maledictum est, & per consequens mors & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Christi mortalis fuit, si militudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eam nominat maledictum: sicut, & Apostolus nominat eam peccatum, dicens secundo ad Corinth. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter pœnam peccati. Nec ideo maior inuidia est, quia dixit, Maledictus est a Deo: nisi enim Deus peccatum odisset, non ad eam suscipiendam atque tollendam filium suum mitteret. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis. unde ad Galat. tertio dicitur, Christus non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Articvlvs v.

¶ Super quæst. quadragesimæsexte articulum quintum.

Vtrum Christus omnes passiones sustinuerit.

Titulus de passionibus corporalibus ab extrinseco illatis intelligitur, ut in corpore articuli Auctor explicat. Sũt enim duo genera passionum: quædam spirituales: ut decipi, priuari iniuste, & huiusmodi, quæ longe fuerunt a Christo: quia derogarent perfectioni animæ ipsius: quædam corporales: & hæ sunt duplices; quædam ab intrinseco, ut ægritudines corporales, & de his non est quæstio: quia non decuit Christũ infirmari, sed fuit ab intrinseco habere passiones naturales absque ægritudine, ut famem, tũm lassitudinem quo ad corpus & tristitiam, timorem, & huiusmodi quo ad partẽ sensitiuam animæ: quædam uero ab extrinseco: siue sint pure corporales ut flagella, confossio, & huiusmodi, siue aliqualiter spirituales, ut infamari, & huiusmodi. Et similiter siue extrinsece ut spoliari: & huiusmodi: siue intus, ut tristari ex sensatis & obiectis: de his enim quę ab extrinseco inferri possunt passionibus absque spiritali damno in anima patientis, quæstio est, ut unico uerbo dicatur.

¶ In corpore est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus iuxta ipsã membra distinctionis, interiecta explicatione tituli. Distinctio est. Passiones humanæ ab extrinseco possunt considerari dupliciter, uel secundũ speciem, uel secundum genus. Prima conclusio. Non oportuit Christum pati omnem humanam passionem, secundum speciem.

Probatur, quia multæ earum sunt contrariæ, ut patet. Secunda conclusio est: Christus passus est omnẽ humanam passionẽ secundum genus. Probatur tripliciter: & ex parte generalitatis conditionum a gentium a quibus, & rerum in quibus, & membrorum secundum quæ passus est.

¶ Aduerte hic primo, quòd Auctor summarie pertransit generalitatem passionum Christi, nam si adamussim dinumerandæ essent omnes conditiones passionum eius & differentiæ earum, humanum ingenium forte deficeret. Clare siquidem liquet, quòd passus est iudicialiter & extra iudicialiter, a iudicio ecclesiastico & sæculari, passus est obiectione superbiæ blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, usurpationis diuinæ, passus est a testibus falsis, & a propria confessione occasionaliter: passus est ut malus, & ut latrus passus est a viris timoratis secundũ legem Dei [ut potenon introeuntibus in prætorium, & nec antribus operibus misericordiæ actualiter] & a sceleratis, passus est & simpliciter, & comparatiue ad Barabbam.

Et breuiter ad pelagus passionum harũ contemplatio ingressum dans, noua semper adiiciet.

¶ Aduerte secundo, quòd ad literam Christus generalitatem passionum suscepit, ut uniuersum quo ad mala deificaret;

ita

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quòd Christus omnes passiones sustinuerit. Dicit. n. Hila. * 10. de Trin. Vnigenitus Dei ad peragendum mortis suæ sacramentum, consumasse se omne humanarum genus passionũ testatur, cum inclinato capite emisit spiritum. Videtur ergo q̃ oẽs passiones humanas sustinuerit. ¶ 2 Præte. Isa. 52. d. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde, sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum: sed Christus est exaltatus secundum hoc, quod habuit omnem gratiam & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt. ergo uidetur quod inglorius fuerit, sustinendo omnẽ passionem humanam.

¶ 3 Præt. Passio Christi ordinata est ad liberationem hoĩs a peccato, ut supra dictum est: * sed Christus uenit liberare homines ab oĩ genere peccatorum. ergo debuit pati omne genus passionum.

Sed contra est, quod dicitur Io. 9. quod milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, q̃ crucifixus est cum eo: ad Iesum autẽ cum uenissent, non fregerũt eius crura. non ergo passus est omnẽ humanam passionem.

Respon. Dicẽdum, quod passiones humanæ possunt considerari dupliciter. Vno modo, quantum ad speciem, & sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia multæ passionum species sibiinuicem contrariantur, sicut cõbustio in igne, & submersio in aqua. Loquimur enim nũc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas (sicut sunt ægritudines corporales) non decuit eum pati, ut supra dictum est. * Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam. quod quidem potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, a quibus passus est. Passus est enim aliquid & a gentilibus & a Iudæis & a masculis & a feminis, ut patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & a principib. & a ministris eorum & popularibus, secundum illud Psalmi secundi. Quare fremuerunt gentes. & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam a familiaribus & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo, pater idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis, eum deserentibus: in fama, per blasphemias contra eum prolatas, in honore & gloria per irrisiones & contumelias ei illatas: in rebus, per hoc quod etiã uestibus spoliatus est: in anima per tristitiam, tædium, & timorem: in corpore per uulnera & flagella.

Tertiò potest considerari quãtum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus fixionem clauorum, in facie alapas & sputa, & in toto corpore flagella. Fuit etiã passus secũdum omnem sensum corpo eum, secundum tactum quidem, flagellatus & clauis confixus, secundum gustum, felle & aceto potatus, secundum olfactum, in loco fœtido cadauerum mortuorum qui dicitur caluarie appensus patibulo, secundum auditum lacessitus uocibus blasphemantium & irridentium, secundum uisum, videns matrem & discipulum, quem diligebat, flẽtes.

Ad primvm ergo Dicendum, quod uerbum illud Hilar. est intelligendum, quantum ad omnia genera passionum, non autem quantum ad omnes species.

Ad ii. dicendum, quod simi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita quòd sicut uerbū diuinum suscipiendo humanam naturam assumpsit quodammodo totum uniuersum, quò ad bona (pro quanto in homine omnes creaturę quodammodo inueniuntur) ut in principio huius libri declarauimus) ita suscipiendo mala hominum in generalitate suarum passionum, deificauit totū uniuersum, quo ad mala, in malo enim hominis omnia mala quodammodo inueniūtur, ut omnino impletum conspiciamus, quòd sic Deus dilexit mundum, & secundum bona & secundum mala, ut filium suum unigenitum daret. Prodest autem malorum huiusmodi tanta dignitas humano generi valde: quoniam malorum incursus post Adæ peccatum inevitabilis est & necessarius in uia uirtutis ambulantibus ad cælestem patriam. Naturaliter autem exosa fugibilia tristiaq; sunt mala, & propterea arcta duraque dicitur uia uitæ; sed ubi assumpta a uerbo Dei in propria persona mala sunt, deificata proculdubio sunt, & inde reddita sunt desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum, cum non habentur, & dulciora super mel & fauum, cum habentur, ut gesta martyrum testantur, dicentium, hoc est quod semper optaui, has epulas ego semper optaui: uideor mihi quòd super roseos flores incedam, &c. Et hinc uirtutis uia patiendo mala, facta est humano generi amabilis desiderabilis, atque delectabilis secundum seipsam: sed animalis homo non percipit quæ Dei sunt: palato.n. non sano pœna est panis, qui sano est suavis, & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis.

¶ *Super quæstio. 46. articulum sextum.*

TItulus, ut sonat, intelligendus est.

litudo ibi attenditur, non quantum ad numerum passionum & gratiarum: sed quantum ad magnitudinem utriusque: quia sicut sublimatus est in donis gratiæ super alios, ita deiectus est infra alios per ignominiam passionis.

AD TERTIVM Dicendum, q̄ secundum sufficientiam, una mi nima passio Christi sufficisset ad redimendum genus humanum ab oībus peccatis, sed secundum conuenientiam, sufficiens fuit q̄ pateretur omnia genera passionum, sicut iam dictum est.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd dolor passionis Christi non fuerit maior omnibus aliis doloribꝰ. Dolor enim patientis augetur secundum grauitatem & diuturnitatem passionis: sed quidam martyres grauiores passiones & diuturniores sustinuerūt, q̄ Christus, sicut patet de Laurentio, qui est assatus in craticula, & de Vincētio, cuius carnes sunt ungulis ferreis laceratæ. ergo iuſ quòd dolor Christi patiētis non fuerit maximus.

¶ 2 Præt. Virtus mentis est mitigatiua doloris, intantum quòd Stoici posuerunt, tristitiam in animum sapientis non cadere, & Aristo. posuit, quòd uirtus moralis medium tenet in passionibus: sed in Christo fuit perfectissima uirtus mētis. ergo uidetur quod in Christo non fuerit maximus dolor.

¶ 3 Præt. Quanto aliquod patiēs est magis sensibile, tanto maior sequitur dolor passionis: sed anima est sensibilior, quàm corpus, cum corpus sentiat ex anima. Adam etiam in statu innocentię uidet corpus sensibiliushabuisse, quam Christus, qui assumpsit corpus humanum cum naturalibus defectibus. ergo uidetur quòd dolor aīę patiētis in purgatorio uel in inferno, uel etiam dolor Adę, si passus fuisset, maior fuisset quam dolor passionis Christi.

¶ 4 Præt. Maioris boni amissio causat maiorē dolorem: sed peccator peccando amittit maius bonum, quàm Christus patiendo, quia uita gratiæ est melior quàm uita naturę. Christus etiam qui amisit uitam, post triduum resurrecturus, minus aliquid amisisse uidetur, quàm illi qui amittunt vitam permansuri in morte. ergo videtur, quod dolor Christi non fuerit maximus dolorum.

¶ 5 Præt. Innocentia patientis diminuit dolorem passionis: sed Christus innocenter est passus, secundum illud Hier. 11. Ego autem quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam. ergo uidetur quod dolor passionis Christi non fuerit maximus.

¶ 6 Præt. In his, quæ Chri sunt, nihil fuit superfluum: sed minimus dolor Christi sufficisset ad finem salutis humanæ: habuisset enim infinitam uirtutem ex persona diuina. ergo superfluum fuisset assumere maximum dolorem.

SED CONTRA est, quod Thren. 1. dicitur ex persona Christi, Attendite, & uidete, si est dolor sicut dolor meus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est*, cum de defectibus assumptis a Christo ageretur, in Christo: patiente fuit uerus dolor, & sensibilis, qui cātur ex corporali nociuo, & dolor interior, qui causatur ex apprehēsione alicuius nocumenti, qui tristitia dr. Vterque autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores præsentis uitæ. quod quidem contingit propter quatuor. Primo quidem, propter causas doloris, nam doloris sensibilis causa fuit læsio corporalis quæ acerbitatem habuit, tum præter generalitatem passionis, de qua dictum est*, tum etiam ex genere passionis, quia mors confixorum in cruce est acerbissima, quia configuntur in locis nervosis & maxime sensibilibus, s. in manibus & pedibus, & ipsum pondus corporis pendentis cōtinue auget dolorem: & cum hoc etiam est doloris diuturnitas, quia non statim moriuntur, sicut hi q̄ gladio interficiuntur. Doloris autē interioris causa fuit primo quidem, omnia peccata humani generis pro quibus satisfaciebat patiendo, unde ea quasi sibi ascribit dicens in Psa. 21. Verbo delictorum meorum. Secundo, specialiter casus iudæorum, & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipue discipulorum, qui scandalum passi sunt in Christi passione.

Tertio, etiam amissio uitę corporalis, quæ naturaliter est horribilis humanæ naturę. Secundò, potest magnitudo doloris eius considerari ex perceptibilitate patientis, & secundum animam, & secundum corpus. Nam & secundum corpus erat optime complexionatus, cum corpus eius fuerit formatum miraculose operatione spiritussancti, sicut & alia, quæ per miracula facta sunt, fuerūt aliis potiora (ut Chryso.* dicit de uino, in quod Christus aquam conuertit in nuptiis) & ideo in eo maxime uiguit sensus tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor: anima etiā secundum uires interiores, efficacissime apprehēdit omnes cās tristitiæ. Tertio, magnitudo doloris Chri patientis potest considerari ex doloris & tristitię puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur tristitia interior, & etiam dolor exterior, ex aliqua considerationē

¶ In corpore duo. Primo, tesumuntur duo dolores in Christo, exterior. s. & interior. Secundo, respōdetur quæsito unica conclusione: uterq. dolorin Christo fuit maximus sup omnes præsenti suitę. Probatur ex quatuor simul iunctis, s. ex causis, ex patiente, ex puritate doloris, & ex quantitate proportionata ad finem. ¶ Vbi uidere facile potes, quod in nullo alio dolore humano concurrentia, adequare aut etiam appropinquare possūt ad hęc. Et de tertio quidem & quarto cōstat, quod in aliis locum habere nō possunt, secundum quo que ad perceptionē efficacissimam omnium causarum tristitię, procul etiam ab aliis est, in primo quoque duo sunt in accessibilia, s. tristitia ex omnibus peccatis humani generis, & amissio corporalis uitę diuinę persoīę, & tam excellentis animę. q. 15. a. 5. & 6.

q. 15. & 2. p̄c.

Ho. 21. in Io. a med. illi° to m. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deratione rõnis, per quandam deriuationẽ seu redundantiam a superioribus uiribus ad inferiores : quod in Christo patiente non fuit, quia unicuique uirium permisit agere quod est sibi proprium, sicut lib.3. c.15.a med. Dam.* dicit. Quartò, potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc, quod passio illa & dolor a Christo fuerunt assumpta uoluntarie, propter finem liberationis hominum a peccato. & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quæ offert proportionata magnitudini fructus, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis, manifeste apparet, quod dolor Christi fuerit maximus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit ex uno tantum prædictorum, scilicet ex lesione corporali, quæ est causa sensibilis doloris : sed ex aliis causis multo magis dolor Christi patientis augetur, ut dictum est* in corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, quod uirtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directe, in eam medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus uirtus moralis constituit (ut in 2. parte habitũ est* p.2.q.64.ar.1.& 2. non secundum quantitatem rei, sed secundũ quantitatem proportionis, ut s. passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quod nulla tristitia esset ad aliquid utilis, ideo credebant, quòd totaliter a ratione discordaret, & per consequens quod totaliter esset sapienti uitanda. sed secũdum rei ueritatem tristitia aliqua laudabilis est (ut li.14.c.9.c.5 Augus.* probat in 14. de ciu. Dei,) quando scilicet procedit ex sancto amore, utpote, cum aliquis tristatur de peccatis propriis uel alienis. Assumitur etiam, ut utilis ad finem satisfactionis pro peccato, secundum illud Apost. 2. ad Corin. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. & ideo Christus ut satisfaceret pro peccatis omnium hominum, assumpsit tristitiam, maximam quidem quantitate absoluta, non tamen excedentem regulam rationis. Dolorem autem exteriorem sensus, uirtus moralis directe non minuit, quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirecte, per redundantiam a superioribus uiribus in inferiores, quod in Christo non fuit, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod dolor animæ separatæ patientis, pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum huius uitæ: sicut sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis uitæ. unde cum dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale & passibile, & minus doleret patiens, quam corpus Christi, propter rationes prædictas. Ex quibus etiam apparet, quod etiam si per impossibile ponatur, quod Adam in statu innocentiæ, passus fuisset, minor fuisset dolor eius quam Christi.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus non solum doluit pro amissione uitæ corporalis propriæ: sed etiam pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in Christo excessit omnem dolorem cuiuscunque contriti: tum, quia ex maiori sapientia, & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secũdum illud Isa. quinquagesimo secũdo. Vere dolores nros ipse tulit. Vita ãt corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipue propter diuinitatem unitam, quod de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum, quàm de amissione uitæ alterius hominis per quantumcunque tẽpus. unde & Philoso. dicit 3. Ethico. * quod uirtuosus diligit uitam suam, quanto scit eam esse meliorem, & tamen eam exponit propter bonum uirtutis. Et similiter Christus uitam suam maxime dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundũ illud Hiere. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Li.9.c.4.med.

AD QVINTVM dicendum, quòd innocentia patiẽtis minuit dolorem passionis, quantum ad numerum, quia cum nocens patitur, dolet non solum de pœna, sed etiam de culpa: innocens autem solum de pœna: qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantum apprehendit nocumentum illatum, ut magis indebitum. unde etiam & alii magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isa. 57. Iustus autem perit, & non est qui recogitet in corde suo.

AD SEXTVM dicendum, quòd Christus uoluit genus humanum a peccatis liberare, non sola potestate, sed iustitia. & ideo non solum attendit quantum uirtutem dolor eius haberet ex diuinitate unita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret, secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem.

ARTICVLVS VII.

¶ *Super quæst. quadragesimasexta articulum septimum.*

Vtrum Christus passus fuerit secundum totam animam.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Christus non fuerit passus secundum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidẽs, inquantum est corporis actus : sed anima non est actus corporis secundum quamlibet partem ei?: nam intellectus nullius corporis actus est, ut dicitur in 3. de anima.* ergo uidetur, quod Christus non fuerit passus secundum totam animam.

¶ 2 Præterea. Quælibet potentia animæ patitur a suo obiecto : sed superioris partis rationis obiectum, sunt rationes æternæ; quibus inspiciendis & consulendis intendit, ut Aug.† dicit 12. de Trinita. Ex rationibus autem æternis nullum potuit Christus pati nocumentum, cum in nullo ei contrariarentur. ergo uidetur q̃ non fuerit passus secundum totã animam.

¶ 3 Præt. Quando passio sensibilis usque ad rationem pertingit, tũc dicitur completa passio, quæ in Christo non fuit; sed solum propassio, ut Hiero.* dicit. unde & Dion. dicit in Epist. † ad Ioannẽ euangelistam, quod passiones sibi illatas patiebatur secundum iudicare solum. non ergo uidetur quòd Christus secundum totam animam pateretur.

TItulus in corpore articuli clarificatur.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, distinguitur quot sensibus potest intelligi quæstio ista. Secundo, respõdetur quæsito. Distinctio ponitur duplex, prima de li tota, scilicet, uel ratione essentiæ, uel potentiarum. Secunda est, ratione potentiarum dupliciter, uel secundum actus earum, uel ex parte subiecti. Ex quibus consurgunt tres quæstionis sensus. Primus est, an anima secundum totam essentiam passa fuerit; secundus est, an anima secũdum omnium potentiarũ passiones proprias passa fuerit: tertius est, an anima secundum, omnes potentias ex parte subiecti passa fuerit.

¶ Prima conclusio est. Anima Christi tota secundum essentiam passa est. Probatur. Tota essentia animæ coniungitur corpori. ergo patiente corpore, & disposito ad separationẽ ab anima, tota anima patiebatur. Antecedens

5.di.15.q.1 art.1.q.3. & ar.3. q.2. & ver. q.16 ar.2.ad 1. & ar.3.& 9.& quol. 1. ar. 5.& op.3.c. 235.

Ex lib.3. ex tex.6. & 12. tom.2.

Li.12.c.7.a fi.to 3.

Hier. super illud Ma. 26. Cœpit triſtari mœſtus to.6. Incipit epi. Dn. Saluto nima &c. medius lius.

tecedens probatur: quia est tota in toto, & tota in qualibet parte.

¶ Nota hic, quòd non dicit, Auctor quod anima Christi tota secundum essentiam doluit, sed dicit quòd passa est: dolere enim importat actum animalis appetitus: pati autem communius est. Vnde argumenta Scoti in 3. sentent. dist. 5. contra opinionem dicentem Christi animam secundum essentiam doluisse, non sunt contra doctrinam hanc, nisi ultimum, scilicet in separatione animæ a corpore anima fuit facta impassibilis. ergo. Ad hoc.n. dicitur, quòd aliud est loqui de separatione animę, & aliud de separato esse: nam licet anima in separato esse fuerit impassibilis quandiu tamen in separatione fuit passibilis erat & patiebatur dum separatur: quia abiiciebatur a naturali suo statu, quo perficiebat corpus.

Vnde in litera dicitur, corpore patiente & disposito ad separationem, tota essentia animæ patiebatur.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi secundum omnes potentias inferiores patiebatur passionibus propriis illarum potentiarum. Probatur: quia in singulis uiribus inferioribus, quæ circa temporalia uersantur, inueniebatur aliquid, qđ erat causa doloris, ut patet ex ar. 5.

¶ Tertia conclusio est, Ratio superior non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti. Probatur; quia Deus erat causa animę Christi non doloris, sed delectationis & gaudii.

¶ Circa hanc conclusionem dubium occurrit ex Sco. in 3. sent. dist. 15. probante, quod ratio superior in Christo per proprium actũ doluit de passione Christi: tum, quia erat contra naturalem appetitum ipsius rationis superioris: tum, quia erat contra conditionatum uelle eiusdem; quicquid autem nobis nolentibus uel naturali uoluntate commodi, uel conditionato uelle, accidit, sufficiens causa tristitiæ est, ut patet de miseria quo ad primum, & de proiectione mercis in mare, quò ad secundum. Amplius Christus tristatus est de peccatis hominum ut sunt offensæ Dei: sed hoc spectat ad rationem superiorem; quia hæc, tristitia est secundum Deum, est secundum rationes æternas consultas, quæ sũt secundum August. 12. de Trinit. obiectum rationis superioris. ergo.

¶ Ad euidentiam huius scito, quòd cum secundum August. de ciui. Dei capitu. 15. tristitia sit de his, quæ nobis nolentibus accidunt, & nostrum nolle quadrupliciter inueniatur, uel per actum elicitum, ut si nolo uisitari: uel per naturalem contrarietatem ad uoluntatem secundum se, ut nolumus miseriam: uel per naturalem contrarietatem ad uoluntatem colligatam appetitui sensitiuo, ut nolumus vri; uel per conditionatum actum uoluntatis, puta nolleitatem, ut nollemus proiicere merces in mare, quas tamen proiicimus, putauit Scotus in loco dicto quodlibet istorum nolle sufficienter causare tristitiam in uoluntate, si contra huiusmodi nolle eueniat nobis aliquid sic nolitum. Minus autem uerum inuenitur hoc dictum, si perspexerimus, quod beatis multa possunt sic nolita euenire; qui tamen tristari non possunt; uoluntas enim cuiusque patris in Patria est, quod secundum se nollet filium damnari, ut patet; quia ista nolleitas est secundum amorem naturalem ad filium, & qđa in damnatis remanet, ut patet de diuite, qui petiit, ne fratres damnarentur, & tamen beatus non tristatur si filius

¶ 4. Præt. Passio dolorem causat: sed in intellectu speculatiuo non est dolor: quia delectationi, quę est ab eo, quod est considerare, nulla tristitia opponitur, ut Philosophus * dicit in 1. Topic. ergo uidetur quod Christus non pateretur secundum totam animam.

SED CONTRA est, quod in Psalm. 87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea, Gloss. † non uitiis, sed doloribus, quibus anima carni compatitur, uel malis, scilicet pereuntis populi, compatiendo: non autem fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animam passus esset. ergo Christus est secundum totam animam passus.

RESPONDEO. Dicendum, quòd totum dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentię eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, inquantum patitur secundum suam essentiam, uel inquantum secundum omnes suas potentias patitur: sed cõsiderandum est, quod aliqua potentia animę, potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quę quidem est secundum quod patitur a suo obiecto, sicut si uisus patiatur ex super abundanti uisibili. Alio modo, aliqua potentia patitur passione subiecti, super quod fundatur, sicut uisus patitur patiente sensu tactus in oculo, super quem fundatur uisus, puta cum oculus pũgitur aut etiam distẽperatur per calorem.

Sic igitur dicendum est, quod si intelligamus totam animam ratione suæ essentiæ, sic manifestũ est totam animam Christi passã esse.

Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita qđ tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si uero intelligamus totam animam secundum omnes potentias eius sic loquendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes uires inferiores, quia in singulis uiribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operantur, inuenieba tur aliquid, quod erat causa doloris Christi, sicut ex supradictis patet: * sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis & gaudii. Secundum autẽ quantum est ex parte uoluntatis, seu boni uoliti aut mali noliti, & taliter nolle non sufficit ad causandam tristitiam, ut ex dictis exemplis patet, & amplius patebit. Alio modo, sumitur nolle secundum præsentem statum uolentis seu nolentis, hoc est quod siue sit naturale siue conditionatum insit, illud nolle secundũ præsentem statum, quem actu habet ille, qui dicitur nolle, & sic nolle siue sit naturale siue conditionatum sufficit ad causandam tristitiã. quod ut clarius fiat, dicamus exemplariter differentiam inter uoluntatem beati patris & non beati; pater siquidem iustus uiator respectu miseriæ filii præsciti habet nolle & naturale, & conditionatũ non solum ita quod uoluntati paternæ secundum se absolute sumptę contrariatur miseria filii, & nollet filii damnationem secluso diuinę iustitiæ ordine, sed etiam ita quod secundum præsentem statũ in quo est, ex amore naturali exit in actum nolẽ di conditionatum, dicẽdo, Pater si possibile est, transeat calix iste. Idem autem pater beatus non habet amplius amorem illum primum, ut consonet sibi exire in actum nolleitatis respectu miseriæ filii (alioquin non esset beatus: quoniam aliquid uellet, quod non haberet) sed in omnibus conforme dicitur uoluntati suũ uelle: Et hinc fit, ut damnatio filii eueniens, tristitiam ingerat patri uiatori, & non patri beato. Conuenientia siquidem inuenta secundum uoluntatem absolute, & similiter secundum nolleitatem absolute in patre uiatore & beato, & differentia inuenta secundum uoluntatem in tali statu, testatur quod non sufficit ad tristitiam uoluntas naturalis, aut conditionata absolute, sed oportet quod sit secundum præsentem statum; propterea enim tristor proiiciendo merces, quia secundum præsentem statum habeo nolleitatem perdendi illas & econtra propterea beati de nullo tristantur, quia de nullo contrario euenturo habent nolleitatẽ in illo statu.

Et in proposito, ideo Christus dominus beatus, secũdum portionem superiorem non tristabatur de sua passione, qa secundũ illam nec nolleitatem illius habebat, sed tamquam beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falsum esse, quod ratiõi superiori Christi, ut natura, contrariabatur passio Christi, quoniam pars illa secundum illum statum non habuit aliquid contrarii. Et similiter falsum est, quod habuerit nolleitatem mortis eadem ratione, quia scilicet beata erat.

Verum ne iniuria Sco. hinc fiat, scito, quod ipse rõne superiore utitur æquiuoce, pro intellectu, scilicet & uoluntate respectu quorumcumque secundum ordinem tamen ad æterna: & iõ quo ad quæstionem de rõne superiori, & inferiori, in æquiuocõ cũ eo laboratur. Sed quo ad nolitionem causantem tristitiam, nõ est æquiuocatio: quoniam siue in superiori siue in inferiori portione oportet adesse nolitum secundum præsentem, & non sufficit nolitum secundum disconuenientiam ad uoluntatem, absolute, ut declaratum est. Veruntamen ad singula obiecta respondendo dicitur; quod non est contra naturalem inclinationem

superioris appetitus beati, passio Christi, & similiter nec contra uelle conditionatum illius, & similiter nec contra eundem, quamuis colligatum corpori, qa non habuit locum redundantia in Christo. Ad illud de contritione peccatorum nostrorum dicitur, quod dolor ille est rationis inferioris: quoniam obiectum talis actus ē aliquid temporale, scilicet offensa Dei. Nec obstat quod secundum rōnes aeternas sit hęc tristitia, quoniam rō inferior regulatur exratione superiori, & ab illa sumit principia; secundum.n. obiecta, s. temporale uel aeternum, distinguuntur rō superior & inferior, ut in 1 part. q. 79: ar. 9. habes.

¶ Quarta conclusio est. Omnes potentiæ animæ Christi patiebantur ex parte subiecti. Probatur, quia omnes radicantur in essentia eius, quæ patiebatur, quia actus corporis patientis erat.

¶ *Super quationis quadragesimæ sexti articulum octauū.*

In corp. ar. TItulus clarus ex præcedente, & i corpe.

¶ In corpore distinctio reperitur posita in præced. art. de totalitate animæ.

¶ Deinde, respondetur quæsito tribus conclusionibus. prima est. Anima Christi tota secundum essentiam fruebatur. Probatur, quia tota essentia est subiectū portionis superioris quæ fruebatur. Et declaratur a simili præcedentis articuli, ut sicut portio superior dicta est pati propter essentiam patiētem, ita econtra essentia fruit ratione partis superioris fruentis.

¶ Secunda conclusio est. Anima Christi totalitate potentiarum non tota fruebatur. Probatur, quia nec directè, quia non quælibet pars aiæ est capax fruitionis; nec per redundantiam: quia in Christo quādiu fuit uiator, non erat redundantia.

D. 139.

p. p. q. 77. ar. 2 & 3.

In corp. ar.

3. dis. 15. q. 2. ar. 3. q. 2. & uer. q. 10. ar. 11. ad 3. & q. 26 ar. 9. & 10. & quo. 1. q. 2 ar. 2. cor. & op. 3. ca. 238. & 239. q. 15. ar. 10.

Li. 10. c. 5. & 1. 7. c. ult.

Art. 6. huius quæst.

1. 2. q. 4.

illum modum passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiæ animæ Christi patiebantur. omnes, d enim potentiæ animę radicantur in essentia eius, ad quā peruenit passio, passo corpore, cuius est actus.

Ad primvm ergo dicendum, quod licet intellectus, secundum quòd est potentia quędam, non sit corporis actus: essentia tamen animę est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiua, vt in prima parte habitum est.*

Ad secvndvm Dicendum, quòd illa ratio procedit de passione, quæ est ex parte proprii obiecti, secundum quam, superior ratio in Christo passa nō fuit.

Ad tertivm Dicendum, qꝺ dolor tunc dicitur esse passio pfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitiuæ partis pertingit usque ad immutandum rationem a rectitudine sui actus, ut. s. sequatur passionem, & nō habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitiuæ partis nō peruenit in Christo usque ad rationem, sed ex parte subiecti, sicut dictum est.*

Ad qvartvm Dicendum, qꝺ intellectus speculatiuus non pōt habere dolorem, uel tristitiam ex parte sui obiecti: quod est uerum absolute consideratum, qꝺ est perfectio eius: potest tamen ad ipsum pertingere dolor uel causa doloris, per modum iam dictum.*

Articvlvs viii.

Vtrum tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata.

A Doctavvm sic procedit. Videtur, quod anima Christi in articulo illius passionis nō tota fruetur fruitione beata. Impossibile est enim simul dolere & gaudere, cū dolor & gaudium sint contraria: sed anima Christi tōta patiebatur dolorem in tempore passionis, ut supra habitum est.* non ergo poterat esse, ut tota frueretur.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 7. Ethico.† quòd tristitia si sit uehemens, nō solum impedit delectationē cōtrariam, sed quamcumque, & econuerso: dolor autem passionis Christi fuit maximus, ut ostensum est; * & similiter delectatio fruitionis est maxima, ut in principio secūdę partis habitum est.† non ergo potuit esse, quòd anima Christi tota simul pateretur

F & frueretur.

¶ 3 Præt. Fruitio beata est secundum cognitionem & amorem diuinorum, ut patet per Aug. * in 1. de doct. chri. sed non omnes uires animę attingunt ad cognoscēdum & amandum Deum. nō ergo tota aīa Christi fruebatur.

¶ Tertia conclusio est. Superior pars animæ proprio actu fruebatur Christo patiente. Probatur, quia non impediebatur a coęua sibi fruitione per inferiorem partem patientem.

Sed contra est, quod Dam. dicit in 3 li. * qđ diuinitas Christi permisit carni agere & pati, quæ propria. ergo pari ratione cum proprium esset animæ Christi inquantum erat beata, quod frueretur, passio eius fruitionē non impediebat.

Li. 3. c. 20. & 21.

Respon. Dicendum, quòd sicut dictum est * prius, tota anima potest intelligi & secundum essentiam, & secundum omnes eius potentias. Si autem intelligatur secundum essentiā, sic tota anima fruebatur, inquantum est subiectum superioris partis animę, cuius est frui diuinitate, ut sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ, ita econuerso fruitio ratione superioris partis animæ attribuatur essentię. Si uero accipiamus totam animā rōne omnium potentiarum eius, sic nō tota anima fruebatur, nec directe quidem, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animæ, nec per redundantiam gloriæ, quia dum Christus erat uiator, nō fiebat redundantia gloriæ a superiori parte in inferiorem, nec ab anima in corpus: sed qa nec econuerso supior pars aīæ impediebatur circa id, qđ est sibi proprium per inferiorē, consequens est, quod superior pars animæ perfecte fruebatur Christo patiēte.

Ar. prius.

Ad primvm ergo dicendum, quod gaudiū fruitionis non contrariatur directe dolori passionis, qa non sunt de eodem: nihil autem prohibet contraria eidem inesse, non secundum idem. & sic gaudiū fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per proprium actum: dolor autem passionis secundum tuum subiectum. Ad essentiam uero animæ pertinet dolor passionis ex parte corporis, cui' est forma: gaudium uero fuitionis ex parte potētię, cui subiicitur.

Ad secvndvm Dicendum, quòd uerbum illud phil. habet ueritatem rōne redundantiæ, quæ naturaliter fit ab una potentia animæ in aliam, sed hæc in Christo non fuit, ut supra dictum est.*

In corp. ar. & ar. 6.

Ad iii. Dicendum, quod ratio illa procedit de totalitate animę, quantum ad eius potentias.

Articvlvs ix.

Vtrum Christus fuerit conuenienti tempore passus.

¶ *Super quæst. quadragesimæ sexta articulum nonum.*

A D nonvm sic proceditur. Videtur, quod Christꝰ nō fuerit conuenienti tempore passus. Passio enim Christi figurabatur per immolationem agni paschalis, unde & Apost. dicit 1. ad Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: sed agnus paschalis immolabatur quartadecima die ad uesperam, ut dicitur Exo. 12. ergo uidet quod Christꝰ tunc debuerit pati, quod patet esse falsum: nam tūc pascha cū suis discipulis celebrauit, secūdum illud Marc. 14. primo die azimorū

TItulus clarus.

¶ In corpore una cōclusio. Christus est conuenienti tempore passus. Probatur dupliciter. Primò, Passio Christi subiecta erat eius uoluntati. ergo. Probatur consequentia, quia uoluntas Christi regebat diuina sapientia sua uiter omnia disponente. Secundo, auctoritate Aug.

Inſr. artic. cor.

¶ In responsione ad primum nota, quòd moderni latini adhuc non quieſcunt cir-

circa quorum lunæ diem, quando Christus mortuus est. Ad dunque super argumenta græcorum, sanctiatem diei qn tidecimi: nam quintadecima luna illius mẽsis erat celebris, ita quod nihil operis erat licitum in ea, exceptis his, quæ ad uescendum sunt, ut patet Exo. 12. constat autem in illa festa 6. qua Christus passus est, licita fuisse opera, quæ in festis fuissent illicita; ut patet, tum ex operibus Iudæorum, qui illo die iudiciales actus in Christum exercuerunt: tum ex actibus Ioseph & Nicodemi, qui sepelierunt Christum, quod non fuisse licitum sabbatho, patet ex eo quod propter parasceuen festinata sepultura est, ut Aug. notauit, & ex eo qn mulieres sanctæ sabbatho se continuerunt ab officio circa Christum sepultum. Vide uolunt uerba Ioan. euangelistæ, Erat autem parasceue paschæ, ad literam intelligi, quòd erat uigilia paschæ.

Tolet. in Ioan. 19. circa fin.

¶ Ad cui sententiam huius considerandum est, quod non solum certa incertis præponenda sunt, sed ex certis ea, quæ ambigua uidentur, interpretanda sunt, & non econtra. Quo circa certitudo scripturæ a tribus euangelistis Matth. Marco, & Luca de primo die azymorũ, qui quintadecima luna est, quòd scilicet fuit dies Veneris, in qua Christus passus est, debet præponi incertis, hoc est uarie exponibilibus uerbis Ioannis euangelistæ, non quo ad ueritatem & falsitatè, quia omnia sunt uera, sed quò ad securitatem sensus literalis. Verba siquidem illorum non possunt

Aug. in Ioan. tract. 55. circa fin.

Hos. 11. Ioan. 2. parum med. fin.

exponi ad literam, nisi intelligendo diẽ illum Veneris fuisse lunã quintãdecimã, quia expresse dicunt primum diem azymorum inchoatum uespere precedenti, uocantes diẽ Iouis uesperam, diem azymorum.

Verba autem Ioannis euangelistę pos-

quando pascha immolabant, sequenti autem die passus fuit. A

¶ 2 Præt. passio Christi dicitur eius exaltatio, secundum illud Io. 3. oportet exaltari filium hominis. Ipse autem Christus dicitur sol iustitiæ, ut patet Malach. ult. ergo uidetur quod debuerit pati hora sexta, quando sol est in sua maxima exaltatione, cuius contrarium uidetur per id, quod dicitur Mar. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

¶ 3 Præter. Sicut sol in hora sexta B maxime exaltatur quolibet die, ita in solstitio æstiuali maxime exaltatur quolibet anno. debuit ergo magis pati circa tempus solstitii çstiualis, quam circa tempus æquinoctii uernalis.

¶ 4 Præt. Per præsentiam Christi in mundo, mundus illuminabat, secundum illud Ioã. 9. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. conueniens igitur fuisset humanæ saluti, ut diutius in hoc mundo uixisset, ita quod non pateret in iuuenili ætate, sed magis in senili.

Sed contra est, quod dicitur Io. 15. Sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat de hoc mundo ad patrem. Et Io. secundo dicit, Nondum uenit hora mea. Vbi dicit Aug.* Vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit; uenit hora eius, non necessitatis, sed uoluntatis conuenienti igitur tẽpore passus est.

Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictũ est,* passio Christi subiecta erat eius uolũtati: Voluntas autem eius regebatur diuina sapientia, quæ omnia conuenienter & suauiter disponit, ut dicitur Sap. 8. Et iõ dicendum est, qꝰ conueniẽti tempore passio Christi celebrata est. vnde Aug. in lib. Quæstionum uete. & no. test. dicit, Omnia propriis locis, & temporibus gesit saluator.

Ad primvm ergo dicendum, qꝰ quidam dicunt Christũ fuisse passum quartadecima luna. quando Iudæi pascha immolabant. vnde & Io. 18. dicitur, quòd Iudæi non introierunt prætorium Pilati ipso die passionis, ut non cõtaminarentur, sed ut manducarent pascha. ubi Chriso.* dicit qꝰ tunc Iudęi faciebant pascha, ipse uero ante unã diem celebrauit pascha, reseruãs suam occisionem sextę feriæ, quãdo uetus pascha fiebat. Cui uidetur consonare quod dicitur Ioan. 13. qꝰ ante diem festum paschę Christus facta cœna, pedes discipulorum lauit. sed contra hoc uidetur esse, quod dicitur Matt. 26. quod prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Ex quo patet, quod cum primus dies azymorum dicatur quartusdecimus dies mensis primi, quando agnꝰ immolatur & luna plenissima est, ut Hier.* dicit, constat quartadecima luna Christum cœnam fecisse, & quintadecima eum esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id quod dicitur Mar. decimoquarto. Primo die azymorum quando pascha immolabant &c. & Luc. 22. Venit dies azymorũ, in quo necesse erat occidi pascha. Et ideo quidam dicunt, qꝰ Christus die conuenienti in quartadecima luna pascha cum discipulis suis manducauit, demonstrans qꝰ usque ad ultimum diem non erat contrarius legi, ut Chrysostom.* dicit super Matt. sed iudęi occupati circa procurationẽ C mortis Christi contra legem celebrationem paschę in crastinum distulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quòd in die passionis Christi noluerunt intrare prętorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Sed nec istud uidetur esse consonum uerbis Mar. dicentis. Primo die azymorum quãdo pascha immolabant. Simul ergo Christus & iudæi uetus pascha celebrauerunt. Et sicut Beda dicit super Mar.* licet Christus, qui est pascha nostrum, sit crucifixus sequenti die, D hoc est qnintadecima luna: attamen nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisque sui discipulis tradens mysteria celebranda, & a iudæis tentus adligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis sue sacrauit exordium. Cum autem dicitur Ioan. 13. Ante diem festum paschæ, intelligitur hoc fuisse quartadecima luna, quod tunc euenit quinta feria: nam luna existente quintadecima erat dies solemnissimus paschæ E apud iudæos. Et sic eundẽ diem quem Ioannes nominat ante diẽ festum paschę, propter distinctionem naturalem dierum, Matthæus nominat primam diem azymorum: quia secundum ritum iudaicæ festiuitatis, solennitas incipiebat a uespera precedentis diei.

Quod autem dicitur, eos comesturos esse pascha in quintadecima luna, intelligendum est, quod ibi pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decimaquarta luna, sed dicitur cibus paschalis, idest, azymi panes: quos oportebat comedi a mundis, sine aliter interpretari, quam quod sabbatho fuerit quintadecima luna, ut patet ex expositione Doctorum. igitur faciendum est ipsum diem Veneris fuisse quintamdecimam lunam.

Super illud Mar. 26. prima die azymorũ accesserũt to. 9.

Et confirmatur hoc, quia idem Ioannes euangelista ibidem appellat unum idemque tempus parasceuem paschæ, & pascha: dicit enim de illo die Veneris. Erat autem parasceue paschę, & de eodem introducit Pilatum dicentem, Est autem uobis consuetudo, ut dimittam uobis unum in pascha.

Si enim tam proprie Ioan. paschę nomine utitur, ut isti autumant, non debuit idem tempus dici pascha & parasceue paschæ; quoniam constat quod tam stricte loquendo, aliud est tempus paschæ, & aliud parasceue paschę. Vocauit ergo utrobique pascha solennitatem paschalem, sicut etiã Luc. Act. decimosecũdo expresse totam solemnitatem paschalẽ pascha uocat, tractans de Petro occidendo. Erant autem dies azymorum, & subdit, uolens post pascha producere eum.

Hom. 8. in Mar. paulo a prin. to. 2.

Beda Mar. 14. in ca. 43. secundũ B, dæ ordiné

¶ Ad obiectionem nouam ex celebritate festiuitatis illius diei, dicitur quod quia præceptum de obseruatione illius festi excipiebat spectantia ad prępararionẽ ciborum, quę tamen erant prohibita in sabbatho, colligitur fuisse licita illo die, quæ sabbatho non licuissent: nam lex sub una exceptione comprehendit omnia similia. Et propterea ex hoc ipso, quod in diei primo paschæ poterant parari necessaria ad cibum, consequens est, quod etiam licita fuerunt omnia quæ occurrens necessitas naturæ, & pietatis exegisset, ac per hoc opus sepulturę, maximæ pietatis gratia, ut fuit circa Christum, licitum fuit. Actꝰ uero iudiciales

Homil.82. in Ioã. a medio tom.3.

eum non sint inter opera seruilia, prohibitos in ueteri lege nescio; legimus.n. Petrum captum inter dies azymorum, & propter tempus illud, in quo tamen licebat operari, reseruatus est occisioni post Pascha. Veruntamen quicquid sit de hoc, sicut Caiphas prudens est habitus, consulendo quod expedit unum hominem mori pro populo facile potuit dispensare, quia periculũ erat in mora, ut actus iudiciales circa Christum licite se exercere crederent in primo die azymorum, præsertim cum actus hi, non ex lege, sed statutis eorum, uel consuetudine & reuerẽtia qualam prohibiti forte fuerint.

Li.3.c.13.nõ ꝓcul a prin. tom.4.

Vnde Chrys.* ibidem aliam expositionem ponit, quòd Pascha potest accipi pro toto festo iudæorum, quod septem diebus agebatur. F

Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Augu.* dicit in lib.de cons. euang. hora erat quasi sexta, cum traditus est Dominus crucifigendus a Pilato, ut Io. dicit: nõ.n.erat plene sexta, sed quasi sexta. i. peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebræ fierent. Intelligitur autẽ fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudęi, ut Dominus crucifigeretur, & ueracissime demonstratur tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt. ergo ne quisquã cogitationem tanti criminis auersus a Iudæis in milites conuerteret, erat, inquit, hora tertia, & crucifixerũt eum, ut illi eum potius crucifixisse inueniantur, qui hora tertia, ut crucifigeretur, clamauerunt. G

Quamquam non desunt, qui per parasceuẽ, quam Ioan. commemorat, dicens, Erat parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam uelint intelligi. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Verum autem Pascha, quod in passione Domini celebratur, incœpit præparari ab hora noctis nona, quando scilicet omnes principes sacerdotum dixerunt, reus est mortis. Ab illa ergo noctis hora, usque ad Christi crucifixionem, occurrit hora parasceues, sexta secundum Ioannem, & hora diei tertia secundũ Marcum: quidam tamen dicunt, quòd hæc diuersitas ex peccato scriptoris apud græcos contingit: nam figuræ, quibus tria & sex repræsentantur, satis sunt propinquæ apud eos. H

Ad tertium dicendum, quod sicut dicitur in lib.de Quæstionibus ueter. & nou. testamenti,* tunc uoluit Dominus passione sua mundum redimere, & reformare, quando eum creauerat, idest, in æquinoctio. Et tunc dies super noctem increscit: quia per passionem Saluatoris a tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit in secundo aduentu Christi; ideo tempus secundi aduentus æstati comparatur. Matthæ. uigesimoquarto, ubi dicitur, Cum ramus eius iam tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æstas, ita & uos cum uideritis hęc omnia, scitote quia prope est & in ianuis. Et tunc etiam erit maxima Christi exaltatio. I

In lib.q. ex no. test. qui incipit, Deus certe perfectus q.55. in prin.to.4.inter opera August.

Ad quartum dicendum, quòd Christus in iuuenili ætate pati uoluit propter tria. Primo quidem, ut ex hoc magis suam dilectionem commendaret, quòd uitam suam pro nobis dedit, quando erat in perfectissimo statu. Secundo, quia non conueniebat, ut in eo appareret naturæ diminutio, sicut nec morbus, ut supra dictum est. Tertio, ut in iuuenili ætate moriens & resurgens, futuram resurgentium qualitatem in seipso Christus præmonstraret. unde dicitur Ephe.4. Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. K

Articvlvs x.

Vtrum Christus fuerit conuenienti loco passus.

¶ *Super quæstionis quadragesimesexta articulum decimũ.*

Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio. Christus in loco conuenienti passus est. Probatur, quia omnia propriis locis & temporibus gessit, quia omnia loca & tempora in manu eius sunt. ergo. Sup. q. 47. ar. 3. ad 1. & 2. ad 2.

¶ In responsione ad secundum & tertiũ, aduerte quod ad literam Christus passus est extra portam in loco damnatorum, ut mors sua turpior redderetur, dum in loco publicę ignominię, ac maxime paulo passus est.

Ad decimvm sic proceditur. Videtur, quòd non conuenienti loco Christus passus fuerit: Christus enim passus est secũdum carnem humanam, quæ quidem concepta fuit ex uirgine in Nazareth, & nata in Bethleem. ergo uidetur quod non in Hierusalem, sed in Nazareth, uel in Bethlem pati debuerit.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed passio Christi figurabatur per sacrificia ueteris legis: sed huiusmodi sacrificia offerebãtur in templo. ergo uidetur quòd & Christus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis.

¶ 3 Præt. Medicina debet morbo respondere: sed passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ. Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem, sed in Hebron: dicitur enim Iosue 14. Nomen Hebron antea uocabatur chariatarbe, Adam maximus ibi in terra* Enachim situs est. ergo uidetur ꝙ Christus in Hebron, & non in Hierusalem pati debuerit. Alias inter

Sed contra, est, quod dicitur Luc. 14. Non capit prophetam perire extra Hierusalem: sed Christus fuit propheta. Conuenienter ergo passus est in Hierusalem.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut dicitur in lib. 83.* Quæstionum, omnia propriis locis & temporibus gessit Saluator, quia sicut omnia tẽpora sunt in manu eius, ita etiam omnia loca: & ideo sicut conueniẽti tempore Christus passus est, ita etiam conuenienti loco. Aug. in lib. ex no. te. incipit Deus certe q.55. prin.to.4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus conuenientissime in Hierusalem passus est. Primo quidem, quia Hierusalem erat locus a Deo electus, ad sacrificia sibi offerenda: quæ quidem figuralia sacrificia figurabant Christi passionem, quod est uerum sacrificium, secundum illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum hostiam & oblationem in odorem suauitatis. Vnde Beda* dicit in quadam homilia, quod appropinquante hora passionis, Domin⁹ appropinquare uoluit loco passionis, scilicet in Hierusalem, quo peruenit ante sex dies paschæ, sicut agnus paschalis ante sex dies paschæ, idest, decima luna, secũdum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur. Ho. in dominica palmarũ in prin. re cam in miliarie tertius ann.

Secundò, quia uirtus passionis eius ad totum mũdum diffundẽda erat, in medio terrę habitabilis pati uoluit, i. in Hierusalem. vñ dr in Psal. 73. Deus autem rex noster, ante secula operatus est salutem in medio terrę, idest, in Hierusalem, quæ dicitur esse umbilicus terrę. Tertio, quia hoc maxime conueniebat humilitati eius, ut scilicet sicut turpissimum genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit, quod in loco tam celebri confusionem pati non recusauit. unde Leo Papa dicit in quodam sermone epiphaniæ,† Qui serui susceperat formam, Bethleem prælegit natiuitati, Hierusalẽ passioni. Quarto, ut ostenderet a principibus populi Iudęorum exortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & ideo in Hierusalem, ubi principes morabantur, uoluit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in ista In serm. de nat.

ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuũ Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Israel.

AD SECVNDVM Dicendum, quod Christus non in templo aut in ciuitate, sed extra portam passus est propter tria. Primo quidem, ut ueritas responderet figuræ, nam uitulus & hircus, qui solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur extra castra comburebantur, ut præcipitur Leu. 16. Vnde dicitur Heb. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra, propter quòd Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Secundo, ut per hoc daret nobis exemplum exeundi a mundana conuersatione. unde ibidem subditur, Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperium eius portantes. Tertio, ut Chrysosto.* in sermo. de passio. dicit, Noluit Dominus pati sub tecto, non in templo iudaico, ne Iudei subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum, & ideo foras ciuitatem, foras muros, ut scias sacrificium esse commune, quod totius terræ est oblatio, quod communis est purificatio.

In ser. quidam nostri, aliquantulum a prin. to. 3. Super illud Matth. 27. & venerunt in locum qui dicitur Golgotha. to. 5.

AD TERTIVM Dicendum, quod, sicut Hieron.* dicit super Matthæum, Quidam exposuit caluariæ locum in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum, quia ibi antiqui hominis sit conditũ caput: fauorabilis interpretatio & mulcens aurem populi, nec tamen uera. Extra urbem enim & foras portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum & caluariæ ideſt, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus, ubi prius erat arca damnatorum, ut ibi erigerentur uexilla martyrii. Adam uero sepultum iuxta Hebron & Arbee in Iesu filii Naue uolumine legimus.

Magis autem Iesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quàm iuxta sepulchrum Adæ, ut ostenderetur quod crux Christi non solum erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ: sed etiam contra peccatum totius mundi.

ARTICVLVS XI.

¶ Super quæst. quadragesimæ sexta articulum undecimũ.

Vtrum conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

TItulus clarus.

¶ In corpore una distinctio cum duabus conclusionibus. Distinctio est. Alia ratione secundum intentionem Iudæorum, & alia secundum diuinam electionem Christus inter latrones crucifixus est. Prima conclusio. Christus crucifixus est inter latrones secundum intentionem Iudæorum, ut crederetur esse malus inter malos punitus, hoc est conuenienter quidem ad malam eorum intentionem, quia mediũ cõlonum fini malo, sed inconuenienter quantum ad euentum: quia oppositum euenit, dum Christi crux adoratur, & ab illorum crucibus sic discernitur, & uere torum oppositũ euenit. Putauerunt Iudei confundere crucem Christi cum crucibus impiorum, dũ simul cum impiis crucifixus, sicut alii pertransiret; sed euenit ut Christi crux fulserit, ita, quòd etiam alias memorabiles, quamuis non uenerabiles, reddiderit, ut experientia testatur. Secunda conclusio: Christus secundum Dei ordinationẽ inter latrones conuenienter crucifixus est. Probatur quadrupliciter. Omnia clara sunt.

Oriho. 33. in Matth. post pri. ho. to. 3. Ji. to. in Lucius tit. est responsione præm. to. 5.

A uidetur, quòd Christus simul cũ latronibus pateretur.

¶ 3 Præt. Matth. 27. dicitur, quòd latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei: sed Luc. 23. dicitur, quòd unus eorum, q̃ crucifixus erat cum Christo, ei dicebat, Memẽto mei Domine, dum veneris in regnum tuum. ergo uidetur, quòd præter latrones blasphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blasphemans. Et sic uidetur inconueniẽter ab euãgelistis narratũ, q̃ Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

B SED CONTRA est, quod Isa. 53. fuerat prophetatum: Et cũ sceleratis reputatus est.

RESPON. Dicendum, quòd Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quantum ad intẽtionem Iudæorum, alia vero quantum ad Dei ordinationẽ. Quantum enim ad intentionem Iudæorum, duos latrones utrimque crucifixerunt, sicut dicit Chrysosto.* ut eorum suspitionis fieret particeps: sed non ita euenit, nam de illis nihil dicitur: huius autem ubique crux honoratur: reges diademata deponentes, assumunt crucem in purpureis, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata, ubique terrarum crux emicat: quantum uero ad Dei ordinationem, Christus cum latronibus crucifixus est; quia ut Hierony.* dicit super Matth. sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur. Secundo, ut dicit Leo* Papa in sermone de passione, duo latrones unus ad dexteram & alius ad sinistram crucifigũtur, ut in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quæ in iudicio ipsius, omnium hominum facienda est discretio. Et Augustinus† dicit super Ioan. Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit; in medio enim iudice constituto, unus qui credidit, liberatus, alius qui insultauit, damnatus est: iam significabat quod facturus est de uiuis & mortuis, alios positurus ad dextram, alios uero ad sinistram. Tertio, secundum Hilariũ* duo latrones leuæ ac dextræ affiguntur, omnem humani generis uniuersitatem uocari ad sacramẽtum passionis Domini ostendentes: sed quia per diuersitatem fidelium ac infidelium, fit omnium secundũ dextram sinistramque diuisio, unus ex duobus ad dextram eius situs, fidei iustificatione saluatur. Quarto, quia ut Beda* dicit super Mar. latrones, qui cum Domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide & cõfessione Christi uel agonem martyrii, uel quælibet arctioris disciplinæ instituta subeunt: sed qui hoc pro æterna gloria gerũt, dextri latronis fide designantur: qui uero humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus.

Homi. 88. in Mat. aliquan tulũ a prin. to. 2.

Mat. 27. sup illud, Venerunt in locũ qui dicitur Golgotha. tom. 9.

In 4. sermo. de passione parũ a prin. Aug. trac. 31. in Io. in fin. to. 9.

ca. 33. in Matth. ante me.

Cap. 15. in Mar. in c. 44. secundum eius ord. circa med. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Christus debitum mortis non habuit, sed mortem uoluntarie subiit, ut sua uirtute uinceret mortem, ita etiam non habuit meritum, ut cum latronibus poneretur, sed uoluit cum iniquis deputari, ut sua uirtute iniquitatem destrueret. Vnde Chrisost.† dicit super Ioan. quòd latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere, non minus fuit, quàm cõcutere petras.

Homil. 48. in Io. nõ ten. te a prin. to. mo 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non conueniebat, ut cum Christo aliquis alius pateretur ex eadem cau-

Finitis Prioribus 2 prin. hom.35. in Matt. numerando, to.5. l.1.3.c.16. in med.to.4.

causa, unde Origen.* ibidem subdit, Omnes fuerãt in peccatis, & omnes opus habebant, ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis.

AD TERTIVM dicendum quòd sicut Aug.* dicit in lib. de consensu euangelistarum, possumus intelligere Mat. posuisse pluralem numerum pro singulari, cum dixit, latrones improperabant ei. Vel potest dici secundum Hiero. † quòd primum uterque blasphemauerit, deinde uisis signis, unus eorum crediderit.

Super illud Mat 27. latrones improperabant ei, to mo 3.

¶ *Super quæstion quadragesimæ sexta articulum duodecimum.*

ARTICVLVS XII.

Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

TItulus quærit an sit dicendum, Deus passus est ex eo quòd Christus passus est, hoc est enim quærere, si passio Christi sit deitati ascribenda.

4. can. ca. 55. qd 14.

¶ In corpore una est cõclusio. Passio Christi attribuẽda est supposito diuino non ratione diuinæ, sed humanę naturæ. Probatur, Vnio naturæ utriusque facta est in persona, salua utriusque naturæ proprietate, ergo &c. & confirmatur auctoritate Cyrilli &c.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi sit eius diuinitati attribuẽda. Dicitur. n. 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissẽt: sed dominus gloriæ est Christus, secundum diuinitatem. ergo passio Christi competit ei secundum diuinitatem.

¶ 2 Præt. Principium salutis humanæ est ipsa diuinitas, secundum illud Psal. 36. Salus autem iustorum a Domino. Si ergo passio Christi ad eius diuinitatem non pertineret, uideretur quod nõ posset nobis esse fructifera.

¶ 3 Præt. Iudæi puniti sunt pro peccato occisionis Christi, tamquam homicidę ipsius Dei, quod magnitudo pœnæ demonstrat: hoc autem non esset, si passio ad diuinitatem non pertineret. ergo passio Christi ad diuinitatem eius pertinuit.

SED CONTRA est, quod Athanasius dicit in epist. ad Epictetum, * Natura Deus manens uerbum est impassibile: sed impassibile non potest pati, Passio ergo Christi non pertinebat ad eius diuinitatem.

Incipit hæc epistola. Ego arbitrabar.

RESPON. Dicendum, quòd sicut supra dictum est,* unio humanæ naturę & diuinę facta est in persona & hypostasi & suppposito, manente tamen distinctione naturarum. ut scilicet sit eadẽ persona, & hypostasis, diuinæ & humanæ naturę, salua tamen utriusque naturæ proprietate: & ideo, sicut supra dictum est, * supposito diuinæ naturæ attribuenda est passio, non ratione diuinæ naturæ, quæ est impassibilis, sed ratione humanę naturæ. Vnde in epistola synodali Cyrillus dicit, * Si quis non confitetur Dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit. Pertinet ergo passio Christi ad suppositum diuinę naturæ ratione naturæ impassibilis.

q. 2. ar. 2. & 3

q. 16. ar. 5.

Habetur in prima synodo Ephesi. can. 12.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non secundum quod est dominus glorię, sed secundum quod erat homo passibilis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd, sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilii, mors Christi tamquam facta mors Dei, scilicet per unionem in persona, destruxit mortem: quoniam Deus & homo erat qui patiebatur: non enim natura Dei læsa est, sed humana, neque mutatione sua suscepit passiones.

AD III. dicendum, quòd sicut subditur ibidem, non purum hominem crucifixerũt Iudæi, sed Deo intulerunt præsumptiones: pone enim principem loqui per uerbum, & hoc formari per literas in charta aliqua, & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam disrumpat, ad mortis sententiam deducetur, non tamquam chartam disrumpens, sed tamquam uerbum imperiale disrumpens. non ergo securus sit Iudæus, tanquam purum hominem crucifigens: quod enim uidebat, quasi charta erat: quòd autem in ea cælabatur, imperiale uerbum erat, natũ ex natura, non prolatum per linguam.

QVAESTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

¶ *Super quæst. quadragesimæseptima articulum primum.*

DEINDE considerandũ est de causa efficiente passionis Christi.

ET CIRCA hoc quęruntur sex.

¶ Primò, Vtrum Christus fuerit ab aliis occisus, uel a seipso.

¶ Secundò, Ex quo motiuo seipsum passioni tradiderit.

¶ Tertiò. Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quartò, Vtrum fuerit conueniens, ut per manus gentium pateretur, uel potius a Iudæis.

¶ Quintò, Vtrum occisores eius eum cognouerint.

¶ Sextò, De peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus fuerit ab alio occisus, an a seipso.

TItulus occasionem sumpsit ex euãgelio, in quo Christus dicit, Nemo tollit animam meam a me.

¶ In corpore articuli una ponitur distinctio bimembris, iuxta quæ membra respondetur quæsito duabus conclusionibus cum corollario.

Distinctio est. causa alicuius dupliciter, directe agendo, uel indirecte, scilicet non prohibendo, cũ posset.

¶ Prima conclusio Christus fuit ab aliis non a seipso occisus directe. Probatur. q. persecutores eius intulerunt intentione & opere efficaci illi mortem.

¶ Secunda conclusio est, Christus fuit causa mortis suæ indirecte, scilicet non prohibẽdo, cum posset. Probatur hæc ultima particula, in qua tota difficultas consistit, scilicet cum posset. Probatur autem dupliciter. Et ex parte occidentium, quia poterat reprimere, uel in uoluntate uel potestate. Et ex parte animę suæ quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturã carnis suæ, Probatur, quia erat unita uerbo, auctoritate Augustini. Corollarium est: Christus dicitur uoluntariæ mortuus.

Infra 40. ar. 1. 2d 2. & q. 51. ar. 3. co. & opp. 2. & 3. & 338.

Probatur, quia non repulit nocumentũ a corpore anima, sed uoluit corpus succũbere.

Circa secundam conclusionem dubiũ occurrit ex Scot. in tertio sententia. dist. 22. quæstio. 2. tenente, quòd anima

Christi

Christi non habuit potestatem præseruandi corpus suum a morte: & propterea nō est mortuus uolūtarie caliter, sed affectiue, q a non fuit indirecte cā mortis suæ u: Auctor dicit, sed complacuit sibi sua mors, sicut etiam S. martyres dicunt uoluntarie mori.

¶ Arguit autem ad hoc dupliciter. ex parte quidem corporis, quia corpus Christi erat necessario passiuum mortis ab illis actiuis, scilicet flagellis, clauis &c. Ex parte uero animę, quia si potuisset præseruare corpus ab omni extrinseca uiolentia, tenebatur se custodire in corpore, ac per hoc non custodiens peccasset. Probatur sequela, quia quilibet homo tenetur se custodire a malis, quia tenetur post Deum & animas diligere propriū corpus ex charitate.

¶ Dubium secundo occurrit de ratione conclusionis, quoniam nec unio animę Christi ad uerbum, manifestat animam Christi habuisse hanc potestatem, nec auctoritas Augustini ita hoc tradit, ut non possit glossari, quod intendit de uoluntate secundum affectum, & nō cundum causam. Sicut etiam Auctor superius in quęstione decimatertia, articulo tertio ad 1. glossat Dam. Esuriuit, sitiuit, mortuus ē Christ⁹, q a uoluit. glossa, uolūtate diuina, q tū Auctor hic humanæ Christi uolūtati tribuit

A sus: sed quia uoluit, quando uoluit, & quomodo uoluit. non ergo Christus est ab aliis occisus, sed a seipso.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 18. Postquam flagellauerint, occident eum.

RESPON. Dicendum quòd aliquid potest esse causa alicuius B effectus dupliciter. Vno modo, directe ad illud agendo; & hoc modo persecutores Christi eum occiderunt, quia sufficientem causam mortis ei intulerunt, cū intentione occidendi ipsum & effectu subsequente, quia scilicet ex illa causa, est mors subsecuta.

Alio modo, dicitur aliquis cā alicuius indirecte. scilicet quia nō impedit cum impedire possit, si- C cut si dicatur aliquis alium perfundere, quia nō clausit fenestrā, per quam imber ingreditur. Et hoc modo ipse Christus fuit causa suæ passionis & mortis, poterat enim suam passionem & mortem impedire. Primo quidem ad uersarios reprimendo, vt eū aut non vellent, aut non possent interficere. Secundo, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suę, ne a quocūque læsiuo inflicto oppri- D meretur, quod quidem habuit a-

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quod de anima Christi dupliciter loqui possumus, scilicet secundum uirtutem naturalem, uel gratuitam in ea manentem, qua. s. ipsa dicitur potens, & sic anima Christi non poterat præseruare corpus suum a læsiuis, nisi gloriam animæ deriuando in corpus & reddendo illud impassibile, quod fuisset contra mysterium nostræ redemptionis, & contra ordinem incarnationis, quo ab initio definitum est, ut anima existente gloriosa corpus maneret passibile suspensa, ut supra dictum est, redundantia gloriæ in corpus. Discurrendo quippe per omnes gratias infusas manentes in anima Christi, liquido appareret nullam in ea fuisse potentiam aliam ad præseruandum corp⁹ a læsiuis approximatis. Alio modo loqui possumus de anima Christi, ut est instrumentum coniunctum deitatis, & sic, ut superius in quæstione decimatertia articulo secundo & tertio dixit Auctor, potestatem habuit faciendi omnia miracula ordinabilia in finem incarnationis, hoc est omnes mutationes creaturam præ- E ter spectantes ad creationem, & huiusmodi. Et sic loquitur hic Auctor de anima Christi, ita quod intendit quòd anima Christi, ut organum uerbi, poterat & uoluntates persecutorum immutare & potestatem eorum impedire, sicut potetat alia miracula in cœlo & in terra facere, & similiter poterat conseruare carnem suam ne læderetur a flagellis, clauis & quibuscumque læsiuis, sicut potuit seruare Petrum super aquas ambulantem &c. Et hui⁹ ratio in secundo dubio reddetur.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti primam, dicitur, quod peccat secūdum non causam, ut causam. Concesso siquidem toto argumento, nihil aliud habetur, nisi quod corpus Christi necessario passum est ab extrinsecis conferendo actiua ad passiuum, s. corpus & animam, secundum se: cum his enim stat quod anima illa, ut organum uerbi potuisset si uoluisset, impedire passionem.

¶ Ad secundam dicitur, quod soluit seipsam, quia ex quo homo plus animam propriam, quam proprium corpus tenetur diligere, constat quod non peccat: sed bene facit, qui cum possit, non custodit proprium corpus a læsiuis propter salutem, animarum; Christus autem pastor bonus fuit ponens animam, hoc est uitam suam pro ouibus suis.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod quia a catholicis acceptatur, quòd anima Christi fuit organum coniunctum uerbi Dei, consentaneum rationi est, ut quod singulariter & ineffabiliter assumptum est organum, ad omnia effectum sit organum, ad quæ potest instrumentaliter concurrere. Nam sicut caput est Christus etiam angelorum, & in scientia & gratia & uirtutibus prælatus est omnibus, ita etiam potentia instrumentali super omnia sit, quæ possunt diuino organo fieri; omnia enim quæ excellentia sunt & non dedecent Christi animam, sed consonant conditioni eius, credenda sunt inesse illi. lib. 4. c. 13. de Trinit. to. 3.

Et sic ex unione animæ Christi ad uerbum, manifestatur rationabiliter potestas hæc (scilicet preseruandi propriū corpus a læsiuis) in anima Christi, ut organum est uerbi. Et licet glossari forte possit Augustin. ad planum tamen sensum ex contextu recurrendum est, & ille tenendus, quicquid glossent alii. Quòd autem Auctor diuinæ uoluntati ibi tribuerit, quod hic humanæ, non est mirū; quia ipsemet ibi in ar. 3. regulam generalem tradidit interpretandi dicta de potestate instrumentali animæ Christi. s. q⁹ quia instrumentum non propria, sed principalis agentis potestate agit, ideo opera animæ Christi pure organice, attribuuntur deitati. Et propterea, utrumque est uerum. s. q⁹ Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est, quia uoluit, uoluntate diuina, ut causa principali, & q⁹ Christus esuriuit, sitiuit, mortuus est uoluntate humana, ut causa potente instrumentaliter impedire, & non impediente. Et primum, ut clarius & principalius ab omnibus affirmatur: secūdum a sapientibus intelligitur in euangelio traditum, cum dicitur, Nemo tollit animam meam a me: sed ego pono eam. Hoc uerbum nullus martyrum quantumcumque uoluntarius ad mortem, potest uere dicere: sed proprium fuit Christo. ergo non sola uoluntas complacentiæ, sed causatiua mortis, in Christo fuit.

¶ In responsione ad secundum aduerte, q⁹ duplex est modus dicēdi de clamore Christi in cruce. Primus est, quod Christus permittens corpus pati ac debilitari usque ad mortem secūdum uolentiam illati suo corpori tormenti, speciali miraculo fortitudinem ad clamandum effecit. Secundus est, q⁹ Christus permisit quidem corpus pati, & nihil minuendo de passione miraculose conseruauit fortitudinem naturæ ad clamandum, ita q⁹ conseruatio fortitudinis fuit miraculosa, qua conseruatione definente statim passio effectum mortis habuit: clamans enim expirauit. Primus modus facilior est, sed multiplicat miracula; quoniam, ut patet Matth. 27. bis Christus clamauit, ac per hoc duobus miraculis opus fuit. ecundus autem modus, quem sequitur Auctor in litera, unico contentus est miraculo, s. conseruatione fortitudinis usque ad extremum: ex illa. n. pluries clamare potuit. Et altior est, quia ut in litera dicitur, ad hoc Christus conseruauit fortitudinem, ut monstraret, quòd nemo tollit animam suam a corpore suo: sed ipse ponit eam.

¶ In eadem responsione circa celeritatem mortis Christi, quia uoluit, considerandum est, quod celeritas illa fuit & naturalis & uoluntaria. Nam ex parte corporis naturale fuit, quod Christus moreretur, antequam latrones morerentur: tum

quia longe plura passus fuerat: tum quia delicatioris erat cõplexionis: tum quia corpus ieiuniis, uigiliis, atque laboribus debilitatum habebat; tum potissime, quia passio eius erat pura, scilicet, sine redundantia consolatiõis; latrones.n. consolabantur, alter spe, alter saltem sua sorte contentus. Ex parte uerò deitatis, & animæ instrumẽtaliter, fuit uoluntaria; quia quandiu uoluit conseruare fortitudinem patientiæ fortis fuit; quam primum aũt noluit conseruare, reliquit ipsum corpus sibi; & sic statim ex illatis passiõibus directe, a sua verò uoluntate indirecte, non prohibendo, cũ posset, secuta est mors, non expectata latronum morte.

Inf.q.48.art. 2. & 3. cor. & 4. contra ea.55. ad 13. & 16. & op. 3.ca 234. & Ro.5. lec.2. fi. & l.5.fi.

¶ *Super quæst. quadragesimæ septimæ articulum secundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore una conclusio: Conuenientissimũ fuit, ut Christus ex obedientia pateretur. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ Memento colligere ex respõsione ad primum & tertium, ꝙ Christus sua passione adimpleuit legẽ totam; charitate quidem & obedientia summa omnia præcepta moralia; sacrificio summo suiipsius omnia cæremonialia; satisfactione summa tantæ pœnæ, omnia iudicialia. Et si his iunxeris, quod in his tribus claudũtur mandata omnia iuris diuini, iuris naturalis, & iuris positiui secũdum genus, uidebis ꝙ Christus in sua passiõe implevit omnem iustitiam omnis generis iuris, & præcepti.

fregerunt crura, ut cito morerẽtur: ad Iesum autem cum uenissent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Et Mar.15. dicitur, quod Pilatus mirabatur, si iam obiisset. Sicut.n. eius uoluntate, natura corporalis conseruata est in suo uigore usque ad extremum, sic etiam quãdo uoluit, subito cessit nocumento illato.

Ad tertium dicendum, ꝙ Christus simul & uiolentiam passus est, ut moreretur, & tamẽ uoluntarie mortuus fuit: quia uiolẽtia corpori eius illata est, quæ tamen tantum corpori eius prævaluit, quantum ipse uoluit.

Articvlvs II.

Vtrum Christus fuerit ex obedientia mortuus.

Ad secvndvm sic procedit. Videtur, quòd Christus nõ fuerit ex obedientia mortuus. Obedientia enim respicit præceptũ: sed non legitur Christo fuisse præceptum, quòd ipse pateretur. non ergo ex obedientia passus fuit.

¶ 2 Præt. Illud dicitur aliquis ex obedientia facere, quòd facit ex necessitate præcepti: Christus autem, non ex necessitate, sed uolũtarie passus fuit. non ergo passus est ex obedientia.

¶ 3 Præt. Charitas est excellẽtior virtus, quàm obediẽtia: sed Christus legitur ex charitate passus, secundum illud Ephes.5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsũ pro nobis. ergo passio Christi magis debet attribui charitati, q̃ obedientię.

Sed contra est, quod dicitur Philip.2. Factus est obediens patri usque ad mortem.

Respon. dicendum, ꝙ conuenientissimum fuit, quod Christus ex obedientia pateretur. Primo quidem, quia hoc conueniebat iustificatiõi humanę, ut sicut per unius hominis inobedientiã peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, ut dicitur Rom.quinto. Secundo, hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines: vnde dicitur Rom.quinto. Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, inquantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo, secundum illud Ephes.quinto. Tradidit seipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia uero omnibus sacrificiis antefertur, secundum illud 1.Reg. decimoquinto. Melior est obedientia quàm uictimę: & ideo conueniens fuit, ut sacrificium passionis, & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertio, hoc conueniens fuit eius uictoriæ, qua de morte actore mortis triumphauit: non enim miles uincere potest, nisi duci obediat: & ita homo Christus uictoriam obtinuit * per hoc, quod Deo fuit obediens, secundum illud Prou.21. Vir obediens loquitur victorias.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus mandatũ accepit a patre, ut pateretur: dicitur enim Ioan.10. Potestatem habeo ponendi animam meã, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi a patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo, ut Chrys.* dicit, nõ est intelligendum, quod prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere, sed uoluntarium monstrauit processum, & contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit: quia tamen in morte Christi lex uetus consumata est, secundum illud quod ipse moriens dixit Ioan.19. Consumatum est, potest intelligi quod patiendo, omnia ueteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem, quę in præceptis charitatis fundantur, impleuit inquantum passus est, & ex dilectione patris, secundum illũd Io.14. Vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio, surgite eamus hinc, s. ad locum passionis: & etiam ex dilectione proximi, secũdum illud Gal.2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cęremonialia uero præcepta legis, quæ ad sacrificia & oblationes præcipue ordinantur, impleuit Christus sua passione, inquantum omnia antiqua sacrificia, figurę fuerunt illius ueri sacrificii, qđ Christus obtulit, moriẽdo pro nobis. Vnde dicitur Coloss.2. Nemo uos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi, eo scilicet, quod Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad umbrã. Præcepta uero iudicialia legis, quæ præcipue ordinãtur ad satisfaciẽdum iniuriam passis, impleuit Christus sua passione, quoniam, ut in Psal.73. dicitur, quę non rapuit exoluit, permittens se ligno affigi pro pomo, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

Ad secvndvm Dicendum, quòd obedientia etsi importat necessitatem respectu eius, quod præcipitur, tamen importat uoluntatem respectu impletionis præcepti, & talis fuit obediẽtia Christi. Nam ipsa passio & mors secundum se considerata, naturali uoluntati repugnabat: uolebat tamen Christus Dei uoluntatem circa hoc implere, secundum illud Psal.39. Vt facerem uoluntatem tuã Deus meus uolui. Vnde dicebat Mat.26. Si non potest transire a me calix iste, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua.

Ad tertivm Dicendum, quòd eadem ratione Christus passus est ex charitate & obedientia, quia & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem prȩcipientem.

Articvlvs III.

Vtrum Deus pater tradiderit Christum passioni.

¶ *Super quæstionis quadragesimæ septimæ articulum tertium.*

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, quod Deus pater nõ tradiderit Christum passioni. Iniquum.n. & crudele uidetur esse, ꝙ innocens passioni & morti tradatur: sed sicut dicitur Deut.32.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio: Deus pater tradidit tripliciter Christum passioni. Probatur. Christus passus est ex obedientia patris. ergo

Et

Et declaratur conclusio quòd ad omnia membra, s. ordinationem, inspirationē, non protectionem; hæc enim tria inferūtur ex obedientia ordinatenam obedientia huiusmodi infert in præceptore institutionem, in obediente inspirationem, in exequutore permissionem.

¶ In responsione ad primum, nota quod illa propositio, innocentem hominē passioni & morti tradere inuitum, est impiū & crudele, intelligitur absolute & non in ordine ad Deum, cuius sunt uita & mors, qui potest absque impietate & crudelitate innocētem, inuitum tradere passioni & morti, sicut potest pro libito talē annihilare. Vtitur autē Auctor propositione ista tractando de Deo, ut ostendat quòd traditio Christi in mortem ab ipso Deo, non est secundū se absolute iniusta: quia non inuitus, sed uoluntarius traditus est in mortem, spōte obediēs Deo ad hoc. Decuitque Deum nō omnipotentia sua uti in traditione huiusmodi, qui definierat uinci diabolum non potentia, sed iustitia: & propterea usus est suaui dispositione, tradendo Christum uoluntarium ad huiusmodi obedientiā.

Ar. ppter.

In epist. 120. ex 16. & 10. to. 2.

Deus fidelis, & absque ulla iniquitate. ergo Christum innocentem non tradidit passioni & morti. A

¶ 2 Præter. Non uidetur quòd aliquis a seipso, & ab alio morti tradatur: sed Christus tradidit semetipsum pro nobis, secundum ꝙ dicitur Isa. 53. Tradidit in mortem animam suam. non ergo uidetur, quòd Deus pater eum tradiderit.

¶ 4. Præt. Iudas uituperatur, ex eo quòd tradidit Christum Iudæis, secundum illud Ioan. 6. Vnus ex uobis diabolus est: quod dicebat propter Iudam, qui eum erat traditurus. Similiter etiam uituperantur Iudæi, qui eum tradiderūt Pilato, secundum quod ipse dicit Ioan. 18. Gens tua, & pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiā tradidit ipsum, ut crucifigeretur, vt habetur Ioan. decimonono. non est autem participatio iustitiæ cum iniquitate, ut dicitur 2. ad Corin. 6. ergo uideturꝙ Deus pater non tradiderit Christum passioni. B

Sed contra est, quod dicitur Ro. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. C

Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) Christus passus est uoluntarie ex obedientia Patris. unde secundum tria, Deus pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundū quòd sua ęterna uoluntate præordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud, quod dicitur Isaię 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. & iterū, Dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Secundo, inquantum inspirauit ei uoluntatem patiendi pro nobis, infundendo ei charitatem. unde ibidem sequitur, Oblatus est, quia voluit. Tertio, non protegendo eum a passione, sed exponendo persequentibus. unde & legitur Matth. uigesimoseptimo, quod pendens in cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum exposuit, ut Augustinus * dicit, de gratia noui testamenti. D

Ad primvm ergo dicendum, quod innocentem hominem passioni & morti tradere contra eius uoluntatem, est impium & crudele: sic autem Deus pater Christum non tradidit, sed inspirando ei uoluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur & Dei seueritas, qui peccatum sine pœna dimittere noluit (quod signat Apostolus dicens, Proprio filio suo non pepercit) & bonitas eius in eo, quod cum homo sufficienter satisfacere non posset per aliquam pœnam quam pateretur, ei satisfactorem dedit, quod signauit Apostolus dicens, Pro nobis omnibus tradidit illum. & Rom. 3. dicit, Quem scilicet Christum, proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. E

Ad secvndvm dicendum, quod Christus secundum quod Deus, tradidit semetipsum in mortem eadem uoluntate & actione, qua & Pater tradidit eum: sed inquantum homo, tradidit seipsum uoluntate a Patre inspirata. unde non est contrarietas in hoc, quod Pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

Ad tertivm dicendum, quod eadem actio diuersimode iudicatur in bono uel in malo, fm ꝙ ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Chrm, & ipse semetipsum, ex charitate, & ideo laudantur: Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudei autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cęsarem, & ideo ipsi uituperantur.

Articvlvs iiii.

Vtrum fuerit conueniens, Christum pati à Gentilibus.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæseptimæ articulum quartum.*

Titulus clarus. In corpore unica conclusio: Conueniens fuit, ut Chri passio a iudæis inciperet, & mediantibus ipsis p gētiles finiretur. Probatur: Conueniēter effectus passionis præfiguratus est in mō ipsius passionis: sed fructꝰ ichoauit in iudæis, & p ipsos puenit ad Gētiles. ergo cōueniēs modus fuit, ut Chri passio a iudeis iciper, & p ipsos a gētilib. finiret.

Ad quartvm sic procedit. Videtur, quod non fuerit conueniens, Christum pati a Gentilibus: quia enim per mortem Christi homines erant a peccato liberandi, conueniens uidebatur, ut pauciſſimi in morte eius peccarēt. Peccauerunt autē in morte eius Iudei, ex quorum persona dicitur Mar. 21. Hic est hęres, uenite occidamus eum. ergo uidetur conueniens fuisse, quod in pecato occisionis Christi gentiles nō implicarentur.

¶ 2 Præterea. Veritas debet respondere figurę: sed singularia sacrificia ueteris legis non gentiles, sed Iudei offerebant. ergo neque passio Christi, quæ fuit uerum sacrificium, impleri debuit per manus gentilium.

¶ 3 Præ. Sicut dicitur Ioan. 5. Iudæi querebant Christum interficere, non solum quia soluebat sabbathum, sed quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens: sed hoc uidebatur esse solum cō tra legem iudæorum, unde & ipsi dicunt Ioan. 19. Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. uidetur ergo conueniens fuisse, quod Christus non a gentilibus, sed a iudeis pateretur, & falsum esse quod dixerunt, nobis non licet interficere quemquam, cum multa peccata secundum legem morte puniantur, ut patet Leu. 20.

Sed contra est, quod ipse dominus dicit Mat. 20. Tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum.

Respon. Dicendum, quod in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primò enim passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis, quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt, vt patet Actuum secundo & tertio. Secundò uero iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi transiuit ad gentes. & ideo conueniens fuit ut Christus a iudæis pati inciperet, & postea iudeis tradentibus, per manus gentilium eius passio finiretur.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ Christus ad ostendendam abundantiam charitatis suę, ex qua patiebatur, in cruce positus ueniam persecutoribus postulauit. & ideo ut huius petitiōis fructus ad iudeos & gentiles perueniret, uoluit Christus ab utrisque pati.

Ad

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi fuit sacrificii oblatio inquantum Christus propria uoluntate mortem sustinuit ex charitate. Inquãtum autem a persecutoribus est passus, non fuit sacrificium, sed peccatum grauissimum.

Trac. 114. in Ioan. circa med. tom. 9.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. * dicit Iudæis dicentes, nobis non licet interficere quemquam, intellexerunt, non sibi licere interficere quẽ quam, propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam cœperant. Vel hoc dicebant (ut Chrysostomus * dicit) quia uolebant eum occidi, non tanquam transgressorem legis, sed tanquam publicum hostem, quia regem se fecerat: de quo non erat eorum iudicare, uel quia non licebat eis crucifigere quod cupiebant sed lapidare, quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicẽdum est, quod per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

Ho. 82. in Io. post med. iuxta tom. 2.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ articulum quintum.*

Titulus clarus ut sonat, de hominibus tamen; qa de dæmonibus iam dictũ est.

Opusc. 60. c. 18. in fi. Et. ad co. 2. lc. 2.

¶ In corpore una est distinctio bimẽbris, cum conclusionibus appositis iuxta membra. Distinctio est, quod apud iudeos quidam erant maiores, quidam minores

Id innuit c. 21. Mat. in fi. illius to. 9. & ẽt in gl. ord.

De maioribus tres conclusiones ponũ tur. Prima est, quod cognouerunt ipsum esse Messiam. secunda, quod non cognouerunt ipsum esse Deum. tertia, quod ignorantia ista non excusauit peccatum eorum. Prima conclusio probatur auctoritate, & ratione: quia uidebant omnia signa dicta de Messia. secunda probatur auctoritate eadem, adiuncto uerbo Apostoli; Si cognouissẽt. Et hæ conclusiones cum suis probationibus ab Auctore recitatiue afferuntur, ut patet in litera. Tertia autem conclusio ipsius Auctoris est, & probatur; quia eorum ignorantia erat affectata: quia uidebant testimonia deitatis Christi sufficientia, sed ipsi ex prauo affectu peruertebant illa, & doctrinam abiciebant, nolentes credere. Probatur Ioannes decimo quinto &c.

¶ Aduerte hic, quod licet testimonia deitatis Christi essent secundum se sufficientia ad causandam fidem voluntariam, vel coactam hominibus, qui præsentes fuerunt testimonijs illis, scilicet miraculorum sic factorum ad confirmationem doctrinæ, qua dicebat se Deum, tamen gratia vnionis personalis non erat vnicuique clara, sicut hominibus quam dæmonibus, antequã mysterium hoc fuisset apertum. nam effi sciebatur, quòd Messias erat Deus, & filius Dei, non tamen intelligebatur in quo sensu verificaretur, quòd esset Deus aut Dei filius, an per vnionis personalis gratiam, an per aliquam excellentiam singularissimam: quæ dubitatio sublata videtur post Christi passionem, quò ad dæmones, & resurrectionem, quò ad homines, quando aperuit discipulis sensum, vt intelligerent scripturas, & amplius per Spiritus sancti aduentum, qui promissus fuit doctor omnis veritatis, Ioannis decimoquarto.

Principes autem Iudæorum ignorantiam suam, non ex ambiguitate modi possibilis ad verificandam Christi deitatem, sed ex prauitate affectus insurrexerunt in Iesum, quocumque modo fuerit Deus: & ideo reos seipsos cõstituerunt omnis excellentiæ, quæ in illo homine erat, ac per hoc deitatis. Ex eo enim, quòd non curarunt attendere testimonijs operum, & verborũ Christi, sed persequi illum elegerunt, ignorantiam pro excusatione allegare non potuerunt, & hoc est quod dominus dicit Ioannis decimoquinto. Si non venissem, &c. vt in litera affertur.

¶ Sed occurrit simile dubium de prima conclusione, scilicet quòd maiores cognouerunt Iesum esse Christum. Nam signa & testimonia apparentia, quòd Iesus esset Christus, licet in se fuerint sufficientia ad hoc testificandum,

ARTICVLVS V.

Vtrum Christi persecutores eum cognouerint.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd persecutores Christi eum cognouerint. Dicit enim Matt. 21. quod agricolæ uidentes filium, dixerunt intra se, Hic est heres, uenite occidamus eum. ubi dicit Hiero. * Manifeste dominus probat ex uerbis Iudeorum, principes non per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui pater per Prophetam dicit, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. ergo uidetur quod cognouerint eum esse Christum, uel filiũ Dei.

¶ 2 Prete. Io. 15. Dominus dicit, Nunc autẽ & uidetur, & oderunt & me & patrem meum: quod autem uidetur, manifeste cognoscitur. ergo iudei cognoscẽtes Christum, ex causa odii, ei passionem intulerunt.

¶ 3 Præterea. In quodam sermone Ephesini concilii dicitur, Sicut qui chartam imperialem discerperit, tamquam imperatoris disrumpens uerbum, ad mortem addiicitur, sic crucifigens iudæus quem uiderat, pœnas dabit, tam quam in ipsum Deum uerbum præsumptiones iniiciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filium, non cognouissent: quia ignorantia eos excusasset. ergo uidetur, quod iudei crucifigentes Christum cognouerint esse filium Dei.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, numquam dominum gloriæ crucifixissent. & Act. 3. dicit Petrus, iudeis loquens, Scio quia per ignorãtiam fecistis, sicut & principes uestri. & dominus in cruce pẽdẽs dicit, Pater, dimitte illis: nõ enim sciunt quid faciunt.

RESPONDEO dicendum, quòd apud Iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores quidem, qui eorum principes dicebantur, * (vt dicitur in libro Quæstionum veteris, & noui Testamen.) sicut & dæmones cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: omnia enim signa uidebant in eo, quæ dixerant futura prophetæ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant: & ideo Apostolus dicit, quòd Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent: sciendum tamen, quòd eorum ignorantia non eos excusabat a crimine: quia erat quodammodo ignorantia affectata: videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius; sed ex odio, & inuidia Christi, ea peruertebant, & verbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipse de eis dicit Ioan. 15. si non venissem, & locutus eis nõ fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo. Et postea subdit, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et sic ex persona eorum accipi potest, quod dicitur Iob. 21. dixerunt Deo, Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. minores verò, idest populares, qui mysteria scripturæ non nouerant, non plene cognouerunt ipsum esse nec Christum, nec filium Dei: licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem & efficaciã doctrine (vt habetur Ioan. 7.) tamen postea decepti fuerunt a suis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei neque Christum: vnde & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri: quia scilicet per principes seducti erant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa verba dicuntur ex persona colonorũ vineæ, per quos significantur rectores illius populi, qui eum cognouerũt esse hæredem, inquãtum cognouerunt eũ esse Christũ promissum in lege: sed contra hanc responsionem esse videtur, quòd illa uerba psalmi, Postula a me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. si ergo cognouerunt eum esse illum, cui dicit, Pater, dimitte illis: nõ enim sciunt quid faciunt.

ficandum, & videntes illa ad confirmationem professionis Christi, debebant credere illum esse Christum: quia tamen de Christo multa excellentia & maxima prædicta erant, quæ in Iesu non apparebant, quia in secundo aduentu implenda sunt, & maiores ignorabant istos duos aduentus, & putabant Christum in primo aduentu regnaturum, & redempturum temporaliter Israel, ideo videntur etiam ignorasse ipsum ee Christum, ignorantia tamen affectata. Et confirmatur hæc ignorantia: quia etiam discipuli domini ab ipso eruditi, credentes ipsum esse Christum, putabant quòd in primo aduentu esset temporaliter redempturus Israel: dicunt enim, Nos autem sperabamus, q ipse esset redempturus Israel: Paulus quoque Apostolus dicit se ignoranter peccasse, paternarum traditionum æmulatione, significans, quod maiores, qui eum docuerant, ignorabant Iesum esse Christum: vnde statim ingressus in synagogas, prædicabat affirmans, quoniam hic est Christus. Ipse quoque dominus ante principes Iudæorum constitutus, cum adiuratus confessus esset se esse Christum, subdidit de secundo aduentu glorioso, ut excluderet ab eis excusationem suę ignorantiæ; debebant. n. inquirere, quo modo hic secundus aduentus futurus esset, & sic de regno Christi fuissent edocti, &c. sed ipsi nolentes intellige re, dixerunt, Blasphemauit, reus est mortis, &cæt. Vbi apparet eorum affectata cæcitas. si enim blasphemia est hominem esse Christum filium Dei, cur ergo expectando talem futurum Messiam, a Iesu inquiritis, an ipse sit? numquid Christus blasphemus esse debet? Si autem non est blasphemia Christo, sed huic pauperi Iesu, quem audistis post tot miracula suscitasse Lazarum, audire quòd hic pauper ueniet gloriosus cum potestate, &cæt. discite quòd paupertas, & abiectio non facit illum blasphemum, sed testem ueritatis: sed deprauatus affectus declinauit ad execrandum hominem.

¶ Ad hoc potest dici, quod inter maiores erat latitudo & quod illi maiores, qui perspicacius scripturas nouerant, & miracula doctrinamque Christi uiderant, nouerant illum esse Christum; quia ut dicitur Matth. 8i. dixerunt, hic est hæres. Alii autem maiores, qui non sciebant, tot ignorare potuerunt. Nulli tamen excusati ob ignorantiam fuerunt, quia in promptu habebant, unde poterant cognoscere testimonia Christi & certificari de dubiis, quo ad excellentiam ab ipso quem uita, doctrina scripturæ, miraculaque tot commendabant. Si quis autem putat omnes maiores cognouisse ipsum esse Christum, dicere potest q cognouerunt ipsum esse Christum, quamui non cognouerint, qualiter Christi officium consumaturus esset.

¶ Mihi uidetur, saluo meliori iudicio, distinguendum inter illud quod Iudæorum principes potuerunt, ac debuerunt cognoscere, & id, quod de facto cognouerunt. & dicendum, quod potuerunt, ac debuerunt cognoscere Iesum esse Christum, & quod de facto non cognouerunt Iesum esse Christum. Et primum satis patere potest, ex testimonijs miraculorum & doctrinæ, hæc enim duo dominus ipse allegat Ioan. 15. Si non uenissem & locutus eis non fuissem, quo ad doctrinam testificantem de se, & si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, &c. quo ad

Homil. 40. in Mat. in oper. imperf. a med. to. 2. Ca. 23. secun. greg. Bedæ circa princ. to. 1.

ctum est, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, sequitur quòd cognouerint eum esse filium Dei. Chrysostomus * etiam ibidem dicit, quòd cognouerunt eum esse filium Dei. Beda etiam dicit super illud † Luc. vigesimotertio. Quia nesciunt quid faciunt, Notandum, inquit, quòd non pro eis orat, qui quẽ filium Dei intellexerunt, crucifigere, quàm confiteri maluerunt: sed ad hoc potest responderi, quòd cognouerũt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiæ singularis. Possumus tamen dicere, quòd etiam uerum Dei filium cognouisse dicuntur: quia euidentia signa huius rei habebant, quibus tamen assentire, propter odium & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei.

A Dsecvndvm dicendum, quòd ante illa verba præmittitur, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. & postea subditur, Nunc autem uiderunt & oderũt & me & Patrem meũ. Per quod ostenditur, quòd videntes opera Christi mirifica, ex odio processit quòd eum filium Dei non cognouerunt.

A Diii. Dicendum, q ignorantia affectata non excusat a culpa, sed magis uidetur culpam aggrauare: ostendit enim hominem sic uehementer esse affectum ad peccandum, quod uult ignorantiam incurrere, ne peccatum uitet. & ideo iudei peccauerunt, non solum hominis Christi, sed etiam tamquam Dei crucifixores.

Articvlvs vi.

Vtrum peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

Adsextvm sic proceditur. Videtur, quod peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimum. non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet; sed ipse dominus excusauit peccatum crucifigentium eum, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt. non ergo peccatum eorum fuit grauissimum.

¶ 2 Præte. Dominus dixit Pilato Ioan. 19 Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christum crucifigi per suos ministros. ergo uidetur fuisse maius peccatũ Iudę proditoris, peccato crucifigẽtiũ Chr̃m.

¶ 3 Præter. Secundum Philosophum, aliquis non peccat, nisi ex ignorantia. Sed ignorantia excusat a peccato. ergo peccatum crucifigentium Christum, non fuit grauissimum.

Sup. ar. 4. ad 2. fin. & opu. 60. c. 18. fi.

¶ Præterea. Peccatum in spiritum sanctum est grauissimum. Sed Christus dicit Matth. 12. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, blasphemia autem in spiritum sanctum non remittetur. ergo peccatum crucifigentium Christum, non fuit grauissimum.

¶ Sed contra est, quod dicitur Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.

¶ Respondeo dicendum, quod peccatum crucifigentium Christum, fuit grauissimum. Ad cuius euidentiam sciendum est, quod peccatum ex duobus dicitur, scilicet ex malitia uoluntatis, & ex ignorantia, ut supra dictum est. Et quia ignorantia habet rationem excusationis, inquantum uoluntarium habet rationem peccati, inde est, quod quanto ignorantia est uoluntarior, tanto peccatum est grauius. Et hoc manifestum est in his, qui ex malitia uoluntatis ignorant ea, quæ sunt facienda. Et hoc modo ignorantia uoluntaria dicitur, quæ est uincibilis & affectata. Ignorantia autem, quæ est inuincibilis, non habet rationem peccati, quia est omnino inuoluntaria. Ignorantia autem, quæ est uincibilis, quamuis habeat rationem peccati, non tamen habet rationem peccati mortalis, quia non est omnino uoluntaria. Et hoc modo ignorantia uincibilis & affectata, habet rationem peccati mortalis, quia est uoluntaria. Et hoc modo ignorantia uincibilis & affectata, habet rationem peccati mortalis, quia est uoluntaria. Et hoc modo ignorantia uincibilis & affectata, habet rationem peccati mortalis, quia est uoluntaria.

¶ Super quæst. quadragesimæseptimę articulum sextum.

Titulus ut sonat.

¶ In corpore tres conclusiones, iuxta tria genera hominum crucifigentium Christum, s. principes Iudæorum, populum Iudæorum, & gentiles.

Prima cõclusio. Peccatũ principũ fuit grauissimũ ex gñere peccati, & ex malitia uoluntatis: Secũda: Peccatũ aliorum Iudæorum fuit grauissi-

li.5.Eth.c.9. tom.5. grauissimũ ex genere peccati, minus tamen ex circunstantia ignorantię. Tertia est, Peccatum gẽtilium fuit grauissimum ex genere peccati, multo autem art.2.huiꝰ q. magis excusabile ex ignorantia legis & scripturarum. Vbi videre potes ideo peccatum crucifixionis Christi esse grauissimum ex suo genere quia ex suo genere, fuit occisio non solum hominis tam Hom. 45. in Mat. in opere imperfecto aliquantulũ a med. to.2. excellentis innocentiæ, &c. sed etiã Dei; genus enim peccati art.præc. in ar.1. & in re sponsione. ex obiecto seu materia, circa quam est, sumitur: illa autem occisio constat, quod secundum rem ad verbum incarnatum terminata est: persona enim illa crucifixa, & mortua est. Maior autem, & minor grauitas huius grauissimi secũdum se peccati, attenditur ex parte ipsorum peccantium, ignoranter uel scienter, ex maiori uel minori malitia peccantium.

¶ In responsione ad c.94.secund. ordi. Bedæ, circa princ. secundum, quia indecisum ibi relinquitur, an peccatum Iudæ fuerit grauius peccato principum iudæorum, quæritur quod eorum fuerit grauius? Et dicendum est, quod peccatum Iudæ fuit grauius: quia ipse in maiori erat gradu constitutus, utpote Apostolus, & non In corp. ar. solum uiderat miracula Christi, sed fecerat miracula in nomine Christi, accepta ab ipso potestate, sicut ceteri Apostoli, & confessus est Iesum Christum Matthæi decimosexto, approbando responsionem Petri pro omnibus discipulis, Tu es Christus, &c. Et breuiter supra malitiam communem sibi & principibus, habuit excellentem ingratitudinẽ, & supra genus peccati addidit turpitudinem proditionis. Ob quam in Psalmo grauius peccatum monstratur, cum dicitur: Quoniam si inimicus meus maledi-

phum* in 5. Ethicorum. Nullus F patitur iniustum uolens, & sicut ipse ibidem dicit, nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum. ergo uolenti nullus facit iniustum: sed Christus uoluntarie est passus, ut supra habitum est. * non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi: & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.

Sed contra est, quod super illud Matthæ. 23. Et uos implete mensuram patrum uestrorum, dicit Chrysostom. * Quantum ad ueritatem excesserunt mensu G ram patrum suorum: illi enim occiderunt homines, isti Deum crucifixerunt.

Respondeo. Dicendum, quod sicut dictum est, * principes iudæorum cognouerunt Christum: & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quę eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum, tum ex genere peccati, tum ex malitia uoluntatis. Minores autem iudæi grauissime peccauerunt, quantum ad genus peccati in aliquo tamen diminue H batur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. unde super illud Luc. 23. Nesciũt quid faciũt, dicit Beda, * Pro illis rogat, quine scierunt quid facerent, zelũ Dei habentes, sed non secundũ scientiam. Multo autem magis fuit excusabile peccatum gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habebant. I

Ad primvm ergo dicendum, quod excusatio illa Domini non refertur ad principes iudeorum, sed ad minores de populo, sicut dictum est.*

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato, secundũ illud Ioann. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi: horum tamen omnium peccatum fuit maius, quam Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & etiam quam peccatum militum, K qui mandato præsidis, Christum crucifixerunt, non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes sacerdotum.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Christus uoluit quidem suam passionem, sicut & Deus eã uoluit: iniquam tamen actionem iudæorum non uoluit, & ideo occisores Chri ab iniustitia non excusãtur. Et tñ ille, qui occidit hominẽ, iniuriam facit, non solum homini occiso, sed etiam Deo & reipublicæ: sicut etiam & ille qui occidit seipsum, vt Philosophus dicit in quinto Ethic.* vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manũ, vt occideret Christum domini, quamuis eo petente, vt legitur 2. Reg. 1.

Qvaestio xlviii.

De modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

Deinde considerãdum est, de effectu passionis Christi. Et primo de modo efficiendi: secundo de ipso effectu.

Circa primũ ꝙruntur sex.

¶ Primò, Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundò, Vtrum per modum satisfactionis.

¶ Tertiò, Vtrum per modum sacrificij.

¶ Quartò, Vtrũ per modum redemptionis.

¶ Quintò, Vtrum esse redempto rem, sit proprium Christi.

¶ Sextò, Vtrum causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

Articvlvs primvs.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principiũ est in ipso: ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶ 2 Præterea. Christus ab initio suæ conceptionis, meruit & sibi & nobis: vt supra dictum est: * K sed superfluum est aliquem iterum mereri id, quod ante meruerat: ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

¶ 3 Præt. Radix merendi est charitas: sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quàm ante: ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quàm ante fecerat.

xisset mihi, sustinuissem vtique, & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan Lib. ab eo: tu verò homo vnanimis, dux c.v. meus (quantum ad Ec. 10. loculos) & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.

¶ *Super quæst. quadragesimaoctaua articulum primum.*

Titulus clarus est recolentibus, in quo consistit meriti ratio, scilicet quòd vendicet sibi ex debito præmium. Et propterea passionem Christi operari nostram salutem per modum meriti, est operari sic, vt secũdum iustitiam debeatur sibi nostra salus.

¶ In corpore articulo vnica est conclusio affirmatiue respondens quæsito: Christus per suam passionem, non solum sibi meruit, sed omnibus suis membris salutem: probatur: Christo data est gratia non solum, vt singulari personæ, sed etiam, vt capiti ecclesiæ, ergo opera Christi ita se habent tam ad se, quàm ad sua membra, sicut opera alterius in gratia constituti ad seipsum. ergo Christus per suam passionem Inf.q.62. non solum meruit 5.& 3.dist. sibi, sed omnibus ar.5.& 4. membris suis salu- 1.q.1.ar. tem. Antecedens pa- q.8.& vt tet ex supradictis, q.26.ar.4. 20.& 21. Prima consequentia, si. vt euidens per se relinquitur nota ex terminis. Et vere sic est, penetrantibus corpus mysticũ Christi esse, sicut vnum eundemque hominem: secunda autem consequentia q.19.a. probatur ex eo, quòd q.44.ar. quilibet constitutus in gratia, patiens propter iustitiam meretur sibi salutem: quod probatur Matthæi quinto. Beati qui persecutionem.

¶ In responsione ad primum vide, quòd licet facile potuisset dici, quòd non est superfluum, pluries mereri idem, quoniam

niam est ex pluribus meritis facere sibi idem præmium debitum, & cõstat quotidie hoc contingere, dum quilibet in gratia constitutus, quoliberactu meritorio meretur uitam æternam. Vt doceret tamen Auctor necessitatem meriti per passionem Christi ultra meritum per alios Christi actus, dixit quod passio Christi addit supra priora merita: quia per ipsam meruit Christus tollere impedimenta nostræ salutis meruit enim tollere & culpam omnem, & pœnam tam naturæ nostræ quam singulorum membrorum suorum.

¶ In responsione ad ultimum, aduerte ꝙ ultra utilitates numeratas in articulo tertio quæstion. 46. quas intulit passio Christi ex ipso genere operis, est unus effectus inferius explicat ab Auctore, scilicet quod quia patiens subtrahit a se quod suum est propter amorem illius, pro quo patitur, per hoc efficit, ut sibi ex ipso operis genere debeatur illorum salus, pro quibus se sua salute priuauit.

¶ Super quæst quadragesimaoctaua articulum secundum.

TItulus clarus ex ipsa satisfactionis ratione; facere siquidem satis est facere æquale seu sufficiens debito. Præsupponit namque satisfactio debitum, pro quo satisfaciendum est, & debito præsuppositio tunc satisfit, quando aliquid exhibetur æquiualens debito uel excedens illud. In proposito, quia de debito humani generis constat (quoniam & offendit Deum, & obnoxium erat æternæ pœnæ) quæritur, an passio Christi saluauerit nos per modum satisfactionis, hoc est per modum recompensantis æquale, ad minus debito humani generis.

Sed contra est, quod super illud Philip. 2. Propter quod, & Deus exaltauit illum, &c. dicit Augu.* Humilitas passionis, claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium: sed ipse clarificatus est, non solum in seipso, sed etiam in suis fidelibus, ut ipse dicit Ioan. 17. ergo uidetur, quod ipse meruerit salutem suorum fidelium.

Respondeo. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) Christo data est gratia, non solũ sicut singulari personę, sed inquãtum est caput ecclesię, ut scilicet ab ipso redundaret ad membra: & ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quam ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autẽ, ꝙ quicumque in gratia constitutus, propter iustitiam patitur, ex hocipso meretur sibi salutem, ſm illud Mat. 5. Beati qui persecutionem patiũtur propter iustitiã. unde Christus per suam passionẽ non solum sibi, sed etiã omnibus mẽbris suis meruit salutem.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ passio, in quantum hmõi, non est meritoria: quia habet principiũ ab exteriori: sed secundum quod eam aliquis uoluntarie sustinet, sic hẽt principium ab interiori, & hoc modo est meritoria.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Christus a principio suę cõceptionis meruit nobis salutem æternã: sed ex parte nostra erant quędam impedimenta, quibus impediebamur consequi effectum præcedentium meritorum. unde ad removendum illa impedimenta oportuit Christum pati, ut supra dictum est.*

Ad tertivm dicendum, ꝙ passio Christi habuit aliquem effectum, quem non habuerũt præcedentia merita: non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, quod erat conueniens tali effectui, ut patet ex rationibus* supra inductis de conuenientia passionis Christi.

Articvlvs II.

Vtrum passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, ꝙ passio Chri non causauerit nostram salutem per modum satisfactionis. Eiusdem enim uidetur esse satisfacere, cuius est peccare, sicut patet in aliis pœnitentiæ partibus; eiusdem enim est conteri & confiteri, cuius est peccare: sed Christus non peccauit, secundum illud 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit: ergo ipse non satisfecit propria passione.

¶ 2 Præt. Nulli satisfit per maiorem offensam: sed maxima offensa fuit perpetrata in Christi passione: quia grauissime peccauerunt, qui eum occiderunt, ut supra dictum est.* ergo uidetur quòd per passionem Christi non potuerit Deo satisfieri.

¶ 3 Præt. Satisfactio importat æqualitatem quandam ad culpam, cum sit actus iustitiæ: sed passio Christi non uidetur esse æqualis omnibus peccatis humani generis: quia Christus non est passus secundum diuinitatem, sed secundum carnem, secundum illud 1. Pet. 4. Christo igitur passo in carne. Anima autem in qua est peccatum, potior est quàm caro. non ergo Christus sua passione satisfecit pro peccatis nostris.

Sed contra est, quòd in persona eius dicitur in Psal. sexagesimooctauo. Quæ non rapui, tunc exoluebã. Non autem exoluit qui perfecte non satisfacit. ergo uidetur quòd Christus patiendo, perfecte satisfecerit pro peccatis nostris.

Respondeo. Dicendum, quod ille proprie satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æque uel magis diligit, quàm oderit offensam. Christus autem ex charitate & obedientia patiendo, magis Deo aliquid exhibuit, quã exigeret recompensatio totius offensæ humani generis. Primò quidem, propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundò, propter dignitatem vitæ suæ, quam pro satisfactione ponebat: quæ erat vita Dei & hominis. Tertiò, propter generalitatem passionis, & magnitudinem doloris assumpti: ut supra dictum est. * & ideo passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis, secundũ illud 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd caput & membra sunt quasi vna persona mystica. & ideo satisfactio Christi ad omnes fideles pertinet, sicut ad sua membra. Inquantum etiam duo homines sunt vnum in charitate, vnus pro alio satisfacere potest, ut infra pa-

¶ In corpore una est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Passio Christi non solum sufficiens, sed superabundans satisfactio fuit, pro peccatis humani generis. Probatur. Ille proprie satisfacit offenso, qui illi exhibet, quod æque uel magis diligit, quam oderit offensam: sed Christus patiendo, Deo magis exhibuit quam exigeret offensa totius humani generis. ergo. Probatur minor tripliciter, & confirmatur, & minor, & conclusio auctoritate Ioan. euangelistæ. q. præced. artic. 6.

¶ Aduerte hic, quod aliquid exhibitum offenso, dupliciter potest satisfacere. Primo, ex gratia offensi acceptantis illud exhibitum pro sufficiẽti, quamuis illud in se non esset sufficiẽs pro satisfactione, sicut si rex pro iniuria sibi facta acceptet solam petitionem veniæ. Aliq modo, ex sufficientia ipsius rei exhibitę: quia scilicet illud exhibitum est secundum se tantæ bonitatis, amabilitatis, dignitatis & excellentiæ, ut adæquet offensam uel excedat, sicut si pro offensa deberetur libra argenti, & daretur libra auri. In proposito est sermo de satisfactione secundo modo, hoc est secundum se: ita quod sensus maioris est, quod ille proprie satisfacit, qui exhibet offenso, quod secundum se est magis ab offenso dilectum, quàm exosa offensa. Et hunc sensum manifestat minor, dicens quòd Christus plus exhibuit patiendo, quam offensæ recompensatio exigebat; manifeste enim hic comparantur secundum se offensa, & passio Christi. Vnde concluditur quòd Christi passio secundum se est satisfactio superabundãs pro peccatis humani generis, & ideo acceptata a Deo, & non econtra, quia acceptata, ideo sufficiens. Et hoc probant rõnes literæ. q. 46. ar. 6.

¶ In responsione ad pri-

Trac. 104. in Io. non pro cul a fi. to. 9.

Qæst. 1.

q. 46. ar. 3.

q. 46. ar. 3. & alias.

4. cont. c. 55. ad 23. & 24. & op. 60. c. 18.

primum, dubium occurrit circa rationē redditam, quare potest unus pro alio satisfacere, & non cōteri aut confiteri. Assignatur siquidem in littera ratio, quia satisfactio est actus exterior. Contra quam in prompta est obiectio, quod confessio quoque est actus exterior, & propterea si ratio est ualida, infert etiam quod unus potest confiteri pro alio: & quia hoc non est uerum, sequitur quòd ratio nihil ualet.

¶ Ad dubium hoc dicitur, quod æquiuocatio hic accidit de actu exteriori. Nam actus exterior dupliciter dicitur, uel ut distinguitur absolute contra interiorem. Et secundum hunc sensum procedit obiectio; sic enim confessio est actus exterior: Alio modo sumitur actus exterior secundum medium, & sic distinguitur contra actum secundum medium interius, hoc est rationis tantum. Vt enim in moralibus patuit, dupliciter inuenitur medium in actibus nostris, uel medium rationis tantum, uel medium rei. Et medium rei exterius dicitur, quia in æqualitate rei ad rem consistit, medium autem rationis interius quodammodo dicitur; quia in proportione intraneæ rationis in ordine ad operantem consistit. Quia autem satisfactio in æqualitate rei ad rem consistit, (oportet enim ipsam adæquare debitum, ut patet) ideo dicitur hic, quod consistit in actu exteriori secundum medium, & in hoc differt confessio a satisfactione in proposito. Et hinc prouenit, ut Auctor dicit, quod satisfacere potest quis per alium, quoniam ad æquale externum soluendum adhiberi possunt externa instrumenta, inter quæ sunt amici non minus, quam pecuniæ. Satisfactio autem externa sonat adæquationem; est enim facere satis, ideſt ſufficiens.

Inf. q.49.ar.4.cor. & q.73.ar.4.cor. & ad 3. & 81.ar.1.cor. & op.60.ca.18.

Lib.10.c.5. paulo a principio.

Ad secundum dicēdum, quòd maior fuit charitas Christi patientis, quam malitia crucifigentium. & ideo plus potuit Christus satisfacere sua passione, quàm crucifixores offendere occidendo, intantum quòd passio Christi sufficiens fuit, & superabundans ad satisfaciendum pro peccatis occidētium ipsum.

Ad tertium dicendum, quòd dignitas carnis Christi nō est estimanda solum secundum carnis naturam, sed secundū personam assumentem, inquantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.

Articulus iii.

Vtrum passio Christi operata sit per modum sacrificij.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd passio Christi non sit operata per modum sacrificii. Veritas enim debet respondere figuræ: sed in sacrificiis ueteris legis, quę erant figurę Christi, nunquā offerebatur caro humana, quinimmo hæc sacrificia nefanda habebantur, secundum illud Psalm. centensimiquinti. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarū suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. ergo uidetur quod passio Christi sacrificium dici non possit.

¶ 2 Præterea. Augustinus * dicit in decimo de Ciuita. Dei, quòd sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificii sacramentum, ideſt, sacrum signum est: sed passio Christi non est signum, sed magis signatum per alia signa. ergo uidetur quòd passio Christi non sit sacrificium.

¶ 3 Preter. Quicumque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, ut ipsum nomen sacrificii demonstrat: illi autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrauerunt. ergo passio Christi magis fuit maleficium, quàm sacrificium.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Ephe. quinto. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

Respon. Dicendum, quòd sacrificium proprie dicitur aliquid factum in honorē proprie Deo debitum, ad eum placandum. Et indeest quod Augustinus * dicit in 10. de Ciuitate Dei, Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut charitate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo ueraciter boni esse possumus. Christus autem (ut ibidem subditur) seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus, quod uoluntarie passionem sustinuit, Deo maxime acceptum fuit, utpote ex charitate proueniens. unde manifestum est, quod passio Christi fuerit uerum sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in eodem libro, Huius ueri sacrificii multiplicia uariaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hocunum per multa figuraretur, tamquam uerbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multū commēdaretur. Et cum quatuor considerentur in omni sacrificio (ut Augustinus dicit in 4. de Trinita.) scilicet cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse unus uerusque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebat, unum in se faceret, pro quibus offerebat, unus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

Ad primum ergo dicendum, quòd licet ueritas respondeat figurę, quantum ad aliquid, non tamen quantum ad omnia: quia oportet quod ueritas figurā excedat. & ideo conuenienter figura huius sacrificii, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Primò quidem quia ex eo quod est humanæ naturæ caro, congrue pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundò, quia ex eo quod erat passibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertiò, quia per hoc quod erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quarto, quia ex eo quod erat caro ipsi⁹ offerētis, erat Deo accepta propter charitatem, suam carnem offerentis. vnde Aug.* dicit in 3. de Trin. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quā caro mortalis & quid tam mundum pro mundan-

¶ *Super quæst. quadragesimaoctaua articulū tertiū.*

Titulus clarus. Ibi pon.

¶ In corpore tria. Primo respondetur quęsito vna conclusione: passio Christi fuit uerū sacrificiū. Probatur: Omne opus quod agitur ut charitate inhæreamus Deo, relatum ad ipsum Deū, est uerum sacrificiū; sed Christus sustinendo uoluntarie passionem, egit opus acceptissimum, &c. ergo. maior probatur, & auctoritate Augu. & quia id proprie dicitur sacrificium, quod fit in honorem Deo proprie debitū ad eum placandum. Secundò, monstratur excellentia huius sacrificii, ex eo quod figuratum est per aliqua sacrificia. Tertiò, monstratur summa huius sacrificii excellentia, ex concursu omnium quatuor requisitorum ad sacrificium in unum: quia. s. Christus est qui offert, & est Deus, cui offertur, & est qui offertur, & est pro quo, hoc est pro cuius corpore mystico offert.

¶ In responsione ad tertium, attēde quod iuxta diuersam sacrificii naturam, diuersi mode inuenitur facere sacrum. In sacrificiis. n. consistentibus in agere, inuenitur facere sacrum ad extra ut patet in sacrificiis animalium & altaris. Sed in sacrificiis, quę consistunt in pati, inuenitur facere sacrum secundum actionem interiorem, qua sponte offert Deo suum pati. Et sic Christus fecit sacrum actione interiori: occisores autem eius fecerunt actione exteriori non sacrum, sed sacrilegium maximum.

¶ *Super*

dis uitijs mortalium, quam sine contagione carnalis concupiscentiæ caro nata in utero, & ex utero Virginali, & quid tam grate offerri & suscipi posset quàm caro sacrificii nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

A

Ad secvndvm dicendum, ꝙ Augu.* ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuralibus. Et ēt ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ nobis: secundum illud primæ Pet. 4. Christo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis, ut iam non hominum desideriis, sed uolūtate Dei, quod reliquum est, in carne uiuat temporis.

Ad tertivm dicendum, quod passio Christi ex parte occidentium, ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium. unde hoc sacrificium ipse Christ⁹ obtulisse dicitur, non autem illi, qui eum occiderunt.

B

¶ *Super quæst. quadragesimaoctaua. articulum quartum.*

Articvlvs IIII.

Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per modum redemptionis.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo fiunt. Primo manifestatur status seruilis generis humani quo ad duo culpam s. & pœnam. Secundo respondetur quæsito una cum clusione, s. passio Christi est nostra redemptio. Primum declaratur quo ad peccatum & diabolū sug gestorem auctoritatibus, quo ad pœnā uero ratione clara in licera. Conclusio probatur: Passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis, & pro reatu generis humani. ergo fuit quasi pretium, quo liberati sumus ab utraque seruitute. ergo fuit nostra redemptio. Prima consequentia probatur: quia satisfactio habet rationē pretii redemptiui. Probatur auctoritate Dan. 4. Secunda consequentia clara est ex se. Et amplius declaratur: quia pretium oblatum a Christo, fuit non pecunia, sed ipsemet patiens.

inf. q. 49. ar. 2 & 3. dist. 19. a. 2. & 1. dist. 19 ar. 4. hoc 60. ad.

Hinc Tri. cum. a prin tom.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit uel redimit, quod suum esse non desiit: sed homines numquam desierunt esse Dei, secundum illud Psalm. 23. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. ergo uidetur, quod Christus nō redemerit nos sua passione.

C

¶ 2 Præt. Sicut Aug.* dicit 13. de Trin. Diabolus a Christo iustitia superandus fuit: sed hoc exigit iustitia, ut ille qui inuasit dolose rē alienam, debeat priuari: quia fra⁹ & dolus nemini debet patrocinari, ut etiam iura humana dicunt. Cum ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolose deceperit, & sibi subiugauerit, videtur quod non debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate.

D

¶ 3 Præte. Quicumque emit aut redimit aliquid, pretium soluit ei qui possidebat; sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostrę) diabolo, qui nos captiuos tenebat. non ergo Christus sua passione nos redemit.

E

Sed contra est, quod dicitur 1. Pet. 1. Non corruptilibus auro, uel argento redempti estis de uana ue stra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, & incontaminati Christi. Et Gal 3. dicitur, Christ⁹ nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, inquantum pro nobis passus est in ligno, ut supra dictum est.* ergo per passionem suam nos redemit.

q. 46. a. 4. ad 3 arg.

Respon. Dicendum, quod per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primo quidem, seruitute peccati, quia, Qui facit peccatum, seruus est peccati: ut dicitur Io. 8. & 2. Pe. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. quia igitur diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundo, quantum ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus, secundum Dei iustitiam: & hic etiam est seruitus quędam: ad seruitutem enim pertinet, quod aliquis patiatur ꝙd non uult: cum liberi hoīs sit uti seipso, ut uult. quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundās satisfactio pro peccato, & reatu pęnę generis humani, eius passio fuit quasi quoddā pretium, per quod liberati sumus ab utraq. obligatione. Nā ipsa satisfactio, qua quis satisfacit, siue pro se, siue pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum uel alium redimit a peccato & a pœna, ſm illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime: Christus aūt satisfecit non quidem pecuniam dando, aut aliquid hmōi, sed dando id quod fuit maximum, seipsum. s. pro nobis. & ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

Ad primvm ergo dicēdum, quod homo dicitur esse Dei, dupliciter. Vno mō, inquantum subijcitur potestati eius, & hoc modo numquam hō desiit Dei esse: ſm illud Dan. 4. Dominatur excelsus in regno hominum, & cuicūque uoluerit, dabit illud. Alio modo, per vnionem charitatis ad eum, secundum quod dicitur Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo nūquam homo desiit esse Dei. secundo uero modo, desiit esse Dei p peccatum. & ideo inquantum fuit a peccato liberatus Christo passo satisfaciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum. n. ad culpam Deū offenderat, & diabolo se subdiderat, ei cō sentiens-vñ rōne culpæ non erat factus seruus Dei sed potius a Dei uirtute recedēs, diaboli seruitutem incurrerat, Deo iuste hoc permittente, propter offē sam in se commissam: sed quantum ad pęnā, principaliter hō erat Deo obligatus, sicut summo iudici, diabolo autem tamquam tortori, ſm illud Mat. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, ideſt angelo pœnarum crudeli, ut Chrysost.* dicit. Quamuis igitur diabolus iniuste, quātum in ipso erat, hominem sua fraude deceptū, sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quā tum ad pœnam; iustum tamen erat hoc hominem pati. Deo permittente quantum ad culpam, & ordinante quantum ad pœnam: & iō per respectum ad Deum, iustitia exigebat, quod homo redimeretur, non autem per respectum ad diabolum.

Hom. 11. in Mat. in opere imperf. nō longe a fin. tom. 2.

Ad tertivm Dicendum, quòd quia redemptio requirebatur ad hoīs liberationem p respectū ad Deum, non aūt per respectum ad diabolum, non erat pretiū soluendū diabolo, sed Deo: & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostrę redēptionis) non dicitur obtulisse diabolo, sed Deo.

Articvlvs V.

Vtrum esse redemptorem, sit proprium Christi.

¶ *Super quæst. quadragesimaoctaua, articulū quintū*

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quod esse redemptorem, nō sit propriū Christi. Dicitur enim in Psalm. 30.

Titulus ut sonat, sumendus est, ita quod Christus sumitur, ut distinguitur a Patre, & Spiritu

3. dist. 19. art 4. q. 2.

Spiritu sancto, & ab alijs sanctis. Et est sermo de redemptione uniuersali humani generis, quam dictum est in præcedenti articulo esse effectum passionis Christi.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones. Prima est: Esse redemptorem immediate, est proprium Christi, inquantum homo. Secunda est: Redemptio potest attribui toti Trinitati, ut primæ causæ, Probantur ambæ simul. Vtrumque horum scilicet actus solutionis, & pretium solutum, pertinet immediate ad Christum, inquantum homo, & ad totam Trinitatem ut primam causam. ergo. Assumptum pro prima parte probatur, quia pretium nostræ redemptionis est uita corporalis Christi, quam ipse Christus exoluit.

Glo. inte rli. ibid.

Pro secunda uerò; quia uita corporalis Christi erat Trinitatis, ut primæ causæ, & ipsa Trinitatis inspirauit animæ Christi, ut poneret uitam suam pro nobis. Consequentia autem probatur: quia ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur. & quod ipse soluat, & quod soluat de suo. Et primum quidem patet: quia alioquin non redimeret; secundum autem probatur, quia si de alieno redimeret, magis redimeret dominus pretij, quam ille soluens, ut patet in his, qui de eleemosynis redimunt captiuos.

Redemisti me domine Deus ueritatis: sed esse dominum Deum ueritatis, conuenit toti Trinitati. non ergo est proprium Christo.

¶ 2 Præterea. Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis: sed Deus pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud Psalm. 100. Redemptionem misit dominus populo suo, Gloss. * idest Christum, qui dat redemptionem captiuis. ergo non solum Christus, sed etiam Deus pater nos redemit.

¶ 3 Præterea. Non solum passio Christi, sed etiam aliorum sanctorum proficua fuit ad nostram salutem, secundum illud Coloss. 1. Gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. ergo non solum Christus debet dici redemptor, sed etiam alii sancti.

Sed contra est, quod dicitur Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. ergo solus Christus debet dici noster redemptor.

¶ Aduerte hic, quod conuenientium Christo mediante humana natura, duplex est differentia. Quædam enim sunt dispositiones essendi aut patiendi, ut esse calidum, mansuetum, flagellatum, crucifixum, tristem. & huiusmodi. & hæc omnino sunt propria Christo, ut distinguitur a Patre & Spiritu sancto. Quædam uero sunt actiones, ut docere, sanare, redimere, saluare, &c. & de his aliter est dicendum secundum rem, & aliter secundum nominum appellationem. Nam secundum rem, dicendum est, quod actio dupliciter sumitur: s. causaliter, uel personaliter. Et hoc est dictu, actionem Christi sumi posse, uel secundum quod est actio a suis efficientibus exiens, & sic quælibet talis Christi actio est effectiue a tota Trinitate mediate, & ab humanitate Christi immediate: tota siquidē Trinitas saluauit genus humanum, & sanauit infirmos, suscitauit mortuos, &c. ita quod infra limites causalitatis stando, non magis uerbum quam Pater, & Spiritus sanctus saluauit, sanauit, docuit, &c. quia indiuisa sunt opera Trinitatis ad extra.

Alio autem modo, s. personaliter sumptæ huiusmodi actiones (hoc est ut terminantur ad hypostasim cuius sunt non dico ut causæ, sed ut hypostasis seu personæ) sic sunt propriæ filio, ita quod nec Patri nec Spiritui sancto conueniunt: ita enim personaliter filius Dei docebat, sanabat, redimebat, saluabat per assumptam humanam naturam, quod nec Pater nec Spiritus sanctus personaliter hæc operabatur: nam ille homo docens, sanans, saluans, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater nec Spiritus sanctus, nec Trinitas.

Secundum uero nominum denominationem considerandum est, an nomē, de quo ꝙritur, importet principaliter actionē ut exeūtem a cā, an actionem vt respicit hypostasim cuius est, an utrūq; illa. n. quæ principaliter respiciunt cām, inter communia toti Trinitati comparanda uidentur, ut mortuos suscitare, miracula facere & reliquæ actiones, quas Christus licet mediante humana natura exercuit, principaliter tamen ratione deitatis. Illa uero quę determinant hypostasim principaliter, inter propria computanda sunt; vt prædicare, ambulare, admirari, uidere & huiusmodi. Quæ autem medio modo, & ad causam, & personam referri indifferenter aut quasi indifferenter se permittunt, distinctione digna sunt, & in horum numero locasse uidetur Auctor redemptionem motus, vt puto auctoritate gl. allegatæ in litera super illud, Redemisti me domine Deus ueritatis. Posset tamen dici, quòd redemptio, de qua est sermo, gratia materiæ determinat sibi personam Christi: quoniam materia eius est sanguis, seu uita corporea Christi, non qualitercumque, sed passioni mortique exposita: constat siquidem, hęc omnia propria esse Christo: ac per hoc dicendum est absolute, quòd esse redēptore humani generis, est proprium Christo; quoniam ipse personaliter, ita quòd nec Pater nec Spiritus sanctus soluit, & de suo personaliter, ita quòd nec Patris nec Spiritus sancti personaliter. Et glos. & similia intelligenda sunt causaliter: nec discrepat hoc a literæ doctrina, quæ ad causalitatem attendit. Et potes si vis distinguere, dicendo quòd redimere causaliter, est propriū Christo immediate (vt in litera dicitur) quia vt a prima causa mediate, est commune Trinitati: redimere autem personale, est propriū Christo: quia personaliter loquendo, sola Christi persona, & de solius suæ personę pretio redemit genus humanum, ut patet ex dictis.

Respondeo dicendum, quòd ad hoc, quòd aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutum. si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei pretiū, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretium. Pretium autem redemptionis nostræ est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quam ipse Christus exoluit: vnde vtrumque istorum ad Christum pertinet immediate, inquantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam, & remotam, cuius erat, & ipsa vita Christi, sicut primi actoris, & a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, vt pateretur pro nobis: & ideo esse immediate redemptorem, proprium est Christi, inquantum est homo: quamuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Gloss. * hoc sic exponit, Tu domine Deus veritatis, redemisti me in Christo clamante: In manus tuas domine, commendo spiritum meum! Et sic redēptio immediate pertinet ad

elicitur gl. ord.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit circa illud, Passiones sanctorum proficiunt ecclesiæ non per modum redemptionis: tum quia hoc est contra ipsum auctorem in quarto senten. di stinctio 20. vbi thesaurum ecclesiæ ex quo indulgentiæ efficaciā habent, passiones sanctorum continere dicit: tum, quia hoc idem Clemens sextus in extranaganti de Iubilæo quinquagenario expresse dicit. Constat autem passiones per indulgentiam applicatas per modum satisfactionis, ac per hoc redemptionis proficere ecclesię. igitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sententia huius literę non est contra doctrinam de efficacia indulgentiarum ex thesauro meritorum Christi & sanctorum, quam esse Romanæ Ecclesię doctrinam & ab omnibus amplectendam nuperrime sanctissimus dominus noster Leo decimus per suam decretalem ad me nunc in Germania legatum, significauit in hæc verba (adhibitis censuris contra prædicantes oppositum, vt quidam iam cœperant.) Per præsentes tibi significandum duximus, Romanam Ecclesiam, quam reliquæ tamquam matrem sequi tenentur, tradidisse Romanum Pontificem Petri clauigeri successorem, & Iesu Christi in terris Vicarium, potestate clauium, quarum est aperire regnum cœlorum, tollendo illius in Christi fidelibus impedimenta (culpam scilicet, & pœnam pro actualibus peccatis debitam, culpam quidam mediante sacramento pœnitentię, pœnam uero temporalem pro actualibus peccatis, secundum diuinam iustitiam debitam mediante ecclesiastica indulgentia) posse pro rationalibus causis concedere eisdem Christi fidelibus, qui charitate iungente membra sunt Christi, siue in hac uita sint, siue in purgatorio indulgentias ex superabundantia meritorum Christi & sanctorum; & tam pro uiuis quam pro defunctis Apostolica auctoritate indulgentiam concedendo, thesaurum meritorum

rorum Iesu Christi, & sanctorum dispensare. & per modum absolutionis indulgentiam ipsam conferre, uel per modū suffragij illam transferre consueuisse, ac propterea omnes tā uiuos, quàm defunctos, qui ueraciter omnes indulgentias huiusmodi consecuti fuerint, a tanta rē porali pœna secundum diuinam iustitiam ꝓ peccatis suis actualibus debita liberari, quata concessæ & acquisitæ indulgentiæ æquiualet. Et sic ab omnibus tenen & prædicari debere, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, a qua illam incurrentes ab Inf.4.ar.2.q.20.ar.3.ꝓ.& ad 3.q.84.ar.6.& 1.Cor.11. alio quàm a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere auctoritate apostolica earundem tenore præsentium decernimus. Hæc ibi. Sed intendit Auctor de passionibus sanctorum absolute, ita quòd inter passiones Christi, & sanctorum multiplex in proposito traditur hic differentia. Prima est in uerbo, passiones. nam passiones Christi absolute redimunt Ecclesiam: passiones autē sanctorum non absolute (ut hic dicitur) sed superflue tātum satisfaciunt pro nobis, ut in 4. sent. & in dicta extrauagante continetur. Secunda est in uerbo redēptionis: quoniam passio Christi redimit simpliciter: quia a seruitute culpæ & pœnæ: passiones vero sanctorum non nisi secundum quid redimunt, scilicet a pœna quadam scilicet temporali ꝓ actuali peccato debita. Tertia est in uerbo, proficiunt: quia passio Christi prodest Ecclesię per modum redemptionis, etiam si nulla clauis Ecclesiæ intercedat: sed passiones sanctorum non pro me satisfaciunt, nisi quatenus auctoritate mihi applicentur. Tot ergo limitationibus opus cum sit ad ueritatem, quòd aliquæ passiones sanctorum prosunt Ecclesiæ per modum redemptionis: ac per hoc affirmatiua non nisi secundum quid sit uera, potuit absq; vllo veritatis præiudicio negatiua simpliciter, & absolute asseri, dicendo quòd passiones sanctorum non prosunt ecclesię per modum redemptionis. Et cum veritate istius negatiuæ stare iam patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis sanctorū.

¶ *Super Quæstionis quadragesimā octauā Articulum sextum.*

TItulus clarus ut sonat.

¶ In corpore est una distinctio bimembris cum duabus cōclusionibus, iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis, uel instrumentalis. prima cōclusio est: Causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus. Secūda est: Passio Christi est cā efficiens instrumētalis nostræ salutis. Probat hæc: Humanitas Christi est deitatis instrumentum. ergo omnes actiōes, & passiones Christi operantur instrumētaliter uirtute deitatis ad salutem humanam. ergo passio Christi efficienter causat nostrā salutē. 3.q.49.ar.4.

¶ Aduerte hic & ꝑ responsione ad secūdū, ꝙ passio Christi ut Auctor dicit, tenet locū medicinę. Et quemadmodum medicina corporaliter adhibita infirmo instrumentaliter sanat, ita passio Christi spirituali contactu fidei, seu fidei sacramentis adhibita nobis, sanat nos etiā instrumētaliter. Differentia aūt est, quia medicina corporea adhibita, fit instrumentū naturæ ipsius infirmi: medicina aūt passionis uenit istrumentū deitatis, & sola adhibitione ꝑ fidē seu sacramenta eget adhoc, ut nos sanet.

¶ *Super Quæstionis quadragesimā nonā Articulum primum.*

TItulus intelligit ꝺ liberatione ꝑ 3.di.19.ar.1.

hominem Christum: principaliter autem ad Deum.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ pretium redemptionis nostræ homo Christus soluit immediate: sed de mādato patris, sicut primordialis actoris.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ passiones sanctorum proficiunt Ecclesię, non quidem per modū redemptionis, sed per modum exempli & exhortationis, secundum illud 2. ad Corinth. 1. Siue tribulamur pro uestra exhortatione & salute.

ARTICVLVS VI.

Vtrum passio Christi operata sit nostrā salutem per modum efficientiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ passio Christi non sit operata nostrā salutem ꝑ modū efficientiæ. Causa enim efficiens nostrę salutis, est magnitudo diuinæ uirtutis, secundum illud Isa. 59. Ecce non est abbreuiata manus eius, ut saluare non possit. Christus autem crucifixus est ex infirmitate, vt dicit 2. ad Cor. 13. non ergo passio Christi efficienter operata est nr̄am salutē.

¶ 2 Præt. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, unde ēt & Christus tangendo mundauit leprosum, ut ostenderet carnē suam salutiferā uirtutem hr̄e, sicut Chry. dicit * Sed passio Christi non potuit cō tingere omnes homines. ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

¶ 3 Præt. Non vr̄ eiusdem esse operari per modum meriti. & per modum efficientiæ, quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio: sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. non ergo per modum efficientiæ.

SED CONTRA est, quod dr̄ 1. ad Cor. 1. quòd uerbū crucis, his qui salui fiunt, est uirtus Dei: sed virtus Dei efficiēter operatur nostram salutem. ergo passio Christi in cruce efficiēter operata est nostram salutem.

RESPON. Dicendum, ꝙ duplex est efficiens, principale, & instrumētale. Efficiens quidē principale humanæ salutis est Deus. Quia uero humanitas Christi est diuinitatis instr̄m (ut supra dictum est*) ex consequenti oēs actiones & passiones Christi, instrumentaliter operantur in uirtute diuinitatis ad salutē humanam. Et ſm hoc, passio Christi efficiēter causat salutē humanā.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ passio Christi relata ad Christi carnem, congruit infirmitati assumptę. Relata uero ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam uirtutem, secundum illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, quia scilicet, ipsa infirmitas Christi, inquātum est Dei, habet uirtutem excedentem omnem uirtutem humanam.

AD SECVNDVM dicendū, ꝙ passio Chr̄i, licet sit corporalis, hēt tn̄ spiritualem uirtutē ex diuinitate unita. & ideo per spiritualem contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem, & fidei sacramentum, secundum illud Apostoli, Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

AD TERTIVM dicēdum, quòd passio Christi, secundum quòd comparatur ad diuinitatē eius, agit per modum efficientiæ: inquantum vero comparatur ad voluntatem animę Christi, agit per modum meriti: secundū uero ꝙ considerat̄ in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, inquantum per eam liberamur a reatu pœnæ: per modū vero redemptionis, inquantum ꝑ eam liberamur a seruitute culpę: per modum autem sacrificij, inquantum per eam reconciliamur Deo, ut infra dicetur. *

QVAESTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de ipsis effectib. passionis Christi.

ET circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrū ꝑ passionē Christi simus liberati a peccato.

¶ Secundò, Vtrū per eam simus liberati a potestate diaboli.

¶ Tertiò, Vtrum per eam simus liberati a reatu pœnæ.

¶ Quartò, Vtrum per eam simus Deo reconciliati.

¶ Quintò, Vtrum per eam sit nobis aperta ianua cęli.

¶ Sextò, Vtrū per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum per passionem Christi simus liberati a peccato.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̄, quòd per passionē Chri-

pasſionem Chriſti ut cauſam, non qualem cumq;, ſed propriã, ut patet ex vltimo argumento.

¶ In corpore vnica concluſio: Paſſio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum, tribus modis. Probatur ſingillatim quo ad ſingulos modos. Litera eſt ſatis clara.

¶ Aduerte, quòd cũ paſſio Chriſti dicitur cauſa propria remiſſionis peccatorum, intelligitur ita propria quòd ſola ipſa eſt, per quam ueniam conſequimur peccatorum omnes, præteriti, præſentis, & futuri: ſine fide enim paſſionis Chriſti explicite uel implicite impoſſibile eſt ſecundum potentiam ordinariam, hominem remiſſionem peccatorum conſequi.

ſti non ſimus liberati a peccato. F Liberare enim a peccato, eſt proprium Dei, ſecundum illud Iſa. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Chriſtus autem non eſt paſſus ſecundum q̃ Deus, ſed ſecundum quòd homo. ergo per paſſionem Chriſti non ſumus liberati a peccato.

¶ 2 Præt. Corporale non agit in ſpirituale: ſed paſſio Chriſti eſt corporalis, peccatum autem nõ eſt niſi in anima, quę eſt ſpiritualis creatura. ergo paſſio Chriſti G non potuit nos emundare a peccato.

¶ 3 Præt. Nullus poteſt liberari a peccato, quod nondum commiſit, ſed quod in poſterum eſt commiſſurus. Cum igitur multa peccata, poſt Chriſti paſſionẽ ſint commiſſa, & tota die committantur, uidetur quòd per paſſionem Chriſti non ſimus liberati a peccato.

¶ 4 Præt. Poſita cauſa ſufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum inducendum: requiruntur H autem adhuc alia ad remiſſionem peccatorum, ſcilicet baptiſmus, & pœnitentia. ergo uidetur quòd paſſio Chriſti non ſit ſufficiens cauſa remiſſionis peccatorum.

¶ 5 Præt. Prouerb. 10. dicitur, vniuerſa delicta operit charitas. & 15. dicitur, per miſericordiam & fidem purgantur peccata: ſed multa ſunt alia de quibus habemus fidem, & quæ ſunt prouocatiua charitatis. ergo paſſio Chriſti non eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

RESPON. Dicendum, quòd paſſio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccatorum tripliciter. primo quidem, per modum prouocantis ad charitatem, quia Apoſt. dicit Rom. 5. Commendat Deꝰ ſuam charitatẽ in nobis, quoniam cum adhuc inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Per charitatem autem conſequimur ueniam peccatorum, ſecundum illud Luc. 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo, paſſio Chriſti cauſat remiſſionem peccatorum per modum redemptionis: quia. n. ipſe eſt caput noſtrũ per paſſionem ſuam, quam ex charitate & obedientia ſuſtinuit, liberauit nos tamquam membra ſua a peccatis, quaſi per pretium ſuæ paſſionis: ſicut ſi homo per aliquod eius meritoriũ, quod manu exerceret, redimeret ſe a peccato, quod pedibus commiſiſſet. Sicut enim naturale corpus eſt vnum, ex membrorum diuerſitate conſiſtens, ita tota Eccleſia, quæ eſt myſticum corpus Chriſti, computatur quaſi una perſona cum ſuo capite, quod eſt Chriſtus. Tertio, per modum efficientiæ, inquantum caro ſecundum quam Chriſtus paſſionem ſuſtinuit, eſt inſtrumentum diuinitatis, ex quo eius paſſiones, & actiones operantur in uirtute diuina ad expellendum peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ licet Chriſtus non ſit paſſus ſecundum quòd Deus, tamen caro eius eſt diuinitatis inſtrumentum: & ex hoc paſſio
p. 982. eius habet quandam diuinam uirtutem dimittendi peccata, ut dictum eſt. †

AD SECVNDVM dicendum, quòd paſſio Chriſti licet ſit corporalis, ſortitur tamen quandam ſpiritualem uirtutem ex diuinitate, cuius caro ei unita eſt inſtrumentum: ſecundum quam quidem uirtutem, paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccatorum. In corp.

AD TERTIVM dicendum, q̃ Chriſtus ſua paſſione nos a peccatis liberauit cauſaliter, ideſt, inſtituẽs cauſam noſtræ liberationis, ex qua poſſent quæcũque peccata quandocumque remitti, uel pręterita, uel prętentia, uel futura: ſicut ſi medicus faciat medicinam, ex qua poſſint quicumque morbi ſanari, etiam in futurum.

AD QVARTVM dicendum, quòd quia paſſio Chriſti prœceſſit, vt cauſa quędam uniuerſalis remiſſionis peccatorum (ſicut dictum eſt. *) neceſſe eſt, q̃ ſingulis adhibeatur ad deletionem propriorũ peccatorum. Hoc autem fit per baptiſmum & pœnitentiam & ſacramenta, quæ habent uirtutem ex paſſione Chriſti, ut infra patebit. * q. 46. a. 3. alias. q. 62. a. 5.

AD QVINTVM dicẽdum, quòd etiam per fidem applicatur nobis paſſio Chriſti ad percipiendum fructum ipſius, ſecũdum illud Rom 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine eius. Fides autem per quam a peccato mundamur non eſt fides informis, quę poteſt eſſe etiam cum peccato, ſed eſt fides formata per charitatem, ut ſic paſſio Chriſti nobis applicetur, non ſolum quantum ad intellectum, ſed etiam quantum ad effectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex uirtute paſſionis Chriſti.

ARTICVLVS II.

Vtrum per paſſionem Chriſti ſimus liberati a poteſtate diaboli.

¶ *Super Quæſtionis 49. Articulum ſecundum.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd per paſſionẽ Chriſti non ſimus liberati a poteſtate diaboli. Ille enim non habet poteſtatem ſuper aliquos, in quibus nihil ſine permiſſione alterius facere poteſt: ſed diabolus numquam potuit aliquid in nocumentum hominum facere, niſi ex permiſſione diuina: ſicut patet Iob. 1. & 2. quòd poteſtate diuinitus accepta, eum primo in rebus, & poſtea in corpore leſit. Et ſimiliter Mat. 8. dicitur, quòd dæmones niſi Chriſto concedẽte, non potuerunt in porcos intrare. ergo diabolus nũquam habuit in hominibus poteſtatem: K & ita per paſſionem Chriſti non ſumus liberati a poteſtate diaboli.

¶ 2 Præt. Diabolus poteſtatem ſuam in homines exercet tentando, & corporaliter vexando: ſed hæc adhuc in hominibus operatur poſt Chriſti paſſionem. ergo non ſumus per paſſionem Chriſti ab eius poteſtate liberati.

¶ 3 Præt. Virtus paſſionis Chriſti in perpetuum durat ſm illud Heb. 10. Vna oblatione cõſuma

TITVLVS clarus.

¶ In corpore primo diſtinguitur triplex cauſa diabolicæ poteſtatis in actu ſuper homines, ante Chriſti paſſionem, ſcilicet peccatum hominis, offenſa Dei, iniquitas diaboli. Secundo ſingillatim ſecundum ſingulas cauſas monſtratur liberatio per paſſionem Chriſti ſub diuerſis rationibus, ſcilicet inquantum remiſſiua peccati, quo ad primum: inquantum reconciliatiua Dei, quo ad ſecundum: inquantum præſumptuoſæ illata a diabolo, quo ad tertium. 3. d. 19. arti. & 3. d. 20. a. 2. & vers. q. 29. a. 7. ad 3 & op. 60. c. 18. & Hebr. lect. 4.

¶ Sed occurrit hic nouiorum dubium quomodo diabolus machinando in mortem Chriſti exceſſit modum poteſtatis ſibi tradiæ a Deo, cũ diabolus non potuiſſet inferre Chriſto per miniſterium iudęorũ, Pilati & ſuorum paſſionem aut mortem, niſi Deo poteſtatem dante, ut patet de tẽtatione. ✱ Iob: multo minus eũ potuit

tuit in Christum quã in ioan. Et confirmatur: quia cum semper diabolus inique vtatur potestate sibi data, aut semper ex parte sua excedit modum potestatis, aut nunquam, aut nunquam facit plusquam sibi permitta tur facere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd non est hic sermo de potestate diaboli absolute de qua procedunt obiectiones ingerentes dubium: sed de potestate illa, quã diuina iustitia ob peccata humana diabolo, super hominem reliquerat. De qua in litera dicitur, homo suo peccato meruit, ut in potestatem traderetur diaboli, & rursus, Deus per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Infra huius siquidem potestatis latitudinem, non ca dit actio aliqua contra Iesum Christum, qui omnino expers erat demeriti illius, quo homines sub diabolica erant relicti potestate. Excessit ergo diabolus, ut minister diuinæ iustitiæ, contra hominẽ, limites potestatis suæ, dũ contra Christum processit: quam uis non excesserit uires potestatis sibi permissę simpliciter, & absolute. Vnde licet semper inique utatur sua potestate, siue absolute, siue ut minister iustitiæ (q.a ex iniqua uoluntate exequitur iustitiam, non ut iustitiam exequatur, sed ut suam implear malam uoluntatem) incitando tamen & procurando contra Christi vitã corpoream, singulari modo excessit: quia contra alios diuinæ sententię opus iustũ ex demerito patientiũ originali saltem peccato exercebat, quamuis inique, contra Christum nulla erat ratio sciendi, in quo nullũ omnino erat demeritum.

¶ In responsione ad tertium, nota materiam articuli tertij, & solutionem cum dictis ea, p curiosis & admirantibus, de tanta libertate ac potestate diaboli i mũ-

uit sanctificatos in sempiternũ, similiter etiam ubique extenditur: sed liberatio a potestate diaboli, nec est ubique (quia in multis partibus mundi, adhuc sunt idolatræ) nec etiam erit semper: quia tempore Antichristi maxime suam potestatẽ exercebit diabolus in hominum nocumentũ de quo dicitur 2. ad The. 2. quòd eius aduentus erit fm operationem Satanę in omni uirtute, & signis, & prodigiis mendacib. & in oĩ seductione iniquitatis. ergo videtur, q passio Christi non sit causa liberationi humani generis a potestate diaboli.

Sed contra est, quòd dominus dicit Ioan. 12. imminente passione, Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras, & ego si exaltatus fuero a terra, oĩa traham ad meipsum. Est autẽ exaltatus a terra per crucis passionem. ergo per eam diabolus est a potestate hominum eiectus.

Respon. Dicẽdum, quòd circa potestatem, quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionẽ, tria sunt consideranda. Primum quidẽ, ex parte hominis, qui suo peccato meruit, ut in potestatẽ traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominẽ reliquerat potestati diaboli. Tertiũ est, ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima uoluntate hominem a cõsecutione salutis impediabat. Quantum ergo ad primũ, homo est a potestate diaboli liberatus per passionẽ Christi, inquantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum dicendum, quòd passio Christi nos a potestate diaboli liberauit, inquantum nos Deo reconciliauit, ut infra dicetur. † Quantum uero ad tertium, passio Christi nos a diabolo liberauit, inquantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditę a Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritũ mortis, cum esset absq; peccato. Vnde * Aug. dicit in 13. de Trin. Iustitia Christi victus est diabolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit cum tñ: & utique iustum est, ut debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ullo debito occidit.

Ad primvm ergo dicendũ, q non dicitur sic diabolus in homines potestatem habuisse, quasi posset eis nocere, Deo non permittente, sed quia iuste permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad suum consensum perduxerat.

Ad secvndvm dicendum, q diabolus etiam nunc potest quidem Deo permittẽte homines tentare, quantum ad animam, & uexare quantum ad corpus, sed tamen præparatum est homini remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis eternę. Et quicunque ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quartum autem ad aliquid, nullus poterat diaboli manus euadere, ut s. non descenderet in infernum a quo post passionem Christi, se possunt homines eius uirtute tueri.

Ad tertivm dicendum, quòd Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus & locis, se cũdum occultam rationem iudiciorum suorum. Semper tamẽ per passion Christi, est paratum hominibus remedium se tuẽm di contra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichristi: sed si aliqui hoc remedio uti negligant, nil deperit efficacię passionis Christi.

do apparente: regnat enim in terra plus quàm Christus, in tantum creuit secta Machometi, & Christianorum iniquitas.

Articvlvs III.

Vtrum per passionem Christi homines sint liberati a pœna peccati.

Ad tertivm sic procedit. Videtur, quòd per passionem Christi nõ sint hoĩes liberati a pęna peccati. Precipua enim pœna peccati est eterna dãnatio: sed illi, qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi passionem liberati, quia in inferno nulla est redemptio. ergo uidetur quòd passio Christi non liberauit homines a pœna peccati.

¶ 2 Præt. Illis, q sunt liberati a reatu pœnę, non est aliqua pęna iniungenda: sed pęnitẽtibus iniungitur pœna satisfactoria. non ergo per passionem Christi sunt homines liberati a reatu pęnæ.

¶ 3 Præt. Mors est pœna peccati, secundum illud Rom. 6. Stipendia peccati mors: sed adhuc post passionem Christi homines moriunt. ergo per passionẽ Chri, nõ sunt hoĩes liberati a reatu pęnæ.

Sed contra est, q dr Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit.

Respon. Dicendũ, q per passionem Christi liberati sumus a reatu pęnæ dupliciter. Vno mõ directe, inquãtum. s. passio Chri fuit sufficiens & superabundans satisfactio p peccatis totius humani generis. Exhibita ãt satisfactione sufficiẽti tollit reatus pęnę. Alio mõ, indirecte, in quantũ. s. passio Christi est causa remissionis pctĩ, in quo fundat reatus pęnæ.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ nonæ, Articulum tertium.*

Titulus, clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Per passionem Christi liberati sumus a reatu pęnæ dupliciter, scilicet, directe & indirecte. Probatur quo ad primam partem: quia passio Christi est satisfactio superabundans pro pœna totius mundi. Quo ad secundam, quia passio Christi liberauit a peccato quo homo meretur pœnam. Inf. q. 52. a. 5 cor. & q. 86. ar. 4. ad 3. & 3. d. 19. ar. 3. & uer. q. 29. ar. 7. ad 9.

¶ Aduerte hic, q liberatio primo modo respicit pœnam temporalem, siue hic, siue in alia uita debitam; liberatio uero secundo modo respicit pœnam æternam, a qua per passionem Christi liberamur, dum a seruitute peccati originalis, & mortalis redimimur. Vtrique siquidem peccato debetur pœna æterna: sed ablato tam originali, quàm mortali peccato, tollitur ex consequenti reatus æternæ pœnæ peccatum concomitans.

¶ In responsione ad secundum nota calcem responsionis. & percipe, quanta sic uis pœnitentiæ sacramentalis, quæ scilicet a sacerdote imponitur in sacramento pœnitentiæ,

operatur siquidem vltra uires suas, dum parua innixa satisfactioni Christi sufficiens inuenitur, ac si esset maior.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod passio Christi sortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatem, & per fidei sacramẽta. & ideo damnati in inferno, qui prędicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectum eius percipere non possunt.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ (sicut supra dictũ est*) ad hoc quòd consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in baptismo sacramentaliter, secundum illud Rom.6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. unde baptizatis nulla pœna satisfactoria imponitur, quia sunt totaliter liberati per satisfactionem Christi. Quia uero Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est (ut dicit 1.Pet.3.) ideo non potest homo secundario configurari morti Christi per sacramentum baptismi. unde oportet, quòd illi qui post baptismum peccant, configurentur Christo patienti per aliquid pœnalitatis uel passionis, quam in seipsis sustineant, quæ tamen multo minor sufficit, quàm esset condigna peccato cooperante satisfactione Christi.

ar.1.huius q. in co. & ad 4

AD TERTIVM dicẽdum, quòd satisfactio Christi habet effectum in nobis, inquantũ incorporamur ei, ut membra suo capiti, sicut supra dictum est.* Membra autem oportet capiti conformari. & ideo sicut Christus primo quidem habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloria immortalis peruenit, ita & nos qui sumus membra eius, per passionem ipsius liberamur quidem a reatu cuiuslibet pœnæ: ita tamen quòd primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile & mortale habentes: postmodum uero configurati passionibus, & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur, secundum illud Apostо. Roman.8. Si filij, & heredes: hæredes quidem Dei, cohęredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

ar.1.huius q.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ nonæ Articulum quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per passionem Christi simus Deo reconciliati.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd per passionẽ Christi non simus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos: sed Deꝰ semper dilexit nos, secundum illud Sapiẽ.11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. ergo passio Christi non reconciliauit nos Deo.

¶ 2 Preter. Non potest idem esse principium & effectus: unde gratia, quę est principium merendi, nõ cadit sub merito: sed dilectio Dei est principium passionis Christi, secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. non ergo uidetur, quòd per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita quòd de nouo nos amare inciperet.

¶ 3 Præterea. Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc grauiter Deũ offenderunt. ergo passio Christi est magis causa indignationis, quàm reconciliationis Dei.

SED CONTRA est, quòd Apost. dicit Rom.6. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

RESPON. Dicẽdum, quòd passio Christi est causa reconciliationis nostrę ad Deum dupliciter. Vno modo, inquantum remouit peccatum per qđ homines constituuntur inimici Dei, secundum illud Sap.14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. & in psal.6. Odisti oẽs qui operantur iniquitatem. Alio modo, inquantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc proprie sacrificij effectus, ut per ipsum placetur Deus: sicut cum homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptũ, quod ei exhibetur. unde dicit 1.Reg.26. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. & similiter tantum bonum fuit, quòd Christus uoluntarie passus est, q̃ propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos, qui Christo passo coniunguntur, secundum modum præmissum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quam ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt, secundum illud Eccl.12. Altissimus odio habet peccatores.

AD SECVNDVM dicendum, quod passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse, quod de nouo nos amare inciperet, cum scriptum sit Hier 31. In charitate perpetua dilexi te: sed quia per passionem Christi, sublata est odij causa, tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris boni.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus: maior autem fuit charitas Christi patientis, quàm iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis ualuit* ad reconciliandum Deum toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

Alias, ad reconciliandũ Deo totum humanũ genus.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus sua passione aperuit nobis ianuam cæli.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus sua passione non aperuit nobis ianuam cœli. Dicitur enim Prouerb.11. Seminanti iustitiam, merces fidelis: sed merces iustitiæ est introitus regni cælestis. ergo videtur quod sancti patres qui operati sunt opera iustitię, fideliter cõsecuti essent introitum regni cœlestis, etiam absque Christi passione. non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni cælestis.

¶ 2 Præt. Ante passionem Christi, Helias raptus est in cęlum, ut dicitur 4. Regum 2. sed effectus non præcedit causam. ergo videtur, q̃ apertio ianuæ cęlestis

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ nonæ Articulum quintum.*

Titulus clarus ex consuetudine Ecclesiæ utentis ista parobolica locutione. Vocat enim cęli ianuã per similitudinem ad ianuæ fructum (qui est impedire, vel expeditam reddere penetrationẽ interiorum) fruitionis diuinæ consecutionem: ita quòd aperiri cæli ianuam est expeditam facere consecutionem æternæ beatitudinis, quæ nulli ante Christi passionem concessa est.

3.d.18.ar.1. q.2. & 3.d.19.ar.1. 4.d.4.q.2. 2.q.6.& ar. 9 29.ar.2. 9.

¶ In corpore articu. una est conclusio: Per passionem Christi aperta est ianua regni cęlestis: Probatur dupliciter. Primo: tollere peccata humana, quo ad culpam & pœnam omnem,

Titulus clarus. ¶ In corpore una conclusio: Passio Christi est causa nostræ reconciliationis ad Deum dupliciter scilicet, redimendo a peccato, & ut sacrificium. Omnia clara sunt in litera.

Sup.q.49.ar.4 co.& 3.d.19.art.5.q.1. &op.60.c.18

¶ In responsione ad secundum declaratur, quomodo intelligitur Deum placatum, ex parte scilicet nostri: mutatio enim in nobis non in Deo inuenta est, ex qua Deus placatus dicitur.

nem est aperire ianuam regni cælorum: sed Christus per suam passionem abstulit omne peccatum quo ad omnia. ergo. Maior probatur ab oppositio, quia clausio regni cælorum nihil aliud est, quàm obstaculum peccati quo impedimur a cælo. Probatur auctoritate Isaiæ. Minor probatur auctoritate Apostoli. Secundo, manifestatur conclusio ex figura effectus mortis summi sacerdotis legalis.

¶ Aduerte hic tria. Primo, q̃ clausio regni cælorum est priuatio diuinæ fruitionis post hanc uitam non qualiscunque, sed ex tali orta, & sulta causa, scilicet ex peccato. Et propterea aperire cælum, nihil aliud est quàm tollere peccatum, tam quo ad culpam, quam quo ad pœnam: sublato siquidem sic peccato manifestum est q̃ tollitur fruitionis diuinæ priuatio, ut pœna peccati, ac per hoc simpliciter tollitur, quia non nisi ut pœnam retinebat priuationem illam diuina benignitas.

¶ Secundo, quòd Christus sua passione liberauit membra sua ab omni & culpa & pœna: quoniam ut Apostolus dicit, abundantius est Christi donum, quàm fuerit Adæ damnũ: sed vt experientia testatur, & ex calce præcedentis art. habes, liberatio ista ordine quodam in executionem mandatur, configurando nos ipsi Christo. Quo fit, ut Christus liberauerit nos ab omni pœna peccati, tam originalis quàm actualis: sed nos ordine quodam, & media configuratione ad Christum, consequimur immunitatem a culpa & pœna totaliter.

¶ Pro quo & responsione ad primum nota tertio, quòd quia primus homo peccauit non solum ut singularis persona, sed etiam ut principium humanæ naturæ, ideo peccatum originale erat dupliciter mundãdũ: & ex ea parte, qua singularum est personarum: & ex ea parte, qua totius humanæ naturæ seminaliter ab Adam descendentis. Et quo ad personalia quidem olim per circumcisionem, uel aliquod sacrificium, & nunc per baptismum purgatur hunc sit effectus passionis Christi.

¶ 3 Præt. Sicut legitur Matth. 3. Christo baptizato aperti sunt cęli: sed baptismus præcessit passionem. ergo apertio cæli non est effectus passionis Christi.

¶ 4 Præt. Mich. 2. dicitur, Ascendit pandes iter ante eos: sed nihil aliud videtur esse pandere iter cæli, quàm eius ianuam aperire. ergo uidetur q̃ ianua cæli sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per ascensionem eius.

Sed contra est, q̃ Apostolus dicit Heb. 10. Habemus fiduciam in introitum Sanctorum, scilicet cęlestium, in sanguine Christi.

Respon. Dicendum, quod clausio ianuæ est obstaculũ qdam prohibens homines ab ingressu. Prohibebantur aũt homines ab ingressu regni cælestis, propter peccatũ: quia sicut dicitur Isa. 35. via illa sancta uocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cælestis. vnum quidem commune totius humanæ naturę, quod est peccatum primi parentis, & per hoc peccatũ precludebatur homini aditus regni cælestis, unde legitur Gen. 3. q̃ post peccatum primi parentis, collocauit Deus cherubin, & flammeũ gladium atque versatilem, ad custodiendam uiam ligni uitæ. Aliud autẽ est peccatũ speciale uniuscuiusque personæ, quod per propriũ actum committitur uniuscuiusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solum a peccato communi totius humanæ naturæ, & quantũ ad culpam, & quãtum ad reatũ pœnæ, ipso soluente pretium p nobis, sed etiam a peccatis proprijs singulorum, qui communicant eius passioni per fidem, & charitatem & fidei sacramenta. & ideo per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cęlestis. Et hoc est quod Apost. dicit Heb. 9. q̃ Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redẽptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. vbi dicitur, q̃ homicida manebit ibi, scilicet in ciuita te refugij, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur, quo mortuo, poterit in domum suam redire.

Ad primum ergo dicendum, q̃ sancti patres operando opera iustitię, meruerũt introitum regni cęlestis per fidem passionis Christi (secundum illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam) per quam ẽt vnusquisque a peccato purgabatur, quantũ pertinet ad emundationem proprię personę. Non tñ alicuius fides uel iustitia, sufficiebat ad remouendũ impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ creaturæ, quod quidem remotum est pretio sanguinis Christi. & ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum cæleste, adipiscẽdo. s. beatitudinem ęternam, quæ consistit in plena Dei fruitione.

Ad secundum dicendum, q̃ Helias subleuatus est in cęlum aereum: non autem in cęlũ empyreum, qui est locus sanctorũ. & similiter ẽt Enoch raptus est ad paradisum terrestrem, ubi cũ Helia simul creditur uiuere usq; ad aduentum Antichristi.

Ad tertium dicendum, q̃ (sicut supra dictũ est *) Christo baptizato aperti sunt cęli, non propter ipsum Christũ, cui semper cælum patuit: sed ad significandum q̃ cælum aperitur baptizatis baptismo Christi, qui hẽt efficaciã ex passione ipsius.

Ad quartum dicendum, q̃ Christus sua passione meruit nobis introitum regni cęlestis, & impedimentum remouit: sed per suam ascensionẽ nos, quasi in possessionem regni cælestis, introduxit. Et ideo dicitur quòd ascendit pandens iter ante eos.

Articvlvs VI.

Vtrum Christus per suam passionem meruerit exaltari.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, q̃ Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sicut.n. cognitio ueritatis est proprium Deo, ita & sublimitas, secundum illud Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius: sed Christus, secundum quòd homo, habuit cognitionem

A manum genus ab originali peccato. Ad secundum autem, nec circumcisio olim, nec baptismus postea suffecit, ut patet de baptizatis baptismo Christi mortuis ante Christi passionem: nullus enim illorum liber fuit a pœna clausuræ regni cęlorum. Hęc enim pœna, sicut & mors corporalis ex peccato originali ut naturæ est, consecuta est, & ad utramque abolendam passio Christi fuit necessaria: quamuis diuersimode ab hac & illa nos eripuerit: quoniam a spirituali pœna priuationis diuinæ fruitionis sic nos liberauit, quòd statim exhibuit effectum. Et inde est, q̃ modo baptizati si moriuntur statim, beati sunt: beneficiũ siquidem hoc est, baptismi non simpliciter, sed ratione status, quo scilicet Christi passio consumata est. Et quia baptismus ad hoc institutus est, ut esset sacramentum in tali statu, quàmuis inchoatiue parum ante cæperit, ideo baptismo attribuitur aperire cęlestem ianuam, quod præfiguratum est, cũ Christo baptizato, cęli aperti sunt. Sed immortalitatis beneficium non statim exhibuit, quamuis tunc fecerit, cum mortem nostram moriendo destruxit: sed media conformitate nostra ad ipsum morientem immortalitatem longe excellentiorem illa, quæ fuit in statu innocentię, nobis exhibebit in tempore resurrectionis: cum hoc etiam, quòd in capite nostro, ipso scilicet Christo homine, iam immortalitatem corporis consecuti sumus per ipsius passionem. Q. 39. ar. 5.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ nonæ Articulum sextum.*

Titulus clarus, ut sonat.

¶ In corpore duo. Primo declaratur in cõi, quid importet meritum, & quo intelligatur tam in malo, quàm in bono. 3. d. 18. ar. 4. q. 3.

Secundo, descendit ad propositũ in speciali de Christo.

¶ Quo ad primum, dicit in communi meritum importare quandam iustitiæ, non gratię æqualitatem. Et hoc probat auctoritate Apostoli.

¶ Vbi non misereris

nouitię, si a merito transitur ad mercedem: quia merces merito respondet, ut præmium debito.

¶ Exemplis deinde declaratur, qualiter meriti æqualitas secundum iustitiam exerceatur tam in malis quã in bonis, & in malis quidem rationi adiungit exemplum de iusta æqualitate circa demeritum furti, cum auctoritate sacræ Scripturę, & inde infertur simile, proportionaliter fieri iustã æqualitatem circa meritum boni.

Q. 79. art. 4. & q. 34. ar. 2.

¶ Vbi aduerte, quòd in istis iustitijs interueniunt duo. I. res exterior, & voluntas interior: verbi gratia: ouis furto ablata & voluntas ducens ad furtum. Si consideretur res exterior (puta ouis duntaxat) sufficit ut ad æqualitatem iustitiæ restituatur ipsa ouis: sic enim inæqualitas rei facta per furem, reducitur ad pristinam æqualitatem, ut patet. Sed si super hoc consideretur iniqua uoluntas furis (qua uoluit contempta iustitia publica, & proximi bius habere, quàm sibi debetur, & propterea abstulit ouẽ alienam) sic ad hoc vt hæc iniquitas uoluntatis iuncta operi ad æqualitatem reducatur, iustum est vt minus habeat de suo qui plus quàm debebatur sibi usurpauit de alieno: & propterea pro una ablata oue reddere tenetur quatuor, vnam pro æqualitate rei extra, & tres pro æqualitate iniqui actus. Et quia tam demeritum quàm meritum, principaliter consistit in uoluntate, ideo Auctor in litera tractans de merito Christi, ad æqualitatem, quæ principaliter respicit actiones & passiones, quatenus sunt voluntariæ, se conuertit: & tam in malis, quàm in bonis iustitiæ æqualitatem considerauit, prout iusta uel iniusta uoluntas minus, uel plus de sibi debitis uoluit cũ effectu, ut patet in litera.

Epist. 56. an 20 med. to. 2

omnis veritatis, non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa unione Dei & hominis: secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & ueritatis. ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola unione.

¶ 2 Præt. Christus meruit sibi a primo instãti suæ conceptionis, vt supra habitum est, * non aũt maior charitas fuit in eo tempore passionis quàm ante. Cum ergo charitas sit merendi principium, uidetur ꝙ non magis meruerit per passionem suam exaltationem quàm ante.

¶ 3 Præt. Gloria corporis resultat ex gloria aiæ, ut Aug. * dicit in Epistola ad Dioscorum: sed Christus per passionẽ suam nõ meruit exaltationẽ quantum ad gloriam animę, quia aia eius fuit beata a primo instanti suę conceptionis. ergo neque etiã per passionẽ meruit exaltationem, quãtum ad gloriam corporis.

SED CONTRA est, qd dicitur Philip. 3. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autẽ crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.

RESPON. Dicendum, ꝙ meritum importat quandam æqualitatem iustitiæ, unde & Apost. dicit Roma. 4. ꝙ ei, qui operatur, merces imputatur secũdum debitum. Cum autem aliquis ex sua iniusta uoluntate sibi attribuit plus quã sibi debeatur, iustum est ut diminuatur. et quantũ ad id, quod sibi debebatur: sicut cum furatur quis vnã ouẽ, reddet quatuor vt dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, inquãtũ per hoc punitur eius iniqua voluntas: ita ẽt cũ aliquis sibi ex iusta uoluntate subtrahit quod debebat habere, meretur ut sibi amplius superaddat, quasi merces iustæ uoluntatis. & inde est, ꝙ sicut dicitur Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur. Christus aũt in sua passione seipsum humiliauit infra suam dignitatem, quantum ad quatuor. Primo quidẽ, quantum ad passionem & mortem, cuius debitor non erat. Secundo, quãtum ad locum, quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertio, quantum ad confusionẽ & opprobria, quæ sustinuit. Quarto, quantũ ad hoc, ꝙ est traditus humanæ potestati, secundũ ꝙ ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatẽ, nisi datũ tibi esset desuper. & ideo per suã passionem meruit exaltationẽ quãtum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad resurrectionẽ gloriosam: vnde dicitur in Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam. i. humilitatem meæ passionis, & resurrectionem meã. Secundo, quantum ad ascensionẽ in cęlũ. unde dicitur Ephe. 4. Descendit primũ in inferiores partes terræ. qui aũt descendit, ipse est & qui ascẽdit super oẽs cęlos. Tertio, quantum ad consessum paternę dextere, & manifestationem diuinitatis ipsi, secundum illud Isa. 52. Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit ualde: sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius. vt Phil. 2. dicitur, Factus est obediẽs usque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo, & hoc est quod subditur, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestium, terrestrium, & infernorũ. Quarto, quantum ad iudiciariam potestatem, dicitur. n. Iob. 36. Causa tua quasi impetij iudicata est, causã iudicium que recipies.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorij actus. & ideo perfectio animæ Christi, quę fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animæ cuius uoluntas charitate & alijs uirtutibus informabatur: sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis, etiam ex parte corporis. iustum est. n. ut corpus qđ fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

AD TERTIVM dicendum, quòd dispensatione quadam factum est in Christo, ut gloria animę ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc ꝙ gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam autem animæ differri non conueniebat, quia anima immediate uniebatur Verbo. vnde decens erat, ut gloria repleretur ab ipso Verbo, sed corpus uniebatur Verbo mediante anima.

QVAESTIO I.

De morte Christi in sex articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum primum.*

Titulus clarus est.

DEINDE considerandum est de morte Christi.

¶ In corpore vna conclusio: Conueniens fuit Christũ mori. Probatur quinque rationibus. Omnia clara sunt.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrũ conueniens fuerit Christum mori.

¶ Secundo, Vtrum per mortem fuerit separata diuinitas a carne.

¶ Tertio, Vtrũ fuerit separata diuinitas ab anima.

¶ Quarto, Vtrũ Chrs in triduo mortis fuerit hõ.

¶ Quintò, Vtrum corpus eius fuerit idem numero vinum & mortuum.

¶ Sexto, Vtrum mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem.

AR-

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Christum mori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit cõueniens Christum mori. Illud enim quod est primũ principium in aliquo genere, non disponitur per illud, quod est contrarium illi generi: sicut ignis, qui est principium caloris, numquam potest esse frigidus: sed filius Dei est fons, & principium omnis uitæ, secundum illud Psal. 35. Apud te est fons vitæ. ergo uidetur quòd non fuerit conueniens Christum mori.

¶ 2 Præt. Maior est defectus mortis q̃ morbi, quia per morbum peruenitur ad mortem: sed non fuit conueniens Christum aliquo morbo languescere, ut Chrysost. dicit. ergo etiam non fuit conueniens Christum mori.

¶ 3 Præt. Dominus dicit, Ioan. 10. Ego ueni, ut uitam habeant, & abundantius habeant: sed oppositum non perducit ad oppositũ. ergo uidetur quòd non fuerit conueniens Christum mori.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioann. 10. Expedit unus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: quod quidem Caiphas prophetice dicit ut Euangelista testatur.

RESPON. Dicendum, quod [d] conueniens fuit Christum mori. Primo quidem, ad satisfaciendũ pro humano genere, quod erat morti adiudicatũ propter peccatum, secundum illud Gen. 2. Quacũque die comederitis, morte moriemini. Est autem conueniens satisfaciendi pro alio modus, cum aliquis de subiicit pœnæ, quam alius meruit. & ideo Christus mori uoluit, ut moriendo, pro nobis satisfaceret, secundum illud 1. Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundo ad ostendendum ueritatem naturæ assumptę: sicut enim Eusebius dicit, Si aliter post conuersationem cum hominibus, euanescens subito euolaret fugiens mortem, ab omnibus compararetur phantasmati. Tertio, ut moriendo, nos a timore mortis liberaret, ũde dicitur ad Hebræ. 2. quòd communicauit carni & sanguini, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, & liberaret eos, qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant seruituti. Quarto, ut corporaliter moriendo similitudini peccati i. pœnalitati, daret nobis exemplum moriendi spiritualiter peccato, unde dicitur Rom. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo: ita & uos existimate mortuos quidem esse peccato, uiuentes autẽ Deo. Quinto, ut a mortuis resurgendo, & uirtutẽ suam ostenderet, qua mortem superauit, & nobis spem resurgendi a mortuis daret. Vnde Apost. dicit 1. ad Cor. 15. Si Christus p̃dicatur, q̃ resurrexit a mortuis, quomodo quidam in uobis dicũt, quòd resurrectio mortuorum non est?

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus ẽ fons uitæ secundum quòd Deus, non autem f̃m quòd homo: mortuus est autem secundum q̃ homo, non f̃m quòd Deus. Vnde Aug.* dicit contra Felician. Absit quòd Christus sic senserit mortem ut quantum in se est vita, uitam perdiderit: si enim hoc ita esset, uitæ fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte suscæperat: non naturæ suę perdidit potentiam, per quam cuncta uiuificat.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem, ne uideretur ex necessitate mori propter infirmitatem naturæ, sed sustinuit mortem ab exteriori illatam, cui se spontaneum obtulit, ut mors eius uoluntaria ostenderetur.

AD TERTIVM dicendum, quòd unum oppositũ per se non ducit ad aliud, sed quandoque per accidens: sicut frigidum, quandoque per accidens cale facit. Et hoc modo Christus, p̃ suam mortem nos perduxit ad uitam, dum sua morte morte nostram destruxit: sicut ille, qui pœnam pro alio sustinet, remouet pœnam eius.

ARTICVLVS II.

Vtrum in morte Christi fuerit separata diuinitas a carne.

AD SECVNDVM sic proceditur, q̃ in morte Christi fuerit separata diuinitas a carne. Vt. n. dr̃ Mat. 27. Dominus in cruce pendens clamabat, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Qd̃ exponens Amb.* dicit, Clamabat homo, separatione diuinitatis moriturus: nam cũ diuinitas a morte libera sit, utique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet, quia uita diuinitas est. Et sic vr̃, q̃ in morte Christi sit diuinitas separata a carne.

¶ 2 Præt. Remoto medio, separãtur extrema: sed diuinitas unita est carni mediante aĩa, ut supra habitum est. † ergo uidetur q̃ cum in morte Christi aĩa sit separata a carne, q̃ per consequẽs diuinitas sit a carne separata.

¶ 3 Præt. Maior est uirtus uiuificatiua Dei q̃ animæ: sed corpus mori non poterat, nisi anima separatá, ergo multo minus mori poterat, nisi separata diuinitate.

SED CONTRA est, quod ea, q̃ sunt humanę naturæ, non dr̃ de filio Dei, nisi rõne unionis, ut supra habitũ est. † Sed de filio Dei dr̃, id quod conuenit corpori Christi post mortem, s. esse sepultum, ut patet in Symbolo fidei, ubi dr̃ quòd filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus & sepultus. ergo corpus Christi non fuit in morte a diuinitate separatum.

RESPON. Dicendum, q̃ illud, quod per gratiam Dei concedit numquã absq; culpa reuocatur. vnde dr̃ Rom. 11. q̃ sine penitẽtia sũt dona Dei & uocatio. Multo aũt maior est gratia unionis, per quã diuinitas unita est carni Christi in persona, q̃ gratia adoptionis, per quã alij sanctificant, & ẽt magis permanens ex sui ratione, quia hæc gratia ordinatur ad unionem personalem, gratia aũt adoptionis ad quandã unionẽ affectualẽ, & tamen videmus q̃ gratia adoptionis nunquã p̃dit sine culpa. Cũ igit in Christo nullũ fuerit peccatum, impossi-

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Caro Christi remansit unita uerbo Dei post mortem. Probatur ratione & auctoritate. Ratio est Donum quod per gratiam Dei conceditur, numquam reuocatur sine culpa: sed gratia vnionis est maius donum & permanentius ex sua ratione quàm gratia adoptionis, quæ numquam perditur sine culpa. ergo. Maior p̃batur auctoritate Apostoli. Minor quoad primam partem cõparationis, quia maius est, esse Deum personaliter quàm esse sanctum. Quo ad secundam vero, quia unio personalis est permanentior, quàm unio affectualis. Auctoritas est Damasceni.

¶ Aduerte hic, quòd quia illa maior. Nullum donum diuinæ gratiæ perditur sine culpa, locum habet in donis permanentibus: non autem in his donis, quæ solum consistunt in quodam fieri, ut donum prophetiæ vel assistentiæ, ut gratia miraculorum, quæ altero duorum modorũ conceditur. ¶ Hæc enim, quia non sunt dona permanentia, perduntur, hoc est, non semper habentur absque culpa (ut patet) & absque Dei pœnitentia. Et propterea Auctor vtens illa maiore ex auctoritate Apostoli, subsumpsit non positiuam (ut subsumendum expectabatur) sed comparatiuam respectu doni gratiæ adoptionis: quam constat non esse sine culpa, & compara

3. d. 3. q. 2. ar. 1. q. 1. & dist. 21. q. 1. art. 1. q. 1. & quo. 2. ar. 1. co. & quo. 4. ar. 6. co. & op. 3. c. 236. & 237. & op. 60. ca. 19. fin. libro. in Luc. in tit. de cõmẽd. spũs lesus in med. 10. 5.

q. 6. ar. 4.

q. 16. ar. 4.

uit illam, & quoad maioritatem simpliciter, & quo ad maioritatem, secundum illud quod requiritur ad propositum, hoc est secundum permanentia. Vt hic scires, quòd maior habet locum in hac materia: quia gratia unionis ē de genere donorum permanentium, & quòd multo magis habet locum in proposito: tum, quia est excellentius donum quàm gratia adoptionis: tum, quia est permanentius. Et de prima quidem excellentia, licet a quibusdam dubitetur. Si quis tamen librauerit rationem allatam (scilicet gratia unionis constituit unitum esse personaliter Deum: gratia autem adoptionis constituit esse sanctū sed longe minus esse Deum personaliter quam esse sanctum) manifeste uidere poterit, sententiam hāc esse ueram. In cuius signum, cum communicasset se Deus secundum naturalem similitudinem beneficio creationis: & postea secundum supernaturalem similitudinem beneficio adoptionis (& hæc duo fuerunt communia Angelo & homini) ad ultimum reseruauit tamquam summum, communicare se personaliter, & hoc soli homini. Et ex hoc homo constitutus est supra Angelos, ut Apostulus ad Heb. probat.

¶ De altera autem excellentia, scilicet quo ad permanentiam, manifestum clare est, considerantibus, quòd esse personale, est esse substantiale. Nam cum dicitur, Iesus est Dei filius, enunciatur substantia secundum esse substantiale de substantia: cum autem dicimus nos Dei filij, enunciatur accidens de substantia mediante etiam accidente, scilicet affectiua parte, in qua consumatur gratia adoptionis: quoniam non nisi diuina fruitione, ad quam ordinata est, consummatur. Quanto ergo ex propria ratione permanentius est, esse quàm operari: &

li.3 orth. fi. c.27. cir. fi.

In epi. 120. ex c.6. & 10 10.2.

3.di.21 q.1. art.1. q.2. & quo.2. ar.1. co. & op.3. c.236. & op. 60.c.19.fi. & Pf.21.

bile fuit ꝙ soluererur unio diuinitatis a carne ipsius. & ideo sicut ante mortem caro Christi unita fuit secundum personam & hypostasim uerbo Dei, ita, & remansit unita post mortem, ut scilicet non esset alia hypostasis uerbi Dei & carnis Christi post mortem, ut Dam. * dicit in 3.li.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd derelictio illa nō est referenda ad solutionem unionis personalis: sed ad hoc quòd Deus pater eum exposuit passioni. unde derelinquere ibi, nō est aliud q̄ nō protegere a persequētib. uel dicit se derelictum quantum ad illam orationē, qua dixerat, pater si fieri potest, transeat a me calix iste, ut Augu. * exponit in lib. de Gratia noui Testam.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ verbum Dei dicitur unitum carni mediante anima, inquantum caro per animam pertinet ad humanam naturam, quam filius Dei assumere intendebat: non autem ita quòd anima sit quasi medium ligans unita. Habet autem caro ab anima, quòd pertineat ad humanam naturā, etiam postquam anima separatur ab ea, inquantū sin carne mortua remanet ex diuina ordinatione quidam ordo resurrectionis. & ideo non tollitur unio diuinitatis ad carnem.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ anima habet vim viuificādi formaliter. & ideo ea præsente, & unita formaliter, necesse est corpus esse viuum. Diuinitas autē non habet vim viuificandi formaliter, sed effectiue: non enim potest esse corporis forma. & iō non est necesse, quòd manente unione diuinitatis ad carnem, caro sit uiua, quia Deus non ex necessitate agit, sed ex uolūtate.

ARTICVLVS III.

Vtrum in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd in morte Christi fuerit facta separatio diuinitatis ab anima. Dicit enim Dominus Ioann. 10. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Non autem uidetur ꝙ corpus animam ponere possit, eam a se separando: quia anima non subiicitur potestati corporis, sed potius econuerso. & sic uidetur quòd Christo, secundū quòd est uerbum Dei, conueniat animam suam ponere: hoc autem est eam a se separare. ergo per mortem anima eius fuit a diuinitate separata.

¶ 2 Præt. Athanas. * dicit male dictum qui totum hominem quem assumpsit Dei filius, denuo assumptum uel liberatum, tertia die a mortuis resurrexisse non confitetur: sed non potuit totus homo denuo assumi, nisi aliquando fuerit totus homo a verbo Dei separatus: totus autē homo componitur ex anima & corpore. ergo aliquando fuit facta separatio diuinitatis & a corpore & ab anima.

¶ 3 Præt. Propter unionem ad totum hominem, filius Dei uere dicitur homo. Si ergo soluta unione animæ, & corporis per mortem, uerbum Dei remansit unitū animę, sequeretur, quòd uere dici potuisset, filium Dei esse animam: hoc autē est falsum, quia cum anima sit forma corporis, sequeretur quòd uerbum Dei fuerit corporis forma, qđ est impossibile. ergo in morte Christi anima fuit a uerbo Dei separata.

¶ 4 Præt. Anima & corpus ab inuicem separata, non sunt una hypostasis, sed duę. Si igitur uerbū Dei remansit unitum tam corpori quàm animæ Christi separatis eis ab inuicem per mortē Christi, uidetur sequi quòd uerbum Dei durante morte Christi, fuerit duę hypostases, quod est inconueniens. non ergo post mortem Christi remāsit anima uerbo unita.

SED CONTRA est, quod dicit Dam. * in 3.li. Etsi Christus mortuus est ut homo, & sancta eius anima ab incontaminato diuersa est corpore: diuinitas tamen inseparabilis ab utrisque permānsit, ab anima dico, & corpore.

RESPON. Dicendum, ꝙ anima unita est uerbo Dei immediatius, & per prius quàm corpus, cum corpus unitum sit uerbo Dei mediante anima, ut supra dictum est. * Cum ergo uerbum Dei non sit separatum in morte a corpore, multo minus separatum est ab anima. Vnde sicut de filio Dei prędicatur, id qđ conuenit corpori ab anima separato, s. esse sepultum: ita de eo in symbolo dicitur, quòd descendit ad inferos, quia anima eius a corpore separata, descendit ad inferos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. * exponēs illud verbum Io. inquirit, cum Christus sit uerbū, anima & caro, utrum ex eo quòd est uerbū, ponat animam, an ex eo quòd ē anima esse substantiale quàm accidentale, & esse substantiale diuinum hypostatice, quàm esse accidentale diuinum adoptiue: tanto permanentius diuinæ gratiæ donum est unio personalis carnis ad uerbum Dei, quàm gratia adoptionis filiorum Dei.

Refert. sent. d.

¶ In responsione ad tertium, percipe quòd Auctor respondet & ad comparatiuam inter Deum & animam in uiuificando, per hoc quòd secundum diuersa causārum genera utrique conuenit uiuificare: ac per hoc comparatio inefficax est, & sophistice infert, & responsioni tacitæ quæstionis, prosequendo modū viuificandi effectiue conuenientem Deo per hoc, quòd Deus non necessitate naturæ, sed uoluntarie viuificat. Et intendit per hoc, quòd licet deitas personaliter fuerit præsens carni Christi post mortem & haberet maximam virtutem uiuificandi effectiue, non propterea sequitur, quod effectiue tunc uiuificaret carnem Christi: quia non uiuificat naturali necessitate, sed uoluntarie: anima autem præsens carni, & uiuificat formaliter, & ex necessitate naturæ.

li.3. orth.c. 27. in med.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio arti. prę. In morte Christi non fuit separata deitas ab anima. probatur dupliciter. Primo ratione. Verbum Dei non est separatum in morte a corpore, ergo multo minus ab anima. Probatur sequela: quia anima viuta est Verbo immediatius quam corpus. Deinde auctoritate Symboli, Quia descendit ad inferos. Omnia clara sunt ex supradictis.

arg.2. & q. ar.1.

Trāſi. q. Io. post. 9.

¶ In responsione ad primum, aduerte ꝙ responsio secundum expositionem Augu. intelli-

ma, an iterum ex eo ꝙ est caro. Et dicit ꝙ si dixerimus, ꝙ verbū Dei animā posuit, sequitur, ꝙ aliquando aīa illa separata est a verbo, quod est falsum: mors enim corpus ab anima separauit, a uerbo autem animam separatam non dico: si uero dixerimus, ꝙ ipsa se anima ponat, sequitur ꝙ anima ipsa a se separata sit, quod est absurdum. Relinquitur ergo, ꝙ ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, nō potestate sua, sed potestate uerbi in habitantis carnem, quia sicut supra dictum est, * per mortem non est separata diuinitas verbi a carne.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in uerbis illis Athanasius non intellexit, quòd totus homo denuo sit assumptus, id est, omnes partes eius, quasi uerbum Dei partes humanæ naturæ deposuerit per mortem: sed quòd iterato totalitas naturæ assumptæ sit in resurrectione reintegrata per iteratam vnionem animæ, & corporis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ verbum Dei propter unionem humanæ naturæ, non dī humana natura: sed dī homo, quòd est habens humanam naturam. Anima autem & corpus sunt partes essentiales humanæ naturę: vnde propter unionem uerbi ad utrumque eorum, non sequitur quòd uerbum Dei, sit anima uel corpus: sed quòd sit habens animam uel corpus.

AD QVARTVM dicendū, quòd sicut Dam.* dicit in 3. lib. quòd in morte Christi est separata anima a carne, non est una hypostasis in duabus hypostasęs diuisa: nam & corpus & anima Christi secundum idem ex principio in uerbi hypostasi habuerunt existentiam, & in morte inuicem diuisa, singulum eorum mansit, unam hypostasim uerbi habēs. Quare, una uerbi hypostasis, uerbi & animę & corporis extitit hypostasis: numquam enim neque anima neque corpus propriam habuerunt hypostasim, præter uerbi hypostasim. Vna enim semper uerbi hypostasis, & numquam duæ.

ARTICVLVS IIII.
Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo.

AD QVARTVM sic procedit. Vī quòd Christus in triduo mortis fuerit homo: dicit enim Aug. * in primo de Trinitate. Talis erat illa susceptio, q̄ Deum hominem faceret, & hominem Deum: sed illa susceptio non cessauit per mortem. ergo uidetur quòd per mortem non desierit esse homo.

¶ 2 Præt. Phil. † dicit in 9. Eth. quòd unusquisque homo est suus intellectus: unde & post mortem, animam Petri alloquentes dicimus, sancte Petre ora pro nobis. Sed post mortem filius Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. ergo in illo triduo filius Dei fuit homo.

¶ 3 Præter. Omnis sacerdos est homo. sed in illo triduo mortis, Christus fuit sacerdos: aliter. n. non uerum esset quod dicitur in Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum. ergo Christus in illo triduo fuit homo.

SED CONTRA, Remoto superiori, remouetur inferius. sed uiuum siue animatum est superius ad animal & ad hominem: nam animal est substātia animata sensibilis: sed in illo triduo mortis corpus Christi non fuit uiuum neque animatum. ergo non fuit homo.

RESPON. Dicendum, quòd Christum d uere fuisse mortuum, est articulus fidei: unde asserere oē illud, per quod tollitur ueritas mortis Christi, est error contra fidem. Propter quod, in epistola synodali * Cyrilli dicitur: si quis non confitetur Dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, & ꝙ mortem gustauit carne, anathema sit. Pertinet autem ad ueritatem mortis hominis uel animalis, ꝙ per mortem desinat esse homo uel animal: mors. n. hominis uel animalis prouenit ex separatione animæ, quæ complet rationem animalis, uel hominis. & ideo dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolute loquendo, erroneum est. Potest tamen dici ꝙ Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen confessi sunt Christum in triduo hominem fuisse, dicentes quidem uerba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide, sicut Hugo de sancto Vict.* qui ea ratione dixit Christum in triduo mortis fuisse hominē, quia dicebat animam esse hominem, quod tamen est falsum, ut in prima parte ostensum est. † Magister etiam sententiarum in 22. dist. * tertij lib. posuit, quòd Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione, quia credidit quòd unio animæ & carnis nō esset de ratione hominis, sed sufficit ad hoc, quòd aliquid sit homo, quòd habeat animam humanam & corpus, siue coniuncta siue non coniuncta: quod etiam patet esse falsum ex his* quæ dicta sunt in 1. parte, & ex his quæ supra dicta sunt † circa modum unionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ uerbum Dei suscepit animam & carnem unitam, & ideo illa susceptio, fecit Deum hominem, & hominem Deum: non autem cessauit illa susceptio per separationem uerbi ab anima uel a carne, cessauit tamen unio carnis, & animæ.

AD SECVNDVM dicendum, quòd homo dī esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo: sed quia intellectus est principalior pars hominis, in quo uirtualiter consistit tota dispositio hominis: sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia

ꝙ desinat esse homo uel animal. ergo dicere Christū in triduo mortis hominem, &c. Antecedens probat: quia mors consistit in separatione aīæ quæ complet rationē hominis & aīalis. Consequentia probatur, quia asserere omne illud, per quod tollitur ueritas mortis Christi, est error contra fidem: quod probatur, quia articulus fidei est de morte Christi. & auctoritate Cyrilli. Secūdo dī, quòd potest dici Christum in triduo fuisse hominem mortuum: Et in promptu ratio est: quia ly mortuus, est cōditio diminuēs, sicut ly pictus, aut lapideus: tertio excusantur Hugo & Magister sententiarum. Oia clara sunt ex antedictis.

Li. 9. ca. 4. anime. to. 5.

D. 906.

Habetur In Cōc. 1. Eph. ca. 12.

In tri. li. 2. de sacra. 1. parte c. 11. Q. 75. art. 4. Li. 3. sent. d. 22. parag. 1.

1. 1. quæ. 75. ar. 4. q. 2. artic. 5.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ esse sacerdotem, conuenit homini ratione animæ, in qua est ordinis character: unde per mortem homo non perdit ordinem sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotij origo.

¶ *Super Quæstionis 26. Articulum secundum.*

Quol. 2. ar. 1. Et quol. 3. ar. 4. ad 1. Et quol. 4. q. 5.

TItulus vt sonat. ¶ In corpore ponitur una distinctio bimembris cum conclusionibus duabus iuxta numerum membrorum. Distinctio est, simpliciter sumitur duabus significationibus, uel ut significat nullo addito, uel ut significat totaliter. Prima conclusio est, sumendo simpliciter primo mō: Corpus Christi uiuum, & mortuum fuit idem numero simpliciter. Probatur, quia fuit idem suppositaliter, & sic loquitur Ath. Secunda cōclusio est, sumendo simpliciter secundo modo: corpus Christi uiuum & mortuū non fuit idē numero simpliciter. Probatur primo, quia uita est de essentia corporis uiuentis: ꝙ est prædicatū essentiale & non accidentale. Probatur secundo ex oppositō: quia si diceretur remansisse totaliter idē, sequeretur ꝙ non esset corruptum corruptione mortis, quod est hæresis Gaianitarū. Et ad hoc afferuntur auctoritates.

l. 5. me. tex. 12. tom. 3.

lib. 2. de anima, tex. 9. & 7. meta. tex. 35. to. 2. & 3.

Circa med. illius. Incip. Ego arbitrabar.

¶ Aduerte hic, ꝙ Auctoris doctrina procedit ex supposita unitate formæ substantialis in homine: tenētes. n. plures formas in homine (puta formā corporeitatis aut mixti, cui superadditur aīa) euaderent consequentiā in litera factam, dicēdo ꝙ in morte Christi facta est separatio aīæ a corpore, & sic fuit ibi corruptio mortis, sed corpus remansit cū illamet corporeitatis forma quam prius habebat, & propterea corpus Christi, inquantum corpus remansit totaliter idē numero, & dicere hoc, nulla est hæresis. Et ad Philosophiam declinandum esset, si hoc esset discutiēdū. Hanc siquidem uiam tenet Scotus, qui addit aliud manifestum alienum a philosophia. s. ꝙ fuit corruptio tunc sine generatione: corpus quippe fuit hō separatione aīæ a corpore, & nihil genitum est. Contra hos non loquitur litera, quæ de unitate numeralis corporis Christi uiui & mortui tractat, & ueritatē per se notā tradit. Nā si corpus Christi remansisset omnio idē quod prius, oporteret ꝙ remansisset uiuum eadē uita, alioquin aut nulla nihil illius fuisset nisi accidens, aut nō totaliter remansisset idem, deficiente aliqua eius substantia. Iunta. Quo circa Scotus corpus Christi tenet uiuū idē quatenus est corpus, & non quatenus erat uiuū. Auctor aūt aliā formā genitā in Christi corpore tenet. s. formā caducaeris, per quā erat corpus, qa naturalis ordo habet, ut semper corruptio unius sit generatio alterius, imo prius natura intendit generatio, q̄ corruptio. Et ynā tantū in composito formā, iuxta peripateticam doctrinam bene peripectam nouimus.

Art. 1. quæst. 1. In corp. cont.

D. 40. 5. Iud. 8. mol. 2. 5.

In Dec. quæst. 20. Quidam autem hæretici a med.

L. 4. c. 5. fi. to. 3.

* Dam. lib. c. 28. in pri.

Li. 2. Topi. in fi. ii. ius to. 1.

ARTICVLVS V.

Vtrum fuerit idem numero corpus Christi uiuentis & mortui.

AD QVINTVM sic procedit. Vī ꝙ non fuerit idem numero corpus Christi uiuentis, & mortui. Christus. n. uere mortuus fuit, sicut & alii hoīes moriuntur: sed corpus cuiuscumq; alterius hominis, non est simpliciter idem numero mortuum & uiuum: quia differunt essentiali differentia. ergo neque corpus Christi, est simpliciter idem numero mortuum & uiuum.

¶ 2 Præt. Secundū Philo.* in 5. Metaphy. Quæcumq; sunt diuersa specie, sunt ēt diuersa numero: sed corpus Christi uiuum, & mortuum, fuit diuersum specie, quia nō dī oculus aut caro mortui nisi æquiuoce, ut pater p̄ Philosophum in 2. de Anima, & 7. Metaphysi.* ergo corpus Christi non fuit simpliciter idem numero uiuum & mortuum.

¶ 3 Præter. Mors est corruptio quædam: sed illud quod corrumpitur corruptione substantiali, postquam corruptum est, iam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi postquam mortuū fuit, non remansit idem numero, cum mors sit substantialis corruptio.

SED CONTRA, est, ꝙ Athanas.* dicit in Epistola ad Epictetum: Circunciso corpore, & potato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impassibile & incorporeum Dei uerbū, hoc erat in sepulchro positum: sed corpus Christi uiuū fuit circunciſum & in ligno affixum. Corpus aūt Christi mortuum fuit positum in sepulchro. ergo hoc idem corpus, quod fuit uiuum, fuit etiam mortuum.

RESPON. Dicendum, ꝙ hoc quod dico simpliciter, pōt accipi dupliciter. Vno modo, ſm ꝙ simpliciter idē est, quod absolute: sicut simpliciter dī quod nullo addito dī, ut Philos.* dicit. Et hoc modo corpus Christi mortuum & uiuum, simpliciter fuit idem numero: dī. n. aliquid esse idē numero simpliciter, quia est suppositō idem. Corpus autem Christi uiuum & mortuum, fuit suppositō idem: quia non habuit aliam hypostasim uiuum & mortuum, præter hypostasim uerbi Dei, ut supra dictum est. & hoc mō loquitur Athan. † in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est, quod omnino uel totaliter, & sic corpus Christi mortuum & uiuum non fuit simpliciter idem numero, quia non fuit totaliter idem, cum uita sit aliquid de essentia corporis uiuētis: est enim prædicatum essentiale, non accidentale: unde consequens est, ꝙ corpus, quod desinit esse uiuū, non totaliter idem remaneat: si aūt diceretur ꝙ corpus Christi mortuum totaliter idē remaneret, sequeretur ꝙ non esset corruptū, corruptione dico d mortis: quod est hæresis Gaianitarū, ut Isid.* dicit, & habetur in Decretis † 24. q. 3. Et Damas.* dicit in 3. lib. ꝙ corruptionis nomen duo significat, uno mō separationē aīæ a corpore, & alia huiusmodi: alio modo perfectam dissolutionē in elementa. ergo incorruptibile dicere corpus Dñi ſm Iulianum, & Gaianum, ſm primum corruptionis modum ante resurrectionē, est impium, quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec ſm ueritatem saluati essemus: secundo autē modo corpus Christi fuit incorruptum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corpus mortuū cuiuscumque alterius hominis, non remanet unitum alicui hypostasi permanēti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis, d non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi, ut dictum est. †

D. 40. 5.

In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia idem numero dī aliquid secundum suppositum, idem autem specie est idem secundum formam, ubicumq; suppositum subsistit in una sola natura, oportet ꝙ sublata unitate speciei, auferatur unitas numeralis: sed hypostasis uerbi Dei, subsistit in duabus naturis, & ideo quamuis in Christo nō remaneat corpus idē secundum speciem humanæ naturæ, remanet tñ idem numero secundum suppositum uerbū Dei.

AD TERTIVM dicendum, quòd corruptio & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur unitas, sed ratione naturæ, secundum quam inuenitur differentia mortis & uitæ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

¶ *Super Quæstionis quinquagesima Articulum sextum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Vī ꝙ mors Chri nihil ope-

Inf. qu. 56. ar. 2. co. ad 4. Ga. to.

TItulus ut sonat. ¶ In corpore una distinctio bimembris cū cōclusionibus tribus. Distinctio est d mor-

te

te, vel in fieri, uel in facto esse. Prima conclusio est: De morte Christi in fieri, idem est iudiciū quod de passione Christi. Declaratur, quia mors in fieri, fuit ipsa passio Christi: secunda cōclusio est. Mors Christi in facto esse non potuit operari salutem nostram per modum meriti, sed efficientiæ, prima pars in litera non probat: secunda probat: Per mortē deitas non est separata a carne, ergo quicquid circa carnē Christi ab aīa separatam contigit, fuit nobis salutem uirtute Deitatis unitæ: tertia conclusio est: Mors Christi operata est destructionem utriusq; nostræ mortis. s. animæ & corporis. Probat: Mors Christi fuit principium propriæ uitæ. ergo effectus eius, p̄prie est remotio nostrorū impedimētorū ad uitæ uitæ. ergo est remotio utriusq; mortis nræ. Prima consequēia probatur: qa cōsideratur, p̄prie alicuius cāe effectus secundū similitudinem causæ: secundū uero, qd utraq; mors cōtrariat uitæ nræ nræ salutis consummatę. Et confirmatur conclusio auctoritatibus.

¶ Aduerte hic, quòd mors in facto esse, se tenet ex parte corporis tm̄, dr aīa mortua, sed corpus dr, & est mortuū. Et qa corpus Christi mortuum erat inanimatū, & meritū principaliter cōsistit in actu animæ: io Auctor in litera p̄ conclusi, p̄p se noto relinquit primā partē secundæ cōclusionis. s. q̄ mors Christi in facto esse nō p̄fuit meritorie: erat. n. in corpore mortuo, in quo nullū erat principiū meriendi. Et quia erat in illo corpore mortuo principiū efficiēdi, deitas, ideo asserit q̄ efficere potuit. et eo nanq; q̄ deitas corpore Christi ut instrumēto utebatur, consecutū est, ut corpore illo affecto privatione uitæ usa est, ut organo ad causandam in nobis destructionē utriusq; mortis, unta illud: Qui mortem nostram moriendo destruxit.

rata sit ad nostram salutē. Mors enim est quædam priuatio: est enim priuatio vitę: sed priuatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem.

¶ 2 Præt. Passio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima a corpore, quæ est merendi principium. ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

¶ 3 Præt. Corporale non est causa spiritualis: sed mors Christi fuit corporalis. non ergo potuit esse causa spiritualis nostræ salutis.

Sed contra est, quod Aug.* dicit in 4. de Trinita. Vna mors nostri Saluatoris, scilicet corporalis, duabus mortibus nostris, id est animæ & corporis, saluti fuit.

Respon. Dicendum, q̄ de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum q̄ est in fieri: alio modo, secundum q̄ est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, qñ aliquis per aliquam passionē uel naturalem uel uiolentam tendit in mortem. Et hoc modo idē est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostræ secundum id, quod de passione supra dictū est.* Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundum q̄ iam facta est separatio corporis, & animæ, & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modum efficientiæ, inquantum scilicet, nec per mortem diuinitas separata fuit a Christi carne: & ideo quicquid contigit circa carnem Christi etiā anima separata, fuit nobis salutiferum uirtute diuinitatis unitæ. Consideratur aūt proprie alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ: unde quia mors est quædam priuatio uitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum, quæ contrariantur nostræ saluti, quæ quidem sunt mors aīæ, & mors corporis. & ideo per mortem Christi dr esse destructa in nobis & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum (secundum illud Romano. 4. Traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra) & mors corporis, quę consistit in separatione animæ, secundum illud primæ ad Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria.

Ad primvm ergo dicēdum, q̄ mors Christi est operata salutem nostram ex uirtute diuinitatis unitæ, & non ex sola ratione mortis.

Ad secvndvm dicendum, q̄ mors Christi secundum quòd consideratur in facto esse, etsi non est ad nostram salutem operata per modum meriti, est tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum est.*

Ad tertivm dicendum, quòd mors Christi fuit quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum diuinitatis sibi unitæ, operans in uirtute eius etiam mortuum.

QVAESTIO LI.

De sepultura Christi, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de sepultura Christi.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum conueniens fuerit Christum sepeliri.

¶ Secundò, De modo sepulturæ eius.

¶ Tertiò, Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.

¶ Quartò, De tempore quo iacuit in sepulchro.

Articvlvs I.

Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri.

Ad primvm sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psalm. 87. Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber: sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod uidetur esse contrarium liberati. ergo non uidetur fuisse conueniens, quòd corpus Christi sepeliretur.

¶ 2 Præt. Nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset saluti ferum nobis: sed in nullo uidetur ad salutem hominum pertinere, quòd Christus fuit sepultus. ergo non fuit conueniens Christum sepeliri.

¶ 3 Præt. Inconueniens esse vr, q̄ Deus qui est super cęlos excelsus, in terra sepeliretur: sed illud

¶ Sed occurrunt hic duo dubia. Primū est, an mors Christi in facto esse fuerit meritoria ex parte aiæ. Secūdū est, quomodo saluatur similitudo inter effectum & causā in tertia conclusione, quum potius uideatur oppositum.

¶ Ad primū dicitur, q̄ mors in facto esse sumi pōt dupliciter; primo, secundum se solam, alio modo, ut terminat fieri. Et mors quidem ut terminat fieri, cadit sub merito uno & eodē, sub quo cadit suum fieri: uno enim & eo dē actu martyr uult se occidi & occisum esse. Et sic pretiosa est in conspectu domini mors sanctorū eius, & sic mors Christi fuit meritoria: sed litera non loquitur sic de morte Christi: sed primo modo scilicet secundum se solam, prout est separata anima a corpore, & sic ex nulla parte inuenitur ratio meriti, quum nec actus elicitus, nec actus imperatus animæ sit mors in facto esse sumpta secundū se solam, quamuis ipsa vt terminat voluntarium mori, cadat sub actu imperato extendendo actum imperatum ad pati uoluntariū, & ió, ut dictū est, sit meritoria. In corp. art.

¶ Ad secundum dubium dicitur, q̄ non est hic quærenda omnimoda similitudo: quum nec etiam exigatur effectum assimilari causæ instrumentali: sed sufficit iuxta subiectam materiam intelligere effectum appropriatū mortis Christi (quæ cōsistit in priuatione uitæ propriæ propter uiuificandum nos) esse priuationem non uitæ, sed contrarium uitæ nostræ, ut per huiusmodi destructionem ad finem, scilicet ad uitam nostrā, nos perducat. Inf. q. 52. a 4. Et op. 3. cap. 241. & 242. Et op. 60. ca. 20. princ. Et 1. Corint. 15. li. 1. c. 3.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum 4.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore una cōclusio: Conueniens fuit Christum sepeliri. Probatur tripliciter. omnia sunt clara.

¶ *Super*

quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo, ratione vnionis. ergo inconueniens videtur, Christum fuisse sepultum.

SED CONTRA est, quod Dñs dicit Mat. 26. de muliere quæ eum inunxerat, Opus bonum operata est in me, & postea subdit: Mittens enim hoc vnguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

RESPON. Dicendum, ꝙ conueniens fuit Christum sepeliri. Primo quidem, ad comprobandum ueritatem mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de ueritate mortis cōstat: vnde & Marci. 15. legitur, quòd Pilatus antequam concederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum mortuum esse. Secundo, quia per hoc quòd Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgēdi ꝑ ipsum, his ꝙ sunt in sepulchro, secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. tertio, ad exemplum eorum, qui per mortem Christi, spiritualiter moriuntur peccatis, qui scilicet absconduntur a conturbatione hominum: vnde dicitur Colos. 3. Mortui estis, & vita uestra abscōdita est cum Chro in Deo: vnde & baptizati, qui per mortem Christi moriuntur peccatis, quasi consepeliuntur Christo, per immersionem, secundū illud Roma. 6. Consepulti sumus cum Christo, per baptismum in mortem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Christus sepultus se inter mortuos liberum fuisse fatetur, in hoc ꝙ per inclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiā & eius sepultura: unde Hieronym. dicit super Mar. Sepultura Christi resurgimus. Et Isaiæ 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo. * id est, gentes, quæ sine pietate erant, Deo patrique dabit: quia mortuus & sepultus eos acquisiuit.

Glo. or. ibi. habet.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut dicit in quodam sermone concilij Ephesini, nihil horum quę saluant homines, iniuriam Deo facit, quæ ostendunt eum non passibilem, sed clementem. Et in alio sermone eiusdem concilij legitur: Nihil putat iniuriam Deus, quod est occasio salutis hominibus: tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta possit esse iniurijs.

ARTICVLVS II.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum 2.

Vtrum conuenienti modo Christus fuerit sepultus.

TItulus Modi nomine uitur pro conditionibus obseruatis in sepeliendo corpus Christi.

¶ In corpore una conclusio: Modus sepulturæ Christi fuit conueniens quantū ad tria. Omnia sunt clara.

¶ In responsione ad vltimum, adde quòd excisio sepulchri in petra, immobile sepulchrum reddens, ad perpetuitatem testimonij de morte Christi apud terrigenas spectat. Nec solum testari illud uidemus mortē Christi, sed uirtutem, qua ipsum se, uictrum inter hostes, Dei gloriosum terna ur; fuit enim & est tot sæculis in manibus infidelium.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur non conueniē
ti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim eius respon
det morti ipsius: sed Christus fuit passus mortem abiectissimā, secundum illud Sapient. 2. Morte turpissima condemnemus eum. ergo inconueniens uidetur fuisse quòd Christo exhibita fuit honorabilis sepultura, inquantum a magnatibus fuit tumulatus, scilicet a Ioseph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio (vt habetur Mat. 15.) & a Nicodemo, qui erat princeps iudęorum, ut habetur Ioan. 3.

¶ 2 Præt. Circa Christum non debuit aliquid fieri, quod esset superfluitatis exemplum. Videtur autem superfluitatis fuisse, quòd ad sepeliendum Christum Nicodemus venit ferens mistu-
ram myrrhę, & aloes quasi libras centum (ut dicitur Ioan 19.) præsertim cum mulier præuenerit corpus eius ungere in sepulturam, ut dicitur Marci 14. non ergo fuit hoc conuenienter circa Christum factum.

¶ 3 Præt. Non est conueniens, ut aliquod factum sibi ipsi sit dissonum: sed sepultura Christi fuit simplex ex una parte: quia scilicet Ioseph inuoluit corpus eius in sindone munda (vt dicitur Mat. 27.) non autem auro aut gemmis, aut serico, ut Hieron.* ibidem dicit: ex alia uero parte uidetur fuisse ambitiosa, inquantum eum cum aromatibus sepelierūt. ergo uidetur non fuisse conueniens modus sepulturæ Christi.

* Su. hoc. bo. 4. li. 17. ca. 9.

¶ 4 Præt. Quæcumque scripta sunt, præcipuè de Chro, ad nostrā doctrinam scripta sunt, ut dī Ro. 15. sed quædam scribuntur in Euangeliis circa sepulchrum Christi, quæ in nullo uidentur ad nostram doctrinam pertinere: sicut quòd fuit sepultus in horto, quòd in monumento alieno, & nouo, & excisso in petra. Inconueniens ergo fuit modus sepulturæ Christi.

SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

RESPON. Dicendum, quòd modus sepulturæ Christi ostenditur esse conueniens quantum ad tria. Primo quidem, quantum ad confirmandam fidem mortis & resurrectionis ipsius: secundo, ad commendandam pietatem eorum, qui eum sepelierunt: unde Augustinus * dicit in 1. de Ciuitat. Dei: Laudabiliter commemorantur in euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum sepeliendumque curarunt: tertio, quantū ad mysterium, per quod informant illi qui Chro consepeliuntur in mortē.

1. ci. 13. et ca med. to.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa mortem Christi commendantur patientia, & constantia ipsius, qui mortē est passus, & tanto magis quāto mors fuit abiectior: sed in sepultura honorifica consideratur uirtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorifice sepelitur, & præfiguratur deuotio fidelium qui erant, Christo mortuo seruituri.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in hoc, quod Euangelista dicit, Quòd sepelierūt eum, sicut mos est iudæis sepelire (sicut August. * dicit super Ioan.) admonuit in huiusmodi officijs, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruādum. Erat autem istius gentis consuetudo, ut mortuorū corpora uarijs aromatibus condirentur, ut diutius seruarentur illæsa: unde & in tertio de doctrina Christiana dicitur, * ꝙ in omnibus talibus, non usus rerū, sed libido utentis in culpa est. Et postea subdit, † quòd in aliis personis plerumque flagitium est: in diuina uel prophetica persona, maxime cuius dam rei signum est. Myrrha enim, & aloes propter sui amaritudinē significant pœnitentiam, per quā aliquis in seipso Christum conseruat absque corruptione peccati: odor autem aromatum significat bonam famam.

Tract. 120. in euang. Ioā. med. to.

li. 3. ca. 12. circa prin. to. 3. Rod. hoc nunc dici

AD TERTIVM dicendū, ꝙ myrrha & aloes adhibebant corpori Christi, ut immune a corruptione seruaretur, quod uidebatur ad quandā necessitatem

tem pertinere. Vñ datur nobis exemplum, ꝙ licite possumus aliquibus pretiosis uti medicinaliter pro necessitate nostri corporis conseruandi, sed inuolucrio corporis pertinebat ad solam quādam decentiā honestatis, & in talibus, simplicibus debemus esse cōtenti. Per hoc tñ significabatur (vt Hier.* dicit) ꝙ ille in sindone mūda inuoluit Iesum, q mēte pura eū susceperit. Et hinc, vt Beda dicit sup Mar.† Ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificiū altaris non in serico, neq; in panno tincto, sed in lino terreno celebret: sicut corpus dñi est in sindone munda sepultum.

Ad quartvm dicendum, ꝙ Christus sepelitur in horto, ad significandum ꝙ per mortem & sepulturam ipsius, liberamur a morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradisi commissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Aug. dicit in quodam sermone) quia pro aliorum mortebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc ēt considerari potest paupertatis abundantia pro nobis susceptæ: nam qui domum in uita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens a Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (vt Hieron.* dicit) ne post resurrectionem, ceteris corporibus remanentibus, surrexisse alius fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Mariæ virginalem uterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, ꝙ per Christi sepulturam omnes innouamur morte & corruptione destructa. In monumento autem excisо in petra conditus est (vt Hiero. † dicit, ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis ablatus furto diceretur. Vnde & saxum magnum quod appositum fuit, ostendit ꝙ nō absq; auxilio plurimorum sepultura potuisset reserari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant, suffoderunt terram, & furati sunt eum, sicut Aug.* dicit. Significatur autem mystice per hoc, (vt Hila.† dicit) ꝙ per Apostolorum doctrinā in pectus duritiæ gentilis quodam doctrinæ opere excisum, Christus infertur, rudelac nouum, & nullo antea ingressu timori Dei peruium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur. & sicut Orige.* dicit, non fortuito scriptum est, ꝙ Ioseph inuoluit corpus Christi sindone munda, & posuit in monumēto nouo, & ꝙ aduoluit lapidem magnum, quia omnia quæ sunt circa corpus Iesu, munda sunt, & noua, & valde magna.

piunt, & ad putredinē disponuntur, quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. ergo videtur quòd similiter in corpore Christi acciderit.

¶ 3 Præt. Sicut dictū est, * Chr̄s sepeliri uoluit, ut daret hoībus spem resurgēdi ēt de sepulchris. ergo ēt incinerationem pati debuit, ut spem resurgendi incineratis post incinerationem, daret.

Sed contra est, quod in Ps. 15 dr̄, Non dabis sanctum tuum videre coruptionem: quod Damas.* exponit in 3. lib. de corruptione, quæ est per resolutionē in elementa.

Respon. Dicendum, quòd nō fuit cōueniens corpus Christi putrefieri, uel quocumq; modo incinerari: quia putrefactio cuiuscumq; corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in unū. Mors autem Christi (sicut supra dictū est)* non debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse voluntaria. & ideo non ex morbo, sed ex passione illata uoluit mori, cui se obtulit sponte. Et iō Christus, ne mors eius, naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercūq; putrefieri, aut qualitercumq; resolui: sed ad ostentionē uirtutis diuinæ uoluit corpus illud incorruptū permanere. vñ Chry.* dicit, ꝙ viuentibus aliis hoībus, his. s. qui egerunt strenue, arridēt propria gesta: his aūt pereuntibus, pereunt: sed in Christo est totum contrarium. nam ante crucem omnia sunt mesta & infirma: ut autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, ut nosces non purum hominem crucifixum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Christus, cum non esset subiectus peccato, neque morti erat obnoxius, neque incinerationi, uoluntarie tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supradictas.* Si autem corpus eius fuisset putrefactum uel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanæ: dum non crederetur in eo esse uirtus diuina. unde ex persona eius in Psal. 29. dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quasi dicat, Si corpus meum putrescat, perdetur effusi sanguinis vtilitas.

Ad secvndvm dicendum, quòd corpus Christi, quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum: sed uirtus diuina corpus Christi a putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit a morte.

Ad tertivm dicendum, quòd Christus de sepulcro

debuit esse ex infirmitate naturæ, sed uoluntaria: in cuius signum non morbo, sed passione uoluntarie susceptа mortuus est. Secundo, probatur, quia ad ostensionem diuinæ uirtutis uoluit corpus suum incorruptum permanere. Et ad hoc affertur auctoritas Chrysosto. Art. 1. huius quæst.

¶ Circa primam rationē dubium occurrit, quia impertinens ur. Nā siue in corpore Christi fuerit aliqua putrefactio, siue non, constabat ꝙ ex uiolenta passione, nō ex naturæ infirmitate mortuus erat, quia passus est in cruce iuuenis. Lib. 3. orth. fid. c. 28.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ putrefactio cadaueris attestatur infirmitati naturę presentis & preteritæ. Nam corpora ita compacta, ut naturalis complexio uigorosa sit & uiua & mortua, putrefactiuis resistunt magis aliis, & propterea si putrefactio cadaueris accidisset in Christi corpore, testimoniū infirmitatis naturæ in Christo monstraret; tamquam impotētis, prius amplius tenere corpus suum, & postea incorruptum, & cōsequenter ꝙ mors Christi accidisset, ēt si noluisset. Et sic impugnatur putrefactio, corporis mortui nō est impertinens: sed idoneum testimoniū uoluntariæ mortis. & putrefactio fuisset testis mortis, non uoluntariæ: sed necessariæ ex debilitate naturę. Ex supra dictis namq; patet, ꝙ Christus licet crucifixus, mortuus tñ est, quia uoluit: in cuius signum clamans expiauit. Q. præce. ar. 1. ad 2. In trac. qui dicitur, aduersus gentiles demonstratio, ꝙ Christus sit Deus. parū ante med. tom. 5.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum tertium.*

Articvlvs III.

Vtrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

Ad tertivm sic proceditur. Vī quòd corpus Christi, in sepulchro fuerit incineratum. Sicut. n. mors est pœna peccati primi parentis, ita etiam & incineratio: dictum est enim primo homini post peccatum, Puluis es, & in puluerem reuerteris, ut dicitur Gen. 3. Sed Christus mortem sustinuit, ut nos a morte liberaret. ergo etiam incinerari debuit corpus eius, ut nos ab incinerationе liberaret.

¶ 2 Præter. Corpus Christi fuit eiusdem naturæ cum corporibus nostris: sed corpora nostra statim post mortem resoluit inci-

Titulus. clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Non fuit conueniens, corpus Christi putrefieri aut incinerari. Probatur dupliciter. Primo, putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis non potēs corpus amplius in unū continere. ergo Christus, ne mors eius infirmitati naturæ ascriberet, noluit corpus suum resolui: Antecedēs patet. Cō sequentia probatur, quia mors Christi nō

In corp. art & q. 50. ar. 1.

pulcro resurrexit virtute diuina, quæ nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc, quòd a sepulcro surrexit, sufficiens argumentum fuit, quòd homines erant resuscitandi virtute diuina non solum de sepulchris, sed etiam de quibuscumq; cineribus.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ primæ Articulum tertium.*

IN corpore una cõclusio: Conueniens fuit quòd Christus duabus noctibus & una die esset in sepulchro. Probatur: tempus, quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius repræsentat: sed effectus est duplex, nostra mors tenebrosa destructa, & ipsa mortis eius lux est causa. ergo conuenienter una die & duabus noctibus mansit in sepulcro. Omnia clara sunt.

Inf. quæ. 52. art. 4. cor. & qu. 53. ar. 2. cor. & opus. 3. ca. 243. & opu. 60. c. 20. Et 1. cor. 15. l. 1.

Hom. 21. in euange. declinando ad fin.

¶ In responsione ad primum, aduerte q; auctoritas Ecclesiæ indubie credentis Christum surrexisse prima sabbathi in mane uel circa, & inde diem resurrectionis die Dñicum nominauit, elidit omnes nouitates præsumentium hoc in dubium reuocare, & exponere Euangelistas suo sensu. Et propterea tales non audiendi, sed uitandi sunt a piis Ecclesiæ auribus.

¶ In eadem rñsione aduerte nouitie, q; quilibet trium naturaliũ dierum mortis Christi, numeratur, accipiendo noctem pro prima parte eius: sexta feria, n. incipit a nocte terminante diem Iouis. & similiter sabbathum incipit a nocte terminante feriam sextam, & similiter Dñica incipit a nocte in qua Chr̃s surrexit. Dies vero creationis mundi numerantur, incipiendo a die ut a prima parte, ita q; mane incipit dies, & durat usque ad aliud mane exclusiue: secunda siquidem pars eius est nox. Et hoc notatur, quum dr factum est vespere & mane dies unus: a termino, n. lucis diurnæ dixit, Et factum est uespere: & a termino nocturnarum tenebrarum subiunxit, & mane: ita q; ipse ordo numerandi manifestat

l. 4. ca. 5. post med. to. 4.

ar. 6. q. præc.

1 ca. 13. to. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit in sepulcro solum una die, & duabus noctibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ q; Christus non fuerit in sepulcro solum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipse Matth. 12. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: sed in corde terræ fuit in sepulchro existens. non igitur fuit in sepulcro solum una die & duabus noctibus.

¶ 2 Præt. Greg. * dicit in Hom. Paschali, q; sicut Samson abstulit media nocte portas Gazæ, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit: sed postquam resurrexit, non fuit in sepulcro. ergo non fuit in sepulcro duabus noctibus integris.

¶ 3 Præter. Per mortem Christi lux prævaluit tenebris: sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. ergo conuenientius fuit, quòd corpus Christi fuerit in sepulchro duobus diebus & una nocte, quàm econuerso.

SED CONTRA est, quòd sicut Augustinus * dicit in 4. de Trin. a uespere sepulturæ usq; ad diluculum resurrectionis triginta sex horæ sunt, id est nox tota cum die tota & nocte tota.

RESPON. Dicendum, quòd ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mãsit, effectum mortis eius repræsentat. Dictum est autem supra, * quòd per mortem Christi liberati sumus a duplici morte, scilicet a morte animæ & a morte corporis, & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit: mors autem eius, quia non fuit ex peccato proueniens, sed ex charitate susceptа, non habuit rationem noctis, sed diei, & ideo significatur per diem integrum, quo Christus fuit in sepulchro. & sic conueniens fuit, quòd Christus una die & duabus noctibus esset in sepulchro.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit in lib. de consensu euangelistarum, quidam modum loquutionis scripturę nescientes, noctem voluerunt annumerare tres illas horas a sexta vsque ad nonam, quibus sol obscuratus est, & diẽ, tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, id est a nona vsque ad Occasum: sequitur. n. nox futuri sabbathi, qua cum suo die computata erunt iã duæ noctes & duo dies. Post sabbathum autem sequitur nox primi sabbathi, id est illucescentis diei dominici, in qua tunc Dominus resurrexit, & ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & trium noctium. Restat ergo, ut hoc inueniatur, illo scripturarum vsitato loquendi modo, quo a parte totum intelligitur, ita scilicet quòd unam noctem, & unam diem accipiamus pro uno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus & sepultus: secũdus autem dies est integer cum 24. horis nocturnis & diurnis, nox autem sequens pertinet ad tertiũ diem: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, a luce in noctem, ita isti propter hominis reparationẽ, a tenebris computantur in lucem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Augustinus * dicit in 4. de Trinitat. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis: vnde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quòd cum adhuc essent tenebræ, uenerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor. * dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes æquales, sed infra ipsam noctem: illud enim diluculum, & pars noctis pars dici dici potest propter conuenientiam, quam cum utroque habet.

l. 4. c. 5. to.

Homil. 21. euange. a remoto al

AD TERTIVM dicendum, quòd intantum lux in morte Christi prævaluit (quæ significatur per unam diem) quòd tenebras duarum noctium, id est duplicis mortis nostræ remouit, ut dictum est.

In corp. a

QVAESTIO LII.

De descensu Christi ad inferos, in octo articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum primũ.*

DEINDE considerandũ est de descensu Christi ad inferos.

ET Circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

¶ Secundò, in quem infernum descenderit.

¶ Tertiò, Vtrum totus fuerit in inferno.

¶ Quartò, Vtrum aliquam moram ibi traxerit.

TItulus clarus:

¶ In corpore, una conclusio: Cõueniens fuit Christũ ad inferos descẽdere. Probatur tripliciter, Prima rõ cõpletur ex rñsione ad primũ. Secunda rõ, completur ex rñsione ad 2m, Rñsio ad tertiũ de motu Angelorum satis in Comment. 1. partis tractata est.

¶ *Super*

¶ Quintò, Vtrum sanctos Patres ab inferno liberauerit.
¶ Sextò, Vtrum damnatos ab inferno liberauerit.
¶ Septimò, Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos.
¶ Octauò, Vtrum liberauerit hoïes de purgatorio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens, Christum ad infernum descendere.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ q̃ non fuerit cõueniens Christum ad infernum descendere. Dicit.n. Aug.* in Epistol. ad Euodium, Nec ipsos quidem inferos uspiam scripturarum in bono appellatos potui reperire: sed anima Christi non descendit ad aliquod malum: quia nec animæ iustorum ad aliquod malum descendunt. ergo videt̃ q̃ non fuerit conueniens, Christum ad inferos descendere.

¶ 2 Præt. Descendere ad inferos non potest Christo conuenire ſm̃ diuinam naturam (quæ est oĩno immobilis) sed solum conuenire potest ei, ſm̃ naturam assumptam. Ea uero, quæ Christus fecit uel passus est in natura assumpta, ordinantur ad humanam salutem, ad quam non uidetur necessarium fuisse, q̃ Christus descenderit ad inferos: quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberauit a culpa & pœna, ut supra dictum est.* non igitur fuit conueniens, q̃ Christus ad infernum descenderet.

¶ 3 Præt. Per mortem Christi separata est aĩa a corpore eius, quod quidem in sepulcro positum fuit, vt supra habitum est.* Non autem vr̃, q̃ secundum animam solam ad infernum descenderit: quia aĩa, cum sit incorporea, non uidetur q̃ localiter possit moueri: hoc enim est corporum, ut probatur in sexto Phys.* descensus autem motum corporalem importat. non ergo fuit conueniens, q̃ Christus ad infernum descenderet.

SED CONTRA est, quòd dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos. Et Apostolus dicit Eph. 4. Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primũ ad inferiores partes terræ? gloss. id est ad inferos.

RESPON. Dicendum, q̃ conueniens fuit, Christum ad infernũ descendere. Primo quidem, quia ipse uenerat pœnam nostram portare, ut nos a pœna eriperet, secundum illud Isa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurrerat non solum mortem corporis, sed etiam descẽsum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniens, [d] eum mori, ut nos liberaret a morte, ita conueniens fuit eum descendere ad inferos, ut nos a descensu ad inferos liberaret: vnde dicitur Osee. 13. Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Secundo, quia cõueniens erat, ut uicto diabolo per passionem, uinctos eius eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zacch. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti uinctos tuos de lacu. Et Col. 2. dicitur, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter. Tertio, ut sicut potestatem suam ostendit, in terra uiuendo & moriendo, ita etiam potestatem suã ostenderet in inferno, ipsum uisitando & illuminando: unde dicitur in Psal. 23. Attollite portas principes uestras, glo. id est principes inferni auferte potestatem uestram, qua usque nunc homines in inferno detinebatis, & sic in nomine Iesu omne genu flectatur, non solum cælestium, sed etiam infernorum, ut dicitur Phil. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nomen inferiorum sonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ: unde decuit Christum in infernum descendere, non tamquam ipse esset debitor pœnæ, sed ut eos qui erant pœnæ obnoxij, liberaret.

AD SECVNDVM dicendum, quòd passio Christi fuit quasi quædam causa uniuersalis humanæ salutis, tam uiuorum quàm mortuorum. Causa autem uniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale: unde sicut virtus passionis Christi applicatur uiuentibus per sacramenta configurantia [d] nos passioni Christi, ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quòd signanter dicitur Zach. 9. quòd eduxit uinctos in lacu de sanguine testamenti sui, id est per uirtutem passionis suæ. D. 982.

AD TERTIVM dicendum, quòd anima Christi non descendit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouentur, sed eo genere motus, quo Angeli mouentur, sicut in prima parte habitum est.* 1. p. q. 53.

ARTICVLVS II.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum secundum.*

Vtrum Christus descenderit ad infernum damnatorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃, q̃ Christus descẽderit etiam ad infernum damnatorum: dicitur enim ex ore diuinæ Sapient. Eccles. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ: sed inter partes inferiores terræ computatur etiam infernus damnatorum secundum illud Psal. 62. Introibunt in inferiora terræ. ergo Christus, qui est Dei sapientia, etiam usque ad infernum damnatorum descẽdit.

¶ 2 Præter. Act. 2. dicit Petrus, quòd Christum suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo: sed dolores non sunt in inferno patrum, neque etiam in inferno puerorum, qui non puniuntur pœna sensus propter peccatum actuale, sed solum pœna damni propter peccatum originale. ergo Christus descendit in infernum damnatorum, uel etiam in purgatorium, ubi homines puniuntur pœna sensus pro peccatis actualibus.

¶ Præter. 1. Petr. 3. dicitur quòd Christus his qui in carcere conclusi erant, spiritu ueniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando: quod, sicut Athanas.* dicit in Epistola ad Epictetũ, intelligitur de descẽsu Chri ad inferos: dicit enim q̃ corpus Christi fuit in sepulcro positum, quãdo ipse perrexit prædicare his, qui in custodia erant, spiritibus; sicut dixit Petrus. Constat autem quòd increduli erant in inferno detenti. Titulus plus quærit, q̃ exprimat: quærit enim in quem locum inferni descendit, ut patet in diuisione articulorum, explicat autem specialiter de inferno damnatorum, tamquam de magis difficili. 3. d. 22. qu. 2. art. 1. q. 2. Et opu. 60. c. 21. circa med.

¶ In corpore distinctionem membrẽ facit de esse alicubi dupliciter: uel secundum effectum, uel secundum substãtiam, & iuxta singula membra singulis conclusionibus respondet quæsito. Prima conclusio: Christus secundum effectum descendit in quemlibet infernorum locum, & declaratur in tribus. Occurrit autem statim hic dubium: quia non est sufficienter probata conclusio ex tribus locis inferni. Nam datur quartus locus scilicet limbus puerorum, qui sine aliquo fidei signo decesserũt. si ergo Christus descendit secundum effectũ in quẽlibet, oportet & q̃ in limbum puerorũ aliquem effectum habuerit, & quòd Auctor defecerit, relinquendo hunc quartum locum. Circa med. illius.

¶ Ad hoc dr̃, q̃ quia sub ordine damnatorum comprehendit tota

tota pars sinistra Christi iudicis: ideo etiam Auctor sub inferno damnatorum comprehendit etiam infernum puerorum: vnusquisque effectus sit communis omnibus, quamuis diuersimode. Confutati enim sunt omnes de malitia, & incredulitate: sed infantes de sola malitia originalis peccati, & incredulitate: quia nec propria nec parentum fide, increduli tatem euaserunt. Secunda conclusio est: Anima Christi descendit secundum substantiam ad solũ infernum patrum.

est epist. 99. inter prime. to. 2.

Manifestatur dupliciter. Primo, ex conuenientia cum effectu ibi, ut Dilicet visitaret loco secundum animam, quos visitabat interius latiando deitate. Secundo, ex similitudine ad passionem, vt sicut in una parte terræ, & cetera.

¶ Occurrit hic vnũ dubium: quia effectus Christi patientis omnes sunt effectus non solius deitatis, sed humanitatis Christi: & similiter effectus Christi descendentis ad inferos, debent esse nõ solius deitatis. In litera autem ponitur effectus unus infusio luminis æternæ gloriæ: constat, n. Deum immediate infundere lumen gloriæ animabus. ergo.

In serm. 2. de resurrec. q. est in or. 137. paulo a princ. to. 10.

¶ Ad hoc dicitur, quòd etiam ipsum lumen gloriæ consequimur ex uirtute passionis Chri, quæ ex hoc ipso & nobis & illis apperuit cælum, quòd utrisque impedimenta illius luminis abstulit. Et quia, ut præcedentis art. responsione ad secundum dicitur, uirtus passionis Christi applicata est ad sanctos, mediante descensu Christi ad inferos, sicut ad nos medijs sacramentis, ideo ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patribus operatus est descensus animæ Christi, applicando ad eos uirtutem suæ mortis, hoc est exequendo substantiali præsentia ablationem pœnæ, qua priuabantur lumine gloriæ, & sic deitas immediate eos beauit: quibus tamen animam Christi instrumentaliter ipsum gloriæ lumen contulisse, non est impossibile. Ad beatitudinem enim sufficit, quòd deitas immediate beet obiectiue. nam cum hoc stat quòd effectiue mediate beat, & causando mediante Christi anima instrumentaliter lumen gloriæ, & mediante ipso lumine, ac anima beati, actum beatitudinis.

¶ In eodem 2. artic. dubium occurrit propter Duran. in 3. Sent. dist. 22. q. 1. art. 3. an descensus Christi ad inferos, fuerit secundum substantiam animæ, vel solummodo secundum effectum. Durandus enim cuius studium fuit contradicere diuo Thomæ, cum cogeretur concedere Christi ad infernos descensum secundum animam, & nollet communi concordare doctrinæ, tradenti ipsam Christi animam fuisse præsentem in inferno, finxit modum quendam, quo sola voce affirmaret Christi animam descẽdisse ad infernum, scilicet non per substantiæ animæ præsentiã deffinitiuam, sed solummodo per effectum. Probatque primo partem negatiuam sic. Anima Christi non descendit ad inferos eo motus genere, quo angelus mouetur de loco ad locum. ergo, &c. Assumptum probatur: quia angelum moueri de loco ad locum, est successiue operari in diuersis locis: hoc autem non potest conuenire animæ separatæ, quia anima separata in nullo corpore seu loco potest operari, quia determinata est ex natura animæ ad non operandum in loco, nisi mediante proprio corpore, quo caret cum separata est. Deinde probat partem affirmatiuam tripliciter. Primo, quia motus animæ separatæ est, non per motum subiectiue in ipsa anima, sed per effectum: quod probatur, quia hoc modo mouetur angelus. Secundo, quia in instanti

F

ferno damnatorum. ergo Christus ad infernum damnatorum descendit.

¶ 4 Præt. Augst.* dicit in epist. ad Euod. Si in illum Abrahæ sinum, Christum mortuum venisse sacra scriptura dixisset, non nominato inferno ciusque doloribus, miror, si quisquam ad inferos cum descendisse asserere auderet. sed quia euidentia testimonia & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur uenisse Saluator, nisi ut ab eisdem doloribus saluos faceret: sed locus dolorũ est infernus damnatorum. ergo Christus in infernum damnatorum descendit.

G

¶ 5 Præt. Sicut Augst.* dicit in quodam sermone de resurrectione, Christus ad infernum descendens, omnes sanctos, qui originali peccato astricti tenebantur, absolnit: sed inter illos erat etiam Iob, qui de seipso dicit, Iob. 17. In profundissimum infernum descendit omnia mea. ergo Christus etiam vsque ad profundissimum infernum descendit.

H

SED CONTRA est, quod de inferno damnatorum dicitur, Iob 10. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nulla autem est conuentio lucis ad tenebras, ut dicitur 2. ad Corin. 6. ergo Christus qui est lux, ad illum infernum damnatorum non descendit.

I

RESPON. dicendũ, ꝙ dupliciter dr esse aliqd alicubi. Vno mõ per suum effectũ, & hoc modo Chs in quemlibet infernorum descendit, aliter tñ & aliter. Nam in infernũ dãnatorũ habuit hũc effectum, ꝙ descendens ad inferos, eos de sua incredulitate & malitia confutauit: illis uero, qui detinebãtur in purgatorio, spem gloriæ consequendæ dedit. Sanctis autem patribus, qui pro solo peccato originali detinebant in in inferno, lumen ɇternæ gloriæ infudit. Alio mõ, dr aliquid esse alicubi per suam essentiã, & hoc modo aia Christi descendit solum ad locũ inferni, in quo iusti detinebantur, ut quos ipse per gratiam interius uisitabat secundum diuinitatem, eos etiã secundum animã uisitaret & loco. Sic autem in una parte inferni existit per se subsistens sine corpore, & habet esse in loco non circũscriptiue, sed definitiue sicut angelus, iõ sicut in cõi loquendo angelum dicimus esse in loco, pro quanto non solũ effectus eius, sed substantia eius est in loco, hoc est ita ibi, ꝙ non alibi, ita aiam iparatã in loco aliquo esse dicimus nõ rõne solius effectus, sed quia ipsa eius substantia est ita ibi, ꝙ non alibi. Vñ ad propositũ deueniendo, aia Christi in triduo mortis fuit in inferno non ratione solius effectus, sed rõne definitiuę præsentiæ substantiæ suæ ad locum inferni, ita ꝙ esse in loco inferni, erat nonnulla pœnalitas, quam aia Christi pro nostra salute sustinebat, quã pœnalitatem humanæ naturæ pp originale peccatum Petrus Apost. Act. 2. dolores inferni appellauit, dũ dicit de Christo, quẽ Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Hæc de primo.

¶ Quo ad 2m, ex Symbolo Apostolorũ clare hr, ꝙ Chs descẽdit ad inferos & ex contextu ipsius Symboli clare patet, ꝙ de reali præsentia ipsius Christi, & non effectus eius intelligit, qm per modũ historiæ interponitur antecedentibus, & consequentibus, & non aliter intellectis, q̃ de simili reali præsentia, ut patet cum præponitur, Crucifixus, mortuus & sepultus, & cum subiungitur. Surrexit a mortuis, ascendit in cælos: cum. n. de reliquis nulla sit quæstio, nec de hoc intermedio debet esse quæstio, quin de reali præsentia substantiæ Christi intelligatur.

K

¶ Accedit ad hæc, sacri expositio cõcilii generalis sub Inno. III. extra de sum. Trin. & fi. c. firmiter credimus, ubi dr de Christo, Descendit ad inferos, resurrexit a mortuis, & ascendit in cælum, sed descendit in aia, & resurrexit in carne, ascenditq; pariter in vtroq;. Vbi clare ponitur descensus in aia, & nõ dixit, in effectu aiæ. Et rursus, sicut uere caro, quæ cecidit, ita uita, resurrexit in seipsa, & nõ in effectu, ita descendit uere in aia, & nõ in effectu. Et iterũ, sicut cũ dr, ꝙ ascendit pariter in utroq;. I. aia & carne, de ipsis & nõ de eorũ effectibus intelligitur. ita cũ dr, descẽdit, in aia de ipsa aia & nõ de eius effectu intelligendũ est. Et si per hæc uerba non significatur descensus Christi in aia secũdũ ipsã substãtiã aiæ, dic at quæso isti opinãtes, quibus uerbis uti debuerunt patres in concilio, ad significãdũ ipsius aiæ in seipsa descẽsum ad inferos? iõ, n. appositerunt ad articulũ fidei exponẽdũ, ꝙ descen-

mortis Christi, patres in limbo fuerunt beati, descensus autem animæ Christi non fuisset in instanti mortis consumatus, si secundum locum fuisset. Tertio, quia sic Christus fuit in inferno cum patribus, sicut etiam fuit eodem die in paradiso cum Latrone: sed esse in paradiso cum Latrone, non significat locum aliquẽ acquisitũ aiæ Christi. ergo nec esse in inferno significat locũ aiæ Christi. Et si dicatur distinguendo de paradiso spirituali vel corporali, ita quoque distinguam de inferno, & dicam Christum descendisse ad infernũ spũale, cum beatificauit patres ratione termini a quo. s. carentiæ diuinæ visionis, & fuisse cum eisdem in paradiso spirituali rõne termini ad quem. s. fruitionis beatæ. Et subdit Duran. quòd licet hoc sit probabiliter dictum, & satis videatur saluare articulũ fidei & dictum scripturæ, non tñ est pertinaciter asserendum, nec nos negamus alium modũ esse forsitan uiuorem: fatemur tñ nos ignorare illũ: quæ vr apposuisse, timẽs erroneã esse positionem dictam. Ad huius euidentiam tria agenda sunt. primo, narrabiq; uetitas: secũdo, vnde sciur: tertio, respondebitur obiectis.

¶ Quo ad primũ, qa aia separata habet modũ essendi simile angelis, pro quanto

descendit in animam, ne liceret putari, quod descendit Christus nō personaliter in naturæ humanæ anima, quam habebat, sed solum secundum effectum.

¶ Vigor quoque auctoritas Psal. 15. iuxta expōnem Petri apostoli Act. secundo ubi Christus dicit, Non derelinques animam meā in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Ad literam enim nomen loci seu pœnæ oportet esse infernū, tum quoniam expresse dicitur, quod in eo non est derelicta anima Christi, sicut nec caro corrupta est in sepulcro, tum quoniam ibidem huic ei dē inferno attribuit Petrus apostolus nō solum dolores, sed quod non poterat violentare Christum cum dicit. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo scilicet inferno.

Hæc enim duo, scilicet quod Christus non poterat detineri ab inferno, & quod Christus secundum animam non est derelictus in inferno, manifeste conuincunt animam Christi, & non solum eius effectum fuisse in inferno.

In solo de ratio non derelictionis in inferno, inter alia diuina beneficia Christo collata, dum dicitur.

Et ipsa commemoratio non derelictionis in inferno, inter

Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctū tuum uidere corruptionem, manifeste monstrat penalitatē aliquam in Christi anima ex hoc, quod erat in inferno, à qua liberanda Propheta prædixerat.

Dam.

Et si hæc omnia ad solum effectum in inferno productum ab anima Christi applicentur, videbis quantum aberrauerit positio Durandi:

¶ Taceo, quòd fatemur Christum triduo in inferno fuisse, & iuxta ecclesiæ uocem in benedictione cerei, ab inferis ascendisse, & solam illam noctem nouisse tempus & horas, in qua Christus ab inferis resurrexit: hęc enim non possunt de spirituali inferno intelligi, quoniam spiritualis infernus abiectus est in principio effectus, quem anima Christi fecit in animabus patrum, nam statim abiecta est carentia diuinæ uisionis.

Ac per hoc dato, quod possit colorari descensus ad infernum per effectum, quia in principio attigit infernum spiritualem in partibus, qui est carentia diuinæ uisionis, ut terminum a quo, non potest tamen colorari, quod triduo fuerit in inferno spirituali, nec quod cum resurrexit, ascendit ab inferis.

¶ Præterea, quòd spectando ad effectum mortis Christi mediante anima, non posset solum dici, quod Christus descendit in inferos, sed etiam quod ascendit in cœlum, & quod ad multa alia loca iuerit, in quibus triduo illo meritum animæ Christi effectum habuit: nam ad cœlum spirituale iuit, beatificando latronem & alios, ad Hierusalem iuit, contritionem, & spem discipulis dando, & sic de aliis quæ possunt fingi. Ex quibus & communi ecclesiæ ac doctorum sensu dicta positio non pro opinione, sed pro errore habenda est. Hæc de secundo.

¶ Quòd ad tertium respondendo obiectis dicitur ad primum, quòd licet in communi loquendo de animabus separatis, non possit separata anima operari operatione, quæ est uere motus in corpore seu loco aliquo, ad specialem tamen ordinem diuinę prædestinationis & prouidentiæ pertinentis ad id genus descendendo, possunt animæ separatæ agere, & pati in corporibus, & locis secundum idem genus motus, quo moueri dicuntur angeli. Et ad specialissima descendendo, cum anima Christi fuerit a principio suæ creationis super omnes angelos, & potuerit in omnes mutationes tam naturales quam miraculosas (ut superius patuit) vane obiicitur impotentia animarum separatarum respectu alieni corporis, cum de anima Christi est sermo.

Li. 3. orth. fid. c. 29.

¶ Ad primum autem secundo loco adductum, dicitur quod motum angeli esse per effectum, & non per motum in ipso existentem: potest dupliciter intelligi. Primo, quod solus effectus migret, aut quasi migret de loco ad locum: & iuxta hunc sensum procedit argumentum, sed falsum assumit, quoniam non solus effectus, sed etiam angelus ipse migrat de loco ad locum. Alio modo intelligitur, quod in angelo non est subiectiue motus localis, de quo in physicis tractatur: sed ratione effectus, id est uirtualis contactus mouetur, &c. uerum dicitur: sed non infert, ergo per solum effectum est in loco, nisi tamquam ratione essendi in loco. ita quòd sicut corpus ratione quantitatis est in loco circumscriptiue, & tamen ipsum corpus circumscribitur loco, ita angelus seu anima ratione contactus uirtualis est in loco definitiue, & tamen ipsa substantia animæ seu angeli definitur loco, ita quòd est ibi, & non alibi. Et sic anima Christi licet ratione contactus uirtualis fuerit in loco inferni, ipsa tamen substantia eius ita erat ibi, id est in loco inferni, ubi erant & animæ sanctorum patrum, quòd non alibi.

Epi. 99. a me illius, to. 2.

¶ Ad secundum dicitur, falsum esse, quod in instanti mortis Christi non potuerit anima Christi esse in limbo patrum præsentialiter: quoniam non inconuenit, quòd in toto tempore præcedenti instans mortis (quod est primum non esse humanitatis compositæ ex anima & corpore) animam Christi fuisse in corpore, & in illo instanti fuisse in inferno; ita quod terminus a quo, scilicet esse in corpore seu recessus a corpore, non mensuratur instanti; sed tempore immediate præcedenti, & accessus ad terminum ad quem mensuratur instanti; quia in eo idem est fieri & factum esse. Et de his diffuse dictum est in primo libro, cum de motu angelorum tractaretur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd similitudo de paradiso & in-

ferno, nihil ualet in proposito, quoniam constat paradisum metaphorice sumi, cum dictum est, Hodie mecum eris in paradiso. nam paradisus proprie significat hortum, seu delitias: quorum neutrum potest ibi proprie intelligi, sed tantum metaphorice. Infernus autem proprie sumitur secundum consuetudinē scripturæ, iuxta illud Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum: & ad Eph. 4. Descendit primum ad inferiores partes terræ: glossa, ad inferos. Hæc de tertio.

li. 13. Mor. c. 22. a med.

siderari: uno modo, secundum quietem, quæ ibi erat a pœna sensibili, & quantum ad hoc non cōpetit ei nec nomen inferni, nec sunt ibi aliqui dolores. Alio modo potest considerari, quantum ad priuationem gloriæ speratæ, & secundum hoc habet rationē inferni, & doloris: & ideo nunc dicitur sinus Abrahæ illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nūc in sinu Abrahę esse dolores.

F

Ad quintum dicēdum, quòd sicut Greg.* ibidem dicit, ipsa superiora loca inferni profundissimum infernum uocat. Si enim quantum ad celsitudinem cæli, aer iste caliginosus infernus est, quantum ad eiusdem aeris altitudinem, terra quę inferius iacet, & infernus intelligi, & profundum potest. Quantum uerò ad eiusdem terræ altitudinē, & loca illa inferni, quæ superiora sunt aliis receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione significantur.

G

¶ *Super quæst. quinquagesimæ se cunda articulum tertium.*

Articvlvs III.

Vtrum Christus fuerit totus in inferno.

H

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd Christus nō fuerit totus in īferno. Corpus. n. Christi est pars eius; sed corpus Christi non fuit in inferno. ergo totus Christus nō fuit in īferno.

¶ 2 Præt. Nihil cuius partes ab inuicem separatæ sunt, potest dici totum: sed corpus & anima, quæ sunt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicē separata post mortem, ut supra dictum est.* Descendit autem ad infernum mortuus existens. non ergo potuit esse totus in inferno.

I

¶ 3 Præt. Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illū: sed aliquid Christi erat extra infernum: quia & corpus erat in sepulcro, & diuinitas ubique. ergo Christus non fuit totus in inferno.

Sed contra est, quod Augustinus.* dicit in lib. de symbolo: totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra, totꝰ in utero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quo latronem introduxit.

K

Respon. Dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in prima * parte dicta sunt, masculinum genus refertur ad hypostasim uel personam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi, licet anima fuerit separata a corpore, neutrum tamen fuit separatum a persona filii Dei, ut supra dictum est. * & ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quòd totus Christus fuit in sepulcro: quia tota persona fuit ibi per corpus sibi unitum, & similiter totus fuit in inferno, quia tota persona Christi fuit ibi ratione animæ sibi unitæ. totus etiā Christus tūc erat ubique, ratione diuinę naturæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd corpus quod tunc erat in sepulcro, non est pars personæ in create: sed naturæ assumptæ; & ideo per hoc quod corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Christus fuerit: sed ostenditur, quod nō fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturā.

Ad secvndvm Dicendum, quòd ex anima & corpore unitis, constituitur totalitas humanæ naturæ, non autem totalitas diuinę personę: & ideo soluta unione animæ & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remansit humana natura in sua totalitate.

Ad tertivm Dicendum, quòd persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter: quia nullo loco circumscribitur: sed nec omnia loca simul accepta, eius immensitatem comprehēdere possūt, quinimmo ipse sua immensitate omnia comprehēdit. Hoc autem locum habet in his, quę corporaliter & circumscriptiue sunt in loco, quòd si totum sit alicubi, nihil eius sit extra: sed hoc in Deo locum non habet. unde Aug.* dicit in sermone de symbolo, non per diuersa tempora uel loca dicimus ubique Christum esse totum, ut modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed ut semper ubique sit totus.

lib. 3. c. 7. mēs. to. 9.

Articvlvs IIII.

Vtrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

Ad quartvm sic proceditur. Videtur, quòd Christus nullam moram traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernum descendit, ut ex eo homines liberaret. sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei, subito honestare pauperem, ut dicitur Eccl. 11. ergo uidet, quòd nullam moram in inferno traxerit.

¶ 2 Præt. Augustinus * dicit in sermone de resurrectione quòd sine aliqua mora, ad imperium domini ac saluatoris, omnes ferrei confracti sunt uectes: unde ex persona angelorum concomitātium Christum dicitur, Tollite portas principes uestras. Ad hoc autem Christus illuc descendit, ut uectes inferni confringeret. ergo Christus in inferno nullā moram traxit.

¶ 3 Præt. Luc. 23. dicitur, quòd dominus in cruce pendens dixit latroni, odie mecum eris in paradiso. Ex quo patet, quod eodē die Christus fuit in paradiso, non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulcro. ergo secundum animam quæ ad infernum descenderat: & ita uidetur, quod non traxerit moram in inferno.

¶ *Super quæst. quinquagesimæ secunda Articulum quartum.*

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio. Credendum est animam Christi fuisse in inferno quādiu corpus eius fuit in sepulcro. Probatur ex proportionali similitudine, quia utrumque effecit, scilicet descensum ad inferos & positionē corporis in sepulcro, ut nostras in se pœnas susciperet: ex hoc enim conuenientissime sequitur, ut ambę simul terminentur pœnę.

3. di. 22. ar. 1. q. 3. & opu. 60. c. 2. 1. ca fin.

In ser. 2. de re surr. q. est in or. 137. d temp. a me illius to. 10.

¶ Aduerte hic, quòd pœnalitates Christi usque ad resurrectionem eius durauerūt, ut manifeste patet de pœna separationis animæ a corpore: hāc enim cōstat sustinuisse Christum usque ad resurrectionem suam. Vnde conuenientissime Auctor ex durationē pœnalitatis, quam in corpore susceperit sepulcro, arguit æqualem durationem pœnalitatis susceptæ in anima ex utilitate loci inferni.

3. dist. art. 2. opus.

¶ Cum autem audis pœnalitates Christi

¶

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SED CONTRA est, quod Petrus A dicit Act. 2. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. ergo uidetur, quod usque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut Christus, vt nostras pœnas in se susciperet, uoluit corpus suum in sepulcro poni, ita etiã uoluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem eius mansit in sepulcro per diem integrum, & duas noctes, ad comprobandum ueritatem mortis suæ. Vnde etiam tantundem credendum est, animam eius fuisse in inferno vt simul anima eius educeretur de inferno, & corpus de sepulcro. B

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus statim ad infernũ descendens, sanctos ibi existentes liberauit, non quidem educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno, eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conueniens fuit, ut tandiu anima C eius remaneret in inferno, quamdiu corpus manebat in sepulcro.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ vectes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis: quos Christus, statim descendens ad inferos, uirtute suæ passionis, & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquamdiu remanere propter rationem prædictam.

AD TERTIVM dicendũ, quòd D illud verbum domini, est intelligendum non de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spirituali: in quo esse dicuntur, qui cumque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro, loco quidem cum Christo ad infernum descēdit, vt cum Christo esset: quia dictum est ei, * Mecum eris in paradiso: sed præmio in paradiso fuit: quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut, & alii sancti.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus descendens ad inferos, sanctos patres inde liberauerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus descēdens ad inferos, sanctos patres in de non liberauerit. Dicit enim Augustinus in epistola ad Euodium, † Illis iustis qui in sinu erãt Abrahę, cum Christus in inferna descenderet, nondum quid contulisset inueni, a quibus eum secundum * beatificam præsentiã suæ diuinitatis, numquam uideo recessisse. Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. non ergo uidetur, quod Christus sanctos patres ab inferis liberauerit.

¶ 2 Præt. Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum; sed sancti patres dum adhuc uiuerẽt, per fidẽ Christi iustificati fuerant a peccato, ergo non indigebant liberari ab inferno Christo ad inferos descendente.

¶ 3 Præterea. Remota causa, remouetur effectus: sed causa descendendi ad inferos est peccatum, quod fuit remotum per passionẽ Christi, ut supra dictum est. * nõ ergo per descensum Christi ad inferos, sancti patres sunt de inferno educti.

SED CONTRA est, quod Augustinus * dicit in sermone de resurrectione, quod Christus quãdo ad inferos descendit, portam inferni & uectes confregit, & omnes iustos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) Christus descendens ad inferos, operatus est in uirtute suæ passionis. Per passionem autem Christi liberatum est genus humanum, non solum à peccato, sed etiam a reatu pœnæ, ut supra dictum est. † dupliciter autem homines reatu pœnæ erant stricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat. Alio modo pro peccato totius humanę naturæ, quod a primo parente in omnes originaliter deuenit, ut dicitur Roman. quinto, cuius quidem peccati pœna est mors corporalis, & exclusio a uita gloriæ (ut patet ex his, quę dicuntur Geneſi secundo & tertio) nam Deus hominem de paradiso post peccatũ eiecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. & ideo Christus descendens ad inferos, uirtute suæ passionis hoc reatu sanctos absoluit, quo erant a uita gloriæ exclusi, ut possent Deum per essentiam uidere, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, ut in secunda parte dictum est. Per hoc autem sancti patres detinebantur in inferno, quod eis ad uitam gloriæ, propter peccatum primi parentis, aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos Patres E

tres inde liberauit; Prima consequentia probatur, ex parte ipsius descensus, quia Christus descendens ad inferos operatus est in uirtute suæ passionis, ex parte uero pœnæ, quia pœna originalis pcti erat mors corporalis, & exclusio a uita gloriæ, ut patet ex his, quę habentur Geneſi secundo & tertio. Consequentia autem secunda probatur, quia p hoc sancti patres retinebantur in inferno, quod eis ad uitam gloriæ aditus non patebat propter peccatum primi parentis. Et confirmatur conclusio auctoritatibus Zachariæ & Apostoli. q. 50. ar. 6.

¶ Aduerte hic, quod Auctor mystica utitur expositione circa exclusionem hominis a paradiso, dum electionem Adæ a terrestri paradiso significare intelligit exclusionem hominis a spirituali paradiso cœlestis patriæ. In ſer. 2. de resurre. qui est 137. in ordin. post med. to. 10.

¶ In responsione ad primum aduerte, quòd cum hoc, quòd sancti patres in limbo immunes essent a pœna sensus, stat dolor seu afflictio ex spe dilata; quia huiusmodi dolor spectat ad pœnam damni, contra quam diuiditur pœna sensus: ita quod cum negatur ab eis pœna sensus, intelligitur de pœna sensu distincta contra pœnam damni, & p te cõcomitantia illam. Nec est mirum, quietem sanctorum patrum inquietudinem hanc habuisse admistam, cum sanctorum animæ in patria cælesti, non nihil inquietudinis habeant, qua a suspirant ad corporum resurrectione: ita ut dictum sit illis, Sustinete adhuc modicum tempus, donec adimpleatur numerus fratrũ uestrorum Apocal. 6. utrorumque siquidem inquietudo, imperfectionis cuiusdam in eis existentis testis est. Ar. præced. ad 2. argu. q. 49. ar. 3. & q. 50. ar. 6. p. 2. q. 3. ar. 5°

¶ Super

ab inferis liberauit. Et hoc est quod dicitur Zach. 9. Tu uerò in sanguine testamenti tui, eduxisti uinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Col. 2. dicitur, quod expolians principatus & potestates, i. infernales, auferendo Abrahaam, Isaac & Iacob & ceteros & iustos, traduxit eos, idest longe ab hoc regno tenebrarum, ad cælum duxit, ut gl. * ibidem dicit.

glo. inter & ord. simul. loco citato in arg. est epi. 99. añ mc. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. † ibi loquitur contra quosdam, qui æstimabãt antiquos iustos ante aduentum Christi, in inferno doloribus pœnarum fuisse subiectos. Vnde * parum ante uerba inducta præmittit dicens, Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessũ, vt dominus cum in infernum uenisset, a doloribus soluerentur: sed quonam mõ intelligatur Abrahã, in cuius sinum etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus, ego quidem non uideo. & ideo cum postea subdit, se nondum inuenisse quid descensus Christi ad inferos, antiquis iustis contulerit, intelligendum est quantum ad absolutionem a doloribus pœnarum: contulit tamen eis quantum ad adeptionem gloriæ, & per consequens soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ. Ex cuius tamen spe, magnum gaudium habebant, secundum illud Io. 8. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum: & ideo subdit, A quibus eum secũdum beatificam * præsentiam suæ diuinitatis, numquam uideo recessisse, in quantum scilicet ante aduentum Christi erant beati in spe, licet nondum essent perfecte beati in re.

Alias benefi sam.

AD SECVNDVM dicendum, quod sancti patres dum adhuc uiuerent, liberati fuerunt per fidẽ Christi ab omni peccato tam originali quam actuali, & a reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen a reatu pœnæ originalis peccati, per quem excludebantur a gloria, nondum soluto pretio redemptionis humanæ: sicut etiam nunc fideles Chri liberantur per baptismum a reatu actualium peccatorum, & a reatu originalis quantum ad exclusionem a gloria: remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati, quantum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renouantur secundum spiritum, sed nõ dum secundum carnem, secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem.

AD TERTIVM dicendum, quod statim Christo mortem patiente, anima eius ad infernum descendit, & suæ passionis fructum exhibuit sanctis in inferno detentis, quamuis ex loco illo non exierint, Christo apud inferos comm orante: quia ipsa Christi præsentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

¶ *Super quæst quinquagesimæ secunda articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio: Christus descendens ad inferos, nullum damnatum ab inferno liberauit. Probatur: Christus descendens ad inferos, operatus est in uirtutem suæ passionis. ergo liberationis fructum illis solis contulit, q̃ passioni Christi fuerunt coniuncti per fidem

3. di. 22. q. 2. ar. 2. q. 2. & op. 3. t. 241.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit. dr̃ enim Isa. 24. Congregabuntur congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies uisitabuntur. Loquitur autem ibi de dãnatis, qui militiã cæli adorauerant. ergo uidetur, ꝙ etiam dãnati, Christo descendente ad inferos, sint visitati: quod ad eorũ liberationem uidetur pertinere.

¶ 2 Præt. Super illud Zach. 9. Tu autem in sanguine testamẽti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua, dicit glo. * Tu eos liberasti, qui tenebãtur vincti carceribus, ubi nulla misericordia eos refrigerabat, quam diues ille petebat: sed soli dãnati includuntur carceribus absque misericordia. ergo Christus liberauit aliquos de inferno damnatorum.

¶ 3 Præt. Potentia Christi non fuit minor in inferno, quàm in hoc mundo: vtrobique enim operatus est per potentiam suæ diuinitatis: sed in hoc mundo, de quolibet statu aliquos liberauit. ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de statu damnatorum.

SED CONTRA est, quod dicitur Oseæ 13. Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne, glo. * Electos educendo, reprobos ibidem relinquendo: sed soli reprobi sunt in inferno damnati. ergo per descensum Christi ad inferos, non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati.

glo. interlinearis.

RESPON. Dicẽdum, quòd (sicut supra dictum est *) Christus descẽdens ad inferos, operatus est in virtute suę passionis: & ideo eius descensus ad inferos, illis solis liberationis contulit fructum, qui fuerunt passioni Christi coniuncti per fidem charitate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autẽ qui erant in inferno dãnatorum, aut penitus fidem passionis Christi non habuerant, sicut infideles: aut si fidem habuerant, nullam conformitatem habebant ad charitatem Christi patientis. vnde nec a peccatis suis erant mundati. Et propter hoc descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem a reatu pœnæ infernalis.

Art. præc.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Christo descendente ad inferos, oẽs qui erant in quacunq; parte inferni, sunt aliqualiter visitati: sed quidam ad suam consolationem, & liberationem, quidam autem ad suã confutationem & cõfusionem, sicut damnati. vnde ibidem subditur, Et erubescet luna, & confundetur sol, &c. Potest etiam hoc referri ad visitationem, qua visitabuntur in die iudicij: non vt liberentur, sed ut amplius condemnentur, secũdum illud Sophonię. 1. visitabo super viros defixos in fęcibus suis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd cum dicitur in glos. * vbi nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est, quantum ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti patres ab illis inferni carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari.

Positiua gum.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ nõ fuit propter Christi impotentiã, quòd nõ sunt aliqui liberati de quolibet statu infernaliũ, sicut de quolibet statu mundanorũ: sed pp diuersam vtrorũq; conditionem. Nam homines quãdiu viuunt, pñt ad fidem & charitatem conuerti: quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ab hac vita.

ARTICVLVS VII.

Vtrum qui cum originali decesserant, fuerint a Christo liberati.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd pueri, qui cum originali decesserant, charitate formatam. ergo damnatis non contulit liberationis fructum. Prima consequentia probatur: quia per illam tãtum peccata tolluntur. Secunda autem, quia damnati aut erant infideles, aut sine conformitate ad charitatem Christi patientis: ac per hoc in peccatis suis.

Gl. hic Art. 4. huius q. ad 2.

¶ *Super quæst. quinquagesimæ secũdæ articulum septimum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore una est conclusio dupliciter probata. Cõclusio est Christ' descẽdẽs ad inferos, nõ li-

3. dist. 22. q. 2. ar. 2. q. 2. & op. 3. t. 241. Et sim. ca. In co

liberauit pueros, qui cum peccato originali decesserant. Prima probatio est: Descensus Christi ad inferos, in solis illis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem coniuncti erant passioni Christi: sed pueri habentes peccatum originale, non erant sic coniuncti Christo: quia nec per propriam fidem & charitatem, nec in fide parentum, aut per aliquod fidei sacramentum purgati erant. ergo. Secunda probatio est, Liberatio ab inferno, est admissio ad gloriam: sed pueri cum originali non potuerunt admitti ad gloriam. ergo. Maior manifestatur in liberatione sanctorum patrum. Minor probatur, quia nullus admittitur ad gloriam, nisi præhabuerit gratiam, ad Ro. 6. sed pueri tales non habebant gratiam. ergo.

¶ In responsione ad tertium perspice, q̃ Auctor semper firmat doctrinam suam super suaui dispositione, qua Christus æterna sapientia disponens omnia suauiter immutabilibus de malo in bonum hominibus in hac uita, baptismum omnium liberatorium instituit: immutabilibus autem hominibus in alia uita descensum suum ad inferos non omnium liberatorium, sed eorum tantum, qui prius hoc meruerant, applicauit.

Art. 4. huius q. ad 2.

Art. præced.

fuerint per descensum Christi liberati ab inferno: non enim tenebantur in inferno, nisi pro peccato originali, sicut & sancti patres: sed sancti patres sunt ab inferno liberati per Christum, ut supra dictum est. *ergo & pueri similiter per Christum sunt ab inferno liberati. A

¶ 2 Præt Apostolus dicit Ro. 5. Si unius delicto multi mortui sũt, multo magis gratia Dei & donũ, in gratia uni⁹ hominis Iesu Christi, in plures abundauit: sed propter peccatum primi parẽtis, pueri cum originali peccato decedẽtes, in inferno detinentur. ergo multo magis per gratiam Christi sunt ab inferno liberati. B

¶ 3 Præt. Sicut baptismus operatur in uirtute passionis Christi, ita & descẽsus eius ad inferos, ut ex dictis patet. *sed pueri per baptismum liberãtur a peccato originali & ab inferno. ergo similiter liberati sunt per descẽsum Christi ad inferos.

Art. 1. & 6. præced.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Ro. 3. quod Deus p̃posuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine eius: sed pueri, qui cum solo peccato originali decesserant, nullo mõ fuerant participes fidei Christi. ergo non perceperunt fructum propitiationis Christi, ut per ipsum ab inferno liberarentur. C

Respon. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) descensus Christi ad inferos, in illis solis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem passioni Christi coniungebantur, in cuius uirtute descensus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autem, qui cum originali decesserant, nullo modo fuerant coniuncti passioni Christi per fidem & dilectionem: neque enim fidem propriam habere potuerant, quia non habuerant usum liberi arbitrij: neq; per fidẽ parentum, aut per aliquod fidei sacramentum fuerant a peccato originali mundati; & ideo descensus Christi ad inferos, huiusmodi pueros nõ liberauit ab inferno. Et præterea sancti patres ab inferno sunt liberati, p̃ hoc quod sunt ad gloriam diuinæ uisionis admissi, ad quam nullus potest peruenire, nisi per gratiam, secundum illud Roman. 6. Gratia Dei uita æterna. Cùm igitur pueri cum originali decedentes, gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati. D

Ad primvm ergo dicendum, quod sancti patres, etsi adhuc tenerentur astricti reatu originalis peccati, inquantum respicit humanam naturam, tamen liberati erant per fidem Christi ab omni macula peccati, & ideo capaces erant illius liberationis, quam Christus attulit descẽdẽs ad inferos: sed hoc de pueris dici non potest, ut ex supra dictis patet.* E

In corp. art.

Ad secvndvm dicendum, q̃ cum Apostolus dicit, quod gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendum comparatiue, quasi plures numero sint saluati per gratiam Christi, quam damnati per peccatum Adæ, sed absolute, acsi diceret, quod gratia unius Christi abundauit in multos, sicut, & peccatum unius Adæ peruenit ad multos: sed sicut peccatum Adæ ad eos tantum peruenit, qui per seminalem rationem carnaliter ab eo descenderunt, ita gratia Chri ad illos tantum peruenit, qui spirituali regeneratione, eius membra sunt facti, quod non competit pueris decedentibus cum originali pct̃o.

Ad tertivm dicendum, quod baptismus adhibetur hominibus in hac uita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam: sed descensus Christi ad inferos, exhibitus fuit animabus post hanc uitam, ubi non sunt capaces transmutationis prædict̃æ. & ideo per baptismum pueri liberantur a peccato originali & ab inferno: non autem per descẽsum Christi ad inferos.

Articvlvs VIII.

Vtrum Christus suo descensu liberauerit animas a purgatorio.

¶ *Super quæst. quinquagesimæ secundæ articulum octauũ.*

Ad octavvm sic proceditur. Vr̃, quòd Christus suo descensu ad inferos, liberauerit animas a purgatorio. dicit. n. Augustinus in epistola ad Euodium, * quia euidentia testimonia, & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur uenisse saluator, nisi ut ab eisdem doloribus saluos faceret: sed utrum omnes quos in eis inuenit, an quosdam, quos illo beneficio dignos iudicauit, ad huc requiro, fuisse tamen Christum apud inferos, & in eorũ doloribus cõstitutis, hoc beneficiũ præstitisse non dubito: non autẽ præstitit beneficium liberationis dãnatis, sicut supra dictum est. * Præter eos aũt nulli sunt in doloribus pœnalibus constituti, nisi illi, q̃ sunt in purgatorio. ergo Christus aĩas de purgatorio liberauit.

¶ 2 Præt. Ipsa Christi præsentia non minorem effectum habuit, quam sacramenta ipsius: sed per sacramenta Christi liberantur animæ a purgatorio, & præcipue p̃ Eucharistiæ sacramentum, ut infra dicet. * ergo multo magis p̃ p̃sentiam Christi ad inferos descendentis, sunt animæ a purgatorio liberatæ.

¶ 3 Præt. Christus quoscũque curauit in hac uita, totaliter curauit, ut Aug. * dicit in li. de Pœnitentia. & Ioan. 7. dominus dicit. Totum hominem saluum feci in sabbatho: sed Christus eos, qui in purgatorio erant, liberauit a reatu pœnæ damni, quo excludebantur a gloria. ergo etiam liberauit eos a reatu pœnæ purgatorii.

Titulus clarus.

¶ In corpore duæ sũt cõclusiones. Prima est, aĩ in purgatorio tunc tales, quales sũt illæ, quæ nunc ibi detinẽtur, non fuerunt per Christi descensum liberatæ. Secunda est. Animæ in purgatorio tales tũc, quales sunt, quæ nũc liberantur, fuerunt per Christi descensum liberatæ. Probatur utraque simul, Passio Christi non habet transitoriam, sed sempiternam uirtutem. ergo non habuit, tunc maiorem efficaciã, quam nũc, ergo, &c. Antecedẽs probatur ad Hebr. decimo. Secunda uero consequentia probatur, quia descẽsus Christi ad inferos fuit in uirtute passionis suæ liberatorius.

2. di. 22. q. 2. art. 2. q. 4. & op. 3. capite 242. est epi. 69. in ord. epistolarum non remote ante med. to. 2.

ar. 6. hui⁹ q.

¶ Aduerte hic, quod Auctor certa sectatus, quid efficaciæ Christi descensus ad inferos in purgatorio, tradit, addens in responsione ad primum, alterum genus tunc purgatorij, ita quod duo ponit genera liberatorum a purgatorio in descensu Christi, scilicet & illos, qui tunc purgationem suam impleuerant, exoluẽdo debitas pœnas: & illos, qui licet absolute ad huc fuissent in purgatorio permansuri, tan-

q. 79. ar. 2.

* in li. de uera & falsa pæn. c. 9. post med. to. 4.

ſi.12.c.20.circa fi.

ta tamen fuit eorum deuotio ad Chriſti mortem ſeu redemptionem, ut meruerint in hac uita poſiti, quod Chriſto deſcendente ad inferos, plenæ liberationis fructum reciperent. Et ſecundum hoc, rationabiliter dicitur, quod Chriſtus deſcendens ad inferos, multos in purgatorio exiſtentes, qui non tam cito fuiſſent liberati, ex ſpeciali gratia deſcenſus ſui liberauit. Conſentaneum ſiquidem eſt, ut multæ perſonæ propinquę tempori mortis Chriſti ante ipſum mortuæ, præparatæ ſint a Deo, cum ſimili deuotione, ut ſicut naſcens Simeonem & Annam perfectos inuenit, & paſtores & magos præparatos, ut digni eſſent conſolatione natiuitatis ſuæ, ita moriens non ſolum Patres ſanctos perfectos, ſed etiam in purgatorio ſpeciali deuotione præparatos inuenit, qui digni eſſent conſolari ex deſcenſu ad inferos liberatorio.

ar.4.i5.6.&7. huius q.

Sed contra eſt, quod Gregori.* dicit in 13. Moralium: Dum cõditor ac redemptor noſter clauſtra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illò ire non patitur: unde iã alios deſcendendo liberauit; patitur autem nos ire ad purgatorium. ergo deſcendens ad inferos, animas a purgatorio non liberauit.

Respon. Dicendum, quod (ſicut ſępe dictum eũ*) deſcẽſus Chriſti ad inferos, liberatorius fuit in uirtute paſſionis ipſius. Paſſio autem eius non habet tẽporalem uirtutem & tranſitoriã: ſed ſempiternam, ſecundum illud Heb. 10. Vna oblatione conſumauit in ſempiternum ſanctificatos. Et ſic patet, quod non habuit tunc maiorem efficaciam paſſio Chriſti, quam habeat nũc: & ideo illi, qui fuerunt tales, quales nunc ſunt, qui in purgatorio detinentur, non fuerunt a purgatorio liberati per deſcẽſum Chriſti ad inferos. Si qui autem inuẽti ſunt tales, quales etiam nunc uirtute paſſionis Chriſti a purgatorio liberantur, nihil prohibet per deſcenſum Chriſti ad inferos, a purgatorio eſſe liberatos.

Ad primvm ergo dicendum, quod ex illa auctoritate Aug. nõ poteſt concludi, quòd omnes illi qui in purgatorio erant, fuerint a purgatorio liberati, ſed quod aliquibus eorum fuerit hoc beneficiũ collatum, illis ſcilicet, qui iam ſufficienter purgati erant, uel etiam, qui dum adhuc uiuerent, meruerunt per fidem & deuotionem ad mortem Chriſti, ut eo deſcendente, liberarentur a temporali purgatorii pœna.

D. 982.

Ad secvndvm dicendum, quod uirtus Chriſti operatur in ſacramentis a per modum ſanationis & expiationis cuiuſdam, unde ſacramentum euchariſtię liberat hominem a purgatorio, inquantum eſt ſacrificium quoddam ſatisfactorium pro peccato. Deſcenſus autem Chriſti ad inferos, non fuit ſatisfactorius, operabatur tamen in uirtute paſſionis, quæ fuit ſatisfactoria, ut ſupra habitum eſt:* ſed erat ſatisfactoria in generali, cuius uirtutem oportebat applicari ad vnumquemque per aliquid ſpecialiter ad ipſum pertinens: & ideo non oportet, quod per deſcenſum Chriſti ad inferos, omnes fuerint a purgatorio liberati.

q.49.ar.5. & alijs eiuſdẽ quæſt.

Ad tertivm dicendum, quod illi defectus, a quibus Chriſtus in hoc mundo ſimul homines liberabat, erant perſonales, proprie ad unumquemque pertinentes: ſed excluſio a gloria Dei, erat quidam defectus generalis, pertinens ad totam humanam naturam: & ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Chriſtum eſſe liberatos ab excluſione a gloria: non autem a reatu pœnæ purgatorii, qui pertinet ad proprium defectum, ſicut econtrario ſãcti patres ante Chriſti aduẽtum liberati ſunt a propriis defectibus: non autem a defectu communi, ſicut ſupra dictum eſt.*

q.49.ar.5.

Qvaestio LIII.

De reſurrectione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

¶ *Super quæſt. quinquageſimãtertiam.*

Consequenter, &c. Hic incipit vltimus tractatus de Chriſto, de pertinentibus, ſcilicet ad eius exaltationem.

¶ *Super quæſt. quinquageſimatertia ar ticulum primum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna cõcluſio: Neceſſariũ fuit Chriſtum reſurgere. Probatur quinq; rationibus. Omnia clara ſunt in litera.

Consequenter conſiderandum eſt de his, quæ pertinent ad exaltationem Chriſti. Et primò, de eius reſurrectione. ſecundò, de eius aſcenſione. tertiò, de eius ſeſſione ad dexteram Patris. quartò, de iudiciaria poteſtate ipſius.

Circa primũ occurrit quadruplex conſideratio.

Quarum prima eſt de ipſa Chriſti reſurrectione.

Secunda, de qualitate reſurgentis.

Tertia, de manifeſtatione reſurrectionis.

Quarta, de eius cauſalitate.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, De neceſſitate reſurrectionis eius.

¶ Secundò, De tempore.

¶ Tertiò, De ordine.

¶ Quartò, De cauſa.

Articvlvs primvs.

Vtrum fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, quòd non fuerit neceſſarium Chriſtum reſurgere. dicit enim Damaſcenus* in quarto lib. Reſurrectio eſt ſecunda, eius quod diſſolutum eſt, & cecidit, animalis ſurrectio: ſed Chriſtus non cecidit per peccatum, nec corpus eius eſt diſſolutum, vt ex ſupra dictis patet. † non ergo proprie conuenit ſibi reſurgere.

3.diſt.22.q.2. a.1. & op.60. c.22. prin. Lib.4. orth. fid c. ult. in prin. q.51.ar.3.

¶ 2 Præt. Quicumq; reſurgit, ad aliquid altius promouetur: quia ſurgere eſt ſurſum moueri: ſed corpus Chriſti remanſit poſt mortem diuinitati vnitũ, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. ergo non competebat ſibi reſurgere.

¶ 3 Præt. Ea, quæ circa humanitatem Chriſti ſunt acta, ad noſtram ſalutem ordinantur: ſed ſufficiebat ad ſalutem noſtram paſſio Chriſti, per quam ſumus liberati a pœna & culpa, vt ex ſupra dictis patet.* non ergo fuit neceſſarium, ꝙ Chriſtus a mortuis reſurgeret.

q.44.ar.5. per totam

Sed contra eſt, qđ dicitur Luc. vlt. Oportebat Chriſtum pati, & reſurgeret a mortuis.

Respon. Dicendum, ꝙ neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere propter quinque. Primò quidem, ad commẽdationem diuinæ iuſtitiæ, ad quam pertinet exaltare illos, qui ſe propter Deũ humiliant, ſecundum illud Luc. 1. Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. quia igitur Chriſtus propter charitatem & obedientiam Dei, ſe humiliauit vſq; ad mortem crucis, oportebat quòd exaltaretur a Deo, vſque ad glorioſam reſurrectionem. vnde ex eius perſona dicitur in Pſal. 138. Tu cognouiſti, i. approbaſti, ſeſſionem meam, i. humilitatem & paſſionem, & reſurrectionem meã, ideſt glorificationem in reſurrectione, ſicut gl.* exponit. Secundò, ad fidei noſtræ inſtructionem: quia per eius reſurrectionem confirmata eſt fides noſtra circa diuinitatem Chriſti, quia vt

glo. Aug. dicitur

dicitur 2.ad Corin.ult.Et si crucifixus est ex infirmitate,sed uiuit ex uirtute Dei. & ideo primæ ad Cor. 15.dicitur,si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra,inanis est & fides nostra. Et in Psa.29. dicitur, Quæ utilitas in sanguine meo, ideſt in effusione sanguinis mei,dum descendo,quasi per quosdam gradus malorum,in corruptionē?quasi dicat, nulla. si enim statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullū lucrabor,ut gl.*exponit.Tertio,ad subleuationem nostræ spei, quia dum uidemus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus & nos resurrecturos.un de dicitur primæ ad Corin.15.Si Christus prædicatur,ꝙ resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurrectio mortuorum nō est ? Iob 19.dicitur,Scio.s.per certitudinem fidei, quòd redemptor meus,i.Christus, uiuit, a mortuis resurgens, & ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quarto,ad informationem uitæ fidelium,secundū illud Roman.6. Quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus.Et infra, Christus resurgēs ex mortuis,iam nō moritur:ita & uos existimate mortuos quidem esse peccato,uiuentes autem Deo.Quinto, ad complementū nostræ salutis: quia sicut per hoc, ꝙ mala sustinuit(humiliatus est)moriendo, ut nos liberaret a malis: ita glorificatus est resurgendo, ut nos promoueret ad bona, secundum illud Rom.4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit ꝓp iustificationem nostram.

Ad primvm ergo dicendum, quod licet Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen per mortem;quia sicut peccatum est casus a iustitia, ita mors est casus a uita. unde ex persona Christi potest intelligi,quod dicitur Mich.7. Ne læteris inimica mea super me;quia cecidi,consurgam.Similiter etiā licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animę a corpore, dissolutio quædam fuit.

Ad secvndvm dicendum, quòd diuinitas erat carni Christi post mortem unita unione personali: non autem unione naturæ,sicut anima unitur corpori, ut forma ad constituendam humanam naturam.Et ideo per hoc,quòd corpus eius unitum est animæ, promotum est in altiorem statum naturæ, non autem in altiorem statum personæ.

Ad tertivm dicendum, quod passio Christi operata est nostram salutem,proprie loquendo,quātum ad remotionem malorum;resurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

¶ *Super quæst. quinquagesimatertia ar ticulum secūdum.*

Articvlvs ii.

Vtrum fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica conclusio. Cō ueniens fuit Christū resurgere tertio die. Probatur una rōne literali, & quatuor mysticis. Et oia clare patent in litera.

Ad secvndvm sic procedi-
tur. Videtur,quod non fuerit conueniens, Christum tertia die resurgere. membra.n. debent capiti conformari : sed nos qui sumus membra Christi, non resurgimus a morte tertia die, sed nostra resurrectio differtur usque ad finem mundi. ergo uidetur quod Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere : sed debuerit eius resurrectio differri usque ad finem mundi.

¶ 2 Piet. Act.2. dicit Petrus, quod impossibile erat Christum detineri ab inferno & morte : sed quādiu aliquis est mortuus, detinetur a morte. ergo uidetur, quòd Christi resurrectio non debuerit differri usque ad tertiam diem, sed statim eadem die resurgere,præcipue cum gloſ.supra*inducta,dicat, nullā esse utilitatem in effusione sanguinis Christi, si nō statim resurgeret. Ar.prec. in cor.

¶ 3 Præter. Dies incipere uidetur ab ortu solis, qui sua præsentia diem causat:sed ante ortum solis Christus resurrexit. dicitur enim Io.20. Quod una sabbathi Maria Magdalene uenit mane. cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & tamen Christus iam resurrexerat;quia sequitur, & uidit lapidē sublatū a monumēto.nō ergo resurrexit Chr̄us tertia die.

Sed contra est,quod dicitur Matt.20. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum,& tertia die resurget. Art.prçced.

Respon. Dicendum, quòd(sicut dictum est*) resurrectio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ. Est autem fides nostra & de diuinitate & humanitate Christi:non enim sufficit alterum sine altero credere,ut ex prędictis patet.* & ideo ad hoc,quòd confirmaretur fides de ueritate diuinitatis ipsius,oportuit quod cito resurgeret, & eius resurrectio non differretur usque ad finem mundi. Ad hoc autem, quod confirmaretur fides de ueritate humanitatis & mortis eius, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem.si.n.statim post mortem resurrexisset,uideri posset, ꝙ eius mors uera non fuerit, & per consequens nec resurrectio uera. Ad ueritatem autem mortis Christi manifestandam, sufficiebat quòd usque ad tertiam diem eius resurrectio differretur.quia non contingit, quin infra hoc tempus, in homine qui mortuus uidetur cum uiuat, appareant aliqua indicia uitæ. Per hoc etiam,quod tertia die resurrexit,commendatur perfectio ternarii:qui est numerus omnis rei,utpote habens principium, medium & finem, ut dicitur in 1.de Cælo.* Ostenditur etiā secundum mysterium, quod Christus una morte sua,(quæ fuit lux propter iustitiam), scilicet corporali duas nostras mortes destruxit,scilicet corporis & animę, quæ sunt tenebrosę propter peccatum : & ideo una die integra & duabus noctibus permansit in morte,ut Aug.* dicit in 4.de Trin.Per hoc etiam significatur, quod ꝑ resurrectionem Christi, tertium tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia.Incæpit etiam in Christi resurrectione tertius status sanctorum : nam primus fuit sub figuris legis; secundus sub ueritate fidei, tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoauit resurgendo. 2.2.q.2. 7. & 8. Lib.1.tex.2. to.2. Li.4.c.5. tōmo 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd caput & membra conformant in natura,sed non in uirtute: excellentior est enim uirtus capitis,q̄ membrorum: & ideo ad demonstrādam excellentiā uirtutis Christi,conueniens fuit,ipsum tertia die resurgere,aliorū resurrectione dilata usque ad finem mundi.

Ad secvndvm dicendum, quòd detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur astrictus,sed erat inter mortuos liber.& ideo aliquandiu in morte mansit, non quasi detentus,sed propria uoluntate,quandiu iudicauit hoc esse necessarium ad instructionē fidei nostræ:dicitur autem statim fieri,quod fit breui interposito tempore.

Ad iii. dicendum,ꝙ (sicut supra dictum est*) Christus resurrexit circa diluculum illucescente iā die, ad significandum, quòd per suam resurrectio- ¶.3i.ar.ad 3.

nem nos ad lucem glorię inducebat, ſicut mortuus eſt adueſperaſcente iam die,& recedēte in tenebras, ad oſtendendum,q̄ per ſuam mortem deſtrueret te nebras culpæ & pœnæ.Et tamen dicitur tertia die reſurrexiſſe,accipiendo diem pro die naturali, qui cō tinet ſpatium uigintiquatuor horarum. Et ſicut dicit Aug.* in 4.de Trin. nox uſque ad diluculū, quo domini reſurrectio declarata eſt,ad tertium pertinet diem:quia Deus,qui dixit,de tenebris lucem clarescere,vt per gratiam noui teſtamenti,& participationem reſurrectionis Chriſti,audiremus : Fuiſtis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino,inſinuat nobis quodammodo, quòd a nocte dies ſumat initium : ſicut enim primi dies propter futurū hominis lapſum a luce in noctem , ita iſti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem compu tantur.Et ita patet,q̄ etiam ſi media nocte ſurrexiſſet,poſſet dici eum die tertia ſurrexiſſe,intelligendo de die naturali.nunc autem cum diluculo ſurrexerit,poteſt dici,quod tertia die ſurrexit,etiam accipiēdo diem artificialem , quę cauſatur ex præſentia ſolis,quia iam ſol incipiebat aerem illuſtrare . unde & Mar.ulr.dicitur,quòd mulieres uenerunt ad monumentum orto iam ſole, quod non eſt contrarium ei,quod Ioan.dicit,Cum adhuc tenebræ eſſent , ut Auguſt.* dicit in libro de conſenſu enangeliſtarū : quia die ſurgente , reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur,quanto magis oritur lux. Quod autem dicit Marcus , Orto iam ſole, non ſic accipiendum eſt , tanquam iam ſol ipſe uideretur ſuper terram , ſed tamquam de proximo adueniente in has partes.

Li.4.c.5.ante me.to. 3.

li. 3.c.24.inter prin. & me. to. 4.

¶ *Super quæſt quinquageſimatertia articulum tertium.*

IN titulo ly primo, q̄ ſignificat ordinē temporis , ita quod ſenſus eſt , Vtrum Chriſtum ante omnes alios reſurrexerit , ita quod nullus ante eum reſurrexerit.

4.di.42.art. 3.q.1.ad 3.& op.3.c. 243. 246. & 247. fi.& 1. Cor. 15. lec. 3.in princ. & ad Col.1.lec.5.

¶ In corpore ponitur una diſtinctio bimembris de reſurrectione perfecta uel imperfecta : & iuxta ſingula membra ſingulæ concluſiones.Altera eſt. Multi ante Chriſtum ſurrexerunt reſurrectione imperfecta, ut patet de Lazaro & aliis reſuſcitatis ante ipſum.Altera eſt, Chriſtus primo reſurrexit reſurrectione perfecta; quia primo uenit ad uitam penitus immortalem .

Omnia clara ſunt in litera.

¶ In reſponſione ad ſecundum circa diuerſam opinionem de reſurrectione illorum,qui cum Chriſto ſurrexerunt , rationabile uidetur q̄ ſurrexerint perfecte ad uitam,ſcilicet penitus immortalem ,

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus primo reſurrexerit.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur,quod Chriſtꝰ nō primo reſurrexerit : nam in ueteri teſtamento per Heliam & Heliſæum aliqui reſuſcitati leguntur,ſecundum illud Hebr.11. Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. Similiter & Chriſtus ante paſſionem ſuā tres mortuos ſuſcitauit,nō ergo Chriſtus fuit primus reſurgentium .

¶ 2 Præterea . Matth. uigeſimoſeptimo inter alia miracula , quæ in paſſione Chriſti acciderunt , narratur quod monumenta aperta ſunt: & multa corpora ſanctorum,qui dormierant,ſurrexerūt. non ergo Chriſtus fuit primus reſurgentium.

¶ 3 Præt.Sicut Chriſtus per ſuam reſurrectionem eſt cauſa noſtrę reſurrectionis: ita per ſuam gratiam eſt cauſa noſtræ gratiæ, ſecūdū illud Io.1. de plenitudine eius nos omnes accepimus : ſed alii prius tempore gratiā habuerunt quam Chriſtus, ſicut omnes patres ueteris teſti . ergo etiam aliq prius ad reſurrectionem corporalem peruenerunt,q̄ Chriſtus.

SED CONTRA eſt,quod dicitur primæ ad Corinth. 15. Chriſtus reſurrexit a mortuis , primitiæ dormientium, gloſſ.* quia prius tempore & dignitate ſurrexerit.

RESPON. Dicendum, quòd reſurrectio eſt reparatio a morte in uitam. Dupliciter autem aliquis eripitur a morte.Vno modo,ſolum a morte in actu,ut ſcilicet aliquis uiuere incipiat qualitercumque , poſt quam mortuus fuerat . Alio modo , ut aliquis liberetur non ſolum a morte , ſed etiam a neceſſitate,& quod plus eſt,a poſſibilitate moriendi.Et hæc eſt uera & perfecta reſurrectio ; quia quamdiu aliquis uiuit ſubiectus neceſſitati moriendi , quodammodo mors ei dominatur,ſecundum illud Rom.octauo.Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum.Illud etiam quod poſſibile eſt eſſe, ſecundum quid dicitur eſſe, ideſt, potentialiter . Et ſic patet, quòd illa reſurrectio , qua quis eripitur ſolum ab actuali morte , eſt reſurrectio imperfecta . Loquendo igitur de reſurrectione perfecta, Chriſtus eſt primus reſurgentium; quia ipſe reſurgendo,primo peruenit ad uitam penitus immortalem, ſecundum illud Roma.6. Chriſtus reſurgens ex mortuis , iam non moritur: ſed reſurrectione imperfecta,quidam alii ſurrexerunt ante Chriſtum, ad præmonſtrandū quaſi ī quodā ſigno reſurrectionem ipſius. Et ſic patet reſponſio ad primum : quia & illi qui ſuſcitati in ueteri teſtamento ſunt, & illi q̄ ſuſcitati ſūt a Chro,ſic redierunt ad uitā, vt iterū morerētur.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd de illis, qui reſurrexerunt cum Chriſto , duplex eſt opinio: quidam enim aſſerunt , quod redierunt ad uitam tamquam non iterum morituri:quoniam magis illis eſſet tormentum ſi iterum morerentur , quàm ſi non reſurgerent. Et ſecundum hoc intelligendum erit,ſicut Hier.* dicit ſuper Matth. quod non ante ſurrexerunt , quàm reſurgeret dominus.vnde & Euangeliſta dicit , q̄ exeuntes de monumentis,poſt reſurrectionē eius uenerunt in ſanctam ciuitatem , & apparuerunt multis:ſed Auguſ.*in epiſtola ad Euodium hanc opinionem commemorans dicit,Scio quibuſdam uideri morte domini Chriſti iam talem reſurrectionem præſtitam iuſtis, qualis nobis in fine promittitur. Qui ſi non iterum repoſitis corporibus dormierunt , uidendum eſt, quomodo intelligatur Chriſtus primogenitus a mortuis,ſi eum in illam reſurrectionē ut beatitudo corporis in Chriſto haberet ſocios ; minus enim corporalis felicitas aliquid habere uidetur , ſi deſit corporalis ſocietas ; eſt enim homo ſecundum uitam corpoream animal ſociale , non ſolum propter indigentiam neceſſariorum ad uitam (ut in hoc mundo contingit) ſed etiam propter naturalem delectationem in ipſa corporali conuerſatione conſiſtentem.Rationes autem in litera ex beato Auguſt. diſputate ad oppoſitum facile ſolutionem recipiunt. nam uerbum Petri Apoſtoli &a Hiero. contra ferrur, quòd ſcilicet Petrus dixit . Cuius ſepulchrum apud nos eſt , quaſi non auſus fuerit dicere , cuius corpus apud nos eſt . & efficax inuenitur teſtimonium Petri ; quia ex hoc, quòd ſepulchrum Dauid tanto tempore apud eos perſeuerauit, ut continens ipſum Dauid (hoc enim ſignificat ſepulchrū eius) ita q̄ nulla fuit umquam in tanto tempore ambiguitas, q̄n Dauid perſeueraret in ſuo ſepulchro , cō ſequens eſt, quod nō de ipſo Dauid dictū fuerit, Non dabis ſanctum tuū uidere corruptionem. Conſilit ergo teſtimoniū Petri i hoc,q̄ ſepulchrū Dauid inquātum ſepulchrum Dauid, tāto tēpore apud nos perſeuerauit:licet forte tūc Chriſto reſurgente , corpus eius amplius ibi nō eſſet.

Gl. ordinaria

¶ Verbum autē Apoſtoli Pauli, Vt nō ſine nobis conſumarentur , & poteſt referri ad conſummationē beatitudinis ſubſtantialis,qua mō conſumati ſunt oēs ſancti in patria. Et hoc literæ uidetur ſufficere : quia loquitur de cæleſti patria, ut diſtinguitur contra uiæ peregrinationem , & poteſt nihilominus dici , quod uerbum Apoſtoli eſt generale

* In illo Matth. multa corpora ſanctorum.to.4.

epi.99. longe ante med.to.2

rale ad patres ueteris testamenti: ueritati autem regulæ generalis non aduersatur paucorum excepti⁹ ex speciali gratia. Potest & tertio dici, quod illi qui perfectè surrexerũt cum Christo, non sunt sine nobis consumati: quia nostro tempore sunt consumati, s. tempore reuelatæ gratiæ, & inchoatæ gloriæ.

tot præcesserunt. Quòd si respondetur, hoc esse dictum per anticipationem, ut monumenta illo terræ motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset: sed adhuc restat qđ moueat, quomodo Petrus non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem ei⁹ non uidisse corruptionem, per hoc quod apud eos erat monumentum Dauid, & sic illos non conuincebat, si corpus Dauid ibi iam non erat: quia etsi ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius uidisset corruptionem, posset illud monumentum manere: durum autem uidetur, ut Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Heb. de iustis antiquis dicitur, Ne sine nobis perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quo nobis perficiendis in fine promittitur. sic ergo August. * sentire uidetur, quod resurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam uidetur pertinere, quod Hieron.† dicit super Matth. Quòd sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentẽ: quamuis hoc in sermone de assumptione sub dubio relinquat, rationes tamen Aug. multo efficaciores uidentur.

In prol. huius 12 epist. 99. num. 1. coloss. loco citato circa principium libelli.

Ad tertium dicendum, quod sicut ea, quæ præcesserunt Christi aduentum, fuerunt præparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam: & ideo ea, quæ sunt gloriæ, siue quantum ad animam sicut perfecta Dei fruitio, siue quantum ad corpus, sicut resurrectio gloriosa, prius tempore debuerũt esse in Christo, sicut in auctore gloriæ: gratiam uerò conueniebat prius esse in his, quæ ordinabantur ad Christum.

¶ *Super quæst. quinquagesimatertiæ articulum quartum.*

TItulus, de causa effectiua quærit.

¶ In corpore ponitur una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus secundum membra. Distinctio est. Tam anima quam caro Christi mortui potest considerari dupliciter, uel ratione suæ naturæ, uel ratione deitatis coniunctæ. Prima conclusio est. Tam anima quam caro Christi ratione deitatis causauit ipsam resurrectionem, & probatur ex auctoritate Apostoli. Secunda conclusio est: Nec anima, nec caro Christi uirtute suæ naturæ causauit resurrectionem, sed sic oportuit Christum resuscitari a Deo. Et ideo utrunque inuenitur in sacra scriptura, scilicet & quòd Christus resurrexit ex uirtute, & quòd Christus suscitatus est a Deo, & petit & meruit resurrectionem, &c. Omnia clara sunt in litera.

Lib. 4. Orth. fid. cap. vlt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit causa suæ resurrectionis.

ADQVARTVN sic proceditur. Videtur, qꝫ Christus non fuerit causa suæ resurrectionis. Quicumque enim suscitatur ab alio, non est suę resurrectionis cã: sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Actu. 2. Quẽ Deꝰ suscitauit solutis doloribus inferni. & Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora nostra &c. ergo Christus non est causa suæ resurrectionis.

¶ 2 Præt. Nullus dr̃ mereri, uel ab alio peti aliquid, cuius ipse est causa: sed Christus sua passione meruit resurrectionem, sicut Aug. * dicit super Ioan. quod humilitas passionis meruit gloriæ resurrectiõis: ipse ẽt petiit a patre se resuscitari, secundum illud Ps. 40. Tu aũt Domine miserere mei, & resuscita me: ergo nõ fuit causa suæ resurrectionis.

¶ 3 Præt. Sicut Damasc. * probat in 4. li. resurrectio non est animæ, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam unire, quæ est eo nobilior. ergo id, quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa suæ resurrectionis.

Lib. 4. Orth. fid. cap. vlt.

SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioannis decimo. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam: sed nihil est aliud resurgere, quàm iterato animam sumere. ergo uidetur quòd Christus propria uirtute resurrexerit.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut supra dictum est,* per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. potest igitur tam anima Christi mortui, quàm eius caro considerari dupliciter, uno modo, ratione diuinitatis: alio modo, ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur unitæ diuinitatis uirtutem, & corpus resumpsit animam, quam deposuerat, & anima corpus resumpsit, quod dimiserat, & sic Christus propria uirtute resurrexit. Et hoc est, quod de Christo dicitur secundæ ad Corint. vltimo, quòd & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute Dei: si autem consideremus corpus & animam Christi mortui, secundum uirtutem naturę creatæ, sic non potuerunt sibi inuicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitati a Deo.

q. 50. art. 2. & 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem est diuina uirtus & operatio Patris & Filij. Vnde hęc duo sese consequuntur, quòd Christus sit suscitatus diuina uirtute Patris, & suijpsius.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Christus orando petijt & meruit suam resurrectionem inquãtum homo: non autem inquantum Deus.

AD TERTIVM dicendum, quòd corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi, est tamen ea potentius, secundum uirtutem diuinam: quæ etiam rursus secundum diuinitatem unitam est potentior corpore, secundum naturam creatam: & ideo secundum uirtutem diuinam corpus, & anima mutuo se resumpserunt: non autem secundum uirtutem naturæ creatæ.

QVAESTIO LIIII.

De qualitate Christi resurgentis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est, de qualitate Christi resurgentis.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrũ post resurrectionem Christus habuerit uerum corpus.

¶ Secundò, Vtrum resurrexerit cum corporis integritate.

¶ Tertiò, Vtrum corpus eius fuerit gloriosum.

¶ Quartò, De cicatricibus in corpore eius apparentibus.

¶ *Super quæst. quinquagesimaquartæ Articulum primum.*

IN titulo, uerum sumitur, ut distinguitur contra apparens, ita quòd apparentia excluditur nõ solum a corpore, sed a natura tali, scilicet humana. Idemque est quærere, an habuerit uerum corpus, & an habuerit in ueritate corpꝰ humanum.

¶ In corpore est una cõclusio: Corpꝰ Christi post resurrectionẽ fuit uerũ corpus eiusdẽ naturæ, cuius fuerat prius. Probãt dupliciter. Primò, illud

lud resurgere dicitur quod cecidit. ergo oportuit, ut idem corpus Christi eidem animæ uniretur in resurrectione. ergo corpus Christi post resurrectionem fuit uerum eiusdem naturæ corpus. Antecedens ex Dam auctoritate. Prima consequentia probatur ex rõne resurrectionis. Secunda aũt ex hoc, quòd ueritas naturæ corporis est ex forma. Secundo probat conclusio ex oppositio. si corpus Christi fuisset phãtasticum, non fuisset uera, sed apparẽs illi⁹ resurrectio. Reliqua in rũsionibus argumentorum tacta inferius in propriis locis tractã da sunt.

Inf ar. 3. co. & op. 60. c.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus post resurrectionem habuerit uerum corpus:

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus post resurrectionem non habuerit uerũ corpus. Verum enim corpus nõ potest simul esse cum alio corpore in eodem loco: sed corp⁹ Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intrauit. n. ad discipulos suos ianuis clausis, ut dicitur Io. 20. ergo uidetur, quòd Christus post resurrectionem non habuerit uerum corpus.

¶ 2 Præt. Verum corpus non euanescit ab aspectu intuentium, nisi forte corrumpatur: sed corpus Christi euanuit ab oculis discipulorum cum intuentium, ut dicitur Luc. ultimo. ergo uidetur quòd Christus post resurrectionem non habuerit uerum corpus.

¶ 3 Præt. Cuiuslibet ueri corporis est determinata figura; sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, ut patet Mar. ult. ergo uidetur, quod Christ⁹ post resurrectionem non habuerit uerum corpus humanum.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. ult. qđ Christo discipulis apparente, conturbati & conterriti existimabant se spiritum uidere, ac si non haberet uerum corpus, sed phantasticum. Ad quod remouendum ipse postea subdit, palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis hẽre. Non ergo habuit corpus phantasticum, sed uerum.

Li. 4. c. 28. & est ul. li. non multũ a pri.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Damasc. * dicit in 4. lib. illud resurgere dicitur, quod cecidit: corpus autem Christi per mortem cecidit, inquãtum s. fuit ab eo anima separata, quæ erat eius formalis pfectio. Vnde oportuit ad hoc, quod esset uera Christi resurrectio, ut idem corpus Christi iterato eidem animæ uniretur: & quia ueritas naturę corporis est forma, consequens est quòd corpus Christi post resurrectionem & uerum corpus fuerit, & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius, si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset uera resurrectio, sed apparens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi post resurrectionem, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ, sicut quidam dicunt, clausis ianuis ad discipulos introiuit, simul cum alio corpore in eodem loco existens. sed utrum hoc habere possit corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, ut simul cum alio corpore in eodem loco existat, * inferius discutietur, ubi agetur de resurrectione communi, nunc autem quantum ad propositum sufficit, dicendum est, quod non ex natura corporis, sed potius ex uirtute diuinitatis unitæ, illud corpus ad discipulos, licet uerũ esset, ianuis clausis introiuit. unde Aug. † dicit in quodam sermone paschali, quod quidam sic disputant, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno quomodo p ostia clausa intrare potuit? Et resp õdet, Si comprehendis modum, non est miraculum, ubi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Et super Ioann. * dicit, Moli corporis, ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente uirginitas matris inuiolata permansit. Et idem dicit Greg. † in quadam Hom. de octaua paschæ.

Non cõpleuit morte p̃ xcatus.

In ser. 3. in dñica in oct. paschę, & est ser. 149. in ordine, to. 10.

Tract. 121. in Io. a me. to. 6.

Hom. 2. euang. prin.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd sicut dictum est, Christus resurexit ad immortalem gloriæ uitã. Hæc est autem dispositio corporis glorioſi, ut sit spirituale, idest, subiectum spiritui, ut Apost. dicit 1. ad Cor. 15. Ad hoc autem quòd sit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quod omnis actio corporis, subdatur spiritus uoluntati. quod autem aliquid uideatur, fit per actionem uisibilis in uisum, ut patet p philo. * in 2. de anima. Et ideo quicumque habet corpus glorificatum, in potestate sua habet, uideri quando uult, & quando non uult, non uideri: hoc tamen habuit Christus non solum ex conditione corporis glorioſi, sed etiam ex uirtute diuinitatis, p quam fieri potest, ut etiam corpora non glorioſa miraculose non uideantur, sicut præstitum fuit beato Bartholomæo miraculose, ut si uellet uideretur: non autem uideretur si non uellet. dī ergo, quòd Christus ab oculis discipulorum euanuit, non quia corrumperet, aut resoluerẽt in aliqua inuisibilia: sed quia sua uoluntate desiit ab eis uideri: uel eo præsente, uel ẽt eo abscedente uelociter p dotem agilitatis.

Li. 2. te. 2. & 3. li. 3. to. 2.

Art. p

AD III. Dicendum, quòd sicut Seuerianus dicit in sermone paschali, Nemo putet Christum sua resurrectione sui uultus effigiem cõmutasse. Quod est intelligendum quantum ad lineamenta mẽbrorum, quia nihil inordinatum, & deforme fuerat in corpore Christi p Spiritum sanctum concepto, ꝙ in resurrectione corrigẽdum esset: accepit tamẽ in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidẽ subdit, Sed mutatur effigies, dũ efficitur ex mortali immortalis, ut hoc sit acquisiuisse uultus gloriam, nõ uultus substantiam perdidisse, nec tamen illis discipulis in specie glorioſa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, ut corpus suum uideretur, uel non uideretur, ita in potestate eius erat, ut ex eius aspectu formaretur in oculis intuẽtium, uel forma glorioſa uel non glorioſa, aut etiam commista, uel qualitercumque se hẽns: modica tamẽ differentia, sufficit ad hoc quod aliquis uidcatur in aliena effigie apparere.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christi corpus resurrexerit integrum.

AD SECVNDVM sic procedit. Vī, quòd corpus Christi nõ resurrexerit integrum. Sũt enim de integritate humani corporis caro & sanguis, quæ Christus nõ vī habuisse. dī enim 1. ad Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebunt: Christus autem resurrexit in gloria regni Dei. videt ergo quod non habuerit carnem & sanguinem.

¶ 2 Præt. Sanguis est unus de quatuor humoribus. si ergo Christus habuit sanguinem, pari rõne habuit alios humores, ex quib. causatur corruptio in corporib. animalium. sic ergo sequeret, ꝙ corpus Christi fuerit corruptibile, ꝙ est inconueniens. nõ igitur Chri-

¶ *Super quæst. quinquagesimaquarta Articulum secundum.*

Titul⁹ ut sonat.

¶ In corpore una cõclusio. Corpus Christi resurrexit integrum scilicet cum carnibus & ossibus &c.

Locis sup. ar. 1. indic.

Probatur dupliciter.

Primo ostensiue: Corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. ergo totum habuit quicquid ertin et ad naturam corporis humani. ergo oia ista fuerunt in corpore Cri. Secũda consequentia probatur, quia hæc oia ptinẽt ad naturã humani corporis. Deinde ꝓbatur, quòd hæc omnia integr̃liter fuerunt in Christo:

quia

quia aliter non fuisset resurrectio perfecta, si non fuisset integratum, quicquid per mortem ceciderat. Et confirmatur auctoritate Domini: Capillus de capite uestro non peribit &c. Secundo, probatur conclusio ab oppositio: quia dicere corpus Christi caruisse partibus naturalibus humano corpori, pertinet ad errorem Euthycii, duo dicentis. Primum est, corpus nostrum in resurrectione erit impalpabile, uentis aereque subtilius. Alterum est, Christus post confirmata corda discipulorum palpantium omne, quod erat in eo palpabile, in subtilitatem aliquam redegit. Contra quod secundum dictam rationē Gregorii Auctor affert primo, & ipsius Euthycii reuocationem deinde, & demum arguit error Valentini. Clara sunt in Arr. præcel. litera omnia intelligentibus, quòd omnis mutatio, species quædam mortis est.

¶ In responsionibus argumentorum: & in corpore duæ magnæ quæstiones restant. Prima est, quæ indecisa uidetur propter uarias opiniones, an totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cum eo. Secunda est, an Christo resurgente oportuerit sanguinem secum reassumere.

¶ Primæ quæstionis Auctor tenet partem affirmatiuam in litera in responsione ad tertium, quò ad sanguinem in passione effusum ea rōne, quia erat de ueritate humanæ naturæ, & in corpore articuli adiungitur, quòd si non fuisset integratum quicquid per mortem ceciderat, non fuisset resurrectio perfecta.

¶ Secundæ autem quæstionis non solus Auctor, sed communis & theologorum & ecclesiæ sententia partem tenet affirmatiuam. Sed ut ab hac ordiar, occurrit mihi magnum de ea dubium, & argumentum ducens ad partem negatiuam. Ad cuius intellectum, recolere oportet ex doctrina Pauli Apostoli primæ ad Corint. 15. quòd corpus nostrum hic est animale, resurget autem spirituale, & secundum Augustinum tandiu corpus est animale, quamdiu indiget alimento, & per oppositum tunc est spirituale, cum non indiget amplius alimento. Ex qua doctrina habetur, quòd corpus Christi surrexit non animale, sed spirituale, hoc est non indigens alimento. Sub hac autem theologica traditione subsumitur ex philosophia, quòd sanguis in corpore humano nihil aliud est, quam alimentum humani corporis, ut expresse Aristoteles in secundo de partib. animal. capit. tertio dicit, ponens sanguinem esse ultimum alimentum in corpore animalium, & alimenti gratia datum animalibus a natura. ergo corpus Christi resurgens non indiguit sanguine: eiusdem enim rationis est indigere alimento interiori, uel exteriori. Vnde idem est dicere corpus Christi post resurrectionem indigere sanguine, & indigere alimento, quod est esse animale & non spirituale. Et cum alimentum quantumcumque ultimum non sit actu pars animalis, sed potentia totum, sequitur quòd sanguis non sit pars animalis, & consequenter nec hominis, & quod sanguis non est de integritate humanæ naturæ: quoniam integrum est, cui nulla partium deest. Et quia uerum non addit rem aliquam supra ens (eandem enim rem significat aurum, quam significat aurum uerum, & sic de aliis) ideo sequitur quòd nullus sanguis est de ueritate humanę naturæ, quia non est de integritate eius. Nec obstat quod exangues efficiamur aut mortui fumus: attestatur. n. hoc ad dictam philosophiam, quòd sanguis est de necessitate requisitus ad uitam animalium habentium sanguinem, quoniam ut in 2. de anim. dicitur, tandiu uiuunt, quamdiu aluntur. Iungendo ergo philosophiam theologiæ dicendum uidetur, quòd sanguis pertinet ad necessitatem humani corporis secundum uitam animalem, quia est ultimum alimentum, & non pertinet ad necessitatem humani corporis spiritualis, quale fuit corpus Christi in resurrectione.

A

ſtus habuit carnem & ſanguinem.

¶ Præt. Corpus Christi quod resurrexit, in cælum ascēdit: sed aliquid de sanguine eius in quibusdā ecclesiis reseruatur pro reliquiis. non ergo resurrexit corpus Christi cum integritate omnium suarum partium.

B

Sed contra est, quod Dominus dicit Luce ultim. post resurrectionem discipulis loquens, spiritus carnem, & ossa non habent, sicut me uidetis habere.

C

Respon. Dicendum, quòd, sicut supra dictum est, * corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ. Vñ, quicquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Christi resurgentis. Manifestum est autem, quòd ad naturam corporis humani pertinēt carnes, & ossa & sanguis, & alia huiusmodi. Et ideo, omnia ista in corpore Christi resurgentis fuerunt, & etiam integraliter absque omni diminutione, alioquin non fuisset perfecta resurrectio, si non fuisset reintegratum quicquid p mortem ceciderat. vnde & Dominus fidelibus suis promittit dicens Matth. decimo. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt, & Luc. uigesimoprimo dicitur, Capillus de capite uestro non peribit. Dicere autem quod corpus Christi carnem & ossa non habuerit, & alias huiusmodi partes humano corpori naturales, pertinet ad errorem Euthycii, Constantinopolitanæ urbis episcopi, qui dicebat, quòd corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile & uentis aereque subtilius, & quòd Dominus post confirmata corda discipulorum palpantium, omne illud, quod in eo palpari potuit, in subtilitatem aliquam redegit, quod ibidem improbat Grego * quia corpus Christi post resurrectionem, immutatum nō fuit, secundum illud Roman. sexto, Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. unde & ille, quæ dixerat, in morte retractauit. Si enim inconueniens est, ut Christus alterius naturæ corpus in sua conceptione acciperet, puta cœleste, sicut Valentinus asseruit, multo magis inconueniens est, quod in resurrectione alterius naturæ corpus resumpserit, quia corpus in resurrectione resumpsit ad uitam immortalem, quod in conceptione

Et secundum hoc cum dicitur, Totum quod per mortem cecidit resurrexit, si perfecta est resurrectio, intelligendum est de toto, quod est de necessitate corporis humani in statu seu uita spirituali, & non de toto necessario ad corpus humanum, in statu seu uita animali. In oppositum autem est comunis ecclesiæ sensus, & in sacramento altaris uinum conuersum in Christi sanguinem, quem fatemur in Christi corpore esse.

¶ Ad hanc quæstionem dicitur, quòd sāguis licet sit pars i potētia respectu carnis, & membrorum, est tamen cum hoc etiam pars in actu respectu totius animalis, ita quod est & materia transiens partium posteriorum, & materia permanens respectu totius, sicut elementa in mundo sunt partes in potentia & materia transiens respectu misti rum, & sunt partes in actu & materia permanens respectu uniuersi. Probaturque hoc ex eo, quod triplex compositio in animali inuenitur, ut habetur in secundo de partibus animalium. Prima est, compositio ex elementis seu eorum uirtutibus. secunda est ex partibus similaribus, puta carne, osse, neruo. tertia est ex partib. hererogeneis, ut manu, capite &c. Ad primam autem compositionem spectat compositio animalis ex humoribus, quorum unus est sanguis. & propterea quemadmodum componentia tam in secunda quam in tertia compositione sunt partes in actu animalis, ita componentia in prima compositione, affirmanda sunt, quod sunt partes in actu animalis. Et ideo, licet in resurrectione nō sit opus sanguine, ut est pars in potentia, est tamen opus illo, ut est pars in actu, alioquin non resurgeret homo integer: deficeret enim sibi aliqua partium eius in actu.

Hoc. 26. i eūā ge. nō remote a princ.

D

¶ De prima autem quęstione, nec conclusionis nec mediorum uideo certitudinem: nam ratio theologica ducit ad partem affirmatiuam, ut in litera habes, & in quolib. quinto quæst. tertia ar. 1. Ratio autem naturalis ad partem potius ducere uidetur negatiuam. quoniam nihil prohibet, in Christo fuisse passionis repore sanguinem nutrimentalem, qui non est in resurrectione assum

E

ptus; quoniam non est maior ratio, quare tunc non fuerit in Christo sanguis nutrimentalis, & alias fuerit, & rursus, quare in ipso tunc non, & in aliis hominibus eiusdem ætatis sic, & rursus, quare tunc patiendo: non, & si non fuisset tunc passus, fateremur in eo sanguinem nutrimentalem. Si autem in Christo tunc fuit nutrimentalis sanguis, constat quod tunc effusus fuit, cum natura meliorem quantum potuerit, in finem reseruauerit. Non cogere autem argumenta hæc, sanguineus sudor Christi in cruciatu propassionis effusus, cum ante passionem post cœnam oraret, significat, nam sudor ille sanguineus, cum non ex ægritudinali dispositione processerit, ut Aristotele. in tertio de historiis animalium prouenire ponit ex mala dispositione sanguinis, & in tertio de partibus animalium contigisse narrat, quibusdam propter laxum fluxumque corpus, tum, quia Christum non decuit ægritudo aliqua, tum, quia operationes ipsius Christi statim subsecutæ attestantur sanitati, & non ægritudini, nam

sta-

statim surgens ab oratione, ut Lucas ait, uenit ad discipulos ut prius, & allocutus eos de uigilia, &c. nonstrauit se non mutatum a tanto decursu sudoris sanguinei, ut immutari debuisset, si ægritudinis sudor fuisset. Ille, inquam, sudor sanguinens fuit humor sanguineus adhuc crudus, hoc est, non redactus adhuc perfecte in sanguinem, qui pars est hominis, & huiusmodi crudus humor uocatur sanguis nutrimentalis. Et quoniã, ut euangelista testatur, tanta fuit eius quantitas, ut decurreret in terram, uidetur quod totus sanguis nutrimentalis, qui inueniẽdus fuisset in Christo tempore passionis præeffusus fuerit in passionis sudore. Dico autem, qui inueniendus fuisset tempore passionis, & non qui inuentus est tunc, scilicet tempore orationis: quoniam non oportet fateri totum nutrimentalem sanguinem per sudorem emissum: quoniam aliquid illius remanens potuit, nocte & mane decoq perfectè, ita ut nihil nutrimentalis sanguinis inueniretur in Christo tẽpore passionis, cum effusus sanguis est: sed quia hæc magis diuinare quam affirmare possumus, ideo nullus pertinax in propria opinione inueniatur, nullus dubia p certis affirmet: sed pie dubitando, deuotionem suam p sequatur. Certum tamen & absque hesitatione qualibet constat, Christi sanguinem nutrimentalem, qui dicitur in terra inueniri, etiã si in passione effusus sit, non esse unitum uerbo Dei personaliter: quoniam numquam fuit actu pars sanguinis, qui est de ueritate humanæ naturæ.

li.14. mor.c. 31. non procul a fi.

Aug. epist. 4. tom. 2. p. 349.

Luc. ult.

epist. 146. nõ multum longe a prin. 2.

inf. q. 55. a. 6. ad 4. & quo. 5. q. 3. ar. 1. & opu. 3. c. 245.

¶ *Super quæstio. quin quagesimaquarta articulum tertiũ.*

TItulus clarus.

¶ In corpore assumpserat ad uitam mortalẽ.,

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ caro & sanguis ibi non accipitur pro natura carnis & sanguinis, sed uel pro culpa carnis, & sanguinis, sicut Grego.* dicit in 14. Mora. uel pro corruptione carnis & sanguinis: quia, ut Aug. dicit ad Consentium,† de resurrectione carnis, non ibi erat corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Caro igitur d secundum substantiam posidet regnum Dei, secũdum quod dictum est, * spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Caro autem cum secundum corruptionem intelligitur, non possidebit, unde continuo additum est in uerbis apostoli, Neque corruptio incorruptelam.

AD SECVNDVM dicẽdum, quod sicut Aug. dicit in eodem lib.* fortassis accepta occasione sanguinis, urgebit nos molestior perscrutator, & dicet, Si sanguis in corpore Christi resurgentis fuit, cur non & pituita, idest, phlegma, cur non & fel flauum, idest cholera, & fel nigrum, idest, melãcholia? quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinę disciplina testatur: sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caucat, ne suæ fidei sanitatem castitatemq; corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista uisibili atque tractabili natura corporum, quibusdam manentib. auferre, quas uoluerit qualitates, ut absit labes .s. corruptionis, adsit effigies, adsit motio, absit fatigatio, adsit uescẽdi ptãs, absit esuriendi necessitas.

AD TERTIVM dicendum, quòd totus sanguis, qui de corpore Chri fluxit, cum ad ueritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit, & eadem rõ est de omnibus particulis ad ueritatem, & integritatẽ humanæ naturæ pertinentibus: sanguis autem ille, qui in quibusdam ecclesiis pro reliquiis conseruatur, nõ fluxit de latere Christi, sed miraculose dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christi corpus resurrexerit gloriosum.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, q̃ corpus Christi non resurrexerit gloriosũ. Corpora. n. gloriosa sunt fulgentia, secundum illud Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum; sed corpora fulgẽtia uidentur secundum rõnem lucis, non autem secundum rõnem coloris. Cum ergo corpus Christi uisum fuerit sub coloris specie, sicut & prius uidebãt, uidet quod non fuerit gloriosum.

¶ 2 Præ. Corpus gloriosum est incorruptibile, sed corpus Christi non uidetur fuisse incorruptibile: fuit. n. palpabile, sicut & ipse dicit Luc. ult. Palpate, & uidete. Dicit autem Grego. in quadam Hom.* quod corrumpi nec esse est, quod palpatur, & palpari non potest, quod nõ corrumpitur. non ergo corpus Christi fuit gloriosum.

¶ 3 Præt. Corpus gloriosum nõ est animale, sed spirituale, ut patet 1. ad Corinth. 15. sed corpus Christi uidetur fuisse animalem post resurrectionem: quia cum discipulis manducauit & bibit, ut legitur Luc. ult. & Io. ult. ergo uidetur, quod corpus Christi non fuerit gloriosum.

SED CONTRA est, quòd Apost. dicit ad Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratũ corpori claritatis suę.

RESPON. Dicendum, quòd corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, & hoc apparet triplici ratione. Primò quidẽ, quia resurrectio Christi fuit exemplar & causa nostræ resurrectionis, ut habetur 1. ad Corinth. 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vnde cum cã sit potior causato, & exemplar exemplato, multo magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. Secundò, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. unde & ipse dicebat, Nunc anima mea turbata est, quod pertinet ad passionem & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum, in quo petit gloriam resurrectionis. Tertiò, quia sicut supra habitum est, * anima Christi a principio suæ conceptionis fuit gloriosa per fruitionem diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiue factum, sicut supra dictum est,* ut ab anima gloria non redundaret in corpus, ad hoc, quod mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret: & ideo peracto hoc mysterio passionis & mortis Christi, statim anima in corpus in resurrectione resumptũ, suam gloriam deriuauit, & ita factum est corpus illud gloriosum.

q. 34. a. 2. arg.

q. 14. ar. 1. 2. arg.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omne, quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis: quia igitur gloria corporis deriuat ab anima, ut Aug.* dicit in epistola ad Dioscorum, fulgor seu claritas corporis gloriosi est secundum colorẽ humano corpori naturalem: sicut uitrum diuersimode coloratum recipit splendorem exillustratione solis .s. m modum sui coloris: sicut autem in potestate hoĩs glorificati est, ut corpus eius uideatur, uel non uideatur, sicut dictum est,* ita in potestate eius est, quod claritas eius uideatur, uel non uideatur. unde potest in suo colore sine aliqua claritate uideri, & hoc modo Christus suis discipulis

epist. 56. in med. tom. 1.

a. 1. huius ad 2. 3.

unica cõclusio: Corpus Chri in resurrectione fuit gloriosum. Probatur tripliciter, & rationes clare patent in litera.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quod Auctor loquitur de raro & denso i ninocatione seruata, quod dico propterea quia densitas ponitur etiam in corporibus cælestibus: non eiusdem tamen rationis cum densitate inferiori: est enim stella densior pars sui orbis: nihil tamen est commune utriusque corruptibili, & incorruptibili corpori. Vnde cælum resisteret tactui, si quis ad orbem lunæ pertransire vellet ibi existens: non tamen sentiretur tactu densitas eius: sed tantũ tactui resisteret pars densa, quantũ pars minus densa. Et propea i litera dr, q̃ corp⁹ rõne suæ spissitudinis palbabile, & naraliter corruptibile.

Hom. 26. in euang. paulo post prin.

lis post resurrectionem suam apparuit.

Ad secundum dicendum, quòd corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solum ratione resistentiæ, sed ratione suæ spissitudinis. Ad rarum autem & spissum sequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiusmodi contraria, quæ sunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile: si autem sit aliquod corpus resistens tactui, quod non sit dispositum secundum prædictas qualitates, quæ sunt propria obiecta tactus humani, sicut est corpus cæleste, tale corpus non posset dici palpabile: corpus autem Christi post resurrectionem uere fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates, secundum quòd requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corporis humani naturam, fuisset etiam corruptibile: habuit autem aliquid aliud, quod ipsum incorruptibile reddidit, non quidem naturam cælestis corporis, ut quidam dicunt, de quo infra* magis inquiretur, sed gloriam redundantem ab anima beata, quia ut Aug.† dicit in epistola ad Dioscorum, Tam potẽ ti natura Deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, idest, incorruptionis uigor; & iõ sicut Greg.* dicit ibidem, ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.

Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug.† dicit 13. de ciuit. Dei, Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen uera, cibum & potum, cum discipulis sumpsit nõ alimentorum indigentia, sed ea, qua hoc poterat potestate. ut enim Beda* dicit super Lucam, aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius calens, illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, sed ut eo modo naturam corporis resurgentis astrueret: & propter hoc non sequitur, quòd fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

Articvlvs iiii.

¶ *Super quæst. quinquagesimaquarta Articulum quartum.*

Vtrum corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, q̃ corpus Christi non debuerit cum cicatricib⁹ resurgere. Dr̃. n. 1. ad Cor. 15. q̃ mortui resurgent incorrupti: sed & cicatrices & uulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. non ergo fuit conueniens, ut Christus, qui est resurrectionis actor, cũ cicatricibus resurgeret.

¶ 2 Præt. Corpus Christi integrũ resurrexit, sicut dictum est; * sed aperturæ uulnerum contrariãtur integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. non ergo uidetur fuisse conueniens, q̃ in corpore Christi apturę uulnerũ remanerent, etsi remanerent ibi quædam uulnerũ insignia, quæ sufficiebãt ad aspectũ ad quẽ Thomas credidit, cui dictũ est, Quia uidisti me Thoma credidisti.

¶ 3 Præt. Damas. dicit in 4. lib. q̃ post resurrectionem de Christo dicuntur quædam uere, quæ nõ habuit secundum naturam, sed secundum dispensationem, ad certificandum, quòd ipsum qđ passum est corpus resurrexit, ut cicatrices. Cessante autem cã, cessat effectus. ergo vr̃ quòd certificatis discipulis de sua resurrectione cicatrices ulterius non habuerit: sed nõ conueniebat immutabilitati gloriæ q̃ aliquid assumeret, q̃ perpetuo in eõ non remaneret. ergo uidetur q̃ nõ debuerit corpus cum cicatricib. in resurrectione resumere.

Sed contra est, quod Dominus dicit Tho. Io. 20. Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

Respon. Dicendum, quòd conueniens fuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. Primo quidem, propter gloriam ipsius Christi, dicit enim Beda super * Lucam, quòd non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed ut in perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum. unde & Aug. dicit in 22.† de ciuit. Dei, quòd fortassis in illo regno in corporibus martyrum uidebimus uulnerum cicatrices, quę pro Christi nomine pertulerunt. non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quędam, quàmuis in corpore, non corporis, sed uirtutis pulchritudo fulgebit. Secũdò, ad confirmandum corda discipulorum circa fidẽ suæ resurrectionis. Tertiò, ut patri pro nobis suppliCans, quale genus mortis pro homine pertulerit, sẽ per ostendat. Quartò, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis indiciis, insinuet. Postremo, ut in iudicio quam iuste damnentur, ibidem denuntiet. unde sicut Augu. dicit in lib. 2. de symbolo cap. 8. Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thomę non credenti nisi tangeret & uideret, ita etiam inimicis uulnera demonstraturus est sua, ut conuincens eos ueritas dicat. Ecce hominem quem crucifixistis, uidetis uulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis. quoniam puos & propter uos apertum est, nec tamen intrare uoluistis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd cicatrices illæ, quæ in corpore Christi permanserunt, non pertinent ad corruptionem vel defectũ, sed ad maiorem cumulum gloriæ, inquantum sunt quædam uirtutis insignia, & in illis locis uulnerum, quidam specialis decor apparebit.

Ad secvndvm Dicendum, quòd illa apertura uulnerum, quàmuis sit cum quadam solutione cõtinuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, ut corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum: Thomas autem non solum vidit, sed etiam uulnera tetigit, quia, ut dicit Leo Papa, suffecit sibi ad fidem propriam, uidisse q̃ uiderat, sed nobis operatus est, ut tangeret quem uidebat.

Ad tertivm Dicendum, q̃ Christus in suo corpore uoluit cicatrices uulnerum remanere, non solum ad certificandum discipulorum fidem, sed ẽt pp alias rõnes. Ex quibus apparet, q̃ semper in eius corpore cicatrices illę remanebunt, qa, vt Aug.* dicit ad Consentium, de resurrectione carnis, domini corpus in cęlo esse credo, ut erat quãdo ascendit in cęlum. Et Greg.† 14. Moral. dicit. Quòd si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari, contra ueridicam Pauli sententiam, post resurrectionem

maiorem decorem, in quo monstratur, quòd ex parte corporis recompensatione eget. Reliqua clara sunt in litera.

Super illud Luc. ostendit eis manus c. 97. in Luc. & est ultimũ. li. 22. c. 20. in prin. to. 5.

Au. epi. 146, paulo. a pri. to. 2.

Li. 14. mor. c. 31. a med.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctionem dominus rediit in mortem, quod quis dicere uel ſtultus præſumat, niſi qui ueram carnis reſurrectionem denegat? Vnde patet quòd cicatrices, quas Chriſtus poſt reſurrectionem in ſuo corpore oſtendit, numquam poſtmodum ab illo corpore ſunt remote.

¶ *Super quæſt quinquageſimæquinte articulum primum.*

TItulus de manifeſtatione facta Chriſti diſcipulis quærit, an talis manifeſtatio debuerit fieri omnibus publice, ſicut publice manifeſtata eſt paſſio.

¶ In corpore, primo ponitur una diſtinctio bimembris, ſcilicet eorum quæ cognoſcuntur, quædam communi lege, quædam ſolo gratiæ munere ſunt cognoſcibilia. Deinde ponitur concluſio reſpõſiuæ: Chriſti reſurrectio non debuit omni populo manifeſtari, ſed quibuſdam, per quos ab aliis crederetur. Probatur, quia Chriſtus reſurrexit ad uitam glorioſam. ergo, &c. Conſequentia ꝓbatur ex differentia inter dicta duo genera cognoſcibilium conſiſtente in hoc, ꝙ primum genus exponitur cognoſcẽdum omnibus: ſecundum autem, ſecundum legem diuinam gradatim per quoſdam ad alios deriuatur; conſtat autem uitam gloriosam ſub ſecundo genere contineri, & clare patent omnia in litera.

Super q. 36. ar. 2. cor. & op. 3. c. 245. & 2. Cor. 15.

QVAESTIO LV.

De manifeſtatione reſurrectionis, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de manifeſtatione reſurrectionis Chriſti.

ET CIRCA hoc quærunt ſex.

¶ Primò, Vtrum Chriſti reſurrectio omnibus manifeſtari debuerit, an ſolum quibuſdam ſpecialiter perſonis.

¶ Secundò, Vtrum fuiſſet conueniens, quod eis uidentibus reſurgeret.

¶ Tertiò, Vtrum poſt reſurrectionem debuerit cum ſuis diſcipulis conuerſari.

¶ Quartò, Vtrum fuerit conueniens, quod ſuis diſcipulis in alienà effigie appareret.

¶ Quintò, Vtrum reſurrectionẽ ſuam argumentis manifeſtare debuerit.

¶ Sextò, de ſufficientia illorum argumentorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum reſurrectio Chriſti debuerit omnibus manifeſtari.

AD PRIMVM ſic procedit. Videtur, quod reſurrectio Chriſti debuerit omnibus manifeſtari. Sicut enim publico peccato debetur pœna publica, ſecundum illud primæ ad Timothæũ quinto. Peccantes coram omnibus argue, ita merito publico debetur præmium publicum: ſed claritas reſurrectionis eſt præmium humilitatis paſſionis, ut Auguſt. dicit ſuper Ioan. *Cùm ergo paſſio Chriſti fuerit omnibus manifeſtata, eo publice patiente, uidetur quòd gloria reſurrectionis ipſius omnibus manifeſtari debuerit.

Tract. 104. in Io. circa fin. to. 9.

¶ 2 Pręt. Sicut paſſio Chriſti ordinatur ad noſtram ſalutem, ita & eius reſurrectio, ſecundum illud Ro. quarto, Reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã: ſed illud quod ad communem utilitatem pertinet, omnibus debet manifeſtari. ergo reſurrectio Chriſti omnibus debuit manifeſtari, & non ſpecialiter quibuſdam.

¶ 3 Pręt. Illi, quibus manifeſtata eſt reſurrectio Chriſti, fuerunt reſurrectionis teſtes: unde dicitur Act. 4. Quem Deus ſuſcitauit a mortuis, cuius nos teſtes ſumus: hoc autem teſtimonium ferebant publice prædicando: quod quidem non conuenit mulieribus, ſecundum illud 1. ad Corinth. 14. Mulieres in eccleſijs taceant, & 1. ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. ergo uidetur quòd inconuenienter reſurrectio Chriſti manifeſtata fuerit primo mulieribus, quàm omnibus communiter.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Act. decimo. Quem Deus ſuſcitauit tertia die, & dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus prędestinatis a Deo.

RESPON. Dicendum, quòd eorum, quæ cognoſcuntur, quædam cognoſcuntur communi lege naturæ, quædam autem cognoſcuntur ex ſpeciali munere gratiæ, ſicut ea, quæ diuinitus reuelantur: quorum quidem, ut Dionyſ. dicit in lib. cæleſt. hierar.* hæc eſt lex diuinitus inſtituta, ut a Deo immediate ſuperioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiores, ſicut patet in ordinatione cęleſtium ſpirituum: ea uerò, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedunt, ſecundum illud Iſa. 64. Oculus non uidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te: & ideo eiuſmodi ab homine non cognoſcuntur, niſi diuinitus reuelata, ſicut Apoſtolus dicit primæ ad Corinth. 2. Nobis reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. quia igitur Chriſtus reſurrexit glorioſa reſurrectione, ideo eius reſurrectio non omni populo manifeſtata eſt, ſed quibuſdam quorum teſtimonio deferretur in aliorum notitiam.

Cap. 4. hier. 2. dio illius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd paſſio Chriſti peracta eſt in corpore adhuc habente naturã paſſibilem, quæ communi lege nota eſt omnibus; & ideo paſſio Chriſti omni populo immediate manifeſtari potuit. Reſurrectio autem Chriſti facta eſt per gloriam patris, ut Apoſt. dicit Ro. 6. & ideo immediate manifeſtata eſt, non omnibus, ſed quibuſdam. quod autem publice peccantibus pœna publica imponitur, intelligendum eſt de pœna præſentis uitę: & ſimiliter publica merita publice præmiari oportet, ut alij prouocentur: ſed pœnę & præmia futurę uitæ non publice omnibus manifeſtantur, ſed ſpecialiter illis, qui ad hoc prędestinati ſunt a Deo.

D. 988.

AD SECVNDVM dicendum, quòd reſurrectio Chriſti ſicut eſt ad communem omnium ſalutem, ita in notitiam omnium peruenit: non quidem ſic, quòd immediate omnibus manifeſtaretur, ſed quibuſdam, per quorum teſtimonium deferretur ad omnes.

AD TERTIVM dicendum, quòd mulieri non permittitur publice docere in eccleſia: permittitur autem ei priuatim aliquos domeſtica admonitione inſtruere. & ideo ſicut Ambroſ. dicit ſuper Luc.* Ad eos femina mittitur, qui domeſtici ſunt, non autem mittitur ad hoc, quòd reſurrectionis teſtimonium ferat ad populum. Ideo autem primo mulieribus apparuit, ut mulier, quæ primo nuntiũ mortis ad hominem detulit, primo etiam uitam reſurgentis Chriſti in gloria nuntiaret: unde Cyrillus* dicit, Femina, quę quondam mortis fuit miniſtra, uenerandum reſurrectionis myſterium prima percipit, & nuntiat. adeptum eſt igitur femineum genus, & ignominiæ abſolutionem, & maledictionis repudium. Similiter etiam per hoc oſtenditur, quòd quantum ad ſtatum glorię pertinet, nullum detrimentum patietur femineus ſexus: ſed ſi maiori charitate feruebunt, maiori etiam gloria exuiſione diuina potientur, eo quod mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, intantum, ut ab eius ſepulcro diſcipulis etiam recedentibus non recederent, primo uiderunt dominum in gloria reſurgentem.

Ca. ul. in l. non mul. ante med. com. 5.

Lib. 12. in l. c. 17. ſuper lud. unde & fratres eius & die eis

D. 177.

¶ *Super*

¶ *Super quæst. quinquagesimaquinta articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum fuisset conueniens, quòd discipuli viderent Christum resurgere.

TItulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio: Resurrectio Christi non debuit ab hominib⁹ immediate videri, sed eis ab angelis nuntiari. Probatur: Ordo diuinitus instituꝰ exigit, vt ea, quæ sunt supra homines conueniabilia, hominibus per angelos reuelentur, vt patet ex Dionys. sed resurrectio Christi est huiusmodi. ergo. Et confirmatur auctoritate Hilarij.

¶ In responsione ad secundū adde, quòd ascēsio Christi quātum ad terminū ad quem excedebat cognitionem humanā, manifestata est discipulis ab angelis, dicentibus, Hic Christus qui assumptus est a vobis in cælum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur conueniens fuisse, ꝙ discipuli viderent Christum resurgere. Ad discipulos enim pertinebat resurrectionem Christi testificari, secūdum illud Act.4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri: sed certissimum est testimonium de visu. ergo conueniens fuisset, vt ipsam resurrectionem Christi viderent.

¶ 2 Præt. Ad certitudinem fidei habendam, discipuli ascēsionem Christi viderunt, secūdum illud Act.1. Videntibus illis, eleuatus est; sed similiter oportet de resurrectione Christi certam fidem habere. ergo videtur quòd discipulis videntibus, debuerit Christus resurgere.

¶ 3 Præt. Resurrectio Lazari, qđam indicium fuit futuræ resurrectionis Christi: sed discipulis videntibus, Dominus Lazarum suscitauit. ergo videtur ꝙ etiam Christus resurgere debuerit, discipulis videntibus.

SED CONTRA est, quod dicitur Marc. vlt. Resurgens dominus mane prima sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ: sed Maria Magdalena non vidit eum resurgere; sed cum eum quæreret in sepulchro, audiuit ab angelo, Surrexit, non est hic. ergo nullus vidit eum resurgere.

RESPON. Dicendum, quòd sicut dicit Apostolus Rom. decimotertio, quæ a Deo sunt, ordinata sunt: est autem hic ordo diuinitus institutus, vt ea, quæ supra homines sunt, hominibus per angelos reuelētur, vt patet per Dion.* 4.cap.cæl. hier. Christus autem resurgens non rediit ad vitā communiter hominibus notam, sed ad vitam quandam immortalem & Deo conformem, secundum illud Roma.6. Quòd enim viuit, viuit Deo: & ideo ipsa Christi resurrectio nō debuit immediate ab hominibus videri, sed eis ab angelis nuntiari. Vnde Hilarius dicit super Matth.† ꝙ ideo angelus prior resurrectionis est index, vt quodam famulatu paternæ uoluntatis resurrectio nuntiaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostoli potuerunt testificari Christi resurrectionem, etiā de visu, quia Christum post resurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quem mortuum sciuerant: sed sicut ad visionem beatam peruenitur per auditum fidei, ita ad visionem Christi resurgentis, perueuerunt homines per ea, quę prius ab angelis audierunt.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ascensio Christi quantum ad terminum a quo, non trāscendebat hominum cōem notitiam: sed solum quantū ad terminū ad quē: & ideo discipuli potuerūt videre ascensionem Christi, quantum ad terminum a quo, i. secundum ꝙ eleuabatur a terra: non autem viderunt ipsum, quantum ad terminum ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cęlo: sed resurrectio Chri transcendebat communem notitiam, & quantum ad terminum a quo, secundum ꝙ anima rediit ab inferis, & corpus de sepulcro clauso exiuit: & quantum ad terminum ad quem, secundum ꝙ est adeptus vitam gloriosam: & ideo non debuit resurrectio fieri sic, quod ab homine uideretur.

AD TERTIVM dicendum, quod Lazarus resuscitatus est, vt rediret ad vitam, quam prius habuerat, quæ communem notitiam hominum non transcendit: & ideo non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ *Super quæst. quinquagesimaquinta articulum tertium.*

Vtrum Christus post resurrectionem debuerit continue cum discipulis conuersari.

TItulus clarus.

¶ In corpore una conclusio. Christus post resurrectionem non debuit continue cum discipulis conuersari. Probatur: Duo erant discipulis declaranda, scilicet veritas resurrectionis & gloria resurgentis: sed prima non exigebat continuam conuersationem: secundæ autem nocere poterat continua conuersatio. ergo. Minor declaratur ī litera quò ad singulas partes. Et confirmatur auctoritate uerborum Christi in euangelio & expositionis Bedæ, quæ ad hoc tendunt, vt monstrent, quod continua conuersatio cum discipulis, erat de pertinentibus ad uitam mortalem: hoc enim significat Christus dicens, Cum adhuc essem uobiscum.

3.di.21.q.2. ar.5. cor. & di.22.q.3.a. 2.q.3.cor. & Ioan.20.l.6. prin. & ca. 21.prin.

fi.3. c.ul. fi. fi.li. tom.4.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Christus post resurrectionem debuerit continue cum discipulis conuersari. Ad hoc enim discipulis post resurrectionem apparuit, ut eos de fide resurrectionis certificaret, & consolationem perturbatis afferret, secundum illud Io.20. Gauisi sunt discipuli uiso domino: sed magis tuissent certificati & consolati, si eis continue suam præsentiam exhibuisset. ergo uidetur, quòd continue cum eis debuerit conuersari.

¶ 2 Præ. Christꝰ resurgens a mortuis, non statim ascendit in cælū, sed post dies quadraginta, ut habetur Act.1. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius esse, quam ubi discipuli eius erāt pariter cōgregati. ergo uidetur, ꝙ cōtinue cum eis conuersari debuerit.

¶ 3 Præt. Ipso die resurrectionis dominicę, quinquies Christus apparuisse legitur, ut Aug.* dicit in lib. de consensu euangelistarum. Primò quidem, mulierib. ad monumentum, Secundo, eisdem egredientibus a monumento in itinere. Tertiò, Petro. Quartò, duobus discipulis euntibus in castellum. Quintò, pluribus in Hierusalem, ubi non erat Thomas. ergo etiam uidetur quod & alijs diebus ante suam ascensionem, ad minus pluries debuerit apparere.

¶ 4 Præt. Dominus ante passionem eis dixerat Mat. 26. Postquam resurrexero, præcedam uos in Galilæam, quod etiam angelus & ipsemet Dominus post resurrectionem mulieribus dixit: & tamen antea in Hierusalem ab eis uisus est, & ipso die resurrectionis, ut dictum est, † & etiam die octauo, ut legitur Ioan. 20. non ergo uidetur, quòd conuenienti modo post resurrectionem cum discipulis fuerit conuersatus.

argu. præc.

SED CONTRA est, quod Io.20. dicitur, quod post dies octo, Christus discipulis apparuit. non ergo continue conuersabatur cum eis.

RESPON. Dicendum, quod circa resurrectionē Chri duo erant discipulis declaranda, s. ipsa ueritas resurrectionis, & gloria resurgentis. Ad ueritatē aūt resurrectionis manifestandam, sufficit quod pluries eis apparuit, & cū eis familiariter est locutus, & comedit

medit & bibit,& se eis palpandum prębuit. Ad gloriam autem resurgentis manifestandam,noluit continue conuersari cum eis,sicut prius fecerat, ne uideretur ad talem uitam resurrexisse, qualem prius habuerat.unde Luc.ul.dicit eis,Hæc sunt uerba,quę locutus sum ad uos,cum adhuc essem uobiscum : tunc quidem erat cum eis præsentia corporali, sed ante cum eis fuerat,non solum corporali præsentia, sed etiam per similitudinem mortalitatis.unde Beda* prædicta uerba exponens dicit, Cum adhuc essem uobiscum,ideſt,cum adhuc essem in carne mortali,in qua estis & uos:tunc quidem in eadem carne resuscitatus erat,sed cum illis in eadem mortalitate non erat.

C.97.in Luc. & est ul.parum añ me.

Ad primvm ergo dicēdum,quod frequens Christi apparitio sufficiebat ad certificandum discipulos de ueritate resurrectionis:conuersatio autem cōtinua eos potuisse ducere in errorem,ut ad similem uitam cum resurrexisse crederent, quam prius habuerat:consolationem autem de continua sui præsentia eis in alia uita repromisit,secundum illud Io. 16.Iterum uidebo uos,& gaudebit cor uestrum , & gaudium uestrum nemo tollet a uobis .

Ad secvndvm dicendum,ꝙ Christus non ideo non continue conuersabatur cum discipulis,quia reputaret se alibi conuenientius esse,sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat,si non continue conuersaretur cum eis ratione prædicta.

P. 344. Incognitum d autem est quibus in locis intermedio tempore corporali ter essent: cum hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius.

Ad tertivm dicendū,quòd ideo prima die frequentius apparuit : quia per plura indicia erant admonendi,ut a principio fidem resurrectionis reciperent.Postquam autem,iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos,tam frequentibus apparitionibus instrui unde in euangelio nō legitur,ꝙ post primum diem eis apparuerit nisi quinquies; ut

Li 3. ante fi. lib. tom.4. enim Aug.† dicit in li.de consensu euangelistarum, post primas quinque apparitiones, sexto eis apparuit,ubi uidit eum Thomas: septimo,ad mare Tyberiadis in captione piscium: octauo,in monte Galileæ,secundum Matthæ nono.quod dicit Mar. Novissimè recumbentibus: quia iam non erant in terra cum illo cōuiaturi.decimo,in ipso die ascensionis,non iam in terra:sed elcuatus in nube,cum in cælum ascenderet:sed non omnia scripta sunt,sicut Ioan. fatetur.Crebra enim erat eius cum eis conuersatio, priusquam ascendisset in cælum, & hoc ad consolationem ipsorum. unde & prime ad Corinth.15.dicitur, quod uisus est plusquam quingentis fratribus simul. deinde uisus est Iacobo, de quibus apparitionibus in euangelio non habetur mentio.

Homil.81.in Mat.añ med. tom.2. Ad quartvm dicendum,quod sicut Chrysost.† dicit,exponens illud,quod dī Mat.16.Postquam resurrexero,præcedam uos in Galilæam.Non, inquit, in longinquam quandam regionem,ut eis appareat uadit:sed in ipsa gente & in ipsis fere regionibus, in quibus cum eo plurimum fuerant conuersati: ut & hinc crederent,quoniam qui crucifixus est, ipse est & qui resurrexit: propter hoc ēt in Galilæam se ire dicit,ut a timore Iudæorum liberarentur. Sic ergo,

Amb. in fine cōmentarium in 1. oc. tom.5. ut Ambr.* dicit super Luc. Dominus mandauerat discipulis,ut in Galilæa eū uiderent: sed illis ob metum intra conclaue residentibus,ipse primum se obtulit(nec hoc est promissi transgressio, sed potius festinata ex benignitate impletio)postea uero cōfirmatis animis, illi Galilæam petierunt. Vel nihil obstat, si dicamus pauciores intra conclaue, & complures in monte fuisse: ut enim Eusebius dicit,duo euangelistæ, scilicet Lucas & Ioannes solis undecim, hunc scribunt apparuisse in Hierusalem: ceteri verò duo in Galilæam properare, non solis undecim, sed uniuersis discipulis & fratribus dixerunt Angelum, & saluatorem iussisse: de quibus & Paulus meminit dicens, Deinde apparuit plusquam quingentis fratribus simul. Est autem uerior solutio, quòd prius in Hierusalem latitantibus semel, aut bis uisus est, ad eorum consolationem: in Galilæa verò non clam, aut semel aut bis, sed cum multa potestate ostensionem sui fecit,præbens se eis uiuentem, post passionem in signis multis, ut Lucas testatur in Actibus. Vel, sicut dicit August. † in libro de consensu euan-

Lib.3. c. procul fi.lib.eod. geliſtarum, quòd ab Angelo & Domino dictū est, quòd præcederet eos in Galilæam , prophetice accipiendum est.in Galilæa enim secundum transmigrationis significationem intelligēdum occurrit,quòd Christi gratia de populo Israel transmigratura erat ad gentes , quibus Apostoli prædicantes non crederentur, nisi eis ipse Dominus uiam in cordibus hominum præpararet, & hoc intelligitur , Præcedet uos in Galilæam ; secundum illud autem quòd Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma serui intelligendus est , sed in illa in qua æqualis est patri , quam promisit dilectoribus suis , quo nos præcedens non deseruit.

Articvlvs IIII.

¶ *Super quæſt quinquagesimaquinta articulum quartum.*

Vtrum Christus debuerit discipulis in alia effigie apparere.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur,quòd Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere. Non enim potest apparere secūdum ueritatem nisi quod est: sed in Christo non fuit nisi una effigies . si ergo Christus in alia effigie apparuit, nō fuit apparitio uera,sed ficta,quod est inconueniens,quia ut Augu.† dicit in li.83.q.Si fallit Christus,ueritas non est:est autē ueritas Christus. ergo uidetur quòd Christus non debuerit discipulis in alia effigie apparere.

¶ 2 Præt. Nihil potest in alia effigie apparere,quàm habeat,nisi oculi intuentium aliquibus præstigijs detineantur:huiusmodi autē præstigia cum fiant magicis artibus,non conueniunt Christo, secundum illud 2.ad Corin.6. Quæ conuentio Christi ad Belial? ergo uidetur ꝙ non debuerit in alia effigie apparere.

¶ 3 Præt.Sicut per sacram scripturā nostra fides certificatur, ita discipuli certificati sunt de fide resurrectionis, p Christi apparitiones:sed sicut Aug.* dicit in epistola ad Hieron.si uel unum mendaciū in sacra scriptura recipiatur, infirmabitur tota sacrę scripturæ auctoritas . ergo si uel in una ap-

Titulus clarus ex euangelio: in quo narratur Christi uisus modo ut horulan?:modo ut peregrinus.

3.di.21.q. ar.4. q.1. & 3. & op.61 cap.22.fi.

¶ In corpore unica conclusio: Christus quibusdam ad credendum dispositis , conuenienter apparuit in sua effigie,quibusdam autem minus dispositis conuenienter apparuit in alia effigie. Probatur:Resurrectio christi reuelanda erat hominibus secundum modum , quo eis diuina reuelantur, sed diuina diuersimode affectis , diuersimode reuelantur , quia bene dispositi percipiunt secundum ueritatem, & non bene dispositi percipiunt secundum quandam confusionem dubietatis seu erroris: ergo. Minor probatur; quia animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Indispositio quorundam discipulorū probatur ex Euangelio , Nos autem sperabamus &c. Et confirmatur* ratio auctoritate Gregorij .

Li.83. q.fi. 9.14.to.4.

Epist.ad i ordin. me 4.

¶ In

paritione Christus discipulis apparuit aliter quàm esset, infirmabitur quicquid discipuli post resurrectionem uiderũt in Christo, quod est inconueniens. nõ ergo debuit in alia effigie apparere.

SED CONTRA est, quòd dicitur Marci vltim. Post hæc dũobus ex eis ambulantibus, ostensus est in alia effigie euntibus in villam.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi manifestanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innotescunt autem diuina hominibus diuersimode, secundum quòd diuersimode sunt affecti: nam illi, qui habent mentẽ bene dispositam, secundum veritatem diuina percipiunt. Illi autẽ, qui non habent mentem bene dispositam, diuina percipiunt cũ quadam confusione dubietatis, vel erroris. Animalis eñ homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, vt dicitur 1. ad Corinth. 2. Et ideo Christus quibusdam ad credendum dispositis, post resurrectionem apparuit in sua effigie: illis autem in alia effigie apparuit, qui iã uidebantur circa fidem tepescere: vnde dicebant, Nos autẽ sperabamus, quia ipse esset redẽpturus Israel. vnde Gregor. dicit in Hom.† quòd talem se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente: quia enim adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius finxit, scilicet ac si esset peregrin⁹.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in lib. de Quæstionibus euangelij.* Non omne quod fingimus, mendacium est: sed quando illud fingimus quod nihil significat, tunc est mendacium: cum autem fictio nostra refertur in aliquã significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis, alioquin omnia quæ a sapiẽtibus, & sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figuratæ dicta sunt, mẽdacia deputabuntur: quia secũdum vsitatum intellectũ non consistit veritas in talibus dictis: sicut autem dicta, ita etiam fingũtur facta sine mendacio ad aliquã rẽ significandam, & ita factum est hic. vt dictũ est.†

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ sicut Augu. dicit in lib. de Cõsensu euang.* Dominus poterat transformare carnẽ sua, vt alia re vera esset effigies ab illa, quam solebant intueri: quandoquidem, & ante passionem suam trãsformatus est in monte, vt facies eius clarefceret sicut sol: sed nõ ita nunc factum est. Nõ autẽ incõgruenter accipimus hoc impedimentũ in oculis eorum a Satana factum fuisse, ne agnoscerẽtur Iesus. unde Luc. vlt. dicitur, quòd oculi eorum tenebãtur, ne eum agnoscerent.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei aspectu nõ fuissent reducti ad vere videndũ Christi effigiẽ. sicut enim Aug. dicit ibid.* Tantũ* a Christo facta est permissio, vt scilicet pdicto modo oculi eorum tenerẽtur vsque ad sacramẽtũ palis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentũ inimici, ut Christus possit agnosci: unde ibidẽ subditur, q̃ aperti sunt oculi eorum, & cognouerũt eum: nõ quod ante clausis oculis ambularent: sed inerat aliquid, quo nõ sinerẽtur agnoscere, quod videbant, quod scilicet caligo, & aliquis humor efficere solet.

¶In rñsione ad ſm, aduerte q̃ duę rõnes hactenus allatæ sũt i litera circa, erroneã uisionẽ, qua Christ⁹ corporali visu non cognoscebatur in ꝑpria, quã retinebat, effigie. Altera affert hic ex parte videntis, quæ tãgitur ab euangelista. Oculi autem eorũ tenebantur ne eum agnoscerent: & hæc attribuitur opinioni diaboli ab Augu. Altera est posita in quæstione præcedente ar. 1 ad 3. & tenet: ſe ex parte actionis obiecti: quia scilicet corpus gloriosum, eo q̃ spirituale est, in potestate sua habet agere i visum secũdũ aliq̃d sũ, & secundũ aliq̃d non: para immutare visum secũdũ quędã lineamenta sua, & secũdũ quædam non: & similiter ſm quędã colorem, & ſm quędã nõ, & sic facile apparet visui alia effigies corporis, in se eñ immutati. Et hic cãm rõnabile est fuisse in errore Magdalenæ existimatis hortulanũ, de quo est scripta ea quæ in parte oculorum.

Ad 1. & 3. huius q.

Homilia 25. in Euang.

1. libri. in prin.

In illud Solum.

Lib. 3. de Cõſen. euang. ca. 25.

Lib. 3. de Trinit. in 2. pagi. prin. tom. 4.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum quintũ.*

Titulus in principio corporis ab ipso Auctore declaratur.

¶In corpore, primo declaratur duplex acceptio argumenti. ſ. prout est rõ, rei dubiæ faciens fidẽ, uel prout est sensibile signum ad manifestandam ueritatem.

3. di. 21. q. 2. art. 3. & 4. Et op. 3. ca. 245. Et op. 60. c. 22.

Lib. 1. de fi. c. 5. non procul a fine, to. 2.

¶Secũdo rñdet quæsito, sumẽdo argumẽtũ primo modo, duplici cõclusione. Prima est: Chrs nõ ꝑbauit discipulis resurrectionẽ suã ꝑ argumẽta. Secũda ẽ, Chrs ꝑbauit eis resurrectionẽ suã ꝑ argumẽtũ tale (hoc ẽ ſm q̃d) scilicet ꝑ sacrã scripturã. Prima conclusio probatur, q̃a dec̃m rãt pricipia argumẽta nota discipulis. secunda probatur ex Euangelio Luc. vlti.

Homil. 26. in Euã. in prin. illius.

¶Vbi scito, q̃ pluries post resurrectionem vsus est dñs hoc argumento. ſ. cum discipulis eũntibus i Emaũ & cũ Apostolis, aperiẽdo illis sensum, vt intelligerent scripturas, & in verbis allatis in litera.

¶Tertio, rñdet quæsito, accipiendo argumẽtũ secũdo modo, vna cõclusione: Christus suã resurrectionẽ multis argumentis conuenienter declarauit. Probatur dupliciter: quare hoc fecerit, & ex parte eorum, & ex parte officii prædicandi.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus ueritatem resurrectionis debuerit argumentis declarare.

AD QVINTVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd Christus veritatem resurrectionis non debuerit argumentis declarare. Dicit. n. Ambros.* Tolle argumenta ubi fides quæritur: sed circa resurrectionẽ Christi quæritur fides. nõ ergo habẽt ibi locum argumẽta.

¶2 Præt. Grego. dicit, †Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum: sed ad Christum non pertinebat meritũ fidei euacuare. ergo ad eũ non ꝑtinebat resurrectionem per argumenta confirmare.

¶3 Præt. Christus in mundum venit, vt per eum homines beatitudinem adipiscantur, secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant: sed per huiusmodi ostensiones argumentorum videtur humanæ beatitudini impedimentum præstari: dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. ergo videtur, quod Christus non debuerit per aliqua argumenta resurrectionem suã manifestare.

SED CONTRA est, quod dicitur Actuum. 1. quòd apparuit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumentis, loquens de regno Dei.

RESPON. Dicendum, quòd argumentum dr̃ dupliciter. Quandoque dicitur argumentum quęcumque ratio, rei dubiæ faciens fidem: quandoque autem dicitur argumentum aliquod sensibile signum, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem: sicut etiam Arist.* in libris suis aliquando vtitur nomine argumenti. Primo igitur modo accipiendo argumẽtum, Christus non probauit discipulis suam resurrectionem per argumenta, quia talis probatio argumentatiua processisset ex aliquibus principijs, quæ si non essent nota discipulis, nihil per ea eis manifestaret q̃a ex ignotis nõ põt aliq̃d fieri notũ: si aũt essent eis nota, non transcenderẽt rationẽ humanã, & ita nõ essent efficacia ad fidẽ resurrectionis astruendã, quæ rõnẽ humanã excedit. Oportet. n. principia ex eodem genere assumi, vt dr̃ in Primo Posteriorũ.† Probauit autẽ eis resurrectionẽ suã per auctoritatem sacræ scripturæ (quæ est fidei fundamentum) cum dixit, Oportet impleri oia, q̃ scripta sunt in lege, & psalmis, & prophetis de me, vt habetur Luc. vlt. Si autem accipia-

In Rhet. ad Alexandrũ, cap. 4. a me-dio, tom. 6.

Lib. 1. text. 20. tom. 1.

tur secundo modo argumẽtum, sic dicitur Christus F suam resurrectionẽ argumentis declarasse, inquantũ per quædã euidentia signa, se vere resurrexisse ostendit. vnde in græco, vbi nos habemus, in multis argumentis, loco argumẽti, ponitur tecmirion, quod est signum euidens ad probandum: quæ quidem signa resurrectionis Christus ostẽdit discipulis pp duo. primo quidem, quia non erant corda eorum disposita, ad hoc quòd de facili fidem resurrectionis acciperent, vnde ipse dicit eis Luc. vlti. O stulti & tardi corde ad credendum, & Mar. vltimo exprobrauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis. Secũdo, vt per huiusmodi signa eis ostensa, efficacius eorum testimonium redderetur, secundum illud 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostræ con G trectauerunt, hoc testamur.

Ad primvm ergo dicendũ, q Amb. ibi loquitur de argumentis, secundum rationem humanam procedentibus, quæ inualida sunt ad ea, quæ sunt fidei ostendenda, sicut ostensum est.†

In corp. art. Ad secvndvm dicẽdum, q meritum fidei est ex hoc, quòd homo ex mandato Dei credit quod non videt: vnde illa sola ratio meritum excludit, quæ facit videri per scientiam id, quod credendo proponitur, & talis est ratio demonstratiua. Huiusmodi autẽ rationes Christus non induxit ad resurrectionem suam declarandam.

In solutione præc. ad 2. Ad tertivm dicendum, quod (sicut dictum est†) H meritum beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea quę videt: sed q aliquis ea q uæ non videt, credat p aliqua signa visa, non totaliter fidem euacuat nec meritum eius: sicut & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti, aliud vidit & aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Est autem perfectioris fidei, qui non requirit huiusmodi auxilia ad credendũ: vnde ad arguendum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit Ioã. 4. Nisi signa & prodigia videritis, nõ creditis. Et secundũ hoc potest intelligi, quòd illi, q sunt tam prompti animi, vt credant Deo etiã signis non visis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt nisi talia videant. I

Articvlvs VI.

Vtrum argumenta, quæ Christus induxit, sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, q argumenta quæ Christus induxit, non sufficienter manifestauerint veritatẽ resurrectionis eius. Nihil enim ostendit Christus discipulis post resurrectionem, quod etiã angeli homi- K nibus apparẽtes, uel non ostenderint vel ostendere nõ potuerint: nam angeli frequẽter in humana effigie se hominibus ostenderũt, & cum eis loquebãtur, & conuersabantur, & comedebant, ac si essent homines veri, sicut patet Genes. 18. de angelis, quos Abraham susceptit hospitio, & in libro Tobiæ, de Angelo, qui cũ duxit & reduxit: & tamen angeli non habẽt vera corpora naturaliter sibi unita, quòd requiritur ad resurrectionem. non ergo signa quæ Christus discipulis exhibuit, fuerunt sufficientia ad resurrectionẽ eius manifestandam.

¶ 2 Præt. Christus resurrexit resurrectione gloriosa, id est, habẽs simul humanam naturam cum gloria: sed quædam Christus ostẽdit discipulis, quæ videntur esse contraria naturæ humanæ sicut quod ab oculis eorum euanuit, & q ad eos ianuis clausis intrauit: quædã autem uidentur esse cõtraria gloriæ: puta quod manducauit & bibit, & quòd habuit vulnerum cicatrices. ergo videtur quod illa argumenta non fuerint sufficiẽtia, neque conuenientia ad fidem resurrectionis ostendendam.

Vbi quo ad testimonium angelorum, potest adiici, quod in die Ascensionis angeli testimonium perhibuerũt resurrectioni Christi, annuntiando illius locum, & secundum aduentũ ita testimoniũ angelorũ habemus non solum per mulieres, sed ad ipsos discipulos immediate. Secunda autem pars conclusionis declaratur quo ad duo ostensa: primo quo ad veram resurrectionem: secũdo quo ad gloriam illius satis ordinate in litera. In qua clara sunt omnia.

¶ 3 Pręt. Corpus Christi nõ erat tale post resurrectionem, vt tangi deberet ab homine mortali, vnde & ipse dixit Magdalenæ Io. 20. Noli me tangere: nondũ enim ascendi ad patrem meum. non ergo fuit cõueniens quod ad manifestandã ueritatem resurrectionis suæ, seipsum discipulis palpandum exhiberet.

¶ 4 Præt. Inter dotes glorificati corporis, præcipua videtur esse claritas, quam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit. ergo videtur quod sufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandã qualitatem resurrectionis Christi.

Argumen suppetens ¶ 5 Præt. * Angeli in testes resurrectionis inducti, ex ista dissonantia euangelistarum, insufficientes videntur. Nam apud Mat. Angelus super lapidem reuolutum; apud Marcum vero, intus angelus describitur visus a mulieribus ingressis monumentum. Et rursus ab istis vnus, a Ioanne duo sedentes, a Luca vero duo stantes describuntur. inconuenientia ergo videtur testimonia resurrectionis.

Sed contra est, quod Christus, qui est Dei sapientia, suauiter & conuenienter disponit omnia, vt dicitur Sap. 8.

Respon. Dicendum, quòd Christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio & argumento, siue signo, & vtraque manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim vsus duplici testimonio ad manifestãdam suam resurrectionem discipulis: quorum neutrum potest refelli. Quorum primum est testimonium angelorum, qui mulieribus resurrectionem annuntiauerunt, vt patet per omnes euangelistas. Aliud autem est testimonium scripturarum, quas ipse proposuit ad ostensionem suæ resurrectionis, vt dicitur Lucæ ultimo. Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendẽdam veram resurrectionem, & gloriosam. Quod autem fuerit vera resurrectio, ostendit vno modo ex parte corporis. Circa quod, tria ostendit. Primo quidem, quod esset corpus verum & solidum, non corpus phantasticum vel rarum, sicut est aer. Et hoc ostendit per hoc, quod corpus suum palpabile præbuit: vnde ipse dicit Lucę vltim. Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. secundo ostendit quod esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur. tertio ostendit eis, quòd esset idem numero corpus, quod prius habuerat, ostẽdẽdo eis vulne-

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum sextum.*

Titulus clarus. In corpore ẽ vna conclusio responsiua, quæsito. Vtraque manifestatio resurrectionis, scilicet per testimoniũ, & per argumentum, id est signum sensibile, fuit sufficiens in suo genere: hoc est altera in genere testimonii, altera in genere signi sensibilis. Locis supra ibi adductis.

Et intellige sufficientiam ad causandam certitudinem fidei, non certitudinem scientiæ. Manifestatur conclusio quo ad primam partem, primo de testimonio angelorum, secundo de testimonio scripturarum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ulnerũ elcatrices: vnde vt legitur Luc.vlt.dixit eis Videte manus meas, & pedes meos, qa ego ipse sũ. Alio modo, ostẽdit eis veritatẽ suæ resurrectionis ex parte animæ, iterato corpori unitæ. Et hoc ostendit per opera triplicis uitæ. Primo quidem, per opus vitæ nutritiuæ, in hoc, quòd cum discipulis manducauit & bibit, ut legitur Luc. vlt. Secundo per opera vitæ sensitiuæ, in hoc, quod discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, in quo ostendebat se & videre, & audire. Tertio, per opera uitæ intellectiuæ, in hoc quòd eis loquebatur, & de scripturis differebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se habere diuinam naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, & ulterius per hoc, quod eis uidentibus ascendit in cælum: quia vt dicitur Io. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, q est in cælo. Gloriam etiam suæ resurrectionis ostendit discipulis, per hoc q ad eos ianuis clausis intrauit. secundum enim quod Greg.* dicit in Hom. palpandam carnem Dominus præbuit, quã ianuis clausis introduxit, ut esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ: similiter etiã ad proprietatẽ gloriæ pertinebat, quòd subito ab oculis eorũ euanuit, vt dicitur Lucæ vlt. quia per hoc ostẽdebatur, q ĩ potestate eius erat videri, & non videri: quod pertinet ad conditionem corporis glorioſi, vt supra* dictum est.

Homil. 26. in Euang. nõ re more e prin.

Q. 54. a. 2. arg. 2. ad arg. 3. ad arg.

Argumen suppletum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandam perfecte Christi resurrectionem, tamen anima simul accepta perfecte Christi rersurrectionẽ manifestant, maxime propter scripturæ testimoniũ, & angelorũ dicta, & etiã ipsius Christi assertionẽ miraculis confirmatam: angeli autẽ apparentes non asserebant se homines esse, sicut asseruit Christus vere se hominẽ esse. Et tamẽ aliter Christus manducauit, & aliter angelinam qa corpora ab angelis assumpta, non erant corpora viua vel animata, non erat vera comestio, licet esset vera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti: vnde & angelus dixit Tobiæ 10. Cum essem vobiscum, videbar quidẽ vobiscum manducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili vtor: sed quia corpus Christi vere fuit animatũ, uera fuit eius comestio. vt enim Augu.† dicit 13. de Ciui. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium aufertur. vnde sicut Beda * dicit, Christus manducauit, potestate, non egestate.

lib. 3. cap. 21. circa fin. & Greg. in Loc. parum ante med. tom. 2.

AD SECVNDVM dicendũ, q (sicut dictum est) argumenta quædam inducebantur a Christo ad probandam veritatẽ humanæ naturæ, quædam vero ad probandam gloriam resurgentis. Cõditio autem naturæ humanæ, secundum q in se consideratur (quantum scilicet ad statum præsentem) contrariatur conditioni gloriæ, secundum illud 1. ad Corinthios. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. & ideo ea quæ inducuntur ad ostendẽdam conditionẽ gloriæ, videntur habere contrarietatẽ ad naturam, non simpliciter, sed secundum statum præsentem, & ecõuerso. vnde Gregor. * dicit in Homil. quòd duo mira & iuxta humanam rationem sibi valde cõtraria, Dominus ostendit, dum post resurrectionẽ corpus suum, & incorruptibile, & tamen palpabile demonstrauit.

Homil. 26. in Euang. paulo a prin.

Trac. 121. a med. illius com. 9.

AD TERTIVM dicendum, q (sicut Aug.* dicit sup Ioan.) hoc qđ Dominus dixit, Noli me tangere, nõdum enim ascendi ad Patrem meum, sic dictũ est vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cum ascendisset ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic se spiritualiter tangi, quòd ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, ut patri agnoscat æqualem. Hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat: quòd autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cũ aliis mulieribus accessit, & tenuit pedes eius, quæstionem non facit, ut Seuerianus dicit: siquidem illud de figura est, hoc de sexu: illud de diuina gratia, hoc de humana natura: uel sicut Chrysosto.* dicit, uolebat hæc mulier adhuc cum Christo couuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat: quamuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit: nondum ascendi ad patrem meum, quasi dicat, non æstimes me iam terrenam vitam agere, quòd enim in terris me uides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed in promptu est quod ascendam: unde subditur, Ascẽdo ad patrem meum, & patrem vestrum.

Homil. 85. in Io. super illud, noli me angere &c.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut Augustinus* dicit in Dialogo. ad Orosium, Clarificata carne Dominus resurrexit: sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere: si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli sui eum videre non potuerunt, quanto magis glorificata carne Domini cum videre non potuerunt? Est etiam considerandum, quòd post resurrectionem Dominus hoc præcipue uolebat ostendere, quòd idem ipse esset, qui mortuus fuerat, quod multum poterat impedire, si eis sui corporis claritatem ostenderet: nam immutatio quæ fit secundum aspectum, maxime ostendit diuersitatẽ eius, quod videtur: quia sensibilia cõmunia (inter quæ est vnum & multa, vel idem & diuersum) maxime diiudicat visus: sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, intendebat Christus eis gloriam maiestatis suæ ostendere, quam maxime demonstrat claritas corporis. Et ideo ante passionem, gloriam suam demonstrauit discipulis per claritatem, post resurrectionem autem per alia indicia.

In dial. 65. q 4. q. 14. in prin. tom. 4.

AD QVINTVM dicendum, q sicut Augu.† dicit in lib. de Consensu Euang. possumus intelligere unum angelum visum a mulieribus, secũdum Mat. & Mar. ut eas ingressas in monumentum accipiamus, in aliquod. ſpatium. quod erat aliqua maceria communitum, atque ibi vidisse angelum * sedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dum introspicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, uisos ab eis alios duos angelos, primo quidem sedentes vt dicit Ioan. & postea eos surrexisse, vt stantes uiderentur, vt dicit Lucas.

lib. 3. c. 24. tomo 4.

Supra lapſdem reuolutum a monumento, sicut dicit Mat. ut hoc sit sedentem.

QVAESTIO LVI.

De resurrectionis Christi causalitate, in duos articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ sextæ Articulum primum.*

DEINDE considerandum est de causalitate resurrectionis Christi.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio: Resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Probatẽ tripliciter. Primo ratio-

ne principii in quolibet genere, &c. secũdo auctoritate Apostoli: tertio ex consonantia Verbi incarnati. Omnia clara, & distincta sunt in litera.

¶ In responsione ad tertium, aduerte q̃ humanitas Christi quia est organũ coniunctum personaliter uerbo Dei, est ve lut vniuersale instrumentum Dei ad miracula facienda, ut ex superius dictis habetur. Determinatur autem ad esse instrumẽtum ad hoc, uel illud opus miraculosum, per aliquã ipsius conditionem: ita quòd ex hoc, q̃ passa est, intelligimus communicatam sibi per quandam appropriationẽ virtutem remissiuã peccatorum, & ex hoc, quòd resurrexit, communicata similiter est sibi virtus resuscitatiua mortuorum, & sic de aliis similibus instrumentalibus actionibus, quæ humanitati Christi tribuuntur instrumẽtaliter, Deo autem principaliter: sic ẽ resurrectio Christi dicitur causa nostræ resurrectionis: quoniam per ipsam, vt dictum est, Christus homo instrumẽtũ efficax cõstitutus est ad resuscitandos homines in uitam æternam.

4. dist. 43. ar. 3. q. 1. Et 4. cõ. 2. 78. Et ue. ri. q. 27. ar. 3. ad 7. Et op. 3. ca. 146. Et op. 60. c. 21. Et 1. co. 15. lec. 1.

cap. ult. par. q. 2 med.

Damasc. lib. 4. c. 28.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis.

¶ Secundò, Vtrum resurrectio Christi sit causa nostræ iustificationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod resurrectio Christi non sit causa resurrectionis corporũ. Posita enim causa sufficiẽti, necesse est effectum poni. si ergo resurrectio Christi est causa sufficiẽs resurrectionis corporũ, statim eo resurgẽte omnes mortui resurgere debuerunt.

¶ 2 Præterea. Causa resurrectionis mortuorum est diuina iustitia, ut scilicet corpora simul præmientur vel puniantur cum animabus, sicut communicauerunt in merito uel peccato, vt dicit Dionysi. vlti. cap. Cæles. Hiere. & etiam Damasc. dicit † in 3. lib. sed iustitiam Dei necesse esset impleri, etiam si Christus non resurrexisset. ergo etiam Christo non resurgente, mortui resurgerent: nõ ergo resurrectio Christi est causa resurrectionis corporum.

¶ 3 Præt. Si resurrectio Christi sit causa resurrectionis corporum, aut esset causa exẽplaris, aut causæ effectiua, aut meritoria: sed nõ est causa exemplaris, quia resurrectionem corporum Deus operabitur, secundum illud Ioã. 5. sicut pater suscitat mortuos: Deus autem nõ indiget inspicere ad aliquod exemplar extra se, similiter etiã non est causa effectiua: quia causa efficiens non agit nisi per contactum uel spiritualem uel corporalem: manifestum est autem quòd resurrectio Christi nõ habet contactũ corporalẽ ad mortuos, qui resurgẽt propter distantiam tẽporis & loci: similiter etiã nec cõtactum spiritualem, qui est per fidem & charitatẽ quia etiam infideles, & peccatores resurgent. neque etiam est causa meritoria: quia Christus resurgẽs iã nõ erat viator, & ita non erat in statu merẽdi, & ita nullo modo resurrectio Christi uidetur esse causa nostræ resurrectionis.

¶ 4 Præt. Cũ mors sit priuatio vitæ, nihil videtur esse aliud destruere mortem, quàm reducere uitã, quod pertinet ad resurrectionem: sed Christus moriendo, mortẽ nostram destruxit. ergo mors Christi est causa nostræ resurrectionis. non ergo eius resurrectio.

SED CONTRA est, quòd super illud 1. ad Corinth. 15. Si Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, &c. dicit Gloss. qui est causa sufficiens resurrectionis nostræ.

RESPON. Dicendum, quod illud, quod est primum in quolibet genere, est causa omniũ, quæ sunt post, ut dicitur in 2. Metaphysic. * Primum autem in genere nostræ resurrectionis fuit resurrectio Christi, sicut ex supradictis † patet: vnde oportet, quod resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis, & hoc est quod Apost. dicit 1. ad Corin. 15. Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: & hoc rationabiliter. nam principium humanæ uiuificationis est verbum Dei, de quo dicitur in Psalm. 35. Apud te est fons uitæ: unde & ipse dicit Ioan. 5. sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult viuificat. Habet autẽ hoc naturalis ordo rerũ diuinitus institutus, ut quælibet causa primo operetur in id, quod est propinquius. & per illud operetur in alia magis remota: sicut ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, q̃ quem calefacit corpora distantia, & ipse Deus primo illuminat substantias sibi propinquas, per quas illuminat magis remotas, ut Dion. † dicit 15. c. Cæles. Hier. & ideo verbum Dei primo tribuit vitam immortalem corpori sibi naturaliter unito, & per ipsum operatur resurrectionem in omnibus aliis.

1. 2. ar. 1. Quæst. 1. art. 1. Cap. 2. p. malit. 3. cui à pos. Q. 48.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut dictum est*) resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis per virtutem Verbi vniti, quod quidem operatur, secũdum uolũtatem. & ideo nõ oportet, quod statim sequatur effectus: sed secundum dispositionẽ verbi Dei, vt scilicet primo conformemur Christo patienti & morienti in hac uita passibili, & mortali, deinde perueniamus ad * percipiendum similitudinẽ resurrectionis ipsius. In corpo. Alias participandum

AD SECVNDVM dicendum, q̃ iustitia Dei est causa prima resurrectionis nostræ: resurrectio autem Christi est causa secundaria & quasi instrumentalis. Licèt autem uirtus principalis agẽtis non determinetur ad hoc instr̃m determinate: tamen ex quo per hoc instr̃m operatur, instr̃m illud est causa efficiens. sic ergo diuina iustitia, quantum est de se, nõ est obligata ad resurrectionem nostram causandam per resurrectionem Christi: potuit. n. alio modo nos Deus liberare, quàm per Christi passionem & resurrectionem ut supra * dictũ est. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, manifestum est, q̃ resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Q. 46. artic. 3.

AD TERTIVM dicendũ, quòd resurrectio Christi non est, proprie loquendo, causa meritoria nostræ resurrectionis: sed est causa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, inquantũ humanitas Christi instr̃m quam resurrexit, est quodammodo instr̃m diuinitatis ipsius, & operatur in uirtute eius, ut supra dictũ est. † Et ideo sicut alia, quæ Christus in sua humanitate fecit, uel passus est, ex uirtute diuinitatis eius sunt nobis salutaria (ut supra dictum est*) ita & resurrectio Christi est causa efficiens nostræ resurrectionis virtute diuina: cuius ꝓpriũ est mortuos uiuificare: quæ quidẽ virtus præsentialiter attingit oĩa loca & tempora, & talis cõtactus virtualis sufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictum est†) primordialis causa resurrectionis humanæ est diuina iustitia, ex qua Christus habet potestatẽ iudicium faCere, inquantum filius hominis est, virtus effectiua resurrectionis eius se extendit, nõ solum ad bonos, sed etiã ad malos, qui sunt eius iudicio subiecti. Sicut autem resurrectio corporis Christi, ex eo q̃ corpus illud est pſonaliter Verbo vnitũ, est prima ꝓpore, ita etiam est prima dignitate & perfectione, ut dicit gloss. 1. ad Cor. 15. Semper autẽ id, quod est perfectissimum Q. 13. ar. 3. Q. 48. ar. 1. In sol. pos. ad 2.

fectissimum, est exemplar eius quod est minus perfectum secundum suū modū, & ideo resurrectio Christi est causa exēplaris nostræ resurrectionis. Qā quidem necessariū est, non ex parte resuscitātis, qui nō indiget exēplari, sed ex parte resuscitatorum, quos oportet illi resurrectioni cōformari, secūdum illud Phi. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratū corpori claritatis suæ. Licet autē efficientia resurrectionis Christi se extēdat ad resurrectionem tam bonorum, quàm malorum: exemplaritas tamē eius se extendit proprie solum ad bonos qui sunt facti conformes filiationis ipsius, ut dicitur Roma. 8.

Ad quartvm dicendum, q̄ secundum rationem efficientiæ, quæ dependet ex virtute diuina cōmuniter, tam mors Christi, quàm etiā resurrectio, est causa tam destructionis mortis, quàm reparatiōis uitę: sed secundum rationē exemplaritatis, mors Christi, per quā recessit a vita mortali, est causa destructionis mortis nostræ: resurrectio vero eius, per quā inchoauit vitam immortalem, est causa reparationis uitæ nostræ: passio tamen Christi est insuper causa meritoria, ut supra dictum est.*

Q.48.ar.1.

¶Super Quæstiones quinquagesimæ sextæ articulum secūdum.

Titulus clarus ē. Intelligenti resurrectionē aīæ eē a morte peccati: vide supra ar.10. Tract.23. in mors.n. animæ peccatū est. & uita eius est gratia Dei. Ioan. Augustinus.

¶ In corpore sunt duæ cōclusiones. Prima est, Resurrectio Chri habet virtutē instrumētaliter effectiuā respectu resurrectionis animarum, & nō solū corporū. Probat. Resurrectio Christi agit in virtute deitatis, extēdētis se non solū ad vitā corpū, sed aīæ. ergo. ¶Aduerte hic, q̄ cō sequentiā, seu rō ista præsupponit supradicta ḋ potētia, seu omnipotētia humanitatis Christi, q̄. s. extendat se potestas eius ī strumētalis ad quæcūq; mirabilia opa, exceptis his quę spectāt ad primā rerū creationē, &c. ubi latius patuit, Suppositū. n. adęquatione organi, gratia marerię subiectę tenet argumentū: virtus deitatis principalis extendit se ad uitā corporū & animarū. ergo virtus instrumentalis humanitatis extendit se ad eadem. ¶Secūda cōclusio ē: Resurrectio Christi ē causa exēplaris resurrectionis animarū. Probat: q̄ Christo resurgēti debemus, & secūdū animā conformari, Et

Q.13.ar.3. q.48.ar.3.

In sol. post ad 2.

Articvlvs II.

Vtrum resurrectio Christi sit causa resurrectionis animarum.

Ad secvndvm sic procedit. Videtur q̄ resurrectio Christi nō sit causa resurrectionis animarū. Dicit enim Aug.* super Ioan. q̄ corpora resurgunt per dispensationē humanam: sed animę resurgunt per substantiā Dei: sed resurrectio Christi non ptinet ad substantiā Dei, sed ad dispensationem humanam. ergo resurrectio Christi, & si sit causa resurrectionis corporum, nō tamen uidetur esse cā resurrectionis animarum. ¶2 Præt. Corpus non agit in spiritū: sed resurrectio Christi pertinet ad corpus eius, quod cecidit per mortē. ergo resurrectio Chri nō est cā resurrectionis animarū. ¶3 Præt. Quia resurrectio Christi est causa resurrectionis corporū omnium, corpora resurgēt, secūdum illud 1. ad Corin. 15. Omnes quidem resurgemus: sed nō omnium animæ resurgent; quia quidam ibūt in supplicium æternū, ui dicitur Matt. 25. ergo resurrectio Christi nō est causa resurrectionis animarum. ¶4 Præte. Resurrectio animarum fit per remissionem peccatorū: sed hoc factum est p̄ Christi passionem, secundum illud Apoc. 1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. ergo resurrectionis animarum, magis est causa Christi passio, quàm eius resurrectio.

Sed contra est, quod Apost. dicit Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: quæ nihil aliud est quā resurrectio animarū. Et super illud Psalm. 29. Ad uesperum demorabitur fletus, dicit gloss. quod resurrectio Christi est causa resurrectionis nostrę & animæ in præsenti, & corporis in futuro.

hoc declarat auctoritate apostoli quo ad duo scilicet nouitatem uitę, & quo ad uitationem ulterioris mortis.

Respon. Dicendum, quod (sicut dictum est*) resurrectio Christi agit in virtute diuinitatis, quæ quidem se extendit, non solū ad resurrectionem corporum, sed etiam ad resurrectionem animarum: a Deo enim est, & quod anima viuat per gratiam, & quod corpus viuat per animam. Et ideo resurrectio Christi habet instrumentaliter virtutem effectiuam, non solum respectu resurrectionis corporum, sed etiam respectu resurrectionis animarum: similiter etiam habet rationem exemplaritatis respectu resurrectionis animarum: quia Christo resurgenti debemus etiam secundum animam conformari, vt sicut, secūdum Apo. Rom. 6. Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: & sicut ipse resurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos existimemus nos mortuos esse peccato, vt iterum viuamus in illo.

Arti. præce. ad 3.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Augu.* dicit resurrectionem animarum fieri per Dei substantiā, quantum ad participationem: quia scilicet participā do diuinam bonitatem, animæ fiunt bonæ, & iustæ, non autem participando quācumque creaturam: vnde cum dixisset, † Animæ resurgunt per substantiam Dei, subdit: participatione enim Dei fit anima beata, non participatione animæ sanctæ: sed participando gloriam corporis Christi, efficiuntur corpora nostra gloriosa.

Tract. 23. in Ioan. inter prin. & medium to. 9.

Eodē loco nunc dicto.

Ad secvndvm dicendum, quod efficientia resurrectionis Christi pertingit ad animas, non per propriam virtutem ipsius corporis resurgentis, sed per virtutem diuinitatis cui personaliter unitur.

Ad tertivm dicendum, quod resurrectio animarum pertinet ad meritum, quod est effectus iusti ficatoris: sed resurrectio corporum ordinatur ad pęnam vel præmium, quæ sunt effectus iudicantis. Ad Christum autem nō pertinet iustificare omnes, sed iudicare, & ideo omnes resuscitat secundum corpus, sed non omnes secundum animam.

Alias iustificationis.

Ad quartvm dicendum, quod in iustificatione animarum duo concurrunt, scilicet remissio culpę, & nouitas vitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ est per virtutem diuinam, tam passio Christi quā resurrectio est causa iustificationis quo ad vtrumque: sed quantum ad exemplaritatem proprie passio, & mors Christi, est causa remissionis culpæ, per quam morimur peccato: resurrectio autem Christi, est causa nouitatis vitæ, quæ est per gratiam siue iustitiam. Et ideo Apostol. dicit Roma. 4. quod traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra, scilicet tollenda, & resurrexit propter iustificationem nostram: sed passio Christi est etiam causa meritoria, ut dictum est.*

¶ Super Quæstiones quinquagesimæ septimæ Articulum primū.

Titulus clarus.

In corpore vna conclusio: Cōueniēs fuit Christum non remanere in terris, sed ascēdere in cęlum, Probat. Locus debet eē ꝓportionatus locato, &c. clare patet i lra.

Ar. præced. ad 3. arg.

Qvaestio LVII.

De ascensione Christi, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de ascensione Christi.

Tertia S. Thomę.

ET CIRCA hoc quæruntur sex.

¶Primò, Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.
¶Secundò, Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio.
¶Tertiò, Vtrum propria virtute ascenderit.
¶Quartò, Vtrum ascenderit super omnes cęlos corporeos.
¶Quintò, Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas
¶Sexto, De effectu ascensionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere.

3.di. 22.q.3. art.1.Et op. 3.ca.247. Et op.60.ca.23. princip. lib.2.con.64. & 5.66.to.2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum ascendere. Dicit enim Philosophus* in 2.de Cæl. quòd illa, quę optimo modo se habent, possident suum bonum sine motu: sed Christus optime se habuit: quia & secundum diuinam naturam est summum bonum, & secundum humanam naturam est summè glorificatus. ergo suum bonum habet sine motu: sed ascensio est quidem motus. ergo non fuit conueniens, ꝙ Christus ascenderet.

¶2 Præt. Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius: sed Christo non fuit melius esse in cœlo quàm in terra: nihil enim accreuit sibi per hoc, ꝙ fuit in cęlo, neque quantum ad animam, neque quãtum ad corpus. ergo videtur, quòd Christus nõ debuerit in cœlum ascendere.

¶3 Præterea. Filius Dei humanam naturam assumpsit ad nostram salutem: sed magis fuisset salutare hominibus, quòd semper conuersaretur nobiscũ in terris: unde ipse dixit discipulis suis Luc. 17. Venient dies, quando desideretis uidere vnum diem Filii hominis, & non videbitis. uidetur ergo, quòd nõ fuerit conueniens Christum ascendere in cœlum.

lib.14.cap.3. a med.

¶4 Prærerea. Sicut Gregorius* dicit 14. Moral. corpus Christi in nullo mutatum fuit post resurrectionem: sed non immediate post resurrectionem ascendit in cœlum: quia ipse dicit post resurrectionem Ioan. 20. Nondum ascendi ad patrem meum. ergo videtur quòd nec post quadraginta dies ascendere debuerit.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 20. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum.

Alias per.

RESPONDEO. Dicendum, quòd locus debet esse proportionatus locato. Christus autem post resurrectionem, vitam immortalem, & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, est locus generationis & corruptionis: sed locus cœlestis est locus incorruptionis, & ideo non fuit conueniens, quòd Christus post resurrectionem remaneret in terris, sed conueniens fuit, quòd ascenderet in cœlum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud optime se habens, quod sine motu possidet suum bonum, est ipse Deus: quia est omnino immutabilis, secundum illud Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Quælibet autem creatura est mutabilis, aliquo modo, vt patet per Augustin. * 8. super Genes. ad literã.

8.c.14.t.3. Q.2.a.1.

Et quia natura assumpta a filio Dei, remansit creatura (vt patet ex his, quæ suprà † dicta sunt) non est inconueniens, si ei aliquis motus attribuatur.

AD SECVNDVM dicendum, quod per hoc, ꝙ Christus ascendit in cœlum, nil ei accreuit, quãtum ad ea, quæ sunt de essentia glorię, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam, quod est ad bene esse gloriæ: non quod corpus eius aliquid, aut perfectionis aut conseruationis acquireret ex corpore cęlesti: sed solummodo propter quandam decentiã: hoc autẽ aliquo mõ pertinebat ad eius gloriã. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidẽ quod tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cœlum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gauisus est, sicut de re impleta: unde super illud Psalmi 15. Delectationes in dextera tua vsque in finem, dicit gloss. Delectatio & lætitia erit mihi in confessu tuo, humanis obtutibus subtracto.

AD TERTIVM dicendum, quod licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascẽsionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semp adest fidelibus, secundum quod ipse dicit Matth. ultimo, Ecce, ego uobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Qui enim ascendit in cœlos, non deserit adoptatos, vt Leo Papa dicit: sed ipsa ascensio Christi in cœlum, qua corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit utilis nobis, quàm præsentia corporalis fuisset. Primo quidem, propter fidei augmentum, quæ est de non uisis: unde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioann. 16. quod Spiritussanctus adueniens arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt, ut Augustinus,* dicit super Ioann. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio: unde subdit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erit igitur vestra iustitia, de qua mundus arguetur, quoniam in me quem non videbitis credetis. secundo, ad spei sublẽnationem: vnde ipse dicit Ioann. 14. Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Per hoc enim, quod Christus humanam naturam assumptam, in cœlo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi: quia vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ: vt dicitur Matthæ. 24. vnde & Michææ. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. tertio ad erigẽdum charitatis affectum in cœlestia: unde dicit Apostol. Colos. 3. Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: vt enim dicitur Matthæ. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritussanctus est amor, nos in cęlestia rapiẽs, ideo Dominus dicit discipulis Ioann. 16. Expedit vobis ut ego uadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad uos: quod exponens Augustin.* super Ioan. dicit, Nõ potestis capere Spiritum, quandiu secundum carnem nosse persistitis Christum. Christo autem discedente corporaliter, non solum Spiritussanctus, sed & Pater, & Filius illis affuit spiritualiter.

Ioan. 9. Ioan. ante medium tom.

Tract. 94. Ioa. post medium tom.

AD QVARTVM dicendũ, ꝙ licet Christo resurgẽti in uitã immortalẽ congrueret locus cęlestis: tamen ascensionem distulit, vt veritas resurrectionis comprobaretur: vnde dicitur Act. 1. quod post passionẽ suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumẽtis per dies quadraginta. Vbi dicit quædã gl.* ꝙ quia ꝑ quadraginta horas mortuus fuerat, quadraginta diebus se viuere cõfirmat. Vel per quadraginta

Glo. ordi. ria. mat.

dies

dies tempus * præsentis sæculi, quo Christus in ecclesia conuersatur, potest intelligi: quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

¶ *Super Quæstio 57. Art. secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum conueniat Christo ascendere in cœlum secundum diuinam naturam.

TItulus, vt sonat sumendus est.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris cum suis conclusionibus. Distinctio est circa ly secundum quòd, & cõclusiones sunt claræ. Vbi nota in hac materia, ꝙ sicut suppositum diuinũ passum est secundũ naturam humanam, vt ly secundum, dicit conditionem patientis, ita persona filij Dei est ille, qui ascẽdit in cœlum secundum naturam humanam, vt naturam ascendentem: & secundum naturam diuinam, vt causam ascensionis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vī, ꝙ ascendere in cœlum conueniat Christo ſm diuinam naturam. Dicitur enim in Psal.46. Ascendit Deus in iubilatione, & Deut.33. Ascensor cœli, auxiliator tuus: sed ista dicuntur de Deo etiã ante Christi incarnationem. ergo Christo conuenit ascendere in cœlum secundum, quòd Deus.

¶ 2. Præt. Eiusdem est ascendere in cœlum, cuius est descendere de cœlo, secundum illud Ioã.3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, & Ephesi.4. Qui descendit, ipse est, & qui ascẽdit: sed Christus descendit de cœlo, non secundũ quòd homo, sed secundum, ꝙ Deus: non enim humana eius natura ante in cœlo fuerat, sed diuina: ergo videtur, ꝙ Christus ascenderit in cælum, secundum, quòd Deus.

¶ 3. Præt. Christus sua ascensione ascendit ad Patrem: sed ad patris æqualitatem non peruenit, secundum, quòd homo: sic enim dicit, pater maior me est, vt habetur Ioan.14. ergo videtur, ꝙ Christus ascendit secundum, quòd Deus.

SED CONTRA est, quòd Eph 4. super illud, quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit, dicit glo. * Constat, quòd secundum humanitatem Christus descendit, & ascendit.

RESPON. Dicendum, ꝙ ly secundum, duo potest notare. s. conditionem ascendentis, & causam ascensionis. Et si quidem designat conditionem ascendentis, tunc ascendere non potest conuenire Christo secundum conditionem diuinæ naturæ, tum, quia nihil est diuinitate altius, quo possit ascendere: tum etiam, quia ascensio est motus localis, qui diuinæ naturæ non competit, quę est immobilis, & inlocalis: sed per hunc modum ascẽsio competit Christo secundum humanam naturam, quæ continetur loco, & motui subijci potest vnde iuo hoc sensu poterimus dicere, ꝙ Christus ascendit in cœlum secundum, quòd homo, non secundum, quòd Deus: si verò ly secundum, ꝙ designet causam ascensionis, cum Christus ex virtute diuinitatis in cœlum ascenderit, non autem ex virtute humanæ naturæ, dicendum est, quòd Christus ascendit in cœlum, non secundum, quòd homo, sed secundum, quòd Deus: vnde Aug. † dicit in sermon. de Ascensione, De nostro fuit, quòd filius Dei pependit in cruce, sed de suo, ꝙ ascendit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auctoritates illæ, prophetice dicuntur de Deo, secundũ quòd erat incarnandus: potest tamen dici, quòd ascendere, etsi non proprie conuenit diuinæ naturæ, potest tamen ei metaphorice conuenire, prout scilicet dicitur, in cor hominis ascendere, qñ cor hominis se subijcit, & humiliat Deo. Et eodem modo metaphorice dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturæ, ex eo, quòd eam subiicit sibi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ipse idem est, qui ascendit, & qui descendit (dicit enim Augustinus † in libro de Symbolo, Quis est, qui descendit? Deus homo quis est, qui ascendit? idem ipse Deus homo.) descensus tamen duplex attribuitur Christo: vnus quidem, quo dicitur descẽdisse de cœlo, qui quidem attribuitur Deo homini, secundum quòd Deus: non enim est iste descensus intelligendus secũdum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cùm in forma Dei esset, serui formam susc epit: sicut enim dicitur exinanitus non ex eo, quòd suam plenitudinem amiserit, sed ex eo, ꝙ nostram paruitatem suscepit, ita dicitur descendisse de cœlo, non ꝙ cœlum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in unitatem personæ. Alius autem est descensus, quo descendit in inferiores partes terræ, ut dicitur Eph.4. Qui quidem est descensus localis, vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ Christus dicitur ad patrem ascendere, inquantum ascendit ad consessum paternæ dextere: quod quidem conuenit Christo aliqualiter secundum diuinam naturam, aliqualiter autem secundum humanam, secundũ quòd infra dicetur.

¶ *Super Quæstionis 57. Articulum 3.*

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus ascenderit propria virtute.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ Christus non ascenderit propria virtute. Dicitur enim Marc.vlt. ꝙ Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum. Et Act.1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum: sed illud quod assumitur, & eleuatur, ab alio videt moueri. ergo Christus non propria virtute, sed aliena ferebatur in cœlum.

¶ 2. Præter. Corpus Christi fuit terrenum, sicut & corpora nostra: corpori aũt terreno, cõtra naturã est ferri sursum. nullus aũt motus est expropria virtute eius, quod cõtra naturã mouetur. ergo Christus non ascendit propria virtute in cœlum.

¶ 3. Præt. Propria uirtus Christi est uirtus diuina: sed motus ille non uī fuisse ex virtute diuina: quia cũ virtus diuina sit ĩfinita, motus ille fuisset in ĩstãti, & sic nõ potuisset uidentib. discipulis eleuari in cœlũ, ut dī Act.1. ergo uī, quòd Christus nõ ascenderit propria uirtute.

SED CONTRA est, ꝙ dī Isi. 63.

¶ Itulus clarus.

¶ In corp. ar. conclusio est: Christus ascendit in cœlũ propria virtute, primo quidem diuina, secũdo aũt animæ glorificatæ, mouẽtis corpus, prout vult. Declaratur cõclusio, distinguẽdo in Christo naturã, diuinã. i. & humanã, & subdistinguẽdo virtutẽ humanã in virtutẽ natnræ & virtutẽ gloriæ, & exclusa virtute naturali afferẽdo duas opiniões de radice virtutis gloriæ. s. vel ex parte lucis cœlestis, vel ex parte beatitudinis aię Et p. ermissa prima opinione, qa beatitudo aiæ in dei participationeco fistit, inferẽ cõclusio quo ad oẽs sui partes clarissima, ita ꝙ expositione nõ eget.

¶ Aduerte hic, ꝙ cũ dī, Christũ ꝓpria virtute glorificatæ aiæ ascẽdisse in cœlũ, nõ itelligit, nisi de iplo alimotu ascẽsionis virtum n virtute glorificatæ aiæ potuerit motu illo penetrare cælos, aliaꝙstio est infenius tractãda.

¶ Super

Hom.29. in Euan. circa m ed.

Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et Greg. * dicit in Homil. Ascensionis, Notandum est, q̃ Helias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

Respon. Dicendũ, q̃ in Christo est duplex natura, diuina. s. & humana: vnde f̃m vtramque naturam potest accipi propria virtus eius: sed f̃m humanam naturam potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quæ procedit ex principijs naturæ, & tali virtute manifestum est, q̃ Christus in cęlum non ascendit. Alia aũt virtus in humãna natura Christi, est virtus gloriæ, f̃m quam Christus in cœlum ascendit. Cuius quidẽ virtutis rõnem, quidã accipiunt ex natura quinte essentię, q̃ est lux, ut dicunt, quam ponunt esse de cõpositione humani corporis, & per eã elementa cõtraria conciliari in unum: ita q̃ in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporib. humanis dominatur: & ideo f̃m naturam elementi prædominantis, corpus humanũ naturali uirtute deorsum fertur. In statu aũt gloriæ prædominabitur natura cęlestis, per cuius inclinationem, & uirtutem corpus Christi, & alia sanctorum corpora feruntur in

1.p.q.76.ar. 7. Non compleuit.

cęlum: sed de hac opinione, & in 1. par. * habitum est, & infra magis agetur in tractatu de resurrectione † cõi. Hac aũt opinione p̃termissa, alij assignant rationem prædictæ uirtutis ex parte animæ glorificatæ, ex cuius redundãtia glorificabitur corpus,

Epist.56. ante med. to.2 Li.42.c. vlt. non remote a prin. to. 5.

vt Aug. * dicit ad Diosc. Erit enim tanta obediẽtia corporis glorioſi ad animam beatam (vt sicut Aug. † dicit 22. de Ciuit. Dei) vbi volet spiritus, ibi protinus erit corpus: nec volet aliquid spiritus, q̃d nec spiritũ possit decere, nec corpus. Decet aũt corpus glorioſum & immortale esse in loco cęlesti, sicut dictũ est. * Et ideo ex uirtute animæ, uolentis, corpus Christi ascendit in cęlũ: sicut aũt corpus efficitur glorioſum participatione animę, ita ut Aug. † dicit super Ioan. participatione Dei fit anima beata: unde prima origo ascẽsionis in cęlũ est virtus diuina. Sic igitur Christus ascendit in cęlũ propria uirtute, primo quidem uirtute diuina, secundo uirtute animæ glorificatæ, mouentis corpus, prout uult.

Art.1.

Tract.23. in Ioan. inter prin. & me. tom.9.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Christus dicitur propria uirtute surrexisse, & tamen est suscitatus à patre, eo quòd eadem est uirtus Patris & Filij, ita etiam Christus ex propria uirtute ascendit in cœlum, & tamen à patre est eleuatus, & assumptus.

Ad secvndvm dicendum, quòd ratio illa probat, quòd Christus non ascendit in cœlũ propria uirtute, quæ est naturæ humanę naturalis: ascendit tamen in cœlum propria uirtute, quæ est uirtus diuina, & propria uirtute, quæ est animæ beatæ. Et licet ascendere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum præsentem, in quo corpus nõ est omnino subiectum spiritui: tamen non erit contra naturam, neq; uiolentum corpori glorioso, cuius tota natura est omnino subiecta spiritui.

Ad tertivm dicendum, quòd etsi uirtus diuina sit infinita, & infinite operetur quantum est ex parte operantis, tamen effectus uirtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionem. Corpus autem nõ est capax, ut in instanti localiter moueatur: quia oportet, quòd commetiatur sũ spatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tẽpus, ut dicitur 6. * Physic. Et ideo non oportet, quòd corpus motum à Deo moueatur in instanti: sed mouetur ea uelocitate, qua Deus disponit.

li.6.tex. 38.& 39.

Articvlvs IIII.

Vtrum Christus ascenderit super omnes cœlos.

¶ *Super Quæstio. 57. Art. quartum.*

Ad quartvm sic procedit. Vr̃, quòd Christus nõ ascenderit super omnes cœlos. Dicitur enim in Psal. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cęlo sedes eius: quòd autem est in cœlo, nõ est supra cœlum. ergo Christus non ascẽdit super omnes cœlos.

¶ 2. Pręt. Super omnes cęlos nõ est aliquis locus, ut probatur in primo de cœlo: * sed omne corpus oportet esse in loco: ergo corpus Christi nõ ascendit super omnes cœlos.

¶ 3. Præt. Duo corpora nõ possunt esse in eodẽ loco. Cũ igitur nõ si trãsitus de extremo in extremũ, nisi per mediũ, ur̃, quòd Christus nõ potuisset ascẽdere super oẽs cęlos, nisi cælum diuideretur, quod est impossibile.

¶ 4. Præt. Act. 1. dr̃, q̃ nubes suscepit eũ ab oculis eorũ: sed nubes nõ possunt eleuari supra cælum. ergo Christus non ascendit super omnes cœlos.

¶ 5. Præt. Ibi credimus Christũ in perpetuũ permansurũ, quo ascendit: sed quod cõtra naturã est, non potest esse sempiternũ: quia id, quod est f̃m naturã, est ut in pluribus, & ut frequẽtius. Cum ergo contra naturam sit, corpori terreno, esse supra cœlum, uidetur, q̃ corpus Christi supra cęlum non ascenderit.

Sed contra est, quod dicitur Ephe. 3. Ascendit super omnes cęlos, ut adimpleret omnia.

Respon. Dicendũ, q̃ quanto aliqua corpora pfectius participant bonitatem diuinã, tanto sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis: unde uidemus, q̃ corpora, quæ sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (ut patet per Phil. in 4. Physic. & in 2. * de Cœlo) per formam enim unumquodque corpus participat diuinum esse, ut patet in 1. Physic. † Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriã, quàm quodcumq; corpus naturale p formã suę naturę. Et iter cetera corpora glorioſa, manifestum

3.d.22.q. art.3.q.3.d. 4.contra 87.& opuſ. 6.ca.9.

¶ In corpore vna est conclusio. Conuenientissimum est Christo, quod sit super omnia corpora constitutus in alto. Probatur. Quanto aliqua corpora perfectius participãt bonitatem diuinam, tãto sunt superiora localiter: sed corpus Christi glorioſum perfectius participat, &c.

li.1.text. 10.2.

¶ Aduerte hic, Auctorem opinari Christum se undum corpus esse supra cęlos omnes, sic quod plãta pedis eius est supra superficiem conuexam supremi cœli: hoc enim concludit, & ratio in corpore allata, q̃ quanto corpus est perfectũ, tanto est superius secundum locum, & hoc expresse explicatur in responsione ad secundum dicendo, Nihil prohibet corpus Christi esse extra totã continentiam cęlorum corporeorum, & non esse in loco continẽte. Et hoc ideo dictum fit, vt sciant dicẽtes corpus Christi sic esse supra omnes cęlos, quòd est in suprema parte supremi cęli, quòd non sequuntur doctrinam Auctoris: ex hoc enim sequitur manifeste, quod non est superius supremo cęlo, & quòd non est extra totam continentiam cœlorum corporeorum, quorum primum cõtrariatur corpori articuli, secundum autem responsioni ad secundum.

li.2.de cœlo text.30.

¶ Sed occurrit hic Duran in tertio sentent. distinct. 22. articulo vltim. obiciẽs contra hanc positionem, quia sequeretur quòd Christus, nec se, nec alia videret corporali visione, qa visio fit per diaphanum

Li.1.text. 10.2.

num medium, quod supra connexum supremi cęli non inuenitur.

D. 243. ¶ Ad hoc dicitur, q̄ licet supra naturę ordinem corpus Christi locatur supra connexum cœli supremi, ita supra naturæ ordinem, exercetur ibi uisio corporalis absque diaphano medio continuo usque ad oculũ.

D. 338. & 338. ¶ Mirum est autem de sic obijcientibus ad concludendum. Dicant quæso, quomodo tam Christus quam alij sancti post resurrectionem si in fra connexum cœli continentur, auditionem incorporalē exercebunt, cum auditus fiat per mediũ aerem, qui ibi non est, nec cęlum suplet vicem aeris: quoniam non inquantum diaphanus aer mediat in auditu, vt patet ex hoc quòd absq; diaphano in actu audimus, in tenebris constitutis nobis & sonante & sono. & rursus cœli quasi ære fusi sunt, vt non possint percuti, &c. Mittamus hæc supernaturalia futuri sæculi, scientiæ futuri sæculi.

Libro de 69. quæ. Cœlõ quòd extra cęlum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis, ut per probationes apparet.

Ad tertium dicēdum, quòd quàmuis de natura corporis non sit, quòd possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamen potest hoc Deus facere per miraculum, quod in eodem loco possit esse cũ alio corpore, sicut & fecit, ut corp⁹ Christi de clauso utero beatæ Virginis exiret, & quòd intrauit ianuis clausis ad discipulos, sicut dicit beatus Gregorius. † Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: sed per uirtutem diuinam assistentem, & hoc operantem.

Homilia 26. in Euang. non procul a fin. Ad quartum dicendum, quòd nubes illa, non præbuit adminiculum Christo ascendenti per modum uehiculi: sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quòd gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

Ad quintum dicendum, quòd corpus gloriosum non habet ex principijs suę naturę, q̄ possit in cœlo aut supra cœlum esse, sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus gloriosi corporis sursum, non est uiolentus, ita nec quies uiolenta: unde nihil prohibet eā esse sempiternam.

¶ *Super Quæstionis 57. Artic. quintum.*

Articvlvs V.

Vtrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

Inf. q. 58. ar. 3. cor. & Pe. 8. n. & Pe. 8. 6. Et Eph. 1. lect. 3. fi. Nullus intelligendus est cum grano salis, prout respondendo apparet, hoc

Ad quintum sic proceditur. Vī q̄ corpus Christi non ascenderit super omnem creaturam spiritualem. Eorum enim q̄ non dicuntur secundum vnam rationem, non potest conuenienter fieri comparatio: sed locus non eadem ratione attribuitur corporibus, & spiritualib. creatoris, ut patet ex his, quæ dicta sunt in prima parte. † ergo videtur q̄ non possit dici Corpus Christi ascendisse super omnem creaturam spiritualem.

¶ 2 Præt. Augus.* dicit in lib. de Vera relig. quòd omni corpori spiritus prefertur: sed nobiliori rei sublimior debetur locus. ergo uidetur, quòd Christus non ascenderit super omnem spiritualem creaturam.

¶ 3 Præt. In omni loco est aliq̄d corpus, cum nihil sit uacuum in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiorem locum, quam spiritus in ordine naturaliũ corporum, nullus locus erit super omnem spiritualem creaturam. non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnem spiritualem creaturam.

Sed contra est, quòd dicitur Ephes. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatem, & supra omne nomen quod nomidatur, siue in hoc sęculo, siue in futuro.

Respon. Dicēdum, q̄ tanto alicui rei debetur altior locus, quãto est nobilior, siue debeatur ei locus per modũ contactus corporalis, sicut corporibus, siue p̄ modum contactus spiritualis, sicut spiritualib. substantijs. Exinde enim spiritualibus substantijs debetur secundum quandã congruentiam locus cœlestis, q̄ est supremus locorum, quia illæ substantiæ sunt supremę in ordine substantiarum. Corpus autē Christi, licet considerando conditiones naturæ corporeę, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatē unionis, qua est personaliter Deo cõiunctũ, excellit dignitatem omnium spiritualium substantiarũ. Et ideo secundum prędictę congruentiæ rationem debetur sibi locus altior ultra⁴ omnē creaturam etiam spiritualem. Vnde & Greg.* dicit in Hom. Ascensionis, quòd qui fecerat omnia, super omnia sua uirtute ferebatur.

Ad primum ergo dicendũ, q̄ licet alia ratione attribuatur locus corporali & spirituali substantiæ, tamen hoc est in utraque ratione commune, quòd digniori rei attribuitur superior locus. est quòd ponitur ibi locatum pro loco, ita quòd per ly omnem creaturam spiritualē, intelligimus locũ omnis creaturæ spiritualis. Secutus est enim Auctor vsitatum modum loquendi, quo consueuimus dicere aliquem episcopũ vel principem ascendisse super tales & tales, q̄ ascendit ad locum superiorem locis taliũ & talium. Vnde sensus tituli est. an locus quo ascendit Christ⁹, sit superior locis, in quib. sunt quęcunque spirituales creaturæ. Quæst. 52. Capit. 55. alia quãtulum a Prin. lo. 1.

¶ In corpore vna cõclusio: Corpori Christi debetur locus altior vltra omnē creaturam etiam spiritualem. Probatur. Tanto altior locus rei debetur, quanto est nobilior: sed corpus Christi secundum dignitatem personalē excellit omnes substantias spirituales. ergo &c.

¶ Circa hanc comparationē dubium occurrit. qm̃ una videtur. nam supra cõxum seu in superficie conuexa cęli empyrei nõ datur locus altior aut minus altus, cum sit perfecte sphærice: cõstat autem illic esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse, conclusum est ex articulo præcedenti.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ licet fm longitudinem diametri a centro ad circunferentiam nulla pars conuexæ superficiei corporis sphęrici sit altior alia, vt patet ex eo quòd omnes lineę ductæ a centro ad circunferentiã sunt æquales: & fm hunc sensum procedit dubiũ: si tamẽ eadem superficies conuexa consideretur vt ordinata ad aliquid vnum in ea agendum (verbi gratia ad exercendũ actũ iudicij) sic vnus locus seu vna pars ei⁹ inuenitur altior altera, iuxta approximationem ad soliũ principis. sumitur enim pars illa solij ut altior, & reliquæ ut inferiores sunt. Et sic diuina sapientia superficiem cœli empyrei, quamuis secundum se fecerit æqualẽ, fm tamen quòd uenit in vsũ habitatio⁹ is creatur tru- D. 243. Homil. 29. in Euange. 1

turarum beatarum, disposuit vnam partem, quasi solum, & reliquas ī ordine ad illam, superiores vel iferiores. Et sic Christus ſm corpus in parte illa solij stans, in suprema parte supremoque loco residere dr̄: & reliquæ creaturæ beatæ hinc & inde inferiores partes tenent.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ ratio illa, p̄cedit de corpore Christi secundum conditionem naturæ corporeæ, non autem secundum tationem unionis.

AD TERTIVM dicendū, q̄ cōparatio ista potest attendi, uel secundum rationem locorum, & sic nullus locus est tam altus, qui excedat dignitatē spiritualis substantiæ, secundum quòd p̄cedit obiectio. Vel secundum dignitatem eorum, quibus attribuitur locus, & sic corpori Christi, debetur, vt sit supra spirituales creaturas.

¶ *Super Quæstionis 57. Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Ascēsio Christi est causa nostræ salutis, & ex parte nr̄a, & ex parte ipsius. Probat quòd ad primam partem quadrupliciter, & deinde quò ad secūdam tripliciter. Omnia clara & ordinata sunt in litera.

¶ In r̄ñsione ad tertium, aduerte, p̄pter importunos, q̄ Christum corporaliter visum fuisse à Paulo, non est uertendum in dubium, qm̄ verba ipsius Pauli, Nouissime aūt tanquā abortiuo &c. hoc cō uincunt ad literā: sed an ista visio fuerit tunc cū dixit, Saule Saule quid me pſequeris, dubitari ab aliquib. vr̄: nec vlla dubium ratio fouet, nisi quia volunt dubitare. Auctor autē, quia nulla alia corporalis apparitio Christi, ad Paulum in sacra scriptura inuenitur, nisi illa, quæ fuit in sua conuersione, illam dicit esse, qua Chr̄s in proprio corpore sibi apparuit. Constat aūt ex Scriptura, illā fuisse corporalem & rationabile est Scripturam scriptura exponere: irrationabile aūt apparitiones pro uolūtate multiplicare. In disciplinati quoque est quærere in omnibus certitudinē demonstratiuam: sed, vt Philosophi etiam tradiderunt, iuxta subiectam materiam certitudo amplectēda est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ascensio Christi sit causa nostræ salutis.

AD SEXTVM sic proceditur. Vr̄ q̄ ascensio Christi non sit causa nostrę salutis: Christus enim fuit causa nostrę salutis, ī quantum salutem nostram meruit: sed per ascensionem nihil nobis meruit, quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis eius. non est autem idem meritum & præmium, sicut nec uia & terminus. ergo uidetur quòd ascensio Christi nō sit causa nostræ salutis.

¶ 2 Præt. Si ascensio Christi est causa nostræ salutis, maxime hoc uidetur quantum ad hoc, q̄ ascensio eius sit causa nostrę ascensionis: sed hoc collatum est nobis per eius passionem, quia, ut dicitur Heb. 10. habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem ipsius. ergo uidetur quòd ascensio Christi non fuerit causa nostrę salutis.

¶ 3 Præt. Salus nobis per Christum collata, est sempiterna, secundum illud Isa. 51. Salus autē mea in sempiternum erit: sed Christus non ascendit in cœlū, ut ibi in sempiternum esset: dicitur enim Act. 1. Quemadmodū vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet. Legitur etiam, multis sanctis se demonstrasse in terris post suam ascensionem, sicut de Paulo legitur Act. 9. ergo uidetur, quòd eius ascensio non sit causa nostrę salutis.

SED CONTRA est, quòd ipse dicit Ioan. 16. Expedit uobis, vt ego uadam, id est, ut recedam à uobis per ascensionem.

RESPON. Dicēdum, q̄ ascensio Christi est causa nostrę salutis dupliciter. Vno modo, ex parte nostra: alio modo, ex parte ipsius. Ex parte quidē nostra, inquantum per Christi ascēsionem mens nostra mouetur in ipsum, quia per eius ascensionem (sicut supra * dictum est) primo quidem datur locus fidei: secundo, spei: tertio charitati: quarto, etiam per hoc reuerentia nostra augetur ad ipsum, dum iam non existimam⁹ eum sicut hominem terrenum, sed sicut Deum cœlestem, sicut & Apostolus dicit 2. ad Corinth. 5. Et si cognouimus, secundum carnem Christum, (id est, mortalem, per quod putauimus eum tantum hominē, ut glo. * exponit) sed nunc iam non nouimus. Ex parte autem sua, quantum ad ea quę ipse fecit, ascēdens propter nostram salutem: primo quidem uiā nobis præparauit ascendendi in cœlum, secundum quòd ipse dicit Ioan. 14. Vado parare uobis locum, & Mich. 2. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia. n. ipse est caput nostrum, oportet illuc sequi mēbra, quo caput præcessit. unde dicitur Ioan. 14. Vt ubi ego sum, & uos sitis. Et in huius signum, animas sanctorum, quas de inferno eduxerat, in cœlum traduxit, secundum illud Psal. 67. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, quia, s. eos, qui fuerant à diabolo captiuati, secum duxit in cœlum, quasi in locum peregrinum humanæ naturę, bona captione captiuos, vtpote per victoriam acquisitos. Secundò, quia sicut pontifex in veteri testamento, intrabat sanctuarium, ut assisteret Deo pro populo, ita & Christus intrauit cœlum ad interpellandum pro nobis, ut dicitur Hebr. 7. Ipsa enim repræsentatio sui ex natura humana, quam in cœlum intulit, est quædam interpellatio pro nobis, ut ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertiò, vt in cœlorū sede quasi Deus & Dominus constitutus, exinde diuina dona hominibus mitteret, secundum illud Eph. 4. Ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia, scilicet donis suis, secundum glossam.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis, non per modum meriti: sed per modum efficientiæ, sicut supra * de resurrectione dictum est. Quæst. 56. 1. ad 3.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ passio Christi est causa nostrę ascensionis in cœlum, proprie loquēdo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti: ascensio autem Christi est directe causa ascensionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membra coniungi.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus semel ascendens in cœlum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis cœlestis: cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispēsatione Christus quandoque corporaliter ad terrā descendat, uel ut ostendat se omnibus, sicut in iudicio, uel ut ostendat se alicui specialiter, sicut Paulo, ut habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factū fuisse, non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quòd ipse Apostolus dicit 1. ad Corinth. 15. ad confirmādam resurrectionis fidem, Nouissime omniū tanquam abortiuo uisus est & mihi. Quę quidem uisio ueritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus uisum fuisset ab eo.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimaoctaua Articulum primum.*

TItulus ut sonat. ¶ In corpore artic. distinguit Auctor duos sensus q̃ sit, & respondet unica conclusione, scilicet, Vtroque modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Distinctio est explicite de ly sedere, quod significat uel quietem, uel regiam seu iudiciariam dignitatem. Immiscetur quoque distinctio de ly dextera, quòd significat uel beatitudinem Patris, uel iudiciariam seu regiã potestatem. Declaraturque conclusio, & firmatur auctoritatibus Augustini.

¶ Aduerte pro tota hac materia duo. Primum est, quòd tam Sedere quam dextera sumitur non proprie, sed metaphorice, ut clare patet in litera. Si tamen de positione Christi inquantum homo quæratur, an steterit uel sederit in cælo, dicendum est, quòd stat. Et ratio est: quoniam positiones corporis dupliciter assumi possunt, uel in ordine ad officia humana, uel in ordine ad naturã. Et licet secũdum officia, diuersi conueniant homini situs: quoniam pugnantis est stare, iudicantis sedere &c. secundum tamen naturam unus est naturalis situs scilicet stare: sedere enim, cubare, & huiusmodi, infirmitatis seu imbecillitatis naturæ sunt. Vnde cum Christus ad uitam impassibilem resurrexit, naturali situ propriæ naturæ in sua fortitudine, quæ est stare, utitur.

¶ Secũdum est, quòd sedere metaphorice sumptum in proposito importat uel quiescere seu habitare, uel regiam, seu iudiciariam non potestatem, sed dignitatem. Et in hoc differt a tertia significatione dexteræ metaphoricæ sumptæ: dextera enim Patris sumitur tertio modo pro regia seu iudiciaria potestate: sedere autem

QVAESTIO LVIII.

De sessione Christi ad dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sessione Christi ad dexteram Patris.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum Christus sedeat ad dexteram Dei patris.

¶ Secundò, Vtrum hoc conueniat sibi secundum diuinam naturam.

¶ Tertiò, Vtrum conueniat sibi secundum humanam naturam.

¶ Quartò, Vtrum hoc sit proprium Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christo conueniat sedere ad dexteram Dei patris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo nõ cõueniat sedere ad dexterã Dei patris. Dextera enim, & sinistra sunt differentiæ positionum corporaliũ: sed nihil corporale cõuenit Deo: quia Deus spiritus est, ut habetur Ioan. 4. ergo videtur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

¶ 2 Præt. Si aliquis sedet ad dexteram alicuius, ille sedet ad sinistrã eius. Si ergo Christus sedet ad dexteram patris, sequitur quòd pater sedeat ad sinistram Filij, quod est inconueniens.

¶ 3 Præt. Sedere & stare uidẽtur oppositionẽ habere: sed Stephanus dicit act. 7. Ecce uideo cælos apertos, & Filium hominis stantem a dextris uirtutis Dei. ergo uidetur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

SED CONTRA est, q̃d dicit Mar. vlt. Dominus quidẽ Iesus postquam locutus est eis, ascendit in celum, & sedet a dextris Dei.

RESPON. Dicẽdum, q̃ nomine sessionis possumus duo intelligere, uidelicet quietem, secundum illud Luc. vlti. Sedete hic in ciuitate: & etiam regiã uel iudiciariam potestatem, secundũ illud Prou. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malũ intuitu suo. Vtroq; ergo modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Vno quidẽ modo, inquantũ æternaliter manet incorruptibilis ĩ beatitudine Patris, quę eius dextera dicitur, *s*m illud Psal. 15. Delectationes in dextera tua usque in finem. Vnde Aug. * dicit in lib. de Symbolo, Sedet ad dexteram Patris: Sedere, habitare intelligite, quomodo dicimus de quocũq; homine, in illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite Christũ habitare in dextera Dei patris: beatus enim est, & ipsius beatitudinis nomen est dextera Patris. Alio modo, dicitur Christus sedere in dextera Dei patris, inquã tũ Patri corregnat, & ab eo habet iudiciariam potestatem: sicut ille qui considet regi ad dextram, assidet ei in regnando, & iudicando. Vnde Aug. † dicit in alio sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quam accepit ille homo susceptus a Deo, ut ueniat iudicaturus, qui prius uenerat iudicandus.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd (sicut Damas. * dicit in 4. lib.) non localem dexteram Patris dicimus: qualiter enim qui incircunscriptibilis est, localem adipiscetur dexteram? Dextera enim & sinistra eorum, quæ circunscribũtur sunt. dexteram autem Patris dicimus, gloriam & honorem diuinitatis.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ ratio illa procedit, *s*m q̃ sedere ad dexterã, intelligitur corporaliter. Vnde Aug. † dicit in quodã sermone de Symbolo, Si carnaliter acceperimus, q̃ Christus sedet ad dexteram Patris, ille erit ad sinistram. Ibi autem, *s*. in æterna beatitudine, omnis dextera est, quia nulla est ibi miseria.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ (sicut Greg. † dicit in Homil. ascensionis) sedere iudicantis est: stare uero pugnãtis, uel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis positus, stantẽ uidit, quẽ adiutorẽ habuit: sed hunc post ascensionem Marc. sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine uidebitur.

ARTICVLVS II.

Vtrum sedere ad dexteram Patris, conueniat Christo secundum quòd Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ sedere ad dexterã Patris, non conueniat Christo, secundum quòd Deus. Christus enim, secũdum q̃ est Deus, est dextera patris: sed non uidetur idem esse dextera alicuius, & ille qui sedet ad dexteram eius. ergo Christus, secundum q̃ est pro dignitate, ut patet in sequenti articulo. Nec obstat quòd in hoc articulo dicitur, quòd sessio secunda significatione significat regiam, uel iudiciariam potestatem: procedens enim Auctor naturali doctrinæ ordine de confusis ad distincta, usus est hic potestatis nomine, prout confundit in se dignitatem, explicaturus in sequenti articulo distincte dignitatem seorsum a potestate, & illã sessioni, hanc dexteræ attributurus.

Lib. 1. c. 4. in prin. tom. 9.

li. 2. de Symbo. c. 7. non lõge a prin. tom. 9.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimaoctaua Articulum secundum.*

TItulus clarus. ¶ In corpore una conclusio: Christus secundum quòd Deus sedet ad dexteram Patris, Probatur. Sedere ad dexteram Patris nihil aliud est, quàm simul cum Patre gloriam deitatis, & beatitudinem & iudiciariam potestatem immutabiliter, & regaliter habere. ergo. Antecedens declarãtur, ponendo tres significationes dexteræ, & duas sessionis. Consequentia probatur: quia totum illud conuenit Christo, secundum quòd Deus. Et quia ponitur in conclusione illa præpositio Ad, dicendo, ad dextram: ideo Auctor subiungit, quòd in hac conclusione ly Ad, duo denotat, distinctionem personalem solam, & solum ordinem originis. Ex eo enim quòd ly ad, præpositio transitiua est: ac per hoc, accessum quendam unius ad alterum in hac materia designat. & huiusmodi accessus secundum rem, sine distinctione & ordine nequit intelligi: & cum inter personas diuinas nulla sit distinctio nisi personalis, & nullus sit ordo, nisi originis, consequens necessario fuit, ut ly ad, solam personalẽ distinctionem solũque originis ordinẽ importaret.

Li. 4. ortho. fid. cap. 2.

Li. 1. de Symbo. c. 4. circa med. tom. 9.

Homil. 29 in Euang. post med. illius.

Heb. 1. lec. 3. & lec. 6. pri. & c. 8. lec. 7. & capit. 10. lec. 1.

¶ *Super*

Deus, non ſedet ad dexteram Patris.

¶ 2 Præt. Mar. vlt. dicitur, q̃ dominus Ieſus aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei, Chriſtus autem non eſt aſſumptus in cœlum, ſecundum q̃ Deus. ergo etiam neque, ſecundum q̃ Deus, ſedet a dextris Dei.

¶ 3 Præt. Chriſtus, ſecundum q̃ Deus, eſt æqualis patri & Spirituiſancto. ergo ſi Chriſtus, ſecundum quod Deus, ſedet ad dexteram Patris, pari ratione & Spiritus ſanctus ſedebit ad dexteram Patris & Filij, & ipſe Pater ad dexteram Filij & Spirituſſancti, quod nuſquam inuenitur.

Lib.4. c.2. SED CONTRA eſt, q̃d Damaſ.* dicit, q̃ dexteram patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis, in qua filius Dei extitit ante ſæcula, ut Deus & patri conſubſtantialis.

Art. præced. RESPON. Dicendum, quòd ut ex prædictis † patet, nomine dexteræ tria intelligi poſſunt. Vno modo, ſecundum Damaſ. † gloria diuinitatis: alio modo, ſecundum Aug.* beatitudo patris: tertio modo, ſecundum eundem, iudiciaria poteſtas. Seſſio autem, ut dictum eſt, † uel habitationem, uel regiã ſeu iudiciariam dignitatem deſignat. Vnde ſedere ad dexteram Patris nihil aliud eſt, quàm ſimul cum patre habere gloriam diuinitatis, & beatitudinem, & iudiciariam poteſtatem, & hoc immutabiliter & regaliter. Hoc autem conuenit filio Dei, ſecundum q̃ Deus. Vnde manifeſtum eſt, q̃ Chriſtus ſecundum q̃ Deus, ſedet ad dexteram patris: ita tamẽ q̃ hæc præpoſitio ad, quæ tranſitiua eſt, ſolam diſtinctionem perſonalem importat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ, uel dignitatis, qui nullus eſt in diuinis perſonis, ut in prima parte habitum eſt. †

Lib.4. c.2. Li.1. de ſym bo. c.4. to.9. Ar. præced.

P. p. q.42. art.3.

In corp. art. AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ filius Dei dicitur dextera patris appropriate, per modum, quo etiam dicitur unctus patris: ſed dextera patris ſecundum tres ſignificationes prædictas, † eſt aliquid commune tribus perſonis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Chriſtus ſecundum q̃ homo, eſt aſſumptus ad diuinũ honorem, qui in prædicta ſeſſione deſignatur: ſed tamẽ ille honor diuinus conuenit Chriſto, inquãtum eſt Deus, non per aliquam aſſumptionem, ſed per æternam originem.

AD TERTIVM dicendum, q̃ nullo modo poteſt dici, q̃ pater ſedeat ad dexteram Filij uel Spirituſſancti, quia Filius & Spirituſſanctus trahũt originem a patre, & non econuerſo ſed ſpirituſſanctus proprie poteſt dici ſedere ad dexteram patris uel Filij, ſecundum ſenſum * prædictum: licet ſecundum quãdam appropriationem attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas: ſicut dicit Aug. † q̃ in patre eſt unitas, in Filio q̃alitas, in Spirituſancto unitatis q̃ualitatiſque connexio.

In corp. art.

Lib.1. de doct. Chriſt. c.5. circa finem tom. 1.

¶ *Super Quæſtio. 58. Art. tertium.*

Titulus clarꝰ eſt. ¶ In corpore, tria fiunt. Primo reſumitur quid importet, ſedere ad dexteram Patris, ponẽdo maxime id q̃d inſinuat ly ad. Secundo fit una diſtinctio trimembris, iuxta triplicem modum con

Locis ſupra art. 2. inductis.

lib.4. cap.2. ¶ med.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſedere ad dexteram Patris conueniat Chriſto, ſecundum quòd homo.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur, q̃ ſedere ad dexteram Patris, non conueniat Chriſto ſecundum quòd homo. Vt enim Damaſ. * dicit, dexterã patris dicimus gloriã & honorem diuinitatis: ſed honor & gloria diuinitatis non conuenit Chriſto, ſecundum quòd homo. ergo uidetur quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, nõ ſedeat ad dexteram patris.

¶ 2 Præt. Sedere ad dexteram regnantis, ſubiectionem excludere videtur, quia qui ſedet ad dexteram regnãtis, quodammodo illi corregnat. Chriſtus autẽ, ſm q̃ homo eſt ſubiectus patri, ut dicitur 1. ad Cor. 15. ergo videtur q̃ Chriſtus, ſecundum q̃ homo, non ſit ad dexteram patris.

¶ 3 Præt. Roma. 8. ſuper illud, Qui eſt ad dexterã Dei, exponit gloſ. † ideſt, æqualis Patri in honore, quo Deus pater eſt, uel ad dexteram patris, ideſt, in potioribus bonis Dei. Et ſuper illud Hebr. 1. Sedet ad dexterã Dei in excelſis, glo.* ideſt ad æqualitatẽ patris, ſuper omnia & loco, & dignitate: ſed eſſe ęqualem Deo, non conuenit Chriſto, ſecundũ q̃ homo: nam ſecundum hoc ipſe dicit Io. 14. Pater maior me eſt. ergo uidetur q̃ ſedere ad dexteram Patris, nõ conueniat Chriſto, ſecundum quòd homo.

SED CONTRA eſt, q̃d Augu. † dicit in ſermone de Symbolo, Ipſam dexteram, intelligite poteſtatem, quã accepit ille homo ſuſceptus a Deo, ut ueniat iudicaturus, q̃ prius uenerat iudicãdus.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut dictum eſt †) nomine dexteræ patris, intelligitur uel ipſa gloria deitatis ipſius, uel beatitudo æterna eius, uel poteſtas iudiciaria & regalis. Hæc autem præpoſitio ad, quẽdam acceſſum ad dexteram deſignat, in quo deſignatur conuenientia cum quadam diſtinctione, ut ſupra dictũ eſt. * Quod quidem poteſt eſſe tripliciter. Vno modo, ut ſit cõuenientia in natura, & diſtinctio in perſona, & ſic Chriſtus, ſecundũ quòd filius Dei, ſedet ad dexteram patris, quia habet eãdem naturam cum patre. Vnde prædicta † conueniunt eſſentialiter Filio, ſicut & Patri, & hoc eſt eſſe in æqualitate patris. Alio modo, ſecundum gratiam unionis, quę importat econueniẽtiæ, & diſtinctionis. Tertio diſtinctionem bimembrẽ, ſcilicet naturæ uel ſuppoſiti determinabilis per ly ſecũdum q̃ ponens tres concluſiones, declarat.

¶ Circa primum aduerte, q̃ auctor non reſumit omnia, ſed facientia ad ſuum propoſitum: prætermittit enim ordinem, quem in reſponſione ad tertium præcedentis articuli tanti fecit, ut propterea negandũ omnino dixerit, Patrẽ ſedere ad dexteram Filij.

Glo. Aug. hoc loco mo 5. Lib.4. c. medio.

¶ Circa ſecundũ aduerte, q̃ in ſecundo membro Auctor utitur illa propoſitione: quæ tamen magis eſt neganda, quam affirmanda iuxta doctrinam ſuperius habitam. utitur enim q̃ poſitione illa, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt filius Dei: quam tamen uallauit ante & poſt, ita ut nulli errandi occaſio præberetur, ut patet in litera.

Glo. interlinearis ibi.

¶ Circa tertium aduerte, q̃ prima concluſio, Chriſtus ſecũdum quòd Deus ſedet ad dexteram Patris. reſpondet primo dictis in ſecunda parte huius corporis. Secunda autem concluſio, Chriſtus ſecundũ q̃ homo, ſedet ad dexterã Patris, prout ly homo ſtat pro natura, reſpõdet tertio loco dictis in ſecunda parte corporis. Tertia uero concluſio, id eſt Chriſtus ſecũdum quòd homo, ſedet ad dexterã Patris, ut ly homo denotat unitatem ſuppoſiti, reſpondet ſecundo dictis in ſecũda parte corporis. Coactus eſt autẽ Auctor ad has diſtinctiones, ut dignitatẽ Chriſti hominis, & auctoritates ſane intellectas ſaluaret.

lib.3. de ſymbolo. cap.c. non longe a prin. to.9.

Ar. præced.

Ar. præced.

In illome art.

Omnes

nes alias creaturas habens regiam & iudiciariam potestatem. Sic igitur si ly secūdum quòd, designet conditionem naturæ, Christus, secundum quòd Deus, sedet ad dexteram Patris, idest in æqualitate Patris: secundum autem quòd homo, sedet ad dexteram patris, idest in bonis paternis potioribus, præ ceteris creaturis, id est in maiori beatitudine, & habens iudiciariam potestatem. Si uero ly secundum quòd, designet vnitatem suppositi, sic etiam secundum quòd homo, sedet ad dexteram Patris, secundum æqualitatem honoris: inquantum scilicet, eodem honore ueneramur ipsum filium Dei cum natura assumpta, ut supra dictum est.*

Quæstio. 25. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanitas Christi secundum conditiones suæ naturæ non habet gloriam, uel honorem deitatis: quam tamē habet ratione personæ, cui unitur. Vnde ibidem Damas.† subdit, In qua, scilicet gloria deitatis, Dei filius existens ante sæcula, ut Deus & Patri consubstantialis, sedet conglorificata carne eius:* adoratur enim una hypostasis una adoratione cum carne eius, ab omni creatura.

† Lib. 4. c. 2. a medio.

Al. Adoratur enim cū sua carne ab omni creatura.

AD SECVNDVM dicendum quòd Christus secundum quòd homo, subiectus est Patri, prout ly secūdum quòd, designat conditionem naturæ, & secundum hoc non competit ei sedere ad dexteram Patris, secundum rationem æqualitatis, secundum q̄ est homo. Sic autem competit ei sedere ad dexteram patris, secundum q̄ per hoc designatur excellentia beatitudinis, & iudiciaria potestas super omnem creaturam.

AD TERTIVM dicendum, q̄ esse in æqualitate patris, nō pertinet ad ipsam naturam humanam Christi, sed solum ad personam assumentem: sed esse in potioribus bonis Dei, secundum quòd importat excessum aliarum creaturarum, conuenit etiā ipsi naturæ assumptæ.

¶ *Super Quæstio 58. Artic. quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum sedere ad dexteram Patris, sit proprium Christi.

TIulus clar⁹ est. ¶ In corpore vna cōclusio: Sedere ad dexteram Patris est propriū Christi. Probatur: Sedere ad dexteram Patris, secundum diuinam quidem naturam, est esse in æqualitate Patris: secūdum autem humanam, est esse in excellentissima possessione paternæ hæreditatis: sed utrūq; soli Christo conuenit. ergo. Reliqua clara sunt in litera.

3. dist. q. 3. art. 3.

Lib. de symbo. c. 4. ante med. tom. 5.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q̄ sedere ad dexterā patris, non sit propriū Christi. Dicit enim Apostolus Eph. 2. q̄ Deus corresuscitauit nos, & cōsedere fecit ī cælestibus in Christo Iesu: sed resuscitari non est proprium Christi. ergo etiam pari ratione nec sedere ad dexteram Dei in excelsis.

¶ 2 Præt. Sicut Aug. dicit in lib.* de Symbolo, Christū sedere ad dexteram patris hoc est habitare in eius beatitudine: sed hoc multis alijs conuenit. ergo uidetur quòd sedere ad dexteram patris, non sit proprium Christi.

¶ 3 Præt. Ipse dicit Apoc. 3. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cum patre meo in trono eius. Sed per hoc sedet Christus ad dexterā patris, q̄ sedet in throno eius. ergo ēt & alij qui uincunt, sedent ad dexterā patris.

¶ 4 Præt. Matth. 20. Dominus dicit, Sedere ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo: hoc autem frustra diceretur, nisi esset aliquibus paratum. non ergo sedere ad dexteram, conuenit soli Christo.

SED CONTRA est, quòd dicitur ad Hebr. 1. Ad quem angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis, idest in meis bonis potioribus, vel mihi secūdum diuinitatem æqualis quasi dicat ad nullū: sed angeli sunt supiores alijs creaturis. ergo multo magis nulli alii cōuenit sedere ad dextrā p̄ris q̄ Chr̄o.

RESPON. Dicendū, q̄ (sicut dictū est*) Christus dicitur sedere ad dexteram patris, inquantū secundum diuinam naturam est in æqualitate patris, secū dum autem humanam naturam in excellēti possessione diuinorum bonorum præ cæteris aliis creaturis. Vtrumq; autem soli Christo conuenit. unde nulli alij, nec angelo, nec homini conuenit sedere ad dexteram patris, nisi soli Christo.

Art. 1. 2. & 3. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quia Chr̄s est caput nostrum, illud, quod collatū est Christo, est etiam nobis in ipso collatū. Et propter hoc, q̄ ipse iam resuscitatus est, dicit Apostolus, q̄ Deus nos quodammodo ei coresuscitauit, qui tn̄ in nobis ipsis nōdum sumus resuscitati, sed resuscitādi, secūdum illud Ro. 8. Qui suscitauit Iesum a mortuis, vificabit & mortalia corpora nostra. & ſm eundē modum loquendi subdit Apostolus, quod consedere nos fecit in cœlestibus, scilicet in hoc ipso, q̄ caput nostrum, quod est Christus, ibi sedet.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd quia dextera est diuina beatitudo, sedere in dextera, non significat simpliciter esse in beatitudine, sed habere beatitudinem cum quadam dominatiua potestate, & quasi propriam & naturalem, quod soli Christo conuenit, nulli autem alij creaturæ. Potest tamen dici, q̄ omnis sanctus, qui est in beatitudine, est ad dexteram Dei constitutus. vnde & dicitur Matt. 25. quòd statuet oues a dextris.

AD TERTIVM dicendum, quòd thronum significatur iudiciaria potestas, quā Christus habet a patre. & secundum hoc dicitur sedere in throno patris. Alij autē sancti habent eam a Christo, & secundum hoc dicuntur in throno Christi sedere, secundum illud Mat. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.

AD QVARTVM dicēdum, quòd (sicut Chry.* dicit super Mat.) locus ille, i. confessus dexteræ, inuius est omnibus nō solum hominibus, sed etiam angelis. sicut enim præcipuum vnigeniti ponit Paulus dicens, Ad quem autem angelorum dixit vmquam, sede a dextris meis? Dominus ergo nō quasi existentibus quibusdam, qui sessuri sint, sed condescendens interrogantium* supplicationi respōdit: hoc enim vnum solum quærebant præ alijs, stare apud ipsum. Potest tamen dici, quòd petebant filij Zebedæi, excellentiam habere præaliis in participā do iudiciariam potestatem eius. unde non petebāt quòd sederent ad dexteram, vel sinistram patris, sed ad dexteram, vel sinistram Christi.

Hom. 66. in Matth. inter prin. & med. tom. 4.

Alias, suspicationi.

QVAESTIO LIX.

¶ *Super Quæstio. 59. Articulū primum.*

De iudiciaria potestate Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de iudiciaria potestate Christi.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrum iudiciaria potestas sit attribuenda Christo.

TIulus clarus. ¶ In corpo. vna conclusio: Iudiciaria potestas proprie attribuitur Christo. Probatur: Trium requisitorum ad iudicium, scilicet potestatis, rectitudinis zeli, & sapientiæ, tertium est, secundum quòd

quòd accipitur forma iudicij: sed Filius est sapientia genita & ueritas a patre procedens. ergo iudiciaria potestas proprie attribuitur filio Dei. Maior declaratur discurrendo per illa tria. Et probatur: qa ipsa ratio iudicij est lex sapientiæ & ueritatis. Et confirmatur auctoritate Augustini.

¶ Secũdò, Vtrum conueniat sibi, secundum quòd est homo.

¶ Tertiò, Vtrum eam fuerit ex meritis adeptus.

¶ Quartò, Vtrum eius potestas iudiciaria, sit uniuersalis respectu omnium hominum.

¶ Quintò, Vtrum præter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud uniuersale iudicium futurũ per ipsum.

¶ Sextò, Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat.

Nõ compleuit morte p̃ meritis. ¶ De executione autem finalis iudicij * conuenientius agetur, cum considerabimus de his, quæ pertinent ad finem mundi: nunc autem sufficit ea sola tangere, quæ pertinent ad Christi dignitatem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iudiciaria potestas sit specialiter Christo attribuenda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ iudiciaria potestas non sit specialiter attribuẽda Christo. Iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad dominum. vnde dicitur Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Sed esse Dominum creaturarum, est commune toti Trinitati. nõ ergo specialiter debet attribui Chro iudiciaria potestas.

¶ 2 Præt. Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum sedit, & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt: sed antiquus dierum intelligitur pater, quia, ut * Hila. dicit, in patre est æternitas. ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda patri quàm Christo.

Li. 2. de Trini. paulo a princ. & li. de synodis, paulo post prin.

¶ 3 Præt. Eiusdem uidetur esse iudicare, cuius est arguere: sed arguere, pertinet ad Spiritumsanctum: dicit enim Dominus Ioan. 16. Cum autem uenerit ille (scilicet Spiritussanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spiritui sancto, quàm Christo.

SED CONTRA est, qđ dicitur actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est a Deo, iudex uiuorũ & mortuorum.

RESPON. Dicendum, quòd ad iudicium faciendum, tria requirũtur. Primo quidem, potestas subditos coercendi. vnde dicitur Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. Secundo, requiritur rectitudinis zelus, ut scilicet aliquis non ex odio uel liuore, sed amore iustitiæ iudicium proferat, secundum illud Prou. 2. Quẽ enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Tertio, requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. unde dicitur Eccles. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum. Prima autem duo præexiguntur ad iudicium, sed proprie tertium est, secundum quod accipitur forma iudicij, quia ipsa ratio iudicij, est lex sapientiæ uel ueritatis, secundum quam iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & ueritas a patre procedens, & ipsum perfecte repræsentans, ideo proprie iudiciaria potestas attribuitur filio Dei. Vnde Aug. † dicit in lib. de Vera religione. Hæc est incommutabilis illa ueritas, quæ lex omnium artium recte dicitur, & ars omnipotẽtis artificis. Vt autem nos & omnes animæ rationales, secũdum ueritatem de inferioribus recte iudicamus, sic de nobis quando eidem cohæremus, sola ipsa ueritas iudicat: de ipsa uero nec pater: non enim minus est, quàm ipse. Et ideo quæ pater iudicat, per ipsam iudicat. Et postea concludit, pater ergo non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio.

Capit. 31. in prin. tom. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ex illa ratione probatur, quod iudiciaria potestas sit communis toti Trinitati, quod uerum est: sed tamen per quandam appropriationem, iudiciaria potestas attribuitur Filio, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut Augus. † dicit in 6. de Tri. Patri attribuitur æternitas propter commendationem principij, quod importatur in ratione æternitatis. Ibidem etiam Augus. * dicit, quòd Filius est ars patris. Sic igitur auctoritas iudicandi attribuitur patri, inquantum est principium Filij, sed ipsa ratio iudicij attribuitur Filio, qui est ars & sapiẽtia patris, ut scilicet, sicut pater facit omnia per Filium, inquantum est ars eius, ita etiam iudicet omnia per Filium, inquantum est sapientia & ueritas eius. Et hoc significatur in Daniele, vbi primo dicitur, quòd antiquus dierum sedit, & postea subditur, quòd filius hominis peruenit usque ad antiquum dierum, & dedit ei potestatem, & honorẽ, & regnum: per quod datur intelligi, quòd auctoritas iudicandi est apud Patrem, a quo Filius accepit potestatem iudicandi.

In corpore. Li. 6. cap. 10. circa prin. tom. 3.

Eodem ca. diuiso c. 11. tom. 3.

AD TERTIVM dicendum, q̃ (sicut Aug. * dicit su per Io.) ita dixit Christus q̃ Spiritussanctus arguet mundum de peccato, tamquam diceret, ille diffundet in cordibus uestris charitatem: sic enim timore depulso, arguẽdi habebitis libertatem. Sic ergo Spiritui sancto attribuitur iudicium, non quantum ad iudicij rationem, sed quantum ad affectum iudicandi, quem homines habent.

Tract. 97. in Ioan. inter principia & med. tom. 9.

ARTICVLVS II.

Vtrum iudiciaria potestas conueniat Christo secundum quòd est homo.

¶ *Super Quæstio. 59. Art. secundum.*

AD SECVNDVM sic procedit. Vt. q̃ iudiciaria potestas nõ conueniat Christo, fm q̃ est homo. Dicit enim Aug. * in lib. de Vera religione, q̃ iudicium attribuitur Filio, inquantum est ipsa lex primæ ueritatis: sed hoc pertinet ad Christum, secundum q̃ est Deus. ergo iudiciaria potestas non cõuenit Christo, fm q̃ est homo, sed fm q̃ est Deus.

¶ 2 Præt. Ad iudiciariam potestatẽ pertinet præmiare bene agentes, sicut & punire malos: sed p̃mium bonorũ operum est beatitudo æterna, quæ nõ datur nisi a Deo: dicit enim Aug. * super Io. quòd participatione Dei, fit anima beata, non autem participatione animæ sanctæ. ergo uidetur, quòd iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quòd est homo, sed secundum quòd est Deus.

¶ 3 Præt. Ad iudiciariã Christi po

Tvlvs clarus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primo recitatur opinio Chrysostomi, qui aliter punctuat textum euangelij, quam nos, ipse. n. illa uerba, Quia Filius hominis est, non coniungit cum præcedentibus, scilicet, potestatem dedit ei iudicium facere; sed coniungit ea cum sequẽtibus, scilicet nolite mirari hoc: ita quòd apud Chrys. concluditur prima sententia ibi, Potestatem dedit ei iudicium facere, & inchoat secunda sententia ibi, Quia Filius hominis est, & cõcludit ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, q̃ propterea quia Filius hominis est, non accipiant admirationem de antedicta sententia, potestatem dedit ei iudicium facere, ut clare patet in hac litera. Secundo, respondet q̃sito una conclusione:

Ca. 31. circa prin. tom. 3.

Tract. 97. in Ioan. inter principia & med. tom. 9.

testatē pertinet iudicare occulta cordium, ſm illud primæ ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quo ad vſque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: ſed hoc pertinet ad ſolam uirtutem diuinam, ſm illud Hier. 17. Prauū eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? ego Dominꝰ ſcrutans corda & probās renes: qui do vnicuiq; iuxta uiam ſuā. ergo iudiciaria poteſtas non conuenit Christo, ſecundum ꝙ eſt homo, ſed ſecundum ꝙ eſt Deus. B

SED CONTRA eſt, quod dr̄ Io. 5. Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt.

RESPON. Dicēdū, ꝙ Chryſ. * ſuper Io. ſentire uiderur, ꝙ iudiciaria poteſtas non conueniat Christo, ſecūdum ꝙ eſt homo, ſed ſolum ſm ꝙ eſt Deus. Vnde auctoritatē Io. inductam, ſic exponit: Poteſtatem dedit ei iudiciū facere, (& poſtea ſubditur) qa Filius hominis eſt nolite mirari hoc. non enim propterea ſuſcepit iudicium, quoniā homo eſt: ſed quia ineffabilis Dei filius eſt, propterea iudex eſt: quia uero ea quæ dicebantur, erant maiora, q̄ ſecundum hominē, ideo hanc opinionem ſoluens dixit. Ne miremini, quia Filius hominis eſt: etenim ipſe eſt etiam filius Dei: quod quidē probat per reſurrectionis effectum. unde ſubdit, Quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei. Sciendum tamen, ꝙ quamuis apud Deum remaneat prima auctoritas iudicandi, hominibus tamē committitur a Deo iudiciaria poteſtas reſpectu eorum, qui eorum iuriſdictioni ſubijciuntur. Vnde dicitur Deute. 1. Quod iuſtum eſt iudicate. & poſtea ſubdit, Quia Dei eſt iudicium, cuius ſcilicet auctoritate uos iudicatis. dictum eſt autem ſupra * quòd Christus etiam in natura humana eſt caput totius Eccleſiæ, & quòd ſub pedibus eius Deus omnia ſubiecit. vnde ad eum pertinet, etiam ſecundum naturam humanam, habere iudiciariam poteſtatem. Propter quod Aug. † auctoritatem prædictam Euangelij ſic dicit eſſe intelligēdam, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt, non quidem propter conditionem naturæ: quia omnes homines huiuſmodi poteſtatem haberent (vt Chriſ. * obijcit) ſed hoc pertinet ad gratiam capitis, quam Christus in humana natura accepit. Competit autem Christo hoc modo ſecundum humanam naturam iudiciaria poteſtas, propter tria. Primo quidem, propter conueniētiam & affinitatem ipſius ad homines: ſicut enim Deus per cauſas medias, tamquam propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Chriſtum homines, ut ſit ſuauius iudicium hominibus. unde Apoſtolus dicit Heb. 4. Non habemus Pōtificem, qui nō poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia * per ſimilitudinem abſque peccato: adeamus ergo cum fiducia ad thronū gratiæ eius. Secundo, quia in finali iudicio (ut Augu. † dicit ſuper Io.) erit reſurrectio corporum mortuorum, quæ ſuſcitat Deus per filiū hominis, ſicut per eundem Chriſtum ſuſcitat animas, in quantum eſt filius Dei. Tertio, quia, vt Aug. * dicit in lib. de verbis domini, rectum erat vt iudicandi viderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali: reſtabat ut in iudicio, forma ſerui & bonis, & malis oſtenderetur: forma Dei ſolis bonis ſeruaretur. A

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd iudicium pertinet ad veritatem, ſicut ad regulā iudicij: ſed ad hominem, qui eſt ueritate imbutus, pertinet ſecundū quòd eſt unum quodammodo cum ipſa ueritate quaſi quædam lex, & quædam iuſtitia animata. vnde & ibidem Auguſt. * introducit quod dicitur. 1. Corint. 2. Spiritualis iudicat omnia. Anima autem Christi præ ceteris creaturis magis fuit vnita veritati, & magis ea repleta, ſecundum illud Ioan 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. & ſecundum hoc ad animā Christi maxime pertinet omnia iudicare.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ſolius Dei eſt, ſui participatione animas beatas facere: ſed adducere homines ad beatitudinem, conuenit Chriſto, inquantum eſt caput & auctor ſalutis eorum, ſecundum illud Heb. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſumari.

AD TERTIVM dicendum, quòd cognoſcere occulta cordium & dijudicare, per ſe quidem pertinet ad ſolum Deum, ſed ex refluentia diuinitas ad animam Christi, conuenit etiam ei cognoſcere & iudicare occulta cordium, ut ſupra * dictum eſt, cum de ſcientia Christi ageretur. & ideo dicitur Rom. 2. In die cum iudicabit Deus occulta hominum per Ieſum Christum.

ARTICVLVS III.

¶ *Super Queſtio. 59. Artic. tertium.*

Vtrum Chriſtus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam poteſtatem.

AD TERTIVM ſic ꝓceditur. Videtur, ꝙ Chriſtus nō ex meritis fuerit adeptus iudiciariā poteſtatem. Iudiciaria enim poteſtas aſſequitur regiam dignitatem, ſecundum illud Prouer. 2. Rex q̄ ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malū intuitu ſuo: ſed regiam dignitatē Chriſtus obtinuit abſq; meritis: competit. n. ei ex hoc ipſo, ꝙ eſt unigenitus Dei. dr̄. n. Luc. 1. Dabit ei dñs Deus ſedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęter nū. ergo Chriſtus iudiciariā poteſtatē non obtinuit ex meritis. ¶ 2 Præt, Sicut dictum eſt, † iudiciaria poteſtas cōpetit Chriſto, inquantum eſt caput noſtrum: ſed gratia capitis nō competit Chriſto ex meritis, ſed cōſequitur perſonalem unionem diuinæ & humanæ naturæ, ſecundum illud, Vidimus gloriā eius quaſi unigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, quod per

¶ Titulus clarus eſt. ¶ In corpore una cōcluſio. Iudiciaria poteſtas homini Chriſto competit, & propter diuinā perſonam, & propter capitis dignitatem, & ꝓpter gratiæ habitualis plenitudinem, & cum his ex merito, eā obtinuit. Probatur, & primo quo ad ſimultatem tot modorum: quia unū poteſt deberi alicui ex cauſis diuerſis, quod declaratur exēplo gloriæ corporis Chriſti. Deinde quo ad vltimam partem: quia qui pro Dei iuſtitia iudicatus pugnauit & uicit, debet eſſe iudex, &c. Et confirmatur auctoritate Scripturæ.

4. diſt. 48. q. 3. art. 1. Et 4. contr. c. 55. princ. & op. 3. c. 249.

Art. præced.

Concl. 1.

Trac. 25. i Ioan. ante med. tom. 9.

In ſerm. 64. & eſt vltimus a medio illius, tomo 10.

Lib. de ver. relig. c. 31. a med. tom. 1.

Quæſtio. 10. art. 2.

Hom. 38. in Ioan. parum ante medi. tom. 3.

Tract. 19. in Io. fere medium tom. 9.

Homil. 13. in Ioan. parum ante medi. tom. 3.

Al. pro ſimilitudine.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pertinet ad rationem capitis. ergo videtur quod Christus non habuerit ex meritis iudiciariam potestatem.

¶3 Præt. Apostolus dicit primæ ad Cor.2 Spiritualis iudicat omnia: sed homo efficitur spiritualis per gratiam, quæ non est ex meritis: alioquin iam non esset gratia, vt dicitur Rom.11. ergo videtur ꝙ iudiciaria potestas non cõueniat, nec Christo nec alijs ex meritis, sed ex sola gratia.

SED CONTRA est, quod dicitur Iob.36. Causa tua quasi impij iudicata est, iudicium causamque recipies. & Aug. † dicit in lib. de verbis domini, Sedebit iudex, qui stetit sub iudice: damnabit vero reos, qui falso tactus est reus.

Im form. vl. aliquantulum a med. tom. 10.

RESPON. Dicendum, ꝙ nihil prohibet, vnum & idē deberi alicui ex causis diuersis, sicut gloria corporis resurgentis, debita fuit Christo non solum propter congruentiam diuinitatis, & propter gloriam animæ, sed etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendum est, ꝙ iudiciaria potestas homini Christo competit, & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiam ex merito eam obtinuit, vt scilicet secundum Dei iustitiam iudex esset, qui pro Dei iustitia pugnauit & vicit, & iniuste iudicatus est. vnde ipse dicit Apoc.3. Ego vici, & sedi in throno patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundum illud Psalm.9. Sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de iudiciaria potestate, secundum ꝙ debetur Christo ex ipsa vnione ad verbum Dei.

AD SECVNDVM dicēdum, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quæ est perfectiua animæ Christi: per hoc tamen, quòd his modis debetur Christo iudiciaria potestas, nō excluditur quin debeatur ei ex merito.

¶ *Super Quæstio. 59. Artic. quartum.*

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christo conueniat iudiciaria potestas, quantum ad omnes res humanas.

TItulus clarus.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. prima est. Christo secundum diuinā naturam cōuenit omnium iudicium. Probatur: quia sicut Pater omnia facit per Verbum, ita omnia iudicat per illud. Secūda cōclusio est: Omnes res humanæ subduntur iudicio Christi, secundum humanā naturam. Probatur tripliciter: & omnia clara sunt in litera.

Qualibet 10. 5. 2. co.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur, quòd ad Christum nō pertineat iudiciaria potestas, quātum ad omnes res humanas. Vt enim legitur Luc.12. cū quidam de turba Christo diceret, Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem, ille respōdit, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? non ergo habet iudicium super omnes res humanas.

¶2 Præt. Nullus habet iudicium, nisi super ea, quæ sunt sibi subiecta: sed Christo nōdum videmus omnia esse subiecta, vt dicitur Hebræorum.2. ergo videtur quòd Christus non habeat super omnes res humanas iudicium.

¶3 Præt. Augustdicit 20. de Ciui. Dei, * quòd adiudicium diuinum pertinet hoc, quòd interdum bōni affliguntur in hoc mundo, & interdum prosperātur, & similiter mali: sed hoc fuit etiam ante Christi incarnationem. ergo non omnia iudicia Dei circa res humanas pertinent ad iudiciariam potestatem Christi.

SED CONTRA est, quod dicitur Io.5. Pater. omne iudicium dedit filio.

RESPON. Dicendum, quòd si de Christo loquamur secundum diuinam naturam, manifestum est, quòd omne iudicium patris pertinet ad Filium: sicut enim Pater facit omnia verbo suo, ita & omnia iudicat verbo suo. Si vero loquamur de Christo secundum naturam humanam, sic etiam manifestum est, quòd omnes res humanæ subduntur eius iudicio. Et hoc manifestum est: primo quidem, si consideremus habitudinem animæ Christi ad verbum Dei: si enim spiritualis iudicat omnia (vt dicitur primæ ad Corint.2.) inquantum mens eius verbo Dei inhæret, multo magis anima Christi, quæ est plena veritate Verbi Dei, super omnia iudicium habet.

Secundo apparet idem ex merito mortis eius: quia vt dicitur Rom.14. in hoc Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorum dominetur. Et ideo super omnes habet iudicium: propter quod & Apostolus ibi subdit, quòd omnes stabimus ante tribunal Christi. Et Daniel.7. dicitur, ꝙ dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei.

Tertio apparet idem ex comparatione rerū humanarum ad finē humanæ salutis: cuicumq; enim committitur principale, committitur & accessorium. Omnes autem res humanæ ordinantur in finem beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiam repelluntur iudicio Christi, vt patet Matth.25. Et ideo manifestum est, quòd ad iudiciariam potestatem Christi, pertinent omnes res humanæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est, * iudiciaria potestas consequitur regiam dignitatem. Christus autem quamuis esset rex constitutus a Deo: non tamen in terris viuens, terrenum regnum temporaliter administrare voluit: vnde ipse dicit Io.18. Regnum meum non est de hoc mūdo. Similiter etiam iudiciariam potestatē exercere noluit super res temporales, qui venerat homines ad diuina transferre: vnde Amb. ibidem dicit, * Bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat: nec iudex dignatur esse litium, & arbiter facultatū, viuorum habens mortuorumque iudicium, arbitriumque meritorum.

Art. precedi in arg. 4.

Lib. 7. in Lc. super illud Quis me constituit iudicem inter vos tom. 5.

AD SECVNDVN dicendum, quòd Christo sunt omnia subiecta quātum ad potestatem, quam a Patre super omnia accepit, secundum illud Mat. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nondum tamen sunt omnia ei subiecta, quantum ad executionem suæ potestatis: quod quidem erit in futuro: quando de omnibus voluntatem suam adimplebit, quosdam quidem saluando, quosdam autem puniendo.

AD TERTIVM dicendum, quòd ante incarnationem huiusmodi iudicia exercebantur per Christū, inquantum Dei verbum est, cuius potestatis facta est particeps per incarnationem anima, ei personaliter vnita.

¶ *Super*

Lib. 20. c. 2. tom 5.

¶ Super Quæstionis quinquagesimanonæ Articulum quintum.

Tertullus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Vltra iudicium quod in cuiuslibet hominis morte fit, oportet esse finale iudicium in nouissimo die. Probatur sic: Iudicium de aliquare mutabili, dari perfecte non potest ante eius consumationem: sed vita hominis licet sit per mortem terminata secundum se, remanet tamen secundum quid mutabilitati subiecta vsque ad finem mundi dependens ex futuris, ergo non potest vita hominis, secundum id, quod quomolibet ad vnumquemq; pertinet perfecte iudicari ante finem mundi. ergo oportet esse finale iudicium in nouissimo die vltra particulare, quod fit in cuiusque morte. Maior propositio manifestatur dupliciter: primo in actionibus: secundo in hominibus, & ad hoc affertur auctoritas Apostoli. Minor autem propositio manifestatur in quinque generibus reliquiarum vitæ humanę, scilicet in memorijs, in filijs, in effectibus, in corporibus, & in amicis. Et quoniam dixisset fortasse aliquis, quòd reliquiæ istę sunt impertinentes ad Christi iudicium: ideo ad hoc excludendum Auctor apponit rationem, quam perficit in responsione ad primũ. Est autem ratio integra, quòd hæc omnia quia clauduntur sub genere præmij vel pœnæ, ideo cadunt sub æstimatione diuini iudicij, quod ad omnia humana præmia, omnesque humanas pœnas se extendit. Patet autem discurrendo per singula enumerata, quòd nonnulla pœna, & nonnullum præmium est hominis in suprà dictis reliquijs præsuppositis immortalitate animæ & corporis post resurrectionem, vt hic supponimus.

¶ Aduerte hic, quòd maior propositio est per se nota, loquendo de iudicio alicuius rei ex proprijs ipsius, vt patet. Et hoc dico ne fallaris a captiosis, obijcientibus de æterno Dei iudicio, quo singula perfectissime iudicat antequàm fiant. Christus etiam secundum quòd homo ab instanti conceptionis suæ perfectissime cognouit omnes has reliquias antequàm fiant; sed hæc sunt ex parte cognoscentis: præsens autem ratio ex rei cognitæ se tenet, & per se notam propositionem assumit, quòd rei mutabilis perfectum iudicium dari non potest ante illius consumationẽ. Et si ipsi iũgas, quòd diuina sapientia disponit omnia suauiter, ac per hoc, quia suauis dispositio iudicij rei mutabilis, exigit vt discutiatur secundum modum naturæ suæ, videbis quòd sapientissime processit Auctor ad concludendum finale iudicium, ex eo quòd perfectum iudicium rei mutabilis non potest suauiter dari ante illius consumationem.

¶ Et hæc dicta sint de iudicio, quatenus infra cognitionis seu speculationis limites consistit: vt autem extensione fit practicum ad puniendum uel præmiandum, absque distinctione aliqua, patet propositionem maiorem esse uniuersaliter uerissimam: quoniam reddere præmiũ vel pœnam perfecte, præsupponit consumationem operis puniẽdi uel præmiandi. Et iuxta hunc sensum clare patet processus literæ absque obiectione aliqua: quia nec Deus prius ponit, quàm fiat quod puniendum est &c.

¶ Circa reliquias spectantes ad pœnam, uel præmium, secundum Auctoris sententiam, aduerte quòd licet apud nostra iudicia hęc uideantur per accidens & consequenter aliena ab examinatione iudicij: apud tamen diuinum iudicium omnia æstimanda esse ex sacris potest colligi literis. Legimus enim Nabuchodonosor præmium a Deo ob seruitium sibi exhibitum satis per accidens in oppugnatione Tyri, ut patet Ezechiel. 28. Dauid quoque punitum legimus ob effectum satis per accidens, quia inquit Nathan propheta, inimicos

AA fecisti

ARTICVLVS V.

Vtrum post iudicium quod agitur in præsenti tempore, restet aliud iudicium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd post iudiciũ, quod in præsenti tempore agitur, non restet aliud iudicium generale. Post. vltimam enim retributionem præmiorum & pœnarum, frustra adhibetur iudiciũ: sed in hoc præsenti tempre fit retributio præmiorum & pœnarũ: dixit enim dominus latroni in cruce Luc. 23. Hodie mecũ eris in paradiso, & Luc. 16. dicitur, q̃ mortuus est diues & sepultus est in inferno. ergo frustra expectatur finale iudicium.

¶ 2 Præt. Nahum 1. dicitur secundum aliam literam, Non iudicabit Deus bis in idipsum: sed in hoc tẽpore Dei iudicium exercetur, & quantum ad temporalia, & quantum ad spiritualia. ergo videtur, q̃ non sit expectandum aliud finale iudicium.

¶ 3 Præt. Præmium & pœna respondent merito & demerito: sed meritum & demeritum non pertinent ad corpus, nisi inquantum est animæ instrumentum. ergo nec præmium seu pœna debetur corpori, nisi propter animam. non ergo requiritur aliud iudicium in fine, ad hoc quòd homo præmietur, aut puniatur in corpore, præter illud, quo nunc puniuntur aut præmiantur animæ.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 12. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. erit ergo quoddam iudicium in nouissimo die præter iudicium quod nunc agitur.

RESPOND. Dicendum, quòd iudicium de aliqua re mutabili, perfecte dari non potest ante eius consumationem: sicut iudicium de aliqua actione, qualis sit perfecte dari non potest, antequàm sit consumata, & in se & in suis effectibus: quia multæ actiones videntur esse vtiles quæ ex effectibus demonstrantur nociuæ: & similiter de homine aliquo iudicium perfecte dari non potest, quo ad eius vita terminetur, eo quòd multipliciter potest mutari de bono in malum, aut econuerso, vel de bono in melius, aut de malo in peius. vnde Apostolus dicit Hebr. 9. q̃ hominibus statutum est semel mori, post hoc autem iudiciũ. Sciendum tamen, quòd licet per mortem vita hominis temporalis terminetur secundum se, remanet tamen ex futuris, secundum qd dependens. Vno quidem modo, secundum quòd adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus quandoque contra veritatem remanet bonæ famę vel malæ. Alio modo in filijs, qui sunt quasi aliquid patris, secundum illud Eccl. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se. & tamẽ multorum bonorum sunt mali filij, & econtrario. Tertio modo, quãtum ad effectum suorum operum, sicut ex deceptione Arrij & aliorũ seductorum, pullulat infidelitas vsque ad finem mundi: & vsque tunc proficit fides ex prædicatione apostolorum. Quarto modo, quantum ad corpus, quod quandoque honorifice traditur sepulturæ, quandoque vero relinquitur insepultum, & tandem incineratum omnino resoluitur. Quinto modo, quãtum ad ea, in quibus homo suum affectum defixit, puta in quibuscumque temporalibus rebus, quorum quædam citius finiuntur, quædã diutius durant. Oĩa autem hæc subduntur existimationi iudicij diuini: & ideo de his omnibus perfectum & manifestum iudiciũ haberi non potest, quandiu huius tẽporis cursus durat: & propter hoc oportet esse finale iudiciũ in nouissimo die, in quo pfecte id quod ad vnumquemq; hominem pertinet, quocũq; modo, perfecte & manifeste iudicetur.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ opinio quorundam fuit, quod animæ sanctorum non præmiantur in cęlo, nec animæ damnatorum puniuntur in inferno, vsque ad diem iudicij: quod quidẽ apparet esse falsum ex hoc, q̃ Apostolus 2. ad Cor. 5. dicit, Audemus, & bonam voluntatẽ habemus peregrinari a corpore, & præsentes esse, ad dominũ, qd̃ est iam non ambulare per fidẽ, sed per speciem, vt patet ex his quæ subsequuntur: hoc aũt est videre

fecisti blasphemare nomen domini, filius qui natus est tibi mori etur. 2. Reg. 12. Vnde patet ad ea etiam quæ per accidens sunt, diuina se extendere iudicia.

¶ In relponsione ad primum & tertium, aduerte quòd aliud est, hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam, & aliud est sortiri statum non impedibilem: anima enim per mortem peruenit ad statum immutabilem de bonitate in malitiam, aut econtra: & aut est confirmata in bono, aut obstinata in malo, aut ciuis cælestis aut inferni. Et penes hoc attenditur immutabilitas status, cum qua immutabilitate stat, quòd possit impediri ad tempus, ne ad suam ciuitatem perueniat. Et huiusmodi impedimēta pertinent ad purgatorium, quod non constituit tertium statum animarum, neque facit mutationem aliquam in statu animæ, quia est immutabilis, sed impedimentum præstat confirmationi status illius. Et simile est ei, quod inuenitur in motibus naturalibus: leue enim ascendens sursum si impediatur in via, non propterea mutat sibi motus naturam, nec cessante impedimento, ascēdendo nouum acquirit principium motus: sed remoto prohibente, a primo immutato principio ascensum prosequitur. Sic enim anima immutata secundum statum suum, soluto purgatorio tanquam remoto prohibente, ad finem sui immobilis status, in quo est confirmata per mortem, gratia duce peruenit.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimanonę Articulum sextum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, respōdetur quæsito una conclusione: Angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi etiā Deum per essentiam, in quo cōsistit vita æterna, ut patet Io. 17. Vnde manifestum est, animas à corporibus separatas esse in vita æterna & ideo dicendum est, q̄ post mortem quantū ad ea quæ sunt animæ, homo sortitur quendam immutabilem statum. & iō quantum ad præmium animæ, non oportet vlterius differri iudicium: sed quia quædā alia sunt ad hominem pertinētia, quæ toto temporis cursu aguntur, quę nō sunt aliena à diuino iudicio, oportet iterum in fine temporis, omnia hæc in iudiciū adduci. licet. n. homo f̄m hæc nō meretur neq; demeretur, tamen pertinēt ad aliquod eius præmiū vel pœnā. vnde oportet hæc omnia æstimari in finali iudicio.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ Deus non iudicabit bis in idipsum ideſt secūdum idem: sed secundum diuersa, non est inconueniens Deum bis iudicare.

AD TERTIVM dicendum, q̄ licet præmium, vel pœna corporis dependeat ex præmio vel pœna animæ tamen quia anima nō est mutabilis nisi per accidens, propter corpus, statim separata à corpore, habet statum immutabilem, & accipit suum iudiciū: sed corpus remanet mutabilitati subiectum vsq; ad finem temporis & ideo oportet quòd tūc recipiat suum præmium, uel pœnam in finali iudicio.

ARTICVLVS VI.

Vtrum iudiciaria potestas Christi se extendat ad angelos.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q̄ potestas Christi iudiciaria non se extendat ad angelos. Angeli. n. tam boni, quàm mali iudicati sūt a principio mūdi, quādo quibusdam cadētibus per peccatum, alij sunt in beatitudine confirmati: sed illi qui iudicati sunt, non indigent iterum iudicari. ergo potestas iudiciaria Christi nō se extēdit ad angelos.

¶ 2 Præt. Non est eiusdem iudicare & iudicari: sed angeli veniēt cū Christo iudicaturi, f̄m illud Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. ergo videtur q̄ angeli nō sunt iudicandi a Christo.

¶ 3 Præt. Angeli sunt superiores alijs creaturis. si ergo Christus est iudex non solum hominum, sed etiam angelorum, pari ratione erit iudex omnium creaturarum: quod uidetur esse falsum, cum hoc sit proprium prouidentiæ Dei, vnde dicitur Iob 34. Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? non ergo Christus est iudex angelorum.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. Corint. 6. An nescitis quoniam angelos iudicabimus? sed sancti non iudicabunt nisi auctoritate Christi. ergo multo magis Christus habet iudiciariam potestatem super angelos.

RESPON. Dicendum, quòd angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi, non solum quantum ad diuinam naturam, prout est verbum Dei, sed etiam ratione humanæ naturæ, quod patet ex tribus. Primo quidē, ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deū. quia, vt dicitur Heb. 2. nusquàm angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit: & ideo aīa Christi magis est repleta virtute uerbi Dei, q̄ aliquis angelorum. vnde & angelos illuminat, sicut Diony. dicit 7. c. cęl. hierar. * vnde de eis habet iudicare. Secundò, quia per humilitatem passionis, humana natura ī Christo, meruit exaltari super angelos: ita sicut dī Philip. 2. Vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorū & ideo Christus habet iudiciariam ptātem, etiā super omnes angelos, & bonos & malos. In cuius signum dī Apocal. 7. q̄ omnes angeli stabant in circuitu throni. Tertiò, ratione eorum, quæ circa homines operantur, quorum Christus speciali quodā modo est caput. vñ dī Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, p̄p eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Subsunt autē iudicio Christi, uno quidem modo quātum ad dispensatioem eorum, quæ p̄ ipsos aguntur, quæ quidem dispēsatio fit etiam per hoīem Christum, cui angeli ministrabant, ut dī Matth. 4. & à quo dæmones petebant, ut in porcos mitterentur, ut dicitur Matt. 8. Secundò, quantum ad alia accidētalia præmia bonorum angelorum, quæ sunt gaudia, quæ habent de salute hoīum, f̄m illud Luc. 15. Gaudiū erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, & etiam quantum ad pœnas accidētales dæmonū, quibus torquētur vel hic, vel recludūtur in inferno. Et hoc ēt ptinet ad hominem inquantum est homo. Et probatur tripliciter. Secundo declaratur, quo ad quid angeli subsunt sic Christo. Et fit distinctio trimembris, scilicet de ministerio, uel præmio aut pœna accidentali, vel præmio, aut pœna essentiali. Et omnia clara sunt in litera.

¶ In relponsione ad tertiū, aduerte quòd cum dicitur inferiora regi, per superiora, non intelligitur de inferiori & superiori quocumq; modo, nec de inferiori & superiori quo ad beatitudinem: alioquin sequeretur quòd multi angeli regerentur per multos sanctos homines, quos eleuatos credimus supra multos angelos, & consequenter multi sancti homines concurrerent ad administrationem mundi huius inferioris: quoniam administratio hæc minimis videtur creditа angelis. Consequens autem hoc credimus esse falsum, quoniam sancti homines, quantumcūque beatiores sint, angelis, non tamen præsunt regimini uniuersali spiritualis, aut corporalis creaturæ: sed hoc officium reseruatum est angelis, quibus congruit ex natura. Vnde intelligēdum est inferiora regi per superiora non secundum quid, sed simpliciter & absolute, & propterea quia Christus homo est simpliciter & absolute superior angelis: quia est caput totius ecclesiæ triumphantis, animæ autem beatorum hominum supra multos angelos, sunt angelis superiores solum secundum quid scilicet secundum beatitudinē, ideo ex dicta maxima Augustini & Dionysii optime concluditur, quòd Christus est super administratione totius creaturæ, & cum hoc animæ beatorum hominum nō præsunt uniuersali regimini creaturarum. Cap. 7. an dio.

¶ Et hæc sufficiant de principali parte huius libri, quæ de mysterio incarnati Verbi tractauit.

nem Christum. vnde Marc. 1. dicitur, quòd dæmon clamauit, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos. Tertio, quantum ad præmium essentiale bonorum angelorum, quod est beatitudo æterna, & quantum ad pœnam essentialem angelorum malorum, quæ est damnatio æterna: sed hoc factum est per Christum, inquantum est verbum Dei, a principio mundi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ratio illa procedit de iudicio quantum ad præmium essentiale, & pœnam principalem.

Cap. 13. 20. 1. AD SECVNDVM dicendum, q̃ sicut dicit † Aug. in lib. de vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamen iudicatur ab ipsa veritate: & ideo licet angeli, ex eo q̃ sunt spirituales, iudicent, iudicantur tamen a Christo, inquantum est veritas.

Lib. 3. cap. 4. tom. 3. AD TERTIVM dicendum, quòd Christus habet iudicium non solum super angelos, sed etiam super administrationem totius creaturæ: si enim, ut * Augustinus dicit in 3. de Trinita. inferiora quodam ordine reguntur a Deo per superiora, oportet dicere, quòd omnia regantur per animam Christi, quę est supra omnem creaturam: vnde & Apostolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, scilicet subiectum ei, de quo loquimur, ideſt, Christo: nec tamen propter hoc alium constituit Deus super terram: quia vnus & idem est, & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius incarnationis mysterio ad præsens dicta sufficiant.

¶ *Super Quæstio. 60. Art. primum.*

QVAESTIO LX.

De sacramentis, in octo articulos diuisa.

POST cõsiderationem &c. Hic incipit secũda pars principalis huius libri, distincta in partes octo, primam de sacramentis in communi, & reliqua septem, secundum singula septem sacramẽta. Prima igitur hęc pars durans vsque ad quæstio. 66. inchoat a sacramenti genere in 1. art. quæst. 60. ut clare titulus monstrat, ita q̃ in titulo huius articuli, sacramenti nomen sumitur secũdum eam significationem, qua prędicatur de septem ecclesię sacramentis. Et est intentio inquirendi, an secundum illam significationem sit in genere signi: quamuis absque additione aliqua quæstio proponatur: & propterea argumenta absolute de sacramento arguant.

¶ In corpore articuli una est conclusio: Sacramentum, de quo est sermo, est in genere signi. Probatur: Nã loquimur de sacramentis, secundum q̃ important habitudinem signi. ergo. An

POST ,cõsiderationem eorum, quæ pertinent ad mysteria uerbi incarnati, considerandũ est de ecclesiæ sacramentis, quæ ab ipso verbo incarnato efficaciam habent. Et prima consideratio erit de sacramẽtis in communi. Secunda de vnoquoque sacramentorum in speciali.

CIRCA primum quinque consideranda sunt.

¶ Primò, Quid sit sacramentum.

¶ Secundò, De necessitate sacramentorum.

¶ Tertiò, De effectibus sacramẽtorum.

¶ Quartò, De causa eorum.

¶ Quintò, De numero.

CIRCA primum quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum sacramentum sit in genere signi.

¶ Secundò, Vtrum omne signũ rei sacræ sit sacramentum.

¶ Tertiò, Vtrum sacramentum sit signum unius rei tantum, uel plurium.

¶ Quartò, Vtrum sacramentum sit signũ quod est res sensibilis.

¶ Quintò, Vtrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis.

¶ Sextò, Vtrum ad sacramẽtum requiratur significatio, quæ est per uerba.

¶ Septimò, Vtrum requirantur determinata uerba.

¶ Octauò, Vtrum illis uerbis possit aliquid addi uel subtrahi.

ARTICVLVS PRIMVS.
Vtrum sacramentum sit in genere signi.

AD PRIMVM sic ,proceditur. Videtur, q̃ sacramentum non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici a sacrando, sicut medicamentum a medicando: sed hoc magis uidetur pertinere ad rationem causæ, quam ad rationem signi. ergo sacramentum magis est in genere causæ, quàm in genere signi.

¶ 2 Præt. Sacramentum uidetur aliquid occultum significare, secundum illud Tobiæ 12. Sacramentum regis abscondere bonum est. Et Ephes. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo: sed illud quod est absconditum, videtur esse contra rationem signi. Nã signum est, quod * præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire, ut patet per Aug. † in 2. de doctr. Christ. ergo videtur, quòd sacramentum non sit in genere signi.

¶ 3 Præt. Iuramentum quandoque sacramentum nominatur: dicitur enim in † Decre. 22. quæstio. 5. Paruuli qui sine ætate rationabili sunt, non coganꝫ iurare: & qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum, ideſt, iuramentum accedat: sed iuramentum non pertinet ad rationem signi. ergo uidetur q̃ od sacramẽtum non sit in genere signi.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit in 10. de ciui. Dei, sacrificium uisibile, inuisibilis sacrificij sacramẽtum, ideſt, sacrum signum est.

RESPON. Dicendum, quòd omnia quæ habent ordinem ad unum aliquid, licet diuersimode ab illo denominari possunt: sicut a sanitate, quæ est in animali, denominatur sanum, non solum animal, quod est sanitatis subiectum, sed dicitur, medicina sana, inquantum est sanitatis effectiua: diæta uero, inquantum est conseruatiua eiusdem, & urina inquantum est significatiua ipsius. sic igitur sacramentum potest aliquid dici, vel quia in se habet aliquã sanctitatem occultam, & secundum hoc sacramentum idem est quod sacrum secretum, vel quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem, uel causæ, uel signi, uel secundum quamcumque aliam habitudinem: specialiter autem nunc loquimur de sacramentis, secundum quòd important habitudinem signi, & secundum hoc sacramentum ponitur in genere signi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quia medicina se habet, vt causa effectiua sanitatis, inde est q̃ omnia denominata a medicina, dicuntur per ordinem ad unum primum agens, & propter hoc medicamentum importat causalitatem quandam: sed sanctitas, a qua denominatur sacramentum, non significatur

4. dist. 1. q. 1. art. 1. q. 1. & artic. 3. ad 1. & art. 4. q. 1. ad 1.

* Alias per.

Lib. 2. cap. 1. circa princ. tom. 3.

22. q. 5. cap. paruuli qui sine ætate.

Lib. 10. c. 5. non procul a prin. to. 5.

per modum causæ efficientis, sed magis per modum causæ formalis uel finalis: & ideo non oportet, ꝙ sacramētum semper importet causalitatem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ratio illa procedit, secundum ꝙ sacramentum idem est, quod sacrum secretum: dicitur autem non solum Dei secretum, sed etiam regis, esse sacrum & sacramentum: quia secundum antiquos sancta, vel sacrosancta dicebantur, quæcumq; violari non licebat: sicut etiam muri ciuitatis, & personæ in dignitatibus constitutæ: & ideo illa secreta siue diuina, siue humana, quæ nō licet violari, quibuslibet publicando, dicuntur sacra vel sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ etiam iuramentum habet quandam habitudinem ad res sacras: inquantum scilicet, est quædam contestatio facta per aliquod sacrum: & secundum hoc dicitur iuramentum esse sacramentum, non eadem ratione, qua nunc loquimur de sacramentis: non tamen æquiuoce, sumpto nomine sacramenti, sed analogice, scilicet secundū diuersam habitudinem ad aliquid vnum, quod est res sacra.

¶ *Super Quæstio. 60. Art. secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore Auctor accomodat definitionē hāc, scilicet signum rei sacræ, ad hoc ut sit conuertibilis cum sacramento, ut quod ex proprietate significationis non habet, ex accōmodatione intelligaē habere. Hinc enim duas subintelligi vult conditiones rei sacræ. s. sanctificatis homines, qđ non aliunde deducitur, quam ex hoc, ꝙ signum proprie datur homini, cuius est per notum ad ignotum discurrere.

¶ Et scito duo. Primum, quòd Auctor non solum pro reuerentia sic definientiū sacramentum, sed etiam pro firmando vsu ecclesiæ, quo sacramentum dicimus, non cuiusque rei sacræ signum, sed hominis sanctificantis, descriptionem hanc in definitionem erexit. Secundum est, ꝙ ly sanctificantis, intelligitur in actu exercito, hoc est, ꝙ est signum rei sacræ, ut actualiter exercet sanctificationem hominis: quia ad hoc adhibetur ut signum, ut sanctificetur homo per illius significatum.

Infra q. 64. art. 2. & 1. 2. q. 101. art. 4. cor. & q. 102. artic. 5. cor. & 4. dis. 1. q. 1. art. 1. q. 1.

v. 3. q. 101. art. 4.

Arc. præce. In Sed có.

ARTICVLVS II.

Vtrum omne signum rei sacræ sit sacramentum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ non omne signū rei sacræ sit sacramentum. Omnes enim creaturæ sensibiles, sunt signa rerum sacrarum, secūdū illud Rom. 1. Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur: nec tamen omnes res sensibiles possunt dici sacramenta. non ergo omne signum rei sacræ est sacramentū.

¶ 2 Præt. Omnia, quæ in ueteri lege fiebant, Christum figurabant, qui est sanctus sanctorum, secūdum illud 1. ad Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Et Coloss. 2. Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi: nec tamen omnia gesta patrum ueteris testamēti, uel etiam omnes cæremoniæ legis sunt sacramenta: sed quædam specialiter, sicut in secūda parte habitū est.† ergo videtur ꝙ non omne signū rei sacræ sit sacramentum.

¶ 3 Præt. Etiam in nouo testamē to multa geruntur in signum alicuius rei sacræ, quæ tamen non dicuntur sacramenta, sicut aspersio aquæ benedictæ, cōsecratio altaris, & similia. nō ergo omne signū rei sacræ, est sacramētum.

SED CONTRA est, quod definitio conuertitur cum definito: sed quidam definiunt sacramentum per hoc, quòd est sacræ rei signum, & hoc etiam uidetur ex auctoritate * August. supra inducta. ergo videtur quòd omne signum rei sacræ, sit sacramentum.

RESPON. Dicendum, quòd signa proprie dantur hominibus, quorum est, per nota ad ignota peruenire: & ideo proprie dicitur sacramētum, quod est signum alicuius rei sacræ ad homines pertinentis, ut scilicet proprie dicatur sacramētum, secundum ꝙ nunc de sacramētis loquimur, quod est signum rei sacræ, inquantum est sanctificans homines.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ creaturæ sensibiles significant aliquid sacrum, scilicet sapientiam & bonitatem diuinam, inquantum sunt in seipsis sacra, non autem inquantum nos per ea sanctificamur: & ideo non possunt dici sacramenta, secundum quòd nunc loquimur de sacramentis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quædam ad uetus testamentum pertinentia, significabant sanctitatem Christi, secundum quòd in se sanctus est: quędam vero significabant sanctitatem eius, inquantū per ea nos sanctificamur, sicut immolatio agni paschalis significabat immolationem Christi, qua sanctificati sumus: & talia dicuntur proprie ueteris legis sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ res denominatur a fine & complemento: dispositio autem non est finis, sed perfectio: & ideo quæ significant dispositionem ad sanctitatem, non dicuntur sacramenta, de quibus procedit obiectio, sed solum ea, quæ significant perfectionem sanctitatis humanæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramentum sit signum unius rei tantum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramētum non sit signum nisi unius rei. Id enim quo multa significantur, est signum ambiguū, & per consequens fallendi occasio, sicut patet de nominibus æquiuocis: sed omnis fallacia debet remoueri a christiana religione, secūdum illud Coloss. 2. Videte, ne quis uos seducat per philosophiam, & inanem fallaciam. ergo uidetur, quòd sacramentum non sit signum plurium rerum.

¶ 2 Præt. Sicut dictum est, † sacramentū significat rem sacrā, inquantum est humanæ sanctificationis causa: sed una sola est causa humanæ sanctificationis, scilicet sanguis Christi, secundū illud Hebr. vlt. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. ergo videtur, quòd sacramentum non significet plura.

¶ 3 Præt. Dictum est, ꝙ sacramentum proprie significat ipsum finem sanctificationis: sed finis sanctificationis est uita æterna, secundum illud Ro. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem uero uitam æternam. ergo uidetur ꝙ sacramentū nō significet nisi unam rem, scilicet uitam æternam.

SED CONTRA est, ꝙ in sacramento altaris est duplex res significata, scilicet corpus Christi verū, & mysticum, vt Aug. † dicit in lib. sentent. Prosperi.

RESPON. Dicēdum, ꝙ, sicut dictum est, * sacramentum proprie dicitur, quod ordinatur ad significandam nostram sanctificationem. In qua tria possunt cōsiderari, videlicet ipsa causa sanctificationis nostræ,

¶ *Super Quæstio. 60. Art. tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio cū uno corollario. Conclusio, Sacramentum est signum trium rerum. Declaratur: Sacramentum est signū nostræ sanctificationis, in qua considerā tur tria, & hæc per sacramenta significā tur. ergo. Corollariū est: Sacramentum est signum rememoratiuum, demonstratiuum, & prognosticum. Declaratur ex tribus præmissis.

¶ Aduerte hic, quòd Auctor gratia materiæ absque probatione, procedit, declarādo quæ absque controuersia acceptātur de sacramentis in cō muni.

4. dist. 1. q. 1. art. 1. q. 1. 4. & arti. cor.

Ar. pr.

Ar. præce. ad 3.

nostræ, quæ est passio Christi: & forma nostræ sanctificationis, quæ consistit in gratia & virtutibus, & vltimus finis sanctificationis nostræ, qui est vita æterna. & hæc omnia, per sacramenta significantur. vnde sacramentum est & signum rememoratiuũ eius quod præcessit, scilicet passionis Christi, & demonstratiuum eius quod in nobis efficitur per Christi passionem, scilicet gratiæ, & prognosticum, idest, prænuntiatiuum futuræ gloriæ.

Ad primvm ergo dicendum, quòd tunc est signum ambiguum, præbens occasionem fallendi, quando significat multa, quorum vnum non ordinatur ad aliud: sed quando significat multa, secundum quòd ex eis quodam ordine efficitur vnum, tunc non est signum ambiguum, sed certum: sicut hoc nomen homo, significat animam & corpus, prout ex eis cõstituitur humana natura. Et hoc modo sacramentum significat tria * prædicta, secundum quòd quodam ordine sunt vnum. *In corp. art.*

Ad secvndvm dicendum, quòd sacramentum in hoc, ꝙ significat rem sanctificantem, oportet ꝙ significet effectum, qui intelligitur in ipsa causa sanctificante, prout est sanctificans.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sufficit ad rationem sacramenti, quòd significet perfectionem, quæ est forma: nec oportet quòd solum significet perfectionem, quæ est finis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum quartum.*

Articvlvs IIII.

Vtrum sacramentum sit semper aliqua res sensibilis.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, ꝙ sacramentum non semper sit aliqua res sensibilis: quia secũdum Philosophũ in lib. Priorum, omnis effectus suæ causæ signũ est: sed sicut sũt quidam effectus sensibiles, ita ẽ sunt quidam effectus intelligibiles, sicut scientia est effectus demonstrationis. ergo non omne signum est sensibile. Sufficit autem ad rationem sacramenti, ꝙ sit signum alicuius rei sacræ, inquãtum per eam homo sanctificatur, ut dictum est. † non ergo requiritur ad sacramentum, quòd sit aliqua res sensibilis.

¶ 2 Præt. Sacramenta pertinent ad cultum, uel regnum Dei: sed res sensibiles non videntur pertinere ad cultũ Dei: dicitur enim Ioan. 4. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare: & Roma. 14. Nõ est regnum Dei, esca & potus. ergo res sensibiles nõ requiruntur ad sacramentum.

¶ 3 Præt. Aug. * dicit in lib. de libero arbitrio, ꝙ res sensibiles sunt minima bona, sine quibus homo recte viuere potest: sed sacramenta sunt de necessitate salutis humanæ, ut infra * patebit, & ita sine eis homo recte viuere non potest. non ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

Sed contra est, ꝙ Aug. † dicit super Io. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et loquitur ibi de elemento sensibili, quod est aqua. ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

Respon. Dicendum, ꝙ sapientia diuina vnicuique rei prouidet secundum suum modum, & propter hoc dicitur Sapien. 8. ꝙ suauiter disponit omnia. vnde & Matth. 25. dicitur, ꝙ dedit vnicũique secundum propriam virtutem. Est autẽ homini connaturale, vt per sensibilia perueniat in cognitionẽ intelligibilium. Signum autem est, per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. vnde, cum res sacræ, quæ per sacramenta significãtur, sint quædam spiritualia & intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est, vt per aliquas res sensibiles significatio sacramenti impleatur: sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in diuina scriptura, res spirituales nobis describũtur. Et inde est, ꝙ ad sacramenta requiruntur res sensibiles, ut etiã Diony. probat in 1. cap. * cæleſt. hierar.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ vnumquodque præcipue denominatur & definitur secundum id, quod conuenit ei primo & per se, non autem secũdum id, quod cõuenit ei per aliud. Effectus autem sensibilis, per se habet ꝙ ducat in cognitionem alterius, quasi primo & per se homini innotescẽs: quia omnis nostra cognitio a sensu oritur: effectus autẽ intelligibiles non habent ꝙ possint ducere in cognitionem alterius, nisi inquantum sunt per aliud manifestati, idest, per aliqua sensibilia. Et inde est, quòd primo & principaliter dicuntur signa, quæ sensibus offeruntur: sicut Augustꝰ dicit in 2. * de doctrina Christia. vbi dicit quod signum est, quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire: effectus autem intelligibiles non habent rationem signi, nisi secundum quòd sunt manifestati per aliqua signa. Et per hunc etiam modum, quædam quæ non sunt sensibilia, dicuntur quodammodo sacramenta, inquantum sunt significata per aliqua sensibilia, de quibus infra agetur. *

Ad secvndvm dicendum, quòd res sensibiles, ut in sua natura considerantur, non pertinent ad cultum vel ad regnum Dei: sed solum secundum ꝙ sunt signa spiritualium rerum, in quibus regnum Dei consistit.

Ad tertivm dicendum, ꝙ Aug. ibi loquitur de rebus sensibilibus, secundum ꝙ sunt in sua natura: non autem secundum quòd assumuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona.

Articvlvs V.

¶ *Super Quæstio. 60. Artic. quintum.*

Vtrum requirantur determinatæ res ad sacramenta.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quòd non requirantur determinatæ res ad sacramẽta. Res enim sensibiles assumuntur in sacramentis ad significandum, ut dictũ est: † sed nihil prohibet diuersis rebus sensibilibus idẽ significari: sicut in sacra scriptura Deus aliqñ metaphorice significatur per lapidẽ, quandoquæst. 63. ar. 1. ad 2.

Secundo, probatur conclusio auctoritate Dionysij. Tract. 80. in cuang. Ioan. post medium tom. 9.

Cap. 1. inter med. & fin.

Lib. 2. de doctri. Christ. circa princ. lib. tom. 3.

Tertia S. Thomæ.

Titulus clarus. Res sensibiles, pura, aqua, oleũ, panis. *4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 2. & art. 5. cor. & 4. cont. 6. & in 3.*

¶ In corpore una conclusio: Ad sacramẽta requiruntur res sensibiles, Probatur dupliciter, primo, ratione: Res sacræ quæ per sacramenta significantur, sunt quædam bona intelligibilia, quibus homo sanctificatur. ergo per aliquas res sensibiles significatio sacramenti implenda est. ergo ad sacramẽta requiruntur res sensibiles. Prima consequentia probatur ratione: ex parte quidem nostri, quia modus naturalis cognitionis humanæ est, ut per sensibilia ad intelligibilia deueniat: signum autem est, per quod in alterius cognitionẽ deuenimus. Ex parte vero Dei: quia secundum modũ nostrũ Deus prouidet nobis, quod scilicet tripliciter manifestat. Consequens est igitur, ꝙ significatio talis signi a Deo homini dati, scilicet sacramenti, per sensibilia impleatur. Et similitudine: quia spiritualia in sacra scriptura per sensibiles simi- *Art. 2. huius quæst. Lib. 2. cap. 20.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito: In sacramentis nouæ legis oportet uti rebus ex diuina institutione determinatis. Probatur: Non pertinet ad aliquem determinare, quod in alterius, sed quod est in sua potestate: sed sanctificatio *Infra art. 7. cor. Art. 3. huius quæst.*

est in potestate Dei, non hominis. ergo non pertinet ad hominē instituere sanctificatiua hominis: sed sacramenta sunt sanctificatiua hominis. ergo. Vltimo sub sumpta propositio, probatur auctoritate Apostoli, & declaratur distinguendo duo quæ in sacramentorū usu inueniuntur, scilicet cultus diuinus, & sanctificatio hominis, & declarando horum differentiam, quia primum est hominis ad Deū, secundum est econtra Dei ad hominē.

¶ Vbi uidere potes, quòd Auctor duo hæc consideranit in sacramentis: ut quia ex primo poterat ratio determinandi res ad hominem spectare, cuius est colere Deum hoc vel illo modo, ex secundo necessitatem mōstraret diuinæ institutionis, cuius est sanctificare hominē per hæc, vel illa signa, & sine his, & illis, vt placet. Et quia nullum sacramentum est, quod non sanctificet hominem: ideo omnia oportet a Deo determinata esse quo ad sibi substantiale.

¶ In rsponsione ad primum, aduerte quam præsumptuosa, iniuriosa ac sacrilega sit eorum solertia, qui proprias aut poetarum similitudines, tamquam spiritualium simulachra interpretantur, scribunt aut prædicant: usurpant enim officium Spiritussancti, cuius iudicio res aliquæ institutę sunt in figuram aliorum, dicente Apostolo, Omnia in figuram contingebant illis: vilificantes sacram scripturam, dum ex tali fictione occasionem dant credendi, quòd similiter humano spiritu sunt in figuram ea, quæ sunt in sacris literis, quemadmodum hæc, quæ audiunt humani dexteritate ingenij coaptara. Et sic multum auctoritatis detrahitur sacræ scripturæ figuris.

aliss sanctificandum.

que per leonē, quandoque per solem, aut aliquid aliud huiusmodi. ergo videtur q̄ diuersæ res possint cōgruere eidem sacramēto. nō ergo determinatæ res in sacramentis requiruntur.

¶2 Præt. Magis est necessaria salus animæ, quàm salus corporis: sed in medicinis corporalibus, quæ ad salutem corporis ordinantur, potest vna res pro alia poni in eius defectu, ergo multo magis in sacramentis, quæ sunt medicinæ spirituales ad salutem animæ ordinatę, poterit vna res assumi pro alia quando illa defuerit.

¶3 Præt. Non est conueniens, vt hominis salus arctetur per legem diuinam, & præcipue per legem Christi, qui venit omnes saluare: sed in statu legis naturæ non requirebātur in sacramentis aliquæ res determinatæ, sed ex voto assumebantur, vt patet Gene. 28. vbi Iacob vouit se Deo decimas, & hostias pacificas oblaturū. ergo videtur quòd non debuerit arctari homo, & præcipue in noua lege ad alicuius rei determinatæ vsum in sacramentis.

Sed contra est, q̄ dominus dicit Io. 4. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

Respon. Dicendum, quòd in vsu sacramentorum duo possunt considerari, scilicet cultus diuinus, & sāctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationē ad Deū, secundum autem ecōuerso pertinet ad Deum per comparationē ad hominem: non pertinet autē ad aliquē determinare, qđ est in potestate alterius, sed solū id qđ est in sua potestate. quia ergo sanctificatio hominis est ī potestate Dei sanctificantis, nō pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificetur, sed hoc debet esse ex diuina institutione determinatū. & ideo in sacramentis nouæ legis, quibus homines sanctificantur, secundum illud 1. ad Cor. 6. Abluti estis, sanctificati estis, oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ etsi idē potest p diuersa signa significari, determinare tamē quo signo sit vtendū ad significandū, * pertinet ad significantē: Deus autem est qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramētis, & per verba similitudinaria in scripturis. & ideo sicut iudicio Spiritussancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis scripturæ locis res spirituales significentur, ita etiam debet esse diuina institutione determinatum, quæ res ad significandū assumantur in hoc, vel in illo sacramento.

Ad secvndvm dicendū, q̄ res sensibiles habēt naturaliter sibi inditas virtutes cōferentes ad corporalē salutē. & ideo non refert, si duæ earum eandē virtutem habeāt, qua quis vtatur: sed ad sanctificationē non ordinantur ex aliqua virtute sibi naturaliter indita, sed solum ex institutione diuina: & ideo oportuit diuinitus determinari, quibus rebus sensibilibus sit in sacramentis vtendum.

Ad tertivm dicendum, q̄ sicut Augu.* dicit 19. cōtra Faustum, diuersa sacramenta diuersis temporibus congruunt: sic etiam diuersis verbis significantur diuersa tempora, scilicet præsens, præteritum & futurum: & ideo sicut in statu legis naturæ, homines nulla lege exterius data, sed solo interiori instinctu mouebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori instinctu determinabantur eis, quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum vterentur: postmodū vero necesse fuit etiam exterius legem dari: tum propter obscurationem legis naturæ, ex peccatis hominum: tum etiam ad expressiorem significationē gratiæ Christi, per quam humanum genus sanctificatur: & ideo etiā necesse fuit res determinari, quibus homines vterentur in sacramentis: nec propter hoc arctatur via salutis: quia res quarum vsus est necessarius in sacramentis, vel communiter habentur, vel paruo studio adhibito haberi possunt.

Lib. 16. c. 21. & 17. in 4.

Articvlvs VI.

Vtrum in significatione sacramentorum requirantur verba.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum sextum.*

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, q̄ in significatiōe sacramētorū nō requirantur verba: dicit enim Aug. cōtra Faustū lib. 19. * Quid sunt aliud quæque corporalia sacramenta, nisi quasi quædā verba visibilia? Et sic uī q̄ addere verba rebus sensibilibus in sacramentis, sit addere uerba uerbis: sed hoc est superfluū. non ergo requiruntur verba cum rebus sensibilibus in sacramentis.

¶2 Præt. Sacramētum est aliquid vnum: ex his autem quæ sunt diuersorum generum, non videtur posse aliquid vnum fieri. cum igitur res sensibiles, & verba sint diuersorum generum, quia res sensibiles sunt a natura, uerba autem a ratione, uidetur quòd in sacramentis non requirantur verba cū rebus sensibilibus.

¶3 Præt. Sacramenta nouæ legis successerunt sacramentis veteris legis: qa illis ablatis, ista sunt instituta, ut Augu. dicit 19. contra Faustum: * sed in sacramentis ueteris legis non requirebatur aliqua forma uerborum. ergo nec in sacramentis nouæ legis.

Sed contra est, quod Apost.

Titulus clarus. 4. dist. 1. q. 1. ar. 3. & dist. 13. q. 1. ar. 1. q. 6. ad 2. Et neri. q. 27. ar. 4. ad 10. lib. 19. c. 16. circa medi. tom. 6.

¶ In corpore una conclusio: Sacramenta triplici er considerantur, & quolibet modo congruunt eis uerba. Probatur, quo ad primā partem, quia sacramenta adhibentur, vt signa quædam ad hominum sanctificationem: quo ad secundam, singillatim declarando singula membra cum suis rationibus, ut clare & ordinate patet in litera.

¶ Aduerte, quòd prima pars conclusionis ex assumpto facile deducitur: nam quia sacramenta ad sanctificationem adhibentur, oportet primam eorum considerationem secundum sanctificationis causam fieri. Et quia ad sanctificandos homines sunt, secunda eorum consideratio ex parte hominis est. Et quia vt signa adhibentur, consequens est, ut tertia eorum consideratio secundum significationem fiat.

Lib. 19. c. 16. & 17. tom. 6.

¶ In

¶ In responsione ad secundum perspice, quòd in sacramentis res & uerba coeunt in unum signum: qa constituunt vnum sacramentum, quod nō nisi signum unū est. Vnde, proprie loquēdo, ablutio in aqua in baptismo non est unum signum, & uerba sunt aliud signū, ut tanquam ex duobus partialib⁹ signis fiat unum totale signum: sed ipsa applicatio aquæ, quæ indeterminata est, ad significandam spiritualem ablutionem, uel spiritualem claritatē, aut simplicitatem, aut aliqd huiusmodi ex connectione ad uerba ablutionis, determinatur ad significādum spiritualem ablutionē: ita quòd non sunt duæ relationes signi in aqua & uerbis: sed una tantum relatio signi est in hoc composito ex rebus & uerbis, ut sunt determinabile & determinatio in ratione significandi unum spiritualem effectū: sunt enim hæc, ut in litera subtiliter traditur, & declaratur in tertia ratione in corpore articuli, uelut materia & forma in genere signi: non q relatio talis signi fit composita ex materia & forma: sed quia relatio talis signi nō adest nisi composito ex talibus determinabili & determinante, quæ sunt uelut materia & forma.

3.p.q.8.a. in Io. post medium, to.9.

Art.2 ad 3.

Vide Scin In 2. sent. dist. 12. q. 1. ar. 1. & dist. 13. q. 1. ar. 1. ad 2. Et 1.q.27. ar.2. ad 2. & 19. q.16. a. 6.

Dicen.3. circa med. vers.

dicit Ephe.5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illā sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. & Aug. dicit super Io. * Accedit verbum ad elementū, & fit sacramentum.

RESPON. Dicendum, q̄ sacramenta, sicut dictum est, * adhibētur ad hominum sanctificationem, sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt, & quolibet modo congruit eis, q̄ verba rebus sensibilibus adiūgantur. Primo enim possunt cōsiderari, ex parte causæ sanctificantis, quæ est verbum incarnatum, cui sacramētum quodammodo conformatur, in hoc, q̄ rei sensibili uerbum adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili est uerbum Dei vnitum. Secundo, possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima & corpore, cui proportionatur sacramētalis medicina, quæ per rem uisibilem corpus tangit, & per uerbum ab anima creditur. unde Augustⁿ. * dicit super illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem &c. vnde est ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciēte uerbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Tertio, possunt considerari ex parte ipsius significationis sacramentalis: dicit autem Aug. * in 2. de doct. Christia. quòd verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia uerba diuersimode formari possunt ad significandos diuersos conceptus mentis, & propter hoc per uerba, magis distincte possumus exprimere, quod mente concipimus: & ideo ad perfectionem significationis sacramentalis, necesse fuit ut significatio rerum sensibilium, per aliqua uerba determinaretur: aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem: sed cum dicitur, Ego te baptizo, manifestatur quòd aqua utimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

In corp. art.

In corp. art.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd res uisibiles sacramentorum dicuntur verba, per quandam similitudinem, inquantum scilicet participant quandam uim significandi, quæ principaliter est in ipsis uerbis, ut dictum est: * & ideo non est superflua ingeminatio verborum, cum in sacramentis, rebus uisibilibus uerba adduntur: quia unum eorum determinatur per aliud, ut dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quòd quāmuis uerba & res sensibiles sint in diuerso genere, quantū pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione significādi, quæ perfectius est in verbis, quàm in alijs rebus: & ideo ex uerbis & rebus fit quodā-

A modo unum in sacramentis, sicut ex forma & materia, inquantum scilicet per uerba perficitur significatio rerum, ut dictum est: * sub rebus autē comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi, & in rebus. Ar.3. ad 1.

AD TERTIVM dicendum, quòd, sicut Augustⁿ. * dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei præsentis, & alia rei futuræ. Sacramenta autem ueteris legis, prænuntia erant Christi uenturi: & ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouæ legis, quæ ab ipso Christo effluunt, & quandam similitudinem ipsius in se habent, ut dictum est. * Vtebantur tamen in ueteri lege aliquibus uerbis, in his, quæ ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum illorum ministri, secundum illud Nume.6. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi dominus &c.) quàm etiam illi, qui illis sacramentis utebantur, secundum illud Deut. 26. Profiteor coram domino Deo tuo &c. Lib. 19. c.6. tom.6. In corp. art.

B

C

D

E

ARTICVLVS VII.

Vtrum requirantur determinata uerba in sacramentis.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ Articulum septimum.*

AD SEPTIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd nō requirantur determinata uerba in sacramentis. Vt enim Philosop. * dicit, uoces non sunt eædē apud omnes: sed salus quæ per sacramēta quæritur, est eadem apud omnes. ergo non requiruntur aliqua determinata uerba in sacramentis.

¶ 2 Præt. Verba requiruntur in sacramentis, inquantum sunt principaliter significatiua, sicut dictū est: * sed contingit per diuersa uerba idem significari. ergo nō requiruntur determinata uerba in sacramentis.

¶ 3 Præt. Corruptio cuiuslibet rei uariat eius speciē: sed quidā corrupte verba proferūt, nec tñ pp hoc creditur sacramētorum effectus impediri: alioquin illiterati & balbi, qui ista sacramenta conferunt, frequēter defectum in sacramentis inducerent. ergo uidetur q̄ non requirantur in sacramentis determinata uerba.

SED CONTRA est, quod dominus determinata uerba protulit in consecratione sacramenti eucharistiæ, dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum: similiter etiā mandauit discipulis, ut sub determinata forma uerborum baptizarent, dicens Mat. vlt. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

RESPON. Dicendum, q̄, sicut dictum est, * in sacramentis uerba se habent per modū formæ, res autē sensibiles per modum

TItulus ut sonat.

¶ In corpore una conclusio: In sacramentis requiritur determinata forma uerborum. Probatur: in sacramentis requiruntur determinatæ res sensibiles, quæ se habent, ut materia. ergo multo magis requiritur determinatio uerborū, quæ se habet ut forma. Antecedens quo ad primam partem patet ex articu. 5. quo ad secundam ex 6. & hic reperitur. Consequentia probatur: quia principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quàm determinata materia. Probatur, quia in omnibus compositis ex materia & forma, principium determinationis est ex parte formæ, quia est finis & terminus materiæ, & materia determinata requiritur, ut sit proportionata determinatę formæ. Lib.1. perih. herm. parū a prin. to.1. Ar. præced.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd doctrina præsentis literæ, scilicet quòd in qualibet lingua, uox illa qua principalius & communius homines illius linguæ utuntur ad illum actum significandum assumi debet in sacramentis, uera est, quantum est ex parte debiti usus uerborum: quoniam ad tantum mysterium Ar. præced. ad 2.

sterium non nisi principalia communioraque assumēda sunt verba. Cum hac tamen doctrina stat, quòd oppositum fiat, uel ex accommodatione usus, uel quia sacramenti forma non urget ad hoc. Quantum autem valeat contra communitatem & proprietatem linguæ accommodatio usus, testatur forma baptismi apud latinos, dum dicitur, Ego te baptizo &c. baptizare enim Latina lingua neque principaliter, neque communiter significat abluere, ut patet, in tantum quòd si quis diceret alteri baptiza hoc sudarium, aut non, aut uix intelligeretur, Et procul dubio dicere deberemus, Ego te abluo in nomine patris &c. quia tamen accommodauit ecclesiæ latinæ usus uocabulum hoc ad significandum actum abluendi, qui in sacramento fit, illo utendum est, unde etiam mulieres in uulgari baptizantes, dicunt, [Io te baptizo.] Prouidentia enim diuina hinc ecclesiam suam doctam esse uoluit, quòd quocumque uerbo accommodato ab usu ad significandum illud, uteretur (etiam si alterius sit idiomatis) sacramentum perficitur: ita quòd nec mistio idiomatū in eadem numero forma sacramēti, tollit perfectionem sacramenti. Habes quoque hinc, quòd quia usus accōmodatione, personas dignas alloquimur in numero plurali, dicendo vnj, Vos &c. ita quòd si diceretur illi, Tu, uideretur inferri sibi iniuria, ideo si quis in forma sacramenti pœnitentiæ, absoluendo episcopum, uel principem honoris consueti gratia dicat, Absoluo vos a peccatis vestris &c. perfectum est sacramentū non minus, quàm si in uulgari dixisset, [Io vi absoluo dalli vostri peccati.] quia perfecta est significatio orationis ad illam personam solam, ex accommodatione usus non minus, quàm perfecte sint omnes similes orationes: puta, do uobis hoc munus, uenite uos ad prandium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabili abstracto; puta si quis diceret Ego absoluo dominationem vestram a peccatis tuis. Pro regula enim generali habendum est, quòd quando oratio habet perfectam significationem ex accommodatione usus in ceteris locutionibus, sufficit ad sacramenti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritualis in sacramentis sequitur significationem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc, ubi oratio habet suam significationem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quòd oratio quæ in qualibet materia communiter habet suam significationem perfectam, non perdit perfectionem suæ significationis ex hoc, quòd applicatur ad materiam sacramentalem, igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in alijs, ita & in sacramentis. Quia autem sacramenti forma non urget ad principaliter & communiter consueta uerba, si quis ex huiusmodi libertate uteretur alijs uerbis (puta dicendo, Ego te abluo in nomine patris &c. aut in sacramento eucharistiæ, Istud est, &c.) perfecta essent sacramenta: non enim de necessitate sacramenti sunt illæ uoces, quibus communiter ecclesia utitur, sed illæ uel alio loco illarum, idem significantes, quod illæ. Sic enim intelligēdum est determinatā exigi formam uerborum ad sacramenta. Sed sunt uoces illæ quibus ecclesia utitur, de necessitate præcepti ecclesiæ: ideo peccaret quisquis aduertenter uteretur alijs uocibus ab illis, quibus ecclesia sua consueuit uti in sacramentis. Vnde hæc non diximus, ut liceat cuique mutare uoces in sacramēris: sed ut si acciderit, non uerint non esse iterāda sacramenta, propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur quod dicimus, ex forma cōsecrationis sanguinis Christi, qua utitur ecclesia latina: dicit enim, Hic est calix sanguinis. Vbi aut metaphorice sumitur calix, aut ponitur continens, p contento, ac per hoc ex ui uerborum sectā do propriam significationem, non significatur conuersio uini in sanguinem, sed in calicem, quod est ridiculum. Attestatur enim per hoc Spiritussanctus, quòd sufficiunt ad sacramentorum perfectionē uerba, uel ex proprietate uel acomodatione usus significantia ueritatem sacramenti, q̄cunque sint illa: nec esse de necessitate sacramenti communiora in aliqua lingua uerba.

In istam solutionē.

Trast. 80. 2 med. tom. 9.

materiæ. In omnibus autem cōpositis ex materia & forma, principiū determinationis est ex parte formæ, quæ est quodammodo finis & terminus materiæ: & ideo principalius requiritur ad esse rei determinata forma, q̄ determinata materia; materia enim determinata requiritur, vt sit proportionata determinatæ formæ. Cum igitur in sacramentis requirantur determinatæ res sensibiles, quæ se habent in sacramentis sicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma verborum.

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut Augustinus * dicit super Ioan. verbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, ideſt, non secūdum exteriorem sonum uocis: sed quia creditur, ideſt, secundum sensum uerborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eædem voces sint, quantum ad sonum: & ideo cuiuscumque linguæ verbis proferatur talis sensus, perficitur sacramentum.

H

AD SECVNDVM dicendum, quòd licet in qualibet lingua cōtingat diuersis vocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum uocum est, qua principalius & communius homines illius linguæ utuntur ad hoc significādum, & talis uox assumi debet in significatione sacramēti: sicut etiam inter res sensibiles illa assumitur ad significationem sacramenti, cuius usus est communior ad actum, per quem sacramenti effectus significatur: sicut aqua cōmunius utuntur homines ad ablutionem corporalem, per quā spiritualis ablutio significatur: & ideo aqua assumitur ut materia in baptismo.

I

K

AD TERTIVM dicendum, quòd ille, qui corrupte profert uerba sacramentalia, si hoc ex industria facit, non videtur intendere facere quod facit ecclesia, & ita non videtur perfici sacramentum: si autem hoc faciat ex errore vel lapsu linguæ, si sit tanta corruptio, quæ omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum. Et hoc præcipue contingit, quando fit corruptio ex parte principij dictionis, puta si loco eius, quod est in nomine Patris, dicat, in nomine matris: si uero nō totaliter auferatur sensus locutionis per huiusmodi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentum. Et hoc præcipue contingit, quando fit corruptio ex parte finis, puta si aliquis dicat in nomine patrias & filias: quāmuis enim huiusmodi uerba corrupte prolata, nihil significent ex virtute impositionis: accipiuntur tamen vt significantia ex accōmodatione vsus: & ideo licet mutetur sonus sensibilis, remanet tamen idem sensus: quod autem dictum est, * de differentia corruptionis, circa principiū vel finem dictionis, rationem habet: quia apud nos variatio dictionis ex parte principij, mutat significationem: uariatio autem ex parte finis dictionis, ut plurimum mutat consignificationē; quæ tamē apud græcos uariatur etiam secundum principium dictionis in declinationibus verborum: magis tamen uidetur attendenda quantitas corruptionis: quia ex utraque parte potest esse tam parua, quòd non aufert sensum uerborum: & tam magna, quòd aufert: sed unum horū facilius accidit ex parte principij, & aliud ex parte finis.

¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd, ut patet de consecr. dist. 4, c. Retulerunt, Zacharias Papa determinauit fuisse baptizatum illum, qui ob ignorantiam baptizantis, baptizatus est in nomine Patria & Filia & Spiritua sancta. Vbi vides, quòd corruptio fuit tanta, quòd uariata est significatio nominum: nam patria non patrem, sed locum natiuitatis significat: sed licet patria absolute aliud significet quàm pater: ut tamen est pars corrupte prolata huius orationis, Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia &c. significasse patrem, iudicatum est. & sic oratio tota non mutauit significationem. Et hoc ualde notandum est pro casibus occurrentibus incorrupte prolatis uerbis, circa alia sacramenta, uel ex festinatione, uel ex balbutiente lingua, uel aliquo alio accidente.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis huius expositæ Articulum octauum.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum liceat aliquid addere uerbis, in quibus consistit forma sacramentorum.

TIulus clarus.

¶ In corpore tria fiũt, primo ponuntur duæ communissimæ regulæ circa huiusmodi varietates: secundo descenditur speciali-ter ad diminutionẽ & additionem: tertio mouetur quæstio circa additionem, & soluitur. Prima regula se tenet ex parte intentionis ministrantis sacramentum, secunda vero se tenet ex parte significationis verborum: quod intelligo non secundum se, sed in ordine ad totam orationẽ: oportet enim mutatum sensum ipsius orationis, qui est forma sacramenti, ad hoc vt sacramentum sit nullum, vt prædictum est. De diminutione autem aut additione in speciali in singulis sacramentis, sermo erit in proprijs locis: hic in cõmuni est sermo.

¶ Vbi nota pro solutione difficultatis motæ, quòd additio ad formam vltra duos modos, qui in litera ponuntur (scilicet vel tamquam aliquid intrinsecum ad formam, vel tanquam extrinsecum) tertius inuenitur omnino per accidens, quando scilicet interponitur aliquod verbum, non vt sit aliquid intrinsecum, vel adiacens formæ, sed impertinens omnino interpositio ad aliud propositum dicitur verbum, vt si inter baptizandũ postquam dixit, ego te baptizo, dicat alicui, Recede hinc, seu aliquid eiusmodi, & prosequatur, In nomine Patris & Filii, &c. Hoc enim non est proprie addere ad verba formæ: sed interponere verba interrumpendo formam: potest siquidem interruptio, de qua in responsione ad tertium est sermo, dupliciter fieri, vel sine interpositione uerborum, vel cum interpositione verborum. Vtraque autem interruptio non debet esse tanta, quod iuxta communem morem hominum, continuitas soluatur orationis; si enim postquam minister dixit, Ego te baptizo, iret prætersum, & postea subderet, In nomine Patris, & Filij, &c. siue interim tacuisset, siue non; soluta esset orationis vnitas.

art. præced. ad 1. & ad 3.

A Ad octavvm sic proceditur. Videtur, ꝙ nihil liceat addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum, nõ enim minoris sunt necessitatis huiusmodi verba sacramentalia, quàm verba sacræ scripturæ: sed verbis sacræ scripturæ, nihil licet addere vel minuere: dicitur enim Deute. 4. Nõ addetis ad verbũ, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apoca. vltim. Contestor omni audienti verba prophetiæ libri huius: si quis apposuerit ad hæc, apponet super eum Deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. ergo videtur, quod neque in formis sacramentorum liceat aliquid addere, vel minuere.

B ¶ 2 Præt. Verba se habent in sacramentis per modum formæ, vt dictum est. * sed in formis quælibet additio vel subtractio variat speciem, sicut & in numeris, vt dicitur 8. Met. * ergo videtur quòd si aliquid addatur vel subtrahatur a forma sacramenti, non erit idẽ sacramentum.

C ¶ 3 Præt. Sicut ad formam sacramẽti requiritur determinatus numerus dictionũ, ita etiam requiritur determinatus ordo verborũ, & etiã orationis continuitas. si ergo additio, vel subtractio nõ auferat sacramẽti veritatem, videtur

D ꝙ pari ratione nec transpositio verborũ, aut etiam interpolatio pronuntiationis.

Sed contra est, quòd in formis sacramentorum, quædam apponuntur a quibusdam, quæ ab alijs non apponuntur, sicut latini baptizant sub hac forma, Ego te baptizo in noĩe Patris, & Filij, & Spiritussancti. Græci aũt sub ista, baptizetur seruus Christi N. in nomine Patris, &c. Et tamen vtrique verum conferunt sacramentũ. ergo in formis sacramentorũ licet

E aliquid addere vel minuere.

Respon. Dicendũ, quòd circa omnes istas mutationes, quæ possunt in formis sacramentorum cõtingere, duo videntur esse considerãda. Vnum quidem, ex parte eius, qui profert verba, cuius intẽtio requiritur ad sacramẽtum, vt infra dicetur. * & ideo si intendat per huiusmodi additionẽ, uel diminutionem aliũ ritum inducere, qui nõ sit ab ecclesia receptus, nõ videtur perfici sacramentum: quia non videtur, quòd intendat facere id, qđ facit ecclesia. Aliud autem est cõsiderãdum, ex parte significationis verborũ. Cum. n. verba operentur in sacramentis, quantũ ad sensum, quem faciunt (vt supra dictum est *) oportet cõsiderare, vtrum per talem mutationẽ tollatur debitus sensus verborũ: quia sic manifestum est, ꝙ tollitur veritas sacramenti. Manifestum est autem, ꝙ si diminuatur aliquid eorum, quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramenrum. vnde Didymus * dicit in lib. de Spiritusancto: Si quis ita baptizare conetur, vt unum de prædictis nominibus prętermittat (scilicet Patris, & Filij, & Spiritussancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid, quod non sit de substantia formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens nec sacramenti perfectionem: sicut in forma eucharistiæ, quæ est, Hoc est enim corpus meum, ly enim sublatum, non tollit debitum sensum verborum: & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quamnis possit contingere, quòd ille qui prętermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi, qđ est corruptiuum debiti sensus: puta si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filij minoris, sicut Arriani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem sacramenti. Si vero sit talis additio, quæ non auferat debitum sensum, non tollitur sacramenti ueritas. Nec refert vtrum talis additio fiat in principio, medio, vel in fine: ut si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij eius unigeniti, & Spiritussancti paracleti, erit verũ baptisma. Et similiter si quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, & beata Virgo te adiuuet, erit uerum baptisma. Forte autem si diceret. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, & beatæ uirginis Mariæ, non esset baptismus: quia dicitur 1. ad Corint. 1. Numquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc uerum est, si sic intelligatur in nomine beatæ Virg. baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur: talis enim sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si vero sic intelligatur, quod additur, & in nomine beatæ Virginis, non quasi nomen beatæ Virginis aliquid operetur in baptismo, sed vt eius intercessio prosit baptizato ad conseruãdã gratiã baptismalem, non tollitur perfectio sacri.

lib. 2. de Spiritusancto, paulo a principio. Habetur hic liber in fine operum S. Hieron.

Ad primvm ergo dicendum quòd ad uerba sacræ scripturæ non licet aliquid apponere, quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacræ scripturæ, multa eis uerba a doctoribus apponuntur: nõ tamẽ licet etiam uerba sacræ scripturæ apponere, ita quòd dicãtur esse de integritate sacræ scripturæ, qa hoc esset utium falsitatis. Et similiter siquis diceret aliquid esse de necessitate formæ, quod non est.

Ad secvndvm dicẽdũ, ꝙ verba ptinent ad formã sacri rõne sẽsus significati: & ideo q̃cũq; fiat additio vel subtractio uerborũ, q̃ non addat aliquid aut subtrahat debito sensui, nõ tollitur species sacramenti.

Ad

AD TERTIVM dicendum, ꝙ si sit tanta interruptio verborum, quòd intercipiatur intentio pronuntiantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius: nō autem toll.tur quando est parua interruptio, quæ intentionem proferentis, & intellectum verborū non aufert. Et idem est etiam dicēdum de transpositione verborum: quia si tollit sensum locutionis, nō perficitur sacramentum, sicut patet de negatione præposita, vel postposita signo: si autē sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non variet, non tollitur veritas sacramenti: quia secundum ꝙ Philosophus* dicit, nomina & verba transposita idē significant.

lib. 2. Perihermē. ca. 1. parū ante finem tex.

¶ *Super Quæstionis 61. Articulum primū.*

TItulus clarus. ¶In corpore vna cōclusio. Sacramēta sunt necessaria ad humanā salutem. Et probatur tripliciter. ¶Vbi nota duo. Primū, ꝙ nō est hic sermo de necessario ad humanā salutē, sine quo nō potuisset hō saluari, sed ā necessario sine quo nō cōueniēter humana salus fuisset. In cuius signū Auctor, tā in prima, quam secunda rōne conuenientiā infert sacramentorum. ¶Secūdo, nota differētiā inter Auctorē, & Magistrū sent. in prima di. 4. circa has tres rones. ex eruditione, humiliatione, & exercitatione. Nā alius tractantur ab Auctore, vt patet cō sequendo.

4. dist. 1. q. 1. artic. 2. q. 1. Et 3. cōtra cap. 1. 0. Et. lib. 4. ca. 55. ēn. & ca. 56.

QVAESTIO LXI.

De necessitate sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de necessitate sacramentorum.

Et circa hoc quærunt quatuor.

¶Primo, Vtrum sacramenta sint necessaria ad salutē humanā.

¶Secundo, Vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum.

¶Tertio, Vtrum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum.

¶Quarto, Vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod sacramenta nō sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apostolus 1. ad Timoth. 4. Corporalis exercitatio modicum vtilis est: sed vsus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem, eo quod sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum & verborum, vt dictum est. * ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

Q. præced. art. 6. ad 2.

¶2 Præt. Secundæ ad Corinth. 12. Apostolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea: non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem. non sunt ergo sacramenta saluti humanæ necessaria.

¶3 Præt. Posita causa sufficienti, nihil aliud videtur esse necessarium ad effectum: sed passio Christi est sufficiens causa nostræ salutis: dicit enim Apostolus ad Roma. 5. Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanam.

Lib. 19. cap. 11. in fine.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit 19. contra Faustū: In nullum nomen religionis, seu verum seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum visibilium consortio colligentur: sed necessarium est ad humanam salutem homines adunari in vnum veræ religionis nomen. ergo sacramēta sunt necessaria ad humanam salutē.

RESPON. Dicendū, quod sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione: quarum prima sumenda est, ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium est, vt per corporalia & sensibilia, in spiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autē ad diuinam prouidentiam, vt vnicuique rei prouideat, secundum modum suæ conditionis: & ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus, & sensibilibus signis, quæ sacramenta dicuntur. Secunda ratio sumenda est ex statu hominis, qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus: ibi autem debet medicinale remediū homini adhiberi, vbi patitur morbum: & ideo conueniens fuit, vt Deus per quædam corporalia signa homini spiritualem medicinam adhiberet: nam si spiritualia nuda ei proponerentur, eius animus applicari non posset, corporalibus deditus. Tertia autem ratio sumenda est ex studio actionis humanæ, quæ præcipue circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum, si totaliter a corpbralibus actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad euitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum, vel qualitercumque noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramentorum institutionem homo conuenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, dum sibi per corporalia subuenitur: præseruatur etiam a noxiis actionibus, per salubria exercitia sacramentorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corporalis exercitatio, inquantum est corporalis, non multum utilis est: sed exercitatio per vsum sacramentorum, non est pure corporalis, sed quodammodo est spiritualis, scilicet per significationem, & causalitatem.

AD SECVNDVM dicēdum, quod gratia Dei, est sufficiens causa humanæ salutis: sed Deus dat hominibus gratiam secundum modum eis conuenientem: & ideo necessaria sunt hominibus ad sacramenta ad gratiam consequendam. D. Spa.

AD TERTIVM dicendum, quod passio Christi est sufficiens causa humanæ salutis: nec propter hoc sequitur, quod sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operantur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramēta, secundum illud Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

ARTICVLVS II.

Vtrum etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum secundum.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd etiā ante peccatū fuerint homini necessaria sacramenta: quia sicut dictū est, * sacramēta sunt necessaria homini ad gratiam cōsequendam: sed etiam in statu innocētiæ homo indigebat gratia: sicut in Prima parte habitum est. * ergo etiā in statu illo erant necessaria sacra.

TItulus clarus. ¶In corpore vna conclusio: In statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, nec pro remedio peccati, nec pro perfectione animæ. Probatur: In statu illo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis: sed contra hunc ordinem esset, si anima a corporalibus sacramentis perficeretur, siue quo ad scientiam, 4. dist. 1. q. ar. 2. q. 3. art. præc. ad 2. P. p. q. 97. 4. ad 1.

¶2 Præt. Sacramenta sunt necessaria homini, secundum conditionem humanæ naturæ, sicut di-

ctum est. * sed eadem est natura hominis ante peccatum, & post peccatum. ergo videtur quòd etiam ante peccatum homo indiguerit sacramentis.

¶ 3 Præt. Matrimoniū est quoddam sacramentum, secundum illud Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & ecclesia. sed matrimonium fuit institutum ante peccatum, ut dicitur Gen. 2. ergo sacramenta erant necessaria homini ante peccatum.

SED CONTRA est, quòd medicina non est necessaria nisi ægroto, secundum illud Matth. 9. non est opus sanis medicus: sed sacramēta sunt quædam spirituales medicinæ, quæ adhibentur contra vulnera peccati. ergo non fuerunt necessaria ante peccatum.

RESPONDEO. Dicendū, quòd in statu innocentiæ ante peccatū sacramēta necessaria non fuerūt. Cuius ratio accipi potest ex rectitudine status illius, in quo superiora inferioribus dominabātur, & nullo modo dependebant ab eis: sicut enim mēs subserat Deo, ita menti subserant inferiores animæ vires, & ipsi animæ corpus. Contra hūc autē ordinem esset, si anima perficeretur, vel quātum ad scientiam, vel quātum ad gratiā, per aliquid corporale, quod sit in sacramentis: & ideo in statu innocentiæ homo sacramētis nō indigebat, non solum inquantum sacramenta ordinantur ad remedium peccati, sed etiam inquantum ipsa ordinantur ꝺ ad animæ perfectionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in statu innocentiæ gratia ꝺ indigebat: non tamen ut eam consequeretur per aliqua sensibilia signa, sed spiritualiter, & invisibiliter.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ eadē est natura hominis ante peccatum & post peccatum, non tamen est idem naturæ status. Nam post peccatum anima etiam quātum ad superiorem partem, indiget accipere aliquid a corporalibus rebus ad sui perfectionem, quod in illo statu homini necesse non erat.

AD TERTIVM dicendum, quòd matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, non secundum quòd est sacramentum, sed secundum quòd est in officium naturæ: ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum & ecclesiam, sicut & omnia alia in figura Christi præcesserunt.

ARTICVLVS III.

Vtrum post peccatum ante Christum, Sacramenta esse debuerint.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd post peccatū ante Christum sacramenta nō debuerint esse. Dictum * est enim, ꝙ per sacramenta passio Christi hominibus applicatur: & sic passio Christi comparatur ad sacramenta, sicut causa ad effectū: sed effectus nō præcedit causam. ergo sacramenta non debuerunt esse ante Christi aduentum.

¶ 2 Præt. Sacramenta debent esse conueniētia statui humani generis, vt patet per † Augustin. 19. contra Faustū: sed status humani generis nō fuit mutatus post peccatum, vsque ad reparationem factā per Christum. ergo neque sacramēta debuerunt immutari, vt præter sacramenta legis naturæ, alia statuerentur in lege Moysi.

¶ 3 Præt. Quanto aliquid est magis propinquum perfecto, tanto magis debet ei assimilari: sed perfectio salutis humanæ per Christum facta est, cui propinquiora fuerunt sacramenta veteris legis quàm ea, quæ fuerunt ante legē. ergo debuerunt esse similiora sacramētis Christi: cuius tamen cōtrarium apparet, ex eo, ꝙ sacerdotium Christi prædicitur esse futurum, secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ordinē Aaron, vt habetur Hebræ. 7. non ergo conuenienter fuerūt dispositā ante Christum sacramenta.

SED CONTRA est, quod * Augustin. dicit 19. contra Faustum, quòd prima sacramēta, quæ celebrantur & obseruabantur ex lege, prænuntia erāt Christi uenturi: sed necessarium erat ad humanam salutem, vt aduentus Christi prænūtiaretur. ergo necessarium erat ante Christum sacramenta quędam disponi.

RESPON. Dicendum, quòd sacramenta necessaria sunt ad humanam salutem, inquantum sunt quędam sensibilia signa invisibilium rerum, quibus homo sanctificatur. Nullus autem sanctificari potest post peccatum, nisi ꝑ Christum, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostēsionem iustitię suæ, ut sit ipse iustus & iustificans eū, qui ex fide est Iesu Chīs: & ideo de homine secundum tempus illud, quo fuit antequam peccaret, querit, & non simpliciter de homine, si perseuerasset cum pfectitate in innocentia.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quòd intellectio Adę, quia ex speciebus non acquisitis ex sensibus, sed infusis a Deo, procedebat, non dependebat a phantasmatibus: sed vtebatur phantasmatibus vt inferioribus, sicut anima vtebatur corpore subdito. 4. dist. 1. q. 1. art. 2. q. 4. arti. 1. huius q. ad 3.

¶ Et si quęratur, quid respondendum secūdum Auctoris doctrinam sit quęrenti, an filij innocentes indiguissent sacramentis, dicitur quod nō fuissent eis necessaria sacramenta, quia principalis perfectio hominis per sacramēta, est per gratiam: homines autem fuissent geniti cum gratia (vt in prima parte quęstione 101. artic. primo Auctor dixit) non indiguissent igitur ex conditione sui status sacramenti pfectiuis hominis quātum ad gratiam. Et quia gratiam comitantur dona intellectus perfectiua, cōsequens est, ut nec quo ad perfectionē scientię de supernaturalibus, indiguissent sacramentis: eodem enim modo diuina sapientia prouidet de principali & accessorio, ut patet ex oppositio nostro statu, in quo perfectionem scientię supernaturalis ex sacramētis accipimus: quia per illu tantum gratiam a Deo habemus. lib. 19. ca. 16. & 17. tom. 6. lib. 19. ca. 13 in prin. to. 6

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Ante Christi aduentum post peccatum, necesse fuit quędam sacramenta institui. Probatur Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem, ut signa sensibilia inuisibilium rerū, quibus homo post peccatum

art. præced. Scientiam, siue quo ad gratiam, ergo. Maior declaratur: quia sicut mens sub Deo, ita &c.

¶ Circa hanc doctrinam simul cum ea, quæ exprimitur in responsione ad secundum dubium occurrit an hæc dicta, scili cet quod in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & similiter ꝙ anima quantum ad superiorem partem non indiguisset accipere aliquid a corporalibus rebus ad sui perfectionem, intelligenda sint de ipso statu innocentiæ communi primo hominj & filijs, qui fuissent innocentes, an de primo homine solum, qui solus fuit ante peccatum. Et est ratio dubii, quia in statu innocentiæ filij Adæ acquisiuissent scientiam ex sensibilibus (vt Auctor dicit in prima parte quæstio. 101.) ac per hoc, superiora aliquo modo dependebant ad inferioribus, & superior pars animæ indigebat ad sui perfectionem accipere a corporalibus rebus: cuius oppositum hic dicitur: & propterea hęc verba non pertinent ad statum innocentię communem patri, & filis. Sed nec de ipso Adam verificantur: quia animę primi hominis competebat modus intelligendi per conuersionem ad phantasmata, vt Auctor dixit in prima parte, quæstione 94. articulo secundo: intellectio enim ꝑ conuersionem ad phantasmata dependet a phantasmatibus: ac per hoc superiora dependebāt aliquo modo ab inferioribus, cuius oppositum hic dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ prętens doctrina intelligenda est de statu innocentię, ut fuit in Adam, tum quia in ipso solo fuit sine dependentia superiorum ab inferioribus, quo ad scientiam, tū quia Auctor nō quęrit absolute de statu innocentię, sed de homine ante peccatum, vt per hoc ante peccatum, determinet ꝙ

D. Aug. Dicit. Aug.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etiam sanctificatur. ergo ante Christi aduentū post peccatū oportuit esse quędā sensibilia signa, quibus fidem suā de Christo futuro, hō protestarentur. ergo oportuit tunc esse sacramenta quædam. Prima consequentia probatur, quia nullus post peccatum sanctificatur, nisi per Christum, &c. Secunda consequentia probatur: quia huiusmodi signa dicuntur esse sacramenta.

oportebat ante Christi aduētum esse quædam signa visibilia, quibus homo fidē suam protestaretur de futuro saluatoris aduentu. Et huiusmodi signa dicuntur sacramenta. Et sic patet, quòd ante Christi aduentū, necesse fuit quædam sacramenta institui.

Ad primvm ergo dicendum, quòd passio Christi est causa finalis veterum sacramentorum: quæ scilicet ad ipsam significandā sunt institura. Causa autē finalis non præcedit tempore, sed solū in intentione agentis, & ideo nō est inconueniens aliqua sacramēta ante Christi passionem fuisse.

Ad secvndvm dicēdum, quòd status humani generis post peccatum & ante Christum, dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum fidei rationem: & sic semper vnus & idem permansit; quia scilicet iustificabantur homines per fidem futuri Christi aduentus. Alio modo, potest considerari secundum intensionem & remissionem peccati, & expressæ cognitionis de Christo. Nam per incrementa temporum, & peccatum cepit in homine magis dominari, intantum quòd ratione hominis per peccatum obtenebrata, non sufficerent homini ad recte viuendum præcepta legis naturæ, sed necesse fuit determinari præcepta in lege scripta, & cum his q̄dam fidei sacramenta. Oportebat etiam, quòd per incrementa temporum magis explicaretur cognitio fidei: quia vt Gregor. † dicit, Per incrementa temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Et ideo etiam necesse fuit, quòd in veteri lege quædam sacramenta fidei, quam habebant de Christo venturo, determinarentur: quæ quidem comparantur ad sacramenta, quæ fuerunt ante legem, sicut determinatum ad indeterminatum: quia scilicet ante legem non fuit determinate præfixum homini, quibus sacramentis vteretur, sicut fuit per legem, quod erat necessarium, & propter obtenebrationem legis naturalis. & vt esset determinatior fidei significatio.

homil. 16. in Ezech. a medio.

Ad tertivm dicendum, quòd sacramentum Melchisedech, quod fuit ante legem, magis assimilatur sacramento nouæ legis in materia, inquantum scilicet obtulit panem & vinum (vt habetur Gen. 14.) sicut etiam sacrificium nouæ legis oblatione panis, & vini perficitur. Sacramenta tamen legis Mosaicæ magis assimilantur rei significatæ per sacramentū, scilicet passioni Christi, vt patet de agno paschali, & alijs huiusmodi: & hoc ideo, ne propter continuitatem temporis, si permaneret eadem sacramentorum species, videretur sacramenti eiusdem esse continuatio.

¶ *Super Quæstionis 61. Articuli quartū.*

Articvlvs iiii.

Vtrum post Christum debuerint esse aliqua sacramenta.

Ad ovartvm sic ꝓceditur. Videtur ꝙ post Christū nō debuerint esse aliqua sacramēta. Veniēte enim veritate debet cessare figura: sed gratia & veritas p Iesum Christum facta est, ut dicitur Ioan. 1. Cùm igitur sacramēta sint veritatis signa, siue figuræ, videtur quòd post Christi passionē sacramenta esse non debuerint.

¶ 2 Præt. Sacramenta in quibusdā elementis consistunt, ut ex supra dictis patet: † sed Apostolus dicit Galat. 4. Cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus seruientes: nunc autem temporis plenitudine veniente, iam non sumus paruuli. ergo videtur quòd non debeamus Deo seruire sub elementis huius mundi, corporalibus sacramentis utendo.

¶ 3 Præterea. Apud Deum nō est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, vt dicitur Iacobi. 1. sed hoc uidetur ad quandam mutationem diuinæ voluntatis pertinere, quod alia sacramenta nunc hominibus exhibeat ad sanctificationem tempore gratiæ & alia ante Christum. ergo videtur quòd post Christum non debuerint alia sacramenta institui.

quibus præterita credita significentur. Cōsequentia quo ad id, quod supponit, scilicet diuersitatem significabilium, probatur quia antiqui saluabantur per fidem Christi nascituri: nos per fidem Christi nati. Et quo ad ipsa signa probatur: quia aliis signis oportet significari præterita & futura. Probatur hoc auctoritate Augustini, & ex ipsis verbis præteriti, & futuri temporis.

q. 62. art. 4.

Sed contra est, quod * Aug. dicit contra Faustū 19. quod sacramenta veteris legis sunt ablata, quia impleta, & alia sunt instituta, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

lib. 19. cap. tom. 6.

Respondeo. Dicendum, quod sicut antiqui patres saluati sunt per fidem Christi venturi, ita & nos saluamur per fidem Christi iam nati & passi. Sunt autem sacramenta, quædam signa protestantia fidē, qua homo iustificatur. Oportet autem alijs signis significari futura, præterita, seu præsentia, ut enim † Augustinus dicit 19. contra Faustum, eadem res aliter annuntiatur facienda, aliter facta: sicut ipsa verba, passurus & passus, non similiter sonant: & ideo oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege quibus significentur ea, quæ præcesserunt in Christo præter sacramenta veteris legis, quibus prænuntiabantur futura.

lib. 19. cap. 16. tom. 6.

Ad primvm ergo dicendum, quod sicut * Dionys. d. cit in 5. cap. eccle. hierar. status nouæ legis medius est inter statum veteris legis, cuius figuræ implētur in noua lege: & inter statum gloriæ, in qua omnis, vnde & perfecte manifestabitur veritas: & ideo tunc nulla erunt sacramenta. Nunc autem quamdiu per speculum, & in ænigmate cognoscimus, (vt dicitur 1. ad Corin. 13.) oportet nos per aliqua sensibilia signa, in spiritualia deuenire: quod pertinet ad rationem sacramentorum.

ca. 5. eccle. hieran. part. 1. titul. 1. a med.

Ad secvndvm dicendum, quod sacramenta veteris legis Apostolus uocat egena & infirma elemēta, quia gratiam nec continebant, nec causabant, & ideo vtentes illis sacramentis, dicit Apostolus sub elementis mundi Deo seruisse: quia scilicet nihil aliud erant, quàm elementa huius mundi. Nostra autem sacramenta gratiam cōtinent & causant: & ideo non est de eis similis ratio.

4. dist. 1. q. 1. ar. 2. quæst. 5. cor. di. 2. ar. 4. q. 1. Et 4. cōtra ca. 57.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sicut paterfamilias nō ex hoc habere monstratur mutabilem uolūtatem, quod diuersa præcepta familiæ suæ proponit pro tēporum varietate, non eadem præcipiens hyeme, & æstate. ita non ostenditur aliqua mutatio esse circa Deum; ex hoc quod alia sacramenta instituit post Christi aduentum, & alia tempore legis: quia illa fuerunt congrua gratiæ præfigurandę, hęc autem sunt congrua gratię prędentialiter demonstrandæ.

Super

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum primum.*

IN titulo nota terminos. Non enim quæritur, an sacramenta dicantur causa, sed an sint causa. Et hoc ideo, quia non satisfit quæstioni uocando causam id, quod vera non est causa. De gratia autem in præsenti titulo sermo ē indistincte: reseruatur enim sequenti articulo, quæ sit illa gratia, quæ per sacramenta confertur. Vode nō spectat ad præsentem quæstionem discutere in speciali de gratia, quæ causatur. Rursus si principium non articuli huius, sed introductæ quæstionis huius perspexeris (vbi hæc q̄o.62. a quæstione sexagesimætertia distingui tur, dicendo: & primo de effectu eius principali, qui ē gratia: secundo, de effectu secundario, qui est character) vide bis, quòd sub gratiæ nomine hoc in loco non comprehenditur character, cum distinguatur contra characterem: sed communiter sumitur, prout a sanctis dicitur, quòd sacramenta conferūt gratiam. Et hoc mā da memoriæ: & reminiscere, cum postea dicetur, sacramenta causare instrumentaliter gratiam, vt non recurras ad characterem, volens fugere q̄ baptismus non causet gratiam gratum faciencem, quia creator & creatura non potest etiam instrumentaliter creare. Hic enim de effectu principali sacramentorum, qui est gratia distincta contra characterem, tractando quæritur, an sacramentum sit causa gratiæ, & in sequenti articulo quid addat hæc gratia supra gratiā gratum facientem discutitur.

¶ In corpore articuli tria fiunt. Primò ponitur id, in quo oportet omnes conuenire. Secundo, recitatur quorundam opinio. Tertio respondetur quæsito secundum propriam opinionem.

¶ Quo ad primum conclusio est, Necesse est dicere sacramenta nouæ legis aliquo modo causare gratiam. Probatur. Per sacramēta homo Christo incorporatur. ergo acquirit gratiam. Antecedens est Apostoli: consequentia patet: quia non fit homo membrum Christi, nisi per gratiam.

¶ Quo ad secundum, primo ponitur opinio, quòd sacramenta causant non operando ad gratiam, sed quia Deus assistit, cum exemplis & auctoritate Bernardi. Secundo, exponitur quid importet hæc opinio, scilicet quòd non ponit sacramenta supra genera signorum, & declaratur exemplis. Tertio, improbatur hæc opinio auctoritate sanctorum, addentium signo causam.

¶ Quo ad tertium ponitur primo distinctio bimembris de causa agente, scilicet principali & instrumentali. Secundo, ponitur causæ principalis conditio: qua distinguitur ab instrumentali scilicet principalis causa est, quæ agit virtute suæ formæ, cui assimilatur effectus. Et iuxta hoc membrum ponitur vna conclusio: solus Deus est causa principalis gratię. Probatur, solus Deus est, cuius est participata similitudo, gratia. ergo solus Deus est gratię causa principalis. Antecedens est Petri Apostoli. Consequentia patet ex conditione causę principalis. Tertio, ponitur conditio causæ instrumentalis. Et iuxta hoc membrum ponitur ralia conclusio, scilicet, Sacramenta sunt causę agentes instrumentaliter ad gratiam. Probatur: causa instrumentalis est, quæ non agit virtute suæ formæ: sed per solum motum quo ab agente principali mouetur: sed sacramētu Deus adhibet, ut per ea causet gratiam. ergo sunt causæ instrumentales. Maior patet ex signo: quia effectus non assimilatur instrumento, & ex exemplo de lectulo respectu serræ & artis. Minor probatur, auctoritate Augustini, & Apostoli, & modi loquendi: quia hoc vocatur instrumentum, per quod principale agens operari dicitur. lib.12.ca.16. in med.to.3.

¶ Hoc in loco aduertēdum est, quòd Scotus in 4. sent. distin. 1. quæstio. 4. & 5. etsi videatur tertiam ponere opinionem, secundum tamē rem positio sua incidit in opinionē prærecitatam ac improbatam in litera: solis enim verbis ab illa differt. Ponit ēm tria in sacramento. Primo, effectū quem sensibile signum habet a Deo, puta q̄ adhibetur ex institutione diuina, talem vt a nobis suscipiat vt sacramentum. Secundum, quòd est necessitas necessitate infallibilitatis respectu effectus significati per sacramentum. Tertium, quòd habet rationem dispositionis pro quāto suscipiens sacramentum, ex ipsa susceptione disponitur ad suscipiendum effectum significatū per sacramentum, a Deo immediate causante illum. Tract. 80.a med.tom.9.

¶ Ex quorum trium concursu, infert quòd sacramentum licet non sit secundum rem causa gratiæ, potest tamen appellari causa instrumentalis gratiæ, ut sic saluentur auctoritates sanctorum.

¶ Declarat autem hoc, scilicet quòd sine vera causalitate possit dici causa instrumentalis, tum quia meritum dicitur causa præmij, & tamen non efficit illud, tum quia motus dicitur causa termini, & tamen non efficit illum, tum quia vere dicimus, quòd per motum acquiritur terminus, & per meritum acquiritur præmium, & tamen neutrum est causa vere instrumentalis. & hoc directe militat contra rationem literæ sumptam ex modo loquendi cum illa præpositione Per.

Arguit præterea contra conclusionem principalem huius literæ, scilicet. Sacramentum est vere causa instrumentaliter agens ad gratiam. Et argumentum suum est ex parte effectus. Aut sacramentum attingit instrumentaliter agendo, ipsam gratiam gratum facientem, aut aliquam dispositionem prę̄uiam: non potest dici primum: quia gratia creatur, & nulla creatura potest etiam instrumentaliter creare: nec potest dici secundum, tum quia dispositio illa cum sit forma supernaturalis, est ęque creabilis sicut gratia. tum quia subiectum est ęque in potentia obedientiali ad illā dispositionem: tum quia dispositio illa producitur in instanti, sacramenta autem non possunt agere in instanti. Et si ponatur produci in tempore, Deum agere in tempore inconuenit.

¶ Arguit

QVAESTIO LXII.

De principali effectu sacramentorum, qui est gratia, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de effectu Sacramentorum. Et primo de effectu eorum principali, qui est gratia. Secūdo de effectu secundario qui est character.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum Sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.

¶ Secūdò, Vtrum gratia sacramētalis aliquid addat supra gratiā virtutum, & donorum.

¶ Tertiò, Vtrum sacramenta cōtineant gratiam.

¶ Quartò, Vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.

¶ Quintò, Vtrum talis virtus in sacramentis deriuetur a passione Christi.

¶ Sextò, Vtrum sacramenta veteris legis, gratiam causarent.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sacramenta sint causa gratiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod sacramenta non sint causa gratiæ. Nō enim idem videtur esse signum & causa, eo quod ratio signi videtur magis effectui competere: sed sacramentum est signum gratiæ. non igitur est causa eius.

¶ 2 Præterea. Nullum corporale agere potest in rem spiritualem, eo quod agens honorabilius est patiente, vt † Augustinus dicit 12. super Genesim ad literam: sed subiectum gratiæ est mens hominis, quæ est res spiritualis. non ergo sacramenta possunt gratiam causare.

¶ 3 Præterea. Illud, quod est proprium Dei, non debet alicui creaturæ attribui: sed causare gratiam, est proprium Dei, secundum illud Psalm. 84. Gratiam & & gloriam dabit dominus. Cum ergo sacramenta consistant in quibusdam verbis & rebus creatis, non uidetur quod possint gratiam causare.

SED CONTRA est, quod * Augustinus dicit supra Ioan. quod aqua baptismalis corpus tangit, & cor abluit: sed cor non ab luitur, nisi per gratiam. ergo causat gratiam, & pari ratione alia ecclesiæ sacramenta.

RESPONDEO. Dicendū, quòd necesse est dicere sacramenta nouæ legis, per aliquem modum gratiam causare. Manifestum est enim, quod per sacramenta nouæ legis, homo Christo incorporatur, sicut de baptismo dicit Apostolus ad Galat. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis: non autem efficitur homo membrum Christi, nisi per gratiam: quidam tamen dicunt, quod non sunt causa gratiæ aliquid operando: sed quia Deus sacramentis adhibitis, in anima gratiam operatur. Et ponunt exemplum de illo, qui

¶Arguit præterea contra idem, descendendo specialiter ad sacramentum eucharistiæ: quia transubstantiatio fit sola infinita virtute non minus quam creatio: nec potest fingi in pane dispositio necessitãs ad transubstantiationem, quoniam dispositio necessitans est in eodem instanti cum termino.

¶Præterea, In alijs sacramentis oportet assignare, quæ sit ista dispositio, quæ instrumẽtaliter causatur a sacramentis.

¶ Demum arguit, quòd superflue ponitur ista causalitas in sacramentis: quia sine ipsa ex assistentia diuina ecclesiæ reuelata, in operationibus sacramentalibus omnia saluantur ad sacramenta, & eorum effectus requisita.

Bernardus in sermo. de cœna ante med. illius.

¶Ad primũ obiectũ Scoti, breuiter respondendo, dicitur, quòd cum ipse non saluet sacramentum causam esse, sed causam dici, & in veritate nõ nisi signum infallibile præceptũ suscipi ponatur ad effectum sacramenti, non satisfit auctoritatibus sanctorum, dicentibus sacramentum esse signum, & causam efficientem signatum, vt patet in 4. sent.

Cum ergo obiicitur primò, quòd sacramentum habet rationem dispositionis, respondetur q̃ nõ esset dispositio, nisi ratione obedientiæ, qua præceptum suscipitur signum: & propterea falsum est quod ipsum sacramentum seu illius susceptio secundum se esset dispositio in esse reali, nisi ponatur realiter causa.

D. 180.

Ad secundum vero de merito dicit, q̃ licet meritum sit causa vt ratio, qua operanti est debitum præmium, & propterea dicitur causa præmij, constat tamen meritum non efficere præmium, quoniam aliunde est mereri, & aliunde præmiare. Et propterea non obstat hoc propositio, vbi de causa efficiente secundũ rem est quæstio.

Ad tertium de motu, dicitur quòd quia motus potest sumi actiue vel passiue, uel absolute, & per motionem actiuam procul dubio effectiue fit terminus, per motum autem simpliciter uel passiue, non effectiue, sed tanquam per viam acquiritur terminus, ideo argumentum non obsta propositioni, qua vtitur Auctor in hoc proposito, scilicet illud proprie dicitur instrumentum, per quod agens effectiue operatur.

Et per hoc patet responsio ad vltimum contra rationem de modo loquendi, quoniam non sumit argumentum Auctor, ex ly per absolute, sed applicato ad id per quod efficiens operatur.

Ad argumenta secundo loco inducta contra conclusionem principalem dicitur, quòd sacramentum instrumentaliter attingit gratiam sacramentalem. & non oportet recurrere ad dispositionem præuiam ad gratiam. Quicquid enim secundum aliorum opinionem, vt probabiliorem dixerit Auctor in 4. sententia, hoc in loco secundum propriam sententiam longe alius sensit, expresse ponens gratiam gratum facientem (qua scilicet homo fit membrum Christi, & qua sumus diuinæ naturæ cõsortes) a Deo principaliter, & a sacramẽto instrumentaliter effici.

qui afferens denarium plumbeũ, accipit centum libras ex regis ordinatione, non quòd denarius ille aliquid operetur ad habendum prædictæ pecuniæ quantitatem: sed hoc operatur sola voluntas regis. vnde & † Bernard. dicit in quodam sermone de cœna domini, sicut inuestitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per anulum, sic diuisiones gratiarum diuersę sunt traditæ sacramentis. Sed siquis recte consideret, iste modus non transcendit rationem signi. Nam denarius plumbeus non est nisi quoddam signum regiæ ordinationis de hoc, quòd pecunia recipiatur ab isto. Similiter liber est quoddam signum, quo designatur traditio canonicatus. Secundum hoc igitur sacramenta nouæ legis nihil plus essent, quàm signa gratiæ: cum tamen ex multis sanctorum auctoritatibus habeatur, quòd sacramenta nouæ legis non solum significãt, sed causant gratiam. Et ideo aliter dicendum, quòd. duplex est causa agens, principalis & instrumentalis. Principalis quidem operatur per uirtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus, sicut ignis suo calore calefacit. Et hoc modo non potest causare gratiam, nisi Deus: quia gratia nihil est aliud quàm quædam participata similitudo diuinæ naturæ, secundũ illud 2. Petr. 1. Magna nobis & pretiosa promissa donauit, ut diuinæ simus consortes naturæ. Causa vero instrumentalis non agit per

F

G

H

I

K

¶Et confirmatur clare hanc esse suam intentionem ex titulo quæstionis, ubi distinguit hanc quæstionem a sequenti, per hoc, quòd nunc quæritur de sacramenti effectu principali, qui est gratia: tunc autem quæretur de effectu secundario, qui est character, de quo & ornatu simile dicitur esse iudicium in 4. sententia. quo ad præsentem quæstionem. Et confirmatur hoc idem ex sequenti articulo huius quæstionis, ubi gratia sacramentalis non ponitur dispositio: sed vt patebit, nullum habituale donum addit supra gratiam gratum facientem.

virtutem suæ formæ, sed solum per motum, quo mouetur a principali agente. unde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti: sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, quæ est in mente artificis. Et hoc modo sacramenta nouæ legis gratiam causant. Adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus, ad gratiam in eis causandam. unde † Augustinus dicit 19. contra Faustum. Hæc omnia, scilicet sacramentalia, fiũt & transeunt: virtus tamen, scilicet Dei, quæ per ista operatur, iugiter manet. Hoc autem proprie dicitur instrumentum, per quod aliquis operatur. Vnde & Tito. 3. dicitur, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

Ad primum ergo dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad secundum dicendũ, q̃ input ecclesiæ ut homo (alioquin non esset eiusdem naturæ cum membris) influit vitam proculdubio gratiæ gratum facientis membris suis: constat autem humanitatem Christi infra latitudinem contineri creaturarum. non inconuenit ergo Deum per humanitatem Christi, ut instrumentum coniunctum, & per sacramentum vt instrumentum separatum, gratiam gratum facientem in homine causare, vt clare habes hic in responsione ad tertium bene perspecta, ac collata cum argumento & corpore articuli, ad quod se remittit.

Et per hoc patet responsio ad obiecta reliqua contra dispositiones præuias causabiles per sacramenta in speciali. De singulorum enim proprijs effectibus, in tractatu singulorum patere poterit: nunc enim sat est propositio de effectu, qui est gratia sacramentalis, tractare, quam diximus & manifestabimus non oportere esse dispositionem aliquam præuiam ad gratiam. Quare falsum est sacramentum non posse causare in instanti; quoniam in termino temporis prolationis verborum sacramentum causare effectum suum potest. Nec etiam inconuenit Deum voluntarie vtendo motu creaturæ, agere in tempore: cum nullus adeo desipiat, qui neget Deum posse localiter mouere, quod est agere in tempore.

Ad demum obiecta, quòd superflue ponitur ista causalitas in sacramentis, respondetur quod non superflue, sed necessario ponitur, tum necessitate reuerentiæ ad auctoritates sanctorum.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

Ad primum vero dicendum, quòd causa principalis non proprie potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta: sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti: eo quòd non solum est causa, sed quodammodo effectus, inquantum mouetur a principali agente. Et secundum hoc, sacramenta nouæ legis, simul sunt causæ & signa, & inde est, quòd sicut communiter dicitur, efficiunt quod figurant. Ex quo etiam patet, quòd habent perfecte rationem sacramenti, inquantum ordinantur ad aliquid sacrum, non solum per modum signi, sed etiam per modum causæ.

ctorum, quas ipsemet Scotus volens saluare glossat, causa, id est signum infallibile, vbi patet manifestus error in glossando: tum necessitate dignitatis sacramentorum nouæ legis: longe enim digniora sunt si locamur in genere causæ, quàm si infra latitudinem signorum concludantur, ut sacramenta veteris legis. Fateri enim oportet sacramenta nouæ legis digniora esse sacramentis veteris legis, & excedere vetera, hoc ipso noua efficiùt qđ figurãt, uetera autẽ non ut patet in 4. sentent. dist. 1.

¶ A glossante autem Scoto, aut quocunque altero in extraneum sensum, quærẽdum est quibus articulis, aut quo sermone sancti, aut quicunque alii, debuissent aut potuissent explicare hoc, scilicet quòd sacramẽta sint causa effectiua gratiæ, si non explicatur per ista, efficiunt quod figurant: & rursus per ista, ita ut imaginem gerat, & causa existat: quę omnia explicantur in 4. senten. Doceãt nos quælo, quibus vocabulis explicandum fuerat, & sic cognoscant se, uel non sequi doctrinam sanctorum in hac parte, collectã a Magistro sententiarum. Et scito, quòd hodie minus libera apparet opinio hæc, quoniam in concilio Florentino iſub Eugenio IIII. legimus differentiam inter sacramenta ueteris & nouæ legis in hoc, quòd illa non causabant gratiam: ista vero continent gratiam, & conferunt eam. Hæc ibi.

Loco citato in argũmẽto. In corpore.

¶ In responsione ad secundum aduerte Scotum vbi supra, nec exempla præterire: unde contra exemplum de efficientia instrumentorum artificum arguit, probando serram non esse effectiuam causam instrumentalem: tum quia nec figura, nec quantitas, nec motus localis est forma actiua: tum quia sicut albedo expellit ab eodem nigredinem non effectiue, sed formaliter, ita corpus expellit corpus ab eodem loco non effectiue, sed quasi formaliter.

¶ Ad hæc facile est respondere, & monstrare inopinabilem hanc Scoti nouam phantasiam esse falsam, cum enim mouens proximum, & motum oporteat esse simul, & constet ligni partes, quæ secando mouentur localiter, non esse simul cum artifice (non enim oportet se tangi artificem & lignum quod secatur) consequens est, quòd mouens proximum partes illas, oportet quòd sit serta, quæ est corpus mouens motum. Et confirmatur auctoritate Aristotelis secundo de Anima ponentis nautam mouere nauem, & manu & remone, altera: ut instrumento coniuncto, altero ut instrumento separato. Constat autem effectiue esse huiusmodi mouere. Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd licet motus localis absolute non sit forma actiua aut actio, mouere tamen localiter est agere, ut patet. Et sic, sicut artifex mouendo serram, agit, ita serra mouendo partes ligni, agit.

¶ Ad secundam dicitur, quòd aliud est loqui de modo quo corpus expellit corpus ab eodem loco, & aliud est loqui de modo quo corpus mouens motum, expellit aliud corpus a suo loco, sicut aliud est loqui quomodo calor expellit frigus, & aliud quomodo corpus calefaciens calefactum expellit frigus. Ad propositum siquidem quæstionis huius non spectat primum, sed secundum: quoniam instrumentum artificis est mouens motum. Ex quo patet, quòd exemplum Auctoris deseruit propo-

A sito, dum sacramentem ponitur instrumentum diuinæ misericordiæ, motum a Deo ad mouendam animam in sanctitatem sui.

¶ *Super Quæstionis, sexagesimesecundę Articulum secundum.*

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam uirtutum, & donorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd gratia sacramentalis non addat aliquid super gratiam virtutum, & donorum. Per gratiã enim virtutum, & donorũ perficitur anima sufficienter, & quantum ad essentiam animæ, & quantũ ad potẽtias eius, vt patet ex his, quæ in * secunda parte dicta sunt: sed gratia ordinatur ad animæ perfectionem, ergo gratia sacramentalis, non potest aliquid addere super gratiam uirtutum & donorum.

¶ 2 Præt. Defectus animæ ex peccatis causantur: sed omnia peccata sufficiẽter excluduntur per gratiam virtutum & donorum: quia nullum est peccatum, quod non contrarietur alicui uirtuti. gratia ergo sacramentalis, cũ ordinetur ad defectus animæ tollendos, nõ potest aliquid addere sũper gratiã uirtutum & donorum.

¶ 3 Præt. Omnis additio uel subtractio informis, variat speciem, ut dicitur 8. † Metaphysico. Si ergo

IN tiulo per gratiam virtutum, & donorum intellige habitus gratiæ gratum facientis, & virtutum tam theologalium quàm moralium, & donorũ Spiritussancti.

¶ In corpore vnica est conclusio: Gratia sacramẽtalis addit super gratiam uirtutum & donorum. Et probatur conclusio hæc ex diuersitate effectuum: quia scilicet alius est effectus gratiæ sacramentalis, & alius est effectus gratiæ uirtutum & donorum. Et quia in conclusione & titulo, nõ de sola distinctione, sed de distinctione per modum addentis fit mẽtio: ideo probatio utrũque includit, scilicet distinctionẽ, & additionem. Assumens non solum effectus gratiæ uirtutum & donorum ex una parte, & effectus gratiæ sacramentalis ex altera parte: sed etiam proportionem virtutũ & donorũ ad gratiã, ac per hoc implicite proportionem gratiæ sacramentalis, seu ipsius effectus ad gratiam. Est ergo probatio ista, Gratia absolute perficit essentiam animæ, & sicut ab essentia fluunt potentiæ, ita a gratia fluunt perfectiones potentiarum, dona scilicet & virtutes, sacramenta autem ordinantur ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana præter actus potentiarum animæ. ergo sicut virtutes, & dona addunt super gratiam communiter dictam perfectionem ordinatam ad actus potentiarum, ita gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam & virtutes, & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum finem: ergo gratia sacramentalis addit super gratiam donorum, & uirtutum. Antecedens quo ad primam partem declaratur. gratia est similitudo diuini esse, seu quia anima inquantum participat quandam similitudinem diuini esse, perficitur a gratia: quantum vero ad secundam partem declaratur quo ad hoc, quòd potentiæ perficiuntur per dona, & virtutes in ordine ad actus ipsarum potentiarum. Quo ad tertiam vero partem declaratur, ex effectu baptismali, qui est spiritualis regeneratio non qualitercumque, sed ita ut homo moriatur uitiis, membrũque Christi fiat.

Inf. q. 72. ar. 7. ad secũdũ. Et 4. dist. 7. q. 2. art. 2. q. 3. Et dist. 17. q. 1. art. 4. q. 5.

P. 2. q. 110. ar. 3. & 4.

lib 8. tex. 10. tom. 3.

¶ Vbi scito, quòd effectus baptismi proprius non est gratia gratum faciens absolute: sed sic renasci secundum gratiam in membrum Christi, ac si ipse passus fuisset patiente Christo, & hoc importat remissionem omnis culpæ, & omnis pœnæ. Constat enim hoc effectum quendam esse necessarium in uita Christiana vltra bonam dispositionem actuum potentiarum animæ. Et quod dicitur de baptismo, idem intelligi uult Auctor de effectibus aliorum sacramentorum. Quod si præueniendo intelligere cupis, vide inferius articulum primum quæstionis sexagesimæquintæ: ibi enim inuenies proprium cuiusque sacramenti effectum, tam quo ad bonum datum, quam quo ad defectum expulsum. Consequentia autem, ut consona rationi relinquitur, quoniam utræque, scilicet perfectiones potentiarum & gratiæ sacramentalis, de genere spiritualium sunt, & dependentium a gratia, & necessariorum in vita

in vita Christiana, &c.

¶Circa hanc doctrinam aduerre. dupliciter. posse intelligi gratiam sacramentalem addere super gratiam donorum, & uirtutum. Primo, ut addat donum aliquod habituale. Et hic sensus licet forte multis placeat, & ab Auctore sumptus credatur, quia ponit differentiam specificam inter gratias sacramentales, & gratiam donorum, & virtutū tā hic in responsione ad vltimum quām in quæstionibus de veri. quæstio. 27. articulo quinto ad duodecim mihi tamen etiam si alibi (hoc est in libris sententiarum, aut quæstionibus disputatis) Auctor expressisset oppositum, aliter sentiendum, videtur ex hoc loco. Et est secundus sensus, vt gratia sacramentalis addat supra gratiam donorum & uirtutū, non habituale aliquod donum, sed actuale diuinum auxilium extensiuum gratiæ virtutum & donorum ad effectum proprium sacramenti. Moueor autem ad hoc, quoniam in prima secundæ Auctor diuidendo gratiam, distinxit contra habituale donum gratiæ, gratuitum diuinum auxilium: ac per hoc sub genere gratię communiter dictæ, locauit duo genera seu species gratiarum, scilicet gratiam habitualem doni, & gratiam diuini auxilij. Et propterea cum hoc in loco expresse dicat gratiam sacramentalem addere diuinum auxilium, non est ad aliud genus gratię e regione positum, scilicet donum habituale diuertendum: sed pro num l. terę sensum sectando sentiendū est, quòd gratia sacramentalis distinguitur specie a gratia uirtutum & donorum, non sicut habitus ab habitu, sed sicut gratuitum diuinum auxilium a gratuito habitu-li dono: & per hoc esse speciem gratię communiter dictæ (vt in responsione ad tertium dicitur) & diuidi in plures species iuxta speci ficam pluralitatem effectuum, ut infe-

P. 2. q. 110. art. 3. & 4.

D. 677.

rius quæstio. 72. articul. 7. ad tertium dicitur. Et confirmatur hoc ex nunc allegato loco, ubi Auctor gratiam in sacramento confirmationis collatam, ad hic dicta se referens, non dicit diuersam esse gratiam gratum facientem, & sacramentalem baptismi & confirmationis: sed dicit gratiam utrobique collatam, habere aliquid commune, & aliquid proprium. Et quo ad commune (quod est gratia gratum faciens) esse unius speciei. Si vero cōsideretur quo ad propria superadita, sic diuersarum sunt rationum collata in baptismo, & confirmatione. Ex hoc enim, quòd ad diuersum modum considerandi gratiam se resoluit, insinuat non esse ibi diuersos habitus, sed (vt diximus) esse unum habitum relatum seu extensum ex nouo diuino auxilio per sacramentum exhibito, ad diuersos secundum speciem effectus. Et confirmatur hic sensus: quia hoc sufficit ad saluandum, & dignitatem sacramentorum in causando, & gratias sacramentales, & effectus earum, nec multiplicantur tot habitus in anima.

4. dist. 2. ar. 1. et vers. 9. 27. arti. 1.

¶In responsionibus ad primum & secundum, si vis in speciali uidere differentiam utriusque effectus (scilicet per fectionis, ad quam ordinatur sacramentum, & de qua tractatur in responsione ad primum, & similiter defectus, cōtra quem ordinatur sacramentum: de quo in responsione ad secundum tractatur) lege dictum articulum primum q. 65. inferius.

Lib. 14. tex. 41. com.

¶ *Super Quæstionis sexagesimę secūdę Articulum tertiū.*

Ii. de sen. par. 19. ca.

TItulus accipiendus est, ut sonat.

¶In corpore sunt duæ conclusiones. Altera est, gratia est in sacramentis sicut in signis. Et probatur, quia sacramentum est signum gratiæ. Altera est, gratia est in sacramentis, sicut in causa non uniuoca nec æquiuoca, sed instrumentali,

Aristo.

Gratia sacramētalis addat aliquid super gratiam virtutum & donorū, sequitur quod æquiuoce dicatur gratia: & sic nihil certum nobis ostenditur, ex hoc quòd sacramēta dicuntur gratiam causare.

SED CONTRA est, quod si gratia sacramentalis non addit aliqd super gratiam donorum & uirtutum, frustra sacramenta habentibus, & dona & uirtutes conferrentur. In operibus autem Dei nihil est frustra. ergo uidetur q̄ gratia sacramentalis aliquid addat super gratiā uirtutū, & donorū.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut in secūda parte dictum est†) gratia secundum se considerata, perficit essentiam animæ, inquantum participat quandam similitudinem diuini esse. Et sicut ab essentia animæ fluunt eius potentiæ, ita à gratia fluunt quędā perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur virtutes, & dona, quibus potentiæ perficiuntur in ordine ad suos actus. Ordinantur autem sacramēta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana, sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, qua homo moritur vitijs, & fit membrum Christi, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ, & eadem ratio est in alijs sacramentis. Sicut igitur uirtutes, & dona addunt super gratiam communiter dictam, quandam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potentiarum: ita gratia sacramentalis, addit super gratiam communiter dictā, & super virtutes & dona, quoddā diuinum auxilium ad consequendum sacramenti finē. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum, & donorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia uirtutum & donorū sufficienter perficit essentiam, & potentias animę, quantum ad generalem ordinationem actuum animæ sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ per uirtutes & dona excluduntur sufficienter vitia & peccata, quantum ad prēsens & futurū, inquantum scilicet impeditut homo per uirtutes & dona a peccando: sed quantū ad præterita peccata, quę transeunt actu, & permenant reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

AD TERTIVM dicēdum, quòd ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus, unde sicut non æquiuoce dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum, ita non æquiuoce dicitur gratia communiter sumpta, & gratia sacramentalis.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramenta nouæ legis contineant gratiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramēta nouæ legis non cōtineant gratiam. contentum enim uidetur esse in continente: sed gratia non est in sacramento, neque sicut in subiecto (quia subiectum gratiæ non est corpus, sed spiritus) neque sicut in vase: quia uas est locus mobilis, vt dicitur in 4. †Physicorum: esse autem in loco, non conuenit accidenti. ergo videtur quòd sacramenta nouæ legis non contineant gratiam.

¶2 Præterea. Sacramenta ordinātur, ad hoc, quòd homines per ea gratiam consequantur: sed gratia cum sit accidens, non potest transire de subiecto in subiectum, ergo pro nihilo esset gratia in sacramentalis.

¶3 Præt. Spirituale non continetur a corporali, etiam si in eo sit: non enim anima continet a corpore, sed potius cōtinet corpus. ergo uidetur, quòd gratia, cū sit quiddam spirituale, nō contineatur in sacramento corporali.

SED CONTRA est, quòd * Hugo de sancto Victore dicit, quod sacramentum ex sanctificatione in uisibilem gratiam continet.

RESPON. Dicendum, quòd multipliciter aliquid dicitur esse in alio, inter quos duplici modo gratia est in sacramētis. Vno modo sicut in signo, nam sacramentum est signū gratię: alio modo sicut in causa: nam sicut dictum est, †sacramentum nouæ legis est

strumentali. Et probatur quo ad secundam partem, quia non est secundum similitudinem speciei, sicut homo genitus erat in homine generante. Quo ad tertiam vero, quia non est secundum aliquam formam propriam, & permanentem, proportionatam ad talem effectum: sicut res generatæ sunt in sole. Quo ad quartam demum partem: quia est secundum quàdam uirtutem fluentem, & incompletam in ipsa natura.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quartum.*

TItulus vt sonat, sumēdus est, de virtute causatiua effectiue.

Art. sequen ti.

¶ In corpore referuntur duæ viæ. Altera ponentium sacramenta non causare gratiam nisi concomitanter. Et secundum hanc respondetur quæstioni negatiue, quia sola virtus diuina assistens est quæ causat gratiam.

¶ Altera (quam sequitur Auctor) ponentium, quòd sacramētum est instrumentalis causa gratiæ. Et secundum hanc respondetur quæsito, dicendo duo. Primo, necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum. Secundo, qualis est ista virtus, & dicitur, hæc virtus proportionatur instrumento. Et probatur, Virtus hæc se habet ad alicuius rei perfectionem & virtutem absolute, sicut instrumentum se habet, ad agens principale: sed instrumentum non operatur, nisi inquantum est motum a principali agente: principale autem agens operatur per se, & propterea virtus principalis habet completum, & permanens esse in natura, virtus autem instrumentalis incompletum, & transiens. ergo virtus hæc proportionatur instrumento. Et probatur hoc ultimum, quia motus, est actus imperfectus ab agente in patiens.

Infra 3. q. 1. artic. 4. & dist. 1. quæst. 4. q. 2. ad 2. & dist. 8. q. 2. art. 1. & quæst. 2. art. 1.

¶ Aduerte hic, maximam hoc in loco difficultatem inueniri: eo quòd uno sensu intellecta communiter uidentur, tam a iocosis, quàm ab aduersarijs uerba Auctoris, cum tamen dupliciter possint intelligi. Primo, ut sit sensus, quòd in sacramentis nouæ legis est aliqua uirtus superaddita, non solum propriæ operationi sensibilis elementi, sed etiam superaddita motui, quo mouetur a principali agente, & hæc uirtus est quædam quasi tas habens esse fluens per modum motus, & est spiritualis: instrumentalis gratiæ causa. vnde gratia est in sacramento nouæ legis, non quidem secundum similitudinem speciei, sicut effectus est in causa vniuoca: neque etiam secundum aliquam formam propriam, & permanentem proportionatam ad talem effectum, sicut sunt effectus in causis non vniuocis, puta res generatę in sole, sed secundū quandam instrumentalem virtutem, quæ est fluens & incompleta in esse naturæ, vt infra dicetur. †

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia non dicitur esse in sacramento sicut in subiecto, neque sicut in vase, prout vas est locus quidam, sed prout vas dicitur instrumētum alicuius operis faciendi, secundum quòd dicit Ezech. 9. Vnusquisq; vas interfectionis habet in manu sua.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ quàmuis accidens non transeat a subiecto in subiectum, transit tamen a causa per instrumētum aliqualiter in subiectum, non ut eodem modo sit in eis, sed in vnoquoq; secundum propriam rationem.

AD TERTIVM dicendum, q̄ spirituale existens perfectę in aliquo, continet ipsum, & non continetur ab eo: sed gratia est in sacramento secundum esse fluens & incompletum. & ideo non inconuenienter sacramentum dicitur continere gratiam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in sacramentis sit aliqua uirtus gratiæ causatiua.

AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd in sacramentis non sit aliqua virtus gratiæ causatiua. Virtus enim gratiæ causatiua est virtus spiritualis: sed in corpore non est virtus spiritualis, neque ita quòd sit propria ei (quia virtus fluit ab essentia rei, & ita non potest eam transcendere) neque ita quod recipiat eam ab alio, quia quod recipitur, ab aliquo, est in eo per modum recipientis. ergo in sacramentis non potest esse aliqua virtus gratiæ causatiua.

¶ 2 Præt. Omne quod est, reducitur ad aliquod genus entis, & ad aliquem gradum boni: sed non est dare in quo genere entis sit talis virtus (vt patet discurrenti per singula) nec etiam potest reduci ad aliquem gradum bonorum: neque enim est inter minima bona, quia sacramenta sunt de necessitate salutis neque etiam inter media bona, cuiusmodi sunt potentiæ animæ, quæ sunt quædam potentiæ naturales: neque etiam inter maxima bona, quia nec est gratia nec uirtus mentis. ergo videtur quòd in sacramentis nulla sit virtus, gratiæ causatiua.

¶ 3 Præt. Si talis virtus est in sacramentis, non causatur in eis, nisi per creationem a Deo: sed inconueniens videtur, quòd tam nobilis creatura, statim esse desinat sacramento perfecto. ergo videtur, quod nulla virtus sit in sacramentis ad gratiam causandam.

¶ 4 Præt. Idem non potest esse in diuersis: sed ad sacramenta concurrunt diuersa, scilicet, uerba, & res: unius autem sacramenti, non potest esse nisi virtus vna. ergo videtur quòd in sacramentis nulla sit virtus.

SED CONTRA est, quod † Augustinus dicit super Ioan. Vnde tanta vis aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Et Beda *dicit, quòd Dominus tactu suę mundissimę carnis vim regenerativam contulit aquis.

Aug. tract. 80. in Ioan. post mediū tom. 9.

In ho. Euā. quod cantur in oct. epiph. id habetur. in homiliario totius anni inuenies.

¶ Sed quoniam hic sensus non est intentus ab Auctore, nec uerus (ut nunc conabor ostendere) ideo argumentationibus istorum omissis ad secundum uenio sensum, ut scilicet uirtus ista nihil aliud sit quàm motus, quo instrumentum a principali agente mouetur ad proprium principalis agentis effectum inducendum. Moueor autē ad hoc ex cōmunibus, & ex proprijs. Apertissime enim, Auctor in hac litera ex communibus omni instrumentali causæ procedit, dicens: sed ponendo quòd sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, quòd in sacramento, sit quędam uirtus, &c. Vbi patet quòd secundum eum simile est iudicium de sacramento, & de alijs causis instrumentalibus, quantum ad uirtutem instrumentalem, per modum transeuntis &c. Sed de causa instrumentali expressit Auctor in primo huius quęstionis articulo hæc uerba, causa uero instrumentalis nō agit, per uirtutem suę formæ, sed solum per motum quo mouetur a principali agente. Vbi dictio exclusiua manifestat, quòd ab instrumento, excludit Auctor omnem agendi rationem superadditam motui, quo mouetur a principali agente. Et hoc ipsum in speciali de sacramentis loquendo in calce responsionis, ad primum, huius articuli replicat, dicens: Et hoc modo, uis spiritualis est in sacramentis, inquantum ordinatur a Deo ad effectum spiritualem. Vbi uides uim spiritualem consistere in hoc, quòd sacramenta ordinantur a Deo ad effectum spiritualem. Et confirmatur hic sensus ex eo, quòd secundum Auctorem sacramentum baptismi uirtutem hanc inchoatiue accepit in sui institutione, scilicet quando Christus est baptizatus: tunc enim aqua sanctificata est, accipiendo inchoatiue vim regenerativam, sed confiat nihil tunc aquam accepisse, nisi habilitatem vt sit materia baptismi: factum est enim tunc, vt non oleum, non vinum &c. sed aqua idonea esset ad regenerandum. Et si his adiungas, quod vis quęlibet eiusdem rationis est in sui inchoatione, & perfectione, opinaberis quòd vis regenerativa, quæ in aqua inchoatiue posita, conuenta est

sola idoneitate in ablutione sacramentali, consumpte posita contenta est solo usu, quo Deus actualiter ablutione illa vtitur ad regenerandum. Vsus siquidem seu motus ille quo Deus mouet illam, seu vtitur actione nostra sensibili, sacramentum constituit in esse effectiuo gratiæ sacramentalis, quia est quo est mouens motum a principali agente, & est vis spiritualis: quia est quo respectu effectus spiritualis, & est ipsa gratia secundum esse incompletum, & transiens, quia est mediatio & motio quædam ad gratiam. Et multa alia possent hic dici, nisi diffuse de hac virtute instrumentali scripsissem superius in articulo secundo, quæstione decimaquarta. Et confirmantur hæc omnia, quia sic absque multiplicatione entium saluantur causalitates effectiuę instrumentorum, & dicta auctoris. Ait enim in responsione ad primum, quòd in ipsa voce sensibili est vis quædam spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquãtum procedit a conceptione mentis: nihil est enim in voce sensibili inquantum procedit a mente, præter significationem, nisi usus quo mens illa utitur significatiua voce ad excitãdã mentem auditoris. Et propterea non mouetur græcus a latino, quia significatiua uox, qua loquens vtitur, non peruenit ad intellectum græci: & hoc subdit modo Auctor, Vis spiritualis est in sacramentis. Nec te moueat, ꝙ Auctor iungit motui instrumenti virtutem seu uim, ex ipsa adiũctione insinuans differentiam inter instrumenti motum, & uirtutem, de qua est quæstio: quoniam sermo Auctoris est formalis, tam de uirtute quàm de motu: quod ut melius intelligas, distingue motum, quo potest instrumentum moueri, in motum simplicem, & motum uirtuosum. Est siquidem instrumenti simplex motus ille, ad quem ex parte mouentis sufficit potentia motiua, ex parte uero termini, naturalis effectus instrumenti: motus autem virtuosus est ille, qui ex parte mouentis ultra potentiam motiuam exigit artem seu aliquid proportionale arti: ex parte uero termini, ducit ad effectum principalis agentis, puta, artis, seu alicuius proportionaliter se habentis, sicut ars se habet ad instrumenta sua. Exemplum utriusque motus perspice in cithara, cuius fides si moueantur a non musico, sonabunt tantum: si uero moueantur a musico, efficient non solum sonum, sed sonum musicum, qui est effectus prius artis musicæ. Vbi patet, quòd simplex motus fidium citharæ, non ducit nisi ad naturalem effectum percussionis illarum: motus vero qui ab arte procedit, ad effectum artis ducit, utpote uim artis in se habens, & propterea motus virtuosus appellatur. Tria ergo cum hic considerentur (scilicet motus, & uis seu uirtus, & motus uirtuosus) ratione diuersitatis,

Art. 1. huius quæst.

RESPON. Dicendum, ꝙ illi, qui ponunt ꝙ sacramenta non causant gratiam nisi per quãdã concomitantiam, ponunt quòd in sacramento non sit aliqua virtus, quæ operetur ad sacramenti effectum, est tamen virtus diuina sacramento assistens, quæ sacramentalem effectum operatur: sed ponendo ꝙ sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, ꝙ in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendum sacramentalem effectum: & hæc quidem virtus proportionatur instrumento: vnde comparatur ad virtutem absolutam & perfectam alicuius rei, sicut comparatur instrumentum ad agens principale. Instrumentum enim (vt dictum est *) non operatur, nisi inquantum est motum a principali agente quod per se operatur. & ideo virtus principalis agentis habet permanens & completum esse in natura: virtus autem instrumentalis habet esse transiens ex uno in aliud, & incompletum: sicut & motus est actus imperfectus, ab agente in patiens.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd virtus spiritualis non potest esse in re corporea per modum virtutis permanentis & cõpletæ, sicut ratio probat. Nihil tamen prohibet in corpore esse virtutem spiritualem instrumentaliter, inquantum scilicet corpus potest moueri ab aliqua substantia spirituali, ad aliquem effectum spiritualem inducendum: sicut & in ipsa voce sensibili est quædam vis spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit a conceptione mentis. Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis, inquantum ordinantur a Deo ad effectum spiritualem.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut motus, eo quòd est actus imperfectus, non proprie est in aliquo genere, sed reducitur ad genus actus perfecti (sicut alteratio ad qualitatem) ita virtus instrumentalis non est, proprie loquendo, in aliquo genere, sed reducitur ad genus & speciem virtutis perfectæ.

AD TERTIVM dicendum, quòd sicut virtus instrumentalis acquiritur instrumento, ex hoc ipso quòd mouetur ab agẽte principali, ita & sacramentum consequitur spiritualem virtutem ex benedictione Christi, & applicatione ministri ad vsum sacramenti. vnde Augustinus dicit in quodam sermone de epiphania: Nec mirum quòd aquam, hoc est substantiam corporalem, ad purificandum animam dicimus peruenire: peruenit plane & penetrat cõscientiæ vniuersa latibula: quàmuis enim sit subtilis, & tenuis, benedictione ramẽ Christi facta subtilior, occultans vitæ causas, ad secreta mentis subtili rore pertransit.

AD QVARTVM dicẽdum, quòd sicut eadem vis principalis agentis, instrumentaliter inuenitur in omnibus instrumentis ordinatis ad effectũ, prout sunt quodam ordine unum, ita etiã eadem vis sacramentalis inuenitur in verbis & rebus, prout ex verbis & rebus perficitur vnum sacramentum.

quæ est inter motum & vim seu virtutẽ, dispares ualde conditiones assignantur utriusque, puta, quòd vis seu virtus est de genere qualitatis, reductiue tamen, quòd habet esse intentionale, ꝙ est spiritualis &c. quæ non conueniunt motui. Ratione uero coincidentiæ seu identitatis motus, & uirtutis in tertio, hoc est in motu virtuoso instrumenti, ut dictum est, quòd instrumentum agit per solum motum, quo mouetur a principali agente. Ratione autem solius formalis distinctionis inuentæ inter motum, & uirtutem, in motu virtuoso instrumenti, apponitur motui instrumẽti uis seu uirtus: & non ad denotandum ꝙ sint duæ res, sed ꝙ hæc duo coeuntia, in instrumento, inueniuntur constituentia illius motũ uirtuosum. Et hic est, quem sacramentalia signa a Deo sortiuntur, cum sacramenta conferuntur. Nam si quis aliquem abluere aqua &c. non animo faciẽdi quod facit Ecclesia, tunc sacramentalia signa, & verba mouerentur simplici motu tantum, vtpote a solo homine. & nihil aliud efficerent, nisi corporalem ablutionem. Cum uero quis hominẽ abluis seruatis seruãdis, iuxta institutionẽ Christi, mouentur tunc sacramẽtalia signa motu virtuoso, utpote, a Iesu Christo (ipse est enim qui baptizat) & corpus tangendo abluunt cor, ut Augustinus dicit. D. 693.

¶ Ex quibus omnibus habere potes diligẽs lector, unde & quomodo una seu diuersa, ut apparet, dicta de instrumentorum motu & uirtute, sane intelligere potes.

¶ In responsione ad ultimum, perspice, quàm bene definita sit uis sacramentalis, & uniuersaliter instrumentalis. Nam sicut diuersa instrumenta nihil aliud habent ab arte una, nisi suos motus uirtuosos ad effectum artis, & omnes illi motus, quia sunt motus partiales, sunt unus motus totalis, ac per hoc vna vis principalis agentis, inuenta instrumentaliter in diuersis instrumentis, ita in ministro, uerbis & elemento sunt passiui motus virtuosi partiales multi: nam & ministri operatione, puta, ablutione, & verbis & aqua vtitur Christus mouẽdo singula, ut agens principale. Et sicut ex omnibus non consurgit nisi unum numero sacramentum, ita ex omnibus partialibus motibus uirtuosis, hoc est passiue, & actiue sumptis, non constat nisi vna numero vis sacramentalis, quemadmodum omnes motus singulorum trahentium nauem, non sunt nisi unus numero tractus, vna numero totalis actio, vnam inferens passionem, vnumque effectum. Nec oportet laborare ad inueniendum, quo modo ex diuersis formis intentionalibus fit una forma simplex aut composita, vel per aggregationem, vt contra tenentes huiusmodi virtutes intentionales, arguitur.

¶ Super

¶ *Super Quæstio. 62. Artic. quintum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant uirtutem ex passione Christi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacramẽta nouæ legis non habeant uirtutem ex passione Christi. Virtus enim sacramentorum est ad gratiam causandam in anima, per quam spiritualiter uiuit: sed B ſicut † August. dicit super Ioan. uerbum prout erat in principio apud Deum, uiuificat animas, secundum autem quòd est caro factum, viuificat corpora. Cum igitur passio Christi pertineat ad verbum secundum quòd est caro factum, videtur, quòd non possit causare virtutẽ sacramentorum.

¶ 2 Præt. Virtus sacramentorum uidetur ex fide dependere, quia sicut dicit * August. super Ioan. C Verbum Dei perficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur: sed fides nostra non solum respicit passionem Christi, sed etiam alia mysteria humanitatis ipsius, & principalius etiam diuinitatem eius. ergo uidetur quòd sacramenta non habeant specialiter uirtutem a passione Christi.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinantur ad hominum iustificationẽ, secundum illud 1. ad Corinth. 6. Abluti estis, & iustificati estis: D sed iustificatio attribuitur resurrectioni, secundum illud Rom. 4. resurrexit propter iustificationem nostram. ergo uidetur, q̃ sacramenta magis habeant virtutem a resurrectione Christi, quàm ab eius passione.

SED CONTRA est, quod super illud Roman. 5. In similitudinẽ præuaricationis Adæ, * &c. dicit glo. ex latere Christi dormientis in cruce fluxerunt E sacramenta, per quæ saluata est ecclesia. Sic ergo sacramenta uidentur habere uirtutem ex passione Christi.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut dictum est *) sacramentum operatur ad gratiam causandam per modum instrumenti. Est autem duplex instrumentum: unum quidem separatum, ut baculus: aliud autem coniunctum, ut manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum. & ideo oportet quòd uirtus salutifera, a diuinitate Christi, per eius humanitatem, in ipsa sacramenta deriuetur. Gratia autem sacramentalis ad duo præcipue ordinari videtur, videlicet ad tollendos defectus præteritorum peccatorum, inquantum transeunt actu, & remanent reatu, & iterum ad perficiendam animam in his, quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem vitæ Christianæ. Manifestum est autem ex his, quæ supra dicta sunt, * quòd Christus liberauit nos a peccatis nostris, præcipue per suam passionem: non solum efficienter & meritorie, sed etiam satisfactorie. Similiter etiam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis, offerens seipsum oblationem & hostiam Deo, vt dicitur Ephe. 5. vnde manifestum est, quòd sacramenta ecclesiæ specialiter habent uirtutem ex passione Christi, cuius uirtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem d sacramentorum: in cuius signum de latere Christi pendentis in cruce, fluxerunt aqua & sanguis, quorum unum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistam, quæ sunt potissima sacramenta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum prout erat in principio apud Deũ, viuificat animas, sicut agens principale: caro tamen eius, & mysteria in ea perpetrata, operantur instrumentaliter ad animæ vitam. Ad vitam autem corporis non solũ instrumentaliter, sed etiam per quandam exemplaritatem, ut supra dictum est. *

AD SECVNDVM dicendum, quòd per fidem Christus habitat in nobis (vt dicitur Ephes. 3.) & ideo uirtus Christi copulatur nobis per fidem. Virtus autem remissiua peccatorum, speciali quodam modo pertinet ad passionem ipsius Christi: & ideo per fidem passionis eius, specialiter homines liberantur a peccatis, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. & ideo uirtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata, præcipue est ex fide passionis Christi.

AD TERTIVM dicendum, quòd iustificatio attribuitur resurrectioni ratione termini ad quem, qui est nouitas uitæ per gratiam: attribuitur tamen passioni ratione termini a quo, scilicet, quantum ad dimissionem culpæ.

ARTICVLVS VI.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum sextum.*

Vtrum sacramenta ueteris legis gratiam causarent.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd etiam sacramẽta ueteris legis, gratiam causarent: quia (sicut dictũ est *) sacramenta nouæ legis habent efficaciã ex fide passionis Christi; sed fides passionis Christi,

TITulus clarus.

¶ In corpore sunt duę conclusiones negatiuæ. Prima est: Sacramenta ueteris legis non conferebant gratiam uirtute propria. Probat auctoritate Apostoli. Altera est: Sacra-

Iohn. q. 64. ar. 2. & 4. 2. q. 1. ar. 4. q. 3. & dist. 5. q. 1. ar. 2. q. 1.

Tract. 19. 2 med. & 23. ante medii tom. 9.

Tract. 80. in euang. Ioan. post medium tom. 9.

Glossa. super illud. q. ch. habes forma loquendi.

Art. huius quæst.

Q. 56. art. 1. 1. 3. q. 103. artic. 2. & q. 107. art. 1. ad 3. & 4. dist. 1. q. 1. ar. 5. q. 1. Art. præced.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

menta veteris legis, non conferebant gratiam uirtute in eis habita a passione Christi. Probatur ex communi differentia conIũctionis alicui[a] causę ad causandum: uel per vsum exteriorũ rerum, uel per actum animę: quia prima est causæ effectiuæ, ac p hoc prioris secũdum esse: secunda autẽ est causæ finalis, ac per hoc potest esse posterioris secundũ esse. Sub hac enim differentia communi subsumitur in specialem differẽtia inter passionem Christi coniungi per sacramenta uel per fidem: ita ꝙ per sacramenta cõiunctio cõtinetur sub cõiunctione, ꝙ usum exteriorum rerum. & coniũctio per fidem continetur sub coniũctione per actũ animæ. Et sub hoc procedendo desceditur, & ꝙ passio Christi est prior secundum esse sacramentis nostris, & posterior sacramẽtis ueteris legis. Ac per hoc nostris quidem sacramẽtis passió Christi coniungi potest ut causa actiua operans per illa; priscis autem nõ potest cõiungi ut causa actiua operans per illa quod est intentũ conclusionis. Et ꝙ passio Christi ut finalis causa cõiungitur per fidẽ, tam nobis quàm antiquis: & propterea utrique saluantur per fidem passionis Christi: sed non utrique per sacramenta uirtuosa ex passione Christi. Non tamen superstitiosus erat vsus illorum sacramẽtorum: quia adhibebantur etsi nõ ut uirtuosa, tamen ut signa fidei uirtuosæ.

¶ Sta igitur lector in formali differẽtia inter coniunctionem per fidem seu actum animæ ut sic, & per sacramenta seu usum exteriorum rerum ut sic: & uidebis differentiam in litera subtiliter positam, inferre sacramenta nostra esse uirtuosa, & antiqua non. Et memẽto nouitie, ꝙ de coniunctione causali (seu causæ ut sic) est sermo, ut nõ fallaris ab importunitate digredientium ad ea, quæ sunt p.r accidens.

Inter principiũ & medium illius in homiliario totiꝰ anni eam inueniens.

Glos ordinaria ibid.

Ar. præced.

D. 982.

fuit in veteri lege, sicut & in noua: habemus enim eundem Spiritum fidei, ut habetur 2. ad Cor. 4. Sicut ergo sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ita etiã sacramẽta ueteris legis gratiam conferebant.

¶ 2 Præt. Sãctificatio non fit nisi per gratiam: sed per sacramenta ueteris legis, homines sanctificabantur: dicitur enim Leuitici. 8. Cumque sanctificasset Moyses Aaron, & filios eius in vestitu suo &c. ergo videtur quòd sacramenta ueteris legis gratiam conferebant.

¶ 3 Præt. Sicut Beda * dicit in homilia circuncisionis, Idem salutiferæ curationis auxilium, circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit: sed baptismus nunc confert gratiam. ergo circuncisio gratiam conferebat, & pari ratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorũ nouæ legis, ita & circuncisio erat ianua sacramentorum ueteris legis. Propter quod & Apostolus dicit Galat. 6. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

SED CONTRA est, quòd Galat. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa. gloss. * idest ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfecte non iustificat: sed gratia perfecte iustificat. ergo sacramẽta ueteris legis gratiam non conferebant.

RESPON. Dicendum, quòd non potest dici, quòd sacramenta ueteris legis conferrent gratiam iustificantẽ per seipsa, idest, propria uirtute, quia sic nõ fuisset necessaria passio Christi, secundum illud Galat. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est: sed nec potest dici, ꝙ ex passione Christi uirtutem haberet conferendi gratiam iustificandi: sicut enim ex prædictis patet, * virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem & d sacramenta, differenter tamen. Nam continuatio, quæ est per fidem, fit per actum animæ: continuatio autem quæ est per sacramenta, fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id, quod est posterius tempore, antequam sit mouere secundum quòd præcedit in actu animæ, sicut finis qui est posterior tempore, mouet agentem, secundum quòd est apprehensus & desideratus ab ipso. Sed illud, quod nondum est in rerum natura, non mouet secundum usum exterio rum rerum. unde, causa efficiens d non potest esse posterior in esse, ordine durationis, sicut causa finalis. Sic ergo manifestũ est, quòd a passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis conuenienter * deriuatur uirtus iustificatiua ad sacramẽta nouæ legis, non autem ad sacramenta ueteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut & nos. Sacramenta autem ueteris legis, erant quædam illius fidei protestationes, inquantum significabant passionem Christi, & effectus eius. Sic ergo patet, quòd sacramenta ueteris legis non habebant in se aliquam uirtutem, qua operarentur ad conferendam gratiam iustificantem, sed solum significabant fidem, per quam iustificabantur.

D. pa.

Alias conꝰ quenter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd antiqui patres habebant fidem de passione Christi futura, quæ secundum quòd erat in apprehẽsione animę, poterat iustificare: sed nos habemus fidem de passione Christi præcedenti, quæ potest iustificare etiã secundum realem usum sacramentalium rerum, ut dictum † est.

In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illa sanctificatio erat figuralis: per hoc enim sanctificari dicebatur, quòd applicabantur cultui diuino secundum ritum ueteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

AD TERTIVM dicendum, quòd de circuncisione multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt quòd per circuncisionem non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum: sed hoc non potest esse, quia homo non iustificatur a peccato, nisi per gratiam, secundum illud Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alij dixerunt, quòd per circuncisionem conferebatur gratia, quantum ad effectus remotiuos culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos gratiæ. Sed hoc etiam uidetur esse falsum: quia per circuncisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus d gratiæ. Et præterea, secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positiui quàm priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso: forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alij dicunt quòd circuncisio conferebat gratiam, etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum uita ęterna: non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum: quod & aliquando mihi uisum est: sed diligentius considerãti, apparet hoc etiam non esse uerum: quia minima d gratia potest resistere cuilibet concupiscentię & mereri uitam ęternam. & ideo melius dicẽdum uidetur, quòd circuncisio, sicut & alia sacramenta ueteris legis, erat solum signum fidei iustificantis. unde Apostolus dicit Roman. 4. quòd Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitię fidei. & ideo in circuncisione d conferebatur gratia, inquantum erat signum d passionis Christi futurę, ut infra * patebit.

D. 342.

D. 824.

D. 804. D. 343.

Quæstio. 2. a. 6.

¶ Super

¶ *Super Quæstio. 63. Artic. primum.*

Titulus ut sonat de sacramento indefinite, non vniuersaliter, aut particulariter explicite. Quæretur enim explicitè de particulari in art. 6.

¶ In corpore una cõclusio: Fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur. Quicumque ad aliquod certum deputatur, consueuit consignari: sed homines per sacramenta deputantur ad spirituale aliquod spectans ad Dei cultum. ergo fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur minor exemplo militũ. Minor uero, quia sacramenta ad duo ordinantur, hoc est ad remedium contra peccatum & ad perficiẽdum hominem in his quæ ad cultum diuinum sunt. Et confirmatur tota ratio cũ conclusione, auctoritate Aug. vnde Auctor sumpsit.

¶ Aduerte hic quòd Auctor persuasibilẽ hanc ueritatem ecclesiasticam reddere studuit, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos a Deo ad cultum christianæ religionis (quæ vtique est milita illius, qui est dominus fortis, & potens in prælio ad debellandas aereas potestates vincendumque mundum) sectatus Augustini vestigia. Rationabile siquidem est, ut homines qui a principibus mundi huius, consueuerunt ad corporalia corporali nota insigniri, cum a Deo ad perennem spiritualem cultum secundum animam deputantur, spirituali signo signentur in anima: sic enim diuinam prouidentiam disponere homines suauiter inuenitur, ut scilicet proportionaliter insigniantur secundum animam a Deo: sicut secundum corpus consueuerunt, a principe humano.

QVAESTIO LXIII.

De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

ET CIRCA hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

¶ Secundò, Quid sit ille character.

¶ Tertiò, Cuius sit character.

¶ Quartò, In quo sit sicut in subiecto.

¶ Quintò, Vtrum indelebiliter.

¶ Sextò, Vtrum omnia sacramẽta imprimant characterem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd sacramentum non imprimat aliquem characterem in anima. Character enim significare uidetur quoddam signum distinctiuum: sed distinctio membrorum Christi ab alijs, fit per æternam prædestinationem, quæ non ponit aliqd in p̃destinato, sed solum in Deo prædestinante, ut in prima parte habitũ est. Dicitur enim 2. Tim. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus qui sunt eius. ergo sacramenta non imprimũt characterem in anima.

¶ 2 Præt. Character signum est distinctiuum. Signum autem (vt August. dicit in 2. * de doctri. christ.) est quod præter speciẽ, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire. Nihil autem est in anima, quod aliquam speciem sensibus ingerat. ergo videtur quòd in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

¶ 3 Præt. Sicut per sacramẽta noua legis distinguitur fidelis ab infideli, ita etiam per sacramenta ueteris legis: sed sacramenta ueteris legis non imprimebant aliquem characterem in anima, unde & dicuntur iustitiæ carnis, secundum Apost. ad Hebr. 9. ergo videtur quòd neque sacramenta nouæ legis.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit 2. ad Corint. 1. Qui vnxit nos Deus est, & q̃ signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. sed nihil aliud importat character q̃ quandam signationem. ergo videtur quòd Deus per sacramenta nobis suũ characterem imprimat.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex prędictis * patet, sacra nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remediũ cõtra peccata, & ad perficiendum animã in his, quæ pertinent ad cultum Dei fm ritum Christianæ vitæ. Qui cumq; autem ad aliquid certum deputatur, consueuit ad illud consignari, sicut milites qui ascribebantur ad militiam antiquitus, solebant quibusdã characteribus corporalibus insigniri: eo q̃ deputabantur ad aliquid corporale. & ideo cũ homines per sacramenta deputentur ad aliquid spirituale pertinens ad cultum Dei, consequens est q̃ per ea fideles aliquo spirituali charactere insigniant. unde Aug. † dicit in 2. contra Parmenianũ. Si militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris cõfugerit ac prece fusa, & venia impetrata militare iam cęperit, nunquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? an forte minus hærent sacramenta christiana, quã corporalis hæc nota?

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ fideles Christi ad præmiũ quidem futuræ glorię deputant signaculo p̃destinationis diuinę: sed ad actus conueniẽtes p̃senti ecclesiæ deputantur quodã spirituali signaculo eis insignito, q̃ character nuncupatur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ character aĩæ impressus, habet rõnem signi inquantum per sensibile sacrm imprimitur: p̃ hoc enim scitur aliqs esse baptismali charactere insignitus, quòd est ablutus aqua sensibili. Nihilominus tamen character vel signaculum dici potest per quandam similitudinẽ, omne quod configurat alicui, vel distinguit ab alio, etiã si non sit sensibile: sicut Christus dicitur figura vel character paternæ substantiæ, secundum Apost. Hebr. 1.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut sup. dictũ est,* sacramẽta veteris legis nõ habebant in se spũalem virtutẽ, ad aliquẽ spũalem effectũ operantẽ. & ideo in illis sacramẽtis nõ requirebat aliquis spiritualis character: sed sufficiebat ibi corporalis circuncisio, quam Apostolus signaculum nominat Rom. 4.

¶ In reſponſione ad ſecundum vide noui tie, quòd iuxta primã ibidem re ponſionẽ, character non ſecundũ ſe, ſed ſecũdũ ſuã causam (hoc eſt non ſolitarie ſumptus ſed vt ex ſua cauſa ſenſibili, quæ eſt ſacramẽtum) habet rationem ſigni. Et quia hæc reſponſio multis nõ facit ſatis, appoſita eſt ab Auctore altera reſponſio de ipſo charactere in ſeipſo, ita quòd prima de charactere cauſaliter, ſecunda de eodem formaliter eſt. q. 62. ar. 5.

¶ *Super Quæstionis ſexageſimætertię, Articulum ſecundum.*

Titulus de quidditate characteris manifeſte quęrit, in quo ſcilicet genere ſit, an poteſtatis, an relationis &c. Lib. 2. ca. 13. parum a medio, to. 7.

¶ In corpore ſũt tres concluſiones. Prima eſt; Character ſacramentalis, eſt ſpiritualis poteſtas ad ea quę ſunt diuini cultus. Probatur. Character imprimitur a ſacramentis, inquantũ per illa homo deputatur ad ea, quæ ſunt chriſtiani cultus, conſimilẽtis in recipiendo aliqua, vel tradendo aliis. ergo character ſacramentalis eſt quædam ſpiritualis poteſtas ad ea quæ ſunt diuini cultus. Antecedens quo ad primam partem probatur auctoritate Dion. in illis verbis, perficiens eum diuinum. & communicatorem diuinorum. Cõſequentia vero probatur, quia ad vtrumque horum, requiritur potẽtia aliqua, ad recipiendum quidẽ paſſiua, ad tradendum, vero actiua.

¶ Circa

ARTICVLVS II.

Vtrum character sit spiritualis potestas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd character non sit spiritualis po- 4. di. 4. q. 1. ar. 1.

¶ Circa deductionem conclusionis huius dubium occurrit: nam inualida apparet consequentia, Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo & tradendo. ergo est potentia: tum quia similis consequentia nihil valet, Character militaris est deputatiuus hominis ad militiam, consistentem in percutiendo. & ad percutiendum requiritur potentia percussiua. ergo character militaris est potentia ad percutiendum. Et si instetur, quòd non est simile, quia potentia percussiua præsupponitur, vtpote naturalis, potentia autem ad cultum non est naturalis, sed superaddita, hæc inquam instantia nihil obstat argumento, quia ad militarem percussionẽ vltra naturalem virium potentiam requiritur potentia militaris: sicut ad sanandum requiritur in medico potentia medicatiua: stat ergo obiectio.

Capitu. 2. eccle. hierar. part. 3. parū ante mediū.

¶ Et eleuatur instantia ad. vniuersalem rationem, unde scilicet licet a communissimis inferre determinate speciale, hoc est a deputatione ad cultum Christianæ religionis, ad potentiam respectu eiusdem cultus descendere. Deputatio siquidem ad cultum multipliciter fieri potest, scilicet signo, professione, officio, scientia, uoluntate, potentia, ut patet inductiue in militia, & alijs cultibus & artibus. Vnde inferre, characterem esse potentiam, quia est deputatiuus hominis ad cultum christianæ religionis, fallacia consequentis videtur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc solo, quòd character est deputatiuus ad cultum &c. sed ex hoc, quòd character sacramentalis est spiritualis perfectio animæ ad cultum diuinum, secundum ritum Christianum: ita quòd non ex quacumque deputatione, sed ex tali deputatiuo, scilicet, ut perfectiuo animæ ad talem cultum impresso à Deo procedit litera, ut ipsamet litera de se ipsa testimonium perhibet, auctoritatem afferẽs Dionysij hoc testantem: ex huiusmodi autem assumpto concludi licuit intentum, si perspicaciter intuiti fuerimus cultum christianæ religionis formaliter, ut Auctor contemplatus est. Ex hoc enim quòd character est perfectiuus animæ ad cultum christianæ religionis, & cultus christianæ religionis formaliter consistit in recipere vel dare, formaliter sequitur, ergo character perficit animam ad recipiendum vel dandum. Sed constat liquido, ꝙ proprium & per se primo perfectiuum ad recipere seu dare, est posse recipere aut dare, ergo character est spiritualis potentia, qua homo secũdum animam potest recipere vel tradere ea, quę sunt christianæ religioni propria. Et confirmatur hæc ratio, quia potentia sola est, qua subtracta actus nullus redditur apud Deũ, & similiter qua posita, actus efficax est, quantumcumque ab homine prohibitus. Nam subtracta charitate, aut scientia, aut fide, si potentia remanet, actus non est nullus, sed econtra sola potentia deficiente, alia non sunt efficacia. Sic aũt cõstat esse in proposito, ꝙ subtracto charactere, vane omnia recipiuntur: & similiter subtracto charactere ordinis uane omnia traduntur, quæ propria ordinis sunt. est ergo character in genere potentiæ.

¶ Ad instantiam autem de militari charactere, patet responsio, quia non spectat ad animam.

¶ Ad obiectionem autem vniuersalem patet etiam responsio, quòd falsum assumit, scilicet literam ex sola deputatione procedere, cum procedat ex tali deputatione, scilicet ut perfectiuo hominis spiritualiter secundum animam ad cultum spiritualem, testas. Character enim idem videtur esse, quòd figura: vnde Hebre. primo, vbi dicitur, Figura substantiæ eius, in Græco habetur loco figuræ, character: sed figura est, in quarta specie qualitatis, & ita differt a potestate, quæ est in secunda specie qualitatis. character ergo non est spiritualis potestas.

¶ 2 Præt. Dionys.* dicit 2. cap. Eccles. hierar. quòd diuina beatitudo accedentem ad beatitudinem in sui participationem recipit, & proprio suo lumine, quasi quodam signo, ipsi tradit suam participationem. & sic videtur quòd character sit quoddam lumen: sed lumen ad tertiam speciem qualitatis videtur pertinere. non ergo character est potestas, quæ videtur, ad secundam speciem qualitatis pertinere.

¶ 3 Præt. A quibusdam character sic definitur. Character est signum sanctæ communionis fidei, & sanctæ ordinationis, datum ab hierarcha. Signum autem est in genere relationis, nõ autem in genere potestatis. non ergo character est spiritualis potestas.

¶ 4 Præt. Potestas habet rationẽ causæ & principij, ut patet 5. Metaphy.† sed signum, quod ponitur in definitione characteris, magis pertinet ad rationem effectus. character ergo non est spiritualis potestas.

SED CONTRA est, quod* Philosophus dicit in 2. Ethico. Tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed character non est passio, quia passio cito transit, character autem indelebilis est, ut infra dicetur.* Similiter etiam non est habitus: quia nullus habitus est, qui se possit ad bene, & male habere. character autem ad vtrumque se habet: vtuntur enim eo, quidam bene: alij uero male, quod in habitibus non contingit. nam habitu uirtutis, nullus utitur male: & habitu malitiæ nullus bene. ergo relinquitur, quòd character sit potentia.

¶ Secunda conclusio est: Hæc spiritualis potentia. est instrumentalis. Declaratur a simili, sicut virtus quæ est in sacramentis. Et probatur ex subiecto, quia est potentia ministri: ergo instrumenti. Antecedens probatur, quia character conuenit ministris Christi, ut sic. Consequentia probatur, quia minister vt sic, habet rationem instrumenti. Lib. 5. metaph. text. 17. com. 3.

¶ Tertia conclusio est. Character non est per se in genere: sed reductiue in secunda specie qualitatis. Prima pars probatur a simili: scilicet ex uirtute in sacramentis, adiuncta ratione communi, quia est quiddã fluẽs & incompletum. Secunda uero pars relinquitur, ut euidens. Lib. 2. ethic. c. 5. in prin. com. 5. Art. 5. huius quæst.

¶ Occurrunt autem hic multa dubia. Primum est de genere generalissimo, sub quo ponitur character, quod circa tertiam conclusionem uersatur. Secundum de specie, & spectat ad eandem conclusionem. Tertium est, circa responsionem ad tertium, quantum ualeat ratio literæ, Si relatio characteris fundaretur immediate super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum est, quantum ualeat ratio literæ, probans quòd character non est habitus, quia omnis habitus est bonus, uel malus, ut habes in litera argumento ad oppositum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium, simul cum primo, & secundum simul cum quarto.

¶ Circa primum dubium in quo genere sit character sacramentalis, scito primo, quòd Durandus in 4. sent. distin. 4. q. 1. putauit characterem esse relationem rationis. per quam aliquis ex institutione diuina deputatur ad sacras operationes: sicut nummus sortitur rationem pretij. Et eius ratio est, quia ea, quæ sunt fidei, clarificanda sunt, & non obscuriora reddenda. per characterem autem si ponitur relatio rationis, omnia clara sunt: si uero ponitur res realis, obscuriora introducuntur.

¶ Sed positio hæc seipsam leuem monstrat, dum ex communibus tantum, & extraneis procedit. Eiusque falsitas patet ex auctoritate ecclesiæ, extra de baptismo & eius effectu, in cap. maiores. in fine. Vbi dicitur quòd sacramentalis operatio, imprimit characterem: certum est enim, quòd relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex concilio florentino, sub Eugenio quarto, ubi dicitur, Tria sacramenta characterem, ideſt, spirituale quoddam signum a ceteris distinctiuum, imprimunt in anima indelebile, unde in eandem personam non reiterantur. Hæc ibi.

¶ Scito secundo, quòd Scotus in 4. distinctio. 6. quæstio. 10. ad utramque partem disputat, concludens utrumque posse probabiliter sustineri, & quòd character sacramentalis sit res absoluta in genere qualitatis, & quòd sit relatio extrinsecus adueniens. Et hanc ultimam opinionem ipse tenet: minus tamen probabilis monstratur ista uia, discutiendo tertium dubium. Vbi scito consequentiam factam in litera destrui ex Scotica opinione, distinguente de relatione, uel intrinsece adueniente uel extrinsece. Et uocat relationem intrinsecus adueniẽtem illam, quæ consequitur fundamentum posito termino: illam autem quæ positis fundamento & termino non necessario ponitur, uocat relationem extrinsecus adueniẽtem. Exemplum primi, ut duplum, simile, æquale. Exemplum secundi, ut relatio agentis ad patiens,

viens relatio locati ad locum, & huiusmodi. Ad primũ genus dicit non esse motum, sed ad fm. ac per hoc posse a Deo de nouo imprimi in animam relationem characteris absque aliquo absoluto nouo fundante illam. Et propterea non sequitur, si relatio characteris poneretur immediate in anima, conueniret naturaliter omni animæ.

¶ Tu autem patienter sustineto pertranseũtem me de respectibus his in communi, quia theologiam prætendam tracto, nõ metaphysicam. Nec videtur digrediendum hoc in loco, quia de respectib' istis extrinsecis, qui forte non sunt intelligibiles, quoniam omnis respectus formaliter sumptus hoc ipsum quod est, est ad aliud se habere. & si est ad aliud se habere, est in genere ad aliquid, quod est quartũ prædicamentum. Et rursus, si est ad aliud se habere, necesse est ut consequatur fundamentum ex sola noua positione alterius: alioquin non esset ad aliud, & propterea si est ad aliud se habere, ad illud non est motus, ut ex hac ratione probatur 5. Physicorum, ab Arist. Et super hoc, scilicet super ipsa relatione formaliter, inquantum relatio est, fundauit auctor hic rationem suam, relatio enim formaliter sumpta, qua hoc ipsum quod est, est ad aliud: si realis est nascitur cum fundamẽto non simpliciter in actu, sed sic quòd ex sola appositione termini sit actus: similitudo enim nascitur cum albo sic, quòd posito coalbo, statim similitudo in primo albo consurgit, & sic de alijs. Ac per hoc si relatio characteris immediate fundaretur in anima, nasceretur simul cum anima, sic quòd posito illius termino, statim in anima consurgeret relatio characteris, & si sic connasceretur cum anima, clare patet quòd naturaliter conueniret omni animæ. Quocirca aut character non est in genere ad aliquid nisi æquiuoce, & tunc si est respectus, quæratur illius genus, nec erit facile fingere aliud genus cum ponatur res spiritualis, & non sit formaliter passio; aut si est in genere ad aliquid, definitio posita ab Aristo. non est communis suo generi & exclusio motus ab ad aliquid cum illius ratione, 5. Physi. non est uniuersalis de ipso genere ad aliquid, sed particularis, hoc est de aliqua specie relationis, scilicet intrinsecæ: quoniam Aristo. probando ad relationem non esse motum, attulit relationem, quæ secundum Scotum uocatur extrinsecus aduenies, scilicet dextri & sinistri. Nam rẽlatio dextri inter me & columnam non sequitur fundamentum posito termino, loquendo ut Sco. loquitur. Nam posito animali habente dextrum, & posita columna, non sequitur relatio dextri inter ipsa: potest enim columna poni neutra. Et accidit huiusmodi phantasia, quia non consideratur fundamentum ut fundamentum, & terminus ut terminus, sed remote. Verbi gratia, relatio agentis ad patiens, non habet pro extremis ignem & aquam, sed ignem calefacientem, & aquam patientem: calefaciente, & sic de alijs. Vnde non remote, sed propinque sumendo fundamentum & terminum (hoc est secundum eas dispositiones, secundum quas hoc fundat, & illud terminat) nulla est relatio realis, quæ non consurgat in fundamento, posito termino. Sed hæc pertranseundo sunt dicta pro claritate literæ, quæ de relatione loquitur formaliter, sicut & Philoso. 5. Physico.

¶ Circa secundum dubium, scito Scotum in 4. distin. 6. q. 10. dicentem a quòd character est essentialiter respectus, sustinet ipsum habere rationem potentiæ, & actiuæ & passiuæ, pro quanto Deus ordinauit assistendo agere habenti talem respectum, puta sacerdoti, & similiter imprimere in patiens habens talem respectum, puta, characterem baptismi, ita quòd respectus reddit baptizatum capacem passionis a Deo sic statuente, & similiter operationem sacerdotis efficacem. Et concurrunt hi respectus tamquam dispositiones in ordine ad agens uoluntariũ. Tenẽdo autem quòd character est forma absoluta, sustinet & quòd potest poni in prima specie qualitatis, & quòd potest poni in secunda, respõderique ad rationem literæ, quæ in quarto dubio proposita est. primo, quòd non oportet omnem habitum esse bonum uel malum, sed potest aliquis habitus esse indifferens. Quod probat dupliciter, tũ quia ex actibus indifferentibus frequentatis causatur habitus indifferens, tum quia frequentans consideratione alicuius conclusionis geometricæ, habet habitum indifferẽtem. Secũdo, quia character potest poni habitus supernaturalis bon' remote, ita quod nõ proxime seu sufficiẽter potest esse principium actus boni. sed remote, sicut fides, spes, charitas infusa non est sufficiẽs principium boni actus, sed inclinat ad bonũ actum cõcurrentibus alijs requisitis: multo autem remotius character potest disponere ad bonum actum.

¶ Ad horum clariorem notitiam aduertendum est, quòd nisi formaliter consideremus, locemusque res in suis generibus, uagari multipliciter contingeret. Quocirca cũ character sacramentalis sit formaliter potentia (est.n. baptismalis character, quo per se primo homo potest recipere sacramenta reliqua, ut pater, & similiter character ordinis, quo primo minister ecclesiæ, puta, sacerdos, potest conficere Eucharistiam &c.) & sit supernaturale accidens impressum animæ, consequens est, ut sub illo genere accidentium formaliter locetur, quod potentias actiuas, vel passiuas continet, quod constat solum qualitatis genus esse, & unã illius speciem, secundam. t. Nec obstat q̃ non sit naturalis potentia, quoniam sicut sub habitus specie continentur non solum naturales, sed supernaturales habitus, ita sub potentiæ accidentalis specie continentur non solum naturales, sed supernaturales potentiæ, & in hoc debet quiescere intellectus bene dispositus.

¶ Ad distractionem autem Scoticam, trahentem relationem ad rationem potentiæ, patet responsio ex hoc ipso quòd distractio abusiua rerum ac rationum formalium est.

¶ Ad id uero qđ primo dicit de habitu indifferẽter, dicendũ est q̃ nullus est actus humanus singularis indifferens moraliter, qa fit uel qñ, ubi, sicut propter &c. debet. & sic est bonus moraliter: uel non qñ, aut ubi, aut, sicut, aut propter, aut &c. debet. & sic est malus moraliter. Nec est inter ista duo medium in actu exercito, quia distinguuntur penes affirmationem, & negationem, ac per hoc nullus potest esse habitus indifferens ex hoc capite.

¶ Ad id uero quod de consideratione frequenti cõclusionis geometricæ subditur, dr̃ q̃ si consideratio est scientifica, generatur habitus bonus. s. scientiæ, quæ est uirtus, ac per hoc boni tantum, puta ueri: si uero consideratio est non scientifica, generabitur habitus opinatiuus, qui etiam non est indifferens, sed declinat ad bonum uel malum, prout declinat ad uerum uel falsum.

Et quia character est forma supernaturalis, a Deo pro munere impressa: ac per hoc si esset habitus, non posset poni indifferens, ideo Scotus ad ultimam responsionem confugit, quæ falsum in primis affert, dum charitatem, fidem, ac spem infusam a sufficientibus proximisque principijs elicitiuis bonorum actuum aufert. F

Est enim infusa charitas & sufficientissimum, & proximum elicitiuum principiū dilectionis Dei super omnia: sed quòd iste puer baptizatus nō actu diligat, prouenit ex conditione ipsius habentis charitatem, quia scilicet habet organa impedientia &c. & nō ex insufficientia aut elongatione habitus. Et simile est de dormiēte, aut ebrio: non.n. ex parte habitus infusi, aut acquisiti prouenit, quòd dormiēs aut ebrius non considerat geometricas demonstrationes, aut nō credit seu sperat, sed ex impedimento habentis habitum.

In corp. ar. & ar. prec.

4. dist. 4. q. 1. ar. 2. & art. 3. q. 5.

¶ Male deinde locat characterem in specie, dum ex his, ad quę remote se habet, locat ipsum. Debet siquidem iudicari res secundum ea, quæ sibi proxime conueniunt, & non secundum remota, ac per hoc, non debet character poni sub specie habitus boni, qualde remote disponit ad actum bonum. Sed hæc accidūt Scoto, quia difficile est operire falsum. Quo circa uidero omnia consonare uero, & absque difficultate ulla characterem poni, non habitum, sed potentiam, quæ ex propria ratione indifferens est ad bonum & malum (character.n. est potentia, qua potest quis dare uel recipere, & nō est, quo potest bene uel male dare uel recipere) ut sic perspicias diuinā sapientiam disponentem omnia suauiter, donando nobis supernaturales potentias, dare eas suauiter. hoc est, seruata cō ditione potētiarum, ut scilicet sint quibus possimus, & nō quibus bene uel male possimus.

Lib. 18. c. 18. in prin. tomo 3.

¶ Argumenta Petri Aureoli apud Capreolum in 4. dist. 4. contra hoc quòd character sit potentia, quia ad specialia deicendunt de potestate effectiua transubstantiationis in eucharistia &c. omittenda censui, quoniam suo loco quælibet seruanda est quæstio.

aliquid poni in anima, super qđ fundetur talis relatio, & hoc est essentia characteris. unde non oportebit qđ sit in genere relationis, sicut quidam posuerunt.

Ad qvartvm dicendum, qđ character habet rationem signi per comparationem ad sacramentum sensibile, a quo imprimitur. sed secundum se consideratus, habet rationem principij, per modum iam dictum. * G

Articvlvs III.

Vtrum character sacramentalis sit character Christi.

Ad tertivm sic procedi tur. Videtur, quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dicitur enim Ephe. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis: sed consignatio importatur in ratione characteris. ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spirituisācto quàm Christo. H

¶ 2 Præt. Character habet rationem signi: est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur: gratia autem infunditur animæ a tota Trinitate. unde dicitur in Psal. 83 Gratiam & gloriam dabit Dominus. ergo uidetur quòd character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo. I

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis characterem accipit, ut eo a ceteris distinguatur: sed distinctio sanctorum ab alijs fit per charitatem, quę sola distinguit inter filios regni. & filios ꝑditionis, ut Aug. * dicit 15. de Trin. vnde & ipsi perditionis filij characterem bestiæ habere dicuntur, ut patet Apoc. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis Spiritui sancto, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui datus est nobis. vel etiam patri, secundum illud 2. ad Cor. vlt. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. ergo uidetur quòd character sacramentalis non sit attribuendus Christo. K

Sed contra est, quod quidā sic definiunt characterem. Character est distinctio a characterе æterno impressa animæ rationali, secundum imaginem consignans trinitatem creatam Trinitati creanti & recreanti, & distinguens a non configuratis secundum statum fidei: sed character æternus est ipse Christus, secundum illud Heb. 1. Qui cū sit splēdor gloriæ & figura, vel character substantiæ eius. ergo uidetur, quòd character sit pròprie attribuendus Christo.

¶ *Super Quæstionis sexagesimatertiæ Articulum tertium.*

Titulus de Christo loquitur, ut est uerbum incarnatum, ut distinguitur a patre & Spiritusancto, ac ipsa Trinitate. Denotat autē obliquus casus, auctoritatem in ipso Christo: ita qđ sensus est, an character sacramentalis sit character, Christo ut principi configurans, seu consignans characterem ipsum suscipientes. sicut character Romanus consignat milites Cęsari, & Gallicus regi Francorum &c.

¶ In corpore, tria fiūt. Primo, distinguitur character fidelium in duo genera: secundo, respōdetur quęsito: tertio, ponitur vnum corollarium. Art. 1. huius quæst.

¶ Quo ad primum distinguitur character fidelium in characterem ad cælestem beatitudinem, & characterem ad militantis Ecclesiæ cultum. Ille est charitas seu gratia: hic est sacramentalis, de quo est sermo. Cōmunio istorum ex communi ratione characteris declaratur. Diuersitas autem ex diuersitate finiū ac actuum manifestatur in litera. Prælibauit autem auctor distinctionem hanc, ut clara fieret doctrina sacræ scripturæ, quæ in argumentis discutitur, & ne nouitium ambiguum relinqueret, aut suspensum.

¶ Quo ad secundum, conclusio responsiua quæsito est, Character sacramentalis, est character Christi. Probatur. Character sacramētalis est ad recipiendū & dādum ea, quæ sunt cultus Christiani. ergo est specialiter character Christi. Probatur cōsequentia, quia totus ritus Christianæ religionis deriuatur a Christi sacerdotio, cui configurantur fideles.

¶ Nota hic, quàm formalis sit doctrina Auctoris, dum de cultu Christianæ religionis tractans, in Christum caput, non secūdum quācumque illius conditionem, sed secundum sacerdotium reducit characterem Christiani cultus: sacerdotis enim est principatus cuiusque religionis tam ueræ quàm fallæ.

¶ Quo ad tertium, corollarium est: Characteres sacramentales sunt participationes quædā sacerdotij Christi: ex eo enim quòd character

character sacramentalis est Christi sacerdotis character, consequens est, vt sit quædam diminuta imitatio ordinata ad actus spectantes ad Christi sacerdotium: quod est esse participationem sacerdotij Christi. Baptismali siquidem characture a Christi sacerdotio habet homo formaliter & esse mẽbrũ Christianæ religionis, & esse capacẽ reliquorum sacramentorum a Christi sacerdotio derivatorũ. Et simile proportionaliter est de aliorũ sacramentorum characteribus.

¶ *Super Quæstionis sexagesimatertia Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio. Character est subiectiue in potentia animæ. Probatur: Character est signaculũ, quo anima insignit ad recipiendum uel tradẽdũ ea, q̃ sunt cultus Christiani. ergo ordinat ad actus. ergo est i potẽtia animæ. Prima consequentia (q̃ non nisi implicite in litera habetur) probatur ex eo, q̃ cuius diuinus i actibus consistit. Secũda autem: quia potentia animæ ordinatur ad operari, sicut essentia ad esse.

¶ In responsione ad primum aduerte distinctionem in litera posita, de eo ad qđ disponit character. s. vel propinque vel remote, & quòd proxime disponit ad actũ Christianæ religionis: remote autem disponit ad gratiã. Et hoc probatur in litera: quia ad hoc disponit ex cõsequẽti. Et tu potes addere, qđ disponere ad gratiã est cõis conditio fidei & multis aliis: multa enim alia disponunt ad gratiam (vt patet) & non est de numero propriorum sibi.

¶ Ethæc si retinueris, videbis vanũ esse laborẽ Scoti in ulti. q. dist. 6. 4. sen. procedentis ex eo, quòd dispositio ad formã, numquam est in posteriori naturaliter susceptiuo: hoc enim falsum esse constat de dispositione, non proxime sed remote. Potest enim res quæ non nisi remote, & ex consequenti est dispositio ad gratiam (quæ in essentia animæ ponenda est) ponit in quamcunque potentia animæ: immo etiam in membris exterioribus huiusmodi enim dispositiones (vt in litera dicitur) non uendicant sibi subiectum ex eo, ad quod remote disponunt, sed ex eo ad quod proxime disponunt.

¶ Caue hic, ne dicta de charactere intelligas dicta de sacramẽtis characterẽ imprimentibus, & incidas in foueam, putans quòd sacramenta huiusmodi conferant gratiam ex consequenti, sintque principaliter causæ characterum, & ex consequenti gratiæ: quia character, vt in litera dicitur, non proxime, sed ex consequenti dispositio est ad gratiam. Recolito superius habitæ doctrinæ, quòd scilicet gratia est principalis sacramẽtorum effectus. & character est effectus secundarius, & perspice non licere attribuere sacramento conditionem characteris, cũ hoc enim quòd character est remote, & ex consequẽti dispositio ad gratiam, fiat quòd gratia sit principalis effectus sacramenti: tunc.n gratia non esset principalis effectus sacramenti, si solum daretur per sacramentum, ut sequela ad characterẽ: quæ phantasia procul sit a te: baptismũque e est principaliter lauacrum regenerationis in filios Dei, in mẽbra Christi: & secundario impressiuus characteris, & confert gratiã ex primo principaliter, & præter hoc habet vnde cõferat gratiam ex consequẽti, scilicet propter characterem, ita q̃ character naturali ordine est effectus grã, per quam aliquis fit Christianus formatus, prius.n. natura ẽ esse, quod spectat ad gratiam, quàm posse, quod est characteris: & cum hoc est dispositio ex consequẽti ad gratiam, pro quanto ad posse donatũ a Deo, comitatur antecedenter, vel consequenter largitio bene posse.

¶ Et bene nota, quòd character non ponitur dispositio ad gratiam absolute, sed character secundum rationem suæ causæ, scilicet diuinæ largitatis, ponitur dispositio ad gratiam: Diuinæ siquidem largitatis ratio habet, vt cui dat posse, det bene posse: hac enim ratione character ponitur dispositio ad gratiam, vt paret in hac litera. Et cũ hæc seruaueris, Durandi obiectiones in 4 dis. 4. q. 1. spernes.

¶ In responsione ad tertiũ, dubiũ ex Sco. occurrit in prædicta vltima quæstione, ponente characterem in voluntate, tum, quia est dispositio ad gratiam, quæ est in voluntate, quia gratia est idem quod charitas, tum quia si character est signum vel fundamentum obligationis animæ ad Deum, rationabile est, quod ponatur in illa potentia, cuius primo est obligare, vel esse rationem obligandi, talis autem est voluntas, quia præcise per actum eius aliquis se obligat principaliter, cæliqua enim concurrentia ad obligationem, non sunt nisi quædam præambuta aut signa.

¶ Ad

Ad secvndvm dicendũ, q̃ character sacramẽtalis est res respectu sacramẽti exterioris, & est sacramentũ respectu vltimi effect⁹. & ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo, secundũ rationem sacramenti, & hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramẽto confertur. Alio modo, f̃m propriam rationẽ characteris: & hoc modo est signum configuratiuũ alicui principali, apud quem residet auctoritas eius, ad qđ aliquis deputatur: sicut milites qui deputãtur ad pugnam, insigniũtur signo ducis, quo quodammodo ei cõfigurãtur. Et hoc modo illi, qui deputãtur ad cultum Christianum, cuius auctor est Christus, characterem accipiunt, quo Christo configurantur: unde proprie est character Christi.

Ad tertivm dicẽdum, quòd charactere distinguitur aliqs ab alio per comparationem ad aliquem finem in quem ordinatur, qui characterem accipit: sicut dictum est * de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles regis a mi ite hostis. Et similiter character fideliũ, est quo distinguuntur fideles Christi a seruis diaboli, uel in ordine ad vitam æternam, vel in ordine ad cultũ præsentis Ecclesiæ: quorum primum fit per charitatem, & gratiam vt obiectio procedit, secundum autem fit per charactẽrem sacramentalem: vnde & character bestiæ intelligi potest p̃ oppositũ, vel obstinata malitia, qua altqui deputantur ad pœnam æternã, vel professio illiciti cult⁹.

Articvlvs IIII.

Vtrum character sit in potentijs animæ sicut in subiecto.

Ad qvartvm sic procedit. Videtur quòd character nõ sit in potentijs animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiã: sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, vt in secunda parte dictum est. * ergo videtur quòd character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

¶ 2 Præt. Potentia animæ non uidetur esse subiectum alicuius, nisi habitus vel dispositionis: sed character (vt dictum est *) non est habitus vel dispositio, sed magis potẽtia, cuius subiectum nõ est nisi essentia animæ. ergo uidetur q̃ character nõ sit, sicut in subiecto in potentia animæ, sed magis in essentia ipsius.

¶ 3 Præterea. Potentiæ animæ rationalis distinguuntur per cognitiuas, & appetitiuas: sed nõ potest dici, q̃ character sit tantum in potentia cognitiua, neque etiam tantum in potentia appetitiua (quia non ordinatur, neque ad cognoscendum tantum, neque ad appetendum) similiter etiam non potest dici, quòd sit in utraque, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis. ergo uidetur q̃ character non sit in potentia animæ sicut in subiecto, sed magis in essentia.

Sed contra est, quod (sicut in præmissa definitione * characteris continetur) character imprimitur animæ rationali secundum imaginem: sed imago Trinitatis in anima attenditur secundũ potentias. ergo character in potentijs animæ existit.

Respon. Dicendum, quod (sicut dictum est *) character est quoddam signaculum, quo anima insignitur ad suscipiendum, uel alijs tradendum ea, quæ sunt diuini cultus. Diuinus autem cultus in quibusdam actibus consistit. Ad actus autem proprie ordinantur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideo character non est sicut in subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia.

Ad primvm ergo dicendum quòd sicut dictum est, character dicitur esse dispositio ad gratiam, non quidem ad gratiam habitualem, quæ est in essentia animæ, sed ad gratiam actualem, quæ est in potentijs animæ. Et ideo character est in potentijs animæ sicut in subiecto.

Ad secvndvm dicendum, quòd sicut dictum est, character dicitur esse dispositio ad gratiam, non quidem ad gratiam habitualem, quæ est in essentia animæ, sed ad gratiam actualem, quæ est in potentijs animæ. Et ideo character est in potentijs animæ sicut in subiecto.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut dictum est, character dicitur esse dispositio ad gratiam, non quidem ad gratiam habitualem, quæ est in essentia animæ, sed ad gratiam actualem, quæ est in potentijs animæ. Et ideo character est in potentijs animæ sicut in subiecto.

P. 2. q. 110. a. 4.

Arti. 2. huius quæst.

Ar. præce. in argum. sed contra.

At. præced.

Arti. 1. huius q.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor & inferius in sequenti articulo in responsione ad secundum, probat characterem non esse in uoluntate: quia character est uis instrumentalis: ac per hoc consistit in moueri ab alio: uoluntatis uero, est mouere seipsam ad operandum. dissonat igitur conditio characteris a conditione uoluntatis. Et hic probat characterem esse in intellectu: quia actus ad quos proxime disponit, scilicet recipere uel tradere ea, quæ sunt Christiani cultus, sunt quædam fidei protestationes. Vnde ad primā Scoti obiectionem non oportet aliter respondere: quia iam dictum est, quòd characteri non assignatur subiectum, ex eo quòd est dispositio ad gratiam: quia remote ad eam disponit.

¶ Ad secundum autem dicitur primo, quòd conditionalis assumpta est falsa: quia non est necessaria, quia cum ueritate antecedentis stat quòd character sit in illa potentia, cuius sunt primo actus operationes. ad quas character obligat, & nō in potentia, quæ est primo obligatiua. Dicitur secundo, q̄ antecedēs potest dupliciter intelligi, q̄ character sit obligatiuus uel proxime, uel ex consequenti. Et quòd character per se & proxime, non est quid obligatiuū, sed professiuū Christiani cultus & fidei, & propter huiusmodi professionem obligat, quod est ex consequēti obligare; character enim in anima monstrat animam Christianæ religionis, ac per hoc obligatam Christo, & non econtra: sicut character militaris monstrat militem romanum, & ideo obligatum Cæsari. Argumentum autem utitur antecedente in primo sensu, in quo etiam ut prima testatur responsio, faliam constituit conditionalem.

¶ Circa eandem responsionem dubium aliud occurrit, de ratione assignata in litera, scilicet quia diuinus cultus est quædam fidei protestatio per exteriora signa, ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim characteri assignandum est subiectum ex cultu diuino, ad quem proxime disponit, consequens est ut subiectum eius sit illud met quod est subiectum proprii & proximi principij ipsius cultus, magis quam illud quod est subiectum principii communis & remoti eiusdem cultus: sed proprium proximumque cultus Dei principium est religionis uirtus, quæ est in uoluntate, ergo character, qui potentia est ad recipiendum, uel tradendum ea quæ sunt cultus, est in uoluntate; & non in intellectu, in quo est fides, quæ remotum est principium cultus, quia mediante religione, & commune, quia fides operatur mediante ea quæ sunt multarū uirtutum: puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem conuenire in subiecto cum fide magis quam cum religione, ex duobus sumi potest. Primo ex eo, quòd tam fides quam character inter principia religionis computantur: uniuersa namque religio filia est fidei, & quædam fidei protestatio: ex religione namque profitetur quilibet fidem suam. Character quoque cum potentia sit actiua uel passiua actuū religionis, principii rationem habet. secundo ex eo, quòd tam fides quam character respicit diuinum cultum, secundum id quod est: religio autem respicit diuinum cultum secundum rationem boni, est enim religio uirtus moralis cuius est reddere hominem

dum, q̄ subiectum alicui accidentis attribuitur secundum rationē eius ad quod propinque disponit: non autem secundum rationem eius, ad quod disponit remote uel indirecte. Character autem directe quidem, & propinque disponit animam ad ea, quæ sunt diuini cultus exequenda, & quia hæc idonee non fiunt sine auxilio gratiæ (quia ut dicitur Ioan. . Eos qui adorant Deum, in spiritu & ueritate adorare oportet) ex consequenti diuina largitas recipientibus characterem, largitur gratiam, per quā digne impleant ea, ad quæ deputantur. Et ideo characteri magis est attribuendum subiectum, secūdum rationem actuum ad diuinū cultum pertinentium, quàm secūdum rationem gratiæ.

Ad secvndvm dicendum, q̄ essentia animę est subiectum potētiæ naturalis, quæ ex principijs essentiæ procedit, talis autem potentia non est character: sed est quædam spiritualis potentia, ab extrinseco aduenies: unde sicut essentia animæ, per quam est naturalis uita hominis, perficitur per gratiam, qua anima spiritualiter uiuit: ita potentia naturalis animæ perficitur per spiritualem potentiam, quæ est character. Habitus enim & dispositio pertinēt ad potentiam animę: eo quòd ordinantur ad actus, quorum potentiæ sunt principia. Et eadem ratione omne quod ad actum ordinatur, est potentiæ tribuendum.

Ad tertivm dicendum, q̄ (sicut dictum est *) character ordinatur ad ea, quæ sunt diuini cultus. Qui quidem est quædam fidei protestatio per exteriora signa. Et ideo oportet, q̄ character sit in cognitiua potentia animæ, in qua est fides.

Articvlvs V.

Vtrum character insit animæ indelebiliter.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quòd character non insit animæ indelebiliter. Quanto enim aliquod accidens est perfectius, tanto firmius inhæret: sed gratia est pfectior quā character: quia character ordinatur ad gratiam, sicut ad ulteriorem finem: gratia autem amittitur per peccatū. ergo multo magis character.

¶ 2 Præte. Per characterē aliquis deputatur diuino cultui, sicut dictum est. * sed aliqui a cultu diuino transeunt ad contrarium cultum, per apostasiam a fide. ergo uidetur, quòd tales amittant characterem sacramentalem.

¶ 3 Præt. Cessante fine, cessare debet & id quod est ad finem, alioquin frustra remaneret: sicut post character autem est huiusmodi, ut patet. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ characterem esse in alia potentia quàm intellectus uel uoluntatis, est impossibile: quia quælibet alia potentia est in composito: character autem est in anima intellectiua: quod ex eo patet, quòd est perpetuus, remanens in anima separata: in cuius signum si baptizatus aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur aut reordinaretur.

¶ Ab obiectionem autem dicitur, q̄ licet maior sit uera de uirtute seu habitu, non tamen est uera de potentia: character autem non est uirtus aut habitus, sed potentia. licet enim habitus in parte intellectiua sit ad cognoscendum uel appetendum: potentia tamen oppolita ad neutrum esse potest, immo debet: quoniam intellectus ipse sufficit pro potentia ad intelligendum & uoluntas pro potentia ad appetendum. Quocirca cum character sit potentia in parte superiori animæ ad recipiendum, uel tradendum cultum protestantem fidem, rationabiliter ponitur in subiecto fidei, ut in litera dicitur.

¶ *Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum quintum.*

In titulo aduerte quòd ly indelebiliter potest dupliciter accipi, uel per negationem omnis potentiæ eriam logicæ, ad deletionem. & sic esset sensus, an character insit indelebiliter, ita quòd implicet contradictionem ipsum deleri, & sic sensus procul est ab intento: potest enim a Deo deleri, desinendo conseruare ipsum: uel per negationem propriæ seu proximæ naturalis potentiæ ad deletionem, & hic sensus est intentus: non enim quærimus quid possit Deus facere, sed quid suapte natura conueniat characteri.

¶ In

In corp.

Lib. 1 q. 4 a. 1

4. d. 4. q. 1. a. 1. 3. q. 4. a. 1. ma. 7.

Art. 1. q. 1. huius q.

Art. 3. 3. arg.

¶In corpore est vna conclusio: Character indelebiliter manet in anima. Probatur: Omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, est perpetuare consecrata manente, sed character sacramentalis est quædam participatio sacerdotii Christi æterni, in eius fidelibus secundum animæ partē incorruptibilē, ergo character inde indelebiliter manet in anima. Maior & probatur & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum, vt patet auctoritate scripturæ. Declaratur vero ex eo, q̄ res inanimatæ cōsecratæ a ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationē, quādiu sunt, ut patet in Ecclesijs, calicib⁹, &c. Minor uero quo ad primā partē, declaratur ex duobus. Primo, ex proportionalitate Christi seēndū plenā sacerdotii potestatem & fidelium eius sm aliquā potestatē reipectu sacramentorū, & cultus &c. Secundo, ex hoc, q̄ Christo nō conuenit habere characterem. Quoad secundā autem partē. s. æterni non oportet aliter probari. Quo ad tertiā uero probatur ex eo, q̄ anima est subiectum characteris⁹ secūdū intellectum. ¶Aduerte hic, q̄ in minori propositione apposuimus ly æternū, propterea q̄ character habet rationē uis instrumentalis. Cōstat.n.q̄ nisi principale ages sit ęternū, impossibile ē ponere instrumētalem eius virtutē ppetuā. ¶Aduerte secūdo ly re consecrata manēte: quoniā inde apparet responsio ad Scotum, in 4. sent. dist. 6. q. 9. obicientem ex indelebilitate characteris negationē virtutis supernaturalis in sacramentis: quia uirtus illa numquam posset corrumpi eōdem modo, quo characterem indelebilē Thomas ponit. Respondemus siquidē, quòd virtus in sacramentis existens manet quamdiu sacramētum manet, sicut & character durat, quamdiu anima durat: durante siquidem sacramento durat, & virtus illa. Et sicut si cessaret esse anima, desineret & eius character, ita cessante sacramento, cessat uirtus in illo. Et quoniā constat, sacramenta omnia paululū dura

2.lib.1.ca.13. q. pcd.10.7.

Art.3. huius q.

Art.1. huius q.

Art.praeal 3.arg.3.

A re, utpote habentia verba pro formis, ideo mirum non est si spirituales uirtutes eorum crebro esse desinunt.

¶In responsione ad primum, aduerte rationem Auctoris, ex philosophia non solum principia, sed testimonium ad sensum habere. Videmus enim motum cœlestem durationem ex parte motus fortiri: tantiq; fit huiusmodi rerum (quarum esse consistit in fieri) duratio ex parte agentis, ut negantes cōseruari permanētes res manu Creatoris, concedant huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agente ppetuo, ut Auer. in 12. Metaph. testatur. Et habes in hac litera aliā rōnē radicalē huius differentiæ, inter formā habentē esse cōpletū, & formā, quæ est uis instrumentalis, quia. s. illa quasi fixa in subiecto, sequitur conditionē subiecti: ista uero quasi defluxus quidem agentis illius sequitur conditionem.

Arti.2.

Lib.1.contra Dona.parū a prin.to.7.

resurrectionem non erit matrimonium, quia cessabit generatio ad quam ordinatur matrimoniū. Cultus autem exterior, ad quem character ordinatur, non remanebit in patria, in qua nihil agetur in figura, sed totum in nuda ueritate. ergo character sacramentalis non manet in perpetuum in B anima, & ita non inest indelebiliter.

SED CONTRA est, quòd Augustin. *dicit in secundo contra Parmenianum: non minus hærent sacramenta christiana quam corporalis nota militię: sed character militaris non repetitur, sed agnitus approbatur in eo qui veniam meretur ab imperatore post culpam. ergo nec character sacramētalis deleri potest.

RESPONDEO. Dicendū, quòd C (sicut dictum est†) character sacramentalis, est quædam participatio sacerdotii Christi in fidelibus eius: vt scilicet sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotij potestatem, ita fideles eius ei configurentur in hoc, quòd participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacramentorum, & eorum quæ pertinent ad diuinū cultum: & propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotii eius comparatur ad characterem, sicut id, quod est plenum D & perfectum ad aliquam sui participationem. Sacerdotium autē Christi est æternum, secundum illud Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinē Melchisedech. Et inde est, quòd omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium eius, est perpetua, re consecrata manente. quod patet etiā in rebus inanimatis. nam ecclesię uel altaris manet cōsecratio semper, nisi destruatur. Cùm igitur anima sit subiectum characteris secE cundum intellectiuam partem, in qua est fides, (vt dictū est*) manifestum est, quòd sicut intellectus perpetuus est, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliter est in anima gratia, & aliter character. Nam gratia est in anima sicut quædam forma habens esse completum in ea: character autem est in anima, sicut quædam uirtus instrumentalis, vt supra† dictum est. Forma autem completa est in subiecto, secundum conditionem subiecti: & quia anima est mutabilis secūdum liberum arbitrium, quamdiu est in statu uiæ, consequens est quòd gratia insit animæ mutabiliter: sed uirtus instrumentalis magis attenditur secundum conditionem principalis agentis, & ideo character indelebiliter inest animæ, non propter sui perfectionem, sed propter perfectionem sacerdotij Christi, a quo deriuatur character, sicut quædam instrumentalis virtus.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut * Augustinus dicit ibidem, nec ipsos apostatas uidemus care re baptismate: quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus nō restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur. & huius ratio est: quia character est virtus instrumentalis, ùt†dictum est. Ratio autem instrumenti consistit in hoc, quòd ab alio moueatur: non autem in hoc quòd ipsum se moueat, qđ pertinet ad voluntatem. Et ideo quantumcumque voluntas moueatur in contrarium, character non remouetur propter immobilitatem principalis mouentis.

AD TERTIVM dicendum, quòd quamuis post hanc uitam non remaneat exterior cultus: remanet tamen finis illius cultus: & ideo post hanc vitam remanet character, & in bonis ad eorum gloriam, & in malis ad eorum ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam uictoriam, & in his, qui uicerunt, ad gloriam, & in his qui sunt uicti, ad pœnam.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character. Per omnia enim sacramenta nouæ legis fit aliquis particeps sacerdotij Christi: sed character sacramentalis nihil est aliud quàm participatio sacerdotij Christi. *ut dictum est. ergo uidetur, quod per omnia sacramē-

¶ *Super Quæstionis sexagesimatertia Articulum sextum.*

In solutione præce.

TItulus clarꝰ est. ¶ In corpore una conclusio: Per tria sacramēta tā tū imprimitur character. Hæc conclusio quo ad exponētē negatiuā implicite ponitur in litera. Et ꝺm se totā in litera implicite ꝓbatur, ꝓsupponendo supradicta de characētere. s. qđ est potētia ad recipiēdū vel tradēdum ea, quæ sunt diuini cultus. Ex hoc.n. supposito principio ꝓcedit Auctor, quasi subsumendo, quædā sacramenta non spectare directe ad nouum cultū diuinum, aut non ordinare ad recipiendum vel tradendum: ac per hoc in his non imprimi characterē, unde distinguit ī primis Auctor duos sacramentorum fines. s. remedium peccati, & diuinum cultum. Et in primo omnia dicit conuenire: in secunde autem non quod probat de sacramento pœnitentiæ: sub distinguit deinde in tria mēbra sacramēta ordinata ad secundum finem. & exclu so vno eorum. s. Eucharistię, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clare patet processus in litera.

Infra.q.72. artic.5. Et 4. di.4.q.1.art. 4.q.2. & 3. Et q.3.art.2. q.3. Et dist.7.q.2. arti.1.q.1.& q.3.arti.3.q. 3. Et dist.23. q.1.ar.2.q.3.

Aduer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Aduerte hic, quòd circa eucharistiæ sacramentum possunt duo considerari, scilicet ipsum sacramentũ (quod nihil aliud est quàm actio sacramẽtalis consistẽs in consecratione materiæ) & potest considerari usus sacramenti, quo Eucharistia percipitur a nobis. Et de primo quidem, an imprimat characterem, sub q̃stione cadere nõ potest: quia actio illa nihil ponit in animabus nostris: sed ad materiam exteriorẽ terminatur. De secũdo autem Auctor loquitur, reddens rationem quare non imprimit nobis characterẽ, & cum hoc magnificans ipsum, quod continet Christum, in quo est fons omnium characterum.

Quæst. præced. ar. 1.

Quæst. 62. ar. 4 & 5.

ta nouæ legis imprimatur character.

¶ 2 Præt. Character se habet ad animam, in qua est, sicut consecratio ad res cõsecratas: sed per quodlibet sacramẽtũ nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem, † ut supra dictum est. ergo uidetur quòd per quodlibet sacramẽtum nouæ legis imprimat character.

¶ 3 Præt. Character est res & sacramentum. In quolibet autẽ sacramento nouæ legis est aliquid qđ est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramẽtum. ergo per quodlibet sacramentum nouæ legis imprimitur character.

SED CONTRA est, q̃ sacramẽta in quibus imprimitur character non reiterãtur, eo q̃ character, est indelebilis, † vt dictũ est: quædam autem sacramenta iterãtur, sicut patet de pœnitentia, & matrimonio. ergo nõ omnia sacramẽta imprimunt characterem.

RESPON. Dicendum, q̃ (* sicut supra dictum est) sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur: scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune, quòd per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quòd gratiam conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur a peccato: non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: vno modo, per modum ipsius actionis: alio modo, per modũ agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modũ quidem ipsius actionis pertinet ad diuinũ cultũ eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquantũ est ecclesiæ sacrificium: & per hoc idẽ sacramentũ non imprimitur homini character: quia per hoc sacramentũ nõ ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendũ, vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis & cõsumatio omnium sacramentorum, vt † Diony. dicit 3. c. Eccle. hierar. continet tamẽ in se ipsum Christum, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramẽtis, pertinet sacramentũ ordinis: quia per hoc sacramentum deputãtur homines ad sacramenta aliis tradẽda: sed ad recipientes pertinet sacramentũ baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatẽ recipiendi alia ecclesiæ sacramenta. unde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad idẽ etiam ordinatur, quodãmodo confirmatio, vt infra suo loco dicetur. † & ideo per hæc tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

Ca. 3. eccle. hierar. circa prin. 1. lius.

Q. 27. ar. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotii Christi, utpote percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramẽta aliquis deputatur ad agendum aliquid uel recipiendũ, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidẽ exigitur ad hoc, quòd sacramentum characterem imprimat.

AD SECVNDVM dicendum, quòd per omnia sacramenta sanctificatur homo, secundum quòd sanctitas importat munditiam a peccato, quæ fit per gratiam: sed specialiter per quædam sacramenta, quæ characterem imprimunt, homo sanctificatur quadã consecratione, vtpote deputatus ad diuinum cultũ: sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicuntur, inquantum diuino cultui deputantur.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet character sit res & sacramentum, non tamen oportet omne id, quod est res & sacramẽtum, esse characterem: quid autem sit res & sacramentum, in alijs sacramentis infra * dicetur.

QVAESTIO LXIIII.

De causa sacramentorum, in decem articulos diuisa.

¶ *Super Quæstionis sexagesimaquarta Articulum primum.*

DEINDE considerandum est de causa sacramentorum, siue per auctoritatem, siue per ministerium.

ET CIRCA hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.

¶ Secundò, Vtrum institutio sacramentorum sit solum a Deo.

¶ Tertio, De potestate, quã Christus habuit in sacramentis.

¶ Quartò, Vtrum illam potestatem potuerit aliis commmicare.

¶ Quintò, Vtrum potestas ministerij in sacramẽtis, conueniat malis.

¶ Sextò, Vtrum mali peccent dispensando sacramenta.

¶ Septimò, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum.

¶ Octauò, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

¶ Nonò, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quod infidelis non possit tradere sacramenta.

¶ Decimò, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non solus Deus, sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior enim sacramenti effectus, est ut homo purgetur a peccatis, & illuminetur per gratiam: sed ad ministros ecclesiæ pertinet purgare, illuminare & perficere, ut patet per Dionysi. in 5. c. Cęle.

Titulus clarus est.

¶ In corpore una ponitur distinctio bi membris cum duabus conclusionibus singulis, iuxta singula membra. distinctio est: Operari effectum contingit uel per modum principalis agentis, uel per modum instrumenti. Prima conclusio est, solus Deus primo modo operatur effectum interiorem sacramenti. Et probatur dupliciter, ut patet clare in litera. Secunda uero conclusio est: Homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti secundo modo. Et probatur quia minister habet rationem instrumenti, &c.

¶ Aduerte hic, quòd cum in litera dicitur, Solus Deus est causa gratiæ, intelligas de causa principali: quoniam de illa est sermo in prima conclusione, pro qua hoc dicitur, & superius determinatum est sacramenta causare instrumentaliter gratiam. Et hic in secunda conclusione dicitur, hominem ministerialiter causare interiorem effectum sacramenti eadem ratione, qua sacramentum est causa gratiæ: quoniam ministro utitur Deus, sicut & sacramentali locutione, ut instrumento ad causandum interiorem effectum sacramenti. Immo una eademque uis instrumentalis perfecta est

Infra ar. Et 4. dist. q. 2. ar. 2. q.

in

hierar. ergo videtur quòd nō solus Deus, sed etiam ministri ecclesiæ interius operentur ad sacramenti effectum.

¶2 Præterea. In collatione sacramentorum, quædam orationum suffragia proponuntur: sed orationes iustorum sunt magis apud Deum exaudibiles, quàm quorumcumque, secundum illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. ergo videtur quòd maiorem effectum sacramenti consequatur ille, qui recipit ipsum a bono ministro. sic ergo & minister aliquid operatur ad interiorem effectum, & non solus Deus.

¶3 Præterea. Dignior est homo, quàm res inanimata: sed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectum: nam aqua corpus tangit, & cor abluit, ut Augustinus* dicit super Ioan. ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramenti, & non solus Deus.

SED CONTRA est, quod dicitur Romano. 8. Deus est qui iustificat. Cum ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, videtur quòd solus Deus operetur interiorem effectum sacramenti.

RESPONDEO. Dicēdum, quòd operari aliquem effectum, cōtingit dupliciter, uno modo per modum principalis agentis: alio modo per modum instrumenti. Primo igitur modo, solus Deus operatur interiorem effectum sacramenti: tum, quia solus Deus illabitur animæ, in qua sacramenti effectus existit, ubi non est: tū, quia gratia quæ est interior sacramenti effectus, d est a solo Deo, ut in secunda parte dictum est.* Character etiam, qui est interior quorundam sacramentorum effectus, est virtus instrumentalis, quæ manat a principali agente, quod est Deus: secundo autem modo, homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti, inquantum operatur per modū ministri. nam eadem ratio est ministri, & instrumenti: utriusque enim actio exterius adhibetur: sed sortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, qđ est Deus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd purgatio, secundum quòd attribuitur ministris ecclesiæ nō est a peccato: sed dicuntur diaconi purgare, inquantum uel immundos eiiciūt a cœtu fidelium: uel eos sacris admonitionibus disponunt ad sacramentorum receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicūtur sacrum populum, non quidem gratiam infundendo, sed sacramenta gratiæ tradendo, ut patet per Dionysium* ibidem.

AD SECVNDVM dicendum, qp orationes quæ dicuntur in sacramentorum collatione, proponūtur Deo, non ex parte singularis personæ, sed ex parte totius ecclesiæ, cuius preces sunt apud Deum exaudibiles, secundum illud Matth. 18. si duo ex uobis cōsenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio uiri iusti, ad hoc aliquid operetur: illud tamē quod est sacramenti effectus, nō impetratur oratione ecclesię vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius uirtus operatur in sacramentis, ut dictum est.* unde effectus sacramenti nō datur melior per meliorem ministrū. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum, per deuotionem ministri: nec tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum a Deo.

AD TERTIVM dicendū, quod res inanimatæ non operantur aliquid ad interiorem effectum, nisi instrumentaliter, ut dictum est.* Et similiter homines non operantur ad sacramentorum effectum, nisi per modum ministerii, ut dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacramenta sint solum ex institutione diuina.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, qp sacramenta non sint solū ex institutione diuina. Ea enim quæ sunt dininitus instituta, traduntur nobis in sacra scriptura. sed quædam aguntur in sacramentis, de quibus nulla fit mētio in sacra scriptura, puta de crismate quo homines confirmantur, & de oleo, quo sacerdotes inunguntur, & de multis aliis tam uerbis quam factis, quibus utimur in sacramentis. non ergo sacramenta sunt solum ex institutiune diuina.

¶3 Præterea. Sacramēta sunt quę dam signa: res autem sensibiles naturaliter quædam significant, nec potest dici quòd Deus quiministet impetrare maiorem gratiam recipienti sacramentum, quàm sit illa quę regulariter per sacramentum datur, aut quæ illi secluſa ministri deuotione daretur, sicut posset eandem maiorem gratiam extra ministeriū sacramēti impetrare, ac per hoc maioritas gratię potest habere rationem annexi impetrabilis ex ministri deuotione. Nec propterea sequitur, quòd maior seu melior effectus sacramenti detur per meliorem ministrum: quoniam maioritas illa impetrata non haberet rationem effectus sacramenti, sed rationem annexi effectui sacramenti, & esset effectus a solo Deo concomitanter ad sacramentum, impetratus ex deuotione ministri. Loco citato in arg. Q.62.art.9.

¶ *Super Quæstionis sexagesimaquarta Articulum secundum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore una conclusio, solus deus est sacramentorum institutor. Probatur, Virtus sacramenti est ab institutore sacramenti: sed uirtus sacramenti est a solo Deo. ergo solus Deus ē sacramētorū institutor. Maior probatur: Instrumentum habet uirtutem a principali agente: sacramentū est instrumentum ad spirituales effectus, & principale agens respectu sacramēti, non est utens tātum sacramento, sed instituens ipsum. ergo uirtus sacramēti est ab instituente ipso. Processus totus est clarus. Et secunda pars minoris istius prosyllogismi declarar in litera, dstin guendo duplex agēs respectu sacramenti, & ex exclusione unius membri, scilicet agentis per modum utentis infertur reliquum, scilicet agens instituendo, esse agens principale, ac per hoc a quo est uirtus sacramenti. In corp. ar. ibid. 4. dist. 3. q. 1. ar 1. q. 2. cor. Et dist. 5. q. 1. ar. 1.

¶Nota

¶ Nota hic, quod hæc ratio directe, & formaliter licet non æstimetur a negantibus uirtutes in sacramentis, æquiualenter tamen hęc ratio omnes conuincit, confitentes sacramenta conferre gratiam siue per uirtutem in eis, siue per diuinam assistentiam solam, quoniam par est ratio de uirtute instrumenti, si ponatur uis aliqua in eo, & si ponatur absque huiusmodi ui efficax, quia efficacia instrumenti ad huiusmodi spiritualem effectum nō nisi a Deo, non nisi ab instituente signū illud esse potest: quā doquidem a ministro utente solum, constat esse non posse: quia minister tantum est, ut in litera dicitur.

Lib.21. 62.6. parum ante med.to.5.

busdam significationibus delectetur, & non aliis: quia ipse omnia quæ fecit, approbat. Hoc autem proprium uidetur esse dæmonū, ut quibusdam signis ad aliquid alliciantur: dicit enim Augustinus * 21. de Ciuitat. Dei: illiciuntur dæmones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis. non ergo uidetur quòd sacramenta indigeant esse ex institutione diuina.

¶3 Præt. Apostoli uicem Dei gesserunt in terris: unde Apostolus dicit secundæ ad Corinth. 2. nam & ego quod donaui, si quid donaui propter nos in persona Christi, idest ac si ipse Christus donasset. sic ergo uidetur quòd Apostoli & eorum successores possint noua sacramenta instituere.

Sed contra est, quòd ille instituit aliquid, qui dat ei robur & uirtutem, sicut patet de institutoribus legum: sed uirtus sacramēti est a solo Deo, ut patet† ex prædictis. ergo solus Deus potest instituere sacramentum.

Arti. præ. Et ¶. 62. arti. 1. & 5.

Arti. præce.

Respon. Dicendum, quòd (sicut ex supra dictis patet†) sacramenta instrumentaliter operantur ad spirituales effectus: instrumentum autem habet uirtutem a principali agente. Agens autem respectu sacramenti est duplex, scilicet instituens sacramentū, & utens sacramento instituto applicando scilicet ipsum ad inducendum effectum. Virtus autem sacramenti non potest esse ab eo, qui utitur sacramento: quia non operatur nisi per modum ministerij: unde relinquitur, quòd uirtus sacramenti sit ab eo, qui instituit sacramentum. Cum igitur uirtus sacramenti sit a solo Deo, consequens est quòd solus Deus sit sacramentorum institutor.

Ad primvm ergo dicendum, quòd illa, quæ agūtur in sacramentis per homines instituta, non sunt de necessitate sacramenti: sed ad quandam solennitatem, quæ adhibetur sacramentis, ad excitandam deuotionem & reuerentiam in his, qui sacramenta suscipiunt. Ea uero, quæ sunt de necessitate sacramēti, ab ipso Christo instituta sunt, qui est Deus & homo. & licet non sint omnia tradita in scripturis, habet tamen ea ecclesia ex familiari Apostolorum traditione, sicut Apostolus dicit primæ ad Cor. 11. Cetera cum uenero, disponam.

Ad secvndvm dicendum, quòd res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandum spirituales effectus ex sui natura: sed ista aptitudo determinatur ad specialem significationem ex institutione diuina, & hoc est quod Hugo * de sancto Vic. dicit, quòd sacramentum ex institutione significat.

Lib. 1. de sacra. p. 9. c. 2.

Aliæ affectiones

Prælegit tamen Deus quasdam res aliis ad significationes sacramentales, non quia ad eas contrahatur eius * effectus, sed ut sit conuenientior significatio.

Ad tertivm dicendum, quòd Apostoli, & eorū successores. sunt uicarii Dei, quātum ad regimen ecclesiæ, constitutæ per fidem & fidei sacramenta: unde sicut non licet eis constituere aliam ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neque instituere alia sacramenta. sed per sacramenta, quæ de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi.

Articvlvs III.

Vtrum Christus, secundum quòd homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quod homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum. Dicit enim Ioan. Baptista, ut habetur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem uideris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritusancto: sed baptizare in Spiritusancto est interius gratiam Spiritussancti conferre. Spiritussanctus autem descendit super Christum, inquantum homo, non inquantū Deus: quia sic ipse dat Spiritum sanctum ergo uidetur quod Christus secundum quòd homo, habuerit potestatem, interiorem effectum sacramentorum causandi.

¶2 Præterea. Matth. 9. Dominus dicit, Sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti. ergo uidetur quod Christus, secundum quod homo, interiorem effectum sacramentorum operetur.

¶2 Præterea. Institutio sacramentorum pertinet ad eum, qui tamquam principale agens operatur ad interiorem sacramēti effectū: manifestū est autem, quod Christus sacramenta instituit. ergo ipse est, qui interius operatur sacramentorum effectum.

¶4 Præterea. Nullus potest sine sacramento effectum sacramenti conferre, nisi propria uirtute sacramenti effectum operetur: sed Christus sine sacramento contulit sacramenti effectum, ut patet in Magdalena, cui dixit, Dimittūtur tibi peccata. ergo uidetur q̄ Christus, secūdum quòd homo, operetur interiorem sacramenti effectum.

¶5 Præterea. Illud, in cuius uirtute sacramentum operatur, est principale agens ad interiorem effectū: sed sacramenta habent uirtutem ex passione Christi, & inuocatione nominis eius, secundum illud primæ ad Cor. 1. Nūquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in noī Pauli baptizati estis? ergo Christus inquātū hō, operatur interiorem effectū sacramenti.

Sed

¶ *Super Quæstionis sexagesimaquarte Articulum tertium.*

Tiulus clarus est.

¶In corpore una est conclusio, habens tres partes: Christus, inquantū Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramētis: inquantum uero homo, habet potestatem ministerii principalis, siue potestatem excellentiæ, consistentem in quatuor. Conclusio hæc, quia de potestate loquitur (de qua quæsitum est in titulo) & potētia per actum cognoscitur: ideo ab operatione in litera manifestatur. Et quo ad primam quidem partem, quia Deus auctoritatiue operatur: quo ad secundam uero, quia Christus, secundum quod homo, operatur in sacramentis meritorie, & efficienter. quod probatur, quia passio Christi est causa iustificationis nostræ meritorie & effectiue. Et hoc ultimum declaratur, quod nō effectiue principaliter, sed per modum instrumenti, non cuiuscumque, sed coniūncti diuinitati in persona: & propterea principalitatem, & causalitatem obtinentis respectu extrinsecorum pura ministrorum ecclesiæ, & sacramentorum. Tertia autem pars cōclusionis probatur manifestādo illa quatuor (quæ sunt meritum, nomen, institutio, & independentia) & probando singula propriis rationibus, excepto primo, quod tractatum fuit in quinto articulo q. 62.

Infra eod. Et 4. dist. 1. q. 1. arti. 4.

Sed contra est, quod Aug. * dicit, quòd in sacramentis diuina uirtus secretius operatur salutē. Diuina autem uirtus est Christi, secundum quod est Deus, non autem secundum quòd est homo. ergo Christus non operatur interiorem sacramenti effectum, secūdū ꝙ est homo, sed ſm ꝙ est Deus.

Respon. Dicendum, quòd interiorem sacramentorum effectum operatur Christus, & secundum quòd est Deus, & secundum quòd est homo, aliter tamen & aliter. Nam secundum quòd est Deus, operatur in sacramentis per auctoritatem: secundum autem quòd est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritorie & efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est * enim, quod passio Christi, quæ competit ei secundum humanam naturam causa est nostrę iustificationis, & meritorie & effectiue, non quidem per modum principalis agentis, siue per auctoritatē, sed per modum instrumenti, inquantum humanitas est instrumentum diuinitatis eius, vt supra dictum est. * Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona, habet quandam principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri ecclesiæ, vt ex supradictis patet. † Et ideo sicut Christus inquantum Deus, habet potestatem auctoritatis in sacramentis, ita inquantum homo, habet potestatem ministerii principalis, siue potestatem excellentiæ: quæ quidem consistit in quatuor. Primo quidem in hoc, quod meritum & uirtus passionis eius operatur in sacramentis, ut supra dictum est. † Et quia virtus passionis copulatur nobis per fidem (secundum illud Roman. 3. Quem ꝓposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius) quam fidem per inuocationē nominis Christi protestamur, ideo secundo ad potestatem excellentiæ, quam Christus habet in sacramentis, pertinet quod in eius noīe sacramēta sanctificatur. Et qa ex eius institutione sacramēta uirtutem obtinent, inde est quod tertiò ad excellentiā potestatis Christi pertinet, quòd ipse qui dedit uirtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius ecōuerso, quanto ad excellentiam potestatis Christi pertinet, ꝙ ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre. Et per hoc patet responsio ad obiecta: utraque enim pars obiectionum, secundū aliquid uera est, ut dictum est. †

¶ Super Quæstionis, *sexagesimæquartæ Articuli quartū.*

Titulus ex dictis in præcedentibus articulis clarus est.

Articvlvs iiii.

Vtrum Christus potestatem suā, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.

Ad quartvm sic proceditur. Videtur, quod Christus potestatem suam quam habuit in sacramentis, non potuerit ministris communicare: ut enim argumentatur Augu. * contra Max. Si potuit & non uoluit, inuidus fuit: sed inuidia lōge fuit a Christo, in quo fuit summa plenitudo charitatis. ergo cum Christus nō communicauerit suam potestatē ministris, uidetur quod non potuerit communicare.

¶ 2 Præterea. Super illud Ioa. 14. Maiora horum faciet, dicit Augustinus † Prorsus maius hoc esse dixerim, scilicet ut ex impio iustus fiat, quàm creare cœlum, & terrā: sed Christus non potuit communicare discipulis, * quod crearent cœlum, & terram. ergo neque ꝙ iustificarent impium: cum igitur iustificatio impij fiat per potestatem Christi, quam habet in sacramentis, uidetur quod potestatē suam, quam in sacramētis habuit, non potuerit ministris communicare.

¶ 3 Præterea. Christo inquantum est caput ecclesiæ, competit ut ab ipso gratia deriuetur ad alios, secundum illud Ioannis primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus: sed hoc non fuit aliis communicabile: quia sic ecclesia esset monstruosa, multa capita habens. ergo uidetur, quod Christus potestatem suam non potuerit ministris communicare.

Sed contra est, quod super illud Ioann. * primo. Ego nescie bam eū, dicit Augustinus quod non nouerat potestatem baptismi, ipsum dominum habiturum, & sibi retenturum: hoc autem non ignorasset Ioannes, si talis potestas communicabilis non esset. potuit ergo suam potestatem Christus ministris communicare.

Respon. Dicendum, quod sicut dictum est. † Christus in sacramentis habuit duplicem potestatem: unam auctoritatis, quæ competit ei secundū quod Deus, & talis potestas nulli creaturæ potuit communicari, sicut nec diuina essentia. Aliam potestatem habuit excellentiæ: quæ competit ei secundum quod homo. & talem potestatem potuit ministris cōmunicare, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, ut ad inuocationem nominum ipsorum, sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituere, & sine ritu sacramentorum conferre solo imperio: potest enim instrumentum coniunctum, quanto fuerit fortius, tanto magis uirtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo.

Ad primvm ergo dicendum, quod Christus nō ex inuidia prætermisit potestatem excellentiæ, ecclesiæ ministris communicare, sed propter fidelius utilitatem, ne in homine spem ponerēt, & ne essent diuersa sacramenta. Ex quibus diuisio in ecclesia oriretur: sicut apud illos, qui dicebant, ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego uero Cephæ, ut dicitur primæ ad Corinth. 1.

Ad secvndvm dicendum, quod obiectio illa procedit de potestate auctoritatis, quæ conuenit Christo potuit communicare. Declarat & probatur. Declaratur quidem numerando singula, in quibus consistit potestas ex cellentiæ. Probatur autem: quia instrumentum coniunctū, quanto uirtuosius est, tanto plus potest imprimere in istrumentum separatum, quod manifestatur in manu & baculo.

Aduerte hic primo, ꝙ Auctor hoc in loco soluit quæstionem motā a Magistro sentent. in 5. distin. quarti, & ab eodem minus solutā meliorique iudicio reseruam.

Aduerte secūdo, Auctorem formaliter de Christo habēte potestatem excellentiæ loqui: & propterea non ex potestate diuina, sed ex potestate instrumenti coniuncti potētiā communicandi prohauit.

Aduerte tertio, auctorem expresse hic dicere, ꝙ Christus potuit communicare homini puro, ut sacramentorū effectum conferret solo imperio: habes enim hic, ꝙ potestas conferendi gratiam communicabilis est homini, principalis enim & cōmunis sacramentorum effectus est gratia, ut superius patet, & idem apparet hic in responsione ad tertium, si recte conferatur cum argumento.

Tract. 72. in Io. post med. 9. Alia. ministris.

Tracta. 5. in Euang. Ioā. non multum ante med. 20. 9.

Ar. præced.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Christo secundum quod est Deus: licet & potestas excellentiæ, possit auctoritas nominari per comparationem ad alios ministros: vnde super illud 1. ad Corinth. 1. Diuisus est Christus, dicit glo. † quod potuit eis dare auctoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

Gl. ord. ibi.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ ad hoc inconueniens euitandum, ne scilicet multa capita in ecclesia essent, Christus noluit potestatem suæ excellentiæ ministris communicare: si tamen communicasset, ipse esset caput principaliter, alii uero secundario.

¶ *Super Quæstionis, sexagesimaquarta Articuli quinti.*

ARTICVLVS V.

Vtrum per malos ministros sacramenta conferri possint.

Infra arti. 9. cor. Et 4. di. 5. q. 3. art. 2. Et di. 7. q. 3. ar. 1. q. 1. 2. Et di. 24. q. 3. ar. 3. q. 5. ad 3. Et 4. contra cap. 76.

TItulus clarus. ¶ In corpore vna est conclusio: Ministri Ecclesiæ possunt sacramenta cōferre, etiā si sint mali. Probatur: Ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, ergo possūt sacramenta conferre etiam si sint mali. Antecedens probatur, ex eo quòd eadem est ratio ministri, & instrumenti. Consequentia vero probatur, ex eo quod instrumentum non propria uirtute, sed virtute principalis agentis operatur: quod probatur ab effectu: quia hinc est, ꝙ instrumento accidit omnis forma præter id, quod exigitur ad instrumenti rationem: qđ duplici exēplo in litera manifestat. ¶ Circa hanc consequentiam seu rationem dubium occurrit: quoniam implicite petit principiū. Oportet enim ad integrandum processum hunc, subsumere quòd bonitas uel malitia ministri est accidens: & non ex actu ad rationem instrumēti ministrantis sacramenta. Hoc autem supponere, perinde est ac si supponeretur conclusio; eiusdem enim rationis est, quod bonitas vel malitia accidat instrumento seu ministro sacramentorum, & quod cum malitia possit minister conferre sacramentum, quoniam accidentia, siue adsint, siue absint, non variant potestatem. ¶ Ad hoc dicitur,

Arti. 3. huius quæst.

Tract. 5. in Ioan. circa me. to. 9.

Arti. 1. & 3. huius quæst.

quod sicut dictum est, † ministri ecclesię instrumentaliter operātur in sacramentis, eo ꝙ quodāmodo ea dē rō est ministri, & instrumēti: sicut autē supra dictū est, † instrumentum non agit secundū propriā formam aut uirtutem, sed secundū uirtutem eius, a quo mouetur. Et ideo accidit īstrumēto, inquantū est instrumentū, qualēcunque formā, uel virtutem habeat, præter id, qđ exigitur ad rationem instrumenti, sicut ꝙ corpus medici (quod est instrumētū animæ habentis artem) sit sanum uel infirmū, & sicut ꝙ fistula per quam transit aqua, sit argentea uel plumbea: unde ministri ecclesiæ possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ministri ecclesiæ neque a peccatis mundār homines ad sacramēta accedentes, neq, gratiā cōferunt sua virtute: sed hoc facit Christus sua potestate p̄ eos, sicut per quædam instrumēta. & ideo effectus cōsequitur, in susci pientibus sacramenta, non secundū similitudinē ministrorum, sed fm configurationē ad Christū.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ per charitatem membra Christi uniuntur suo capiti, ut ab eo uitā recipiant: quia ut dicitur primæ Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte: potest aūt aliquis operari per instrumentū carens uita, & a se seperatū, quantū ad corporis vnionē, dummodo sit coniunctū per quandā motionē: aliter enim operatur artifex per manū, & aliter p̄ securim. sic igitur Christus operatur in sacramentis, & p̄ bonos, tanquam per membra uiuētia, & per malos, tamquam p̄ instrumenta carentia uita.

AD TERTIVM dicēdū, ꝙ aliqd est debitū esse ī sacramēto dupliciter: uno modo, sicut existēs de necessitate sacramēti, qđ quidem si desit, non p̄ficitur sacramentum: sicut, si desit debita forma, uel debita materia. Alio modo, est aliquid debitū esse in sacramento secundū quandā decentiā, & hoc modo debitum est, ut ministri sacramentorum sint boni.

ARTICVLVS VI.

Vtrum mali ministrantes sacramenta peccent.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd mali ministrātes sacramēta, nōpeccēt. Sicut. n. ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis,

quod studium Auctoris fuit ad reddendum rationem quæst. conclusionis, potius quàm ad ipsam conclusionem. Omnis enim quæstio est medii, ut dicitur in secundo Poster. & præcipue quando conclusionis veritas habetur pro euidente, ut est in proposito. Et propterea in litera neglexit Auctor subsumere de bonitate vel malitia, & ascendit ad vniuersalem rationem instrumenti, ut hac habita sūmaria notitia propter quid mali ministri possunt conferre sacramenta, haberetur. Et est in promptu consequentiæ ratio ad præsentem materiam, quoniam bonitas uel malitia moralis hac ratione ad ministrum sacramentorum necessaria creditur, si necessaria esset, quia nemo dat quod nō habet. Quæ ratio in litera in primo argumēto affertur: & dicitur fuisse Cypriani martyris. Ex hoc enim quod minister instrumentaliter operatur, & instrumentū non propria, sed principalis agentis uirtute efficit, consequens est manifeste, quod ad efficacem collationem sacramenti non exigitur in ministro bonitas, qua sacramentum efficax conferat: idem est enim malitiam ministri impedire sacramenti effectū, & ministrum agere propria virtute, quę per malitiam tolleretur. nulla est ergo petitio principii: sed claritas materiæ breuiorem effecit processum literæ, in qua Auctor, quia ratio ipsa a sacris doctoribus posita fuerat, ut patet in 4. di. 4. sent. vacauit probationi ipsius rationis. s. uniuersali rōni instrumēti, ut antiquæ traditionis rō hꝛetur.

4. dist. 6. artica. 4. cor. Et di. 9. q. 2. artic. 1. cor. Et di. 24. q. 1. artic. 1. Et 2. Et 3.

¶ *Super Quæstionis, sexagesimaquarta Articuli quinti.*

TItulus, ut sonat sumēdꝰ ē, ¶ In

¶ In corpore duæ conclusiones sunt. Prima est: Mali exhibentes se ministros Dei, & ecclesiæ in dispensatione sacramentorũ, peccant. Secunda est, quòd hoc peccatum est ex suo genere mortale. Prima probatur: Quicumque operatur, non secundum quod oportet, peccat in operando: sed minister malus sacramenti operatur, non secundum quòd oportet. Probatur: quia ministri sacramentorum debent esse iusti: quia ministri debent conformari domino, ut tradatur auctoritates scripturæ. Secunda uero conclusio probatur: quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum. Quæ particula declarat ur, quòd intelligitur non ex parte ipsorum sacramentorum (quoniam ipsa sunt incontaminabilia) sed ex parte ipsius peccatoris, sacrilegiũ committentis.

¶ Circa fundamentum huius processus, dubium occurrit, ex eo quòd bonitas requiritur ad ministrum sacramentorum, secundum quandam decentiam & conuenientiam, vt in præcedenti articulo ad tertium, & hic dicitur. Non est autem rationabile, quòd negatio conditionis requisitæ secundum decentiam constituat peccatum mortale, cum uideamus conditiones requisitas ad bene esse actuum moralium, nec etiam ueniale constituere peccatum. Et hoc etiam testatur maxima ex morali philosophia adducta in litera de circunstantiis actionum humanarum. Non enim dicit peccatum esse, si quis operatur, non secundum quòd melius, aut quando melius, aut sicut melius, &c. sed non secundum quòd oportet, aut quando oportet, aut sicut oportet, &c. Nam ly oportet necessitatem denotat, ut per hoc intelligamus, peccatum tunc interuenire, quando necessariæ conditiones omittuntur, & non si conditiones ad bene esse omittantur, aut earum contrariæ immisceantur. Et si dicatur, q̃ bonitas non est conditio ad bene esse ministri sacramenti, sed est conditio debita (vt in præcedenti articulo litera explicauit) debitum autem extra necessaria non est, & propterea cuiuscunque debiti omissio peccatum constituit, adhuc militat ratio, quòd non sit peccatum mortale, quoniam debitum actui humano non secundum necessitatem, sed secundũ quandã decentiã, etsi possit sua absentia cõstituere peccatum, non tñ tantæ uis est, ut possit constituere peccatũ mortale ea rõne, quia solã indecentia non habet rõnẽ peccati mortalis. Nec obstat, q̃ in decentia hmõi ad irreuerentiã Dei, & contaminationem sacramentorum spectat, tum quia non quodlibet spectans ad hæc, est peccatum mortale, ut patet de multis irreuerentiis erga Deũ, & sacramenta, quas negamus esse peccata mortalia, ut patet de comedentibus in ecclesia, aut iocosum aliquid dicentibus audiendo Missam, & huiusmodi, tum quia huiusmodi indecentia, non nisi reductiue ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum spectat: directe enim ipsius hominis malam dispositionem ponere uidetur. Est enim dispositio quædã ipsius operantis magis, quàm operationis, uideturq; magis peccatum constituere præsumptionis, quàm sacrilegij.

¶ Adhoc dicitur, quòd actio sacramentalis potest sumi dupliciter, uel secundum rationem operis operati, & sic non exigit bonitatem, uel malitiam ministri, nisi secundum quandam decentiam & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramentum uerum & efficax est: uel secundum rationem operis operantis. Et sic exigit necessario bonitatem in ministro ad hoc, ut recta sit, & ratio assignata est in litera, & magis assignabitur cogens ratio in litera in responsione ad primum. Oportet enim actionem sacramentalem, si non solum in se recta esse debet, sed etiam secundum quòd exit a ministro, vt sit confona secundum rectam rationẽ, & Deo cuius est minister, & sacramentis quæ ministrat. Et ex parte quidem conformitatis ad Deum, posita est ratio i hoc corpore articuli. Ex parte uero conformitatis ad sacramenta, ponitur ratio in responsione ad primũ, & hinc patet ruere primam obiectionẽ.

¶ Ad ea uero, quæ obiiciuntur directe contra rationem peccati mortalis in hoc actu, dicitur, quòd debitum secundum decentiam ad opus operatum, est debitum secundum necessitatem ad opus operantis ministri. & propterea non est mirum si eius absentia peccatum mortale constituat. cap. 4 eccles. hier. declinãdo ad fin. Incipit hæc epist. Hebræorum historiæ tradunt. parum ante med.

¶ Et cum adhuc obiicitur ex eo, quòd non quælibet irreuerentia sacramentorũ est mortalis, respondetur hoc uerum esse propter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialium. In quolibet namque genere mortalis peccati, imperfectio actus excusat a mortali: ministrare autem sacramenta indigne non est actus imperfectus in genere sacrilegij: nec, ut ultima infert obiectio, reductiue tantum ad sacrilegium spectat: sed directe ad contaminationem sacramentorum pertinet. possunt enim sacramenta secundum se incontaminabilia, dupliciter contaminari, scilicet uel ut egrediuntur a ministro, uel ut applicantur ad aliquid. Et hoc secundo modo sacrilegium est, uti sacramento a alium finem, ut sortilegi faciunt. Primo autem modo sacrilegus est malus minister, a quo exit sacramentalis actio indigne, quantum enim est ex parte ipsius ministri mali, maculatur actio illa, quoniam tractatur vt prophana, seu non sancta: hæc enim est ratio in hac litera assignata: quam si uis plenius intelligere, perspice uigorem eius ex auctoritate Apostoli dicentis de eucharistia, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Vbi rationem peccati mortalis assignauit, ex hoc quòd manducans, non diiudicat corpus domini: hoc est, non discernit corpus domini ab aliis cibis. sed sumit ipsum ut cibum prophanum, quoniam sumit ipsum indispositus ad illum, utpote indigne. Idem enim accidit in malo ministro: nam ministrans indigne sacramentum, non diiudicat sacramentum, dum non discernit illud, ut a se egreditur a prophanis, sed se habet ad sacramentalem actionem, ut prophanam, dum indigne illam exercet. hoc enim est contaminare sacramenta ex parte ipsius ministrantis, seu recipientis. & præsumptio ministri mali non est qualiscumque, sed sacrilega præsumptio, sicut & præsumptio audientis indigne recipere sacramenta, sacrilega est.

¶ Circa utramq; conclusionem, aduerte diligenter & caute cõditiones in eis appositas in litera. Quarum prima est, quòd ministrans exhibeat se ministrum Dei & ecclesiæ. secunda est, quod ministret sacramentum. tertia est, quòd tale peccatum est mortale, non quomodolibet, sed ex suo genere. Docet enim pẽ hæc auctor requiri ad hoc, quòd huiusmodi peccatũ sit mortale

vnde dicitur Hebræor. ultim. beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus: sed mali non peccant si ministrent Deo in operibus charitatis, q̃immo hoc est eis consulendum, secundum illud Dani. 4. Consilium meum tibi placeat, peccata tua eleemosynis redime. ergo videtur, quòd mali non peccent in sacramentis ministrando. B

¶ 2 Præter. Quicumque communicat alicui in peccato, etiã ipse est reus peccati, secundum illud Roman. primo. Digni sunt morte, non solum qui peccata faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: sed si mali ministri peccent, sacramenta ministrando illi, qui ab eis sacramenta recipiunt, eis in peccato communicant. ergo etiam ipsi peccarent, quod uidetur inconueniens. C

¶ 3 Præterea. Nullus uidetur esse perplexus: quia sic homo cogeretur desperare, quasi non potens peccatum euadere: sed si mali peccarent, sacramenta tradendo, essent perplexi: quia etiam quandoque peccarent, si sacramenta non traderent: puta cum eis ex officio incumbit necessitas (dicitur enim primæ Corinthior. 9. Væ mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit) quandoque etiam propter periculũ: sicut si puer in periculo mortis existens, offeratur alicui peccatori baptizandus. ergo uidetur quòd mali non peccent, sacramenta ministrando.

SED CONTRA est, quod Dionys. dicit primo cap. Eccles. Hierarch. * quòd malis non est fas, nec tangere symbola, id est sacramentalia signa. Et in Epistola ad Demophilum * dicit, Talis, scilicet peccator, audax uidetur, sacerdotalibus manum apponens, & non timet neque uerecundatur diuina præter diuinitatem exequẽs, & Deum putans ignorare, quæ ipse in semetipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audet immundas infamias (non dicam orationes) super diuina signa Christi formiter enuntiare. D

RESPON. Dicendum, quòd aliquis in agẽdo peccat, ex hoc quod operatur, non secundũ q̃ oportet, vt patet per Philosoph. E

duo. primo, quòd exhibeat se ministrum: secundo, quòd tale ministerium sit actio sacramentalis: ita quòd si alterum horum defuerit, non habes hinc mortale peccatum in ministerijs sacris. Docet rursus, quòd si aliqua administratio sacramenti a malo ministro exercitata imperfectionem actus compatitur, non erit peccatum mortale: licet mali ministri administratio sacramentalis habeat ex suo genere peccatum mortale.

Ex li.3. ethi. c.3. & 6. haberi pót. & li. 3. c. 7. to. 5. ar. præ. ad 3.

¶ Aduerte secundo, quòd duabus existentibus rationibus peccati in huiusmodi ministerio (scilicet ex parte difformitatis ministri ad Deum, cuius est minister, & ex parte cõtaminationis sacramentorum, quæ administrantur) Auctor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit ministerium mali ministri esse peccatum: ex secunda autem ratione probauit illud esse peccatum mortale. Tantam autem differentiam inter has rationes insinuauit, quòd secunda usus est in responsione ad primum, ut causa propria: primam autem rationem non tanti fecit. De utraque autem diffusior erit sermo, & ambarum efficaciæ magis patebũt.

D. 292.

Al. sed ipsa pertinẽt ad iustitię sãctitatem, sicut quædã iustitiæ partes.

¶ In responsione ad primum, aduerte, & percipe Auctorẽ uti regula illa posteriori stica, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, dũ ex hoc, quòd sacramẽta sunt opera consecrationis sanctificata, infert in ministro præexigi sanctitatem iustitiæ, & ex hoc quòd opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata, infert in Dei ministro respectu eorum non exigi sanctitatem iustitiæ: manifeste enim ex hoc significat, hanc esse propriam causam mortalis peccati, uel non mortalis peccati in administrationibus sacris, quoniam regula illa in solis propriis causis tenetur: ita quòd cum quæstio aliqua de peccato mortali in operationibus sacris contingit ex parte malitiæ ministri, intuendum est, an illa operatio, ad quã quis malus exhibet se ministrum, sit aliqua consecratione sanctificata (quales sunt omnes actus sacrorum ordinum) an non sit consecrata. Et si est de numero consecratarum, concluditur hinc mortale peccatum in malo ministro, & si nõ est de numero consecratarum, excusatur hinc minister malus a mortali peccato. Et est semper sermo de ministro malo, malitia peccati mortalis in se existentis.

¶ Hanc doctrinam, quia diffuse tractaui in quolibetis, ne eadem reperantur, modo pertranseo: unum tantum adiiciens, quòd uidetur mihi modo actum prædicandi esse de numero actuum consecratorum: quia est actus, ad quem minister consecratur: nam eius minister ex officio est episcopus primo, & secundario sacerdos. Nec obstat, actum istum ex institutione ecclesiæ appropriatum esse sacro ordini, quoniam institutio ecclesiæ, uel diuina ad differentiam originis spectat, & non ad differentiam formalem extrahere si quidem hominem ab ecclesia, sacrilegium formaliter est: licet ex institutione ecclesiæ actus iste substratus sit sacrilegio. Et similiter comedere semel in die (ut fit in Quadragesima) abstinentia formaliter est, quamuis ex ecclesiæ statuto sub abstinentiæ specie positum sit. Et similiter in proposito licet prædicatio ex auctoritate ecclesiæ facta, sit actus ordinis, sub specie tamen actuum ordinis formaliter comprehenditur: ac per hoc inter opera consecrata computanda est, ea ratione: quia ad ipsam sicut, & ad alios actus ordinis consecrari oportet ministrum. Et propterea secundum doctrinam hinc habitam minister malus prædicans, mortaliter peccat, sicut qui indigne administrat alios actus sacrorum ordinum.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd non loquitur in litera de inducẽte indignum ministrum ad sacramenti exhibitionem: sed de accipiente sacramentum ab indigno ministro: quod ideo dixerim, quia alia quæstio est, an liceat accipere sacramentum ab indigno ministro, & alia quæstio est, an liceat inducere ad administrationem sacramenti ministrũ indignũ. Prima quæstio hic solui tur, de secũda nihil dicitur: sed facile solui potest secunda, dicendo quòd licet nũquàm liceat inducere hominem ad peccandum, uti tamen licet iniquitate alteri. Et propterea in duobus casibus licet inducere indignum ministrum ad exhibitionem sacramenti. Primus est si minister tenetur ad huiusmodi exhibitionem: quia nemo peccat petendo actum sibi debitum a suo debitore. Et hac ratione excusantur, qui a suo curato tenente concubinam, sacramẽta petunt. Secundus est articulus necessitatis, ex parte petẽtis cum dispositione præparationis ex parte ministri: hoc est quòd minister sit paratus ministrare sacramentum, & homo egeat illo: eadem siquidem ratione, quia licitum est indigenti petere mutuum ab usurario, licitum quoque est indigenti petere sacramentum ab indigno parato ad ministrandum.

D. 269.

In eadem responsione circa acceptionem sacramenti a ministro excommunicato, &c. nota primo, quòd hæc doctrina intelligitur cessante extrema necessitate baptismi. Excipit enim ipse Auctor in 4. senten. dist. 4. casum necessitatis, quo. s. posset quis a iudæo uel pagano baptismum recipere. Secundo, quod hodie ex indulto concilij Constantiensis sub Martino quinto, licitum est ab excommunicatis ministris recipere sacramenta, nisi in duobus casibus, hoc est si nominatim denuntiatus fuerit excommunicatus aut suspensus, &c. uel si propter iniectionem manus violentæ in clericum notorie constiterit in excommunicatione incidisse, vt refert dominus Antoninus archiepiscopus Florent. in suæ summæ parte tertia, tit. 26. cap. 3.

In responsione ad tertium, circa illud, In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primo occurrit, propter relatas a Durando rationes ad oppositũ in 4. sen. dist. 5. artic. 2. Et prima est, contra excusationem ex articulo necessitatis: quia casus euitabilis solo uoluntatis proprie arbitrio non constituit articulum necessitatis: sed sic est in proposito, quia indignus minister potest statim conteri, si uult, & transire de malo in bonum: ac per hoc non est casus necessitatis ministrũ, cum indignitate ad baptizandum. Secunda uero ratio contra excusationem ex persona non ministri tendit: quia quicumq; baptizat siue uetula, siue paganus, baptizat ut minister principalis agentis, qui est Christus: est enim minister de necessitate sacramẽti baptismi, sicut & forma & materia. Falsum est ergo quòd baptizans in necessitate nõ exhibeat se ministrum ecclesiæ: ac per hoc, non inde excusatur si indignus baptizat.

Dubium secundo est, an Auctor in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem, tam

in lib. Ethic. † Dictum est autem conueniens esse, vt sacramẽtorum ministri sint iusti, quia ministri debent domino conformari, secundum illud Leuitic. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, & Ecclesiastici 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & ideo non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei, & ecclesiæ in dispensatione sacramẽtorum, peccent. d Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum seipsa incontaminabilia sint) consequens est, ꝙ tale peccatum ex genere suo sit mortale.

Ad primvm ergo dicendum, quòd opera charitatis nõ sunt aliqua consecratione sanctificata, nisi sicut quædam iustitiæ partes: * & ideo homo, qui se exhibet Deo ministrum in operibus charitatis, si sit iustus, amplius sanctificatur: si vero sit peccator, per hoc ad sanctitatẽ disponitur: sed sacramenta in seipsis sanctificationem quandam habent per mysticam consecrationem: & ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt cõgruat suo ministerio: & ideo incongrue agit & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

Ad secvndvm dicendum, quòd ille qui ad sacramentũ accedit, suscipit sacramenta a ministro ecclesiæ, non inquantum est talis persona, sed inquantum est minister ecclesiæ: & ideo quamdiu ab ecclesia toleratur in ministerio, ille qui ab eo suscipit sacramentum, non communicat peccato eius, sed communicat ecclesiæ, quæ eum tanquam ministrum exhibet. Si vero ab ecclesia non toleretur (puta cum degradatur, vel excommunicatur vel suspenditur) peccat, qui ab eo accipit sacramẽtum: quia communicat peccato ipsius.

Ad tertivm dicendum, quòd ille, qui est in peccato mortali, non est perplexus simpliciter, si ex officio ei incumbat sacramenta dispensare: quia potest pœnitere de peccato, & licite ministrare. Non est autem inconueniens, quòd sit perplexus suppositio quodam, scilicet quòd uelit remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizãdo in casu in d quo

tam si baptizet cum solennitate, quàm si sine solennitate, vel intendat solum excusare baptizantem sine solennitate. Et est ratio dubii: quia in litera hac nulla fit mentio de solennitate, & consequenter videtur excusari, utroque modo baptizans, dummodo baptizet vt subueniat necessitatem patienti in casu, in quo laicus posset: sic enim in litera dicitur. In oppositum autem est, quod ab Auctore dicitur in 4. sentent. de baptizate cum solemnitate.

¶ Dubium tertio occurrit, quo pacto ponit stare doctrina hic cum superius di- q.67.ar.3. & 4.
ctis, scilicet ministratio sacramenti est ex suo genere peccatum mortale, si minister sit indignus. Nam si sic est, siue ministrās illud ministret ex officio, siue ex casu ne- q.65.ar.3. ar.5.
cessitatis, siue quauis alia ratione, semper sequitur, quòd actū exercet, qui ex suo genere est peccatum mortale: puta contaminare sacramenta, quantum ex ipso est. Constat enim, quòd in ceteris actibus, qui de suo genere sunt peccata mortalia, varia conditio agentis non excusat a mortali: vt patet de adulterio, furto, & alijs. Aut igitur hoc non est mortale ex genere: aut quilibet indigne ministrans, peccat mortaliter. q.71.ar.5. prima ante quæst.

Ad euidentiam horum, sciendum est, q̄ ꝑ scientis doctrinæ sensus est, in articulo necessitatis, quo laico licet baptizare, si sacerdos baptizet (proculdubio sine solēnitate) non peccat: quamuis in peccato mortali sit. Et ratio assignatur: quia tunc non gerit personam ministri ex officio, quem probatum est oportere esse iustum: sed gerit personam ministerialiter subuenientis necessitatem patienti. Vnde ad rationem primam in primo dubio allatam, dicitur q̄ necessitas excusans malum ministrum, non est necessitas impossibilis contritionis, ut argumentum intelligit: quoniam in instanti potest quis cōtritionem habere de infinitis peccatis: sed est necessitas cogens hominem baptizatum ad exhibendum se, non ut ministrum ex officio. ex hoc namque quòd minister ibi concurrit, non ut minister ex officio necessitate hoc exigente, a peccato excusatur. Et per hoc patet solutio secundæ rationis: distinctum siquidem est de ministro, uel ex officio, uel ex articulo necessitatis. Et licet quicunque baptizet, sit minister Christi & ecclesiæ altero modo, non tamen semper est minister ex officio, de quo solo probatū est, quòd oportet esse iustum.

Et per hoc patet solutio secundi dubij: nam si articulus necessitatis patereturministrum, cum solennitate baptizare, non esset nus in casu, in quo laicus posset baptizare. Et rursus, si cum solennitate baptizaret, manifeste constat, quod exhiberet se, ut ministrum ex officio. Ex utroque ergo capite, hoc est ex casu, in quo laicus posset baptizare, & ex hoc quod dicitur, quòd non exhiberet se ut ministrum ex officio, manifeste patet, quod Auctor non intendit excusare huiusmodi sacerdotem, nisi in casu, in quo cogitur sine solennitate baptizare.

Ad tertium dubium dicitur, quòd quia baptizans in articulo necessitatis deficit a perfecta ratione ministerij (quoniam non ministrat ex officio) ideo operatio sua imperfectum quid est id genere administrationis sacramentorum, non ex parte obiecti (hoc est sacramenti) sed ex parte agentis, hoc est ministri: non enim exit operatio tunc a ministro ex officio, sed a nudum ministerium præbente: ex huiusmodi autem imperfectione actus excusatur a mortali, quoniam administratio exiens ab indigne, habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non aliter, vt in litera patet. Ex hoc enim fit, ut quia administratio huiusmodi non exit ab agente proprio (hoc est ministro ex officio) non exeat etiam cum culpa mortali. Et propterea dicendum est, quòd administratio sacramenti ab indigno ministro ex officio, est mortale ex suo genere, si ex claritate verborum excludendæ sunt obiectiones: si tamen absolute dicatur, quòd indigni administratio est peccatum mortale ex suo genere, verum dicitur, quoniam subintelligitur a proprio ministro. q.præc.ar.5

Nec obstat obiectio de adulterio, & huiusmodi, quoniam conditio agentis in hoc sacrilegio concurrit, ut pars integratiua rationis formalis peccati mortalis ex suo genere: ita quòd sicut ad rationem furti non sufficit, quòd sit acceptio rei alienæ, sed oportet, quòd fit inuito domino, ita ad tale sacrilegium non sufficit, quòd fit administratio ab homine malo, sed exigitur, quòd sit etiam a ministro ex officio, vt sic. Et ratio est assignata in litera: quia sanctis ministerijs, non nisi sanctus conuenit minister, qui, per se loquendo, non est nisi minister ex officio. q. præcedenti, ar.3.

ARTICVLVS VII.

vtrum angeli possint sacramenta ministrare.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̄ angeli possint sacramēta ministrare. Quicquid enim potest minister inferior, potest & superior: sicut quicquid potest diaconus, potest sacerdos, sed non cōuertitur: sed angeli sunt superiores ministri in ordine hierarchico, quàm ēt quicumque homines, vt patet per Dionys. in lib. Cœlesthierar. ergo cum homines possint ministrare in sacramentis, videtur quod multo magis angeli.

¶ 2 Præt. Homines sancti assimilantur angelis in cœlo, vt dicitur Matth. 22. sed aliqui sancti in cœlo existentes, possent ministrare in sacramentis: quia character sacramentalis est indelebilis, vt dictum est. ꝛergo videtur, quòd etiam angeli possint in sacramētis ministrare.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictū est, * diabolus est caput malorum, & mali sunt membra eius: sed per malos possunt ministrari sacramēta. ergo videtur quod etiam per dæmones. q.præc.ar.5

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, ꝓ hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum: sed angeli boni, vel mali nō sunt ex hominibus. ergo ipsi non constituuntur ministri in his, quæ sunt ad Deum, ideſt in sacramentis.

RESPON. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) tota virtus sacramentorum a passione Christi deriuat, quę est Christi, secundum quod est homo: cui in natura conformantur homines, non autem angeli, sed potius secundum passionem dicitur modico ab angelis minoratus, vt patet Heb. 2. & ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare, non autem ad angelos: sciendū tamen, quod sicut Deus virtutē suam non alligauit sacramentis, quin possit sine sacramētis effectum sacramentorū cōferre, ita etiam virtutē suam nō alligauit

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulum septimum.*

IN titulo est sermo de angelis quo ad naturam, siue boni, siue mali sint. Et rursus est sermo de potestate ordinaria, hoc est, an secundùm communem cursum ordinis instituti a Deo, angeli possint ministrare sacramenta.

In corpore articuli, quatuor fiunt. Primo respondetur quæsito. deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de potestate delegabili ipsis angelis: ubi tria dicuntur, ut patebit.

Quo ad primum, conclusio est: angeli non possunt ministrare sacramenta. Probatur: Tota virtus sacramentorum deriuatur a Christo patiente. ergo ad homines & non ad angelos pertinet ministrare sacramenta. Consequentia probatur ex duobus. Primo, ex dissimilitudine naturæ: quia scilicet Christo homines nō angeli assimilantur in natura. Secundo, quia Christus patiens inquantum patiens, fuit minor angelis: minister autem non debet esse maior in principali agente, ut contingeret in proposito, si sancti angeli essent ordinarie ministri Christi patientis. Secunda conclusio est, quòd potest conferri angelis, quòd administrent sacramenta. Probatur, quia Deus non alligauit virtutem suam ministris ecclesiæ, sicut nec sacramentis. Tertia conclusio est de exercitio administrationis sacramentorum a bonis angelis; Si administrarent sancti angeli sacramentum aliquod, deberet haberi pro uero sacramento. Probatur; quia sancti angeli sunt nuntij ueritatis. Quarta est; Si dæmones aliquid huiusmodi facerent, habendum esset pro falso; quia sunt spiritus mendacij.

Aduerte hoc in loco, quòd circa primam conclusionem Scotus in 4. sentent. distinct. 6. q. 1. opinatur oppositum, tenens quòd omne suppositum intellectualis naturæ potest sacramentum ali quod conferre, saltē baptisma. Et ratio sua est; quia pōt abluere

aqua hominem proferendo verba debita, & habere intentionē faciendi quod facit ecclesia : hæc enim tria requiruntur & sufficiunt ad ministrum, & hæc omnia potest angelus in assumpto corpore exercere.

¶ Rationabilior autem Auctoris positio, ex allatis in litera inuenitur : fundata enim est super auctoritate Apostoli ad Hebræos 5. ubi pontificem omnem hominem declarat. unde magnum argumentum assumitur ad propositum, quòd si maximum ministerium ecclesiæ soli homini conuenit, ita quòd angelis denegatur (quale est pontificatus) multo magis minima ministeria ecclesiæ angelis denegabitur. Fundatur & super ratione, qua ministri debent assimilari principali agenti Ratio autem Scoti deficit in hoc manifeste, quòd eq uoce utitur locutione. Locutio enim requisita ad ministrum sacramenti, est actus vitalis sequentis : locutio autē angeli in corpore assumpto, est motus corporis non viuentis, vt patet. Posset quoque dici, quòd deficit in alio, scilicet quod applicatio sacramenti debet fieri per instrumentum coniunctum primo, & mediante illo per instrumentū separatum, quod hic non haberet locum. Et quamuis hoc non multum vrgeat, primus tamen defectus cogit. Et quia primus defectus inuenitur in omni supposito rationali extra humanā speciem, ideo oportet hominem esse, qui ministret sacramenta. Et sic patet quòd minor Scoti est falsa, uniuoce sumendo rationem verborum : aut maior est falsa, si prolationem verborū sumat quouis modo præter principalem defectū prius dictum, scilicet quòd oportet baptizantem esse Christi ministrum, ac p hoc Christo homine non maiorem, sed conformem in natura.

Sup. q. 60. ar. 8. co. & 4. di. 6. q. 1. ar. 2. q. 1. & di. 7. q. 1 ar. 1. q. 1. ad 3 & dist. 8 q. 2. ar. 4. q. 3. ad 2. & di. 30. q. 1. ar. 3. ad 3.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ quartæ, Articulum octauū.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore ecclesiæ ministris, quin etiā angelis possit virtutē tribuere ministrandi in sacramentis. Et quia boni angeli sunt nuntij veritatis, si aliquod sacramentale ministerium a bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum : quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina, sicut quædā templa dicūtur angelico ministerio consecrata. Si vero dæmones, qui sunt spiritus mendacij, aliquod sacramētale ministerium exhiberent, non esset ratum habendum.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd illud, quod faciunt homines inferiori modo, scilicet per sensibilia sacramenta, quæ sunt proportionata naturæ ipsorū, faciunt angeli tanquam superiores ministri superiori modo, scilicet inuisibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sancti, qui sunt in cœlo, sunt similes angelis, quantum ad participationem gloriæ, non autem quantum ad conditionem naturæ, & per consequens neq; quātum ad sacramenta.

AD TERTIVM dicendum, q̄ mali homines nō habent, quòd possint ministrare in sacramentis, ex hoc, quòd per malitiam sunt mēbra diaboli : & ideo non sequitur quòd diabolus, qui est eorum caput, magis hoc possit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur q̄ intentio ministri non requiratur ad perfectionem sacramenti. Minister enim in sacramento instrumentaliter operatur : sed actio non perficitur secundum intentionē instrumenti, sed secundum intētionem principalis agētis. ergo intentio ministri nō requiritur ad perfectionem sacramenti.

¶ 2 Præt. Non potest homini esse nota intentio alterius. Si igitur intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti, non posset homini ad sacramentum accedenti esse notum, quòd sacramentum susceptisset : & ita non posset habere certitudinem salutis, præcipue cū quædam sacramenta sint de necessitate salutis, vt infra dicetur. *

¶ 3 Præt. Intentio hominis non potest esse ad id, circa quod nō est attētus : sed aliquādo illi, qui in sacramentis ministrant, non attendunt ad ea, quę dicunt, uel faciunt, alia cogitantes. ergo secundum hoc non perficeretur sacramentum, propter intentionis defectum.

SED CONTRA est, quod ea quæ sunt præter intentionem, sunt casualia : quod non est dicēdum de operatione sacramentorum. ergo sacramenta requirunt intentionem ministri.

RESPON. Dicendum, quòd quando aliquid se habet ad multa, oportet quòd per aliqd determinetur ad vnū, si illud effici debeat. Ea vero quę in sacramētis agunt, possunt diuersimode agi, sicut ablutio aquæ, q̄ fit in baptismo, potest ordinari & ad mūditiam corporalem, & ad sanitatem corporalem, & ad ludum, & ad multa alia hmōi : & ideo oportet, quòd determinetur ad vnum, i. ad sacramentalem effectum per intentionem abluētis. Et hęc intentio exprimitur per verba, quæ in sacramentis dicuntur, pura cum dicit, Ego te baptizo in nomine Patris, &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd instrumentū inanimatum non habet aliquā intentionē respectu effectus, sed loco intētionis est motus, quo mouetur a principali agēte : sed instrumentum animatum (sicut est minister) non solū mouetur, sed ēt quodammodo mouet seipsum, inquantum, sua uoluntate mouet membra ad operandum : & ideo requiritur eius intētio, qua se subijciat principali agenti, ut scilicet intendat facere, quòd facit Christus & ecclesia.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ circa hoc ē duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd requiritur mentalis intentio in ministro, quæ si desit, non perficitur sacramentum : sed hunc defectū in pueris (qui non habent intentionem accedendi ad sacramentū) supplet Christus qui interius baptizat : in adultis autē, qui interius fidem habent, supplet Christus per intentionem suscipientis, quæ requiritur in adulto. Vnica conclusio : Intentio ministri exigitur ad perfectionem sacramenti. Probatur : quando aliquid se habet ad multa, oportet quòd determinetur ad vnum, vt illud fiat : sed ea quæ dicuntur in sacramentis, se habent ad multa, nisi per intentionem ministri determinentur ad vnum. ergo &c. Processus totus clare patet in litera. Et cōfirmatur : quia verba sacramentalia exprimunt ministri intentionem.

¶ In responsione ad secundum nota primo nouitie pro claritate literæ, Auctorem referendo primam opinionem, nam rare ipsam, primo quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio, ita quòd si desit, non perficitur sacramentum : secundo, quo ad hoc, quòd stante casu quo huiusmodi imperfectio sacramenti acciderēt (siue adultus siue puer esset, qui sacramentum sic defectuosum susciperet) supplementum aliunde fortiretur, & puer quidem a Christo, adultus autem ex propria fide & deuotione. Postea reprehendit Auctor hanc opinionem : quia non potest saluare supplementum characteris. 9. 65. ar. 3. & 4.

¶ Aduerte secundo, quòd altera opinio ibidem subiuncta, & approbata, non est intelligenda, vt verba sonant : pura quòd non requiratur in ministro intentio propria mentalis, sed sufficit intentio ecclesiæ per verba expressa, quicquid intendat ipse minister interius : hic enim sensus contradicit expresse doctrinæ Auctoris in vltimo huius quæstionis articulo dicentis, quòd si minister non intendat sacramentum conferre, talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, & inferius in quæst. 68. art. 7. ad secundum dicentis, Si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus, sed sensus huius literę ex p posito, ad quod loquitur Auctor sumēdus est. Aduertendum est enim q̄ hęc omnia dicuntur hic p solutione difficultatis motæ in argum. Si mentalis intentio ministri exigeretur, nullus esset certus se esse vere baptizatum : ad hanc n. certitudinem nostram

nostram de susceptis sacramentis intelligendum est sufficere intentionem ecclesiæ per verba ministri ex pressam, nisi per ministrum aut suscipientem contrarium exprimatur: ita quòd non intendit Auctor, quòd hæc sufficiant ad perfectionem sacramenti simpliciter, sed ad perfectionem eius, secundum humanam certitudinē; per hoc enim euitatur inconueniens, quòd quilibet incertus posset dici de susceptis sacramentis.

¶ In responsione ad tertium, aduerte, q̄ Auctor communiter (ut puto) in nocabulis communi illius temporis usui (quæ intentionem quidem, sed non actualem habitualem vocabat) dixit hic intentionem habituasse, & statim subiungit sensum intentum: puta, cum sacerdos accedit, &c.

¶ Et hæc propterea dicimus, vt scias non latuisse Auctorem differentiam inter habere aliquid in actu, vel in habitu, vel in virtute, & quòd intentio requisita ad sacramenta, non sufficit, quòd sit secundum habitum, sed oportet, quòd sit secundum virtutem: quod vt melius intelligas, accipe exemplum. habens habitum iustitiæ, tunc actualiter intendit iustum quando actualiter tendit ad ius reddendum; tunc vero habitualiter intendit iustum, cum retinet habitum iustitiæ, etiam si dormiat: tunc autem virtualiter intendit iustum, dum vacat quidem reddendo iuri (puta quia sedet ad tribunal, ut faciat sicut consueuit, seu iudicis officium) & nihil de iustitia cogitat, sed mens eius exagatur ad imperuentia: ita quòd etiam si non haberes habitum iustitiæ, ex solo hoc, quòd accedit ad iudicis officium faciendum in omnibus; quæ exercendo in iudicijs, quantumcunq; exagetur, semper intendit iustum virtualiter, ea ratione, quia semper perseuerat vis primæ intentionis, qua primo proposuit facere iudicis officium. Et huiusmodi intentio non irrationabiliter vocatur habitualis: quia p modum habitus perseuerat, nam & dormiente, & distracto homine, perseuerat.

¶ Et hæc est. quæ sufficere dr ad sacra, & uere sic est: sufficit. n. ad confectionem eucharistiæ, q̄ sacerdos vadat ad altare, ut dicat Missam, etiam si per totam Missam euagetur mens eius.

¶ Aduerte secundo documentum Auctoris, scilicet quòd studiose debet minister operam dare ut etiā actualiter intendat &c. non esse intelligendum in actu signato, sed in actu exercito. Non enim studendum est, vt habeamus hoc in mẽte actualiter, ego intendo conficere, sed studendum ut actualiter mens nostra ad ea quæ sunt consecrationis, attendat, puta ad prolationem distinctam formæ, ad reuerentem contractionem materiæ, ad futuram tunc ineffabilem præsentiā diuinæ gratiæ in sacramento, uel etiam ipsius Christi, quo ad eucharistiam: hoc est enim confecrare cum actuali intentione in actu exercito.

Alias ibidem.

§ dd. dist. 42.

Ad hab. in prolog. 3. lib. sent. cum ad fin.

Ibi. epist. nō remota. Incipit. Cū simul in consilio.

Li. 1. c. 47. circa fin. to. 7.

Ar. 5. hui⁹ q. & q. 62. ar. 1. & 2.

Tendunt sacramentū susc̄ipere, A supplet illum defectum fides, & deuotio: sed hoc satis posset dici, quātum ad vltimum effectū, qui est iustificatio a peccatis: sed quātum ad effectum, qui est res & sacramentum, scilicet quantum ad characterem, non videtur quòd per deuotionem accedentis possit suppleri: quia character nunquam imprimitur, nisi per sacramentum. & ideo alij melius dicunt, quòd minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, cuius est minister. In B verbis autem quæ profert, exprimitur intentio ecclesiæ, quę sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi cōtrarium exterius exprimatur ex parte ministri, vel recipientis sacramentum.

Ad tertium dicendum, q̄ licet ille, qui aliud cogitat, non habeat actualē intentionem, hēt tamen intentionē habitualē, * quæ sufficit ad perfectionē sacramenti: puta cum sacerdos accedens ad baptizandum, intendit C facere circa baptizādum, quod facit ecclesia. vnde si postea ī ipso exercitio actus, cogitatio eī ad aliā rapiat, ex virtute primæ intentionis, perficitur sacramentum: quāuis studiose curare debeat sacramenti minister, vt etiā actualē intentionem adhibeat: sed hoc non est totaliter positū in hominis potestate: q̄a præter intentionem, cum homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, secundū illud Psa. 139. D Cor meum dereliquit me.

Articvlvs ix.

Vtrum fides ministri sit de necessitate sacramenti.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur q̄ fides ministri sit de necessitate sacramenti. Sicut enim dictū est, * intentio ministri est necessaria ad sacramenti pfectionē: sed fides intētionem dirigit, ut Aug. † dicit cōtra Iulia num. ergo si desit vera fides in E ministro, non perficitur sacrm. ¶ 2 Præt. Si minister ecclesiæ veram fidem non habeat, vī esse hæreticus: sed hæretici, ut uidetur, nō possunt sacramenta conferre: dicit. n. Cyprianus in epistola* contra hęreticos, Omnia quæcumq; faciunt hęretici, carnalia sunt, & inania, & falsa: ita vt nihil eorum quæ illi gesserint, a nobis ꝑbari debeat, & Leo Papa dicit in epistola † ad Leonē Augustum. manifestum est p cru delissimam & insanissimam vesaniam, in Alexādrina sede omniū cælestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidialibus manibus impiorū, omnia sese subtraxere mysteria. ergo uera fides ministri est de necessitate sacramenti.

¶ 3 Præt. Illi, qui non habent veram fidem, uidentur esse per excommunicationem ab ecclesia separati: dicitur enim in secunda canonica Ioannis. Siquis uenit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue dixeritis ei. & ad Titū. 3. Hæreticum hoīem post primam & secundam correctionem deuita: sed excommunicatus non nidetur posse conferre ecclesiæ sacramentum, cum ab ecclesia sit separatus, ad cuius ministerium pertinet sacramētorū dispensatio. ergo videtur q̄ uera fides ministri, sit de necessitate sacramenti.

Sed contra est, quod Aug.* dicit contra Petilianum donatistam: Mementote, sacramentis Dei nihil obesse mores malorū hominum, quòd illa uel nō sint, vel minus sancta sint.

Respon. Dicendum, quòd sicut supra dictum est, † quia minister in sacramentis instrumentaliter operatur, non agit in virtute propria, sed in virtute Christi. Sicut autem pertinet ad propriam virtutē hominis charitas, ita & fides. vnde sicut non requiritur ad perfectionem sacramenti, quòd minister sit in charitate, sed possunt etiam peccatores sacramenta conferre, vt supra dictum est, * ita non requiritur ad perfectionem sacramenti fides eius: sed infidelis potest uerum sacramentum præbere, dummodo cetera adsint, quæ sunt de necessitate sacramenti.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ potest contingere quòd aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid, & non circa veritatē sacramenti, quod exhibet: puta si aliquis credat iuramētum esse in omni casu illicitum: & tī credat baptismum efficaciā habere ad salutē & sic talis infidelitas: nō impedit intentionem conferendi sacramentum. Si uero patiat fidei defectum circa ipsum, sacramētum qund exhibet, licet creseuerat uis primę intentionis, qua primo proposuit facere iudicis offim. Et huiusmodi intentio non irrationabiliter vocatur habitualis: quia p modum habitus perseuerat, nam & dormiente, & distracto homine, perseuerat.

Leo in epist⁹ quæ incipit 5 Literas clementiæ tuæ, a med.

¶ Et hæc est. quæ sufficere dr ad sacra, & uere sic est: sufficit. n. ad confectionem eucharistiæ, q̄ sacerdos vadat ad altare, ut dicat Missam, etiam si per totam Missam euagetur mens eius.

¶ Aduerte secundo documentum Auctoris, scilicet quòd studiose debet minister operam dare ut etiā actualiter intendat &c. non esse intelligendum in actu signato, sed in actu exercito. Non enim studendum est, vt habeamus hoc in mẽte actualiter, ego intendo conficere, sed studendum ut actualiter mens nostra ad ea quæ sunt consecrationis, attendat, puta ad prolationem distinctam formæ, ad reuerentem contractionem materiæ, ad futuram tunc ineffabilem præsentiā diuinæ gratiæ in sacramento, uel etiam ipsius Christi, quo ad eucharistiam: hoc est enim confecrare cum actuali intentione in actu exercito.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulū nonum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio cum uno corollario. Conclusio est: Ad perfectionem sacri, non exigitur fides ministri. Probatur: Minister in sacramentis operatur non propria, sed Christi virtute. ergo sicut non requiritur ad perfectionem sacri ministri charitas, ita nec eius fides. Consequentia probatur: quia fides pertinet ad perfectionem ministri, sicut & charitas. Quam non requiri probatur ex eo, q̄ mali homines possunt ministrare sacramenta. Corollarium est: Infidelis potest esse minister sacramenti.

Ar. 5. & 6. huius quæst.

¶ In responsionibus argumentorum, memento eorum, quę diximus in arti. 6. de suscipientibus sacramẽta ab indignis quãdo peccant. Et iuxta illa intellige quæ hic dicuntur, addendo q̃ præcisi manifeste ab ecclesia si in articulo necessitatis sacramentum baptismi conferrent, non peccarent, immo tenẽtur in tali casu baptismũ cõferre, absque solennitate tamen. Nec propterea sacerdotes efficerentur irregulares ratione superius dicta: quia non ministri ex officio personam agerent. sed ministerialiter subuenientis necessitatem patienti.

Ar. 8. huiꝰ q.

¶ In responsione ad secũdum, aduerte incidenter quòd purgatio Cypriani martyris, de qua Aug. loquitur, non nisi venialis peccati fuit, tum, quia cum charitate stabat error ille, vt Augustini verba sonant: tum, quia tempore illo nõ erat per ecclesiam determinata efficacia sacramentorum per ministros extra ecclesiam,

2. 38. usq; ad med. to. 3.

dat per id, quod agitur exteriꝰ, nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat quòd ecclesia catholica intendit per hujusmodi quæ exterius aguntur, præbere sacramentum. vnde non obstante infidelitate, potest intendere facere id, quod facit ecclesia, licet æstimet id nihil esse. Et talis intentio sufficit ad sacramentum: quia sicut supra dictum est, † minister sacramenti agit in persona totius ecclesiæ, ex cuius fide suppletur id quod deest fidei ministri.

Ad secvndvm dicendum, quòd hæreticorum quidam in collatione sacramẽtorum, formam ecclesiæ non seruant, & tales neque sacramentum conferunt, neque rem sacramenti: quidam vero seruant ecclesiæ formam, & tales conferunt quidem sacramentum, sed nõ conferunt rem sacramenti: & hoc dico, si sunt manifeste ab ecclesia præcisi: quia ex hoc ipso q̃ aliquis accipit sacramenta ab eis, peccat, & per hoc impeditur ne effectum sacramenti cõsequatur. unde Augustꝰ. * dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmissime tene & nullatenus dubites, extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam non redierint, bap-

epist. 65. a med. illius.

tismo cumulari perniciem. Et per hunc modum dicit Leo Papa, † in sede Alexandrina sacramentorum lumen esse extinctum, scilicet quantũ ad rem sacramenti, non autem quantum ad ipsum sacramentum. Cyprianus autem nullo modo sacramentum cõferre hæreticos posse, credebat: sed in hoc eius sententia non tenetur. unde Augustin. dicit martyrem Cyprianũ, qui apud hæreticos, vel schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, tanta merita vsque ad triumphum martyrij secuta sunt, vt charitatis, qua excellebat luce, obumbratio illa fugaretur, & si quid purgandum erat, passionis falce tolleretur.

q. præc. ar. 5.

Ad tertivm dicendum, quòd potestas ministrandi sacramenta pertinet ad spiritualem characterem, qui indelebilis est, vt ex supradictis patet.* & ideo per hoc, quòd aliquis ab ecclesia suspenditur, vel excommunicatur, vel etiam degradatur, nõ amittit potestatem conferendi sacramentum, sed licentiam utendi hac potestate: & ideo sacramẽtum quidem confert, sed tamen peccat conferendo: & similiter ille, qui ab eo accipit sacramentum, & sic non percipit rem sacramẽti, nisi forte per ignorantiam excusetur.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulũ decimũ.*

Inf. q. 74. ar. 3 ad 2. & 4. di. 6. q. 1. art. 2. q. 2. & di. 11. q. 2. ar. q. 13. ad 1. & dist. 10. q. 1. art. 3. ad 3.

Articvlvs x.

Vtrum intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.

Ad decimvm sic procedi-

F

tur. Videtur, quod intentio recta ministri requiratur ad perfectionem sacramenti. Intentio enim ministri debet conformari intentioni ecclesiæ, vt ex dictis patet. * sed intentio ecclesiæ semper est recta. ergo de necessitate ad sacramẽti perfectionem requiritur intentio recta ministri.

¶ 2 Præt. Peruersa intentio deterior esse videtur, quàm intentio iocosa: sed intentio iocosa tollit sacramentum: puta si aliquis non serio, sed ludo aliquẽ

G

baptizaret. ergo multo magis peruersa intentio aufert sacramentum: puta si aliquis aliquẽ baptizaret, vt postmodum eum occideret.

¶ 3 Præt. Peruersa intentio facit totum opus vitiosum, secundum illud Luc. 11. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit: sed sacramenta Christi nõ possunt inquinari per malos homines, sicut Augustꝰ. dicit contra Petilianum. ergo videtur, quod si

H

sit peruersa intentio ministri, non sit ibi verum sacramentum.

Sed contra est, quod peruersa intentio pertinet ad malitiam ministri: sed malitia ministri non tollit sacramentum, ergo nec peruersa intentio.

Respon. Dicendum, quod intentio ministri potest peruerti dupliciter. vno modo respectu ipsius sacramenti: puta cum

I

aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere. & talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, præcipue quando suam intentionem exterius manifestat. Alio modo potest peruerti intentio ministri quantum ad id, quod sequitur sacramentum: puta si sacerdos intendat aliquam feminam baptizare, vt abutatur ea: vel si intendat conficere corpus Christi, vt eo ad veneficia vtatur: & quia prius non dependet a posteriori, inde est quod

K

talis intentionis peruersitas veritatem sacramenti non tollit, sed ipse minister ex tali intentione grauiter peccat.

Ad primvm ergo dicendum, quod ecclesiæ intentio recta est, & quantum ad sacramenti perfectionem, & quantum ad sacramenti vsum: sed prima rectitudo perficit sacramentum, secunda operatur ad meritum: & ideo minister qui conformat intentionem suam ecclesiæ, quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit qui-

tio ministri põt peruerti dupliciter, vel respectu sacramenti, vel respectu alicuius alterius. Prima cõclusio iuxta primũ membrum est: Peruersa intentio respectu sacramenti, tollit veritatẽ sacramenti. Hanc cõclusionem Auctor nõ probat in litera; sed vt manifestam relinquit ex premissis, s. q̃ intentio ministri requiritur ad sacramentum; huiusmodi enim peruersitas tollit intẽtionem ministri. Secũda conclusio, iuxta se cũdum membrũ est: Peruersa intentio ministri circa consequẽtia, non tollit veritatẽ sacramẽti. Probatur; quia prius nõ dependet a posteriori.

ar. 1. & 3

¶ In responsione ad secundum, aduerte q̃ intentio ludicra, seu iocosa in collatione sacramenti, potest inueniri dupliciter, vel relata ad ipsum sacramẽtum, vel relata ad finem, aut motiuum, quod administrẽt sacramentum. Exemplũ primi, si quis non intẽdendo facere qđ facit ecclesia, sed facere actũ exteriorem similem actui, quem facit ecclesia: vel derisione, vel delectationis socialis gratia aliquos baptizaret; huiusmodi enim iocosa intentio tollit veritatem sacramenti; quia tollit intentionem ministri, & de tali loqtur Auctor in litera. Exemplum secundi; Si quis socialis delectationis gratia aliquos baptizaret, intẽdens tamẽ facere qđ facit ecclesia; sicut econtra, si quis delectationis gratia permitteret se baptizari. Huiusmodi enim intẽtio iocosa non tollit veritatem sacramenti, sicut nec si fuisset intentio auara; puta si propter pecuniam cõferret, aut susciperet qs baptismã. Et ratio est qa iocositas talis nõ tollit intẽtionem ministri respectu sacramenti.

quidem sacramentum, sed nō est sibi ad meritum.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ intentio ludicra vel iocosa, excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur sacramētum: & ideo non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum quod peruersa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius & ideo ex peruersa intētione ministri, peruertitur id, quod agit in sacramentis, inquantū est opus eius, non inquantum est opus Christi, cuius est minister. Et est simile, si minister alicuius hominis, praua intentione deferret pauperibus eleemosynam, quam dominus recta intentione mādaret.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ quintæ, Articulum primum.

TIrulus clarꝰ est. In corpore vna conclusio: Conuenienter ponuntur sacramenta ecclesię septem. Manifestatur hæc conclusio dupliciter, primo secundū propriam doctrinā: secundo, iuxta aliorū traditionem.

¶ Quo ad primum diuiditur duos fines sacramentorum, vnus est perfectio hominis in his, quæ Christiani sunt cultus: alter est remedium peccatorum. Et probat sic cōclusionem: sacramenta ecclesiæ ad vtrūq; dictum finem conuenienter ponuntur in numero septenario. ergo &c. Antecedens manifestat primo respectu primi finis (diffuso progressu) numerādo septem perfectiones oportunas cultui Christiano, q̄ sunt, vita, robur, conseruatio, curatio, refectio, potestas. & propagatio, & assignādo singulorū rationem, ut in litera clare patet. Deinde declarat antecedens respectu secundi finis, assignādo septem defectus, qui clare patent in litera.

¶ Quo ad secundum, clare apparet recitata positio absque alia expositione.

QVAESTIO LXV.

De numero Sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de numero sacramentorum.

Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶ Primò, vtrum sint septem sacramenta.

¶ Secundò, de ordine eorum ad inuicem.

¶ Tertiò, de cōparatione eorū.

¶ Quartò, vtrum omnia sint de necessitate salutis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum debeant esse septem Sacramenta Ecclesiæ.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quòd nō debeāt esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciā habent ex virtute diuina, & ex virtute passionis Christi: sed vna est virtus diuina, & vna Christi passio: vna enim oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos, vt dicitur Hebr. 10. ergo non debuit esse, nisi vnum sacramentum.

¶ 2 Præt. Sacramentum ordinātur cōtra defectum peccati: hic autem est duplex, s. pœna & culpa. ergo sufficeret eē duo sacra.

¶ 3 Præt. Sacramenta pertinent ad actiones ecclesiasticæ hierarchiæ, vt per Dion. † patet: sed, sicut ipse dicit, tres sūt actiones hierarchicæ, scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. ergo non debēt esse, nisi tria sacramenta.

¶ 4 Præt. Aug. dicit 19. contra Faustum, sacramenta nouæ legis sunt numero pauciora, quàm sacramēta veteris legis: sed in veteri lege non erat aliquod sacramentum, quod responderet confirmationi & extremæ vnctioni. ergo neque hæc debent numerari inter sacramenta nouæ legis.

¶ 5 Præt. Luxuria non est grauius inter cetera peccata, vt patet ex his, quæ in secūda parte dicta sūt: † sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum. ergo neq; contra luxuriam debuit institui sacramentum matrimonij.

SED CONTRA. Videtur, quòd sint plura sacramenta. Sacramenta enim dicuntur quasi quædam sacra signa. sed multæ aliæ sanctificationes fiunt in ecclesia, secundum sensibilia signa, sicut aqua benedicta, consecratio altaris, & alia huiusmodi. ergo sunt plura sacramenta, quàm septem.

¶ 2 Præt. Hug. * de sancto Victore dicit, quòd sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decimæ, & sacrificia: sed sacrificium ecclesiæ est unum sacramentum, quod dicitur eucharistia. ergo etiam oblationes & decimæ debent dici sacramenta. * li. 1. de fac. par. 13. c. 10.

¶ 3 Præt. Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale sed contra originale peccatum ordinatur baptismus, contra mortale autem, pœnitentia. ergo deberet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

RESPON. Dicendum, q̄ (sicut supra * dictū est) sacramenta ecclesiæ ordinantur ad duo, scilicet ad perficiendum hominē in his, quę pertinent ad cultum Dei, secundum religionem Christianæ vitæ, & etiam in remedium cōtra defectū peccati. Vtroq; autem modo conuenienter ponuntur septem sacramenta: vita enim spiritualis conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, sicut & cetera corporalia conformitatem quandam spiritualium habent. In vita autem corporali, dupliciter aliquis perficitur. Vno modo, quantum ad personam propriam, alio modo per respectum ad totam, cōmunitatem societatis, in qua viuit: quia homo naturaliter est animal sociale. Respectu autem suiipsius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per se, acquirendo. s. aliquam uitæ perfectionē: alio modo per accidens, s. remouendo impedimenta vitæ, puta ęgritudines, vel aliquid huiusmodi. Per se autem perficitur corporalis uita, tripliciter. Primo quidem per generationem, per quam homo incipit esse & uiuere: & loco huius in spirituali vita est baptismus, qui est spiritualis regeneratio, secundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, &c. Secundo, per augmentum, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem & uirtutem. & loco huius in spirituali vita, est confirmatio, in qua datur Spiritussanctus ad robur. vnde dicitur discipulis iā baptizatis, Luc. vlt. Sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. Tertio, per nutritionē, qua cōseruatur in homine vita & virtus. Et loco huius, in vita spirituali est eucharistia: unde dicitur Ioā. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. & hoc quidem sufficeret homini, si haberet & corporaliter & spiritualiter impassibilem uitā: sed quia homo incurrit interdum & corporalem infirmitatem & spiritualem, scilicet peccatum, ideo necessaria est homini curatio ab infirmitate, quæ quidem est duplex. vna quidem, est sanatio, quæ sanitatē restituit, & loco huius in spirituali vita est pœnitentia, secundum illud Psal. 40. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Alia autem est restitutio valetudinis pristinæ per conuenientem diætam & exercitium. & loco huius in spirituali vita est extrema vnctio, q̄ remouet peccatorum reliquias, & hominē paratū reddit ad finalem gloriā: unde dicitur Iac. 5. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Perficitur autē homo in ordine ad totā cōmunitatē dupliciter: vno modo

* q. 62. ar. 3. & q. 63. ar. 3.

per hoc, q̄ accipit potestatem regendi multitudinem, & exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum ordinis, secundū illud Heb. 7. quòd sacerdotes hostias offerunt nō solum pro se, sed etiam pro populo. Secundo, quantum ad naturalem propagationem, quod fit p̄ matrimoniū tam in corporali quàm in spirituali vita, eo quòd est non solum sacramentum, sed naturæ officium. Ex his etiā patet sacramentorū numerus, secundum quòd ordinantur contra defectum peccati. nam baptismus ordinatur contra carentiam vitæ spiritualis: confirmatio contra infirmitatem animi, quæ in nuper natis inuenitur: eucharistia cōtra labilitatem animi ad peccandum: pœnitentia cōtra actuale peccatum, post baptismum commissum: extrema vnctio contra reliquias peccatorum, quæ scilicet non sunt sufficienter per pœnitentiam sublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: ordo cōtra dissolutionem multitudinis: matrimonium in remedium contra concupiscētiam personalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. quidam vero accipiunt numerum sacramentorum per quandam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culparum & pœnalitatum, dicentes, q̄ fidei respondet baptismus, & ordinatur contra culpam originalem: spei extrema vnctio, & ordinatur contra culpam venialem: charitati eucharistia, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: prudentiæ ordo, & ordinatur contra ignorantiam: iustitiæ pœnitentia, & ordinatur contra peccatum mortale: temperantiæ matrimonium, & ordinatur contra cōcupiscentiam: fortitudini confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ idem agens principale utitur diuersis instrumentis ad diuersos effectus, secundum congruētiam operum. Et similiter virtus diuina & passio Christi operantur in nobis p̄ diuersa sacramenta, quasi per diuersa instrumenta.

Ad secvndvm dicēdum, q̄ culpa & pœna diuersitatem habent, & secundum speciem, inquantum sunt diuersæ species culparum & pœnarum, & secūdum diuersos hominum status & habitudines. Et secundum hoc, oportuit multiplicari sacramenta, vt ex dictis* patet.

Ad tertivm dicēdum, q̄ in actionibus hierarchicis considerantur, & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes autem sunt ministri ecclesiæ, ad quos pertinet ordinis sacramentum. Recipientes autem sunt illi, qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem sunt purgatio, illuminatio, & perfectio: sed sola purgatio non potest esse sacramentum nouæ legis, qđ gratiam confert: sed pertinet ad quædam sacramentalia, quæ sunt catechismus & exorcismus. Purgatio autem & illuminatio simul, secundum Dion.* pertinent ad baptismum, & propter recidiuum secundario pertinent ad pœnitentiam, & extremam vnctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem (quæ est quasi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem, quantum autem ad consecutionem finis, pertinet ad eucharistiam.

Ad qvartvm dicendum, q̄ in sacramento cōfirmationis datur plenitudo Spiritus sancti ad robur: in extrema autem vnctione præparatur homo, vt recipiat immediate gloriam: quorum neutrū competit veteri testamēto. & ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere: nihilominus tamen sacramēta in veteri lege plura fuerūt numero, propter diuersitatē sacrificiorum & ceremoniarū.

Ad qvintvm dicendum, quòd contra concupiscentiam venereorum, oportuit specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum: primo quidem, quia per huiusmodi concupiscētiam non solum vitiatur persona, sed etiam natura: secundo, propter vehementiā eius, quæ rationem absorbet.

Ad sextvm dicendum, quòd aqua benedicta, & aliæ consecrationes non dicuntur sacramēta: quia non perducunt ad sacramenti effectum, qui est gratiæ consecutio: sed sunt dispositiones quædam ad sacramenta, vel remouendo prohibens, sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias dæmonum, & contra peccata venialia, vel etiam idoneitatē quandam faciendo ad sacramenti perfectionem, & perceptionem, sicut consecratur altare & vasa, propter reuerentiam eucharistiæ.

Ad septimvm dicendum, q̄ oblationes & decimæ erant tam in lege naturæ, quàm in lege Moysi ordinatæ, non solum in subsidium ministrorum & pauperum, sed etiam in figuram: & ideo erant sacramenta: nunc autem non remanserunt inquantum sunt figuralia: & ideo non sunt sacramenta.

Ad octavvm dicendum, quòd ad delectionem venialis peccati non requiritur infusio gratiæ. vnde cum in quolibet sacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouæ legis instituitur directe contra veniale, quod tollitur per quedā sacramentalia: puta per aquam benedictam, & alia huiusmodi: quidam tamen dicunt extremam vnctionem contra veniale peccatum ordinari: sed de hoc suo loco * dicetur.

Non cōplet motte præcurs.

Articvlvs II.

Vtrum sacramenta conuenienter ordinentur secundum modum prædictum.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ quintæ, Articuli secundi.*

Ad secvndvm sic procedit. Videtur q̄ inconuenienter sacramenta ordinentur secundum modum prædictum. † Vt enim Apostolus dicit 1. Corinthi. 15. Prius est quod est animale, deinde quod spirituale: sed per matrimoniū generatur homo prima generatione, quę est animalis: per baptismum autē regeneratur homo secunda generatione, quæ est spiritualis. ergo matrimonium debet præcedere baptismum.

¶ 2 Præt. Per sacramentum ordinis aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales: sed agens est prior sua actione. ergo ordo debet præcedere & baptismum, & alia sacramenta.

¶ 3 Præt. Eucharistia est spirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. ergo eucharistia est prior confirmatione.

¶ 4 Præt. Pœnitentia præparat hominem ad eucharistiam: sed

In titulo intellige per ordinem, secundum modum prædictū ordinem, quo numerata sunt sacramenta in præcedenti articulo, uidelicet baptisma, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimoniū. Quæritur enim an sic conuenienter ordinentur.

4. di. 2. q. 1. a. 3. & di. 7. q. 1. ar. 1. q. 1. & Eph. 5. lin. Art. præc.

¶ In corpore prima conclusio est: Inter sacramenta ultimo ponuntur ordo, & matrimonium, matrimoniū tamen post ordinem. Probatur conclusio, quo ad primam partem: quia sicut unum est prius multitudine, ita sacramenta, quę ordinantur ad perfectionem unius personæ, sunt naturaliter priora his, quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis; sed reliqua sacramēta sunt unius personæ, hæc autem duo respiciunt multitudinem. ergo. Quo ad secundam autem

partem

partem probatur: quia matrimonium minus participat de spirituali vita quàm ordo.

¶ Secunda conclusio est: Pœnitentia & extrema vnctio posteriora sunt baptismo, confirmatione & eucharistia, posterior tamen est extrema vnctio, pœnitentia. Probatur hæc conclusio quo ad primam partem: quia priora sunt quæ per se ordinantur ad spiritualem perfectionem vnius, quàm illa quæ ordinantur per accidens: sed, &c. Quò ad secundam autem partem: quia prior naturaliter est inchoatio sanationis, quæ fit per pœnitentiam, consummatione illius, quam facit extrema vnctio.

¶ Tertia conclusio est: Inter tria prima sacramenta, baptismus primum, confirmatio secundum, eucharistia tertium obtinet locum. Probatur: quia prius est spiritualis generatio: deinde formale robur, demum consecutio finis.

¶ In responsione ad quartum, dubium occurrit, an iustus, id est, sine peccato mortali existens, teneatur semel in anno cõfiteri. Et est ratio dubij: quia hinc apparet quòd non, cum dicitur quòd talis nõ indigere pœnitentia ad sacramentum eucharistiæ. In oppositum autem est, quia præceptum Ecclesiæ est ad omnes vtriusque sexus in annis discretionis constitutos.

¶ Ad hoc est dicendum, quòd homo sine peccato mortali existens, non tenetur ad confitendum semel in anno: quia non comprehenditur sub his quos præceptum illud ecclesiæ astringit, quoniã præceptum Ecclesiæ de confessione semel in anno, non est nisi determinatio præcepti diuini de confessione: ita quòd Deus præcepit confessionem, Ecclesia autem determinat præceptũ illud ad tale tempus, ad tot iens, &c. puta semel in anno &c. Sed præceptum diuinum non obligat ad confessionem hominem sine mortali peccato. ergo determinatio illius præcepti, per ecclesiam non obligat talem hominem. Et stat vis rationis in hoc, ꝙ nullus comprehenditur sub præcepto ecclesiæ, qui non comprehẽditur sub præcepto diuino, quod per se notum est esse verissimum ex eo, quòd præceptum ecclesiæ se habet ad diuinum præceptum, ut contractio & limitatio quædam: quòd autem diuinum præceptũ de confessione, obliget solos homines in peccato mortali, probatur, & ex hac litera sumpta auctoritate sacræ scripturæ, & ex calce præcedentis articuli, vbi dictum est, nullum sacramẽtum directe ordinari contra peccatum veniale: & quicquid sit de extrema vnctione, constat hoc verum esse de sacramento pœnitentiæ, & ex communi theologorum doctrina inter conditiones confessionis ponente, quòd sit integra, quòd non nisi de mortalibus intelligi potest. Et confirmatur: quia canon ipse expresse dicit, ꝙ quilibet confiteatur, peccata sua omnia, quod est impossibile intelligi, nisi de mortalibus. Ipsa ergo verba canonis testantur quòd ad solos existentes in peccato mortali diriguntur.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ quintæ, Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo respondetur quæsito vna conclusione: Sacramentum eucharistiæ est potissimum inter omnia sacramẽta. Probatur tripliciter, ut patet in litera. Secundo comparantur reliqua sacramenta inter se, & multa dicuntur satis clare. In argum.

Dubium tamen vnum restat in hac litera, circa id quod dicitur, quòd extrema vnctio præparat ad eucharistiam; oppositum enim apparet ex eo, quòd extrema vnctio datur post viaticum, 4.di.7.q.1.ar. 1.q.3.cor.3 & d.8.q.1.ar.1. q.1. & 4.cõ. c.74. & veri. q.27.ar.4.co fin.

Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor loquitur de effectu extremæ vnctionis secundum se: cum sit enim sanatio quædam, secundum se ordinatur ad perfectam cum Christo cõiunctionem animæ, quæ per eucharistiã fit, Vsus autem postponendi extremam vnctionem, aliunde sumitur, de quo infra. li.1.eth. c.2. in fi. to.5.

¶ In responsione ad secundum, dubium quoque occurrit, quomodo fideles per cõfirmationem deputẽtur ad speciale officium, spectans ad officium principis, cum dictum sit, confirmationem conferre robur, quod constat non esse officium spectans ad principem.

¶ Ad

diſpoſitio præcedit perfectionem. ergo pœnitentia debet præcedere eucharistiam.

¶ 5 Præt. Quod est propinquius fini vltimo, est posterius: sed extrema vnctio inter omnia sacra propinquior est vltimo fini beatitudinis. ergo dẽt habere vltimum locum inter sacramenta.

IN CONTRARIVM est. quod cõiter ordinantur ab oĩbus sacramẽta, sicut prius dictũ est. *

RESPON. Dicendum, ꝙ ratio ordinis sacramentorum apparet ex his, quæ sup. †dicta sũt. Nam sicut vnum est prius, quã multitudo, ita sacramenta quæ ordinãtur ad perfectionẽ vnius personæ naturaliter, præcedunt ea quę ordinantur ad perfectionem multitudinis: & ideo vltimo inter sacramenta ponuntur ordo & matrimonium, quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem: matrimonium tamen post ordinem, eo quòd minus participat de ratione spiritualis vitæ, ad quam ordinantur sacramenta. Inter ea vero, quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ, naturaliter sunt priora illa, quæ per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vitæ, quã illa quæ ordinãtur per accidẽs, scilicet ad remouendũ accidẽs nociuum superueniens: cuiusmodi sunt pœnitentia & extrema vnctio. Posterior tamen est naturaliter extrema vnctio, quę cõseruat sanationem, quàm pœnitentia, quæ inchoat. Inter alia vero tria manifestum est, quòd baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est [d] prius: & deinde confirmatio, quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & postmodum eucharistia, quæ ordinatur ad perfectionẽ* finis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd matrimonium, secũdum ꝙ ordinatur ad animalẽ vitam, est naturæ officiũ: sed secũdum ꝙ habet aliquid spiritualitatis, est sacramentum: & quia minimũ habet de spiritualitate, vltimo ponitur inter sacramenta.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ ad hoc quòd aliquid sit agens, præsupponitur ꝙ sit in se perfectum: & ideo priora sunt sacramenta, quibus aliquis in seipso perficitur, quàm sacramentum ordinis, quo aliquis constituitur perfector aliorum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ nutrimentum & præcedit augmẽtum, sicut causa eius, & subsequitur augmentum, sicut cõseruans hominem in perfecta quantitate & virtute: & ideo potest eucharistia præmitti confirmationi, ut Dionys. facit in lib. de cœlest. hierar. & potest postponi, sicut Magister facit in 4. sententiarum.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ ratio illa recte procederet, si pœnitentia ex necessitate requireretur, vt præparatoria ad eucharistiam: sed hoc non est verum: nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indigeret pœnitentia ad sumptionem eucharistiæ. Et sic patet, quòd per accidens pœnitentia præparat ad eucharistiã, scilicet supposito peccato: unde dicitur 2. Paral. ulti. Tu domine iustorum, non posuisti pœnitentiam iustis.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ extrema vnctio propter rõnem inductam, * est vltimum inter sacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem unius personæ.

ARTICVLVS III.

Vtrum sacramentum eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd sacramentũ eucharistiæ nõ sit potissimũ inter sacramenta. Bonum. n. commune potius est, quàm bonum vnius, ut dr 1. Ethic. * sed matrimonium ordinatur ad bonum cõe speciei humanæ, per viã generationis: sacramẽtum autem eucharistiæ ordinatur ad bonũ propriũ sumentis. ergo non est potissimum sacramentorum.

¶ 2 Præt. Digniora sacramẽta esse vñr, quæ per maiorem ministrũ conferuntur: sed sacramentum cõfirmationis & sacramẽtum ordinis nõ cõferuntur, nisi

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quia confirmatio datur in robur confitendi fidem Christi crucifixi, qui est gentibus stultitia, & iudæis scandalum, cōfirmatio est velut constitutio militis. Nam milites actus pugilum fidei in robusta confessione consistunt. unde quia officium militare est officium spectans ad principem (eius est enim cōdere milites, atq; ipsos ducere) ideo in litera dicitur, quòd confirmatio est in officium spectans ad principem.

per episcopū, qui est maior minister, quàm simplex sacerdos, per quem confertur eucharistię sacramentum. ergo illa sacramēta sunt potiora.

¶ 3 Præt. Sacramenta tanto sunt potiora, quanto maiorem virtutem habent: sed quædam sacra imprimunt characterem, s. baptismus, confirmatio, & ordo, quod nō facit eucharistia. ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶ 4 Præt. Illud videtur esse potius, ex quo alia dependēt, & nō econuerso: sed ex baptismo dependet eucharistia: nō enim potest aliquis eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. ergo baptismus est potior eucharistia.

Sed contra est, quod Dion. *dicit 3. c. eccl. hier. quòd non contingit aliquem perfici pfectione hierarchica, nisi per diuinissimā eucharistiam. ergo hoc sacramentū est potissimum omnium aliorū.

Respon. Dicendum, q̄ simpliciter loquendo, sacramentum eucharistię est potissimum inter alia sacramēta: quod quidem tripliciter apparet. Primo quidem, ex eo q̄ continetur in sacramentis: nam in sacramento eucharistiæ cōtinetur ipse Christus substantialiter, in alijs autē sacramentis continetur quædam virtus instrumentalis participata a Chro, vt ex supra dictis patet: * semper autē quod est per essentiam, potius est eo, quod est p participationē. Secundo, hoc apparet ex ordine sacramentorū adinuicem: nam omnia alia sacramēta ordinari uidentur ad hoc sacramentum, sicut ad finē. Manifestum est enim, quòd sacramentum ordinis ordinatur ad eucharistiæ consecrationem: sacramētum vero baptismi ordinatur ad eucharistiæ receptionē. In quo etiam perficitur aliquis per confirmationē, ut non vereatur se subtrahere a tali sacramento: per pœnitentiam etiam & extremam vnctionem præparatur homo ad digne sumendum corpus Christi. Matrimonium etiā saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, inquantum significat coniunctionē Christi & ecclesiæ: cuius vnitas per sacramentū eucharistiæ figuratur: unde & Apostolus dicit Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ī ecclesia. Tertio, hoc apparet ex ritu sacramentorum. Nam fere omnia sacramēta in eucharistia consumantur, ut Dion. †dicit 3. eccle. hierar. sicut patet, quòd ordinati communicant, & etiā baptizati, si sint adulti. Aliorum autem sacramētorum comparatio adinuicem potest esse multiplex. Nam in via necessitatis, baptismus est potissimū sacramentorum: in via autem perfectionis sacramentum ordinis: medio autē modo, se habet sacramentum confirmationis. Sacramentum vero pœnitentiæ & extremæ vnctionis sunt inferioris gradus a p̄dictis sacramentis, quia sicut dictum est, *ordinātur ad vitam Christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet in remediū superuenientis defectus: quæ tamen extrema vnctio comparatur ad pœnitentiam, sicut confirmatio ad baptismum, ita. s. q̄ pœnitentia est maioris necessitatis, sed extrema vnctio est maioris perfectionis.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ matrimonium ordinatur ad cōmune bonum corporaliter: sed bonum commune spirituale totius ecclesiæ continetur substantialiter in ipso eucharistiæ sacramēto.

Ad secvndvm dicendum, quòd per ordinem & confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua specialia officia, quæ pertinent ad officiū principis: & ideo tradere huiusmodi sacramenta, pertinent ad solum episcopum, qui est quasi princeps in ecclesia. Per sacramentum vero eucharistiæ non deputatur homo ad aliquod officiū, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, ut dictum est. *

Ad tertivm dicēdum, q̄ character sacramentalis, sicut supra dictum est, † est quædam participatio sacerdotij Christi. unde sacramentum quod ipsum Christum coniungit homini, est dignius sacramento, quod imprimit Christi characterem.

Ad qvartvm dicendum, q̄ ratio illa procedit ex parte necessitatis; sic enim baptismus, cū sit maxime necessitatis, est potissimum sacramentorum: sicut ordo & confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerij, & matrimonium ratione significationis: nihil enim prohibet aliquid esse secundū quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

Articvlvs IIII.

Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

¶ *Super Quæstionis sexagesima quinta, Articulū quartum.*

Ad qvartvm sic procedit. Videtur quòd omnia sacramēta sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est necessarium, videtur esse superfluū: sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶ 2 Præt. Sicut de baptismo dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nō potest introire in regnum Dei, ita de eucharistia dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in vobis. ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis, & ita eucharistia.

¶ 3 Præt. Sine sacramento baptismi potest aliquis saluus fieri, dū modo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat, ut infra dicetur: * sed in quolibet sacramento cōtemptus religionis impedit hominis salutē. ergo pari ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

Sed contra est, quod pueri saluantur [d] per solum baptismum, sine alijs sacramentis.

Respon. Dicendum, quòd necessarium respectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, sine quo nō potest haberi finis: sicut cibus est necessarius uitæ humanæ. Et hoc est simpliciter necessarium ad finem. Alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo nō habetur finis ita conuenienter, sicut equus

neces-

Titulus clarus. ¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris de necessario ad finē, cum singulis conclusionib⁹. Distinctio est: Necessarium ad finē est, vel simpliciter, vel vt commodius. Prima conclusio est primo modo necessitatis. Tria sacramenta sunt necessaria ad salutē, s. baptismus absolute, pœnitētia supposito peccato mortali post baptismū, & ordo respectu ecclesiæ. Secunda cōclusio est. Reliqua sacramēta sunt necessaria, secundo modo.

¶ Aduerte hic, quòd cum ordo ponitur necessarius simpliciter ad salutē ecclesiæ est sermo de ecclesia simpliciter & absolute, & nō de parte aliqua ecclesiæ, quæ ecclesiæ nomen & rationē nō nisi defectiue haberet, puta de collegio monialium, aut monachorum seu eremitarum sine clericis: hæc enim sui defectū manifestant eo ipso, q̄ sine sacramentorū ministro sunt.

4. di. 7. q. 1. a. 1. q. 2. & q. 3. a. 2. q. 1.

q. 68. a. 1. & 2.

Dist. 4.

In cor.

q. 63. a. 3.

In cor.

Tract. 27.

q. 3. a. 1. ad 3.

In cor.

Ibi. q. 3. ecc. hier. circa prin.

Ibi. q. 3. ecc. hier. non re mouē a prin.

Ar. 2. huius q.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

necessarius est ad iter: hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis, sunt tria sacramenta necessaria: duo quidem personæ singulari: baptismus quidem sim pliciter & absolute: pœnitentia autem supposito peccato mortali post baptismum: sacramentum autem ordinis est necessarium ecclesiæ: quia vbi nō est gubernator, populos corruet, vt dicitur Proverbiorum 11. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta: nam confirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema vnctio pœnitentiam: matrimonium vero, ecclesiæ multitudinē per propagationem conseruat.

Ad primvm ergo dicēdum, quòd ad hoc, quòd aliquid non sit superfluum, sufficit quòd sit necessarium primo vel secundo modo. & sic sunt necessaria omnia sacramenta, sicut dictum est. *

Ad secvndvm dicendum, q̄ illud verbum Domini est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali, ut Augu. * exponit super Ioann.

Ad tertivm dicendum, quòd licet omnium sacramentorum contemptus sit saluti contrarius; non tamen est contēptus sacramenti, ex hoc quòd aliquis non curat accipere sacramentum, quod nō est de necessitate salutis: alioquin omnes qui nō accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, contemnerent huiusmodi sacramenta.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ sextæ, Articulum primum.*

QVAESTIO LXVI.

De pertinentibus ad sacramentum baptismi, in duodecim articulos diuisa.

Deinde considerandū est, de singulis sacramētis in speciali. Et primo, de baptismo. Secundo, de confirmatione. Tertio, de eucharistia. Quarto, de pœnitētia. Quinto, de extrema vnctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

Circa primū occurrit duplex cōsideratio. Prima, de ipso baptismo. Secunda, de præparatorijs ad baptismum.

Circa primum quatuor cōsideranda occurrunt. Primo, de his quæ pertinent ad sacrm baptismi. Secūdo, de ministro huius sacramenti. Tertio, de recipientibus hoc sacrum. Quarto, de effectu huius sacramenti.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primo, Quid sit baptismus, vtrum scilicet sit ablutio.

¶ Secundo, de institutione huius sacramenti.

¶ Tertio, vtrum aqua sit propria materia huius sacramenti.

¶ Quarto, vtrū requiratur aqua simplex.

¶ Quinto, vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Ego te baptizo in nomine Pris, & Filij, & Spiritussancti.

¶ Sexto, vtrum sub hac forma possit aliquis baptizari, Ego te baptizo in nomine Christi.

¶ Septimo, vtrum immersio sit de necessitate baptismi.

¶ Octauo, vtrum requiratur trina immersio.

¶ Nono, vtrum baptismus possit iterari.

¶ Decimo, de ritu baptismi.

¶ Vndecimo, de distinctione baptismatum.

¶ Duodecimo, de comparatione baptismatum.

Articvlvs primvs.

Vtrum baptismus sit ipsa ablutio.

Ad primvm sic procedit. Videtur quòd baptismus non sit ipsa ablutio. Ablutio enim corporalis transit: baptismus autem permanet. ergo baptismus non est ipsa ablutio, sed potius regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio, vt Damasc. * dicit in 4. lib.

¶ 2 Præt. Hugo de sancto Vict. † dicit, q̄ baptismus est aqua diluē dis criminibus sanctificata p verbum Dei: aqua autem non est ipsa ablutio, sed ablutio est quidam vsus aquæ. ergo &c.

¶ 3 Præt. Aug. dicit * super Ioan. Accedit verbum ad elemētum, & fit sacramentum: elemētum autem est ipsa aqua in sacramento baptismi. ergo baptismus est ipsa aqua, non autem ablutio.

Sed contra est, quod dicitur Eccles. 35. Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuū, quid proficit lauatio eius? videtur ergo quòd baptismus sit ipsa ablutio siue lauatio.

Respon. Dicendum, q̄ in sacramento baptismi est tria cōsiderare, aliquid scilicet quod est sacramentum tantum, aliquid autem quod est res & sacramentum, aliquid vero quod est res tantum. Sacramentum tantum est aliquid visibile exterius existens, quod scilicet est signum interioris effectus: hoc enim p̄tinet ad rationem sacramenti: exterius autem supposītum sensui, est & ipsa aqua, & eius vsus, q̄ est ablutio. quidam ergo existimauerunt, q̄ ipsa aqua sit sacramentum, quod quidem sonare videntur verba Hugo. * de sancto Vict. Nam ipse in communi definitione sacramenti dicit, q̄ mo opinionem quæ videtur Hugonis, q̄ est aqua, & reprehendit ipsam tali ratione: Vbi perficitur sanctificatio, ibi perficitur sacramentum: sed in aqua non perficit sanctificatio. ergo in aqua non perficitur sacramentum. Maior probatur: quia sacramēta nouæ legis sanctificationem operā tur. Deinde approbat opinionem Magistri sententiarum, scilicet quòd baptismus est ablutio, quā sic probat. In aqua baptismali est quædam sanctificationis virtus instrumētalis, non permanens, sed fluens in hominem, qui est veræ sanctificationis subiectum. ergo sacramentum perficitur in applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio. 4.d.3.ar.1.& 4.con.c.60.

¶ Circa hanc partē dubium occurrit de vigore, ac veritate huius processus, seu rationis: quia si maior illa est vera, scilicet, ibi perficitur sacramentum ubi perficitur sanctificatio, & propterea infertur, in aqua nō perficitur sacramentum: quia in illa non perficitur sanctificatio (nō enim aqua per baptismū sanctificatur) eadem ratione potest inferri, quòd ablutio non est sacramentū, quia in ea non perficitur sanctificatio; ablutio enim non sanctificatur per baptismum, sed homo qui abluitur. li.4.c.10. circa med. Hug.li.2. de sacr.in pa.6. c.2. in prin. Trac. 80. in Io. post me. to.9.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ maior quidem est vera: sed diuersa ratio subsumptorum, scilicet aquæ & ablutionis, facit, ut recte inferatur, aquam non esse sacramentum, & non teneat illatio de ablutione; aqua enim & ablutio differunt in hoc, quòd aqua est res permanens, ablutio vero est res successiua. Et quia vnūquodq; est in aliquo secundum modum recipientis, ideo consequenter differūt in modo sanctificationis. Nam si in aqua perficeretur sanctificatio, sequeretur q̄ aqua esset sancta; q̄a est in se quoddā permanens, ac per hoc pro seipsa sanctificaretur. Posita in ar. 2. & loco ibi citato.

retur. Si vero ponitur quòd in ablutione p ficitur sanctificatio, non sequitur q̃ ipsa ablutio fiat ex huiusmodi sanctificatione sancta: quia ablutio non est suipsius, sed abluti: nec est in seipsa, sed in abluto, ac p hoc, non ea ratione sanctificationem sortitur, vt suipsius sit, sed vt abluti sit: hoc est, vt ablutus sanctificetur per ipsam deferentem sanctificationem in ablutum. Et (vt vno verbo dicatur) quia ablutio importat terminum, qui abluitur, perfici sanctificationem in ablutione intelligitur secundum suum terminum, seu in incluso termino: quod de aqua non potest intelligi: quia significat rẽ permanentem, & nõ rem transeuntem in alium, sicut est ablutio. Vnde & in litera probatur, ablutionẽ & non aquam esse sacramentum; quia virtus instrumentalis ibi existens est quędã sanctitas fluẽs in hominem, qui baptizat: fluens autem non est aqua, sed ablutio.

li. 4. dist. 3. in prin.

est materiale elementum; & in definitione baptismi dicit, quòd est aqua: sed hoc non videtur esse verum: cum enim sacramenta nouæ legis sanctificationem quandam operentur, ibi perficitur sacramentum, vbi perficitur sanctificatio. In aqua autem perficitur sanctificatio, sed est ibi quædam sanctificationis virtus instrumentalis, non permanẽs, sed fluens in hominem, qui est veræ sanctificationis subiectum: & ideo sacramentum non perficitur in ipsa aqua, sed in applicatione aquæ ad hominẽ, quæ est ablutio: & ideo Magister* in 3. dist. 4. senten. dicit, q̃ baptismus est ablutio corporis exterior, facta sub forma præscripta verborum. Res autem & sacramentũ, est character baptismalis, qui est res significata per exteriorem ablutionem, & est signum sacramentale interioris iustificationis, quæ est res tantum huius sacramenti, scilicet significata & non significans.

q. 63. a. 6. loco citato in arg.

character permanet indelebiliter, vt sup. dictũ est,* iustificatio autem permanet, sed amissibiliter. † Damas. ergo baptismum definiuit, nõ quantum ad id, quod exterius agitur, quod est sacramentum tantum: sed quantum ad id, quod est interius. vnde posuit duo pertinentia ad characterem, scilicet sigillũ & custodiam, inquantum ipse character, qui sigillum dicitur, quantum est de se, custodit animam in bono: duo etiam posuit pertinẽtia ad vltimam rem sacramenti, scilicet regenerationem, quæ ad hoc pertinet, quòd per baptismum homo inchoat nouam vitam iustitiæ, & illuminationẽ, quæ pertinet specialiter ad fidem, per quam homo spiritualem vitam accepit, secundum illud Abac. 2. Iustus ex fide viuit. Baptismus autem est quædã fidei protestatio: vnde dicitur fidei sacramentum: & similiter Dion. baptismum definiuit per ordinem ad alia sacramenta, dicens 2. c. eccles. † hierar. quòd est quoddã principium sanctissimorum mandatorum sacræ actionis, ad eorum susceptiuam opportunitatem, formans nostros animales habitus. Et iterum* in ordine ad cœlestem gloriam, quæ est vltimus finis sacramentorum, cùm subdit, ad supercœlestis quietis anagogen, nostrum iter faciens. & iterum quantum ad principiũ spiritualis vitæ, per hoc quod subdit, † sacræ & diuinissimæ nr̃æ regenerationis traditio.

Cap. 2. eccle. hier. nõ procul a prin.

eodem loco nunc dicto.

eod. c. prædicto, parum a princ. In corp. ar.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd sicut dictum est,* opinionem Hugonis de sancto Victore, in hac parte sequi non oportet: potest tamen verificari, vt baptismus dicatur esse aqua: quia aqua est materiale baptismi principium, & sic erit prædicatio per causam.

Ad tertivm dicendum, quòd accedente verbo ad elementum, fit sacramẽtum, non quidem in ipso elemento, sed in homine, cui adhibetur elementum per vsum ablutionis: & hoc etiam signat verbum, quod accedit ad elementum, cum dicitur Ego te baptizo &c.

Articvlvs II.

Vtrum baptismus fuerit institutus post Christi passionem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ sextæ, Articulum secundũ.*

Titulus clarus.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris; 4. dist. 2. & dist. 3. q. 1. a. 2. instituio baptismi potest intelligi quo ad duo, vel quo ad ipsũ sacramẽtum, vel quo ad obligationem accipiendi ipsum sacramentum. Et ponũtur singulæ conclusiones iuxta singula mẽbra. Prima conclusio est. Baptismus institutus est, quo ad ipsum sacramentum, quando Christus est baptizatus. Probatur: quia nunc habuit vim regeneratiuã. Secunda cõclusio est. Baptismus institutus fuit quo ad necessitatem vtẽdi illo, post Chri passionem & resurrectionem. Probatur dupliciter, vt clare patet in litera.

Ad secvndvm sic procedit. Videt quòd baptismus fuerit institutus post Christi passionem. Causa enim præcedit effectum: sed passio Christi operat in sacramentis nouę legis. ergo passio Christi p̃cedit institutionem sacramentorum nouæ legis, & præcipue intentionem baptismi, cum Apost. dicat Ro. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus &c.

¶ 2 Præ. Sacramenta nouæ legis efficaciam habent ex mandato Christi: sed Christus mandatum baptizandi dedit discipulis post passionem & resurrectionẽ suã, dicens, Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, &c. vt habetur Matth. vlt. ergo videtur q̃ post passionem Chri, baptismus fuerit institut⁹.

¶ 3 Præt. Baptismus est sacramentum necessitatis, vt supra* dictum est, & ita videtur, quòd ex quo baptismus institutus fuit, homines obligarentur ad baptismum: sed ante passionem Christi, homines nõ obligabantur ad baptismum: quia adhuc circumcisio suam virtutẽ habebat, in cuius locum successit baptismus. ergo videtur quòd baptismus non fuerit institutus ante passionem Christi.

Q. præc. ar. 1.

Sed contra est, qđ Aug.* dicit in quodam sermone de Epiphania, Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omnium peccata abluit aqua: sed hoc fuit ante Christi passionem. ergo videtur q̃ baptismus ante Christi passionem fuerit institutus.

In ser. 1. de cœna inf. octa. Epiphan. a med. to 10.

Respon. Dicendum, q̃, sicut dictum est sup.* sacramenta ex sui institutione d habent, quòd conferant gratiã: vnde tunc videtur aliquod sacramentũ institui, quãdo accipit virtutem producendi suum effectum. Hãc autem virtutem accepit baptismus, quando Christus est baptizatus: vnde tunc vere baptismus institutus fuit, quantũ ad ipsum sacramentum: sed necessitas vtendi hoc sacramento, indicta fuit hominibus post passionem & resurrectionem: tũ, quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta, quibus succedit baptismus & alia sacramenta nouæ legis: tum etiam, quia per baptismum configuratur homo passioni & resurrectioni Chri, inquantum moritur peccato, & incipit nouã iustitiæ vitã: & ideo oportuit Christum prius pati & resurgere, quàm hominibus indiceretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni eius.

q. 62. ar. 5. D. 683.

Ad primvm ergo dicendum, quòd etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciam a Christi

Christi passione, inquantum eam præfigurabat: aliter tamen q̃ sacramenta veteris legis. nam illa erant figuræ tantum, baptismus autem ab ipso Christo virtutem habebat iustificandi, per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit.

Al. aggrauazi.

AD SECVNDVM dicẽdum, ꝙ homines non debebant multiplicibus figuris arctari * per Christũ, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre: & iõ ante passionem suam baptismum institutum non posuit sub præcepto, sed voluit ad eius exercitium homines assuefieri, & præcipue in populo Iudæorum apud quem ad omnia facta figuralia erant, ut

Lib.4.c.3. circa med. prꝛcipue.10.6.

Aug.* dicit contra Faustum. Post passionem vero & resurrectionem, non solum iudæis, sed etiam gentilibus sub præcepto necessitatem baptismi imposuit, dicens, Euntes docete omnes gentes.

B

AD TERTIVM dicendum, quòd sacra non sunt obligatoria, nisi q̃n sub præcepto ponuntur: quod quidẽ nõ fuit ante passionem, vt dictum est: * quod enim dominus ante passionẽ Nicodemo dixit Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, magis videtur ad futurum respicere, quàm ad præsens tempus.

In corpar.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ sextæ, Articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum aqua sit propria materia baptismi.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Aqua est propria materia baptismi. Quæ conclusio absolute ꝓbatur ex institutione diuina. Quo ad conuenientiam vero probatur i litera quadrupliciter, in qua omnia clara sunt.

4.dis.1.ar.3.q.1.& dis.17.q.3.ar.4.q.3.& 4.dis.6.q.1.ar.1.co.& lo.3 Damas.l.4.ca.10.circa me.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ aqua non sit propria materia baptismi. Baptism? enim secundum Dio.& Dam.* habet vim illuminatiuam: sed illuminatio maxime cõpetit igni. ergo baptismus magis debet fieri in igne quàm in aqua: præsertim cum Io. Baptista prænuntiãs Christi baptismum, dicat, Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.

¶ 2 Præt. In baptismo significatur ablutio peccatorũ: sed multa alia sunt ablutiua, q̃ aqua sicut vinũ, & oleũ, & hmõi alia. ergo etiã in his potest fieri baptismus. non ergo aqua est propria materia baptismi.

C

D

¶ 3 Præt. Sacramenta ecclesiæ fluxerunt de latere Christi pendentis in cruce, vt sup. dictum est: * sed inde fluxit non solum aqua, sed etiam sanguis. ergo videtur quòd etiã in sãguine possit fieri baptismus: qui etiam videtur magis conuenire cum causa & effectu baptismi: quia dicitur Apoc.1. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

q.62.ar.5.

¶ 4 Præt. Sicut Aug.& Beda dicunt, Christus tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam & purgatiuam contulit aquis: sed non omnis aqua continuatur cum aqua Iordanis, quam Chr̃s tetigit sua carne. ergo videtur quòd non omni aqua possit fieri baptismus, & ita aqua inquantum huiusmodi, nõ est propria materia baptismi.

¶ 5 Præt. Si aqua secũdum se esset propria baptismi materia, nõ oporteret aliqd aliud fieri circa aquã, ad hoc, q̃ in ea baptismus fieret: sed in solenni baptismo aqua, in qua debet celebrari baptismus, exorcizatur & benedicitur. ergo videtur quòd aqua secundum se non sit propria baptismi materia.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

RESPON. Dicendum, ꝙ ex institutione diuina, aqua est propria materia baptismi: & hoc conuenienter. Primo quidẽ, quantũ ad ipsam rationẽ baptismi, qui est regeneratio in spiritualẽ vitam, quod maxime congruit aquæ. vnde & semina, ex quibus generantur omnia viuentia. s. plantę & animalia, humida sunt, & ad aquam pertinent. Propter quod, quidam philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo, quantum ad effectus baptismi, quibus competunt aquæ proprietates. quæ sua humiditate lauat, ex quo cõueniens est ad significãdam & causandam ablutionem peccatorũ: sua frigiditate etiam temperat superfluitatẽ caloris, & ex hoc competit ad mitigandam concupiscẽtiam fomitis: sua diaphanitate est luminis susceptiua: vnde competit baptismo inquantũ est fidei sacramentum. Tertio, quia conuenit ad repræsentandũ mysteria Christi, quibus iustificamur. Vt n. dicit Chrysost.* super illud Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. sicut in quodam sepulcro, in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, & deinde nouus rursus ascendit. Quarto, quia ratione suæ communitatis & abũdantiæ est conueniens materia necessitati huius sacramenti: potest enim ubique de facili haberi.

A

B

Homil.24. in Io.a me.t.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiuè. Ille autem qui baptizatur, non efficitur illuminans, sed illuminatus per fidem, quæ est ex auditu, ut dicitur Ro. 10. Et ideo magis competit aqua baptismo, q̃ ignis: quod autem dr̃, baptizabit vos in Spiritu sancto & igni, potest per ignem, vt Hier. † dicit, intelligi Spiritus sanctus, q̃ sup discipulos in igneis linguis apparuit, ut dicit Act. 2. Vel per ignem, potest intelligi tribulatio, ut Chry.* dicit super Matt. quia tribulatio peccata purgat, & concupiscentiam diminuit. Vel quia, vt Hilar. † dicit super Matth. baptizatis in Spiritu sancto, reliquũ est consumari igne iudicij.

C

Super istud verbũ Matt. 3.to.9. hom.3. in opere imperfecto, to.2. Hil.ca.p.2.in Matth. post med. illius.

AD SECVNDVM dicendum ꝙ vinum & oleũ nõ cõiter assumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua. Nec etiam ita perfecte abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam nõ ita communiter, & abundanter habentur, sicut aqua.

D

AD TERTIVM dicendum, ꝙ ex latere Chr̃i fluxit aqua ad abluendum: sanguis autem ad redimendum: & ideo sanguis competit sacramento eucharistiæ: aqua autem sacramento baptismi, qui tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

AD QVARTVM dicendum, quòd virtus Christi derivata est ad omnem aquam, non propter continuitatem loci: sed propter similitudinem speciei. vnde dicit Aug.* in quodam sermone epiphaniæ. Quæ de saluatoris baptismate benedictio fluxit, tãquam fluuius spiritalis, omnium gurgitum tractus, vniuersorum fontium venas impleuit.

In ser.1. dñi cæ inf.oct epiphan.a med. to.10.

E

AD QVINTVM dicendum, quòd illa benedictio quæ adhibetur aquæ, non est de necessitate baptismi: sed pertinet ad quandam solennitatem, per quã excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad baptismum requiratur aqua simplex.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ sextæ, Articulũ quartũ.*

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur, ꝙ ad baptis-

IN titulo simplex sumitur, ut distinguitur contra admistum, compositum, & quo

4.d.3.ar.3.q.2.& 4.c.58.

& quomodolibet adiunctum.

¶ In corpore tria fiunt. Primo distinguuntur modi quibus aqua amittere potest simplicitatem. Secundo, respondetur quæsito de aqua transmutata per artem. Et tertio, respondetur quæsito de aqua transmutata per naturam. Et clare patet omnia in litera.

mum non requiratur aqua simplex. Aqua enim, quę apud nos est, non est aqua pura, quod præcipue apparet de aqua maris, in qua plurimū admiscetur de terrestri, vt patet per Philosophum in lib. Meteor. † & tamen in tali aqua potest fieri baptismus. ergo nō requiritur aqua simplex, & pura ad baptismum.

¶ 2 Præt. In solenni celebratione baptismi, aquæ infundit chrisma: sed hoc videtur impedire puritatem & simplicitatē aquæ. ergo aqua pura & simplex non requiritur ad baptismum.

¶ 3 Præt. A qua fluens de latere Christi pendētis in cruce, fuit signum baptismi, vt dictū est: * sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura, eo quòd in corpore misto, cuiusmodi fuit corpus Christi, non sunt elementa in actu. ergo videtur quòd nō requiratur aqua pura, vel simplex ad baptismum.

¶ 4 Præt. Lixiuium non videtur esse aqua pura: habet enim contrarias proprietates aquę, scilicet cale faciendi & desiccandi: & tamen in lixiuio uidetur posse fieri baptismus: sicut & in aquis balneorum, quæ transeunt per venas sulphureas, sicut & lixiuiū colatur p cineres. ergo videtur quòd aqua simplex non requiratur ad baptismum.

¶ 5 Præt. Aqua rosacea fit per subtiliationem a rosis, sicut etiam aquæ alchimicæ generant per sublimationem ab aliquibus corporibus: sed in his aqs, vt videtur, potest fieri baptismus, sicut & in aquis pluuialibus, quæ per sublimationem vaporum generantur. cum igitur huiusmodi aquæ non sint puræ & simplices, videtur quòd aqua pura, & simplex non requiratur ad baptismum.

Sed contra est, quod propria materia baptismi est aqua, vt dictum est: † sed speciem aquæ nō habet nisi aqua simplex. ergo aqua pura & simplex de necessitate requiritur ad baptismum.

Respon. Dicendum, ꝙ aqua suam puritatem, & simplicitatem potest amittere dupliciter. Vno modo, per mistionem alterius corporis, alio modo per alterationem: vtrumque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem & per naturam: ars autem deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formam substantialem, quod ars facere non potest: sed omnes formæ artificiales sunt accidentales, nisi forte apponendo proprium agens ad propriam materiam: sicut ignem combustibili, per quem modum a quibusdam quædam animalia per putrefactionem generantur. Quæcumq; igitur transmutatio circa aquam facta est per artem, siue commiscendo, siue alterando, non transmutat speciem aquæ: vnde in tali aqua potest fieri baptismus, nisi forte admisceatur per artē in tam parua quantitate alicui corpori, quod compositum magis sit aliud quàm aqua: sicut lutum magis est terra quam aqua, & vinum lymphatum magis est vinum quàm aqua: sed transmutatio, quæ fit a natura, quandoq; quidem speciem aquæ soluit, & hoc fit quando aqua efficitur per naturā de substantia alicuius corporis misti: sicut aqua cōuersa in liquorem vuæ, est vinum, vnde non habet speciem aquæ. Aliquando autem fit per naturam transmutatio aquæ sine solutione speciei, & hoc tam per alterationem, sicut patet de aqua calefacta a sole, quàm etiam per mistionē: sicut patet de aqua fluminis turbida ex permistione terrestrium partiū. sic ergo dicendum est, ꝙ in qualibet aqua qualitercumq; transmutata, dū modo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus: si vero soluatur species aquæ, non potest fieri baptismus.

Ad primum ergo dicendum, quòd trāsmutatio facta in aqua maris, & etiā in alijs aquis, quæ penes nos sunt, non est tanta, quod soluat speciem aquæ: & ideo in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

Ad secundum dicendum, ꝙ admistio chrismatis, non soluit speciem aquæ: sicut nec etiā aqua decoctionis carnium, aut aliorum hmōi: nisi forte sit facta tanta resolutio corporum lixatorum in aqua, ꝙ liquor plus habeat de aliena substantia, quàm de aqua, quod ex spissitudine perfici pōt. Si tamen ex liquore sic inspissato exprimatur aqua subtilis, pōt in ea fieri baptismus: sicut & in aqua, quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.

Ad tertium dicendum, ꝙ aqua fluens de latere Chri pendentis in cruce, non fuit humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt: in tali enim humore non posset fieri baptismus: sicut nec in sāguine animalis, aut in vino, aut quocumque liquore alicuius plantæ. Fuit autem aqua pura, miraculose egrediēs a corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobandam veritatem dominici corporis, contra Manichæorum errorem, vt scilicet per aquam, quæ est vnum quatuor elementorum, ostēderetur corpus Christi vere fuisse compositum ex quatuor elemētis, per sanguinem vero ostenderetur esse compositum ex quatuor humoribus.

Ad quartum dicendum, quòd in lixiuio, & in aquis sulphureorum balneorum, potest fieri baptismus: quia tales aquæ nō incorporantur per artem, vel naturam aliquibus corporibus mistis, sed solū alterationem quandam recipiunt, ex hoc, ꝙ transeunt per aliqua corpora.

Ad quintum dicendum, ꝙ aqua rosacea est liquor rosæ resolutus. vnde in ea non pōt fieri baptismus, & eadem rōne nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino. Nec est eadem rō de aquis pluuialibus, quæ generant ex maiori parte ex sublimatione vaporum resolutorū ex aquis: minimū autem est ibi, de liquoribus corporū mistorum: qui tamen p huiusmodi sublimationē, virtute naturæ, quæ est fortior arte, resoluuntur in veram aquam, quod ars facere non potest. vnde aqua pluuialis nullā proprietatem retinet alicuius corporis misti, quod de aqs rosaceis, & aquis alchimicis dici non potest.

Articvlvs V.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ sextæ, Articulū quintū.*

Vtrum hæc sit conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Hæc est conueniens forma baptismi, Ego te baptizo &c. Probatur: Baptismus per suam formam consecratur. ergo oportet, quòd in forma baptismi exprimatur illius causa. ergo oportet in forma baptismi de duplici, scilicet principali & instrumentali

Ad quintum sic proceditur. Videtur, ꝙ hæc non sit conueniens forma baptismi: Ego te baptizo in noīe Patris & Filij & Spiritussancti. Aĉ enim magis debet attribui principali agēti, quàm ministro: sed in sacramento minister agit, vt instrum, vt supra dictum est, † principale autem agens in baptismo est Chri

tali, causa fieri mentionem. ergo hæc est conueniens forma, Ego te baptizo, &c. Antecedēs probatur auctoritatibus Apostoli, & Aug. præsupponendo supradicta, scilicet, ꝙ verba sint formæ sacramētorū. Prima consequentia nō aliter probatur in litera, ea forte ratione, quia consecratio per formam, hoc est verba, manifeste dependet a causa efficiam sanctificationis dāte uerbis. Secūda uero consequentia ꝙ patet: quia baptismus duplicē habet causā.

¶ Et nota, quòd hæc consequentia cū sua probatione quo ad causam instrumentalem, non nisi de congruo tenet: quoniam efficacia verborum non est a ministro, sed a sancta Trinitate, quæ est causa principalis, unde & Greci in forma baptismi non exprimunt causam instrumentalem, hoc est ministrum.

¶ In responsione ad quarum tractanda est ser quæstio de pluralitate baptizantium, nisi ad sextum articulum sequentis quæst. reseruaretur: ubi ex proposito Auctor articulum hunc mouebit. hic enim incidenter tractatur propter illa verba formæ. Ego te bap &c.

In responsione ad septimam, dubiū magnum occurrit circa ultima verba, Nec in aliis nominibus perficitur sacramētum, an uera sint, ut sonant. Et est rō dubij: quoniam supersus in art. 7. q. 60. diximus oppositum. Et Auctor met dixit, ꝙ licet uerba corrupte prolata nihil significēt ex uirtute impositionis, accipiuntur tamē significantia ex accommodatione usus: & ideo nō tollitur ueritas sacramenti.

Ad hoc dicitur, ꝙ licet hæc verba Auctoris sonent nō esse verum baptisma, si dicatur, Ego te baptizo in nomine genitoris, & genii & procedentis ab utroque, & hoc idem sentiant Scotus & Durandus in 3. dis. 4 sent. quia tamē hoc ex sacræ scripturę auctoritate depēdet, & diuum uidetur, ideo

stus, secundum illud Ioan. 1. Super quem videris spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. inconueniēter ergo minister dicit, Ego te baptizo: pſertim quia in hoc ꝙ dicitur baptizo, Itelligitur ego, & sic videtur superflue apponi.

¶ 2 Præt. Non oportet quòd ille qui aliquem actum exercet, de actu exercito faciat mentionem: sicut ille qui docet, non oportet quòd dicat, Ego vos doceo. Dominus autem simul tradidit præceptum baptizandi, & docendi, dicens, Matth. vlti. Euntes docete omnes gentes, &c. ergo non oportet quòd in forma baptismi fiat mentio de actu baptismi.

¶ 3 Præt. Ille, qui baptizatur, quandoq; non intelligit verba, puta si sit surdꝰ aut puer: frustra autem ad talē sermo dirigitur, secundum illud Eccles. 32. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. ergo inconuenienter dicitur, Ego te baptizo, sermone directo ad eum, qui baptizaretur.

¶ 4 Præt. Cōtingit simul plures baptizari & a pluribus: sicut Apostoli baptizauerunt vna die tria millia, & alia die quinq; millia, vt dicitur Act. 2. & 4. nō ergo debet forma baptismi determinari in singulari numero, ut dicatur, Ego te baptizo: sed pōt dici, nos vos baptizamus.

¶ 5 Præt. Baptismus virtutem habet a passione Christi: sed per formam baptismus sanctificatur. ergo videtur quòd in forma baptismi debeat fieri mētio de passione Christi.

¶ 6 Præt. Nomen designat proprietatem rei: sed tres sunt proprietates personales diuinarum personarum, ut in prima parte dictum est. † non ergo debet dici, in nomine Patris, & Filij, & Spirituſſanctī, sed, in nominibꝰ.

¶ 7 Præt. Persona patris non solum significatur nomine patris, sed etiam nomine innascibilis & genitoris: filius autem significatur nomine verbi & imaginis & geniti: Spiritus enim sanctus potest significari nomine doni & amoris procedentis. ergo videtur quòd etiam his nominibus utendo, perficiatur baptismus.

Sed contra est, quod dominus dicit, Matt. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine Patris & Filij, & Spirituſſanctī.

Respon. Dicendum, quòd baptismus per suam formā consecratur, secūdum illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, & Auguſt.* dicit in lib. de vnico baptismo, quòd baptismus verbis euāgelicis cōsecratur: & ideo oportet, quod in forma baptismi exprimatur causa baptismi: est autem eius duplex causa. vna quidem principalis, a qua virtutē habet, quæ est sancta Trinitas: alia autem instrumētalis, scilicet minister, qui tradidit exterius sacramentum: & ideo oportet, in forma baptismi, de utraque fieri mentionem. Minister autem tangitur, cum dicitur, Ego te baptizo: causa autem principalis, cū dicitur, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti. vnde hęc est cōueniēs forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spirituſſancti.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ actio attribuitur instrumento, sicut immediate agenti: attribuitur autē huiusmodi actio principali agenti, sicut in cuius virtute instrumentum agit: & ideo in forma baptismi conuenienter significatur minister, ut exercens actum baptismi, per hoc quod dicitur, Ego te baptizo: sicut & ipse dominus baptizandi actum attribuit ministris, dicens, Baptizātes eos &c. Causa autē principalis significatur, ut in cuius uirtute sacramētum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris & Filij & Spirituſſancti: non enim Christus baptizat sine Patre, & Spirituſancto. Greci autem nō attribuunt actum baptismi ministris, ad eui tandum antiquorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebāt, dicētes, Ego sum Pauli, & ego Cephę: & ideo dicunt, Baptizetur seruus Chri, talis, in nomine Patris, &c. Et quia exprimitur actus exercitus per ministrum cum inuocatione Trinitatis, verum perficitur sacramentum, quod autem additur, Ego, in forma nostra non est de substātia formæ, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri potest, oportet, quod determinetur in uerbis formæ ad quid fiat: quod quidem non fit hoc, quod dicitur, In nomine Patris & Filij, & Spirituſſancti: quia omnia in tali nomine facere debemus, ut habetur Coloſſen. 3. & ideo, si non exprimatur actus baptismi, vel per modum nostrum, vel per modum Græcorum, non perficitur sacramentum; secundum illam Decis.

rationes eorum discutiendæ sunt. Maxima igitur ratio eorū est: quia Christus sic instituit Mat. ult. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spirituſſancti: ex hoc enī infertur, ut in qualibet lingua nominibꝰ significantibus Patrē, Filium & Spiritum sanctum. Et notanter dicit significātibus, & non, connotantibus, aut implicite insinuantibus. Et ratio specialis horum nominum assignatur: quia significant ipsas personas diuinas: alia uero nomina significant proprietates, aut actus aliquos earum. Reliqua uero omnia, quia aut probabilia uidentur, afferre omittimus, ubi necessaria perscrutamur.

Li. 6. de bap. cōtra Donatiſt. c. 25. to. 7. & li. 4. c. 15. refertur de consecr. dist. 4. c. satis ostē dimus.

Ad euidentiam difficultatis huius sciendum est, quòd propositio illa maxima, Mutatio nominum quo ad significatum tollit ueritatem sacramenti, potest, quantum ad propositum spectat, intelligi duplici er, uel quo ad significatum ex ui nominis, uel quo ad significatum ex accommodatione usus. Et si primo modo fiat mutatio, potest fieri, uel quo ad significatum formale, uel quo ad significatum materiale, uel quo ad utrumque. Verbi gratia, Pater puram paternitatem significat formaliter, ut docet Arist. materialiter uero significat subiectum habēs paternitatem, quod tamen secundum Auicen. principaliter dicitur significari patris nomine, & comprehendendo utrumque, pater significat habentem paternitatē. Vnde si loco patris ponatur

ponatur genitor, erit mutatio quo ad formale significatum: quia genitor significat actum generandi, pater autem relationem, sed non erit mutatio quo ad significatum materiale: quia unus atque idem est generans & pater. Si uero loco patris poneretur paternitas, non mutaretur significatum formale, sed abstraheretur a materiali: si autem loco patris poneretur mater, esset mutatio quo ad utrumque significatum. Dicitur itaque secundum dictorum opinionem doctorum, quòd mutatio nominum quo ad significatum ex vi nominis, siue formale tantum, siue materiale tantum, siue utrumque, tollit veritatem baptismi. Ego autem considerans priscorum patrum dicta, ab his dissentio, motus ea ratione, quòd identitas nominum quo ad significatum secundo modo accipienda est in proposito, ut scilicet tunc solum sit uariatio nominum quo ad significatum, quando uariatur significatum ad quod ex accommodatione usus in forma sacramenti applicantur. Exempli causa. Cum dicitur in forma baptismi, In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, Pater ex accommodatione usus applicatur ad significandum primam personam Trinitatis, & similiter filius ad significandum personam, quæ secunda est in Trinitate, & simile est de nomine Spiritussancti. Nam ex vi nominum, nec omnia simul significant illas tres personas diuinas, nec aliquod eorum significat aliquam personam diuinam: quodlibet enim eorum ex ui nominis cõmune est multis, ut de se patet. Ex hoc itaque & in hoc pendet tota quæstio, penes quid attendatur unitas, uel diuersitas significati per nomen sacramentale. Attendentes enim ad communem rationem eiusdem, uel diuersæ significationis nominũ, oportet consequenter dicere diuersum esse significatum, quando formale, seu principale significatum ex ui nominis est diuersum. Perspicientes uero ad specialem usum nominum sacramentalium, consequenter dicimus, tunc solum uariari significatum, quando non significatur illud ad quod ex accommodatione usus significandum applicatum est. Et propterea, si loco patris ponatur genitor, & loco filij ponatur genitus, quia eędem personæ significantur, non uariatur significatio, quantumcumque sub alia & alia ratione significentur personæ, per hæc & illa nomina. Probatur autem sic debere accipi in proposito idem uel diuersum significatum, primo, auctoritate sedis Apostolicæ, de consecr. distin. 4. cap. a quodam, ubi Nicolaus Papa reddens rationem, quare baptismus præceptus in nomine patris & filij & spiritussancti, ualet in nomine Christi, dicit, quia unum & idem est proculdubio significatum. Ex quo loco manifeste patet, identitatem significati per formam baptismi, non attendi secundum communem nominum significationem, sed secundum id, ad quod significandum accommodata sunt nomina. Ad hoc enim aspiciendo, idem significatur per Christum implicite, quod per patrem & filium & spiritumsanctum, explicite. Secundo, auctoritate Ambrosij in primo libro de spiritusancto, cap. 3. Vbi de forma baptismi loquens, loco filij ponit Christum, loco patris ponit, a quo unctus est Christus, & loco Spiritussancti ponit, quo unctus est Christus. Ex quà doctrina clare habes, ꝙ sufficit personas diuinas significare secundum Ambrosium ex actione, puta unctione, multo ergo magis sufficiet significare illas ex generatione. Tertio, ex auctoritate generalis Concilij Florentini sub Eugenio Quarto, ubi institutionem domini de forma baptismi, interpretati sunt patres inuocationem Trinitatis, & nõ limitauerũt se ad inuocationem Trinitatis ꝓ hæc præcise nomina, Pater & Filius & Spiritussanctus: legimus enim ibi sic de forma baptismi, si ex primitur actus, qui p ipsum exerceatur ministrum, cum S. Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum. Quarto, ex communi ecclesiæ confessione. Fatemur enim oẽs S. Trinitatem nos inuocare, laudare, confiteri etiã in iudicio, non solum actus nominibus vtendo, sed etiam vtendo equipollentibus, puta genitore, oi potente, genitoq; ab ipso, & procedere ab vtroq; dono: aut similibus. Quinto, ex acceptatis casibus. Nam si quis diceret, Ego te baptizo i nomine Patris, Iesu Christi, & Spiritussancti, proculdubio omnium sapiẽtum iudicio perfectũ esset sacramentum, ita ꝙ non esset locus reiterationi: & tamen constat, ꝙ uariatur significatum ex ui nominis. similiter si quis diceret, In nomine Patris & Filij & spiritus paracleti, proculdubio eorundem iudicio, verum esset baptisma: & tamen constat variari ex ui nominis significatum: unde saluator instituens formam baptismi, in nomine patris & filij & spiritussancti, non est intelligendus arctasse virtutem formæ ad formalia significata ex ui nominum per hæc nomina: sed ad significata illa, ad quæ significanda hæc nomina accommodata sunt.

De baptismo, & eius effectu, c.1.

Alexand. 3. † Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris & Filij & Spiritussancti, amen, & non dixerit, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritussancti amen, nõ est puer baptizatus.

AD TERTIVM dicendum, quòd verba quæ proferuntur in formis sacramentorum, nõ pro nuntiantur solum causa significandi, sed etiam causa efficiendi, inquãtum habent efficaciam ab illo verbo, per quod facta sunt omnia: & ideo conuenienter diriguntur non solum ad homines, non intelligentes, sed etiam ad creaturas insensibiles, vt cum dicitur, Exorcizo te creatura salis.

AD QVARTVM dicendum, quòd plures simul non possunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab vnoquoque agatur. Et sic si conuenirent duo, quorum vnus esset mutus, qui non posset proferre verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum, non possunt ambo simul baptizare, vno dicente verba, & alio exercente actum. Possunt autem, si necessitas exigit, plures simul baptizari: quia nullus eorũ reciperet, nisi vnum baptismum: sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos: nec erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud est, quàm te, & te: quod autem dicitur, nos, non est idem dicere, quod ego & ego, sed ego & tu, & sic iam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur, si diceretur, Ego baptizo me: & iõ nullus potest baptizare seipsum: propter quod & Christus a Ioãne voluit baptizari, ut dicitur extra de baptismo† & eius effectu, cap. debitum.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ passio Christi, etsi sit principalis causa respectu ministri: est tamẽ causa instrumentalis respectu S. Trinitatis: & ideo potius commemoratur Trinitas, quàm passio Christi.

AD SEXTVM dicendum, quòd etsi sint tria nomina personalia trium personarum: est tamẽ nomen unum essentiale: virtus autem diuina quæ operatur in baptismo, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur, in nomine, & nõ in nominibus.

AD SEPTIMVM dicendum, quòd sicut aqua sumitur ad baptismum: quia eius usus est communior ad abluendum, ita ad significandum tres personas, in forma baptismi assumuntur illa nomina, quibus communius consueuerunt nominari personæ in illa lingua: nec in alijs nominibus perficitur sacramentum.

In Decretal. ti. 42. c. debitum.

¶ Ad rationem autem allatam in oppositum: quia pater significat personam, genitor vero actum notionalem, facile respondetur satisfaciendo, primo falsum esse, quòd pater ex ui nominis significet personam plus quàm genitor: quoniã pater significat puram paternitatem in concreto: & similiter genitor puram generationem actiue in concreto: concretum autem ubique est persona patris, de Trinitate loquendo; quæ realiter & formaliter ex parte rei idemptificatur, & relationi paternitatis & generationi actiue. Dicitur secundo, ꝙ manifeste constat spiritussancti nomen, nec proprietatem personalem, nec actum notionalẽ, nec personam ex ui nominis significare, ut patet, ex eo ꝙ tã spiritus, quàm sanctus, quàm totum coniunctum, ex ui nominis dicitur de essentia diuina: spiritus enim est Deus &c. Auctoris ergo uerba, ut ad literam redeamus, quantum ex ratione literæ apparet, intelligenda sunt, quo ad perfectionem præcepti, & non quo ad perfectionem sacramenti absolute, ut sic teneamur, quòd in solis nominibus quæ sunt in communiori usu, perficere tenemur sacramenta: ita quòd in aliis sacramentum est imperfectum, non per defectum alicuius necessarij ad sacramentum: sed necessarij ad præceptum sacramenti: hoc enim insinuat ratio literæ de communiori sumpta: communior enim & minus communis usus non uariat significationem nominis, ut de se patet. Si quis autem putat intelligenda hæc uerba, ut sonant, dicat, ut sibi placet.

¶ Super

¶ *Super quæst. sexagesimæsexta articulum sextum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore unica est conclusio: Quicqd deest ad inuocationem plenam Trinitatis, tollit integritatē baptismi.

Probatur. Sacramentum habet efficaciam ab institutione Christi; ergo si prætermittatur aliquid eorū, quæ Christus instituit circa sacramentum, tollitur efficacia eius. ergo si prætermittatur plena inuocatio trinitatis in baptismo, tollitur integritas baptismi.

Et probatur hæc ultima consequētia, quia Christus instituit baptismum in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Unde excludit Auctor responsionem dicentem, quod sufficit inuocare trinitatem implicite, uel quia in inuocatione unius personæ includitur alia, uel quia recta fide interiori inuocantur omnes personę, quamuis totaliter non explicentur omnes. Contra hanc responsionem arguit Auctor, quia sacramentum sicut cōstat ex materia sensibili, ita debet constare ex forma sensibili, ac p hoc nec intellect⁹ coniungi in una persona alia, nec fides recta de omnibus personis supplet defectum formæ sensibilis. Et confirmatur ex baptismo Christi; quoniam ibi tres personæ in forma sēsibili apparuerunt.

¶ Aduerte hic, hæc Auctoris uerba dire cte excludere rnsiones sumptas ex 3. c. li. primi Ambrosii de Spiritussancto, relata a Magistro sententiarum 3. dist. 4.

¶ Aduerte secundo, tractari hic duas q̄stiones tanquā unā: altera siquidem quæstio est, an baptism⁹, in quo omittitur inuocatio alicuius personę trinitatis, sit uerus. Altera uero quæstio est, an baptism⁹ celebratus in nomine Christi, sit uerus. Et Magister siquidē sententiarum separatim eas tractat. Au-

4. d. 3. art. 2. q. 2. ad 3. & 2. Cor. 1. d. 3.

Li. 1. c. 4: ante me. 5.

In Decr. li. 3. c. de tum.

De confir. di. 4. c. 2 quod Isidor.

Li. 1. de spir. sancto. c. 3 an. me. 10. 2.

De conf. di. 4. c. sint ne ra.

In lib. pub. 2 probabat hēri hīli habet, inde tur ex baptismo Christi, quo iam.

Arab. q. 8.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in nomine Christi possit dari baptismus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q̄ in nomine Christi possit dari baptismus. Sicut. n. una est fides, ita est unum baptisma, ut dicitur Ephes. 4. sed Act. 8. dicitur, quod in nomine Christi baptizabantur uiri & mulieres. ergo etiam nunc potest dari baptismus in nomine Christi.

¶ 2 Præt. Ambr. * dicit, si Christum dicas, & Patrem a quo unctus est, & ipsum, qui unctus est Filium, & Spiritum sanctum, quo unctus est, designasti: sed in nomine trinitatis potest fieri baptismus. ergo & in nomine Christi.

¶ 3 Præt. Nicolaus Papa * ad consulta Bulgarorum respondens, dicit, qui in nomine sanctæ trinitatis, vel tātum in nomine Christi (sicut in Act. apostolorum legitur) baptizati sunt (unum quippe idemque est, ut sanctus ait Ambr.) † rebaptizari non debent. Rebaptizarētur autem, si in hac forma baptizati, sacramentum baptismi non reciperent. ergo pōt conferri baptismus in nomine Christi sub hac forma, ego te baptizo in nomine Christi.

SED CONTRA est, quod Pelagius Papa * scribit Gaudentio episcopo, si hi qui in locis dilectionis tuæ uicinis commorari dicuntur, se solummodo in nomine domini baptizatos fuisse confitentur sine cuiuscumq; dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam uenientes, in sanctæ trinitatis nomine baptizabis. Didimus etiam dicit * in lib. de Spiritu sancto, licet quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, ut unū de prædictis nominibus (scilicet trium personarum) prætermittat, tamen sine perfectione baptizabit.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictū est*) sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret, nisi ex speciali dispensatione eius, qui uirtutē suam sacramentis non alligauit. Christus autem instituit sacramētum baptismi dari cum inuocatione trinitatis.

Et ideo qcqd deest ad plenam inuocationē Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Nec obstat qd in nomine unius personę intelligit alia (sicut in nomine patris intelligitur Filius) aut quod ille qui nominat unam solam personā, potest habere rectam fidem de trib⁹, quia sicut ad sacramentum requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis: unde non sufficit intellectus uel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus uerbis trinitas exprimatur: unde & in baptismo Christi (ubi fuit origo sanctificationis nostri baptismi) affuit trinitas in sensibilibus signis, scilicet Pater in uoce, Filius in humana natura, Spiritussanctus in columba.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex speciali Christi reuelatione Apostoli, in primitiua ecclesia in nomine Christi baptizabant: ut nomen Christi (quod erat odiosum iudæis & gentilibus) honorabile redderetur per hoc, quod ad eius inuocationem spiritussanctus dabatur in baptismo.

AD SECVNDVM dicendum, quod Ambr. assignat rationem, quare conuenienter talis dispensatio fieri potuit in primitiua ecclesia: quia scilicet in nomine Christi tota trinitas intelligitur. Et ideo seruabatur ad minus integritate intelligibili, forma, quam Christus tradidit in euangelio.

AD TERTIVM dicendum, quod Nicolaus Papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo eius responsio patet, ex primis duabus solutionibus.

ector uero coniūctim ut hic patet, ille non idē de utraque quæstione iudicium habet, iste idem sentit de utraque eadem ratione; puta quia Christus nomen unius personæ est: & propterea non directe in litera respondit quæsito, puta baptismus in nomine Christi non potest dari, sed uniuersalem negatiuam pro responsione dedit, scilicet non potest baptismus dari omisso quocumq; ad plenam inuocationem trinitatis requisito.

ARTICVLVS VII.

Vtrum immersio in aqua, sit de necessitate baptismi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd immersio in aqua sit de necessitate baptismi: ut enim dicitur Ephes. quarto, una fides, unum baptisma: sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. ergo uidetur quòd non possit esse baptismus sine immersione.

¶ 2 Præter. Apostolus dicit Roman. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem: sed hoc fit per immersionem: dicit enim Chrysost. * super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritussancto, &c. Sicut in quodam sepulcro in aqua submergentibus nobis capita uetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultat, deinde nouus rursus ascendit. ergo uidetur q̄ immersio sit de necessitate baptismi.

¶ 3 Præt. Si sine immersiōe totius corporis posset fieri baptismus, sequerēt q̄ pari rōne sufficeret, quālibet partē aqua perfundi: sed hoc uī incōueniēs: quia originale peccatum, cōtra quod præcipue dat baptismus, nō est in una tantū corporis parte. ergo uidet,

¶ *Super quæstio. sexagesimæsexta articulum septimum.*

IN titulo sumitur immersio, ut distinguitur cōtra aspersionem & effusionem. 4. di. 3. art. 4. q. 1.

In corpore una cōclusio est. Immersio non est de necessitate baptismi. Probatur: Ablutio corporis fieri pōt per aquam, nō solum per modū immersionis, sed ēt per modū aspersionis uel effusionis. ergo immersio non est de necessitate baptismi. Probatur consequentia: quia in baptismo assumitur aqua ad abluendum corpus, quod probatur; quia significat sic ablutionem interiorem a peccatis. Processum cum multis auctoritatibus & adiunctis ad bonitatem doctrinæ, quia satis patet in litera, pertranseo. Hom. 24. in Ioannē, post medium to. 3.

quod requiratur immersio ad baptismum, & non sufficiat sola aspersio.

SED CONTRA est, quod Heb.10. dicitur, Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

RESPON. Dicendum, quòd aqua assumitur in sacramento baptismi, ad usum ablutionis corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorũ. Ablutio autem fieri potest per aquam, non solũ per modum immersionis, sed ēt per modum aspersiõis uel effusionis. Et ideo quamuis tutius sit baptizare per modum immersionis (quia hoc habet communior usus) potest tamen fieri baptismus per modũ aspersionis, uel etiam per modum effusionis, secundum illud Ezec.36. effundam super uos aquam mundam: sicut beatus Laurentius legitur baptizasse: & hoc præcipue propter necessitatem: uel quia est magna multitudo baptizãdorũ, ut patet Act.2.& 4. ubi dicitur, quòd crediderunt una die tria millia, & alia 5.millia. Quandoque autē põt imminere necessitas propter paucitatem aquę; uel propter debilitatē ministri, qui non potest sustentare baptizandum: uel propter debilitatem baptizãdi, cui posset imminere periculum mortis ex immersione. & ideo dicendũ est, quòd immersio non est de necessitate baptismi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ sunt per accidens, non uariant substantiam rei. Per se autem requiritur ad baptismum corporalis ablutio per aquam; unde & baptismus lauacrum nominatur, secundum illud Eph.5. Mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Sed quod fiat ablutio hoc uel illo modo, accidit baptismo: & ideo talis diuersitas nõ tollit unitatem baptismi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in immersione expressius repræsentatur figura sepulturæ Christi, & ideo hic modus baptizandi est communior, & laudabilior: sed in aliis modis baptizandi repræsentatur aliquo modo, licet non ita expresse: nam quocumque modo fiat ablutio, corpus hominis, uel aliqua pars eius, aquæ supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

AD TERTIVM dicendum, quòd principalis pars corporis, præcipue quantum ad exteriora mẽbra, est caput in quo uigent omnes sensus, & interiores & exteriores. Et ideo, si totum corpus aqua non possit perfundi propter aquæ paucitatem, uel propter aliquam aliam causam, oportet caput perfundere: in quo manifestatur principium animalis uitæ. Et licet per membra, quæ generationi deseruiũt, peccatum originale traducatur, non tamen sunt membra illa potius aspergenda, quàm caput, quia per baptismũ non tollitur transmissio originalis in prolem per actum generationis, sed liberatur anima a macula, & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipue lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera animæ. In ueteri autem lege remedium contra originale peccatum, institutum erat in membro generationis: quia adhuc ille, per quem originale erat amouendum, nasciturus erat ex semine Abrahæ, cuius fidem circuncisio significabat, ut dicitur Rom.4.

¶ *Super quæst. sexagesimasexta articulum octauum.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum trina immersio sit de necessitate baptismi.

4.dist.3.ar.4. q.2. & 3. & dist.23. q.1. ar.1. q.2.cor.

TItulus clar⁹ ē. ¶ In corpore articuli duo fiũt: primo, respõdet q̃si-

ADOCTAVVM sic procedit. Videtur, ꝙ trina immersio sit de necessitate baptismi. Dicit enim Augus. in quodam sermone de Symbolo ad baptizatos, Rectè tertio mersi estis, quia accepistis baptismũ in nomine sanctę Trinitatis: rectè tertio mersi estis, quia accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis, illa enim tertio repetita immersio, typum dominicę exprimit sepulturæ, per quam Christo consepulti estis in baptismo: sed utrumque uidetur ad necessitatem baptismi pertinere, scilicet & quòd significetur in baptismo Trinitas personarum, & quòd fiat cõfiguratio ad sepulturam Christi. ergo uidetur q̃d trina immersio sit de necessitate baptismi.

¶ 2 Præterea. Sacramenta ex mãdato Christi efficaciam habent: sed trina immersio est ex mãdato Christi: scribit enim Pelagius Papa * Gaudentio episcopo, euangelicum præceptum ipso Domino Deo, & saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersione sanctum baptismum unicuique tribuere. ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis, est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersione, uidetur esse de necessitate baptismi.

¶ 3 Præter. Si trina immersio nõ sit de necessitate baptismi. ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda uel tertia, uidetur, quod secundò uel tertio baptizetur, quod est inconueniens. non ergo una immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio uidetur esse de necessitate ipsius.

SED CONTRA est, q̃d Gre.† dicit scribens * Leandro episcopo, Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate uel tertio, uel semel immergere, quoniam & in tribus immersionibus personarum Trinitas, & una potest diuinitatis singularitas designari.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut prius dictũ est *) ad baptismum per se requiritur ablutio aquæ, quę est de necessitate sacramenti, modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramẽtum. Et ideo, sicut ex prædicta auctoritate Greg.* patet, quantum est de se, utrumque licite fieri potest. s. & semel & ter immergere: quia unica immersione significatur unitas mortis Christi & unitas deitatis. ꝑ trinã ãt immersionẽ de necessitate baptismi. Dicit enim Augus. in quodam sermone de Symbolo ad baptizatos, Rectè tertio mersi estis, quia accepistis baptismũ in nomine sanctę Trinitatis: rectè tertio mersi estis, quia accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit a mortuis, illa enim tertio repetita immersio, typum dominicę exprimit sepulturæ, per quam Christo consepulti estis in baptismo: sed utrumque uidetur ad necessitatem baptismi pertinere, scilicet & quòd significetur in baptismo Trinitas personarum, & quòd fiat cõfiguratio ad sepulturam Christi. ergo uidetur q̃d trina immersio sit de necessitate baptismi.

¶ 2 Præterea. Sacramenta ex mãdato Christi efficaciam habent: sed trina immersio est ex mãdato Christi: scribit enim Pelagius Papa * Gaudentio episcopo, euangelicum præceptum ipso Domino Deo, & saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersione sanctum baptismum unicuique tribuere. ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis, est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersione, uidetur esse de necessitate baptismi.

¶ 3 Præter. Si trina immersio nõ sit de necessitate baptismi. ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda uel tertia, uidetur, quod secundò uel tertio baptizetur, quod est inconueniens. non ergo una immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio uidetur esse de necessitate ipsius.

SED CONTRA est, q̃d Gre.† dicit scribens * Leandro episcopo, Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate uel tertio, uel semel immergere, quoniam & in tribus immersionibus personarum Trinitas, & una potest diuinitatis singularitas designari.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut prius dictũ est *) ad baptismum per se requiritur ablutio aquæ, quę est de necessitate sacramenti, modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramẽtum. Et ideo, sicut ex prædicta auctoritate Greg.* patet, quantum est de se, utrumque licite fieri potest. s. & semel & ter immergere: quia unica immersione significatur unitas mortis Christi & unitas deitatis. ꝑ trinã ãt immersionẽ

Reb. inb. conf. Polig.

to, quantum ad necessitatem sacramenti, secundo respondet quæsito, quantum ad necessitatem manda ti ecclesiastici.

¶ Quò ad primum unica conclusio est: utrumque licite fieri potest, scilicet & semel & ter immergere. Probatur tripliciter. Primo ratione: Ad baptismum per se requiritur ablutio, ꝑ accidens autem modus ablutionis. ergo. secundo auctoritate Gre. tertio ex significatione, tam unicæ quàm trinæ immersionis.

¶ Quò ad secundum uariata ponitur & mutata ecclesiæ inlitutio diuersis temporibus diuersis ex causis, & tandem infert grauius peccare, qui nunc non seruant tri nam immersionem, ubi scito, quod licet hodie, qui baptizantur in fontib. immergantur, & forte ter: hi tamen qui baptizantur in domibus, per modum effusionis baptizantur. Et ꝑ pterea nullum peccatum committere uidentur, quia ter non immergunt, cum nec semel immergat absque peccato.

De cons. d. 4. cap. Multi sunt.

¶ In responsione ad tertium, dubium occurrit, an trina immersione intenta a ministro, si aliqua omittatur, sit uerus baptismus. Et est ratio dubii, quoniam si trina immersio intendatur, baptismus nõ perficitur in prima immersione, ut Auctor explicat in articulo quarto tertiæ distinctionis quarti sentent. Huius autē oppositum uidetur ex eo, quod huiusmodi intentio ministri non addit necessitatem nouæ immersionis post primam.

Li. 1. epi. 41. me. Alios Leonardo.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quia intentio ministri fundatur super ritu ecclesiæ, eadem est intentio ministri intendentis exercere trinam immersionẽ, & ecclesiæ instituentis illam; constat autē ꝙ ecclesia instituit trinam immersionẽ, non ut substantiale sacramenti, sed ut cæremoniale eiusdẽ, quoniam nõ nisi ad significandũ uel Trinitatem personarũ, uel tri-

Art. 1. ꝙ 1.

In arg. contra.

q. 1. 59. ar.

triduum sepulturæ, illam instituit. intentio ergo ministri ad trinam immersionẽ ferat, non ut ad rem necessariam sacramento, sed ut ad cæremoniam eiusdem, omissio autem cæremoniæ non tollit ueritatem baptismi. Et propterea si ex incuria aut casu alio minister intendens trinam immersionem, efficit proferre uerba formæ ante secũdam aut tertiam immersionem, baptismus perfectus est: & quæ non est facta immersio durantibus uerbis superflue post uerba adderetur, quoniam non esset amplius baptismi pars.

In uno.49. & habetur de consecr. dist.4. Sigs presbyter.

Ad obiectionẽ autem inductam, dicitur quod intelliguntur uerba Auctoris de unica immersiõe subtractione partis. In casu autem nostro. s. quo uerba præuenirent secundã immersionem, unica immersio ex ipsa separatione ab aliis immersionibus, haberet rationem totius. quod ut melius intelligas, ad uerte ablutionem eẽ quoddam totum successiuum, & integratur ex partibus successiuis & continuis: successiuis quidem omnibus; continuis uero quãdoque omnibus, quandoque quibusdam. Nam quælibet ablutio per immersionem in tẽpore fit, & per partes successiuas ac continuas immersiones, & rursus quælibet triũ immersionum inter se discretarum, pars est unius ablutionis, quam baptismum uocamus. Quo fit, ut quia totum successiuum ex qualibet sui parte infertur (est enim dies, quæcumque hora diei sit: & similiter mouetur aliquis, in quacumque motus parte inuenitur) ex quacumque immersione, immo ex quacumque immersionis parte sufficiẽte, ad abluendũ, ablutio infertur, ac per hoc baptismus, si totius rationem habeat; habent enim uarijs immersiõis partes, & singulæ immersiones partium rationem, dũ in suo toto

Tritii.t.9.

In conc. Toletan.4. cõm 3.

q.57.ar.4. & 58.ar.2.

significat triduũ sepulturę Christi, & etiam trinitas personarum: sed diuersis ex causis secundum ordinationem ecclesię, quandoq; institutus est unus modus, quandoque alius: quia enim a principio nascentis ecclesiæ, quidam de Trinitate male sentiebant, Christum purum hominem esse æstimantes, nec dici filium Dei & Deum nisi propter meritum eius, quod præcipue fuit in morte, ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, & una immersione; quod reprobatum fuit in primitiua ecclesia. unde in canonibus apostolorum * legitur, si quis presbyter aut episcopus non trinam immersionem unius ministerii, sed semel mergat in baptismate, quod daria qui busdam dicitur in morte Domini, deponatur: non enim nobis dixit Dominus, in morte mea baptizate, sed in nomine Patris & Filii & Spiritussancti. Postmodum uero inoleuit quorundam schismaticorum & hæreticorum error, homines rebaptizantium: sicut de Donatistis August. * narrat super Ioan. Et ideo in detestationem erroris eorum, fuit statutum † in Cõcilio Toletano, quod fieret una sola immersio: ubi sic legitur, Propter uitandum schismatis scãdalum, uel hæretici dogmatis usum, simplam teneamus baptismi immersionem: sed cessante tali causa communiter obseruatur ĩ baptismo trina immersio. Et ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quasi ritum ecclesiæ non obseruans, nihilominus tamen esset baptismus.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ Trinitas est sicut agens principale in baptismo: similitudo autem agẽtis peruenit ad effectum secundum formam, & non secundum matetiam. & ideo significatio Trinitatis fit in baptismo per uerba formę; nec est de necessitate, quòd significetur Trinitas per usum materiæ: sed hoc fit ad maiorem expressionem: similiter etiam mors Christi figuratur sufficienter in unica immersione. Triduum autem sepulturæ non est de necessitate salutis nostræ: quia etiam si una die fuisset sepultus uel mortuus, suffecisset ad perficiendam nostram redemptionem: sed triduum illud ordinatur ad manifestandum ueritatem mortis, ut supra * dictum est. & ideo patet, q̃ trina immersio, nec ex parte Trinitatis, nec ex parte passiõis Christi, est de necessitate sacramenti.

Ad secvndvm dicendũ, quod Pelagius Papa † intelligit trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili: in hoc scilicet quod Christus præcepit baptizari in nomine Patris & Filii & Spiritussancti: non tamen est similis ratio de forma, & de usu materiæ, ut dictum est. *

Ad tertivm dicendum, q̃ (sicut supra † dictum est) intentio requiritur ad baptismum, & ideo ex intentione ministri ecclesiæ, qui intendit unum baptismum dare trina immersione, efficitur unum baptisma: unde Hieroni. dicit * super epistolam ad Philipp. Licet ter baptizetur, id est immergatur, propter mysterium Trinitatis, tamen unum baptisma reputatur: si uero intenderet ad unam quamque immersionem unum baptisma dare, ad singulas immersiones repetens uerba formæ peccaret, quantum in se est, pluries baptizans.

Articvlvs ix.

Vtrum baptismus possit iterari.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur, quòd baptismus possit iterari. Baptismus enim uidetur institutus ad ablutionem peccatorum: sed peccata iterantur. ergo multo magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcendit hominis culpam.

¶ 2 Prætere. Io. Baptista præcipue fuit a Christo commendatus, cũ de eo dictum sit Matt. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed baptizati a Ioanne, iterum baptizabantur ut habetur Actum 19. ubi dicitur, quod Paulus baptizabat eos, qui erant baptizati baptismo Ioannis. ergo multo fortius illi, qui sunt baptizati ab hæreticis, uel peccatoribus, sunt rebaptizandi.

¶ 3 Præt. In Niceno Concilio statutum est, si quis confugerit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphyrgis, rebaptizari eos oĩno debere: uidetur autẽ esse eadem ratio de aliis hæreticis. ergo baptizati ab hæreticis, debẽt rebaptizari.

¶ 4 Præ. Baptismus est necessarius ad salutem: sed de quibusdam baptizatis aliquando dubitatur, an sint baptizati. ergo uidetur quod debeant iterum baptizari.

¶ 5 Præt. Eucharistia est perfectius sumuntur, & sola separatio ab aliis partibus, illi uel illis rationem totius largitur, ut accidit in diuisione continui permanentis. Ministro ergo intendente trinam immersionem, quamdiu immersiones seu earum partes habent rationem partium baptismi ex parte materiæ, hoc est ablutionis, non perficitur baptismus; sed si pars aliqua sortiretur rationem totius ex hoc, quod in ea finiretur prolatio formæ, undecumq; hoc accidat, ablutio baptismalis perfecta est. Peccat tamen minister, præueniens secundam aut tertiam immersionem prolatione uerborũ Intergra: tamq̃ omitteas aliquã immersionem.

Loco citato in arg.

In sol. præc.

q.64.ar.8.

In com.ca.4. ad Eph. sup illud, una fides, vnũ baptisma, to.9. refertur de consec. d.2.c. Eodẽ modo.

¶ *Super quæstio. sexagesimaesexta articulum nonum.*

In titulo tam huius, quam triũ sequentium articulorum, & similiter in omnibus his, quæ in illis continentur, nihil aliud scribẽdum occurrit, nisi quod Scotus in 4. sententia. distinct. 6. duas rationes ponit contra litera noni articuli, scilicet secundam & tertiam arguit. Secundam quidem: q̃a in morte Christi baptizati sumus, dicit nõ concludere: quia pœnitentia uirtutem quoque habet a passione Christi, & tamen est iterabilis. Tertiam uero, quia imprimit characterem indelebilem, dicit probare per immanifestius: quoniam a principio institutionis baptismi manifestum fuit, quod non licuit iterare ipsum, & character erat occultus.

4.di.6.q.2.a.1.q.1.& 4.cõtra.59.fin.& c.70.& 71. Et 10,3.& ephes.4.lec.2:

¶ Ad primum horũ dicitur, quod uis rationis consistit in repræsentatione (quia. s. in baptismo repræsentatur mors Christi) & nõ in efficacia uirtutis a passione Christi, ut arguens refert: unde argumẽtum nihil obstat: quoniam pœnitentia non assimilat hominem Christo mortuo; sed baptismus cõsepeliẽs Christo mortuo hominẽ, qui baptizatur.

In conc.1.Nicæ.can.9.

q. præc. ar. 3

¶ Ad secundum dicitur, quod ille Auctor reprehendendus est, oportet quoq; reprehendere synodū florentinam sub Eugenio IIII. dicentem, Tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo quæ characterem, id est, spirituale signum, imprimunt in anima indelebile: unde in eadem persona nō reiterantur. Licet ergo ex posterius manifestis rationem reddere eorum, quæ prius tempore nota fuerit: de multis enim conclusionibus notis apud priscos, posteriores adinuenerūt propter quid.

sacramentum quam baptismus, ut supra dictum est: sed sacramentum eucharistiæ iteratur: ergo uidetur quod multo magis baptismus possit iterari.

SED CONTRA est, quod dicitur Ephes. 4. Vna fides, unum baptisma.

RESPON. Dicendum, quod baptismus iterari non potest. Primo quidem, quia baptismus est quædam spiritualis regeneratio: prout scilicet aliquis moritur ueteri uitæ, & incipit nouam uitam agere: unde dicitur Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: unius autem non est nisi una regeneratio: & ideo non potest baptismus iterari, sicut nec carnalis generatio: unde Augu.*

Trac. 11. in Ioan. Io ante med. to. 9

dicit super illud Ioā. 3. Numquid potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci? Sic tu, inquit intellige natiuitatem spiritus, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis: quomodo enim uterus non potest reperi, sic nec baptismus: secundo, quia in morte Christi baptizamur, per quam morimur peccato, & resurgimus in nouitatem uitæ. Christus autem semel tantum mortuus est, & ideo baptismus iterari non debet: propter quod Hebræ. sexto contra quosdam rebaptizari uolentes dicitur, Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, ubi

Gl. ord. sup illud. Reno uari rurs⁹ ad pœnitentiā.

glossa dicit, *una Christi mors, unum baptisma consecrauit: tertiò, quia baptismus imprimit characterem, qui est indelebilis, & cum quadam consecratione datur: unde sicut aliæ consecrationes non iterantur in ecclesia, ita nec baptismus. Et hoc est quod

Lib. 2. c. 13. a med. to. 7.

Augustinus† dicit in secundo contra epistolam Parmeniani, quod character militaris non reperitur, & quod non minus hæret sacramentum Christi, quā corporalis hæc nota, cum uideamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus, non restituitur. quarto, quia baptismus principaliter datur contra originale peccatum: & ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita etiam nec baptismus iteratur: quia, ut dicitur Romano. quinto. Sicut per unius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per unius iustitiam, in omnes homines in iustificationem uitæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus operatur in uirtute passionis Christi, sicut supra dictum est.* Et ideo sicut peccata sequentia uirtutem

ar. 2. huj⁹ q.

passionis Christi non auferunt, ita etiam non auferunt baptismum, ut necesse sit ipsum iterari: sed pœnitentia superueniente tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi.

Tra. 5. decli nādo ad fi. tom. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Augustinus† dicit super illud Ioann. primo, sed ego nesciebam eum, Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum: quia Ioannes dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, ut nec homicida ministrante polluatur.

In epist li. 9. c. pi. 61. paul. a prin. alias q. dinio seu quirito.

AD TERTIVM dicēdum, q̄ Pauliani, & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis: unde Grego.* dicit scribens * Quirino episcopo, Hi hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizabāt, sicut sunt Bonosiani & Cataphrygæ (qui scilicet idē sentiebant cum Paulianis: quia & illi Christum Deum non credunt, existimantes, ipsum scilicet esse purum hominem, & isti scilicet Cataphrigæ, Spiritum sanctum peruerso sensu esse purum hominem Montanum scilicet credunt) tales cum ad sanctam ecclesiam ueniunt, baptizentur, quia baptisma non fuit, quod in errore positi, sanctæ Trinitatis nomine minime pereceperunt: sed (sicut in regulis ecclesiasticis† dicitur) si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizabant, & ueniunt ad catholicam fidem, recipiantur ut baptizati.

De eccles. dogm. c. 10. iam Ale.

AD QVARTVM dicendum, quòd sicut dicit Decr. Alexandri† III. De quibus dubium est an baptizati fuerint baptizentur his uerbis premissis, Si baptizatus es, ego non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. non enim uidetur iterari quod nescitur esse factum.

De baptis. eius effe. c. De quib. est c. 2. D. 25. & 183.

AD QVINTVM dicendum, q̄ utrumque sacramentum, scilicet baptismi, & eucharistiæ est repræsentatiuum dominicæ mortis & passionis: aliter tamen & aliter. Nam in baptismo commemoratur mors Christi, inquantum homo Christo comminoritur & in nouam uitam regeneratur: sed in sacramento eucharistiæ commemoratur mors Christi, inquātum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale conuiuium, secundum illud 1. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur. Et quia homo semel nascitur, multoties autem cibatur, semel tantum datur baptismus, multoties autem eucharistia.

ARTICVLVS X.

Vtrum ritus, quo ecclesia in baptizando utitur, sit conueniens.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit conueniens ritus, quo ecclesia utitur in baptizando. Vt enim dicit Chrysostomus, numquā aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo Epiphaniæ. ergo magis deberet celebrari solennis baptismus in festo Epiphanię, quam in vigilia Paschæ, & in vigilia Pentecostes.

4. dist. 2. q. 1. a. 3. ad septimum. & d. 6. q. 2. ar. 1. q. 3. Referur de consecr. d. 4. c. Nūquam.

¶ 2 Præt. Ad idem sacramentum non uidetur pertinere diuersārū materiarum usus: sed ad baptismū pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui baptizat, bis inungit oleo sancto, primū in pectore, deinde inter scapulas, & tertio chrismate in uertice.

¶ 3 Præt. In Christo Iesu non est masculus & femina, barbarus & scytha, & eadē rōne nec aliquæ aliæ huiusmodi differentiæ. Multo igitur minus diuersitas uestium aliquid operatur in fide Christi. inconuenienter igitur baptizatis traditur candida uestis.

¶ 4 Præt. Sine huiusmodi obseruantijs potest baptismus celebrari. Hæc igitur quæ dicta sunt, uidentur esse superflua, & ita inconuenienter ab ecclesia instituta esse in ritu baptismi.

SED CONTRA est, quod ecclesia regitur Spiritu sancto, qui nihil inordinatum operatur.

RESPON. Dicendum, q̄ in sacramēto baptismi aliquid agitur, quod est de necessitate sacramēti, & aliquid est, quod ad quādam solennitatē sacramēti pertinet. De necessitate quidē sacramenti est forma, q̄ designat principalē causā sacramenti, & minister, qui est causa instrumentalis, & usus materiæ, scilicet

ablutio

ablutio in aqua, quæ designat principalẽ sacramẽti effectum. Cetera uerò omnia, quæ in ritu baptizandi obseruat ecclesia, magis pertinent ad quandam solennitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur sacramento propter tria. Primò quidem ad excitandã deuotionem fidelium, & reuerentiam ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua, absq. solemnitate, de facili ab aliquibus æstimaretur, quasi quædam communis ablutio. Secũdo ad fidelium instructionem. Simplices enim, qui literis non eruditur, oportet erudire per aliqua sensibilia signa; puta per picturas, & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea quæ in sacramentis aguntur, uel instruuntur uel solicitantur ad quærendum de his, quæ per sensibilia signã significantur. Et ideo quia præter principalem sacramenti effectum, oportet q̃dam alia scire circa baptismum, conueniens fuit, ut etiam quibusdam exterioribus signis repæsentaretur. Tertiò, quia per orationes & benedictiones & alia huiusmodi, cohibetur uis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus.

Ad primvm ergo dicendum, quod Christus in Epiphania baptizatus est baptismo Ioannis, ut supra dictum est:* quo quidem baptismo non baptizantur fideles: sed potius baptismo Christi. Qui quidem habet efficaciam ex passione Christi (secundũ illud Roma 6. Quicumque baptizati sumus) & ex spiritusancto, secundum illud Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c. & ideo solennis baptismus agitur in ecclesia, & in uigilia Paschę, quãdo fit commemoratio dominicæ sepulturæ, & resurrectionis eiusdem (propter quod, & Dominus post resurrectionem, præceptum die baptismo discipulis dedit, ut habetur Matth. ultimo,) & in uigilia Pentecostes quãdo incipit celebrari solennitas spiritus sancti, unde & apostoli leguntur ipso die Pentecostes, quo spiritum sanctum receperant, tria millia hominum baptizasse.

Ad secvndvm dicendum, quòd usus aquę adhibetur in baptismo quasi pertinens ad substantiam sacramenti: sed usus olei uel chrismatis adhibetur ad quandam solennitatem. nam primo baptizãdus inũgitur oleo sancto, & in pectore & in scapulis, quasi athleta Dei, ut Ambro.* dicit in lib. de sacramentis: sicut pugiles inungi consueuerunt: uel sicut Innocen. dicit in quadam Decre.† de sacra unctione, baptizandus in pectore inungitur, ut per spiritussancti donum errorem abiiciat & ignorantiam: & fidẽ rectam suscipiat, quia iustus ex fide uiuit. Inter scapulas autem inunguntur, ut per spiritussancti gratiã excutiant negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat: quia fides sine operibus mortua est, ut per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore, & fortitudo laborum in scapulis: post baptismum uero (ut Rabanus* dicit) statim signatur in cerebro a presbytero cũ sacro chrismate, sequente simul & oratione, ut Christi regni particeps fiat, & a Christo Christianus possit uocari. uel sicut Ambrosi.† dicit, unguentum super caput effunditur: quia sapientis sensus in capite eius, ut scilicet sit paratus omni petenti, de fide reddere rationem.

Ad tertivm dicendum, quod uestis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione quod non liceat ei aliis uestibus uti; sed in signum gloriæ * resurrectionis ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem uitæ, quam debet post baptismum obseruare, secundum illud Rom. 6. In nouitate uitæ ambulemus.

Ad qvartvm Dicendum, quòd ea pertinent ad solennitatem sacramenti, & si non sint de necessitate sacramenti: non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti, ut dictum est.* In corp. art.

Articvlvs XI.

Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.

Ad vndecimvm sic proceditur. Videtur, q̃ 4.di.4.q.3.a.3.& quol.6. ar.4.& 10.3. lec.1. fin.& Heb.6. co.3. fi. inconuenienter describantur tria baptismata, scilicet aquæ, sanguinis, & flaminis, scilicet Spiritussancti: quia Apostolus dicit Eph. 4 Vna fides, unum baptisma: sed non est nisi una fides. ergo non debent poni tria baptismata.

¶ 2 Præterea. Baptismus est quoddam sacramentũ, ut ex supra dictis patet:* sed solus baptismus aquæ, est sacramentum. ergo non debent poni alia duo baptismata. q.65.ar.1.

¶ 3 Præt. Damasce.† in quarto lib. determinat plura alia genera baptismatum. non ergo debent poni solum tria baptismata. Li.4. orth.fidei cap. 10. post med.

Sed contra est, quod super illud Hebręo. sexto. Baptismatum doctrinę, dicit gloss.* Pluraliter dicit: quia est baptismus aquæ, pœnitentiæ, & sanguinis. Gl. ord. ibi.

Respon. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est*) baptismus aquæ efficaciam habet a passione Christi (cui aliquis cõfiguratur per baptismum) & ulterius sicut a prima causa a Spiritusancto. Licet autem effectus dependeat a prima causa, causa tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo præter baptismum aquæ, potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi, inquantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo: unde dicitur Apoc. septimo. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per uirtutem Spiritussancti consequitur effectum baptismi, non solum sine baptismo aquæ, sed etiam sine baptismo sanguinis, inquãtum. s. alicuius cor per Spiritumsanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis: unde etiam dicitur baptismus pœnitentiæ. Et de hoc dicitur Isa. 4. Si abluerit Dñs sordes filiarum Sion, & sanguinẽ Hierusalẽ lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. sic igitur utrũque aliorum baptismatum nominatur baptismus, inquãtum supplet uicem baptismi aquæ: vnde dicit Aug.* in 4. li. de Vnico baptismo paruulorũ: Baptismi uicem aliquãdo implere passionem, de latrone illo, cui nõ baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leue documentũ assumit, qd etiam atque etiam considerans, inuenio non tãtum passionem pro nomine Christi id, quod baptismo deerat, posse supplere: sed etiam fidẽ, confessionẽq. cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi, in angustiis temporum succurri non potest. li.4. de Baptis. contra Donatistas c.22. in pri. tom.7.

Ad primvm ergo dicendum, quòd alia duo baptismata includuntur in baptismo aquæ, qui efficaciam habet & ex passione Christi & ex Spiritussancto, & ideo per hoc non tollit unitas baptismatis.

Ad secvndvm Dicendum, q̃ sicut supra dictum est* sacramentum habet rationem signi: alia uero duo conueniunt cum baptismo aquæ, nõ quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis. & ideo non sunt sacramenta. q.62.ar.5.& q.66.ar.2. q.60.art.1.

Ad 111. dicendum, q̄ Damasc.* ponit quędam baptismata figuralia, sicut diluuiū, quod fuit signū nostri baptismi, quantum ad saluationem fidelium in ecclesia, sicut tunc paucæ animæ saluæ factæ sunt in arca, ut dicitur 1. Petri. 3. ponit etiam transitum maris Rubri, qui significat nostrū baptisma, quantū ad liberationem a seruitute peccati: unde & apostolus dicit 1. Cor. 10. quod omnes baptizari sunt in nube & in mari; ponit etiam ablutiones diuersas, quæ fiebant in ueteri lege præfigurantes nostrum baptisma, quantum ad purgationem peccatorum; ponit etiam baptismum Ioannis, qui fuit p̄paratorius ad nostrum baptisma.

Ll.4.orth.fi. c.10.a med.

Articvlvs xii.

Vtrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata.

Ad dvodecimvm sic proceditur. Videtur, quòd baptismus sanguinis nō sit potissimꝰ inter tria p̄dicta baptismata. Baptismus enim aquæ imprimit characterē: quod quidem baptismus sanguinis non facit. ergo baptismus sanguinis non est potior, quā baptismus aquæ.

4.dist.4.q.3. art.3.q.4. & Heb.6.co.3. fi.

¶ 2 Præt. Baptismus sanguinis non ualet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem: dicitur enim 1. ad Cor. 13. si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest: sed baptismus flaminis ualet sine baptismo sanguinis. non enim soli martyres saluantur. ergo baptismus sanguinis non est potissimus.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus aquæ habet efficaciam a passione Christi (cui secundum predicta respondet baptismus sanguinis) ita passio Christi efficaciam habet a Spiritu sancto, secundum illud Hebræo. nono. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum obtulit semetipsum pro nobis, emundabit conscientiā nostram ab operibus mortuis, &cetera. ergo baptismus flaminis potior est, quam baptismus sanguinis. non ergo baptismus sanguinis est potissimus.

Sed contra est, quod Augustinus* ad Fortunatum, loquens de comparatione baptismatum, dicit, baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore: ille post confessionem aspergitur aqua, hic sanguine: ille per impositionem manus pontificis recipit Spiritum sanctum: hic templum efficitur Spiritussancti.

Habetur in li. de ecc.dog. c.74.tom.3.

Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) effusio sanguinis pro Christo, & operatio interior Spiritussancti, dicuntur baptismata, inquantum efficiunt effectum baptismi aquę.

Art.præced.

Baptismus autem aquæ efficaciam habet a passione Christi, & a Spiritu sancto, ut dictum est; * quæ quidem duæ causę operantur in quolibet horum trium baptismatum, excellentissime tamen in baptismo sanguinis: nam passio Christi operatur quidem in baptismo aquæ, per quandam figuralem repræsentationem: in baptismo autem flaminis uel pœnitentiæ, per quandam affectionem: sed in baptismo sanguinis, per imitationem operis: similiter etiam uirtus Spiritussancti operatur in baptismo aquę, per quandam uirtutem latentem: in baptismo autem pœnitentiæ, per cordis commotionē, sed in baptismo sanguinis, per potissimum dilectionis, secundū illud Ioannis decimoquinto. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam uę animam suam ponat quis pro amicis suis.

Art.præced.

Ad primvm ergo dicendum, quod character est res, & sacramentum: non autem dicimus quod baptismus sanguinis, præeminentiam habeat secundū rationem saeramenti: sed quantum ad sacramenti effectum.

Ad secvndvm dicendū, q̄ effusio sanguinis non habet rationem baptismi, si sit sine charitate. ex quo patet, quod baptismus sanguinis includit baptismū flaminis, & non econuerso: unde* ex hoc ipso probatur perfectior.

C.3.eccles. p.7. & 3.

Ad tertivm dicendum, q̄ baptismus sanguinis præeminētiam habet, non solum ex parte passionis Christi, sed etiam ex parte Spiritussancti, ut dictum est. *

In corp.

Qvaestio lxvii.

De ministris, per quos traditur baptismi sacramentum, in octo articulos diuisa.

¶ *Super quæst. lxvij. artic. primum.*

Deinde considerandum est de ministris, p̄ quos traditur sacramentum baptismi.

Et Circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum ad diaconum pertineat baptizare.

¶ Secundo, Vtrum pertineat ad presbyterum, uel solū ad episcopum.

¶ Tertiò, vtrum laicus possit sacramentum baptismi conferre.

¶ Quartò, Vtrum hoc possit facere mulier.

¶ Quinto, Vtrum non baptizatus possit baptizare.

¶ Sexto, Vtrum plures possint simul baptizare unum & eundem.

¶ Septimo, Vtrum necesse sit aliquem esse, qui baptizatum de sacro fonte recipiat.

¶ Octauo, Vtrum suscipiens aliquem de sacro fonte, obligetur ad eius instructionem.

Articvlvs primvs.

Vtrum officium diaconi pertineat baptizare.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quod ad officiū diaconi pertineat baptizare: simul.n. iniungitur a Domino officium prædicandi euangeliū & baptizandi, ſm illud Matth.ul. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. sed ad officium diaconi pertinet euangelizare. ergo uidetur quod etiam ad officium diaconi pertineat baptizare.

¶ 2 Præte. Secundum Diony.† 5. cap. eccle. hier. purgare pertinet ad officium diaconi: sed purgatio a peccatis maxime fit per baptismū secundum illud Eph. 5. Mundans eam lauacro aquę in uerbo uitæ.

¶ In corpore omnia clara sunt. Dubium tamen unum restat, quo pacto verum sit, diaconis nō cōuenire prædicandi & baptizandi officium, cum in diaconorum ordinatione expresse dicatur, Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare & prædicare: ex quo loco habetur argumentū, & contra rationem Auctoris, & contra conclusionem: Contra rationem quidē; quia dum hic exponitur, ministerium diaconi respicere altare, apparet diaconos nō nisi ut ministros se habere ad altare: sed respectu aliorum actuum (puta prædicādi & baptizandi) nō potest inferri q̄ minister ialiter tantum deseruiant. Contra conclusionē autem, quia expresse attribuitur sibi & baptizare, & prædicare.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ utrumque uerum est diuersimode intelligendo. Nam ad diaconos spectat & baptizare, & prædicare ex impositione, hoc est si ab episcopo, seu presbytero sibi imponatur, ut Pelagius dicit de consecratione dist. 4. cap. diaconos. Non spectat aūt ad diaconos prædicare, aut baptizare ex officio, ut in c. constat. de consecr. dist. 4. dicitur. Rō quoq; literæ solida consistit, fundata super officiō diaconi absolute: ex quo. n. officiū eius est ministrare, infertur rationabiliter, q̄ si actib' superiorū se immiscet, non nisi ministerialiter

4.di.5.q.2.a. 1.q.2. & dist. 7.q.1.ar.1. q. 1.cor. & di. 13.q.1. ar. 3 q.2.cor.

Ca.5.in 3. med. vsq; ad fin. li partis.

ter ad eos se habet, & propterea recte inferur, non competere sibi ex officio prædicare, aut baptizare, cum quo tamen stat, ut dictum est, quod utrumque potest ei competere ex impositione: hoc enim ostendit ministrum ipsum esse officialium eorum qui ex officio hæc possunt.

ergo uidetur quod baptizare pertineat ad diaconum.

¶ 3 Præ. De beato Laurentio legitur, quod cum ipse esset diaconus, plurimos baptizabat. ergo uidetur quod ad diaconos pertineat baptizare.

SED CONTRA est, quod Gela.* Papa dixit, & habetur in decre. 3. dist.† Diacones propriam constituimus obseruare mensuram. & infra, Absque episcopo uel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat.

RESPON. Dicendum, quòd sicut cælestium ordinum proprietates & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur (ut Dion.* dicit 7. c. cæleſt. hierar.) ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest, quid ad vnumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi, quasi ministri: quia uidelicet ad diacones non pertinet aliquod sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere: sed adhibere ministerium alijs maioribus, in sacramentorum exhibitione. Et sic ad diaconem non pertinet, quasi ex proprio officio, tradere sacramentum baptismi: sed in collatione huius sacramenti, & aliorum, assistere & ministrare maioribus: unde Isid o.† dicit, ad diaconum pertinet assistere, & ministrare sacerdotibus, in omnibus quę agũtur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate, in patena & calice.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod ad diaconũ pertinet recitare euangelium in ecclesia, & prædicare ipsum per modum catechizantis: unde & Dion.* dicit, quòd diaconi habent officium super immundos: inter quos ponit catechumenos. sed docere, id est, exponere euangelium, pertinet proprie ad episcopum, cuius actus est perficere, secundum Dion.† 5. cap. eccleſiaſt. hier. Perficere autem idem est quod docere: unde non sequitur, quod ad diacones pertineat officium baptizandi.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ sicut Dion.* dicit in secundo capitulo eccleſi. hier. baptismus non solum habet purgatiuam, sed etiam illuminatiuam uirtutem: & ideo excedit officium diaconi, ad quẽ pertinet solum purgare, scilicet uel repellendo immundos, uel disponendo eos ad sacramenti susceptionem.

AD TERTIVM dicendum, quòd quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconibus necessitate urgente in absentia maiorum baptizare, sicut patet ex auctoritate Gelasii* supra inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus existens, baptizauit.

¶ Super quæstion. sexagesimę septimæ arti culum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptizare pertineat ad officium presbyterorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod baptizare non pertineat ad officiũ presbyterorũ, sed solum episcoporum, quia (sicut dictum est*) sub eodem præcepto iniungitur Mat. ult. officiũ docendi, & baptizandi: sed docere quod est perficere, pertinet A ad officium episcopi, vt patet per Dionys. † 5. & 6. cap. eccles. hier. ergo & baptizare pertinet tãtum ad officium episcopi.

¶ 2 Præt. Per baptismum annumeratur aliquis populo Christiano, quod quidem uidetur ad officium solius principis pertinere: sed principatum in ecclesia tenẽt episcopi: qui, ut dicitur in gloss.* Luc. 10. tenent locum Apostolorum, de quibus dicitur in psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram: ergo uidetur, quòd baptizare pertineat solum ad officium episcopi. B

¶ 3 Præt. Isido.† dicit, quòd ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris, & confectio chrismatis, ipse ordines ecclesiasticos distribuit, & sacras virgines benedicit: sed his omnibus maius est sacramentum baptismi. ergo videtur q̃ multo magis ad officium solius episcopi pertineat baptizare.

SED CONTRA est quod Isidor.* dicit in libro de officijs: constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum.

RESPON. Dicendum, quòd sacerdotes ad hoc C consecrantur, ut sacramentum corporis Christi cõficiãt, sicut supra dictum est.* Illud autem est sacramentum ecclesiasticę unitatis, secundum illud Apostoli 1. Corin. 10. Vnus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Per baptismũ autem aliquis fit particeps ecclesiasticæ unitatis, unde & accipit ius ad mensam Domini accedendi. & ideo sicut ad sacerdotem pertinet consecrare eucharistiam (ad quod principaliter sacerdotium ordinatur) ita ad proprium officiũ sacerdotis pertinet baptizare: eiusdem enim uidetur esse operari totum, & partem in toto disponere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd utrumque D officium, scilicet docendi & baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit, quorum uicem gerunt episcopi: aliter tamen & aliter. Nam officium docendi cõmisit eis Christus, ut ipsi per se illud exercerent, tamquam principalissimum. unde & ipsi Apostoli dixerunt Act. 6. Non est æquum nos relinquere uerbum Dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit Apostolis, ut per alios exercendum: unde & Apostolus dicit 1. Cor. 1. Non misit me Christ⁹ baptizare, sed euangelizare. & hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum & sapiẽtia ministri, sicut in docendo, ut patet ex supradictis.* in cuius etiam signum nec ipse Dominus baptizauit, sed discipuli eius, ut dicitur Ioan. 4. Nec tamen per hoc excluditur, quin episcopi possint baptizare: quia quod potest potestas inferior, potest & superior: unde & E Apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in qualibet republica, ea quæ sunt minora, pertinent ad minora officia, maiora uerò maioribus reseruãtur, secundum illud Exod. 18. Quicquid maius fuerit, referatur ad te, & ipsi tantum modo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet disponere de infimo populo: ad summos autem principes pertinet disponere ea, quæ pertinent ad maiores ciuitatis. Per baptismum autem non adipiscitur aliquis, nisi infimum gradum in populo Christiano. & ideo baptizare pertinet ad minores principes ecclesiæ, id est, ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi, ut dicit gloss.* Lucæ decimo.

mi claudit in se characterẽ. Et propterea licet gratia cum remissione totiꝰ culpæ & pœnæ, possit sine baptismo suppleri, vt patet in Latrone, character tamen suppleri non potest, & hoc loquendo de potentia ordinata sub diuinæ dispositionis prouidentia.

Ca. 5. in p. 2. a medio.

Est gl. Bedæ Luc. 10. sup illud 5 Desiguauit Iesus 72. uic. to. 2.

*Habetur in decr. dist. 25. ca. Perlectis. & dicitur esse in epi. ad Ludifredũ.

Li. 2. c. 24. nõ multũ remote ante fin.

q. 63. ar. 1. 2. & 6.

q. 64. ar. 5. 6. & 9.

Est gl. Bedæ loco citato in arg.

q.65.ar.3.ad 4.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est †) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad perfectionem, sunt quædam alia potiora, quæ episcopis reseruantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum laicus possit baptizare.

2.2.q.100.a.2.ad primũ, & 4.dis.5.q.2.ar.1.q.1.& 3.& dis.6.q.1.art.3.q.2.& 3. Ar. præced.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd laicus baptizare non possit. Baptizare enim (sicut dictum est *) proprie pertinet ad ordinem sacerdotalem: sed ea quæ sunt ordinis, non possunt committi non habenti ordinem, ergo videtur quòd laicus, qui non habet ordinem, baptizare non possit.

¶ 2 Præt. Maius est baptizare, quàm alia sacramentalia baptismi perficere: sicut catechizare, & exorcizare, & aquam baptismalem benedicere: sed hæc nõ possunt fieri a laicis, sed solum a sacerdotibus. ergo videtur, quòd multo minus laici possint baptizare.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia: sed laicus non potest absoluere in foro pœnitentiali: ergo neque potest baptizare.

In locis citatis art. præc. in vtroq; argu. Sed contra.

SED CONTRA est, quod Gelasius Papa & Isidor.* dicunt, quòd baptizare necessitate imminente, laicis Christianis plerumque conceditur.

RESPON. Dicendum, quòd ad misericordiam eius, qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet, vt in his quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem sacramenta maxime necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spiritualẽ: quia pueris aliter omnino subueniri non potest, & adulti nõ possunt aliter quàm per baptismum plenam remissionem consequi, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Et ideo ut homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, ut materia baptismi sit communis * scilicet aqua, quæ a quolibet de facili haberi potest, & minister baptismi etiã si sit quicumque non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suæ dispendium patiatur.

Alias communissima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem, secũdum quandam conuenientiam, & solennitatem: non autem hoc est de necessitate sacramenti: vnde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tamen sacramentum baptismi confert; nec est rebaptizandus ille, qui sic est baptizatus.

AD SECVNDVM dicendum, quod illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem: non autem ad necessitatem baptismi. Et ideo fieri non debent nec possunt a laico, sed solum a sacerdote, cuius est solenniter baptizare.

D.320.& 591.

q.95.ar.3.& 4.

AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut supra dictũ est *) pœnitentia non est tantæ necessitatis sicut baptismus: potest enim per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quę non liberat a tota pœna: nec etiam pueris adhibetur. & ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud suppleri potest.

¶ *Super quæst. sexagesimasept. ma artic. quartum et quintũ.*

Sup.ar.3.& Ioãis ibidem inductis.

IN articulis quarto & quinto dubium occurrit commune multis articulis, An

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mulier possit baptizare.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quòd mulier non possit baptizare. Legit.n. in Carthaginẽsi concilio, quod mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere uel aliquos baptizare non præsumat: sed nullo modo licet mulieri docere in cõuentu, secundum illud 1. Corint. 14. Turpe est mulieri, in ecclesia loqui. ergo uidetur quod nec etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

¶ 2 Præterea. Baptizare pertinet ad officium prelationis: unde a sacerdotibus habentibus curam animarum debet accipi baptismus: sed hoc non potest competere mulieri, secundum illud 1. Timo. 2. Docere mulieri non permitto, nec dominari in uirum, sed subditam esse. ergo mulier baptizare non potest.

¶ 3 Præt. In spirituali regeneratione uidetur aqua habere locũ materni uteri (ut Aug.* dicit super illud Io. 3. Numquid homo potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci?) ille autem qui baptizat, uidetur magis habere patris officium: sed hoc non competit mulieri. ergo mulier baptizare non potest.

SED CONTRA est, qđ Vrban⁹ Papa dicit,* & habetur in Decretis † 30.q.3. Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc uidetur nobis hac sententia respõdendum, ut baptismus sit, si instante necessitate femina puerum in nõmine sanctæ Trinitatis baptizauerit.

RESPON. Dicendum, quod Christus est qui principaliter baptizat, ſm illud Io. 1. Super quem uideris Spiritum descendentem & manẽtem, hic est qui baptizat. Dr autem Col. 3. ꝙ in Chro non est masculus & femina. & ideo sicut masculus laicus potest baptizare quasi minister Christi, ita etiam & femina. Quia tamẽ caput mulieris est uir, & caput uiri est Christus (ut dicitur 1. Cor. 11.) non debet mulier baptizare, si adsit copia uiri: sicut nec laicus præsente clerico, nec clericus psente sacerdote, qui tamen potest baptizare præsente episcopo, eo quod hoc pertinet ad officium sacerdotis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut mulieri non permittitur publice docere, potest tamen priuata doctrina uel monitione, aliquem instruere, ita nõ pmittitur ei publice & solenniter baptizare, sed tamen potest baptizare in necessitatis articulo.

AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ qñ baptism⁹ solẽniter & ordinarie celebrat; dẽt aliqs sacramẽtũ baptismi suscipere a pbytero curã animarum. Vbi apparet ipsum sentire, quod est peccatum mortale, quoniam baptismi effectus nõ impeditur, nisi per peccatum mortale.

In casu necessitatis casum eo modo, quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale. Verbi gratia, si laicus extra casum necessitatis baptizaret, aut si unus baptizaret duos simul dicendo, ego baptizo uos (quod in casu necessitatis licitum dicitur) & sic de aliis similibus ecclesiæ ordinationibus erga baptismum, non seruatis. Et est ratio dubii, quia Auctor hoc tractans in calce corporis articuli quinti dicit, quod grauiter peccaret uterque scilicet baptizans, & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur sacramentum.

Tract. prima. 3.med. & de cõs. 4.ca. multi.

¶ Ad huius euidentiam, scito Scotum in quarto sententia. distinct. 6. sonare, quod baptizans plures simul extra articulum necessitatis, dicendo ego baptizo uos, peccat mortaliter, quia non seruat formam impositam sibi ab ecclesia: si tamen diligenter perspectum fuerit, & distinctum, peccatum mortale dupliciter hic in ueniri posse, aut secundum se (hoc est ex suo genere) aut ex ecclesiæ precepto, cum mutationes, aut omissiones huiusmodi non constituant actum sacrilegium secundum se (quod ex eo patet, quod si actus esset secundũ se sacrilegus, in nulla necessitate esset licitus) restat ut aliunde peccatũ hoc sit mortale, si mortale est. Ex triplici autem capite hoc dici posset: uel ex inobedientia: & sic ad hoc, ꝙ esset mortale, exigeretur contemptus: uel ex præsumptione; puta quia laicus præsumit actum sacerdotis. uel ex modo institutionis ecclesiasticæ: puta quia ritus talis seruatur & quasi necessari⁹; sicut sacræ uestes exiguntur in cõsecratione eucharistiæ. Exq̃b. apparet, ꝙ soleniter baptizans

Vrb. Vitalis pbytero Bri. scribẽs. 30.q.3.c Super quibus.

ptizans teneꝫ sub pec cato mortali seruare ritum ecclesiæ; quod non ita intelligas, ut cuiuslibet cæremo niæ omissio sit pecca tum mortale. Simili ter si laicus solēniter baptizare præsume ret, a mortali nō ex cusaretur: sed ubi ab sque solennitate ba ptizaret, & contem ptus atque præsump tio deessent extra necessitatis articulū (puta quia credunt se bene facere) mor tale peccatum non ui deo. Innocen tius III. ueniali etiā peccato excusat eum qui credens se bene facere, baptizauit seipsum. Dicit enim in ca. debitum. extra de baptismo & eius effectu, de Iudæo in mortis articulo bapti zante seipsum, si ta lis continuo decessit sed ad patriam prou nus euolasset.

Ex quo loco argu mentum sumitur ma gnum, quod si error commissus circa ba ptismum sit tantus ac talis, ut tollat baptis mum, qualis est error baptizantis seipsum, excusatur non solū a mortali, sed etiam a ueniali propter cō ditionem personę, alioquin non esset uerum, quod statim ad patriam euolasset: multo magis opinio ignorantis se bene fa cere, excusabit a mor tali baptizantem ser natis substantialibus, & errantem solum in hoc, quod necessi tatis articulo non ar ctatur.

Nec uerba Auctoris hic docent oppositum; quoniam baptismi effectus plenus impeditur ex pec cato ueniali. Peccans enim uenialiter dum baptizatur, nec omnis pœnæ, nec omnis culpæ remissionē adipiscitur: quamuis gratiam consequatur.

Posset quoque dici, quod Auctor de præsumentibus, & non de simpliciter facientibus intelligitur.

meniani: Hæc quidem alia quæstio est, utrum & ab his, qui numquam fuerunt christiani, possit baptismus dari; nec aliquid temere inde affirmandum est, sine auctoritate tanti concilii, * quantum tantę rei sufficit. Post modū uerò per ecclesiam determinatum est, quòd non baptizati, siue sint Iudæi siue pagani, possunt sacramentum baptismi conferre, dummodo in forma ecclesiæ baptizent. vnde Nicolaus Papa respondet, de consr. dist. 4. ad consulta Bulgar. c. 3. A quodam Iudæo nescitis, utrum christiano an pagano, multos in patria vestra asseritis baptizatos, & quid inde sit agēdum, consulitis. Hi profecto si in nomine Trinitatis baptizati sunt, rebaptizari non debent: si autem forma Ecclesiæ non fuerit obseruata, sacramentum baptismi nō confertur. & sic intelligendum est quòd Greg * secundo scribit Bonifacio episcopo, Quos a paganis baptizatos esse asseruisti. s. ecclesiæ forma non seruata, vt de nouo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius rō est, quia sicut ex parte materiæ, quantum ad necessitatem sacramenti, sufficit quęcumque aqua, ita etiam sufficit ex parte ministri quicumque homo. & ideo etiam non baptizatus, in articulo necessitatis baptizare potest, ut sic duo non baptizati seinuicem baptizent, dum prius unus baptizaret alium: & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur uterque non solum sacramentum, sed ētrem sacramenti. Si uero extra articulum necessitatis hoc fieret, uterque grauiter peccaret, scilicet baptizans & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectꝰ, licet non tolleretur ipsum sacramentum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo baptizans adhibet tantum modo ministerium exteriꝰ: sed Christus est qui interius baptizat, qui potest uti omnibus hominibus ad quodcumque uoluerit. & ideo non baptizati possunt baptizare, quia, ut Nicolaus papa dicit, baptismus non est illorum, scilicet baptizantium, sed eius, scilicet Christi.

Ad secvndvm Dicendum, quòd ille qui nō est baptizatus, quamuis non pertineat ad ecclesiam re uel sacramento, potest tamen ad eam pertinere intentione & similitudine actus, inquātum scilicet intendit facere quod facit ecclesia, & formam ecclesię seruat in baptizādo, & sic operat ut minister Christi, qui uirtutem suam non alligauit baptizatis, sicut nec etiam sacramentis.

Ad tertivm Dicendum, quòd alia sacramēta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus. Et iō magis conceditur quòd non baptizatus possit baptizare, quàm quòd possit alia sacramenta suscipere.

Articvlvs VI.

¶ Super quæstio. sexagesimāseptima articulum sextum.

Vtrum plures possint simul unum baptizare.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, quòd plures possint simul unum baptizare.

In multitudine enim continetur unum, sed non conuertitur. unde uidetur quòd quicquid potest facere unus, possint facere multi, & non econuerso, sicut multi trahunt nauem, quam unus trahere non posset: sed unus homo potest baptizare: ergo & plures possunt simul unum baptizare.

¶ 2 Præt. Difficilius est quod unum agens agat in plura, quam quod plures agentes agant simul

Titulus ut sonat.

¶ In corpore articuli est una distinctio de forma, qua plures simul baptizantes possent uti.

Altera est: Nos te baptizamus. Altera est, ut uterque diceret, Ego te baptizo. Et primo examinatur, & respondetur quæsito iuxta primā formam; secūdo iuxta secundam. Quoad primā recitatur opinio una, dicentium non ualere baptismum, si plures dicāt, Nos te baptizamus: quia

De cons. dist. 4. c. A quodā iudæo.

Hētur de cō se. di. 4. cap. Quos paganis.

De cōs. di. 4. c. a quodam iudæo, in fi.

Dict. precēd.

Sepr. art. 3. & ibi notatis.

Referūtur 1. q. 1. c. Si quis per ignorātiam. & de consecrā. di. 4. c. Romanus.

Libr. 3. d. 13. poll. med. to mo 7.

Alias, consilii.

quia non seruatur forma Ecclesiæ, quę habet quod in singulari persona ministri exprimatur, dicendo, Ego te baptizo.

¶ Deinde contra hanc rationem Auctor arguit, immo eam excludit ex multo maiori recessu formæ græcorum a forma nostra, Et stat ratio in hoc, quod ad tollendam ueritatem baptismi, non sufficit recessus ab ista forma, Ego te baptizo, quia si recessus sufficeret, apud græcos non esset baptismus, quoniam forma eorum, multo magis recedit ab hac nostra quam recedat ista, Nos te baptizamus, cum hic nō mutetur nisi singulare in plurale, ibi uero omnino omittitur persona ministri, & in tertia persona, exprimitur actus, dicendo, Baprizetur & cętera.

¶ Demum aliam rationem reddit Auctor ex parte intentionis explicitæ, scilicet quia hac forma, Nos te baptizamus, explicatur intentio ministrorum quo ad hoc quod plures conueniunt, ad unum baptismum conferendum. Ex quo formatur talis ratio. Homo non baptizat, nisi ut minister Christi: ergo oportet ministrum esse unum, ut Christi unitatem repræsentet: sed in dicta forma explicatur contrarium, quia explicatur pluralitas ministrorum. ergo dicta forma uidetur tollere baptismum. Et confirmatur huiusmodi unitas auctoritate apostoli Pauli.

¶ Quò ad secundum ponuntur duo modi, quibus hoc contingere posset, scilicet uel altero pręueniente reliquum. & sic dicitur quod solus præueniens baptizaret, uel utroque simul concurrente, & sic dicitur quod Christus per utrumque unum baptismum conferret.

¶ Circa ea quæ hic dicuntur, aduerte primo dupliciter contingere duos simul baptizare: uel utroque totum faciente & dicente: uel altero dicente, & altero faciente. Auctor secundum modū reseruat tractandum hic in responsione ad ultimum: De primo autem modo, tantum loquitur in hoc corpore articuli.

¶ Aduerte secundo rationem literæ ad concludendum irritam esse formam illam, Nos te baptizamus, non afferri ab Auctore assertine, sed opinatiue, ut sua monstrant uerba etiam replicata, dum dicit, quod quidem uidetur esse contra rationem ministri, & postea subdit, Ideo contraria intentio uidetur excludere sacramentum.

¶ Aduerte tertio Auctorem superius quæst. 66. art. 5. ad quartum afferre duas alias rationes ad excludendam eandem formam scilicet, Nos te baptizamus.

Prima ratio est, quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfecte ab unoquoque agatur, sed baptismus est actus ab unoquoque baptizante perfectus. ergo unus baptismus non est a duob. Secunda rō est, quia mutaretur forma baptismi, dicendo, Nos baptizamus. quia dicere, nos, non est idem dicere quod, ego & ego, sed ego & iste. Quæ iō repetita hic sunt a me, quia superius ad hunc locum me remisi.

¶ Circa hanc doctrinam, dubium primo occurrit ex Durando in 4. sentent. dist. 3, quæst. 3. art. 2. Primo enim, contra omnes dictas rationes Auctoris procedit.

Et primam quidem rationem. Actus multiplicatur &c. dicit nō concludere in agentibus per uoluntatem, & eam militare contra Auctorem, ponentem plures sacerdotes posse simul consecrare eandem hostiam, par. n. est utrobique iudicium, quo ad multiplicationem actus ab agente: Secundum uero rationem de mutatione formę, dicit non cogere: quia mutatio formæ, quantum ad illud, quod non est de necessitate formæ, non tollit sacramentū: sic autem est in proposito: tum, quia expressio ministri non est de necessitate formæ baptismalis, ut patet de forma græcorum, ergo multo minus est de necessitate eius expressio ministri in singulari numero: tum, quia hæc forma, Nos te baptizamus, prolata ab utroque, ex parte cuiuslibet dicentis, resoluitur in istam, Ego baptizo te, ubi nulla apparet mutatio secundum sensum a forma Romanæ Ecclesiæ. Et Petrus de Palude in quarto sententia. distinctione 3. quæst. 2. artic. tertio approbans hæc Durandi, adiungit, quod sicut forma illa, ut profertur ab isto, resoluitur in hanc, Ego te baptizo. & hic baptizat, sic econuerso ut profertur ab altero, resoluitur in hanc, Ego baptizo & hic baptizat, ac per hoc seruatur forma ecclesiæ Romanæ, quo ad sensum, quia uterque dicit secundum sensum, Ego baptizo te &c.

Contra tertiam autem rationem de expressione plurium ministrorum, arguit Durandus tripliciter. Primo, Vnitas ministri uel exigitur ad baptismum secundum rem, aut secundum expressionem, puta, quòd quilibet minister exprimat se ut unum. Non potest dici primum, quia tumet dicis, quod duo simul possunt baptizare eūdem, si uterque dicat, Ego te baptizo. Secundum autē non est rationabile: tum, quia expressio ministri non est de necessitate sacramenti; tum, quia si oportet ministrum exprimi secundum congruentiam ad principale agens, ut tu assumis, cum principale agens sit Trinitas, congruentius exprimi deberet minister in numero plurali: tum, quia modus exprimendi ministrum nihil uidetur facere ad sacramentum; sufficit enim principale agens, & actum exprimere.

in unum, sed unus homo potest simul plures baptizare. ergo multo magis plures possunt simul unum baptizare.

¶ 3 Præterea. Baptismus est sacramētum maximæ necessitatis, sed in aliquo casu uidetur esse necessarium, quod plures simul unum baptizent, puta si aliquis paruulus esset in articulo mortis, & adessent duo, quorum alter esset mutus, & alter manibus, & brachiis careret, tunc enim oportet, quod mutilatus uerba proferet, & mutus actum baptismi exerceret. ergo uidetur, quod plures possint simul unum baptizare.

SED CONTRA est, quod unius agentis est una actio. Si ergo plures unum baptizarent, uideretur sequi, quòd essent plures baptismi: quod est contra id qđ dicitur Ephe. 4. Vna fides, unum baptisma.

RESPON. Dicendum, quòd sacramentum baptismi præcipue habet uirtutem ex forma, quam Apostolus nominat uerbum uitæ Ephes. quinto. Et ideo considerare oportet, si plures simul unum baptizarent, qua forma uterentur. Si enim dicerent, Nos te baptizamus in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, dicunt quidam, quòd non conuenit, quia modus exprimendi ministrum nihil uidetur facere ad sacramentum; sufficit enim principale agens, & actum exprimere.

Contra conclusionem dictam, si baptismus a pluribus datur, dicentibus, Nos te baptizamus, non ualet baptismus, arguit Petrus de Palude ibidem.

Tum quia quando plures uxores poterant simul nubere uni uiro, non referebat, an quælibet diceret, Accipio te in uirum, an nos accipimus te in uirum, secundum illud Isaię 4. Inuocetur nomen tuum super nos &c.

Tum, quia dicendo, Baptizamus te magis exprimitur unitas baptismi, quam utroque dicente uni, Ego te baptizo; apparet. n. singulos seorsum baptizare, ac per hoc distinctos duos baptismos conferre; dicendo autem, baptizamus, apparet conuenire in unum baptisma: & confirmatur, quia sicut de essentia est expressio actus, ita saltem de congruentia est expressio unitatis uel pluralitatis actus.

Tum, quia duobus existentibus officialibus insolidum, & ambobus uolentibus idem facere simul, congruentius est, ut dicant, Mandamus aut pronuntiamus, quam ut quilibet per se dicat, mādo aut pronuntio.

Tum, quia plurale non est nisi geminatum singulare: idem. n. sensus est dicere, Sortes & Plato currunt, & dicere, Sortes currit & Plato currit; & pari rōne, idem est in prima persona. Et quia uerba sacramentalia efficiunt quod significant: quæ æquipollent in significando, æquipollent etiam in efficiendo. Tenentque ppea Durandus, & Petrus oppositam conclusionem, quamuis timor reuerentialis Petrum cohibeat.

Circa Auctoris processum, dubium occurrit de sufficientia: uidetur. n. insufficienter trāctare quæstionem hanc, dum discutiēdo formas quibus uti possent plures simul baptizantes unum, non discurrit nisi per formas seu formam, secundum ritū Romanę Ecclesiæ; debuisset. n. discutere eandem quæstionem secundum formam, qua utitur Ecclesia græca, & determinare, an secundum illā formam possent multi simul baptizare unum.

Circa secundum modum concessum communiter, quo plures possunt simul baptizare unum: scilicet quolibet baptizante dicente, ego te baptizo, dubium restat: quomodo fieri aut intelligi potest, duo agentia totalia, quamuis instrumentalia eiusdē rationis, producere efficaciter simul unum effectum non intensum aut perfectum magis, quàm si ab uno eorum tantum produceretur, & hoc in subiecto capaci perfectioris seu intensioris effectus, quale est anima nostra, & de effectu suscipiente magis, & minus, qualis est gratia: uidetur enim, non intelligibile.

Circa principale quęsitum, dubium adhuc restat, an baptismus de necessitate sacramenti exigat unitatem ministri: ex hac enim litera non habetur responsio simpliciter & absolute; sed tantum habetur, quod secundum unam formam possunt plures conferre unum baptisma, & secundum aliam formam, non. Scotus autem dicit in 6. dist. 4. sent. quod unitas ministri est ab institutione Christi, Durandus uero afferit oppositum. Petrus autem dicit, quod unitas ministri non est de substantia sacramenti, ut dicunt communiter omnes. Ex quibus apparere potest, quæstionē hanc remanere dubiam.

Ad

¶ Ad has dubitationes sic respondendum est, ut primo dicatur ad ultimam, tamquam eam, ex cuius claritate reliquarum solutio facilius percipietur.

¶ Ad euidentiam autem quæstionis ultimæ, dicendum primo est, quid est hic manifestum, & quid occultum. Duobus igitur modis intelligi potest unitas ministri: uel quod unitas ministri non possit integrari ex pluribus personis; ita q̃ non possit contingere in ministro, quod unus totalis minister conflagat ex multis partialibus personis comministrantibus, puta sicut perfectus tractor nauis integratur ex multis simul trahentibus: uel sicut perfectus fabricator integratur ex multis partialibus ministeriis. Et sic in hoc communiter doctores conueniunt, tenendo partem negatiuã scilicet quod unitas ministri baptismi non potest consurgere ex pluribus personis partialiter concurrentibus: propterea enim dicunt quod si unus abluit & alter profert uerba, baptismus nullus est: oppositum. n. esset si minister baptismi ex duabus personis partialiter concurrentibus integrari posset. Alio autem mõ, unitas ministri potest intelligi per exclusionem plurium totalium ministrorum: puta an baptismus ita exigat unum totalem ministrum, quòd si duo totales ministri simul concurrant, baptismus nullus sit.

Et in hoc quoque sensu conueniunt communiter doctores tenentes partem negatiuam, scilicet quod non requirit baptismus talem unitatem ministri: propterea enim dicunt, quòd si duo simul proferant singuli uerba & abluant eundem, baptismus uerus est: quia neuter alterius factum irritat. Hęc duo sunt, quæ pro manifestis habentur.

Latet autem, an absolute loquendo, unitas & pluralitas ministri per accidens se habeant, uel per se ad sacramentum baptismi. Durandus enim tenet, quod per accidens. Auctor aũt tenet quòd per se. Et hoc est uerum: quod ex eo euidenter patet, quòd manifeste per accidens etiam extraneum contingit unum baptismum esse a duobus ministris: nulla enim ratio id requirit, quamuis permittat. Amplius, quando baptismus est a pluribus ministris, non est omnino unus, quoniam sunt tunc duæ formæ numero, duæ materiæ & actiones numero: ac per hoc duo baptismi sacramenta actiue, & solus interior baptismus animæ unus est. Patet autem hoc: quia sacramentum baptismi integratur ex rebus & uerbis a ministro, &c. sed in casu proposito sunt duo numero integrata ex rebus & uerbis &c. ergo sunt duo sacramenta actiue. unum ergo numero baptismi sacramentum unum ministrum exigit. Et hoc est quod Auctoris prima ratio concludit, quod scilicet actus multiplicatur a multiplicatione agentium totalium: seu (quod idem est) si perfecte ab uno quoque fiat.

Vnde cohibenda est lingua dicentium accidere sacramento unitatem uel pluralitatem ministrorum: quoniam pluralitas ministrorum partialium communiter excluditur: pluralitas uero ministrorum totalium, pluralitatem numeralem exterioris sacramenti infert; & omnino per accidens inuenitur ad unum numero effectum sacramenti. Mirabile autem est, non aduertisse ad propriam uocem. Nam si subtiliter perspectum fuerit, apparebit, quòd impossibile est unum & idem sacramentum baptismi esse a duobus totalibus ministris, quamuis ponatur unũ & eundem effectum esse ab utrisque: quanta enim differentia est inter baptismum & eius effectum, tanta differentia est inter affirmationem unius uel plurium baptismatum, & unius uel plurium effectuum baptismi. Et propterea cum baptismi sacramentum non sit nisi exterius integratum ex rebus, & uerbis, puta, ex ablutione in qua, & forma uerborum a ministro cum debita intentione, & hic sint omnia exteriora actiue & passiue duplicata: sunt enim duo perfecti ministri cum duabus intentionibus baptizandi, sunt duę formæ, sunt duæ ablationes actiuæ & duæ passiuæ: ut patet si aspergatur qui baptizatur secundum diuersas sui partes. breuiter, nihil deest ad pluralitatem totalem nisi pluralitas baptizati. Cuius unitas unitatem effectui baptismi dare potest; pluralitatem autem exterioris sacramenti non tollit. Notanter autem dixi pluralitatem totalem; quia qui baptizatur, licet secundum partem abluatur, ipsum tamen suppositum est, quod primò abluitur: baptizatur, enim hic homo, & non caput eius: ac per hoc licet secundum exteriores partes sint duæ ablutiones passiuæ, secundum tamen subiectum quod abluitur, non est nisi una ablutio passiua, quia non est nisi unus ablutus. Et propterea dicitur, quòd non est nisi unus baptismus passiue in eo, qui baptizatur a duobus modo dicto. Ex quibus omnibus habetur, quòd unitas per se baptismi unitatem exigit ministri perfecti.

¶ Sed qua ratione, aut auctoritate cogente unitas ministri excludit pluralitatem partialium comministrantium, videndum restat.

ferretur sacramentum baptismi, eo quod non seruaretur forma ecclesiæ, quæ sic habet, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritussancti: sed hoc excludit per formam baptizãdi, qua utitur ecclesia græcorum: possent enim dicere, Baptizetur seruus Christi N. in nomine patris & Filii & Spiritussancti &c. sub qua forma græci baptismum suscipiunt, quæ tamen forma multò magis dissimilis est formæ, qua nos utimur, quàm si dicatur, Nos te baptizamus. Sed considerandum est, quòd ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio, quòd plures conueniant ad unum baptismum conferendum: quod quidem videtur esse contra rationem ministerij: homo enim non baptizat, nisi ut minister Christi, & uicem eius gerens. unde sicut unus est Christus, ita oportet esse unum ministrũ, qui Christum repræsentet: propter quod signanter Apostolus dicit, Ephesio. quarto. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma. & ideo contraria intentio uidetur excludere baptismi sacramentum. Si verò uterque diceret, ego te baptizo, in nomine Patris & Filij, &

Auctor siquidem ex duobus capitibus conatur hoc monstrare, scilicet ex parte formæ, ut patet in secunda ratione, & ex parte unitatis principalis agentis, scilicet Christi, ut patet in tertia ratione. Auctoritas uerò duplex inducitur: altera ex decretis distinctione vigesimatertia, capitulo quorundam. vbi ordo sacer datus ab episcopo operante & presybtero legente irritatur. Altera ex Euangelio, eo quòd Dominus baptizanti commisit inuocationem Trinitatis.

¶ In oppositam autem partem affertur ratio, quia omnes sumus unum corpus in Christo: singuli autem alter alterius membra: ac per hoc multi partialiter concurrentes, concurrunt ut unum: immo concurrunt, ut multa instrumenta unius scilicet Christi. Et hoc præcipue habet locum in proposito, ubi constat quòd Christus est qui baptizat, & homo non nisi ministerialiter, ut Christi instrumentum concurrit.

¶ Et confirmatur, quia si Christus utitur totalibus ministris ad unum baptisma contra omnem rationem, multo magis credendum est, quòd utitur pluribus ministris partialibus ad unum baptismum necessitatis, aut ratione ita exigente.

¶ Suffragatur & Euangelij auctoritas: quoniam Dominus dixit pluraliter, baptizantes eos, insinuans per pluralem numerum, plures posse simul baptizare.

¶ Nec deest auctoritas Apostolorum: quoniam de Petro & Ioanne legitur, quod imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritumsanctum: eadem enim ratione, qua plures simul conferebant sacramentum confirmationis, partialiter proculdubio cõcurrentes, quia nihil inordinatum faciebant, potest & nunc a pluribus simul partialiter baptismus dari.

¶ In hac difficultate neutram audeo partem asserere: intellectui autem meo magis apparet uerum esse, quòd perfectus minister baptismi potest ex duabus personis partialiter concurrentibus integrari, ea ratione: quia ad Christum principaliter baptizantem non refert pluribus partialibus instrumentis simul uti ad unum baptisma, dummodo, forma, materia & intentio debite seruentur.

¶ Et ad obiecta ex rationibus Auctoris patebit in ipsarum discussione ac declaratione.

¶ Ad auctoritatem autem ex decretis dicitur primo, quòd ibi nõ irritatur ordo susceptus, immo potius insinuatur oppositũ: dum dicitur, gradum sacerdotij, vel Leuitici ordinis quem peruerse adepti sunt, amittant.

¶ Dicitur secundò, dato quòd irretetur, quod duobus commissis in illa ordinatione erroribus ibi recitatis, scilicet quòd episcopus imponebat manus, & alius benedictionem dabat seu legebat, & q̃ istorum duorum unus erat episcopus, & alter presbyter, littera non explicat pro causa damnationis magis primum errorem quàm secundum: deberet enim minister ordinis sacri, si ex duabus integratur personis, consurgere ex duobus episcopis, & non ex episcopo & presbytero, quoniam soli episcopo conuenit sacrum ordinem conferre.

¶ Ad auctoritatem uerò ex Euangelio, dicitur quòd ex Domini uerbis non habetur inuocationem Trinitatis proferri debere ab abluente, sed quòd ablatus abluat in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, prolatis a se uel a socio.

¶ Propter quod signanter dixit in plurali, Baptizantes in nomine

ne Patris & Filii & Spiritussancti, ex eo enim quod non exprimitur prolatis a se, sufficit quòd proferantur super ablutione, modo saluetur ueritas formæ, ut in responsione ad ultimum explicabitur.

¶ Scito tamen, quod ad supra allatas dubitationes respondebitur tenendo communẽ uiam de unitate ministri.

¶ Ad primum ergo dubium ex Durando, dicitur quod ratio auctoris prima. Actus multiplicatur, a multiplicatione agentis perfecti. est uera & solida per se. loquendo. Impossibile est enim a pluribus perfectis agentibus ciusdem rationis nõ diuersos actus intantum quod infra limites naturalis rationis loquendo, si duo talia agentia aquæ approximarentur eidẽ omnino patienti, nulla omnino inferretur per se passio, quia multiplicarẽtur duo simul cõtradictoria. Alias intentionem.

Instantia autem Durandi de agentibus uoluntariis, seipsam interimit. ponendo neutrum eorum cõcurrere, ut agens perfectum. Paria enim sunt quo ad propositum, esse agentia imperfecta, seu partialia, & concurrere, ut agentia partialia.

¶ Ad obiectionem uero contra idem, ex eo quod duo sacerdotes eandem possunt hostiam consecrare, dicitur quod in tali casu essent duæ consecrationes quantum in se est, sicut etiam quando duo perfecte unum bsptizarent, uterque quantum in se est, conferret diuersum baptisma sed per accidens (scilicet unitatem hostiæ, seu hominis qui baptizatur) unum fit sacramentum propter excellentiam principalis agentis, scilicet Christi, qui solus potest duobus totalibus instrumentis eiusdem rationis simul uti, ut uno.

Habes ergo ex prima Auctoris ratione, plures ut totales ministros, non posse simul unum omnino baptismum conferre.

¶ Ad obiecta contra secundam rationem de mutatione formæ respondetur, quod esset ibi mutatio formæ contra substantialia.

¶ Et ad impugnationem huius, dicitur quod licet expressio ministri non sit de necessitate formæ, est tamen de necessitate formæ, quod si exprimitur minister, exprimatur sine contrarietate ad ueritatem sacramenti, & hoc per illam uniuersalem regulam, Informis sacramentorum nihil debet poni contrarium.

Pluralitas autem ministri contrariatur unitati requisitæ ad unitatem ministri, & propterea si exprimatur talis pluralitas expresse in forma, tollit ueritatem sacramenti. Falsa est ergo illa conditionalis, si expressio ministri non est de necessitate, pluralitas ministri explicata per accidens se habet: habet enim se contrarie.

Et cum subiungitur, quòd ista, Nos te baptizamus, resoluitur in istas: Ego baptizo, & iste baptizat, respondetur, quod hoc potest dupliciter accipi. Primo, ut secunda exponens accidentaliter intẽdatur, ac si diceret, ego baptizo: & iste currit. Alio modo, ut per se intendatur, tamquam dicens quod ambo simul ministramus sacramentum baptismi. Et si in primo sensu acciperetur, idẽ uidetur iudicium de hac forma, & de forma in qua ponitur aliquid impertinens: puta si quis diceret ego te baptizo, & omnes astantes ad hoc consentiunt, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.

Et sensus iste licet uideatur extraneus, in proposito tamẽ posset accidere, duobus ex condicto uolentib. simul unum baptizare, & utroque alterũ uolente reuereri, per hoc q̃ uterque alteri meminit ad huiusmodi. n. reuerentiam exprimendam uideretur eis, quod deberet uterque uti numero plurali. Sed infra proprius sensum stando exprimitur per has duas exponentes pluralitas cõtraria unitati ministri, & propterea ambæ simul destruunt ueritatem primæ. Significant enim, q̃ duo simul, & non quod unus baptizet, duos autem simul esse unum sacramenti ministrum, supponitur impossibile & contrariari ueritati ministri.

Ad argumenta Durandi contra tertiam rationem, scilicet, quia minister exprimitur ut plures, respondendo dicitur ad

F utramque partem disiunctiuæ, quòd utraque sane intellecta est uera. Ad baptismum enim unum omnino, seu unum secundum formam, exigitur unitas ministri secundum rem. Nec oppositum dixit Auctor, quoniam duobus simul baptizantibus, utroque totum dicente & faciente, non est baptismus unus secundum formam, sed secundum effectum; quem etiam non haberet, nisi potestas Christi supplereret, utens duobus totalibus instrumentis, ut uno quemadmodum prius dictũ est. Altera quoque pars disiunctiuæ uera est negatiue, oportet enim exprimi ministrum ut unum ad hunc sensum, hoc est non exprimi, ut plures, quia pluralitas ministri expressa, contrariatur ueritati ministri. Vnde ad primam obiectionem de non necessaria expressione ministri, iam patet responsio.

¶ Ad secundum autem de congruentia ad principale agens, respondetur, quòd ratio de unitate ministri propter unitatem Christi in litera allatam, non ut necessaria, sed ut probabilis inducta est, ut uerba literæ sonant. Rationabilis autem est congruentia ministri ad Christum magis quam ad Trinitatem personarum: quia in euangelio inuenimus attributum baptismatamquam baptizanti, non Trinitati, sed Christo, de quo scriptum est Ioann. 1: Hic est qui baptizat in Spiritusancto: minister autem baptizantis personam induere se fatetur, dicendo, Ego te baptizo.

Ad tertium autem de impertinentia modi exprimendi ministri conceditur uerum esse, si modus exprimendi non implicat aliquid contrarium ueritati alicuius requisiti ad sacramentum: tunc enim sufficit epprimere causam principalem & actum ministri, quando nihil contrarium ueritati sacramenti exprimitur.

Ad dubium contra conclusionem, propter obiecta a Petro de Palude, respondendo dicitur ad primam obiectionem, quod non est simile de sacramento matrimonii & sacramento baptismi: quia sacramentum matrimonii fundatur super matrimonio, ut est officium naturæ, & propterea quæcumque sufficiunt ad efficiendum coniugium uerum, ut est in officium naturę, sufficienter etiam se habent ad suscipiendam sacramentalitatem coniugii.

Et quoniam non refert ad coniugium, ut est naturæ officium pluraliter uel singulariter dicere, immo siue uerbis, siue solis nutibus consensum exprimere, ideo sacramentum matrimonii uere susciperetur, si pluraliter dicerent, Accipimus te in uirum nostrum, supposita pluralitate uxorum: sicut etiam uere contrahitur sine uerbis. Secus autem esse de baptismo ratio cogit, quia baptismus non potest distingui in officium naturę & in sacramentum, sed est tantum modo sacramentum. Et hinc est etiam, quod non potest nominatio Trinitatis suppleri per nutus baptizando.

Ex eo enim, quòd purum sacramentum est, oportet seruare ea, quæ pro sacramento sunt instituta ab ipso Christo, scilicet aquã, & uoces significatiuas Trinitatis.

Ad secundam uero obiectionem, conceditur, quod magis explicaretur unitas baptismi, dicendo, Nos te baptizamus, nisi implicaretur pluralitas contraria ueritati ministri.

Et ad confirmationem dicitur, q̃ a duobus dicentibus, Ego te baptizo, exprimitur unitas actus uniuscuiusque eorum, ex hoc ipso, quòd quilibet diceret singulariter, baptizo; hoc enim unitate actus importat.

Ad tertium dicitur, quod duo Officiales insolidum in potestate sua habent quod possint ad unum actum concurrere; & iõ possunt dicere, Nos facimus uno pro utroque loquente: sed ministri sacramentorum non habent hoc in potestate sua, ut possint ad unum omnino actum baptismi concurrere: quod ex eo cõuincitur, quod non possunt ad unam & eandem numero formam concurrere: sed oportet utrumque suam formam exprimere, siue dicendo, Nos te baptizamus, siue Ego te baptizo, ut ipsi aduersarii fatentur.

Ad

¶ Ad quartum demum obiectionem dicitur, quod ex hoc quod plurale non est nisi singulare geminatum, non euaditur, quin dicendo, nos, significetur pluralitas personarum, quæ (ut dictum est) contrariatur ueritati ministri.

Nam dicendo, Nos baptizamus, sensus est, non quòd bis ego sed quòd duo ego, hoc est persona mea, & persona collegæ mei: ambo enim demonstramur in prima persona per ly nos. Et uera expositio exercens ly nos, est demonstratio utriusque in prima persona, puta ego & alter ego, monstrato collega. Vel adauusfim dicendo, ego, & collega iubiungeret, & ego sic enim exercemus, significatu per ly nos.

Sicut dicendo in nominatiuo plurali, nos, non significatur bis tu, sed significatur duo tu, significat enim demonstratus duobus, tu & tu. Et hoc est plurale esse singulare geminatum.

Ex quibus omnibus, apparet manifeste, quod huiusmodi geminatio singularis in plurali ponit multitudinē personarum, quæ exdicitur per unitatem singularis.

¶ Et propterea in nullo adiuuat arguentem, sed Auctorem dicentem quod per hoc uariatur forma, & exprimitur pluralitas contraria ueritati, & unitati ministri.

¶ Cum his omnibus tamen scito, quod si quis proprie deferens dignitati etiam in sacramentis, uolens numero plurali se suosque actus significare, dixerit, Nos te baptizamus in nomine Patris, & Filii & Spiritus sancti, perfectum esset sacramentum baptismi, quoniam ex accommodatione usus personæ excellentes utuntur plurali pro singulari, ac per hoc ex huiusmodi usus accommodatione huiusmodi nomina & uerba in plurali numero significant singulares personas, & singulares actus excellentium personarū, quamuis hoc non significent ex propriæ significationis impositione.

¶ Ad dubium de insufficientia processus literæ, respondetur non esse Auctorem diminutum, sed in suo processu comprehendisse etiam quid dicendum sit secundum formam græcorum.

¶ Et hoc in suo simili, declarando enim, quòd non mutata forma, plures simul totum dicendo & faciendo possunt unum baptizare, sufficienter declarauit, quòd etiam secundum forma græcorum hoc heri potest utroque ministro abluente & dicēte, Baptizetur seruus Christi &c.

¶ Ad penultimam demum quæstionem magis physicam quàm theologicam, dicitur quod unitas effectus sequitur unitatem uirtutis a qua causatur.

¶ Et propterea distinguendum est de causis eiusdem rationis simul concurrentibus, aut agunt uirtutibus propriis, aut agunt uirtute tertii. & dicendum, quòd si sunt causæ agentes uirtutibus propriis, impossibile est a duabus eiusdem rationis totalibus causis omnino unum, & eundem per se prouenire effectum, quoniam effectus ille esset per se ab utraque & a neutra.

¶ Si uero agunt uirtute tertii, potest unus, & idem omnino effectus ab utraque prouenire, uel rectius loquendo, per utramque a tertio prouenire.

¶ Et quia sacramenta nō aguut uirtutib. propriis, sed uirtute Christi, qui per illa operatur, ideo quotcumque instrumentales causæ eiusdem rationis, perfectæ seu totales concurrere inueniantur, si multa unum operatum, unica uirtus Christi per illa unum operatur effectum, quamuis illæ instrumentales causæ quantum in se est, duos fortirentur effectus. Et propterea diximus, & dicimus, q̄ Christus ex suę potestatis excellentia potest simul uti duobus instrumentis totalibus ut uno, & de facto sic uteretur in casu proposito.

¶ Nec obstat huic responsioni doctrina superius habita de uirtute existente in sacramentis, oportet enim esse memorem, uirtutē illam nihil aliud esse quàm usum uerborum & rerum sacramentalium ad producendum sacramenti effectum. Vsum autem dico non cuiuscumque utentis, sed Christi, ut superius declaratum est. Quomodo autem soluenda esset quæstio hæc a ponentibus in sacramento superadditam qualitatis uirtutem, ipsi uiderint, immo Ancipendant se a ueritate procul esse, si non poterunt intellectum satisfacere in hac quæstio ne absque miraculis.

A ¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd si baptizando plures, non intercederet alia mutatio, quam dicere, Baptizo uos, non uideretur magna ad hoc necessitas exigi; quoniam ex solo concursu multorum uidemus Romanam Ecclesiam mutare formam de singulari in pluralem, quando ordinantur diaconi plures simul, dicit enim tunc Episcopus, Accipite potestatem &c. Sed quoniā baptizatio simul plurium non fit communiter per immersionem, sed per aspersionem, ideo ad tot mutationes faciēdas magna exigitur necessitas

¶ In responsione ad tertium, aduerte tria hic ad sensum literæ. Primum est: q̄ baptizare sumitur secundum plures significationes; quandoque enim sumitur secundum propriam significationem, & tunc significat abluere; quandoque uero sumitur extensa significatione pro integro sacramento, quasi

B neque ille qui tantum uerba profert, baptizat, neque ille, qui immergit. Et ideo si unus uerba proferat, & alius immergat, nulla forma uerborum poterit esse conueniens: neque enim poterit dici, Ego te baptizo, cum ipse non immergat, & per consequens non baptizet: neque etiam poterit dici, Nos te baptizamus, cum neuter baptizet: si enim duo sint, quorum unus unam partem libri scribat, & alius aliam, non erit propria locutio, Nos scripsimus librum istum, sed synecdochica, inquantum totum ponitur pro parte.

aliquid huiusmodi, quod omnino moram non pateretur, ut singillatim omnes baptizarentur.

Nec per hoc diuersificaretur forma ecclesię, quia plurale non est nisi singulare geminatum, presertim cum pluraliter dicatur Matthęi ultimo, Baptizantes eos &c.

Nec est simile de baptizante, & baptizato, quia Christus qui principaliter baptizat, est unus: sed multi per baptismum efficiūtur unum in Christo.

Ad iii. Dicendum, quod, sicut supra dictum est, * integritas baptismi cōsistit in forma uerborum, & in usu materię. Et ideo

C idem sit baptizare, quod sacramentum conferre. Et iuxta hunc sensum dicitur in hac litera, quod neuter baptizaret. Secundum est, quod Auctor loquitur hic de baptismi forma apud latinam Ecclesiam, cum dicit, Nulla forma uerborum &c. Tertium est, quod locutio pluralis in prima persona potest dupliciter exponi per duas singulares, uel per modum copulatiuę uel copulatim.

Et quando exponitur per modum copulatiuę, habet utramque singularem seorsum ueram. Verbi gratia, dicendo, nos trahimus nauem, habet ex ore cuiuslibet demonstrati per ly nos, suam singularem ueram, puta, ego traho nauem, & ego traho nauem, & sic de aliis trahentibus. Et iuxta hunc sensum procedit litera, dicendo, quod neuter baptizaret; hoc est, neuter posset uere dicere, ego te baptizo, & similiter neuter scribentium partem libri, posset uere dicere, ego scripsi hunc librum. Quando uero copulatim exponitur, non exigitur quod aliqua singularis sit uera; immo fiat utramque singularem fore falsam. Verbi gratia:

D Si iudices delegati simul, ita quod ambo simul, & neuter sine altero possit iudicare, proferendo sententiam uere dicerent, Nos iudicamus. Et uerum esset, quòd ego, & alter ego coniunctim, iudicamus: falsa tamen esset utraque singularis, puta, ego iudico, quia in ueritate ego iudicandi potestate careo. Et iuxta hunc sensum posset dici: Nos te baptizamus, in casu posito, quia de utra que simul coniunctim uerificaretur quod conferunt sacramentum baptismi, quamuis neuter conferret illud. Et certe quantum est ex ueritate formæ, posset unus in articulo necessitatis baptizari a duobus, quorum alter esset mutus, & alter esset mancus, muto abluente, & manco proferente uerba, ad euitandos omnes scrupulos, secundum formam græcorum, & dicente, Baptizetur seruus Christi &c. tunc enim nullum penitus apparet inconueniens ex parte formæ in ministrorum pluralitate; Auctor autem, quia tenet, plures personas non posse integrare ministrum baptismi unius, ideo dicto transcursu fuit contentus. Videtur autem, quòd in tali casu potius pro baptismo iudicandum esset, quamuis difficile sit, quin manens posset etiam abluere: posset enim super caput habere modicum a-

E quæ, quam inclinando caput effunderet super baptizando, & simul proferret uerba, & in hoc posset mutus adiuuare, sustinendo uas in capite manci, ne caderet, cū ille inclinaret caput; immo & manus muti plenæ aqua positæ super caput manci, supplere uicem uasis, ita tamen q̄ motus capitis maci esset effusiuus aquæ.

¶ Et hæc sufficiant etiam pro duobus sequentibus articulis.

AR-

ARTICVLVS VII.

Vtrum in baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum leuet de sacro fonte.

Inf.art.8. ad 1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in baptismo non requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet. Baptismus enim noster per baptismum Christi consecratur, & ei conformatur: sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus, sed sicut dicitur Matthæi tertio. Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua: ergo videtur quòd nec in aliorum baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte suscipiat.

Ar.3.hui' q. ¶ 2. Præte. Baptismus est spiritualis regeneratio, vt dictum est: * sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actiuū, quod est pater, & principium passiuum, quod est mater. igitur cum in baptismo locum patris obtineat ille, qui baptizat, locum autem matris, ipsa aqua baptismi (vt Augustinus * dicit in quodam sermone epiphaniæ) videtur quòd non requiratur aliquis alius, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

In ser.1. Dominicæ infra oct.Epip.tomo 10.

¶ 3 Præterea. In sacramentis Ecclesiæ, nihil derisorium fieri debet: sed hoc derisorium videtur, quòd adulti baptizati, qui seipsos sustentare possunt, & de sacro fonte exire, ab alio suscipiantur. ergo videtur quòd non requiratur aliquis, præcipue in baptismo adultorum, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

Ca.2.par.2. decelin.ad fi.

SED CONTRA est, quod Diony. * dicit 2.c. Cęlestinus hier. quòd sacerdotes assumentes baptizatum, tradunt eum adductionis susceptori & duci.

RESPON. Dicendum, quòd spiritualis regeneratio, quæ fit per baptismum, assimilatur quodammodo generationi carnali. vnde dicitur primæ Petri secundo. Sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus, indiget nutrice & pedagogo. Vnde & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis & pedagogi, informando & instruędo eum, quasi nouitium in fide de his, quæ pertinent ad fidem & vitam Christianam: ad quod prælati ecclesiæ vacare non possunt circa communem curam populi occupati: paruuli enim nouitij indigent speciali cura præter communem. & ideo requiritur quòd aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem & tutelam. & hoc est quod Dionys. * dicit vlt. cap. Cęlest. hierar. Diuinis nostris ducibus (ideſt Apostolis) ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secūdum istum sanctum modum, quòd naturales pueri parentes, traderent puerū cuidam docto in diuinis pedagogo, & reliquum sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre & saluationis sanctæ susceptore.

Cap.7. eccl. hier.nō multum procul a fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur, sed vt alios regeneraret. & ideo post baptismum non indiguit pedagogo tam quam paruulus.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in generatione carnali non requiritur ex necessitate, nisi pater & mater; sed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem, requiritur obstetrix & nutrix, & pedagogus, quorum vicem implet in baptismo ille, qui puerum de sacro fonte leuat: unde non est de necessitate sacramenti: sed vnus solus potest in aqua baptizare, necessitate imminente.

AD TERTIVM Dicendum, quod baptizatus non suscipitur a patrino de sacro fonte propter imbecillitatem corporalem: sed propter imbecillitatē spiritualem, ut dictum est.*

ARTICVLVS VIII.

Vtrum ille, qui aliquem leuat de sacro fonte, teneatur ad eius instructionem.

Inf.q.7.a. 1. ad 3. & dist.9.a. 2.q.3.cor. ad 3.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, non obligetur ad eius instructionem, quia nullus potest instruere nisi instructus: sed etiam quidam nō instructi, sed simplices, admittuntur leuare aliquem de sacro fonte. ergo ille qui suscipit baptizatum, non obligatur ad eius instructionem.

¶ 2 Pret. Filius magis potest a patre instrui, quam ab alio extraneo: nam filius habet a patre esse, & nutrimentum & disciplinam, ut Phil.* dicit in 8.eth. si ergo ille qui suscipit baptizatum, teneretur eū instruere magis esset conueniens, quòd pater carnalis filiū suum de baptismo susciperet, quam aliquis alius: qd tamen uidetur esse prohibitum, ut habetur in Dec. * 30.q.1. peruenit. & dictum est.†

Li.8.Eth.c. 11. circa m. & c.12. in longe a pr. 30.q.1.cap. uenit, & c. dictum est. Art.præc.

¶ 3 Pret. Plures magis possunt instruere quàm unus solus. Si ergo ille qui suscipit aliquem baptizatum, teneretur eum instruere, magis deberent plures suscipere quàm unus solus, cuius contrarium habetur ex Decr.* Leonis Papę. Non plures, inquit, ad suscipiēdum de baptismo infantem, quam unus accedant, siue uir siue mulier.

Loco cit. in arg.2.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit in quodam sermone paschali, Vos ante omnia tam uiros, quam mulieres qui filios in baptismate suscepistis, moneo ut nos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis, quos uisi estis de sacro fonte susciperе.

Hoc dictum Au. refertur de conſ. d. 4.c. Vos ante omnia.

RESPON. Dicendum, quòd unusquisque obligatur ad exequendum officium, quòd accepit. * Dictū est autē, quòd ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium pedagogi: & ideo obligatur ad habendam curam de ipso, si necessitas immineret, sicut eo tempore & loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur: sed ubi nutriuntur inter catholicos Christianos, satis possunt ab hac cura excusari, præsumendo, quòd a suis parentibus diligenter instruantur.

Ar. præced.

Si tamē quocumque modo sentirent contrariū, tenerentur secundum suum modum saluti spiritualium filiorum curam impendere.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ubi immineret periculum, oporteret esse aliquem doctum in diuinis, sicut Dionys.* dicit, qui baptizatum de sacro fonte susciperet: sed ubi hoc periculum non imminet, propter hoc quod pueri nutriuntur inter catholicos, admittitur quicumque ad hoc officium: quia ea quæ pertinent ad Christianam uitam, & fidem, publice omnibus nota sunt. & tamen ille, qui nō est baptizatus, nō potest suscipere baptizatum (ut est declaratum in concilio maguntino*) licet non baptizatus possit baptizare, quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti, non autem persona suscipientis, sicut dictum est.*

Ex Ecclesiast. non multum procul a fi.

Refertur in conſ.dist.4. c. in baptismate. Art.præced.

AD SECVNDVM Dicendum, ꝙ sicut est alia generatio spiritualis a carnali, ita etiā debet esse alia disciplina, ſm illud Heb.12. patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, nō multo magis obtemperabimus patri spirituum, & uiuemus? & ideo alius debet esse pater spiritualis a

patre

patre carnali, nisi necessitas contrarium exigat.

Ad tertivm dicendum, ꝙ confusio esset disciplinæ, nisi esset vnus principalis instructor. & ideo in baptimo vnus debet esse principalis susceptor: alij tamen possunt admitti, quasi coadiutores.

Qvaestio LXVIII.

De susçipientibus baptismum, in duodecim articulos diuisa.

Deinde considerandum est de susçipientibus baptismum.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum omnes teneantur ad susçipiẽdum baptismum.

¶ Secundò, Vtrum aliquis possit saluari sine baptismo.

¶ Tertiò, Vtrum baptismus sit differendus.

¶ Quartò, Vtrum peccatores sint baptizandi.

¶ Quintò, Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

¶ Sextò, Vtrum requiratur confessio peccatorum.

¶ Septimò, Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati.

¶ Octauò, Vtrum requiratur fides.

¶ Nonò, Vtrum pueri sint baptizandi.

¶ Decimò, Vtrum pueri Iudæorum sint baptizandi, inuitis parentibus.

¶ Vndecimò, Vtrum aliqui sint baptizandi in maternis vteris existentes.

¶ Duodecimò, Vtrum furiosi & amentes sint baptizandi.

Articvlvs primvs.

Vtrum omnes teneantur ad susceptionem baptismi.

In 4.dist.6.ar.2.q.3.& 4.dist.4.q.1.ar.3.q.1.co.& q.2.& dist.6.q.1.ar.1.q.1.co.& 4.con.q.1.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, ꝙ non teneantur omnes ad susceptionem baptismi. Per Christum.n.nō est hominibus arctata via salutis: sed ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. ergo & post Christi aduentum.

¶ 2 Præt. Baptismus maxime uidetur esse institutus in remedium peccati originalis: sed ille qui est baptizatus, cum non habeat originale peccatum, non videtur ꝙ possit illud transfundere in prolem. ergo filij baptizatorum non videntur esse baptizandi.

¶ 3 Præt. Baptismus datur ad hoc, ꝙ aliquis per gratiam a peccato mundetur: sed hoc consequuntur illi, qui sunt sanctificati in vtero, sine baptismo. ergo non tenentur ad susçipiendum baptismum.

Sed contra est, qđ dicitur Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, nō potest introire in regnū Dei, & in li. de Eccle.† dogmatibus dicitur, Baptizatis tantum iter salutis esse credimus.

In li. de eccl. dogmat. c. 74. habetur hoc Aug. ait.

Respon. Dicendum, ꝙ ad illud homines tenent, sine quo salutem consequi non pñt. Manifestum est autem, ꝙ nullus pōt salutem consequi, nisi per Christum. vnde & Apost. dicit Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in cōdemnationem, sic & per vnius iustitiā, in omnes homines in iustificationē vitæ. Ad hoc aūt datur baptismus, vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christo factus membrum ipsius. vnde dicitur Gal. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christū induistis. vnde manifestum est, quòd omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus.

Ad primvm ergo dicendum, quòd nũquam homines potuerunt saluari etiam ante Christi aduẽtum, nisi fierent membra Christi: quia, ut dicitur Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: sed ante aduentum Christi, homines Christo incorporabantur, per fidem futuri aduentus: cuius fidei signaculum erat circuncisio, ut Apost. dicit Rom. 4. ante uero quam circuncisio institueretur, sola fide (ut Greg.* dicit) cum sacrificiorum oblatione, quibus suam fidem antiqui patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. Post aduentum etiam Christi, hōmines per fidem Christo incorporantur, secūdum illud Ephe. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris: sed alio signo manifestatur fides rei iā præsentis, quam demonstraretur, quando erat futura: sicut etiam alijs verbis significatur præsens, præteritum, & futurum. Et ideo licet ipsum sacramẽtum baptismi non semper fuerit necessarium ad salutē, fides tamen cuius baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit.

li. 4. Mor. c. 2. circa me.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ (sicut in 2. parte dictum est, *) illi qui baptizantur, renouantur per baptismum secundum spiritum, corpus tamen remanet subiectum uetustati peccati, secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uiuit propter iustificationem. Vnde & Aug.* probat in lib. contra Iulianum, ꝙ non baptizatur in homine, quicquid in eo est. Manifestum est autem, ꝙ homo non generat generatione carnali secundum spiritum, sed secundū carnem. & ideo filii baptizatorum, cum peccato originali nascuntur: vnde indigent baptizari.

p. 2. q. 81. a. 3. ad 2. lib. 6. ca. 6. a me. ad fi. 8. 7

Ad tertivm dicendum, ꝙ illi, qui sunt sanctificati in utero, consequuntur quidem gratiam emundantem a peccato originali: non tamen ex hoc ipso consequuntur characterem, quo Christo configurentur. & propter hoc, si aliqui nunc sanctificarentur in utero, necesse esset eos baptizari, ut per susceptionem characteris, aliis membris Christi conformarentur.

Articvlvs ii.

Vtrum sine baptismo aliquis possit saluari.

1. 2. q. 113. a. 3. ad 1. & 4. dist. 4. q. 3. ar. 3. q. 2. co. & ad 3. & 4. 6. c. 72. & quo 3. ar. 4. & lo. 6. sec 7. Cap. 74. tom. 3.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur quod sine baptismo nullus possit saluari. Dicit enī Dominus Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei: sed illi soli saluantur, qui regnum Dei intrant. ergo nullus potest saluari sine baptismo, quo aliqs regeneratur ex aqua & Spiritusancto.

¶ 2 Prę. In li.* de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Nullum catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, uitam ęternam habere credimus excepto martyrio, ubi totum sacramentum baptismi completur: sed si aliquibus, sine baptismo posset saluari, maxime hoc haberet locum in catechumenis bona opera habentibus, qui uidentur habere fidem per dilectionem operantem. uidetur ergo, ꝙ sine baptismo nullus possit saluari.

¶ 3 Præ. Sicut supra dictū est*, sacramentum baptismi est de necessitate salutis. Necessarium autem est, sine quo non potest aliquid esse, ut dī 5. Met.* ergo uī qđ sine baptismo nullus possit cōsequi salutem.

q. 65. a. 3. & 4. li. 5. Met. te. 6. tom. 3.

Sed contra est, quod Aug.† dicit super Leuiticum, Inuisibilem santificationē quibusdam affuisse & profuisse, sine uisibilibus sacramētis: uisibilem uero sanctificationem (quæ fit sacramento uisibili) sine

In li. q. in Le ui. q. 84. ame dio tom. 4.

sine inuisibili posse adesse, sed non posse prodesse. Cum igitur sacramētum baptismi ad uisibilem sanctificationem pertineat, uidetur quod sine sacramento baptismi, aliquis possit salutem consequi per inuisibilem sanctificationem.

RESPON. Dicendum, quod sacramentum baptismi, dupliciter potest alicui deesse. Vno modo, & re & uoto, quod contingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari volunt: quod manifeste ad contemptum sacramenti pertinet, quantum ad illos, qui habent usum liberi arbitrij. & ideo hi quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi non possunt: quia nec sacramētaliter nec mentaliter Christo incorporantur, per quem solum est salus. Alio modo, potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non uoto: sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu preuenitur morte, antequam baptismū suscipiat. & talis sine baptismo actuali, salutem consequi potest, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operantem: per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur. unde Amb. * dicit de Valentiniano, qui catechumenus mortuus fuit, Quem regeneraturus eram, amisi: veruntamen ille gratiam, quam popposcit, non amisit.

* 10 lib. de obitu Valen. paul. ante me. Habet. c. 1. 5. ep. 3. epi. immediate post 67. 133. co. 3.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod sicut dr. 1. Reg. 16. Homines uident quę parent, Dominus autem intuetur cor. Ille autem qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua & Spiritu sancto, corde quidem regeneratus est, licet non corpore: sicut & Apost. dicit Ro. 2. quod circuncisio cordis est in Spiritu, non in litera, cuius laus nō ex hominibus, sed ex Deo est.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ nullus peruenit ad uitam æternam, nisi absolutus ab omni culpa & reatu pœnæ. Quę quidem uniuersalis absolutio fit in d. 269. perceptione baptismi & in martyrio, propter quod dicitur quod in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur scilicet quantum ad plenam liberationem a culpa & pœna. Si quis ergo catechumenus d. 1302. sit habens [d] desiderium baptismi (quia aliter in bonis operibus non moreretur, quę non possunt esse sine fide per dilectionem operante) talis decedens non statim peruenit ad uitam æternam, sed patietur pœnam pro peccatis præteritis: ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem, ut dicitur 1. ad Corin. 3.

AD TERTIVM dicendum, quod pro tanto dicit sacramentum baptismi esse de necessitate salutis: qa non potest esse hominis salus, nisi saltem in uoluntate habeatur, quę apud Deum reputatur pro facto.

¶ *Super quæst. sexage simaoctaua articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum baptismus sit differendus.

4. d. 4. q. 3. ar. 1. q. 2. & d. 17 q. 3. ar. 1. q. 4. co. & ma. q. 4. ar. 1 habetur de consec. di. 4. c. Duo tempora. Et sumit ex epi. eius 4. 13. 5.

IN articulo tertio circa dilationem baptismi usque ad aliquod certum tempus, aduertēdum est, cerritudinem temporis posse dupliciter intelligi. Primo, determinate, puta, octo menses. Alio modo, uage, puta expedito tali negotio, nesciendo quantum temporis intercedet.

In concil. Agath. c. 25.

¶ Considerandū rursus est, tēp' baptismi determinari, uel ex diuino iure, uel ab ecclesia. Quantū igitur ex diuino iure apparet, dilatio baptismi adultorum non habet tempus determinatum primo modo. Nulla enim ratio cogit adultum ad suscipiendum baptisma, ita hodie, quòd si hic dies prætereat absq; baptismo, peccatum incurratur. Confirmaturque hoc ex gestis sanctorum. Nam Martinus octo annis cathecumenus fuit, Ambrosius lōgo quoque tempore cathecumenis annumeratus uidetur. Constantinus Magnus in ultimo uitæ suæ baptizatus est, ut Ambrosius dicit in oratione de obitu Theodosij.

¶ Debet autem determinari tempus dilati baptismi secundo modo, quod dupliciter monstratur. Primò, ex natura præcepti affirmatiui, obligantis pro loco, & tempore. Præcepta enim affirmatiua, licet quantum est ex parte temporis, non obligent, nisi tempus necessitatis articulum adducat (vt Auctor in quarto sententiarum, distinctione decimaseptima, quæstione tertia, articulo primo, quæstione prima, dixit) ex parte tamen motiui ad differendum rationem requirunt. nam si fine rectæ rationis arbitrio dilatio uolūtaria fit, peccatū incurritur. Potest ergo tādiu differre quis proprium baptismum, quādiu rationabiliter ad differendum mouetur: quod diuersis hominib⁹ diuersimode accidere pōt. & propterea diuersa inuenitur diuersorum dilatio.

Art. præc.

¶ Et quāuis tam incertam tēporis mensurā dilatio baptismi habeat: dilatio tamē usq; ad mortis articulum licita non est (vt patet de consecr. dist. 4. cap. quando quis) arguūtur enim negligentiæ huiusmodi dilatores. Nec Cōstantinum credim⁹ distulisse ex proposito usque ad mortē baptisma, sed cū differret illud usq; ad tempus optatū, interim i ultimis constitutus differēdum non censuit.

¶ Ex

F ges catholicas uenire uoluerint, octo mēses inter catechumenos ecclesię limen introeant: & si pura fide uenire noscantur, tunc demum baptismi gratiam mereant. nō ergo statim sunt homines baptizandi, sed usque ad certum tēpus est differendum baptisma.

¶ 3 Præt. Sicut dicitur Isa. 27. Iste est omnis fructus, vt auferat peccatum: sed magis uidetur auferri peccatum uel etiam diminui, si baptismus diu differatur. primò quidem, quia peccantes post baptismum, grauius peccant, secundum illud Heb. 10. Quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, scilicet per baptismum? Secundò, quia baptismus tollit peccata præterita, non autem futura: vnde quantò magis baptismus differtur, tantò plura peccata tollit. uidetur ergo quòd baptismus debeat diu differri.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccle. 5. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: sed perfecta conuersio ad Deum, est eorum, qui regenerantur in Christo per baptismum. non ergo debet baptismus differri de die in diem.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc distinguēdum est, vtrū sint baptizandi pueri uel adulti. Si enim pueri sint baptizandi, nō est differendum baptisma. primò quidem, quia nō expectatur in eis maior instructio, aut etiā plenior conuersio. secundò, propter periculum mortis: quia nō potest eis alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi. Adultis verò subueniri potest per solum baptismi desiderium, ut supra dictū est. * & ideo adultis non statim, cum conuertuntur, est sacramentum baptismi conferendum: sed oportet differre usque ad aliquod certum tempus. Primò quidem, propter cautelam ecclesiæ, ne decipiatur, sacramentum ficte accedentibus conferēs, f̄m illud 1. Io. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quæ quidem probatio sumitur de accedentibus ad baptismum, quando per aliquod spatium, eorum fides & mores examinātur. Secūdò, hoc est necessariū ad vtilitatē corū, qui baptizant: quia aliquo temporis spatio indigent, ad hoc quòd plene instruantur de fide, & exercitētur in his, quæ pertinēt ad vitā christianā. Tertiò, hoc est necessariū ad quādā reuerētiā sacramenti, dū in solemnitatibus

* 2 Præt. In concilio Agathensi† legitur, Iudæi, quorū perfidia frequēter ad uomitum redit, si ad le

Exiure autem posito scripto, si tempus aliquod præfixū est, quod fateor me non inuenire, & gesta dictorum sanctorum testantur, nō esse differendus ultra tempus præfixum.

præcipuis, ſ. paſchæ & pentecoſtes, hoīes ad baptiſmum admittuntur, & ita deuotius ſacrm ſuſcipiunt: hęc tamen dilatio eſt prætermittenda duplici ratione. Primo quidem, qñ illi qui ſunt baptizandi, apparent perfecte inſtructi in fide, & ad baptiſmum idonei: ſicut Philippus ſtatim baptizauit Eunuchum, vt habetur Act. 8. & Petrus Cornelium, & eos qui cum eo erant, ut habetur Act. 10. Secundo propter infirmitatem, aut aliquod periculum mortis: vnde Leo Papa * dicit, Hi qui neceſſitate mortis, ęgritudinis, obſidionis, perſecutionis, & naufragii, vrgentur, omni tempore debēt baptizari: ſi tñ aliquis morte præueniatur, articulo neceſſitatis ſacrm excludente, dum expectat tps ab eccleſia inſtitutum, ſaluatur, licet per ignem, ut ſupra dictum eſt. † Peccat autem ſi ultra tempus inſtitutum ab eccleſia, differat accipere baptiſmum, niſi ex cauſa neceſſaria & licentia prælatorum eccleſiæ: ſed tamen & hoc peccatum cum aliis deleri poteſt perſuccedentem contritionem, quę ſupplet uicem baptiſmi, ut ſupra dictum eſt. *

Habetur de conſec. diſt. 4. c. Si quis neceſſitate. Simile habetur ex epiſt. eius 4. cap. 6. circa princ.

In corp. art. & ar. præc.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illud mādatum Leonis papæ de obſeruandis duobus temporibus in baptiſmo, intelligendum eſt de adultis, excepto tamen periculo mortis, quod ſemper in pueris eſt timendum, ut dictum eſt. †

In corpart.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ illud de iudæis, eſt inſtitutum ad eccleſiæ cautelam, ne ſimplicium fidem corrumpant, ſi non fuerint plene conuerſi: & tamen, ut ibidem ſubditur, ſi infra tempus præſcriptum aliquod periculum infirmitatis incurrerint, debent baptizari.

Ad tertivm dicendum, ꝙ baptiſmus per gratiam quam confert, non ſolum remouet peccata præterita, ſed etiam impedit peccata futura ne fiant: hoc autem præcipue deſiderandum eſt, vt homines non peccent: ſecundario autem, ut leuius peccent, uel etiam vt eorum peccata mundentur, ſecundum illud 1. Ioan. 2. Filioli mei, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis: ſed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

¶ *Super Quæſtionis ſexageſimæ octauæ Articulum quartū.*

Vide art. 8. ad 4.

In articulo hoc ſolum notandum occurrit, quę ſermo literæ de peccato mortali intelligitur: exiſtentibus enim cum voluntate peccandi ueniale, poteſt baptiſmus dari monendo ipſos, ꝙ niſi uoluntatem mutent, gratiam quidem filiorum Dei recipient: ſed non ſecundum plenitudinē baptiſmalem, & ſuo eos deinde arbitrio reliquere, ut ipſi uideant.

Articvlvs IIII.

Vtrum peccatores ſint baptizandi.

Dqvartvm ſic proceditur. Videtur ꝙ peccatores ſint baptizandi. Dr. n. Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem, in ablutionem peccatoris & mēſtruatæ: quod quidem intelligitur de fonte baptiſmali. ergo videtur, quòd ſacramētum baptiſmi ſit etiam peccatoribus exhibendum.

¶ 2 Præt. Dominus dicit Matth. 9. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus: male autem habētes ſunt peccatores. Cum igitur ſpiritualis medici, ſcilicet Chriſti, medicina ſit baptiſmus, videtur quòd peccatoribus ſit ſacramentum baptiſmi exhibendum.

¶ 3 Præt. Nullum ſubſidium debet peccatoribus ſubtrahi: ſed peccatores baptizati, ex ipſo charactere baptiſmali ſpiritualiter adiuuantur, cum ſit quædam diſpoſitio ad gratiam. ergo videtur ꝙ ſacramētum baptiſmi ſit peccatoribus exhibendum.

Alias, quia Aug. ad Bonifacium dicit, In baptiſmo aliquis membrum Chriſti efficitur, ſed nullus peccator perſiſtens in voluntate peccandi poteſt fieri mēbrū Chriſti, quod eſt incorporari Chriſto. ergo huiuſmodi peccator non eſt baptizandus, quia fruſtra baptizatur.

Sed contra eſt, * quod Aug. † dicit, Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te: ſed peccator cum habeat voluntatem non diſpoſitam, nō cooperatur Deo. ergo fruſtra adhiberetur ſibi baptiſmus ad iuſtificationem.

Collig. ex tract. 72. in Ioan. & 9. Lib. de medicina pœnit. c. 2. non prin. cui a princ. tom. 9.

Respon. Dicendum, quòd aliquis poteſt dici peccator dupliciter. Vno modo, propter maculam & reatum præteritum: & ſic peccatoribus eſt ſacramentum baptiſmi cōferendum: quia eſt ad hoc ſpecialiter inſtitutum, vt per ipſum peccatorum ſordes mundentur, ſecundum illud epheſ. 5. Mundans eam, ſcilicet eccleſiam, lauacro aquæ in uerbo uitæ. alio modo poteſt dici aliquis peccator ex uoluntate peccandi, & propoſito perſiſtendi in peccato: & ſic peccatoribus non eſt ſacramentum baptiſmi cōferendum. Primo quidem, quia per baptiſmum homines Chriſto incorporantur, ſecundū illud Gal. 3. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: quandiu autem aliquis habet uolūtatem peccandi, non poteſt eſſe Chriſto coniunctus, ſecūdum illud 2. Cor. 6. Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Vnde & Aug. * dicit in lib. de pœnitentia, quòd nullus ſuæ uoluntatis arbiter conſtitutus, poteſt nouam uitam inchoare, niſi eum ueteris uitæ pœniteat. Secundo, quia in operibus Chriſti & eccleſiæ nihil debet fieri fruſtra: fruſtra autem eſt, quod non pertingit ad finem ad quem eſt ordinatum: nullus autem habens uoluntatem peccandi, ſimul poteſt a peccato mundari, ad quod ordinatur baptiſmus: quia hoc eſſet ponere cōtradictoria eſſe ſimul. Tertio, quia in ſacramentalibus ſignis nō debet eſſe aliqua falſitas: eſt autem ſignum falſum, cui res ſignificata non reſpondet: ex hoc autem, ꝙ aliquis lauandum ſe præbet per baptiſmum, ſignificatur quòd ſe diſponat ad interiorem ablutionē: quod non contingit de eo, qui habet propoſitum perſiſtendi in peccato: unde manifeſtum eſt, quòd talibus ſacramentum baptiſmi non eſt conferendum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illud uerbum eſt intelligendum de peccatoribus, qui habent uoluntatem recedendi a peccato.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ſpiritualis medicus ſcilicet Chriſtus, operatur dupliciter: uno modo interius per ſeipſum, & ſic præparat uoluntatem hominis, ut bonum uelit, & malum odiat: alio modo operatur, per miniſtros, exterius adhibendo ſacramenta, & ſic operatur perficiēdo exterius id, quod eſt interius inchoatum: & ideo ſacramentum baptiſmi non eſt exhibendum, niſi ei, in quo interioris cōuerſionis aliquod ſignum apparet: ſicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, niſi in eo aliquis motus uitalis naturæ appareat.

Ad tertivm dicendum, quòd baptiſmus eſt fidei ſacramentum: fides autem informis non ſufficit ad ſalutem, nec ipſa eſt fundamentum: ſed ſola fides formata, quæ per dilectionem operatur, ut Auguſt. * dicit in lib. de fide & operibus: unde nec ſacramentum baptiſmi ſalutē conferre poteſt cum uoluntate peccandi, quæ fidei formam excludit: non eſt autem per impreſſionem characteris baptiſmalis aliquis diſponendus ad gratiam, quandiu in eo apparet uoluntas peccandi: quia Deus neminem ad uirtutem compellit, ſicut Damaſ. * dicit.

B. 611.

Ca. 16. to. 4.

Lib. 2. Orth. fid. c. 30. circa princ.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ octauæ Articulum quintũ.*

Sup.qu.49. ar.3.ad 2.Et inf.art.6.ca. & 2.dist.6.q. 1.a.1.1.q.1. cor.& 3.dist. 19.a.3.q.2. ad 1.& 4.di. 6.q.1.a.1.q. 1. sol. & 4. cont.cap.58. & Rom. 11. lect.4.

[IN artic.5.& 6 hoc solum occurrit suggerendum, ut ex deuotione sua peccata confitente ante baptismum non absoluantur: quoniam non sunt capaces sacramẽti pœnitentiæ ante baptismum: nec eorum confessio talis, esset sacramentalis, nisi forte per reductionem.

ARTICVLVS V.

Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

AD QVINTVM sic proceditur. Vī q̃ peccatoribus baptizatis, sint opera satisfactoria imponenda. Hoc enim ad iustitiam Dei pertinere uidetur, ut pro quolibet peccato aliquis puniatur, secundum illud Eccles. vlti. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium: sed opera satisfactoria imponuntur peccatoribus in pœnam præteritorum peccatorum. ergo videtur q̃ peccatoribus baptizatis, sint opera satisfactoria imponenda.

¶ 2 Præt. Per opera satisfactoria exercitantur peccatores de nouo conuersi ad iustitiam, & subtrahuntur occasiones peccandi: nam satisfacere est peccatorum causas excidere, & peccatis aditum nõ indulgere: sed hoc maxime est necessarium nuper baptizatis. ergo videtur q̃ baptizatis sint opera satisfactoria iniungenda.

¶ 3 Præt. Non minus debitum est, ut homo Deo satisfaciat, quàm proximo: sed nuper baptizatis iniungendum est, ut satisfaciant proximis, si eos læserint. ergo etiam est eis iniungendum, ut Deo satisfaciant per opera pœnitentiæ.

Est glo. dist. Amb. in illũ locum to. 5.

SED CONTRA est, quod Amb. * super illud Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, dicit, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum, uel etiam opus aliquod: sed solam fidem, & omnia gratis condonat.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Apost. dicit Rom.6. Quicumq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem, ita scilicet q̃ homo per baptismum incorporatur ipsi morti Christi: manifestum est autem ex supradictis, * q̃ mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis, non solum nostris, sed etiam totius mundi, vt dicitur 1.Io.2. & ideo ei, qui baptizatur, pro quibuscumque peccatis, non est aliqua satisfactio iniungenda: hoc enim esset iniuriam facere passioni & morti Christi, quasi ipsa non esset sufficiens ad plenariam satisfactionem pro peccatis baptizatorum.

q.49.& 48.

Lib.1.de bap. parul.c.26. a med. to.7.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Aug.† dicit in lib. de baptismo paruulorum, ad hoc baptismus valet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. vnde ipsa pœna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut & pœna vnius membri põt esse satisfactoria pro peccato alterius membri. vnde Isa.53. dicitur: vere lãguores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

Glo. ord. ibi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd nuper baptizati exercitandi sunt ad iustitiam, non per opera penalia, sed per opera facilia, ut quasi quodam lacte facilis exercitii, promoueantur ad perfectiora, ut gl.* dicit super illud Psalm. 130. Sicut ablactatus est super matre sua: vnde & dominus discipulos suos de nouo conuersos, a ieiunio excusauit, ut patet Mat 9. Et hoc est, quod dicitur 1.Pet.2. Sicut modo geniti infantes, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.

AD TERTIVM dicendum quòd restituere male ablata proximis, & satisfacere eis de iniuriis illatis est cessare a peccando: quia hoc ipsum, quod est detinere aliena. & proximum lęsum non placare, est peccatum, & ideo peccatoribus baptizatis iniungẽdum est, quòd satisfaciant proximis: sicut & quòd desistant a peccato: non est autem eis iniungendũ, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri. Dicitur enim Matth.3. quòd baptizabantur multi a Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua: sed baptismus Christi est perfectior, q̃ baptismus Ioannis. ergo videtur quòd multo magis illi, qui sunt baptizandi baptismo Christo debeant sua peccata confiteri.

3.dist.19.q. 3.qu.1.ad 3. & 4.cont. 58.& Ro.ad Rom. 10.lect.4.

¶ 2 Præter. Prouerb.28. dicitur, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. ergo baptizandi debent sua peccata confiteri.

¶ 3 Præter. Pœnitentia requiritur ante baptismum, secundum illud Act.2. Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum: sed confessio est pars pœnitentiæ. ergo uidetur, quòd confessio peccatorum requiratur ante baptismum.

SED CONTRA est, quòd confessio peccatorum debet esse cum fletu: dicit enim Augustus. * in lib. de pœnitentia. Omnis ista uarietas consideranda est & deflenda: sed sicut Ambr.† dicit, gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum. ergo a baptizandis, non est requirenda confessio peccatorum.

Aug.in li.de vera & fa. pœnitẽ.ca.1. non procul a prin. to.4. Amb.ad Ro. 11. super illud, Sine pœnitẽ.sunt dona Dei, to.5.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est peccatorum confessio: una quidem interior, quæ fit Deo: & talis confessio peccatorum requiritur ante baptismum, ut scilicet homo sua peccata recogitãs, de eis doleat: non enim potest inchoare nouam uitam, nisi pœniteat eum ueteris uitæ, ut dicit Aug.* in lib. de pœnitentia: alia uero est confessio peccatorum exterior, quæ fit sacerdoti: & talis confessio nõ requiritur ante baptismum. Primo quidem, quia talis confessio cum respiciat personam ministri, pertinet ad pœnitentiæ sacramentum, quod non requiritur ante baptismum; quia est ianua omnium sacramentorum. Secundo, quia confessio exterior, quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc, quòd sacerdos confitentem absoluat a peccatis, & liget ad opera satisfactoria, quæ baptizatis non sunt imponenda, ut supra dictum est: * nec etiam baptizati indigent remissione peccatorum per claues ecclesiæ, quibus omnia remittuntur per baptismum. Tertio, quia ipsa particularis confessio homini facta, est pœnosa propter uerecundiam confitentis: baptizato autem nulla exterior pœna imponitur: & ideo a baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum: sed sufficit generalis, quam faciunt, cum secundum ritum ecclesiæ abrenuntiant saranæ & omnibus pompis eius: & hoc modo, dicit quædam glos.* Matth. 3. quòd in baptismo Ioannis, exemplum dabatur baptizandis confitendi peccata, & promittendi meliora si qui tamen baptizandi, ex deuotione sua peccata confiteri uellent, esset eorum confessio audienda, non ad hoc, quòd eis satisfactio imponeretur: sed ad hoc, quòd contra peccata consueta eis spiritualis informatio uitæ traderetur.

In li. de mẽdic.pœnit.c. 2. non procul, a princ. tom.9.

Art.præced.

In glo. ord. super illud. Exibant ad eum baptizarentur ab eo.

¶ *Super*

¶ Super Quæstionis, sexagesimæ secundæ Articulum secundum.

Titulus vt sonat sumendus est.

¶ In corpore iuncta responsione ad secundum, ubi dr si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebapt izandus, dubium occurrit magnum, an ex parte baptizati ita necessaria sit intentio suscipiendi sacramentum baptismi, ut si illa desit, baptismus nullus sit.

¶ Est ratio dubij varietas opinionum: quidam n. (de quorum numero est Durand. in 4. sent. dist. 4. q. 2.) tenet vniuersaliter, hoc est tam in adulis, quàm in paruulis requiri consensum ex parte baptizati. Alij uero, de quorum numero est Auctor in 4. sentent. distin. 6. quæst. 1. artic. 2. quæst. 3. tenent totaliter oppositum, scilicet quòd nec in paruulis nec in adulto, per se loquendo, exigitur voluntas propria. Dico autem per se loquendo, quia in adultis exigitur uoluntas propria per accidens, hoc est, ut remouens prohibens, puta peccatum uel contrariam voluntatem. Quidam autem, de quorum numero est Scotus in 4. sent. dist. 4. q. 2. distinguendum putat, inter adultum & puerum, tenentes quòd in adulto requiritur uoluntas: in paruulo autem non.

Et quoniam quæstio est difficilis, uidendum est, quid roboris habeant rationes opinionum: & deinde rationabilior dicendi modus eligendus est.

Prima igitur opinio tenens uniuersaliter requiri consensum ex parte baptizati fundatur, primo super ritu ecclesiæ petentis a baptizando. Vis baptizari? Secundo super hoc, quòd baptizari est passio uoluntaria.

Tertio procedit Durandus sic: Quicquid est de necessitate sacramenti in uno, est de necessitate sacri in oibus, in similibus quidem similiter, & in proportionalibus proportionaliter: sed voluntas recipiendi baptismum est de necessitate sacramenti in adulis. ergo est etiam de necessitate sacramenti in paruulis: proportionaliter tamen, hoc est uoluntate interpretatiua quo ad paruulos, sicut propria quo ad adultos. Probatur minor: Adultus simili modo debet se habere ad fidem, & ad fidei sacrm: sed credere non põt nisi uolens. ergo nec baptizari põt nisi uolens.

Et confirmatur ex mandato domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos &c. vbi Hier. dicit, Non potest suscipi sacramentum, nisi anima fidei susceperit ueritatem.

Affertur quarto ratio ex litera huius art. scilicet inchoantem nouam uitam, uelle illam, ac per hoc eius principium quod est baptisma.

Oppositæ autem opinionis, scilicet ꝙ non per se requiritur uelle ex parte baptizati, fundamentum est, ꝙ tota efficacia sacramẽti baptismi est, ex parte ipsius sacramenti: nec requirit ex parte patientis, nisi capacitatem absq; contrarietate. Probaturq; hoc ex eo, ꝙ de facto uidemus paruulum omnem baptizatum non esse rebaptizandum. Et hinc sumitur ratio: Quicquid non est de necessitate sacramenti in uno, non est de necessitate sacramenti in reliquis: sed consensus non est de necessitate sacramenti in paruulis. ergo nec in adultis.

Tertia autem opinionis ratio est: quia si adultus caret consensu, uidetur quòd contemnat: oportet enim adultum aliquam habere deuotionem ad sacramentum, aut contemnere ipsum, saltem interpretatiue.

¶ Et ut ab hac ultima incipiamus, responsio seu ratio ista fugit quæstionem, quasi impossibile sit inueniri adultum neutrum respectu baptismi, sed oporteret in alteram partem declinare, hoc est, uelle, aut nolle baptizari. Qõ autem est de veritate conditionalis, nõ curando de possibilitate antecedentis: vertit enim in quæstionem, si adultus neuter secundum voluntatem ad baptismum baptizaretur dormiens, an esset postea baptizandus, hoc est, an susciperet characterem uel non: cui quæstioni, ut patet, non satisfit per hãc opinionem declinantem ad alterum extremum. q. 66. ar. 6.

¶ Primæ autem opinionis fundamentum primum de ritu ecclesiæ, non cogit: quoniam eodem ecclesiæ ritu petitur etiam a baptizando, si credit in Deum patrem omnipotentem &c. & tamen constat non exigi ad necessitatẽ sacramenti fidem siue suam, siue patrini, ex parte baptizati. Secundum quoque fundamentum, petit principium. Tertium vero, ambiguum assumit, scilicet in adulto requiri per se propriam voluntatem: hoc est enim, de quo est quæstio.

¶ Et ad probationem dici facile potest, similitudinem non tenere, scilicet quòd adultus, ita se debeat habere ad sacramentum fidei, sicut se habet ad credere: quoniam credere consistit manifeste in actione uoluntaria, sacramentum autem fidei manifeste consistit in pati seu suscipere, & propterea non est simile. Auctoritas autem Hiero. non est ad propositum: quia de fide loquitur, quæstio autem est de uelle.

¶ Secundæ demum opinionis ratio reijci potest eodem modo, scilicet quòd assumit probandum: hoc enim est, quod uertitur in dubium, an patiens in baptismo, exigat uelle vt necessariam dispositionem ad receptionem sacramenti: hoc enim est totum in quo consistit quæstio.

Quod autem additur, ꝙ nullus puer baptizatus est rebaptizandus, licet negetur a tenentibus primam opinionem, magnam tamen secundum rationem uim habere uidetur.

His excursis, dicendum mihi uidetur cum secunda opinione, quòd per se loquendo non exigitur intentio seu uoluntas ex parte baptizandi de necessitate sacramenti: sed sufficit in ipso non inueniri obicem uoluntatis contrariæ. Probaturque hoc, dupliciter. Primo, auctoritate Innocen. I I I. extra de baptismo, & eius effectu, in c. maiores causas: ibi enim mota quæstione de suscipientibus characterem, & relata opinione quorundã dicentium characterem imprimi etiam inuitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, concludit hæc uerba in calce. Tunc ergo characterem, sacramentalis imprimit operatio, cum obicem uoluntatis cõtrariæ non inuenit obsistentem, ubi manifeste patet intenta conclusio determinata ab Apostolica sede. Secundo, probatur utendo iam dicta ratione: quod non est de necessitate sacramenti in uno recipiente baptismum, non est de necessitate sacramenti, per se loquendo, in quocumq; recipiente baptismum: sed in paruulis uoluntas etiam interpretatiua non exigitur, ut propria dispositio ad recipiendum baptismum. ergo in nullo baptizando requiritur, per se loquendo, consensus ad recipiendum baptisma. Et probatur minor

ARTICVLVS VII.

Vtrum ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.

AD SEPTIMVM sic procedi-tur. Vī ꝙ ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi. Baptizatus enim se habet sicut patiens in sacramento: intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis. ergo videtur quòd ex parte baptizati, non requiratur intentio suscipiendi baptismum.

¶ 2 Præt. Si prætermittatur id, quod requiritur ad baptismum, homo est denuo baptizandus: sicut cum prætermittitur inuocatio Trinitatis, ut supra dictum est: * sed ex hoc non vī aliquis esse denuo baptizandus, ꝙ intentionem non habebat suscipiendi baptismum: alioquin cum de intentione baptizati non constet, quiliber posset petere se denuo baptizari propter intentionis defectum. non videtur ergo ꝙ intentio requiratur ex parte baptizati, ut suscipiat sacramentum.

¶ 3 Præterea Baptismus contra peccatum originale datur: sed originale peccatum contrahitur, sine intentione nascentis. ergo baptismus, ut uidetur, intentionem non requirit ex parte baptizati.

SED CONTRA est, ꝙ fm ritum ecclesiæ, baptizandi profitentur se petere ab ecclesia baptismum, per quod profitentur suã intentionẽ de susceptione sacramẽti.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in baptismo Ioannis non remittebantur peccata: sed erat baptismus pœnitentiæ: & iõ conuenienter accedentes ad illud baptisma, confitebantur peccata, ut secundum qualitatem peccatorum, eis pœnitẽtia determinaretur: sed baptismus Christi est, sine exteriori pœnitentia, ut Ambros. * dicit. unde non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ baptizatis sufficit confessio interior Deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc, ꝙ dirigantur & misericordiam cõsequantur: nec requiritur cõfessio specialis exterior, sicut dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, ꝙ confessio est pars pœnitentiæ sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, ut dictum est: * sed requiritur interioris pœnitentiæ uirtus.

Ambr. hoc cauto iure, sed ut ita

In corp. art.

An corp. art.

Infra, q. 80. ar. 9. & 4. d. 6. q. 1. ar. 2. q. 3. & dist. 7. q. 1. ar. 2. q. 4. con.

quia voluntas parentũ non est dispositio aliqua, sed sola approximatio patientis ad agens, puta ministrum conferentẽ sacramentum: constat n. approximantẽ passiuũ actiuo nõ esse necessarium ex parte patientis: tũ, qm̃ aliunde pot̃ suppleri, puta ex approximatione agentis ad patiens, vel ex remouente obstaculũ: tum, qm̃ extrinsecum hoc est, patet uerõ voluntatẽ parentis solummodo approximare passiuũ actiuo, offerendo infantem baptismo, ex eo q̃ si iudæus faceret filium baptizari, non ut nutriretur Christianus, sed totaliter nutriendum in iudæum, ob solamq; corporis sanitatẽ infantem uellet baptizari, & hoc ipsum diceret, ac compelleret ministrũ ad baptizandum, uel ipsemet baptizaret, in ueritate infans esset baptizatus: & tũ tũne paterna uoluntas nec ex charitate, nec ex spe, nec ex fide, nec ex ecclesiæ uoluntate ibi cooperaretur: qm̃ ecclesia si sciret, resisteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, nisi q̃ approximat passum agẽti, iniuriamq; paternæ tollit auctoritatis, quę illi irrogaretur, si infans patre inuito baptizaretur. sufficit ergo in baptizando nõ inueniri obicem voluntatis contrariæ ad hoc, ut characterem suscipiat ex baptismo.

In li de medic. pœnit. c. non longe a princ. to. 9

D. 583.

¶ Sed contra hoc instant dupliciter. primo utendo argumento allato in dicta decretali, q̃ s. sequeretur ex hoc, q̃ aliquis adultus nũquam consentiens baptismo, pertineret rõne sacri ad iurisdictionem ecclesiasticam, ac per hoc ad seruandam regulam Christianæ fidei foret rationabiliter compellendus. qđ est absurdum.

4. dist. 6. q. 1. ar. 3. qu. 1. & q. 2. art. 2. q. 3. corp. & d. 7. ar. 3. qu. 2. ad 2.

¶ Obiicitur quoque a Duran. probante q̃ uoluntas adulti baptizandi requiritur per se: nam si uelle suscipere baptismum non sit in actu dispositio necessaria ad baptismum secundum se, sequitur q̃ nolle seu renuere uel negligere suscipere ipsum, non erit impedimentũ: quia non impedit nisi uelle oppositum.

¶ Ad primum horũ dicitur, quòd ratio procedit ex extrinsecis accidẽtibus, quale est iurisdictio ecclesiastica, & propterea

RESPON. Dicendum, q̃ per baptismum aliquis moritur veteri vitę peccati, & incipit quandam vitæ nouitatem, ſm illud Ro. 6. Consepulti sumus Christo per baptismũ in mortẽ, ut qũo Christus surrexit a mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus: & iõ sicut ad hoc, q̃ hõ moriatur ueteri uitæ, requiritur ſm Aug. * in habente vsum libe. arb. voluntas, qua eũ veteris uitę pœniteat, ita requiritur voluntas, qua intendat uitę nouitatem: cuius principiũ est ipsa susceptio sacramẽti: & ideo ex parte baptizati requiritur uoluntas, siue intentio suscipiendi sacramentum.

F

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in iustificatione, quæ fit per baptismum, non est passio coacta, sed uoluntaria: & ideo requiritur intentio recipiẽdi id, quod ei datur.

H

AD SECVNDVM dicendum, q̃ si in adulto deesset intentio suscipiendi sacrm, esset rebaptizandus: si tñ hoc non constaret, esset dicendum, Si non es baptizatus, ego te baptizo.

AD TERTIVM dicendum, q̃ baptismus ordinatur nõ solum contra originale peccatum, sed etiam contra actualia, quæ per uoluntatem & intentionem cau santur.

I

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vt quòd fides requiratur ex parte baptizati. Sacrm. n. baptismi a Christo est institutum: sed Christus formam baptismi tradens, fidẽ baptismo præmittit, dicens Marc. vltimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo uidetur quòd nisi sit fides, non possit esse sacramentum baptismi.

K

¶ 2 Præt. Nihil frustra in sacramentis ecclesiæ agitur: sed secũdum ritum ecclesiæ, ille qui accedit ad baptismum, de fide interrogatur, cum dicitur, Credis in Deum patrem &c. ergo vt q̃ fides ad baptismum requiratur.

¶ 3 Præt. Ad baptismum requiritur intentio suscipiendi sacramentum: sed hoc non potest esse sine recta fide, cum baptismus sit rectæ fidei sacramentum: per eum enim incorporantur homines Christo, ut Aug.* dicit in lib. de baptismo paruulorum: hoc autem non potest esse sine recta fide, secũdum illud ephes. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. ergo uidetur quòd ille, qui non habet rectam fidem, non possit suscipere sacramentum baptismi.

¶ 4 Præt. Infidelitas est grauissimum peccatum, ut in secunda parte habitum est: * sed permanentes in peccato, non sunt baptizandi. ergo etiam nec permanentes in infidelitate.

G

SED CONTRA est, quod Gre.* scribens † Quirico episcopo dicit, Ab antiqua patrum institutione didicimus, ut qui apud hæreſim, in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam ecclesiã redeunt, aut unctione chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei, ad sinum matris ecclesiæ reuocẽtur. hoc autem non esset, si recta fides esset de necessitate baptismi. non ergo recta fides ex necessitate requiritur ad susceptionem baptismi.

RESPON. Dicendum, quòd sicut * ex dictis patet, duo efficiuntur in anima per baptismũ, scilicet character & gratia. dupliciter ergo, aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum. Vno modo, sine quo gratia haberi non potest, quæ est ultimus effectus sacri: & hoc modo, recta fides ex necessitate requiritur ad baptismũ: quia sicut dr̃ Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Alio modo, requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismatis imprimi non potest: & sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismũ, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo adsint cetera, quæ sunt de necessitate sacramenti: non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis, uel suscipientis baptismum, sed per uirtutem Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dominus loquitur ibi de baptismo, secundum quòd perducit homines ad salutem per gratiam iustificãtem: quod quidem sine recta fide esse non potest: & ideo signanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

AD

parum roboris habet. Verumtamen dupliciter solui potest Primo, quòd casus iste, aut impossibilis, aut plusquam rarissimus est, scilicet ut adultus neuter baptizetur: regulæ autem de iurisdictionis actibus, puta de compellendo & similibus, dantur secundum ea quæ communiter eueniunt. Secundo, quòd uno inconuenienti dato, multa inconuenientia sequi possunt: & ideo dato hoc inconuenienti, quòd minister temere baptizaret adultum neutrũ, non est mirum sequi aliud inconueniens, scilicet quòd talis esset de iurisdictione ecclesiæ ratione sacramenti, & non esset compellendus ad Christianitatem seruandam: quia nunquam consensit, sed dormiens baptizatus est.

Lit. de cat. remissa medio.

n. 2. quæ. In regula. c. non longe a prin. Alias Quinto.

¶ Ad obiectionem uero Duran. respondetur, quòd sequela nihil ualet. Et probatio nullius etiam apparentiæ est: quoniam nolle baptismum, secundum se aduersatur susceptioni baptismi: & ideo impedit ipsum, & non quia tollit ium contrarium, puta uelle baptismum. Nec putes Auctorem hoc in loco alterius fuisse opinionis, ut patet ex eo quòd inferius dicit pueros infidelium, si inuitis parentibus baptizarentur, fore baptizatos: quod autem hic dixit, intelligendum est, secundum id, quod semper de facto inuenitur in adultis, scilicet quòd non inuenitur neuter, sed aut habet uelle aut nolle respectu baptismi implicite, uel explicite, &c. Et propterea uerificatur, quòd si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus: defectus enim intentionis contrariam haberet annexã intentionem.

q. 66. ar. 1.

¶ Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum octauum.

IN articu. 8 aduerte uerba Auctoris intelligi de adultis: qm̃ rectam fidem necessario requiri ad ultimum effectum baptismi sonant. Et hoc dico propter paruulos, in quibus nec intentio nec fides ex parte baptizati requiritur.

Ad secvndvm dicendum, quòd ecclesia intendit homines baptizare, vt emundentur a peccato, secundum illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum: & ideo quantum est de se, non intendit dare baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum: & pp hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant: si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. unde Augustᵘ.* dicit, ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem baptismū eius, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere uel tenere.

Ad tertivm dicendum, ꝙ etiam non habens rectam fidem circa alios articulos, potestᵈ habere rectam fidem circa sacramentum baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiendi sacramentum baptismi: si tamen etiam circa hoc sacramentum non recte sentiat, sufficit ad perceptionem sacramenti generalis intentio, qua intendit suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & sicut ecclesia tradit.

Ad qvartvm dicendum, quòd sicut sacramentum baptismi nō est conferendum ei, qui non vult ab aliis peccatis recedere, ita etiam nec ei, qui non vult infidelitatem deserere: vterque tamen suscipit sacramentum, si ei non conferatur, licet non ad salutem.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ octauæ Articulum nonum.*

Articvlvs ix.
Vtrum pueri sint baptizandi.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur quòd pueri non sint baptizandi. In eo enim qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi sacramentum, vt supra dictum est:* huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cum non habeant vsum liberi arbitrii. ergo videtur quòd non possint suscipere sacramentum baptismi.

¶ 2 Præt. Baptismus est fidei sacramentum, ut supra dictum est;† sed pueri non habent fidē, quæ consistit in credentium voluntate, ut Aug.* dicit super Io. Nec etiam potest dici, quòd saluentur in fide parentum. quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatem damnarentur. ergo uidetur, quòd pueri non possint baptizari.

¶ 3 Præt. 1. Pet. 3. dicitur, quòd homines saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum: sed pueri neque conscientiam habēt bonam uel malam, cum non habeant vsum rationis, neq; etiam conuenienter ipsi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari.

Sed contra est, qđ Dionys.* dicit vltimo cap. eccles. hierarch. Diuini nostri duces, scilicet apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

Respon. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si unius delicto, mors regnauit per unū, scilicet per Adam, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in uita regnabunt per unum Iesum Christum: pueri autem ex peccato Adæ, peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quòd sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransijt, ut Apostolus ibidem dicit. unde multo magis pueri possunt per Christum gratiam accipere, ut regnent in uita æterna: ipse autem dominus dicit Ioan. 3. quòd nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. unde necessarium fuit pueros baptizari, ut sicut per Adam damnationem incurrerunt nascendo, ita per Christum salutem consequantur renascendo. Fuit etiam conueniens pueros baptizari, ut a puericia nutriti in his, quæ sunt Christianæ uitæ, firmius in ea perseuerent, secundum illud Prouerb. 22. Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. & hanc rationem assignat Diony.† ult. cap. eccl. hierar.

Cap. 7. eccl. hierarc. non procul a fi.

Ad primvm ergo dicendum, quòd regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis natiuitati carnali, quantum ad hoc, quòd sicut pueri in maternis uteris constituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur, ita etiam pueri nondum habentes usum rationis, quasi in utero matris ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actū ecclesiæ salutem suscipiunt. Vnde Augustinus† dicit in lib. de peccatorum meritis & remissione.* Mater ecclesia os maternum paruulis præbet, ut sacris mysterijs imbuantur: quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem:† si autem propterea recte fideles uocantur, quoniam fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam nō pœnitentes habeantur, cum per eorundem uerba gestantium, diabolo & huic sæculo abrenuntiare monstrentur? Et eadem ratione possunt dici intendentes non per actum propriæ intentionis, cum ipsi quandoque contranitantur & plorent: sed per actum eorum a quibus offeruntur.

lib. 1. ca. 25. circa fi. to. 7. Alias de meritis & remissione peccatorum. Eod. lib. 19. circa fi. to. 7.

Ad secvndvm dicendum, quòd sicut Augustᵘ.* scribens Bonifacio dicit, in ecclesia saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismo remittuntur peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut† Augustᵘ. dicit, eidem Bonifacio scribens, offeruntur paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quàm uis & ab ipsis, si & ipsi boni fideles sunt, quàm ab uniuersa societate sanctorum, atq; fideliū. Ab omnibus namq; offerri recte intelliguntur, quibus placet ꝙ offeruntur, & quorum charitate ad cōionem sancti spiritus adiunguntur: infidelitas autem propriorum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorum sacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia ut Aug.* ibidem dicit, puer semel generatus per aliorum uoluntatem, deinceps non potest uinculo alienæ iniquitatis obstringi, ubi nulla sua uoluntate consentit, sm illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filii. anima quæ peccauerit, ipsa morietur: sed ideo ex Adam traxit, quod sacramenti illius gratia solueretur, quia nondum erat anima separatim uiuens. Fides autem

Epist. 23. t. 2.

In ead. epist. 23. in med. tom 2.

vnius, immo totius ecclesiæ paruulo prodest per operationem Spiritussancti, qui vnit ecclesiam, & bona unius alteri communicat.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut puer cum baptizatur non per seipsum, sed per alios credit, ita nō per seipsum, sed per alios interrogatur, & interrogati consitentur fidem ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiam in seipso: non quidem actu, sed habitu per gratiam iustificantem.

ARTICVLVS X.

Vtrum pueri indæorum uel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

AD DECIMVM sic proceditur. Vī q̃ pueri iudæorum, uel aliorum infidelium sint baptizandi, etiam inuitis parentibus. Magis.n. debet homini subueniri contra periculum mortis æternæ, quàm contra periculū mortis temporalis: sed in puero in periculo mortis temporalis existēti est subueniendum, etiam si parentes per malitiam contranitērētur. ergo multo magis est subueniendum pueris infidelium filijs, per baptismum contra periculum mortis æternæ etiam inuitis parentibus.

¶ 2 Præt. Filii seruorum sunt serui, & in potestate dominorū: sed iudæi sunt serui regum & principum, & quicumq; etiam alii infideles. ergo absq; omni iniuria possunt princeps filios iudæorum, uel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

¶ 3 Præt. Quilibet homo est magis Dei, a quo habet animam, q̃ patris carnalis, a quo habet corpus. nō est ergo iniustum, si pueri infidelium filii parentibus carnalibus auferantur, & Deo per baptismum consecrentur.

SED CONTRA est, qđ in Decr.* dist. 45. ex concilio Toletano sic dicitur de iudæis, præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed uolentes, vt integra sit forma iustitiæ.

RESPON. Dicendum, quòd pueri infidelium filii, aut habent vsum rationis, aut non habent: si autem habent, iam quantum ad ea, quæ sunt iuris diuini vel naturalis, incipiunt suæ potestatis esse: & ideo propria voluntate inuitis parentibus possunt baptismum suscipere, sicut & matrimonium contrahere: & ideo tales licite moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum: si uero nondum habent vsum liberi arbitrii, secundum ius naturale sunt sub cura parentum, quandiu ipsi sibi prouidere non possunt, vnde etiam & de pueris antiquorū dicitur, quòd saluabantur in fide parentum. & ideo contra iustitiam naturalem esset, si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur; sicut etiam si aliquis habens usum rationis baptizaretur inuitus. esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent, propter naturalem affectum ad parentes. & ideo non habet hoc ecclesiæ consuetudo, quòd filii infidelium inuitis parentibus baptizentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd a morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis, puta si aliquis a suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter a morte eripere. vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturæ, quo filius est sub cura patris, ut eum liberet a periculo mortis æternæ.

AD SECVNDVM dicendum, quòd iudæi sunt serui principum seruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis uel diuini.

AD TERTIVM dicendum, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest: unde puer antequàm usum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorū curæ naturaliter subiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

ARTICVLVS XI.

Vtrum pueri in maternis uteris positi, sint baptizandi.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri in maternis uteris existentes possint baptizari. Efficacius enim est donum Christi ad salutem, quàm peccatum Adæ ad damnationē, vt Apost. dicit Rom. 5. sed pueri in maternis uteris damnantur propter peccatum Adæ, ergo multo magis saluari possunt per donum Christi: quod quidem fit per baptismum. ergo pueri in maternis uteris existentes possunt baptizari.

¶ 2 Præt. Puer in utero matris existens, aliquid matris esse uidetur: sed baptizata matre, baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens, ergo videtur quòd baptizata matre, baptizetur puer in utero eius existens.

¶ 3 Præt. Mors æterna peior est, quàm mors corporalis: sed de duobus malis minus malum est eligendum. si ergo puer in utero matris existens baptizari non potest, melius esset quòd mater aperiretur, & puer uiueductus baptizaretur, quàm quòd puer æternaliter damnaretur absque baptismo decedens.

¶ 4 Præt. Contingit qñq;, q̃ aliqua pars pueri prius egreditur: sicut legitur Gen. 38. q̃ pariente Thamar, in ipsa effusione infantium, unus protulit manum

¶ *Super Quæstionis 68 Articulum 10.*

IN art. 10. in corpore articuli aduerte Auctorem sentire: immo supponere filios infidelium fore vere baptizatos, si inuitis parentibus baptizarentur. Hoc.n. supponit ratio dicens esse periculosum taliter filios infidelium baptizare: quia de facili ad infidelitatem redirent propter naturalē affectū ad parētes.

3.2.q.10.art. 12. & quol. 2. artic. 7. Et quol. 2. ar. 7. & 11. cor.

Nec opus esse arbitror, dsputare hic cū Dur. & Petro de Pal. quoniam ex supradictis in ar. 7 satis appareat irrationabilem esse opinionem, dicentium uoluntatem extrinsecam requiri ex parte baptizati infantis de necessitate sacramenti.

In eodem aduerte, Auctorem non facere differentiam quo ad propositum, inter filios iudæorum uel aliorum infidelium: difficultas tamen specialis de iudęis ratione seruitutis non est omissa, sed in responsione ad secundum soluta est.

Vbi scito pp molestiam instantium, & obuientium quia filii seruorū possunt ab eis auferri, & ablati possunt baptizari, ut testatur ecclesiæ consuetudo de filiis æthiopum, qui Christianis uenduntur. ergo sine ablatione media possent etiam seruorum infidelium filii inuitis parentibus baptizari: ipsa namq; ablatio non est medium necessarium ad licitum baptismum. Scito inquam distinguere inter id, quod fit per se, & quod fit per accidēs: nam per se loquendo, quantūcumq; dominus possit auferre filium a seruo: non tñ potest ea ratione auferre ut baptizet illum: quia baptismus & ablatio

dist. 45. c. de iudæis. Ex Cōc. Tolet. 4. c. 55.

sunt diuersorum iurium: qm̃ baptismus iuris est diuini, ac per hoc ad patris ius spectans: ablatio uero ciuilis est iuris, ac per hoc ad domini ius spectat, ita propterea falsum est, q̃ liceat ablatum filium a seruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio enim ciuilis non tollit ius paternum erga diuina. Nec ecclesiæ consuetudo habet, ut baptizentur infantes æthiopum presentiū; sed illos tantum pueros, qui a parentibus destituti habentur baptizat. præsupponens huiusmodi pueros uenales, tamquàm sine parentibus essent. Et rationabiliter quidē; qm̃ chaos magnum experimur interpositum, ita ut nulli unquam comparuerint parētes pro filiis; nec filii postmodum reuersi sunt ad parētes; sed nutriuntur totaliter Christiani, & sic perseuerant.

Multa hic omittimus circa præsentis articuli materiam: qa in aliis Cōmentarijs meminimus nos scripsisse diffuse.

4. di. 6. q. 1. art. 1. q. 1. & di stin. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 1. & 2.

num,in qua obstetrix ligauit coccinum dicens,iste egredietur prior,illo vero manum retrahēte,egressus est alter:qñq; aūt in tali casu imminet periculū mortis.ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari,puero adhuc in materno vtero existente.

Ep.97.inter med.& fin. to.2.

SED CONTRA est,qđ Aug.* dicit in epist.ad Dardanū, Nemo renascit nisi primo nascit: sed baptismus est quædā spiritualis regeneratio.non ergo debet aliquis baptizari priusquàm ex vtero nascatur.

RESPON. Dicendum,ꝙ de necessitate baptismi est,ꝙ corpus baptizandi,aliquo mō aqua abluatur, cum baptismus sit quędam ablutio, ut supra dictū est* corpus aūt infantis antequàm nascatur ex utero,non potest aliquo modo ablui aqua, nisi forte dicatur,ꝙ ablutio baptismalis, qua corpus matris luatur, ad filium in uentre existentem perueniat: sed hoc esse nō potest:tum,quia aīa pueri,ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus, distincta est ab anima matris:tū,quia corpus puerperij animati, iam est formatum,& per cōsequens a corpore matris distinctum:& ideo baptismus quo mater baptizatur,non redundat in prolem,in utero matris existentem.vnde Aug. * dicit contra Iulianum. Si ad matris corpus id, quod in ea concipitur, pertinet, ita vt eius pars imputetur,non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo,cum eum gestaret in utero : nunc vero cum ipse etiam scilicet infans baptizetur, non vtique ad maternum corpus,cum esset in utero, pertinebat: & ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis uteris existentes,baptizari possunt.

q.68.a.1.

Addit.ad lecgs ante con.100.7.

A

B

C

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ pueri in maternis uteris existentes, nondum prodierunt in lucem,ut cum aliis hoībus uitam ducant: vnde non possunt subiici actioni humanæ, ut per eorū ministerium sacra recipiant ad salutē : possunt tñ subiici operationi Dei,apud quem uiuunt,ut quodam privilegio gratię sanctificationem consequantur,sicut patet de sanctificatis in utero.

AD SECVNDVM dicendum,quòd membrum interius matris est aliquid eius per continuationem & vnionem naturalem partis ad totum : puer autē in utero matris existens, est aliquid eius per quandam colligationem corporum distinctorum:vnde non est similis ratio.

D

AD TERTIVM dicendum, ꝙ non sunt facienda mala,ut ueniant bona, ut dī Ro. 3. & iō non debet homo occidere matrem,ut baptizet puerum:si tamen mater mortua fuerit uiuente prole in utero, debet aperiri,ut puer baptizetur.

AD QVARTVM dicendum, ꝙ expectanda est totalis egressio pueri ex utero ad baptismū,nisi mors immineat:si tamen primo caput egrediatur,in quo fundantur omnes sensus, debet baptizar periculo imminente,& non est postea rebaptizandus , si eū perfecte nasci contigerit. Et vī idem faciendum quæcumq; alia pars egrediatur,periculo imminente:quia tñ in nulla exteriorum partium integritas vitæ,ita consistit sicut in capite , vī quibusdā ꝙ pp dubium,quacumq; alia parte corporis abluta, puer post perfectam natiuitatē sit d baptizandus sub hac forma,Si d non es baptizatus,ego te baptizo.

E

Dist. 5. D. 5. §.

ARTICVLVS XII.

Vtrum furiosi & amentes debeant baptizari.

4.d.4.q.3.ar.1.1.q.1.Et d.18.q.1.ar.3.q.1.cor.Et uer.q.98.ar.2.ad 2. Art.7. huius quæst.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Vī ꝙ furiosi & amentes nō debeāt baptizari. Ad susceptionem.n.baptismi requiritur intentio in eo, qui baptizatur,ut supra dictū est: * sed furiosi & amentes, cum careant usu rationis non,possunt habere ordinatam intentionem.ergo non debent baptizari.

¶ 2 Præt. Homo bruta aīalia superexcedit in hoc, ꝙ habet rationem : sed furiosi & amentes non habent usum rationis:& qñq; etiam in eis non expectatur,sicut expectatur in pueris.ergo uidetur quòd sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi & amentes debeant baptizari.

¶ 3 Præt.Magis est ligatus usus rationis in furiosis, uel amentibus, quàm in dormientibus: sed baptismus non consueuit dari dormientibus. ergo non debet dari amentibus & furiosis.

SED CONTRA est, quòd Aug. * dicit 4. confes.de amico suo,qui cum desperaretur,baptizatus est nesciens:& tamen baptismus in eo efficaciam habuit. ergo carentibus usu rationis,aliquando baptismus dari debet.

Lib.4.c. parū ante med. to.1.

RESPON. Dicendum,ꝙ circa amentes & furiosos est distinguendum:quidam.n.sunt a natiuitate tales, nulla habentes lucida interualla, in quibus etiam nullus usus rationis apparet:& de talibus quantum ad baptismi susceptionem , ūr esse idem iudicium & de pueris,qui baptizantur in fide ecclesiæ , ut supra dictum est. * Alii uero sunt amentes, qui ex sana mente,quam habuerunt prius,in amentiam inciderunt.Et tales sunt iudicandi ſm uoluntatem quam habuerunt , dum sanæ mentis existerent:& iō si tunc apparuit in eis uoluntas susciendi baptismum, debet eis exhiberi in furia & amentia cōstitutis,ēt si tunc actu contradicant: alioquin si nulla uoluntas susciendi baptismū in eis apparuit,dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi: quidā uero sunt,qui etsi a natiuitate fuerint furiosi uel amentes,habent tñ aliqua lucida interualla , in quibus recta ratione uti possunt:unde si tunc baptizari uoluerint,baptizari possunt ēt in amentia constituti.Et debet eis tunc sacr̄m conferri si periculū timeatur:alioquin melius est,ut tempus expectetur in quo sint sanæ mentis,ad hoc,quòd deuotius suscipiant sacr̄m : si autem tempore lucidi interualli non appareat in eis uoluntas susciendi baptismū, baptizari non debent in amentia constituti. quidā uero sunt, qui etsi non omnino sanæ mentis existant,intantum tamen ratione utuntur, quòd possunt de sua salute cogitare,& intelligere sacramenti uirtutem.Et de talibus idem est iudicium,sicut de his,qui sanæ mentis existunt, qui baptizantur uolentes,non autem inuiti.

Ar.9. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum,ꝙ amentes qui nūquam habuerunt,nec habent usum rationis, baptizantur ex intentione ecclesiæ , sicut & ex actu * ecclesiæ credunt, & pœnitent, sicut supra de pueris dictum est. † Illi vero qui aliquo tempore habuerunt, uel habent usum rationis, secundum propriam intentionem baptizantur, quam habent vel habuerunt tempore sanæ mentis.

Alias , ti tu. ar. 9. huius quæst.

AD SECVNDVM dicendum , quòd furiosi, uel amentes carent usu rationis per accidens , scilicet propter aliquod impedimentum organi corporalis: non autem propter defectum animæ rationalis: sicut bruta animalia. vnde non est de his similis ratio.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ dormientes non sunt baptizandi , nisi periculum mortis immineat , in quo casu baptizari debent , si prius in eis uoluntas apparuit susciendi baptismum, sicut & de amentibus dictum est : sicut Aug. † narrat in 4. lib. confes.de amico suo, qui baptizatus est nesciens , propter periculum mortis.

In corp. ar. lib.4. c.4.parum ante med.to.1.

QVAESTIO LXIX.

De effectibus baptismi, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus baptismi.

ET circa hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata.

¶ Secundò, Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna.

¶ Tertiò, Vtrum baptismus auferat pœnalitates huius uitæ.

¶ Quartò, Vtrum per baptismum conferantur homini gratiæ & uirtutes.

¶ Quintò, De effectibus uirtutum, qui per baptismum conferuntur.

¶ Sextò, Vtrum etiam paruuli in baptismo gratias & uirtutes accipiant.

¶ Septimò, Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cælestis.

¶ Octauò, Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶ Nonò, Vtrum fictio impediat effectũ baptismi.

¶ Decimò, Vtrum recedente fictione, baptismus obtineat suum effectum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per baptismum tollantur omnia peccata.

3.di.32.q.1. artic.1.& 4. di.4.q.2.ar.1. 2.q.1.& dist. 27.q.3.ar.5. quæ.1. Et 4. con.c.59. & 72.Heb.6.fi.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr ꝙ per baptismũ non tollantur omnia peccata. Baptismus enim est quædam spiritualis regeneratio, quæ contraponitur generationi carnali: sed per generationem carnalem homo cõtrahit solum originale peccatum. ergo per baptismum soluitur solum originale peccatum.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est sufficiens causa remissionis actualium peccatorum. sed ante baptismum in adultis requiritur pœnitentia, secundum illud Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum. ergo baptismus nihil operatur circa remissionem actualium peccatorum.

Mar.9.super illud verb. Hoc genus dæmoniorũ nõ ejicitur, nisi &c.to.9.

¶ 3 Præt. Diuersorum morborum diuersę sunt medicinæ: quia sicut Hieron.* dicit, non sanat oculum, quod sanat calcaneum: sed peccatum originale, quod per baptismum tollitur, est aliud genus peccati a peccato actuali. ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom.6. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea concludit, Ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet, quòd per baptismũ homo moritur vetustati peccati, & incipit uiuere nouitati gratiæ: omne autem peccatum ad pristinã uetustatem pertinet. unde consequens est, quòd omne peccatum per baptismum tollatur.

Li.1.de pecc.merit.& remiss.ca.15. in fi. to.7.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Apostolus dicit Roma.5. Peccatum Adæ non tantum potest, quantum potest donum Christi, quod in baptismo percipitur. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. vnde & Aug.* dicit in lib. de baptismo paruulorum, quòd generante carne tantummodo trahitur peccatum originale: regenerante autem spiritu, non solum originalium, sed etiam uoluntariorum fit remissio peccatorum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd nullius peccati remissio fieri potest, nisi per uirtutẽ passionis Christi: vnde & Apostolus dicit Hebr.9.ꝙ sine sanguinis effusione non fit remissio. vnde motus humanæ uoluntatis, qui est in pœnitente, non sufficeret ad remissionem culpę, nisi adesset fides passionis Christi, & propositum participandi ipsam, uel suscipiendo baptismum, uel subijciẽdo se clauibus ecclesię: & ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi: perfectius autem ex reali susceptione baptismi.

AD TERTIVM dicendum, quòd ratio illa procedit de particularibus medicinis: baptismus autẽ operatur in uirtute passionis Christi, quæ est vniuersalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptismum omnia peccata tolluntur. D.61.

ARTICVLVS II.

Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd per baptismum non liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apost. Ro.13. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt: sed culpa nõ ordinatur, nisi per pœnam, ut Augustin.* dicit. ergo per baptismum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum. Sup.q.68.ar.5.& 3.d.19. art.1.q.2.& 4.dist.4.q.1. art.1.q.2.& art.3.q.1.& dist.7.q.1.ar.1.qu.1.& 4.con.c.58.59. & 72.& Ro.11.lec.4.& Hebr.6.lin. Li.1.retrac. ca.9.& li.1. de lib.arb.c.18.to.1. Q.62.ar.3.

¶ 2 Præt. Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, ut supra* dictũ est: sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cum ablutione maculæ: nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnæ. non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶ 3 Præt. Sublato reatu pœnæ, aliquis non remanet dignus pœna, & ita iniustum esset eum puniri. si igitur per baptismum tollitur reatus pœnæ, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui ante homicidium commisit, & ita per baptismum tolleretur rigor humanę disciplinæ, quod est inconueniens. non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

SED CONTRA est, quod Ambr.* dicit super illud Rom.11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei, Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat. Sup.illud ad Ro.11.to.5.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut supra* dictũ est, per baptismum aliquis incorporatur passioni, & morti Christi, secundum illud Rom.6. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simul etiã uiuemus cum eo. ex quo patet, quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, acsi ipse passus & mortuus esset. Passio autem Christi, sicut dictum est, * est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum: & ideo ille, qui baptizatur, liberatur a reatu totius pœnæ, sibi debitę pro peccatis, acsi ipse sufficienter satisfeciset pro omnibus peccatis suis. Ar. præced. & q.68.art. 1.ad 1.& arti. 2. q.68.ar.3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquãtum fit membrum Christi, acsi ipse pœnam illam sustinuisset, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam passionis Christi.

AD

Ad secvndvm dicēdū, ꝙ aqua non solū abluit, sed etiam refrigerat. & ita suo refrigerio significat subtractionem reatus pœnæ, sicut sua ablutione significat emundatione a culpa.

Ad tertivm dicendum, quòd in pœnis, quæ iudicio humano inferuntur, non solum attenditur qua pœna sit homo dignus quo ad Deum, sed etiā in quo sit obligatus quo ad homines, qui læsi & scandalizati sunt per peccatum alicuius. & ideo licet homicida per baptismum liberetur a reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tamen obligatus adhuc quo ad homines, quos iustum est ēdificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps posset pœnam indulgere.

Articvlvs III.

Vtrum per baptismum debeant auferri pœnalitates præsentis uitæ.

3.d.p.q.1. ar.1.q.1.& d.33.q.1.ar. 2.&3.d.19. ar.3.q.3.& 4.d.44.q.1.ar. 2.q.3.& 4. conc.52.& 55.ad 3. & 56.ad 1. & 58.q.1.ar. 1. & quod.6.ar. 11.15. Artic. huius q.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, ꝙ per baptismum debeant auferri pœnalitates præsentis uitæ. Vt enim Apost. dicit Ro. 5. Donum Christi potentius est, quàm peccatum Adę: sed per peccatum Adę (ut ibidē Apostolus dicit) mors in hunc mundum intrauit, & per consequens omnes aliæ pœnalitates præsentis uitæ. ergo multo magis per donum Christi, quod in baptismo percipitur, homo a pœnalitatibus præsentis uitę debet liberari.

¶ 2 Præt. Baptismus aufert & culpam originalem & actualem, sicut supra dictum est: * sic autem aufert actualem culpam, ꝙ liberat ab omni reatu pœnæ consequente actualem culpam. ergo etiam liberat a pœnalitatibus præsentis uitę, quæ sunt pœna originalis peccati.

¶ 3 Præt. Remota causa, remouetur effectus. sed causa harum pœnalitatum est peccatum originale, quod tollitur per baptismum. ergo non debent huiusmodi pœnalitates remanere.

Sed contra est, ꝙ super illud Rom.6. Destruatur corpus peccati, dicit gl. * Per baptismum id agitur, ut uetus homo crucifigatur, & corpus peccati destruatur, non ita ut in ipso viuente carnis concupiscentia respersa & innata, repente absumatur, & non sit: sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. ergo pari ratione, nec aliæ pœnalitates per baptismum tolluntur.

gl. Aug. 13. de bapt. parul. c. 39. circa pri. & med. to. 7.

Respon. Dicendum, ꝙ baptismus habet uirtutem auferendi pœnalitates præsentis uitæ, non tamen eas aufert in præsenti uita: sed eius uirtute auferentur a iustis in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatē, ut dicitur primæ Cor. 15. Et hoc rationabiliter, primo quidem: quia per baptismum homo incorporatur Christo, & efficitur membrum eius, ut supra dictum est. * & ideo conueniens est, ut id agatur in membro incorpora to, quod est actum in capite. Christus autē a principio suæ conceptionis fuit plenus gratia & ueritatē: habuit tamen corpus possibile, quod post passionem & mortem est ad uitam gloriosam resuscitatum. unde & Christianus in baptismo gratiam consequitur, quantum ad animam: habet tamen corpus passibile, in quo pro Christo possit pati, sed tādem resuscitabitur ad impassibilem uitam. vnde Apostolus dicit Rom.8. Qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis. & infra eodem, hęredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, ut & simul glorificemur. Secundo hoc est conueniens, propter spirituale exercitium, ut uidelicet contra concupiscētiam, & alias passibilitates pugnans homo, victoriæ coronam acciperet. unde super illud Roma.6. Vt destruatur corpus peccati, dicit gloss. * Si post baptismum uixerit homo in carne, habet concupiscentiam cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet: in cuius figurā dicitur Iudic.3. Hæ sunt gentes, quas dominus dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne homines ad baptismum accederent propter impassibilitatē præsentis uitæ, & non propter gloriam uitæ ęternæ. vnde & Apostolus dicit primæ Cor.15. Si in hac uita tantum sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

Est Aug. lib. 1. de baptis. paruu. c. 39. circa princ. to. 7.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ (sicut gloss. dicit Rom.6. super illud, Vt ultra non seruiamus peccato) sicut aliquis capiens hostem atrocissimum, non statim interficit eum, sed patitur eum cū dedecore & dolore aliquantulum uiuere, ita & Christus pœnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ sicut ibidem dicit gloss.* duplex est pœna peccati, gehennalis & temporalis. Gehennalem prorsus deleuit Christus, ut eam non sentiant baptizati & uere pœnitentes: temporalem uero nondum penitus tulit: manet enim fames, sitis & mors, & huiusmodi: sed regnum & dominium eius deiecit, ut scilicet hoc homo non timeat, & tandem in nouissimo eandem penitus exterminabit.

gl. ord. super illud ad Ro. 6. hō noster simul crucifixus.

Ad tertivm dicendum, ꝙ (sicut in secunda parte dictum est *) peccatum originale hoc modo processit, ꝙ primo persona infecit naturam, postmodum uero natura infecit personam: Christus uero conuerso ordine prius reparat id, quod persone est, & postmodū simul in omnibus reparabit id, quod naturæ est. & ideo culpam originalis peccati, & etiam pœnam carentiæ uisionis diuinę, quæ respiciunt personam, statim per baptismum tollit ab homine: sed pœnalitates præsentis uitæ (sicut mors, fames, sitis, & alia huiusmodi) respiciūt naturam, ex cuius principijs causantur, prout est destituta originali iustitia: & ideo isti defectus non tollentur, niti in ultima reparatione naturæ, per resurrenem gloriosam.

1.2. q.81. ar. 1.

Articvlvs IIII.

Vtrum per baptismum conferantur homini gratia & uirtutes.

Infra q.71. ar ti.3.cor. Et 4 d.3.ar.1.q.3.c & q.3.ar.1 q.2. ad 2. & d.4.q.2.ar.2. q.2. & d.9.ar ti.1.q.2. cor. Et d.18. q.1. ar.3.q.1.cor. q.60. ar.2. & 62. ar.3. & q. præc. ar.2.

Ad qvartvm sic proceditur. Vī, ꝙ per baptismum non conferantur homini gratia & uirtutes: quia sicut supra dictum est, * sacra nouæ legis efficiunt quod figurant: sed per ablutionem baptismi significatur emundatio animæ a culpa, non autem informatio animę per gratiam & uirtutes. videtur igitur, quòd per baptismum non conferantur homini gratia & uirtutes.

¶ 2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus est, non indiget iterum suscipere: sed aliqui accedunt ad baptismum, iam habentes gratiam & uirtutes: sicut Act. 10. legitur, uir quidam erat in Cęsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur italica, religiosus & timens Deum: qui tamen postea a Petro baptizatus est. non ergo per baptismum cōferuntur gratia & uirtutes.

¶ 3 Præt.

¶ 3 Præt. Virtus est habitus, ad cuius rationē per tinet, ꝙ sit qualitas difficile mobilis, per quam aliquis faciliter & delectabiliter operetur: sed post baptismum remanet in hominibus pronitas ad malum, per quod tollitur uirtus, & consequitur difficultatem quis ad bonum, quod est actus uirtutis. ergo per baptismum non consequitur homo gratiam & uirtutes.

SED CONTRA est, quod ad Titum 3. dicit Apostolus, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, (id est per baptismum) & renouationis Spiritussancti, quem effudit in nos abunde, idest, ad remissionem peccatorum, & copiam uirtutum, ut
glo. interli. ibid. gloss. * ibi exponit. sic ergo in baptismo datur gratia Spiritussancti, & copia uirtutum.

Lib. 1. c. 26. 2 ad. 10. 7. RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut Augustinus dicit in lib. de Baptismo paruulorum) ad hoc baptismus ualet, ut baptizati Christo incorporentur, ut membra eius. A capite autem Christo, in omnia membra eius, gratiæ & uirtutis plenitudo deriuatur, secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. vnde manifestum est, quòd per baptismum aliquis consequitur gratiam & uirtutes.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut aqua baptismi per suam ablutionem significat emundationem culpæ, & per suum refrigerium significat liberationem a pœna, ita per naturalem charitatem significat splendorem gratiæ & uirtutum.

Q. 5. 8. ar. 2. AD SECVNDVM dicendum, ꝙ sicut dictum est, ꝙ remissionem peccatorum aliquis consequitur ante baptismum, secundum ꝙ habet baptismum in uoto uel explicite uel implicite: & tamen cum realiter suscipit baptismum, fit plenior remissio quantum ad liberationem a tota pœna, ita etiam ante baptismum Cornelius, & alij similes consequuntur gratiam, & uirtutes, per fidem Christi & desiderium baptismi implicite uel explicite, postmodum tamen in baptismo maiorem copiam gratiæ & uirtutum consequuntur: unde super illud Psal. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit glo. * Per augmentum uirtutis & bonæ operationis educauit in baptismo.
ex gl. interl. colligitur ibid.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ difficultas ab bonū, & pronitas ad malum, inueniuntur in baptizatis, non propter defectum habitus uirtutum: sed propter concupiscentiam, quæ non tollitur in baptismo: sicut tamen per baptismum diminuitur concupiscentia, ut non dominetur, ita etiam diminuitur utrumque dictorum, * ne homo ab his superetur.
In ista solu.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter attribuantur baptismo quidam actus uirtutum.

4. d. 4. q. 2. ar. 2. q. 3. 4. & 5. Et d. 5. q. 2. ar. 1. q. 1. cor. & ad 1. Et ar 11. 5. q. 1. cor. Et d. 18. q. 1. art. 1. q. 1. ad 1. Et quol. 6 art. 4. AD QVINTVM sic proceditur. Vī, ꝙ inconuenienter attribuantur baptismo pro effectibus quidā actus uirtutum, scilicet incorporatio ad Christum, illuminatio, & fœcundatio. non enim baptismus datur adulto, nisi fideli, secundum illud Mar. vlt. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: sed per fidem aliquis incorporatur Christo secundum illud Ephesio. 3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris. ergo nullus baptizatur, nisi iam Christo incorporatus. non ergo est effectus baptismi incorporari Christo.

¶ 2 Præt. Illuminatio fit per doctrinam, secūdum illud Ephes. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, illuminare omnes, &c. sed doctrina præcedit baptismum in catechismo. non ergo est effectus baptismi.

¶ 3 Præt. Fœcunditas pertinet ad generationem actiuam: sed per baptismum aliquis regeneratur spiritualiter: ergo fœcunditas non est effectus baptismi.

SED CONTRA est ꝙ Aug. † dicit in lib. de Baptismo paruulorum, ꝙ ad hoc ualet baptismus, ut baptizati Christo incorporentur. Dion. * etiam 2. c. eccl. hierarch. illuminationem attribuit baptismo. & super illud Psalm. 22. super aquam refectionis, dicit glo. ꝙ anima peccatorum ariditate sterilis, fœcundatur per baptismum.
lib. 1. cap. med. do. 7. ca. eccles. rat. pue. & 2. est gl. Cassiod. super hunc locū psal. 22.

RESPON. Dicendum, ꝙ per baptismum aliquis regeneratur in spiritualem uitam, quæ est propria fidelium Christi, sicut Apostolus dicit Gal. 2. Quòd autem nunc uiuo in carne, in fide uiuo filii Dei. vita autem nō est, nisi membrorum capiti vnitorū, a quo sensum & motum suscipiunt: & ideo necesse est, ꝙ per baptismum aliquis incorporetur Christo, quasi membrum ipsius. sicut autem a capite naturali deriuatur ad membra sensus & motus, ita a capite spirituali, quod est Christus, deriuatur ad membra eius, sensus spiritualis, qui consistit in cognitione ueritatis, & motus spiritualis, qui est per gratiæ instinctum. vnde Ioan. 1. dicitur, uidimus eum plenum gratiæ & ueritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. & ideo consequens est, quod baptizati illuminentur a Christo circa cognitionem ueritatis, & fecundentur ab eo fecunditate bonorum operum per gratię infusionem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ adulti prius credentes in Christum, sunt ei incorporati mentaliter: sed postmodum cum baptizantur, incorporantur ei quodammodo corporaliter, scilicet per uisibile sacramentum, sine cuius proposito nec mentaliter incorporari potuissent.

AD SECVNDVM dicēdū, ꝙ doctor illuminat exterius per ministerium, catechizando: sed Deus illuminat interius baptizatos, præparans cordaeorum ad recipiendam doctrinam ueritatis, secundum illud Ioan. 6. Et scriptum in prophetis, erunt omnes docibiles Dei.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ effectus baptismi ponitur fecunditas, qua aliquis producit bona opera: nō autem fecunditas, qua aliquis generat alios in Christo, sicut Apostolus dicit 1. ad Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego uos genui.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pueri in baptismo consequantur gratiam & uirtutes.

22. q. 49. ar. 14. ad 3. & d. 4. q. 2. ad q. 1. Et d. q. 1. ar. 3. cor. Et ad Et d. 18. q. artic. 3. q. cor. ca. 22. nō mor 2 ca to. 2. trā. 12. Ioan. 2 to. 9.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ pueri in baptismo non cōsequantur gratiam & uirtutes. Gratia enim & uirtutes non habentur sine fide & charitate: sed fides, ut Aug. * dicit, consistit in credentium uoluntate, similiter etiam charitas consistit in diligentium uoluntate: cuius usum pueri non habent, & sic non habent fidem, & charitatem. ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiam & uirtutes.

¶ 2 Præt. super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit Aug. † ꝙ ex impio iustus fiat, in illo, sed non sine illo Christus operatur: sed puer cū nō habeat vsum liberi arbitrij, nō cooperatur Chro ad suam iustificationē: immo quādoq; pro posse renititur.

ergo

ergo non iustificatur per gratiam & uirtutes.

¶ 3 Præt. Rom.4. dicitur, Ei, qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei: sed puer non est credens in eum, qui iustificat impium. ergo non consequitur gratiam iustificantem, neque uirtutes.

¶ 4 Præt. Quòd ex carnali intentione agitur, non uidetur habere spiritualem effectum: sed quandoque pueri ad baptismum deferuntur carnali intentione, ut scilicet corporaliter sanentur. non ergo consequuntur spiritualē effectū gratiæ & uirtutū.

Sed contra est, qđ Aug.* dicit in Enchir. Paruli renascendo moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt. ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem (subditur autem) ut quomodo Christus surrexit a mortuis, per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus: sed nouitas uitæ est per gratiam & uirtutes. ergo pueri in baptismo gratiam & uirtutes consequuntur.

Respon. Dicendum, ꝙ quidam antiqui posuerunt, ꝙ pueris in baptismo non dantur gratia & uirtutes, sed imprimitur eis character Christi, cuius uirtute, cum ad perfectam ætatem uenerint, consequuntur gratiam & uirtutes. Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primo quidem, quia pueri sicut & adulti, in baptismo efficiuntur membra Christi: unde necesse est, quòd a capite recipiant influxum gratiæ & uirtutis. Secundo, quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenirent ad uitam æternam: quia, ut dicitur Rom.6., Gratia Dei est uita æterna. & ita non profuisset eis ad salutem, baptizatos fuisse. Causa autem erroris fuit, quia nescierunt distinguere inter habitum & actum. & sic uidentes pueros inhabiles ad actus uirtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus uirtutem habere: sed ista impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus uirtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somnum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ fides & charitas consistunt in uoluntate hominum, ita tamen, ꝙ habitus harum, & aliarum uirtutum requirunt potentiam uoluntatis, quæ est in pueris: sed actus uirtutum requirunt actum uoluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Aug.* dicit in libro de baptismo paruulorum, quòd paruulum, etsi nondū illa fides, quæ in credentium uoluntate consistit, iā tamen ipsius fidei sacramentum (quod scilicet causat habitum fidei) fidelem facit.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ (sicut Augst. dicit in lib. de Charitate) nemo ex aqua & Spiritusancto renascitur nisi uolens: quod non de paruulis, sed de adultis intelligēdum est. Et similiter de adultis intelligendum est, ꝙ homo a Christo sine ipso non iustificatur. Quòd autem paruuli baptizandi, prout uiribus possunt, reluctantur, nō eis imputatur: quia intantum nesciunt, quod faciunt, ut nec facere uideantur: ut Aug. * dicit in lib. de præsentia Dei ad Dardanum.

Ad tertivm dicendum, ꝙ (sicut Aug. dicit) paruulis mater ecclesia aliorum pedes accommodat, ut ueniant, aliorum cor ut credant, aliorum linguam ut fateantur. & ita pueri credunt, non per actum proprium, sed per fidem ecclesiæ, quæ eis communicatur. & huius fidei uirtute conferuntur eis gratia & uirtutes.

Ad qvartvm dicendum, quòd carnalis intentio deferentium pueros ad baptismum, nihil eis nocet, sicut nec culpa unius nocet alteri nisi consentiat. unde Aug.* dicit in epistola ad Bonifacium, non illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, ut gratia spirituali ad uitam regenerentur æternam: sed hoc eos putant remedio corporalem retinere uel recipere sanitatem: non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur.

De consecr. d.4.c. mater eccl. epi. 23. parū ante med. to.2. Et li.1. de pecca. meri. c.25 in fin. to.7.

Articvlvs VII.

Vtrum effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cælestis.

Ad septimvm sic procedi-
tur. Videtur, ꝙ effectus baptismi non sit apertio ianuæ regni cælestis, Illud enim quod est apertum, non indiget apertione: sed ianua regni cælestis est aperta per passionem Christi: unde Apoc. 4. dicitur, Post hęc uidi ostium magnum apertum in cęlo. non est ergo effectus baptismi apertio ianuę regni cælestis.

¶ 2 Præt. Baptismus omni tempore ex quo institutus fuit, hēt suum effectum: sed quidam baptizati sunt baptismo Chri ante eius passionē (ut habetur Ioā.3.) quibus si tūc decessissent, introitus regni cælestis nondum patebat, in quod nullus ante Christum introiuit, secundum illud Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. non est ergo effectus baptismi apertio regni cęlestis.

¶ 3 Præt. Baptizati adhuc sunt obnoxii morti & aliis pœnalitatibus uitæ præsentis, ut supra dictum est, * sed nulli est apertus aditus regni cęlestis, quandiu ob noxius est pœnæ: sicut patet de his, qui sunt in purgatorio. non ergo effectus baptismi est apertio ianuæ regni cælestis.

Sed contra est, quòd super illud Luc.3. Apertum est cælum, dicit glos.* Bedæ. uirtus hic baptismatis ostendit, de quo quisque cum egreditur, regni cælestis ei ianua aperitur.

Respon. Dicendum, quòd aperire ianuam regni cælestis, est amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum cæleste introire. Hoc autem impedimē tum est culpa & reatus pœnæ. Ostensum est autem supra, * ꝙ per baptismum omnis culpa, & omnis reatus pœnæ tollitur. unde consequens est, quòd effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cęlestis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd baptismus intantum aperiebat cęlum, ut littera responsionis ad secundum sonat.

¶ Et

¶ *Super Quæstionis sexagesimanonæ Articulum septimum.*

In quæstionis 69. primis septem articulis nihil occurrit scribendum, nisi pro septimo articulo notandum, quòd aperire ianuam regni cælestis, per se primo est effectus mortis Christi: attribuitur autem baptismo, eo quòd in sui institutione cœli aperti leguntur: & quia sacramentum est inchoans, quo ad vim obligatiuam a morte Christi. & quia sufficienter causat apertionem cœli cuilibet baptizato: dum tollit omnem culpam, & pœnam tam personæ quàm naturæ, non statim assequendo totū suū effectum, sed tempore congruo, ita quod (vt in articulo tertio patet) sicut virtute baptismi auferentur a iustis in resurrectione omnes pœnalitates, ita virtute baptismi aperitur ianua cœlestis, tempore congruo exhibitura ingressum: & propterea baptizati ante mortem Christi, nō nisi post Christi mortem ingressi sunt regnum cœlorum, Et hoc vocat Auctor habere certam spem de introitu, cœlesti, & in hoc præminebat baptizatus circumciso: circumsio enim non habebat virtutē tollendi omnem pœnalitatem, quam habet baptismus: quāuis etiam dici posset, quòd baptismus ante mortem Christi, quia imperfecte configurabat morti Christi (vtpote configurans Christo mortuo nō in re, sed in fide) ita etiā imperfecte aperiebat cœlum, ut littera responsionis ad secundum sonat.

4.d.3.ar.1.q.3. Et 4.d.4.q.2.ar.2. q.6. Et 4.cō.c.59 & lo 3. le.1. fi.

ar. 3. huius q.

Beda Luc.3. in c.10. secūdum suum ordi. tom.3.

ar.1. & 2. huius q.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Et hæc sint dicta ꝙ dignitate baptismi: quantum enim spectat ad euentū, Christo mortuo patuit ianua cælestis tā baptizato quā circunciso.

rit baptizato ianuam regni cælestis, inquantum incorporat eū passioni Christi, uirtutem eius homini applicando.

F

Ad secvndvm Dicendū, ꝙ quando passio Christi nondum erat realiter perfecta, sed solum in fide credentium, baptismus proportionaliter causabat ianuæ apertionem, non quidem in re, sed in spe: baptizati enim tunc decedentes, ex certa spe introitum regni cælestis expectabant.

Ad tertivm dicendū, ꝙ baptizatus non est obnoxius morti, & pœnalitatibus uitæ præsentis, propter reatum personæ, sed propter statum naturæ: & ideo ꝓp hoc non impeditur ab introitu regni cœlestis, qñ anima separatur a corpore permortē, quasi iam persoluto eo, quod naturæ debebatur.

G

¶ *Super Quæstionis sexagesimanonæ Articulum octauum.*

ꝓd. 4. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et d. 18. q. 1. ar. 3. q. 1. co.

IN art. 8. aduerte. Auctorem in art. 3. recitatiue loqui de lepra Constantini: dico autem hoc, quia nullius auctoritate constat, Constantinum mundatum a lepra in baptismo: tum quia gesta Syluestri (ex quibus hoc uidetur haberi) incertum habēt Auctorem, ut patet in cap. sancta Romana dist. 15. tum quia nullus siue Christianus, siue gentilis historicus inuenitur hoc scripsisse, ut testatur Platina in uita Marci Papæ: tum pręcipue, qa Ambrosii auctoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosii expresse dicit, Constantinum in ultimis constitutum baptizatum fuisse, quòd longe distat ab hoc, scilicet ꝙ in principio suæ conuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini non est assertiue probanda.

Articvlvs viii.

Vtrum baptismus habeat in omnibus aqualem effectum.

Ad octavvm sic proceditur. Videtur, ꝙ baptismus non habeat in omnibus æqualē effectum. Effectus enim baptismi est remotio culpæ: sed in quibusdam plura peccata tollit', quàm in alijs. nam in pueris tollit solū peccatum originale, in adultis autem etiam peccata actualia, in quibusdam plura, in quibusdā uero pauciora. non ergo ęqualē effectū habet baptismus in omnibus.

H

¶ 2 Præt. Per baptismum confertur homini gratia & uirtutes: sed quidam post baptismum uidentur habere maiorem gratiā, & perfectiorem uirtutem, quā alii baptizati. non ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

I

¶ 3 Præt. Natura perficitur per gratiā, sicut materia per formā: sed forma recipitur in materia secundum eius capacitatem. cū ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris, sit maior capacitas naturalium quàm in aliis, uidetur quòd quidam maiorem gratiam consequantur, quàm alii.

¶ 4 Præt. Quidam in baptismo consequuntur nō solum spiritualem salutem, sed etiam corporalem: sicut patet de Constantino, qui in baptismo mundatus est a lepra: non autem omnes infirmi corporalem salutem consequuntur in baptismo. baptismus ergo non habet ęqualem effectū in omnibus.

K

Sed contra est, ꝙ dicitur Ephes. 4. Vna fides, unum baptisma. uniformis autem causæ est uniformis effectus. ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

Respon. Dicendum, ꝙ duplex est effectus baptismi, unus per se, & alius per accidens. Per se quidē effectus baptismi, est id, ad quod baptismus est institutus, scilicet ad regenerandum homines in spiritualem uitam: & hunc effectum ęqualiter facit in oībus, qui ęqualiter se habēt ad baptismū. unde quia omnes pueri æqualiter se habent ad baptismum (quia non in fide propria, sed in fide ecclesię baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptismo. Adulti uero, qui per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad baptismum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptismum accedunt: & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt: sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris, qui plus ei appropinquat: licet ignis quantum est de se, ęqualiter ad omnes suum calorem effundat. Effectus autē baptismi per accidēs, est ad quem baptismus non est ordinatus, sed diuina uirtus, hoc in baptismo miraculose operatur: sicut super illud Ro. 6. ut ultra non seruiamus peccato, dicit gl. * Non hoc præstatur in baptismo, nisi forte miraculo ineffabili creatoris, ut lex peccati, quæ est in membris, prorsus extinguatur. & tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedāt: sed dispensantur huiusmodi effectus, secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

est gl. Aug. li. 1. de pec. merit. & remiss. ca. 3. tom. 7.

Ad primvm ergo dicendum, quòd minima gratia baptismalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata. unde hoc non est propter maiorem efficaciam baptismi, quòd in quibusdam plura, in quibusdam autem pauciora peccata soluit: sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quotcumque inuenerit.

Ad secvndvm dicendum, quòd hoc, quòd in baptizatis maior, uel minor gratia apparet, potest dupliciter contingere. uno modo, quia unus in baptismo percipit maiorem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem, ut dictū est: * alio modo, quia etiam si æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea utuntur: sed unus studiosius in ea proficit, alius per negligentiam, gratiæ Dei deest.

In corp. art.

Ad tertivm dicendū, ꝙ diuersa capacitas naturalium in hominibus, non est ex diuersitate mētis, quæ per baptismum renouatur, cum omnes homines eiusdem speciei existens, in forma conueniant, sed est ex diuersa dispositione corporum. Secus autem est in angelis, qui differunt specie: & ideo angelis dantur dona gratuita, secundum diuersam capacitatem naturalium: non d autem hominibus.

D. 316.

Ad qvartvm dicendum, quod sanitas corporalis non est per se effectus baptismi: sed est quoddā miraculosum opus prouidentiæ diuinę.

Articvlvs ix.

Vtrum fictio impediat effectum baptismi.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur, quòd fictio non impediat effectum baptismi. Dicit enim Apostolus Gal. 3. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis: sed omnes qui baptismum Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum: & ita fictio non impedit baptismi effectum.

¶ 2 præt. In baptismo operatur uirtus diuina, quæ potest uolūtatem hominis mutare in bonū: sed effectus causæ agētis nō potest

¶ *Super Quæstionis sexagesimanonæ. Articulum nonum & decimum.*

IN articul. 9. & 10. multa dicenda sūt specialiter pro doctrina decimi. Et primo de sensu conclusionis, secundo de necessitate, tertio de modo apud Auctorem, quarto de ratione illius modi, & demum comparabitur aliis modis. Sensus in primis conclusionis est, non de euentu, sed de effectu baptismi recedente fictione. quod ideo notandum est: quoniam non

4. d. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 3. & q. 3. ar. 2. q. 2. per totum. Et d. 20. q. 1. ar. 4. q. 3. ad 1.

tion tractatur hic, an recedente fictione, baptizatus fiat illius regni, consequatur remissionem: nullus enim dubitat de hoc egrediente: sed tractatur, an in tali casu ex vi baptismi consequat baptizatus remissionem &c. & hic est sensus conclusionis. Necessitas autem talis assertionis est duplex. Prima, est auctoritas Augustini in libro de baptismo, relata & a Magistro sent. in 4. dist. 4. & a Gratiano de consecrat. dist. 4. cap. tunc valere. & habetur in hac litera, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, &c. Vbi expresse Augustinus dicit baptismum ipsum ualere ad salutem, recedente fictione: licet glo. ibidem contra textum dicat oppositum. Secunda, est ratio ex pcto originali sumpta: quia si peccatum originale nec tempore baptismi, neque postea virtute baptismi remittitur. sequitur quòd nunquam peccatum originale huic homini remissum fuerit. Et probatur sequela: quia non aliud a Christo institutum est remedium ad remissionem peccati originalis, nisi baptismus. vt ergo nulli baptizato (qui tunc vel postea inter filios adoptionis est) baptismalis gratia desit, docuit Augustinus baptismum recedente fictione valere ad salutem. Quam doctrinam doctores posteriores adeo sunt veneratí, & complexi vt non horruerint multas inde consequentes difficultates: & inde fateamur baptizatum ficte non oportere confiteri recedente fictione de peccatis commissis ante baptismum. Augustini ergo tam susceptae auctoritas necessitat. Modus, quo hoc fieri Auctor tenet in hac litera, non est ille, qui sibi attribuitur: quem ipse olim in 4. sent. dist. 4. q. 3. artic. 2. q. 3. tenuit, ibi siquidem opinatus est fieri hoc: quia character manebat disponens ad gratiam: hic autem opinatur hoc fieri, quia character ut forma substantialis manet, & gratia sublato impedimento, quasi proprius effectus consequitur, ut patet in litera.

¶ Vbi sunt duæ difficultates, una ad hominem, & altera ad rem. Ad hominem quidem, quia Auctor superius tractans de charactere, posuit ipsum esse dispositionem remote ad gratiam, & non formam, ex qua fluit gratia, vnde & posuit illum in genere potentiæ, & subiective in intellectu: ex quo non est nata fluere gratia in essentia animæ. Ad rem uero, quoniam character non se habet ad gratiam, ut forma ad consequens proprium: sed potius gratia est forma, ad quam comitatur mediante sacramento character, & eminentioris ordinis constat esse gratiam (qua diuinę sumus naturæ consortes) quam character communis bonis & malis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est, coactum fuisse Auctorem ad hunc modum, ut saluaret Augustini doctrinam, cum communi doctrina de causalitate sacramentorum: non videtur. n. posse intelligi rem aliquam, postquam desijt esse, habere suum effectum, nisi aliqualiter res illa remanserit: videmus. n. in his quæ proiiciuntur, tandiu durare motũ proiectorum, quãdiu uis proiicientis aliquo modo manet siue in aere, siue in corpore proiecto: nihil. n. refert ad propositum. similiter uidemus positumos ideo genitos mortuo patre, quia semen patris remansit in materno utero: & sic de aliis. vnde cum baptismus desinat esse peracto sacramento, & tunc propter fictionem in baptizato non ualeat ad salutem, & inde ad duos annos recedente fictione ualeat idem baptismus ad salutem (quod nihil aliud est, quàm conferre illam remissionem, quam fictio impe

A diuit tunc fieri: hoc enim significat baptismum ualere ad salutẽ) consequens est, quòd baptismus aliquo modo remaneat, seu aliquid habeat aut relinquat maneus, ratione cuius ualorem seu effectum consequatur post biennium. Hac necessitate satisfaciẽdi hominibus more humano, compulsus Auctor accommodationem hanc similitudinariam, quam in litera habes, adinuenit.

¶ Vnde non oportet laborare ad saluandum hunc processum, ut proprium, seu ex propriis: sed intelligendus est, ut accommodatio quædam similitudinaria ad manuducendum intellectum nouitiorum, ut percipiant quomodo baptismus recedente fictione incipit ualere ad salutem. Sciuit enim Auctor, gratiam propriam bonis, non consequi characterem cõmunem bonis & malis. ut proprius effectus sequitur formam. cum hoc tam manifestum sit, ut minimi theologi sciãt. Vnde non proprie uoluit intelligi, sed secundum similitudinem, ut sicut in naturalibus cessante causa, remanente tamen forma, statim habentur consequentia, nisi adsit impedimentum, & si impedimẽtum adfuerit, consequentia illa statim, cum remotum fuerit, habentur. propter remansionem formæ, ad quam nata erant sequi, ita in supernaturalibus sacramenti baptismi, cum generatur Christianus quo ad esse de familia Christi seu, quod idem est, quo ad esse membrum Christianæ religionis, suscipit per baptismum characterem, ut forma qua constituitur in tali esse: nam charactere formaliter homo est Christianæ religionis membrum, est de familia Christi, & ad huiusmodi formam natum est ex diuinæ largitatis ordine consequi infusionem gratiæ remissiuæ omnis culpæ, & omnis pœnæ, nisi obex fictionis obstiterit, & propterea cessante fictione, sequetur infusio gratiæ remissiuæ culpæ & pœnæ, propter presentem formam characteris, ad quem secundum ordinem diuinæ largitatis nata est sequi infusio gratiæ baptismalis. Tenet itaque character utrumque locum, & dispositionis & formæ, diuersimode considerato baptismate. nam baptismus inquantum generatiuus est filiorum adoptionis, gratiam habet pro principali effectu. ut forma: inquantum uero generatiuus est Christiani (hoc est membri Christianæ religionis seu familiæ) habet pro principali effectu characterem: qui pro eo, quòd infallibili ordine annexam habet gratiam, si fictio non impedit, & recedente fictione annecti sibi uendicat gratiam, formæ substantiali assimilatur. Pro eo uero, quòd annexio gratiæ nouam exigit principalis agentis infusionem, recedente fictione, dispositioni magis assimilatur, quę secundum infallibilem causarum ordinem cessante impedimento, ad terminum ducit. Vnde vana uidetur solicitudo quærentium, quid aut quomodo operetur character recedente fictione ad gratiam baptismalem.

¶ Et ex his patet solutio difficultatum motarum, tam ad hominem, quàm ad rem. Et quarto loco propositum expeditum si mul est. De quinto autem pertranseundum uidetur: quoniam in solis uerbis dissensio forte est inter diuersos doctores: nullum enim puto sanæ mentis apud se credidisse, gratiam cessante fictione comitari caracterem, sine noua Dei actione gratiæ baptismalis infusiua.

¶ In responsione ad secundum, & tertium aduertendum est, in ficte baptizato, inueniri diuersorum temporum peccata, scilicet peccata præscita, & futura, & præsentia inueniri dupliciter intel-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intelligi, uel propter perseuerantiam maculæ, aut actualis commissionis seu omissionis simul cum baptismo, uel propter ipsum impedire sacramẽti effectum. Inter quæ tanti refert, quòd sola fictio (quæ nihil aliud uidetur quam impeditio gratiæ) per pœnitentiam delenda est, cum peccatis commissis post baptismum: reliqua autem per baptismi ualorem recedente fictione delentur. Ad hoc enim uidetur deseruire litera, dicens, Et etiam simul existentium cum baptismo: excipitur autem sola fictio, quoniam ipsa est, quæ contrariatur sacramento: nec puto fictionis peccato intelligendum in proposito crimen illud, quod fundat fictionem (pura incredulitatem) sed ipsam malam susceptionem sacramenti, quæ sacrilegii species est: hic enim actus est proprie fictio: quoniam isto actu monstrat, qui baptizatur se uelle quod non uult. Et confirmatur hoc ex uerbis Augustini dicentis, Cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quæ corde in malitia uel sacrilegio perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri: ex hoc enim quòd nullam speciem peccati fictioni tribuit, nisi sacrilegium insinuaret, uidetur, quòd sit illa fictio. Et hinc sequitur, quòd talis fictus sufficienter cõfiteretur, dicendo se iniuriam fecisse baptismo, ponendo illi obicem peccati mortalis, & confitendo commissa post baptismum.

¶ Aduerte quoque aliud esse dimidiam a Deo expectare ueniam, & aliud esse uariis mediis a Deo expectare ueniam. Primum est impium, secundum hic docemur, dum baptizatus, per medium pœnitentiæ, & per medium baptismi simul, a Deo expectat ueniam. Cogimur autẽ ad utrũque simul medium recurrere: quia credimus præcedentia peccata remitti, quo ad culpam, & pœnã totaliter (hoc enim continet gratia baptismalis) fictionem uero cum posterioribus peccatis remitti quidẽ quo ad culpam, quo ad pœnam uero non, nisi quantum sacramento pœnitentiæ remittitur. Vnde apparet falsitas allegatæ superius glossæ, præterid, quod est contra textum.

Alias, ecclesiæ conformari.

4.d.4.q.3.ar.2. & d.17.q.3.ar.4.q.2.

Libr. de bapt. contra Donat. ca.2. ante me.

Alias, abolitionem.

q.66.ar.9.

¶ *Super Quæstionem septuagesimã, & quæstionem septuagesimamprimam.*

Libr. de bapt. parul. c.12. in fine.

CIrca quæst. 70. & 71. nihil scribendum uidetur nisi in his, quæ dicuntur in arti. 3. de causalitate exorcismorum. Non carent siquidem scrupulo duo ibi dicta, primum est circa apertionem sensuum per exorcismos baptismales. Secundum est circa unctionem, quæ fit in uertice baptizati, quòd operatur conseruationem gratiæ baptismalis. Primum enim intelligo non sic, quòd exorcismus minuat interiorem infectionẽ sensuum animę, quia hoc fine gratia non uideo posse fieri in paruulis, quicquid fit in adultis: sed intelligo sic quòd potestas dæmonis ad præcludendum sensus interiores animæ cõcessa dæmoni propter interiorem infectionem animæ per exorcismum impeditur, ne scilicet ob infectas interiores animæ partes præcludat illas ad sentiendum spiritualia, quæ Christi sunt, ita quòd potestas dæmonis per exorcismos baptismales impeditur ne possit extrinseca obstacula sacramento, & intrinseca sacramenti effectui præstare.

¶ Secũdum dictum, cum de actiua conseruatione intelligi nequeat, de passiua opor-

ARTICVLVS X.

Vtrum fictione recedente, baptismus suum effectum consequatur.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fictione recedente, baptismus suum effectũ non consequatur. Opus enim mortuum, quod est sine charitate, non potest umquam uiuificari: sed ille qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentũ sine charitate. ergo numquam potest uiuificari hoc modo, ut gratiam conferat.

¶ 2 Præt. Fictio vr esse fortior q̃ baptismus, cum impediat eius effectum: sed fortius non tollitur a debiliori. ergo peccatum fictionis non potest tolli per baptismum fictione impeditum. & sic baptismus non consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶ 3 Præt. Contingit quòd aliqs ficte accedat ad baptismum, & post baptismum multa peccata committat, quæ tamen per baptismum non tolluntur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. ergo baptismus talis, numquam consequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

SED CONTRA est, q̃ Augu. * dicit in lib. de baptismo, tunc ualere incipit ad salutẽ baptismus, cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quæ corde in malitia uel sacrilegio perseuerante, peccatorum † ablutionem non sinebat fieri.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum * est) baptismus est quędam spiritualis regeneratio. cum autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit suũ effectum: sicut simul cum corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit mouerì deorsum. Et similiter quando aliquis baptizatur, accipit characterem, quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autẽ quandoque per fictionem: unde oportet quòd remota ea per pœnitentiam, baptismus statim consequatur suum effectum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi est opus Dei, & non hominis: & ideo non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ fictio non remouetur per baptismum, sed per pœnitentiam subsequentem, qua remota, baptismꝰ aufert culpam, & reatum omnium peccatorum præcedentiũ baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo. unde Augustinus * dicit in lib. de baptismo: Soluitur hesternus dies, & quicquid supererat, soluitur, & ipsa hora momentumque ante baptismum, & in baptismo: deinceps autem continuo reus esse incipit. & sic ad baptismi effectum consequendum concurrit baptismus, & pœnitentia: sed baptismus sicut causa p se agens: pœnitentia sicut causa per accidens, ideest remouens prohibẽs.

AD TERTIVM dicendum, q̃ effectus baptismi non est tollere peccata futura, sed præsentia uel præterita. & ideo recedente fictione, peccata sequentia remittuntur quidem, sed per pœnitentiam, non per baptismum. Vnde non remittuntur quantum ad totum reatum, sicut peccata præcedentia baptismum.

QVAESTIO LXX.

De circumcisione, quæ præcessit baptismum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præparatoriis ad baptismum. Et primo de præparatorio, quod præcessit baptismum, ideest, de circumcisione. Secundo, de præparatoriis, quæ concurrunt simul cum baptismo, s. de catechismo & exorcismo.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum circumcisio fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi.

¶ Secundò, De institutione ipsius.

¶ Tertiò, De ritu eius.

¶ Quartò, De effectu ipsius.

oportet intelligi, sic ꝙ vnctio illa operatur quoddam actuale auxilium faciens ex parte baptizati ad cō seruationem gratiæ susceptæ. Consistit autem auxilium hoc in actu secundo, qui in adultis tunc excitatur aut adiuuatur, in paruulis autem, non, nisi sempore extensionis gratiæ ad operationem locum habere potest.

Sup. q. 68. ar. 1. ad 1. Et 2. q. 102. ar. 5. con. & ad 1. & 3. Et 4. d. 1. q. 2. a. 2. q. 1. co. Et d. 3. q. 1. ar. 2. ad 1. & ho. 2. ad 2. & 4. ad 4.

Articvlvs primvs.

Vtrum circumcisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

Ad primvm sic proceditur. Videtur, quòd circumcisio nō fuerit ꝓparatoria & figuratiua baptismi. Oīs enim figura habet aliquā similitudinem cum suo figurato: sed circumcisio nullam habet similitudinem cū baptismo. ergo uidetur, quòd non fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

¶ 2 Præt. Apostolus dicit primæ Cor. 10. de antiquis patribus loquens, quòd omnes in nube & in mari baptizati sunt: non autem dicit, quod in circumcisione baptizati sint. ergo protectio columnę nubis, & transitus maris rubri, magis fuerunt præparatoria ad baptismum & figuratiua ipsius, quàm circumcisio.

¶ 3 Præt. Supra dictum est, * quòd baptismus Ioānis fuit preparatorius ad baptismum Christi: si ergo etiam circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi Christi, uidetur ꝙ baptismus Ioannis fuerit superfluus, quod est inconueniens. non ergo circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi.

q. 38. ar. 1. & 3.

Sed contra est, qđ Apost. dicit Col. 2. Circuncisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatio necorporis carnis, sed circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo.

Respon. Dicendum, ꝙ baptismus dicitur sacramentum fidei: inquantum, scilicet in baptismo fit quędam fidei professio, & per baptismum aggregatur homo congregationi fidelium. eadem autem est fides nostra & antiquorum patrum, secundum illud Apost. 2. Cor. 4 Habentes eundem spiritum fidei, credimus. Circumcisio autem erat quædam protestatio fidei. vnde dicitur Rom. 4. quòd Abraham accepit circumcisionem tamquam signaculū fidei, unde & per circumcisionem antiqui aggregabantur collegio fidelium. vnde manifestum est, ꝙ circumcisio fuit prępparatoria ad baptismum, & prę figuratiua ipsius, secundum quòd antiquis patribus omnia in figuram futuri contingebant (ut dicitur primæ Cor. 10.) sicut & fides eorum erat de futuro.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ circumcisio habebat similitudinem cum baptismo, quantum ad spiritualem effectum baptismi. nam sicut per circūcisionem auferebatur quędam carnalis pellicula, ita per baptismum homo expoliatur a carnali conuersatione.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ protectio columnę nubis, & transitus maris rubri, fuerunt quædam figuræ nostri baptismi, quo renascimur ex aqua significata per mare rubrum, & Spiritu sancto significato per columnam nubis: non tamen per hæc fiebat aliqua professio fidei, sicut per circūcisionē. & ideo prędicta duo * erant tantum figuræ, & nō sacramenta. Circumcisio autem erat etiam sacramētum præparatorium ab baptismum: minus tamen expresse figurans baptismum, quantum ad exteriora, quàm prędicta. & ideo Apostolus potius fecit mentionem de prædictis, quàm de circumcisione.

In ista solut. & in arg.

Ad tertivm dicendum, ꝙ baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi, quātum ad exercitium actus: sed circumcisio quantum ad professionem fidei, quæ requiritur in baptismo, sicut dictum est. *

In corp. art.

Articvlvs ii.

Vtrum circumcisio fuerit conuenienter instituta.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quòd circumcisio fuerit inconuenienter instituta: sicut enim dictum est, * in circumcisione fiebat quædam fidei professio: sed a peccato primi hominis nullus umquam saluari potuit, nisi per fidem passionis Christi, secundum illud 1 om. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. ergo statim post peccatum primi hominis, circumcisio instituī debuit, & non tempore Abrahæ.

1. 2. q. 102. ar. 5. ad 1. Et q. 103. art. 1. ad 3. Et 4. d. 1. art. 2. q. 4. cor. Et q. 2. art. 1. q. 3. p to. art. præced.

¶ 2 Præt. In circumcisione homo profitebatur obseruantiam ueteris legis, sicut in baptismo profitetur obseruantiam nouæ legis, unde Apost. dicit Gala. 5. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uniuersæ legis faciendæ: sed legalis obseruantia non est tradita tempore Abrahæ, sed magis tempore Moysi. ergo inconuenienter instituta est circumcisio tempore Abrahæ.

¶ 3 Præt. Circumcisio fuit figuratiua & prępparatiua baptismi: sed baptismus exhibetur omnibus populis, secundum illud Matth. ult. Eūntes docete omnes gentes, baptizantes eos. ergo circumcisio non debuit institui, ut obseruanda tantum ab uno populo iudæorum, sed ab omnibus populis.

¶ 4 Præt. Carnalis circumcisio debet respondere spirituali, sicut figura figurato: sed spiritualis circūcisio quæ fit per Christum, indifferenter conuenit utrique sexui: quia in Christo Iesu non est masculus & femina, ut dicitur Galath. 3. ergo inconueniēter est circumcisio instituta, q̄ cōpetit solis maribus.

Sed contra est, ꝙ sicut legitur Gen. 17. circumcisio est instituta a Deo, cuius perfecta sunt opera.

Respon. Dicendum, ꝙ (sicut dictum est *) circumcisio erat præparatoria ab baptismum, inquātū erat quædam professio fidei Christi, quam etiam nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autem patres primus Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cum dictum est ei Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ipse etiam primus se a societate infidelium segregauit, secundum mandatum Dei dicentes sibi, Egredere de terra tua, & de cognatione tua: & ideo conuenienter circumcisio fuit instituta in Abraham.

art. præced.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ immediate post peccatum primi parētis, propter doctrinam ipsius Adæ (qui plene instructus fuerat de diuinis) adhuc fides & ratio naturalis intantum uigebat in homine, ꝙ non oportebat determinari hominibus aliqua signa fidei & salutis: sed unusquisque pro suo libito fidem suam aliquibus * signis protestabatur. sed circa tempus Abrahæ, diminuta erat fides, plurimis ad idolatriam declinantibus: obscurata etiam erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscentiæ usque ad peccatum contra naturam: & ideo conuenienter tunc, & non ante fuit instituta circumcisio ad profitendum fidem, & ad minuendum carnalem concupiscentiam.

Alias prostentibus.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ legalis obseruātia tradi non debuit, nisi populo iam cōgregato: quia lex ordinatur ad bonum publicum, ut in secūda parte dictū est. * Populus autem fidelium congregandus erat aliquo signo sensibili, quod est necessarium ad hoc,

1. 2. q. 90. ar. 3.

hoc, ꝙ homines in quacumque religione adunentur, sicut Aug.† dicit contra Faustum: & ideo oportuit prius institui circunciſionem, quàm lex daretur. Illi autem patres, qui fuerunt ante legem, familias ſuas inſtruxerunt de diuinis, per modum paternę admonitionis. vnde & Dominus dicit de Abraham, ſcio ꝙ præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuę poſt ſe, ut cuſtodiant uiam Domini.

li.19.c.11.in fine, to.6.

AD TERTIVM dicendum, quòd baptiſmus in ſe continet perfectionem ſalutis, ad quam Deus omnes homines uocat, ſecundum illud 1. Timoth. 2. Qui uult omnes homines ſaluos fieri: & ideo baptiſmus omnibus populis proponitur. Circunciſio autem non continebat perfectionem ſalutis, ſed figurabat ipſam vt fiendam per Chriſtum, qui erat ex iudæorum populo naſciturus. & ideo illi ſoli populo data eſt circunciſio.

AD QVARTVM dicendum, quòd circunciſio inſtituta eſt, vt ſignum fidei Abrahæ, qui credidit ſe patrem futurum Chriſti ſibi repromiſſi: & ideo cõuenienter ſolis maribus competebat. Peccatum ẽt originale, contra quod ſpecialiter circunciſio ordinabatur, a patre trahitur, non a matre, ut in ſecunda parte dictum eſt. * ſed baptiſmus continet uirtutẽ Chriſti, qui eſt uniuerſalis cauſa ſalutis omnium, & remiſſionis omnium peccatorum.

2.2.q.81.ar. 5.ad 2.& ar. 1.ad 2.

ARTICVLVS III.

Vtrum ritus circunciſionis fuerit conueniens.

4.d.1.q.3.ar. 3.q.1. & ar. 3.q.2. & 3.& Ioan.7.le.2. Et Ro.4.le. 2. artic.1. & 2 huius q.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd ritus circunciſionis non fuerit conueniens. Circunciſio enim (ut dictum eſt *) fidei quædam profeſſio eſt: ſed fides in ui apprehenſiua exiſtit, cuius operationes maxime apparent in capite. ergo magis debuit ſignum circunciſionis dari in capite, quàm in membro generationis.

¶ 2 Præt. Ad uſum ſacramentorum aſſumimus ea, quorum eſt communior uſus: ſicut aquam ad abluendum, & panem ad reficiendum: ſed ad incidendum communius utimur cultello ferreo quã petrino. ergo circunciſio non debuit fieri cultello petrino.

¶ 3 Præt. Sicut baptiſmus inſtituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circunciſio, ſicut Beda dicit: * ſed baptiſmus non differtur uſque ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat propter originale peccatum, ſi nondum baptizati decedant) quandoque etiam traditur baptiſmus poſt octauum diem. ergo circunciſioni non debuit determinari octauus dies, ſed debebat quãdoque præueniri, ſicut ẽt quandoque tardabatur.

In hom. circunciſionis inter princ. & med. in hom. totius anni repecies.

SED CONTRA eſt, quòd Rom.4. ſuper illud, & ſignum accepit circũciſionis, determinatur in * gl. prædictus circunciſionis ritus.

RESPON. Dicendum, ꝙ (ſicut dictum eſt †) circunciſio quoddam ſignum fidei eſt, inſtitutum a Deo, cuius ſapientiæ non eſt numerus: determinare autem conuenientia ſigna, eſt ſapientiæ opus: & ideo concedendum eſt, quòd ritus circunciſionis fuit conueniens.

In gl. ord. ſuper illud, Signum accepit circumciſionis. art. præced. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circunciſio conuenienter fiebat in membro generationis. Primo quidem: quia ſignum erat fidei, qua Abrahã credidit Chriſtum ex ſuo ſemine naſciturum. Secũdo, quia erat in remedium peccati originalis, ꝙ per actum generationis traducitur. Tertio, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiſcentiæ, quæ præcipue in membris illis uiget, propter abundantiam delectationis uenereorum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd cultellus lapideus non erat de neceſſitate circunciſionis: unde non inuenitur tale inſtrumentum præcepto diuino determinatum. neque etiam communiter tali inſtrumẽto iudei utebantur ad circuncidendum, ſicut neque modo utuntur. Leguntur tamen aliquæ circunciſiones famoſæ, cultello lapideo factę: ſicut legitur Exod.4. ꝙ tulit Sephora acutiſſimam petram, & circuncidit præputium filii ſui. & Ioſue 5. dicitur: Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide ſecundo filios Iſrael. per quod figurabatur circunciſionem ſpiritualem eſſe fiendam per Chriſtum, de quo dicitur 1.Cor.10. Petra autẽ erat Chriſtus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ octauus dies determinabatur circunciſioni: tum propter myſteriũ, quia in octaua ætate (quæ erit ætas reſurgentium) quaſi in octauo die perficitur per Chriſtum ſpiritualis circunciſio, quando auferet ab electis non ſolum culpam, ſed etiam omnem pœnalitatem: tũ etiam propter teneritudinem infantis ante octauũ diem. unde etiam de aliis animalibus Leuit.22. præcipitur, bos, ouis & capra, cum genita fuerint, ſeptẽ diebus erunt ſub ubere matris ſuæ, die autem octauo & deinceps offerri poterunt domino. erat autẽ octauus dies de neceſſitate præcepti: ita ſcilicet, ꝙ octauum diem prætermittentes, peccabant etiã ſi eſſet ſabbathum, ſecundum illud Ioan.7. Circunciſionem accipit homo in ſabbatho, ut non ſoluatur lex Moyſi: non tamen erat de neceſſitate ſacramenti: quia ſi aliqui omittebant octauum diem, poſtea poterant circuncidi: quidam etiam dicunt, ꝙ propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies præueniri, ſed hoc nec ex auctoritate ſcripturæ, nec ex conſuetudine iudæorum habetur poteſt. vnde melius dicendum eſt, ſicut etiam Hug. * de Sanct. Vic. dicit, ꝙ octauus dies nulla neceſſitate præueniebatur. vnde ſuper illud Prou. 4. Vnigenitus eram coram matre mea, dicit gl.† quòd alius Berſabee paruulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus nõ fuit, & per conſequens nec circunciſus,

Poteſt colligi ex li.1. de ſacra. part.3. ca. Gl. ordin. ibi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum circunciſio conferebat gratiam iuſtificantem.

Sup.q.61.ar. ti.6. ad 3.& 4.d.1.q.2.ar. 4.& ueri.q. 28.arti.2. ad 12.& Ro.4. lec.2.& 6.9. lec.5.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ circunciſio non conferebat gratiam iuſtificantem: dicit enim Apoſtolus Gal.2. Si ex lege eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt, ideſt ſine cauſa: ſed circunciſio erat quædam obligatio legis implendæ, ſecundum illud Gal.6. Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt uniuerſæ legis faciendæ. ergo ſi ex circunciſione eſt iuſtitia, Chriſtus gratis, ideſt ſine cauſa, mortuus eſt: ſed hoc eſt inconueniens. non ergo ex circunciſione erat gratia iuſtificans a peccato.

¶ 2 Præt. Ante inſtitutionem circunciſionis ſola fides ad iuſtificationẽ ſufficiebat: dicit enim Greg. in Moral.† Quod apud nos ualet aqua baptiſmatis, hoc egit apud ueteres pro paruulis ſola fides: ſed uirtus fidei non eſt imminuta per mandatum circunciſionis. ergo ſola fides paruulos iuſtificabat, & non circunciſio.

lib.4.ca.ca. circa med.

¶ 3 Præt. Ioſue 5. legitur, ꝙ populus qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos, incircũciſus fuit. ſi ergo per circunciſionem auferebatur peccatum ori-

originale, uidetur quòd omnes qui in deserto mortui sunt, tam paruuli quàm adulti, fuerint damnati. & eadem obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis: quia præueniri non debebat, ut dictum * est.

Ar. præced. q. 3. argum.

¶ 4 Præt. Nihil impedit introitū regni cælestis, nisi pctm: sed circuncisi ante passionem Christi impediebantur ab introitu regni cęlestis. non ergo per circuncisionem homines iustificabātur a peccato.

¶ 5 Præt. Peccatum originale non dimittitur sine actuali: quia impium est a Deo dimidiam sperare ueniam, ut Aug. * dicit: sed nusquā legitur, quòd per circuncisionem remitteretur actuale peccatū. ergo etiam neque originale per eam dimittebatur.

In lib. de vera, & falsa pœnit. c. 9. non longe a prin. tom. 4. Libr. de nupt. & concup. c. 11. in fin. tom. 7. alias, qui erat liber Cœlestini discipuli Pelagij, de quo Hieron. in prologo in Ezechielem.

SED CONTRA est, quòd Aug. † dicit ad Valeriū contra Iulianum, Ex quo instituta est circuncisio in populo Dei, * quæ erat signaculum fidei iustitię Dei, ad sanctificationem purgationis ualebat paruulis originalis uetersq; peccati: sicut & baptismus ex illo cepit ualere tempore ad innouationem hominis, ex quo institutus est.

B

Gloss. Rom. 4. per illud, Si circuncisio. Dist. 4. per tot. Gloss. de pœnit. dist. 1. per illud, Si enim accepit circuncisionem. Rom. 4. per illud, Si enim accepit circuncisionem.

RESPON. Dicendum, quòd ab omnibus communiter ponitur, quòd in circunsione peccatum originale remittebatur. Quidam tamen dixerunt, quod non conferebatur gratia, sed solum auferebatur peccatum, quod Magister ponit in prima dist.* 4. sent. & Roma. 4. in glos. † sed hoc non potest esse: quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secūdū illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiā, &c. & ideo alij dixerunt, quòd per circuncisionem cōferebatur gratia, quantum ad effectus remissionis culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos, ne cogerētur dicere, quòd gratia in circuncisione collata sufficiebat ad implēdum mandata legis, & ita superfluus fuerit aduentus Christi. sed hæc etiam positio stare non potest. primo quidem, quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore peruenięndi ad gloriam, quæ est ultimus effectus positiuus gratiæ. secundo, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causæ formalis effectus positiui, quàm priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso: forma enim nō excludit priuationem, nisi informando subiectum. & ideo alij dixerunt, quòd in circuncisione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignū uita æterna, sed nō quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec ad implēdum mandata legis, quod etiam aliquando mihi uisum est: sed diligenter consideranti apparet hoc non esse uerum: quia minima [d] gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & uitare omne peccatū mortale, quod committitur in transgressione mādatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deū, quàm cupiditas millia auri & argenti. & ideo dicendum est, quòd in circuncisione conferebatur gratia quantum ad omnes [d] gratiæ effectus, aliter tamen quàm in baptismo. Nam in baptismo confertur gratia ex uirtute ipsius baptismi, quam habet inquantum est instrumentum passionis Christi iā perfectæ. * In circuncisione autem conferebatur gratia, non ex uirtute [d] circuncisionis, sed ex uirtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio: ita scilicet, quòd homo qui accipiebat circuncisionem, profitebatur se susciperе talē fidem: uel adultus pro se, uel alius pro paruulis. unde & Apostolus dicit Roma. 4. quòd Abraham accepit signū circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quia scilicet, iustitia erat ex fide significata, non ex circuncisione significante. & quia baptismus operatur instrumentaliter in uirtute passionis Christi, non autem circuncisio; ideo baptismus imprimit characterem incorporantem hominem Christo, & copiosiorem gratiam confert quàm circuncisio: maior enim est effectus rei iam præsentis, quàm spei.

A

D. 344.

C

Dama. lib. 4. cap. 26. circa prin. In li. q. sup. lo sue, c. 6. a medio, tomo 4.

D

AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd ratio illa procederet, si ex circūcisione essēt iustitia aliter, quàm per fidem passionis Christi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut ante institutionem circuncisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros, quàm adultos, ita etiam & circuncisione [d] data: sed antea non requirebatur ali quod signum protestatiuum huius fidei: qa nondum homines fideles, seorsum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum unius Dei: probabile tamen est, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maxime in periculo existentibus, aliquas preces Deo funderēt, uel aliquā benedictionem eis adhiberēt (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti pro seipsis preces, & sacrificia offerebant.

AD TERTIVM dicendum, quòd populus in deserto prætermittens mandatum circuncisionis, excusabatur: tum, quia nesciebant quando castra mouenda erant: tum, quia (ut Damasc. * dicit) non necesse erat eos aliquod signum distinctionis habere, cum seorsum ab alijs populis habitabant. & tamen, ut Aug. † dicit, inobedientiam incurrebant, qui ex contemptu prętermittebant. Videtur tamen, quòd nulli incircuncisi mortui fuerint in deserto: quia, ut in psalm. 104. dicitur, non erat in tribubus eorū infirmus: sed illi soli uidentur mortui in deserto, qui fuerant in Aegypto circūcisi: si tamē aliqui incircuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de his, qui moriebantur ante circūcisionis institutionem: quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem tempore legis.

AD QVARTVM dicendum, quòd in circuncisione auferebatur originale peccatum ex parte personæ: remanebat tamen impedimentum intrandi in regnum cęlorum ex parte totius naturę: quod fuit sublatum per passionem Christi. & ideo etiam baptismus ante passionem Christi non introducebat in regnum, sed & circūcisio si haberet locum post passionem Christi, introduceret in regnum.

AD QVINTVM dicendum, quòd adulti quando circuncidebantur, consequebantur remissionem, non solum originalis peccati, sed etiam actualium peccatorum: non tamen ita quòd liberarentur ab omni reatu pœnæ, sicut fit in baptismo, in quo confertur copiosior gratia.

QVAESTIO LXXI.

De præparatorijs, quæ simul concurrunt, cum baptismo, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de preparatorijs, quæ simul concurrunt cum baptismo.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum cathechismus debeat præcedere baptismum.

¶ Secundò, Vtrum baptismum debeat præcedere exorcismus.

¶ Tertiò, Vtrū ea quæ aguntur in cathechismo & exorcismo, aliquid efficiant uel solum significent.

¶ Quartò, Vtrum baptizandi debeant cathechizari, uel exorcizari per sacerdotes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum cathechismus debeat præcedere baptismum.

4.dist. 6.2.q. art.2. q.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cathechismus nō debeat præcedere baptismum. Per baptismum enim regenerantur homines in uitam spiritualem: sed prius homo accepit uitam quàm doctrinam. nō ergo prius debet homo cathechizari, ideſt doceri, quàm baptizari.

¶ 2 Præt. Baptismus exhibetur non solum adultis, sed etiam pueris, qui non sunt doctrinæ perceptibiles: eo quòd non habent usum rationis. ergo ridiculum est eos catechizare.

¶ 3 Præt. In cathechismo cōfitet cathechizatus suā fidem: sed pueri non possunt suam fidem confiteri, neque per seipsos, neque etiam aliquis alius pro eis: tum, quia nullus potest alium ad aliquid obligare: tum etiam quia non potest aliquis scire, utrum pueri cum ad legitimam ætatem peruenerint, assentiant fidei. non ergo debet cathechismus præcedere baptismum.

Lib. 1. c. 25. a med. illius.

SED CONTRA est, quòd Rabanus de institutione clericali dicit, * Ante baptismū, cathechizādi debet hominem præuenire officium, ut fidei primū cathecumenus accipiat rudimentum.

Q. præced. art. 1.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) baptismus est fidei christianæ sacramentum, cum sit quædam professio fidei christianæ. Ad hoc autem quòd aliquis fidem accipiat, regitur quòd de fide instruatur, secundum illud Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Et ideo ante baptismum conuenienter præcedit cathechismus. unde & Dominus præceptum baptizandi discipulis tradens, præmittit doctrinam baptismo dicēs, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos &c.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptismum, præsupponit uitam naturę rationalis: in qua homo potest esse particeps doctrinæ.

Q. 69. art. 6. ad 3. arg. & 88. art. 9.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut mater Ecclesia (ut supra dictum est) * accommodat pueris baptizandis aliorum pedes, ut ueniant, & aliorum cor, ut credant, ita etiam accommodat eis aliorum aures, ut audiant, & intellectum, ut per alios instruātur. & ideo eadem ratione sunt cathechizādi, qua sunt baptizandi.

AD TERTIVM dicendum, quòd ille qui pro puero baptizato respondet, Credo, non prædicit puerum crediturum, cum ad legitimos annos peruenerit: alioquin diceret, Credet, sed profitetur fidem Ecclesiæ in persona pueri, cui communicatur, cuius sacramentum ei tribuitur, & ad quam obligatur per alium: non est enim inconueniens, quòd aliquis obligetur per alium in his quæ sunt de necessitate salutis. Similiter etiam patrinus pro puero respondens promittit se operam daturum ad hoc quòd puer credat: quod tamen non sufficeret in adultis, usum rationis habentibus.

ARTICVLVS II.

Vtrum exorcismus debeat præcedere baptismum.

Inf. art. 3. ad 3. & 4. dist. 6. q. 2. art. 3. q. 1. per tot. & q. 2. ad 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd exorcismus non debeat præcedere baptismū. Exorcismus enim cōtra energumenos, ideſt, arreptitios ordinatur: sed non omnes baptizandi sunt tales. ergo exorcismus non debet præcedere baptismum.

¶ 2 Præt. Quādiu homo sibi acet peccato, diabolus in eum habet potestatem, quia ut dicitur Io. 8. qui facit peccatum, seruus est peccati: sed peccatum tollitur per baptismum. non ergo ante baptismum sunt homines exorcizandi.

¶ 3 Præt. Ad arcendum dæmonum potestatem, introducta est aqua benedicta. non ergo ad hoc oportebat aliud remediū adhiberi p exorcismos.

Cælest. I. epist. Epi. Gal. c. 12. in p. to. 1. Con.

SED CONTRA est, quòd Cælestinus Papa dicit, * Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis ueniāt sacramentum, non prius fontē uitæ adeant, quàm exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abijciatur.

RESPON. Dicendum, quòd quicumque sapienter aliquod opus facere proponit, prius remouet impedimenta sui operis, unde dicitur Hier. 4. Nouate uobis nouale, & nolite serere super spinas. Diabolus autem hostis est humanæ salutis, quæ homini per baptismum exhibetur, * & habet potestatē aliquam in hominem, ex hoc ipso quòd subditur originali peccato, uel etiam actuali. Vnde conueniēter ante baptismum expelluntur dęmones p exorcismos, ne salutem hominis impediant: quā quidem expulsionem significat exufflatio. Benedictio autem cum manus impositione, præcludit expulso uiam, ne redire possit. Sal autem in os missum, & narium, & aurium sputo linitio, significat receptionem doctrinæ fidei quātum ad aures, & approbationem, quātum ad nares, & confessionē, quantum ad os. Olei uero inunctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dęmones.

alias, accipitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd energumeni dicuntur, quasi interius laborantes ex intrinseca operatione diaboli. & quàmuis non omnes accedentes ad baptismum, corporaliter ab eo uexētur: omnes tamen nō baptizati potestati dęmonū subijciuntur, saltem propter originalis peccati reatum.

Alias, ablationem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in baptismo per * ablutionē peccati excluditur potestas dęmonis ab homine, quantum ad hoc, quòd impedit eū a perceptione gloriæ: sed exorcismi excludunt potestatem dęmonis, inquantum impedit hominem a perceptione sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quòd aqua benedicta datur contra impugnationes dęmonum, quę sunt ab exteriori: sed exorcismus ordinatur contra impugnationes dęmonum, quę sunt ab interiori. unde & energumeni dicuntur, quasi interius laborantes, illi qui exorcizantur. Vel dicendum, quòd sicut in remedium contra peccatum, secundo datur pœnitentia, quia baptismus non iteratur, ita in remedium contra impugnationes dęmonum, secundo, datur aqua benedicta, quia exorcismi baptismales non iterantur.

ARTICVLVS III.

Vtrum ea, quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.

4. dist. 6. q. 1. art. 3. q. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ea quę aguntur in exorcismo, nō efficiant aliqd: sed solū significent. Si enim puer post exorcismos moriatur ante baptismum, salutem non consequitur: sed ad hoc ordinatur effectus eorum, quę in sacramentis aguntur, ut homo consequatur salutē. unde Marci vlt. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. ergo ea quę aguntur in exorcismo, nihil efficiunt, sed solum significant.

¶ 2 Præt. Hoc solū requiritur ad sacrm nouę legis, ut sit signū & causa, ut supra dictū est. * Si ergo ea quę aguntur in exorcismo, aliquid efficiant, uidetur,

Q. 62. art. 4. & 5.

tur, quòd singula sint quædam sacramenta.

¶3 Præt. Sicut exorcismus ordinatur ad baptismũ, ita etiam si aliqd in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectũ baptismi: sed dispositio ex necessitate p̃cedit formã perfectam: quia forma non recipitur nisi in materia disposita. sequeretur ergo, q̃ nullus posset consequi effectum baptismi, nisi prius exorcizetur, quod patet esse falsum. non ergo ea quæ aguntur in exorcismis, aliquem effectum habent.

¶4 Præt. Sicut quædam aguntur in exorcismo ante baptismum, ita etiam quædam agũtur post baptismum, sicut quòd sacerdos baptizatum chrismate ungit in uertice: sed ea quæ post baptismum aguntur, non uidentur aliquid efficere: quia secundum hoc effectus baptismi esset imperfectus. ergo nec ea quæ ante baptismum aguntur in exorcismo.

Sed contra est, quod Augustꝰ dicit in lib. de Symbolo, Paruuli exufflantur & exorcizantur, ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quę decipit hominem. Nihil autem agitur frustra per ecclesiã. ergo per huiusmodi exufflationes hoc agitur, ut dæmonum potestas expellatur.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt ea, quæ in exorcismo aguntur, nihil efficere, sed solum significare: sed hoc patet esse falsum, per hoc quòd ecclesia in exorcismis, imperatiuis uerbis utitur ad expellendam dæmonis potestatem: puta cũ dicit, ergo maledicte diabole exi ab eo &c. & ideo dicendum est, quòd aliquem effectum habent differenter tamen ab ipso baptismo. Nam per baptismum datur homini gratia ad plenam remissiõnẽ culparum. Per ea uero quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum salutaris gratię percipiendæ: quorum unum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones hominis salutem impedire conantur. & hoc impedimentum excluditur per exufflationes, quibus potestas dæmonis pellitur (ut patet ex inducta auctoritate Aug.*) quantum, scilicet ad hoc, quòd non præstet impedimentum sacramento suscipiẽdo. Manet tamen potestas dæmonis in homine, quantum ad maculam peccati & reatum pœnæ, quosque peccatum per baptismum tollatur. & secundum hoc Cyprianus dicit,* Scias diaboli nequitiam posse remanere usque ad aquam salutarem: in baptismo autem omnem nequitiam amittere. Aliud impedimentum est intrinsecum, prout scilicet homo ex infectione originalis peccati habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria. Vnde Rabanus de institutione clericorum dicit,* quòd per saliuam typicam & sacerdotis actum, sapientia & uirtus diuina salutem catechumeni operatur, ut aperiantur eis nares ad percipiendum odorem notitiæ Dei, ut aperiantur eis aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur illi sensus in intimo corde, ad respondendum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd per ea quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa propter quam homo punitur post mortem: sed solum tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpæ per sacramentum, unde post mortem exorcismus non ualet sine baptismo. Præpositinus tamen dicit, quòd pueri exorcizati, si moriantur ante baptismũ, minores tenebras patiuntur. sed hoc non vꝰuerum: quia tenebræ illæ sunt carentia diuinæ uisionis, quæ non recipit magis & minus.

Ad secvndvm dicendum, quòd de ratione sacramenti est, quòd perficiat principalem effectum, qui est gratia remittens culpam, uel supplẽs aliquẽ hominis defectum: quod quidem non fit per ea q̃ aguntur in exorcismo: sed solum hmõi impedimẽta tolluntur. & ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam.

Ad tertivm dicendum, quòd dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem, est fides & intentio, uel propria eius qui baptizatur, si sit adultus, uel ipsius ecclesiæ, si sit paruulus. Ea uero quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad remouendum impedimenta: & ideo sine eo potest aliqs consequi effectum baptismi. Non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo, & tunc cessante periculo debent supleri, ut seruetur uniformitas in baptismo. Nec frustra supplentur post baptismum: quia sicut impeditur effectus baptismi, antequam percipiatur, ita potest impediri post quam fuerit perceptus.

Ad qvartvm dicendum, quòd eorum quæ agũtur post baptismum circa baptizatum, aliquid est quod non solum significat, sed efficit: puta iniunctio quæ fit in uertice, quę operatur conseruationem * gratię baptismalis. Aliquid autem est, quod nihil efficit, sed solum significat: sicut q̃ datur ei uestis candida, ad significandum nouitatem vitę.

Alias ad cõseruationẽ

Articvlvs IIII.

Vtrum sit officium sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur quòd nõ sit sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum. Ad officium enim ministrorum pertinet habere operationem super immundos, ut Dion.* dicit 5. c. Eccl. hie. sed catechumeni, qui instruuntur in catechismo, & energumeni qui purgantur in exorcismó, computantur inter immundos, ut ibidem Dionys.† dicit. ergo catechizare & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis, sed potius ministrorum.

4. dist. 6. q. 2. ar. 3. q. 3.

Cap. 5. in tit. de sacerdotum perfectionibus, & in contẽpla.

¶2 Præt. Catechumeni instruunt̃ de fide per sacrã scripturam, q̃ in ecclesia per ministros recitatur: sicut enim per lectores in ecclesia legitur uetus testamentum, ita etiam per diacones & subdiacones legitur nouum. & sic ad ministros pertinet catechizare. Similiter ẽt & exorcizare, ut uidet̃, ad ministros pertinet: dicit enim Isid.* in quadam epistola, Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos & catechumenos in exorcismo imponere. non ergo pertinet ad officium sacerdotis, catechizare & exorcizare.

Refertur in dist. 25. c. Per lectiõs. & dicitur esse in epist. ad Ludifredum.

¶3 Præt. Catechizare idem est quod docere, & hoc idem est quod perficere, quod ad officium episcoporum pertinet, ut dicit Dion.* 5. c. Eccl. hier. non ergo pertinet ad officium sacerdotis.

Loco citato in argum. 1. Refertur de consecr. dist. 4. cap. Catechismi.

Sed contra est quòd Nicol.* Papa dicit, Catechismi baptizandorum a sacerdotibus uniuscuiusque ecclesię fieri possunt. unde Greg.† etiam super Ezech. dicit, Sacerdotes cum per exorcismi gratiã, manum credentibus imponunt, quid aliud faciũt, nisi quòd dæmonia eijciunt?

Greg. hom. 29. in euang. medium.

Respon. Dicendum, quòd minister comparatur ad sacerdotem, sicut secundarium & instrumẽtale agens ad principale, ut indicat ipsum nomen ministri. Agens autem secundarium non agit sine principali agente, sed cooperatur principali agenti, in operando. Quanto autem potior est operatio, tãto principale agẽs potioribus indiget instrumentis sc̃u ministris. Potior aũt est operatio sacerdotis inquantũ confert ipsum sacr̃m, q̃ in p̃paratorijs ad sacr̃m. & ideo supremi ministri qui dũr diacones, cooperantur sacerdoti in ipsa collatione sacr̃orum.

De consec. di.25.c. per lectis. dicit esse, in epist. ad Ludifredum.

dicit enim Isido.* quòd ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramẽtis Christi, in baptismo, scilicet, in chrismate, patenâ, & calice. Inferiores autem ministri cooperantur sacerdotibus in his, quæ sunt præparatoria ad sacramentum: sicut [d] lectores in catechismo, & exorcistæ [d] in exorcismo.

D.320 D.159

Ad primvm ergo dicendum, quòd super immũdos ministri habẽt operationem ministerialem, & quasi instrumentalem, sed sacerdos principalem.

Ad secvndvm dicẽdum, quòd lectores & exorcistæ habent officium catechizandi & exorcizandi, non quidem principaliter, sed sicut in his sacerdoti ministrantes.

Cap.2. eccl. hier.par.2.

Ad tertivm dicendum, quòd multiplex est instructio, una conuersiua ad fidem, quam Diony.* tribuit episcopo in 2.eccl. hier. & potest competere cuilibet prædicatori, uel etiam cuilibet fideli. Secunda est instructio, qua quis eruditur de fidei rudimentis, & qualiter se debeat habere in susceptione sacramentorum, & hæc pertinet secũdario quidem ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia est instructio de conuersatione christianæ uitæ, & hæc pertinet ad patrinos. Quarta est instructio de profundis mysterijs fidei, & perfectione christianæ uitæ, & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

¶ *Super Quæstio 72. Articulum primum & secundum.*

IN art.1. & 2. q.72. aduertẽdum, s. q̃ chrisma, hoc est, compositum ex oleo & balsamo, non ita est materia sacramenti confirmationis, sicut aqua est materia baptismi, qũ sine balsamo confirmatio tradita ualet, sine aqua autem baptismus nõ ualet. Et de hoc extat textus clarus de sacramentis non reiterandis, c. pastoralis. ubi quæritur si confirmationis sacramentum in eo debeat reiterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus, & respondetur q̃ non est aliquid iteradum, sed caute supplendũ, quod incaute fuerat prętermissum. Ex hoc enim apparet sacramentum confirmationis, quòd ad substantialia, fuisse completum sine balsamo: fuisset siquidẽ alioquin reiterandum sine balsamo collatum. Vnde intelligimus mistum ex oleo, & balsamo (quod chrisma consuemus uocare) esse regularem materiã cõfirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. Et uidetur hoc ab ecclesia præcedenti tempore

Sup. q.65.a.2.& 4.d.3.q.1.ar.2.co. & dist.7.q.1.ar.1.q.1.per to. & 4. cont.c.58 Q.64.ar.2

QVAESTIO LXXII.

De sacramento Confirmationis in duo decim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento confirmationis.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum confirmatio sit sacramentum.

¶ Secundò, De materia eius.

¶ Tertiò, Vtrum sit de necessitate sacramenti, quod chrisma fuerit prius per episcopũ consecratum.

¶ Quartò, De forma ipsius.

¶ Quintò, Vtrum imprimat characterem.

¶ Sextò, Vtrum character confirmationis presupponat characterem baptismale.

¶ Septimo, Vtrũ cõferat gratiã.

¶ Octauò, Cui competat recipere hoc sacramentum.

¶ Nonò, In qua parte.

¶ Decimò, Vtrũ requiratur aliquis, qui teneat confirmãdum.

¶ Vndecimò, Vtrum hoc sacramentũ per solos episcopos det.

¶ Duodecimò, De ritu eius.

Articvlvs primvs.

Vtrum confirmatio sit sacramentum.

Ad primvm sic procedit. Vt q̃ cõfirmatio non sit sacramentum. Sacramenta.n.ex diuina instructione efficaciã habẽt, sicut supradictum est: * sed confirmatiõ non legitur a Christo instituta. ergo nõ est sacramẽtũ.

¶ 2 Præt. Sacramẽta nouæ legis, in ueteri lege p̃figurata fuerunt. unde Apostolus dicit 1. Corin. 10. quòd omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eãdem escam spiritualẽ manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberũt: sed confirmatio non fuit præfigurata in ueteri testamento. nõ ergo est sacramentum.

¶ 3 Præt. Sacramenta ordinãtur ad hominũ salutem: sed sine confirmatione potest esse salus. nam pueri baptizati, sine confirmatione decedentes saluantur. ergo confirmatio non est sacramentum.

¶ 4 Præt. Per omnia sacramenta ecclesię, homo, Christo conformatur, qui est sacramentorum auctor: sed per confirmationem non uidetur homo Christo cõformari, qui non legitur esse confirmatus. ergo confirmatio non est sacramentum.

Sed contra est, q̃ Melchiades Papa scribit * Hispaniarum episcopis: De his, super quibus rogastis nos, uos informari, utrum maius sit sacramentum, manus impositio episcoporũ, an baptismus, scitote utrumque magnum esse sacramentum.

Habetur de consec. di.4. De his uero, & c. parum ante med. illius epist. tom. 1. Concil.

Respon. Dicendum, quòd sacramenta nouæ legis ordinantur ad speciales * gratiæ effectus: & ideo ubi occurrit aliquis specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia uero sensibilia & corporalia gerunt spiritualium & intelligibilium similitudinem, ex his quæ in uita corporali aguntur, percipere possumus quid in spirituali uita gratiæ speciale existat. Manifestum autem est, quòd in uita corporali specialis quædam perfectio est, quòd homo ad perfectam ætatem perueniat, & pfectas actiones hominis agere possit. unde & Apostolus dicit 1. Cor. 13. Cum autem factus fuerim uir, euacuaui quæ erant paruuli. & inde est etiam, quòd præter motum generationis, quo aliquis accipit uitam corporalem, est motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur & uitã spiritualem homo accipit per baptismum, qui est spiritualis regeneratio. In confirmatione autem homo accipit, quasi quandam perfectam ætatem spiritualis uitæ. unde Melchiades Papa dicit.* Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, in baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. & ideo manifestum est, quòd confirmatio est speciale sacramentum.

alias spiritualis.

In epist. ad Hispaniarum epis. ca mediũ illius tomi. Concil.

Ad primvm ergo dicendum, quòd circa institutionem huius sacramenti est triplex opinio. Quidã enim dixerunt, quòd hoc sacramentum non fuit institutum nec a Christo, nec ab apostolis, sed postea processu temporis in quodam concilio. Alij uero dixerunt, quòd fuit institutum ab apostolis, sed hoc non potest esse, quia instituere nouum sacramentum, pertinet ad potestatem excellentiæ, quæ competit soli Christo. & ideo dicendum est, quòd Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo, secundùm illud Io. 16. Si non abiero, Paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittã eum ad uos: & hoc ideo quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ

instituerunt: in primitiua siquidem ecclesia non uidetur multum credibile, pauperimos episcopos habuisse balsamũ, quo forte etiã hodie multi carent. Accedit ad hæc q̃ chrismatis nomen, quod secũdum Dio. Apostoli imposuerunt huic sacramento, non significat balsamũ, sed unctionẽ, cui oleũ sufficit.

quæ non erat danda ante Christi resurrectionẽ, & ascensionẽ, secundum illud Io.7. Nondũ erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ quia confirmatio est sacramentũ plenitudinis gratiæ, non potuit habere aliquid respondens in ueteri testamento, quia nihil ad perfectum adduxit lex, ut dicitur Heb.7.

Q.62.art.4. ad 3.arg. AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut supra dictũ est) *oĩa sacramenta sunt aliqualiter necessaria ad salutem: sed quædã sine quibus non est salus, quædam uero sicut, quæ operãtur ad perfectionem salutis. & hoc modo cõfirmatio est de necessitate salutis, quãmuis sine ea possit esse salus, dumtamen non prætermittatur ex contemptu sacramenti.

AD QVARTVM dicendũ, quòd illi qui confirmationem accipiunt, quæ est sacramentum plenitudinis gratiæ, Christo conformantur, inquantum ipse a primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ & ueritatis, ut dicitur Io.1. Quæ quidem plenitudo declarata est in baptismo, quando Spiritussanctus descendit corporali specie super eum. unde & Luc4. dicitur, quòd Iesus plenus Spiritusancto, regressus est a Iordane. Non autem conueniebat dignitati Christi (qui est sacramentorum auctor) ut a sacramento plenitudinem gratiæ acciperet.

ARTICVLVS II.

Vtrum chrisma sit conueniens materia huius sacramenti.

Tert.dist. 1.art.3.q.1. ad 3.& dist.2.q.2.art.2.& dist.4.q.1.art.1.& dist.6. Ad.præced. arg. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd chrisma non sit conueniens materia huius sacramenti. Hoc enim sacramẽtum (ut dictum est*) institutum est a Christo promittente discipulis Spiritumsanctum: sed ipse misit eis Spiritumsanctum absque omni chrismatis inunctione: ipsi etiã Apostoli hoc sacramentum conferebant per solam manus impositionem absque chrismate: dicitur enim Act.8. quòd Apostoli imponebãt manus super baptizatos, & accipiebant Spiritumsanctũ. ergo chrismanon est materia huius sacramenti, quia materia est de necessitate sacramenti.

Q.65.art.4. ¶2 Præt. Cõfirmatio quodammodo perficit sacramentum baptismi (sicut supra dictum est*) & ita debet ei conformari, sicut perfectio perfectibili: sed in baptismo est materia, simplex elementũ, scilicet aqua. ergo huius sacramenti nõ est conueniens materia chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo.

Q.66.art.3. ¶3 Præt. Oleum assumitur in materia huius sacramenti ad inungendũ: sed quolibet oleo potest fieri inunctio, puta oleo, quod fit ex nucibus, uel ex quibuscunque alijs rebus. non ergo solum oleum oliuarum debet assumi ad huiusmodi sacramentum.

¶4 Præt. Supra dictum est, * quòd aqua assumitur, ut materia ad baptizandum, quia ubique de facili inuenitur: sed oleum oliuarum non ubique inuenitur, & multo minus balsamum. non ergo chrisma, quod ex his conficitur, est conueniens materia huius sacramenti.

Lib.3.de.4. medio. SED CONTRA, quòd Gregor. * dicit in registro, Presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro chrismate, non præsumant. ergo chrisma est materia huius sacramenti.

Ar.præced. RESPON. Dicendum, quòd chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Sicut enim dictũ est, * in hoc sacramento datur plenitudo Spiritussancti ad robur spirituale, quod competit perfectæ ætati. Homo autem cum ad perfectam ætatẽ peruenerit, incipit iam communicare actiones suas ad alios, antea uero quasi singulariter sibijpsi uiuit. Gratia uero Spiritussancti in oleo designatur, unde Christus dicitur esse unctus oleo lętitię, propter plenitudinem Spiritussancti quam habuit. & ideo oleum competit materiæ huius sacramenti. Admiscetur autem balsamum propter fragrantiam odoris, quæ redundat ad alios, unde Apost. dicit 2.Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo &c. Et licet multa alia sint odorifera, tamen præcipue accipitur balsamum propter hoc, quòd habet præcipuũ odorẽ, & quia etiã incorruptionem præstat. unde Eccl.24. dicitur, Quasi balsamum non mistum odor meus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus ex potestate excellentiæ, quam habet in sacramentis, contulit apostolis rem huius sacramenti, i. plenitudinem Spiritussancti sine sacramento, eo quòd ipsi primitias Spiritussancti acceperũt, sicut dicitur Roma.8. nihilominus tamen aliquid conforme materiæ huius sacramenti, exhibitum fuit apostolis sensibiliter in collatione Spiritussancti. quòd enim sensibiliter Spiritussanctus super eos descendit in specie ignis, ad eandem significationem refertur ꝙ, ad quam refertur oleum, nisi quòd ignis habet uim actiuam, oleum autem habet uim passiuam, inquãtum est materia, & fomentum ignis, & hoc satis cõpetebat. nã per apostolos gratia Spiritussancti erat ad alios deriuanda. Super apostolos etiam Spiritussanctus descendit in figura linguę, quod ad idem significãdum refertur, quod significat balsamum, nisi quòd lingua per locutionem est communicatiua ad alterũ, balsamũ uero per odorẽ: quia. ſ. apostoli replebant Spiritusancto, ut fidei doctores: alij aũt fideles, ut operatores eorũ, quę pertinẽt ad ędificationẽ fidelium. Similiter ẽt ad impositionẽ manus apostolorũ, & ẽt ad eorũ prędicationẽ, descendebat plenitudo Spiritussancti super fideles sub uisibilibus signis, sicut & a principio descenderat sup apostolos. unde Petrus dicit Act. 11. Cũ cœpissem loqui cecidit Spiritussanctus super eos, sicut & in nos in initio. & ideo non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis, ubi sensibilia signa miraculose exhibebantur diuinitus: utebantur tamen apostoli communiter chrismate in exhibitione sacramenti, quando huiusmodi uisibilia signa non exhibebantur: dicit enim Diony. *4. c. Eccle. hierar. Est quędam perfectiua operatio, quam duces nostri (idest apostoli) chrismatis hostiam nominant.

Capitu.4. in prin.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd baptismus datur ad spiritualem uitam simpliciter consequendã, & ideo competit illi sacramento materia simplex: sed hoc sacramentum datur ad plenitudinẽ consequẽdã Spiritussancti, cuius est multiformis operatio, secũdum illud Sap.7. est. n. in illa Spiritussanctus, unicus, multiplex, & 1.ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. & ideo cõuenienter huius sacramenti est materia composita.

AD TERTIVM dicendũ, ꝙ proprietates olei qbus significat Spiritussanctus, magis inueniunt in oleo oliuarum, q̃ in quocumq; alio oleo. unde & ipsa oliua semper frõdibus uirẽs, uirorem & misericordiã Spiritussancti significat. Hoc ẽt oleum, proprie dr oleum, & maxime habetur in usu ubi haberi põt: quiliber autem alius liquor, ex similitudine huius oleum nominatur: nec est in usu communi, nisi in supplementũ apud eos, quibus deest oleum oliuarum. & ideo hoc oleum solum assumitur in usum huius, & quorundam aliorum sacramentorum.

AD QVARTVM dicendum, quòd baptismus est sacramentum absolutę necessitatis: & ideo eius materia debet inueniri ubique. Sufficit autẽ quòd materia huius sacramenti, ꝙd non est tãtę necessitatis, possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

¶ *Super Quæstio. 72. Artic. tertium.*

IN art. 3. a luerte propter casus emergentes, quòd licet constet ex ecclesiæ ritu materiam confirmationis oportere esse consecratam ab episcopo: non tamen euidenter constat, an ista necessitas sit ex sacramento, aut ex præcepto. Et dato quòd sit ex necessitate sacramenti, restat adhuc dubium, an sic oporteat, quòd plenitudo Apostolicæ potestatis non possit dispensatiue subrogare simplicem sacerdotem ad consecrationem materiæ, sicut potest ipsum subrogare ad collationem huius sacramenti, ut infra patebit.

4. dist. 7. q. 1. ar. 2. q. 3.

¶ Et de primo quidem dubio apparet tenendum, quod si episcopus confirmaret cum chrismate consecrato a simplici sacerdote, sacramentum nullum esset, iuxta uerba Auctoris hic sententis, consecrationem huiusmodi pertinere ad necessitatem, & non ad solennitatem sacramenti: perspicacius tamen considerando oppositū, est magis rationi consentaneum, quandoquidem nulla est maior consecratio ea: quæ fit in eucharistia, quam cum possit simplex sacerdos efficere, omnem aliā non sacramentalem efficere potest: ita quòd facta tenet, quamuis peccet faciendo. Nec Auctor in litera explicat, q̄ ab episcopo omnino oporteat fieri, nihil tamen definitiue concludo. Legimus enim etiam apostolica sede dispensante circa ministrum huius sacramenti inconsulte explicatum fuisse, quòd utatur chrismate consecrato per episcopum, ut patet in cōcilio florentino sub Eugenio IIII. De secunda autem quæstione nullā ego uideo rationem dubitandi, supposita potestate Papæ de mutatione ministri: qui enim potest maius, potest & minus: maius autem esse constat, quòd presbyter conferat confirmationis sacramentum, quàm conferat materiam sacramenti, quanto maius est sacramentum sua materia. Et propterea si Papa potest facere, quòd simplex sacerdos cōfirmet, potest etiam efficere, quòd idem consecret materiam.

Tract. 80. in Io. a medio num. 9.

Habetur de consecr. dist. 4. c. Presbyteris.

Q. 64 art. 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit de necessitate huius sacramenti, quòd chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

AD TERTIVM sic proceditur. Vī, q̄ non sit de necessitate huius sacramēti, q̄ chrisma q̄d est materia huius sacramenti, fuerit prius p̄ episcopum consecratū. Baptismus. n. in quo fit plena remissio peccatorum, non est minoris efficacię, quàm hoc sacramentū: sed licet quędā sanctificatio adhibeatur aquę baptismali ante baptismum, nō tñ est de necessitate sacrī: quia in articulo necessitatis p̄teriri pōt. ergo non est de necessitate huius sacrī, quod chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

¶ 2 Præt. Idem non debet bis cō secrari: sed materia sacrī sanctificatur in ipsa collatione sacrī, p̄ formā uerborum, qua cōfertur sacrm. unde & Aug. * dicit super Io. Accedit uerbū ad elemētum, & fit sacramentum. non ergo debet prius chrisma cōsecrari, q̄ hoc sacramētum tradatur.

¶ 3 Præt. Omnis cōsecratio, quæ fit in sacramentis, ad consecutionē gratiæ ordinatur: sed materia sensibilis confecta ex oleo & balsamo non est capax gratię. ergo non debet ei aliqua consecratio adhiberi.

SED CONTRA est, quod Inno. Papa * dicit, Presbyteris, cū baptizāt, chrismate baptizatos ungere liceat, q̄d ab episcopo fuerat consecratū: non tñ frontē ex eodem oleo signare, quod solū debetur episcopis, cum tradunt paracletum: quod quidem fit in hoc sacramento. ergo ad hoc sacramentum requiritur chrisma per episcopum consecratum.

RESPON. Dicendum, tota sacramentorū sanctificatio a Christo deriuatur, ut supra dictum est. * Est autem cōsiderandum, quòd quibusdam sacramētis habentibus materiam corpoream, Christus est usus, s. baptismo & etiam eucharistia, & ideo ex ipso usu Christi, materiæ horum sacramētorum aptitudinem acceperūt ad perfectionem sacramenti. unde Chry. * dicit, quòd nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu dominici corporis sanctificatæ fuissent. & similiter ipse Dominus accipiens panem, benedixit: similiter autem & calicem, ut habetur Matth. 26. & Luc. 22. & propter hoc non est de necessitate horum sacramentorū, quòd materia prius benedicatur: quia sufficit benedictio Christi. Si qua uero benedictio adhibeatur, pertinet ad solēnitatem sacramenti, non autem ad necessitatem. Vnctionibus autē uisibilibus Chrs nō est usus, ne fieret iniuria inuisibili unctioni, qua est unctus præ consortibus suis. & ideo tam chrisma q̄ oleum sanctum infirmorum, prius benedicuntur quam adhibeantur ad usum sacramenti.

AD PRIMVM ergo patet respōsio ex dictis. *

AD SECVNDVM dicendum, q̄ utraque consecratio chrismatis nō refertur ad idem: sicut enim instrumentum uirtutem instrumentalem acquirit dupliciter, scilicet quando accipit formam instrumēti, & quando mouetur a principali agente ad effectum, ita etiam materia sacramenti duplici sanctificatione indiget: per quarum unam fit propria materia sacramenti, per aliam uero applicatur ad effectum.

AD TERTIVM dicendū, quòd materia corporalis nō est capax gratiæ quasi gratiæ subiectū, sed solum sicut gratię instrumentū, ut supra dictum est * & ad hoc materia sacramenti cōsecratur, uel ab ipso Christo, uel ab episcopo, qui gerit in ecclesia personam Christi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Consigno te signo crucis &c.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd hæc non sit conueniens forma huius sacramenti, Cōsigno te signo crucis, & cōfirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filij & Spi-

¶ In eodem articu. 3. Durandus occurrit in 4. senten. distinct. 7. quæstio. 2. contra literæ rationem arguens, uolens ipsam peccare secundum non causam ut causam, quantum ad sanctificationem materiæ ex contactu, uel non contactu Christi: tum, quia si contactus Christi sanctificauit materiam, puta aquam & panem, uel fieret iniuria sanctificationi primę ex supradicta sanctificatione ab ecclesia, si sunt eiusdem rationis, uel prima esset insufficiens, si secunda est alterius rationis: tū, quia Christus usus est insibilibus unctionibus, inuita a Magdalena pluries, & in morte a Nicodemo, ac p̄ hoc sanctificauit unctiones, si contactus eius sanctificatiuus est. Et sic sanctificata esset etiam materia huius sacramenti, nec egeret consecratione, cuius oppositum dicis.

Referur. 4. conser. dist. 1. c. nunquid aqua.

¶ Ad hoc dicitur, rationem Auctoris in sua probabilitate solidam stare, & q̄ prima sanctificatio constituit materiā sacramēti, & propterea alterius est rationis a benedictione eiusdē materiæ, quā ecclesia adhibet: q̄m hęc secūda non ordinatur ad constituendam materiam, sed ad solennitatem quādam & deuotionem, fugationē dæmonum, & huiusmodi. Vnde non arguit secunda insufficientiam primæ, nec illi iniuriatur: nec dicit Auctor quemcūq; Christi contactū sanctificare materiam sacramenti, sed contactū in usu sacramenti, quali contactu nō tetigit unctiones: nec obstat q̄ ex usu sacramenti Christus nihil accepit, ac p̄ hoc per accidens usus cō currit, & solus contactus per se. quoniam ipso contactu sanctificauit, hoc, inquam, non obstat quoniam de usu cōstituto sacramenti est sermo, ita quòd sensus est, cō tactus Christi in constituēdo sacramentū, est sanctificatiuus materiæ. Et sic fugantur obiectiones Durādi.

In corp. art.

Q. 62. art. 5. & 3.

Infr. q. 84 ar. 3. cor. & 4. dist. 7. q. 1. art. 3. q. 3. & op. 22.

¶ *Super Quæstio. 73. Artic. quartum.*

IN art. 4. aduerte pro hoc, & ceteris sacramētis, q̄ licet in antiquis iuribus nō inueniantur expresse omnes sacramentorum formæ: posterioribus tamen temporibus, scilicet sub Eugenio IIII. in Concil. Florentino, in quo etiam fuit ecclesia orientalis, explicatæ sunt omnium sacramentorum formæ cum reliquis omnibus requisitis ad omnia,

ritussancti, Amen. Vsus enim sacramentorum a Christo & ab Apostolis deriuatur: sed, neq; Christus hanc formam instituit, nec Apostoli ea usi leguntur. ergo hęc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ 2 Præt. Sicut sacramentum est idē apud omnes, ita & forma debet esse eadem: quia quælibet res habet unitatem, sicut, & esse a sua forma: sed hac forma non omnes utuntur: quidam enim dicunt, confirmo te chrisma tesanctificationis. ergo hæc non est cōueniens forma huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Sacramentum hoc debet conformari baptismo, sicut perfectio perfectibili, ut supra dictum est: * sed in forma baptismi non fit mentio de consignatione characteris, nec etiam de cruce Christi (cūtamen per baptismum homo Christo commoriatur, ut Apostolus dicit Rom. 6.) nec etiam fit mentio de effectu salutis, cum tamen baptismus sit de necessitate salutis. In forma etiam baptismi ponitur unus actus tantum, & exprimitur persona baptizantis, cum dicitur, ego te baptizo, cuius contrarium apparet in forma prædicta.* non ergo est conueniens forma huius sacramenti.

Sed contra est auctoritas ecclesiæ, quæ hac forma communiter utitur.

Respon. Dicendum, quòd prædicta * forma est conueniens huic sacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei speciem, ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciem sacramenti. Sicut autem ex supradictis patet, * in hoc sacramento datur Spiritus sanctus ad robur spiritualis pugnæ. & ideo in hoc sacramento tria sunt necessaria quę continentur in forma prædicta. * Quorum primum est, causa conferens plenitudinem roboris spiritualis, quę est sancta Trinitas, quæ exprimitur cum dicitur. In nomine Patris &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quod homini confertur per sacramentum materię visibilis ad salutem. quod quidem tangitur, cum dicitur, Confirmo te chrismate salutis. Tertium est signum, quod pugnatori datur: sicut & in pugna corporali, milites insigniis ducum insigniuntur. & quantū ad hoc dicitur, Consigno te signo crucis, in quo scilicet rex noster triūphauit, ut dicitur Colos. 2.

Ad primum ergo dicendum, quòd (sicut supra dictum * est) per ministerium apostolorum quandoque dabatur effectus huius sacramenti, scilicet plenitudo Spiritus sancti, quibusdam uisibilibus signis miraculose a Deo effectis, qui potest effectum sacramenti sine sacramento conferre. & tunc non erat necessaria nec materia nec forma huius sacramēti. Quandoque autem tanquam ministri sacramentorum, hoc sacramentum præbebant, & tunc sicut materia, ita & forma ex mandato Christi utebantur. Multa enim seruabant apostoli in sacramentorum collatione, quæ in scripturis communiter propositis non sunt tradita. Vnde Diony. * dicit in fine Eccle. hierar. Consumatiuas inuocationes, idest uerba quibus perficiuntur sacramenta, non est iustum scripturas interpretantibus neque mysticum earum, aut in ipsis operatas ex Deo uirtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio, sine pompa, idest occulte eas edocet. Vnde & Apostolus dicit, loquens de celebratione eucharistiæ, primæ Corinth. vndecimo. Cetera, cum uero, disponam.

Ad secundum dicendum, q̄ sanctitas est salutis causa. & ideo in idem redit, quod dicitur chrismate salutis & sanctificationis.

Ad tertium dicendum, quòd baptismus est regeneratio in spiritualem uitam, qua homo uiuit in seipso: & ideo non ponitur in forma baptismi, nisi unus actus ad ipsum hominem sanctificandum pertinens: sed hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc, quòd homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidam pugnę exteriori. & ideo non solum fit mentio de interiore sanctificatione cum dicitur, confirmo te chrismate salutis: sed etiam consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnam spiritualem, quod significatur cum dicitur, Consigno te signo crucis. In ipso autem uerbo baptizandi, quod ablutionem significat, potest intelligi & materia, quę est aqua abluens, & effectus salutis, quę non intelliguntur in uerbo Confirmādi; & ideo oportuit hęc ponere. Dictum est autem supra,* quòd hoc quod dicitur, ego, non est de necessitate formę baptismalis: quia intelligitur in uerbo primę personę: apponitur tamen ad exprimendam intentionem, quod non est ita necessarium in confirmatione, quę non exhibetur nisi ab excellenti ministro,* ut infra dicetur.

Q. 66. arti. 5. ad 1.

Ar. 11. huius quæst.

Articulus V.

Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum quintum.*

4. dist. 7. q. 2. arti. 1. q. 1. & q. 3. a. 3. q. 3.

Ad quintum sic proceditur. Videtur quòd sacramentum confirmationis non imprimat characterem. Character enim importat quoddam signum distinctiuum: sed per sacramentum cōfirmationis non distinguitur homo ab infidelibus: hoc enim fit per baptismum: neque etiam ab aliis fidelibus, quia hoc sacramentum ordinatur ad pugnam spiritualem, quæ omnibus fidelibus indicitur. non ergo in hoc sacramento imprimitur aliquis character.

¶ 2 Præterea. Supra dictum est,* quòd character est quędam potentia spiritualis: potentia autem non est nisi actiua, uel passiua. Potentia autem actiua in sacramentis, confertur per sacramētum ordinis: potentia autem passiua siue receptiua per sacramentum baptismi. ergo per sacramentum confirmationis nullus character imprimitur.

¶ 3 Præterea. In circunsione, quę est character corporalis non imprimitur aliquis spiritualis character: sed in hoc sacramento imprimitur quidam character corporalis, dum scilicet homo chrismate signatur signo crucis in fronte. non ergo imprimitur in hoc sacramento character spiritualis.

Sed contra, In omni sacramento, q̄d non iteratur, imprimit

In nomine Patris.

Q. 63. ar. 2.

In omni sacramento, quod non iteratur, imprimit

In artic. 5. dubium occurrit ad hominem, quoniam auctor superius in q. 63. ar. 6. posuit characterem confirmationis pertinere ad recipientes: hic autem ponit ipsum ex parte potentiæ actiuæ, ut patet in litera. vnde uidetur Auctoris doctrina sibijpsi dissona.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ hæc sibimuicem non aduersantur: quoniam character confirmationis, ut ipsius sacramenti nomen testatur, est characteris baptismalis confirmatio: per baptismum enim fit Christianus, infirmus tamen (quia est sicut modo genitus infans) per confirmationem autem firmatur, ac per hoc ex eadem parte utriusque se tenet sacramenti character, & per consequens character confirmationis est, ut perficiens characterem baptismalem, qui cum se teneat ex parte recipientis, trahit secum suæ confirmationis characterem. Vnde de consecrat. distin. 5. cap. de his

Refertur de consecr. dist. 5. ca. de homine.

vero Melchiades papa inquit, Ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta quòd unũ sine altero rite perfici non potest, gloss. idest, Christianum facere non potest, supple, perfectum. Q. 63. arti. 2. Apparetque hoc idẽ ex actibus utriusque characteris, nam baptismi est confiteri fidem: confirmationis autem libere seu intrepide, confiteri eandem, ubi patet secundum perficere & firmare primum. Arti. 1. huius quæst. Patet etiam non fic esse intelligendum characterem esse potentiam passiuam, tamquam si poneretur pure passiua, potest enim, aliquem actum habere cum hoc, quòd constituit sacramentorum receptiuum perfectum seu firmum: baptismalis siquidem character receptiuũ absolute, confirmationis autem receptiuũ, perfecte & libere cõstituit.

character: sed hoc sacramentum F
non iteratur, dicit enim Greg.* de homine, qui a Pontifice confirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibenda est. ergo in cõfirmatione imprimit character.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) character est quædam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. Dictũ est autem supra, † quòd sicut baptismus est quædã spiritualis regeneratio in uitam christianam; ita etiam confirma G
tio est quoddam spirituale augmentum promouẽs hominem in spiritualem ætatem perfectã. Manifestum est autem ex similitudine corporalis uitæ, quòd alia est actio hominis statim nati: & alia actio, quę competit ei cum ad perfectam ętatem peruenerit. Et ideo per sacramentum cõfirmationis datur homini potestas spiritualis, ad quasdam alias actiones sacras, prẽter illas ad quas datur ei potestas in baptismo. Nam in baptismo accipit ho H
mo potestatem ad ea agẽda, quæ ad propriam pertinent salutem, prout scilicet secũdum seipsum uiuit: sed in confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea, quę pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei; sicut patet ex exemplo Apostolorum, qui antequam plenitudinem Spiritussancti acciperent, erant in cœnaculo perseuerantes in oratione: postmodum uero egressi, non uerebantur publice fidem fateri, etiam coram inimicis fidei christianæ. & ideo manifestum est, quòd in sacramento confirmationis imprimitur character.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pugna spiritualis contra hostes inuisibiles, omnibus competit: sed contra hostes uisibiles, idest, contra persecutores fidei pugnare, nomen Christi publice confitendo, est confirmatorum, qui iam sunt perducti spiritualiter ad uirilem ætatem, secũdum quòd dicitur 1. Ioan. 2. Scribo uobis iuuenes quoniam fortes estis, & uerbum Dei in uobis manet, & uicistis malignum. & ideo character confirmationis I
est signum distinctiuum, non infidelium a fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur: Sicut modo geniti infantes.

AD SECVNDVM dicendum, quòd omnia sacramenta sunt quædam fidei potestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem K
publice fidem Christi uerbis profitendi, quasi ex officio.

AD TERTIVM dicendum, quòd sacramenta ueteris legis dicuntur iustitiæ [d] carnis (vt patet Heb. 9.) quia scilicet interius nihil efficiebant. & ideo in circuncisione imprimebatur character solum in corpore, non autem in anima: sed in confirmatione cum charactere corporali imprimitur simul character spiritualis, eo quòd est sacramentum nouæ legis. D. 1095.

ARTICVVS VI.

Vtrum character confirmationis præsupponat characterem baptismi.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ secundæ, Articulum sextum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd character confirmationis non præsupponat necessitate characterem baptismalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendum publice fidem Christi: sed multi etiam ante baptismum sunt fidem Christi publice confessi, sanguinem fundentes pro fide. ergo character confirmationis non præsupponit characterem baptismalem. ¶ 2 Præt. De Apostolis non legitur, quòd fuerint baptizati (pẽsertim cum dicatur Ioã. 4. quòd ipse Christus nõ baptizabat, sed discipuli eius) & tamen postea fuerunt confirmati per aduentum Spiritussancti. ergo similiter alij possunt confirmari ante-quam baptizentur. ¶ 3 Præt. Act. 10. dicitur, quòd adhuc loquente Petro, cecidit Spiritussanctus super eos qui audiebant uerbũ, & audiebãt eos loquentes uariis linguis. & postea Petrus iussit eos baptizari. ergo pari ratione possunt alij prius confirmari, quam baptizentur.

SED CONTRA est, quòd Rabanus dicit in lib.* de instit. cleri. Nouissime a summo Sacerdote, per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritumsanctum ad predicandum. Li. 1. cap. 30. in prin.

RESPON. Dicendum, quòd character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem: ita scilicet, quòd si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, sed oporteret, iterato ipsum confirmari post baptismum, Cuius ratio est: quia sicut se habet confirmatio ad baptismum, ita augmentum ad generationem, ut ex supradictis patet*. Manifestum est autem, quòd nullus potest promoueri in ętatem perfectam, nisi primo fuerit natus. & similiter nisi primo aliquis fuerit baptizatus, non potest sacramentum confirmationis accipere. Art. 1. huius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uirtus diuina non est alligata sacramentis. Vnde potest conferre homini spirituale robur ad confitendum publice fidem Christi absq; sacramento cõfirmationis, sicut etiam potest consequi remissionem peccatorũ sine baptismo. Sicut tamen nullus consequitur effectum baptismi sine baptismi uoto, ita nullus consequitur effectum confirmationis sine uoto ipsius: quod potest haberi etiã ante susceptionẽ baptismi.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ sicut Aug.* dicit ex hoc quòd Dominus dicit Io. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, intelligimus, Petrum & alios Christi discipulos fuisse baptizatos siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur) siue quod magis credibile est, baptismo Christi: neque enim renuit ministerium baptizandi, ut haberet & baptizatos seruos, per quos ceteros baptizaret. Epist. 10. mo. 2.

AD TERTIVM dicendũ, quòd audientes p̃dicationem Petri, acceperũt effectum cõfirmationis miraculose: non tamẽ cõfirmationis sacramentũ. Dictũ est aũt, * quòd effectus confirmationis potest alicui Arti. 4. ad 1. argu.

conferri

conferri ante baptismum, non autem sacramentū confirmationis: sicut enim effectus cōfirmationis, qui est robur spirituale, præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio, ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi.

¶ *Super Quæstionis 82. Articulum septimum.*

In art. 7. in responsione ad secundū, nota hic dictum in littera pro omnibus sacramentis, q̄ accedens ad sacramentum cum peccato, vel quia eius conscientiam non habet, uel quia nō perfecte cōtritus, gratiam ex sacramento consequitur in remissionem peccatorum. Et intelgo hoc de peccato mortali: quoniā de venialibus nō oportet habere conscientiam particularem: hoc est enim quod consuevit dici virtute sacramenti fieri de attrito contritū: hoc est paratum secundum propriam conscientiam, charitate informari: quod tunc tantum fit, cum ex sacramento mouetur mens suscipientis sacramentum in actualem operationem in Deum seu peccatū: non enim regulariter infunditur aut augetur gratia in adulto, nisi concurrente actu nouo liberi arbitrii: quoniam sic exigit suauis dispositio diuinæ gubernationis, ut ex his quæ in prima secundę de iustificatione impij Auctor dicit, habere potes, & inferius cū de sacramento pœnitentiæ tractabitur.

¶ In eodem articu. in respōsione ad tertium memento superius dictorum de gratia sacramentali, & intelliges quæ hic dicuntur: gratia siquidē gratum faciens extēsa ad firmandū Christianum ut libere Christum crucifixū confiteatur, secundū essentiam gratiæ, est eiusdem speciei cum gratia collata in baptismo: sed secundū animum firmitatis procedentis a gratia (quod gratia sacramentalis uocatur) specie differt a graua baptismali.

ARTICVLVS VII.

Vtrum per sacramentum confirmationis conferatur gratia gratum faciens.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Vī q̄ per hoc sacramentum gratia gratum faciens non conferatur. Gratia.n.gratum faciens, non ordinatur contra culpam: sed hoc sacr̄m (sicut dictū est *) nō exhibetur nisi baptizatis, qui sunt a culpa mundati. ergo per hoc sacramentum, gratia gratū faciens non confertur.

¶ 2 Præt. Peccatores maxime indigent gratia gratum faciente, per quam solam iustificari possunt. si ergo per hoc sacramentum gratia gratum faciens confertur, vī q̄ deberet dari hominibus in peccato existentibus: quod tamen non est verum.

¶ 3 Præt. Gratia gratum faciēs, specie non differt, cum ad vnum effectum ordinetur: sed duæ formæ eiusdem speciei nō possunt esse in eodem subiecto. cum ergo gratia gratū faciens conferatur homini per baptismum, vī quòd per sacramentum confirmationis, quod non exhibetur nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

SED CONTRA est, quòd Melchiades Papa dicit, *spiritusanctus in fonte baptismi, plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentū præstat ad gratiam.

RESPON. Dicendum, q̄ in hoc sacr̄o (sicut dictum est*) datur baptizato Spiritussanctus ad robur, sicut apostolis datus est in die Pentecostes, (vt legitur Act. 2.) & sicut dabatur baptizatis per impositionem manus apostolorum, ut dicitur Act. 8. Ostensum est autem in prima parte, *quòd missio seu datio Spiritussancti, non est nisi cum gratia gratum faciente: vnde manifestum est, q̄ gratia gratum faciens confertur in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ gratiæ gratum faciētis primus effectus est remissio culpę: habet tamen & alios effectus: quia sufficit ad hoc, q̄ promoueat hominem per omnes gradus vsq; in vitam æternam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna: vnde & Paulo dictum est 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse dicit 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum: & ideo gratia gratum faciens, non solum datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum, & firmitatem iustitiæ. Et sic confertur in hoc sacramento.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ sicut ex ipso nomine apparet, hoc sacr̄m datur ad confirmandum, quod prius inuenerit, & ideo non debet dari his, qui non habent gratiam. & propter hoc sicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per pœnitentiam reparatis. vñ dr̄ in Aurelianensi concilio, * ut ieiuni ad confirmationem ueniant, ut moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum Spiritussancti valeant accipere. Et tunc, per hoc sacr̄m perficitur pœnitentiæ effectus, sicut & baptismi: quia per gratiam collatā in hoc sacr̄o, consequitur pœnitens pleniorem remissionem peccati. Et si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, uel si etiam non perfecte contritus accedat, dummodo non fictus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento, consequitur remissionem peccatorum.

Habetur de consec. d. 5. c. vt ieiunii. D. 380.

AD TERTIVM dicendum, q̄ (sicut dictum est *) gratia sacramentalis addit supergratiam gratum facientem communiter sumptam, aliquid effectiuū * specialis effectus, ad quod ordinatur sacramētum. si ergo consideretur gratia in hoc sacramento collata, quantum ad id quod est commune, sic per hoc sacramentum non confertur aliqua alia gratia, quàm per baptismum: sed quæ prius inerat, augetur: si autem consideretur quantum ad illud speciale quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa.

62. art. 2.

Alias spiritualis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̄ hoc sacramentū non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramētum ad quandam excellentiam datur, ut dictū est: sed id, quod ad excellentiam pertinet, non competit omnibus. ergo hoc sacramentum non debet omnibus dari.

¶ 2 Præt. Per hoc sacr̄m augetur aliquis spiritualiter in perfectam ætatem: sed perfecta ætas repugnat ætati pueriliergo ad minus pueris dari non debet.

¶ 3 Præt. Sicut Melchiades Papa dicit, † post baptismum confirmamur ad pugnam: sed pugnare non competit mulieribus, propter fragilitatem sexus. ergo nec mulieribus hoc sacramentū dari debet.

¶ 4 Præt. Melchiades Papa dicit, q̄ quamuis continuo transituris, sufficiant regenerationis beneficia, victuris tñ, confirmationis beneficia necessaria sunt: quia cōfirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius & prælia reseruandos: qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenerit ad mortē, confirmatur morte: quia iam nō potest peccare post mortē, ergo statim moriuris nō

¶ *Super Quæstionis septuagesimasecunda Articulum octauum nonum, & decimum, & vndecimum.*

4. dist. 7. q. 3. art. 2. q. 2. & 3. & d. 25. q. 2. art. 1. quæstio. 2. cor. Art. 2. huius quæ. ad 2. & ar. 4.

In Nar. 8. 9. 10. & 11. tantummodo occurrit de ministro cōfirmationis, ob factū Gregorii notare, q̄ eps est regulariter proprius minister cōfirmationis, & hoc ofa fere iura clamāt: sed vltra hoc credimus & episcopū ita esse proprium ministrū huius sacramenti, quòd si per simplicem sacerdotem detur, irritū est & inane, & hoc tenetur auctoritate Melchiadis Papæ in c. de his, & Eusebii Papæ in ca. manus: de cons. dist. 5. Et cum hoc credimus & ex apostolica dispensatione p̄ simplicē sacerdoté dari posse hoc sacramentum, & hoc tenemus auctoritate beati Gregor. in c. peruenit 95. dist. ita q̄ hoc est mirabile circa ministrū huius sacramenti, q̄ episcopus est ita minister proprius confirmationis, q̄ a non episcopo facta nulla est, & in ex dispensatione apostolica non epis-

In epist. ad Hispa. epis. a medio illius tom. 2. Concil. loco nunc proxime citato, & habetur de consec. d. 5. ca. Spiritus sanctus.

epiſcopus poteſt illam conferre.

¶ Et licet multi multa in hoc ſcripſerint, ſoli tamen illi verum ſcripſerunt, qui noluerunt ſapere pluſquam oportet: illius.n. ſanctorũ auctoritas præponenda eſt rationi: vñ et legimus in concilio vniuerſali Florentiæ ſub Eugenio IIII. vtrumq; Armenis autentice expoſitũ, cũ de hoc ſacro fuerunt inſtructi, ut patet in literis Eugenii: vnde & Auctor rationẽ conatus eſt reddere ex differentia inter Papã & alios epiſcopos, quoad eminentiam poteſtatis: quia Papa in plenitudinẽ aſſumptus eſt poteſtatis, reliqui aũt in partẽ ſolicitudinis: in dicta autem ſynodo, nulla reddit ratio, niſi diſpenſatio apoſtoli cæ ſedis ex rationali & urgente cauſa. Q; ideo dixerim ut ratio ab Auctore reddita non parui fiat, ſed cum ueneratione ſuſcipiatur, tamquam amplexa a ſacro Cõcilio, attribuente hoc diſpenſationi apoſtolicæ ſedis; conſtat.n. diſpenſare in huiuſmodi ad maximam ſpectare poteſtatem.

Art. 1. huius quæſt.

debet hoc ſacramentum conferri: & ſic non debet oĩbus dari.

SED CONTRA eſt, q; dr̃ Act. 2. q; Spiritusſanctus aduenies repleuit totam domum (per quam ſignificatur eccleſia) & poſtea ſubditur, q; repleti ſunt oẽs Spiritu ſancto: ſed ad illam plenitudinem conſequendã hoc ſacr̃m datur. ergo eſt omnibus, qui ſunt in eccleſia exhibendum.

RESPON. Dicendum, q; (ſicut dictum eſt.*) per hoc ſacr̃m promouetur homo ſpiritualiter G in ætatem perfectam: hoc autem eſt de intentione naturæ, ut oĩs qui corporaliter naſcit, ad perfectam ætatem perueniat: ſed hoc quandoq; impeditur pp corruptibilitatẽ corporis, quod morte præuenitur. multo aũt magis de intentione Dei eſt oĩa ad perfectionem perducere, ex cuius imitatione hoc natura participat, vnde & Deut. 32. dr̃, Dei perfecta ſunt opera: anima autem, ad quam pertinet & ſpiritualis natiuitas, & ſpiritualis ætatis perfectio, immortalis eſt. & poteſt ſicut tempore ſenectutis ſpiritualem natiuitatem conſequi, ita tempore iuuentutis uel pueritiæ conſequi perfectam ætatẽ: quia huiuſmodi corporales ætates, animæ non præiudicant. & ideo hoc ſacramentum debet omnibus exhiberi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; hoc ſacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem vnius hominis ad alium (ſicut ſacramentum ordinis) ſed hominis ad ſeipſum: ſicut idem perfectus uir exiſtens, habet excellentiam ad ſe puerum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd (ſicut dictum eſt*) ætas corporalis non præiudicat animæ: vnde etiam in puerili ætate homo poteſt conſequi perfectionem ſpiritualis ætatis, de qua dicitur Sap. 4. Senectus uenerabilis eſt non diuturna, neque numero annorum computata. & inde eſt, quòd multi in puerili ętate propter robur Spirituſſancti perceptũ, uſq; ad ſanguinẽ fortiter certauerunt pro Chriſto.

In corp. art.

AD TERTIVM dicendum, quòd ſicut Chryſ.* dicit in Homilia de Machabæis, in mundanis agonibus, ætatis, aç formæ generiſq; dignitas requiritur: & ideo ſeruis ac mulieribus, & ſenibus ac pueris ad eos aditus denegatur: in cæleſtibus aũtem, omni perſonæ & ætati ac ſexui, indiſcreta facultate ſtadium patet. & in Homil. de militia ſpirituali dicit,* apud Deum fęmineus etiã militat ſexus. Multæ namq; fęminę animo uirili ſpiritualem militiã geſſerunt: quædam enim interioris hominis uirtute, uiros æquauerunt in agonibus martyrum: quædam etiam fortiores utris extiterunt. & ideo etiam mulieribus hoc ſacramentum conferendum eſt.

Inter principiã & medium illius, & habetur 33. cho. to. 1. in medio illi.

Homil. 6. in num. ſexdecim homiliarum a medio. to. 5.

AD QVARTVM dicendum q; (ſicut dictum eſt*) anima ad quam pertinet ſpiritualis ætas, immortalis eſt. & ideo etiam morituris hoc ſacramentum dandum eſt, ut in reſurrectione perfecti appareant, ſecundum illud Ephe. 4. Donec occurramus omnes

In corp. ar.

F in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et ideo Hugo de ſanct. Vict. dicit,* omnino periculoſum eſſet, ſi ab hac uita ſine confirmatione migrare contingeret: non quia damnaretur, niſi forte propter contemptum, ſed quia detrimentum perfectionis pateretur: unde etiam pueri confirmati decedentes, maiorem gloriam conſequuntur, ſicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quantũ ad hoc, quòd morituris non eſt neceſſarium hoc ſacramẽtum propter periculum pugnæ præſentis.

Lib. 2. de cra. par. 3. circa p.

ARTICVLVS IX.

Vtrum hoc ſacramentum ſit conferendum homini in fronte.

AD NONVM ſic proceditur. Videtur quòd hoc ſacramentum non ſit conferendum homini in fronte. Hoc enim ſacramentum eſt perfectiuũ baptiſmi, ut ſupra dictum eſt: * ſed ſacramentum baptiſmi confertur homini in toto corpore. ergo hoc ſacramentum non debet conferri ſolum in fronte.

Inf. articul. ad 3. & 4. 7. q. 3. artic. 3. qua. 2. & 4. contra. 60. & quol. 11. art. 7. cor. & Ro. 1. lect. fi. & cap. 10. lec. 2. cora. Q. 65. art. 4. Art. 2. huius q.

¶ 2 Præt. Hoc ſacramentum datur ad robur ſpirituale, ut ſupra dictum eſt: † ſed ſpirituale robur maxime conſiſtit in corde. ergo hoc ſacramentum magis debet conferri ſupra cor, quàm in fronte.

¶ 3 Præter. Hoc ſacramentum datur homini ad hoc, quòd libere fidem Chriſti confiteatur: ſed ore fit confeſſio ad ſalutem, ut dicitur Roma. 10. ergo H hoc ſacramentum magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

SED CONTRA eſt, quòd Rabanus dicit* in lib. de inſtitutione clericorũ, ſignatur baptizatus chriſmate in ſummitate capitis per ſacerdotem: per pontificem uero in fronte.

Lib. 1. c. 30. circa prin.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt) in hoc ſacramento homo accipit ſpiritumſanctum ad robur ſpiritualis pugnæ, ut fortiter etiam inter aduerſarios fidei, Chriſti fidem confiteatur: unde conuenienter ſignatur chriſmate ſigno crucis in fronte propter duo. Primo quidem, quia inſignitur ſigno crucis, ſicut miles ſigno ducis, quod quidem debet eſſe euidens & manifeſtũ: I inter omnia autem loca corporis humani, maxime frons manifeſta eſt, quæ quaſi numquam obtegitur. & ideo linitur confirmatus chriſmate in fronte, ut in manifeſto demonſtraret ſe eſſe Chriſtianũ: ſicut & apoſtoli poſt acceptum Spiritumſanctum ſe manifeſtauerunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundo, quia aliquis impeditur a libera confeſſione nominis Chriſti, propter duo, ſcilicet propter timorem & propter verecundiam: utriuſque autem horum ſignum maxime manifeſtatur in fronte propter duo, ſcilicet propter propinquitatem imaginationis, & propter hoc quòd ſpiritus a corde directe ad frontem aſcendunt: vnde verecundati erubeſcunt, timentes autem palleſcunt, ut K dicitur in 4. Ethicor. * & ideo in fronte ſignatur chriſmate, ut neque propter timorem, neque propter erubeſcentiam, nomen Chriſti confiteri prætermittat.

Ar. 1. 2. & 4. huius q.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; per baptiſmum regeneramur ad uitam ſpiritualem, quæ ad totum hominem pertinet: ſed in confirmatione roboramur ad pugnam, cuius ſignum ferendum eſt in fronte, quaſi in euidenti loco.

AD SECVNDVM dicẽdũ, q; principiũ fortitudinis eſt in corde: ſed ſignum apparet in fronte: vnde dr̃ Ezec. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus corũ: & ideo ſacramentũ euchariſtiæ, quo homo

mo in seipso confirmatur, pertinet ad cor, secundū illud psal. 103. Panis cor hominis confirmet: sed ad sacramentum confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios, & ideo exhibetur in fronte. A

Ad tertium dicendum, quòd hoc sacramentum datur ad libere confitendum, non autem ad confitendum simpliciter: quia hoc fit etiam in baptismo, & ideo non debet dari in ore, sed in fronte, vbi apparent signa passionum, quibus libera confessio impeditur.

Articvlvs x.

Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.

4. dist. 7. q. 3. ar. 3. q. 1.

Ad decimvm sic proceditur. Vī, ꝙ ille qui confirmatur, non debeat ab alio teneri ad confirmationem. Hoc enim sacramentum non solum pueris, sed etiam adultis exhibetur. Adulti autem per seipsos stare possunt. ergo ridiculum est, quòd ab alio teneantur. B

¶ 2 Præt. Ille, qui iam est de ecclesia, liberum habet accessum ad ecclesiæ principē, qui est epūs: sed hoc sacramentum (sicut dictum est*) non exhibetur nisi baptizato, qui iam est membrum ecclesiæ. vī ergo, ꝙ non debeat per alium exhiberi episcopo, ad hoc sacramentum recipiendum.

Art. 6 huius q.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum datur ad robur spirituale: quod magis viget in viris, quàm in mulieribus, secundum illud Prouerb. vlt. Mulierem fortem quis inueniet? ergo ad minus mulier non debet tenere uirum ad confirmationem. C

Sed contra est, quòd Inno. Papa* dicit, & habetur in Decret. 39. q. 4. si quis ex coniugio filium aut filiam alterius, de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, &c. ergo sicut requiritur quòd aliquis baptizatum de sacro fonte leuet, ita debet aliquis teneri ad sacramentum confirmationis accipiendum.

Ioan. Bapt. de Tolet. in epist. Hadr. 30. q. 4. cap. Siquis ex rub. Ar. præced.

Respon. Dicendum, quòd (sicut dictum est*) hoc sacramentum exhibetur homini ad robur pugnæ spiritualis: sicut autem aliquis de nouo natus, indiget instructore in his, quæ pertinent ad conseruationem vitæ (secundum illud Heb. 12. patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos) ita illi, qui assumuntur ad pugnam, indigent eruditoribus a quibus instruantur de his, quæ pertinent ad modum certaminis. & ideo in bellis materialibus constituuntur duces & centuriones, per quos alii gubernentur. & propter hoc etiam ille, qui accepit hoc sacramentum, ab alio tenetur, quasi per alium in pugna spirituali erudiendus: similiter etiam, quia per hoc sacramentum confertur homini perfectio spiritualis ætatis (sicut dictum est*) ideo ille, qui ad hoc sacramentum accedit, sustentatur, quasi adhuc spiritualiter imbecillis & puer. D

Art. 4. & 5 huius q.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ licet ille qui confirmatur, sit adultus corporaliter: nondum tamen est adultus spiritualiter. E

Ad secvndvm dicendum, quòd licet baptizatus sit effectus membrum ecclesiæ: nondum tamen est ascriptus militiæ Christianę, & ideo episcopo tamquam duci exercitus, per alium exhibetur iam militiæ Christianæ ascriptum: non enim debet alium ad confirmationem tenere, qui nondū est confirmatus.

Ad tertium dicendum, quòd (sicut dicitur Colos. 3.) in Christo Iesu non est masculus & fœmina, & ideo non differt utrum masculus, uel fœmina teneat aliquem in confirmatione.

Articvlvs xi.

Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit.

Ad vndecimvm sic proceditur. Vī ꝙ non solum episcopus hoc sacramentum conferre possit. Greg.* enim scribens Ianuario episcopo dicit: peruenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, ꝙ presbyteros chrismate tangere eos, qui baptizati sunt, prohibuimus, & nos quidem secundum veterem usum nostræ ecclesiæ fecimus: sed si omnino hac de re aliqui contristantur, vbi episcopi desunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, concedimus: sed illud quod pertinet ad necessitatem sacramentorum, nō est propter uitandum scandalum immutandum. ergo uidetur ꝙ non sit de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

4. dist. 7. q. 3. ar. 1. q. 2. Et dist. 13. q. 1. ar. 1. q. 2. Et dist. 25. q. 1. ar. 1. cor. Et 4. cont. c. 60. Et quol. 10. ar. 7. Lib. 3. epist. 26.

¶ 2 Præt. Sacramentum baptismi videtur maioris efficaciæ, quàm sacramentum cōfirmationis: quia per baptismum fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam, quod non fit in hoc sacramento: sed simplex sacerdos ex suo officio potest tradere sacramentum baptismi, & in necessitate quilibet etiam non ordinatus potest baptizare. ergo non est de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

¶ 3 Præt. Summitas capitis, vbi secundum medicos est locus rationis, s. particularis (quæ dicitur virtus cogitatiua) est nobilior fronte, ubi est locus imaginatiuæ uirtutis: sed simplex sacerdos potest baptizatos vngere chrismate in vertice. ergo multo magis potest eos chrismate signare in fronte, quod pertinet ad hoc sacramentum.

Sed contra est, qđ Euseb. Papa dicit,* Manus impositionis sacramentum magna uenerationē tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus: nec tempore apostolorum ab aliis, quàm ab ipsis apostolis legitur aut scitur peractum esse: nec ab aliis, quàm qui eorum locum tenent, umquam perfici, aut fieri debet: nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuū, nec inter ecclesiastica umquam reputabitur sacramenta. est igitur de necessitate huius sacramenti, quod dicitur sacramentum manus impositionis, quòd ab episcopo tradatur.

Epist. 3. ad episcopos Vrbicum, & habetur de consecr. dist. 5. cā. Manus impositionis.

Respon. Dicendum, quòd in quolibet opere ultima consumatio supremæ arti, aut uirtuti reseruatur: sicut præparatio materiæ pertinet ad inferiores artifices, superior autem dat formam: supremus autem est ad quem pertinet vsus, qui est finis artificiatorum, & epistola, quæ a notario scribitur, a Domino papa signatur. Fideles aūt Christi sunt quoddam diuinum opus (secundū illud 1. ad Cor. 3. Dei ædificatio estis) sunt etiam quasi quædam epistola, spiritu Dei scripta, sicut dicitur secundæ Corinthio. 3. Hoc autem confirmationis sacramentū, est quasi ultima consumatio sacramenti baptismi: ita scilicet quòd per baptismum ædificatur homo in domum spiritualē, & conscribitur quasi quędā spiritualis epistola: sed per sacramentum confirmationis, quasi domus ædificata dedicatur in templū Spiritussancti, & quasi epistola conscripta signatur signo crucis, & ideo collatio huius sacri epūs reseruatur, qui obtinent summam potestatem in ecclesia: sicut & in primitiua ecclesia, per impositionem manus apostolorum, quorum vicem gerunt episcopi, plenitudo Spiritussancti dabatur, ut habe-

tur

Vrbanus 1. in epist. ad omnes Christianos, habetur de consec. dist. 5. ca. Omnes fideles.

tur actuum. 8. vnde Vrbanus Papa * dicit, Omnes fideles, per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debẽt, vt pleni Christiani inueniantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quædam quæ sunt superiorum ordinum, committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregor. * Papa, quòd simplices sacerdotes hoc sacramentũ conferrent, quamdiu scandalum tolleretur.

Lib. 3. epist. 26. in fi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sacramentum baptismi est efficacius quàm hoc sacramentum, quantum ad remotionem mali: eo quòd est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse in esse: hoc autem sacramentum est efficacius ad proficiendum in bono: quia est quoddam spirituale augmentum de esse imperfecto ad esse perfectum, & ideo hoc sacramentum digniori ministro committitur.

Lib. 2. ca. 30. circa principium.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut, * Rabanus dicit in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per pontificem uero in fronte, ut in priori vnctione, significetur super ipsum Spiritussancti descensio ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoque, ut eiusdem Spiritussancti septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis, venire in hominem declaretur. non ergo propter digniorem partem, sed propter potiorem effectum, hæc vnctio episcopis reseruatur.

¶ *Super Quæstionis 72. Ar. duodecimũ.*

4. dist. 7. q. 3. art. 3. q. 2. ad tertium & in expositione literæ.

IN articulo duodecimo, hoc solũ vĩ dicendum, q̃ circa ieiunium tam confirmatoris, q̃ confirmandi, seruanda vĩ cuiusque ecclesiæ cõsuetudo: hoc. n. est de iure positiuo, & in paucis forte ecclesijs seruatur pp causas in litera assegatas, multitudinẽ scilicet confirmãdorũ, quos simul oportet confirmari, & seperatim quandoque propter continuum periculũ incertæ mortis, adiũcta maxima incommoditate habẽdi episcopum ad votum.

Art. 1. huius q. ad 3. & q. 65. ar. 4.

ARTICVLVS XII.

Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

AD DVODECIMVM sic procedi tur. Vĩ q̃ ritus huius sacramenti non sit conueniens. Sacramentum enim baptismi est maioris necessitatis quàm hoc sacramentum, ut supra dictum est: * sed baptismo deputantur certa tempora, scilicet pascha, & pentecostes: ergo etiam huic sacramento aliquod certum tempus debet præfigi.

¶ 2 Præter. Sicut hoc sacramentum requirit deuotionẽ & dantis & recipientis, ita etiam & sacramentum baptismi: sed in sacramento baptismi non requiritur quòd a ieiunis sumatur vel conferatur. ergo uidetur inconuenienter statutum in concilio Aurelianensi, * vt ieiuni ad confirmationem veniant, & in concilio Meldensi, ut episcopi non nisi ieiuni, per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant.

Reseruntur hæc de consec. d. 5. ca. Vt ieiunii. Et vt episc. Arti. 2. huius

¶ 3 Præt. Chrisma est quoddam signum plenitudinis Spiritussancti, vt supra dictum est: * Sed plenitudo Spiritussancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes, vt habetur Act. 2. magis ergo debet chrisma confici, & benedici in festo Pentecostes, quam in cœna Domini.

SED CONTRA est, vsus Ecclesiæ, quæ a Spiritusancto gubernatur.

RESPON. Dicendum, q̃ Dominus Matth. 18. fidelibus suis promisit, dicens, ubi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: & ideo firmiter tenendum est, quòd ordinationes Ecclesiæ dirigantur secundum sapientiam Christi. Et propter hoc certũ esse debet, ritus, quos Ecclesia obseruat in hoc, & in aliis sacramentis esse conuenientes.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut Melchiades Papa * dicit, ita coniuncta sunt hæc duo sacra (scilicet baptismi & confirmationis) vt ab inuicem nisi morte præueniente nullatenus possint segregari, & unum sine altero rite perfici non possit. Et iõ eadem tpa sunt præfixa baptismo solenniter celebrando, & huic sacramento: sed quia hoc sacramentum a solis episcopis datur, qui non sunt semper præsentes, vbi presbyteri baptizant, oportuit quantum ad communem usum, sacramentum confirmationis etiã in alia tempora differri.

In epist. Hispa. ante me. 1. Concil.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ ab illa prohibitione excipiuntur infimi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis * concilii legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter pericula imminentia, sustinetur vt hoc sacramentum (quod non nisi ab episcopis dari potest) etiam a non ieiunis [d] detur uel accipiatur: quia unus episcopus præcipue in magna diœcesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos, si eis tempus arctaretur: vbi tamen congrue obseruari potest, conuenientius est vt a ieiunis detur & accipiatur.

Vt patet 3. conse. d. 5. ca. vt episc.

D. 380.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut ex concilio Martini papæ * habetur; omni tpe licebat chrisma conficere: sed quia solennis baptismus, ad quem requiritur vsus chrismatis, in vigilia paschæ celebratur; congrue ordinatum est, ut per biduum ante ab episcopo chrisma benedicatur, ut possit per diœcesim destinari. Dies etiam ille satis congruit ad materias sacramentorum benedicendas, in quo fuit eucharistiæ sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur, sicut supra dictum est. *

Habetur 3. conse. dist. 1. c. Omni tempore.

Q. 65. ar. 3.

QVAESTIO LXXIII.

De sacramento eucharistiæ secundum se, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento eucharistiæ. Et primo de ipso sacramẽto. Secundo de materia. Tertio de forma. Quarto de effectibus. Quinto de recipientibus hoc sacramentum. Sexto de ministro. Septimo de ritu.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum eucharistia sit sacramentum.

¶ Secundò, Vtrum sit unum uel plura.

¶ Tertiò, Vtrum sit de necessitate salutis.

¶ Quartò, de nominibus eius.

¶ Quinto, De institutione ipsius.

¶ Sextò, de figuris eius.

¶ *Super Quæstionis 73. Art. primum.*

IN articulo primo notandum occurrit in responsione ad tertium, quòd duarum differentiarum, quæ ibi enarrantur inter eucharistiam, & alia sacramenta habentia materiam sensibilem (quod propter pœnitentiam, & matrimonium dicitur) secunda differentia sumit gratiam non solum secundum seipsam, sed secundum suum effectum, qui est vnitas corporis Christi mystici: ita quòd cum audis sacramenti eucharistiæ rem tantum esse gratiam, susceptionem autem vnitatem ecclesiæ, aut corpus Christi mysticum, non diuersa intelligas: qm hæc oia nihil aliud sunt quam gratia Dei in suis fidelibus.

AR-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Eucharistia sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ eucharistia non sit sacramētum. Ad idem enim nō debēt ordinari duo sacramenta: quia unumquodque sacramentum efficax est ad suum effectum ꝓducendum. Cum ergo ad perfectionem ordinetur & cōfirmatio & eucharistia (ut dicit Dion.* 4.c. Eccle.hier.) videtur eucharistia non esse sacramentū, eum confirmatio sit sacramentum, ut prius habitum est. †

¶ 2 Præt. In quolibet sacramento nouæ legis id, qđ risibiliter subiicitur sensui, efficit inuisibilem effectū sacramenti: sicut ablutio aquæ, causat & characterem baptismalem, & ablutionem spiritualem, sicut supra dictū est.* Sed species panis & uini, quæ subiiciuntur sensui in hoc sacramento, non efficiūt neq; ipsum corpus Christi uerum, quod est res & sacramentum, neque corpus mysticum, quod est res tantum in eucharistia. ergo uidetur quòd eucharistia non sit sacramentum nouæ legis.

¶ 3 Præt Sacramenta nouæ legis habentia materiā in usu materię perficiuntur: sicut baptismus in ablutione, & confirmatio in chrismatis consignatione. si ergo eucharistia sit sacramentum, perficeretur in usu materiæ, non in consecratione ipsius materiæ. qđ patet esse falsum: quia forma huius sacramenti, sunt verba quæ in consecratione materię dīr, ut infra patebit.* ergo eucharistia non est sacramentū.

SED CONTRA est, ꝙ in collecta dicitur, hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam.

RESPON. Dicendum, ꝙ sacramenta ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in uita spūali: uita autem spiritualis, uitæ corporali conformatur eo quòd corporalia, spiritualium similitudinē gerunt: manifestum est autem, quòd sicut ad uitam corporalem requiritur generatio, per quam homo uitam accipit, & augmentum, quo homo perducitur ad perfectionem uitæ, ita etiam requiritur alimentum quo homo conseruatur in uita, & ideo sicut ad uitam spiritualem oportuit esse baptismum, qui est spiritualis generatio, & confirmationē, quæ est spirituale augmentum, ita oportuit esse sacramentum eucharistiæ, quod est spirituale alimentū.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ duplex est perfectio: una quæ est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentū, & talis perfectio competit confirmationi: alia autem est perfectio, quam homo consequitur ex adiunctione alicuius extrinseci, hominem conseruantis: puta ex adiunctione cibi, uel indumenti, uel alicuius huiusmodi, & talis perfectio cōpetit Eucharistiæ, quę est spiritualis refectio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ aqua baptismi nō causat aliquem spiritualem effectum propter ipsam aquam, sed propter uirtutem Spiritussancti in aqua existentem: vnde Chrysost.* dicit super illud Ioan. 5. Angelus Domini secundum tempus, &c. In baptizatis nō simpliciter aqua operatur: sed cum Spiritussancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata: sicut autem se habet virtus Spiritussancti ad aquam baptismi, ita se habet corpus Christi verum ad species panis & uini: vnde species panis & uini non efficiunt aliquid, nisi uirtute corporis Christi ueri.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sacrum dr ex eo ꝙ continet aliquid sacrum: pōt aūt aliquid esse sacrum dupliciter, s. absolute, & in ordine ad aliud: hæc autem est differentia inter Eucharistiam & alia sacramenta habentia materiam sensibilem, ꝙ Eucharistia continet aliquid sacrum absolute, scilicet ipsum Christum, aqua uero baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, scilicet uirtutem ad sanctificandum, & eadem ratio est de chrismate & similibus. Et ideo sacramentum Eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia uero sacramenta perficiuntur in applicatione materiæ ad hominem sanctificandum. Et ex hoc etiam consequitur alia differentia. nam in sacramento Eucharistiæ id, quod est res & sacramentū, est in ipsa materia: id autem quod est res tantum, est in susscipiente, scilicet gratia quæ confertur: in baptismo autem utrumque est in suscipiente, scilicet & character, qui est res & sacramentum, & gratia remissionis peccatorum, quæ est res tantum, & eadem ratio est de aliis sacramentis.

ARTICVLVS II.

Vtrum hoc sacramentum sit unum vel plura.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Eucharistia non sit unum sacramentum, sed plura. Dicitur enim in collecta, purificent nos domine sacramēta, quæ sumpsimus: quod quidem dicitur propter Eucharistię susceptionem. ergo Eucharistia non est unum sacramentum, sed plura.

¶ 2 Præt. Impossibile est multiplicato genere, non multiplicari speciem, sicut ꝙ vnus homo sit plura animalia: sed signum est genus sacramenti, vt supra dictū est.* Cum igitur in Eucharistia sint plura signa, scilicet panis & uinum, videtur consequens esse, quòd sint plura sacramenta.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentū conficitur in cōsecratione materię, sicut dictum est:* sed in hoc sacramento est duplex materiæ consecratio. ergo est duplex sacramentum.

SED CONTRA est, quòd Apost. dicit 1. Corinth. 10. Vnus panis & unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane & de uno calice participamus. ex quo patet, quòd Eucharistia est sacramentum Ecclesiasticæ unitatis: sed sacramentum similitudinem gerit rei, cuius est sacramentum. ergo Eucharistia est unum sacramentum.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut dicitur 5. Metaphys.* vnum dicitur, non solum quod est indiuisibile, uel quod est cōtinuum, sed etiam quod est perfectum: sicut dr una domus, & vnus homo. est autem unum in perfectione, ad cuius integritatē concurrunt oīa, quæ requiruntur ad

¶ *Super Quæstionis 73. Articulum secundum.*

IN secundo articu. aduerte sacramentum Eucharistiæ dici multa materialiter, non ea ratione quòd multitudo in eo sit pure materialis (quoniam partes eius habent suas proprias materias, ut patet de hostia & calice: sunt enim uel partes heterogeneæ) sed quia huiusmodi multa se habent ut integrantia vnum, quod est refectio spiritualis: a cuius formali vnitate vnum sacramentum dicitur Eucharistia: significans & corpus & sanguinem Christi sub specie cibi & potus. Quocirca non est huic requirenda res aliqua extrinseca, quæ integretur velut quædam tertia res ex corpore & sanguine Christi sub speciebus panis & uini, sicut domus integratur ex suis partibus: sed ad finem respicere dum est, & ex unitate finis proprii, qui est spiritualis refectio, unitas sumitur sacramenti: sicut ex vnitate rectionis corporalis sumitur vnitas prandii aut cœnæ. Nec ista significatio per accidens se habet ad huius sacramenti rationem. nam corpus sub specie cibi, & sanguis sub specie potus, significant pasci & potari: ac per hoc vtrumque simul, uelut perfectum alimentum signum est totale perfectiæ refectionis spiritualis.

Infr. q. 78. ar. 6. ad 2. Et 4. dist. 8. q. 1. ar. 1. q. 2.

Q. 60. arti. 1.

Ar. præced.

Li. 5. meta. 2 tex. 9. vsque ad 12. to. 3.

finem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

finem eiusdem: sicut homo integratur ex omnibus membris necessarijs ad operationem animæ, & domus integratur ex omnibus partibus, quæ sunt necessariæ ad inhabitandum, & sic hoc sacramentum dicitur unum. Ordinatur enim ad spiritualem refectionem, quæ corporali conformatur: ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est alimentum siccum, & potus, qui est alimentum humidum. Et ideo etiam ad integritatem huius sacramenti duo concurrunt, scilicet spiritualis cibus, & spiritualis potus, secundum illud Ioan. 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. ergo hoc sacramentum multa quidem est materialiter, sed vnum formaliter & perfectiue.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eadem collecta, & pluraliter dicitur primo, purificent nos sacramenta quæ sumpsimus: & postea singulariter subditur: hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, ad ostendendum, quòd hoc sacramentum quodammodo est multa: simpliciter autem vnum.

AD SECVNDVM dicendum, quòd panis, & vinum materialiter quidem sunt plura signa: formaliter uero, & perfectiue unum, inquantum ex eis perficitur vna refectio.

AD TERTIVM dicendum, quòd ex hoc quòd est duplex consecratio materiæ huius sacramenti, non potest plus haberi, nisi quòd hoc sacramentum materialiter est multa, ut dictum est. *

In corp. ar.

¶ *Super Quæstionis 73. Articulum tertium.*

Inf. q. 80. ar. 11. Et 4. d. 9. art. 1. q. 2. & dist. 12. q. 3. ar. 2. q. 1. Et Io. 6. lect. 7.

TItulus vt sonat. ¶ In corpore primo distinctio ponitur bimembris: secundo respondetur quæ sito, iuxta vtrumque membrum. Distinctio est. Duo sunt in sacramento Eucharistiæ, scilicet sacramentum, & res sacramenti. Responsio consistit in tribus conclusionibus: quarum duæ primæ ad secundum membrum, tertia autem ad primum spectat distinctionis membrum. Prima conclusio est: sacramentum Eucharistiæ quo ad rem sacramenti est de necessitate salutis. Probatur, Res sacramenti est vnitas corporis Christi mystici, sine qua non potest esse salus. ergo. Antecedens pro secunda parte declaratur ex similitudine ecclesiæ ad arcam Noe, & similitudo probatur auctoritate Petri Apostoli. Secunda conclusio est. Ante perceptionem sacramenti eucharistiæ, potest haberi res sacramenti eucharistiæ, ac per hoc salus. Pro-

ARTICVLVS III.

Vtrum Eucharistia sit de necessitate salutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum sit de necessitate salutis. Dicit enim Dominus Io. 6. Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in vobis: sed in hoc sacramento manducatur caro Christi, & bibitur sanguis eius. ergo sine hoc sacramento non potest homo habere salutem spiritualis uitæ.

¶ 2 Præter. Hoc sacramentum est quoddam spirituale alimentum: sed alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis. ergo etiam hoc sacramentum est de necessitate spiritualis salutis.

¶ 3 Præt. Sicut baptismus est sacramentum dominicæ passionis, sine qua non est salus, ita & Eucharistia: dicit enim Apostolus 1. Corinth. 11. Quotiescumque manducaueritis panē hunc, & calicem biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. ergo sicut baptismus est de necessitate salutis, ita etiam hoc sacramentum.

SED CONTRA est, quòd Aug. scribit Bonifacio cōtra pelagianos, * Nec illud cogitetis, paruulos viram habere non posse, qui sunt expertes corporis, & sanguinis Christi.

RESPON. Dicendum, quòd in hoc sacramento duo est considerare, scilicet ipsum sacramētum, & rem sacramenti: dictum est autem, quòd res huius sacramenti est unitas corporis mystici, sine qua non potest esse salus: nulli enim patet aditus salutis extra Ecclesiam, sicut nec in diluuio absque arca Noe, quæ significat Ecclesiam, ut habetur 1. Petri. 3. dictum est * autem supra, quòd res alicuius sacramenti haberi potest ante perceptionem sacramenti, ex ipso voto sacramenti percipiendi: vnde ante perceptionem huius sacramēti, potest homo habere salutem ex uoto percipiendi hoc sacramentum: sicut & ante baptismū ex uoto baptismi, vt supra dictū est. * Est tñ differentia quantum ad duo. Primo quidem, quia baptismus est principium spiritualis uitæ, & ianua sacramentorū: Eucharistia uero est quasi consumatio spiritualis uitæ, & omniū sacramentorum finis (vt supra dictum est*) per sanctificationes enim omnium sacramētorum, fit præparatio ad susciendam uel cōsecrandam Eucharistiam. Et ideo perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualem uitam, perceptio autem Eucharistię est necessaria ad consummandam ipsam: nō ad hoc q̄ simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in uoto, sicut & finis habetur in desiderio, & intentione. Alia differētia est: quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, & ideo ex hoc ipso q̄ pueri baptizantur, ordinantur per Ecclesiam ad Eucharistiam, & sic, sicut ex fide Ecclesiæ credunt, sic ex intentione Ecclesiæ desiderant Eucharistiā, & per cōsequens recipiunt rem ipsius: sed ad baptismum non ordinantur per aliud præcedens sacramentum, & ideo ante susceptionem baptismi, non habent pueri aliquo modo baptismum in voto, sed soli adulti, unde rem sacramenti non possunt percipere sine perceptione sacramenti: & ideo hoc sacramentum non hoc modo est de necessitate salutis, sicut baptismus.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ sicut Aug. * dicit, exponens illud verbum Io. Hunc cibum, & potum, s. carnis suæ, & sanguinis societatem vult intelligi corporis dupliciter: primo ex uniuersali regula, Ex uoto sacramenti potest haberi res sacramenti: secundo ex simili accidente in baptismo. Tertia conclusio est. Sacramentum eucharistię non hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus. Probatur dupliciter: ex duplici scilicet dissimilitudine eucharistiæ ad baptismum. Prima cōsistit in hoc, q̄ perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spiritualē: perceptio uero eucharistiæ est necessaria ad consummandā vitam spiritualem. ergo ille est necessarius vt principium, hæc ut finis. s. in voto. secunda consistit in hoc, baptismus non pōt haberi in voto per aliud sacrm. eucharistia pōt haberi in uoto per aliud sacrm. ergo pueri nō possunt habere rem sacramenti baptismi sine perceptione sacramenti baptismi: possunt autem habere rem sacramenti eucharistiæ absque perceptione sacramenti eucharistiæ.

Lib. 4. duas ep. Pelag. in med.

Referur de cons. dist. 4. c. mali.

Q. 68. ar. 2.

Q. 68. ar. 2.

Q. 65. art. 3.

¶ Aduerte hic primo, q̄ harum rationum prima (quæ attendit penes differentiā inter habere se ut principium, & habere se vt finis) ad hoc, tendit, q̄ baptismus suapte natura est necessarius secundū actualē ipsius exhibitionem: qm̄ principium secundum ordinem generationis debet esse secundum rē in esse reali exteriori. Eucharistia uero suapte natura est necessaria secūdum votū: quia finis saluatur secundū esse in intentione, ita q̄ quasi dicit, quòd baptismus per se saluat secundum eius perceptionem, & per accidens ut in uoto. Eucharistia autem non solum per se saluat consumando salutē secundum ipsius perceptionem, sed ēt per se saluat, ut in uoto: quia ille principij, hæc finis rationem habet.

¶ Aduerte secundo, q̄ secunda ratio penes modum habendi rem sacri attenditur, dū baptismi res dupliciter tantū haberi posse

Trac. 26. Io. tom.

posse dr. ſ. vel percipiendo ſacramentū, vel per votum proprium. res autem eucharistiæ potest tripliciter haberi, vel percipiendo ſacramētum, vel per uotum proprium, uel per antecedens ſacramentum. Et hic vltimus modus habendi vocatur per quandam accomodationem habere rem ſacramenti eucharistiæ per votū eccleſiæ: ſicut fides patrorum vocatur fides Eccleſiæ. Sequendo autem proprietatem ſermonis. vocatur habere rem eucharistiæ in ſui initio: quoniam ſacramentum baptiſmi initiū eſt ſpiritualis uitę.

¶ Aduerte tertio, ꝙ in littera non reſpondetur quæſito ſimpliciter & abſolute, an ſacramentum euchariſtiæ ſit neceſſarium ad ſalutem: nam licet diſtinguatur, & quo ad rem ſacramenti, reſpondeatur abſolute, ꝙ eſt neceſſarium ad ſalutem, tamen quo ad ſacramentū non reſponderetur ſimpliciter & abſolute, ſed dicitur ꝙ non eſt neceſſarium ſicut baptiſmus. Verum, ſi perſpicacius reſponſio hæc fuerit conſiderata, continet reſponſionem abſolute etiam de ipſo ſacramento euchariſtiæ, nam ex hoc ipſo ꝙ ſacramentum euchariſtiæ non eſt ad ſalutem neceſſariū ſicut ſacramentum baptiſmi, manifeſte habetur ꝙ ſimpliciter & abſolute loquendo, non eſt neceſſarium ad ſalutem. Et hoc atteſtatur paruulorum ſalus quibus ſine baptiſmi ſacramento non eſt ſalus, & cum ſolo baptiſmi ſacramento datur ſalus æterna.

¶ Aduerte quarto, ꝙ inferius in quæſtione octageſima tractandum eſt de communione infantium baptizatorum, an licita ſit, vbi etiam an debita eiſdem ſit, diſcutietur, & ideo nunc pertranſimus.

¶ N quarto, quinto, & ſexto articulis, nihil occurrit ſcribendum.

poris & membrorum ſuorum, A quod eſt Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glorificatis ſanctis, & fidelibus eius: vſi ſicut ipſe dicit in Epiſt.* ad Bonifacium, nulli eſt aliquatenus ambigendum, tunc vnūquemque fidelium corporis ſanguiniſque Domini participem fieri, quando in baptiſmate mēbrum corporis Chriſti efficitur, nec alienari ab illius panis caliciſque conſortio, etiam ſi antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc ſæculo in B vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ hęc eſt differentia inter alimētum corporale & ſpirituale, ꝙ alimentum corporale conuertitur in ſubſtantiam eius, qui nutritur, & ideo non poteſt homini valere ad uitæ conſeruationē alimentum corporale, niſi realiter ſumatur: ſed alimentum ſpirituale conuertit hominem in ſeipſum, ſecundum illud, quod C Auguſt.* dicit in lib. Confeſ. ꝙ quaſi audiuit vocem Chriſti dicentis ſibi, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me: poteſt autem aliquis in Chriſtum mutari, & ei incorporari uoto mentis, etiam ſine huius ſacramēti perceptione, & ideo non eſt ſimile.

Ad tertivm dicendum, ꝙ baptiſmus eſt ſacramētum mortis, & paſſionis Chriſti prout homo regeneratur in Chriſto uirtute paſſionis eius: ſed Euchariſtia eſt ſacramentum paſſionis D Chriſti, prout homo perficitur in vnione ad Chriſtum paſſum: vnde ſicut baptiſmus dicitur ſacramentum fidei, quę eſt fundamentum ſpiritualis uitæ, ita euchariſtia dr̄ ſacramentum charitatis, quæ eſt vinculum perfectionis, vt dicitur Col. 3.

Articvlvs IIII.

Vtrum conuenienter hoc ſacramentum pluribus nominibus nominetur.

Ad qvartvm ſic procedit: E Vt ꝙ inconuenienter hoc ſacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina, n. debent reſpondere rebus: ſed hoc ſacramentum eſt unum, ut dictum eſt.* ergo non debet pluribus nominibus nominari.

¶ 2 Præt. Species non notificatur conuenienter per id, quod eſt commune toti generi: ſed euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis: omnibus autem ſacramentis commune eſt, ꝙ in eis confertur gratia: quod ſignificat nomen euchariſtiæ, quod eſt idem, quod bona gratia, omnia etiam ſacramenta remedium nobis afferunt in uia præſentis uitæ, quod pertinet ad rationem viatici, in omnibus ēt ſacramentis fit aliquid ſacrum, quod pertinet ad rationem ſacrificij. Et per omnia ſacramenta ſibi inuicem communicant fideles: quod ſignificat hoc nomen ſynaxis in Græco, uel communio in Latino. ergo hæc nomina non conuenienter adaptantur huic ſacramento.

¶ 3 Præt. Hoſtia videtur eſſe idem quod ſacrificiū. ſicut ergo non proprie dicitur ſacrificium, ita nec proprie dicitur hoſtia.

Sed contra eſt, ꝙ vſus fidelium habet.

Respon. Dicendum, ꝙ hoc ſacramentum habet triplicem ſignificationem: vnam quidem reſpectu præteriti, inquantum ſcilicet eſt commemoratiuum dominicæ paſſionis, quæ fuit verum ſacrificium, vt ſupra dictum eſt,* & ſecundum hoc nominatur ſacrificium. Aliam autem ſignificationē habet, reſpectu rei præſentis. ſ. Eccleſiaſticę vnitatis, cui homines aggregantur per hoc ſacramentum, & ſecundum hoc nominatur communio vel ſynaxis: dicit. n. Dam.* 4. lib. ꝙ dicitur communio, quia communicamus per ipſam Chriſto, & quia participamus eius carne & deitate, & quia communicamus & vnimur adinuicem per ipſam. Tertiam ſignificationē habet reſpectu futuri, inquantum. ſ. hoc ſacramentum eſt præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit in patria, & ſecūdum hoc dicitur viaticum, quia hic præbet nobis uiam illuc perueniendi, & ſecundum hoc etiam dicitur Euchariſtia, id eſt bona gratia, quia gratia Dei vita æterna (vt dicitur Ro. 6.) uel quia realiter continet Chriſtum, qui eſt plenus gratia. Dicitur ēt in Græco metalepſis, ideſt aſſumptio, quia ut Damaſ.* dicit, per hoc filij deitatem aſſumimus.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, ſecundū diuerſas proprietates uel effectus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ id, quod eſt commune omnibus ſacramentis, attribuitur antonomaſice ei, propter eius excellentiam.

Ad tertivm dicendum, ꝙ hoc ſacramentum dicitur ſacrificium, inquantum repræſentat ipſam paſſionem Chriſti. Dicitur autem hoſtia, inquantum continet ipſum Chriſtū̃, qui eſt hoſtia ſalutaris, ut dicitur Epheſ. 5.

Articvlvs V.

Vtrum inſtitutio huius ſacramenti fuerit conueniens.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens inſtitutio huius ſacramenti. Vt enim Philoſophus* dicit in 2. de Generatione, ex eiſdem nutrimur, ex quibus ſumus: ſed per baptiſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio, accipimus eſſe ſpirituale, vt Dionyſi. † dicit 2. c. Eccleſ. hierar. ergo per baptiſmum etiam nutrimur. non ergo fuit neceſſarium inſtituere hoc ſacramentum, quaſi ſpirituale nutrimentum.

¶ 2 Præt. Per hoc ſacramentum homines Chriſto vniuntur, ſicut membra capiti: ſed Chriſtus eſt caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, vt ſupra dictum eſt.* ergo non debuit inſtitutio huius ſacramenti differri uſque ad cœnam Domini.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramētum dr̄ eſſe memoriale dominicæ

Referur de conſecr. d. 4. c. nulli.

Ioan. 6. conf. c. 1. num. 100.

D. 6. 1.

Infra. q. 80. a. 2. ad 1. et 4. d. 6. q. 2. a. 1. q. 3.

Art. 1. huius quæſt.

Infr. q. 74. ar. 4. co. Et ad 1. Et q. 80. ar. 8. ad 1. Et 4. diſt. 8. q. 1. arti. 3. & 1. cor. 11. lect. 4. Et lect. 5.

Li. 2. tex. 50. tom. 2.

† cap. 2. eccl. hier. par. 1. a medio.

Quæſt. 8.

Q. 48. art. 3.

Lib. 4. orth. fid. cap. 4. a med.

Lib. 4. orth. fid. c. 14.

minicæ passionis, secundum illud Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: sed memoria est præteritorum. ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

¶ 4 Præt. Per baptismum aliquis ordinatur ad eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet: sed baptismus institutus fuit post Christi passionem & resurrectionem, ut patet Matth. vltimo. ergo inconuenienter hoc sacramentum fuit ante passionem Christi institutum.

SED CONTRA est, q̃ hoc sacramentum est institutum a Christo, de quo dicitur Marci. 7. Bene omnia fecit.

RESPON. Dicendum, q̃ conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in cœna, in qua scilicet Christus ultimo, cum suis discipulis fuit conuersatus. Primo quidem, ratione continentiæ huius sacramenti: continetur enim ipse Christus in eucharistia sicut in sacramento. Et ideo quãdo ipse Christus in propria specie a discipulis discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit, sicut in absentia imperatoris exhibetur veneranda eius imago: vnde Eusebius emissenus * dicit, quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, necesse erat ut die cenæ sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium; quod semel offerebatur in pretium. secundo, quia sine fide passionis Christi numquam potuit esse salus, secundum illud Ro. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, & ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid repræsentatiuum dominicæ passionis: cuius in veteri quidem testamento præcipuum sacramentum erat agnus paschalis, vnde & Apostolus dicit 1. Corint. 5. pascha nostrum immolatus est Christus. Successit autem ei in nouo testamento eucharistiæ sacramentum, quod est rememoratiuum præteritæ passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuũ futuræ: & ideo conueniens fuit vt imminente passione, celebrato priori sacramento, nouum sacramentum institueret. vnde Leo * papa dicit, q̃, vt umbræ cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur, impletur. tertio, quia ea quæ vltimo dicuntur, maxime ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur: præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos: ea vero, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur. quia igitur (vt beatus Alexand. * papa dicit) nihil in sacrificiis maius esse põt q̃ corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, ideo vt in maiori veneratione haberet, Dñs in vltimo discessu suo a discipulis, hoc sacr̃m instituit. Et hoc est quod Aug. † dicit in lib. responsionum ad Ianuarium, Saluator, quo vehementius cõmendaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, a quibus ad passionem digressurus erat.

Habetur de con. d. 4. ca. Quia corpus assumptum Ho. 4. in pascha. Domini non longe a princ.

In sent. 7. de passione Domini, inter principium & medium.

Alex. 1. in epist. ad omnes orthod. a med. illius to. 1. concil.

In epist. 118. c. 6. a med. tom. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, nõ tamen eodem modo nobis aduenientibus. nam ea, ex quibus sumus, nobis adueniunt per generationem: eadem autem in quantum ex eis nutrimur, nobis adueniunt per manducationem. vnde & sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per eucharistiam manducamus Christum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ eucharistia est sacramentum perfectum dominicæ passionis, tanq̃ continens ipsum Christum passum, & ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, quæ erant tantum præfiguratiua dominicæ passionis.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sacr̃m istud fuit institutum in cœna, ut in futurũ esset memoriale dominicæ passionis, ea perfecta: vnde signanter dicit, hæc quotiescumq; feceritis, de futuro loquens.

AD QVARTVM dicendum, q̃ institutio respondet ordini intentionis. Sacramentum autem eucharistiæ, quamuis sit posterius baptismo in perceptione, est tamen prius in intentione. & ideo debuit prius institui. vel potest dici, quòd baptismus iam erat aliqualiter institutus in ipso Christi baptismo: vnde & iam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, vt legitur Ioan. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum agnus paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd agnus paschalis non fuerit præcipua figura huius sacramenti: Christus enim dicitur sacerdos secundũ ordinem Melchisedech, propter hoc quòd Melchisedech gessit figuram sacrificij Christi, offerens panem & uinum: sed expressio similitudinis facit, q̃ vnum ab alio denominetur. ergo vr̃ q̃ oblatio Melchisedech, fuerit potissima figura huius sacramẽti.

Infr. qu. 83. ar. 10. ad 2. cundum, et 4. d. 8. q. 1. a. 2. et d. 12. q. 3. art. 1. q. 3. ad primum.

¶ 2 Præt. Transitus maris rubri fuit figura baptismi, secũdum illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati sunt in nube & in mari: sed immolatio agni paschalis præcessit transitum maris rubri, quem subsecutũ est manna, sicut eucharistia sequitur baptismum. ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quàm agnus paschalis,

¶ 3 Præt. Potissima uirtus huius sacramenti est, quòd introducit nos in regnum cælorum, sicut quoddam viaticum: sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiationis, quando pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum, sicut Apostolus probat ad Hebræo. 9. ergo videtur q̃ illud sacrificium fuerit expressior figura huius sacramenti, quàm agnus paschalis.

SED CONTRA est, q̃ apostolus dicit 1. Cor. 5. pascha nostrum immolatus est Christus. itaq; epulemur in azymis synceritatis & ueritatis.

RESPON. Dicendum, q̃ in hoc sacramento tria considerare possumus, scilicet id, quod est sacr̃m tantum, quod est panis & uinum, & id quod est res & sacramentum, s. corpus Christi uerum, & quod est res tantum. s. effectus huius sacramenti, quantũ igitur ad id, quod est sacr̃m tantum, potissima figura fuit huius sacramẽti oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & uinum. Quantũ autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramẽto, figuræ eius fuerunt omnia sacrificia ueteris testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennissimum: quantum aũt ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnis saporis suauitatem (vt dr̃ Sapient. 16.) sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia reficit mentem: sed agnus paschalis quantũ ad hæc tria, præfigurabat hoc sacramentum: quantum enim ad primum, quia manducabatur cũ panibus azymis, s̃m illud exod. 12. edent carnes, & azymos panes: quantum uero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorũ Israel quartadecima luna,

quod

quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dr agnus: quantum uero ad effectum, quia p sanguinē agni paschalis protecti sunt filij Israel à deuastante angelo, & educti de ægyptiaca seruitute. & quantum ad hoc ponitur p̄cipua figura huius sacr̄i agnus paschalis: quia fm omnia ipsum repr̄sentat. & per hæc patet rn̄sio ad obiecta.

¶ *Super Quæstionis 74. Artic. primum.*

IN ar. 1. in rn̄sione ad fm, habes q̄d sequitur. Auctor de ca su illo, si alicubi nō inuen retur vinum, an esset solus panis consecrandus: tenet enim partem negatiuam, eo q̄ perfectio sacramenti p̄ponenda est reliquis necessitatibus. vnde & inferius etiam dicetur, quòd perfectio sacramenti tantr est necessitatis, vt etiam bis in eadē missa quandoque oporteat sumere corpus Christi.

QVAESTIO LXXIIII.

De materia eucharistiæ quantum ad speciem, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de materia huius sacramenti. Et primo, de specie materiæ. secundo, de cōuersione panis & uini in corp⁹ Christi. tertio, de modo existē di corpus Christi in hoc sacr̄o. quarto, de accidentib. panis & uini, quę in hoc sacr̄o remanēt. CIRCA primū quæruntur octo. ¶ Primò, Vtrum panis & uinū sint materia huius sacramenti. ¶ Secundò, Vtrum ad materiā huius sacramenti, requiratur determinata quantitas. ¶ Tertiò, Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus. ¶ Quartò, Vtrū sit panis azymus, uel fermētatus. ¶ Quintò, Vtrum materia sacr̄i sit vinū de uite. ¶ Sextò, Vtrum sit admiscenda aqua. ¶ Septimò, Vtrū aqua sit de necessitate hui⁹ sacr̄i. ¶ Octauò, de quantitate aquæ, quæ apponitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & uinum.

4.dist.11.q.2. ar.1.q.1. & 3. & 6. & 2. Cor. 11. lect. 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ materia huius sacramenti non sit panis & uinū. hoc enim sacramentum perfectius debet repræsentare passionem Christi, quàm sacramenta ueteris legis: sed carnes animalium, quæ erant materiæ sacramentorum ueteris legis, expressius repr̄sentant passionem Christi, quàm panis & vinum. ergo materia huius sacramenti magis debet esse carnes animalium, quàm panis & uinum.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum est vbique celebrandum: sed in multis terris non inuenitur panis, & in aliquibus non inuenitur uinum. ergo panis & uinum non sunt conueniens materia huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Hoc sacramentum competit sanis & infirmis: sed uinum nocet quibusdam infirmis. ergo uidetur, quòd uinum non debeat esse materia huius sacramenti.

Alex. 3. p. q. 66. mem. 2. ar. 2. Conclu.

SED CONTRA est, quod Alex. * Papa dicit, In sacramentorum oblationibus panis tantum, & uinum aqua permistum, in sacrificium offerantur.

Lib. de hæres. cap. ult. 106.

RESPON. Dicendum, quòd circa materiam huius sacramenti aliqui multipliciter errauerunt; quidam enim, qui dicūtur Artotyritæ (ut Aug. * dicit in lib. de hæresibus) offerunt panem & casium in hoc sacramento, dicentes, à primis hominibus oblationes de fructibus terr̄, & ouium fuisse celebratas. Alij uero, scilicet Cataphrygæ, & Pepuziani, de infantis sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde facientes. quidā uero, qui dicuntur aquarij, aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramento offerunt. Omnes autem hi errores & similes excluduntur per hoc, q̄ Christus hoc sacramentū sub specie panis & uini instituit, ut patet Matth. 26. vn de panis, & uinum sunt materia conueniens huiusmodi sacramenti: & hoc rationabiliter. primo quidem, quantum ad usum huius sacramēti, qui est manducatio. sicut enim aqua assumitur in sacramēto baptismi ad usum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablutio communiter fit in aqua, ita panis & uinum, quibus communius homines reficiuntur, assumūtur in hoc sacramento ad usū spiritualis manducationis. Secundo, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis est à corpore separatus: & ideo in hoc sacramēto, quod est memoriale dominicæ passionis, seorsum sumitur panis, ut sacramentum corporis, & uinum, ut sacramentum sanguinis. Tertio, quantum ad effectum cōsideratū in unoquoq; sumētiū: quia ut Amb.* dicit super epistolam ad Cor. hoc sacramentum ualet ad tuitionem animæ & corporis. & ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis uero sub specie uini pro salute animæ offertur, sicut dicitur Leu. 17. quòd anima carnis in sanguine est. Quarto, quantum ad effectum respectu totius eccles̄iæ, quæ constituitur ex diuersis fidelib. sicut panis conficitur ex diuersis granis, & uinū fluit ex diuersis vuis, ut dicit* gl. sup illud primæ Cor. 10. Multi unum corpus sumus, &c.

1. ad Cor. 11. super illud, hoc poculū nouum testamentum est, to 5.

Id habet Beda in hunc locū ex Aug. to. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ licet carnes animalium occisorum expressius repr̄sentent Christi passionem: tamen minus competunt ad communem usum huius sacramenti, & ad eccles̄iasticam unitatem significandam.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ licet non in omnibus terris nascatur triticum uel uinum: tamen de facili, ad omnes terras deferri potest, quantum sufficit ad usum huius sacramēti: nec propter defectum alterius est, unum tm̄ sine altero consecrādum: quia non esset perfectum sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, q̄ uinum in modica quantitate sumptum, non potest multum ægrotanti nocere: & tamen si nocumentum timeatur, non est necesse quod omnes accipientes corpus Christi, etiam accipiant sanguinem, ut infra dicetur. *

Q. 80. art. 12.

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur determinata quantitas panis et uini ad materiam huius sacramenti.

¶ *Super Quæstionis 74 Art. secundum.*

IN 2. art. aduerte, quòd aliud est loqui de determinata quantitate materiæ, & aliud de præsentia eiusdem. in litera siquidem dicitur non esse determinatam quātitatem, sed non dicitur similiter de præsentia. Et hoc pro tāto dictum sit, vt non putetur idē, aut simile iudicium de præsentia, & de quantitate: nam in vtraque forma eucharistiæ mentio fit

4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 3.

Lib. 2. de anima, tex. 41. to. 2.

de præsentia p pronomen hoc, seu hic: & propterea oportet præsentem esse materiam consecrãdam. De quantitate vero non fit mẽtio: quãuis locus sit dubitationi quò ad q̃titatem vini: quia de quãtitate eius fit mẽtio in forma consecrationis, dum dicitur, Hic est calix: oportet enim vinum contineri in calice, ac per hoc quãtitatem eius calicẽ non excedere. Sed hoc non cogit: quoniam potest sacerdos habere coram se multos calices plenos, & simul omnes cõsecrare, sicut simul consecrat multas hostias. Vnde ex quantitate calicis, non habetur determinata quantitas.

cuchariſtia, id est bona gratia) requiritur determinata quantitas panis & uini.

¶2 Præt. Miniſtris eccleſiæ non est à Chriſto data poteſtas ad ea, quæ pertinent ad irriſionem fidei, & ſacramentorum eius, ſecundum illud ſecundæ Cor. 10. Secundum poteſtatẽ quam dedit nobis Deus in ædificationem, & non in deſtructionem: ſed hoc eſſet ad irriſionẽ ſacramenti, ſi ſacerdos uellet conſecrare totum panem, qui uenditur in foro, & totum uinum, quod est in cellario. ergo hoc facere non poteſt.

¶3 Præt. Si aliquis baptizetur in mari, non tota aqua maris ſanctificatur per formã baptiſmi: ſed ſolum aqua illa, qua corpus baptizati abluitur. ergo nec in hoc ſacramento ſuperflua quãtitas panis, & uini conſecrari poteſt.

SED CONTRA eſt, quod multum opponitur pauco, & magnum paruo: ſed nulla eſt ita parua quantitas panis aut uini, quę nõ poſſit conſecrari. ergo etiam nulla eſt ita magna, quæ conſecrari non poſſit.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, q̃ ſacerdos non poſſet conſecrare immenſam q̃titatem panis aut uini: puta totum panem, qui uẽditur in foro, aut totum uinũ, quod eſt in dolio: ſed hoc non uidetur eſſe uerum, quia in omnib. habentibus materiam, ratio determinationis materię ſumit̃ ex ordine ad finẽ, ſicut materia ferrę eſt ferrum, ut ſit apta ſectioni. Finis autem huius ſacramenti eſt uſus fideliũ. unde oportet, q̃ quantitas materiæ huius ſacramenti determinetur per comparationem ad uſum fidelium non autẽ poteſt eſſe, q̃ determinetur ad uſum fideliũ, qui nũc occurrunt: alioquin ſacerdos paucos parochianos habens, non poſſet conſecrare multas hoſtias. vnde relinquitur, quòd materia huius ſacramenti, determinetur per comparationem ad uſum fidelium abſolute. Numerus autem fidelium eſt indeterminatus, unde non poteſt dici, quòd quantitas materię huius ſacramenti ſit determinata.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cuiuſlibet rei naturalis materia accipit determinatam quantitatem, ſecundum comparationem ad formam determinatam: ſed numerus fidelium, ad quorũ uſum ordinatur hoc ſacramentum, non eſt determinatus. unde non eſt ſimile.

AD SECVNDVM dicendum, quòd poteſtas miniſtrorum eccleſię ad duo ordinatur. Primò quidẽ, ad effectum proprium: ſecundo, ad finẽ effectus: ſecundum autem, non tollit primum. unde ſi ſacerdos intendat conſecrare corpus Chriſti, propter aliquem malum finem (puta ut irrideat, uel ueneficia faciat) propter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamen propter poteſtatem ſibi datam perficit ſacramentum.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ baptiſmi ſacramentũ perficitur in uſu materiæ: & ideo per formam baptiſmi non plus de aqua ſanctificatur, quàm quãtum uenit in uſum: ſed hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materię: & iõ nõ eſt ſimile.

ARTICVLVS III.

Vtrum requiratur ad materiam huius ſacramenti, quòd ſit panis triticeus.

AD TERTIVM ſic procedit. Videtur quòd nõ requiratur ad materiam huius ſacramenti, quòd ſit panis triticeus. hoc enim ſacramentum eſt rememoratiuum dominicæ paſſionis: ſed magis uidetur eſſe cõſonum dominicę paſſioni panis ordeaceus, qui eſt aſperior, & de quo etiam Chriſtus pauit turbas in monte (vt dr̃ Ioan. 6.) quã panis triticeus. ergo panis triticeus non eſt propria materia huius ſacramenti.

¶2 Præt. Figura eſt ſignum ſpeciei in naturalibus rebus: ſed quędam frumenta ſunt, quę habent ſimilem figuram grano tritici, ſicut, far, & ſpelta, de qua etiam in quibuſdam locis panis conficitur ad uſum huius ſacramenti. ergo panis triticeus nõ eſt propria materia huius ſacramenti.

¶3 Præt. Permiſtio ſpeciem ſoluit: ſed uix inuenitur farina tritica, quę alterius frumẽti permiſtionem non habeat, niſi forte de electis granis ſtudioſe fiat. non ergo uidetur quòd panis triticeus ſit propria materia huius ſacramenti.

¶4 Præt. Illud, quod eſt corruptum, uidetur eſſe alterius ſpeciei: ſed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iam nõ uidetur eſſe panis triticeus. ergo uĩ quòd talis panis nõ ſit propria materia huius ſacramenti.

SED CONTRA eſt, quod in hoc ſacramento continet Chriſtus, qui ſe grano frumẽti comparat Ioan. 12. dicens, Niſi granũ frumenti cadens in terrã mortuũ fuerit, ipſum ſolum manet. ergo panis frumẽti, ſiue triticeus, eſt materia huius ſacramenti.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, * ad uſum ſacramentorum aſſumitur talis materia, quę cõius apud hoĩes in talem uſum uenit. Inter alios autem panes cõius hoĩes utunt̃ pane triticeo: nam alij panes uidenẽ eſſe introducti in huius panis defectum. & ideo Chriſtus creditur in huius panis ſpecie hoc ſacramentum inſtituiſſe. q̃ etiam panis magis cõfortat hominem, & ita conuenientius ſignificat effectum huius ſacri: & ideo propria materia huius ſacramenti, eſt panis triticeus.

¶Super Queſtionis 74 Artic. tertium.

TItulus vt ſonat. ¶In hoc articulo magna eſt qõ, & ſatis obſcura de materia euchariſtiæ quò ad panẽ: habet enim multas difficultates, & varias opiniones. Eſt ſiquidem difficultas prima (quã tractat Auctor in litera) pp diuerſitatẽ frumentorum, eſt & alia difficultas comparãdo panem ad paſtã. Et Albertus quidẽ magnus in 4 ſent. dist. 12. tenet panem ex ſpelta eſſe materiam euchariſtiæ (quẽ ſequitur Pet. de Pal.) ſimiliter tenet ex amido panem conſectũ poſſe conſecrari. Auctor vero tam circa amidum q̃ circa ſpeltam opinatur contrarium: ſed apponit ſiligineum panem, quem Albertus negare vr̃. de paſta quoque Scotus tenet partem negatiuam, ponendo tamen paſtam eſſe eiuſdẽ ſpeciei cum pane. quid autem inter tot varia tenendum ſit, ad rationes oportet deducere.

¶Tria ſunt fundamenta, ex quibus proceditur. Primum eſt, unitas ſpecifica materiæ. Creditur enim eiuſdẽ ſpeciei debere eſſe materiã in hoc ſacramento, ſicut & in ceteris inuenitur. & hinc infertur q̃ ex ſolis illis frumentis, q̃ ſunt eiuſdem ſpeciei cũ tritico, poteſt conficiri panis pro hoc ſacramento & p hanc viam proceſſiſſe videntur Auctor in litera, Scotus, Durãd. & Petrus de Pal. habet q̃ via hæc difficultatem annexa ex illa propoſitione, generat ſibi ſimile ſm ſpeciẽ: q̃m hac vtiſ ad diſcernẽdũ diſtincta ſpecie a triticeo. Art. 1. huius quæſt. & q. 66. ar. 3.

¶Aliud fundamentum eſt contrarium huic, pro quanto ponit ſufficere genus proximum ad triticum: ita q̃ frumentum quod eſt genus, ſufficit ad conficiendum panem pro ſacramẽto. Et hac via proceſsit Albertus, ponens

4 dist. 11. a. 1. q. 2. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 2. 3. primum. 4. contra c. 68. & 1. 4 de. 11. lec. 5. in princ.

ponens tamen solũ duas frumenti species, s. triticũ & spelt am. Haberque fundamentum aliquod in euangelij verbis, quibus Dominus se comparat grano frumenti.

¶ Tertium demum fundamentum, quod magnifacit Petrus de Palude est auctoritas quarundam ecclesiarum, quæ consecrãt panem confectũ ex spelta, quod etiam tangit Auctor in litera, dum in secundo argumento obijciendo affert, q̃ de spelta in quibusdam locis panis conficitur ad vsum huius sacramenti.

¶ Ad quæ quidem fundamenta si libere respexerimus, nullam cogentem inueniuntur habere rõnem, nisi vltimum propter auctoritatẽ Spiritussancti gubernantis ecclesiam: nã ob similes particulares consuetudines, venerabiliter sustinent theologi, plures sacerdotes consecrare eandem hostiam vt inferius patebit. Et hæc sint dicta comparando panem ad materiã remotam. Comparando uero ad materiã proximam duæ rationes diuersas inducentes difficultates occurrunt. Prima est, de identitate seu diuersitate inter panem & pastam: secunda est, ex diuersitate modorum coquendi pastam. Obscura siquidem vr differentia inter panem & pastam crudam: reputat enim Scotus probabile esse, quod non differant specie, quia decoctio nõ facit, nisi exhalationem humoris aquei, & mistio non est ibi, nisi iuxta positio, & ex pane fit pasta, si mica digitis comprimat.

Oppositum autem rationabilius videtur: quoniam decoctio applicando actiua passiuis speciẽ panis facit, sicut maturatio de agresta faciendo vuam, facit de agresta vinum. Ars enim in confectione panis, non concurrit, nisi applicando actiua passiuis, vt patet ex hoc, quòd forma panis est forma substantialis, quod conuincitur apud fideles, ex hoc q̃ panis transubstantiatur in corpus Christi, & accidentibus remanentibus non remanet panis, qui remanere cum reliquis accidentibus, si accidens significaret. Vnde & falsum est, quòd dum pasta decoquitur in clibano, fiat sola euaporatio humidi: decoctio enim digerit, & generat panem, mistione autem, aut iuxta positione nulla opus est noua: sed prima mistio farinæ cum aqua (ex quibus confecta est pasta tamquam ex elementis ac materia transeunte) decoctione digeritur, & ad terminum deducitur, panem scilicet. Nec admitto ex pane fieri pastam, sed micam mollem similem pastæ. Acceptabilior autem apparet hæc positio contemplanti diuersitatem specificam inter agrestam, vinum, & acetum ex eisdem vuis ob diuersam caloris caulalitatem: agresta enim est succus crudus, vinum uero succus digestus, acetum autem addit excessiuam super calefactionem, vt testatur experientia, dum vinum expositum calori acescit, & cupientes acetum bonum habere, ad loca ca

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ panis ordeaceus competit ad significãdam duritiem ueteris legis propter duritiẽ panis: tum etiam, quia ut August. * dicit in lib. 83. Quæstionum, ordei medulla, quæ tenacissima palea tegitur, uel ipsam legem significat, quæ ita data erat, ut in ea uitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur, uel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tamquam palea cordi eius inhærebat: hoc autem sacramentum pertinet ad suauem iugum Christi, & ad ueritatem iam manifestatam, & ad populum spiritualem. Vnde non esset materia conueniens huius sacramenti panis ordeaceus.

Ad secvndvm dicendum, quòd generans generat sibi simile in specie, fit tamen aliqua dissimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, uel propter materiam, uel propter debilitatem uirtutis generatiuæ. & ideo si qua frumenta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt (sicut ex grano tritici seminato in malis terris, nascitur siligo) ex tali frumento panis confectus, potest esse materia huius sacramenti, quod tamen non uidetur habere locum neque in ordeo, neq; in spelta, neque etiam in farre, quod inter omnia est grano tritici similius: similitudo autem figuræ in talibus, magis uidetur significare propinquitatem, quàm identitatem speciei, sicut ex similitudine figuræ manifestatur, quòd canis & lupus sunt propinquæ speciei, non autem eiusdem, unde ex talibus frumẽtis, quæ nullo modo possunt ex semine tritici* generari, non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

Ad tertivm dicendum, quòd modica permistio non soluit speciem, quia id quòd est modicum, quodammodo assumitur à plurimo: ideo si sit modica admistio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui est materia huius sacramenti: si uero sit magna permistio (puta ex æquo uel quasi) talis permistio speciem mutat. unde panis exinde confectus, non erit debita materia huius sacramenti.

Ad qvartvm dicendum, quòd aliquando est tanta corruptio panis, quòd soluitur species panis, sicut cum continuitas soluitur, & sapor, & color, & alia accidentia mutantur, unde ex tali materia non potest confici corpus Christi: aliquando uero non est tanta corruptio, quæ speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionẽ, quod declarat aliqualis immutatio saporis, & ex tali pane potest confici corpus Christi: sed peccat conficiens propter irreuerentiam sacramenti. Et quia amidũ est ex tritico corrupto, non uidetur quòd panis ex eo confectus, possit fieri corpus Christi: quàmuis quidam contrarium dicant.

A lida dolium transferunt. Ex his enim apparet ex sola caloris differentia ex parte actiui, speci cum progressum posse fieri ex parte materiæ, licet non semper fiat: non enim differt specie pirum coctum à piro crudo. Diuersi uero coquendi modi, scilicet vel assando vel elixando, speciem variare non videntur: panis siquidem elixus, vt lagana, aut frixus (quo etiã modo lagana in veteri lege offerebantur) aut assus, vt panis in clibano, & subcineritius, & hostia, eiusdem videntur speciei quò ad substantiam solaque accidentali forma differre videntur. Alias grani.

Verum in proposito modo, videtur vtrumque paruipendendum, ita quòd nec ex diuersitate specifica, nec ex identitate specifica, sufficiens ratio habeatur. Sed credendo quòd nec pasta, nec panis, nisi assus, est consecrabilis, rationem aliunde sumentes, dicimus q̃ sicut in sacramento baptismi aqua à Christo est instituta, ita in eucharistia panis, & quemadmodum ibi aqua intelligitur non solum substantia aquæ sed etiam quòd sit sub forma aquæ (& ꝓpterea aqua sub forma grandinis aut niuis, non est materia baptismi) ita per panem intelligẽdus est panis, & secundum substantiam & secundum formã panis. Et per hoc excludunsur quæcunque cõstant ex pasta cruda, & similiter quæcumque constant ex pasta elixa: hęc em non habere formam panis (dato quòd panes sint) vsus testatur humanus, quo his non vtimur vt pane, sed potius hæc comedimus cum pane, & ex hoc ipso profitentes distinctionem horum à pane. Assato autem pane solo vtimur vt pane, & propterea crediderim ipsum solum esse consecrabilem: materia enim hæc paucas habet assertiones, vnde & Auctor in litera opinatiue loquitur, cum excludit spelt am & amidum: de quo adhuc sub iudice lis est, & mihi videtur dicendum, vt supra, scilicet, quòd si panis confectus ex eo est absolute panis, potest consecrari.

Nec obstat corruptio tritici, dicentibus alijs triticum non corrumpi tunc, sed ablui & depurari & alterari, alijs autem quòd corruptio nihil officit: quoniam non est corruptio simpliciter: sed corruptio, quæ est uia ad generationem panis, quam oportere inuenire, probatur ex eo, quòd triticum est materia transiens respectu pastæ & panis.

¶ Super Quæstionis 74. Articulũ quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.

IN articulo quarto circa illud, qđ de presbytero græco dicitur, scilicet quòd debet seruare ritum græcum in ecclesia græca, dubium occurrit ex Petro de Palude 4 quarto, distinctione undecima, oppositum concludente, ex hoc quòd græci sunt schismatici, nullusque etiam ipsorum debet eis adhærere: ac per hoc potest sicut in toto, sic & in parte ab eis discordare. non ergo peccaret non seruans ritum eorum.

4. dist. 11. q. 2. art. 2. q. 3. & 4. cõ. ca. Et opus. 1. 4. 61. & Ioã. 13.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor loquitur de græcis ecclesijs & presbyteris absolute, & non de ipsdem schismaticis & propterea optime dicit quòd peccaret, peruertens ecclesiæ suæ ritum. Et hinc sequitur, quòd etiam tempore schismatis peccaret quia schisma non soluit ritus rectos ecclesiarum, qualis est iste, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est, vt Gregor. in litera allatus testatur.

Q. 3. art. 3. ad 3.

Gl. interlinearis ibid.

Quo circa, si presbyter græcus & in græca ecclesia celebrat, peccaret non seruando ritum græcæ ecclesiæ, non à schismaticis præceptum, sed uelut ab ecclesia statutum, quod ibi seruetur. Vnde in Concilio Florent. sub Eugenio IIII. legimus sic. Item in azymo siue fermentato pane triticeo corpus Christi veraciter confici, sacerdotesque in altero ipsum Domini corpus conficere debere, vnumquemque scilicet, iuxta suæ ecclesiæ siue occidentalis, siue orientalis consuetudinem.

In decret. lib. 3. tit. 41. Literas, & est ultimũ illius tituli.

¶ Et cum obijcitur, quòd nemo debet eis adhærere, verum est quantum ad ea, quæ sunt schismatis: & similiter potest discordare ab eis in toto & in parte, in his quę sunt schismatis.

Ar. præsul.



AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ hoc sacramentum non debeat confici ex pane azymo. Debemus enim hoc sacramẽtum imitari institutionem Christi: sed Christus uidetur hoc sacramentum instituisse in pane fermẽtato: quia sicut legitur Exod. 12. Iudæi secundum legem incipiebant uti azymis in die Paschę (quod celebratur quartadecima luna) Christus autem instituit hoc sacramentum in cęna, quam celebrauit ante diem festũ Paschæ, ut habetur Ioan. 13. ergo & nos debemus hoc sacramentum celebrare in pane fermentato.

¶ 2 Præt. Legalia non sunt obseruanda tempore gratiæ: sed uti azymis, fuit quædam legalis cęremonia, vt patet Exod. 12. ergo in hoc sacramento gratiæ non debemus azymis uti.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum * est, eucharistia est sacramentũ charitatis, sicut baptismꝰ fidei, ut supra dictum est: sed fermentum charitatis significatur per fermentum, ut patet in gl. * super illud Matth. 13. Simile est regnum cęlorum fermento, &c. ergo hoc sacramentorum debet confici de pane fermentato.

¶ 4 Præt. Azymum & fermentatũ sunt accidentia panis, non uariantia eius speciem: sed in materia baptismi nulla discretio adhibetur circa differentiã accidentium aquæ, puta si sit salsa uel dulcis, calida uel frigida. ergo in hoc sacramento aliqua discretio adhiberi non debet, utrum panis sit azymus uel fermentatus.

SED CONTRA est, quod extra de celebratione * missarum cap. Literas, punitur sacerdos, qui in pane fermentato, & scypholigneo missarum solemnia celebrare præsumpsit.

RESPON. Dicendum, quòd circa materiam huius sacramẽti, duo possunt considerari, scilicet quid sit necessarium, & quid conueniens: necessarium quidem est, ut sit panis triticeus (sicut dictum est) * sine quo non perficitur sacramentum: non est autem de necessitate sacramenti, quòd sit azymus uel fermentatus, quia in unoquoque confici potest. Cõueniens autem est, vt unusquisque seruet ritum suæ ecclesię in sacramenti celebratione. Super hoc autem, sunt diuersæ ecclesiarum consuetudines: dicit enim beatus Gregor. in registro, Romana Ecclesia offert azymos panes, propterea quòd dominus sine ulla commistione susćepit carnem: sed certæ ecclesiæ offerunt fermentatũ, pro eo quòd, verbum Patris indutum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. unde sicut peccat presbyter in ecclesia latinorum, celebrans de pane fermentato, ita peccaret presbyter græcus in ecclesia græcorũ, de pane azymo, quasi peruertens ecclesię suę titũ. & tamen consuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior est. Primo quidem, propter institutionem Christi, qui hoc sacramentũ instituit prima die azymorum (ut habetur Matth. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.) qua die nihil fermentatum in domib. iudæorum esse debebat, ut habetur Exod. 12. Secundò, quia panis est proprie sacramentum corporis Christi (quod sine corruptione conceptum est) magis quàm diuinitatis ipsius, ut infra patebit. * Tertiò, quia hoc magis competit synceritati fidelium, quæ requiritur ad usum huius sacramenti, secundum illud 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur in azymis synceritatis & ueritatis. habet tamen hæc consuetudo Grecorum aliquam rationem, & propter significationem quam tangit Greg. * & in detestationem hęresis Nazaræorum, qui legalia cuangelio miscebant.

Q. 76. ar. 6.

Loco citato in illo op. ar.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut legitur Exod. 12. solennitas paschalis incipiebat in * ve sperис quartædecimæ lunæ, & tunc Christus post immolationem agni paschalis hoc sacramentum instituit. unde hæc dies à Ioan. dicitur præcedere sequentem diem paschę, & à tribus alijs euangelistis dicitur prima dies azymorum, quando fermentatum in domibus iudeorum non inueniebatur, ut dictum est. * & de hoc supra notatũ est plenius in tractatu dominicæ passionis. †

Alias ar. 3.

In corp. ar. Q. 46. art. 9. ad 1. arg.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ conficientes ex azymo non intendunt cęremonias legis seruare: sed conformare se institutioni Christi: & ideo nõ iudaizant: alioquin & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia iudæi panes primitiarum, fermentatos offerebant.

AD TERTIVM dicendum, q̃ fermentum significat charitatem propter aliquem effectum, quia, s, panem facit sapidiorem & maiorem: sed corruptionem significat ex ipsa ratione suę specici.

AD

Art.3. huius q.ad 4. arg.

AD QVARTVM dicendum, q̄ quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non potest confici hoc sacramentum (ut dictum est) * ideo magis attenditur circa panem differentia azymi & fermētati, quàm circa aquam baptismi, dīra calidi & frigidi: posset enim tanta esse corruptio fermenti, quòd ex eo non posset confici sacramentū.

¶ *Super Quæstionis septuagesimaquartæ Articulū quintum.*

ARTICVLVS V.

Vtrum vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.

4. Eth. n. 6. 2. ar. 3. q. 1. 3. Corin. 11. Deut. pœn.

IN art. 5. memento supradictorū & applica ad propositum, & vide vnam non esse consecrabilem: q.a non continet vinum sub forma potabili: sed manducabili.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̄ non sit p̄pria materia huius sacramenti vinum uitis: sicut enim aqua est materia baptismi, ita uinum est materia huius sacramenti: sed in qualibet aqua pōt fieri baptismus. ergo in quolibet uino (puta malorum granatorum, uel mororum, aut huiusmodi) potest confici hoc sacrīm, p̄sertim cum in quibusdam terris, uites non crescāt.

Innocē. lib. 2. epistol. cap. 5. circa med.

¶ 2 Præt. Acetum est quædam species uini, quod de uite sumitur: ut Isido.* dicit: sed de aceto non potest confici hoc sacramentum. ergo uidetur quòd uinum uitis non sit propria materia huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Sicut de uite sumitur uinum depuratum, ita etiam agresta & mustum: sed de his non videtur posse confici hoc sacramentum, secundum illud * quod in sexta synodo legitur, Didicimus, q̄ in quibusdam ecclesijs sacerdotes sacrificio oblationis coniungunt vuas, & sic simul utrunque populo dispensant: præcipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat. & Iulius Papa † reprehendit quosdam, qui expressum uinum in sacramento dominici calicis, offerunt. ergo uidetur quòd uinum uitis non sit propria materia huius sacramenti.

In Synodo can. 28. & habetur de consec. dist. 2. c. didicimus.

* Iulius in decr. a medio illius, & est decretū 7. inter eius decreta. 10. quæ sunt ab alijs separata.

SED CONTRA est, quòd sicut Dominus se comparauit grano frumenti, ita etiam se comparauit uiti, dicens Ioan. 15. ego sum uitis vera: sed solus panis de frumento, est materia huius sacramenti, ut dictum est. * ergo solum vinum de uite, est propria materia huius sacramenti.

* Art. huius quæst.

RESPON. Dicendum, quòd de solo uino uitis potest confici hoc sacramentum. Primò quidem, propter institutionē Christi, qui in vino uitis hoc sacramentum instituit, ut patet ex eo q̄ ipse dicit Matth. 26. circa institutionem huius sacramenti, nō bibam amodo de hoc genimine uitis. Secundò, quia sicut dictum est, * ad materiam sacramentorum assumitur id, quod proprie & communiter habet talem speciem. Proprie autem uinum dicitur, quod de uite sumitur: alij vero liquores, uinū dicuntur, secundum quandam similitudinem ad uinum uitis. Tertiò, quia uinum uitis magis competit ad effectum huius sacramēti, qui est spiritualis lætitia: quia scriptum est, quòd uinum lætificat cor hominis.

Art. 5. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi liquores non dicuntur proprie uinum, sed secundum similitudinem. Potest autem uerum uinum ad terras illas deferri, in quibus uites non crescunt, quantum sufficit ad hoc sacramentum:

Lib. 8. Meta. text. 24. to. 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd uinum fit acetum per corruptionē: unde non fit reditus de aceto in uinum, ut dī 8. Meta.* & ideo sicut de pane A totaliter corrupto non potest confici hoc sacrīm, ita nec de aceto. Potest tamen confici de uino accescenti, sicut & de pane, qui est in uia ad corruptionem: licet peccet conficiens, ut prius dictum est.* Art. 3. huius q. ad 4. arg.

AD TERTIVM dicendum, q̄ agresta est in uia generationis: & ideo nondum habet speciem uini, & propter hoc de ea non potest confici hoc sacrīm. mustum autem iam habet speciem uini: nam eius dulcedo attestatur digestioni, quæ est completio à naturali calore, ut dī in 4. Meteo. * & ideo de musto potest confici hoc sacrīm: non tñ debent vuæ integræ huic sacro misceri: quia iam esset ibi aliquid præter uinum. Prohibetur etiam ne mustū statim expressum de vua, in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti. Potest tamē in necessitate fieri: dicitur * enim ab eodem Iulio Papa, si necesse fuerit, botrus in calicem prematur. B

Lib. 4. c. 3. parum a prin.

Eod. loco in arg. citato. & hī de cōsecr. dist. 2. c. cū omne crimē, in med.

ARTICVLVS VI.

¶ *Super Quæstionis 74. Artic. sextum.*

Vtrum aqua sit vino permiscenda.

IN art. 6. aduerte ne credas dicētib Græcos offerre calicem Domini cū uino tm̄: hoc. n. Armeni, non Græci, olim faciebāt, vt patet in Conc. Flo. sub Euge. IIII. Vbi decretum est, vt etiā ipsi Armeni se cū vniuerso orbe Christiano conforment, omnesque Latinorū Græcorumque ecclesias imitādo, in calicis oblatione paululū aquæ vino admisceant.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ aqua non sit uino permiscenda. Sacrificium. n. Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech, qui Genes. 4. non legitur obtulisse, nisi panem & uinum. ergo uidetur quòd in hoc sacramento non debeat adiungi aqua.

4. dist. 11. q. 2. ar. 4. q. 1. & 1. Corin. 11. lect. 6.

¶ 2 Præt. Diuersorum sacramētorum diuersæ sunt materiæ: sed aqua est materia baptismi. ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Panis & uinum sunt materia huius sacramenti: sed pani nihil adiungitur. ergo nec uino debet aliquid adiungi.

SED CONTRA est, quod Alexand.* papa scribit: In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, panis tantum & uinum aqua permistum, in sacrificium offerantur. D

Alex. 1. ī epī. ad omnes fideles a medio illius, to. 4. Cōcil.

RESPON. Dicendum, quòd uino, quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primò quidem, propter institutionem: probabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc sacramentum instituerit in uino aqua permisto, secundum morem illius terræ. unde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite uinum, quod miscui uobis. Secundo, quia hoc conuenit repræsentationi dominicæ passionis. unde dicit Alex. Papa. Non debet in calice Domini aut uinum solum, aut aqua sola offerri: sed utrunque permistum: quia utrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Tertiò, quia hoc conuenit ad significandum effectum huius sacramenti, qui est unio populi Christiani ad Christum: quia ut Iulius Papa dicit, † uidemus in aqua populum intelligi, in uino uero ostendi sanguinem Christi. ergo cum in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quartò, quia hoc competit ad ultimum effectū huius sacramenti, qui est introitus ad uitam æternam. unde Amb.* dicit in lib. de sacramētis, redundat aqua in calicem, & salit in uitam æternam. E

Alex. 1. ī epī. ad oēs orth. a medio illius tom. 1. Concil.

Hī de cōsec. dist. 2. c. cū omne crimē, circa med.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut Amb. † dicit ibidem, sicut sacrificiū Christi significatum est p oblationem Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quę in eremo fluxit de petra, secūdū

* Lib. 5. de sacra. cap. 1. a med. to 4.

Eod. lib. 5. c. 1. to. 4.

illud primæ Corinth. 10. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.

AD SECVNDVM dicendum, quòd aqua assumitur in baptismo ad usum ablutionis. In hoc autem sacramento assumitur ad usum refectionis, secundum illud Psal. 22. Super aquam refectionis educauit me.

AD TERTIVM dicendum, quòd panis ex aqua & farina conficitur: & ideo cum uino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

¶ *Super Quæstionis 74. Articulum septimū.*

ARTICVLVS VII.

Vtrum permistio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q̄ permistio aquæ sit de necessitate huius sacrameti. dicit enim Cypria.* ad Cæcilium: sic calix Domini non est aqua sola & uinum solum, nisi utrunque miscetur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi utrūque, s. farina & aqua, fuerit adunatum: sed admistio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione admistio aquæ ad uinum.

¶ 2 Præt. In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis, ita & aqua: sed uinū quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præt. Si aqua non esset de necessitate huius sacramenti, nō referret quæcunque aqua huic sacramento apponeretur: & ita posset apponi aqua rosacea, uel quæcumque alia huiusmodi aqua: quod non habet usus eccle siæ. aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod Cypria.* dicit, si aliquis de antecessoribus nostris, uel ignoranter, vel simpliciter non obseruauit, vt scilicet aquam uino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi: quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est uinū uel panis. non ergo aquæ admistio est de necessitate sacri.

RESPON. Dicendum, quòd iudicium de signo, sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquæ ad uinum refertur ad significandam participationem huius sacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, quòd per aquam mistam vino, significatur populus adunatus Christo, ut dictum * est: sed & hoc ipsum quod de latere Christi pendentis in cruce aqua profluxit, ad idem refertur: quia per aquam significatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per passionē Christi. Dictum est * autem supra, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: usus autem fidelium non est de necessitate sacramenti: sed est aliquid consequens ad sacramentum. & ideo consequens est, q̄ appositio aquæ, non sit de necessitate sacramenti.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerbum illud Cypriani est intelligendum, secundum quòd dicitur illud esse non posse, quod conuenienter esse non potest. & sic similitudo illa attenditur quātum ad id, quod debet fieri, non autem quantū ad necessitatem: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ effusio sanguinis directe pertinebat ad ipsam Christi passionem: est enim naturale corpori humano vulnerato, quòd ex eo profluat sanguis; sed effusio aquę non fuit de necessitate passionis: sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ: & ideo aqua non seorsum offertur à uino in sacramento, sicut uinum offertur seorsum à pane: sed aqua offertur uino permista, ut ostendatur q̄ uinum pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens, aqua autem secundum quòd adiungitur uino.

AD TERTIVM dicendum, q̄ quia admistio aquæ ad uinum non est de necessitate sacramenti, nō refert quantum ad sacramenti necessitatem, quæcunque aqua misceatur uino, siue naturalis, siue artificialis, ut rosacea: quamuis quantum ad conuenientiam sacramenti, peccet qui aliam aquam miscet, nisi naturalem & ueram: quia de latere Christi pendentis in cruce d. aqua uera profluxit, non humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt, ad ostendendum q̄ corpus Christi, erat uere compositum ex quatuor elementis, sicut per sanguinem fluentē ostendebatur, q̄ erat compositum ex quatuor humoribus, ut Innocentius tertius dicit in quadā decretal. * quia uero admistio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti, vtpote constituēs substantiam panis, si farinæ admisceretur aqua rosacea, uel quicunque alius liquor, quām uera aqua, non posset ex eo confici sacramentum: quia non esset verus panis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aqua debeat in magna quantitate apponi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̄ oporteat aquam in magna quantitate apponi. sicut enim sanguis de latere Christi sensibiliter fluxit, ita & aqua. unde dicitur Ioan. 9. Qui uidit, testimonium perhibuit: sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacramento nisi in magna quantitate poneretur. ergo uidetur, quod aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶ 2 Præt. Parua aqua multo uino admista, corrumpitur: quod autem corruptum est, iam non est. ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacramento & nihil apponere: sed non licet nihil apponere. ergo non licet parum apponere.

¶ 3 Præt. Si sufficeret parum apponere, per consequens esset sufficiens, q̄ guttæ aquæ in totum doliū proijceretur: sed hoc uidetur ridiculum. ergo non sufficit, quòd parua quantitas apponatur.

SED CONTRA est, quod extra de celebratione missarum dr: * Pernicioſus in tuis partibus inoleuit abusus,

Inst. q. 83. ar. 6. ad 4. & 6. & 4. dist. 11. q. 2. a. 4. q. 2. & 3. & 1. 10. rint. 11. ic. 6. Lib. 2. epist. epist. 3. inter finē & med.

Lib. 3. epist. 3. inter finem & medium.

Ar. præced.

Q. 7. ad 3.

4. dist. 11. q. 1. ar. 1. q. 1. solu.

In decr. lib. 3. tit. 42. cō.

D. 235.

In decr. 3. tit. 42. Pernicioſus

abusus, uidelicet quòd in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur, quàm de uino, cum secundum rationabilem consuetudinem ecclesię generalis, plus in ipso sit de uino quàm de aqua ponendum.

RESPON. Dicendum, quòd circa aquam adiunctam uino, sicut Innocentius tertius* dicit in quadam decreta. triplex est opinio: quidam enim dicunt, quòd aqua adiuncta uino per se manet vino conuerso in sanguinem: sed hæc opinio stare non potest, quia in sacramento altaris post consecrationem nihil est, nisi corpus & sanguis Christi (sicut enim Ambr.† dicit in lib. de Officijs, Ante benedictionem illa species nominatur, post benedictionem *corpus significatur) alioquin non totũ adoraretur uenerationelatriæ. & ideo alij dixerunt, ꝙ sicut uinum conuertitur in sanguinem, ita aqua conuertitur in aquam, quæ de latere Christi fluxit: sed nec hoc rationabiliter dici potest, quia secundum hoc, aqua seorsum consecraretur à uino, sicut uinum à pane. & ideo sicut ipse dicit, aliorum opinio probabilior est, qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in sanguinem. Hoc autem fieri non posset, nisi adeo modicum apponeretur de aqua, quod conuerteretur in uinum: & ideo semper tutius est parum de aqua apponere, & præcipue si uinum sit debile: quia si tanta fieret appositio aquæ, ut solueretur species uini, non posset perfici sacramentum. vnde Iulius Papa* reprehendit quosdam, qui panũ lineum musto intinctum, per totum annum seruant, & in tẽpore sacrificij, aqua partem eius lauant, & sic offerunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sufficit ad sacramenti huius significationem, ꝙ sentiatur aqua, cum apponitur vino: non autem oportet, quod sit sensibilis post mistionem.

AD SECVNDVM dicendum, quòd si aqua omnino apponeretur, totaliter excluderetur significatio: sed cum aqua in uinum conuertitur, significatur quòd populus Christo incorporatur.

AD TERTIVM dicendum, quòd si aqua apponeretur dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramenti: sed oportet aquam uino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum primum.*

TItulus vt sonat. ¶ In corpore cõstituo clara est, & de ipsa tria dicuntur. primo, quòd sola fide tenetur: secundo, quòd est conueniens, & affertur triplex conuenientia: tertio reiicitur error quorundam dicentium oppositum, & ex verbis Christi, & confessione Berengarij de consecr. dist. 2. ergo Berengarius confutatur.

¶ Circa præsentis & sequentium articulorum doctrinam, ac materiam pro clari-

QVAESTIO LXXV.

De conuersione, panis et vini in corpus & sanguinem Christi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conuersione panis & uini in corpus & sanguinem Christi.

ET circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum in hoc sacro sit corpus Christi ſm ueritatẽ, an solum secundum figuram, uel sicut in signo.

¶ Secũdò, Vtrum in hoc sacro remaneat substantia panis & uini post consecrationem.

¶ Tertiò, Vtrũ substantia panis uel uini post consecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur.

¶ Quartò, Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi.

¶ Quintò, Vtrum in hoc sacro post conuersionem remaneant accidentia panis & uini.

¶ Sextò, Vtrum facta consecratione, remaneat ī hoc sacro forma substantialis panis.

¶ Septimò, Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

¶ Octauò, Vtrum hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi, secundum veritatem.

AD PRIMVM sic procedit. Vī ꝙ in hoc sacro nõ sit corpus Christi ſm ueritatẽ, sed solum ſm figuram, uel sicut in signo. dr enim Ioan. 6. ꝙ cum Dominus dixisset, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, &c. multi ex discipulis eius audientes, dixerunt, Durus est hic sermo: quibus ipse dixit, Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam: quasi diceret ſm expositionem Aug.* super Psal. 98. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum, non hoc corpus quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinẽ, quem fusuri sunt, qui me crucifigent: sacramentum aũt quod uobis commẽdaui, spiritualiter intellectum, uiuificabit uos, caro autẽ non prodest quicquam.

¶ 2 Præt. Dñs dicit Matth. ult. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usq; ad cõsumationem sæculi: quod exponens Aug.* dicit, donec sęculum finiatur, sursum est Dñs: sed tñ nobiscũ est veritas Dñi: corpus n. in quo resurrexit, in uno loco oportet esse, ueritas aũt eius ubiq; diffusa est. non ergo ſm ueritatẽ est corpus Christi in hoc sacramẽto, sed solum sicut in signo.

¶ 3 Præt. Nullum corpus potest esse simul in pluribus locis, cum nec angelo hoc conueniat: tali enim ratione posset esse ubique: sed corpus Christi est uerũ corpus, & est in cœlo. ergo uidetur quòd non sit secundum ueritatem in sacramento altaris, sed solum sicut in signo.

¶ 4 Præt. Sacra ecclesiæ ad utilitatem fidelium ordinantur: sed ſm Gregor.* in quadam hom. regulus reprehenditur, ꝙ quærebat corporalem Christi præsentiam, apostoli etiã impedie-

tate & ampliori intellectu difficultatũ, sciendum est ex auctoritate sacræ scripturæ de existentia corporis Christi in sacramento eucharistię nihil aliud haberi expresse, nisi uerbũ saluatoris, dicentis. Hoc est corpus meum: oportet enim verba hæc uera esse. Et quoniam verba sacræ scripturę exponuntur dupliciter (vel proprie vel metaphorice) primus error circa hoc fuit interpretantium hæc Domini verba metaphorice, quem Magister sen. in dist. 10 lib. 4. tractat, qui & in hoc articulo reprobatur. Et consistit vis reprobationis in hoc, ꝙ verba Domini intellecta sunt ab ecclesia proprie, & proprie rea oportet illa verificari proprie. Habemus igitur ex veritate uerborum Domini in sensu proprio corpus Christi veraciter esse in eucharistia, & hoc est primum, quod ex euãgelio habemus circa hoc sacramentum. Alterum autem, qđ euangelium non explicauit, expresse ab ecclesia accepimus, scilicet conuersionẽ panis in corpꝰ Christi. Hanc enim non solum a priscis doctoribus ecclesiæ habuimus, quos habes de consec. dist. 2. copiose, & a Magistro senten. in tractatu de eucharistia diffuse: sed a concilio Lateranensi sub Innocen. III. vt patet extra de summa Trinit. & fid. catho. firmiter credimus. ubi utrunque simul dicitur sub his verbis, Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur, & hæc quò ad primum. Et sequitur, Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina. & hæc quò ad secundum.

Et quoniam varię fuerunt opiniones, multiformiaque fiunt argumenta circa hæc implicantia mentes etiam eruditorum, prænotandum est, & ante oculos sem-

Supr. q. 95. ar. 3. cor. pri. & inf. q. 76. per totum & 4. dist. 10. ar. 1. & dist. 11. prin. & 4. cõtra c. 6. & 1. Cor. 11. lec. 5.

In Ps. 98. nõ procul a med. expositionis, to. 8.

Refert hoc de consecr. dist. 2. c. prin.

De regula id hẽt Greg. homi. 28. i euã.

per habendum, interuenire hic non vnam, sed duas nouitates valde mirabiles. Altera est de esse corporis Christi sub hostia consecrata. de nouo enim corpus Christi verum veraciter sub illa hostia continetur. Altera est de conuersione substantiæ panis in substantiam corporis Christi, & hoc etiam de nouo fieri credimus. Et qm̃ omnis nouitas mutationem nonnullam sonat extenso mutationis noīe latissime, iō pro maiori claritate latissimæ mutationis vocabulo vtēdo, imaginemur fm has duas nouitates interuenire duas mutationes, nō curando, an vna sit rō alterius, aut inferat alteram. Et in illa quidē nouitate, qua corpus Christi de nouo est sub speciebus panis, oportet intelligere mutationē, vel ex parte corporis Christi, vel ex parte accidentium panis. Et si quidem ex corporis Christi parte mutationem imaginamur, erit mutationis velut subiectū corp⁹ Chr̃i: terminus, à quo, non contineri sub his accidentibus, terminus ad quem contineri sub his accidentibus: sic enim Christi corpus ex non contento sub his accidentibus contentum sub illis. Si vero mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hostiæ, tunc mutationis subiectū est ipsa panis species & terminus à quo, non continere: terminus autem ad quem, est continere Christi corpus: sit enim panis species remanens, ex non continente Christi corpus, continens Christi corpus.

Tract. 94. in Ioan. a med. to. 9.

Lib. 8. inter principium, & medium lib.

Lib. 6. cap. 1. in prin. to. 4.

¶ Quia ergo attendendo formaliter ad illam nouitatem, qua corpus Christi continetur veraciter sub speciebus panis, & corpus Christi, quod non continebatur sub his speciebus, continetur & species panis, quæ non continebat Christi corpus, continet Christi corpus, rationabiliter manifestatur nouitas ista formali & perspicaci intellectu, humano more ex ratione mutationis, vt fecimus excelsa siquidem Dei balbutiendo, vt possumus resonare non dedecet, secundum Greg. Quapropter conformiter ad sacros canones loquendo, vocetur ista nouitas, nouitas continentiæ: qm̃ vere secundum hanc corpus Christi continetur, & hostia continet corpus Christi: quamuis, non continentia locali. Altera autem nouitas uocabitur nouitas conuersionis, quoniam fm illam panis vere cōuertitur in corpus Christi. In hac igitur conuersionis nouitate manifesta mutatio interuenit, qua ex pane fit corpus Christi. sed mutatio ista absque subiecto inuenitur habens pro termino à quo panem, & pro termino ad quem, corpus Christi. Et scito, quod tanta est vtilitas discernendi inter has nouitates & inter has mutationes, vt inde pendeat & intelligere tam varias obiectiones, & scite formaliter respondere, & videre quid scias vel nescias. Vnde non sit tibi curæ pro nunc, hoc est pro principio intelligendi, quales vel quomodo sint aut fiant istæ mutationes, sed esto contentus ex alietate terminorum etiam fingere diuersitatem mutationum. Et perspiciendo, quòd conuertio habet proprios terminos, scilicet panem & corpus Christi, & quòd corpus Christi contineri de nouo sub sacramento, habet alios suos proprios terminos, scilicet de non continentia ad continentiā vel passiue, vel actiue (vt prædeclaratum est) siste, & fige intellectum ad formalia ambarum nouitatum & suarum mutationū, vt sic liber tibi pateat ingressus in pelagus tam fluctuantium opinionum & intellectuum.

¶ His prælibatis, sciendum est, omnes circa primam nouitatem

bātur recipere Spiritum sanctū, pp hoc q̃ affecti erant ad eius p̃sentiam corporalem, vt Aug. † dicit super illud Ioan. 16. Si non abiero, paracletus non veniet ad uos. non ergo Christus secundum præsentiam corporalem est in sacramento altaris.

† Tract. 94. in Ioan. a med. to. 9.

Sed contra est, quod Hilar.* dicit in 8. de Trin. de ueritate carnis & sanguinis Christi, non est relictus ambigendi locus: nunc enim & ipsius Domini professione & fide nostra caro eius uere est cibus, & sanguis eius uere est pot⁹ & Amb. * dicit 6. de sacramentis: sicut uerus Dei filius est Dominus Iesus Christus, ita uera Christi caro est, quam accipimus, & uerus sanguis eius est potus.

* Lib. 8. inter principium, & medium lib.

* Lib. 6. cap. 1. in prin. to. 4.

Respon. Dicendum, quòd uerū corpus Christi & sanguinem esse in hoc sacramento, sensu deprehendi non potest: sed sola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur: unde sup illud Luc. 22. Hoc est corpus meum, quod p uobis tradetur, dicit Cyrillus, non dubites, an hoc verum sit, sed potius suscipe uerba saluatoris in fide. cū enim sit ueritas, nō mentitur. hoc aūt conueniens

est, primo quidē perfectioni nouæ legis. Sacra. n. ueteris legis illud uerum sacrificium passionis Christi continebant solum in figura, fm illud Hebr. 10. Vmbrā habens lex futurorum bonorū, nō ipsam rerū imaginē: & ideo oportuit, ut aliquid plus haberet sacr̃m nouæ legis a Christo institutum: ut, s. contineret ipsum Christum passum, non solum in significatione uel figura, sed ēt in rei ueritate: & ideo hoc sacr̃m, qđ ipsum Christū realiter continet (ut Dion. dicit 4. c. Cel. hierar.) est perfectiuū omnium aliorum sacramentorum, in quib. uirtus Christi participatur. Secundò hoc competit charitati Christi, ex qua pro salute nostra corpus uerum nostræ naturę assumpsit: & quia maxime proprium amicitię est conuiuere amicis (ut Phil. * dicit 9. Eth.) sui presentia in corporalem nobis repromittit in premium, dicens Matth. 24. Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Interim tamen nec sua presentia corporali nos in hac peregrinatione destituit, sed per ueritatem corporis & sanguinis sui, nos sibi coniungit

* Lib. 9. cap. 8. & lib. 8. c. to. 5.

uam Christi corporis ad hoc, q̃ sit præsens accidentibus panis. Sed quò ad rem in idem redit cum opinione recitata a Magistro: quia fm rem panis non conuertitur in aliquam rem, sed in nihilum cedit, & propterea solo nomine, conuersionem ponit panis in corpus Christi. Quidam autem conuersionis nomē & rem, partialiter tamen, admittunt, de quorū numero est Durand. in eodem quarto, ponens materiā panis conuerti in corp⁹ Christi, quia incipit informari forma corporis Christi (sicut alimentum informatur forma aliti: panis vero formam desinere esse. Et hæc noua opinio vt erronea à Pet. de Pal reprobatur & erronea conuincitur ex hoc, quòd corpus Christi iam est impassibile, & multo magis eius anima est immutabilis, quò ad informare & non informare.

¶ Quidam demum conuersionis nomen, & rem totaliter admittentes, dicunt: panem conuerti in corpus Christi, non secundum substantiam: sed fm esse accidentale: ita quòd panis conuertitur non in substantiam corporis Christi, sed in illius esse sacramentale: & hanc opinionem tenet, sine assertione tamen, Pet. de Pal. in 4 quam opinionem vtpote nouam Auctor non tractauit. aliena tamen à veritate est: quia transubstantiationem solo nomine saluat: qm̃ fm rem, apud istos substantia panis conuertitur in accidens, & non in substantiā corporis Christi, sed secundum vocem saluant transubstantiari, quia conuertitur panis substantia in Christi substantiam fm esse accidentale. Patet siquidem manifeste, transubstantiari importare cōuersionem substantiæ in substantiam simpliciter & absolute, vt textus expresse inductæ decretalis dicit, transubstantiatis pane in corpus & vino in sanguinem.

¶ Communis autem doctrina, quam Auctor sequitur post Magistrum sent. tenet substantiam panis conuerti in substantiam corporis Christi absque additione aliqua, absque augumento quoq; in substantia corporis Christi. ac per hoc panē non esse redactum in nihil, sed conuersum in substantiam Christi corporis, & ex hoc ipso non esse amplius panem, sed quod erat panis, est corpus Christi. Et hęc doctrina ex sacris cōciliis priscisq;

doctoribus

doctoribus ecclesiæ clare habetur, vt patet de cons. dist. 2 diffu se, & in allegata decretali Lateranen concil.

¶Addit autem doctrina hæc, ꝙ hæc nouitas conuersionis est ratio nouitatis continentiæ, & prior illa, ita ꝙ prius natura est nouitas conuersionis panis in corpus Christi, & deinde ſm naturæ ordinem est corpus Christi sub hostia: vtrumque tamē est in uno, & eodem instãti temporis. Nec est inter has duas nouitates ſolũmodo distans ordo prioris, & posterioris, seu ordo causalitatis, ita quòd hæc conuersio panis in corpus Christi, est causa sufficiēs in suo ordine existentię corporis Christi sub hostia: ita ꝙ licet sint hic duæ nouitates, & tot mutationes cum suis proprijs terminis, tanta tñ est inter eas necessaria connexio, ꝙ ad priorem reliquæ necessario sequuntur, hoc est, ꝙ ad conuersionē hanc qua transubstãtiatur panis in corpus Christi, necessario sequitur, corpus Christi contineri sub hostia.

Habetur de eucharistia. cap. Ego Berengarius.

¶Quocirca quatuor supersunt declaranda. Primò, quòd hæc conuersio est factiua præsentiæ corporis Christi sub hostia. Secundò, quòd hoc est necessarium. Tertiò, q uomodo se habeat hæc conuersio ad sequentem præsentiam. Quarto redibimus, ad opiniones relatas.

¶Ad euidentiam primi scito, & caute, dupliciter de conuersione panis in corpus Christi posse nos loqui, vel simpliciter, & absolute, vel vt sacramentali. Nam si loquamur simpliciter, & absolute de conuersione panis in Christi corpus præexistens absq; additione, &c nihil aliud video inde sequi, quod ex hoc percipere possumus, quòd si absque sacramenti institutione, diuina potentia conuerteret panem in Christi corpus, nihil aliud faceremur effectum, nisi quòd panis conuersus est in corpus Christi. Et hoc est, quòd doctores dicti, scilicet Sco. & ſo nauerunt dicentes nouitatem conuersionis posse esse sine nouitate præsentiæ Christi ad hostiam: hoc enim verum esset, si esset sermo de conuersione simpliciter & absolute: sed si sermo est de conuersione sacramentali, secus dicendum est, & de tali conuersione loquuntur doctores prisci, sacri canones, & nos sic de ea nunc loquimur.

¶Et si quæras quid addit ly, sacramentalis supra conuersionem, respondeo quòd additaliquid nobis secundum, se ignotum: cognitum autem vtcumque, per hoc, quòd est illatiuum huius veritatis, hoc est corpus meum.

¶Et caue ne dixeris, quòd addit solum respectum ad actiuam consecrationem per verba sacerdotis in persona Christi.

¶Probatur igitur, ꝙ conuersio sacramentalis, hoc est, quæ, seu qualis, in hoc sacramento sit, est factiua præsentia corporis Christi sub hostia. Probatur autem tripliciter Primo, ex hoc, ꝙ nulla alia ratione ecclesiastici doctores laboraverunt conuersionem in hoc sacramento, declarare, nisi ad verificãdum, hoc est corpus meum. Quod patet, tum ex eo, ꝙ conuersio non explicite habetur in euangelio, ac per hoc nisi ad verificandum verba domini, conuersio esset, non apparet vbi fundarem conuersionem credendam ab omnibus fere: tum, ex eo, ꝙ Ambr. tanto labore insudans ad verificandum, hoc est corpus meũ, nihil aliud facit, nisi quòd conatur monstrare hoc, quod erat panis, modo esse corpus Christi, & hoc idem facit August. & breuiter de consec. dist. 2. plena est istis laboribus.

¶Secundò patet, ex prius inducta decretali Lateranensis concilij dum dicitur, Christi corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem: vbi ex ipso modo loquendi apparet prioritas, & causalitas transubstantionis respectu continentiæ.

A

¶Sed & clarius apertissime tertio patet hoc ex concil. Florentino sub Eugenio IIII. vbi sic legimus. Forma huius sacramenti sunt verba saluatoris, quibus hoc confecit sacramentum: sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc cõficit sacramentum: nam ipsorum verborũ virtute substantia panis in corpus Christi, & substãtia vini in sanguinẽ conuertuntur. vbi manifeste vides, ꝙ ratio, & causa quare hoc conficitur sacramentum, est conuersio hoc enim significat illa causalis conjunctio, nam quinimmo ex hac ecclesiæ determinatione habes conuenientem loquendi modum, dicẽdo, ꝙ verba cõsecrationis media conuersione panis in corpꝰ Christi conficiũt hoc sacramentum, quod constat ex specie panis, & corpore Christi: fit eñ ex his duobus ineffabili modo vnum sacramentum, quo ima summis cõiunguntur ita ꝙ ex hac concilij doctrina. s. quia virtute verborum fit conuersio, sacerdos proferẽs verba, hoc conficit sacramentum, manifeste habemus cũuersionem efficere hoc sacramentum, quod nihil aliud est, quàm facere vnum ex corpore Christi, & specie panis: ex his enim duob. cuilibet fideli certum est constare hoc sacramentum.

B

Ad primvm ergo dicendũ, quòd ex hac auctoritate prædicti hæretici occasionem errandi sumpserunt, male verba August. intelligentes. Cum eñ August. † dicit, Non hoc corpus, quod videtis, mãducaturi estis, non intendit excludere veritatẽ corporis Christi: sed quòd non erat manducandum in hac specie, in qua ab eis videbatur. Per hoc autem, quod subdit sacramentum quod uobis commendaui spiritualiter intellectum, uiuificabit uos, non intendit, ꝙ corpus Christi sit in hoc sacramento solum secundum mysticam significationem, sed spiritualiter * dici ideſt, inuisibiliter, & per virtutem Spiritussancti: unde super Ioã.* exponens id, qđ dr, Caro non prodest quicquam, dicit: sed quomodo illi intellexerũt, carnem quippe sic

In expositione ps. 98. tom. 8.

C

Alias impalsibiliter. Tract. 27. in Euang. Ioã. Inter prima & med. illius.

¶Et potest formari sic ratio talis. Conficere hoc sacramentum, est facere nouitatem continentiæ: sed conuersio sacramentalis est ratio confectionis sacramenti: ergo conuersio sac, amea talis est ratio nouitatis continentiæ. Maior propositio est per se, nota, quasi à definito ad definitionem, quia hoc sacrm signi

D

ficat, constans ex accidentibus panis, & corpore Christi: Minor vero patet ex auctoritate concilij reddentis pro causa, quare verba conficiunt hoc sacramentum, quia ipsorum virtute fit conuersio. Et hinc habere quoque potes, quòd nouitas conuersionis non concurrit per accidens ad nouitatem continentiæ, ex quo sacro concilio pro causa affertur: causæ enim per accidens, ab arte relinquuntur. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum sciendum est, quòd sicut necessarium dicitur dupliciter in naturalibus, vel secundũ naturæ ordinem, vt quòd homo generetur ex concubitu maris, & fœminę, vel secundum habitudinem terminorum, vt circulum esse rotundum, ita in ecclesiasticis mysterijs dupliciter potest dici necessarium, vel secundum ordinem sacramentalem, vt infantem baptizatum mundum esse culpa, & pœna, vel quia impossibile est etiam per diuinam potentiam aliter fieri, vt quod altare consecratum non fuerit consecratum. In proposito non est disputandum de diuina potentia, vbi de sacramentis tractatur: sed est attendendum quòd sacramentalis ordo exigat, & sicut in naturalibus necessaria secundum naturæ ordinem, appellantur necessaria sine additione aliqua, ita in sacramentalibus

E

appellanda sunt necessaria, quæ secundum sacramentalem ordinem sunt necessaria: debet enim quælibet disciplina vti necessario, & contingenti, possibili, & impossibili secundũ proprium ordinem sui generis. Et propterea quia nouitas conuersionis ſm sacramentalem ordinem Deo institutum, & ab ecclesia explicatum, est necessaria ad nouitatem continentiæ, dicendum est simpliciter, & absolute, quòd conuersio sacramentalis est necessaria ad continentia corporis Christi sub specie panis. Probatur autem necessitas secundum ordinem sacramentalem ex supradictis, ex quibus apparet clare, ꝙ conuersio per se concurrit ad verificandum, hoc est corpus meũ: seu ad confectionẽ huius sacramenti: si enim concurreret per accidens, non oportuisset doctores priscos tantum pro ipsa laborare, nec licuisset sacro concilio ipsam pro ratione confectioni

ctionis sacramenti reddere ea enim quæ sunt per accidens, vt dictum est, à doctrina repelluntur. Constat autem, quòd si conuersio per se concurrit, necessario concurrit, vt norunt exercitati in posterioribus analyticis. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, videtur mihi conuersionem habere se ad hoc sacramentum, sicut fieri ad factum esse ita tñ vt nõ requiras hic omnimodam similitudinem: sed ea ratione moueo: quia sacramenta nouæ legis efficiunt, quod significant, ac per hoc verba Christi, hoc é corpus meũ, quia efficiunt vtramq; nouitatem: conuersionis & continentię, vt expresse dicta sacri cõcilij auctoritas testatur, cõsequens est, vt eadem Christi verba significent vtramque nouitatem, alioquin plura efficerẽt, quàm significarent: immo efficerent quod non significarent. intelligendo aũt cõuersionem habere se ad hoc esse corp' Christi, sicut fieri ad factum esse, optime intelligim' verba Christi significare vtramque nouitatem, explicando posteriorem, vt in termino: sicut enim in naturalib. dicendo, hoc est lumẽ nouum, significatur illuminatio, & illuminatum esse, vt in termino, ita in saluatoris verbis virtutem habentibus factiuam conuersionis panis in corpus Christi, conuersionis inquam vnientis corpus Christi, & accidentia panis, ad vnum sacramentum, significatur, & conuersio panis in corpus Christi, & corpus Christi contineri sub accidentibus panis, vt in termino, & sic verba Christi vtrumque significant, & vtrumque efficiunt. Suadetur autem rationabiliter hoc dici, ex eo, quòd huic dicto omnia consonant dicta sanctorum, & sacrorum conciliorum. Et hinc facile soluuntur obiectiones, manifestiorque fit doctrina communis, vt patere potest applicando. Hæc de tertio.

Alias spiritualiter.

¶ Quo ad quartum, circa aliorum opiniones duo sunt aduertẽda. Primum est, quòd omnes videntur fugisse veram transubstantiationem panis in corpus Christi: quia non videtur intelligibile absque aliqua nouitate in substantia Christi. Secundum est, quòd dupliciter excessus apparet in eis. Alter, recurrendi ad possibile secũdum diuinam potentiam, cum debuissent suam tractatu discurrere secundum potentiam sacramentorum eorumque ordinẽ, & ex hoc excessu orta est illa repulsa opinio Ioan. Parisiensis de assumptione paneitatis ad vnitatem hypostasis Christi, quàm pluribus a doctoribus recitatam videre potes, si vis. Alter excessus est, nimis metiendo res fidei secundum lumen humani ingenij sibi præstiti, ex hoc enim transubstantiationem euitarunt, cum multo me ius ac perspicacius sensissent, si Magistrum sent secuti, cum admiratione illam verissime tenuissent.

¶ Nũc ad præsentem articulum redeamus, quo conclusum est corpus Christi veraciter esse in hoc sacramento, dicente ipso, Hoc est corpus meum, & vt iam diximus, in hoc omnes fideles conueniunt: sed modus quo est, in disputationem vertitur. Scotus putauit corpus Christi absque deperditione proprij loci acquirere quandam præsentialem ad species panis, quæ præsentia est quidam respectus, quasi de genere vbi. Duran putauit corpus Christi absq; recessu a proprio loco esse præsens accidentib. dictis: sicut angelus est præsens corpori prius natura, quam moueat ipsum, dante Deo Christi corpori sm subsistantiam immediatum ordinem ad accidentia panis cõuersi in ipsum, non minus, q̃ si absque quantitate pura substantia esset.

¶ Sed neutram harum opinionum sufficiens apparet, ad veri-

intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur, accedat spiritus ad carnem, & prodest plurimũ: nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt habitaret in nobis.

Ad secundum dicendum, q̃ verbum illud Aug. & omnia similia sunt intelligẽda de corpore Christi, sm q̃ vr̃ in propria specie, sm q̃ etiã ipse dominus dicit Matth. 26. Me autem non semper habebitis, inuisibiliter tamen sub speciebus huius sacramenti est, vbicumq; hoc sacramentum perficitur.

Ad tertium dicendũ, q̃ corpus Christi nõ est eo modo in hoc sacro, sicut corpus in loco, quod suis dimensionib. loco cõmensuratur: sed quodã speciali* modo, qui est proprius huic sacramento: vnde dicimus, q̃ corpus Christi est in diuersis altaribus, non sicut in diuersis locis, sed sicut in sacramento: per quod non intelligimus, q̃ Christus sit ibi solum sicut in signo, licet sacramentum sit in genere signi: sed intelligimus corpus Christi hic esse, sicut dictũ est, *, secundum modum proprium huic sacramento.

Ad quartum dicendum, q̃ ratio illa procedit de præsentia corporis Christi, prout est præsens per motum corporis, ideſt prout est in sua specie visibili: non autem prout est spiritualiter, ideſt inuisibiliter, modo & virtute spiritus. vnde Augu.* dicit super Ioan. Si intellexisti spiritualiter verba Christi de carne sua, spiritus, & vita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus, & uita sunt, sed tibi non sunt.

Articvlvs II.

Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis, & vini post consecrationem.

Ad secundum sic procedit. Vr̃, quòd in hoc sacramento remaneat substantia panis, & uini post consecrationem.

ficandum id, quod cõiter fa'emus, s. sumendo hostiam consecratam, sumere nos verum Christi corpus. sed solum esset verũ, nos sumere accidentia præsentia corpori Christi. Patet eñ hæc sequela primo ratione: quia sumens vnum præsens alteri, non oportet sumere alterum. Eiusdẽ proprio exemplo secũdæ opinionis, q̃a sumẽs panẽ, cui est præsens angelus, non propterea sumit angelũ, & similiter quo ad primam opinionẽ: quia sumens panẽ locatũ, nõ si inde nõ mouetur, nõ propterea sumeret locum eius & tñ inter panẽ, & eius locũ non est mutua præsentia nõ vr̃ ergo sufficiẽter saluari veritas huius ex hoc solum, q̃ ponitur simplex Christi corporis præsentia ad accidentia panis, quãuis verũ sit, corpus Christi esse illius præsens.

¶ Vnde cõuenientib. cum Aug. & Greg. re citatis a Magistro sẽtẽ. dicimus ex corpore Christ, & accidẽtibus panis constare vnum sacr̃m, non p. cie, sicut ex signo, & signato, sed quoda ineffabili modo, qui a sacro sacro cõcilio Lateran. vocatus est ex continente, & cõtẽto, quo ẽ nomine appellauit eũ Magister seu. quẽ modum Auctor in hac litera in responsione ad argumenta appellauit spiritualem, & modum proprium huic sacramento.

¶ Monstratur autem huiusmodi conuenientia ex ipsis domini verbis nam & forma sacramenti, hoc est corpus meum, ideſt, contentum sub hac specie, est corpus meum, vt communiter exponitur monstrat corpus Christi contineri sub accidentib. istis, præsertim quòd ly hoc, non demonstrat substantiam simpliciter & absolute: sed vt connotat ipsius continentiam sub istis accidentibus, quod conuincitur ex eo, quòd oportet durantibus accidentibus, semper verificari contentum sub his accidentibus esse corpus Christi.

¶ Ex alijs autem verbis domini, Ioã. 6. verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt, apparet spiritualis coniunctio veræ carnis Christi cum accidentibus panis. Intellexerant siquidem discipuli Christi carnem carnaliter comedendam, ac per hoc morte intercedente, non vescimur siquidem carnibus nisi mortuis saluator autem noster vtrumque errorem abstulit, dicendo quòd spiritus, & vita sunt: vita contra mortem, spiritus contra carnem, ideſt, carnalem modum, ac si aperte dixisset, dicta mea sic intelligite, quòd viua mea caro spiritualiter vobis offertur in cibum. Merito demum modus iste proprius dr huic sacramento, non solum propter differentiam a cæteris sacramentis, sed ẽt quia in toto vniuerso non apparet vnus aliquis modus huic similis, propter quod cum admiratione, & veneratione fateamur defectum cognitionis nostræ circa hoc.

Super Quæstioni 75 Articulum secundum.

Titulus clarus. In corpore duo facit: primo recita opinionem affirmatiuam, secundo reprobat eam, quatuor rationibus, per hoc concludendo negatiuam, & quia rationes auctoris a posterioribus fuerunt valde discussę ac improbatę, quamuis teneant conclusionem cum auctore, ideo afferenda sunt motiua, quæ contra has rationes afferuntur.

¶ In corpore recitat opinionem affirmatiuam, & reprobat ea quatuor rationibus

¶ Circa primam rationem multa obijciuntur contra illam maiorem, Non potest aliquid esse, vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationẽ, vel per alterius conuersionẽ in ipsum. Arguit eñ contra ipsam tripliciter. Primo, contra ipsam absolute. Secundò, cõtra ipsam applicatã ad hãc materiã. Tertiò, contra

perfectam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perfeitatē illius, Sco. in primis in 4. sen. di. 10. q. 1 3. & 4. & di 11. q. 2. multipliciter obijcit. Duran quoque in 11 di. 4. obijcit.

¶Quadrupliciter ergo contra maiorem vniuersaliter intellectam arguitur. primo, à Durando, quia Deus posset creare nouum cælum supra vltimam nunc sphæram, & tunc vltima nunc sphæra inciperet esse vbi prius non erat absque hoc, q̄ moueretur, & absque hoc, q̄ aliquid conuerteretur in ipsam: falsa est ergo maior assumpta.

¶Secundo, ab vtroq; quia Deus posset facere corpus suum esse præsens sacramento altaris simul cum substantia panis, cum hoc non implicet cōtradictionem, & tūc corpus Christi inciperet esse sub sacramento absque motu locali, & absq; conuersione alicuius in ipsum. Assumptum probatur: à Scoto: quia non est maior repugnantia, corpus Christi esse simul cū substantia panis, quàm sub quantitate eius: quia non magis repugnat substantia substantiæ, quam substantia quantitati quo ad talem simultatem.

¶Tertiò, à Scoto: quia de facto quantitas corporis Christi, & anima eius incipiunt esse in hoc sacramento absq; hoc, quòd aliquid conuertatur in ipsas. Et si glossetur maior, arctando ipsam ad id, quod primo incipit esse alicubi, & dicendo, q̄ non habet locum in his, quæ incipiunt esse alicubi cōcomitanter, contra instat Scotus dupliciter. Primo, quia ex hoc habeo, q̄ non est propria mutatio, nec propria formalis ratio, nec præcisa ad esse alibi rem immotam localiter, conuersio aliculus in ipsam. Secundò, quia alia est præsentia animæ hic & alia præsentia corporis: quia aliud, & aliud est fundamentum sed præsentia animæ non habetur per conuersionem in ipsam nec per motum localem: ergo maior est falsa.

¶Quartò, Deus potest facere in creatura aliquid sine eo, quod non est sibi ratio essendi, nec aliquo modo de essentia eius: sed nec conuersio, nec sacramentū est formalis ratio corpori Christi essendi hic, nec aliquo modo de essentia eius: ergo Deꝰ potest facere corpus Christi esse hic siue vtroque istorum. Probatur minor: quia conuersio non est ratio formalis essendi: nec vt præsens, quia præterit corpore Christi existente hic, nec vt præsenta, quia tunc Deus non posset subtrahere hinc corpus Christi, sicut nec facere, quòd non præterit conuersio. Similiter nec sacramentales species, quia non sunt in corpore Christi, nec per eas aliquid ineſt formaliter corpori Christi.

¶Quintò, arguitur ex alio capite, ex hoc scilicet, quòd corpus Christi immotum potest simul esse in diuersis locis localiter. Sed de hoc alias.

¶Circa applicationem vero maioris ad hanc materiam, tripliciter arguitur. Primò, à Durando, corpus Christi esse in sacramento, non est esse alicubi, quia non est esse in loco: male ergo applicatur illa maior de vbi, & alicubi, ad esse in sacramento, & falsa est minor dicens, quòd corpus Christi incipit esse vbi prius non erat, essendo in sacramento.

¶Secundò à Scoto: Genitum esse in loco corrupti, est verum propter materiam cōem vtrique: propterea enim ignis incipit esse vbi erat aer conuersus in ignem, quia ex materia, quæ fuit aeris remanente ibidem, & forma ignis, fit compositum ibidem. In proposito autem, quia non remanet materia panis, non habet locum maior, dicens quòd per conuersionem corpus Christi est, vbi erat panis.

¶Tertio, ab eodem, & Durando, quia aliud est loqui de conuersione absolute, & aliud de cōuersione in præexistens. Nam quod conuertitur in præexistens, trahitur ad conditiones præexistentis, & nō econtra, vt pater in alimento, & alito, & propterea hinc sequitur, quòd panis est vbi est corpus Christi, & non econuerso.

¶Contra perfeitatem, hoc est necessitatem cōuersionis ad existentiam corporis Christi in hoc sacrō, q. d. impossibile sit corpus Christi non motū localiter, incipere esse in hoc sacramento absq; cōuersione alicuius, puta panis, multipliciter arguit.

¶Primo, à Scoto: Per nullam mutationē habetur per se illud, quod est aliud, & posterius suo per se termino: sed præsentia corporis Christi hic, ideſt, in hoc sacramento est quid aliud, & posterius corpore Christi, quod est proprius terminus trā substantiationis: ergo p̄ conuersionem panis in corpus Christi nō habetur per se hmōi præsentia.

¶Secundo, & supponitur Deum posse facere corpus Christi p̄sens hostiæ, manēte substantia panis, qd probatur: quia nouitas posterioris nō infert nouitatem prioris ex 8. phys. vbi ponitur motus localis i cœlo sine mutatione ſm formam absolutā. Arguitur ergo sic, Sine mutatione substantiali potest esse noua præsentia corporis Christi ad panem: ergo oportet dare aliquam mutationem ad huiusmodi præsentiam. ergo huiusmodi præsentia non habetur per conuersionem. Et probatur sequela: quia terminus vnius rationis, cuiusmodi est p̄sentia, non proprie per se est terminus duarum mutationū distinctarum secundum genus. Et si dicatur, inquit Scotus, corpus Christi posse esse præsens cum substantia panis, sine mutatione substantiali, tamen nunc de facto fit præsens per substantialem mutationem panis in corpus Christi, & nō per aliā: contra, in corpus Christi prius factum præsens pani posset Deus conuertere panem: quia non esset magis contradictio tunc quam nunc: ergo talis conuersio, vel non faceret corpus Christi præsens, vel fieret præsens, postquam fuit præsens, & sic eadem præsentia terminaret duas dictas mutationes. Deinde extenduntur argumentationes ad hoc, q̄ conuersio nihil facit ad præsentiam corporis Christi in sacramento.

¶Et arguitur primo sic, Deus posset conuertere panem in corpus Christi, vt habens esse in cœlo: quia non est ibi maior contradictio, quàm in conuersione quæ nunc ponitur: sed tūc non haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione. ergo nec nunc.

¶Secundò, Si panis quantus conuerteretur in corpus Christi quantum, ita quòd substantia in substantiam, & quantitas in quantitatem verteretur, tunc corpus Christi, quantum non haberet vbi circumscriptiue, quod fuit circumscriptiue panis quanti. ergo nunc non habet vbi definitiuum substantiæ panis. Et probatur sequela: quia ita se habent substātiæ quę substant quantitatibus ad loca definitiue, sicut substantiæ quantæ ad toca circumscriptiue, ac per hoc, quod facit conuersio substantiæ in substantiam ad vbi definitiue, hoc facit ad vbi circūscriptiue conuersio substantiæ quantæ in substantiā quātā.

¶Tertio, Si per cōuersionem fit terminus ad quem, vbi fuit terminus a quo. ergo modus essendi vtriusque erit similis, ille saltem modus qui potest esse cōmunis vtrique: sed panis erat hic quantitatiue. ergo corpus Christi erit hic quantitatiue, quod est inconueniens.

¶Quartò, arguit Durandus: Sicut se habet substantia ad substantiam, sic se habet quantitas ad quantitatem: sed si quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Christi, non propter hoc quantitas corporis Christi fieret vbi fuit quantitas panis. ergo non propter conuersionem corpus Christi fit vbi erat panis.

¶Reliqua argumenta, quæ contra hanc eandem Auctoris rationem ex alio capite militant, hoc est ex suppositione, quòd vnum corpus potest esse simul localiter in diuersis locis, cum rationibus probantibus ipsam suppositionem, ideo pro nunc omitto, quia constat corpus Christi non esse in sacramento localiter: hinc em̄ huiusmodi quæstio à proposito remota apparet, fiet autem de hoc quæstio specialis. Hæc igitur sunt, quæ contra primam literæ rationem obijciuntur.

¶Ad euidentiam horum p̄mittendum est, q̄ non est hic q̄stio de diuina potentia: non enim ad hunc tractatum hæc spectat quæstio, sed quærimus quid institutus ergo causarum habeat.

Lib. 4. q. 14. in med.

Dicit em̄ Dama. † in 4. lib. Quia consuetudo est hominib. comedere panem, & vinū bibere, cōiugauit eis diuinitatem, & fecit ea corpus, & sanguinem suum, & ita panis communicationis nō panis simplex est, sed vnitus diuinitati: sed coniugatio est rerum actu existentium: ergo panis & vinum simul sunt in hoc sacramento cum corpore, & sanguine Christi.

¶2. Præt. Inter ecclesiæ sacramēta debet esse cōformitas: sed in aliis sacramentis substantia materiæ manet, sicut in baptismo substantia aquæ, & in confirmatione substantia chrismatis. ergo & in hoc sacramento substātia panis, & vini manet.

¶3. Præt. Panis, & vinum assumuntur in hoc sacramento, in quantum significāt ecclesiasticam unitatem: prout unus panis fit ex multis granis, & unū uinū ex multis racemis, ut August. * dicit in lib. de symbolo: sed hoc pertinet ad ipsam substantiam panis & uini: ergo substantia panis, & uini remanet in hoc sacramento.

Sed contra est, qd Amb. * dicit in lib. de sacramentis, Licet figura panis, & uini uideat, tamen nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt.

Respon. Dicendum, q̄ quidā posuerunt post consecrationem substantiā panis, & uini in

Trac. 26. in Ioan. inter med. & fin. tom. 9.

Colligitur ex li. 4. ca. 4. & lib. 6. c. 1. to. 4. eleré de consid. 2. c. Omnia.

beat. Vnde cum dicitur in litera. Impossibile est, &c. non est sermo de impossibili, secundum diuinam potentiam absolute: sed secundum potentiam ordinatam, secundum quam attenditur possibile, vel impossibile in ecclesiasticis mysterijs. Et hinc multorū argumentorum, quę adduximus, solutio pendet.

¶ Vnde ad obiectacō tra Auctoris propositionē maiorē absolute, & vniuersaliter intellectam rndēdo, dr, ꝙ duo prima argumēta, quia equiuocant de possibili, dū de diuina potētia absolutē loquuntur, nō militant cōtra Auctorem. Prima tn obiectio, de vltima sphæra præter hoc dupliciter deficit. Primo, quia maior literę manifeste loquitur de locis præexistentib. obiectio aūt creat de nouo locum præexistenti locabili.

¶ Secundo deficit: quia si crearetur alia sphæra, ista quæ nūc est suprema proprie loquēdo, esset in eodem loco, in quo nunc est. varietas autem esset de loco imaginario in locum realem, & de loco potentiali in locum actualem: vnde proprie loquendo, non acquireret nouum locum, sed nouum continens: sermo autem literæ est de loco nouo totaliter, & non secundum quid.

¶ Ad tertium vero dicitur, quòd responsio recitata non est mala, melius tamē diceretur, Nihil immotū potest esse, vbi prius non fuit, nisi per conuersionem in ipsum, aut aliquid sibi realiter coniunctum. Et per hoc excluditur prima instantia Scoti dicendo quòd conuersio est propria mutatio afferens præsentiam proprij termini primo, & coniunctorum illi concomitanter: sic enim nulla fit exceptio ab illa maiore: sed declaratur vim conuersionis extendere se ad præsentiam, non solum proprij termini, sed concomitantium illum.

¶ Ad secundam autem instantiam negatur aliam esse præsentiam animæ, & aliam corporis in hoc sacramento: eadem ēm numero præsentia, qua corpus Christi præsens est sacramento, anima eius corpus concomitans, denominatiue dr præsens. Vnde falsum est esse aliud, & aliud fundamentum presentiæ in anima, & corpore: sicut etiam anima mea est in hoc loco, quia corpus meum est hic, & à corporis præsentia in loco denominatur anima mea præsens, nec oportet ponere aliam propriam in anima mea præsentiam ad locum hunc.

¶ Ad quartum dicitur, ꝙ maior est diminuta: debet. n. addi, nec necessario connexum: & vltra hoc minor est etiam diminuta, quantum ad conuersionem: quoniam connexio præsentiæ ad conuersionem, nec est vt ad præsentem, nec vt præteritam, sed vt ad viam in ipsam: habet enim se, v. factum esse in termino ad fieri. Illud quoque quod additur de speciebus, diminutum est: datur enim tertium, scilicet quòd sub illis corpus Christi habet præsentiam, quam sine illis haberi non est intelligibile, quia implicat contradictionē. Nā si corpus Christi esset sacramentaliter, sine aliquo sensibili signo; integraret, & non integraret sacramentum, & similiter contineretur sub signo sensibili, & non contineretur, & similiter esset præsens sensibili signo, & nulli sensibili signo esset præsens. Et tenent sequelæ, quia de ratione sacramenti est sensibile signū, ac per hoc sacramentale esse intelligi nequit absque sensibili signo.

¶ Ad obiecta autem contra applicationem dictæ maioris ad hanc materiam respondendo, dicitur ad primum, quòd triplicit deficit. Primo, quia in litera non subsumitur, quòd esse in sacramento sit esse alicubi, vt patet intuenti. Secundo, quia licuit philosophorum more latentes res per comitantia accidētia declarare; constat autem, quòd esse in sacramento, est esse valde latens, verificans locum eundem de sacramento, & existente sub sacramento. Licuit igitur vti propositione de vbi, & alicubi pro maiore, & subsumere de esse in sacramento tāquam verificante vbi, & alicubi de corpore Christi existente in sacramento. Et hinc patet tertium, ꝙ. s. vere quāuis per accidens per esse in sacramento acquirit nouum vbi, puta altare, quod est locus specierum. Et potest vnico verbo dici, ꝙ esse in

hoc sacramento remanere: sed hæc positio stare nō potest. Primo quidem, quia per hanc positionē tollitur veritas huius sacramenti ad quā pertinet, vt vērū corpus Christi in hoc sacrāmēto existat, quod quidem ibi non est ante consecrationem: non aūt aliquid potest esse alicubi, vbi prius nō erat, nisi vel per loci mutationē, vel per alterius conuersionem in ipsum: sicut ī domo aliqua de nouo incipit esse ignis, aut quia illuc defertur aut ibi generatur: manifestū est aūt, ꝙ corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem. Primo quidē, quia sequeretur, ꝙ desineret esse in cęlo: non. n. quod localiter

F sacramento, licet non sit esse in loco formaliter: est tamen ca
saliter, pro quanto per illud esse Christus est, vbi est sacrm.

¶ Ad ēm vero dicitur, ꝙ formaliter loquendo, materia inquātum remanens ibidem sub vtroque termino, facit ꝙ genitum sit in loco corrupti, & ex hoc habetur, ꝙ quodcumque quantum remanens alicubi sub vtroque termino, sufficit ad hoc, ꝙ genitum sit in loco corrupti: & quia sic contingit in proposito (nam eadem numero species panis quanta ibidem remanet sub vtroq; termino) ideo sufficiēter habetur, vnde corpꝰ Christi sit in loco panis cōuersi in ipsum, quāuis materia nulla cōis remanserit: species enim quanta remanens, æquiualer materiæ quo ad hoc.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd in hac mirabili transubstantiatione concurrunt duæ rationes, scilicet ratio conuersio-

H nis, & ratio præexistentis, & pro quanto inuenitur in hoc sacramento ratio conuersionis, qua id quod erat panis subst̄atia est substantia corporis Christi, habemus iuxta generalem regulam conuersorum in naturā aliam, corpus Christi esse vbi erat panis, & hoc est, quod litera sonat, quòd ignis incipit esse alicubi, quia id quod est ibi, conuertitur in ignem, & hoc est clarum, & expedit ad manuducendum intellectum, qui si solum attenderet, quòd ex pane hic existente sit corpus Christi, ita quòd contentum sub accidentibus panis, acquisiuit substantialiter integram naturam Christi corporis per conuersionem in ipsum, facile intelligeret corpus Christi esse, vbi erat panis conuersus in Christi corpus, sicut ignis est, vbi erat lignum conuersum in ignem; sed quia rationr conuersionis adiungitur ratio præexistentis Christi corporis, impediri videtur quod dictum est haberi ex ratione conuersionis; quoniam ipsum præexistens trahere videtur ad se, quod conuertitur in ipsum. Veruntamen oportet in huiusmodi mirabilibus hominem

I esse persuasibilem, & conceptus nostros sacris adæquare mysteriis & non econtra. Et propterea dicimus, quòd ex ratione conuersionis habemus corpus Christi esse vbi fuit panis; hoc enim, vt ex supra dictis patet, tam ecclesiæ, quam sacrorum doctorum tradidit auctoritas. Ex ratione vero præexistentis Christi corporis absque additione mutationeque aliqua in ipsius substantiam, habemus, non quòd panis, sed id, quod fuit panis, est vbi est corpus Christi; quia est ipsum corpus Christi verum, quod est in cœlo. Et ex hac parte concedendum est, quòd conuersum acquirit conditiones eius, in quod est conuersum; nec potest hinc incōueniens aliquod inferri; sed duo mirabilia conspiciuntur ex hac mirabili conuersione, scilicet corpus Christi esse, vbi fuit panis, & id quod fuit panis, esse vbi est corpus Christi.

¶ Ad obiecta contra necessitatem cōuersionis ad corpus Christi esse in sacramento, respondendo dicitur ad primum, quod, vt supra diximus, dupliciter de conuersione panis in corpus

K Christi loqui possumus hoc est, vel absolute, vel sacramentali. Et si sit sermo de conuersione absolute, fateor me non videre necessitatem, & sic arguentes fere omnes de conuersione loquuntur. Et propterea non est mirum, si contra Auctorem cōmunemque doctrinam non militant; quia non de conuersione absolute, sed de conuersione sacramentali intelligenda est communis doctrina; hæc enim necessaria est, ad verificandum sacramentum eucharistię.

¶ Vnde ad primam obiectionem Scoti, quæ est maximum eius fundamentum, dicitur quòd tam maior, quàm minor est falsa. Maior quidem, quoniam in naturalib. videmus, quòd per eandem mutationem habetur per se non solum substantia per se primo terminans, sed concomitans passio; nam per vnam & eandem generationē habetur per se terra, & eius grauitas, & similiter igni, & eius leuitas, in tantum, ꝙ grauia, & leuia dicuntur ab Aristote. moueri per se à generante, & similiter per eandem mutationem habetur substantia Sortis, & eius filiatio,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

filiatio, cũ Sortes generatur. Falsa est ergo maior in absolutis & relatiuis: minor autem vniuoce loquendo de conuersione, non est vsquequaque vera, pro tanto: quia licet conuersionis absolute terminus proprius sit solummodo corpus Christi: conuersionis tamen sacramentalis proprius, & per se terminus est corpus Christi verificans Christi verbum, hoc est corpus meum: sic enim vt ex superius dictis apparet, ab ecclesia, & priscis doctoribus docti sumus, & quia incognitũ nobis est, quid addit supra corpus Christi ly verificans, hoc est corpus meum (quoniam vires humani intellectus excedit, quomodo corpus Christi est in sacramento hoc) ideo pro friuolis molestijs potius, quàm rationabilibus argementis habendæ sunt obiectiones, quæ cõtra hoc fierent, ex eo quòd corpus Christi in hoc sacramento non est per se vnum, sed aggregatum per accidens, & similia. Sufficiat nobis addiscentibus in hac via credere ecclesiæ, & doctoribus priscis, quia sic est. Veruntamen pro aliquali quiete humani intellectus scito merito friuola hæc dici, quia manifeste constat terram, & grauitatem non constituere vnum per se, vtpote res diuersorum prædicamentorum, & tamen per eandem haberi mutationem. Posset quoque aliter solui dicta Scoti ratio, significando illum essendi modum nomine relatiuo, puta contineri sub specie panis, & dicendo, quòd conuersio sacramentalis in hoc differt à conuersione absolute, quòd sacramẽtalis conuersio est in corpus Christi non solum secundum se, sed vt consequitur inter ipsum, & accidentia panis respectus contenti, & continentis: ita ꝙ sicut generatio est illatiua substantiæ geniti cum filiatione consequente, ita conuersio sacramentalis habet vim illatiuam ex pane corporis Christi, cum relatione contenti sub accidentibus panis. Et secundum hoc, ad rationem Scoti dicendum esset, quòd duo sunt genera rerum. quædam enim sunt quæ secundum se ex suo genere per se primo fiunt, & sunt, & hæc apud Arist. sunt sola composita, vt patet 7. Meta. Quædam vero sunt, quę (vt Aristo. vtar) sunt & non sunt absque hoc, quòd generentur, vel corrumpantur, & extensiori vocabulo loquendo, absque hoc quòd fiant, & hę sunt formæ omnes, & præcipue relationes, quæ regulariter aliorum factionem consequuntur. Quocirca dato, quòd maior Scoti sit vera, loquendo de primo genere rerum, falsa tamen est, miscendo omnia genera simul: quoniam, falsa est de relationibus concomitantibus proprium mutationis terminum: & vniuersaliter falsa est, de consequentibus proprium mutationis terminum: quodlibet enim horum concomitantium licet sit aliud, & posterius proprio mutationis termino, per eandem tamen mutationem per se secundo haberi potest, quamuis non habeatur per illam per se primo. Et sequendo hęc, dicitur in proposito, quòd cõuersio sacramentalis per se primo terminatur ad corpus Christi, inferendo per se secundo continentiam corporis Christi sub accidentibus panis, quæ continẽtia licet sit aliud quid, & posterius Christi corpore, est tamen necessario necessitate sacramenti consequens corpus Christi, vt terminum conuersionis sacramentalis.

¶ Antequam autem respondeatur aliis argumentis, quia superius declaratas mutationes duas suponunt, præmonstrandum est, quid sentiendum sit de his mutationibus. Scito igitur recolendo antedicta, duplicem opinionem esse de eis posse: altera quæ est Scoti, ponit duas in hoc sacramento mutationes intercedere: prima est conuersio panis in corpus Christi: secũda est, qua corpus Christi de non præsente seu non contento fit præsens seu contentum sub specie panis: altera vero opinio est, quòd non est hic, nisi vna sola mutatio, qua ex pane fit corpus Christi: sed ad istam mutationem sequuntur vtrimq; relationes; in accidentibus siquidem panis ex hac mutatione sequitur relatio continentis, & in corpore Christi ex eadem mutatione sequitur relatio contenti, & si hæc mutatio sufficit ad faciendum corpus Christi veraciter cõtineri sub specie panis. Monstratur autem multipliciter rationabilitas huius opinionis simul cum destructione alterius, cum ex hoc, quòd plurali tas non est ponenda sine necessitate, ac per hoc cum vna mutatio hic sufficiat, non sunt ponendæ duæ, tum, quia secundum Philosophorum doctrinã relationes fiunt consecutiue ad mutationes absolutorum, & non per alias proprias mutationes: tum, quia tam ecclesiæ, quàm priscorum doctorum doctrina tradit conuersionis mutationem pro ratione verificante corpus Christi contineri sub specie panis: Quę doctrina nõ verificaretur, nisi forte per accidens si interuenirent hic duæ mutationes: quoniam si duæ mutationes sũt, prima per accidens se haberet, quod ét aduersarij fatentur: sed tunc sequitur maximum inconueniens, quòd tam ecclesia, quàm prisci doctores laborauerunt ad reddendam rationem per accidens, quæ ab arte, & doctrina resecanda est. Dicamus igitur, quòd vna sola hic interuenit mutatio, inferens nouitatem continentiæ. An autem sacramentalis conuersionis mutatio inferat, in vtroque extremo relationes reales continentiæ actiuæ, & passiuæ, vel solum ex parte corporis Christi sit relatio realis ad species, qua continetur sub speciebus, & per hoc demoninantur species cõtinere corpus Christi: quia corpus Christi continetur sub illis, vel in specieb. ipsis realis cõtinentiæ relatio ad corpus Christi cõsurgit, ex qua corpus Christi cointelligitur referri ad species, vt contentum ad continens, non quia ipsum referatur ad species, sed quia species, referuntur ad ipsum: sicut Deus realiter dicitur dominus creaturæ, non quia ipse referatur ad creaturã seruam, sed quia creatura refertur ad ipsum, non facile dixerim: quia ignotus est modus, quo corpus Christi continetur sub specie panis. Cum his tamen omnibus conclude, ita esse hic vnam solam mutationem, vt affirmando vnicam, perspicias ita interuenire in hoc sacramento vnicam mutationem in actu, vt non negetur esse plures in potentia, non naturali aut sacramentali, sed diuina absolute, hoc est, quod id quod de facto fit per vntcam mutationem, posset Deus facere per plures mutationes: posset enim mutare panem in corpus Christi vna mutatione, & facere corpus Christi cõtentum sub specie panis alia mutatione: sed quoniam hoc ad potentiam absolutam Dei respicit, simpliciter, & absolute loquendo, vnicam dicito interuenire mutationem. Et hæc dicta de his mutationibus actu, vel potentia in ordine ad relationes, non aliter dicta intellige, quam considerando esse sacramentale corporis Christi relatiue secundum relationes contenti, & continentis, nam secundum rem longe altius est, quàm huiusmodi relatiua significẽt, & magis reuerenter ac eminentius de illo sentitur, & dr, cum de illo secundum se sentimus, & dicimus, ꝙ se habet ad conuersionem, vt factum esse in termino ad fieri, vt superius explicauimus.

¶ Communicando tamen in consideratione respectiua cũ aduersarijs, ne fugere difficultates vtdeamur, his præmissis ad secundum Scoti dicitur admisso præsuppositio, ꝙ consequentia prima nihil valet, vtpote inferens à possibili logico necessariũ, dum dicit potest esse, ergo oportet. Et per hoc patet, ꝙ secunda consequentia dicens, ergo hmõi præsentia non habetur per conuersionẽ, non infertur ex primo antecedente. Et ad probationem dicitur, ꝙ terminus vnius rationis, cuiusmodi est præsentia, non est terminus per se duarum mutationum: quia non interuenit nisi vna mutatio, quamuis per potentiam diuinam possit esse terminus duarum mutationum, substantialis quidem consecutiue, accidentalis autem secundum se.

¶ Ad tertium autem contra bonam responsionem de facto, vel potentia, dicitur, ꝙ si panis conuerteretur in Christi corpus prius præsens factum, corpus Christi esset duplici vinculo præsens, hoc est, ex vi conuersionis sacramentalis, & ex vi prioris actionis diuinæ omnipotentiæ. Vnde nihil aliud sequitur, nisi quòd huiusmodi præsentia potest per diuinam omnipotentiã terminare duas mutationes, quod gratis concessum fuit.

¶ Ad obiecta demũ contra efficaciam conuersionis ad præsentiam corporis Christi in sacramento, respondendo per conditionales, vt in præcedenti fecimus responsione, dicitur, quòd si Deus conuerteret panem in corpus Christi, vt habens esse in cęlo, non esset conuersio eiusdem rationis cũ ista sacramentali, ac per poc, nõ est ad propositum quicquid inde sequeretur.

¶ Et

¶ Et peride respõdetur ad ſm in quo ſunt multi alij defectus, puta q̃ corpus Chriſti nunc de facto acquirit vbi definitium ſubſtantię panis, & q̃ ſubſtantia ſubiecta, quantitati habet ſuũ vbi definitiue præter vbi circumſcriptiue. Nam ſubſtantia ſeclusa quantitate virtualiq; contactu, nuſquam eſt, & eſſe corpus Chriſti ſub ſacramento, non eſt eſſe alicubi.

¶ Ad tertium negatur ſequela, quia voluntarie aſſertur.

¶ Ad quartum, quod eſt Duran. dicitur, q̃ argumentum, à ſicut, ſæpe claudicat, & in propoſito nihil valet. Et ratio eſt, quia non eſſet conuerſio eiuſdẽ rationis cum iſta ſacramentali, ſi quantitas cõuerteretur in quantitatem, & propterea nõ eſt mirũ, ſi aliud inde ſequereſ, & aliud ſequit hinc.

¶ Contra ſecundã rationem literæ. ſi ſubſtãtia panis remaneret, non eſſet verum, quod Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meũ &c. ſed fuiſſet potius dicendũ, Hic eſt corpus meũ. Cõtra hãc, inquã, rationẽ Scot & Durand. arguunt. Scotus quidem, quia tunc ly hoc, non demonſtraret ſubſtãtiã panis, ſed contentum ſub pane, ſicut modo demonſtrat non accidentia, ſed contentũ ſub accidentibus. & vtrumq; eſſet verũ, hoc eſt corpus meũ, & hic eſt corpus meum. Duran. vero, quia indefinita verificatur pro vno ſolo, ac per hoc ſi eſſet ibi panis, & corpus Chriſti, poſſet reddi locutio vera pro ſolo corpore Chriſti. Ad hæc dr̃, q̃ veritas enuntiationũ proprie ſignificantium, ex cõi ſenſu proprie intelligentium, & terminis vtentium proprie pender, & non eſt attendendum ad quid ifte, vel ille poſſet eandem enuntiationem applicare. Conſtat autem, q̃ proprie loquendo, & intelligendo cum dr̃, à quocumque dicatur ſiue ſacramentaliter ſiue non ſacramentaliter, hoc eſt corpus meum, ly hoc, demonſtrat hanc ſubſtantiam, quod patet ex hoc, quòd ſi aliquis demõſtrando ſeipſum, dicat, hoc eſt corpus meum, ſignificatur apud omnes intelligentes, q̃ hæc ſubſtantia eſt corpus meum. Et ad hoc ſuffragatur ratio, ſm quam talia ſunt ſubiecta enuntiationum, qualia permittunt p̃dicata, & propterea quia prædicatum eſt ſubſtantia (nam corpus meum ſignificat ſubſtantiam) identitas prædicati cum ſubiecto ſignificata per ly eſt, cogit ly hoc, ad demonſtrandam hanc ſubſtantiam, vt propoſitio ſit proprie vera. Et hinc excluditur, q̃ in hac propoſitione ly hoc, non demonſtrat accidentia, ſed ſubſtantiam ſub accidentibus, & ad hoc ſuffragatur, q̃ ly hoc, eſt pronomen demonſtratiuum ſubſtantiæ apud grammaticos. Rurſus ly hoc, quia demonſtrat non vage aut indefinite, ſed ſingulariter, oportet abſolute prolatum ſuper certo ſenſibili demonſtrato, demonſtrare non vage hanc vel illã, ſed ſingularem ſubſtantiam ſub illis accidentibus exiſtentem. Et ſi quidem vna ſola ſubſtantia ſubſit, ſola demonſtratur: ſi vero multæ ſubſint, omnes per modum vnius ſingularis, demonſtrantur, ſecundum communem intellectum propriamque ſignificationem nominum ac pronominum, vt patet in exemplo allato: nam me dicente, hoc eſt corpus meum, ſignifico hãc ſubſtantiã cõprehendentẽ carnes, neruos, & oſſa, eſſe corpus meũ, ex quibus ſequeretur, q̃ ſi remaneret ſubſtantia panis cum corpore Chriſti, ly hoc, demonſtraret hanc ſubſtantiã cõprehendẽtem panem, & corpus Chriſti per modum vnius ſingularis ſubſtãtię: & ſic propoſitio eſſet falſa, proprie loquẽdo, quia ſignificaret panis ſubſtantiã eſſe corpus Chriſti, quod cõſtat eſſe falſum. Vnde ad Scoti obiectionem dr̃, q̃ non eſt varianda demonſtratio, quam facit ly hoc in iſta enuntiatione ſacramentali ex aliqua hypotheſi: ſed ſtandum eſt in proprietate ſuæ demonſtrationis, ſm quam ly hoc, non ſignificat cõtentũ ſub hoc pane, ſed ſignificat hanc ſubſtãtiã, quæ ſ. continetur ſub his accidentib. hæc em ſubſtãtia eſt corpus Chriſti. Et nõ tanter dico, hæc ſubſtantia, & non dico, hic panis: quia, vt dictum eſt, demonſtratur hæc ſubſtantia ſine qualitate. Ad Duran. vero dicitur, q̃ chimericum eſt, ſingulare facere indefinitum, & preterea eſt abuti vocabulis: oportet enim ſecundũ propria iudicare.

¶ Contra tertiam rõnem literæ (ſ. ſi eſſet alia ſubſtantia, quam corporis Chriſti cõtrariaretur veneratio ni euchariſtiæ) obſtat Scotus: quia nũc eſt ibi aliqua creatura, puta ſpecies ſacrãlis, & tñ adoratio euchariſtiæ refertur ad Chriſtũ, & nõ ad ſenſibile cõtinẽs. ergo eodẽ modo ſi nõ remaneret panis, adoraret Chriſtus cõtentus ſub pane quãto, & quali, vt in ſigno.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ ratio literæ ſtat ſolida, qñ quæcumque ſubſtãtia alia à Chriſto, contrariatur veneration, qua venerамur euchariſtiam: nam adoramus ſimpliciter, & abſolute ſubſtantiam exiſtentem ſub illis accidentibus conſtat autem huiuſmodi adorationi contrariari quamcunque aliam ſubſtantiam eſſe ſub illis accidentib. ſed arguentes falluntur in hoc, quoniam diuertunt ab adoratione, quæ nunc fit ad eam, quæ tunc fieret, ſi eſſet etiam ibi ſubſtantia panis. Auctor autem ex adoratione, quam de facto exhibemus euchariſtiæ, infert non eſſe ibi aliam ſubſtantiam à Chriſto.

¶ Vnde ad argumentum Sco. conceſſo toto, dicitur quòd non impugnatur ratio literæ, quia ad adorationem, quæ poſſet fieri, diuertit & nõ fiſtit in adoratione, quę de facto fit, qua adoramus ſubſtantiam contentam ſub his ſpecieb. quod tunc non fieret, niſi partialiter, puta aliquam ſubſtantiam contentã adorando, diſtinguendo inter ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam Chriſti: conſtat enim nunc abſque diſtinctione aliqua, ſubſtantiam ibi contentam adorari ab eccleſia.

¶ 77. ar. 3. & 4.

4. di. 11. q. 1. artic. 2. & 4. cont. ca. 63. pri. & quo. 5. artic. 1. & quo. 9. ar. 5. ad 3. & 1. cor. 11. le. 5.

* Ar. præce.

In lib. de ſpir. & anim. qui myſtitis inſtitutis, cap. 1. mediatore refertur. conſec. dist. 1. Ante.

Li. 8. q. 21. med. tom.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſubſtantia panis, vel vini poſt conſecrationem huius ſacramenti, annihiletur.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, q̃ ſubſtantia panis poſt conſecrationem huius ſacramenti, annihiletur, aut in priſtinã materiam reſoluatur. Quod enim eſt aliquid corporale, oportet alicubi eſſe: ſed ſubſtantia panis, quæ eſt quiddam corporale, non manet in hoc ſacramento, vt dictũ eſt, * nec ẽt eſt dare aliquem locum vbi ſit: ergo nõ eſt aliquid poſt conſecrationem. Igitur aut eſt annihilata, aut in præiacentem materiam reſoluta.

¶ 2. Præte. Illud quod eſt terminus à quo in qualibet mutatione, non remanet, niſi forte in potentia materiæ: ſicut cum ex aere fit ignis, forma aeris non manet, niſi in potẽtia materię: & ſimiliter quando ex albo fit nigrum, ſed in hoc ſacramento ſubſtantia panis aut vini ſe habet ſicut terminus à quo, corpus autem vel ſanguis Chriſti, ſicut terminus ad quem: dicit enim Amb. * in lib. de officijs, ante benedictionem illa ſpecies nominatur, poſt benedictionẽ corpus ſignificatur: ergo facta conſecratione, ſubſtantia panis vel uini non manet, niſi forte reſoluta in ſuam materiam.

¶ 3. Præterea. Oportet alterum contradictorum eſſe uerum: ſed hæc eſt falſa, Facta conſecratione: ſubſtantia panis, uel uini eſt aliquid: ergo hæc eſt uera, Subſtantia panis, uel uini eſt nihil.

SED CONTRA eſt, quod Auguſtin. * dicit in libro 83. quæſtionum, Deus non eſt cauſa tendendi in non eſſe: ſed hoc ſacramentum diuina uirtute perficitur: ergo in hoc ſacramẽto non annihilatur ſubſtantia panis aut uini.

RESPON. Dicendum, quòd quia indefinita verificatur pro vno ſolo, ac per hoc ſi eſſet ibi panis, & corpus Chriſti, poſſet reddi locutio vera pro ſolo corpore Chriſti. Ad hæc dr̃, q̃ veritas enuntiationũ proprie ſignificantium, ex cõi ſenſu proprie intelligentium, & terminis vtentium proprie pender, & non eſt attendendum ad quid iſte, vel ille poſſet eandem enuntiationem applicare. Conſtat autem, q̃ proprie loquendo, & intelligendo cum dr̃, à quocumque dicatur ſiue ſacramentaliter ſiue non ſacramentaliter, hoc eſt corpus meum, ly hoc, demonſtrat hanc ſubſtantiam, quod patet ex hoc, quòd ſi aliquis demõſtrando ſeipſum, dicat, hoc eſt corpus meum, ſignificatur apud omnes intelligentes, q̃ hæc ſubſtantia eſt corpus meum. Et ad hoc ſuffragatur ratio, ſm quam talia ſunt ſubiecta enuntiationum, qualia permittunt p̃dicata, & propterea quia prædicatum eſt ſubſtantia (nam corpus meum ſignificat ſubſtantiam) identitas prædicati cum ſubiecto ſignificata per ly eſt, cogit ly hoc, ad demonſtrandam hanc ſubſtantiam, vt propoſitio ſit proprie vera. Et hinc excluditur, q̃ in hac propoſitione ly hoc, non demonſtrat accidentia, ſed ſubſtantiam ſub accidentibus, & ad hoc ſuffragatur, q̃ ly hoc, eſt pronomen demonſtratiuum ſubſtantiæ apud grammaticos. Rurſus ly hoc, quia demonſtrat non vage aut indefinite, ſed ſingulariter, oportet abſolute prolatum ſuper certo ſenſibili demonſtrato, demonſtrare non vage hanc vel illã, ſed ſingularem ſubſtantiam ſub illis accidentibus exiſtentem. Et ſi quidem vna ſola ſubſtantia ſubſit, ſola demonſtratur: ſi vero multæ ſubſint, omnes per modum vnius ſingularis, demonſtrantur, ſecundum communem intellectum propriamque ſignificationem nominum ac pronominum, vt patet in exemplo allato: nam me dicente, hoc eſt corpus meum, ſignifico hãc ſubſtantiã cõprehendentẽ carnes, neruos, & oſſa, eſſe corpus meũ, ex quibus ſequeretur, q̃ ſi remaneret ſubſtantia panis cum corpore Chriſti, ly hoc, demonſtraret hanc ſubſtantiã cõprehendẽtem panem, & corpus Chriſti per modum vnius ſingularis ſubſtãtię: & ſic propoſitio eſſet falſa, proprie loquẽdo, quia ſignificaret panis ſubſtantiã eſſe corpus Chriſti, quod cõſtat eſſe falſum. Vnde ad Scoti obiectionem dr̃, q̃ non eſt varianda demonſtratio, quam facit ly hoc in iſta enuntiatione ſacramentali ex aliqua hypotheſi: ſed ſtandum eſt in proprietate ſuæ demonſtrationis, ſm quam ly hoc, non ſignificat cõtentũ ſub hoc pane, ſed ſignificat hanc ſubſtãtiã, quæ ſ. continetur ſub his accidentib. hæc em ſubſtãtia eſt corpus Chriſti. Et nõ tanter dico, hæc ſubſtantia, & non dico, hic panis: quia, vt dictum eſt, demonſtratur hæc ſubſtantia ſine qualitate. Ad Duran. vero dicitur, q̃ chimericum eſt, ſingulare facere indefinitum, & preterea eſt abuti vocabulis: oportet enim ſecundũ propria iudicare.

¶ Contra tertiam rõnem literæ (ſ. ſi eſſet alia ſubſtantia, quam corporis Chriſti cõtrariaretur veneratio ni euchariſtiæ) obſtat Scotus: quia nũc eſt ibi aliqua creatura, puta ſpecies ſacrãlis, & tñ adoratio euchariſtiæ refertur ad Chriſtũ, & nõ ad ſenſibile cõtinẽs. ergo eodẽ modo ſi nõ remaneret panis, adoraret Chriſtus cõtentus ſub pane quãto, & quali, vt in ſigno.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ ratio literæ ſtat ſolida, qñ quæcumque ſubſtãtia alia à Chriſto, contrariatur veneration, qua venerамur euchariſtiam: nam adoramus ſimpliciter, & abſolute ſubſtantiam exiſtentem ſub illis accidentibus conſtat autem huiuſmodi adorationi contrariari quamcunque aliam ſubſtantiam eſſe ſub illis accidentib. ſed arguentes falluntur in hoc, quoniam diuertunt ab adoratione, quæ nunc fit ad eam, quæ tunc fieret, ſi eſſet etiam ibi ſubſtantia panis. Auctor autem ex adoratione, quam de facto exhibemus euchariſtiæ, infert non eſſe ibi aliam ſubſtantiam à Chriſto.

¶ Vnde ad argumentum Sco. conceſſo toto, dicitur quòd non impugnatur ratio literæ, quia ad adorationem, quæ poſſet fieri, diuertit & nõ fiſtit in adoratione, quę de facto fit, qua adoramus ſubſtantiam contentam ſub his ſpecieb. quod tunc non fieret, niſi partialiter, puta aliquam ſubſtantiam contentã adorando, diſtinguendo inter ſubſtantiam panis, & ſubſtantiam Chriſti: conſtat enim nunc abſque diſtinctione aliqua, ſubſtantiam ibi contentam adorari ab eccleſia.

¶ *Super Quæſtionis 75. Articulum tertium.*

TItulus clarus.

¶ In corpore art. 1 recitatur opinio diſiunctiua: ſecundo, tractatur prima diſiũctionis pars: tertio, tractatur reliqua pars: & quarto tractantur ambæ ſimul, concludendo opinionem eſſe falſam. Primum, ſatis patet in litera. Sed circa ſm. ſ q̃ panis ſeu vinum per conſecrationem reſoluitur in præiacentem materiam, Auctor procedit vtens implicite hac diſtinctione: hãc reſolutionem fieri in præiacentem materiam, poteſt intelligi dupliciter, vel in materiam primã, vel in elementa manentia, vel egredientia. Propterea primo improbat primum membrũ ſcilicet, q̃ iſta reſolutio non fit in materiam primam, quia materia non poteſt eſſe ſine forma Vbi ſcito, q̃ quia opinio iſta ponit reſolutionem puram (quoniam nullius meminit generationis, cum nullum ponat generans) ſi ponit reſolutionem in materiam primam, ponit conſequenter materiam primam

ſine

sine forma, quod est impossibile ſm causas secundas, & potẽtiam Dei ordinatã, quicquid sit de possibili ſm potentiã Dei absolutã, qm hoc est extra propositum: qm stultum est ponere in hoc sacramento, quicquid Deus põt facere: vnde nõ oportet aliter hic rñdere Scoto, & cõtinue digredi de genere in genus. Postea excludit Auctor ſm membrũ ſ. resolutionem fieri in elemẽta. Et primo quia sub specieb. sacramenti nihil remanet, nisi corpus, & sãguis Christi. Secũdo in elementa egrediẽtia: quia egressus fieret per motum localem, & sic sensu perciperetur. Et vtraque exclusio optima est. Nec ex molestia Scotica concutitur, dum obstat ex diuina oĩpotentia potẽte facere cũ corpore Christi, manere aliã substantiã, & percipi localem egressum ſpe eñ iam dictũ est, ꝙ non tractamus de diuina omnipotentia, sed quid ordo institutus a Deo habeat tãi mysterijs, quàm in naturalibus. Rursus ĩpugnat Auctor hmõi prẽiacentẽ materiam ex aliis capitibus, & primo manentem, ex hoc, ꝙ non est dare aliquod instans, in quo sit ibi prẽiacens materia. qđ probatur ex eo, quod vsque ad vltimum instans consecrationis est ibi panis, & in vltimo instanti est ibi corpus Christi, ac per hoc patet, quòd non est dare aliquod instans, in quo sit ibi prẽiacens materia. Et scito, quòd Auctor claritati studens non fuit solicitus, vt loqueretur philosophice, vt ab omnibus intelligeretur: ex exemplo tamen generationis, ab exercitatis in philosophia rẽ ipsũm intelligi voluit more physico: sciebat enim non dari vltimum instans generationis. Et physico more dicendum fuit, in toto tempore consecrationis est ibi substantia panis, & in termino illius est corpus Christi, qui terminus est primũ esse corporis Christi in sacramento, & primum non esse panis: sicut in termino generationis, est primum esse rei genitæ, & primum non esse rei corruptæ. Et si sic Auctor dixisset, pauci intellexissent ipsum. Secundo, impugnat prẽiacentem materiam in motu, & breuitatis gratiã simul impugnat tam motum localem, siue panis, siue materiæ, quàm motum resolutionis: quoniam vtrobiq; vna, & eadem est ratio ex motu sumpta, & est rationalis. Si huiusmodi motus interueniret, aut inciperet in instanti terminante consecrationem, aut ante illud instans. si incipiat in instanti terminante (cum in illo instanti corpus Christi sit sub hostia, & in eodem sit panis incipiens moueri motu locali, vel resolutionis) sequeretur ꝙ simul essent corpus Christi, & substãtia panis: ꝙ autem panis in illo instanti esset, probatur ex eo, quòd motus incipit per negationem de præsenti, & positionem de futuro, hoc est, quia verum esset dicere, panis nunc non mouetur; & immediate post hæc mouebitur, & quia motus non fit in instanti, sed prius mobile relinquit vnam partem, quàm aliam, sequeretur vlterius prẽter simultatem instãtaneam prædictam, simultas temporalis, & sic sub aliqua parte hostiæ esset simul tempore corpus Christi cum substantia panis, & ad vim hanc respexisse videtur Auctor in litera explicans partem hostiæ. Si vero huiusmodi motus incipiat ante terminum consecrationis, tunc cum inter quælibet instantia sit tempus intermedium, in quo fiet iste motus, & in quo mobile relinquet successiue partes hostiæ, sequetur, quòd in illo tempore, quo aliqua hostiæ pars relicta est, neque erit substantia panis, quæ iam particulam illam reliquit, neque corpus Christi, quod ante instans, quod terminat totum hoc tempus: unde non erit dare aliquod instãs, in quo sit ibi prẽiacens materia: non eñ potest dici, quòd paulatim substãtia panis, uel uini resoluatur in prẽiacentẽ materiã, uel successiue egrediatur de loco specierum: quia si hoc inciperet fieri in ultimo instanti suæ consecrationis, simul sub aliqua parte hostiæ esset corpus Christi cũ substantia panis, qđ est contra p̃dicta: * si uero hoc incipiat fieri ante cõsecrationẽ, erit dare aliquod tẽpus, in quo sub aliqua parte hostiæ neque erit substantia panis, neque erit corpus Christi, quod est inconueniens. & hoc ipsimet perpendisse uidentur, unde posuerunt aliud sub distinctione. ſ. † quòd annihiletur: sed nec hoc potest esse, quia non est dare aliquem modum, quo corpus Christi nerũ esse incipiat in hoc sacramento, nisi per conuersionem substantiæ panis in ipsum, quæ quidem conuersio tollitur posita, uel annihilatione substantiæ panis, uel resolutione in prẽiacentem materiam: similiter etiam nõ est dare, unde talis responsione, quia sola voce conuersionem affirmat, tenens panem quamuis per accidens redigi in nihilum, duo potissima videtur habere fundamenta in quæstio 4 distinct. 11. Primum est quia inuenitur hic transitus per se ab esse panis ad non esse panis, & alius transitus à non præsentia corporis Christi hic, ad præsentiam ipsius hic. Et tunc arguitur sic. Si secundus transitus non concomitaretur primum, primus esset annihilatio: ergo & modo formaliter est annihilatio: quia ratio eius non variatur propter illud, quod per accidens concomitatur. Secundo sic. Si panis annihilaretur, & corpus Christi poneretur hic præsens, omni eodem modo se haberet tam panis, q̃ corpus Christi, quantum ad omnem conditionem tam esse quàm non esse, sicut modo se habet: sed quòd fuit & omni eodem modo se habet, sicut si esset annihilatum, est annihilatum. ergo panis redigitur in nihilum. Prima propositio manifesta est: quia si panis esset annihilatus, nec forma, nec materia eius maneret: eodem autem modo nec nunc manet.

¶Ad horum, & similium euidentiam, doctrina sanctorum patrum resumenda est. Ambr. siquidem de sacramentis, & habetur in decretis de consec. dist. 2. in ca re vera, & clarius in cap. panis est, docet vnde fi menta hæc, & similia eliduntur dices. Si tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperet esse, quod non erat, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud cõmutentur? & sic quod erat panis, iam corpus Christi est, quia sermo Christi creaturam mutat, &c.

¶Vbi nota primo ly, vt sint, quæ erant, & in aliud commutentur: hinc enim manifeste habes Ambro. dicere, quòd sunt quæ erant, & in aliud sunt commutata. Et hinc apparet figmentum esse, dicere, quòd quæ erant, & in aliud sunt commutata nihil sunt: nam si sunt, vt Ambro. asserit, sequitur, ꝙ non sunt nihil.

¶Secundò nota declarationem & sensum prioris dicti, dum immediate subditur, & sic quod erat panis, iam corpus Christi est: hinc enim apparet quanta perspicacia hæc viderit. Ambro. dum non dixit, quòd panis est post consecrationem, nec dixit, quòd panis, qui fuit, est corpus Christi: sed dixit, quòd id, quod erat panis, iam est corpus Christi, & ly id quod, demonstrat, & refert substantiam: quoniam substãtia est, quæ est commu-

A pus medium, non est sub hostia:

¶Et vide nouitie, ex contextu literæ hanc argumentationem induci, excludendo responsionem dicentem fieri resolutionis vel egressus motum, paulatim deferendo partes hostiæ. At si posuissent resolutionis motum fieri successiue quidem, & per partes intẽsiuas tm, ita ꝙ in termino tota simul hostia defer ta esset (contingit. n. inquit Arist. totum si mul coagulari) tunc militat præcedens argumentum, ꝙ prẽiacens materia nũquã esset sub hostia. Et si hoc affirmatur, succurrũt postremæ duę rationes. ſ quòd tollitur conuersio, & ꝙ ponitur effectus sine causa. In isto ar. & præced.

¶Quo ad tertium, de altero disiunctionis membro. ſ. annihilatione, improbatur: quia tollit veram cõuersionem substãtiæ panis in corpus Christi, ac per hoc tollit modum, quo corpus Christi est in hoc sacramento, & in hoc conuenire dicitur cũ primo membro. ſ. resolutione. Et demum vtrumque Auctor reprobat: quia forma sacramenti neutrum horum effectum significat. Vel, quòd ſ prẽiacentẽ materiã resoluatur.

¶Circa respõsionem ad tertium, aduerte, quòd Sco. non contẽtus huiusmodi re-

B

C

D

E

eōmutāta in corpus Christi: vnde non aliunde quàm ex Ambro. doctrina excludenda sunt, & detegenda figmenta hęresum est igitur, quòd primo assumitur à Scoto, intercurrere hūc transitum per se ab esse panis ad non esse panis: nā per se terminus ad quem, est esse corporis Christi: est enim cōuersio ista inter terminos positiuos per se primo, hoc est ab esse panis ad corpus Christi, & ad illum per se primo terminū ad quē non sequitur sola negatio esse panis, sed sequitur affirmatio seu positio eius qđ fuit panis. sunt enim post consecrationem propositiones istæ ambæ veræ. s. panis non est, & id, quod fuit panis est, quia est corpus Christi.

¶Ad argumentū ergo dr, ꝙ falsum assumit seu supponit. s. inueniri hic mutationē seu transitum per se, ab esse panis ad non esse illius.

¶Ad ſm autem dr, ꝙ conditionalis assumpta est falsa. Et ad probationē illius, s. quia nūc nec remanet materia panis, nec forma, & similiter esse: si annihilarentur, rndetur negando, ꝙ similiter esset si annihilaretur: qm plus requiritur ad annihilationem siue per se, siue per accidens: exigitur enim, quòd id, quod erat illud, sit modo nihil seu non sit aliquid: cuius contrarium in proposito inuenitur: nam secundum Ambros. id quod erat panis, est corpus Christi: vbi ad claritatem doctrinæ obserua caute varietatem verarum propositionum, & vt exemplariter dicatur, quando aer naturaliter conuertitur in ignem, licet veræ sint istæ tres enuntiationes post conuersionem aeris in ignem, scilicet aer non est, aer non est aliquid, aer est nihil: quia tamen materia, quæ fuit aeris, modo est materia ignis, falsa est ista quarta, aer est annihilatus. Et similiter in proposito, quamuis aliæ ratione veræ sunt post conuersionem istæ tres, scilicet panis non est, panis non est aliquid, panis est nihil: falsa autem est quarta, scilicet id, quod erat, panis non est aliquid, seu est nihil, quia sua contradictoria est verissima, scilicet id, quod erat panis, est corpus Christi: ideo falsissimum est, panem siue per se, siue per accidens redigi in nihil: vnde si panis annihilaretur in hoc sacramento, non omni eodem modo se haberet, quo nunc se habet: quia nunc sic se habet ad esse, & non esse, quod ita non est, quod id quod erat panis, est res realissima, scilicet corpus Christi. si autem esset redactus in in nihilum, ita panis non esset, quòd id, quod erat panis nulla res esset. Procul sint ergo à patrum doctrina huiusmodi figmenta.

¶Circa verba Auctoris in hac responsione ad tertium caue ne fallaris, putans Auctorem Ambros. contrarium, vel me exposuisse mepto vocabulo Ambrosij verbum, dum in hac litera dicitur, quòd post consecrationem hæc est falsa, substantia panis est aliquid, & Ambros. dicente, id quod erat panis, est aliquid, scilicet corpus Christi, ego exposui, quòd ly id, quod, demonstrat, & refert substantiam: quoniam substantia, quæ erat panis est corpus Christi: quia mutata est in corpus Christi. Diuersimode siquidem substantiæ nomine Auctor, & nos vsi sumus: nam Auctor substātiæ nomine vtitur loco nominis specifici panis, supponendo panem esse substantiam. Et fecit hoc Auctor, vt præseruaret se ab accidentibus panis, ad

In corp. art. & in præc.

solutio, vel annihilatio in hoc sacramento causetur, cum effectus sacramenti significetur per formam: neutrum autem horū significatum per hæc verba formæ, hoc est corpus meum, vnde patet prædictam positionem esse falsam.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ substantia panis, vel vini facta consecratione, neq; sub speciebus sacramenti manet neque alibi, non tamen sequitur, quòd annihiletur, conuertitur enim in corpus Christi: sicut non sequitur, si aer ex quo generatus est ignis, non sit ibi, vel alibi, quod sit annihilatus.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ forma, quæ est terminus à quo, non conuertitur in aliā formā, sed una forma succedit alteri in subiecto, & ideo prima forma nō remanet nisi in potentia materiæ: sed hic, substantia panis conuertitur in corpus Christi, ut supra dictum est: * unde ratio non sequitur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ licet post consecrationem hæc sit falsa. Substantia panis est aliquid, id tamen in quod substātia panis est conuersa, est aliqd: & ideo substantia panis nō est annihilata.

ponit in obliquo, & distinguit substantiam panis [illegible] idemtia panis, ac si dixisset, post consecrationem [illegible]a, panis est aliquid: nos autem substantiæ nomine [illegible]mur, abstrahendo à qualitate differentiarum, & [illegible]mur pane in recto, dicentes, substantia, quæ erat panis: quam substātiam Ambr. per relatiuum substantiæ significauit, dicens, & sic quod erat panis, iam est corpus Christi: quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi: non est potest dici, quod ly, quod erat panis, referat accidēcia panis remanentia: quia illa nō sunt corpus Christi: nec sunt mutata in corpus Christi, quorū vtrumq; Ambro. dicit de eo, quod erat panis. s. quod erat panis, est corpus Christi, quia mutatū est in corpus Christi virtute sermonis Christi hanc eodem modo sumptam substantiam saluator significauit, ac demonstrauit per ly hoc, dicens, hoc est corpus meum: est enim propriissimus sensus, hæc substātia est corpus meū, vt inferius amplius patebit.

Infra art. 4. corp. & ad 3. & 3. sent. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 3. & 4. q. 3. sol. 1. to. & ad 3. sent. dist. 13. q. 1

¶ Circa hanc materiam aduerte, quòd Scotus in 11. dist. 4. q. 3. reputans impossibilem conuersionem panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum; triplicé imaginatur transubstantiationem. prima est, quæ iam dicta est. s. qua tota substantia conuertitur in totam substantiam præexistentem ac manentem secundum esse antiquum. Secunda est, qua tota substantia sic conuertitur in aliam, ut alia producatur in esse, & hanc uocat Scotus transubstãciationem productiuam: quia per eam producit terminus ad quẽ, & hæc potest subdiui in productiuam termini secundum esse substantiale, uel secundum esse accidentale: qualé posuit hic (ut diximus) Petrus de Pal. sine assertione tamen. Tertia est adductiua termini ad quẽ illo ubi erat terminus a quo, & in hanc declinat Scot. In qua secundum ueritatem nulla est trãsubstantiatio, nulla conuersio: quia ponitur panem redigi in nihil, & sola uox conuersionis & transubstantiationis cum ordine successionis corporis Christi in loco panis affirmatur. Relicta aũt transubstantiatione productiua, tamquã non habente in hoc sacro locũ, nitiẽ Sco. probare primã esse impossibilẽ, & deinde tertiã esse rationabilem. Arguit igitur ad impossibilitatẽ transubstantiationis primæ, quã credimus uere in hoc sacro saluari: nihil est terminus nouæ actionis proprie dictæ, nisi per illã actionẽ accipiat esse substantiale uel accidẽtale, ẽm ꝙ est formalis terminus illius actionis: sed corpus Christi præexistens, &c. nullũ esse accipit in sua substantia per hmõi transubstantiationem. ergo corpus Christi ẽm iuã substantiã non est terminus nouæ actionis transubstantiatiuæ panis in ipsum. Minor supponit clara. Maior uero probat dupliciter. Primo, quia si nullũ esse accipit per illã, non intelligibile, qõ sic ibi aliquid terminãs realẽ actionẽ substãtiale, &c. Secundo quia ét filius Dei terminans æternã generationem, per illam accipit esse, & personam esse, & Deum esse. Tertiam autẽ transubstantiationem probabilem esse in proposito probat: quia eo modo terminus prior conuertitur in terminum posteriorem, quo terminus posterior succedit termino priori: sed terminus posterior ideit, Christi corpus, non succedit secundum esse simpliciter, sed secundum esse præsens hic termino priori. id est, pani præexistenti. ergo nec panis conuertitur, nec transit in corpus Christi, nisi secundum esse hic præsens pani præexistenti.

¶ Pro solutione harum obiectionum, & ampliori notitia tã oculi mysterij, duo prælibanda sunt. alterum ex philosophia. alterum ex Ambros. Ex physicis siquidem habemus ꝙ cum de substantiali mutatione inter positiuos terminos est terminus, ipsum instans mutationis, in quo substantialis mutatio simul fit, & facta est, est primum esse termini ad quem, & primum non esse termini a quo, uerbi gratia, cum aer conuertitur in ignem, instans illud, in quo ignis simul fit & factus est, est primum esse ignis: quia ignis tunc est & immediate ante illud tunc non erat, & est primum non esse aeris: quia aer tunc non est, & immediate ante illud tunc erat. A diuo aũt Ambrosio superius relata habemus uerba. s. quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturã mutat, &c. Ex his n. simul iunctis & perspicaciter consideratis, habemus actionem transubstantiatiuam circa panem uersari, & in panem terminari, hoc modo uidelicet, ꝙ in instanti conuersionis panis in corpus Christi, quod erat panis ut sic. id est, secundum esse panis, habet rationem termini a quo, & rursus quod erat panis, quod iam est corpus Christi, ut incipiens esse corpus Christi, habet rationem termini ad quem, ita quòd terminus ad quem, non est corpus Christi absolute, sed hoc quod erat panis esse corpus Christi, ut patet exponendo pro illo instanti, quo ista transubstãtiatio simul fit, & facta est. Ex falsitate siquidem istius, corpus Christi nunc est & immediate ante hoc non erat, habetur ꝙ corpus Christi absolute non est terminus huius transubstantiationis: ex eo autem quòd ista est uera, hoc quod erat panis, nunc est corpus Christi, & immediate ante hoc, quod erat panis, nõ erat corpus Christi, manifeste habetur, ꝙ terminus ad quem actionis & mutationis huius est hoc, quod erat panis, esse de nouo corpus Christi: sicut ex ueritate istius alterius, scilicet hoc quod erat panis, nunc non est panis, & immediate ante erat panis, habetur terminũ a quo esse hoc, quod erat panis sub esse panis. Vbi uidere potes, in eo quod est panis ante consecrationem, efficaciam habere cõsecrationem seu diuinam actionem, quantum ad uim utriusq; termini, s. a quo & ad quẽ: quoniam actio couersiua acquirit ei, quod erat panis esse corpus Christi, conuertendo id in corpus Chri, & ad hoc concomitatur deperditio termini a quo, dum quod simul conuertitur & conuersum est in corpus Christi, desinit esse panis. Et hinc suspiciendo coijcere potes, ꝙ non oportet propter nouam hanc actionem mutationem aliquam effici in substãtia corporis Christi: quia quod erat panis de nouo est corpus Christi, non per mutationem corporis Christi, sed per mutationem panis in corpus Christi. Et ad ampliorem fidelium intellectuum cõsolationem, habemus non solum dictas enuntiationes nouiter ueras quasi se tenentes ex parte panis, sed habemus redundãtem seu resultantem aliam propositionem nouiter ueram, quasi ex parte corporis Christi: est enim de nouo uera hæc, scilicet, corpus Christi est id quod erat panis. Nec hanc ego somniaui, sed ex propositione diui Ambr. per conuersionem simplicem illam habemus: dicente enim Ambr. quod erat panis, est corpus Christi, infertur optime per conuersionem simplicem, ergo corpus Christi est quod erat panis. & similiter sequitur, consequenter loquendo, ꝙ corpus Christi est quod erat iste panis. Quo fit, ut admirabilem ueritatem nouam in Christi corpore ex hoc sacramento fateamur. Nam ante institutionẽ huius sacramẽti ista erat falsa, corpus Christi est quod erat panis: quia sua conuertens erat falsa, quod erat panis, est corpus Christi: post cõsecrationem uero corporis Christi fuerunt ambæ ueræ. Et similiter in qualibet, quæ quotidie fit, consecratione hostiæ in missa, consecratione facta, ambæ istæ nouiter sunt ueræ, quod erat iste panis, est corpus Christi, & corpus Christi est, quod erat iste panis. Nec quæras a me ulteriorem modum quomodo fiat istud, sed satis sit supposita ueræ transubstantiationis fide, qua panis in corpus Christi immutatum mutatur, uidere nos ueritatem dictarum enuntiationum.

¶ Ex his autem ad Scoti rationem contra possibilitatem huius conuersionis dicitur argumentum supponere falsum, scilicet, corpus Christi absolute esse terminum actionis seu mutationis huius: terminatur enim tam mutatio quàm actio, ut ad terminũ ad quem. & qui fit ad hoc, quod erat panis, esse corpus Christi: hoc enim de nouo fit. & est per actionem istam conuersiuam panis in corpus Christi.

¶ Vnde concessa maiore, ad minorem dicendum est, quòd male assumit, aut supponit corpus Christi absolute esse terminum actionis, ut patet ex dictis. Nec obstat quòd sæpissime dicitur & repetitur infinities, quòd hæc conuersio habet panem pro termino a quo, & corpus Christi pro termino ad quem: quoniam breuitatis causa hos terminos absolute proferimus, cum grano tamen salis ab eruditis intelligendos, ut expositum est.

¶ Ad rationem Scoti pro transubstantiatione adductiua, facile respondetur negando minorem. quoniam corpus Christi succedit pani, & secundum esse simpliciter, id est, substantiale, & secundum esse hic, id est, sub accidentibus panis: sed non est mirum de arguente: quoniam sola uoce dicens conuersionem substantiæ panis in substantiam corporis Christi, consequenter assumit, quod corpus Christi non succedit pani, secundum esse simpliciter, cum secundum ueritatem substantia corporis Christi sit id, quod erat panis: & per hoc sit ubi erat panis, id est,

¶ 3 Præt. Ea quæ sunt secundũ se diuersa, numquam unum eorum fit alterum: sicut albedo nũquam fit nigredo: sed subiectum albedinis fit subiectũ nigredinis, dr in 1. * Physico. sed sicut duæ formæ contrariæ sunt secundũ se diuersæ (utpote principia formalis differentiæ existentes) ita duæ materiæ signatæ sunt secundum se diuersæ, utpote existẽtes principia materialis distinctionis. Ergo non potest esse, ꝙ hæc materia panis fiat hæc materia qua indiuiduatur corpus Christi. Et ita non potest esse, ꝙ substantia huius panis conuertatur in substantiam corporis Christi.

Sed contra est, quod † Euse. emiss. dicit, Nouum tibi & impossibile esse non debet, quòd in Christi substãtiam terrena & mortalia conuertuntur.

Respon. Dicendum quod, sicut supra dictum est * cum in hoc sacramento sit uerum corpus Christi, nec incipiat ibi esse de nouo per motum localem: cum etiam nec corpus Christi sit ibi sicut in loco (ut ex dictis patet ∗) necesse est dicere quòd incipiat ibi esse per conuersionem substantiæ panis in ipsum: hæc tamen conuersio non est similis conuersionibus naturalibus, sed est omnino supernaturalis, sola Dei uirtute effecta. Vnde

Refertur de cons. dis. 2. c. Quia corpus assumpta in med.

Art. 1. huius quæst.

Art. 2. huius quæst.

continetur sub accidentibus, quæ continebant panem, ut sæpe inducta decretalis lateranensis cum doctrina Concilij Florentini testatur.

¶ Nec obstat dictis, quod Auctor in 4. senten. distinct. 11. quæstio. 1 articul. 4. uidetur locare huiusmodi propositiones, quibus usi sumus, inter impropriας. Nam dupliciter potest iudicari, & examinari propositio illa, quod erat, panis est corpus Christi: primo ad exprimendam conuersionem hanc: secundo, ad exprimendum conuersionis huius proprios terminos. Et si quidem ad exprimendum mutationem, quæ est conuersio, assumatur, infra latitudinem generis mutationis intelligẽda est: & propterea ly quod, sonat subiectum unũ, & idem sub duobus successiue terminis, scilicet pane, & corpore Christi manere, quod in proposito non nisi metaphoricę, aut ratione accidentium remanentium uerificatur, & sic ab Auctore inter impropriας computatur ibidem, ubi de conuersione loquitur. Si uero hæc propositio ad exprimendos terminos conuersionis huius assumatur, tunc propositio est, & vera & propria. Et quòd sit uera, patet ex ipsa eius expositione, qua Auctor eam ibi in responsione ad primum exponit de ipsis terminis dicens, verbum Ambrosij est exponendum, quod erat panis est corpus Christi, id est, quod est sub speciebus panis, primo fuit panis, & postea corpus Christi: ubi uides Auctorem exponendo, afferre de ly, quod est sub specie panis prius fuisse panem, & postea corpus Christi: nihil enim aliud significat Ambrosij propositio de terminis conuersionis intellecta dicendo, quòd erat panis, est corpus Christi, ut patet intuenti. quòd autem sit propria, & hinc patet: quia expositio ab Auctore data est propria, & ex ratione probatur: quia ly quod, est relatiuum identitatis substantiæ, & sufficienter refert eandem substantiam, referendo substantiam eandem sine qualitate: sic enim contingit in proposito: illud enim idem refert ly, quod, dicendo, quod erat, panis est corpus Christi: quod demonstratur per ly hoc, dicendo, hoc est corpus meum. Stant ergo solida, & proprie dicta, quæ ex Ambrosio diximus, quoniam ad terminos conuersionis exprimendos usi sumus auctoritate dicta, & ad hoc idem Ambrosius ad literam loquutus est, ut patet eius textum intuenti.

¶ In responsione ad tertium aduerte dici in illa duo, scilicet rationem conuertibilitatis totalis (de qua est sermo) unius rei in aliam, & modum, quo fit huiusmodi conuersio. Et quoniam eximia ac latentia sunt hæc, nec ab omnibus concessa, primo declaranda sunt ambo: deinde conferendum est primũ cum aliorum opinionibus. Ratio igitur conuertibilitatis assignatur in litera communicatio in natura entis: modus autem subditur, & est, quòd potest actor entis id quod est entitatis in una re, conuertere in id, quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab ea distinguebatur; ubi circa rationem conuertibilitatis, docilis esto interpres, plures uitando errores ex illo uerbo, communis natura entis. Errares primo, si per communem naturam entis intelligeres ens communissime sumptum commune Deo & creaturis, & manifesta esset erroris ratio; quia hinc sequeretur, conuertibilitatem etiã posse esse inter rem creatam & increatam; quia communis est eis huiusmodi natura entis, quod constat non solum esse falsum, sed fatuum. Errares quoque, si per communem entis naturam intelligeres gradum aliquem, seu naturam aliquam, supra specificas genericasque rerum naturas. Nam ut dicitur 4. Metaphysic. idem est homo, & ens homo, & sic de aliis; non enim se habent ens & homo, sicut animal, & homo; nam animal, & homo duas formaliter naturas significant, scilicet rationalitatis, & animalitatis; ens autem & homo unam tantum naturam significant, eam scilicet, quam significat homo, & non aliam. Sed hoc metaphysico relinquentes negotio (quoniam ad propositum non refert utro modo dixeris) dicimus, quòd per naturam entis intelligit Auctor esse commune solis creaturis, quod nomine naturæ in litera appellatum est, quia huiusmodi ens secundum Auctoris doctrinam secundum naturas generũ & specierum definitur. Et per hoc differt ab ente increato, in quo esse non definitur natura aliqua, sed ipsum esse in seipso subsistens vocatur natura Dei, & deitas, & Deus. Est igitur ratio conuertibilitatis totius unius rei in totam alteram rem, communicatio earum in natura entis communis omnibus creaturis tantum. & hinc habes secundum Auctorem, quòd secundum totalem conuersionem quelibet creatura potest per diuinam omnipotentiam conuerti in quamcunque aliam creaturã, quia creaturis omnibus communis est huiusmodi entis natura.

¶ Circa modum quoque cõuersionis, cautum oportet esse lectorem. Erraretur si quidem primo, si intelligeretur, per modum diuisionis, seu separationis vnius naturæ ab altera, sicut animalitas separatur a rationalitate, dum fit animal sine ratione. Et similiter erraretur, si intelligeretur per modũ abstractionis: sicut res una, & eadem secundum priorem rationem abstrahit a seipsa secundum rationem posteriorem, sicut color albus inquantum color, abstrahit a seipso, inquantum albus. Et patet ratio erroris utrobique ex hoc, quòd neutro modo panis conuerteretur in corpus Christi; sed sola natura entis inuenta in pane, conuerteretur in corpus Christi, formaliter loquendo.

¶ Contrariatur etiam directe intento hic sensus, quoniam directe intentum ab Auctore est, quòd totum conuertatur in totum, & non quod una res aut vna natura sub vna ratione tantum conuertatur in aliam. Hæc enim interpretatio ad hoc tandem tendit, quòd cõuertibilitas rerum est secundum id in quo communicant, & non secundum ea in quibus differunt, quod contrariatur non solum Auctoris, sed fidei doctrinæ, asserenti panem conuerti in corpus Christi, & non solum entitatem panis in entitatem corporis Christi conuerti, sed panem conuerti in corpus Christi. vnde literæ verba quæ superficietenus fauere uidentur dicto reprobato sensui, dum sonant, id quod est entitatis in una re, potest actor entis conuertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab illa distinguebatur, intelligenda sunt sic, ut tota res, puta panis, conuertatur in totam rem puta corpus Christi: hoc enim important illa uerba, id quod est entitatis in una, in id quod est entitatis in altera, nam tota res est entitatis in una, & tota res est entitatis in altera; quod autem subditur, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur, procul dubio ad differentiam proprij distinctiui a communi natura entis subiunctum est. Sed huiusmodi differentia non consistit in hoc, quòd entitas rei, puta panis, conuertatur in entitatem alterius rei, puta corporis Christi: panis uero proprium constitutiuum per quod specie distinguitur ab altera re (puta corpore Christi) non conuertatur in alteram rem, puta corpus Christi, sed tollatur non cõseruando ipsum in esse. Sed consistit huiusmodi differentia in hoc, quòd dum tota res, quæ est panis, conuertitur in corpus Christi, formalis ratio naturæ entis saluatur; formalis vero ratio proprij constituiui, & distinctiui panis non saluatur. post conuersionẽ enim panis in corpus Christi, panis entitas conuersa entitas quędam est. panis vero conuersus panis non est, sic enim verificatur quòd fit conuersio entitatis in entitatem, sublato eo, per quod distinguebatur; perinde est enim ac si dictum fuisset, quòd conuersio fit per totius quidem rei conuersionẽ in totam rem alteram, sed inter rationes seu conditiones substantiales communes, uel proprias disparatas est; quia res conuersa sic secundum communia quasi saluatur, & iterum suscipit eorundem prædicationem, secundũ uero propria non subdit eorũdem prædicationem. Hoc enim modo intelligitur sublatum id quod distinguebatur, & totam rem conuerti in totam rem, ita quòd nihil eius secundum se remaneat, aut in nihilum decidat.

¶ Et si insletur, quòd si tota res totaliter conuertitur in totam aliam rem, frustra Auctor laborauit ad distinguendum in rebus conuertibilibus naturam entis, in qua conueniunt, a propriis distin-

In lib. de his q̃ mysteriis initiantur c. 9. parum a med. to. 4.

† Ambrosius dicit in libro de Sacramentis, Liquet quòd præter naturæ ordinem Virgo generauit, & hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est: quid ergo queris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturã sit ipse dominus Iesus partus ex Virgine? Et super illud Io. 6. Verba quæ ego locutus sum vobis, scilicet de hoc sacramento, spiritus & vita sunt, dicit * Chrysost. idest spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturalem, sed cruta sunt ab omni tali necessitate, quæ in terra, & à legibus, quæ hic posite sunt. Manifestum est enim, quòd omne agens agit inquantũ est actu. Quodlibet autem agens creatũ est determinatum in suo actu, cum sit determinati generis, & speciei, & ideo cuiuslibet agentis creati actio fertur super aliquem determinatũ actũ: determinatio autem cuiuslibet rei in esse actuali, est per eius formam: vnde nullum agẽs naturale, seu creatũ põt agere nisi ad immutationẽ formę, & propter hoc, omnis conuersio, quę fit secundum leges naturæ, est formalis. Sed Deꝰ est actus infinitus (ut in

Hom. 46. in Io nõ multũ ante medium, to. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stiæ huius rerum, &c. respondetur: non frustra, sed vtiliter Auctorem laborasse ad reddendam rationem conuertibilitatis totalis supernaturalis proportionaliter ad rationem conuersionis substantialis naturalis. Dupliciter siquidem naturali conuersione inuenta (scilicet, vel per modum generationis, sicut cum aer cõuertitur in nouum ignem: vel per modum aggenerationis, sicut cum alimẽtum conuertitur in substantiam eius quod nutritur) communis ratio utrique conuersioni est conuenientia in materia & differẽtia informis, quibus fiebat distinctio, & in ipsa conuersione materia vtrobique remanet, & forma rei quæ conuertitur non remanet: unde ut proportionaliter de totali conuersione doctrina traderetur, posuit Auctor in conuertibilibus huiusmodi naturam entis in qua conuenirent, & constitutiua specifica, quibus distinguuntur, & rursus posuit naturam in qua res, quæ conuertitur, communicat cum altera, remanere in illa altera, non in seipsa: quia sic non conuerteretur in altera rem, sed in sibi simile. Et propterea dicitur saluari rationem formalem eius, specificum autem distinctiuum ita conuerti, quòd nec in se nec in suo simili remaneat, & propterea auferri dicitur, & non saluari secundum suam rationem formalem.

prima parte habitum est) vnde eius actio se extendit ad totam naturam entis. Non igitur solum potest perficere conuersionem formalem, vt scilicet diuersæ formæ sibi in eodem subiecto succedant: sed conuersionem totius entis, vt scilicet tota substantia huius conuertatur in totam substantiam illius. & hoc agitur diuina virtute in hoc sacramento: nam tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & tota substantia vini, in totam substantiam sanguinis Christi. unde hęc conuersio non est formalis, sed substantialis: nec continetur inter species motus naturalis, sed proprio nomine, potest dici transubstantiatio.

¶ Duplex propterea necessitas doctrinæ huius fuit; altera, ut conuersio supernaturalis proportionalis cõuersionibus naturalibus sit monstrata: altera, ut intellectus noster ex naturalibus conuersionibus quas nouit, manuducatur ad supernaturalia, &, si non penetranda, saltem cogitanda, ut non impossibilia existimentur. Et hæc pro expositione literæ sint dicta.

¶ Conferendo autem Auctoris rationem de conuertibilitate cuiuscunque creaturæ in quamcunque aliam, occurrunt Petrus de Pal. ambiguus, & Durandus obstans manifestę in quæst. 2. distinct. 11. dupliciter, scilicet soluendo rationem Auctoris, & arguendo contra dictam positionem.

¶ Ratio igitur Auctoris (scilicet agens virtutis infinitæ, quod habet actionem in totum ens, potest conuertere, &cæt.) soluitur a Durand. dicente quòd ex hoc non potest conuertere nisi communicantia in materia, ratione cuius unum potest dici manere in altero.

¶ Contra positionem autem arguit multipliciter: primo. Conuersum manet in eo, in quod conuersum est. ergo non possunt inuicem conuerti nisi communicantia in materia. Antecedens probatur, quia per hoc differt conuersio ab annihilatione. Consequentia etiam probatur ex eo, ꝙ non manet in eo actu: quia tunc non esset conuersum. ergo manet in eo in potẽtia non actiua, sed passiua. Hæc autem est potentia materiæ.

¶ Secundò, absurdum est angelum conuerti in lapidem, aut econtra, nisi diceretur illa absurditas ab antiquo reprobata, quòd una natura posset fieri alia, puta quòd albedo posset fieri nigredo, qđ implicat contradictionem in omnibus naturis contrariis siue disparatis.

¶ Tertiò, si unus angelus posset conuerti in alium, sequeretur, ꝙ angelus posset desinere esse sine annihilatione, scilicet per cõuersionem in alium: consequens est falsum, quia angelus non potest incipere esse nisi per creationem. igitur nec potest desinere esse nisi per annihilationem.

¶ Arguitur quarto auctoritate Aug. 7. super Genes. dicentis, quòd corpus posse mutari in spiritum aut naturam incorpoream, nec aliquos sensisse scio, nec fides habet.

¶ Quintò auctoritate Boet. in lib. de duab. natur. & una persona Christi dicentis, illa sola inter se transmutari possunt, quæ habent vnius materiæ communem substantiam.

¶ Deinde idem Durandus in q. 3. arguit specialiter contra cõuersionem materię in materiam, quam Auctor in hac litera ponit. Arguit autem sic; si materia conuerteretur in materiam ꝙ conuersio fieret per hoc, materia desineret esse in se, & esset in suo simili. sim materia alterius, in quam conuersa dicitur: sed hoc non potest dici: quia sic conuersio non differret ab annihilatione: nam annihilata materia in aliquo, nihilominus remanet similis materia in alio fine aliqua conuersione. Et rursus sequeretur secundũ hoc, ꝙ non diceretur materia unius magis conuerti in materiam alicuius determinati, quàm in materiam cuiuscumque alterius, quia quælibet est similis cuilibet.

A ¶ Demum arguit Durand. idem, ibidem contra modum conuersionis in litera positum, scilicet quòd totum conuertitur in totũ: ita ꝙ materia in materiam, & forma in formam conuertuntur. Primò, quia ex hac positione sequitur substantiam panis vere annihilari. Et probatur sequela. Primò: quia id quod prius fuit aliquid, & postea est nihil, est vere annihilatum: sed secundum hũc cõuersionis modum substantia panis ante cõsecrationem fuit aliquid, & post consecrationẽ est nihil. ergo substãtia panis est uere annihilata. Maior patet ex ratione terminorũ. Minor probatur; quia id quod nõ est aliqđ in se uel in alio, est nihil: sed substantia panis post consecrationem non est aliquid in se (ut patet) nec in alio, scilicet corpore Christi: quia nihil plus est in corpore Christi, quàm ante. Secundò, quia si in corruptione materia desineret esse, quemadmodum & forma, iam non esset corruptio, sed annihilatio: sed in hoc modo conuersionis tam materia, quàm forma panis definit esse. ergo est uera annihilatio. Tertiò, Si remanente corpore Christi immutato rediret eadem substantia panis, oporteret panem illum creari, quia de nihilo fieret, quia non de substantia corporis Christi, nec de aliqua alia substantia fieret; ergo si præexistente corpore Christi, & nihil de substantia panis in eo remanente, panis definat esse (ut in proposito ponitur) vere annihilaretur. Et probatur consequentia ex eo, ꝙ eodem modo se habet aliquid ut sit terminus ad quem annihilationis, & terminus a quo creationis: ac per hoc sicut corpus Christi redeunte pane per creationem non impedit ueram creationem, ita idem Christi corpus definente pane, ita ꝙ nihil eius maneat in se, aut Christi corpore, non impedit quin sit uera annihilatio. Vnde infert Duran. ꝙ duobus existentibus modis cõuersionis in præexistens (.s. per modum quo alimentum cõuertitur in id quod alitur, & per modum imaginatum nulli intelligibilem, s. quo totum conuertitur in totum præexistens, modo superius expresso) nec unus istorum per ecclesiam sit magis approbatus, aut reprobatus quàm alius: uidetur probabiliter ꝙ illæ modus, qui est possibilis, & intelligibilis esset eligendus & tenendus. Ad horum euidentiam non oportet alia iacere fundamenta: sed si superius dicta recolantur, omnia ferre patent. si consideretur. n. differentia inter aliquid esse seu remanere in alio, & id quod fuit aliquid esse illud aliud, eluceſcet solutio modi. Imaginatur Duran. & male, oportere conuersum manere in eo, quod est conuersum, cum secundum ueritatem conuersum non maneat in eo, in quod

D est conuersum: sed est ipsum, in quod est conuersum: & propterea panis non annihilatur, nec remanet in corpore Christi; sed id quod erat panis, est corpus Christi.

¶ Vnde singillatim respondendo, confutatur solutio ad rationem Auctoris Duran. allata; quoniam innititur huic falso fundamento, Conuersum oportet manere in eo, in quod conuertitur. Et in hoc quoque peccat primum argumentum contra positionem Auctoris. nam hoc falsum assumit pro antecedente. Et ad probationem eius respondetur falsissimum esse, quòd per hoc conuersio differat ab annihilatione: differt enim ab illa per hoc, ꝙ id quod erat panis; est corpus Christi.

¶ Ad secundum dicitur, ꝙ licet sit secundum naturalem potẽtiam absurdum, angelum posse conuerti in lapidem, aut econtra: nõ est tñ absurdum ſm potentiam obedientiæ ad diuinam omnipotentiam. Et licet optime sit reprobatum, albedinem fieri nigredinem, sicut etiam reprobatum est panem fieri corpus Christi, non tamẽ reprobatum est, albedinem posse per diuinam omnipotentiã con-

E uerti in nigredinem. non enim implicat contradictionem, & similiter panis potest conuerti in corpus Christi.

¶ Ad tertium dr concedendo, quòd angelus possit desinere esse sine annihilatione per conuersionem in aliũ. Et cum objcit, quòd non põt incipere esse nisi per creationem, rñdetur quòd si ly põt, attenditur ſm potentiam ordinariam, uerum est, quia modus incipiendi per creationem est tanquam naturalis modus, quo incipit esse angelus, cui responderet annihilatio si tamquam naturali modo perderet esse. Verum sicut supernaturaliter perdere esse per conuersionem in aliam creaturã, non uideo quare supernaturaliter non possit incipere esse per conuersionem alterius in ipsũ non præexistentẽ, sed acquirentẽ esse. Et moueor ad hoc, quia facilius uidetur conuertere unã creaturã in aliã nõ præexistentem, & acquirentem esse, quàm in eandem præexistentem. Vnde non

admittitur ultimo assumptum a Duran. in hoc argumento, quod si admittendum putas tamquam impertinens, nega sequelam ad præsentem difficultatem pertinentem.

¶ Ad quartum & quintum simul dicitur, quod tam Aug. quam Boet. de mutationibus naturalibus, & quæ de facto secundum fidem fiunt, loquuntur: nos autem loquimur secundum diuinæ omnipotentiæ amplitudinem.

D.576. ¶ Ad obiecta deinde contra conuersionem materiæ in materiam respondetur communicando in vocabulis cum arguente, quod remanere in suo simili cõtingit duplicter, uel per solam similis remanentionem, uel per remanentionem similis sic, quod est quod erat reliquum. Et in conuersione quidem de qua est sermo, materia conuersa remanet in suo simili secũdo modo: quia materia corporis Christi est, quod erat materia panis; arguens uero accipit remanere in suo simili primo modo, secundum quem procedere consequẽtias, & non secundũ alterum modum, clare patet.

In corp. & ar. 3.

D.445. ¶ Ad obiecta demũ eiusdem Duran. in q. 3. contra modum cõuersionis iam declaratæ negatur sequela annihilationis. Et ad primam probationem, dicitur quod plus requiritur ad ueritatẽ maioris, scilicet quod id quod fuit res illa, postea sit nihil, quod in proposito est falsum; quia licet panis ante consecrationem fuerit aliquid, & post consecrationem non sit aliquid, quia nõ est, quod tamen erat panis ante consecrationem, est post consecrationem aliquid, scilicet corpus Christi. Vel potes distinguere, maiorem dupliciter posse intelligi, scilicet cum præcisione uel sine præcisione.

Et siquidem intelligatur cum præcisione, hoc est præcidendo a quocumque alio non significato per eum, dicitur quod propositio est uera, & patet ex ratione terminorum, sed non esset admittenda minor cum huiusmodi præcisione; si uero intelligatur absque præcisione compossibilium cum ipsius ueritate, quamuis nõ significatorum per eam dicitur, quòd propositio potest esse, & uera & falsa; quia rem, puta panem, prius fuisse aliquid, & postea nihil pluribus modis contingere potest: inter quos unus est per totalem conuersionem ipsius in corpus Christi. secundum quem modum falsa est propositio; quia quod erat panis, est corpus Christi. Et quia in minore exprimitur iste modus, ideo simpliciter maior est falsa.

Ad secundũ negatur consequentia, qm̃ ut iã patet, plus requiritur ad annihilationem, quã desinere esse materiam & formam, & potes ad utrumque argumentum & similia altius respondere, dicendo, q̃ esse nihil, non esse aliquid, desinere esse, & si quid huiusmodi significatur, contingit dupliciter. Vno modo per se, & sic uerificantur omnia assumpta; alio modo concomitanter ad conuersionem in aliud, & sic omnia sunt falsa Et quia in proposito panis concomitanter, ad conuersionem sui in corpus Christi non est aliquid, est nihil, desinit esse, & non per se est nihil, non est aliquid desinit esse. ideo non annihilatur: annihilatio enim per se est ad nihil, ad non aliquid, est ad non esse.

Ad tertium negatur assumpta primo conditionalis, dicendo quod si diuina omnipotentia restitueret eundem panem numero, posset forte dupliciter illum restituere, scilicet uel per modum creationis, uel per modum reconuersionis. Et si fieret per modum creationis, impertinentia sunt omnia quæ adducuntur; quia corpus Christi non esset terminus a quo creationis; quod tamen fuit terminus ad quem conuersionis, & si sic fieret essent uerę ambæ istæ propositiones, hic panis est, & corpus Christi est, quod fuit iste panis. Si uero fieret per reconuersionem (ita quòd corpus Christi inquantum est quod erat panis, conuerteretur in panem) tunc uerum esset, quòd panis qui fuerat, iterum est: sed non esset uera enuntiatio dicens, corpus Christi est quod erat iste panis. Factus sum insipiens: sed Durandus me coegit.

locum in cõuersione totius substantiæ. Vnde cum hęc cõuersio substantialis, importet quendam ordinem substantiarum quarum una conuertitur in alteram, est sicut in subiecto in utraque substãtia, sicut ordo & numerus.

Ad secundum dicendum, quod illa obiectio procedit de conuersione formali seu mutatione: quia oportet, sicut dictum est, * formam esse in materia uel subiecto. Non autem habet locũ in conuersione totius substantię, cuius non est accipere aliquod subiectum.

Ad tertium dicendum, q̃ uirtute agentis finiti non potest forma in formã mutari, nec materia in materiam. Sed uirtute agentis infiniti (quod hẽt actionẽ in totum ens) põt talis conuersio fieri: quia utrique formæ & utriquæ materiæ est communis natura entis, & id quod entitatis in una, potest actor entis conuertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur.

Articvlvs V.

Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & uini, post conuersionem.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur, quòd in hoc sacramento nõ remaneãt accidentia panis, & uini. Remoto enim priori, remouetur & posterius: sed substantia est naturaliter prior accidente, ut probatur 7. † Metaph. Cum igitur facta consecratione, non remaneant substãtia panis in hoc Sacramẽto, uidetur, quòd non possint remanere accidentia eius.

¶ 2 Præterea. In sacramento ueritatis non debet esse aliqua deceptio: sed per accidentia iudicamus de substantia. uidetur ergo quod decipiatur humanum iudicium, si remanentibus accidentibus substantia panis non remaneat. non ergo hoc est conueniẽs huic sacramento.

¶ 3 Præt. Quãuis fides nostra non sit subiecta rationi, non tamẽ est

¶ Quocirca illata a Duran. de probabilitate suæ phantasiæ manifeste conuincũtur falsa ex decretali lateranen. de sum. Trinit. & fid. catho. firmiter credimus, cum dicitur, transubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguinem Christi. Constat enim quod transubstantiatio importat aliud quam unionem materiarũ, quã finxit Durandus, fieri sub forma corporis Christi: sonat nãque apud omnes fideles mutationẽ quãdam panis in corpus Christi ineffabilem: ita quod mutatione facta, corpus Christi est quod erat panis, & ubi erat panis: unde præstat cum uniuersali ecclesia in captiuitatem redigere intellectum in obsequium Christi, quã contra Ambrosii præcepta naturæ uires, ordinem aut potentiam, in hoc mysterio quærere.

Sup. art. 2. ad 3. & infra q. 76. ar. 1. ad 3. & 4. dist. 11. q. 1. ar. 1. q. 1. & dist. 12. q. 1. ar. 1. q. 2. & 1. cont. Ieu. cor. 2. & fin. Li 7. tex. 16 tom. 3.

¶ *Super quæst. septuagesimaquinta articulum quintum.*

In hoc articulo & reliquis eius septuagesimæ quintæ quæstionis duo solum notanda occurrunt. Primum est in art. 6. ad primũ, quòd forma panis est forma substantialis, specie differens a paita secundum Auctorem, dum dicit, quòd ars producit formã substantialem panis uirtute ignis, decoquentis materiam ex farina & aqua confectam.

¶ Persuadetur autem sic esse: quia ex fide tenemus conuersionem solius substantię panis in substantiam corporis Christi: si enim forma panis esset accidens, non per se, sed per aliud, scilicet subiectum, conuerteretur panis in corpus Christi. Et rursus nihil prohiberet facta consecratione remanere formam panis cum ceteris accidentibus remanentibus, quod constat esse falsum.

¶ In responsione ad secundum eiusdem 6. ar. occurrit secundum, quod est ex Scoto in 4. sen. dis. 11. q. 3. contra hanc literam, ponentem formam panis conuerti in animam Christi, secundum quod dat esse corporeum. Arguitque dupliciter, si hostia consecrata a Christo in cœna, fuisset triduo mortis seruata, permansisset eadem res primo contenta sub hostia. ergo permansisset eadem forma corporis Christi constituens illud corpus; sed anima Christi non permansit in constituendo corpus illud; quia fuit separata a corpore. ergo conuersio non fuit facta in animam Christi. Omnia sunt clara. Et prima consequentia patet ex eo, quod res primo contenta est corpus Christi.

¶ Præt. Conuersio realis debet fieri in rem realem, ut realem: sed anima intellectiua ut dat esse corporeum distinguendo contra esse animatum, non est quid reale ut reale, sed potius ut ratio, sicut commune non est aliquid præter singularia. ergo ista conuersio non est in animam Christi sub tali ratione.

¶ Ad hoc dicitur quod quia corpus Christi unum & idem est quod continetur sub hostia, & quod est secundum se, eadem est sententia de identitate corporis Christi in rerum natura, & in sacramento: non enim oportet magis seruare idemtitatem corporis Christi in sacramento, quam in rerum natura. Et propterea dicitur ad assumptam conditionalem, quòd res primo contenta fuisset in illo triduo eadem triplici idemtitate numerali, scilicet hypostasis, esse actualis exitentiæ, & materiæ, & fuisset nõ eadem formaliter, sicut in rerũ natura corpus Christi in illo triduo

erat

erat idē numero, hypostasi, existentia & materia, non aūt forma, quia forma cadaueris genita in morte Christi dabat tunc esse corporeū. Et hoc est phil. consentaneū: immo secundū illius principia necessariū, quia corruptio unius est generatio alteri? : nec minus exercitatis in philosophia absurdum uideatur ponere formam cadaueris in corpore Christi, sicut nec absurdū eis uideri debet, qđ oculi Christi mortui non erant oculi nisi æquiuoce, & sic de aliis membris similib. non dedecent siquidem hęc Saluatorem nostrum apud penetrantes, quòd dignatus est et mori, & usque ad resurrectionē ſuā pœnalitatib. finem non imponere, ut separatio aię a corpore euidenter testatur, durans usq; ad dictam resurrectionē.

¶ Et si contra hanc reprobationem obiciat ex eodem Sco. in 7. q. dist. 10. q. sequeretur sub hostia seruata illo triduo non esse corpus Christi, qa nō cōtēta fuisset sub hostia materia sola, quoniam materia cōtinetur sub sacramēto, ut pars totius, hoc est corporis: materia autem sola non est pars corporis nec materia cum anima Christi, quia erat separata ab illa, nec materia sub noua forma; qa sequerentur duo contradictoria scilicet q̄ materia haberet simul nouam formam, & nō haberet illam; nam in esse naturæ haberet illam, & in sacramento nō haberet illam: respondendum est, quod fuisset in illo triduo materia cum forma noua sub sacramento, ita quod quia secundum ueritatem præsupposita unitate formæ in cōposito, corpus Christi in illo triduo conformaretur per nouā formam, ideo in sacramento continebatur corpus per nouā formam cōstitutum. Et si instetur, quod in illam formam non quam facta est conuersio, respondetur quod sufficit fuisse factam conuersionem in corpus Christi re-

contra rationē, sed supra ipsam, ut in principio huius operis dictum est. † Sed ratio nostra hēt ortum a sensu. ergo fides nostra non debet esse contra sensum: est autem contra sensum, dum sensus iudicat esse panem, & fides credit esse substantiam corporis Christi. non ergo hoc est conueniens huic sacramento, quod accidentia panis subiecta sensibus maneant, & substantia panis non maneat.

¶ 4 Præt. Illud, quod manet conuersione facta, uidetur esse subiectum mutationis. si ergo accidētia panis manent conuersione facta, uidetur quòd ipsa accidentia sint conuersionis subiectum: qđ est impossibile: nā accidentis non est accidens. non ergo in hoc sacramento debent remanere accidentia panis, & uini.

Sed contra est, quod † Aug. dicit in li. sen. Prosperi. Nos in specie panis & uini, quam uidemus, res inuisibiles, id est carnem, & sāguinem, honoramus.

Respon. Dicendum, quòd sensu apparet, facta consecratione, omnia accidentia panis & uini remanere: quod quidem rationabiliter per diuinam prouidentiam fit. Primo quidem, quia nō est consuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere. & iō proponuntur nobis caro, & sanguis Christi sumenda sub speciebus illorum, quę frequentius in usum hominis ueniunt, scilicet panis & uini. Secundo, ne hoc sacramētum ab infidelibus irrideatur, si sub specie propria Dominum nostrum māducemus. Tertio, ut dum inuisibiliter corp° & sanguinem Domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

Ad primvm ergo dicendū, q̄ sicut dicitur in li. † de causis, effectus plus dependet a causa prima quam a causa secunda: & ideo uirtute Dei, qui est causa prima omnium, fieri potest, ut remanēant posteriora, prioribus sublatis.

Ad secvndvm Dicendum, quod in hoc sacramēto nulla est deceptio: sunt enim ibi secundū rei ueritatem accidentia, quę sensibus diiudicantur: intellectus autem, cuius est propriū obiectū a substantia (ut dicitur in tertio de anima †) per fidem a deceptione præseruatur. & sic patet responsio ad tertium.

Nam fides non est contra sensum, sed est de eo, ad qđ sensus nō attingit.

A Ad qvartvm dicendū, quòd hæc conuersio nō proprie habet subiectum, ut dictum est: * sed tamen accidentia quæ remanent, habent aliquam similitudinem subiecti.

Articvlvs VI.

Vtrum facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

B Ad sextvm sic proceditur. Videtur, quòd facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis. Dictū est enim, * quòd facta consecratione, remanent accidentia: sed cum panis sit quoddam artificiale, et iam forma eius est accidens. ergo remanet facta consecratione.

¶ 2 Præt. Forma corporis Christi est anima: dicitur enim in secundo de anima, † quòd anima est actus corporis physici, potentia uitam habentis: sed non potest dici, quòd forma substantialis panis conuertatur in animam. ergo uidetur quòd remaneat facta consecratione.

¶ 3 Præt. Propria operō rei sequitur formam substantialem eius: sed illud, quod remanet in hoc sacramento, nutrit, & omnem operationem facit, quam faceret panis existens. ergo forma substantialis panis remanet in hoc sacramento facta consecratione.

D Sed contra, Forma substantialis panis est de substantia panis: sed substantia panis conuertitur in corpus Christi, sicut dictum est. * ergo forma substātialis panis non manet.

Respon. Dicendū, q̄ quidam posuerunt, q̄ facta consecratione non solū remanent accidentia panis, sed ēt forma substātialis eius. Sed hoc esse non pōt. Primò quidē, qa si forma substantialis panis remaneret, nihil de pane cōuerteret in corpus Chri, nisi sola materia, & ita sequeretur quòd nō cōE uerteret in corpus Chri totū, sed in eius materiā, qđ repugnat formæ sacri, qua dr, hoc est corpus meū. Secūdò, qa si forma substantialis panis remaneret, aut remaneret in materia, aut a materia separata. Primū aūt esse nō pōt; quia si remaneret ī materia panis, tūc tota substantia panis remaneret, qđ est contra prædicta. † In alia autē materia remanere non posset: qa propria forma non est nisi in propria materia. si autē remaneret a materia separata, iam esset forma manēs semper idem numero, per quancūque formam constituatur: quia semper remanet non solum eadem materia, sed eadem hypostasis, & quod plus est, idem esse; nam noua forma nō dedit nouum esse, sicut nec constituit nouam hypostasim. Et ista licet sint mirabilia, sunt tamē uera singulariter in Christo, & propterea corpus Christi in triduo propter diuersitatem formę non nisi secundum quid efficitur aliud: simpliciter enim & absolute loquendo, remanet, & est semper idē numero. Uidetur tamē, quòd noua illa forma, sicut aduentitie pertinet ad corpus Christi, in supplemē tum separatæ ad tempus propriæ animæ, ita potius concomitanter quàm ex uisacramenti noua illa forma contenta fuisset sub seruata tūc hostia.

¶ Ad secundum dicitur, cōcedendo q̄ terminus conuersionis est quid reale ut reale, & propterea negatur animam dante esse corporeum, ut sic, esse rationem, aut minimam aliquam diminutionē realitatis sonare. Licet enim distinctio ipsius dantis esse corporeum a seipsa dāte esse animatum, sit ratio seu rationis ens; ipsa tamē tam dans esse corporeū, ut sic, quàm dans esse animatum, ut sic, non minus est realis, vt realis, quàm si distingueretur a seipsa realiter; distinctio. n. vel indistinctio huiusmodi per accidens se habet ad realitatē ipsius dantis hoc, & dantis illud.

¶ Et tu nouitie scito non referre ad fidei doctrinā, sed ad philosophicas opiniōes, sic uel aliter sentire de identitate formali corporis Christi in triduo: tenētes enim unam tātum formam substāialem in composito (de quorum numero est Auctor) consequenter dicunt sic: opinantes autem esse plures formas substantiales in composito, aliter dicerent.

D. 576. Ar. 4. huius q. ad 1. & 2.

Inf. q. 77. ar. 1. & 6. cor. & 4. dist 11. q. 1. ar. 1. q. 3. & d. 12. q. 2. art. 1. q. 3. cor. & quol. 9. ar. 5. ad 3. & 1. co. 11. lect. 4. fi. Art. præced.

Lib. 2. tex. 4. & 6. to. 2.

Ar. 2. & 4. huius q.

Ar. 8. huiꝰ q.

intelligibilis actu,& etiam intelligens: nam omnes formæ a materia separatæ,sunt tales. Tertiò esset inconueniens huic sacramento:nam accidentia panis in hoc sacramento remanent, ut sub eis uideatur corpus Christi:non autem sub propria specie, sicut supra dictum est.† Et ideo dicendum est,quod forma substantialis panis non remanet. Ar. præc.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nihil prohibet arte fieri aliquid,cuius forma non est accidens, sed forma substantialis; sicut arte possunt produci ranæ & serpentes:talem enim formam non producit ars uirtute propria sed uirtute naturalium principiorum.Et hoc modo producit formam substantialem panis, uirtute ignis decoquentis materiam ex farina,& aqua confectam.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd anima est forma corporis,dans ei totum ordinem esse perfecti,s.esse,& esse corporeum,& esse animatum,& sic de aliis: conuertitur igitur forma panis d in formā corporis Christi, secundum quod dat esse corporeum,non autem secundum quòd dat esse animatum tali anima. D.577.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ operationum panis,quædam consequuntur ipsum ratione accidentium,sicut immutare sensum, & tales operationes inueniuntur in speciebus panis post consecrationē, propter ipsa accidentia,quæ remanent: quædam autem operationes consequuntur panem, uel ratione materiæ,sicut quod conuertatur in aliquid, uel ratione formæ substantialis, sicut est operatio consequens speciem eius,puta quòd confirmat cor hominis. Et tales operationes inueniuntur in hoc sacramento:non propter formam uel materiam quæ remanent:sed quia miraculosè conferuntur ipsis accidentibus,ut infra dicetur.† q.77.ar.3. 5. & 6.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ista conuersio fiat in instanti.

Supra art.3. cor. & infra q.78.ar.2. & 5.co.& 4.d. 11.q.1.art.2. cor.p.& ar.3 q.2.per totū & 4. contra c.73.

AD SEPTIMVM sic proceditur.Videtur, quod ista cōuersio non fiat in instanti, sed sit successiua. In hac enim conuersione prius est substantia panis, & postea substantia corporis Christi.non ergo utrū que est in eodem instanti,sed in duobus instātibus: sed inter quelibet duo instantia est tempus mediū. ergo oportet quòd hæc conuersio fiat secundum successionem temporis,quod est inter ultimum instans quo est ibi panis,& primum instans, quo est ibi corpus Christi.

¶ 2 Præt. In omni conuersione est fieri & factum esse:sed hęc duo non sunt simul:quia quod fit,non est:quod autem factum est,iam est.ergo in hac conuersione est prius & posterius,& ita oportet quod non sit instantanea,sed successiua.

Li.4.ca.4.parum a prin. tom.4.

¶ 3 Præt.* Amb.dicit in lib.de sacr.quòd istud sacramentum,Chri sermone conficitur:sed sermo Chri successiue ꝓfertur.ergo hęc cōuersio fit successiue.

SED CONTRA est,quòd hæc conuersio perficitur uirtute infinita,cuius est subito operari.

RESPON. Dicendum,ꝙ aliqua mutatio est instantanea triplici ratione: uno quidem modo ex parte formæ, quę est terminus mutationis:si.n.sit aliqua forma quæ recipiat magis & minus, successiue acquiritur subiecto,sicut sanitas.& ideo quia forma substantialis non recipit magis & minus,inde est,quòd subito fit eius introductio in materia.alio modo ex parte subiecti,quod quandoque successiue præparatur ad susceptionem formæ. & ideo aqua successiue calefit:quando uero ipsum subiectum est in ultima dispositione ad formam,subito recipit ipsam, sicut diaphanum subito illuminatur. Tertio modo ex parte agētis,quod est infinitæ uirtutis: uñ statim potest materiam ad formam disponere:sicut dicitur Mar.7.quòd cum Christus dixisset, Ephetha,quod est adaperire,statim apertę sunt aures hominis,& solutum est uinculum linguæ eius. & his tribus rationibus hæc conuersio est instantanea.Primò quidem, quia substantia corporis Christi, ad quam terminatur ista conuersio,non suscipit magis neque minus. secundo,quia in hac conuersione non est aliquod d subiectum,quod successiue pręparetur.tertio,quia agitur Dei uirtute infinita. D.576.

AD PRIMVM ergo dicendum,quòd quidam non simpliciter concedunt,quod inter quælibet duo instantia sit tempus medium.Dicunt n.quod hoc nō hēt locum in duobus instantibus,quę referuntur ad cū dem motum, non autem in duobus instantibus, quę referuntur ad diuersa:unde inter instans quod mensurat finem quietis,& aliud instans quod mēsurat principium motus,nō est tempus medium: sed in hoc decipiuntur,quia unitas temporis & instantis,uel etiam pluralitas eorum,non accipitur secundum quosque motus,sed secundum primum motum cęli,qui est mensura omnis motus & quietis.& ideo alij hoc concedunt in tempore,quod mēsurat motum dependentem ex motu cęli.sunt autem quidam motus,ex motu cœli non dependentes,nec ab eo mensurati, sicut in prima parte dictum est † de motibus angelorum: unde inter duo instantia illis motibus respondentia,non est tempus mediū: sed hoc non hēt locum in proposito,quia quamuis ista conuersio ſm se non hēat ordinem ad motum cæli,cōsequitur tñ prolationem uerborum,quam necesse est motu cęli mensurari, & ideo necesse est inter quælibet duo instantia circa istam conuersionē signata, esse tēpus medium.quidam ergo dicūt, ꝙ instans,in quo ultimo est panis,& instans in quo primo est corpus Christi,sunt quidem duo per cōparationem ad mensurata,sed sunt unum per cōparationem ad tempus mensurans:sicut cum duæ lineę se contingūt, sunt duo puncta ex parte duarum linearū, unum aūt pūctum ex parte loci continentis:sed hoc non est simile,quia instans & tempus,particularibus motibus non est mensura intrinseca,sicut linea & punctus corporibus,sed solum extrinseca,sicut corporibus locus.unde alii dicunt,quod est idē instās re,sed aliud rōne.sed ſm hoc sequeretur, qđ realiter opposita essent simul,nam diuersitas rōnis non uariat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum est,quod hæc conuersio(sicut dictū est†) perficitur per uerba Chri,quæ a sacerdote proferuntur, ita ꝙ ultimum instās prolationis uerborum, est primum instans,in quo est in sacramento corpus Christi: in toto autem tempore præcedente est ibi substātia panis,cuius tēporis non est accipere aliquod instans, proximo præcedens ultimum, quia tēpus non cōponitur ex instantib. consequenter se habentibus, ut probatur 6.* Physi.Et ideo est quidem dare primum instās,in quo est corpus Christi, non est autē dare ultimum instās,in quo sit substātiā panis, sed est dare ultimum tempus.Et idem est in mutationibus naturalibus,ut patet per Philos.in 8.Physi.† D. 741. In corp.ar. lib.6.Phys.a prin.li.10.tc. tom.2. D. 744. lib.8.tex.25. tom.2.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ in mutationib⁹ instantaneis simul est fieri & factum esse; sicut simul est illuminari & illuminatum esse:dicitur enim in talibus factum esse,secundum quod iam est: fieri autem,secundum quod ante non fuit.

AD

AD TERTIVM dicendum, quòd ista conuersio (sicut dictum est*) fit in ultimo instanti prolationis uerborum: tunc enim completur uerborum significatio, quæ est efficax in sacramentorum formis. & ideo non sequitur, quòd ista cõuersio sit successiua.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd hæc sit falsa, ex pane fit corpus Christi. Omne enim id ex quo fit aliquid, est id quod fit illud, sed non conuertitur: dicimus enim quod ex albo fit nigrum, & quòd album fit nigrum. & licet dicamus quod homo fiat niger, non tamen dicimus, quòd ex homine fiat nigrum, ut patet in 1. Physi. si ergo uerum est, q ex pane fiat corpus Christi, uerum erit dicere, quòd panis fiat corpus Christi, quod uidetur esse falsum: quia panis non est subiectum factionis, sed magis est terminus. ergo non uere dicitur, quod ex pane fiat corpus Christi.

¶ 2 Præt. Fieri terminatur ad esse uel ad factum esse: sed hæc numquam est uera, panis est corpus Christi, uel panis est factus corpus Christi, uel etiam, panis erit corpus Christi. ergo uidetur, quod nec etiã hæc sit uera, ex pane fit corpus Christi.

¶ 3 Præterea. Omne id, ex quo fit aliquid, conuertitur in id, quod fit ex eo: sed hæc uidetur esse falsa, panis conuertitur in corpus Christi; quia hæc conuersio uidetur esse miraculosior, quàm creatio mundi, in qua tamen non dicitur, quod non ens conuertitur in ens. ergo uidetur quod etiam hęc sit falsa, ex pane fit corpus Christi.

¶ 4 Præt. Illud, ex quo fit aliquid, potest esse illud: sed hæc est falsa, panis potest esse corpus Christi. ergo & hæc est falsa, ex pane fit corpus Christi.

SED CONTRA est, quod * Ambr. dicit in libro de sacramentis, ubi accedit consecratio de pane fit corpus Christi *.

RESPON. Dicendum, quòd hæc conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione & cum transmutatione naturali, & quantum ad aliquid, differt ab utroque. Est enim commune his tribus ordo terminorum, scilicet ut post hoc sit hoc (in creatione enim est esse post non esse, in hoc sacramento, corpus Christi post substantiam panis, in transmutatione naturali album post nigrum, uel ignis post aerem) & quod prædicti termini non sint simul. Conuenit autem conuersio, de qua nunc loquimur, cum creatione: quia in neutra earum est aliquod commune subiectum utrique extremorum, cuius contrarium apparet in omni transmutatione naturali. Conuenit uero hęc conuersio cum transmutatione naturali in duobus, licet non similiter. Primo quidem, quia in utraque unum extremorum transit in aliud (sicut panis in corpus Christi, & aer in ignem) non autem non ens conuertitur in ens. Aliter tamen hoc accidit utrobique. nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi: sed in transmutatione naturali materia unius suscipit formam alterius, priori forma deposita. Secundo, conueniunt in hoc, q utrobique remanet aliquid idẽ, quod non accidit in creatione. Differenter tamen: nam in trãsmutatione naturali remanet eadem materia uel subiectum, in hoc autem sacramento remanent eadẽ accidentia, & ex his potest accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus: quia enim in nullo prædictorum trium extrema sunt simul, ideo in nullo eorum potest unum extremum de alio prędicari per uerbum substantiuum præsentis temporis: non enim dicimus, non ens est ens, uel panis est corpus Christi, uel aer est ignis, uel album est nigrum: propter ordinem uero extremorum possumus uti in omnibus hac prępositione, ex, quæ ordinem designat: possumus enim uere & proprie dicere, quod ex non ente fit ens, & ex pane corpus Christi, & ex aere ignis, uel ex albo nigrum: quia uero in creatione unum extremorum non transit in alterum, non possumus in creatione uti uerbo conuersionis, ut dicamus, quod non ens conuertitur in ens: quo tamen uerbo uti possumus in hoc sacramẽto, sicut & in transmutatione naturali. sed quia in hoc sacramẽto tota substantia in totam substantiã mutatur: propter hoc, hæc conuersio proprie transubstãtiatio uocatur. Rursus, quia huius conuersionis non est accipere aliquod subiectum, ea quæ uerificantur in conuersione naturali ratione subiecti, non sunt concedẽda in hac conuersione, & primo quidem manifestũ est, quòd potentia ad oppositum, consequitur subiectum, ratione cuius dicimus, quòd album potest esse nigrum, & aer potest esse ignis; licet hęc nõ sit ita propria, sicut prima. Nã subiectum albi (in quo est potentia ad nigredinem) est tota substantia albi, nõ enim albedo est pars eius: subiectum autem formæ aeris, est pars eius. unde cum dicitur, aer potest esse ignis, uerificatur ratione partis per synecdochem. sed in hac conuersione, & similiter in creatione, quia nullum est subiectum, non dicitur quod unũ extremum possit esse aliud, sicut quod non ens uel quod panis possit esse corpus Christi, & eadem ratione non potest proprie dici, quod de non ente fiat ens, uel quod de pane fiat corpus Christi: quia hæc prępositio De, designat causam consubstantialem, quæ quidem consubstantialitas extremorum in transmutationibus naturalibus, attenditur penes conuenientiam in subiecto, & simili ratione non conceditur, quod panis erit corpus Christi, uel qđ fiat corpus Christi, sicut neque conceditur in creatione, quod non ens erit ens, uel quod non ens fiat ens: quia hic modus loquendi uerificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti: puta cum dicimus quod album fit nigrum, uel album erit nigrum: quia tamen in hoc sacramento, facta conuersione, aliquid idem manet, scilicet accidentia panis (ut supra dictum est*) secundum quandam similitudinem aliquæ harum locutionum possunt concedi, scilicet quod panis sit corpus Christi, uel panis erit corpus Christi, uel de pane fit corpus Christi, ut nomine panis non intelligatur substantia panis, sed in uniuersali hoc, quod sub speciebus panis continetur, sub quibus prius continetur substantia panis, & postea corpus Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod illud, ex quo aliquid fit, quandoque quidem importat simul subiectum cum uno extremorum transmutationis: sicut cum dicitur, ex albo fit nigrum, & sic etiam dici potest, hoc fit illud, id est, album fit nigrum: quandoque uero importat solum oppositum uel extremum, sicut cum dicitur, ex mane fit dies: & sic non conceditur quod hoc fiat illud, id est, quod mane fiat dies, & ita etiam in proposito, licet proprie dicatur, quod ex pane fiat corpus Christi: non tamen proprie dicitur, quod panis fiat corpus Christi, nisi secundum quandam similitudinem, ut dictum est*.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illud, ex quo fit aliquid, quandoque erit illud propter subiectum quod importatur. & ideo cum huius conuersionis non sit aliquod subiectum, non est similis ratio. D.576.

AD TERTIVM dicendum, quòd in hac conuersione sunt plura difficilia quam in creatione, in qua hoc solum difficile est, quod aliquid fit ex nihilo, qđ tamen pertinet ad proprium modum productionis primæ causæ, quæ nihil aliud præsupponit: sed in hac conuersione non solum est difficile, quòd hoc totum conuertitur in illud totum, ita quòd nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modum productionis alicuius causæ) sed etiam habet hoc difficile, quòd accidentia remaneant corrupta substantia, & multa alia, de quibus in sequentibus agetur: * tamen uerbum conuersionis recipitur in hoc sacramento, nō autem in creatione, sicut dictum est. * quæst.77. In corp.ar.

AD QVARTVM dicendum, q̄ sicut dictum est, potentia pertinet ad subiectum, quod non est accipere in hac conuersione, & ideo non conceditur, q̄ panis possit esse corpus Christi: non enim hęc cōuersio fit per potentiam passiuam creaturæ, sed per solā potentiam actiuam creatoris.

¶ Super quæst. septuagesimam sextæ articulum primum.

IN titulo primi articuli ly tot⁹ Christus, importat ei⁹ diuinitatē & humanitatē, animā & corpus, partes q; corporis omnes.

¶ In corpore eiusdē articuli dubium occurrit ex Duran. in quarto senten. distinctione decima, quæstione secunda, contra hanc propositionem communem arguente scilicet si aliqua duo sunt realiter coniuncta, ubicūque est unū realiter, oportet & reliquum esse. Soluit enim primo eam, dicens esse ueram de existentia in loco localiter: non autem de existentia in loco alicubi per habitudinem præsentiæ, qualiter cōtingit in proposito.

Et ratio est; quia duorum realiter coniunctorum, potest alterum habitudinem habere præsentiæ ad aliquid, & reliquum non habere illam.

Affert deinde instantiam: quia corpori Christi coniunctū realiter est de facto esse in cœlo, & tamē illud esse in cœlo nō est sub hoc sacramento etiam concomitanter.

¶ Ad hoc dicit, quòd aliud est loqui de habitudine in cōmuni, & aliud est loqui de habitudine tali,

QVAESTIO LXXVI.

De modo quo Christus est in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de modo, quo Christus existit in hoc sacramento.

CIRCA hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum totus Christus sit sub hoc sacramento.

¶ Secundò, Vtrum totus Christus sit sub utraque specie sacramenti.

¶ Tertiò, Vtrum totus Christus sit sub qualibet parte specierum.

¶ Quartò, Vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint in hoc sacramento.

¶ Quintò, Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento localiter.

¶ Sextò, Vtrum corpus Christi moueatur ad motum hostiæ, uel calicis post consecrationem.

¶ Septimò, Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit uideri ab aliquo oculo saltem glorificato.

¶ Octauò, Vtrum uerum corpus Christi remaneat in hoc sacramento, quando miraculose apparet sub specie pueri uel carnis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum totus Christus contineatur sub hoc sacramento.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non totus Christus cōtineatur sub hoc sacramento. Christus enim incipit esse in hoc sacramento per conuersionem panis & uini, sicut dictum est: * sed manifestum est, quòd panis & uinum nō possunt conuerti, neque in diuinitatem Christi, neque in eius animā. Cum ergo Christus existat ex tribus substantiis, scilicet diuinitate, anima, & corpore (ut supra habitum est †) uidetur quod totus Christus non sit sub hoc sacramento. * q.75.ar.4. †

¶ 2 Pręt. Christus est in hoc sacramento, secundum quod competit refectioni fidelium, quæ in cibo & potu consistit, sicut supra dictum est: sed Dominus dicit Ioan.6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. ergo solum caro & sanguis Christi continentur in hoc sacramento. sunt autem multę aliæ partes corporis Christi: puta nerui, ossa, & alia huiusmodi. non ergo totus Christus continetur sub hoc sacramento.

¶ 3 Pręt. Corpus maioris quantitatis, non potest totum contineri sub minoris quātitatis mensura: sed mensura panis & uini cōsecrati, est multo minor quàm ꝓpria mensura corporis Christi. nō potest ergo esse, q̄ totus Christ⁹ sub hoc sacramento contineatur.

SED CONTRA est, quod Ambr. * dicit in li. de Offi. In illo sacramento Christus est. *

RESPONDEO. Dicendum, quòd omnino necesse est confiteri secundum fidem catholicam, quod totus Christus sit in hoc sacramento. Sciendum tamen, q̄ aliquid Christi est in hoc sacramento dupliciter. Vno modo, quasi ex ui sacramēti, alio modo ex naturali concomitantia. Ex ui quidem sacramenti est sub spēb⁹ huius sacramenti id, in quod directe cōuertitur substantia panis & uini præexistens; prout significatur per uerba formæ, quæ sunt effectiua in hoc sacramēto, sicut & in ceteris, puta cum dicitur, hoc est corpus meum, uel, hic est sanguis meus. Ex naturali autem concomitantia est in hoc sacramento illud, quod realiter est coniunctum ei, in quod predicta conuersio terminatur: si enim aliqua duo sunt realiter coniuncta, puta contenti ad continens: licet. n. duorū cōtinctorū realiter, unum possit habere habitudinem ad aliquid, & reliquū non, tamen nō potest unū eorum habere habitudinem contenti ad continens, & reliquū non. Et quia de tali habitudine est præsens sermo (quoniam creditmus Christum ueraciter contineri sub specie panis) iō solida stat communis propositio assumpta in litera & uera non solum de existentia alicubi localiter; sed etiam de existentia reali sacramētaliter, quam significamus p contineri sub sacramento, Inf.q.81. 1.ad.3. & di.10.ar.2. quo.2.ar.1. & 10.d.1. fin. q.75.ar.4. q.74.ar.1.

¶ Ad instantiam aūt dicitur, quòd propositio dicta ab omnib⁹ intelligitur de his q̄ insunt Christo absolute & non per respectum extrinsecum, de quorum numero est esse in loco.

Et hanc limitationem subintellectam explicat inferius Auctor in artic. 5. ad tertium.

¶ In eodem articu. in respōsione ad tertiū, nota nouitie nouos terminos scilicet per modum substantiæ, per modum quantitatis; & aduerte pro hoc loco & pro arti. 3. & 4. specialiter, ne oporteat idem sæpi⁹ repetere, tria haberi in litera ab Auctore de illis modis.

Primum attribuit modo substantię, quòd propria totalitas substantiæ cōtinetur indifferenter in parua, uel in magna quantitate, & p hoc intellige quoque suū oppositum, scilicet quòd modo quantitatis attribuitur, quòd totalitas quantitatiua nō continetur indifferenter in parua uel in magna quantitate, sed precise in æquali. Secundum, quod explicatur in artic. tertio est, quod modo substantiæ attribuitur, quòd natura substantię tota est sub qualibet parte dimensionum sub q̄ bus continetur, & per oppositum intellige attribui modo quātitatis, quòd tota quantitas non est sub qualibet parte dimensionum loci sub quibus Refertur de conf.d.2. circa ante benedictionē, &c. In sacramento. Et habetur de his q. 77. sequenti articulo, c.q.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus continetur. Tertium explicatiuum utriusque, quod in articulo 4. ad primum ponitur, est quòd modo substantiæ attribuitur, quod eius natura est tota in toto & tota in qualibet parte, & per oppositum modo quantitatis attribuitur, ut sit tota in toto loco, & singulæ partes in singulis partibus.

¶ In quib. omnibus ésto semper cautus, cum de tota substantia aut tota natura sermo est; quoniam non de totalitate partium quantitatiuarũ, sed partium essentialium loquimur. Et perinde est dicere, tota substantia, ac si diceretur integra species substantiæ; integritas enim speciei uocatur propria totalitas substantiæ: non quia in sola substantia inuenitur, cum inueniatur etiam in accidentibus integritas specifica: sed quia primo inuenitur in substantia, & deinde distinguitur contra totalitatem quantitatiuam, ita quod oppositæ conditiones utriusque, utram que nobis manifestant.

Habetur ca. cil. Epb. in explicat. Nicen. & Constantinop. symb. & in illud. Ite, docete omnes gentes.

¶ Est igitur sensus primæ differentiæ in litera attributæ his modis, scilicet per modum quantitatis, & per modum substantiæ, quod integritas specifica substantiæ potest contineri in magna & in parua quantitate (ut patet in homogeneis, & heterogeneis, in litera) totum autem quantitatiuum ut sic non nisi sub æquali primo continetur; oportet enim locum & locatum æquari.

q. 61. ar. 3. & 4.

¶ Et similiter sensus secundæ quam tertiæ differentiæ est quod integritas specifica substantiæ, est tota, idest, secundum suam integritatem in toto quantitatiuo, & in qualibet quantitatis parte. Sed est hic dubitationis locus, quoniam euidenter constat in substantiis heterogeneis non esse has conditiones ueras, sed in homogeneis tantum. licet enim integritas naturæ ignis, aeris, panis, & cuiuscumque alterius homogenei sit tota, idest secundum suam integritatem specificam sub tota quantitate sua, & similiter sub qualibet eius parte, quælibet enim pars ignis est ignis, & quælibet pars panis est panis &c. integritas tamen naturæ humanæ est ita secundum suam integritatẽ in toto, quòd non est secundum suam integritatem in qualibet parte, unde non quælibet pars hominis est homo.

¶ Et propterea uidetur, quòd istæ duæ differentiæ non sint substantiæ, sed substantiæ talis, hoc est homogeneæ, & incaute loquutus uidetur Auctor seu falsè, attribuendo hoc modo substantiæ absolutæ.

¶ Ad hoc dicitur, sermonem Auctoris esse formalem de substantia, & substantiæ modo absolute, ut patet ex eo quod siue substantia sit simplex siue ex materia & forma composita, semper specifica integritas substantiæ saluatur in tota quantitate, & in qualibet eius parte. & de simplici quidem liquet, de composita uero ex materia & forma manifestatur ex eo, quod non respondet forma uni parti quantitatiuæ, & materia alteri parti quantitatiuæ. Nec ubicumque est unum realiter, oportet & aliud esse. Sola enim operatione animæ discernuntur, quæ realiter sunt coniuncta.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quia conuersio panis & uini, non terminatur ad diuinitatem uel animam Christi, consequens est quòd diuinitas uel anima Christi non sit in hoc sacramento ex ui sacramenti, sed ex reali concomitantia: quia enim diuinitas corpus assumptum nũquam deposuit, ubicumque est corpus Christi, necesse est & eius diuinitatem esse, & ideo in hoc sacramento necesse est esse diuinitatem Christi, concomitantem eius corpus.

Vnde in Symbolo Ephesino * legitur, Participes efficimur corporis, & sanguinis Christi, non ut communem carnem percipiẽtes, nec uiri sanctificati, & uerbo coniuncti secundum dignitatis unitatem, sed uere uiuificatricem, & ipsius Verbi propriam factam.

Anima uero realiter separata fuit a corpore, ut supra dictum est. †& ideo si in illo triduo mortis fuisset hoc sacramentum celebratum, non fuisset ibi anima Christi, nec ex ui sacramenti, nec ex reali concomitantia: sed quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur (ut dicitur Roman. sexto) anima eius semper est realiter corpori eius unita. & ideo in hoc sacramento corpus quidem Christi est ex ui sacramẽti, anima autem Christi, ex reali concomitantia.

Ad secvndvm Dicendum, quòd ex ui sacramẽti sub hoc sacramento continetur quantum ad species panis, non solum caro, sed totum corpus Christi, scilicet ossa, nerui, & alia huiusmodi.

Et hoc apparet ex forma huius sacramenti, in qua non dicitur, hæc est caro mea, sed hoc est corpus meum.

Et ideo cum Dominus dixit Ioan. sexto, Caro mea uere est cibus, caro ponitur ibi pro toto corpore: quia secundum consuetudinem humanam uidetur esse magis manducationi accommodata, prout scilicet homines carnib. animalium uescũtur communiter, non autem ossibus uel aliis huiusmodi.

Ad tertivm Dicendum, quòd (sicut supra dictum est) † facta cõuersione panis in corpus Christi, uel uini in sanguinem, accidentia utriusque manent.

Ex quo patet quòd dimensiones panis uel uini non conuertuntur in dimensiones corporis Christi, sed substantia in substantiam, & sic substantia corporis Christi uel sanguinis, est sub hoc sacramento ex ui sacramenti, nõ autem dimensiones corporis uel sanguinis Christi. unde patet, quod corpus Christi est in hoc sacramento per modũ substãtiæ, & non per modum quantitatis. Propria autem totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua uel magna quantitate: sicut tota natura aeris in magno, uel paruo aere, & tota natura hominis in magno uel paruo homine. unde & tota substantia corporis & sanguinis Christi continetur in hoc sacramento post consecrationem, sicut ante consecrationem continebatur ibi tota substantia panis & uini.

ex ratione compositi ex materia & forma aliquid inuenitur obstare ad hoc, quod integrum compositum sit in qualibet parte, alioquin hoc non saluaretur in substantiis homogeneis, quas constat compositas esse ex materia, & forma.

Vnde accidit substantiæ ex hoc quòd heterogenea est, quod non sit tota in qualibet parte, & accidit hoc ex parte materiæ, quam oportet diformem esse in talibus substantiis.

¶ Dubium alterum supereſt, an per modum substantiæ intelligat Auctor id, quod communiter dicitur esse indiuisibiliter. Et est ratio dubii, quia in ar. 3. Auctor declarando modum substantiæ dicit, per modum substantiæ, idest, per modum, quo substantia est sub dimensionibus: ex hac enim declaratione habetur, quòd modus substãtiæ non importat indiuisibilitatem: nam substantia sub dimẽsionibus non est indiuisibiliter, immo extenditur.

q. 75. ar. 5.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod esse per modum substantiæ importat id, quod communiter dicitur, esse indiuisibiliter, ad hunc enim modum spectant omnes conditiones, & differentiæ supra positę. Sed caute attendendum est, quòd indiuisibilitas respicit propriam totalitatem substantiæ, hoc est integritatem naturæ, ita quòd dicere quod substantia est indiuisibiliter, est dicere quòd integritas specifica substantiæ non diuiditur secundum diuisionem dimensionum seu partium quantitatiuarum, quia non respõdet una pars specificæ naturę uni parti quantitatiuæ & altera alteri; sed integritas naturæ ita est sub totis dimensionibus, q̃ etiam integra natura est sub qualibet parte dimensionum. Est ergo substantia per modum substantiæ, idest indiuisibiliter secundum integritatem naturæ sub dimensionibus, & cum hoc stat, q̃ extendatur sub dimensionibus: quoniam huiusmodi extensio nõ tollit indiuisibilitatem integritatis naturæ: sed ponitã sol diuisionem quantitatiuam ex eo quod afficit illam solam ut subiectum, quam etiam non poneret in illa substantia existente sub ipsa, si non afficeret illam. Et propterea corpus Christi succedens substantię panis, quantum ad subesse dimensionibus remanentibus, & non quantum ad affici dimensionibus illis, non extenditur ad extensionem dimensionum: sicut extendebatur per illas substantia panis ex hoc quod afficiebatur illis, ut subiectum ipsarum.

¶ Conclude ergo & tene, quod substantiam per modum substantię existere in aliquo, est substantiam indiuisibiliter esse in illo. Et non dico substantiam esse indiuisibilem, sed substantiam esse indiuisibiliter in illo: hoc est, substantiam se habere, ad illud indiuisibiliter, & non quantitatiue seu diuisibiliter, hoc est coextẽse, sicut quantitas locati coextenditur quantitati loci.

¶ Super

¶ Super quæstionis septuagesimæsexte articulum secundum.

IN 2. art. circa id quod in calce corporis dicitur sicut erat in rei ueritate, chimera potius quam dubitatio ex Sco. in dist. 10. qu. 44. sen. occurrit, tenente quod non sequitur simpliciter necessario, si corpus Christi habet partes, & proprietates suas, sub modo sacramentali, quod habeat eas sub existentia naturali. Et intantum procedit, quod ponit quod ante incarnationem uerbi Dei potuit ita uere eucharistia fuisse sicut & nunc, & hoc tam quantum ad significationem, quam quantum ad rem signatam & contentam. Et rursus si corpus Christi annihilaretur, secundum suum esse naturale, eucharistia tamen uere posset manere etiam quantum ad rem contentam: si tamen corpus Christi corrumperetur corruptione naturali, (puta, quia forma corporeitatis separaretur a materia prima) non remaneret eucharistia quo ad rem contentam. Et fundamentum Scoti est: quando existentia aliqua est indifferens ad duos modos, potest simpliciter haberi sub uno modo sic, quod non sub alio; sed existentia corporis Christi simpliciter seu realiter indifferens est ad istos duos modos scilicet naturalem, & sacramentalem. ergo potest haberi sub uno sine altero. Et si dicatur, inquit Scotus, quod maior propositio intelligitur, quando neuter modus dependet ab altero. modus autem sacramentalis dependet a naturali, contra. existentia sub modo naturali, non est de essentia existentiæ sub modo sacramentali; nec est eius causa. ergo ista non dependet ab illa. Prima pars huius antecedentis patet, quia res eucharistiæ non habet ibi modū existendi naturalem, sed extensiuum, haberet autem si esset de essentia illius existentię, quia omne habens aliquid, habet illud quod est de essentia eius. Secunda pars probatur, quia Deus est causa immediata illius existentiæ, scilicet, corporis Christi in sacramento. Præterea, Eucharistia non dependet a modo naturali, ut a sacramento, uel re sacramenti. quod ultimum probatur, quia res sacramenti est existentia sub alio modo disparato, id est, sacramentali. Præterea, Deus potest sine quocunque causato extrinseco alicui, illud causare: sed existentia modo naturali non est intrinseca eucharistiæ. ergo &cæt. Et si dicas, quòd maior est uera de absolutis, & non de respectu, quia respectu sine fundamento, & termino fieri nequit, eucharistia autem includit respectum, cuius terminus est existentia modo naturali, contra existentia, licet sit eadem sub duobus modis, scilicet naturali & sacramentali, tamen non est terminus relationis, quæ includitur in eucharistia sub modo naturali, sed sub modo disparato. Quod probatur, Eo modo est res contenta in eucharistia, quo modo est primum signatum huius signi: sed existentia sub modo naturali non continetur hic realiter, sed sub modo alio disparato, scilicet sacramentali: ergo. Multa alia affert Scot.

Inf. q. 98. ar. 6. ad 2. & q. 79. ar. 1. ad 3. & q. 80. a. 12 ad 3. & 4. di. 11. q. 3. art. 1. q. 1. ad 2. & Io. 6. lec. 7. 2. & 1. cor. 11. lect. 6.

præced.

li. 3. de gen. an. malium. c. 2. tom. 4

ARTICVLVS II.

Vtrum totus Christus contineatur sub utraque specie huius sacramenti.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur quod non sub utraque specie huius sacramenti totus Christus continea tur. Hoc enim sacramentum ad salutem fidelium ordinatur, non uirtute specierum, sed uirtute eius, quod sub speciebus continetur: quia species erant etiam ante consecrationem, ex qua est uirtus huius sacramenti. Si ergo nihil continetur sub una specie, quod non contineatur sub alia, sed totus Christus continetur sub utraque, uidetur quod altera illarum superfluat in hoc sacramento.

¶ 2 Præ. Dictum est †, quod sub nomine carnis omnes aliæ partes corporis continentur, sicut ossa, nerui, & alia huiusmodi: sed sanguis est una partium humani corporis, sicut patet per* Arist. in li. de Animali. si ergo sanguis Christi continetur sub specie panis, sicut continētur ibi aliæ partes corporis, non deberet seorsum sanguis consecrari, sicut neque seorsum consecratur aliqua alia pars corporis.

¶ 3 Præte. Quod iam factum est, iterum fieri non potest: sed corpus Chri iam incepit esse in hoc sacramēto p cōsecrationē panis. ergo non potest esse, q̄ de nouo incipiat esse per cōsecrationē ui

F me etiam referre pudet: ne tanto tempore in chimeris uerser.

¶ Ad aliqualem claritatem horum, scito dignum admiratione est se, quod cum Scotus supra corpus Christi uerum quod est in cælo, nihil addere ponat esse in hoc sacramento, nisi terminum extrinsecus aduenientem (puta respectum præsentiæ ad species panis) quomodo potuerit etiam fingere, si auferretur corpus Christi per annihilationem, remanere aliud etiam per diuinam omnipotentiam quam illum respectū præsentiæ, Deo illū conseruante.

Nam si nihil aliud remaneret nisi dictus respectus, quomodo fingi potest quod remaneant partes & proprietates corporis Christi? & si aliquid aliud, quam ille respectus remanet, oportet quod esse sub sacramento plus addat supra corpus Christi, quam illum respectū. Quo circa si conseruaretur a Deo respectus ille non conseruato Christi corpore in rerum natura, non esset corpus Christi sub sacramento, quēadmodum si conseruaretur respectus localis, quo corpus Christi est in cœlo non conseruato corpore Christi, non esset corpus Christi in cœlo: aliud quippe est conseruari respectus istos extrinsecos, & aliud conseruari corpora quorū sunt. Magnaque differentia est inter requisita & concomitantia ad uerificationem respectuum tantummodo, & inter requisita & concomitantia ad uerificationem denominatorum corporum ab illis respectibus.

Gl. ord. sup illud, Accipite & manducate.

Ar. 5. c. ad 2

Ad uerificandum siquidem respectum illum conseruatum, sufficit, quod respectus ipse sit; nec inde sequitur, quod res quæ denominabatur, amplius denominetur: si enim respectus præsentiæ solius conseruaretur, esset præsentia sine corpore aliquo præsente, sicut si esse in cœlo tantum conseruaretur, esset esse in loco sine aliquo existente in loco.

¶ Et hæc sint dicta ad claritatem doctrinæ. & secundum ueritates conditionales, non curando de possibilitate uel impossibilitate antecedentium, & consequentium.

¶ Et ut omnibus satisfiat, singillatim respondendum est rationibus Scoti.

G RESPON. Dicendum, certissime tenēdum esse, quòd sub utraque specie sacramenti totus est Christus, aliter tamē & aliter. Nā sub speciebus panis, est quidem corpus Christi ex ui sacramenti, sanguis autem ex reali concomitantia, sicut supra dictum est* de anima & diuinitate Christi. Sub speciebus uero uini, est quidē sanguis Christi ex ui sacramenti, corpus autem Christi ex reali concomitantia, sicut anima & diuinitas eo, quod nūc sanguis Christi nō est ab eius corpore separatus: sicut H fuit tēpore passionis & mortis. unde si tunc fuisset hoc sacramētum celebratum sub speciebus panis, fuisset corpus Christi sine sanguine, & sub specieb. uini sanguis sine corpore, sicut erat in rei ueritate.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis totus Christus sit sub utraque specie, non tamen frustra.

Nam primo quidem hoc ualet ad repræsentandam passionem Christi, in qua seorsum fuit sanguis a corpore separatus: unde & I in forma cōsecrationis sanguinis ponitur uini non continebitur corpus Christi, & per consequens nec totus Christus. non ergo sub utraque specie totus Christus continetur.

SED CONTRA est, quod primæ Corinth. undecimo. Super illud & calicem, dicit* gloss. quod sub utraque specie, scilicet panis & uini, idem sumitur: & ita uidetur sub utraque specie totus Christ⁹ esse.

Ar. 5. c. ad 2

Ad primā igitur dicitur primo, quod minor est falsissima, scilicet quod existentia corporis Christi est indifferens ad modum naturalem & modum supernaturalem, nulla enim substantia est indifferens ad esse absolutum uel respectiuum, nisi absolutū sit indifferens se ad se & ad genus aliud, quod implicat contradictionem. K

Vnde corpus Christi est ita determinatum ad modum essendi naturalem, sicut est determinatum ad esse seipsum, q̄a tunc perdit esse seipsum, cum p̄dit esse mō naturali; ad modum enim sacramentalem se habet corpus Christi, ut ad esse superueniens, tā quam accidentale q̄dam. Et propterea responsio recitata, q̄ modus sacramentalis dependet a, naturali, uera est, non solum ea ratione, qua superueniens dependet ab eo cui superuenit, sed ea ratione qua denominatio dependet a re denominata, & respectus

a ter-

a termino seu fundamento, & includens ab incluso.

¶ Ad obiectionem Scot. dicitur, quòd aliud est loqui de ipsa existentia, ideſt præsentia in sacramento, & aliud est loqui de re existente, ideſt præsente in sacramento. Si enim sit sermo de ipsa existentia seu præsentia, tunc consequenter loquendo de ipsa, secundum naturam rei spectuum loquendū est, & sic consequentia inducta a Scot. nō valet, quia respectus dependet ab aliquo quod nec est de essentia eius nec causa eius: dependet enim a termino seu ad terminum, & non potest esse sine termino, qui nec est de essentia eius, nec causa eius. Si autem est sermo de toto hoc, scilicet re existente seu re præsente, tunc fallium est antecedens pro prima parte, quia de essentia rei præsentis sacramento est ipsamet res præsens, scilicet corpus Christi habens suum esse naturale. Et cum contra hoc sophistice instatur, si corpus Christi habens suum esse materiale, esset res Eucharistiæ, haberet ibi modum essendi naturalem, id est extensiuum, clarissima patet responsio, quòd mutatur res præsens in modum præsentiæ. Est siquidem res præsens Eucharistiæ modus Christi naturalis: sed modus ſsentię nō est modus ille naturalis, sed modus sacramentalis. Et propterea dicimus, quòd est de essentia rei præsentis, & non diximus quòd est de essentia modi præsentiæ.

¶ Ad tertiū dicitur, quòd corpus Christi verum in suo esse naturali, est Eucharistia & sacramentum & res sacramenti, vt patet in Magistro sententiarum quarti libri, distinctione octaua & Augustin. ibidem alleg.

¶ Ad quartum, sustinendo responsionem recitatam, dicitur quòd terminus seu fundamentum respectus præsentiæ, est corpus Christi in esse suo naturali. Et ad probationem in oppositum dicitur, quòd committit manifestę sophisma figuræ dictionis, diuertendo a reali modum rei, hoc est a re præsente, ad modum præsentiæ, a re contenta ad modum, quo continetur. Existentia enim corporis Christi in suo modo naturali, est res primò contenta, & signata, dicente Christo, hoc est corpus meum; dicendo enim corpus meum, sine additione aliqua, procul dubio significatur corpus suum in suo esse naturali. Modus autem, quo continetur, non est res signata, neque contenta in hoc sacramento, sed modus continendi. Et constat non ualere argumentum, corpus Christi non continetur modo naturali, ideſt extensiuo. ergo res contenta non est ipse modus naturalis, & extensiuus corporis Christi, ut patet. Et hinc manifestum est, chimeram esse, quòd ante incarnationem Christi potuerit vere esse hoc sacramentum sicut nunc: dato enim quòd Deus potuisset efficere sub accidentibus panis eundem respectum præsentiæ, qui nunc fieri dicitur: nulla tamen res inueniretur propterea præsens, quia nec corpus Christi, quod non erat, nec alia res. Et propterea fallit mentio de eius effusione. Secundò, hoc est conueniens vsui huius sacramenti, vt seorsum exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & sanguis in potū. Tertiò, quantum ad effectum, secundum quòd supra dictum est, † ꝙ corpus exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute aiæ.

Ad secundum dicendum, ꝙ in passione Christi (cuius hoc sacramentum est memoriale) nō fuerunt aliæ partes corporis abinuicem separatæ, sicut sanguis: sed corpus indissolutum permansit, secūdum quod legitur Exod. duodecimo. Nec os illius confringetis: & ideo in hoc sacramēto seorsum consecratur sanguis a corpore, non autem aliqua alia pars ab alia.

Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est, † corpus Christi non est, sub specie uini ex ui sacramenti: sed ex reali concomitantia. & ideo per consecrationem uini, non fit ibi corpus Christi per se, sed concomitantet.

Articvlvs III.

Vtrum sit totus Christus sub qualibet parte specierum panis uel uini.

Ad tertium sic procedit. Videtur, quòd non sit tōt⁹ Christus sub qualibet parte specierum panis vel vini. Species enim illæ diuidi possunt in infinitum. Si ergo Christus totus est sub qualibet parte specierum prędictarū, sequeretur quòd infinities esset in hoc sacramento, quod est inconueniens: nam infinitum repugnat non solū naturæ, sed etiam gratiæ.

¶ 2 Præt. Corpus Christi cum sit organicum, habet partes determinate distantes: est enim de ratione organici corporis determinata distantia singularum partiū ab inuicem: sicut oculi ab oculo, & oculi ab aure: sed hoc non posset esse, si sub qualibet parte specierum esset totus Christus: oporteret enim quod sub qualibet parte esset quælibet pars: & ita ubi esset una pars, esset & alia. non ergo potest esse, quòd totus Christ⁹ sit sub qualibet parte hostiæ, uel uini contenti in calice.

¶ 3 Præt. Corpus Christi semper ueram retinet corporis naturam, nec unquam mutatur in spiritū: sed de ratione corporis est, ut sit quantitas positionem habens, ut patet in * Prædicamentis: sed ad rationem huius quantitatis pertinet, quòd diuersæ partes in diuersis partibus loci existant: non ergo potest esse (ut uidetur) quod totus Christ⁹ sit sub qualibet parte specierum.

Sed contra est, quod † Augustinus dicit in quodam sermone; Singuli accipiunt Christum Dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

Respon. Dicendum, quòd sicut ex supra dictis patet, † quia in hoc sacramento substātia corporis Christi est ex ui sacramenti, q̄ titas autem dimensiua ex ui realis ergo Christi quantitas per modum substantiæ in hoc sacramēto.

¶ Circa rationem uero in litera redditam, quia. s. ex ui sacramenti sola corporis Christi substantia continetur sub hostia, quantitas autem concomitanter, Scotus in 4. sent. dist. 10. q. 1. improbando occurrit sic arguens, Vnumquodque siue sit primus terminus cōuersionis, siue secundus: si tamen est ibi, habet proprietates suas, quæ sibi necessario & naturaliter conueniunt. ergo quantitas corporis Christi, siue per conuersionem sit sub sacramento, primo uel secūdario, si est ibi, habet suum modum naturalem, quod est esse modo quantitatiuo. Consequentia clara, & antecedens probatur dupliciter, s. exemplo & ratione. Exemplum est, quia si Dē⁹ uel natura causaret substantiam quantam, ita quod quantitas non comitetur substantiam: nihilominus quantitas habebit suum modum naturalem. unde apparet quòd concomitantia non mutat modum naturalem quantitatis concomitantis. Ratio uero est, quia diuersa habitudo ad agens (scilicet primaria uel secundaria mediata uel immediata) non uariat naturam rei: dumtamen producatur. ergo nec carebit quantitas suo modo naturali, propter hoc tantum, quia non est primus terminus conuersionis: dumtamen sit ibi realiter, siue primo siue concomitanter per illam conuersionem.

¶ Duran. uero alia uia contra hanc rationem procedit, arguens, Quantitas de ratione sua inseparabilis est diuisibilis. ergo nullo modo

¶ *Super quæstionis septuagesimi sexti articuli tertium.*

In artic. 3. duo occurrunt dubia. Primum circa rem ipsam ex Durando, secundum circa rationem in litera redditam ex Scoto & Durando. Durandus contra communem opinionem tenentem, non solum substantiam corporis Christi, sed etiam quantitatem eius naturali concomitantia continere sub indiuisibiliter tamen, in hoc sacramento, obiicit dupliciter. Primo, Nihil potest comparari ad aliud modo incompossibili suæ naturæ: sed indiuisibilitas est incompossibilis naturæ quantitatis, quia ipsa de natura sua intrinseca est diuisibilis. ergo quantitas corporis Christi non potest comparari ad quantitatem hostię indiuisibiliter: hoc est ut sit tota sub toto & tota sub qualibet parte. In c. de quantitate to. 1. Refertur de consecr. dist. 2. c. Singuli.

¶ Secundo. Vbicumque est substantia in se realiter, ibi est substantialiter, quia iste modus est ab ea inseparabilis. ergo similiter ubicumque est quantitas in se, realiter ibi est quantitas: siue, quia iste modus est inseparabilis a quantitate. non est Arti. 1. huius q. & art. proc.

modo potest sibi competere ratione cuiuscumque alterius indiuisibiliter se habere, ergo non potest comparari ad locum modo substantiæ. Et confirmatur, quia anima rationalis licet sit in loco mediante humano corpore quanto, ipsa tamen est indiuisibiliter in loco; est enim tota in toto loco, & tota in qualibet parte eius; & hoc ideo, quia animæ rationali repugnat diuisibilitas. ergo per oppositum, non obstante quòd quantitas Christi sit in sacramento mediante substantia, est diuisibiliter, quia quantitati repugnat indiuisibilitas.

¶ Pro faciliori intellectu eorum quæ tractantur (ne obscuritate nominum impossibile reputetur quod credimus) scito idem esse quantitatem corporis Christi, indiuisibiliter se habere ad quantitatem hostiæ, & inter quantitatem corporis Christi præsentem hostię, & quantitatem hostiæ non esse positionem, quę vnum inter decem prædicamenta ponitur: ita quòd corpus Christi quantum sub hostia contentum, in seipso quidem est diuisibile & habens positionem in partibus (positionem autem dico illam, quæ ponitur differetia quantitatis, cum distinguitur quantitas in quantitatem habentem positionem in partibus, & quantitatem carentem illa) vt continetur uero sub hostia, caret positione seu situ, vno ex decem generibus: dicit enim huiusmodi positio ordinem partium in loco: quo ordine constat carere corpus Christi quantum, vt est sub hostia, quia non est in ea localiter: ordo enim partium in loco sine esse localiter, non est intelligibilis. Et quia huiusmodi situs, siue positio non est de ratione quantitatis dimensiuæ, sed sola positio, quæ est differentia quantitatis est de dimensionnm ratione, ideo attente oportet perspicere, quòd diuisibilitas, quæ est de ratione quantitatis, non opponitur indiuisibilitati, quæ consistit in negatione positionis specialis prædicamenti. Nec propterea fallaris, putans me dicere quòd modus essendi indiuisibiliter sit pura negatio positionis specialis generis: hoc enim nec somniaui, sed vt intelligas quæ dicimus per huiusmodi negationem annexam positiuę præsentiæ Christi corporis quanti ad hostiam: continetur enim veraciter Christi corpus quantum sub hostia absque situ, seu positione speciali prædicamento: hæc enim negatio includitur in eo quod signatur per contineri indiuisibiliter in hoc sacramento.

¶ Hac ergo manifestatione suppositа, ex qua apparet, quòd quantitas Christi corporis nec perdit suam diuisibilitatem, nec induit modum aliquem sibi repugnantem, nec perdit in se suum modum naturalem, sed in hoc quòd continetur sub hostia, caret modo illo, qui importatur per positionem seu situm, respondetur ad obiecta. Et ad primum Duran. contra positionem ipsam, neganda est minor, uniuoce loquendo, quoniam modus istius modi indiuisibilitatis, non repugnat diuisibilitati quantitatis.

¶ Ad secundum uerò facile dici potest, quòd argumentum a simili claudicat, uerumtamen seruata uniuocatione terminorum respondendo dicitur falsum assumi in antecedente; quoniam substantia alicubi est non per modum substantiæ, sed per modum quantitatis, ut patet in substantiis extensis: sunt enim in loco quantitatiue. Et rursus substantia heterogenea, puta bos, non est per modum substantiæ in qualibet suę quantitatis parte: non est enim tota natura bouis in qualibet eius parte quantitatiua.

concomitantiæ corpus Christi, est in hoc sacramento per modum substantiæ, id est per modum, quo substantia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, id est, non per modum illum, quo quantitas dimensiua alicuius corporis est, sub quantitate dimensiua loci. Manifestum est autem, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur: sicut sub qualibet parte aeris, est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis. & hoc indifferenter, siue sint dimensiones actu diuisæ (sicut cum acr diuiditur vel panis secatur) uel etiam sint actu indiuisæ, diuisibiles uerò potentia. & ideo manifestum est, quòd totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiam hostia integra manente, & non solum cum frangitur: sicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine, quæ apparet in speculo, quę apparet una in speculo integro: speculo autem fracto, apparent singulæ in singulis partibus: quod quidem non est omnino simile: quia multiplicatio huiusmodi imaginum accidit in speculo fracto propter diuersas reflexiones ad diuersas partes speculi: hic autem non est nisi una consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numerus sequitur diuisionem. & ideo quandiu quantitas manet indiuisa actu, neque substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus propriis, neq; corpus Christi sub dimensionibus panis: & per consequens neque infinities, sed toties, in quot partes diuiditur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illa determinata distantia partium in corpore organico, fundatur super quantitate dimensiua: ipsa autem natura substantiæ, præcedit etiam quantitatem dimensiuam. & quia conuersio substantiæ panis, directe terminatur ad substantiam corporis Christi, secundum cuius modum proprie & directe est in hoc sacramento corpus Christi, talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi uero, sed non secundum hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, sed secundum modum suæ substantiæ, sicut dictum est*.

ADTERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de natura corporis, quam habet secundum quantitatem dimensiuam. Dictum est autem †, quod corpus Christi comparatur ad hoc sacramentum, non ratione quantitatis dimensiuæ, sed ratione suæ substantiæ, sicut dictum est†.

¶ Ad obiecta secundi dubii respondendo, dicitur primo ad Scoti argumentum, quod procedit ex falsa interpretatione rationis allatę ab Auctore, ac si Auctor adduxisset pro causa, quare quantitas est in hoc sacramento per modum substantiæ, quia est, quasi secundarius terminus mutationis. Hoc autem procul est ab Auctoris sensu: non enim consistit eius ratio in differētia inter primum, & secundum terminum in fieri, ut arguens usurpauit, sed inter per se rationem essendi in sacramento, & id quod per accidens concomitatur, ut patet expresse in hoc articulo quarto in responsione ad primū: ubi uidere potes quantum distet sensus iste uerus a sensu illo usurpato. Et sefellit forte arguentem, quia Auctor declarat quid est illud, quod est per se ratio essendi reliquis in hoc sacramēto, ex hoc quod est per se primo terminus conuersionis. Quia igitur Auctoris ratio non consistit in differentia inter primo, uel secundo fieri, sed inter per se existens in sacramento, & per accidens existens ibidem, ideo non oportet aliter ad argumenta Scoti respondere, sed tamquam impertinentia & extranea relinquere. Posset tamen gratia materiæ, hoc est talis mutationis, qualis est conuersio panis in corpus Christi, sustineri ratio formata a Scoto ex differentia inter primum & secundum terminum conuersionis, contra quam arguit. & sic dicendum esset, quod licet in creatione & generatione, & similibus, secundarius terminus suum naturalem modum asse quatur, & non induat modum primi termini, in hac tamen conuersione secundarius terminus, ideſt, concomitans induit modum primi termini.

In cor. ar. 1. ad 3.

In cor. & ar. 2. huius q.

In corp. ar.

¶ Et si quæratur, quare potius in hac quam in aliis mutationibus hoc inueniatur, respondetur, quia hoc est singularissimum in hac mutatione, quod primus terminus est sola ratio in essendo, qui buscumque concomitantibus: hoc est quod ratio essendi in hoc sacramento quibuscumque existentibus in eo, est res primo terminans conuersionem. Et hæc defensio in idem redit cum prima responsione, ut patet: & ideo non oportet solicitare de diuersa habitudine ad agens, quoniam est extra propositum.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur falsum assumi, s. quod contineri indiuisibiliter, repugnet quantitati diuisibili. & ad confirmationem negatur similitudo, quoniam animæ rationali repugnat & esse diuisibilem & diuisibiliter contineri; quantitati autem licet repugnet esse indiuisibilem, non tamen repugnat indiuisibiliter contineri.

¶ Et hæc sufficiant etiam pro ar. 5.

AR-

ARTICVLVS IIII.

Vtrum tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd nõ tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento. Dictum est enim†, quòd totum corpus Christi continetur sub qualibet parte hostiæ consecratæ; sed nulla quantitas dimensiua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius. ergo est impossibile, quòd tota quantitas dimensiua corporis Christi contineatur in hoc sacramento.

¶ 1 Præ. Impossibile est, duas quantitates dimensiuas esse simul, etiam si una sit separata, & alia in corpore naturali, ut patet per* Phil. in 3. Met. sed in hoc sacramento remanet quantitas dimensiua panis, ut sensui apparet. non ergo est ibi quantitas dimensiua corporis Christi.

¶ 2 Præt. Si duæ quantitates dimensiuæ inæquales iuxta se ponantur, maior extenditur ultra minorem: sed quantitas dimensiua corporis Christi, est multo maior quam quantitas dimensiua hostiæ consecratæ, secundum omnem dimensionem. si ergo in hoc sacramento sit quantitas dimensiua corporis Christi cum quantitate dimensiua hostiæ; quantitas dimensiua corporis Christi extenderetur ultra quantitatem hostiæ, quæ tamen non est sine substantia corporis Christi. ergo substantia corporis Christi erit in hoc sacramẽto, etiam præter species panis, quod est inconueniens: cum substantia corporis Christi non sit in hoc sacramento, nisi per consecrationem panis, ut dictum † est. impossibile ergo uidetur, quòd tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

SED CONTRA, Quantitas dimensiua corporis alicuius, non separatur secundum esse a substantia eius: sed in hoc sacramento est tota substantia corporis Christi, ut supra habitum est*. ergo tota quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento.

RESPON. Dicendum, q̃ (sicut supra dictũ est†) dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento. Vno mõ ex ui sacramẽti, alio mõ ex reali cõcomitãtia. Ex ui quidem sacramenti, quantitas dimensiua corporis Chri nõ est in hoc sacramento: ex ui enim sacramenti est in hoc sacramento illud, in quod directe conuersio terminatur. Conuersio autem, quæ fit in hoc sacramẽto, directe terminatur ad substantiam corporis Chri, nõ autem ad dimensiones eius: qđ patet ex hoc, quod quantitas dimensiua panis remanet facta consecratione, sola substantia panis trãseunte: quia tamen substantia corporis Chri, realiter non deuuda tur* a sua q̃titate dimensiua, & ab alijs accidentibus, inde est q̃ ex ui realis cõcomitãtię, est in hoc sacramento tota quantitas dimensiua corporis Christi, & omnia accidentia eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod modus essendi cuiusl ibet rei determinatur secundum id, qđ est ei per se, non autem f̃m id, quod est ei per accidens: sicut corpus est in uisu, secundum quod est album, nõ autem secundum quod est dulce, licet idẽ corpus sit albũ & dulce: unde & dulcedo est in uisu f̃m modum albedinis, non secundum modum dulcedinis: Quia igitur ex ui huius sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimensiua eius est ibi concomitãter, & quasi per accidens: ideo quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modum (ut scilicet sit tota in tota, & singulæ partes in singulis partibus) sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd duæ q̃titates dimensiuæ non possunt naturaliter simul esse in eodem, ita quod utraque sit ibi secundum proprium modum q̃titatis dimensiuæ. In hoc autem sacramento q̃titas dimẽsiua panis, est secundum proprium modum, scilicet secundum commensurationem q̃dã, non autem q̃titas dimensiua corporis Christi, sed est ibi per modum substãtiæ, ut dictum est. † In cor. ar. & ar. 2.

AD TERTIVM Dicendum, q̃ q̃titas dimẽsiua corporis Christi non est in hoc sacramento secundum modũ commensurationis, qui est proprius quantitati: ad quẽ pertinet quod maior q̃titas extendatur ultra minorem, sed est ibi per modum iã dictum. * In corp. ar.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco. †

AD QVINTVM sic procedit. Videt, quod corpus Christi sit in hoc sacramento, sicut in loco. Esse. n. in aliquo definitiuè, uel circunscriptiue, est pars eius qđ est esse in loco: sed corpus Christi vr̃ esse definitiue in hoc sacramento (qa ita est ubi sunt species panis uel uini, quod non est in alio loco altaris) uidetur etiam ibi esse circunscriptiue: quia ita continetur superficie hostiæ consecratæ, quod nec excedit, nec exceditur. ergo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut in loco. Inf. ar. 6. co. & ad 1. & 4. di. 10. ar. 1. ad 3. 6. 7. & 8. & ar. 3. q. 2. ad 2. & 4. con. c. 64. fi. & quol. 1. a. 22. ad 2.

¶ 2 Præt. Locus specierum panis non est uacuus (natura enim non patitur uacuum) nec est ibi substantia panis, ut supra habitum est,† sed est ibi solum corpus Christi: ergo corpus Christi replet locum illum: sed omne quod replet locum aliquem, est in eo localiter. ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter. q. præc. art. 1. 2. & 5.

¶ 3 Præt. Sicut dictum est*, in hoc sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dimensiua, & cũ omnibus suis accidentibus: sed esse in loco, est accidens corporis: unde & ibi connumeratur inter nouem genera accidentium. ergo corpus Christi, est in hoc sacramento localiter. Ar. præc. 3. huius q.

SED CONTRA est, quod oportet locum & locatum esse æqualia, ut patet per* philosophum in quarto physicorum sed locus, ubi est hoc sacramentum, est multo minor quàm corpus Christi. ergo corpus Christi non est in hoc sacramento, sicut in loco. Li. 4. physic. tex. 30. to. 2.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut iam dictũ est†) corpus Christi non est in hoc sacramento secundũ proprium modum quantitatis dimensiuæ, sed magis secundum modum substantiæ. Omne autẽ corpus locatum est, in loco, f̃m modum quantitatis dimensiuæ, inquantum. s. commensuratur loco, secundum suam quantitatem dimensiuam. unde relinquitur, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ, co scilicet modo, quo substantia continetur a dimensionibus: succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis. uñ sicut substantia panis non erat sub suis dimensionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi, non tamen substantia corporis Christi est subiectũ illarũ dimẽsionum, sicut erat substantia panis. & ideo substantia panis rõne suarum dimensionum localiter erat ibi; quia comparabatur ad locũ illum Ar. 3. huiꝰ q.

illum mediantibus propriis dimensionibus. Substã tia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionib⁹ alienis, ita q̃ econuerso dimensiones propriæ corporis Christi cõparantur ad locum illum mediante substantia: qđ est contra rationem corporis locati. unde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento definitiue, quia sic non esset alibi quam in hoc altari, ubi conficitur hoc sacramentum, cum tamen sit & in cælo in propria specie, & in multis aliis altarib. sub specie sacramenti. Similiter ẽt patet, quòd non est in hoc sacramento circunscriptiue, quia non est ibi secundum commensurationem propriæ quantitatis, ut dictũ est: † quòd aũt non est extra superficiem sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc quod sit ibi definitiue uel circũscriptiue, sed ad hoc quod incepit ibi esse per consecrationem & conuersionem panis & uini, ut supra dictum est.*

Ar.3.&4.hius q.

q.præc.ar.3.& 4.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd locus ille, in quo est corpus Christi, non est vacuus, neque tamen proprie est repletus substantia corporis Christi, quæ non est ibi localiter, sicut dictum est: † sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ habent replere locum, uel propter naturam dimensionum, vel saltem miraculose, sicut & miraculose subsistũt per modum substantiæ.

In corp.art.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut supra dictũ est *) secundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi sunt in hoc sacramẽto, quę sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidens per comparationem ad extrinsecum cõtinẽs: & ideo non oportet, quòd Christus sit in hoc sacramento, sicut in loco.

Art.præced.

¶ *Super quæstionis septuagesimæ sextæ articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

3.di.10.ar.3.q.4.& op.ii.ar.34.

IN titulo ly mobiliter extenditur, tam ad motum, quam ad mutationem. Dupliciter enim cum possit dubitari de mobilitate corporis Christi in sacramento, uel de motu locali ad motũ hostiæ, uel de mutatione qua desineret esse in sacramẽto, ad utrumque modum extendit se, ly mobiliter.

Li.1.ca.3.in declaratiõe 4.loci 10.1.

Ar.1.hui⁹ q.

¶ Circa doctrinam traditam in hoc articulo aduerte primo, Auctorem sentire. q̃ Christum esse sub hoc sacramento est esse quoddam relatiuum. dum dicit, per hoc ipsum quòd dicimus ipsum eẽ sub sacramento, significatur qædam habitudo eius ad hoc sacramentum: hinc enim manifestat non esse idem esse Christi corporis in se, & esse eiusdem in sacramento, quod sub aliis uerbis explicatur dicendo, Aliud est esse Christi corpus in seipso, & aliud est contineri sub sacramento ipsum idem Christi corpus in seipso existens. Non discedes ergo ab Auctoris doctrina loquendo seorsum de conuersione panis in substantiam corporis Christi, & de habitudine Christi ad hoc sacramentum, ut superius fecimus. Nec propterea putes explicatum esse modũ, quo Christus est in hoc sacramento. nã explanatio huiusmodi est per communia valde, s. per relationem seu habitudinem, nesciturautem res aliqua, nisi per propria cognoscatur.

¶ Circa conclusionem illam, Corpus Christi ad motum hostiæ mouetur per accidens, duplex occurrit obiectio.

Prima ex Durando opinante oppositum in libr. quarto senten. distinct. 10. quæs. 3. Secunda ex Scoto, eadem distin. quæstio. 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

Ar-præced.

¶ Arguit ergo Durand. corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiæ, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi, & hostia nõ sunt unum secundũ subiectum, nec se habent ut continens & contentum, nec habent colligationem uel contactum. Et quia corpus Christi existẽs in cælo localiter fit de nouo existẽs in hoc sacramento absque motu locali, tam per se quam per accidens, ergo a fortiori existens in hoc sacramento non mouetur ad motum hostiæ.

¶ Scotus autem putans corpus Christi ad motum hostiæ moueri quidem per accidens, sed non nisi immediate a Deo, probat hoc ultimum hac rõne. Quandoaliqua coniunguntur p̃cise per actũ uoluntatis contingẽt se habentis ad illam coniunctionem: si unum illorum ẽm se sit mobile

Ar.præced.

IN quo ergo dicendum, quòd Christus per totum tempus futurum. uidetur ergo quod statim in crastino, uel post modicum tempus, desinat esse sub hoc sacramento: & ita uidetur quod Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

SED CONTRA, Impossibile est eſt idem esse motum & quietũ, quia sic contradictoria uerificarentur de eodem: sed corpus Christi in cælo quietum residet. non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

RESPON. dicẽdum, quod cùm aliquid est unũ subiecto, & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundum aliquid moueri, & secundum aliquid immobile permanere; sicut corpori est aliud esse album, & aliud esse magnum: unde potest moueri secundum albedinem, & permanere immobile secundum magnitudinem. Christo autem non est idem esse secundum se, & esse sub hoc sacramento: quia per hoc quòd dicimus ipsum esse sub hoc sacramento, significatur quædam habitudo eius ad hoc sacramẽtum. Secundum igitur hoc esse non mouetur Christus per se secundum locum, sed solum per accidens: quia Christus nõ est in hoc sacramento sicut in loco, sicut prędictum est †: quod autem non est in loco, non mouetur per se in loco, sed solum ad motum eius, in quo est. Similiter autem neque per se mouetur secundum esse, quod habet in hoc sacramento, quacumque alia mutatione, puta quantum ad hoc quod desinat esse sub hoc sacramento, quia illud quod de se habet esse indeficiens, non potest esse deficiendi principium, sed alio deficiente, hoc desinit esse in eo, sicut Deus, cuius esse indeficiens & immortale, desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, quòd creatura corruptibilis desinit esse. & hoc mõ cum Christus habeat de se esse indeficiens, & incorruptibile, non desinit esse sub sacramẽto: neque per hoc quòd ipsum desinat esse, neq; etiam per motum localem sui (ut ex dictis patet *) sed solum per hoc, quod species huius sacramenti desinunt esse: unde patet, quòd Christus per se loquendo, immobiliter est in hoc sacramento.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de motu per accidens, quo ad motum nostrũ mouentur ea, quæ in nobis sunt. Aliter tamen ea quę per se possunt esse in loco, sicut corpo

bile omnino improportionatum, & reliquum proportionatū, illud mouens non eadem motione potest mouere vtrumq; coniunctorum. Probatur ista ratione & exemplo. ratio est, quia si mouet vnum quod est sibi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquum, quia reliquū non est præsens illi moto, licut actus potentiæ, aut conuerso, nec simpliciter ex alia necessitate naturali, sicut graue est præsens naui, vel currui, cui innititur, & propter hoc simul mouetur cum illo, sed est præsens sola voluntate, quæ potest non velle coniunctionem illam, stante tamen motione alterius. Exemplum est, Si angelus voluntarie faceret se esse præsentem lapidi, si moueo lapidem, non propterea moueo angelum, qui non est per se mobilis a uirtute mea: nec per accidens in proposito, quia nec forma, nec pars est lapidis mobilis per se a me, unde angelus in termino motus lapidis per propriam suā actione esset ibi, vbi est lapis, & non per actum meum. Et tunc subsumitur minor. Sed corpus Christi est præsens speciei sacramentali tantū per actus uoluntatis animæ. ergo &c.

Ad euidentiā horum uidetur mihi, quòd cum Durando nulla sit quæstio secundum rem, sed forte in solis uerbis: si enim peripicietur ex una parte distinctio facta in litera de duplici esse corpis Christi, uel in se, uel in sacramento, & dictū esse quòd corpus Christi in se non mouetur neque per se, neque per accidens, & quod secundum esse in sacramento mouetur non per se, sed per accidens, & si cum his simul perfecta fuerit vis rationum Duran. manifestum erit, quòd nulla est diuersitas in sententia, quoniam ad hoc tendunt argumenta, quòd corpus Christi secundum se non mouetur per accidens ad motum hostiæ, quod Auctor fatetur.

Verum si quis contendat his argumentis Christi corpus secundum nullum esse moueri per accidens ad motum hostiæ facile inueniet respōsionem, dicendo ad primum, quòd inter corpus Christi & hostiam est colligatio secundum esse sacramentale; & ita quòd se habent vt veraciter contentum & continens, vt patet extra, de sum. Trin. & fide cath. c. firmiter.

Ad secundum negatur sequela, quia ad rem antecedentis, nec est opus motu, nec concomitatur motus; sed ad motum sacramē- ti concomitatur motus rei, quę est sacramentum, secundum esse sacramentale, per accidens tamen.

Ad Scotum autem directe loquentem de Christi corpore, ut est in sacramento, dicitur quòd ratio, aut implicat contradictoria, aut subsumit falsum.

Ad cuius intellectū aduerte duo assumi a Sco. s. coniunctionē inter aliqua duo, & rationem coniunctionis. s. actum uoluntatis contingenter se habentem. Et oportet alterum duorum sequentium Scotum dicere, vel coniunctionem illam nullū nexum ponere inter coniuncta vltra actum voluntatis cōtingenter se habētem, aut aliquem nexum inter illa ponere causatū a tali actu voluntatis; nō potest dici primū, quia ipsemet Sco. ponit coniunctionē illā actu voluntatis volitam contingenter. & minor etiā esset falsa, ut patet. Et similiter exēplum de angelo, quia præsentia angeli ad lapidem & corporis Christi ad sacramentum, non est formaliter per actum voluntatis. Oportet ergo intelligi, q̄ coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet aut implicari contradictoria, puta q̄ sit nexus aliquis, inter duo creata, & quòd ille nexus nullo modo coniungat illa nisi præcise per actū voluntatis, quod non est intelligibile: aut minorē esse falsam, quia inter corp⁹ Christi & hostiam est coniunctio sacramentalis, quæ licet effectiue sit a solo Deo, in se tamen est coniunctiua corporis Christi cū hostia naturali necessitate sacramenti. Nā ex ui sacramenti per se habetur esse sacramentale corporis Christi in hostia, & esse sacramētale coniungit corpus Christi & hostiam, non quia uolitam, sed q̄a in se est tale. Inf. ar. 8. co. & 4. d. 10 ar. 2. q. 2. ad 2. & art. 4. q. 1. per to. & q. 4. ad 2. & in expo. li. ad 1. 2. & 4.

Ad exemplum autem de angelo dicitur, q̄ licet angelus posset subtrahere p̄sentiam suam a lapide: si tamen illam non subtrahit, mouente me lapidem & transferente illum in domum, angelus mouetur non a se, sed ad motum lapidis: quia angelus nunc est, ubi est lapis: & nō est, vbi erat lapis.

Et ad excludendas fugas, pone casum q̄ angelus fecerit se p̄sentem lapidi uoluntate illius præsentiæ continuandæ per vnā horam tantum. & stā te casu formā conditionalem. si angelus factus præsens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illū p̄ duas horas, in fine motus, angelus esset ubi est lapis, & non p̄ actum angeli. ergo per motum lapidis a me. Et q̄uis hæc sufficerent ad dicta Scoti; facilius tamen potest responderi, dicendo maiorem posse forte habere locum, quando utrumq; coniunctorū est per se mobile, puta, quia ambo sunt corpora: sed quoniā duorū coniunctorū alterū tantū est mobile secundum se. alterum uero nō, nisi per accidens mobile est, maior nullum habet locum, quoniā non potest de eis dici, quòd unum est mobile improportionatū, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inuenitur in proposito, quoniam hostia est mobilis secundum se; esse autem sacramentale, seu Christi corpus secundum esse sacramentale in hostia, non est mobile per se, sed solum per accidens, ut in litera hac dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt esse quoddam esse relatiuum: respectus enim non nisi per accidēs possunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendum est ad exemplum de angelo, quoniam dum moueo lapidē moueo per accidens præsentiam inter lapidem & angelum, & similiter dū moueo hostiam consecratam, moueo præsentiam inter hostiam & corpus Christi; ita quòd translata hostia de altari in plateā, transfertur etiam præsentia, quia corpus Christi de præsente in altari fit præsens in platea, & ibiq; hoc q̄ corpus Christi in se moueatur, & similiter angelus fieret præsens in domo ad quā translatus est lapis. non q̄ ipse angelus sit motus a se, vel a me, sed q̄a transferendo lapidem, transfuli præsentiam eius in lapide.

ARTICVLVS VII.

Vtrum corpus Christi prout est in hoc sacramento, possit uideri ab aliquo oculo, saltem glorificato.

AD SEPTIMVM sic p̄ceditur. Videtur q̄ corpus Christi, prout est in hoc sacramēto, posit videri ab aliquo oculo, saltem glorificato. Oculus enim noster impeditur à uisione corporis Christi in hoc sacramento existentis, propter species sacramentales ipsum circunuelātes: sed oculus glorificatus non potest ab aliquo impediri, quin corpora quęlibet videat prout sunt. ergo oculus glorificatus potest videre corpus Christi, prout est in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. Corpora glorioſa sanctorum, erunt configurata corpori claritatis Christi, ut dicitur Phili. 3. sed oculus Christi uidet seipsum prout est in hoc sacramento. ergo pari ratione quilibet alius oculus glorificatus potest ipsum videre.

¶ 3 Præt. Sancti in resurrectione erunt æquales angelis ut dicitur Luc. 20. sed angeli uidēt corpus Christi, p̄ut est in hoc sacramē-

¶ *Super Quæstionis 76. Articulum septimum.*

IN corpore artic. multa occurrunt notanda, & dubitanda. In primis circa rationes cōclusionis primæ, scilicet corpus Christi

sti secundum esse, quod habet in sacramento non est visibile oculo corporali, aduertendum est, quòd licet Sco. in ult. q. dist. 10. 4. senten. impugnet multas rationes, quæ afferuntur pro hac conclusione, quia tamen neutram istarum, quæ in litera afferuntur, improbat, immo potius vtraque quodammodo vtitur (& secunda quidem se tenente ex parte visibilis, ut terminus est visionis, expresse utitur, prima quoq; considerante visibile, inquantum causa est visionis quodammodo utitur) ideo extraneum a præsentis operis proposito duxi defendere rationes alias, quæ hic nō ponuntur.

¶ In secunda ratione aduerte diligenter terminos, ut non fluctues, quasi contraria in Auctoris doctrina inuenies, dum alibi dicit cum Auer. substantiam particularem percipi a cogitatiua: hic vero dicit a solo intellectu substantiam cognosci. Nec loquitur de substantia in communi, sed de substantia singulari, quia loquitur, de corpore Christi, ut est in hoc sacramento: constat autem corpus Christi esse quoddam singulare, & modum essendi in hoc sacramento esse rem singularem. Vtrumque siquidem est verum, illud quidem de substantia indiuiduali, secundum materiam signatam quantitate: hoc autem de substantia indiuiduali, ut habet modum essendi: puræ substantiæ, ideſt substantiæ inquantū substantiæ, ut patet ex superius declaratis de modo substantiæ. Et propterea hic dicit, Substantia autem inquantum huiusmodi, I subiacet solum intellectui &c.

¶ Circa secundam partem huius artic. in qua agitur de visione intellectuali, aduerte dici quatuor, primum quòd corpus Christi secundum esse in hoc sacramento, non videtur ab intellectu viatoris hominis: secundum, quòd nec etiam ab intellectu angelico naturaliter: tertium quòd videtur ab intellectu beato angeli, uel hominis per uisionē diuinæ essentiæ: quartum (quod est omnium prædictorum ratio) quia iste modus essendi est penitus supernaturalis, ac per hoc secundum se intelligibilis est a supernaturali intellectu, scilicet diuino.

¶ Contra tria autem horum Scot. arguit in 4. senten. dist. 10. q. 8. & primo contra secundum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ separatæ, quàm etiam hominis beati potest naturaliter videre existentiam corporis Christi in eucharistia. Primo, quia intellectus se habens ad intelligibilia, sicut ipsa sunt in se intelligibilia, intelligit prius substantiam quam quemcumque modum eius. ergo nullus modus sub quo est substantia, potest impedire intellectionem substantiæ a tali intellectu, qui non dependet in intelligendo a sensibilibus. Secundo, totum ens creatum est obiectum proportionatum tali intellectui, quantum ad cognitionem tam abstractiuam, quàm intuitiuam. si ergo quodcumque ens potest abstractiue cognosci a tali intellectu, quando non est sibi præsens, sequitur quòd potest intuitiue intelligi ab eodē, quando est sibi perfectè præsens in propria existentia actuali. Tertio, Virtus potens cognoscere obiectū intuitiue dum est præsens, potest cognoscere eius absentiam, dum est absens: sed talis intellectus potest cognoscere præsentiam panis quando est præsens. ergo potest cognoscere absentiā eius, quando est absens. ergo eadem ratione potest cognoscere præsentiam substantiæ corporis Christi, quia corpus Christi in se est obiectū proportionatum etiam intellectui tali, ut intuenti. ergo modus accidentalis ipsius corporis non impedit, quin sit

to: quia etiā dæmones inueniuntur huic sacramento reuerentiā exhibere. & ipsum timere. ergo pari ratione oculus glorificatus potest Christum videre, prout est in hoc sacramento.

SED CONTRA, Nihil idem existens, potest simul ab eodem videri in diuersis speciebus: sed G oculus glorificatus semper uidet Christum, prout est in sua specie, secundum illud Isa. 33. Regem in decore suo videbunt. ergo videtur quòd non uideat Christum, prout est sub specie huius sacramenti.

RESPON. Dicendum, quòd duplex est oculus, scilicet corporalis proprie dictus, & intellectualis, qui per similitudinem dicitur: a nullo autem oculo corporali corpus Christi potest videri, prout est in hoc sacra- H mento. Primo quidem, quia corpus visibile per sua accidentia immutat medium. Accidentia autem corporis Christi sunt in hoc sacramento mediante substantia, ita scilicet quòd accidentia corporis Christi non habent immediatam habitudinē, neq; ad hoc sacramentū, neque

F obiectum intuibilé eidē intellectui. Quarto, Anima Christi nouit naturaliter se, esse vbicumque est, & per consequens nouit naturaliter se esse in eucharistia, & ita naturaliter potest nosse existentiam corporis sui ibi, quæ est sibi ratio quòd sit in sacramento. Quinto Existentia talis non est excellentius

ad corpora, quæ ipsum circunstant. & ideo non possunt immutare mediū, vt sic ab aliquo corporali oculo videri possint. Secundo, quia sicut supra dictū est, † corpus Christi est in hoc sacramēto per modū substantiæ. Substantia autem inquantū huiusmodi, nō est visibilis oculo corporali, neque subiacet alicui sensui, sed nec imaginationi, sed soli intellectui, cuius obiectum est quod qd est, ut dicitur in 3. de Anima. † & ideo proprie loquendo, corpus Christi secundum modum essendi, quem habet in hoc sacramento, neque sensu neque imaginatione perceptibile est, sed solo intellectu qui dicitur oculus spiritualis. Percipitur autē diuersimode a diuersis intellectibus. Quia. n. modus essendi, quo Christus est in hoc sacramento, est penitus supernaturalis, a supernaturali intellectu, scilicet diuino, secundum se uisibilis est, & per consequens ab intellectu beato vel angeli, uel hominis, qui secundum participatam claritatem diuini intellectus videt ea, quæ supernaturalia sunt, uisione diuinæ essentiæ: ab intellectu autem

cognoscibile quàm existēs, cuius est existētia: sed Christus est naturaliter cognoscibilis a tali intellectu creato. ergo & quælibet eius Arist. 2. de anim. 9. 44. existētia. Probatur maior, quia non potest aliquis modus improportionaliter excedere illud, cui est modus. Sexto beatus naturaliter videt, in alio beato actum beatificum, & tamen illa beatitudo nō est minus supernaturalis quā existentia corporis Christi in eucharistia. Antecedēs probatur, quia substantia ipsius beati est excellētius cognoscibile, quam eius beatitudo.

¶ Contra tertiū vero idem arguit, intendēs quod intellectus beatus nullo modo per actū beatificum uidet corpus Christi in eucharistia, Beatus nō distinguitur a non beato, nisi uidēdo obiectū beatificū, ut sic, & ea q̄ includuntur in eo, vt sic: sed corpus Christi esse in eucharistia, nō est obiectū beatificum (ut patet:) nec inclusum in obiecto beatifico: quod probatur, quia æque essentialiter pertinet ad obiectum beatificum includere in ratione obiecti unam rem vel ueritatem unius sacramenti, sicut alterius: sicut æque pertinet ad veritatem fidei credere veritatem unius articuli, sicut alterius: sed in obiecto beatifico non claditur, gratiam infundi tali baptizato, aut suscipienti sacramentum pœnitentiæ. ergo, &c.

Contra quartum, rationem. s. qua modus essendi est penitus supernaturalis, arguit ibidem Sco. quia naturale, & supernaturale, non distinguunt ens in se, sed tantum in comparatione ad agēs. & propterea licet res aliqua supernaturaliter fiat, postquā facta est, naturaliter cognoscitur. Et confirmatur assumptum, quia supernaturale & naturale possunt se habere sicut imperfectū & perfectius, puta accidens & substantia. Et cōfirmatur rursus subiuncti ū, quia fides, spes & charitas sunt habitus supernaturales, & ñ angeli naturaliter cognoscūt eos, ſm illos, qui ponunt in angelo naturaliter rones cognoscēdi oēs species entiū.

¶ Ad euidentiam horum prælibandum est, q̄ parua distantia in principio magna valde apparet in principiatis. Et hinc est, q̄ ex diuersa opinione circa modū intelligendi, tot quæstiones emanant. Opinantes siquidem intellectum non alligatum phantasmati intelligere per motionē ab ipsis rebus, quæ intelligi dicuntur, cōsequenter opinantur intellectus abstractos intueri res p̄sentes, sicut nos uidemus corporaliter corporales præsentes. Ie nētes autē cum peripateticis & philosophis intellectus abstractos moueri tantum a seipsis seu suis substantiis, uel etiā a superioribus eorum. & non ab aliquo inferiori, cōsequenter ponūt intellectus abstractos cognoscere quicquid cognoscūt naturaliter aut per substantiā propriā solam (quod nos credimus in solo Deo uerificari) aut per substātiā perfectā speciebus intelligibilibus inditis, aut etiā, ut quibusdā placuit, per substantiā superiorem. & per cōsequēs intellectus abstracti cognitio naturalis non se potest extendere, nisi ad ea quæ naturaliter relucent in his, quæ sunt apud intellectū abstractum. Et quoniam hæc non sunt, nisi pertinēa ad naturalem ordinem uniuersi, quoniā solæ res pertinentes ad opera sex dierū, fuerunt productæ a Deo

in

in mentibus angelicis, & in rerum natura quando vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, quæcumque non ad naturæ, sed gratiæ ordinem per se spectant, eximuntur a naturali cognitione angelorum secundum hanc viam, secundum quam etiam naturale, & supernaturale sunt, & differentiæ entis, & differētiæ modi faciendi: nam oculi dati cæco nato, & vinū factū in nuptijs differebant ab alijs oculis, & vinis, secundum naturale, & supernaturale quo ad modum fiendi tantum: sed charitas, & incarnatio Christi, & Christum esse sub sacramento, & lumen gloriæ, & similia, differunt à virtutib. naturalib. & alijs, quæ entia naturalia vocamus, penes supernaturale, & naturale, quantum ad ipsa entia sunt enim hæc ex suo genere supernaturalia entia, qa nulli possunt enti esse, aut fieri connaturalia, vt alibi declarauimus.

¶His præhabitis ad primum Scoti dicitur, falsam esse minorem. Intellectum abstractū habere se ad omne intelligibile, ſm ordinem intelligibilitatis: hoc enim patet esse falsum: tum, quia non sic se habet ad primum intelligibile quod est Deus tum quia quilibet intellectus abstractus intelligit, & quod est supra se, & quod est infra se per modū sui: dicitur nihilominus, quòd licet intellectus abstractus videat corpus Christi, non propterea sequitur: ergo videt eius modum essendi in sacramento. Et hoc, non quia iste modus essendi est excellentioris cognoscibilitatis in se, sed quia est cognoscibile alterius ordinis, scilicet supernaturalis & propter hoc est extra totum ordinem rerum præsentium cognitionibus naturalibus.

¶Et hinc patet responsio ad secundum: quia falsum est, totum ens creatum esse obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiue quidem, quia quædam, scilicet supernaturalia, sunt de ordine non præsentium cognitioni naturali. Abstractiue vero, quia incarnationis mysterium latet, quo ad perfectā quidditatiuam cognitionem, omnis intellectus creati cognitionem naturalem: quia illius nulla indita species est præsentatiua perfecte. Et idem videtur de esse corporis Christi in sacramento. Supponit igitur argumentum hoc falsum, scilicet modum essendi in sacramento, præsentem quandoque esse naturali cognitioni intellectus abstracti.

¶Ad tertium dicitur, negando eadem, vel simili ratione, posse cognosci præsentiam corporis Christi. Et ad subiunctā probationem iterum dicitur, quòd modus accidentalis, non quatenus accidentalis, sed quatenus est alterius ordinis, impedit se inueri ab intellectu, cui ordo ille non est præsens, qualis est intellectus, angelicus naturaliter.

¶Ad quartum de anima Christi dupliciter dici potest. Primo, excipiendo Christi animam ea ratione, quia ad ipsum spectat: quāmuis concomitanter, talis modus essendi, ita quòd sicut dicimus cogitationes cordis mei latere naturalem cognitionem angelorum, manifestas tamen esse animæ meæ, quia ad ipsam spectant, & per hoc fiunt sibi præsentes, quæ non sunt præsentes angelis: sic in proposito modus iste essendi est præsens naturali cognitioni animæ Christi per hoc, quòd ad ipsum spectat: nec est simile de alijs intellectibus, vt patet. Secundo, dicitur negando animam Christi cognitione naturali inueri modum, quo corpus Christi est in hoc sacramento, sicut cognitione naturali non intuetur mysterium incarnationis: vnde Auctor dicit hic, quòd quia modus essendi in hoc sacramento est penitus supernaturalis, nisi à supernaturali intellectu, vel ipsius participatione, est in se intelligibilis. Et hæc responsio solidior videtur.

¶Ad quintum iam patet ex dictis, quòd non ratione excellentiæ, sed ratione absentiæ seu non præsentiæ, existentia in sacramento latet, & tamen corpus Christi patet.

¶Ad sextum negatur assumptum, scilicet actum beatificum, vnius beati videri naturali cognitione ab altero. Et ratio est sæpe dicta, non propter excellentiam cognoscibilis, sed propter absentiam: quia naturalis cognitio contenta est spectantibus ad ordinem naturalem: actus autem beatificus spectat ad ordinem supernaturalem.

¶Ad obiecta contra visionē huius sacramenti per actū beatificum rndendo distinguitur, ꝙ de actu beatifico possumus dupliciter loqui, vel præcise ſm necessaria ad beatitudinem, & sic proculdubio verum est, per actum beatificum non videri Christi corpus in sacramento, nec mysterium incarnationis, immo nec aliqd, quod scit Deus scientia visionis, vt patet ex eo, ꝙ si vnum tm intellectum Deus creasset, & ille videret Deum, esset proculdubio beatus, & nihil horum sciret, quæ ad scientiam visionis spectant: quia nihil horum fuisset, esset, aut futurum esset: vel de actu beatifico loquimur, secundum quòd de facto diuina largitas illum ditauit seu extendit, & sic visio beata extendit se ad multa alia, quæ non sunt simpliciter necessaria cognitu ad beatitudinem, inter, quæ opinamur esse mysterium incarnationis, & eucharistiæ, ea ratione, quia sunt difficillima inter omnia creata credenda, ac per hoc à mentibus fidelium valde desiderata, vt videantur: beatitudo autem satiatiua est fidelium, vt fidelium desideriorum tam arduorum. Et Scotus quidem in primo sensu loqui videtur, & non in secundo: queniam ratio sua in primo tantum sensu militat, & pluries repetit ne esitatem ad beatitudinem. vnde non oportet aliter respondere. In corp. ar.

¶ Ad obiecta demum de supernaturalitate respondetur dicendo, quòd naturale & supernaturale sunt differentiæ, quandoque solum secundum respectum ad agens, quandoque vero sunt differentiæ entis. Et propterea falsum est, quodcumque ens postquàm factum est, esse naturale: de aliquo enim est verum, & de aliquo non, vt supra diximus. Et ad confirmationem de differentia imperfecti, & perfectionis, dicitur quòd est impertinens: quoniam non est quæstio de perfectione, vel imperfectione, sed de naturalitate, vel supernaturalitate. Posset tamen dici, quòd qualitates supernaturales sunt perfectioris ordinis, quàm totus ordo naturalium: quia sunt ordinis diuini, vt charitas, & lumen gloriæ testantur.

¶Ad vltimam confirmationem, dicitur quòd angelis non sunt inditæ species omnium specierum, sed earum tantum, quæ ad naturalem ordinem vniuersi spectant. & propterea fidem, spem, & charitatem, non per naturalem cognitionem, in proprio genere nouerunt, nisi habentes illas in seipsis, vtpote ad eos spectantes.

¶ In responsione ad secundum, intellige differentiam inter oculum corporalem Christi, & corporalem oculum aliorum sanctorum, non respectu visibilis per se (quoniam in corpore articuli iam dictum erat, modum essendi Christi corporis in hoc sacramento esse intuisibilem, soloque intellectu intuibilem) sed respectu visibilis per accidens: ita quòd Christus dicitur corporali oculo videre seipsum sub hoc sacramento: quia sic seipsum videt, vt statim intellectum videat suum essendi modum in sacramento: sicut post resurrectionem dicemur videre Deum corporalibus oculis, vt in quæstio. 12. primæ partis Auctor declarauit.

hominis viatoris non potest cō spici nisi per fidem, sicut & cætera supernaturalia: sed nec ēt intellectus angelicus ſm sua naturalia sufficit ad hoc intuēdū: vnde dæmones non possunt videre per intellectum Christum in hoc sacramento, nisi per fidē cui non voluntarie assentiunt, sed ad eam euidentia signorū d conuincuntur, prout dicitur Iaco. 2. Quòd dæmones credunt, & contremiscunt.

Ad primvm ergo dicendū, quòd oculus noster corporeus per species sacramentales impeditur à visione corporis Christi sub eis existentis, non solum per modum tegumenti, sicut impedimur videre id quod est velatum quocumque corporali velamine: sed quia corpus Christi nō habet habitudinem ad medium, quod circunstat hoc sacramentum, mediantibus proprijs accidentibus, sed mediantibus speciebus sacramentalibus.

Ad secvndvm dicendum, quòd oculus corporalis Christi, videt seipsum sub sacramento existentem: non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solum intellectum: nec tamen est simile de alio oculo glorioso: quia etiam ipse oculus Christi est sub hoc sacramento, in quo non conformatur ei alius oculus glorioſus.

Ad tertivm dicendum, quod Angelus bonus, vel malus non potest aliquid uidere oculo corporeo, sed solum oculo intellectuali: vnde non est similis ratio, ut ex dictis patet. *

Tertia S. Thomæ. II ¶Super

¶ *Super Quæstio 76. Articulum 8.*

IN artic. 8. aduerte circa ea quæ apparẽtias ex miraculo in hoc sacramento, q̃ distinguendum videtur de magnitudine speciei apparẽtis Nã si res apparens fuerit tam magnarũ dimensionũ. vt sint incompossibiles substantiæ conuersæ, pura si consecrato modico uino in fundo calicis, vt fieri cõsueuit, appareat & permaneat totus calix magnus plenus specie sanguinis, tunc non videtur remanere verus Christi sanguis sub illis speciebus: qm̃ non manent dimensiones vini conuersi. Et in hoc casu spẽs sanguinis significat Christi sanguinem verũ contineri sub sacramẽto & non contineri sub seipsa. Si vero dimẽsiones non sint ita in veritate extẽsæ, quin afficerent cõuersam substantiam, si subesset, sentiẽdum est, vt litera tradit. qm̃ tandiu manet veritas sacramenti, quãdiu maneret panis aut vinũ si subesset: constat autem, q̃ quandiu manent dimensiones illæ sine subiecto, manet corpus, aut sanguis Christi: vnde cum tã extensiuæ dimensiones immutantur, immutatio nõ est solum accidentalis, sed substantialis Auctor aũt loquitur, qñ mutatio est solum in accidentib. Et si quæratur, qua adoratione venerandus esset huiusmodi sanguis miraculosus, dicendum videtur, idẽ esse iudicium de ipso, & de veste Christi.

4. di. 13. ar. 2. q. 2. ad 3. & art. 4. q. 2. & 3. & op 58. ca. 11.

art. præced. ad 3. arg.

q. 75. art. 2.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum quando in hoc sacramento apparet miraculose caro, vel puer, sit ibi vere corpus Christi.

AD OCTAVVM sic procedit. Videtur, quod quando in hoc sacramento miraculose apparet caro, vel puer, non sit ibi vere corpus Christi. Corpus. n. Christi desinit esse sub hoc sacramento, quando desinunt esse species sacramentales, vt dictum est: † sed quando apparet caro vel puer, desinunt esse species sacramentales: ergo nõ est ibi uere corpus Christi.

¶ 2. Præt. Vbicumq; est corpus Christi, vel est ibi sub specie propria, uel specie sacramenti: sed quando tales apparitiones fiunt, manifestum est, quòd nõ est ibi Christus sub specie propria, quia in hoc sacramento totus Christus cõtinetur, qui permanet integer in forma, qua ascendit in cœlum, cum tamen id, quod miraculose apparet in hoc sacramento, quandoq; uideatur ut quædam parua caro, quandoque autem, ut paruus puer, manifestum est etiam, q̃ non est ibi sub specie sacramenti, quæ est species panis, uel uini: ergo uidetur, quòd corpus Christi nullo modo sit ibi.

¶ 3 Præt. Corpus Christi incipit esse in hoc sacramento per consecrationem, & conuersionẽ, ut supra dictum est: † sed caro, & sanguis miraculose apparens non sunt cõsecrata nec conuersa in uerum corpus, & sanguinem Christi: non ergo sub his speciebus est corpus, vel sanguis Christi.

SED CONTRA est, quòd tali apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei, quod apparet, quæ etiam primo exhibebatur: quod quidem non fieret, si uere non esset ibi Christus, cui reuerentiam latriæ exhibemus: ergo etiam tali apparitione facta, Christus est sub hoc sacramento.

RESPON. Dicendum, quòd dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoq; in hoc sacramento miraculose uidetur caro aut sanguis, aut etiam aliquis puer: quandoque enim hoc contingit ex parte uidentium: quorum oculi immutantur tali immutatione, ac si expresse uiderent exterius carnem, uel sanguinem, uel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte sacramenti, & hoc quidem uidetur contingere, quando uni uidetur sub specie carnis, uel pueri, aliis tamen uidetur sicut & prius sub specie panis: uel quando eidem ad horam uidetur sub specie carnis, uel pueri, & postmodum sub specie panis: nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorum præstigijs, quia talis species diuinitus formatur in oculo, ad aliquam ueritatem figurandam, ad hoc scilicet, q̃ manifestetur uere corpus Christi esse sub hoc sacramento, sicut etiam Christus absque deceptione apparuit discipulis euntibus in Emaus: dicit enim Augustinus * in lib. de Quæstio. Euangeli. quòd cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, nõ est mendacium, sed aliqua figura ueritatis, & quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti, manifestum est, quòd non desinit Christus esse sub hoc sacramento tali apparitione facta: quandoque uero contingit talis apparitio non per solam immutationem uidentium sub specie, quæ uidetur, realiter exterius existente: & hoc quidem uidetur esse, quando sub tali specie ab omnibus uidetur, & non ad horam, sed per longum tempus ita permanet. Et in hoc casu quidam dicunt, quòd est propria species corporis Christi: nec obstat, quòd quandoque non uidetur ibi totus Christus, sed aliqua pars carnis, uel etiam uidetur non in specie iuuenili, sed in effigie puerili, quia in potestate corporis glorioſi est, quod uideatur ab oculo nõ glorificato, uel secundum totum, uel secundum partem, & in effigie, uel propria, uel aliena, ut inf. * dicetur: sed hoc uidetur esse inconueniens. Primo quidem, quia corpus Christi non potest in propria specie uideri, nisi in uno loco, in quo definitiue continetur: unde cum uideatur in propria specie, & adoretur in cœlis, sub propria specie non uidetur in hoc sacramento. Secundo, quia corpus glorioſum quod apparet, ut uult, post apparitionem cũ uoluerit, disparet, sicut dicitur Lucæ ultimo, quòd Dominus ex oculis discipulorum euanuit: hoc autem quod sub specie carnis in hoc sacramento apparet, diu permanet: quinimmo legitur quandoque esse inclusum, & multorum episcoporum consilio in pixide reseruatũ, quod nephas esset de Christo sentire, secundum propriam speciem. & ideo dicendum est, quòd manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant, fit miraculose quædam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorem, & alia huiusmodi, ut uideatur caro, uel sanguis aut etiam puer, & sicut prius dictum est, * hoc non est deceptio, quia fit in figuram cuiusdam ueritatis, scilicet ad ostendendum per hanc miraculosam apparitionem, quòd in sacramento est uere corpus, & sanguis Christi: & sic patet, quòd remanentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, ut infra * dicetur, remanet corpus Christi in hoc sacramento.

Non ubi ut mon præsentia sed vide sent. lib. dist. 44. q. 2 art. 4.

In ipsamet art.

q. seq. art. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facta tali apparitione species sacramentales quandoque quidem totaliter remanent in seipsis, quandoque autem secundum id, quod est principale in eis, ut dictum est. *

In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in huiusmodi apparitionibus, sicut dictum est, † non uidetur propria species Christi, sed species miraculose formata, uel in oculis intuentium, uel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus, vt dictum est. *

In corp. ar.

Ibidem.

AD TERTIVM dicendum, q̃ dimensiones panis, & uini consecrati manent, immutatione circa eas miraculose facta, quantum ad alia accidentia, ut dictum est. *

q. 75. art. 2. & 6.

¶ *Super*

Super Quæstionem septuagesimamseptimam.

IN quæst. ista, de accidentibus eucharistiæ omissa tanta opinionum varietate, vt solidior rationabiliorq; via appareat, notandum duxi, duplicem esse opinionem de modo essendi istorum accidentium sine subiecto. Prima opinio est accidẽtia ista esse sine subiecto, per solã conseruationem à Deo sine subiecto, ita q̃ cum prius haberẽt duo. s. esse in subiecto, & vtrumque conseruabatur à Deo, postea desinente Deo conseruare ly in subiecto, & conseruante esse quod habebant, ipsa sunt sine subiecto. Et hãc opinionẽ sequitur Scot. in 12. dist. 4. Altera aũt opinio tenet, vltra conseruationem addi nouam actionem diuinã conferentem accidentib. his nouũ modũ essendi. s. per modũ substantiæ, & hãc opinionem sequitur D. Tho. in hac quæstione, dicens collatum esse dimensionibus habere substantiæ proprietatem, actum, vim, atque virtutem. Et vt plenius quod dicitur intelligatur, manifestemus ex differentia seu differentiis inter has opiniones, primo quo ad esse: nam cum accidens in subiecto non sit quod est, sed quo est, ex sola conseruatione accidentis in suo esse non conseruato subiecto, non acquirit accidens nouum modum essendi, sed perdit priorem modum significatum, per ly in: definit enim esse actualiter inhærens: sed vbi conseruationi apponitur collatio noui modi, accidens non solum perdit actualiter inhærere, sed acquirit nouum essendi modum, vt quod prius fuerat quo est, modo sit quod est, & hic est modus essendi substantiæ. Et huic differentiæ annectitur altera, quòd conseruatio sola accidentium sine subiecto est velut violenta, hoc est, q̃ si fieret ab agẽte secundo, esset violenta: quemadmodũ si lapis absq; aliquo sulcimẽto sola agentis virtute sustineretur in loco superiori. Et ratio violentiæ est: quia accidens cum suo esse separatum ab inesse sustinetur, vt prius erat s. vt quo est, ex quo non acquisiuit alium essendi modum: sed si accidens cum modo essendi per modum substantiæ, conseruatur sine subiecto, naturaliter cõseruatur in supernaturaliter acquisito essendi modo Secundo, differunt quo ad esse subiectum: nam ex sola conseruatione accidentiũ sine subiecto, dimensiones non sunt plus subiectum aliorum accidentium; quàm prius erant: prius aũt erant solum receptiuæ accidentium, & non sustentatiuæ eorundem. post separationem igitur tam dimensiones, quàm reliqua accidentia remanẽt sine subiecto sustentante. Et inter dimẽsiones, & alia accidentia hoc interest, q̃ accidẽtia alia retinent subiectum receptiuum s. ipsas dimensiones, ipsa vero quantitas caret etiam receptiuo: sed vbi quãtitati, collatus ponitur modus substantiæ, ipsa quidem nec sustentatiuo eget (quoniã est per modum substantiæ) reliquorum vero accidentiũ ipsa est & receptiuum, & sustentatiuum receptiuum quidem ex se, sustentatiuum vero ex acquisito modo substantiæ. Tertio, differunt secundum actionem, quia sola conseruatio non constituit actiuum substantiæ, & per modum substantiæ, sed modus essendi per modum substantiæ constituit actiuum, vt quod respectu omnis producibilis, cuius ibi saluatur actiuum, vt quo. Quarto differunt, quo ad positionem, seu potentiam passiuam, qm̃ per solam conseruationem non acquirunt nouam aliquam potentiam passiuam: sed si collatus ponitur modus substantiæ, collata consequenter ponitur vis atque potentia substantiæ, vt possit. Vnde fieri quicquid posset ex substantia, si esset. Quòd rationabilior autem sit opinio ponens conferri dimensionibus modum vimque substantiæ, ex duobus apparet. Primo, quia sic saluantur naturaliter omnes, quæ ad sensum apparent mutationes à naturalibus agentibus circa eucharistiam: nam supposito hoc vno miraculo quæcunq; fiunt, naturaliter saluantur, ac si fierent in substantia: qm̃ supponitur vicesubstantia, quantitas. s. habens modum, vim, proprietatemque substantię. Secundo apparet, quia non est hic affirmandum miraculũ, quod non sequatur ex consecratione, & paucitas miraculorũ præeligenda est potius quàm multitudo: sed sic ponendo, vnũ solum miraculum ponitur, q̃d & consecrationi est annexum. Nã ad sensum conuincitur, q̃ ex speciebus illis educibilis est de potẽtia ad actum per agens naturale raritas, quæ non est educibilis de potentia dimensionũ & reliquorum accidentium ibi existentiũ, nisi sicut medio: qm̃ constat raritatẽ educi de potẽtia materiæ paruificabilis sub ampliorib dimẽsionib. ex eo enim q̃ ibi non est materia, nisi ponatur aliquid vice materiæ, oportet dicere, aut huiusmodi species non esse rarefactibiles, aut per agẽs naturale educi raritatẽ de potentia ad actũ absq; aliquo, ex quo sit educibilis raritas de potẽtia ad actum, quod nõ est intelligibile absque nouo miraculo. Et hinc quoq; apparet soliditas huius opinionis, dum vnico miraculo saluat omnia apparentia, & naturalitatem omnium actionum, & passionum. Nec immediata conseruatio horum à Deo, prohibet corruptionem naturalem eorundem: quoniam non plus ex immediata conseruatione manutenentur, quàm cum mediante substantia conseruantur. est enim conseruatio Dei suauis reb. conseruatis, & ideo non conseruatio diuina, sed res conseruata, succumbit agenti naturali corrumpenti. Nec oportet solicitum esse circa entitatem prædictorum. s. modi essendi proprietatis vis, virtutisq; substantiæ ipsa siquidem res de genere accidentium, puta quantitas cum suo esse, fit à Deo vis vtriusque substantiæ, habens actum modumq; substantiæ. Manifestatur autem hoc esse non solum possibile, sed rationabile discurrendo per ea quæ apparent, & opinata in philosophia videmus. Primis in elementis quædam non semina, sed proportionalia seminibus cum generantur animalia ex putrefactione. Videmus quoque imperfectissima entia, qualia sunt semina, vicem gerere perfectorum animalium cum generãtur animalia perfecta per propagationem: opinamur quoque dari proportionalia membra, puta in carẽtibus corde aliquid proportionale, loco cordis credimus quoq; lumen effici vim astri illius, in quo recipitur, puta lunæ: tenent multi, vt infra patebit, accidentia propria esse vires ipsas substantiarum. Ex quibus omnibus, si aduerterimus quantitatẽ esse rem propinquæ, & quasi proportionalis naturæ cũ materia, non apparebit impossibile aut à ratione alienum, q̃ ipsamet res, quæ est quantitas, fiat vicemateria, & sit, ac suppleat materiæ officium, velut quoddã proportionale materię, sicut proportionale cordi facit officiũ cordis: nec oportet aliam entitatem quærere: qm̃ accidentia fluentia a principijs essentialib. substantiæ ex hoc ipso, q̃ a principiis illis fluunt, sunt non solum accidentia, puta calor, sed sunt vis & virtus substantiæ, ita q̃ possunt producere substantiam, vt inferius amplius patebit (quamuis quidam sentiant cõtrariũ) ita quantitas eucharistiæ potest sortiri a suprema omniũ substantiarum, vt ipsamet quantitas sit vicesubstantia &c. multo enim vehementioris ac intimioris efficaciæ est primæ substantiæ actio, quam quicumque fluxus accidentis a principiis substantialibus subiecti. Hic est ergo modus, quo facillime absque multiplicatione tam miraculorum, quàm entitatum, saluantur apparentia circa accidentia eucharistiæ inter agendum, & patiendum.

¶ Quibus prælibatis, ad singula descendendo, perspice in 1 ar. huius literæ in responsione ad quartum, primum quod diximus, scilicet q̃ accidens transit de quo est, in quod est, & est deinceps compositum ex quo est, & quo est. Perspice secundo in artic 2 in responsione ad primum, quantitatem transire de subiecto medio in recipiendo, in subiectum in sustentando. Perspice tertio in artic 3 in responsione ad tertium id q̃d

QVAESTIO LXXVII.

De accidentibus remanentibus in hoc sacramento, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est, de accidentib. remanentibus in hoc sacramento.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, Vtrum accidentia, quæ remanent, sint sine subiecto.

¶ Secundò, Vtrum quantitas dimensiua, sit subiectum aliorum accidentium.

¶ Tertiò, Vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum.

¶ Quartò, Vtrum possint corrumpi.

¶ Quintò, Vtrum ex eis possit aliquid generari.

¶ Sextò, Vtrum possint nutrire.

¶ Septimò, De fractione panis consecrati.

¶ Octauò, Vtrum vino consecrato possit aliquid permisceri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.

AD PRIMVM sic proceditur. Vĩ, q̃ accidentia non remaneant in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim inordinatum aut fallax debet esse in hoc sacro ueritatis: sed accidentia esse sine subiecto, est contra re-

Supra q. 75. ar. 5. & 1. di. 47. art. 4. co. & 4. di. 12. q. 1. art. 1. & 4. con. c. ca. 63. & 65. & quol. 3. ar. 1. & quo. 4. ar. 5. & op. 2. c. 8. & 1. Cor. 11. lec. 5.

ad diximus de accidentibus fluentibus à ſubſtantia, ſed occurrunt in hoc loco duo ſtollerabilia Scoti in 12. di 4. Primũ eſt, q forma ſubſtãtialis geniti non fit immediate à forma ſubſtãtiali generãtis.

Secũm eſt, q qualitates agunt in virtute formæ ſubſtantialis, producendo ſubſtantiam. Et Sco. quidem lõgũ circa hæc proceſſum facit: ego autem quia de ſacramentis tracto, & huiuſmodi diſputatio nõ eſt neceſſaria ad ſacramenti notitiam, pertranſeundũ cenſeo: declarando tamen ſenſum Auctoris, quem noluit forte intelligere Scotus: quoniam ſi illum intellexiſſet, non ſic arguiſſet.

Lib. 4. me ta.. tex. 28. to. 3.

¶ Cũ dicimus qualitates agere in virtute formæ ſubſtantialis, non ſomniamus rem aliã abſolutam aut reſpectiuã, ſed ipſam qualitatẽ eſſe virtutem illius ſubſtãtiæ. ſicut dicimus ſemen eſſe virtutem generãtis, & propterea ſicut conſeruato ſemine, ſemen bouis generat bouẽ, & ſemen hominis generat hominẽ, proculdubio in virtute hominis a quo fluxit (ſol. n. & homo generant hominem, vt dicitur 2. phyſi) & tũ non oportet ſemen illud ſubordinari defuncto homini ita quòd referatur ad illum, aut moueatur ab illo: ſat eſt enim ſeruari ſicut fluxit ab illo: ita qualitas uini conuerſi in ſanguinẽ Chriſti, quia erat virtus uini, ſi pro quia, conſeruatur ſicut erat, productiua eſt uini. conuerteret. n. guttam aquæ in vinum non minus, quàm ſi ſubſtantia vini ſubeſſet. Nec oportet ſubordinari vino eõ uerſo, nec moueri ab illo: ſed dicitur agere in virtute illius, quia eſt virtus, quæ fluxit ab ipſo: ſed hæc metaphyſicis reſoluenda relinquemus. Reliqua quæ ſupra diximus, in artic. 5. & 8. clare habentur.

Refertur de conſe. dis. 2. c. Species.

6. 75. ar. 3. &

In li. de Trin. an. e me

rum ordinẽ, quẽ Deus naturæ indidit: videtur etiam ad quandam fallaciam pertinere, cum accidentia naturaliter ſint ſigna naturæ ſubiecti: ergo in hoc ſacramento non ſunt accidentia ſine ſubiecto.

¶ 2. Præt. Fieri non poteſt etiam miraculoſe, q definitio rei ab ea ſeparetur, vel q uni rei conueniat definitio alterius rei, puta q homo manens homo, ſit animal irrationabile: ad hoc. n. ſequeretur contradictoria eſſe ſimul: hoc enim quod ſignificat nomen rei, eſt definitio, vt dicitur in 4. metaph.* ſed ad definitionem accidentis pertinet, q ſit in ſubiecto: ad definitionem uerò ſubſtantiæ, quòd per ſe ſubſiſtat, non in ſubiecto: nõ ergo poteſt miraculoſe fieri, q in hoc ſacramento ſint accidentia ſine ſubiecto.

¶ 3. Præte. Accidens indiuiduatur ex ſubiecto; ſi ergo accidentia remanent in hoc ſacramento ſine ſubiecto, non erunt indiuidua, ſed uniuerſalia: quod patet eſſe falſum, quia ſic non eſſent ſenſibilia, ſed intelligibilia tantum.

¶ 4. Præt. Accidentia per conſecrationẽ huius ſacramenti, non adipiſcuntur aliquam compoſitionem: ſed ante conſecrationem non erant compoſita, neque ex materia & forma, neque ex quo eſt, & quod eſt: ergo etiã poſt conſecrationem non ſunt compoſita altero horũ modorũ, quod eſt inconueniens: quia ſic eſſent ſimpliciora, quàm angeli: cum tamen hęc accidentia ſint ſenſibilia: non ergo accidẽtia remanent in hoc ſacramento ſine ſubiecto.

Sed contra eſt, quod Gregor.* dicit in Homil. Paſchali, quòd ſpecies ſacramẽtales ſunt illarum rerũ uocabula, quæ ante fuerunt, ſcilicet panis, & uini: & ita cum non remaneat ſubſtantia panis, & uini, uidetur, quòd huiuſmodi ſpecies remaneant ſine ſubiecto.

Reſpon. Dicendum, quòd accidentia panis & uini, quæ ſenſu deprenduntur in hoc ſacramento remanere poſt conſecrationem, non ſunt ſicut in ſubiecto in ſubſtantia panis, & uini, quæ non manet, ut ſupra* habitum eſt: neque etiam in forma ſubſtantiali, quæ nõ manet, & ſi remaneret, ſubiectum eſſe nõ poſſet, ut patet per Boe.* in lib. de Trini. Manifeſtum eſt ẽt, q huiuſmodi accidentia non ſunt in ſubſtantia corporis, & ſanguinis Chriſti ſicut ĩ ſubiecto: quia ſubſtãtia humani corporis nullo modo poteſt his accidentibus affici: neque etiã eſt poſſibile, quòd corpus Chriſti glorioſum, & impaſſibile exiſtens, alteretur ad ſuſcipiendas huiuſmodi qualitates. Dicunt autem quidam, quòd ſunt ſicut in ſubiecto in aere circunſtante: ſed nec hoc eſſe poteſt. Primò quidem, quia aer non eſt huiuſmodi accidentiũ ſuſceptiuus. Secundo, quia huiuſmodi accidentia nõ ſunt ubi eſt aer: quinimmo ad motum harum ſpecierum, aer depellitur. Tertiò, quia accidentia non tranſeunt de ſubiecto in ſubiectum, ut ſcilicet idem accidens numero, quod primo fuit in uno ſubiecto, poſtmodũ fiat in alio: accidens enim numerum accipit à ſubiecto. unde non poteſt eſſe, q idem numero manẽs, ſit qñque in hoc, quandoq; in illo ſubiecto. Quarto, quia cum aer nõ ſpolietur accidentib. proprijs, ſimul haberet accidentia propria, & aliena: nec poteſt dici, quòd hoc fiat miraculoſe uirtute cõſecrationis: quia uerba conſecrationis hoc non ſignificant, quæ tñ non efficiunt, niſi ſuũ ſignificatum: & ideo relinquitur, q accidentia in hoc ſacramento, manent ſine ſubiecto: quod quidem uirtute d diuina fieri põt: eum enim effectus magis dependeat à cauſa prima, quàm à cauſa ſecunda, Deus qui eſt prima cauſa ſubſtantiæ, & accidentis, per ſuam infinitã uirtutem conſeruare põt in eſſe accidens, ſubtracta ſubſtantia, per quam conſeruabatur in eſſe ſicut per propriam cauſam: ſicut ẽt alios effectus naturalium cauſarum poteſt producere ſine naturalibus cauſis: ſicut humanum corpus formauit in utero Virginis, ſine uirili ſemine.

D. 19.

In corp. ar

Ad primvm ergo dicendum, q nihil prohibet aliquid eſſe ordinatum ſecundum cõem legem naturæ, cuius tamen contrarium eſt ordinatum ſm ſpeciale priuilegium gratiæ, ut patet in reſuſcitatione mortuorum, & in illuminatione cęcorũ: prout etiam in rebus humanis quædam aliquibus conceduntur ex ſpeciali priuilegio præter legem communem: & ita ẽt licet ſit ſecundum communem naturæ ordinem, q accidens ſit in ſubiecto, ex ſpeciali tamen ratione ſecundum ordinem gratiæ, accidentia ſunt in hoc ſacramento ſine ſubiecto, propter rationes ſupra inductas.*

Ad secvndvm dicendũ, q cum ens non ſit genus, hoc ipſum quod eſt eſſe, non põt eſſe eſſentia ſubſtantiæ, uel accidẽtis: nõ eſt ergo definitio ſubſtantiæ, ens per ſe ſine ſubiecto: nec definitio accidentis, ens in ſubiecto: ſed quidditati ſeu eſſentiæ ſubſtantiæ competit habere eſſe non in ſubiecto: quidditati autem ſiue eſſentię accidentis competit habere eſſe in ſubiecto: in hoc autem ſacramento non datur accidentibus, q ex ui ſuæ eſſentiæ nõ ſint in ſubiecto, ſed ex diuina uirtute ſuſtentante: & ideo non definunt eſſe accidentia: quia nec ſeparatur ab eis definitio accidentis, nec competit eis definitio ſubſtantiæ.

Ad tertivm dicendum, q huiuſmodi accidentia acquiſierunt eſſe indiuiduum in ſubſtantia panis, & uini: qua conuerſa in corpus & ſanguinem Chriſti, remanent uirtute diuina accidentia in illo eſſe indiuiduato, quod prius habebant: unde ſunt ſingularia & ſenſibilia.

Ad qvartvm dicendum, q accidentia hmõi, manente ſubſtantia panis, & uini, nõ habebãt ipſa eſſe nec alia accidẽtia, ſed ſubiecta eorũ habebant hmõi eſſe per ea: ſicut nix eſt alba per albedinem, ſed poſt conſecrationem ipſa accidentia, quæ remanent,

remanent, habent esse, unde sunt composita ex esse, & quod est, sicut in prima parte de angelis dictũ est, † & cum hoc, habent compositionem partium quantitatiuarum.

P.p.q. 50. ar. 2. & 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel vini, sit aliorum accidentium subiectum.

4. dist. 12. q. 2. art. 1. q. 3. & 4. cor. 1. q. 3. & ca. 6. & 1. Cor. 11. lect. 5.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vt ꝙ in hoc sacramento quantitas dimẽsiua panis uel uini, non sit aliorum accidentium subiectum. Subiectũ enim accidentis non est accidens: nulla enim forma potest esse subiectum, cum subijci pertineat ad proprietatem materiæ: sed quantitas dimensiua est quoddam accidens, ergo quantitas dimensiua nõ potest esse subiectum aliorum accidentium.

¶ 2 Præt. Sicut quantitas indiuiduatur ex substantia, ita etiam & alia accidentia. si ergo quantitas dimensiua panis aut uini remanet indiuiduata, secundum esse prius habitum, in quo conseruatur, pari ratione & alia accidentia remanẽt indiuiduata secundum esse, quod prius habebant in substantia. non ergo sunt in quantitate dimensiua sicut in subiecto, cum omne accidens indiuiduetur per suum subiectum.

D. 19.

¶ 3 Præt. Inter alia accidentia panis & uini quæ remanent, deprehenduntur etiã sensu rarum & densum, quæ non possunt esse in quantitate dimensiua, præter materiam existẽte: quia rarum est quod habet parum de materia sub magnis dimensionibus; densum autem quod habet multum de materia sub paruis dimensionibus, ut dicitur 4. Physic. † non ergo uidetur quòd quantitas dimensiua possit esse subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

Libr. 4. text. 84. 2.

¶ 4 Præt. Quantitas à subiecto separata, uidetur esse quantitas mathematica, quę non est subiectũ qualitatum sensibilium. Cum ergo accidentia, quæ remanent in hoc sacramento, sint sensibilia, uidetur quòd non possint esse in hoc sacramento, sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis & uini remanente post consecrationem.

SED CONTRA est, quòd qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens, scilicet ratione subiecti: diuiduntur autem qualitates remanentes in hoc sacramento per diuisionem quantitatis dimensiuæ, sicut patet ad sensum. ergo quãtitas dimensiua est subiectum accidentium, q̃ remanent in hoc sacro.

RESPON. Dicendum, quòd necesse est dicere accidentia alia quę remanent in hoc sacramento, esse sicut in subiecto, in quantitate dimensiua panis, vel uini, remanente. Primò quidem per hoc, ꝙ ad sensum apparet aliquid quãtum esse ibi coloratum, & alijs accidentibus affectum: nec in talib. sensus decipitur. Secundò, quia prima dispositio materiæ est quantitas dimensiua: unde & Platò * posuit primas differentias materiæ, magnum & parum: & quia primum subiectum est materia, consequẽs est quòd omnia alia accidentia referantur ad subiectum mediante quantitate dimensiua (sicut & primum subiectum coloris dicitur esse superficies) ratione cuius quidam posuerunt dimensiones esse substantias corporum, vt dicitur in 1. Metaph. † & quia subtracto subiecto, remanent accidentia secũdum esse, quod prius habebant, consequens est, ꝙ omnia accidentia remaneant fundata super quantitatem dimensiuam. Tertiò, quia cum subiectum sit principium indiuiduationis accidentium, oportet id quod ponitur aliquorum accidentium subiectum, esse aliquo modo indiuiduationis principium: est enim de ratione indiuidui, quòd non possit in pluribus esse: quod quidem contingit dupliciter: uno modo, quia non est natum esse in aliquo: & hoc modo formæ immateriales separatæ, per se subsistentes, sunt etiam per seipsas indiuiduę. Alio modo ex eo, quòd forma substantialis uel accidentalis, est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: sicut hæc albedo, quæ est in hoc corpore. Quantum igitur ad primum, materia est indiuiduationis principium omnibus formis inhærentibus: quia cum huiusmodi formæ quantum est de se, sint natæ in aliquo esse, sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non est in alio, iam nec forma ipsa sic existens potest in alio esse. Quantum autem ad secundum, dicendum est, quòd indiuiduationis principium est quantitas dimensiua: ex hoc enim aliquid est natũ esse in uno solo, quòd illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnib. alijs: diuisio autem accidit substantiæ ratione quantitatis, ut dicitur in 1. Phys. † & ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam indiuiduationis principiũ huiusmodi formis, inquantum scilicet diuersæ formæ numero sunt in diuersis partibus materiæ: unde & ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quãdam indiuiduationẽ, ita ꝙ possumus imaginari plures lineas * separatas eiusdem speciei, differentes positione, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenit enim dimensioni, ꝙ sit quantitas positionem habens: & ideo potius quantitas dimensiua potest esse subiectum aliorum accidentium quàm econuerso.

Lib. 1. Phys. text. 15. & 02.

Alias nõ hỉ ly separatas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accidens p se non potest esse subiectum alterius accidentis: quia per se non est. Secundum uero quòd est in alio, unum accidens dicitur esse subiectũ alterius, inquantum unum accidens recipitur in subiecto, alio mediante, sicut superficies dicitur esse subiectum coloris: unde quando accidenti datur diuinitus ut per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

AD SECVNDVM dicendum, quòd alia accidentia, etiam secundum quòd erant in substantia panis, indiuiduabantur mediante quantitate dimensiua, sicut dictum est. * & ideo potius quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidentium remanentium in hoc sacramento, quàm econuerso.

In corp. ar.

AD TERTIVM dicendum, quòd rarũ, & densum, sunt quædam qualitates consequentes corpora ex hoc, quòd habent multum, uel parum de materia sub dimensionibus: sicut etiam omnia alia accidẽtia consequuntur ex principijs substantiæ: & ideo sicut subtracta substantia, diuina uirtute conseruãtur alia accidentia, ita subtracta materia, diuina uirtute conseruantur qualitates materiam consequentes, sicut rarum & densum.

AD QVARTVM dicendum, quòd quantitas mathematica non abstrahit à materia intelligibili, sed à materia sensibili, ut dicitur 7. Metaph. † dicitur autem materia sensibilis ex hoc, quòd subijcitur sensibilibus qualitatibus: & ideo manifestum est, quòd quantitas dimensiua, quæ remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mathematica.

Lib. 7. c. 3. & 10. text. 8.

ARTICVLVS III.

Vtrum species, quæ remanent in hoc sacramento possint immutare aliquid extrinsecum.

4.dist.12.q.1. ar.2. q.1. & 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Vī, ꝙ species, quę remanent in hoc sacramento, nō possint immutare aliquid extrinsecū. Probatur enim 7.phys. ꝙ formæ, quæ sunt in materia, fiunt à formis, quę sunt in materia, non autem à formis, quæ sunt sine materia, eo ꝙ similes agit sibi simile: sed species sacramentales sunt species sine materia: quia remanent sine subiecto, vt ex dictis patet. † non ergo possunt immutare materiam exteriorem, inducēdo aliquam formam.

Ar.1. huius quæst. G

¶2. Præte. Cessante actione principalis agentis, necesse est, quòd cesset actio instrumenti: sicut quiescente fabro, non mouetur martellus: sed omnes formæ accidentales agunt instrumentaliter in virtute formæ substantialis tanquam principalis agētis: cum ergo in hoc sacramento non remaneat forma substantialis panis, & vini, sicut supra habitum est, * videtur ꝙ formę accidentales remanētes, agere non possint ad immutationem exterioris materiæ.

q.75.art.2. & 6.

¶3. Præt. Nihil agit vltra suam speciem, quia effectus non potest esse potior causa: sed species sacramentales omnes sunt accidentia: non ergo pñt exteriorem materiam immutare, ad minus ad formam substantialem. H

SED CONTRA est, ꝙ si non possent immutare exteriora corpora, non possent sentiri: sentitur enim aliquid per hoc, ꝙ immutatur sensus à sensibili, vt dicitur 2 de Anima. *

Lib.2. text. 31. 74. 121. com.2.

RESPON. Dicēdum, ꝙ quia vnumquodq; agit, inquantum est ens actu, consequens est, ꝙ vnumquodq; sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere: quia igitur * in prædicta, * speciebus sacramentalib. datum est diuina virtute, vt remaneant in suo esse quod habebant, substantia panis, & vini existēte, consequens est, ꝙ etiam remaneant in suo agere: & ideo omnem actionem quam poterant agere, substantia panis, & vini existente, possunt [d] etiā agere, substantia panis, & vini trāseunte in corpus & sanguinem Christi. vnde non est dubium, quòd possunt immutare exteriora corpora.

Ar.1. huius quæst. ad 3. D.65. I

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ species sacramentales, licet sint formæ sine materia existentes: retinēt tamen idem esse, quod habebant prius in materia: & ideo secundū suum esse assimilantur formis, quæ sunt in materia.

AD SECVNDVM dicendū, quòd ita actio formæ accidentalis dependet ab actione formæ substātialis, sicut esse accidentis dependet ab esse substantiæ, & ideo sicut diuina virtute datur speciebus sacramentalibus, vt possint esse sine substantia, ita datur eis, vt possint agere sine forma substantiali, virtute Dei, à quo sicut à primo agente dependet omnis actio formæ, & substantialis, & accidētalis. K

AD TERTIVM dicendū, ꝙ immutatio, quę est ad formā substantialem, non fit a forma substantiali immediate, sed mediantib. qualitatibus actiuis, & passiuis, quę agunt in virtute formę substantialis: hęc aūt virtus instrumentalis conseruatur in speciebus sacramentalib. diuina uirtute, sicut & prius erat: & ideo possunt agere ad formam substantialē instrumentaliter: per quem modū aliquid potest agere ultra suam speciem, [d] non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis.

D.92.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum species sacramentales possint corrumpi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd species sacramentales corrumpi non possint. Corruptio enim accidit per separationem formę à materia: sed materia panis non remanet in hoc sacramento, sicut ex supradictis patet: † ergo huiusmodi species nō possunt corrumpi.

¶2. Præt. Nulla forma corrumpitur nisi per accidēs, corrupto subiecto: unde formę per se subsistētes, incorruptibiles sūt, sicut patet in substātijs spiritualibus: sed species sacramentales sunt formę sine subiecto: ergo corrumpi non possunt.

¶3. Præt. Si corrumpuntur, aut hoc erit naturaliter, aut miraculo se: sed non naturaliter, quia nō est ibi assignare aliquod corruptionis subiectum, quod maneat corruptione terminata: similiter ēt nec miraculose: quia miracula, quę sunt in hoc sacramento, fiunt uirtute consecrationis, per quam species sacramentales conseruantur, nō est autem idem causa conseruationis, & corruptionis: ergo nullo modo species sacramētales corrumpi possunt.

SED CONTRA est, quòd sensu deprehenditur, hostias consecratas putrefieri, & corrumpi.

RESPON. Dicendum, quòd corruptio est motus ex esse in non esse: dictum est autem supra, * quòd species sacramentales retinēt idem esse quod prius habebant, substantia panis, & uini existente: & ideo sicut esse horum accidentium poterat corrumpi, substantia panis, & uini existente, ita etiam potest corrumpi, illa substantia abeunte: poterant autem huiusmodi accidentia primo corrumpi dupliciter: uno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem, sicut per alterationem qualitatum, & augmentum, uel diminutionem quantitatis, non quidem per modum augmenti, vel diminutionis, qui inuenitur in solis corporibus animatis, qualia non sunt substantia panis, & uini, sed per additionem, uel diuisionem: nam sicut dicitur tertio Metaphysic. per diuisionem una dimensio corrumpitur, & fiunt duę, per additionem autem econuerso ex duabus fit una: & per hunc modum manifeste possunt corrumpi huiusmodi accidentia post consecrationem: quia & ipsa quantitas dimensiua remanens, potest diuisionem, & additionem recipere, & cum sit subiectum qualitatum sensibilium, sicut dictum est, * potest etiam esse subiectum alterationis earum, puta si alteretur color aut sapor panis aut uini. Alio modo, poterant corrūpi per accidēs, per corruptionē subiecti, & hoc mō pñt corrumpi

Ar.præc.

Ar.2.huius quæst.

¶ *Supra Quæstionis 77. Artic. 4*

IN ar.4. vbi de corruptione horū accidentiū agitur perspice caute Auctorē loqui de eorū accidētiū corruptione per modum termini. Et hoc tam cum corrūpuntur quasi ad corruptionem subiecti, hoc est sicut corrūmpetur ad corruptionem subiecti, quàm cum corrumpuntur directe seu p se hoc enim perspiciendo, clara reddetur litera tā in corpore, quàm in risione ad primū: vbi separationem formæ à materia, quasi per accidens in termino corruptionis ponit: quia annectit dicta separatio de perditioni sui esse ī materia hinc enim surgit, ꝙ quia esse illud ēt sequestratum a materia est corruptibile, vt prius: quia remanet natura priorē vt terminare corruptionē posit, sine separatione formæ à materia, quæ nō est. & similiter, quia huiusmodi esse sic separatur, & separatū cōseruatur, vt propriū erat, & conforme subiecto, puta pani, vel vino, ita pōt termina tine corrumpi, quasi ad corruptionem subiecti sicut prius, vt in corpore articuli dicitur.

Infra.q.80. & 4.dist.12. ante.q.1. & 4. contra c.ad6.

q.75.art.4.ad 6.

rumpi ẽt post cõsecrationem: quàmuis enim subiectum non remaneat, remanet tñ esse, quod habebant huiusmodi accidẽtia in subiecto, quod quidem est proprium, & conforme subiecto, & ideo huiusmodi potest corrumpi à cõtrario agente, sicut corrũpebatur substantia panis, vel vini, quę ẽt non corrũpebatur nisi præcedente alteratione circa accidentia. Distinguendum tñ est inter vtramque prædictarum corruptionum: quia cũ corpus Christi, & sanguis succedant in hoc sacramento substantiæ panis, & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidentiũ, quæ non sufficisset ad corruptionem panis, & vini, propter talem immutationem non desinit corpus, & sanguis Christi esse sub hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis, puta cum modicũ immutatur color aut sapor panis, vel vini, siue ex parte quantitatis: sicut cum diuiditur panis aut vinum in tales partes, ꝙ adhuc in eis possit saluari natura panis aut vini. Si vero fiat tanta immutatio, ꝙ fuisset corrupta substantia panis aut vini non remanent corpus, & sanguis Christi sub hoc sacramento, & hoc siue ex parte qualitatum, sicut cum ita immutatur color, & sapor & aliæ qualitates panis, & vini, ꝙ nullo modo possent compati naturam panis aut vini, siue etiã ex parte quantitatis, puta si puluerizetur panis, vel vinum in tam minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat species panis, vel vini.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ad corruptionem per se pertinet, quòd auferat esse rei, vnde inquantum esse alicuius formæ est in materia, consequens est, quòd per corruptionem separetur forma à materia: si verò huiusmodi esse non esset in materia, simile tamen ei quod est in materia, posset per corruptionem auferri etiam materia non existente: sicut accidit in hoc sacramento, vt ex dictis patet. †

Ad secvndvm dicendum, quòd species sacramentales, licet sint formæ non in materia: habent tamen esse quod prius in materia habebant.

Ad tertivm dicendum, quòd corruptio illarum specierum [d] non est miraculosa, sed [d] naturalis: præsupponit tamen miraculum, quod est factum in consecratione, scilicet quod illæ species sacramentales retineant esse sine subiecto, quod prius habebant in subiecto: sicut & cæcus miraculose illuminatus, naturaliter uidet.

[d] 23. D. 27.

¶ *Super Quæstionis sextuagesimæ septimę Artic. quintum.*

IN articu. 5. in quo fere omnia suprà dicta continentur, aduerte in ratione ad tertium, tres esse opiniones de modo quo in instanti generationis nouę substantiæ ex speciebus sacramentalibus fit materia, nel per creationem, uel per reparationem, uel conuersionem. Et multi quidem tenẽt, quòd per creationem redit materia, & ratio affertur a Petro de Pal. quia nullum fit. Propterea opus nouum, quod scilicet non fuerit factum in operibus sex dierum. nam creatio antiquum opus est, & continue admiscetur in generatione hominis. Auctori autem hæc uia non placet, ut patet in corpore huius articu. quia ex ipsa consecratione non est, ut materia creetur uel recreetur: & propterea tenet aliã uiam, scilicet quòd per modum conuersionis seu transitionis quantitas transit in materiam, ita quòd uirtute primi miraculi datum est quantitati, ut sit vicemateria durante sacramento, & in termino sacramenti, hoc est in primo non esse sacramenti, sit uere materia quemadmodum in politicis princeps vnico imperio constitueret aliquem proconsulem uiuente consule, ita quòd in obitu consulis sit consul. Nec propterea putes sentire Auctorem, quòd agens naturale, faciat de dimensionibus materiam, hoc enim stultum est: quoniam agens naturale non facit primum subiectum suæ actionis, sed supponit illud: sed perspiciẽdum est, quòd agens naturale agit in vicemateriam, disponendo illam tam quàm si esset materia ad formam substantiæ generandæ, & hoc usque ad instans generationis exclusiue. In instanti autem generationis, quod est primũ non esse sacramenti, dimensio, actione diuina, uirtute primi miraculi transit in materiam dispositã pro forma illa, ac si præfuisset, & sic in eodem instanti naturale agens introducit in illam, formam substantialem cum quãtitate simili priori immediate ante illud existenti. Et sic inueniuntur consonare omnia reliquis generationibus naturalibus: nam naturale agens generando, & agit inquãtũ vsq; ad instãs generationis, & in instãti ge-

Lib. 1. text. 17. tom. 2.

art. præcep.

q. 75. art. 4. & 2.

ARTICVLVS V.

Vtrum ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari. Quod enim generatur, ex aliqua materia generatur: ex nihilo enim nihil generatur, quàmuis ex nihilo fiat aliquid per creationem: sed speciebus sacramentalibus non subest aliqua materia nisi corporis Christi, quod est incorruptibile. ergo vñ ꝙ ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari.

¶ 2 Præt. Ea, quæ nõ sunt unius generis, non possunt ex seinuicem fieri: non enim ex albedine fit linea: sed accidens & substãtia differunt genere. cum ergo species sacramẽtales sint accidentia, vñ ꝙ ex eis non possit aliqua substantia generari.

¶ 3 Præt. Si ex eis generetur aliqua substãtia corporea, illa substantia non erit sine accidente. si ergo ex speciebus sacramentalibus generetur aliqua substãtia corporea, oportet quòd ex accidente generetur substantia & accidẽs, duo scilicet ex uno, quod est impossibile. ergo impossibile est, quòd ex speciebus sacramentalibus aliqua substantia corporea generetur.

Sed contra est, ꝙ ad sensum uideri potest ex speciebus sacramentalibus aliquid generari, uel cineres, si comburantur, uel uermes, si putrefiant, uel pulueres, si conterantur.

Respon. Dicẽdum, ꝙ cum corruptio unius sit generatio alterius, ut dicitur in 1. de generatione, * necesse est ꝙ ex speciebus sacramentalibus aliquid generetur, cum corrumpãtur, ut dictum est. † non enim sic corrumpuntur, ut omnino dispereant, quasi in nihilum redigãtur, sed manifeste aliquid sensibile eis succedit: quomodo autem ex eis aliquid generari possit, difficile est uidere. manifestum est enim ꝙ ex corpore & sanguine Christi, quæ ibi ueraciter sunt, nõ generatur aliqd, cum sint incorruptibilia: si autẽ substãtia panis, aut uini remaneret in hoc sacramẽto, uel eorũ materia, facile esset assignare, ꝙ ex eis generatur illud sensibile, quod succedit, ut quidam posuerunt: sed hoc est falsum, ut supra habitum est. † & ideo q̃dam dixerunt, ꝙ ea quæ generãtur, nõ fiũt ex speciebus sacramentalibus, sed ex aere circunstante: quod quidẽ multipliciter apparet esse impossibile. Primo, qa ex eo generatur aliqd, quod prius alteratum & corruptũ apparet: nulla aũt alteratio uel corruptio prius apparuit in aere circũstãte: unde ex eo uermes, uel cimeres non generantur. Secũdo, qa natura aeris nõ est talis, ꝙ ex eo per tales alterationes talia generentur. Tertio, quia põt contingere in magna quãtitate hostias cõsecratas cõburi uel putrefieri: nec esset possibile tñ de corpore terreno ex aere generari, nisi magna & valde sensibili inspissatione aeris facta. Quarto, quia idẽ potest accidere corporibus solidis circũ-

nerationis attingit nudam essentiam materiæ, educendo de illa formam substantialem, & generando compositum de genere substantiæ, corrumpendoque vicepanem, vt sic semper generatio vnius sit corruptio alterius, & econtra. Vltra autem rationem allatam ab Auctore, in promptu est alia ratio, scilicet quia idem debet esse patiens, & quod passum est in generatione substantiali nam eadem materia est, q̃ disponitur ad formã ignis, & quæ recipit illam. Sed ſm alias opiniones non est idem quod patitur, & quod passum est, nam patitur species sacramentalis, & passum deforis venit per creationem, vel reparationẽ. Secundum hanc autem viã idem est patiens, & quod passum est: nã patiens est dimẽsio, vt vicemateria, & quod passum est, est ipsamet dimensio iã vera materia.

¶ Ad rationem autẽ pro altera opinione dicendum est, q̃ ſm istam viam minus ponitur de nouitate, ſmo ponitur res simillima miraculo transubstantiationis: qm transitus dimensionis vicemateriæ in verã materiam facillimus est, vtpote de vno ꝓportionali in aliud, & vt dictum est, non est opus nouum, supposita transubstãtiatione panis in corpꝰ Christi. Prœualet autem nostra hæc opinio ex alio capite in litera allato: quia ſ. nihil ponitur quod ex vi primi miraculi non fiat, & hoc potissimum erat considerandum. Nec fallaris in resutatione aliarũ opinionum, dum in corpore huius articu. legis multa asserta impossibilia, quæ secundum Auctoris doctrinam possunt per diuinam omnipotentiam fieri: oportet siquidem memorem esse consuetudinis Auctoris: consueuit siquidem in quo libet genere loqui, & iudicare & asserere secundum ordinem illius generis. Et propterea cum tractetur hic de sacramentis, possibile, vel impossibile ceniet, & asserit secundũ ordinẽ sacramentalem, vt etiam superius diximus, secundum quem ordinem dicitur, quod annihilatum non potest redire, & similiter quòd corpus Christi non potest conuerti in substantiam panis, & vini: non sis ergo solicitus, vt respondeas obijcientib. Auctori, quòd contradicat sibi, aut quod abbreuiet diuinam omnipotentiam, tamquam deficientem in potentia conuersiua corporis Christi in panem: docuit enim Auctor superius posse Deum conuertere quodcumque ens creatum in quodcumque aliud creatum, propter communionem in entitate creata, &c

¶ Circa prædicta supereſt adhuc dubium à Scoto tractatũ circa rarefactionem speciẽrum sacramentalium, an ſi noua illa quantitas seu quantitatis particula, quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter à naturali agẽte apparet enim hoc impossibile: tum, ex parte actionis, quia nulla actio naturalis agentis est sine subiecto: huiusmodi autem actio, qua fit noua quantitas, est sine subiecto: tum, ex parte rei actæ quia nullum agens naturale producit formam sine subiecto omnino quantitas aũt illa omnino caret subiecto: tum, ex parte ordinis: quia tota raritas est per se terminus illius alterationis, habẽs pro proprio subiecto totam quantitatem, sicut pars partem, ergo tota raritas præsupponit totam quantitatem: ergo illa quantitas est prius naturaliter maior, quàm ista raritas fit inducta. non est ergo quantitas illa ab agente naturali tum, ex parte agentis naturalis, quia agens naturale, naturaliter requirit patiens, vt

F

stantib. (pura ferro aut lapidib.) quæ integra remanent post p̃dictorum generationẽ. vnde hæc positio stare non potest: quia cõtrariatur ei, quod ad sensum apparet. & ideo alij dixerunt, q̃ redit substantia panis, & vini in ipsa corruptione speciẽrum: & sic ex substantia panis, & vini recedente generantur cineres, aut vermes, aut aliquid huiusmodi: sed hæc positio vtrẽ impossibilis. Primo quidem, quia si substantia panis, & vini, conuersa est in corpus, & sanguinẽ Christi, vt supra habitum est, * non potest substantia panis aut vini redire, nisi corpore aut sanguine Christi iterum conuerso in substantiam panis, vel vini; qđ est impossibile: sicut si aer sit cõuersus in ignem, non potest aer redire, nisi iterum ignis cõtertatur in aerem: si uero substantia panis aut vini sit annihilata, non potest iterum redire: quia quod in nihilum decidit, nõ redit idem numero: nisi forte dicatur redire prædicta substãtia, quia Deus de nouo creat aliam nouam substãtiam loco primæ. Secundo vtr hoc esse impossibile: quia non est dare, q̃ substantia panis redeat: manifestũ est enim ex supra dictis, q̃ manentib. speciebus panis, & vini, manet corpus, & sanguis Christi, quæ non sunt simul cũ substantia panis, & vini in hoc sacramento, ſm præhabita. * vnde substantia panis, & vini nõ potest redire, specieb. sacramentalibus manentibus: similiter nec eis cessantibus: quia iam substantia panis, & vini esset sine proprijs accidentibus, quod est impossibile. Nisi forte dicatur, q̃ in ipso vltimo instanti corruptionis speciẽrũ redit, nõ quidem substãtia panis, & vini, quia illud idem instans est, in quo primo habent esse substantiæ generatę ex speciebus, * sed materia panis, & vini, quæ magis de nouo creata diceretur, q̃ rediens, proprie loquendo: & secundum hoc, posset sustineri prædicta positio. Vtrum, quia non rationabiliter uidetur dici, quòd miraculose aliquid accidat in hoc sacramento, nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est, quod materia creetur, uel redeat, melius uidetur dicendum, quòd in ipsa consecratione miraculose datur quantitati

G

H

concausam materialem receptiuam formæ seu actus, qui fit: non est ergo abiqs miraculo nouo, quod agens naturale agat sine materia. aut cum vicemateria. Et concludit Scotus oportere dicere, vel quòd quantitas ista non fit ab agente creato, vel q̃ agens creatum possit agere sine passo, in quod agat. & qm hoc ſm vtr destruere fundamenta Philosophiæ naturalis, in primum declinat. Mihi aũt Auctoris uestigia sectanti verumque facile existimatum apparet, tenendo, q̃ huiusmodi extensio quantitatis fit ab agente naturali sic, quemadmodũ fieret, si conuerta substantia subesset. Vbi icio ex philosophia peripatetica, q̃ non omne, quod quandoque est, & quandoque non est, habet ortum proprium fieri, quædam enim sunt, & non sunt absque eo, quod generentur, & corrumpantur quoniam consequuntur generationem, & corruptionem aliorum, & de eorum numero est noua quantitatis pars, quæ per rarefactionem fit. cũ enim vinum rarefit, rarefaciens generat raritatem, & nulla alia actione mediante rarefit secum extensionem quantitatis, & non sunt ibi duæ actiones, quarum vna producat raritatem, & altera extendat quantitatem, & propterea quantitas noua est absque hoc, q̃ fiat secundum veram philosophiam. Et simili modo species vini in eucharistia, si à sole uelingue rarefiant, extenderetur quantitas consecuta ue a rarefaciente.

I

¶ Ad primam autem obiecti nem in oppositum, iam patere potest responsio, quòd nulla est opus actione sine subiecto: quoniam sola rarefactio sufficit: rarefactio autem est subiectiue in quantitate, in qua est raritas.

¶ Ad secundam verò ex eadem radice respondetur, quòd licet forma, quæ fit ab agente naturali, fiat in subiecto: quod tamen consequitur ex actione agentis naturalis, eundem potest modum essendi habere, quem habet subiectum, in quod talle agens agit. Et propterea si quantitas, quæ rarefactione extenditur, est in subiecto, noua etiam particula erit in subiecto. & similiter si quantitas, quæ rarefactione extenditur, non est in subiecto, sed est vicesubiectum, particula quoque noua erit sine subiecto, & vicesubiectum, quoniam quantitas est patiens in huiusmodi alteratione nec intelligas particulam quantitatis nouam esse sine subiecto ex nouo miraculo, vel ex hoc, quòd continuatur quantitati præexistenti: sed hoc, q̃ educitur de potentia dimensionis vicemateriæ, ipsa vicemateria permanente. Ex vi siquidem primi miraculi, sicut datum est quãtitati non solum sustinere præsentia accidentia, sed ẽt omnia possibilia educi de substantia conuersa, ipsa manente, ita datum esse oportet, vt separata existat quantumcumq; extensa, quanta afficere posset conuersam substantiam, si subesset: vnde si species vini intantum rarefiat, vt vini substantia tantã extensionem non sufferret, desineret sacramentum, & noua substantia generaretur.

K

¶ Ad tertiam dicitur, quòd ordo naturæ est multiplex, iuxta multiplex cuiarum genus, & propterea licet quantitas siue noua, siue antiqua, sit secundum ordinem causæ materialis prior raritate, vt recipiens prius dicitur recepto, ẽn tamen ordinem causæ ram finalis quàm formalis, quam agentis raritas est prior. prius. n. intendit rarefaciẽs raritatem, qui extẽsionem

* q. 75. art. 4. & 8.

Art. 1. hu. q. 8. ar. 6. ad 3.

* Alias sed materia panis magis quia si de nouo creata. &c.

nem concomitantē. Nec est uerū simpliciter & absolutē, ꝙ rarefactio seu raritas quæ fit, præsupponat maiorem quantitatē: quamuis hoc sit uerū ſm quid, hoc est cū ista additione ſm or dinē causæ materialis. nam simpliciter & absolute loquendo, extensio quantitatis ꝓsupponit rarefactionem, sicut consequens id, ad quod sequitur. Et rursus simpliciter & absolutē, dicendū est ꝙ raritas, quæ fit, cū fit, fert secum receptiuū sum, ſ. maiorē quātitatem, & hoc siue rarefactio fiat in mera substantia siue in vice subſtantia.

¶ Ad quartam dr̄ fal sum esse, ꝙ opus sit nouo miraculo ad hoc, ꝙ agens naturale naturaliter agat in vice subiectum seu materiam: nihil. n. refert ex parte agentis, an subiic verum subiectum, aut aliquid æquiualens: qm̄ de æquipollentibus eadem est ratio, & idē est iudicium. Et propterea cum dr̄, agēs naturale naturaliter requirere materiam concausantē, subintelligitur vel aliquid æquipollens: qm̄, vt dictum est, par est rō & iudiciū de æquipollentibus. Et hæc de tota hac quæstione dicta sufficiant.

dimensiuæ panis & uini, quòd sit primū subiectum subsequētium formarum. hoc autem est proprium materiæ: & ideo ex consequenti datur prædictæ q̄titati dimensiuæ omne illud, quod ad materiam pertinet. & ideo quicquid posset generari ex materia panis uel uini, si adesset, totum potest generari ex prędicta quantitate dimensiua panis uel uini: non q̄ quidem nouo miraculo, sed ex ui miraculi prius facti.

A

Ad primvm ergo dicēdum, B ꝙ quamuis non sit ibi materia, ex qua aliquid generetur: quantitas tamen dimensiua supplet uicem materiæ, ut dictum est. *

Ad secvndvm dicendū, ꝙ illæ species sacr̄ales, sunt quidem accidentia: habent tamen actū & uim substantiæ, ut dictū est. *

Ad tertivm dicendum, ꝙ quantitas dimēsiua panis & uini retinet naturā propriam, & accipit miraculose uim & proprietatē substantiæ. & ideo pōt transire in utrumque, id est in substantiam & dimensionem.

Articvlvs VI.

Vtrum species sacramentales possint nutrire;

Ad sextvm sic procedit. Vr̄ ꝙ species sacramentales nō possint nutrire. Dicit enim Ambro.* in lib. de sacramentis, non iste panis est, qui uadit in corpus, sed panis uitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit: sed omne qđ nutrit, uadit in corpus. ergo panis iste non nutrit, & eadem ratio est de vino.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur 2.† de generatione, ex eisdē nutrimur, ex quib. sumus. species autem sacramētales sunt accidentia, ex quibus homo nō constat: non enim accidens est pars substantiæ. ergo videtur, ꝙ species sacramentales nutrire non possint.

¶ 3 Præt. Philosophus 2.* de Anima dicit, quòd alimentum nutrit, prout est substantia quædā, auget aūt prout est aliquid quantū: sed species sacr̄ales non sunt substantia. ergo non possunt nutrire.

Sed contra est, qđ Apostolus 1. Cor. 11. loquēs de hoc sacramento, dicit, alius quidem esurit, alius autem ebrius est. ubi dicit glo. quòd notat illos, qui post celebrationem sacri mysterij, & consecrationem panis, & uini, suas oblationes uendicabant, & alijs non communicantes, soli sumebant, ita ut inde etiam inebriarentur: quod quidem non posset contingere, si sacramentales species non nutrirent, ergo species sacramentales nutriunt.

Respon. Dicendum, ꝙ hæc quæstio difficultatē non habet, præcedenti quæstione soluta: ex hoc enim (vt dr̄ 2. de Anima) * cibus nutrit, quòd cōuertitur in substātiam nutriti. dictum est autem, † ꝙ species sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quæ ex eis generatur. per eandē autem rationem possunt conuerti in corpus humanum, per quam possunt conuerti in cineres uel in uermes: & ideo manifestum est, quòd nutriunt. quod autem quidam dicunt, quòd non uere nutriunt, quasi in corpus humanum conuertantur, sed reficiunt & confortant quadam sensuum immutatione (sicut homō confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore uini) ad sensum patet esse falsum: talis enim refectio non diu sufficit homini, cuius corpus propter continuam deperditionē restauratione indiget: & tamen homo diu sustentari posset, si hostias & vinum consecratum sumeret in magna quantitate. Similiter etiam non potest stare, quod quidam dicunt, quòd species sacramētales nutriunt, propter formam substantialem panis & uini, quę remanet: tum, quia non remanet, ut supra * habitum est: tum quia non est actus formę nutrire, sed magis materię, quę accipit formam nutriti, recedente forma nutrimēti. vnde dicitur * in 2. de Anima, quod nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem simile.

C

Ad primvm ergo dicendum, quòd facta consecratione dupliciter potest dici panis in hoc sacramento. vno modo ipse species panis, quæ retinent nomen prioris substantiæ, ut Greg. * dicit in hom. paschali. alio modo, potest dici panis ipsum corpꝰ Christi, quod est panis mysticus de cęlo descēdēs. Amb.† ergo cum dicit, quòd iste panis non transit in corpus, accipit panem secundo modo: quia. ſ. corpus Christi non conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius, non autem loquitur de pane primo modo dicto.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ species sacramentales etsi non sint ea, ex quibus corpus hominis constat, tamen in ea cōuertuntur, sicut dictū est. *

Ad tertivm dicendum, quod species sacramē tales, quamuis non sint substantia, habent tamen uirtutem substantię, sicut dictum est. *

Articvlvs VII.

D

Vtrum species sacramentales frangantur in hoc sacramento.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur quòd species sacramentales non frangantur in hoc sacramento. dicit enim Phil.* 4. Meteor. quòd corpora dicuntur frangibilia propter determinatam dispositionem pororum, quod nō potest attribui sacramentalibus speciebus. ergo sacramentales species non possunt frangi.

¶ 2 Præt. Fractionem sequitur sonus: sed species sacramentales non sunt sonabiles: dicit enim Phil.† 2. de Anima, quòd sonabile est corpus durum, habens superficiem lenem. ergo species sacramentales non franguntur.

E

¶ 3 Præt. Eiusdem uidetur esse, manducari, frangi, & masticari: sed uerum corpus Christi est quod manducatur, secundum illud Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. ergo corpus Christi est, quod frangitur & masticat. vnde & in confessione Berengarii † dicitur, consentio sanctę Romanæ Ecclesię, & corde & ore profiteor panem & uinum, quę in altari ponūtur, post consecrationem uerum corpus & sanguinē Christi esse, & in ueritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. non ergo fractio debet attribui sacramentalibus speciebus.

Sed

D.33.

In corp. art.

Ibidem.

4.Meteor.c.1. & 2.contra c. 67. & 1.cor. 11.c.4.fin. lib. de anima c.4. in med.lo.4.

Li.2.text.50. lo.2.

Li.2.text.47. lo.2.

2.lib.2.de anima, text. 45.& 46.2.1. his præced.

4.dist.10.ar. 1.ad 1.& di. 12.q.1.ar.3. q.1. & 2. & 4.contra. c. 67. & op.2. c.8 & 1.cor. 11.lect. 5. Lib.4.i summa 3.cap.2. ante med.

Li.2.ex text. 77.& 78.t.2.

De consecr. dist.2.c. ego Berengarius.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SED CONTRA est, quòd fractio fit per diuisionẽ quanti: sed nullum quantum ibi diuiditur, nisi species sacramentales: quia neq; corpus Christi, quod est incorruptibile, neque substantia panis, quę nõ manet, * neque substantia uini. ergo species sacramentales franguntur.

Alias nõ hãly neq; substantia uini.

RESPON. Dicendum, quòd apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. quidam enim dixerunt, quòd non erat in hoc sacramento fractio, secundum rei veritatem, sed solum secundum aspectum intuentium: sed hoc non potest stare: quia in hoc sacramento ueritatis sensus non decipitur circa ea, quorum iudicium ad ipsum ptinet, inter quę est fractio, per quam ex uno fiunt multa: quæ quidem sunt sensibilia cõmunia, ut patet in lib. † de Anima. unde alij dixerunt, quòd erat quidẽ ibi uera fractio sine subiecto * existente: sed hoc etiã sensui contradicit: apparet enim in hoc sacramẽto aliquid quantum, prius unum existens, postea in multa partium, quod quidem oportet esse subiectum fractionis. non autem potest dici, ꝙ ipsum corpus Christi uerum frangatur. primo quidem, quia est incorruptibile & impassibile: secũdo, quia est totum sub qualibet parte (ut supra habitũ est) † quod quidem est contra rationem eius, quod frangitur. vnde relinquitur, ꝙ fractio sit sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, sicut & alia accidentia. & sicut species sacramentales sunt sacramentum corporis Christi ueri, ita fractio huiusmodi specierum est sacramentum dominicæ passionis, quæ fuit in corpore Christi uero.

Lib. 2. text. 64. & 33. t. 2. Alias nõ hãly existẽte.

Q. 76. ar. 3.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in speciebus sacramẽtalibus, remanet rarum & densum (ut supra dictum est) † & ita etiam remanet ibi porositas, & per consequens frangibilitas.

Art. 2. huius quæst. ad 3.

AD SECVNDVM dicendum, quòd densitatem sequitur duritia: & ideo ex quo in speciebus sacramentalibus remanet densitas, cõsequens est quòd remaneat ibi duritia, & per consequẽs sonabilitas.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ illud, quod manducatur in propria specie, ipsum & frangitur & masticatur in sua specie: corpus autem Christi non manducantur in sua specie: sed in specie sacramẽtali. vnde & super illud Ioannis 6. Caro non prodest quicquam, dicit Augustinus * hoc est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur: & ideo ipsum corpus Christi non frangitur, nisi secundũ speciem sacramentalem. & hoc modo intelligenda est cõfessio Berengarij, ut fractio & attritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua vere est corpus Christi.

Tract. 27. in Ioan. inter prin. & me. to. 9.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum aliquis liquor possit vino consecrato commisceri?

4. dist. 13. q. 3. art. 2. q. 6. & quolib. 10. ar. 3.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd uino consecrato, non possit aliquis liquor misceri. omne enim quod permiscetur alicui, recipit qualitatem ipsius: sed nullus liquor potest recipere qualitatem sacramentalium specierum: quia accidentia illa sunt sine subiecto, ut dictum est. * ergo uidetur, quòd nullus liquor possit permisceri speciebus sacramentalibus uini.

* Ar. 1. huius quæst.

¶ 2 Præt. Si aliquis liquor permisceatur illis speciebus, oportet quòd ex his fiat aliquid unum: sed non potest fieri aliquid unum, neque ex liquore (qui est substantia) & speciebus sacramentalibus, quæ sunt accidentia: neque ex liquore & sanguine Christi, qui ratione suæ incorruptibilitatis, neque additionem recipit neque diminutionem. ergo nullus liquor potest admisceri uino consecrato.

¶ 3 Præt. Si aliquis liquor admisceatur uino consecrato, uidetur quòd etiam ipsum efficiatur consecratum: sicut aqua quę admiscetur aquæ benedictæ, efficitur benedicta: sed uinum consecratum, est uere sanguis Christi. ergo etiam liquor permistus esset sanguis Christi, & ita aliquid fieret sanguis Christi aliter, quam per consecrationẽ, quod est inconueniens. nõ ergo uino consecrato potest aliquis liquor permisceri.

¶ 4 Præt. Si duorum unum totaliter corrũpatur, non erit mistio, ut dicitur in primo * de Generatione: sed ad permistionem cuiuscumque liquoris, uidetur corrumpi species sacramentalis uini, ita quòd sub ea desinat esse sanguis Christi: tum, quia magnum & paruum sunt differentiæ quantitatis, & diuersificant ipsam, sicut album & nigrum, colorem: tum etiam, quia liquor permistus, cum non habeat obstaculum, uidetur undique diffundi per totum, & ita definit ibi esse sanguis Christi, qui non est ibi simul cum alia substantia. non ergo aliquis liquor potest permisceri uino consecrato.

Libr. 1. text. 82. usque ad 90. to. 2.

SED CONTRA est, quod ad sensum patet, alium liquorem uino permisceri posse post consecrationem, sicut & ante.

RESPON. Dicendum, ꝙ istius quęstionis ueritas manifesta est ex præmissis. * dictum est enim supra, quòd species in hoc sacramento remanentes, sicut adipiscuntur uirtute consecrationis modum essendi substantiæ, ita etiam consequuntur modũ agendi & patiẽdi: ut scilicet agere & pati possint, quicquid ageret uel pateretur substantia, si ibi præsens existeret. manifestum est autem, quòd si esset ibi substantia uini, liquor aliquis posset ei permisceri: huius tamen permistionis diuersus esset effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quãtitatem: si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quòd posset diffundi per totum uinum, totum fieret permistum: quod autem est commistum ex duobus, neutrum miscibilium est: sed utrumque transit in quoddam tertium ex his compositum. unde sequeretur, quòd uinum prius existens, non remaneret, sed si liquor permissus esset alterius speciei (puta si permisceretur aqua) solueretur species uini, & esset liquor alterius speciei. si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus (puta si vinum permisceretur uino) remaneret quidẽ eadem species, sed non remaneret idem numero uinum, quod declarat diuersitas accidentium: puta si unum uinum esset album, & aliud rubeum. Si uero liquor adiunctus esset tam paruæ quantitatis, quòd non posset perfundi per totũ, non fieret totum uinum permistum, sed aliqua pars eius. quæ quidem non remaneret eadem numero propter permistionem extraneę materię: remaneret tamẽ eadem specie, non solum si paruus liquor permistus esset eiusdem speciei, sed etiam si esset alterius speciei: quia gutta aquæ multo vino permista, transit in speciem vini, ut dicitur in primo * de Generatione. manifestum est autem ex prędictis, † quòd corpus & sanguis Christi remanet in hoc sacramento, quandiu illę species manent eędem numero: consecratur enim hic panis, & hoc uinum. unde si fiat tanta permistio liquoris cuiuscumque, ꝙ

Art. 1. & 3. huius quæst.

Libr. 1. text. 34. 39. & lib. 10. 2. art. 4. huius quæst. & q. 76. artic. 2. ad 3.

pertin-

pertingat ad totum uinum consecratum, & fiat permistum, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi: si uero fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quòd non possit diffundi per totum, sed usque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte uini consecrati, remanebit [d] tamen sub alia.

Ad primvm ergo dicendũ, quòd Innoc. III.* dicit in quadam Decret. ꝙ ipsa accidentia uinum appositum uidentur afficere: quia si aqua fuerit apposita, uini saporem assumit: contingit igitur accidentia a mutare subiectum, sicut & subiectum cõtingit accidentia permutare. cedit quippe natura, miraculo, & uirtus supra cõsuetudinem operatur. hoc tamen non est sic intelligendum, quasi idem numero accidens, quod prius fuit in uino ante cõsecrationem, postmodum fiat in uino appositio: sed talis permutatio fit per actionem. nam accidentia uini remanentia, retinent actionem substantiæ secundum prædicta: * & ita immutando, afficiunt liquorem appositum.

Ad secvndvm dicendum, quòd liquor appositus uino consecrato, nullo modo miscetur substantiæ sanguinis Christi: miscetur tamen speciebus sacramentalibus: ita tamen quòd permistione facta, corrumpuntur prædictæ species, uel in toto, uel in parte, secundum modum quo supra dictum est, * quòd ex speciebus illis potest aliquid generari. & si quidem corrumpantur in toto, nulla iam remanet quæstio: quia iam totum erit uniforme. si autem corrumpantur in parte, erit quidem una dimensio secundum continuitatem quantitatis, nõ tamen una secundum modum essendi: quia una pars eius erit sine subiecto, alia erit in subiecto: sicut si aliquod corpus constituatur ex duobus metallis, erit unum corpus secundum rationem quãtitatis, non tamen unum secundum speciem naturæ.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut Innoc. iii. dicit in Decretali prædicta, * si post consecrationem calicis aliud uinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, neque sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris uini commistum, corpori quod sub eis latet, undique circunfunditur, non madidans circunfusum: quod quidem intelligendum est, quando non fit tanta permistio liquoris extranei, ꝙ sanguis Christi desinat esse sub toto: tunc enim dicitur undique circunfundi, non quia tangat sanguinem Christi, secundum eius proprias dimensiones, sed secundũ dimensiones sacramentales, sub quib. continetur: necesse simile de aqua benedicta: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiã aquæ, sicut facit consecratio uini.

Adqvartvm dicendum, quòd quidam posuerunt, quòd quantumcumque parua fiat extranei liquoris permistio, substantia sanguinis Christi desinit esse sub toto, & hoc ratione inducta: * quæ tamen non cogit: quia magnum & paruum diuersificant quantitatem dimensiuam, non quantum ad eius essentiam, sed quantum ad determinationẽ mensuræ. Similiter etiam liquor appositus, adeo potest esse paruus, quòd sua paruitate impeditur, ne diffundatur per totum, & non solis dimensionibus, quæ licet sint sine subiecto, tamen obstant alteri liquori, sicut & substantia, si ibi adesset secundum ea, quæ præmissa sunt.

A

Quaestio LXXVIII.

De forma sacramenti Eucharistiæ, in sex articulos diuisa.

Deinde cõsiderandum est de forma huius sacramenti.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Quæ sit forma huius sacramenti.

¶ Secundò, Vtrũ sit conueniẽs forma consecrationis panis.

¶ Tertiò, Vtrũ sit conueniens forma cõsecrationis sanguinis. B

¶ Quartò, De uirtute utriusque formæ.

¶ Quintò, De ueritate locutionis.

¶ Sextò, De cõparatione unius formæ ad aliam.

Articvlvs primvs.

Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei.

Ad primvm sic proceditur. Vī ꝙ hæc non sit forma huius sacrī, hoc est corpus meũ, &, hic est calix sanguinis mei. Illa enim uerba uim pertinere ad formam huius sacrī, quib. Christus corpus suum & sanguinẽ consecrauit: sed Christus ante benedixit panem acceptum, & postea dixit, Accipite & comedite, hoc est corpus meũ (ut hī Matthæi 26.) & similiter fecit de calice. ergo prædicta uerba C non sunt forma huius sacrī.

¶ 2 Præt. Eusebius emissenus dicit, * ꝙ inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in suum corpus conuertit, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meũ. ergo totum hoc vī pertinere ad formam huius sacramẽti. & eadem ratio est de uerbis pertinẽtibus ad sanguinem. D

¶ 3 Præt. In forma baptismi exprimitur persona ministri & actus eius, cum dī, Ego te baptizo: sed in præmissis uerbis, nulla fit mentio de persona ministri, nec de actu eius. ergo nõ est conueniens forma sacramenti.

¶ 4 Præt. Forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti: unde sacramentum baptismi qñque perfici potest solis uerbis formæ prolatis, omnibus alijs prætermissis. si ergo prædicta † uerba sunt forma huius sacramenti, uidetur ꝙ aliquando pos sit hoc sacramentum perfici his solis uerbis prolatis, & oẽnibus alijs prætermissis, quæ immissa E

¶ *Super Quæstionis 78. Artic primum.*

In rñsione ad quartum primi art specialiter notandũ occurrit, ꝙ Scotus in 8. dist. 4. in dubium ita vertit, qđ ambiguum relinquit, an sola verba consecrationis, prolata a sacerdote conficiant hoc sacrm, prætermissis alijs, quæ in canone missæ continenẽ, motus rõne in litera allata, i. ꝙ verba hmõi debeãt ex vi verborũ significare hoc esse corpꝰ Chri, alioquin nõ significarent qđ efficit i hoc sacro, sed ptermissis alijs, hoc non significaret sed significaret hoc esse corpus sacerdotis ex vi verborũ, licet ex intentione significaretur esse corpus Chri. Scito igit, dupliciter verba hæc ꝓferri a sacerdote, s. recitative & significative. Et si ad recitationẽ spectẽt, opinio q̃ sequit Scotus ab auctore iprobata rõnabilis inuenitur, qñ non recitaretur hoc esse corpus Chri, nisi prærecitaretur Chrm dixisse, hoc est corpꝰ meũ, & quò ad hoc, i. recitationis vim procedit rõ adducta sed si verba hec significative solũ cõsiderent, cũ proferunt a sacerdote in ꝑsona Chri, ex hoc ipso, ꝙ sacerdos dicit ea in ꝑsona Chri, significant hoc esse corpus Christi. Et cõparando hos duos modos proferẽdi adinuicẽ, secundus ꝓpõderat primo, ꝓp duo: tum, quia recitative verba tenent materialiter. tum, quia recitative sacerdos, nõ cõficit in ꝑsona Christi, sed recitat Christũ cõficiẽtẽ. In cõcilio aũ Florent. sub Eugenio IIII. legimus hæc verba, sacerdos in ꝑsona Christi in hoc ipso quòd intendit conficere sacramentum, sufficiat ad exprimendum ex vi verborum, hoc esse corpus Christi, dicendo in ꝑsona Christi, hoc est corpꝰ meum. Et hac ratione motus est Auctor, vt patet in litera.

4. dist. 8. q. 2. ar. 2. & 3.

Refertur de conse dist. 2. c. quia corpus assumptum.

In arg. 1. posita.

dicuntur.

dicuntur. quod tamē uidetur esse falsum: quia ubi uerba alia prætermitterentur, prędicta uerba * acciperentur ex persona sacerdotis proferentis, in cuius corpus & sanguinem panis & uinum non conuertuntur. nō ergo prædicta uerba sunt forma huius sacramenti.

ibidē m.

Sed contra est, qđ Amb.* dicit in lib. de sacramentis: consecratio fit uerbis & sermonibus Domini Iesu: nam per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, & regibus, pro ceteris ubi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos utitur, sed utitur sermonibus Christi. ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

Lib. 4. cap. 4. Paulo a principio.

Respon. Dicendum, quòd hoc sacramentum ab alijs sacramentis differt in duobus: primo quidem, quantum ad hoc, ꝙ hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: alia uero sacramēta perficiuntur in usu materię consecratæ. Secundo, quia in alijs sacramentis consecratio materiæ consistit solum in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quandam spiritualem uirtutem, quę per ministrum, qui est instrumentum animatum, potest ad instrumēta inanimata procedere: sed in hoc sacramento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione substantiæ, quæ à solo Deo perfici potest: unde minister in hoc sacramento perficiendo, non habet alium actum, nisi prolationem uerborum. & quia forma debet esse cōueniens rei, ideo forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus. primo quidem, quia formæ aliorum sacramentorum important usum materię, puta baptizationem uel consignationem: sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quæ in transubstātiatione consistit: puta cum dicitur, hoc est corpus meum, uel, hic est calix sanguinis mei. Secundò, quia formę aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cum dicitur, ego te baptizo, uel, ego te confirmo: siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, Accipe potestatem, &c. siue per modum deprecantis, sicut cum in sacramento extremę unctionis dicitur, per istā unctionem & nostram intercessionem, &c. sed forma huius sacramenti profertur quasi ex persona ipsius Christi loquentis, ut detur intelligi, quòd minister in perfectione huius sacramēti nihil agit, nisi quòd profert uerba Christi.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ circa hoc est multiplex opinio: quidam enim dixerunt, ꝙ Christus, qui habebat potestatem excellentię in sacramentis, absque omni forma uerborum hoc sacramētum perfecit, & postea uerba protulit, sub quibus alij post modum consecrarent: quod uidentur sonare uerba Innocen. III.* dicentis, sane dici potest, ꝙ Christus uirtute diuina confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerēt: sed contra hoc expresse sunt uerba euangelij, in quibus dicitur, quòd Christus benedixit, quę quidem benedictio aliquibus uerbis facta est. unde prędicta uerba Innocen. sunt opinatiue magis dicta, quàm determinatiue: quidam autem dixerunt, ꝙ benedictio illa facta est quibusdam alijs uerbis nobis ignotis, sed nec hoc stare potest: quia benedictio consecrationis, nunc perficitur per recitationē eorum, quę tunc acta sunt. unde si tunc per hęc uerba non est facta consecratio, nec modo fieret: &

Ml. habet in lib. 4. de sacro. altaris mysterio. c. 4. circa fin.

ideo alij dixerunt, ꝙ illa benedictio eisdem etiam uerbis facta est, quibus modo fit: sed Christus ea bis protulit. Primo quidem, secrete ad consecrandum: secundo, manifeste ad instruēdum. sed nec hoc stare potest: quia sacerdos consecrat, proferēs hæc uerba, non ut à Christo in occulta benedictione dicta, sed ut publice prolata. unde cum non habeant uim huiusmodi uerba, nisi ex Christi prolatione, uidetur quòd etiam Christus manifeste ea proferens consecrauerit. & ideo alij dixerūt, quòd euangelistæ non semper eundem ordinem in recitando seruauerunt, quo res sunt gestæ, ut patet per Augustinum * in lib. de Consensu euāgelistarum, unde intelligendum est ordinem rei gestæ, sic exprimi posse, Accipiens panem benedixit, dicens, hoc est corpus meum, & deinde fregit, & dedit discipulis suis: sed idem sensus haberi potest etiā uerbis euangelij non mutatis: nam hoc participium, dicens, concomitantiam quandam importat uerborum prolatorum ad ea quæ præcedunt: nō autem oportet quòd hæc concomitantia intelligatur solum respectu ultimi uerbi prolati, quasi Christus tunc ista uerba protulerit, quando dedit discipulis suis: sed potest intelligi concomitantia respectu totius præcedentis, ut sit sensus, dum benediceret, frangeret, & daret discipulis suis, hęc uerba dixit, Accipite, &c.

Lib. collig. ex c. 30. & 31. & 44.

Ad secvndvm dicendum, quòd in his uerbis, Accipite & comedite, intelligitur usus materię cōsecratę, qui non est de necessitate huius sacramenti (ut supra habitum est) † & ideo nec hęc uerba sunt de substantia formæ: quia tamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiæ consecratæ usus (sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei) ideo per omnia ista uerba exprimitur tota perfectio huius sacramenti: & hoc modo Eusebius intellexit * his uerbis confici sacramē tum, quantum ad primam & secundam perfectionem ipsius.

† q. 74. ar. 5.

Loco citato in arg.

Ad tertivm dicendum, ꝙ in sacramento baptismi minister aliquem actum exercet circa usum materiæ, qui est de essentia sacramenti, quod non est in hoc sacramento: & ideo non est similis ratio.

Ad qvartvm dicendum, quòd quidā dixerunt, hoc sacramentum perfici non posse, prædictis uerbis prolatis, & alijs prætermissis, præcipue quę sunt in canone missæ: sed hoc patet esse falsum, tum, ex uerbis Ambr.* supra inductis: tum etiam, quia canon missæ non est idem apud omnes, nec secundū omnia tempora, sed diuersa sunt à diuersis apposita. unde dicendum est, ꝙ si sacerdos sola uerba prędicta proferret cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentio faceret, ut hæc uerba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata, etiam si uerbis præcedentibus hoc non recitaretur: grauiter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacramentū, utpote ritū ecclesiæ non seruans: nec est simile de baptismo, quod est sacramentum necessitatis, defectum autem huius sacramenti potest supplere spiritualis manducatio, sicut Augustinus † dicit.

In argu. sed contra.

Tract. 26. in Ioan. to. 9. Colligitur etiā ex eo qđ ex Aug. refertur de conse. dist. 1. c. Nulli.

Articvlvs II.

Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis panis hoc est corpus meum.

Supr. q. 60. ar. 8. cor. & q. 85. artic. cor. & infra q. 83. artic. 4. ad 1.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur ꝙ hæc non sit conueniens forma cōsecrationis panis,

nis, hoc est corpus meum: per formam enim sacramenti debet exprimi sacramenti effectus: sed effectus, qui fit in consecratione panis, est conuersio substantiæ panis in corpus Christi, quæ magis exprimitur per hoc uerbum sit, quàm per hoc uerbum est. ergo in forma consecrationis deberet dici, hoc sit corpus meum.

¶ 2 Præt. Ambros.† dicit in lib. de sacramentis: sermo Christi hoc conficit sacramentum, quis sermo Christi? hic, quo facta sunt omnia: iussit Dominꝰ, & facta sunt, cœli & terra. ergo & forma huius sacramenti conuenientior esset per uerbum imperantium, ut diceretur, hoc sit corpus meum.

¶ 3 Præt. Per subiectum huius locutionis importatur illud, quod conuertitur, sicut per prædicatū importatur conuersionis terminus: sed sicut est determinatum id, in quod fit conuersio (nō enim fit conuersio, nisi in corpus Christi) ita est determinatum id, quod conuertitur: non enim conuertitur in corpus Christi nisi panis. ergo sicut ex parte prædicati ponit̄ nomen, ita ex parte subiecti debet poni nomē, vt dicat̄, hic panis est corpus meū:

¶ 4 Præt. Sicut id, in quod terminatur conuersio, est determinatæ naturæ (quia est corpus) ita etiam est determinatæ personæ. ergo sicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinandam personam deberet dici, hoc est corpus Chri.

¶ 5 Præt. In verbis formæ non debet poni aliquid, quod non sit de substantia eius. inconuenienter ergo additur in quibusdam libris hæc coniunctio, enim, quæ non est de substantia formæ.

Sed contra est, quod Dominus hac forma in consecrando est usus, ut patet Matthæi 26.

Respon. Dicendum, quòd hęc est conueniens forma consecrationis panis: dictum est enim, * quod hęc consecratio consistit in conuersione substantiæ panis in corpus Christi: oportet autem formā sacramenti significare id, quod in sacramento efficitur. vnde & forma consecrationis panis debet significare ipsam conuersionem panis in corpus Christi, in qua tria considerantur, scilicet ipsa cōuersio, & terminus à quo, & terminus ad quem. conuersio autem potest cōsiderari dupliciter. vno modo, ut in fieri: alio modo, ut in facto esse. non autem debuit significari conuersio in hac forma, ut in fieri, sed ut in facto esse. Primò quidem: quia hęc conuersio non est successiua (ut supra dictum est) * sed instantanea: in huiusmodi autem mutationibus fieri, non est nisi factum esse. Secundò, quia ita se habent formæ sacramentales ad significandum effectum sacramenti, sicut se habent formæ artificiales ad repræsentandum effectum artis. Forma autem artificialis, est similitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artificis: sicut forma artis in mente ędificatoris, est forma domus ædificatæ principaliter, ædificationis autem per consequens. unde & in hac forma debet exprimi cōuersio, vt in facto d esse ad quod fertur intentio. & quia ipsa conuersio exprimitur in hac forma, ut in facto esse, necesse est, quòd extrema conuersionis significarentur, ut se habent in facto esse cōuersionis. tunc autem terminus ad quem, habet propriā naturam suæ substantiæ: sed terminus a quo, non manet secundum suam substantiam, sed solum secundum accidentia, quibus sensui subiacet, & ad sensum determinari potest. unde conuenienter terminus conuersionis à quo, exprimitur per pronomen demonstratiuum relatum ad accidentia sensibilia, quæ manent: terminus autem ad quem, exprimitur per nomen significans naturam eius, in quod fit conuersio, quod quidem est totum corpus Christi, & non sola caro eius. ut dictum est. † unde hæc forma est conuenientissima, hoc est corpus meum. Q. 76. arti. 2. ad 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd fieri non est vltimus effectus huius consecrationis, sed factum esse, ut dictum est. * & ideo hoc potius exprimi debet in forma. In corp. art.

Ad secvndvm dicendum, quòd sermo Dei operatus est in creatione rerum, qui etiam operatur in hac consecratione: aliter tamen & aliter. nam hic operatur effectiue & sacramentaliter, id est secundum uim significationis: & ideo oportet in hoc sermone significari ultimum effectum consecrationis per uerbum substantiuum indicatiui modi & præsentis temporis: sed in creatione rerum operatus est solum effectiue, quæ quidem efficientia est per imperium suæ sapientiæ: & ideo in creatione rerum exprimitur sermo diuinus per uerbum imperatiui modi, secundum illud Genes. 1. Fiat lux, & facta est lux.

Ad tertivm dicendum, quòd terminus à quo in ipso facto esse conuersionis, non retinet naturā suę substantię, sicut terminus ad quem: & ideo non est simile.

Ad qvartvm dicendum, quòd per hoc pronomen, meum, quod includit demonstrationem primę personę (quę est persona loquentis) sufficienter exprimitur persona Christi, ex cuius persona hęc proferuntur, ut dictum est. * Ar. præced. & ar. 1.

Ad qvintvm dicendum, quòd hęc coniunctio, enim, apponitur in hac forma, secundum consuetudinem Romanę Ecclesiæ, à beato Petro apostolo deriuatam, & hoc propter continuationem ad uerba præcedentia: & ideo non est de forma, sicut nec uerba precedentia formam.

Articvlvs III.

Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, &c.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd hęc non sit conueniens forma consecrationis uini, hic est calix sanguinis mei, noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. sicut enim panis conuertitur in corpus Christi ex vi cōsecrationis, ita & uinum in sanguinem Christi, sicut ex prędictis patet: † sed in forma cōsecrationis panis, ponitur in recto corpus Christi, nec aliquid aliud additur. incōuenienter ergo in hac forma ponitur sanguis Christi in obliquo, & additur calix in recto, cum dicitur, hic est calix sanguinis mei. 4. dist. 8. qu. ar. 2. q. 1. & 3. & 1. cor 11. lec. 6. Q. 76. arti 1. & 2.

¶ 2 Præt. Non sunt maioris efficacię uerba, quę proferuntur in consecratione panis, quàm ea quę proferuntur in consecratione uini, cum utraque sint uerba Christi: sed statim dicto, hoc est corpus meum, est perfecta consecratio panis. ergo statim cum dictum est, hic est calix sanguinis mei, est perfecta consecratio sanguinis, & ita ea quę sequūtur, non uidentur esse de substantia formę, præsertim cum pertineant ad proprietates huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Testamentum nouum pertinere uidetur ad internam inspirationem, ut patet ex hoc, quòd Apostolus ad Hebr. 8. introducit uerba, quę habentur Hier. 31. Consumabo super domum Israel testamentum nouum, dando leges meas in mentibus eorum:

eorum: sacramentum autem exterius uisibiliter agitur. inconueni nter ergo in forma sacramenti dicitur, noui testamenti.

¶ 4 Præt. Nouū dr aliquid ex eo, ꝙ est prope principium sui esse: ęternum autem non habet principium sui esse. ergo inconuenienter dicitur, noui & æterni: quia uidetur cōtradictionem implicare.

¶ 5 Præt. Occasiones erroris sunt hominibus subtrahendæ, secundum illud Isa. 57. Auferte offendicula de uia populi mei: sed quidam errauerunt, æstimantes mystice solum esse corpus, & sanguinem Christi in hoc sacramento. ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei.

Q. 73. art 2. ad 3. ¶ 6 Præt. Supra dictum est, * quòd sicut baptismus est sacramentum fidei, ita eucharistia est sacramentum charitatis. ergo in hac forma magis debet poni charitas, quàm fides.

¶ 7 Præt. Totum hoc sacramentum, & quantum ad corpus & quantum ad sanguinem, est memoriale dominicæ passionis, secundum illud primæ Cor. 11. Quotiescumq; manducabitis panē hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. non ergo magis debuit in forma consecrationis sanguinis fieri mentio de passione Christi & eius fructu, quàm in forma consecrationis corporis, præsertim cum Luc. 22. Dominus dixerit, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur.

Q. 48. & 49. ar. 2. ¶ 8 Præt. Passio Christi (ut supra habitum est) † ad sufficientiam profuit omnibus, quantum uero ad efficientiam, profuit multis. debuit ergo dici, qui effundetur pro omnibus aut pro multis, sine hoc ꝙ adderetur, pro uobis.

¶ 9 Præt. Verba quibus hoc sacramētum conficitur, efficaciam habent ex institutione Christi: sed nullus euangelista recitat Christū hęc omnia uerba dixisse. ergo hæc non est conueniens forma consecrationis uini.

Sed contra est, quod ecclesia ab Apostolis instructa, * utitur hac forma in consecratione uini.

De celebra. missarum. c. esi Marthæ.

Respon. Dicendum, quòd circa hanc formam est duplex opinio: quidam enim dixerunt, quòd de substantia formę huius est hoc solum quod dicitur, hic est calix sanguinis mei, non autem ea quę sequuntur: sed hoc uidetur inconueniens: quia ea quæ sequuntur, sunt quædam determinationes p̄dicati, id est sanguinis Christi: unde pertinent ad integritatem * eiusdem locutionis. Et propter hoc, sicut alij melius dicunt, omnia sequentia sunt de substantia formæ usque ad hoc, quod postea sequitur, hoc quotiescunque feceritis, quod pertinet ad usum huius sacramenti: unde non est de substantia formæ. & inde est, quòd sacerdos eodem ritu & modo, scilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc uerba profert. Luc. etiam 22. interponuntur uerba sequentia uerbis præmissis, cum dicitur, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. dicendum est ergo, quòd omnia prædicta* uerba sunt de substantia formæ: sed per prima uerba, cum dicitur, hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio uini in sanguinē, eo modo quo dictum est † in forma consecrationis panis: per uerba autem sequentia designatur uirtus sanguinis effusi in passione, quæ operatur in hoc sacramento, quę quidem ad tria ordinatur. Primò quidem & principaliter, ad adipiscendam ęternam hæreditatem, secundum illud Heb. 10. Habemus fiduciam in introitu sanctorum per sanguinem eius. & ad hoc designandum, dicitur, noui & ęterni testamenti. Secundò, ad instantiam gratiæ, quæ est per fidem, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi, & quantum ad hoc subditur, mysterium fidei. Tertiò autem, ad remouendum impedimenta utriusq; prędictorum, scilicet peccata, secundum illud Hebr. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, id est à peccatis. & quantum ad hoc subditur, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Alias nō habetur ly eiusdem.

Posita in arg. 1.

Ar. præced.

Ad primvm ergo dicēdum, quòd cum dicitur, hic est calix sanguinis mei, est locutio figurativa. & potest dupliciter intelligi. uno modo secundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento, ut sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice, de quo fit hic mentio: quia sanguis Christi in hoc sacramento consecratur, inquantum est potus fidelium, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari per uas huic usui accommodatum. Alio modo, potest intelligi secundum metaphoram: prout per calicem similitudinem intelligitur passio Christi, quæ ad similitudinarie calicis inebriat (secundū illud Thren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. unde & ipse Dominus passionem suam calicem nominat, Matth. 26 dicens, Transeat à me calix iste.) ut sit sensus, hic est calix passionis meę, de qua fit mentio in sanguine seorsum à corpore cōsecrato: quia separatio sanguinis à corpore fuit per passionem.

In corp. art. & q. 76. ar. ad 1.

Ad secvndvm dicendum, quòd quia (ut dictū est) * sanguis seorsum consecratus, expresse passionem Christi repręsentat, ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, q̄ in consecratione corporis, quod est passionis subiectum. quod etiam designatur in hoc quod Dominus dicit, quod pro uobis tradetur: quasi diceret, quod pro uobis passioni subijcietur.

Ad tertivm dicendum, quòd testamentū est dispositio hereditatis: hereditatem autem celestē disposuit Deus hominibus dandam per uirtutem sanguinis Iesu Christi: quia ut dicitur Hebr. 9. Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. sanguis autem Christi, dupliciter est hominibus exhibitus. primo quidem in figura, quod pertinet ad uetus testamentum: & ideo Apostolus ibidem concludit, unde nec primum testamentum sine sanguine dedicatum est: quod patet ex hoc, ꝙ sicut dicitur Exod. 24. Lecto omni mandato legis à Moise, omnem populum asperſit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad uos Deus. Secundò autem est exhibitus in rei ueritate, quod pertinet ad nouum testm̄. & hoc est quod Apostolus ibidem premittit dicens, ideo noui testamenti mediator est Christus, ut morte intercedēte, repromissionem accipiant, qui uocati sunt ęternę hereditatis. dicitur ergo hic sanguis noui testamenti, qa iam non in figura, sed in ueritate exhibetur. unde subditur, Qui pro uobis effundetur. Interne autem inspiratio ex huius sanguinis uirtute procedit, secundum quòd passione Christi iustificamur.

Ad qvartvm dicendum, quòd hoc testamentum est nouum ratione exhibitionis. dicitur autē ęternum, tam ratione ęterne Dei prędordinationis, quàm etiam ratione æternę hereditatis, quæ per hoc testamentum disponitur. ipsa etiam persona Christi, cuius sanguine testamentum disponitur, est ęterna.

Ad

Ad quintvm dicendum, ꝙ mysterium hic ponitur, non quidem ad excludēdam rei ueritatem, sed ad ostendendam occultationem: quia & ipse sanguis Christi occulto modo est in hoc sacramēto, & ipsa passio Christi occulte fuit figurata in veteri testamento.

Ad sextvm dicēdum, ꝙ dr̄ mysteriū fidei, quasi fidei obiectum: quia ꝙ sanguis Christi secundum ueritatem sit in hoc sacramento, sola fide tenetur: ipsaetiam Christi passio per fidem iustificat. Baptismus autem dicitur sacramentum fidei, quia est q̄dam fidei protestatio: hoc autem est sacramentum charitatis, quasi figurativum & effectiuum.

In solut. ad 1. & locis ibi citatis. Ad septimvm dicendum, (ꝙ sicut † dictum est) sanguis seorsum consecratus à corpore, expressius repr̄sentat passionē Christi, & ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de passione Christi & fructu ipsius, quàm in cōsecratione corporis.

Ad octavvm dicendum, ꝙ sanguis passionis Christi, non solum habet efficaciam in iudæis electis, quibus exhibitus est sanguis ueteris testamēti, sed etiā in gentilibus, nec solum in sacerdotibus, qui hoc conficiunt sacramentum, uel alijs, qui sumunt, sed etiam in illis pro quibus offertur: & ideo signanter dicit, pro uobis iudeis, & pro multis, scilicet gentilibus: uel, pro uobis manducantibus, & pro multis pro quibus offertur.

Ad nonvm dicendum, quòd euangelistæ non intendebant tradere formas sacramentorum, quas in primitiua ecclesia oportebat esse occultas, ut dicit Dionys. * in fine ecclesia. hierar. sed intendebant historiam de Christo texere. & tamen hęc omnia fere uerba ex diuersis scripturę locis accipi possunt, nam quod dicitur, hic est calix, habetur Luc. 22. & primæ Corinth. 11. Matth. autem 26. dicitur, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum: quod autem additur, æterni, & iterum, mysterium fidei: ex traditione Domini habetur, quæ ad ecclesiam per apostolos peruenit, secundum illud primæ Corinth. 11. ego accepi à Domino, quod & tradidi uobis,

Capp. uel. hierar. par. 3. intermedium fi.

¶ *Super Quæstionis 78 hrticulum quartum.*

In Nar. 4 eiusdē q̄st. quinque de ueritate uerborum sacrā: ē talū notāda sunt, s. cer. & adi. an est, quid est, cuius 3. q. 2. & dis. est factiua, q̄n est, & 8. qa. 1. & dis. qualis est. Virtutem 6. & 8. hr̄e uerba consecrationis, licet sub opi- Ar. 2. & 3. nione ponatur, si per- *Lib. 4. orth. fid. c. 4. circa medium. spexerimus tñ doctrinam in generali Cōcilio traditam sub Eug. III. determinatā hanc q̄o v̄r. nam inter alia legitur ibi: sacerdos in persona Christi loquens, hoc conficit sacr̄m: nam ipsorum uerborū uirtute substantia panis P. P. q. 110. ar. 4. in corpus Christi, & substantia uini ī sanguinem conuertuntur. Vbi clare vides, uirtutem uerborū assertam à sacro Cōcilio.

Articvlvs IIII.

Vtrum prædictis uerbis formarum in sit aliqua uis creata, effectiua consecrationis.

Ad qvartvm sic procedi- tur. Vī ꝙ p̄dictis uerbis † formarum non insit aliqua uis creata, effectiua consecrationis. dicit enim Damas. * in 4. lib. sola uirtute Spiritussancti fit conuersio panis in corpus Christi: sed uirtus Spiritussancti est uirtus increata, ergo nulla uirtute creata horum uerborum confi citur hoc sacramentum.

¶ 2 Præt. Opera miraculosa nō fiunt aliqua uirtute creata, sed sola uirtute diuina, ut ī prima parte habitum est: † sed conuersio panis & uini in corpus & sanguinem Christi, est opus non minus miraculosum, q̄ creatio rerum, uel etiam formatio corporis Christi in utero uirginali; quæ quidem nulla uirtute creata fieri potuerūt. ergo neq; hoc sacr̄m consecratur aliqua uirtute creata dictorum uerborum.

¶ 3 Præt. Prædicta uerba † non sunt simplicia, sed ex multis cōposita: nec simul, sed successiue proferuntur. conuersio autem prædicta (vt supra dictum est) * fit in instanti: unde oportet q̄d fiat per simplicem uirtutem, non ergo fit per uirtutem horum uerborum.

Sed contra est, q̄d Ambr. † dicit in lib. de sacramentis: Si tanta est uis in sermone Domini Iesu, vt inciperet esse quod non erat, quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud cōmutentur? & sic quod erat panis ante consecrationē, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat.

Respon. Dicendum, quòd quidam dixerunt nullam uirtutem creatam esse, nec in prædictis uerbis † ad trāsubstantiationem faciendā, nec etiam in alijs sacramentorum formis, uel etiā in ipsis sacramentis ad inducendos sacramentorum effectus, quod (sicut supra habitum est) & dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramētorum nouæ legis. vnde cum hoc sacramentum sit præ ceteris dignius (sicut supra dictum est) * consequens est, quòd in verbis formalibus huius sacramenti, sit quędam uirtus creata ad cōuersionem huius sacramenti faciendam, instrumētalis tamen, sicut & in alijs sacramentis, sicut supra dictum est. cum enim hęc uerba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequuntur uirtutem instrumentalem à Christo: sicut & cetera eius facta uel dicta habēt instrumentaliter salutiferam uirtutē, vt supra dictum est. *

Ad primvm ergo dicēdum, quòd cum dicitur sola uirtute Spiritussancti panem in corpus Christi conuerti, non excluditur uirtus instrumentalis, quæ est in forma huius sacramenti: sicut cum dicitur, solus faber facit cultellum, non excluditur uirtus martelli.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ opera miraculosa, nulla creatura potest facere quasi agens principale, potest tamen ea facere instrumentaliter, sicut ipse tactus manus Christi sanauit leprosum: & per hunc modum uerba Christi conuertunt panem

Vt aūt superius diximus de uirtute sacramentorum, sic consequenter nunc dicim⁹ de uirtute horū verborū. ꝙ non est qualitas aliqua superaddita, vt res quædā distincta realiter ab ipsa oratione significante, sed est ipsa oratio significans, vt instrumentū Dei ad cōsecrationē. ita q. oō ipsa, pura hoc ē cor pus meum, ām se q̄dem non est aliud q̄ enūtiatio significās hoc esse corpus meū: sed vt assumpta à Christo in instr̄m ad consecrationē istam, est non solū enūtiatio significans, sed ī- strumentaliter effi- ciens, quod est habere virtutem, immo est esse virtutem. Posita in ar. 2. & 3. in argu. 1. Q. 75. ar. 7. Lib. 4. c. 4. an te med. t. 4.

¶ Et quia esse virtutem, est quoddā ad- uentitiū orationi ab- solute, ideo dr̄ ora- tionem hr̄e virtutē, & virtutē esse in ver bis, & virtus verborū, & similia. Et quia virtus aduēntia, qualitatis rōnem ac nomen habuit, ideo qualitas dr̄: cū tñ ām rē nihil aliud sit, quàm orationē esse instrumentum Dei, quod nihil aliud est quàm Deum vti oratione instrumētaliter ad talem effectum: sicut enim oīs creatura est in potentia obediētiali ad hoc, ꝙ de ea fiat quicquid Deus vult, ita est ēt in potentia obediētiali ad hoc, vt sit instrumentum Dei, ad quodcūque faciendū Deus il la vti voluerit. & sicut Deus in sacramento baptismi per Christi baptismū dedisse virtutem aquis inchoatiue dicimus, nulla tñ qualitas superaddita propterea est aquis, & postmodum complete datur virtus aquæ in actuali baptismo, p hoc, ꝙ Christus baptizās vtitur illa aqua: ita in proposito verba ista potius quàm alia ab ipso Christo sanctificata sunt inchoatiue, cōplete aūt vim sortiuntur, cū Christus per sacerdotem illa profert ad confectionem huius sacramēti talis enim vsus verborū est constitutiu⁹ instrumentalis efficacia. Ar. 2. & 3. po stitis 1 arg. 1. Q. 62. art. 3. 2. 3. 4. Q. 65. ar. 3. Q. 62. arti. 2. & 4. Q. 62. ar. 4.

cię in oratione qua vtitur: nec oportet ali quam superapponere qualitatẽ. Et hoc exẽplo in artificialib. videtur manifestari: nã manus assumi põt, & de facto assumitur à multis art. in instrumentum, nec oportet artem sutoriã aut fabrilẽ aut musicã, aliquam qualitatem superaddere manu, cũ illa vtitur, sed ex hoc ipso qꝫ ars utitur manu, manus est quædã vis artis illius, & sic de alijs. Et hoc multo verius est referendo rem creatam ad diuinam omnipotentiam vtentem creatura, assumendo illam in instrumentum, quanto efficacia diuina maior in infinitum est, vt sit intima cuicumque creaturæ Effect⁹ aũt virtutis verborũ non est dispositio aliqua: sed vt in allatis verbis ex sacro Concilio clare patet, est cõuersio panis in corpus Christi Nec obstant obiectiones Scoti in 1. dist. 4. de infinitate virtutis requisitæ ad transubstãtiationẽ & de creatione primam. n. solait Auctor ad primũ, & secundam ad 5m: exigitur enim infinita virtus in agente principali tantummodo. Et non est simile de creatione, qa nulla res i creatiõe ꝓsupponit, quã instrumenti actio possit attingere. hic aũt inuenit substantia panis & vini, quæ à virtute verborum attingitur, dum conuertitur in corpus, & sanguinem Christi. Et quia verba cõsecrationis, vt cõficiunt orationem significantem quod p sacramentum efficitur, in instrumentũ diuinę actionis assumuntur, ideo quandiu vtitur Deus per sacerdotis ministerium verbis sacramentalibus, tandiu est virtus sacramentalis, inchoatiue tamen & in fieri sicut & ipsa oratio dum proferuntur partes inchoatiue & & in fieri, est vsque ad terminationem in ipsa namque terminatione orationis oratio perfecte significationem habet, & similiter ista virtus p-

Posita in ar. 2. & 3. ar. 3. q. 2.

4. dist. 8. q. 2. ar. 1. q. 4.

Ar. 2.

Ar. præced.

in corpus Christi: quod quidẽ fieri non potuit in conceptione corporis Christi, qua corpus Christi formabatur, ut aliquid à corpore Christi procedens haberet instrumentalem uirtutem ad ipsius corporis formationem. In creatione etiam non fuit aliquod extremũ, in quod instrumentalis actio creaturæ posset terminari: unde non est simile.

ADTERTIVM dicendũ, quòd prædicta uerba, *quibus fit consecratio sacramentaliter operãtur. vnde vis cõuersiua, quæ est in formis horum sacramentorum, consequitur significationem, quæ in prolatione ultimæ dictionis terminatur: & ideo in ultimo instanti prolationis uerborum prædicta uerba consequuntur hanc uirtutem, in ordine tamen ad precedentia. & hęc uirtus est simplex ratione simplicis significati licet in ipsis uerbis exterius prolatis, sit quædã compositio.

ARTICVLVS V.

Vtrum prædictæ locutiones sint veræ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd prædictæ locutiones non sint ueræ. Cum enim dicitur, hoc est corpus meum, ly hoc, est demõstratiuum substantiæ: sed secundũ prędicta, † quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc est ibi substantia panis: quia transubstantiatio fit in ultimo instãti prolationis uerborũ: sed hęc est falsa, panis est corpus Christi. ergo & hæc est falsa, hoc est corpus meum.

¶ 2 Præt. Hoc pronomen, hoc, facit demonstrationem ad sensum: sed species sensibiles, quæ sunt in hoc sacramento, neque sunt ipsum corpus Christi, neque accidentia corporis Christi. ergo hæc locutio non potest esse vera, hoc est corpus meum.

¶ 3 Præt. Hęc verba (sicut dictũ est) * sua significatione efficiũt conuersionem panis in corpus Christi: sed causa effectiua pręintelligitur effectui. ergo significatio horum uerborum pręintelligitur conuersioni panis in corpus Christi: sed ante conuersionem hęc est falsa, hoc est corpus meum. ergo simpliciter est iudicandum, quòd sit falsa. & eadem ratio est de hac locutione, hic est calix sanguinis mei &c.

SED CONTRA est, quòd hęc uerba proferuntur ex persona Christi, qui de se dicit Ioannis decimoquarto, Ego sum ueritas.

RESPON. Dicendum, quòd circa hoc multiplex fuit opinio: quidam enim dixerunt, quòd in hac locutione, hoc est corpus meum, hęc dictio, hoc, importat demonstrationem ut conceptam, & non ut exercitam: quia tota ista locutio sumitur materialiter, cum recitatiue proferatur: recitat enim sacerdos Christum dixisse, hoc est corpus meum, sed hoc stare non potest: quia secundum hoc, verba hęc non applicarentur ad materiam corporalem pręsentem, & ita non perficeretur sacramentum: dicit enim Augustꝰ † super Ioan. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. & pręterea ex hoc totaliter non euitatur difficultas huius quęstionis: quia eędem rationes manẽt circa primam prolationem, qua Christus hęc uerba protulit: quare manifestum est, quòd non materialiter, sed significatiue sumebantur: & ideo dicendum est, quòd etiam quando proferuntur à sacerdote, significatiue, & nõ tantum materialiter sumuntur. nec obstat, qꝫ sacerdos ea recitatiue profert, quasi à Christo dicta, quia propter infinitã uirtutem Christi, sicut ex contactu carnis suę, uis regeneratiua peruenit non solum ad illas aquas, quę Christum tetigerunt, sed ad omnes undique terrarum, per omnia futura sęcula, ita etiam ex prolatione ipsius Christi, hęc uerba uirtutem consecratiuam sunt consecuta à quocumque sacerdote dicantur, ac si Christus ea pręsentialiter proferret. & ideo alij dixerunt, quòd hęc dictio, hoc, in hac locutione facit demonstrationem, non ad sensum, sed ad intellectum, vt sit sensus, hoc est corpus meum, id est significatum per hoc, est corpus meum. sed nec hoc stare potest: quia cum in sacramentis hoc efficiatur quod significatur, non fieret per hanc formã, ut corpus Christi sit in hoc sacramento secundum ueritatem, sed solum sicut in signo, quod est hereticum ut supra dictum est. * & ideo alij

falsa. In dubium autem uertitur, an prius natura quam conuersio sit uera aut falsa. Et est ratio dubii, quia sacramentalis hæc oratio est conuersiua; ac per hoc prius natura est, quàm conuersio, quæ est suus effectus, & propterea dubitatur, an in illo priori naturę sit uera uel falsa. Et Scot. quidem in octaua distin. 4. declinauit in opinionem tertiam, quod nec ut uera, nec ut falsa, sed ut neutra se habet. Auctor autem in hoc articulo tam in cor. quàm in responsione ad tertium tenet, quòd oratio ista ut uera, practice tamen, seu causaliter in illo prio rinaturæ concurrit. De intellectu siquidem speculatiuo solo intelligendum est, quod ab eo quòd res est, uel non est, oratio dicitur uera uel falsa. nam licet de utroque intellectu uerificetur, quòd ab eo quod res est uel non est, oratio dicitur uera uel falsa formaliter; practicus tamen intellectus priusquàm res sit, est uerus practice seu causaliter: quia non præsupponit, sed facit rem esse, unde denominatur uerus formaliter.

runt, quòd hæc dictio, hoc, facit demonstrationem ad sensum, sed intelligitur hæc demonstratio, non pro illo instanti locutionis quo profertur hæc dictio: sed pro ultimo instanti locutionis: sicut cum aliquis dicit, nunc taceo, hoc aduerbium, nunc, facit demonstrationem pro instanti immediate sequenti locutionem. est enim sensus, statim his uerbis dictis, taceo. sed nec hoc stare potest, quia secundum hoc, huius locutionis esset sensus, corpus meum est corpus meum: quod prædicta locutio non facit, quia hoc fuit etiam ante prolationem uerborum: unde nec hoc prædicta locutio significat. & ideo aliter dicendum est, quod sicut præ dictum est, * hæc locutio habet uirtutem factiuam conuersionis panis in corpus Christi. & ideo comparatur ad alias locutiones, aut consignificat cũ primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferentis, sed ex ui ipsius orationis, ut patere potest ex dictis. Nec istud quando significatur, aut consignificatur per orationem seu copulam uerbalem, sed est quando adiacens seu mensurans significationem & consignificationem: attenditur enim secundum mẽsuram orationis significantis, & consignificantis, ut patet in orationibus de præterito.

In isto ar. in ar. 3. & ar p̃ ced. ad 3.

¶ Circa consignificationem autem omnes conuenire in hoc uidentur, quòd hæc locutio, hoc est corpus meum, intelligitur secundum ultimum instans prolationis uerborum, sed diuersitas opinionum est, quia alii putant contingere hoc ex uirtute sermonis: alii autem opinantur non esse hoc ex uirtute sermonis, sed ex intentione sacramentali. Et quoniam obscura ob confusionem redditur difficultas hæc, distinguendum est, ut clara fiat.

Distingue igitur de tempore seu instanti, quo oratio significat, uel de tempore seu instanti, pro quo oratio significat: aliud est enim quando, quod oratio cõsignificat: & aliud est quãdo, per orationem consignificatum, ut patet dicendo, Petrus crucifixus est: quando enim oratio ista significat, tunc est cum profertur: sed quando consignificatum, est tempus præteritum, ut patet. Significatio autem orationis non est nisi oratio sit integra integritate essentiali, quoniam oratio non essentialiter integra, non est oratio, & consequenter non significat: integra autem non est oratio, nisi in termino prolationis. & propterea oratio non significat, nisi in termino suæ prolationis. Et quia consignificare præsupponit significare, utpote adiacens illi, ideo oratio sicut non significat, ita nec consignificat, nisi in termino suæ prolationis. Nec est hoc solum uerum de tota oratione, sed & se partibus, ut integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter: tum ex eo quod ly est, significat compositionem, quam sine extremis non est intelligere: non enim potest intelligi compositio prior his quæ componuntur; tum, quia experimur quod huius orationis, lignum est album, postquam prolatæ sunt primæ dictiones, scilicet lignum est, antequam proferatur ly album. ly est, non significat compositionem ligni cum albo. quod conuincitur, si ponamus orationem sistere: tunc enim manifeste apparet non præsignificatam esse cõpositionem dictam, per ly est. Significat ergo ipsam compositionem non quando profertur, sed quando coniungit prædicatum subiecto, quod nihil aliud est dicere, quàm cum oratio est integra.

Et quia prius natura significat quàm consignificat: ideo ly est, sicut non significat compositionem ante integritatem orationis, ita nec consignificat tunc, quando profertur, sed tunc quando integratur oratio. De subiecto autem dupliciter etiam idem manifestatur in proposito: tum quia talia sunt subiecta, qualia permittuntur a prædicatis, & propterea ante prædicata non habent suppositionem suam; tum quia clare perspicimus, quòd dictis istis duabus dictionibus, homo est, ut formetur propositio de tertio adiacente, nullus intellectus habetur tam subiecti, quàm copulæ. Sed uariabitur utriusque sensus uarietatem prædicati, ut patet formando duas propositiones, quarum una sit, homo est albus, & altera, homo est species: clare enim in his liquet & subiectum & copulam prædicatum expectare: ita quod uarietas prædicati uarietatem inducit, & in tota oratione, & in subiecto, & copula, ut patet discurrenti. Et similiter oratio ista, hoc est corpus meum, ly hoc, non demonstrat tunc cum profertur, neque ly est, significat aut consignificat tunc cum profertur, compositionem seu coniunctionem inter ly hoc, & corpus Christi, ut ex hoc conuincatur, quòd si quis subiungeno non apponeret corpus meum, sed ly panis, aut ly pronomen, renuntiatio non esset falsa, quarũ tamen utramque oporteret esse falsam, si ly est significasset tunc cum proferebatur, coniunctionem inter hoc, & corpus Christi. Loquendo igitur de quando oratio seu uerbalis copula significat, aut consignificat, sentiendum est quod tunc primo significat

¶ Et ut hoc concludamus, istud quando se tenet ex parte mensuræ seu durationis enuntiationis significantis, & consignificantis; illud uero quando, quod per copulam seu orationem consignificatur, se tenet ex parte mensuræ seu durationis rei significatæ. & propterea clare patet, hęc duo quando, maxime abinuicem posse distare, quantum distat mensura integræ orationis a mensura rei significatæ. Et hinc patet, commune esse omni enuntiationi significare, & consignificare tunc cum integratur: quia tunc primo est oratio, & per hoc tunc primo significat & consignificat.

Sed sicut orationes differunt inter se quantum ad res significatas, ita etiam differunt, quantum ad quando, seu tempora consignificata. Et hæc in communi dicta. si perspexeris, ambiguitates, per quas discurrit Scotus, euanescet. Descendendo autem ad propositum, aduertendum est quod contingit ista duo quando, s. ex parte mensuræ significationis & ex parte mensuræ rei significatæ, coincidere in unum, & idem quando, ita quod illud idem tunc fit, quando oratio significat & consignificat, & quando significatum consignificatur esse.

Contingit autem hoc in proposito, ex ratione in litera reddita, quia, scilicet, oratio ista, hoc est, corpus meum, est conuersiua panis in corpus Christi in instanti, & oratio ista significat cõuersionem ipsam ut in termino.

¶ Ex re siquidem significata, habetur, quod ly est, consignificat in stans conuersionis panis in corpus Christi, seu, & in idem redit, quo primo hoc est corpus Christi. & quia illud instans, coincidit cum instanti, quo hęc oratio integratur, ideo dicitur & bene, q̃ oportet hanc orationem intelligere secundum ultimum instans prolationis. Et quoniam consignificare instans conuersionis conuenit huic orationi ex natura sua, qua est oratio sacramentalis seu factiua conuersionis seu conuersiua panis in corpus Christi, iõ ex uirtute sermonis talis, s. sacramentalis conuersiui, habet hæc oratio q̃ consignificet instans conuersionis.

¶ Circa demonstrationem uero quam facit ly hoc, cum dicitur, hoc est corpus meum, licet uaria uerba dicantur; quoniam in litera dicitur demonstrari contentum in generali sub illis speciebus, Scotus autem specificando dicit demonstrari indiuiduum entis, quia ly hoc, quantum est ex se, demonstrat indiuiduum uniuersalissimi, ut pote, de quo possint omnia inquiri, mihi tamen uidetur, quod demonstret indiuiduum substantiæ, idest, hanc substantiam. Et quidem, quod demonstret indiuiduum, nulli est dubium, quoniã non uniuersale, sed singulare aliquod est tam quod conuertitur in corpus Christi, quàm de quo enuntiatur, corpus Christi. Quod uerò sit indiuiduum substantiæ, probatur. tum ex eo, quòd ly, hoc, est pronomen demonstratiuum substantiæ, tum ex eo, quod hæc demonstratio debet esse certa.

Demonstrando autem hanc substantiam, demonstratio est certissima, quoniam hæc substantia est corpus Christi, sed si demonstraret indiuiduum entis, demonstratio remaneret ambigua, immo magis falsa appareret, quàm uera. nam ly hoc ens, posset demonstrare tam accidens quam substantiam, cum utrumque sit hoc ens, & magis appareret demonstrari accidens, propter demonstrationem fieri ad sensum: tum quia demonstrando indiuiduum substantiæ, demonstratio est simplicior, & purior, non egens glossis: nam apposita ante sensus hostia, & dicendo, hęc substantia est corpus meum, non oportet ad glossas recurrere, quid est illud, quod est conuersum in corpus Christi: aut quid est illud, quod hic adoramus; & huiusmodi. Est autem sententia hæc etiam Auctoris, nam expresse dicit in responsione ad primum & secundũ quòd ly hoc, demonstrat substantiam, sine qualitate, idest sine de-

terminatione alicuius propriæ naturæ, puta panis aut corporis Christi. Et hoc idem intendit, dicendo quòd demonstrat contentum in generali sub istis speciebus: sciuit enim quod non demonstratur uniuersale aliquod: sed circumlocutus est in diuiduum communionis seu generalioris ab accidentibus, distincti ac sub eis contenti, dãtur enim in diu dua magis & minus uniuersalia, sicut dantur naturæ magis & minꝰ uniuersales: est enim intelligere Sortem in prædicamento substantiæ esse non solum hunc hominem; sed hoc animal, hoc uiuum, hoc corpus, hanc substantiam. Et sic hæc substantia demõstrata per ly hoc, est contenta sub istis accidentibus in generali. i. communiter se habens ad pane, & corpus Christi, pro quanto ab utroque abstrahendo significatur.

¶ Ad rationem autẽ Scoti, dicitur quod licet primum nomen, loco cuius potest poni hoc, sit indiui duũ entis communissimi analogice etiam ad entia rationis, quia tamen certitudo demõstratæ rei præponderat (quoniam ad propriam certamque notitiam sacramenti huius spectat res demõstrata) ratio illa ad communia nominũ in Deo est, ne in ambiguo nos demõstratio relinquat, sed certos demonstratio reddat, quod hæc substãtia, est corpus Christi.

¶ *Super*

cutiones, quæ habẽt solum, uim significatiuam, & non factiuam: sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua rei, conceptioni intellectus nostri speculatiui, quæ est accepta a rebus. nam uoces sunt signa intellectuum, secundum philosopuum. * & ideo sicut conceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam: ita ueritas huius locutionis non præsupponit rem significatam, sed facit eam; sic enim se habet uerbum Dei ad res factas per uerbum.

Hæc autem conuersio non fit successiue, sed in instanti, sicut dictum est. † & ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem secundum ultimum instans prolationis uerborum, non tamen ita, quòd præsupponatur ex parte subiecti id, quod est terminus cõuersionis, scilicet quod corpus Christi sit corpus Christi, neque etiam illud quod fuit ante conuersionem, scilicet panis: sed id quod communiter se habet quantum ad utrumque, scilicet cõtentum in generali sub istis speciebus, non enim faciunt hęc uerba quod corpus Christi sit corpus Christi, neque quòd panis sit corpus Christi, sed quod contentum sub his speciebus, ꝙ prius erat panis, sit corpus Christi. & ideo signãter non dicit Dominus, hic panis est corpus meũ, quod esset secundum intellectũ secundæ opinionis: neque, hoc corpus meum est corpus meum, quod esset secundum intellectũ tertiæ, sed in generali hoc est corpus meum, nullo nomine appositoa parte subiecti: sed solo pronomine, quod significat substantiam in communi, sine qualitate idest forma determinata.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hæc dictio, hoc, demonstrat substantiam: sed absque determinatione proprię naturæ, sicut dictum est.*

Ad secvndvm Dicendum, quod hoc pronomen, hoc, non demonstrat ipsa accidentia: sed substantiam sub accidentibus contentam, quæ primo fuit panis, & postea est corpus Christi: quod licet nõ informetur his accidentibus, tamen sub eis continetur.

Ad tertivm dicendum, quòd significatio huius locutionis preintelligitur rei significatæ ordine naturę, sicut causa naturaliter est prior effectu.

Non tamen ordine temporis: quia hæc causa simul habet secum effectum, & hoc sufficit ad ueritatem locutionis.

Articvlvs vi.

Vtrum forma consecrationis panis, consequatur suum effectum, antequam perficiatur forma consecrationis uini.

Ad sextvm sic proceditur. Videtur, quòd forma consecrationis panis, non consequatur suum effectum, quousque perficiatur forma consecrationis uini. Sicut enim per consecrationem panis incipit esse corpus Christi sub hoc sacramento, ita per consecrationem uini incipit esse sanguis. Si ergo uerba consecrationis panis haberent suum effectum ante consecrationem uini, sequeretur quod in hoc sacramento inciperet esse corpus Christi * sine sanguine, quod est inconueniens. Alias, cum sit.

¶ 2 Præt. Vnum sacramentum, unum habet complementum; unde licet in baptismo sint tres immersiones, non tamen prima immersio consequitur suũ effectum, quousque tertia fuerit terminata; sed totũ hoc sacramentum est unum, ut supra dictum est. * ergo uerba quibus consecratur panis, non consequũtur suum effectum sine uerbis sacramentalibus, quibus consecratur uinum. q. 73. art. 2.

¶ 3 Præt. Ipsa forma consecrationis panis, sunt plura uerba, quorum prima non consequuntur effectum, nisi prolato ultimo, sicut dictum est. * ergo pari rõne nec uerba, quibus consecratur corpus Christi, habent effectum, nisi prolatis uerbis, quibus sanguis Christi consecratur. Art. 4. huius q. ad 3.

Sed contra est, quod statim dictis uerbis consecrationis panis, hostia consecrata proponitur populo adoranda: quod non fieret, si non esset ibi corpus Christi: quia sic ad idolatriam pertineret. ergo uerba consecrationis panis, suum effectum cõsequuntur, antequam proferantur uerba consecrationis uini.

Respondeo. Dicendum, quòd quidam antiqui doctores dixerunt, quod hæ duæ formæ, scilicet consecrationis panis & uini, seinuicem expectant in agendo: ita scilicet quod prima non perficit suum effectum antequam proferatur secunda: sed hoc stare non potest: quia (sicut dictum est *) ad ueritatem huius locutionis, hoc est corpus meum, requiritur propter uerbum præsentis temporis, quòd res significata simul tempore sit cum ipsa significatione locutionis: alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponeretur uerbum futuri temporis, non aũt uerbum præsentis, ita ꝙ non diceretur, hoc est corpus meum: sed, hoc erit corpus meũ. Ar. 2. & sim. ius q.

Significatio autem huius locutionis completur statim completa locutione horum uerborum: & iõ oportet rem significatam statim adesse, quæ quidẽ est effectus huius sacramenti: alioquin locutio non esset uera. Est etiam hæc positio contra ritum ecclesiæ, quæ statim post prolationem uerborum, corpus Christi adorat. unde dicendum est, quod prima forma non expectat secundam in agendo, sed statim habet suum effectum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex hac ratione uidentur fuisse decepti illi, qui prædictam positionem posuerunt. Vnde intelligendum est, quòd facta consecratione panis, est quidem corpus Christi ibi ex ui sacramenti, & sanguis ex reali concomitantia; sed postmodum per consecrationem uini, fit ibi econuerso sanguis Christi ex ui sacramenti: corpus autem ex tali concomitantia: ita quod totus Christus est sub utraque specie, sicut supra dictum est.*

Ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD SECVNDVM dicendum, quòd sacramentum est unum perfectione (sicut supra dictum est*) inquantum constituitur ex duobus, scilicet cibo & potu, quorum utrumque per se habet suam perfectionem: sed tres immersiones baptismi ordinantur ad unum simplicem effectum. & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendum, q̃ diuersa uerba quę sunt in forma consecrationis panis, constituunt ueritatem unius locutionis; non autem uerba diuersarum formarum. & ideo non est simile.

¶ Super quæst. septuagesimam nonam.

QVAESTIO LXXIX.

De effectibus sacramenti Eucharistiæ, in octo articulos diuisa.

CIrca effectus Eucharistiæ in nobis aduertendū est, quòd in litera ponūtur numero sex, scilicet adeptio glorię, collatio gratiæ, remissio peccati mortalis, remissio peccati uenialis, remissio pœnæ pro peccatis debitæ, & præseruatio a peccando. De quibus duo declaranda sunt. s. tempus, & modus: cum quib⁹ etiam simul declarabitur subiectum.

¶ De tempore quidē aliquid clarum est, & aliquid ambiguū. Nam de primo effectu, scilicet uita æterna, cōstat tempus executionis non oportere esse tempus sumptionis Eucharistiæ: sumpta siquidem lōge ante Eucharistia, contingit effectum ęternę uitę subsequi, iuxta uerbum Domini, Qui manducat hunc panem uiuet in æternum.

¶ De aliis uero effectibus in dubiū uertitur, an unum, & idem sit tempus quo sumitur hoc sacramentum, & quò in executionem ponuntur illi effectus, & propterea singillatim declarandi sunt.

¶ Secundus igitur effectus, qui est gratia gratum faciens, tres ramos habet, prout tripliciter contingit consequi gratiam scilicet uel de nouo acquirere ipsam uitam gratiæ, uel præsupposita gratia, acquirere de nouo augmentum gratiæ, uel acquirere de nouo actualem delectationem ac refectionem spiritualem, secundum uitam gratiæ: hæc enim tria comprehenduntur sub uno effectu Eucharistiæ, cum dicitur quòd confert gratiam. Potest siquidē intelligi, quod confert gratiam habitualem, uel primam, uel augmentando primam, aut gratiam actualem spiritualis refectionis ac delectationis in actu charitatis. 9.74.ar.2.& 79.ar.2.ad 2.

¶ Et quia primam gratiam sumptio huius sacramenti non per se confert, sed per accidens. hoc est propter contingentem sumentis dispositionem, quoniam per se prærequirit sumentem uiuum, prima autem gratia mortuo datur, ideo tempus primę gratię per accidens considerat. & uidetur conincidere cum tempore sumptionis, nam si existens in peccato mortali sibi incognito, quādo sumit hoc sacramentum, non resuscitatur ad uitam, non apparet quare deinceps ex uirtute huius sacramenti resuscitabitur. 1.3.q.110.ar.4.

Intelligo autem in tota hac materia per tempus sumptionis Eucharistię, non illā solam morulam, qua deglutitur: sed cum consequente tempore spatio quo Christi corpus sacramentaliter in sumēte p̃seuerat. Est. n. tunc p̃sens corporaliter in nobis, ac per hoc p̃sens & illuminans spiritualiter animam ut sic ēt illud implea tur, Quamdiu sum in mundo, lux sum mūdi, Attestatur autem huic sententię necessaria mentis occupatio cōmunicantiū, & præcipue sacerdotū circa reuerētiā exteriorem hui⁹ sacramēti, ne. l. aut sanguis effundatur, aut partes hostiæ dētibus, aut palato hęreāt, & huiusmodi: quo fit, ut magis effectus sacramenti, puta cōtritio, cum prima datur gra in tp̃e cōsequēte sumptionē, q̃ in ipsa sumptione appareat, & simile vē de aliis effectibus actualib. Puto tamē posse cōtingere, ut sumēs sit ita dispositus, q̃ nec cō sequat uitam gratiæ nec de nouo mortaliter peccet sumēdo, sed ita excusetur a peccato in sumendo ut appingor fiat uitæ gr̃ę, ex qua appro- 1.1.4. in Io.c. 12.& 14. q.76.ar.2.ad 1. & 2. & q. 74.ar.1. D. 584. Ho.84.in Io. circa me.to. 3.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per hoc sacramentum conferatur gratia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd p̃ hoc sacramentum non conferatur gratia. Hoc enim sacramentum est nutrimentum spirituale: nutrimentum autem non datur nisi uiuenti. Cum ergo uita spiritualis sit per gratiam, nō competit hoc sacramentum, nisi habenti gratiam. non ergo per hoc sacramentum confertur gratia, ut primo habeatur, similiter etiam nec ad hoc quòd augeatur: quia augmētum spirituale pertinet ad sacramentum confirmationis, ut dictum est.* non ergo per hoc sacramentum gratia confertur.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum confert, ut quædā spiritualis refectio: sed refectio spiritualis magis uī p̃tinere ad usum gratiæ, quā ad gratię collationem. ergo uidetur, quòd per hoc sacramentum gratia non conferatur.

¶ 3 Præt. Sicut supra dictum est.* in hoc sacramento corpus Christi offertur pro salute corporis, sanguis autem pro salute animæ: sed corpus nō est subiectum gratiæ, sed anima, ut in secunda parte † habitum est. ergo ad minus quantum ad corpus per hoc sacramētum gratia nō confertur.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioannis sexto, panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita: sed uita spiritualis est per gratiam. ergo per hoc sacramentum gratia nō confertur.

RESPON. Dicendum, quòd effectus huius sacramenti debet considerari, primo quid ē & principaliter ex eo, quod in hoc sacramento cōtinetur, quod est Christus, qui sicut in mundum uisibiliter ueniens, contulit mundo uitam gratiæ (s̃m illud Ioan. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est) ita in hominem sacramentaliter ueniens, uitam gratiæ operatur, s̃m illud Io. 6. Qui manducat me, uiuet propter me.

Vnde & Cyrill.* dicit, Viuificatiuum Dei uerbum, uniens sęipsum propriæ carni fecit ipsam uiuificatiuam. decebat ergo eum nostris quodammodo uniri corporibus per sacram eius carnem & pretiosum sanguinem, quæ accipimus in benedictionem uiuificatiuam in pane & in uino.

Secundo, considerat ex eo, quod per hoc sacramētum repræsentatur, quod est passio Christi, sicut supra dictum est. †& ideo effectum quem passio Christi fecit in mundo, hoc sacramentum facit in homine, unde super illud Io. 19. Continuo exiuit sanguis & aqua dicit Chrisost.* Quia hinc suscipiunt principium sacra misteria cum accesseris ad tremendū calicem, ut ab ipsa bibituras Christi costa, ita accedas. unde & ipse dominus dicit Matth. 26. Hic est sanguis meus, qui p̃ uobis effundetur in remissionem peccatorū. Tertio considerat effectus huius sacramenti ex modo, quo traditur hoc sacramentum, quod traditur per modum cibi & potus, & ideo omnem effectum, quem cibus & potus materialis facit, quantum ad uitam corporalem (quod scilicet sustentat, auget, reparat, & delectat) hoc totum facit hoc sacramentum, quantum ad uitam spiri-

pinquatione ſecundum aliquos actus attritionis & deſiderii diuinæ gratiæ, paulatim perducatur diuina duce miſericordia ad occaſiones ueræ contritionis, ut tandem alia forte uice ſumendo gratiam ueræ contritionis percipiat. Moueor autem ad hoc, quia nullam apud me habeo rationem cogentem ad alterum horum: ſcilicet exiſtens in peccato mortali facta diligenti; quamuis non ſufficienti ſui, probatione. communicando, aut iuſti ficatur, aut peccat mortaliter. uidetur enim, ut dictum eſt, poſſe dari medium propter latitudinem quæ datur in illa deligente, non tamen ſufficiente probatione ſui, non enim cõſtitit in indiuiſibili. Diuinæ quoque liberalitatis largitas, ex cuius abundantia hic effectus per accidens huic ſacramento tribuitur, ad quantam ordinauerit indiſpoſitionem peccatoris ſe ſuppleturam: dicat qui nouit.

Lib. 1. c. 4. in me. to. 4. Ho. 45. in Io. 2 ms. illius to. 3.

¶ De tempore uero augmenti habitualis gratiæ magis ambiguũ eſt ſecundũ Auctoris doctrinam, ut patebit in proceſſu. Auctor enim in quarto ſenten. diſtinctione duodecima, quæſtio. 2. articulo primo, tenet augmentum gratiæ impediri ex impedimento actualis conuerſionis animæ ad Deum, ac per hoc ſentit, quod idem eſt tempus ſumptionis ſacramenti, & tempus augmenti gratiæ. quia illud idem conſtat eſſe tempus transformationis actualis animæ in Deum: in hac autem quæſtione articuli ultimi uerba literæ ſonant oppoſitum; dum dicit, quod mentis diſtractio per peccata uenialia in actu, tollit quidem actualem refectionẽ ſpiritualis dulcedinis, non autem augmentum gratiæ habitualis.

Et rurſus in reſponſione ad primum inquit, ille qui cum actu uenialis peccati ad hoc ſacramentum accedit, habitualiter quidẽ manducat ſpiritualiter, ſed non actualiter, & ideo habitualem effectum huius ſacramenti percipit, non autem actualem. Quæ auctoris uerba poſſunt tripliciter intelligi. primo ut ſonant ſecundum ſuperficiem, ut per hoc ſacramentum augeatur intenſiue habitualis gratia tunc cum ſumitur, etiam ſi nullus interior charitatis actus ob mentis diſtractionem interueniat, & hoc ex uirtute ipſius ſacramenti cauſantis huiuſmodi augmentum in anima, nullum huic habituali augmento impedimentum præſtante.

¶ Et hic ſenſus fauorabilis eſt, & demulcens aures multitudinis innumerabilium ſacerdotum, quaſi quotidie aut frequentiſſime celebrantium, qui tamen ſeipſis meliores non quotidie fiunt. Mihi autem hic ordiendo, ſenſus iſte uerus non apparet: ſi enim qualibet ſumptione Euchariſtiæ augeretur gratia infinitorum pene ſacerdotum, quos credimus uere in gratia celebrare, charitas iam eſſet maior intenſiue, quam credi rationabile ſit, cum tanta magnitudo charitatis in tanta multitudine, otioſa appareat, quoniã nec extra apparent, nec intus de ſeipſis teſtantur actus ſimiles feruentiſſimæ charitati, & tamen certum eſt, quod ſicut amor Dei non eſt otioſus, ſed operatur magna, ſi eſt, ita tam magna augmẽtatio amoris Dei non eſt otioſa, ſed operatur multa maiora, quã prius proportionaliter ſi eſt, & conſequenter ſi longe maiora operari renuit, longe maior charitas non eſt, & tamen lõge maior ponitur eſſe in ſingulis celebrationibus, quantuncumque parũ creuiſſet charitas ſacerdotis, qui tot annis diebus fere ſingulis in gratia celebrauit.

¶ Præter autem hanc ex experientia coniecturam, in promptu ratio cum auctoritate ſuffragatur: ſacramentum enim hoc, quia datur per modum cibi & potus, dicente Domino, Caro meo uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus, non auget, ſicut nec nutrit, niſi per modum nutrimenti, ſed ſine actu uitali nutriti tam cibus quam potus nec nutrit nec auget, ut patet in alimento corporali. ergo ſine operatione uitali ſpiritualis animæ, quæ nutritur cibus iſte nec nutrit, nec auget. Auctoritas quoque ex eodem fundamento, ex 4 ſent. iam allata eſt. Nec obſtat efficaciæ huius rationis, q̃ phreneticis in mortis articulo datur hoc ſacramentum, tũ, quia ſacramenti effectus ex his quæ per ſe concurrunt, conſiderandus ac iudicandus eſt, & non ex his, quæ in caſu accidunt; tũ quia phreneticis conſtat dari uiaticũ nõ ad primum & propriũ Euchariſtiæ effectũ, q̃ eſt actualis refectio ſpiritus: & cõſequẽter nec ad nutriẽdũ nec ad augẽdum in hac uita gratiam: quia phreneticis datur uiaticũ p̃p uitam æternã & p̃p impugnationes dæmonum iuxta illud Amb. Recedant, ꝓcul a potentia p̃ſentiæ tuæ.

¶ Aliter ergo intelliguntur uerba literæ de perceptione habituali ut ſit ſenſus, quod talis diſtractus non actualiter, ſed habitualiter percipit effectum habituatem, ſeu augmentum gratiæ ſpiritualis, ſicut habitualiter manducationem ſpiritualem habet; ita quòd manducans habitualiter tantum, ideſt, habens habitum quo poteſt ſpiritualem manducationem actualiter habere, hoceſt habendo charitatem, ſumens hoc ſacramentum abſque actuali interiori deuotione, habet etiam habitum percipiendi augmentum. Et ſicut non impeditur per peccata uenialia, cum huiuſmodi diſtractione, quin p hanc ſumptionem mereatur augmentum charitatis exquendum; tamen tempore quo ad hoc erit diſpoſitus, ita non impeditur, quin ex hac ſumptione percepturus ſit augmentum charitatis, quando tamẽ ad hoc erit diſpoſitus. Et ſecundum hunc ſenſum, tempus augmẽti charitatis eſt, quando ſumens eſt diſpoſitus ad augmentum, ſiue hoc ſit tempore ſumptionis, ſiue poſt. Minorem tamen diſpoſitionem requirere ad augmentum charitatis ex hoc ſacramento, quam ad augmentum ſine ſacramento, ut habeatur ratio uirtutis ſacramentalis, & præſertim huius ſacramenti, in quo eſt ipſe Chriſtus. Fouet autem hunc ſenſum, quod Auctor intendit ponere differentiam inter refectionem ſpiritualem conſiſtentem in operatione, & augmentum habitus quo ad impediri a peccato ueniali. Et ſic ſaluatur differentia, quod refectio ſpiritualis ita tollitur per diſtractionem, quòd numquam ex hac ſumptione habebitur augmentum uero habitus, habendum relinquitur poſſe, ſicut & uita æterna.

Tertius autem ſenſus conſiſtit in declaratione terminorum dicendo, quòd duobus exiſtentibus per ſe propriis huius ſacramenti effectibus, ſcilicet operatione & habitu, Auctor utriuſque latitudinis id, quod præcipuum eſt, nominauit. Et in latitudine quidem operationum nominauit ſpiritualem refectionem cum ſua delectatione: in latitudine uero habitualium donorum nominauit augmentum gratiæ ſeu charitatis, ut ſic loqueretur de hoc ſacramento ſecundum ſnam perfectionem, docendo ea quæ ipſius ſunt, quatenus aut alterum, aut utrumque eorum confert. Et ſic per actualem manducationem Auctor non intelligit quamcumque actualem deuotionem, ſed illam ſolam, quæ refectio eſt, quę ſpiritualis delectatio animæ eſt. Et ſecundum hunc ſenſum plana ſunt omnia: & conſonant dictis in 4. ſent. Habent ſ quidem ſe hi duo effectus inter ſe, non ut neceſſariam connexionem habentes, ſed alter ſine altero ex ſacramento hoc haberi poteſt. Refectio ſiquidem ſpiritualis delectationis abſque augmento habitualis gratiæ in Chriſto fuit, quando ſumpſit hoc ſacramentum, augmentum uero habitualis gratiæ ex hoc ſacramento in ualde multis credimus contingere, qui digne ad hoc ſacramentum & deuote accedunt, & tamen expertes ſunt ſpiritualis dulcedinis, ita ut ipſorum uox ad cæleſtem patrem ſit: Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Non igitur docet hæc litera, quòd ſumens abſque omni actuali deuotione conſequitur augmentum gratiæ, ſed quòd ſumens abſque actuali refectione delectationis ſpiritualis, & hoc ex culpa ſua ueniali, quoniam non eſt ex defectu ſacramenti: ſic inquam ſumens ſic mente diſtractus, ſi quo ad alios actus deuote accedit, habituale augmentum gratiæ ex hoc non impeditur, quod tamen poſſet aliunde impediri, puta, ex tam parua deuotione, ut non ſufficiat diſponere ad augmentum gratiæ.

Et hæc expoſitio amplectenda uidetur, quoniam quo ad rem omnia conſonant: quo ad expoſitionem uero nominum nulla fit extorſio, ſed applicatio communioris termini ad principale ſuppoſitum, & ſecundum hoc, tempus augmenti coincidit cum tempore ſumptionis. Poſſet & quarto modo forte exponi locus iſte de augmento habituali extenſiuo, ita quod ſacramentum hoc ſit extenſiuum gratiæ ad actus confortatiuos ſpiritus, & hoc ipſum ſit gratia ſacramentalis, quam in anima per modum habitus ſacramentum hoc efficiat etiam in mente diſtractis ex peccato ueniali. De tempore autem actualis gratiæ, quæ homini confertur in hoc ſacramento, nulla ambiguitas eſt, quin ſit tempus ſumptionis ſacramenti: tunc enim præſens Chriſtus excitat mentem diſpoſitam ad ſui feruentem amorem, atque ad ſentiendam dulcedinem ſuæ præſentiæ. Sed perfectorum eſt ſolidus hic cibus, eorum qui pro conſuetudine &cæt. Tempus autem remiſſionis peccati mortalis coincidit cum tempore ſumptionis, ut patere poteſt ex ſupradictis; quoniam coincidit cum tempore infuſionis primæ gratiæ. Tempus quoque remiſſionis uenialium, idem eſt quod tempus ſumptionis: quoniam coincidit cum tẽpore actualis feruoris

Tract. 1. de loan. nõ in tum remota. 6. to. 9.

uoris charitatis: Et similiter tempus remissionis pœnæ, si tamen ex actuali deuotione aliqua remittitur: pœna enim, quia remittitur ex hoc sacramento, non ut sacramentum, sed ut sacrificium est: tempore ipsius sacrificii remittitur, quoniam tunc Deo satisfit. Præteriatio demum a peccando, effectus est sacramenti a tempore sumptionis inchoans, & iuxta fu-

Tract. 26. in Ioannis. & 80. in Matth.

meantium cooperationem plus uel minus durat, sicut etiã præseruatio, quæ fit per nutrimenti corporale unum, & idé, in diuersæ dispositionis hominibus diuersimode inuenitur, uno magis sumente inde uires quam alio, &c. Hæc de tempore.

Superest ut de modo eorundem effectuum dicatur. modus quo effectus isti in anima ab hoc sacramento fiunt, est quod omnes reliqui mediante primo

q. 73. art. 3. fiunt.

Primus autem effectus est actualis exercitatio charitatis: & mediante hoc reliqui effectus proueniunt: quod triplici ter apparet: primo ex communibus: quia huius dispositio rationalis creaturæ habet ut rationabiliter iustificetur & perficiatur: rationabiliter autem perfici est non per modum dormientis, sed per modum uigilantis (hoc est ratione actualiter utentis) mutari & perfici, ut patet ex doctrina in secundo libro habita de iustificatione impij, & iustificatione Magdalenæ, Latronis, & Pauli; semper enim dona sua Saluator interuenientibus operationibus consequentium illa largitus est.

Et de Magdalena quidem operatio fidei & charitatis apparet, dicente Domino, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum & iterum, Fides tua te saluam fecit. Latronis fidei spei; actum uidemus. Memento mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. Paulum, fidei, obedientiæ, deuotionisque uerba proferentem audiuimus, Domine quid me uis facere? Ex quibus omnibus patet, quod non solum dum regulariter, sed etiam dum miraculo se conuertuntur homines ad Deum, actualis operatio interioris hominis interuenit.

Secundo, apparet idem ex propriis huius sacramenti: quia sacramentum hoc uiuificat animam ut cibus: cibus autem ut sic, non uiuificat nisi uiuentem, operatione aliqua uitali, cibo utentem. Si enim circa cibum corporalem nullam haberet animal operationem uitalem intus, inutilis esset cibus tali animali: immo non esset cibus nisi remote seu in potentia, quoniam cibus, materia, & obiectum operationum potentiæ uegetatiuæ est.

Tertio, apparet hoc idem, discurrendo singillatim per ipsos effectus. Eucharistia siquidem sacramentaliter sumpta ab homine, Christum corporali præsentia intus in homine ponens, ex parte quidem sui pro primo contactu animæ habet excitationem charitatis, ac actualem unionem seu transformationem animæ amantis in Christum amatum: ex parte uero animæ primus contactus ipsa manducatio actualis quæ est actus charitatis, & magnam latitudinem habet iuxta latitudinem actuum charitatis & graduũ illorum, & extẽdit se usque ad actum liberi arb. qui tandem charitate perficitur, ita ut uera contritio fit. Mediante ergo actuali manducatione spirituali, effectus reliqui fiunt ab hoc sacramento. Vnde uita quidem æterna uerba Domini testantur, dicentis, Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.

De prima uero gratia & remissione peccati mortalis, quæ tamen per accidens fit ab hoc sacramento, ex eo patet, quod nisi in choatiue saltem manducaret carens gratia, illam non consequeretur; cibus enim non nisi manducatus uiuificat, unde & Auctor in litera tertii articuli de hoc loquens inquit, Deuote & reuerenter accedens consequeretur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet: ubi tres operationes interuenire ponit, deuotionem, reuerentiam, & contritionem, quæ. s.

A noua charitate informatur. & sic contritio. De augumento uero habitualis gratiæ, & ex nunc dictis tam communibus, quam propriis, & ex superius discussis, satis patere arbitror; non est enim intelligibile cibum augere absque actuali deuotione, quam absque actuali manducatione etiam fingere non licet. Refectio autem spiritualis, manducatio quædam est: remissio uero peccati uenialis & pœnæ, si fit cum cõsequatur feruorem charitatis, manifeste manducationem sequitur: nam feruor ipse manducatio est. Præseruatio demum ab offensis Dei, quia directe ad confirmationem cordis, ideſt uoluntatis spectat;

Lib. 4. orth. fid. cap. 14. a med.

ex parte animæ, panis autem non nisi manducatus confirmat cor hominis, iõ mediante manducatione spirituali fit. dixi autem directe & ex parte animæ, quoniam non est remotum, quin ex parte Christi præsentis sub sacramento, præseruatio nonnulla fiat, per modum custodiæ: propter quam diximus dari phreneticis in articulo mortis Eucharistiam.

Homil. 30. in Euang. non lõge a prin.

B sacramentum confirmationis, in quo augetur & perficitur gratia ad persistendum contra exteriores impugnationes inimicorum Christi. Per hoc autem sacramentum augetur gratia, & perficitur spiritualis uita, ad hoc quòd homo in seipso perfectus existat per coniunctionem ad Deum.

C Ad secundum dicendum, q̃ hoc sacramentum confert gratiã spiritualiter, cum uirtute charitatis unde Damascẽ. comparat hoc sacramentum carboni, quem Isaias uidit. Isa. 6. Carbo enim lignũ simplex non est, sed unitum igni: ita, & panis communionis non simplex panis est, sed unitus diuinitati. Sicut Gregorius* dicit in Homil. Pentecostes, Amor Dei non est otiosus: magna enim operatur, si est. & idcoper hoc sacramentum quantum est ex sui uirtute, non solum habitus gratiæ & uirtutis confertur, sed etiã excitatur in actum, secundum il-

Nec ex his dictis accipias, nos sentire numquam conferri gratiam nisi actualiter ratione utentibus: non enim hoc diximus, sed secundum communia suauis dispositionis creaturæ rationalis sic fieri diximus. Cum quo tamen stat, quod secundum suauem dispositionem alicuius sacramenti aliter conferatur gratia

D iustificans, ut patet in baptismo, qui quoniam spiritualis est regeneratio, ex propriis habetur ut absque cooperatione eius, qui baptizatur, gratiam conferat in remissionem peccatorum; generatio enim est mutatio de non esse ad esse, nec præsupponitur, sed fit uiuus, qui generatur; cibus autem uitam presupponit, & non nisi manducanti prodest. Dicta sunt autem hæc ad fugandam illorum fiduciam, qui putant se consequi semper nouum gratiæ habitualis augmentum, cum quamtulacumque deuotione celebrent, etiam distracte, ut uel sic ab huiusmodi negligentiæ somno excitentur, pullati saltem, ex eo quod manducatio sacramentalis, quæ actualiter fit, significat manducationem spiritualem quæ interius exerceri debet.

Et ubi non nisi in sui principio, hoc est in habitu saluatur, licet ad uitandum fictionis peccatum mortale sufficiat, ad nutriendum tamen animam nihil prodest; immo hinc, & anima malum uenialis peccati, & corpus damnum infirmitatis, imbecilitatis, aut etiam mortis, quandoque incurrit, dicente Apostolo, & Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Hanc ego pœnam corporalem puto sæpe a Deo infligi, ob paruam præparationem, quæ fit ad hoc sacramentum.

E In responsione ad primum primi articu. eiusdem quæst. aduerte, quòd sacramentum hoc potest considerari dupliciter. Primo, secundum se, hoc est, secundum rem in ipso contentam, & significatam, & sic uerificatur de ipso quod ex se uirtutem habet collatiuam gratiæ, ad differentiam reliquorum sacramentorum, quæ ex alio, hoc est ex hoc sacramento, acquirunt uirtutem gratiæ collatiuam. Nam res significata & contenta in hoc sacramento est ipse Christus, cuius instrumenta sunt reliqua sacramenta cum uirtutibus suis, propter quod se habet ad reliqua sacramenta ut fons gratiæ, ad riuos gratiarum. Et hinc uerificatur & quod quilibet quodcumque sacramentum suscipiens actu, suscipit hoc sacramentum uoto, & quod uotum cuiusque sacramenti est uotum istius sacramenti; nam appetens, seu sitiens ad fontis riuulum, seu bibens ex riuulo, ad fontem ipsum magis sitit tanquam ad principium, & propterea in litera dicitur, quòd sine huius sacramenti uoto prima non habetur gratia. Et simile est hoc ei quod Dominus dicit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis

eius sanguinem, non habebitis in uitam in uobis, loquitur enim Dominus de manducatione spirituali in uoto seu in habitu, in quo continetur manducatio spiritualis actualis in uoto. Si uero consideretur usus sacramenti huius, quo nobis sacramentaliter iungitur, sic prima gratia non est effectus huius sacramenti, nisi per accidens ex parte subiecti, ut prædictum est, quia datur per modum nutrimenti, qd. quia non est nisi uentis, non facit primam gratiam: qua primo habetur uita q.76.ar.1.& 2. spiritus, sed presupponit illam. Vnde in ar.3. ad tertium Auctor loquens de prima gratia dicit, Sic autem non datur in hoc sacramento.

lud secundæ Corinth.5. Charitas Christi urget nos. Et inde est, ꝙ ex uirtute huius sacramenti aia spiritualiter reficitur per hoc, quòd anima spiritualiter delectatur, & quodammodo inebriatur dulcedine bonitatis diuinę, secundum illud Can.5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

AD TERTIVM dicēdum, quòd quia sacramenta operantur salutem, quam significant: ideo secundum quādam assimilationem dicitur, quod in hoc sacramento corpus offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ, quamuis utrūque ad salutē utriusque operetur, cum sub utroq; totus sit Christus, ut supra dictum est.† & licet corpus non sit immediatum subiectum gratiæ, ex anima tamen redundat effectus gratiæ ad corpus, dū in præsenti mēbra nostra exhibemus arma iustitiæ Deo (ut habetur Rom.6.) & in futuro corpus nostrum sortietur incorruptionem & gloriam animę.

ARTICVLVS II.

Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ.

Inf.q.80. ar. 2.ad 1.& Io. 6. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ effectus huius sacramenti non sit adeptio glorię. Effectus enim ꝓportionatur suæ causæ; sed hoc sacramentum competit uiatoribus, unde & uiaticum dicitur. Cum igitur uiatores nondum sint capaces gloriæ, uidetur quòd hoc sacramētum non causet adeptionem gloriæ.

¶ 2 Præt. Posita causa sufficienti, ponitur effectus: sed multi accipiunt hoc sacramentum, qui numquam Lib.21.c.25. in fi. to.5. peruenient ad gloriam, ut patet per Aug.* 21. de ciui. Dei. non ergo hoc sacramentum est causa adeptionis gloriæ.

¶ 3 Prærerea. Maius non efficitur a minori, quia nihil agit ultra suam speciem: sed minus est accipere Christum sub specie aliena, quod fit in hoc sacramē to, quàm frui eo in specie propria, quod pertinet ad gloriam. ergo hoc sacramētum non causat adeptionem glorię.

SED CONTRA est, quod dicitur Ioan.6. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in ęternum: sed uita æterna est uita gloriæ. ergo effectus huius sacramēti est adeptio glorię.

RESPON. Dicendum, quòd in hoc sacramento pōt considerari & id, ex quo hēt effectum, s. ipse Christus contentus, & passio eius repræsentata, & id, per quod habet effectum, scilicet usus sacramenti, & species eius. Et quantum ad utrumque competit huic sacramento, quòd causet adeptionē uitæ ęternæ. Nā ipse Christus per suam passionē aperuit nobis aditum uitæ æternæ, secundum illud Heb.No ui testamenti mediator est, ut morte intercedēte, qui uocati sunt, accipiant repromissionem æternæ hæreditatis. unde & in forma huius sacramenti dicitur: Hic est calix sanguinis mei noui & æterni testamēti. Similiter ēt refectio cibi spiritualis, & unitas significata per species panis & uini, habentur quidē in prę- F senti, sed imperfecte: perfecte autem in statu gloriæ. unde Augustinus † dicit super illud Io.6. Caro mea uere est cibus: Cum cibo & potu id appetant homines, ut non esuriant neque sitiant, hoc ueraciter non prestat nisi iste cibus & potus, qui eos a quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit in societate sanctorum, ubi pax erit, & unitas plena atque perfecta. Tract.26. in Ioan. multis a fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut passio Christi, in cuius uirtute hoc sacramentum operatur, est quidem causa sufficiens gloriæ, non tamen ita quod statim per ipsam introducamur in gloriam, sed oportet, ut prius simul compatiamur, ut postea simul glorificemur (sicut dicitur Roma.8.) ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis uirtutem perueniendi ad gloriam, G & ideo uiaticum dicitur. In cuius figuram legitur 3.Reg.19. quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Oreb.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut passio Christi non habet suum effectum, in his qui se ad eam non habent, ut debent, ita & per hoc sacramentum non adipiscuntur gloriam qui indecenter ipsum suscipiunt. unde Augustinus* dicit super Ioan. Tra.26.in Ioannem tom.9. exponens illa uerba, Aliud est sacramentum, & aliud uirtus sacramenti: Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cęlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apporta H te. unde non est mirum, si illi qui innocentiam non seruant, effectum huius sacramenti non consequuntur.

AD TERTIVM dicendum, quòd hoc quod Christus sub hoc quod Christus sub aliena specie sumitur, pertineat ad rationem sacramenti, quod instrumentaliter agit: nihil autem prohibet, causam instrumentalem producere potiorem effectum, ut ex supradictis * patet. Q.77.ar.3.ad 3.arg.

ARTICVLVS III.

¶ *Super quæstionis septuagesimi noni articulum tertium.*

Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

I

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc sacramentum ablutio scelerum: sed scelera dicuntur peccata mortalia. ergo per hoc sacramentum peccata mortalia abluuntur.

¶ 2 Preterea. Hoc sacramentum agit in uirtute passionis Christi, sicut baptismus: sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia, ut supra * dictum est. ergo & per hoc sacramentum, præsertim cum in forma huius sacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ 3 Præte. Per hoc sacramentum grā confertur, ut dictum est†: sed per gratiam iustificatur homo a peccatis mortalibus, secundum illud Roman. 3. Iustificati gra-

IN ar.3. in responsione ad primum, nota nouitie trium expositionum ibi allatarum secundam differre a prima in hoc, quod perfectio contritionis refertur ad scelera cognita, in prima autem ad occulta: quo ad utraque enim petitur ablutio per contritionem perfectam. 4.di.9.ar.3.q. 2.co.fi. & di. 22.q.2.ar.3 q.2.

¶ In responsione ad secundum eiusdem articuli dubium occurrit de ueritate differentiæ positæ inter suscipientem baptismum, & suscipientem Eucharistiam, quo ad hoc, quod est esse uel non esse in peccato mortali. q.69.ar.1.

Et est ratio dubii, quia utrobique suscipiens cum cōscientia, & affectu peccati mortalis indigne susci- ar.1.huius q. pit,

fuscipit, nec gratiam tunc consequitur: immo de nouo peccat peccato sacrilegii, membrum Christi ipso se sacramento faciens.

¶ Ad hoc dicitur q̄ differentia saluatur, & ex parte sacramenti, & ex parte suscipientis. Ex sacramento quidem, quia sacramentum Eucharistiæ ex proprio usu habet rationem nutrimenti, ac per hoc conuenientis uiuis & non mortuis, baptism' autem ex propria ratione habet rationem regenerationis, & ablutionis; generato autem non præsupponit, sed faciens & uiuum, & similiter ablutio non præsupponit mundum, sed mundat. Et propterea ex ꝓpriis considerata hæc sacramenta, susciptentes dispares habent, Eucharistia quidem uiuum: baptismus non uiuum, & immundum, & hæc differentia in litera ponitur. Ex parte autem suscipientis differentia est, quod suscipienti baptismum sufficit non ponere obicem ad hoc, ut diuinam consequatur gratiam ut ex supra habitis patet, quia baptismus omnia condonat; suscipienti autem Eucharistiam non sufficit nō ponere obicē, sed oportet probare seipsum, & sic de pane illo edere. Nec Autor in litera dicit conuenienter accedere ad baptismum habentem conscientiam, & affectum peccati mortalis: magna est enim inter utrūq; differencia: nam habens affectum peccati mortalis ponit obicem, & fictus accederet ad baptismum: habens autem eiusdem conscientiam, & non affectum, obicē non ponit baptismo, licet mortuus & immundus uiuificandus & abluendus per baptismum accedat, quod per Eucharistiæ sumptionem non est expectandum.

Cajetanus ar. 1. to. 3. inter opera Aug.

tis per gratiā ipsius. ergo per hoc sacramentum remittuntur peccata mortalia.

SED CONTRA est, quod dicitur primæ Corin. 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Dicitur autem gloss. ibidem, quod ille manducat & bibit indigne, qui in crimine est, uel irreuerenter tractat, & talis manducat & bibit sibi iudicium, idest damnationem. ergo ille qui est in peccato mortali, per hoc quod accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatum, quam remissionem sui peccati consequatur.

RESPON. Dicendum, quòd uirtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & sic hoc sacramentum habet uirtutem ad remittendum quecumque peccata ex passione Christi, quæ est fons & causa remissionis peccatorum. Alio modo, pot est considerari per cōparationem ad eum, qui recipit hoc sacramentum, prout in eo inuenitur, uel non inuenitur impedimentum percipiendi huius sacramenti effectum. Quicumque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectum huius sacramenti, eo quòd non est conueniens susceptor huius sacramenti. tum, quia non uiuit spiritualiter, & ita non debet spirituale nutrimentum susipere, quod non est nisi uiuentis: tum, quia non potest uniri Christo (quod fit per hoc sacramētum) dum est in affectu peccandi mortaliter. & ideo, ut dr in libro * de Ecclesiasticis dogmatibus, si mēs in actu peccandi est, grauatur magis Eucharistiæ perceptione, quam purificetur. Vnde hoc sacramentum in eo, qui ipsum percipit in conscientia peccati mortalis, nō operatur remissionem peccati. Potest tamen hoc sacramentum operari remissionem peccati dupliciter. Vno modo nō perceptū actu, sed uoto, sicut cum qs prius iustificatur a peccato. Alio modo etiam perceptum ab eo, qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet: forte enim primo non fuit sufficienter contritus: sed deuote & reuerenter accedens, consequetur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quę contritionem perficiet, & remissionem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd petimus ut hoc sacramentum sit ablutio scelerum, uel eorum, quorum conscientiam non habemus (secundum illud psalm. 18. Ab occultis meis munda me Domine) uel ut contritio in nobis perficiatur ad scelerum remissionem: uel etiam ut nobis robur detur ad scelera uitanda.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd baptismus est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse spirituali in esse spirituale, & datur per modum ablutionis. & ideo quantum ad utrumque, non inconuenienter accedit ad baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis, sed per hoc sacramentum homo sumit in se Christum per modum spiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis. & ideo non est similis ratio.

AD TERTIVM Dicēdum, quòd gratia est sufficiēs causa remissionis peccati mortalis, non tamen actu remittit peccatum mortale. nisi cum primo dat peccatori, sic autem non datur in hoc sacramento. unde ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per hoc sacramentum remittantur peccata uenialia.

Inf. q. 87. ar. 3. co. & 4. di. 23. q. 2. ar. 2. q. 1. co. & ar 2. q. 1. p totū. Tra. 26. i Ioā me. to. 9. & refertur de cons. di. 1. c. Hoc sacramētum. 1. 2. q. 88. ar. 1. & 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd per hoc sacramentum non remittantur peccata uenialia. Hoc enim sacramentum, ut Aug.* dicit super Ioan. est sacramentum charitatis: sed uenialia peccata non contrariantur charitati, ut in Secunda parte † habitum est. Cum ergo contrarium tollatur p sūū contrarium, uidetur quod peccata uenialia per hoc sacramentum non remittantur.

¶ 2 Præt. Si peccata uenialia per hoc sacramentum remittantur, qua ratione remittitur unum, remittū tur & omnia; sed nō uidet quòd omnia remittant, quia sic frequenter aliquis esset absque omni peccato ueniali, contra id, quod dicitur 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. non ergo per hoc sacramentum remittitur aliquod peccatum ueniale.

¶ 3 Præt. Contraria mutuo se expellunt: sed peccata venialia non prohibent a perceptionē huius sacramenti: dicit enim Aug.* super illud Ioan. 6. Patres uestri manducauerūt manna in deserto, & mortui sūt. Innocētiam, inquit, ad altare apportate, peccata, etsi sunt quotidiana, nō sunt mortifera. ergo neque peccata uenialia per hoc sacramentum tolluntur.

Tra. 26. i Ioā parum ante med. to. 9.

SED CONTRA est, qd Innocentius III.* dicit, q̄ hoc sacramentum uenialia delet, & cauet mortalia.

In li. 4. de sacro misterio altaris, c. 44. ante med.

RESPON. Dicendum, q̄ in hoc sacramento duo possunt considerari: scilicet ipsum sacramentum & res sacramenti. & ex utroque apparet, quòd hoc sacramentum habet uirtutem ad remissionem uenialium peccatorum. Nā hoc sacramentum sumit sub specie cibi nutrientis: nutrimentum aūt cibi est necessarium corpori ad restaurandum id, quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiscentiæ per peccata uenialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, ut in Secunda parte * habitum est. & ideo competit huic sacramento ut remittat peccata uenialia. unde & Ambr.† dicit in libro de sacramentis, quòd iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Res autem huius sacramenti, est charitas non solum quātum ad habitum, sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc sacramento, per* quod peccata uenialia soluuntur. unde manifestum est, quod uirtute huius sacramēti remittuntur peccata uenialia.

2. 2. q. 24. ar. 10. Lib. 5. ca. 4. & me. to. 4. Al. quem

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ peccata uenialia, etsi non contrariātur charitati, quātum ad habi-

tum: contrariãtur tamen ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum: ratione cuius peccata uenialia tolluntur.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd illud uerbum non est intelligendum, quin aliqua hora possit homo esse absq; omni reatu peccati uenialis: sed quia uitam istam sancti nõ ducunt sine peccatis uenialibus.

AD TERTIVM Dicendum, quòd maior est uirtus charitatis, cuius est hoc sacramentum, quam uenialium peccatorum. Nam charitas tollit per suum actum peccata uenialia, quæ tamen non possunt totaliter impedire actũ charitatis. & eadem ratio est de hoc sacramento.

¶ Super quæstionis septuagesimanonæ articulum quintum.

IN art. 5. duo ualde notabilia sunt. Primum est, q̃ oblatio Eucharistiæ ex sui q̃titate sufficit ad satisfaciendum pro omni pœna: secundum est, quod hæc oblatio, sit satisfactoria offerentib., uel pro q̃bus offertur ẽm q̃titatẽ suæ deuotionis. ¶ Ex primo dicto habes, quod una missa ex parte sui est satisfactoria pro pœnis omnium peccatorũ, tam uiuentium quã mortuorum, quoniã ut sic, est ualoris infiniti, quonia Christus offertur. Ex secundo autem dicto habes, quod una missa non perdit uim satisfactionis suæ pro primo offerẽte ex hoc q̃ pro secundo, tertio, quarto, quinto, &c. offertur: sicut q̃titas deuotionis uni⁹ nihil tollit de quantitate deuotionis alterius. Vnde arguendi instruendique simul sunt homines ignoranter petentes, uel exigentes ꝓ sua eleemosyna totam sibi missam dari aut suo defuncto: nihil enim minus ipse habebit, si mille alii petant eandem missam pro seipsis & aliis defunctis, quam si pro ipso solo celebrari dicatur: immo ex huiusmodi indeuotione sic petentis damnum uidetur incurrere, quod minus sibi proderit. Diffusius aũt forte hic scribere mus de hac re, nisi in primo quolibeto nostro iã edito diffuse hæc ueritas declarata fuisse ex auctoritate hui⁹ literæ, cum multis aliis &c. Et hęc de q. 79. sufficiant.

4.di.4.q.2.a.1.q.2.ad 3. & di.14.q.2.ar.2.q.3.

Ar.1.& 2.

q.69.ar.8.

Alc.1.in ep. ad oẽs orth. post med. Ilius.

ARTICVLVS V.

Vtrum per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur. Homo enim per hoc sacramentum suscipit in se effectũ passionis Christi (ut dictum est*) sicut & per baptismum: sed per baptismum percipit homo remissionem omnis pœnę, uirtute passionis Christi, quę sufficienter satisfecit pro omnibus peccatis, ut ex supradictis † patet. ergo uideẽ ꝙ per hoc sacramẽtum homini remittatur totius reatus pœnæ. ¶ 2 Præt. Alexander Papa dicit, Nihil in sacrificiis maius esse potest, quàm corpus & sãguis Christi: sed per sacrificia ueteris legis, homo satisfaciebat pro peccatis suis: dicit enim Leui. 4. & 5. Si peccauerit hõ, offeret hoc uel illud pro peccato suo, & remittetur ei. ergo multo magis hoc sacramentũ ualet ad remissionẽ oĩs pœnæ. ¶ 3 Præt. Constat ꝙ per hoc sacramentum aliquid de reatu pœnæ dimittitur, unde & in satisfactionem, aliquibus iniungitur, ꝙ pro se missas faciant celebrari: sed qua ratione una pars pœnæ dimittitur, eadem rõne, & alia; cum uirtus Christi quę in hoc sacramento continetur, sit infinita: ergo uidetur, quòd per hoc sacramentũ tota pœna tollatur.

SED CONTRA est, quod secundum hoc non esset homini alia pœna iniungenda. sicut nec baptizato iniungitur.

RESPON. Dicẽdum, quod hoc sacramentum simul est sacrificiũ & sacramentum: sed rationem sacrificij habet, inquantum offert: rationem aũt sacramenti inquantum sumit. Et iõ effectũ sacramẽti hẽt in eo, qui sumit: effectum aũt sacrificij in eo, qui offert, uel in his, pro q̃bus offertur.

Si igit consideret ut sacramẽtũ, habet effectum dupliciter. Vno modo, directe ex ui sacramenti, alio modo, quasi ex quadam concomitantia: sicut & circa continentiam sacramenti dictum est. * Ex ui quidem sacramenti directe habet illum effectum, ad quem est institutum. Non est autem institutum ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad Christum, & ad membra eius: sicut & nutrimẽtum unitur nutrito: sed quia hæc unitas fit per charitatem ex cuius feruore aliquis consequitur remissionem non solum culpæ, sed etiam pœnę, inde est quod ex consequenti per quandam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionem pœnę, nõ quidem totius, sed secundum modum suæ deuotionis, & feruoris. Inquantum uerò est sacrificium, habet uim satisfactiuam, sed in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quam quantitas oblationis. unde & Dominus dicit Luc. 21. de uidua, quæ obtulit duo æra, quod plus omnibus misit. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate, sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, uel etiam offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis, & non pro tota pœna.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi directe ordinatur ad remissionem pœnæ & culpæ, non autem eucharistia: quia baptismus datur homini quasi commorienti Christo: Eucharistia autem quasi nutriendo & perficiendo per Christum. unde non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd alia sacrificia & oblationes non operantur remissionem totius pœnæ, neque quantum ad quantitatem oblati: sicut hoc sacrificium, neque quantum ad deuotionem hominis, ex qua contingit, quod etiam hic non tollitur tota pœna.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ hoc, quod tollitur pars pœnę, & non tota pœna per hoc sacramentum, non contingit ex defectu uirtutis Christi, sed ex defectu deuotionis humanę.

ARTICVLVS VI

Vtrum per hoc sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd ꝑ hoc sacramentum non præseruetur hõ a peccatis futuris. Multi. n. digne sumentes hoc sacramentum, postea in peccatum cadunt: qđ non accideret, si hoc sacramentũ p̃seruaret a peccatis futuris. nõ ergo effectus huius sacramẽti est a peccatis futuris p̃seruare. ¶ 2 Prę. Eucharistia est sacramentum charitatis, ut supra* dictum est: sed charitas non uſ præseruare a peccatis futuris: quia semel habita potest amitti per peccatum, ut in 2. parte † habitum est. ergo uſ, ꝙ nec hoc sacramentum præseruet hominem a peccato. ¶ 3 Præt. Origo peccati in nobis, est lex peccati, quę est in membris nostris, ut patet ꝑ Apos. Ro. 7. sed mitigatio fomitis, qui est lex peccati, non ponitur effectus huius sacramenti: sed magis baptismi. ergo prę seruare a peccatis futuris, non est effectus huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Io. 6. Hic est panis de cælo descendens, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur: quod quidem manifestum est, non intelligi de morte corporali. ergo intelligitur, ꝙ hoc sacramentum prę seruet a morte spirituali, quæ est peccatum. *

RESPON.

4.dist.12.q.2.a.2.q.2.ad 1. & di.45.q.2.ar.3.q.1.ad 2.

Ar.1. huius q.ad 3.

2.2.q.24.a.10.

alias quæst. per tot.

RESPON. Dicendum, quòd peccatum est quędā spiritualis mors animę: unde hoc modo pręseruatur aliquis a peccato futuro, quo pręseruatur corpus a morte futura: quod quidem fit dupliciter: uno modo, inquantum natura hominis interius roboratur cōtra interiora corruptiua, & sic pręseruatur a morte per cibum & medicinam. Alio modo per hoc, q munitur contra exteriores impugnationes, & sic pręseruatur per arma, quibus munitur corpus: utroque autem modo, hoc sacramētum pręseruat a peccato. Nam primo quidem per hoc, quòd Christo cōiungit per gratiam, roborat spiritualem uitam hominis, tamquam spiritualis cibus & spiritualis medicina, secundum illud Psal. 103. Panis cor hominis confirmat, & Aug.* dicit super Ioan. Securus accede, panis est, non uenenum. Alio modo, inquantum est quoddam signum passionis Christi, per quam uicti sunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem: unde Chryso.* dicit super Io. Vt leones flammam spirantes, sic ab illa mensa discedimus terribiles effecti diabolo.

* Tract. 26. in Ioan. med. circ. fin.

* Homil. 24. in 1. ad Cor. circa fin.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus huius sacramenti recipitur in homine, secundum hominis conditionem: sicut contingit de qualibet causa actiua, quòd eius effectus recipitur in materia, secundum modum materiæ. Homo autem in statu uiæ est huius conditionis, quòd liberum arbitrium eius potest flecti in bonū & malum: unde licet hoc sacramentum quantum est de se, habeat uirtutē pręseruatiuam a peccato, non tamen aufert homini possibilitatem peccandi.

AD SECVNDVM dicendum, quòd etiam charitas, quantum est in se, pręseruat hominem a peccato, secundum illud Rom. 13. Dilectio proximi, malū non operatur: sed ex mutabilitate liberi arb. contingit, q aliquis post habitam charitatem peccat, sicut & post susceptionem huius sacramenti.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet hoc sacramentum non directe ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam consequentia, inquantum auget charitatem, quia sicut Aug.* dicit in lib. 83. Quæstionum, augmentum charitatis est diminutio cupiditatis. Directe autem confirmat cor hominis in bono: per quod etiam pręseruatur homo a peccato.

* In li. de aīa, & eius origine. c. 9. to. 7.

ARTICVLVS VII.

Vtrum hoc sacramentum prosit aliis, quàm sumentibus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q hoc sacramentum non prosit nisi sumenti. Hoc enim sacramentum est unius generis cum aliis sacramentis, utpote aliis condiuisum: sed alia sacramenta non prosunt nisi sumentibus, sicut effectum baptismi non suscipit nisi baptizatus. ergo nec hoc sacramentum prodest aliis nisi sumenti.

q. 65. paulo a princip. 3. q. 68. ar. 3. ad 1. & 3. q. 69. ar. 5. ad 3. & 4. q. 80. ar. 12. q. 82. ar. 6. & 4. dist. 13. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 3. & 4. dist. 24. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 1.

¶ 2 Præt. Effectus huius sacramenti est adeptio gratiæ, & gloriæ, & remissio culpæ ad minus uenialis. si ergo hoc sacramentum haberet effectum in aliis, quàm in sumentibus, posset contingere, quòd aliqs adipisceretur & gratiam & gloriam & remissionem culpę absque actione & passione propria, alio sumēte uel offerente hoc sacramentum.

¶ 3 Præter. Multiplicata causa, multiplicatur effectus. si ergo hoc sacramentum prodesset aliis, quàm sumentibus, sequeretur quòd magis prodesset alicui, si multi sumerent hoc sacramentum, multis hostiis in una missa consecratis: quod non habet ecclesiæ consuetudo, ut scilicet multi communicent pro alicuius salute. non ergo uidetur quod hoc sacramentum prosit nisi sumenti.

SED CONTRA est, quod in celebratione huius sacramenti fit pro multis aliis deprecatio: quod frustra fieret, nisi hoc sacramentum aliis prodesset. hoc ergo sacramentum non solum sumentibus prodest.

RESPONDEO. Dicendum, quòd (sicut prius* dictum est) hoc sacramentum non solum est sacramentum, sed etiam est sacrificium: inquātum enim in hoc sacramento repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiam Deo (ut dicitur Ephes. quinto) habet rationem sacrificii; inquantum uero in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub uisibili specie, habet rationem sacramenti. sic ergo hoc sacramentum quidem prodest, & per modum sacramēti, & per modum sacrificii: quia pro omnibus sumentibus offertur: dicitur enim in canone missæ, quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus, & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur; sed aliis, qui non sumunt, prodest per modum sacrificii, inquantum pro salute eorum offertur: unde & in canone missæ dicitur, Memento domine famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ: & utrūque modum proficiendi Dominus expressit, dicens Matth. 26. & Luc. 25. Qui pro uobis, scilicet sumentibus, & pro multis, scilicet aliis, effundetur in remissionem peccatorum.

* Art. 5. huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum pręaliis habet, quòd est sacrificium. & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendū, quòd sicut passio Christi prodest quidem omnibus, quantum ad sufficientiam, & ad remissionem culpæ, & adeptionem gratiæ, & gloriæ: sed effectum non habet nisi in illis, qui passioni Christi coniunguntur per fidem & charitatem, ita & hoc sacrificium, quod est memoriale Dominicæ passionis, non habet effectum nisi in illis, qui coniunguntur huic sacramento per fidem & charitatem: unde & Augustin.* dicit ad Renatum, Quis offerat corpus Christi nisi pro his, qui sunt membra Christi: unde & in canone missæ non oratur pro his, qui sunt extra ecclesiam: illis tamen prodest plus uel minus, secundum modum deuotionis eorum.

* In li. de aīa, & eius origine. c. 9. to. 7.

AD TERTIVM dicendum, quòd sumptio pertinet ad rationem sacramenti, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificii. Et ideo ex hoc, quod aliquis sumit corpus Christi, uel etiam plures, non accrescit aliis aliquod iuuamentum. Similiter etiam ex hoc, quòd sacerdos plures hostias consecrat in una missa, non multiplicatur effectus huius sacramenti: quia nō est nisi unum sacrificium; nihil enim plus est uirtutis in multis hostiis consecratis, quàm in una, cum sub omnibus & sub una non sit nisi totus Christus: unde nec si aliquis simul in una missa multas hostias consecratas sumat, participabit maiorem effectum sacramenti. In pluribus uero missis multiplicatur sacrificii oblatio: & ideo multiplicatur effectus sacrificii & sacramēti.

AR-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum per ueniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.

4.d.12.q.2.a. 1.q.3. & ar. 2.q.1.ad 2. Tract. 26. in Io. post me. tom.9.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd per ueniale peccatum non impediatur effectus huius sacramenti. Dicit enim Augustinus* super illud Ioan.6. Panes uestri manducauerunt mãna, &c. Panem cœlestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata etsi sunt quotidiana, non sunt mortifera. Ex quo patet quòd uenialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, spiritualem manducationem non impediunt: sed spiritualiter manducantes, effectum huius sacramenti percipiunt. ergo peccata uenialia non impediunt effectum huius sacramenti.

¶ 2 Præterea. Hoc sacramentum non est minoris virtutis, quàm baptismus: sed effectum baptismi (sicut supra † dictum est) impedit sola fictio, ad quam non pertinent peccata uenialia: quia sicut Sapien.1. dicitur, Spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum: qui tamen per peccata uenialia non fugatur. ergo neque effectum huius sacramenti impediunt peccata uenialia. q.69.ar.9.

¶ 3 Præt. Nihil quod remouetur per actionem alicuius causæ, potest impedire eius effectum: sed peccata uenialia tolluntur per hoc sacramentum. ergo non impediunt eius effectum.

Li.4.orth.fi. ca.14.a med.

SED CONTRA est, quod Damascen.* dicit in 4. libro. Ignis eius, quod in nobis est, desiderij, assumens eam quæ ex carbone, id est, ex hoc sacramento ignitionem, comburat nostra peccata, & illuminet corda nostra, ut participatione diuini ignis igniamur & deificemur: sed ignis nostri desiderij uel amoris impeditur per peccata uenialia, quæ impediunt feruorem charitatis, ut in secunda parte * habitum est. ergo peccata uenialia impediunt effectum huius sacramenti. 1.2.q.31.ar. 4. & 2.2.q. 24.ar.10.

RESPONDEO. Dicendum, quòd peccata uenialia dupliciter accipi possunt: uno modo, prout sunt præterita: alio modo, prout sunt actu exercita. Primo quidem modo, peccata uenialia nullo modo impediunt effectum huius sacramenti: potest enim contingere, quòd aliquis post multa peccata uenialia commissa, deuote accedat ad hoc sacramentum, & plenarie huius sacramenti consequatur effectum. Secundo autem modo, peccata uenialia non ex toto impediunt huius sacramenti effectũ, sed in parte. Dictum est enim, * quòd effectus huius sacramenti non solum est adeptio habitualis gratiæ, vel charitatis: sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis: quæ quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc sacramentum, per peccata uenialia mente distractus: non autem tollitur augmẽtum habitualis gratiæ uel charitatis. Ar.2.& 2.huius quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille, qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit, habitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter. Et ideo habitualem effectum huius sacramenti percipit, non autem actualem.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd baptismus non ita ordinatur ad actualem effectum, id est, feruorem charitatis, sicut hoc sacramentum. Nam baptismus est spiritualis regeneratio, per quam acquiritur prima perfectio, quæ est habitus uel forma: hoc autem sacramentum est spiritualis manducatio, quæ habet actualem delectationem.

AD TERTIVM dicendum, quòd illa ratio procedit de uenialibus præteritis, quæ per hoc sacramentum tolluntur.

QVAESTIO LXXX.

De usu seu sumptione huius sacramenti in communi, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vsu, siue sumptione huius sacramenti. Et primò quidem, in communi. Secundò, quomodo Christus est usus hoc sacramento.

CIRCA primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramenrum, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter.

¶ Secundò, Vtrum soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.

¶ Tertiò, Vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramentaliter.

¶ Quartò, Vtrum peccator manducans sacramentaliter, peccet.

¶ Quintò, De quantitate huius peccati.

¶ Sextò, Vtrum peccator accedẽs ad hoc sacramentum sit repellendus.

¶ Septimò, Vtrum nocturna pollutio impediat hominem a sumptione huius sacramenti.

¶ Octauò, Vtrum sit solum a ieiunis sumendum.

¶ Nonò, Vtrum sit exhibendum non habentibus usum rationis.

¶ Decimò, Vtrum sit quotidie sumendum.

¶ Vndecimò, Vtrum liceat omnino abstinere.

¶ Duodecimò, Vtrum liceat percipere corpus sine sanguine.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non debeant distingui duo modi manducãdi corpus Christi, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter: sicut enim baptismus est spiritualis regeratio (secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, &cæt.) ita etiam sacramentum est spiritualis cibus: unde Dominus de hoc sacramento loquens dicit Ioann. sexto. Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt: sed circa baptismum non distinguitur duplex modus sumendi, scilicet sacramentalis, & spiritualis. ergo neque circa hoc sacramentum debet hæc distinctio adhiberi. In 3.art.2. 3.cor.& 4. 9.ar.1.q.1. 1.& q.3. totũ.& sol. 6.lec.7.& cor. 11. lec. 7.fi. & opt. 5 8.ca.17.18 19.& 20.

¶ 2 Præterea. Ea, quorum unum est propter alterum, non debent abinuicem diuidi: quia unum ab alio speciem trahit: sed sacramentalis manducatio ordinatur ad spiritualem, sicut ad finem. non ergo debet sacramentalis manducatio contra spiritualem diuidi.

¶ 3 Præt. Ea, quorum unum non potest esse sine altero, non debent contra se diuidi: sed uidetur quòd nullus possit manducare spiritualiter, nisi etiam sacramentaliter mãducet: alioquin antiqui patres hoc sacramẽtum spiritualiter manducassent: frustra etiã esset sacramentalis manducatio, si sine ea spiritualis esset posset. non igitur conuenienter distinguitur circa hoc sacramentum duplex manducatio, scilicet sacramentalis & spiritualis.

SED

SED CONTRA, quod super illud 1.Cor.11. Qui manducat & bibit indigne,&c. dicit gl. * Duos dici mus esse modos manducandi:unum sacramentalē, & alium spiritualem.

RESPONDEO. Dicendum,quòd in sumptione huius sacramenti duo sunt considerandā s. ipsū sacramentum,& effectus ipsius, de quorum utroq; iam supra * dictum est. Perfectus igitur modus sumendi hoc sacramentum, est quādo aliquis ita hoc sacramentum suscipit,quòd percipit eius effectum, contingit autem quādoque (sicut supra dictū est*) quòd aliquis impeditur a percipiēdo effectu huius sacramenti:& talis sumptio huius sacramenti est imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectū diuiditur,ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius, diuiditur contra spiritualem manducationem, per q̄ quis percipit effectum huius sacramenti, quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem, & charitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam circa baptismum,& alia huiusmodi sacramenta similis distinctio adhibetur: nam quidam suscipiunt tantum sacramentum,quidam uero sacramentum, & rem sacramenti.In hoc tamen differunt, quia cū alia sacramenta perficiantur in vsu materiæ,percipere sacramentum est ipsa perfectio sacramenti, hoc autem sacramentum perficitur in cōsecratione materiæ,& ideo uterque usus est consequens hoc sacramentum.

In baptismo etiam & aliis sacramentis characterem imprimentibus,illi qui accipiunt sacramētum, recipiunt aliquem spiritualem effectum,scilicet characterem,quod non accidit in hoc sacramento. Et ideo magis in hoc sacramento distinguitur usus sacramentalis a spirituali,quàm in baptismo.

AD SECVNDVM Dicendum,quod sacramentalis manducatio,quæ pertingit ad spiritualem, non diuiditur contra spiritualem,sed includitur ab ea:sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualem diuiditur,quę effectum non consequitur,sicut imperfectum quod non pertingit ad perfectionem speciei, diuiditur contra perfectum.

AD TERTIVM dicēdum,q̄ (sicut supra dictū est*) effectus sacramenti potest ab aliquo percipi,si sacramentum habet in uoto,quamuis non accipiat in re. Et ideo,sicut aliqui baptizantur in baptismo flaminis propter desiderium baptismi,antequam baptizētur baptismo aquę,ita etiam aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentum antequam sacramentaliter sumant:sed hoc contingit dupliciter:uno modo propter desiderium sumendi ipsum sacramentum, & hoc modo dicuntur baptizari & manducare spiritualiter,& non sacramentaliter,illi qui desiderant sumere hęc sacramenta iam instituta:alio modo propter figuram, sicut dicit apostolus primæ Corinth. 10.Quòd antiqui patres baptizati sunt in nube, & in mari,& quòd spiritualem escam manducauerunt,& spiritualem potum biberunt: nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio, quia plenius inducit sacramenti effectum ipsa sacramenti susceptio, quam solum desiderium: sicut supra circa baptismum dictum est. *

ARTICVLVS II.

Vtrum solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur,quòd non solius hominis sit hoc sacramentum spiritualiter sumere,sed etiam angelorum:quia super illud psal.77. Panem angelorum manducauit homo,dicit glossa id est,corpus Christi,qui est vere cibus angelorum: sed hoc nō esset,si angeli spiritualiter Christum non māducarent. ergo angeli spiritualiter Christum manducant. 4.d.9.ar.2.q.3. & 3.q.80.ar.1. cor.11.lec.7

¶ 2 Præterea. Aug.† dicit super Ioan. Hunc cibum & potum societatem uult intelligi corporis & membrorum suorum, quæ * est ecclesia in prædestinatis: sed ad istam societatem non solum pertinent homines, sed etiam sancti angeli: ergo sancti angeli spiritualiter manducant. Tract. 26. in Io. to.9. Alias quod.

¶ 3 Præterea. Augustinus in libro de verbis Domini dicit,Spiritualiter māducandus est Christus,quoniam ipse dicit, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo: sed hoc conuenit non solum hominibus, sed etiam sanctis angelis, in quibus per charitatem est Christus, & ipsi in eo. ergo videtur quòd spiritualiter manducare, non solum sit hominum, sed etiam angelorum.

SED CONTRA est, quod Augustinus † dicit super Ioan. Panem de altari spiritualiter manducare, innocentiam de altari portare: sed angelorum non est accedere ad altare, tamquam aliquid inde sumpturi. ergo angelorum non est spiritualiter manducare. Trac. 26. in Io.parū post med.to.9.refertur de cōsec. d.2.c.Panem de altari.

RESPONDEO. Dicendum,quòd in hoc sacramento continetur ipse Christus, non quidem in specie propria, sed in specie sacramenti. Dupliciter ergo contingit manducare spiritualiter ipsum Christum: uno modo,prout in specie cōsistit: & hoc modo angeli manducant spiritualiter ipsum Christum, inquantum ei uniuntur fruitione charitatis perfectę, & uisione manifestā(quem panem expectamus in patria) non per fidem,sicut nos ei hic unimur: alio modo contingit spiritualiter māducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquantum.s. aliquis credit in Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum.Et hoc non solum est spiritualiter manducare Christum,sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum,quod non competit angelis. Et ideo licet angeli spiritualiter manducent Christū, non tamen conuenit eis spiritualiter manducare hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sumptio Christi sub hoc sacramento, ordinatur sicut ad finem ad fruitionem patriæ,qua angeli eo fruuntur.Et quia ea, quæ sunt ad finem, deriuantur a fine,inde est q̄ ista māducatio Christi,quā eum sumimus sub sacramento, quodammodo deriuatur ab illa manducatione, qua angeli fruuntur Christo in patria.Et ideo dicitur homo manducare panem angelorum,quia primò & principaliter est angelorum, qui eo fruūtur in specie propria: secundariò autem est hominum, qui Christum sub sacramento accipiunt.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ ad societatem corporis mistici pertinēt quidem,& hoīes,& angeli:sed homines per fidem,angeli autem per manifestam uisionem : sacramenta autem proportionantur fidei, per quam ueritas uidetur in speculo,& in ænigmate. Et ideo proprie loquendo, non angelis, sed hominibus conuenit

conuenit manducare spiritualiter hoc sacramẽtum.

AD TERTIVM dicendum, quòd Christus manet in hominibus secundum presentem statum per fidẽ, sed in angelis beatis est per manifestam visionem. & ideo non est simile, sicut dictum est. *

In solutionibus præc. arg. u. r. & 2. in fine art.

ARTICVLVS III.

Vtrum solus homo iustus possit Christum sacramentaliter manducare.

4. d. 9. ar. 2. q. 1 & 2. & ar. 3. q. 2. c. fi. & di. 12 q. 1. ar. 2. q. 1. & 2. Tract. 25. in Io. paulante med. circo 9. refertur de cõsec. di. 2. c. Vt quid paras. * 2. 2. q. 4. ar. 5. q. præcar. 4. ad 3. arg.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd nullus possit manducare Christum sacramentaliter, nisi homo iustus. Dicit enim Aug. † in lib. de Remedio pœnitentiæ, vt quid paras dentem & uentrem? crede, & mãducasti: credere enim in eum, hoc est panem viuum manducare: sed peccator non credit in eum: quia non habet fidem formatam, ad quã pertinet credere in Deum, ut in secunda parte habitum est. * ergo peccator non potest manducare hoc sacramentum, quod est panis viuus.

¶ 2 Præterea. Hoc sacramentum maxime dicitur esse sacramentum charitatis, ut supra dictum est: † sed sicut infideles priuantur fide, ita omnes peccatores priuantur charitate. Infideles autem non videntur posse sacramentaliter sumere hoc sacramentum, cum in forma huius sacramenti dicatur mysterium fidei. ergo pari ratione neque aliquis peccator potest corpus Christi sacramentaliter manducare.

¶ 3 Præterea. Peccator magis est abominabilis Deo, quàm creatura irrationabilis: dicitur enim in psal. quadragesimooctauo, de homine peccatore, Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: sed animal brutum (puta, mus aut canis) non potest sumere hoc sacramentum: sicut etiam non potest sumere sacramentum baptismi: ergo videtur q̃ pari ratione, neque peccatores hoc sacramentum manducent.

SED CONTRA est, quod super illud Ioan. sexto. (Patres uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt) dicit Augustinus. † Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: unde dicit Apostolus. Iudicium sibi manducat & bibit: sed non moriuntur sumendo nisi peccatores. ergo peccatores corpus Christi sacramentaliter manducant, & non solum iusti.

Tract. 26. in Ioan. paru a med. super illud ego sum panis uitæ. circo 9.

RESPONDEO. Dicendum, quòd circa hoc quidam antiqui errauerunt, dicentes quòd cõrpus Christi, nec etiam sacramentaliter a peccatoribus sumitur: sed quàm cito labijs peccatoribus contingitur, tam cito sub speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi: sed hoc est erroneum, de rogat enim veritati huius sacramenti, ad quam pertinet (sicut supra dictum est *) quòd manentibus speciebus corpus Christi sub eis esse non desinat.

q. 76. ar. 6. artic. 3. & q. 77. ar. 8.

Species autem manent, quamdiu substantia panis maneret, si ibi adesset, ut supra dictum est. † Manifestum est autem, q̃ substantia panis assumpta a peccatore, non statim esse desinit, sed manet quamdiu per calorem naturalem digeratur: unde tamdiu corpus Christi sub speciebus sacramentalibus manet a peccatoribus sumptis. vnde dicendum est, quòd peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solum iustus.

q. 77. ar. 5. & 8. & alijs eiusdem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd uerba illa & similia sunt intelligenda de spirituali manducatione, quæ peccatoribus non cõuenit. Et ideo ex prauo intellectu horum verborum videtur prædictus error processisse, dum nescierũt distinguere inter corporalem & spiritualem manducationem.

AD SECVNDVM Dicendum, quod etiam, si infidelis sumat species sacramentales, corpus Christi sub sacramento sumit: unde manducat Christũ sacramentaliter, si ly sacramẽtaliter determinat uerbũ ex parte manducati, si aũt ex parte mãducantis, tũc proprie loquendo, non manducat sacramentaliter, quia nõ utitur eo quod accipit ut sacro, sed ut simplici cibo: nisi forte infidelis intẽderet recipere illud, quod ecclesia confert, licet non haberet fidem uerã circa articulos, uel etiam hoc sacramentum.

AD TERTIVM dicẽdum, q̃ etiam si mus uel canis hostiam consecratam manducet, substantia corporis Christi non desinit esse sub speciebus, quandiu species illæ manent, hoc est, quandiu substantia panis maneret, sicut etiam si proiiceretur in lutũ, nec hoc uergit in detrimẽtum dignitatis corporis Christi, qui uoluit a peccatoribus crucifigi absque diminitione suæ dignitatis, præsertim cum mus aut cani non tangat ipsum corpus Christi, secundum propriam speciem, sed solum secundum species sacramentales: quidam autem dixerunt, quòd statim cũ sacramentum tangitur a mure uel cane, desinit ibi esse corpus Christi: quod etiam derogat ueritati sacramenti, sicut supra dictum est: * Nectamen dicendum est, quòd animal brutum sacramentaliter corpus Christi manducet, quia non est natum uti eo ut sacramento: unde non sacramentaliter, sed per accidens corpus Christi manducat. sicut manducaret ille, qui sumeret hostiam consecratam, nesciens eã esse consecratam.

In corp. ar.

Et quia id quod est per accidens, non cadit in diuisione alicuius generis, ideo hic modus manducãdi corpus Christi, non ponitur tertius præter sacramentalem & spiritualem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccator sumens corpus Christi sacramentaliter peccet.

AD QVARTVM sic proceditur. Videt, quòd peccator sumens corpus Christi sacramẽtaliter, non peccet. non enim est maioris dignitatis Christi sub specie sacramenti, quam sub specie propria: sed peccatores tangentes corpus Christi sub specie propria, non peccabant, quin etiam ueniam peccatorũ consequebantur, sicut legitur Luce septimo de muliere peccatrice, & Matthei decimoquarto dicitur, quicumque tetigerunt fimbriam uestimenti eius, salui facti sunt. ergo non peccant, sed magis salutem consequuntur, sacramentum corporis Christi sumendo.

Inf. ar. 7. & 8. cor. & 4. dist. 9. ar. 1. q. 1. & 2. & arti. 4. q. 2. co. & 1. cor. 11. c. 7.

¶ 2 Præt. Hoc sacramentum, sicut & alia, est quædã spiritualis medicina: sed medicina datur infirmis ad salutem, secundum illud Matth. nono. Nõ est opus ualentibus medicus, sed male habentibus: infirmiautem uel male habentes spiritualiter sunt peccatores. * ergo hoc sacramentum absque culpa sumere possunt.

Alias, ergo hoc sacramẽ est corporaliter absq; culpa sumẽtis. Li. 2. c. 30. non longe a prin. to.

¶ 3 Præter. Hoc sacramentum cum in se Christum contineat, est de maximis bonis. Maxima autem bona [secundum Augu. † in li. de libero arb.] sunt quibus nullus male potest uti. Nullus autem peccat, nisi per abusum alicuius rei. ergo nullus peccator sumẽs hoc sacramentum peccat.

¶ 4 Præt. Sicut hoc sacramentum sentitur gustu & tactu, ita & uisu. Si ergo peccator ex eo, quod sumit

hoc

hoc sacramentum, peccet, videtur etiam quòd peccaret uidendo, quod patet esse falsum: cum ecclesia omnibus hoc sacramentum videndum, & adorandum proponat. ergo peccator non peccat ex hoc, quòd manducat hoc sacramentum.

¶ 3 Præterea. Contingit quandoque, quòd aliquis peccator non habet conscientiam sui peccati, non tamen talis peccare uidetur, corpus Christi sumendo: quia secundum hoc omnes peccarent qui sumunt, quasi periculose exponentes, cum Apostolus dicat primæ Corinth. quarto. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. non ergo videtur quod peccatori cedat in culpam, si hoc sacramentum sumat.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ Corinth. vndecimo. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, ideſt, condemnationem. Dicit autem glosi ibidem, quòd indigne manducat, & bibit, qui in crimine est, vel irreuerenter tractat. ergo qui est in peccato mortali, si hoc sacramentum accipiat, damnationem acquirit, mortaliter peccans.

RESPON. Dicendum, quòd in hoc sacramento sicut in alijs, id quod est sacramentum, est signum eius, quod est res sacramenti. Duplex autem est res huius sacramenti, sicut supra dictum est.* Vna quidem, quę est significata & contenta, scilicet ipse Christus: alia autem est significata & non contenta, scilicet corpus Christi mysticum, quod est societas sanctorum. Quicumque ergo hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo unitū, & membris eius incorporatum: quod quidem fit per fidem formatam, quam nullus habet cum peccato mortali. Et ideo manifestum est, quòd quicumque cum peccato mortali hoc sacramentum sumit, falsitatem in hoc sacramento committit, & ideo incurrit sacrilegium, tamquam sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus in propria specie apparens, non exhibebat se tāgendum hominibus in signum spiritualis unionis ad ipsum, sicut exhibetur sumendus in hoc sacramēto. Et ideo peccatores eum in propria specie tangentes, non incurrebant crimen falsitatis circa diuina, sicut peccato res sumentes hoc sacramentum. Et præterea Christus adhuc gerebat similitudinem carnis peccati; & ideo conuenienter se peccatoribus tangēdum exhibebat: sed remota similitudine carnis peccati per gloriam resurrectionis, se tangi prohibuit a muliere, quæ defectum fidei circa ipsum patiebatur, secundum illud Ioan. 20. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum, scilicet in corde tuo, vt Augustinus* exponit. Et ideo peccatores qui defectum fidei formatę patiuntur circa Christum, repelluntur a contactu huius sacramenti.

AD SECVNDVM dicendum, quòd non quælibet medicina competit secundum quemlibet statum infirmitatis. Nam medicina, quæ datur iam liberatis a febre, ad confortationem noceret, si daretur adhuc fricantibus: ita etiam baptismus, & pœnitentia sunt quasi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrem peccati. hoc autem sacramētum est medicina confortatiua, quæ non debet dari, nisi liberatis a peccato.

AD TERTIVM dicendum, q̄ maxima bona intelligit Aug.† virtutes aīæ, quib⁹ nullus male vtitur, quasi principijs mali usus. Vtitur tamē eis aliquis male: quasi obiectis mali usus, ut patet in his, qui de virtutibus superbiunt: ita & hoc sacramentum quantum

A est ex se, non est principium mali vsus, sed obiectū. unde Augu.* dicit: multi indigne accipiunt corpus Christi, per quod docemur, quam cauendum sit male accipere bonum: ecce enim per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum: sicut econtra Apostolo per malum factum est bonum, cum bene accepit malum, scilicet cum stimulum Satanæ patienter portauit. Trac. 62. in Ioann. circa prin. tom. 9.

AD QVARTVM dicendum, quod per uisum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramentum eius: quia scilicet non pertingit uisus ad substantiam corporis Christi, sed solum ad species sacramētales, ut supra dictum est.* sed ille qui manducat, non solum sumit species sacramentales, sed etiam ipsum Christum, qui est sub eis. Et ideo a uisione corporis Christi nullus prohibetur, qui sit sacramentum Christi consecutus, scilicet baptismum. Non baptizati autem non sunt admittendi, etiam ad inspectionem huius sacramenti, ut patet per Dionysi.* in libro Eccles. Hierar. sed ad manducationem non sunt admittendi, nisi soli illi, qui non solum sacramentaliter, sed etiam realiter sunt Christo coniuncti. q. 76. ar. 7. Cap. 7. eccl. Hier. par. 3. pāū. a prin.

AD QVINTVM dicendum, q̄ hoc quod non habet aliquis conscientiam sui peccati, potest contingere dupliciter. Vno modo per culpam suam, uel quia per ignorantiam iuris, quæ non excusat, reputat non esse peccatum quod est peccatum (puta si aliquis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale) uel quia negligens est in examinatione suiipsius: contra id quod Apostolus dicit 1. Corinth. 11. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: Et sic nihilominus, peccat peccator sumens corpus Christi, licet nō habeat conscientiam peccati, quia ipsa ignorantia est ei peccatum: alio modo potest contingere sine culpa ipsius: puta cum doluit de peccato, sed nō est sufficienter contritus: & in tali casu non peccat sumendo corpus Christi: quia homo per certitudinē scire non potest, utrum sit uere contritus: sufficit enim, si in se signa contritionis inueniat, puta si doleat de præteritis, & proponat cauere de futuris. Si uerò ignorat hoc quod fecit, esse actum peccati, propter ignorantiam facti, quæ excusat (puta si accessit ad non suam, quam credebat esse suam) non est ex hoc dicendus peccator: similiter etiam si totaliter est peccatum oblitus, sufficit ad eius deletionem generalis contritio, ut infra dicetur.* unde iam non est dicendus peccator. Non cōplens morte p̄ uentus.

ARTICVLVS V.

¶ *Super quæst. septimæ articulum quintum.*

Vtrum accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum omnium peccatorum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd accedere ad hoc sacramentum cum conscientia peccati, sit grauissimum oium peccatorum. Dicit enim apostol⁹ 1. ad Corinth. 11. Quicumque mā ducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini gl. ibidē,* hoc est, ac si Christum occiderit, punietur: sed peccatum

IN articulo 5. eiusdē q. Durand. occurrit in 4. senten. distin. 9. q. 2. articulo 2. obiiciens contra rationē, & conclusionem Auctoris, in hoc, quod dicit sacrilegium indigne communicantiū esse grauius peccatū omnibus peccatis, quæ sunt contra puras creaturas. 4. di. 9. ar. 3. q. 3. & 1. co. 12. lec. 5.

¶ Et contra cōclusionem quidem dicit satis graue uideri plus peccare irreuerenter sumentem eucharistiam, quam iniuste occidentem proximū. Glo. interlinearis ibi sent.

Contra

Contra rationem autem, quia propositio dicens, sicut se habet obiectum ad obiectum, ita se habet actus ad actum, non est necessaria quando actus sunt diuersarum rationum: sed solum quando sunt unius rois; grauius est.n.contumelia dehonorare principē quam ciuem: sed grauius est occidere ciuem, quā uerbo dehonorare principē. ¶ Ad hoc dr, quod propositio est necessaria in utrisq; actibus, intellectā tñ ut in litera exponitur, & communiter etiā intelligitur. s. de grauitate peccatorum ex proprio genere: hæc .n. ex obiecto, unde habet speciem actus, pensatur. Et ueritas eius patet ex eo, q̄ dicimus maius esse peccatum secundū suū genus blasphemiam Dei quā homicidiū: & tamen isti actus sunt diuersarum rationū, & ad hoc possent multa exempla adduci. Nec graue uidetur sapientibus, magis esse peccatum secundum suum genus hoc sacrilegiū, quam simplex homicidium: q̄m intelligūt homicidiū esse grauius aliunde. s. ex dāno uitæ illato & aliis huiusmodi.

Tract. 89. in Io. inter me diū & pran. tem. 9.

Christum occidentium, uidetur fuisse grauissimum. ergo & hoc peccatum, quo aliquis cum conscientia peccati ad mensam Christi accedit, uidetur esse grauissimum.

¶ 2 Præterea. Hieron. dicit in quadam epistola, quid tibi cum feminis, qui ad altare cum Deo fabularis? dic sacerdos, dic clerice, qualiter eisdem labiis filium Dei oscularis, quibus osculatus es labia meretricis, o Iuda. osculo Filium hominis tradis. Et sic uidetur fornicator ad mensam Christi accedens peccare, sicut Iudas peccauit, cuius peccatum fuit grauissimum: sed multa alia peccata sunt grauiora, quam peccatū fornicationis, & præcipue peccatum infidelitatis. ergo cuiuslibet peccatoris ad mensam Christi accedentis peccatum est grauissimum.

¶ 3 Præt. Magis est abominabilis Deo immunditia spiritualis, quā corporalis: sed si quis proiiceret corpus Christi in lutum uel sterquilinium, grauissimum reputaretur eius peccatum. ergo grauiº peccat, si ipsum sumat cum peccato, quod est immunditia spiritualis. ergo hoc peccatum est grauissimum.

Sed contra est, quod super illud Io. 15. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, dicit Augu. * hoc intelligendum esse de peccato infidelitatis, quo tenentur cuncta peccata. & ita uidetur hoc peccatum non esse grauissimum, magis sed peccatum infidelitatis.

Respon. Dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est*) dupliciter aliquod peccatum potest dici grauius alio: uno modo, per se: alio modo, per accidens: per se quidem secūdum rationem suæ speciei, quæ attenditur ex parte obiecti. Et secundū hoc quanto id contra quod peccatur, est maius, tāto peccatum est grauius. Et quia diuinitas Christi est maior humanitate ipsius, & ipsa humanitas est potior q̄ sacramenta humanitatis, inde est q̄ grauissima peccata sunt quę committuntur in ipsam diuinitatem: sicut est peccatum infidelitatis & blasphemiæ: secūdario autem sunt grauia peccata, quæ committūtur in humanitatem Christi: unde & Matthæ. 12. dr, qui dixerit uerbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit uerbum contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sęculo, neq; in futuro. Tertio autem loco sunt peccata, quæ committuntur contra sacramenta, quæ pertinent ad humanitatem Christi, & post hoc sunt alia peccata, cōtra puras creaturas. Per accidens autem unum peccatum est grauius alio ex parte peccantis, puta peccatū quod est ex ignorantia uel infirmitate, est leuius peccato, quod est ex contemptu uel ex certa scientia; & eadem ratio est de aliis circunstantiis. Et secundum hoc, istud peccatum in quibusdam potest cē grauiº, sicut in his qui ex actuali contemptu, cum conscię-

g. 2. q. 73. ar. 6. & 2. 2. q. 73. ar. 3.

tia peccati ad hoc sacramentum accedunt, in quibusdam verò minus graue: puta in his qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentum accedunt. Sic ergo patet, quòd hoc peccatū est multis aliis grauius secundum suam speciem: non tamen est omnium grauissimum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd peccatum indigne sumentium hoc sacramentum, comparatur peccato occidentium Christum, secundum similitudinem (quia vtrumque committitur contra corpus Christi) non tamen secundum criminis quantitatem: peccatum enim occidentium Christum, fuit multo grauius. primò quidem, quia illud peccatum fuit contra corpus Christi in specie propria: hoc autem peccatum est contra corpus Christi, in specie sacramenti. secundò, quia illud peccatum processit ex intentione nocendi Christo, non autem hoc peccatum.

Ad secvndvm dicendum, quòd fornicator accipiens corpus Christi, comparatur Iudæ Christum osculanti, quantum ad similitudinem criminis (quia uterq; ex signo charitatis Christum offendit) non tamen quantum ad criminis quantitatem, sicut etiam prius dictum est.† Hæc tamen criminis similitudo non minus competit alijs peccatoribus, quàm fornicatoribus. Nam & per alia peccata mortalia agitur contra charitatem Christi, cuius signum est hoc sacramētum, & tantò magis, quantò peccata sunt graiora: secundum quid tamen, peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum ad perceptionē huius sacramenti, inquantum scilicet per hoc peccatum spiritus maxime carni subijcitur, & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc sacramēto. Plus tamen ponderat impedimentum ipsius charitatis, quàm feruoris eius: unde & peccatum infidelitatis, quod funditus separat hominem ab ecclesiæ vnitate, simpliciter loquendo, maxime hominem ineptum reddit ad susceptionem huius sacramenti, quod est sacramentum ecclesiasticæ unitatis, ut supra dictum est.* vnde & grauius peccat infidelis accipiēs hoc sacramentum, quàm fidelis peccator, & magis contemnit Christum, secūdum q̄ est sub hoc sacramento, præsertim si non credat Christū uere sub hoc sacramento esse: quia quantum est in se, diminuit sanctitatem huius sacramenti, & uirtutem Christi operantis in hoc sacramento, quod est cōtemnere ipsum sacramentum in seipso. Fidelis autem, qui cum conscientia peccati sumit, contemnit hoc sacramētum, nō in seipso, sed quantum ad usum, indigne accipiēs: vnde & Apostolus primæ Corinth. 11. assignans rationem huius peccati dicit, non dijudicans corpus Domini, id est, non discernens ipsum ab alijs cibis, quod maximè facit ille, qui non credit Christum esse sub hoc sacramento.

In sol. pra.

q. 79. ar. 1. q. 73. arti. corp.

Ad tertivm dicendum, quòd ille qui proijceret hoc sacramentum in lutum, multo grauius peccaret, quàm ille, qui cum conscientia peccati mortalis ad hoc sacramētum accedit. Primò quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriam faciendi huic sacramento, quod non intendit peccator indigne corpus Christi accipiens. Secundò, quia homo peccator est capax gratiæ, unde etiam magis est aptus ad suscipiendum hoc sacramentum, quàm quæcumque alia irrationalis creatura: unde maxime inordinate uteretur hoc sacramento, qui proijceret ipsum canibus ad manducandum, vel qui proijceret in lutum conculcandum.

¶ Super

¶ *Super quæ ostendit me articulum sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Non enim est faciendum contra Christi præceptum, propter uitandum scandalum, uel infamiam alicui⁹ : sed Dominus præcepit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Maxime autẽ datur sanctum canibus, cum hoc sacramentum peccatoribus exhibetur. ergo neque propter uitandum scandalum, neque propter uitandam infamiam alicuius, debet hoc sacramentum peccatori petenti dari.

¶ 2 Præter. De duobus malis minus malum est eligendum: sed minus malũ esse uidetur, si peccator infametur, uel etiam si ei hostia non consecrata detur, quàm si sumens corpus Christi, mortaliter peccet. uidetur ergo hoc potius esse eligendum, quod uel infametur peccator petens corpus Christi, uel etiam quod detur ei hostia non consecrata.

¶ 3 Præt. Corpus Christi interdũ datur suspectis de crimine, ad eorum manifestationem: legitur. n. in Decre. † 2. q. 4. Sæpe contingit, ut in monasteriis monachorum, furta perpetrentur: iccirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab abbate celebretur, uel ab aliquo ex præsentibus fratribus, & sic expleta missa, omnes communicentur in hæc uerba, corpus Chri sit tibi hodie ad probationẽ & infra, Si episcopo aut presbytero aliquod maleficium fuerit imputatum, in singulis missa celebrari debet & communicari, * & de singulis sibi imputatis, innocentem se ostendere: sed peccatores occultos non oportet manifestari: quia si frontem uerecundiæ abiecerint, liberius peccabũt, ut Augu. dicit in lib. de uerbis Domini. ergo peccatoribus occultis nõ non est corpus Christi dandum, etiam si petant.

SED CONTRA est, quod super illud psal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, dicit Aug. * Nõ prohibebat dispensator pingues terræ, id est, peccatores, mensam Domini mã ducare.

RESPON. Dicendum, quòd circa peccatores distinguendum est. Quidam. n. sunt occulti, quidam uero manifesti, s. per euidentiam facti: sicut publici usurarii, aut publici raptores, uel etiam per aliquod iudicium ecclesiasticum vel seculare. Manifestis ergo peccatoribus non debet etiam petentibus sacra communio dari: unde Cypria. † scribit ad quẽdam, Pro dilectione tua consulendum me existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo, qui apud uos constitutus adhuc in artis suæ dedecore perseuerat, antalibus sacra communio cum ceteris Christianis debeat dari: puto nec maiestati diuinæ, nec euangelicæ disciplinæ congruere, ut pudor & honor ecclesiæ tam turpi, & infami ⁊contagione fædetur. Si uerò non sunt manifesti peccatores, sed occulti, non potest eis petentibus sacra communio denegari: cum enim quilibet Christianus ex hoc ipso, quòd est baptizatus, sit admissus ad Dominicam mensam, non potest ei ius suũ toli, nisi pro aliqua causa manifesta: unde super illud 1. Corinth. 5. si is qui frater nominatur inter uos, &c. dicit gloss. Augustin. * Nos a communione quemquam prohibere non possumus, nisi aut spontе confessum, aut in aliquo iudicio ecclesiastico, vel sæculari nominatum, atque conuictum: potest tamẽ sacerdos, qui est cõscius criminis occulte monere peccatorem occultum, uel etiam in publico generaliter omnes, ne ad mensam Domini accedant, antequam de peccatis pœniteant, & ecclesiæ reconcilientur. nam post pœnitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est communio denegãda, præcipue in ar. mortis. unī in concilio Carthaginẽsi† legitur, Scenicis atque histrionibus, ceterisque huiusmodi personis, uel apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sancta prohibentur dari canibus, id est, peccatoribus manifestis: sed occulta non possunt publice puniri, sed sunt diuino iudicio reseruanda.

AD SECVNDVM dicendum, quòd licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter, sumendo corpus Christi, quàm infamari, tamen sacerdoti ministranti corpus Christi, peius est peccare mortaliter, infamando iniuste peccatorem occultum, quàm quòd ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatũ mortale cõmittere, ut alium liberet a peccato. unde Augustinus † dicit in lib. q. super Genes. periculosissime admittitur hæc compensatio, ut nos faciamus aliqd mali, ne alius grauius malum faciat. Peccator tamen occultus potius deberet eligere infamari, quàm indigne ad mensam Domini accedere. Hostia tamen non consecrata nullo modo debet dari loco consecratę: quia sacerdos hoc faciens, quantum in se est, facit idololatrare illos, qui credunt esse hostiã consecratam, siue alios presentes, siue etiam ipsum sumentem: quia ut Aug. * dicit, nemo carnẽ Christi mãducet, nisi pri⁹ a adoret. unde extra de celebratione missarũ, c. de homine, dicitur, licet is, qui pro sui criminis

Inno. 3. in 2. cor. 3. & 4. dist. 2. q. 1. cor. 1. & 2. q. 1. & 5. dist.

Durã. ut petens cõionem non exequatur sacrilegium quod intendit debitum: tñ nullum uideo negandi occulto peccatori publice se cõioni ingerenti, siue sit sacerdos curatus, siue nõ, modo ſtet paratus in altari cõicans quoscunq;. Et ratio est: quia Chri actio, nostra est instructio: cõstat autem quod Dominus non tenebatur tunc ad communicandum apostolos. & de facili modicum suppedẽdo potuisset sine scandalo euitare Iudam, instituẽdo sacramentum post datum intinctam buccellã, qua sumpta exiuit foras. Et cõfirmatur: quia Iudas non petiit communionem, & tñ Dominus apostolicũ chorum communicans, ipsum cum ceteris inuitauit dicens, Comedite, seu bibite ex hoc omnes.

¶ Quocirca Durand. distinctio locum habere uidetur, quando ad partem, coram aliis tamen peteret aliqs sacerdos uellet celebrare, & ipsum communicare: tum enim qui non tenetur communicare tunc occultum peccatorẽ, debet, si sine scandalo potest suum negare ministerium. Dico autem sine scandalo, quia si negatio in dã num vergeret famæ ipsius petentis, par esset ratio in hoc casu, & in casu quo ita ret paratus ad communicandum; posset enim ne actus negationis sue, detraheret famæ proximi, communicare ipsum relinquendo ipsi peccatori curam suimet.

Lib. 1. epist. 10. in prin.

¶ Item in eodem art. caute nota in nullo casu dandam, aut accipiẽdam esse hostiã non cõsecratã, quasi loco communionis. Dico autem hoc, qa etiam sciente tam cõmunicante quàm accipiente hostiam, nõ esse cõsecratam, propter presentes qui indistinctẽ adorãt, vel adorare pñt quamlibet hostia quam deferri uel dari conspiciunt, illicitum est: nã si nullus esset omnino præsens, nõ fingeret accipiens se cõmunicare, sed abstineret omnino.

¶ In responsione ad tertium eiusdem art. nota ꝙ decreta illa, quę corpus Christi quasi ad examinationem ordinarent, non fuerunt per concilia uniuersalia facta: sed fuit concilium particulariter, ut patet 27 q. 4. & propterea nõ est mirum si errauit.

In li. de medicina pœnitentiæ, ca. 3. in med. to. 9.

In Concil. 1. Carthaginẽ. can. 55.

In q. 42. t. 4.

In psalm. 98. circa me. ex positionis. tom. 8.

In decret. q. 4. cõtinga.

alium pro singulis missam celebret celebrare & cõicare.

Refertur de consecr. 2. c. non prohibeatis.

nis conſciẽtia reputat ſe indignum peccer grauiteſ, ſi ſe ingerat, grauius tamen uidetur offendere, qui fraud ulenter illud præſumpſerit ſimulare.

Refertur de conſe. d.2.c. conſuluiſti.

AD TERTIVM dicendũ, quòd decreta illa ſunt abrogata per contraria documenta Romanorũ Pontificum. Dicit * enim Stephanus Papa, ferri cãdentis uel aquæ feruentis examinatione, confeſſionem extorqueri a quolibet, ſacri canones non concedunt: ſpontanea enim confeſſione, uel teſtium approbatione, publicata delicta commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare: occulta uerò & incognita, illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum. Et idem habetur extra de purgationibus, † capitulo ex tuarum. In omnibus enim talibus eſſe videtur Dei tentatio. unde ſine peccato fieri non poſſunt, & grauius uideretur, ſi in hoc ſacramẽto, quod G eſt inſtitutum ad remedium ſalutis, aliquis incurreret iudicium mortis: vnde nullo modo corpus Chriſti debet dari alicui ſuſpecto de crimine, quaſi ad examinationem.

In decr. lib. 5. tit. 34. c. Ex tuarum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum nocturna pollutio aliquem impediat a ſumptione huius ſacramenti.

2.2.q.154.a. 5. & 4. di. 9. art. 4. q. 2. & uer. q. 28. ar. 3. ad 6.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur, q nocturna pollutio non impediat aliquem a ſumptione corporis Chriſti. Nullus enim impeditur a ſumptione corporis Chriſti, niſi propter peccatũ; ſed nocturna pollutio accidit ſine peccato: dicit enim Auguſtinus * 12. ſuper Gen. ad litteram, ipſa phantaſia, quæ fit in cogitatione ſermocinantis, cum expreſſa fuerit in uiſione ſomniantis, ut inter illam, & ueram coniunctionem corporum non diſcernatur, continuo mouetur caro. & ſequitur, quod eum motum ſequi ſolet, cum hoc tam ſine peccato fiat, quàm ſine peccato a uigilantibus dicitur, quod ut diceretur proculdubio cogitatum eſt. ergo nocturna pollutio non impedit hominẽ ab huius ſacramenti ſumptione.

Lib. 12. c. 15. In med. to. 3.

Inſt. li. 12. regiſtri ad 10. Interrogationem, Aug. c. 10. non longe a fine.

¶ 2 Præt. Gregor. † dicit in epiſtola ad Auguſt. epiſcopum Anglorum, ſi quis ſua coniunge non cupidine uoluptatis raptus, ſed tantum creandorum liberorum gratia utitur, ille profecto ſine de ingreſſu eccleſiæ ſiue de ſumẽdo corporis dominici myſterio, ſuo eſt iudicio relinquendus: quia prohiberi a nobis non debet accipere, qui in igne poſitus, neſcit ardere. Ex quo patet, quod carnalis pollutio etiam uigilantis, ſi ſit ſine peccato, non prohiber hominem a ſumptione corporis Chriſti. multo igitur min⁹ prohiber nocturna pollutio dormientis.

¶ 3 Præterea. Nocturna pollutio uidetur ſolam immunditiam corporalem habere: ſed aliæ immunditiæ corporales, quæ ſecundum legem impediebant ab ingreſſu ſanctorum, in noua lege non impediunt K a ſumptione huius ſacramenti: ſicut de muliere pariente, uel menſtruata, vel fluxum ſanguinis patiente, ſcribit beatus Gregorius * Auguſtin. Anglorum Epiſcopo. ergo uidetur quòd neque etiam nocturna pollutio impediat hominem a ſumptione huius ſacramenti.

Loco nunc dicto, parũ ante med. c. 10.

¶ 4 Præt. Peccatum ueniale non impedit hominẽ a ſumptione huius ſacramẽti, ſed nec etiam peccatum mortale poſt pœnitentiã: ſed dato q nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedẽti (ſiue crapulæ, ſiue turpiũ cogitationum) plerumque tale peccatũ eſt ueniale, & ſi aliquando ſit mortale, põt contingere q de mane pœnitet, & peccatum ſuum confitetur. ergo uidetur, quod non debeat impediri a ſumptione huius ſacramenti.

F

¶ 5 Præt. Grauius peccatum eſt homicidii, quam fornicationis: ſed ſi aliquis de nocte sõniet ſe homicidium perpetrare, aut furtum aut quodcumque aliud peccatum, non propter hoc impeditur a ſumptione corporis Chriſti. ergo uidetur quod multo minus fornicatio ſomniata cum pollutione ſubſequente, impediat a ſumptione huius ſacramenti.

SED CONTRA eſt, quod Leu. 15. dicit, Vir, de quo egredietur ſemen coitus, immundus erit uſque ad ueſperum: ſed immundis non patet aditus ad ſacramenta. ergo uidetur quod propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur a ſumptione huius ſacramenti, quod eſt maximum ſacramentum.

RESPON. Dicendum, quod circa pollutionem nocturnam duo poſſunt conſiderari. Vnum quidem; ratione cuius ex neceſſitate impedit hominem a ſumptione huius ſacramenti. Aliud autẽ, ratione cuius non ex neceſſitate impedit hominẽ, ſed ex quadam congruentia: ex neceſſitate quidem impedit hominem ab huius ſacramenti perceptione, ſolum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipſa pollutio ſe ecundum ſe conſiderata, peccatum mortale eſſe non poſſit, nihilominus tamen ratione ſuæ cauſæ quandoque habet peccatum mortale annexum, & ideo conſideranda eſt cauſa pollutionis nocturnæ. Quandoque enim prouenit a cã extrinſeca ſpirituali, ſcilicet ex dæmonum illuſione: qui ſicut in prima parte habitum H eſt, † phantaſmata commouere poſſunt, ex quorum apparitione pollutio interdum ſubſequitur: quandoque uero prouenit pollutio ex cauſa intrinſeca ſpirituali, ſcilicet ex præcedentibus cogitationibus; aliquando autem ex cauſa intrinſeca corporali, uel ex ſuperfluitate ſiue debilitate naturæ, ſiue etiam ex ſuperfluitate cibi uel potus: quælibet autem harum trium cauſarum poteſt, & ſine peccato & cum peccato ueniali uel mortali exiſtere. & ſi quidem ſit ſine peccato uel cum peccato ueniali, non ex neceſſitate impedit ſumptionem huius ſacramenti: itaſ. quòd homo ſumendo ſit reus corporis, & ſanguinis Domini. ſi uero ſit cum peccato mortali, impedit ex neceſſitate: illuſio enim dæmonum quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparatio I nis ad * deuotionem; quæ poteſt eſſe & mortale, & ueniale peccatum; quandoque uero prouenit ex ſola nequitia dæmonum uolentium impedire hominem a ſumptione huius ſacramenti. unde legitur in collationibus patrum, quod cum quidam frater pateretur pollutionem ſemper in feſtis, in quibus erat communicandum, ſeniores comperto, quod nulla cauſa ab ipſo præceſſerat, decreuerunt quod propter hoc a communione non ceſſaret, & ita ceſſauit illuſio dæmonum. ſimiliter etiam precedentes cogitationes laſciuæ, quandoque poſſunt eſſe omnino ſine peccato: puta cum aliquis cauſa lectionis, uel diſputationis cogitur de talibus cogitare. Et ſi hoc ſit ſine concupiſcentia & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, ſed honeſtæ, ex quib. tamen pollutio ſequi poteſt, ſicut patet ex auctorita te Aug.* ſupra inducta. Quandoque uero præcedẽ In arg. 1. tes cogitationes ſunt ex concupiſcentia, & delectatione, & ſi adſit conſenſus, erit peccatum mortale: ſi autem deſit, erit ueniale. Similiter ẽt & cã corporalis quandoque eſt ſine peccato: puta cũ eſt ex infirmitate naturæ: unde & quidã etiã in uigilando abſque peccato fluxum ſeminis patiuntur, uel etiam ſi ſit ex ſuperfluitate naturę: ſicut enim contingit

alias, deuotionem, & orationem.

q. 111. ar. 3.

ſan-

sanguinem fluere absque peccato, ita & semen qđ est superfluitas sanguinis, secundū Philosophum.† Quādoq, vero est cū pecçato, puta cum prouenit ex superfluitate cibi uel potus,& hoc etiā potest esse peccatū ueniale vel mortale,licet frequētius peccatū mortale accidat circa turpes cogitationes ꝓpter facilitatem consensus,quàm circa sumptionē cibi & potus. Vnde & Greg.* scribens Aug. Anglorum episcopo dicit,cessandum esse a cōmunione, quando ex turpibus cogitationibus prouenit,non autem quādo prouenit ex superfluitate cibi vel potus,præsertim si necessitas adsit.sic igitur, ex causa pollutionis cōsiderari pōt, vtrū nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionē huius sacramēti.ex quadam vero congruentia impedit quantum ad duo,quorū unum semper accidit, scilicet quædam fœditas corporalis,cum qua ꝓpter reuerentiā sacramēti,nō decet ad altare accedere (vnde & volētes tangere aliquod sacrū, manus lauant) nisi forte talis immunditia sit perpetua vel diuturna, sicut est lepra,vel fluxus sanguinis , uel aliquid huiusmodi: aliud autē est euagatio mentis quæ sequitur pollutionem nocturnam,præcipue quando cū turpi ima ginatione contingit. Hoc tamen impedimentum, quod ex congruitate prouenit,postponi debet ꝓpter aliquam necessitatē, puta ut Greg.† dicit, cum fortasse aut festus dies exigit , aut exhibere ministerium pro eo,quòd sacerdos alius deest,ipsa necessitas compellit.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ex necessitate quidem non impeditur homo a sumptione hujus sacramenti, nisi propter peccatum mortale,sed ex quadā conuenientia potest homo impediri propter alias causas,sicut dictum est. *

Ad secvndvm dicendū, ꝙ coitus cōiugalis si sit sine peccato(puta si fiat causa prolis generandæ,vel causa reddendi debitū) non alia rōne impedit sumptionem huius sacramenti,nisi sicut dictum est†de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato,scilicet propter immunditiam corporalem,& mētis distractionem: ratione cuius Hier.†dicit super Matt.si panes propositionis ab his qui vxores tetigerāt, co medi non poterāt,quāto magis panis, qui de cœlo descendit, nō potest ab his,qui coniugalibus paulo ante* vacauere amplexibus, uiolari atque cōtingi? non quòd nuptias condemnemus, sed quòd eo tēpore,quo carnes agni manducaturi sumus , vacare carnalibus operibus non debemus.sed quia hoc secundum congruitatem,& non secundū necessitatē est intelligendum,Greg.† dicit,quòd talis est suo iudicio relinquendus:si uero nō amor ꝓcreandæ sobolis,sed voluptas dominatur in opere (vt ibidē Greg. subdit) tūc prohiberi debet,ne accedat ad sacrām.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sicut Gregor. ‡ dicit in epistola supradicta ad Augu. Anglorum episcopū,in ueteri testamēto aliqui polluti dicebantur figuraliter,qđ populus nouæ legis spiritualiter intelligit. Vnde huiusmodi corporales immunditiæ, si sint perpetuæ vel diuturnæ,nō impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediebant accessum ad sacramēta figuralia:si vero cito trāsēāt (sicut immunditia pollutionis nocturnæ) ex quadā cōgruentia impediunt sumptionē huius sacramēti per illum diem,quo hoc accidit.vnde & Deute.23. dicitur:si fuerit inter uos homo, qui nocturno pollutus sit somnio,egredietur extra castra,& non reuertetur priusquam ad uesperam lauetur aqua.

A Ad qvartvm dicendum , quòd. licet per contritionem, & confessionem auferatur reatus culpæ,non tamen aufertur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecuta.

Ad qvintvm dicendum,ꝙ somnium homicidij non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intensionem : si tamen somniū homicidij proueniat ex causa, quæ est peccatum,præsertim mortale, impedit a sumptione huius sacramenti,ratione suæ causæ.

Articvlvs VIII.

B *Vtrum cibus uel potus præassumptus impediat sumptionem huius sacramenti.*

Ad octavvm sic proceditur . Videtur quòd cibus uel potus præassumptus nō impediat sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentū est a Domino institutū in cœna: sed Dominus post quàm cœnauit,hoc sacramentum discipulis suis tradidit,sicut patet Luc.22.& primæ Cor.11.ergo uidetur quòd etiā post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramentum. Infr.artic.9. cor. Et 2.2. q.147.art.4. ad 1. Et 6. distin.8.q.1. ar.2.q.1. & 2 Et 1. Co. 11.lec.4.

¶2 Præterea. Primæ Corint.11.dicitur. Cum conuenitis ad manducandum, scilicet corpus Domini,inuicē expectate:si quis autem esurit , domi manducet:& ita uidetur quòd postquam aliquis domi mā ducauerit, possit in ecclesia corpus Christi manducare.

¶3 Præterea.In concilio Charthaginensi legitur,& habetur de consecr.distin.1.* sacramenta altaris nō nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario,quo cœna Domini celebratur.ergo saltem illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere. In conc.3. Charthag.ii can.29.& inuenitur de cōsecr. dist.1.ca. sacramenta altaris.

¶4 Præt.Sumptio aquæ uel medicinæ , uel alterius cibi,uel potus in minima quantitate, uel reliquiarū cibi in ore manentium,neque ieiuniū ecclesiæ soluit,neque sobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc, quòd aliquis reuerenter sumat hoc sacramentum. ergo per prædicta non impeditur aliquis a sumptione huius sacramenti.

¶5 Præt.Quidam de nocte profunda comedūt aut bibunt,& forte totā noctem insomnem ducentes, de mane percipiūt sacra mysteria nondū plene digesti.Minus autē impediretur sobrietas hominis ,si in mane parum comederet. & postea circa nonā sumeret hoc sacramentum,cum etiam sit quandoque maior distantia temporis. ergo uidetur quòd talis cibi præassumptio non impediat hominem ab hoc sacramento.

E ¶6 Præt.Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quàm ante sumptionem : sed sumpto sacramento, licet cibum aut potum sumere.ergo & ante sumptionem.

Sed contra est,quod Augustt.dicit in lib.respō sionum ad Ianuarium,placuit Spirituisancto , ut in honorem tanti sacramenti , prius in os Christiani corpus dominicum intret , quàm ceteri cibi. Epistlo. 118. cap. 6.ante med.to.2.

Respon.Dicendum,quòd aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter.vno modo secundum se,sicut peccatum mortale,quod habet repugnantiā ad significatum huius sacramenti,ut supra dictum est:*alio modo propter prohibitionē ecclesiæ:& sic impeditur aliquis a sumptione huius art.preced. & art.5.huius quæst.

sacramenti post cibum, & potum assumptū, triplici ratione. Primo quidē sicut Aug.† dicit, in honorem huius sacramēti, vt scilicet in os hominis intret, nōdum aliquo cibo vel potu infectum. Secundo, propter significationem, vt scilicet detur intelligi, ꝙ Christus (qui est res huius sacramēti) & charitas eius, debet primo fundari in cordibus nostris, secundū illud Matth. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertio, propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc, ꝙ homines inordinate cibis vtuntur, sicut & Apostolus dicit primæ Cor. 11. Alius quidē esurit, alius autem ebrius est: ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui statim cōmunicandi sunt, etiam post cibū, si de eorū periculo dubitatur, ne sine communione decedant: quia necessitas legem non habet. vnde dicitur de consec. † dist. 2. Presbyter infirmum statim communicet, ne sine communione moriatur.

Epist. 118. cap. 6. ante med. to. 2.

de consecr. dist. 2. capit. Presbyter. Epist. 118. c. 6. in. med. tomo 2.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut Aug.* in eodem lib. dicit, neque quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cænati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debēt, aut mensis suis miscere: sicut faciebāt quos Apostolus arguit & emendat. nāque saluator, quo vehemētius cōmendaret mysterii illius altitudinē, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorię discipulorum: & ideo non præcepit, quòd deinceps tali ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc* locum.

Alias modū

Ad secvndvm dicendum, ꝙ illud verbū in gl. sic exponitur: si quis esurit, & impatiēs non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, idest, pane terreno pascatur, nec post eucharistiam sumat.

Ex gl. inter. in. ibi colligitur.

Ad tertivm dicendum, quòd capitulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, vt in repræsentationem dominicæ cœnæ illo die a non ieiunis corpus Christi sumeretur: sed nunc hoc abrogatum est. nam sicut Augustinus* in libro prædicto dicit: per vniuersum orbē mos iste seruatur, vt scilicet corpus Christi a ieiunis sumatur,

in ep. 118. c. 6. ante med. tom. 2.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ (sicut in secunda parte habitū est*) duplex est ieiunium. Primum est ieiuniū naturæ: quod importat priuationem cuiuscumque præassumpti per modū cibi vel potus, & tale ieiunij requiritur ad hoc sacramentū propter prædicta. † & ideo neque post assumptionē aquæ, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantūcumque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere: nec refert vtrū aliquid huiusmodi nutriat vel nō nutriat, aut per se, aut cum alijs, dummodo sumatur per modum cibi vel potus: reliquiæ tamē cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiātur, nō impediunt sumptionem huius sacramenti: quia non traiiciuntur per modum cibi, sed per modū saliuæ, & eadē ratio est de reliquiis aquæ vel vini, quibus os abluitur: dūmodo nō traiiciantur in magna quātitate, sed permistæ saliuæ, quod vitari non pōt. Aliud autem est ieiunium ecclesię, quod instituitur ad carnis macerationem: & tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

2. 2. q. 147. arti. 6. ad 2. arg.

In cor. arti.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ cum dicitur, ꝙ hoc sacramentū prius, quam alij cibi, debet in os Christiani intrare, nō est intelligendū absolute respectu totius temporis: alioquin qui semel comedisset vel bibisset, numquam posset postea hoc sacramētum accipere, sed est intelligendum quantum ad eundē diem, & licet principiū diei, secundum diuersos, diuersimode sumatur: nam quidam a meridie, quidā ab occasu, quidā a media nocte, quidam ab ortu solis, diē incipiunt: ecclesia tamen romana diē a media nocte incipit, & ideo si post mediam noctē aliquis sumpserit aliquid per modū cibi vel potus, nō potest eadem die hoc sumere sacramentum: potest vero, si ante mediam noctem: nec refert vtrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter insomnietatem vel indigestionem, ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem huius sacramenti.

Ad sextvm dicendū, ꝙ maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramēti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedentia, quàm per sequētia: & ideo magis est institutū, ꝙ homines ieiunent ante sumptionem huius sacramēti, quàm post: debet tamē esse aliqua mora inter sumptionē huius sacramenti, & reliquos cibos. vnde & in missa, oratio gratiarū actionis post communionē dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt: secundum tamen antiquos canones statutum fuit a papa Clemēte (vt habetur de cōsecr. dist. 2.*) si mane dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunēt ministri qui eam sumpserunt: & si 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent usque ad uesperū. Antiquitus enim rarius missarum solennia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nūc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, nō posset de facili obseruari, & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

de consecr. dist. 2. ca. tribus gradibus.

Articvlvs IX.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ Articulum nonum.

Vtrum non habentes usum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur, quòd non habentes vsum rationis, non debeāt hoc sacramentum suscipere. requiritur enim, quòd aliquis ad hoc sacramētum cum deuotione, & prędente sui examinatione accedat secundum illud primæ Corin. 11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: sed hoc nō potest esse in his, qui carent vsu rationis. ergo nō debet eis hoc sacramentum dari.

¶ 2 Præterea. Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiam arrepitij, qui energumeni dicuntur: sed tales etiam ab inspectione huius sacramenti arcentur, secundum Dionys.* in lib. eccles. hierar. ergo carentibus usu rationis, hoc sacramentum dari non debet.

¶ 3 Præterea. Inter alios carentes vsu rationis, maxime pueri uidet

ad cõmunionẽ: dicũt.n.q̃ sunt nimis paruæ, cũ tñ sufficiẽtẽ habeãt & differentiõnem & deuotionẽm Et licet ipsi pueri ac puellæ uideãtur excusari, retrahentibus pãrẽtibus, & cõfessore nõ præcipiente, qm̃ disciplina ætatis illius exigit ut maioribus suis, plusquam sibipsis, & credant, & pareant, parentes tamen nõ excusantur.

dentur esse innocentes: sed pueris hoc sacramentum nõ exhibetur. ergo multo minus aliis carentibus usu rationis.

SED CONTRA est, quod legitur in concilio Aurasico* (& habetur in decret. 26. q. 6. ca. qui recedunt.) Amentibus, quæcumque pietatis sunt, conferenda sunt: & ita est eis cõferendum hoc sacrãmẽtum: quod est sacr̃m pietatis.

RESPON. Dicendum, q̃ aliqui dicuntur non habere usum rationis dupliciter. uno modo, quia habent debilem usum rationis, sicut dicitur non uidẽs, qui male uidet: & quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum: alio modo, dicuntur aliqui non habere totaliter usum rationis, aut igitur numquam habuerunt usum rationis: sed sic a natiuitate permanserunt, & sic talibus non est hoc sacramentum exhibendum: quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio: aut non semper caruerũt usu rationis, & tũc, si prius, quando erant compotes seu mentis, apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi forte timeatur periculum vomitus vel expuitionis. vnde in concilio Carthaginensi legitur * (& habetur in decret. 26. q. 2.) Is qui infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus uenit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si incontinẽti creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd carentes usu rationis possunt deuotionem ad sacramentum habere quantum ad aliquos quidem præsentem, quãtum ad aliòs autem præteritam.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Dion.* loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis, in quibus scilicet nondum est vis dæmonis extincta, quæ viget in eis per originale peccatũ. sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur, est eadẽ ratio, & de alijs ametibus. vnde Cassianus dicit, eis qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam a senioribus nostris numquam meminimus interdictam.

AD TERTIVM dicendũ, q̃ eadẽ ratio est de pueris recẽter natis, & de amentibus, qui numquam habuerũt usum rationis, vnde talibus non sunt sacra mysteria danda: quamuis quidam græci contrariũ faciant, propter hoc q̃ Dionys. 2.* Cæles. hierar. dicit, baptizatis esse saeram communionem dãdam, non intelligentes, q̃ Dionysius ibi loquitur de baptismo adultorũ: nec tamen per hoc aliquod detrimẽtũ uitæ patiuntur, propter hoc q̃ dominus dicit Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis: quia sicut Aug.* scribit Bonifacio, tũc unusquisq; fideliũ, corporis & sanguinis domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quãdo in baptismate membrũ corporis Christi efficitur: sed quando iã pueri incipiunt aliqualẽ usum rationis habere, ut possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat quotidie sacramentum suscipere.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod non liceat quotidie hoc sacramentũ suscipere: sicut.n. baptismus repræsentat dominicam passionem, ita & hoc sacramentum: sed non licet pluries baptizari, sed semel tantum: quia Christus semel tantũ p̃ peccatis nostris mortuus est, ut dicitur primæ Pet. 3. ergo uidetur, q̃ non liceat hoc sacrãmẽtum quotidie suscipere.

¶ 2 Præt. Veritas debet respondere figuræ: sed agnus Paschalis, qui fuit figura præcipua huius sacramenti (vt supra dictum*) non mãducabatur, nisi semel anno; semel etiam in anno ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. ergo videtur, quòd nõ liceat quotidie sumere hoc sacramentum, sed solum semel in anno.

¶ 3 Præt. Huic sacrmento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerẽtia debetur: ad reuerentiã aũt pertinet, q̃ aliquis ab hoc sacr̃o abstineat. vñ & laudatur Cẽturio, qui dixit Mat. 8. Domine nõ sum dignus, ut intres subtectum meum, & Petrus, qui dixit Lucæ. 5. Exi a me domine, quia homo peccator ego sum. ergo non est laudabile, q̃ homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶ 4 Præt. Si esset laudabile, frequẽter hoc sacramentum accipere, quanto frequentius sumeretur, tãto esset laudabilius: sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentũ. ergo esset laudabile, q̃ homo pluries in die communicaret: quod tamẽ non habet ecclesiæ consuetudo. non ergo videtur esse laudabile, quòd aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶ 5 Præt. Ecclesia intendit suis statutis fidelium utilitati prouidere: sed ex statuto ecclesiæ fideles tenentur solum semel communicare in anno: unde dicitur* extra de pœniten. & remiss. Omnis vtriusque sexus fidelis suscipiat reuerẽter, ad minus in Pascha eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprij sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tẽpus ab eius perceptione duxerit abstinendũ. non ergo est laudabile, quòd quotidie hoc sacramentum sumatur.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ Articulum decimum.

IN ar. 10. circa quotidianam celebrationem, nota Aug. uerbum. Sic viue, vt quotidie merearis accipere, qm̃ per sic uiuere intelligendũ est. spiritualem vitã sic ducere, ut quotidiana cõione semp̃ augeatur: alioquin non sic viuitur, ut quotidie mereamur accipere. Num qui quotidie meret accipere, debet quotidie sic esse dispositus, ut fructũ eucharistiæ percipiat, fructus aũt 1 pñalis huius cibi est, non solũ actualis refectio spiritus, sed augmẽtum gratiæ: qm̃ per totũ tempus præsentis vitæ sumus in statu augmenti.

¶ Propter quod crebro, aut quotidie celebrantes discutiant in seipsis fructũ præteritæ celebratiõis, & secundum profectum uel defectum, quem experiuntur in se, prosequantur, vel a prosecutione desistant: qui enim multis celebrationibus peractis ad actus uirtutum non melius se habet quã prius, passionibusque non minus subiicitur, quã prius, parum aut nihil celebrando proficit. Dico autem parum: quia forte quo ad aliquam actualẽ deuotionem profecit. Dixi quoq; post multas celebrationes, quoniam non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrantem esse dispositum sic, ut per quã libet celebrationem augeatur habitus gratiæ. Dicet enim forte quispiam, q̃ etiam puer in statu augmenti, non ex quolibet sumpto cibo singillatim augetur, quamuis hoc nõ multum vigere uideatur, quia augmẽtum corporale a virtute naturali determinata ad naturalẽ dispositionem fit: augmentum autem charitatis a diuina fit uirtute, quandocumque anima ad hoc se sufficienter præparauerit.

In sermo.28. parum ante med. to.10.

SED CONTRA est,quod Augu.dicit in lib.de verbis domini.Iste panis quotidianus est, accipe quotidie,vt quotidie tibi prosit.

RESPON.Dicendū,q̄ circa vsum huius sacr̄i duo possunt considerari.vnum quidem, ex parte ipsius sacr̄i,cuius virtus est hominibus salutaris,& ideo utile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat,unde Ambr.*dicit in lib.de sacramentis, si quotiescumque effunditur sanguis Christi,in remissionem peccatorum effunditur,de beo semper accipere:qui semper pecco,debeo sem per habere medicinam.alio modo,potest considerari ex parte sumentis,in quo requiritur,ut cū magna deuotione & reuerentia ad hoc sacramentum accedat:& ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratū inueniat,laudabile est,q̄ quotidie sumat, unde Augu.*cum dixisset, Accipe quod quotidie tibi prosit,subiungit,sic viue, vt quotidie merearis accipere:sed quia multoties in pluribus hominum,multa impedimenta huius deuotionis occurrūt, propter corporis indispositionem uel animæ, nō est utile omnibus hominibus,quotidie ad hoc sacramentū accedere, sed quotiescumque se ad illud homo inuenerit præparatum. unde in lib.de ecclesiast.dogmatibus*dicitur,quotidie eucharistiæ communionem accipere,nec laudo,nec uitupero.

lib.4.cap.6.a med.tom.4.

In ser.28.de verb. domi. parum ante med.to. 10.

c.53.in prin. habetur liber hic inter opa Auguſt.tom.3.

AD PRIMVM ergo dicendum,q̄ per sacramētum baptismi configuratur homo morti Christi,in se suscipiēs eius characterem: & ideo sicut Christus semel mortuus est,ita solū semel debet homo baptizari:sed p̄ hoc sacramentū non recipit homo Christi caracterē: sed ipsum Christum , cuius virtus manet in æternū,unde Hebr.10.dicitur,una oblatione cōsumauit in sempiternum sanctificatos:& ideo q̄a quotidie homo indiget salutifera Christi virtute, quotidie potest laudabiliter hoc sacramentum suscipere:& q̄a præcipue baptismus est spiritualis regeneratio,ideo sicut homo semel carnaliter nascit̄, ita debet semel spiritualiter renasci per baptismū,vt Aug.*dicit super illud Ioā.3.Quomodo potest homo nasci cum sit senex?sed hoc sacramentū est cibus spiritualis: unde sicut cibus corporalis quotidie sumitur,ita & hoc sacramētū quotidie sumere, laudabile est.unde dominus Luc.11. docet petere, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, in cuius expositione Aug.*dicit in lib.de verbis Dñi, si quotidie accipis,scilicet hoc sacramentum, quotidie tibi est hodie, tibi quotidie Christus resurgit: hodie enim est,quando Christus resurgit.

trac.9.i euā. Ioa.nō multū ante mediū. tom.9.

In serm.28. de verb.domi.a medio tom.10.

AD SECVNDVM dicēdū,q̄ agnus paschalis p̄cipue fuit figura huius sacramēti, quantum ad passionem Christi,quæ repræsentatur p̄ hoc sacramentum: & ideo semel tantū in anno sumebatur,q̄a Christus semel mortuus est,& propter hoc etiam ecclesia celebrat semel in anno memoriā passionis Chr̄i: sed in hoc sacramēto traditur nobis memoriale passionis Christi per modū cibi,qui quotidie sumitur : & ideo quantum ad hoc significatur per māna, quod quotidie dabatur populo in deserto.

AD TERTIVM dicendū,q̄ reuerētia huius sacramēti habet timorē amori coniunctū (unde timor reuerētiæ ad Deū,dr̄ timor filialis,ut in secūda parte*dictū est)ex amore. n. prouocatur desideriū sumendi,ex timore aūt cōsurgit humilitas reuerēdi: & ideo vtrūq; pertinet ad reuerentiam huius sacramenti,& q̄ quotidie sumatur,& q̄ aliquando abstineatur:vnde Aug. * dicit,si dixerit quispiā nō quotidie accipiendam eucharistiam,alius contra,faciat vnusquisque quod secundū fidem suam pie credit esse faciendum:neq; enim litigauerunt inter se Zacchæus, & ille Centurio,cum alter eorū gaudens suscepit Dñm,aliter dixit,Non sum dignus, ut in tres sub tectū meum,ambo Saluatorem honorificātes, quamuis nō uno modo : amor tamen & spes, ad q̄ semp scriptura nos prouocat , præferunt timori. unde & cū Petrus dixisset,Exi a me Domine , quia homo peccator sum.respondit Iesus , noli timere.

AD QVARTVM dicendum , quòd quia dominus dicit , Panem nostrum quotidianum da nobis hodie,non est pluries in die communicandum , ut saltem per hoc,q̄ aliquis semel in die communicat, repræsentetur vnitas passionis Christi.

AD QVINTVM dicendū,q̄ secundū diuersum statū ecclesiæ,diuersa circa hoc statuta emanauerant: nā in primitiua ecclesia,qñ magna uigebat deuotio fidei Christianæ,statutū fuit,ut quotidie fideles cōmunicarent.unde Anacletus Papa * dicit,peracta cōsecratione,omnes communicent,qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus:sic.n.& Apostoli statuerūt,& sancta Romana tenet ecclesia.postmodū vero diminuto fidei feruore,Fabianus Papa †indulsit,ut si nō frequentius,saltē ter in anno, oēs communicēt,scilicet in Pascha, Pētecoste, & Natali Domini.Soter*etiam Papa in cœna domini dicit esse cōmunicandum,ur habetur in decret.de cōsecrat. distin.2.postmodum propter iniquitatis abundantiā refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III.†ut saltem semel in anno, scilicet in Pascha,fideles communicent:consulitur tamē in lib. de ecclesiasticis cogmatibus,* omnibus diebus dominicis esse communicandum.

In epist.1. in medio¶. & habetur de consec. dist.1.ca.Ejus scopus.

De consec. dist.2.ea Et. si nō frequētius.

In epist. ad epist. Italiæ. de consec. dist.2.c.in cena.

Inno.III. in cōc.Lat. cā. 21. cap.53.circa prine. habet lib.hic inter opera Augu.tom.3.

ARTICVLVS XI.

¶Super Quæstionis, octuagesima tertiæ articulum undecimum.

Vtrum liceat omnino a communione cessare.

AD VNDECIMVM sic procedit̄tur. Videtur, quod liceat cessare omnino a communione, laudatur enim Centurio de hoc Matthæi octauo , Domine non sum dignus , vt intres sub tectum meum. Cui cōparatur ille,qui reputat a communione sibi esse abstinendum.ut dictum est. * cum ergo numquā legatur Christum in eius domum venisse,videtur q̄ liceat alicui toto tempore uitæ suæ a communione abstinere.

¶2 Præterea. Cuilibet licet abstinere ab his , quæ non sunt de necessitate salutis : sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis , ut supra dictum est. † ergo licet a sumptione huius sacramenti omnino cessare.

¶3 Præt.Peccatores non tenentur communicare. unde Fabianus Papa*cū dixisset,Ter in anno omnes communicent, adiunxit, nisi forte maioribus criminibus impediatur . si ergo illi ,

4.dist.12.q. 3.art.2.

art.præced. arg.3.

Q.73.ar.3.

Habetur de consec. dist. ca. Etsi non sf.equidē?

¶Aduerte

¶Aduerte in hoc loco hanc materiam non apparere vsquequaque claram, quoniam multi doct. & Auctor in 4. sent. dist. 9. q. 1. artic. 1. tenent communionem, non esse ex Christi, sed ecclesiæ præcepto necessariam, & rationes in litera allatæ inferentes cõmunionem esse sub præcepto Christi, probabiles sunt: nam prima ex communiter confessis, s. q̃ manducatio spiritualis huius sacramẽti sit de necessitate salutis, procedit: secunda autem ex mãdato domini, hoc facite in meam commemorationem. Non oportet propterea accipere has rationes, vt coactiuas: q̃m primam posset quis subterfugere, dicẽdo, q̃ licet mãducatio spiritualis huius sacri claudat in se votũ mãducationis sacramentalis, non oportet tamen, quòd manducatio spiritualis Christi claudat in se votũ mãducationis sacramentalis: angeli.n. manducãt spiritualiter Chrm & non manducant spiritualiter hoc sacramentum, nec habent votum mãducandi sacramentaliter: & similiter habens baptismum in voto tantum, manducat spiritualiter Christũ, & non nisi remotissime habet in voto manducationem sacramẽtalem. doctores autẽ cõmuniter loquẽdo, indistincte vocant spirituale mãducationẽ Christi & spirituale manducationem sacramenti eucharistiæ, ac si vnum, & idem essent, cõi nomine appellando vtramque spirituale mãducationem corporis & sanguinis Domini: cum tamen, formaliter loquendo, distinguanẽ formaliter: quoniam vna respicit corpus Christi mysticũ absolute, altera vero idem corpus Christi mysticũ, vt sacro eucharistiæ significatur & confertur.

Art. 1. huius quæst. & q. 73. ar. 3. ad 1.

Q. 3. ar. 3.

Thom.

cit. omnis vtriq; sexu.

Ad 3. tertiis cit. 6. circa fin.

qui non sunt in peccato, tenẽtur communicare, videtur quòd melioris conditionis sint peccatores quàm iusti, quòd est inconueniens. ergo videtur, quod etiam iustis liceat à communione cessare.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra * dictum est) duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, scilicet spiritualis, & sacramentalis: manifestum est autem, quòd omnes tenentur saltem spiritualiter manducare, quia hoc est Christo incorporari, vt supra † dictum est. Spiritualis autem manducatio includit votum, sed desiderium percipiendi hoc sacramentum, vt supra* dictum est: & ideo sine voto percipiẽdi hoc sacramentum, non potest homini esse salus: frustra autem esset votum, nisi impleretur, quando oportunitas adesset. & ideo manifestum est, quòd homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solum ex statuto ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem: ex statuto autem ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Gregorius * dicit in Pastorali, illa est vera humilitas, cum ad respuẽdum quod vtiliter præcipitur, pertinax non est: & ideo non potest esse laudabilis humilitas, si contra præceptum Christi, & ecclesiæ aliquis omnino à cõmunione abstineat: neq; eũ Centurioni præceptũ fuit, vt Christum in sua domo reciperet.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ Prima fit fide formata absolute, vel visione beata: secunda fit fide formata desiderante hoc sacramentũ. ¶Secunda autem ratio euadi potest, dicendo præceptum domini cadere non super hoc facere, sed super relationem ipsius facere ad suam commemorationem, iuxta interpretationem ecclesiæ vrentis hoc domini mãdato sub his verbis, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Et idem sensus habetur 1. ad Cor. 11. cum de calice subditur, Hoc facite quotiescumq; bibetis in meam cõmemorationem. Tutior proinde apparet via Auctoris hic, quamuis cogens ratio non appareat,

¶*Super Quæstionis 80. Articulum 12.*

INartic. 2. circa communionẽ sub vtraque specie, aduertendum est, esse duos extremos errores vitandos, alter est, eorum qui tenent, oportere populum communicare sub vtraque specie. alter est eorum, qui tenent populum communicantem sub vraque specie, peccare. Vtrique errant, primi quidem, damnando eos qui non communicant sub vtraque specie: alij autem damnando communicantes sub vtraque specie. sanctа autem mater ecclesia media via incedendum docet. & vtrumque posse fieri licite tradit: quoniam si ad sacramentum spectatur, communio sub vtraque specie licita habetur, & si ad reuerentiam sacramento debitã spectetur, licite à communione sanguinis populus abstinet, vt in litera dicitur. Et hæc intelige, loquendo absolute de sacramento & ipsius reuerentia; nam descendendo ad ritus consuetudinesque ecclesiarum, videtur seruandus in qualibet ecclesia mos in ea ab antiquo seruatus (si debita sacramento reuerentia tuta est ibi) nec nouitate aliqua perturbandus: præsumptionis siquidẽ vitio non careret, introducere communionem sub utraque specie, ubi non est cõsueta: immo a schismatis nota non esset alienum, propterea quòd apud solos schismaticos in partibus occidentalibus hic mos vigere videtur.

Inno. in cõc. Lat. c. 21. & habetur iib. 5. decre. tit. 38. c. 12.

Iafra q. 82. artic. 4. Et 4. dist. 12. q. 3. ar. 1. q. 2.

* de cõsecr. dist. 2. c. Cõperimus.

¶*Triplex quæstio de communione sub vtraque specie.*

OCcurrit hic circa communionem, sub vtraque specie, triplex quæstio perspicaciter discutienda propter nouitates, scilicet de necessitate, de utilitate, & de congruentia.

q. 74. ar. 1. & 76. a. 1. ti. 3. ad arg. 2.

Loco citato in arg. 1.

QVAESTIO PRIMA.

An communio sub vtraque specie sit in præcepto.

QVæritur primo, an communio sub utraque specie sit in præcepto. Videtur enim, quod sic. primo ex uerbis domini Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, ubi manifeste de necessitate salutis explicatur esse manducare carnem, & bibere sanguinem Christi. Si dicatur quòd textus iste non loquitur de manducatione sacramentali, sed spirituali, habetur nihilominus intentum; quoniam manducare spiritualiter, claudit in se uotum manducandi sacramentaliter: & similiter bibere spiritualiter, claudit in se uotum bibendi sacramentaliter, hinc enim manifeste sequitur, quòd si est de necessitate salutis

manducare, & bibere hoc sacramentum spiritualiter, oportet de necessitate quoque salutis esse manducare, & bibere illud sacramentaliter: alioquin frustra essent huiusmodi uota seu desideria, quæ numquam oporteret implere. Et declaratur vis huius processus ex simili in baptismo flaminis, quod claudit in se votum baptismi fluminis, ut patet applicanti.

Q.74.arti. & 76.cr.2.ad 1. ¶ Secundo, ex præcepto Domini Luc. 12. Hoc facite in meam commemorationem: monstrat enim ly hoc, quod ipse dominus fecit, scilicet cōsecrare & tradere sub utraq; specie.

Q.76.arti.2. ad 1. ¶ Tertio, ex perfectione sacramenti. Cadit enim sub diuino præcepto perfectio sacramenti: cōstat autem sacramentum hoc integrari ex utraq; specie, quoniam est unum sacramentum unitate pfectionis, ex cibo enim & potu constat alimentum perfectum. Si dicatur, quòd quāuis sub diuino precepto cadat perfectio sacramenti, nō tamē perfectio usus vbi sacramētum distinguitur ab illius usu, ut contingit in proposito, contra: sacramentum hoc est propter ipsius usum: alimentum enim est propter agendum. ergo si perfectio sacramēti est ꝑcepta, multo magis precepta est perfectio ipsius usus, quanto magis finis est magis intentus, quam id, quod est ad finem.

In oppositum est communis doctorum auctoritas, cū consuetudine Romanæ ecclesiæ. cum omnibus fere occidentalibus ecclesiis.

In hac quæstione sex sunt agenda. primo narrabitur uaria circa hoc obseruatio. secundo distinguentur difficultates quatuor circa hoc. tertio tractabitur prima difficultas. quarto tractabitur secunda. quinto tractabitur tertia. sexto tractabitur quarta.

Quo ad primum Nestorius, & Pelagius, cum sequacibus astruxerunt uniuersaliter seruandam communionem sub utraque specie, diuersa tamen ratione moti. Nestorius enim putauit sub specie panis corpus tantum Christi esse, & sub specie uini sanguinem tantum: quia in morte Christi, sanguis fuit separatus a corpore: & propterea sub utraque specie oportebat sacramentum sumi, ut integer Christus sumeretur in memoriam mortis eius. Pelagius autem motus ex uerbis domini Ioa. 6. Nisi māducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in uobis, utramque sacramenti speciem etiam ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando, quod si infans non posset sacramentalem panem sumere, deberet panis contritus cum sanguine infundi in os infantis, & si quippiam eiectum esset, esse illud comburendum: iuxta præceptum antiquum de agno Paschali, si quid residuum fuerit, igne comburetis. Et hinc forte olim græcorum illorum, quos Auctor in litera 9 art. nominauit, & similiter paulo ante centum annos Bohemorum abusus in communicando infantes ortus est, quodam Iacobello nouitatem communionis sub utraque specie Bohemis suggerente. Hæc de primo.

¶ 3 Præterea. Hoc sacramentum celebratur in memoria dominicę passionis (vt supra dictū est†) & sumitur pro animæ salute: sed passio Christi magis exprimitur in sanguine quàm in corpore, sanguis etiam pro salute animæ offertur, vt supra habitum est.* potius ergo esset abstinendum a sumptione corporis, quàm a sumptione sanguinis. ergo accedentes ad hoc sacramentum, non debent sumere corpus Christi sine eius sanguine.

Sed contra est multarum ecclesiarum usus, in quibus populo cōmunicanti, datur corpus Christi sumendū, non autem sanguis

Respon. Dicendum, ꝙ circa usum huius sacramenti duo possunt considerari: unum ex parte ipsius sacramenti: aliud, ex parte sumentium: ex parte quidem ipsius sacramenti conuenit, quòd utrumque sumatur, scilicet & corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et ideo, quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sāguine: ex parte autē sumentium requiritur summa reuerentia, & cautela, ne aliquid accidat, quod vergat ad iniuriam tāti mysterii: quod præcipue posset accidere ī sanguinis sumptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi: & quia creuit multitudo populi Christiani, in qua continentur senes & iuuenes, & paruuli, quorū quidam non sunt tātæ discretionis ut cautelā debitam circa usum huius sacramenti adhibeant, ideo prouide in quibusdam ecclesijs obseruatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdote sumatur.

Ad primvm ergo dicendum, quòd Gelasius loquitur quātum ad sacerdotes: qui sicut totum cōsecrant sacramentum, ita etiam toti communicare debent. ut. n. legitur in concilio * Toletano, Quale erit sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ perfectio huius sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni huius sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine, dūmodo sacerdos consecrans sumat utrumque.

Ad tertivm dicendum, ꝙ repræsentatio dominicæ passionis agitur in ipsa cōsecratione huius sacramēti, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari. Potest autem a populo, corpus sine sanguine sumi. Nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert, & sumit, & sub vtraque specie totus Christus cōtinetur, ut supra habitum est.

F Quo ad secundum tres sunt differentiæ considerandæ: prima est inter infantes & adultos. secunda est inter sacerdotes & alios adultos: tertia est inter conficientes hoc sacramentum, & non conficientes. Emergunt siquidem ex his tribus differentijs quatuor speciales difficultates. prima est, an communio sub utraque spē sit necessaria omnibus, comprehēdendo et infantes. secunda est, an sit necessaria omnibus adultis: tertia est, an sit necessaria omnibus sacerdotibus. quarta est, an sit necessaria omnibus conficientibus: quelibet em harum difficultatū habet opinantes ꝓ utraque parte. Hæc de secundo.

Quo ad tertium, circa primam difficultatē (an scilicet cōmunio sub utraque specie sit necessaria etiam infantibus) quicquid garrire possint hæretici tenētes partem affirmatiuā: aut quicūque errantes cōmunitates sub vna tantum specie infantes clara luce manifestum est, infantibus neutro modo sacramentum hoc esse exhibendū. Tū quia fundamentum ex scriptura sumptū a Pela. Nisi māducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā ī uobis, ꝓ eis nō facit, qñ intellectū de sacramentali mā ducatione hæresim inducit manifestā, s. ꝙ baptismus non suffíciat infantibus ad vitam æternam. Si. n. ad baptizatos infantes dr, nisi sumpseritis hoc sacrm eucharistiæ, non habebitis uitam in uobis, consequens est, ꝙ ex baptismo non habeant uitam, & consequenter si cum solo baptismo decederent non haberent uitam æternam, quod constat hæresim esse damnatam. tū quia sacramentū eucharistiæ datur ut alimentū animæ: propterea. n. datur sub specie panis, & uini. alimentū autē sicut non datur, nisi viuenti (non. n. potest sumi a mortuis) ita non datur nisi habenti aliquam operationem uitalem, frustra. n. alimentū poneretur in os impotentis illo quouis modo uti, nam nihil prodest alimentum alicui, qui ad illud ut mortuus se habet: sed infans baptizatus nullam habet operationem uitalem secundum uitam spiritualem. ergo ei non conuenit sumere alimentum spirituale.

De consec. dist. 2. ca. Ite latum.

Q.76. arti. 3.

At si contra hanc rationem obiiciatur, falsum assumere: quia ecclesia consueuit infirmis adultis in extremo uitæ sensibiliter cōstitutis, uel etiam phrenesim patientibus, eucharistiam tribuere sine omni operatione uitali interioris spiritus, facile excluditur obiectio, animaduertendo, quod licet tales adulti in extremo constituti, nullam habeant pro tunc uitalem spiritus operationem, habuerunt tamen eam ante petendo implicite, uel explicite hoc sacramentum, & propterea negatur amentibus a natiuitate, sicut & infantibus, quoniam utrique nec pro tunc, nec antea actum aliquem spiritus habuerunt.

Si uero obiecerit quispiam falsum in adducta ratione subsumi, eo quod infantes habent uitales spiritus operationes, s. credere & abrenuntiare satanæ: etsi non spiritu proprio, spiritu tamen ecclesiæ, ut patet cum baptizantur, facile quoq; hæc obiectio excluditur, quoniam si sic esset, accommodasset ecclesia has

lias operationes vitales pueris in susceptione eucharistiæ, sicut accommodatit eis in susceptione baptismi, & cum huiusmodi accommodatio nullibi facta sit respectu eucharistiæ, consequens est ut non nisi propria voluntate fingatur. In promptu enim ratio est quare in baptismo habeat locum huiusmodi accommodatio, & non potest habere locum in eucharistia: per baptismum enim generatur infans in filium Dei, generatio autem non exigit cooperationem eius qui generatur: & propterea accommodatio ecclesiæ non necessitatis, sed solennitatis cæremonialis est in baptismo: per eucharistiam autem nutritur sumens illam. nutritio autem exigit cooperationem vitalem eius, qui nutritur. & propterea accommodatio cæremonialis nō supleret actus personales, necessarios sumenti eucharistiam. unde stat ratio solida: tum quia hoc etiam verbis domini repugnat, cum primo tradidit hoc sacramentum. dixit enim, accipite & manducate: docens per hoc, quòd illis tantum est tribuendum, qui possunt aut potuerunt manducare corporaliter: ita ꝙ sicut non regeneratur baptismo, nisi carnaliter natus. ita non sumitur hoc sacramentum, nisi carnaliter manducatum, & propterea infans, qui numquam potuit, nec potest manducare carnaliter panem, ab ipso domino excluditur a manducatione sacramentali. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum, an communio sub vtraque specie necessaria sit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis, apparet pars affirmatiua vera, ex usu autem ecclesiæ monstratur falsa. Et quoniam maxima vis sit in sæpe dictis uerbis domini, Ioan. 6. Ideo subtilius discutienda sunt, & imprimis notandum vltra duos manducandi modos, qui consueuerunt distingui circa hoc sacramentum, inueniri alium modum manducandi non sacramētum, sed Christum. ita quòd conficiuntur tres modi manducandi Christum, scilicet vel sacramētaliter, vel spiritualiter, sub sacramento tamen in re, aut in uoto, uel pure spiritualiter.

¶ Et vt clarius percipiatur quod dicimus, declarandum ex conenientia & differentia, & deinde probandum ex scriptura est, quod dicimus: conueniunt siquidem hi duo modi manducandi Christum spiritualiter, in hoc quod uterque ponit manducatem esse Christi membrum uiuum. Differunt autem primo in hoc, quòd manducare Christum est ex suo genere manducatio pure spiritualis: manducare autem spiritualiter Christum in eucharistia, est manducatio alligata ad sacramentum re uel uoto. & hoc quidem testatus est Auctor in secundo huius quæstionis articulo, cum dixit, Alio modo contingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub speciebus huius sacramenti, inquantum, scilicet aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc sacramentum. ubi manifeste apparet, spiritualem manducationem eucharistiæ claudere se ordinem ad sacramentum. Manducatio autem Christi absolute, quòd sit ex suo genere pure spiritualis, ex eo patet, quòd huiusmodi manducatio terminari potest, & ad deitatem secundum se, iuxta illud Lucæ 22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo (ibi enim nulla erit ratio sacramenti, sed pure spiritualiter edēt & bibent Deum sicuti est, sicut ipsa Christi anima Deo fruitur) & ad spiritualia dona gratiæ, iuxta illud Iohan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum &c. Et hinc differunt secundo in hoc, quòd manducare spiritualiter Christum sub sacramento, proprium est viatoribus in nouo testamento adultis, manducare autem pure spiritualiter Christum: commune est comprehensoribus & viatoribus: scriptum est enim, Panem angelorum manducauit homo. commune quoque est noui, & veteris testamenti iustis: scriptum est enim, quòd non aliud nomen datum est sub cœlo, in quo oportet homines salvos fieri. & demum commune est iustificatis infantibus, & adultis: per baptismum enim Christi membra uiua etiam infantes fiunt.

¶ Probatur autem hic modus comedendi Christum spiritualiter, quòd non sit confectus, aut nouiter adinuentus, tum ex eo, quod omnes fatemur Christum esse panem angelorum hominum, tum ex eo quòd huiusmodi manducatio millies habetur in scriptura, & nulla est ratio, quare non possit terminari ad Christum, sicut terminatur ad alia, & superius inducta, & quæ possent induci, ut est illud Prouerb. 9. in persona Sapientiæ, Venite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui uobis, &c. Nec propterea arguendi sunt doctores insufficientiæ, qui duos tantum modos manducandi distinxerunt quoniam de modis manducandi Christum sub sacramento tractabant: tales autem modi non sunt nisi duo, nos autem ex ipsis sacris doctoribus apposuimus hunc alium modum spiritualiter manducandi non sacramentum, sed Christum, ut hinc clariorem redderemus sensum euangelij & sanctorum doctorum.

¶ His itaq; præmissis dicimus ꝙ sæpe dicta domini uerba. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, intelliguntur ad literam de manducatione spirituali Christi, abstrahendo tam a manducatione sacramentali, quàm a manducatione spirituali sacramenti in re vel in uoto. probaturque tripliciter, primo ex textu euangelico: secundo ex contextu eiusdem: tertio auctoritate sanctorum. textus imprimis ipse, dum dicit, Nisi manducaueritis, non habebitis vitam in uobis, manifeste monstrat. quod de illa manducatione & bibitione loquitur, sine qua non potest esse vita spiritualis in nobis: sed sola manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non potest esse uita in nobis. ergo de ipsa sola loquitur textus euangelicus. Maior est nota per se: minor autem propter dictionem exclusiuam habet duas partes, alteram affirmatiuam, scilicet manducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non possumus habere vitam (& hæc etiam est per se nota intelligentibus terminos: quoniam manducare spiritualiter Christum, est esse Christi membrum viuum, constat enim quòd nisi simus Christi membra viua, non possumus habere uitam spiritus in nobis) alteram negatiuam, scilicet nulla alia manducatio est, sine qua non est uita in nobis, & hoc probatur ex eo, quòd tam sine manducatione sacramentali, quàm sine manducatione spirituali sacramenti huius in re vel in voto, potest esse, & de facto est vita in nobis, ut testatur vita infantium baptizatorum, quibus firmiter credimus baptismā solum absque aliquo alio sacramento sufficere ad vitam æternam.

¶ Nec mihi aliquis occurrat, dicendo quod baptismus habet annexum votum sacramenti eucharistiæ, quoniam huiusmodi sententia, cum in sacris inuenitur doctoribus, uenerabiliter susceipienda est, in suo tamen ordine, hoc est, ut adaptatio quædam, & non ut inde argumentum sumatur efficax ad firmandam veritatem eorum, quæ in quæstione fidei versantur. secundum namque veritatem baptismus ex se solo sufficit ad vitam æternam, & non mendicat hoc ex aliquo annexo voto alterius sacramenti. Si enim hoc ex annexo voto haberet: non ipsi baptismo, sed illi alteri sacramento, infantium baptizatorum salus attribueretur & attribuenda esset, cum tamen non solum ecclesia uniuersalis cum sanctis doctoribus, sed etiam dominus ipse baptismo attribuat uitam spiritus, ut patet Ioan. tertio. Vbi cum dixisset Nicodemo, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei, statim subdit effectum huius regenerationis esse uitam spiritus dicens, Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

¶ Et confirmatur hoc, quia in idem redit, dicere baptismum dare uitam ex uoto alterius sacramenti, & dicere, baptismum non sufficere ad uitā, & hoc si proprie & formaliter loquimur, ut loqui debemus, & scripturæ intelligendæ sunt. Patet autem non intendi a sacris doctoribus, per huiusmodi adaptationem, baptismum habere in uoto manducare carnem filii hominis, & bibere eius sanguinem in sacramento ex hoc, quòd ipsi sacri doctores tenent huiusmodi uotum non esse de necessitate salutis: quoniam tenent quod communicare sub utraque specie, non est de necessitate salutis, cuius oppositum esset verum, si in baptismo manducaretur spiritualiter panis sacramentalis, & biberetur spiritualiter sanguis sacramentalis, nam quod tunc fit voto, necesse est postea exequi in re, quando opportunitas aderit. Stat ergo solida fundata ratio super textu euangelico, qui est lex generalissima a Christo promulgata, & non minus necessaria quam illa alia lex, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu, nō potest introire in regnum Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam apperta sunt utrobique verba Domini, & ad literam intellecta hæc continent.

¶ Deinde probatur hoc idem ex contextu euangelii. Vbi aduertendum est, quod doctrina ista Domini incepit occasionaliter sicut doctrina, quam dominus dedit Samaritanæ de aqua uiua, occasione sumpta ex aqua naturali, ut patet Ioann. 4. Iudæi enim post miraculum de quinque panibus, & duobus piscibus, quærentes Iesum, audierunt ab ipso, Quæritis me, quia manducastis ex panibus, & saturati estis, & statim subdidit dominus, Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Et sic inchoato sermone de cibo spirituali, quæsierunt iudæi, intelligentes per cibum spiritualem opera sancta, Quid faciemus ut operemur opera Dei? & audierunt a domino, ut crederent in ipsum, declarando quod cibus spiritualis ac opus Dei esset credere in ipsum. quo audito iudæi quæsierunt ab eo signum, ut sic crederent ipsi commemorantes signum mannæ in deserto, tamquam panis cœlestis, quasi dicerent (vt Augustinus exponit.) Si uis vt credamus tibi, fac plus nobis, quàm fuerit factum patribus nostris, qui manducauerunt manna in deserto. Et tunc dominus, ubi prius de cibo locutus fuerat, ad cibi speciem descendit proponens panem spiritualem, & primo quidem proponit panem verum esse non quemcumque, sed eum qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo,

& subdit se panem vitæ,& de cælo descendisse. Manifestatque horum duorum primum ex actibus spiritualibus, scilicet quod venire ad ipsum , & credere in ipsum,tollit totaliter famem,& sitim mentis,& tandem etiam corporis. Et interposita murmuratione iudæorum de secundo, scilicet quod descendit de cælo, & eorum repressione,manifestat secundum , de quo murmurauerant: ex spiritualibus quo que actibus, scilicet,quòd credere in ipsum est habere vitam æternam,& ex differentia inter manducantes manna & ipsum : quia illi mortui sunt : si quis autem manducauerit ex ipso,non morietur, sed viuet in æternum. Et in calce amplius explanans dominus panem , de quo loquebatur,ad carnem descendit dicens, Et panis quem ego dabo , caro mea est pro mundi uita. Quo audito litigabant iudæi adinuicem , quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? & tunc dixit eius Iesus , Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis. Vbi diligenter aduertendo clara luce patet,quòd cum totus præcedens sermo fuerit de actibus pure spiritualibus, de spirituali quoque manducatione , & potatione ipsius Christi carnis & sanguinis , sermo præsens ad literam est . Post panes enim materiales primo de cibo spirituali , deinde de pane cœlesti,quia iudæi obiicientes manna ; adduxerunt scripturam , Panem de cœlo dedit eis manducare.& postea de carne.& sanguine.Et iterum rediens dominus ad panem , qui de cœlo descendit , & ipsius excellentiam supra manna, concluſit sermonem , ut responderet iudæis de pane dato de cœlo,& monstraret se & non manna,esse panem verum, qui de cœlo descendit. Carnis quoque & sanguinis meminit : vt doceret non sufficere ad vitam nostram credere in ipsum Christum , panem qui de cœlo descendit,hoc est Deum,& hominem, sed oportet etiam credere ipsius pro mundi uita passionem & mortem , in qua sanguis separatus fuit a carne,hoc enim est quod aperte dominus subdidit,cum dixit.Panis quem ego dabo , caro mea est pro mũdi vita.caro enim sua pro mundi vita fuit caro passa , & occisa pro mundi vita:morte enim sua viuificauit mundum , vnde & litigantibus de hoc iudæis,statim de carne & sanguine , & non de speciebus sacramentalibus subdidit , nisi manducaueritis carnem filii hominis,& biberitis eius sanguinem , &c.& sine intervallo declarauit quid sit manducare eius carnem,& bibere eius sanguinem , subdens , Qui manducat meam carnem , & bibit meum sanguinem , habet vitam æternam , & ego resuscitabo eum in nouissimo die.vbi etiam vitam corporis consequendã, non tunc tamen , sed in nouissimo die à manducantibus eius carnem & bibentibus eius sanguinem explanauit. Quocirca cum ex solo sensu literali trahatur efficax argumentum,& sensus literalis ex contextu præcipue pendeat , & ad literam tam ex textu, quàm ex contextu de spiritualibus actibus sermo sit, consequens est,vt textus iste de spirituali manducatione Christi carnis , & sanguinis , hoc est de fide in ipsum,& morte eius sermo sit.

Et si quæratur quare Christus nostram in ipsum,& mortem eius fidem sub metaphora manducationis , & bibitionis docuerit,in promptu est ratio multiplex. Primo vt monstraretur, quòd nostra in ipsum coniunctio per fidem formatam esset participatio cælestis beatitudinis.de qua scriptum est, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Secundo,vt monstraretur se esse patris sapientiam , quæ dixerat Prouerb.9.Venite comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis. Tertio,ut monstraretur , quòd etiam caro sua occisa & sanguis suus etiam separatus à carne , haberent vim satiatiuam mentis humanæ , & hinc discemus carnis & sanguinis Christi: coniunctionem ad deitatem , ex qua vim satiatiuam intellectus & affectus habent . Quarto , ut sic fundamenta iacerentur ad manducationem, & bibitionem sacramentalem , nam ex hoc,q; credere in Christum,& mortem eius,est satietas mentis & refectio sapientiæ,& participatio quædam cælestis felicitatis , facile discere possumus , quòd digne sumere sacramenta corporis & sanguinis domini.est & cælestis participatio coniuii, & in sapiẽtiæ mensa edere,& bibere, &c. Et hinc processit,vt a doctoribus sacris extendatur , quandoq; textus istius capituli ad sacramentum eucharistiæ , & manducandum & bibendum sacramentaliter,digne tamen , Christum seu carnem & sanguinem eius: quamuis multiplex alias sit huius ratio,s.quia res , de qua est sermo in textu illo est res significata sacramento Eucharistiæ : familiare est enim signati conditiones,signo attribuere.Et quia vnus atque idem secundum substantiam est panis spiritualis & panis sacramentalis.& manducare ac bibere spiritualiter Christum,& manducare ac bibere spiritualiter sacramentum, sunt vnum & idem secundum substantiam,sola relatione ad sacramentum sensibile differentia, hinc enim fit vt tam scriptis,quàm in sermonibus in quibus huiusmodi differentia propositum non variat,frequentissimo vsu, vnum pro alio ponamus aut exponamus.

Tertio,probatur idem auctoritate sanctorum.Et primum,q hæc sit communis sanctorum,& theologorum expositio , quoniam communiter exponitur de spirituali manducatione carnis,& spirituali potu sanguinis Christi : deinde probatur idem sensus auctoritate Augu.ad Bonifa,exponentis hanc domini legem adimpleri in infantibus baptizatis,dicẽdo,tunc unusquisque fidelium corporis & sanguinis domini particeps fit , quando in baptismo membrum Christi efficitur vbi videre potes vtrumque scilicet quod de manducare & bibere spiritualiter corpus & sanguinem Christi , intelligitur lex domini,& quòd lex illa extendit se ad omnes , sicut & illa , Nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu , &cæt.& eundem sensum explicat idem Augustinus,super Ioannem,dicens, Hunc cibum & potum sanctitatem vult intelligi corporis & membrorum suorum , quod est ecclesia,&c.

Ex quibus omnibus coniunctis , cum dicendis in solutione argumentorum,manifestum relinquitur , quòd communio sub vtraque specie non est necessaria adultis omnibus , cum nullum ad hoc habeatur præceptum,nullaque ad hoc ratio cogat , & innumeræ Christi ecclesiæ , cum ecclesiarum omnium magistra romana ecclesia oppositum doceant ac faciant . Hæc de quarto.

Quo ad quintum,an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus sacerdotibus , quia hoc coincidit cum quæstione illa,an quilibet sacerdos teneatur quandoque celebrare, & hoc ex proposito tractabitur inferius in articulo vltimo.q. 72.ideo nunc pertranseundum est , ne idem sæpius reperatur. Hęc de quinto,

Quo ad sextum,an communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus consecrantibus , clare patet quæstionis solutio ex decreto Gelasij Papæ de consec.dist 2.c.cõperimus.ubi grande sacrilegium esse dicitur,celebrantem sumere sub altera tantum specie, & in c.præcedenti damnantur celebrantes,& in nulla specie sumentes. Et quoniam hoc in dubium non vertitur, ideo hæc de sexto sufficiant.

Ad primam ergo in oppositum ex dictis patere potest responsio consistens in hoc, quod præceptum domini intelligitur de cibo,& potu spirituali carnis & sanguinis domini.Et licet manducare spiritualiter sacramentum corporis , & sanguinis Christi,claudat in se votum manducãdi & bibendi sacramentaliter, non est tamen uerum,q; manducare & bibere spiritualiter carnem & sanguinem Christi,claudat in se uotum manducandi,& bibendi sacramentaliter,sed claudit in se beneficium , quod significatur, & confertur corporis; & sanguinis sacramento,scilicet esse Christi & ecclesiæ membrum viuum.

Ad secundum de Christi mandato,Hoc facite in meam commemorationẽ,; fidetur ad hoc,vt ois cauillatio tollatur, quadrupliciter.Primo,q; illa verba dñi habent triplicem vim : sunt enim institutoria celebrationis eucharistiæ in ecclesia, ut patet , sunt & collatiua potestatis sacerdotalis ad consecrandam eucharistiam,cõiter.n; fatemur per hæc verba Apostolos esse ordinatos in sacerdotes,sunt & præcipua non ipsius operis,sed ordinis ad suam commemorationem, quod est præcipere ordinem operis in sui memoria,ut ecclesia attestatur,vtens his domini uerbis in missa sub hac forma,Hæc quotiescumque feceritis,in mei memoriam facietis. vbi manifeste explicatur præcipi non opus ipsum sed ordinationem operis in sui memoriam. Et si arguat qs ex vi institutoria.s.q; ex hoc ipso , q; dominus instituit hoc sacramentum sub vtraque specie obligamur ad seruandã eius institutionem,facile patet nullitas argumenti , tum quia sufficit , q; hoc seruetur ab aliquibus de eccles.hoc est sacerdotibus celebrantibus,ad quos solos in Apostolis sermo dominicus tunc dirigebatur,ut ex hoc pateat, q; soli sacerdotes possunt hoc facere,quod Christus fecit, scilicet consecrare sacramentum corporis & sanguinis domini,tum,quia ad obligandus singulos de ecclesia sub præcepto , plus requiritur quam institutio sacramenti , ut patet de sacramento confirmationis , & extremæ vnctionis,quorum neutrum est de necessitate salutis , quamuis eorum contemptus esset damnabilis , & sic ex his uerbis domini non habetur præceptum sumendi sub vtraque specie: sed quòd sumentes sumant in sui memoriam , hoc est si sumimus, in ipsius memoriam sumamus , iuxta ecclesiæ expositionem , Hæc quotiescumque feceritis , in mei memoriam facietis.

Secundo dicitur , quod posito , quod præcipiatur per hæc domini uerba ipsum opus, non propterea argumentum vrget : quoniam ly hoc.non demonstrat vtrumque opus , quod Christus legitur fecisse , scilicet consecrare & tradere sumendum & ratio est,quia si ly hoc,demonstraret vtrumque opus,vt præceptum a domino , sequeretur , quod quilibet celebrans teneretur sub præcepto domini ad ;tradendum hoc sacramentum alijs,quod omnium ecclesiarum pias aures offendit , cum constet multos sanctos, sacerdotes curantes cura animarum , & in monasteriis,& extra sæpe celebrasse & numquam tradidisse & quotidie sic fiat ab innumeris sacerdotibus irreprehensibiliter.

Et

Et secundum hoc, non habetur hinc præceptum traditionis sub utraque specie, ac per hoc, non habetur hinc præceptum suscipiendi ab alijs sub utraque specie. nam non celebrantium sum pio traditionem presupponit, cum nullus talium sumat, nisi sibi traditam eucharistiam.

¶ Tertio dicitur, quòd dato, quòd ly hoc demonstraret omne opus, scilicet consecrare, sumere & tradere sub utraque specie, & quòd intelligatur præcipi omne huiusmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam cum præceptum hoc sit affirmatiuum, & præcepta affirmatiua obligent semper, sed non pro semper, sed pro tempore necessitatis, consequens est, ut ex hoc domini præcepto sacerdotes, non teneantur tradere sub utraque specie, nisi necessitas communicandi sub vtraque specie aduenerit, ac per hoc si huiusmodi necessitas alicubi numquam interuenit, numquam sacerdos reus violati præcepti est. Exemplum, præceptum de honorandis parentibus sadum, quia est affirmatiuum, intelligitur tempore necessitatis, & propterea si numquam contingit parentes meos necessitatem habere subuentionis meæ, numquam ego reus præcepti sum: & quia in innumeris Christi ecclesijs Romanis ecclesiã imitantibus numquam contingit alicui non celebranti necessitas communicandi sub utraque specie (quoniam docente Spiritusancto contenti sunt communione sub specie panis) ideo nullus sacerdos in huiusmodi ecclesijs reus est violati præcepti dominici.

¶ Quarto dicitur, ex ipso ordine textus euangelici, quòd hoc domini præceptum nullibi inuenitur a domino traditum nisi respectu sacramenti sub specie panis tantum, ita quòd ly hoc, nihil demonstrat de pertinentibus ad calicem, & propterea ex illo præcepto argumentum sumptum, si efficax est gladius est Goliath: quoniam hinc sequitur, quòd sola panis sancti communio præcepta est tradenda. Et probatur quod dicimus, primo ex auctoritate euangelij: solus enim inter euangelistas Lucas uerba hæc posuit in capitulo vigesimosecundo, ubi expresse refert dominum ante consecrationem calicis, post tamen consecrationem panis, dixisse, Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, auctoritate Pauli Apost. 1. ad Corinth. 11. ubi refert dominum dixisse, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: post consecrationem autem calicis Lucas de hoc nihil refert: Paulus autem apostolus refert Christum dixisse, Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Vbi ex ipsa diuersitate uerborum a Paulo narratorum, manifeste apparet, quòd de sacramento sub specie panis dominus dixit absolute, hoc facite in meam commemorationem: de eodem autem sacramento sub specie uini non dixit absolute, Hoc facite: sed dixit quòd hoc facerent, quotiescumque biberent, in suam commemorationem. Vbi meridiana luce clarius patet, quòd non præcipitur bibere, sed quòd quotiescumque bibimus, in suam commemorationem hoc faciamus. Et hinc sequitur, quòd si ex hoc præcepto domini, Hoc facite in meam commemorationem, efficax argumentum ad communionem populi sumitur: optime sequitur absque ulla controuersia, quòd non est præcepta communio populi nisi sub specie panis. Et confirmatur iste sensus ex eo, quòd in numero singulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite, sicut per oppositum ecclesia volens vtramque significare speciem sacramenti, explicat in numero plurali dicens, Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentum dicitur, concedendo quòd tam perfectio sacramenti in consecratione, quam perfectio eiusdem in usu est sub præcepto, & hoc propter allatam, obijciendo, rationem, scilicet quòd sacramentum hoc suapte natura est propter usum, & perfectio sacramenti est propter perfectionem usus. unde & grande sacrilegium esse dixit Gelasius diuidere mysterium hoc, quo ad usum: sed non propterea argumentum hinc sumptum urget ad usum utriusque speciei in communione populi. Et ratio est, quia perfectio sacramenti secundum vsum, non dependet nisi a per se concurrente ad sacramentum illud, quemadmodum ceterarum rerum perfectiones, non attenduntur secundum ea, quæ sunt per accidens: sed in ordine ad ea quæ concurrunt per se: alioquin numquam res aliqua suam perfectionem sortiretur, solus autem sacerdos concurrit per se ad perfectionem huius sacramenti tam consecrando, quam utendo: & propterea sicut sacrilegus esset sacerdos, consecrando panem & non uinum, ita sacrilegij reus esset sumendo panem sanctum, & non sumendo calicem. Et quidem, quòd sacerdos concurrat per se ad consecrationem & usum huius sacramenti, clare patet: quòd autem solus concurrat per se, patet tum ex eo, quòd solus sufficit ad perfectionem sacramenti, tam consecrando quam utendo: tum, ex eo quòd populi communio post consumatum sacrificium atque sacramentum, tam quo ad consecrationem quàm quo ad oblationem & usum superuenit, sacerdos enim per seipsum perfecit hæc omnia: quod autem superuenit alicui post illius perfectionem, non est de concurrentibus per se ad illius, perfectionem: tum, ex eo quòd accidentaliter coniungitur perfecto usui huius sacramenti, quòd aliquis circunstantium sit communicandus, quod ex eo patet, quòd nihil minus perfectum est sacramentum & in se & in usu, si nullus circunstantium communicet: si enim perfectio usus dependeret ab aliorum communione, non posset absque sacrilegii uitio sacramenti huius usus esse, nisi aliquis ex circunstantibus communicaret; sicut non potest absque sacrilegio eius usus a celebrante omitti aut diuidi. Quocirca manifestum est, quòd ex perfectione huius sacramenti, tam quo ad consecrationem, quàm quo ad usum per se (ea enim quæ sunt per accidens, & ab arte & a scientia relinquuntur) non habetur necessitas communicandi populum sub utraque specie, sed necessitas communicandi seipsum celebrantem sub utraque specie. Et hæc de prima quæstione dicta sufficiant.

QVAESTIO II.

An utilius sit sumere eucharistiam sub utraque specie, quàm sub specie panis tantum.

QVAERITVR secundo, an utilius sit sumere eucharistiam sub utraque specie, quàm sub specie panis tantum, Et uidetur quòd sic.

¶ Primo, ex parte sacramenti, quia utilius est sumere sacramentum integrum seu integre, quam imperfectum seu partialiter. Et si dicatur, quòd non est hic differentia secundum perfectum & imperfectum, integrum aut diminutum, totum uel partem, nisi in significando, contra: sacramenta efficiunt quod significant. ergo imperfectio in significando redundat in imperfectionem in conferendo: alioquin aliud efficeret & aliud significaret, dum significaret partem, & efficeret totum.

¶ Secundo, ex parte quoque sacramenti, utilius est tangi a Christo pluribus diuersarum rationum instrumentis, quàm vno tantum: sed communicans sub utraque specie, tangitur a Christo instrumentis diuersarum rationum: communicans autem sub altera tantum tangitur a Christo uno tantum instrumento. ergo. Maior est per se nota: quoniam diuersarum rationum instrumenta ad diuersas utilitates per se ordinantur, ut patet in artificialibus. Minor autem manifestatur: quia species uini, uel saltem potatio ipsa instrumentum est quoddam ipsius Christi ad lætificandam animam: & similiter species panis uel saltem manducatio ipsa instrumentum est Christi ad confirmandum hominis animum: sicut de aqua baptismi August. dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit. Et confirmatur, quia potus sacramentalis significat potum spiritualem: regula autem generalis est, quòd sacramentales actus sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuinæ uirtutis. Et confirmatur rursus ex eo, quòd si significatus effectus per sumptionem eucharistiæ non prouenit in sumentem, dicimus, quòd hoc non est ex defectu sacramenti, quin conferret quod significaret, sicut & cetera sacramenta conferunt quod significant, sed ex indispositione sumentis: hæc enim omnia attestantur, quòd huiusmodi sacramentalibus Christus utitur ut instrumentis, quod erat assumptum: constat enim hæc scilicet speciem panis & uini seu manducationem & bibitionem sacramentales, diuersarum esse rationum, sicut diuersarum sunt rationum in esse naturali.

¶ Tertio, ex effectuum differentia: utilius est comedere spiritualiter & bibere spiritualiter sacramentum hoc, quàm illud spiritualiter comedere tantum. Et si dicatur, quòd comedere spiritualiter, & bibere spiritualiter, sunt idem, contra: tum, quia comedere spiritualiter est actus intellectus, utpote spectans ad fidem & contemplationem, iuxta illud Ecclesiast. 15. Cibauit illum pane uitæ & intellectus, & illud August. Crede & manducasti. Bibere uero est actus affectiuæ partis, utpote spectans ad dulcedinem charitatis & delectationem spiritus, iuxta illud, Et uinum lætificat cor hominis, & rursus, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Et confirmatur hoc ex ipsa diuersitate signorum: diuersa enim signa sacramentalia oportet diuersa quoque habere significata. Et propterea, quia manducare & bibere sunt diuersa signa sacramentalia, consequens est, ut diuersa quoque habeant significata: si enim idem significarent, alterum superfluum esset in significando. Et confirmatur rursus, ex proprietate attributorum signatorum: nam calici sacramentali attribuitur, quòd significat expresse mortem Christi, redemptionemque per illius sanguinem peractam, uitam animæ lætitiam cordis &c.

¶ Quarto arguitur ducendo ad inconueniens: sacerdos celebrans sumpto sacramento sub specie panis, quæritur an postea

stea sumendo sub specie uini aliquid utilitatis spiritualis acquirat, aut nihil. Si dicatur, quòd acquirit aliquid spiritualis vtilitatis tactus in anima, habetur intentum, scilicet quòd utilius est sumere sub utraque specie, quàm sub altera tantum. Et rursus, cum par sit ratio, proportionaliter tamen de sacerdote, & laico digne sumente, vtilius erit laico digne sumenti sumere sub utraque specie, quàm sub altera tantum. Si dicatur, quòd nihil spiritualis fructus acquirit ex calice, sequitur quòd potus ille sacramentalis non confert sacerdoti quod significat, & cum infructuositas ista non proueniat ex parte sacramenti; quoniam calix ille est calix vitæ non solum contentiuus, sed collatiuus, nec proueniat ex parte sacerdotis (quoniam supponimus ipsum digne celebrare) consequens est quòd non nisi temere, & uoluntarie negatur fructus sumptionis sub G
secunda specie.

IN OPPOSITVM est Auctor in litera huius 12. artic. in calce dicens; potest autem a populo corpus sine sanguine sumi: nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit, & sub utraque specie totus Christus continetur. Vbi clare uides dictum: nec exinde sequitur aliquod detrimentum, quod falsum esset, si damnum spiritualis fructus populus incurreret, sumendo corpus, & non sumendo calicem.

¶ Ad euidentiam veritatis quæstionis huius, tria agenda sunt: primo, declarandæ sunt duæ radices difficultatis: secundo, prosequemur primam radicem: & tertio prosequemur secundam.

¶ Quo ad primum sciendum est, quòd quia sacramenta nouæ legis conferunt quod significant, ideo in duplici consueuerunt locari genere: quatenus enim conferunt, locantur in genere causæ instrumentalis, aut quasi instrumentalis: quatenus uero significant, locantur in genere signi sensibilis: & propterea de sacramentis dupliciter loqui contingit, uel ut habent rationem causæ, vel vt habent rationem signi. cum enim de virtute sacramentorum est sermo, ad causalitatem sacramenti spectatur: uirtus enim causalitatem sonat: & similiter cum de sacramentali medicina est sermo, ad causalitatem quoque spectatur: inter causas enim medicina locatur. Et breuiter cum de efficacia, aut effectu alicuius sacramenti agitur, ad causalitatem spectatur: quando autem de significato aut significatione sacramenti est sermo, clare liquet quòd sacramentum inquantum signum tractatur. H

¶ Duabus igitur in sacramento inuentis conditionibus, scilicet quòd est causa, & quòd est signum, quòd confert & quòd significat, difficultas in proposita quæstione ex vtraque oritur. Nam ex eo, quòd dominicus calix non minorem habet uirtutem, quàm sacra hostia, nec minus natus est conferre quàm I
sacra hostia confert, rationi consentaneum est, ut quemadmodum sacræ hostiæ esus proprium habet fructum spiritus in anima edentis, ac per hoc duplex fructus vtiliorem monstrat sumptionem sacramenti sub utraque specie, quàm sub altera tantum. Similiter, quia, non minus dominicus calix cum eius potu sacramentali significat interiorem fructum spiritus, quàm sacra hostia cum eius esu significat interiorem spiritus fructum, consequens est, ut sicut donum spiritus significatum esu sacræ hostiæ absque dubio acquiritur, ita donum spiritus significatum potu sacramenti calicis absque dubio habeatur a digne bibente, & sic ex multiplicato dono iuxta diuersitatem signi, vtilius concluditur communicare sub utraque specie quàm sub altera tantum.

¶ Oritur ergo tota huius quæstionis difficultas ex diuersitate sacramentalis causæ, uel sacramentalis signi, aut utriusque: & propterea diligenter discutienda est primo uirtus, atque causalitas huius sacramenti, & deinde significatio. His enim patefactis, faci K
le erit nodum soluere quæstionis. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, vt clare appareat ueritas, ut cognoscatur quid in eucharistiæ sacramento est causa, & quomodo causat, declaranda per ordinem sunt tria. Primum est, quòd causans non est virtus aliqua in sacramento aut diuina assistentia: sed est res contenta in eucharistia. Secundum est, quòd huiusmodi res contenta causans non est minus res concomitanter contenta, quàm res contenta ex vi conuersionis. Tertium est, quòd res contenta in hoc sacramento causat absque aliquo sensibili instrumento. Primum horum, scilicet quòd res causans seu conferens spiritualem fructum in sumptione eucharistiæ est res contenta in eucharistia, ab omnibus est confessum, qui confitentur Christum realiter contineri sub hoc sacramento: ipse enim Christus perfectus Deus, & perfectus homo est largitor omnis fructus gratiæ, & est res contenta sub hoc sacramento. Et hinc absque controuersia habetur, quòd non oportet recurrere in usu huius sacramenti ad uirtutem aliquam in sacramento positam per modum intentionis, aut ad diuinam assistentiam, sicut in aliorum sacramentorum usu, & in huius sacramenti consecratione recurritur. Singulare est enim in hoc sacramento, in quo solo usus a consecratione separatur, quòd ipsum fontem gratiæ præsentialiter habeat, ut rem in sacramento contentam, & ex hac singulari excellentia prouenit, ut sicut per seipsum in seipso fons gratiæ sub sacramento continetur, ita per seipsum conferat sacramenti fructum. F

¶ Secundum autem, scilicet quòd non minus ad conferendum fructum huius sacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex vi sacramenti seu conuersionis, declaratur recolendo, quòd dupliciter res aliqua continetur sub hoc sacramento, uel ex vi sacramenti seu conuersionis, & sub hostia continetur corpus Christi tantum, ita quòd nec sanguis nec alia nec deitas sic cõtinetur sub hostia: & similiter in calice ex vi sacramenti solus sanguis continetur, ita quòd nec Christi corpus, nec anima, nec deitas, sic continetur sub specie uini: uel concomitanter, & sic sub hostia continetur tam sanguis Christi, quàm eius anima & deitas: & similiter sub specie uini continentur concomitanter Christi corpus, anima & deitas. Ex his enim constat, quod nec sub specie panis, nec sub specie uini continetur Christi anima, & similiter deitas, nisi concomitanter. Quo stante declaratur propositum sic: Spiritualis fructus eucharistiæ non minus causatur a Christi anima & ab eius deitate, quàm a Christi corpore seu sanguine: sed tam deitas quàm anima Christi est res concomitanter existens sub sacramento. ergo non minus causat fructum spiritualem eucharistiæ res cõcomitanter contenta, quàm res ex ui sacramenti contenta. processus totus est clarus cum minore iam declarata. Prima autem propositio per se euidens est: tum, quia deitas præsens personaliter est, quæ maxime confert fructum hunc spiritualem: tum, quia Christus in sacramento præsens confert uoluntarie dona sui spiritus: uoluntaria autem collatio principaliter & maxime pendet a uoluntate, quę est in anima: tum, quia plus est, quàm quod dixi. nam tam sanguis quàm corpus Christi uim cibandi, æque potandi habet ex coniunctione ad deitatem: nisi enim esset corpus uerbi & sanguis uerbi, quod in principio erat Deus, non conferret uitam æternam.

¶ Tertium autem, scilicet quòd Christus in hoc sacramento contentus, confert per seipsum, & non per aliquod sensibile instrumentum, spiritualem fructum, declaratur tripliciter. Primo, quia ubi est præsens agens sufficiens per seipsum, non est opus instrumento, nec consueuit adhiberi instrumentum.

¶ Secundo, quia sic se habet esus & potus sacramentalis ad hoc alimentum spiritus, sicut se habet tam manducatio quàm potus naturalis ad alimentum corporale: sed in nutritione corporali panis & uinum non per instrumenta, sed secundum seipsa alunt: quoniam ut dicitur in 2. de anima, alimentum secundum suam substantiam nutrit: & similiter edere & bibere non sunt instrumenta alimenti corporalis ad alendum corpus: sed comedere concurrit, ut adducens alimentum sicum, & bibere ut adducens alimentum humidum: constat autem secundum philosophiam, quòd approximatio agentis & patientis, alimenti & aliti non locatur inter instrumenta. Relinquitur igitur ex hoc, quòd Christus continetur in hoc sacramento ut alimentum (ut species panis & uini attestantur) quòd ipse secundum seipsum nutriat spiritum sumentium, & similiter ex hoc, quòd ad sumentium animas peruenit eo ipso, quòd manducatur & bibitur sacramentaliter, quòd esu & potu sacramentali non utitur ut instrumentis, sed ut approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus est.

¶ Tertio, quia de diuinis sacramentis oportet sapere ad sobrietatem, non excedendo limites patrum nostrorum, accepimus autem ex ecclesiæ doctrina incomprehensibilem, ac ineffabilem coniunctionem Christi & specierum sacramentalium sub ratione continentis & contenti ueraciter præsentis & signi & signati, & huiusmodi, & non secundum rationem agentis & instrumenti, & propterea uoces huiusmodi tamquam prophanæ nouitates uitandæ sunt.

¶ Ex quibus omnibus infertur primo, quòd in calice & hostia non sunt diuersæ uirtutes collatiuæ spirituales gratiæ: sed una tantum est res utrobique conferens, scilicet Christus ipse secundum seipsum, & non per uirtutes medias. Infertur secundo, quòd in hostia & calice, Christus non utitur diuersis instrumentis ad conferendum fructum spiritus: quia utrobique nullo utitur sensibili instrumento ad huiusmodi collationem: & quia exclusa omni uirtute media, & exclusa omni instrumento medio, nulla remanet ex parte Christi præsentis differentia causandi, distribuendi seu conferendi sub utraque specie, nisi uoluntas diuidens singulis, prout uult: ideo infertur tertio, quòd quæcumque argumenta ad probandam diuersitatem fructuum spiritualium in sumptione utriusque speciei, ex diuersitate uirtutum sacramentalium, uel sacramentalium instrumentorum, uel modorum conferendi & aliorum eiusmodi, ex falso procedunt principio, nihilque ualent utpote absque fundamento erecta.

erecta. Quo fit ut considerando sacramentum eucharistiæ infra latitudinem causæ, prout est collatiuum spiritualis gratiæ, nutritiuum animæ & medicina eiusdem, nulla sit differentia inter species ipsas inter se, & similiter nulla sit differentia inter vtramque simul & alteram tantum: quoniam ut ex dictis patet, una & eadem omnino absque omni uirtute media, absque omni sensibili instrumento medio est utrobique, & in altera tantum cuiuscumque spiritualis doni causa, scilicet Christus ip se personaliter præsens secundum deitatem & humanitatem. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, aduertendum est, quòd diuersitas in significando quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc sacramento. Inuenitur siquidem & diuersitas signi: quia aliud signum est species panis cum ipsius esu, & aliud signum est species uini cum eius potu, & diuersitas modi significandi. Et hæc inuenitur dupliciter, hoc est comparando species inter se, sicut expressius significat redemptionem nostram per Christi mortem calix, in quo, ut separatus monstratur sanguis a corpore, quàm hostia, & comparando utramque simul speciem sacramenti ad alteram tantum: nam utraque simul significat integre refectionem spiritualem: singulæ autem species imperfecte repræsentant illam, una scilicet ut cibum, & altera ut potum.

¶ Nulla autem harum diuersitatum, si diligéter perspexerimus, diuersitatem aliquam in fructu spirituali huius sacramenti arguit: quod quadrupliciter manifestatur. Primo, ex communibus: quoniam nec signorum diuersitas nec diuersus modus significandi, diuersitatem arguit in re signata: sed una eademque res omnino immutata, & diuersis signis & diuersimode potest signari, vt patet cum unus idemque homo repræsentatur per imaginem in speculo, & per statuam, picturam &c. & ab una perfectius, & ab alia imperfectius repræsentatur: ex his enim diuersitatibus in signis & significationibus nulla circa rem signatam uarietas monstratur.

¶ Secundo declaratur exemplo in baptismo: immersio siquidem, quæ in celebratione baptismi fit, significat eum qui baptizatur, consepeliri Christo, & emersio significat resurgere eundem cum Christo in nouitatem uitæ, iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si tamen aliquis baptizatur non per modum immersionis, sed per modum effusionis aut aspersionis, deficit tunc baptismo dictus modus significadi, & non propterea is qui baptizatur, minus est consepultus Christo, aut minus resurgit in nouitatem uitæ, quàm ille qui baptizatus est per immersionem. Hinc enim manifeste habes, quòd non solum in communi loquendo, diuersitas seu defectus in modo significandi, nullam uarietatem arguit in re signata: sed etiam in speciali de sacramentalibus signis loquendo defectus in significado nihil a limit de fructu sacramenti, & plenitudo in significando nihil adiungit ad fructum sacramenti: æquale siquidem donum ex baptismo recipiunt baptizatus per immersionem & baptizatus per aspersionem, quamuis magna sit diuersitas utrobique in signoificando.

¶ Tertio ex ratione, quia aliud est diminute seu partialiter significare, & aliud est significare diminutum seu partem. Primum inuenitur in singulis seorsum huius sacramenti speciebus, secundum autem non: & ut patet non sequitur ex primo. Similiter aliud est plenius seu expressius significare, & aliud est pleniorem fructum significare, & similiter aliud est integre significare, & aliud est totaliter significare, & similiter aliud est diuersis signis significari, & aliud est diuersa significari. Diuersitas namque tam signorum, quàm modorum significandi, in signis ipsis sistit, & non pertransit ad rem signatam: sunt enim conditiones signorum, & non rei signatæ: & propterea inter signa & signorum conditiones aduertenda est differentia hæc, quod signo quidem respondet signatum, sed diuersitati signorum non respondet diuersitas rei signatæ: & similiter modo signandi non respondet modus rei signatę. Et ratio est, quia una & eadem omnino immutata res, potest & diuersis signis & diuersimode signari.

¶ Quarto, declaratur descendendo ad propositum sacramentum exemplariter, diuersa in primis signa, scilicet hostia comesta, & calix bibitus, non diuersos sacramenti fructus, sed unum atque eundem spiritualem fructum significant: nam manducare, & bibere spiritualiter, unum & idem sunt, ut testatur Aug. super Ioan. homil. 25. super illo textu, Qui uenit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim, Qui uenit ad me, hoc est, quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet umquam: utroque enim illa significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. Vbi ex hoc, quòd sitire & esurire ponitur idem, manifeste patet, quòd manducare & bibere sunt

A idem, & quòd alimentum satians esu, & alimentum satians potu, sunt idem secundum rectum philosophiæ iudicium, iuxta illud 3. phy. Si posse sanari & posse infirmari sunt idem, sanari & infirmari sunt quoque idem, & similiter sanitas & infirmitas sunt idem.

¶ Diuersi deinde modi significandi, non diuersos fructus spiritualis modos significant, sed excellentem illum fructum diuersimode significari decet, ut sic significante uno, & sic repræsentante alio, & sic repræsentante utroque unus & idem fructus inadæquatus omnibus & singulis signis, utpote super excedens quæcumque huiusmodi signa quocumque modo illum significantia, utcumque innotescat, & in summa ueneratione habeatur, & toto corde desideretur. Consentaneum autem rationi esse patet, vt diuersa signa sensibilia & diuersimode significantia, ad unum spirituale intelligibilis ordinis fructum repræsentandum sint instituta a diuina sapientia disponente omnia suauiter: sensibilia enim ualde defectiue re

B præsentant excellentiam intelligibilium rerum, & præcipue tam excellam rem quæ est hoc sacramento signata, & est illius fructus, interna scilicet satietas spiritus, secundum participationem æternæ satietatis. unde non solum ex ipsis sacramentalibus signis, sed & ex alijs innumeris defectiue significatur huius sacramenti fructus. Nec obstat, quòd dicatur, eucharistiam sub utraque specie integre repræsentare internam refectionem: quoniam huiusmodi integritas seu totalitas repræsentandi non simpliciter & absolute, sed respectiue ad singulas species intelligitur, tamquàm si diceretur, quòd totum eucharistiæ sacramentum repræsentat internam refectionem non partialiter, ut species panis, nec partialiter ut species uini, sed complectédo utrumque. Cum quo stat, quòd utrumque simul imperfecte illam repræsentat, sed non ita imperfecte sicut alterum tantum: singulæ enim species & ambæ simul repræsentant non partem, sed totam internam refectionem spiritus:

C sed non repræsentatur totaliter ab aliqua earum, nec ab ambabus simul, nec ab innumeris alijs. patet ergo diuersitatem sacramentalium signorum & modorum significandi in hoc eucharistiæ sacramento, nullam inferre diuersitatem in fructu spirituali significato.

¶ Nec ex admisto conferendi actu, diuersificari significatum sacramenti fructum putes. nam si diuersitas signi & modi significandi non redundat in signatum, quod per se respicit signum, multo minus huiusmodi diuersitas redundabit in collatum, quod per accidens seu per quandam annexionem respicit. Et confirmatur, quia sicut communiter fatemur sacramentis nouæ legis conferri quod significatur, ita communiter abhorremus, quòd modus conferendi commensuretur modo significandi.

¶ Ex quibus omnibus collige, quòd quatuor inuentis in eucharistiæ sacramento integro, scilicet re contenta, qui Christus est: modo continendi, scilicet ex ui sacramenti & concomitanter: signi significatione cum modo significandi, & col-

D latione, cum constet, quòd maior utilitas spiritus spectet ad maiorem collationem a re contenta procedentem, & non ad modum continentiæ: nec ad diuersitatem signorum, significationum, aut modorum significandi, & res contenta sub utraque specie sit omnino una & eadem, & non magis conferat spiritualem fructum sub una quàm sub alia, aut sub utraque quàm sub una, utpote nullo mediante instrumento nullaque mediante uirtute utens in huiusmodi collatione, consequens est, ut nulla maior utilitas spiritualis fructus proueniat in sumente sacramentum sub utraque specie, quàm proueniat in sumente sacramentum sub altera tantum specie. Et hoc intellige ceteris paribus, ita quòd ut exemplariter dicatur, si sint hic duo æqualiter dispositi ad communionem, & unus communicet sub specie panis tantum, alter uero sub utraque specie, non plus prodest, quo ad gratiam & spiritualem fructum sacramen

E tum eucharistiæ communicanti sub utraque specie, quàm communicanti sub specie panis tantum. Et ratio est dicta, quia non interuenit maior collatio, quàmuis interueniat maior significatio. Hæc de tertio.

AD ARGVMENTA in oppositum respondendo, dicitur ad primum, quòd sine dubio utilius est sumere totum fructum sacramenti, quàm partem fructus eiusdem: non tamen utilius est sumere totum sacramentum, quàm partem sacramenti, ubi tota uis sacramenti non minus est in parte quàm in toto, sicut est in proposito: quoniam totus Christus continetur in toto sacramento & in qualibet eius parte, nec est differentia nisi in significando, non totum, uel partem, perfectum uel imperfectum: sed in significando partialiter uel integre, perfecte uel imperfecte: unde cum instatur, quòd sacramenti pars aliud significaret, & aliud conferret: quia significaret partem & conferret totum, duplex defectus committitur. Primus est, qui dictus est, quòd pars sacramenti significet partem fructus: significat

ficat enim totum fructum, sed partialiter. Secundus est, quòd dato quòd significaret partem, & conferret totum, non propterea derogaretur regulæ sacramentali, qua dicitur, sacramenta conferunt quod significant: quoniam uerificaretur quòd conferret id quod significat, quamuis ultra hoc conferret aliquid plus. Multum enim inter se distant hæc, conferre aliud, & conferre illud & aliquid plus: unde ex hoc quòd pars sacramẽti confert quicquid confert totum, & affirmatur quòd confert quod significat, & quòd confert plus quàm explicite significet.

¶ Ad secundum dicitur, quod minor est falsa: non sunt enim instrumenta Christi contenti in eucharistia species sacramentales aut usus earum, uere & proprie loquendo: quod ideo addo, quoniam si alicubi scriptum inueniatur, quòd hæc sunt instrumenta, aut quasi instrumenta diuina, pie exponendum est, uel de instrumento ad excitandam deuotionem, & non ad conferendum sacramenti fructum, uel instrumenti nomine intelligendum est id, sine quo non. secundum enim huiusmodi extensionem nominum uerificatur, quòd species & earum usus sunt instrumenta ad fructum sacramenti, quia sine eis in re uel in uoto non confertur sacramenti fructus a re contenta sub sacramento. ubi scito, quòd huiusmodi species, & usus earum conueniunt cum alijs sacramentis, non solum in significando, sed etiam in conferendo: & propterea sicut aqua baptismi corpus tangit, & cor abluit, sic hostia sacra corpus tangit, & cor alit. Sed multum differunt in modo conferendi: quoniam in alijs sacramentis Christus mediante uirtute sacramentali confert effectum: hic autem immediate per seipsum fructum confert sacramenti: & propterea esto cautus cum objciuntur huiusmodi similitudines.

¶ Ad confirmationem dicitur, quòd actus sacramentales sunt in duplici differentia: quidam enim sunt, qui interueniunt in ipsa confectione sacramenti, & de his verificatur quòd sunt actus instrumentales: quidam uero sunt, qui post confectum sacramentum, ad usum solummodo spectant sacramenti, & hi non sunt actus instrumentales ad conferendum sacramenti fructum: sed ut dictum est, se habent ut approximationes nutrimenti ad id quod nutritur: tales autem sunt de quibus est sermo præsens.

¶ Ad aliam confirmationem dicitur, quòd non ideo simile reddimus iudicium de eucharistia & baptismo & alijs sacramentis, dicendo quòd non prouenit ex defectu sacramenti si infructuose quandoque suscipiuntur, quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento & in alijs: cum constet, quòd non eodem modo Christus est in hoc sacramento & in alijs: quoniam hic est per seipsum præsens, in alijs per suam uirtutem uel assistentiam: sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium: in omnibus enim conferur spirituale donum, si digne suscipiuntur.

¶ Ad tertium dicitur, quòd ceteris paribus, non est utilius spiritualiter comedere & bibere sacramentum, quàm comedere tantum: quia comedere & bibere spiritualiter Christum, sunt unum & idem inter se, & non differunt a comedere & bibere spiritualiter eucharistiam, nisi sola relatione ad sacramentum: constat enim quòd utilitas graduatur secundum interiorem Spiritus fructum, & non secundum relationem ad sacramentum: quoniam relatio huiusmodi non facit melius, sed solam habitudinem ad sensibile signum, in quo Christus continetur, apponit. quòd autem comedere & bibere spiritualiter, idem sint, manifestat dominus, Ioan. 6. dum ter unum & eundem fructum attribuit manducationi carnis suæ, & potui sanguinis sui. Primo, cum dicit, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis. Secundo, cum dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam. Tertio, cum dicit, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo; ubi patet, quòd semper unicus manducationi & potui appositus est fructus. Primo, uita in nobis: secundo, uita æterna: tertio, mansio in Christo, & econtra.

¶ Ad instantiam autem, quòd manducare est actus intellectus, & bibere actus effectus, respondetur, quòd hæc sunt uera secundum quandam appropriationem, & non secundum proprietatem: & hoc tam in uia quàm in patria: nam in uia tam manducare, quàm bibere spiritualiter, spectat ad credere in Christũ: quia actus cum sit fidei formatæ, & intellectus & affectus est: in patria autem fruitio beata, utriusque quoque partis perfectio est. In cuius signum cum dictum esset, quòd cibaret illum pane uitæ & intellectus, subiectum est, & aqua sapientia potauit illum, ut monstraretur sapientia ad intellectum pertinens, & cibus & potus: & similiter non solum dictum est, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos, sed inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: ubi tam ubertas domus, quàm uoluptas ad potum relata est, ut monstraretur identitas cibi & potus.

¶ Ad confirmationem uero, de diuersitate signorum dicitur, quòd non oportet diuersis signis sensibilibus respondere diuersa signata intelligibilia: nec propter hoc, quòd multa signa unum & idem signatum significant, aliquod superfluit: tum, quia inadæquate singula repræsentant: illud intelligibile: tum, qui sapienter diuina prouidentia huiusmodi signa instituit ad nostram eruditionem, exercitationem, humiliationem, conformitatem &c.

¶ Ad vltimam confirmationem, de appropriatis, respondetur distinguendo de significatione, uel collatione, & similiter de proprio uel appropriato. Et dicitur, quòd respectu actus significandi explicite (de tali enim significandi modo loquor) aliquid est proprium uni speciei, & aliquid proprium alteri: respectu autem actus nihil est alicui proprium: quoniam totum quod confertur a Christo sub una specie, confertur etiam ab eodem sub alia. Appropriatum tamen inueniri potest respectu utriusque actus: nam redemptio per Christi mortem, appropriatur calici in repræsentando, & uita animæ appropriatur eidem in conferendo: sicut uita corporis appropriatur in conferendo hostiæ, iuxta illud, Vt duplicis substantiæ totum cibaret hominẽ: & similiter lætitia appropriatur calici in conferendo, & firmitas hostiæ, iuxta illud, Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit & tristibus sanguinis poculum: sed huiusmodi appropriationes tam in significando, quàm in conferendo, in nullo uariant fructum sacramenti, quin totus & ita plene & perfecte conferatur sub vna specie, sicut sub vtraque: sicut in diuinis ex hoc, quòd patri appropriatur potentia, & filio sapientia, & spiritui sancto bonitas, non minus singula quæque persona est sapientia, potentia, bonitas.

¶ Et per hoc, patet responsio, ad quæcumque similia, quæ possunt obijci, de appropriatis fructibus calicis: nihil enim minus omnium fructuum appropriatorum calici percipitur ex sacra hostia. Et ratio iam dicta est: quia hæc non sunt propria, sed appropriata.

¶ Ad quartum argumentum dicitur, declinando vtrumque extremum quæstionis propositæ arguendo, & media via incedẽdo, & distinguendo de dispositione sacerdotis in Dei gratia celebrantis: dupliciter siquidem potest inueniri dispositus post sumptum sacramentum sub specie panis, vel sine augmento spirituali, vel cum augmento spirituali, & siquidem inuenitur dispositus cum augmento spirituali, ita vt dignior sit suscipiendo sub secunda specie, quàm fuerit suscipiendo primam, recipit procul dubio sumendo calicem spiritualem fructum sacramenti, qui gratia maior est intensiue, aut extensiue, & sic dispositis nullus vmquam dubitauit vtilius esse communicare sub vtraque specie, quàm sub altera tantum: si vero inuenitur sine spirituali augmẽto dispositus, nihil spiritualis fructus ex sumptione calicis percipit: quoniam idem est vtrobique agens, & idem patiens æqualiter vtrobique dispositum, & perinde quo ad interiorem fructum se habet, ac si post sumptam hostiam vnam aliam sumeret, vt contingit sumentibus reliquias sacramenti: vnde infructuositas ista non est ex parte rei contentæ sub specie vni: sed est ex æquali dispositione communicantis, & identitate numerali rei contentæ sub vtraque specie per seipsam immediate conferentis fructum sacramenti: hæc enim simul concurrentia efficiunt, quòd non magis fructuosa est communio sub vtraque specie, quàm sub prima tantum. Et si his adiunxeris, quòd populus communiter non est tantæ perfectionis, vt ad hæc incrementa se præparet, videbis consequenter, q̃ non est vtilius populo communicare sub vtraq; specie, quàm communicare sub altera tantum: in cuius signum non apparent meliores homines in partibus vbi communicant sub vtraque specie, hominibus alibi seu ibi communicantibus sub altera tanum specie. Hæc de secunda quæstione.

QVAESTIO III.

An expediat ecclesiæ Christi, quòd populus communicet sub vtraque specie.

QVæritur tertio, vtrum expediat ecclesiæ Christi, quòd populus communicet sub vtraque specie: videtur enim q̃ sic. Primo, exemplo Christi, qui etiam sudam communicauit sub vtraque specie, & immediate ante dixerat, Exẽplum enim meum dedi vobis, &c.

¶ Secundo exemplo primitiuæ ecclesiæ: tunc enim populus communicabat sub vtraque specie, vt patet 1. ad Cor. 11.

¶ Tertio, exemplo diuturnæ persecutionis: nam huiusmodi consuetudo perseuerauit non solum tempore martyrum (quos Cyprianus dominico poculo præconfortandos censuit) sed ẽt tempore pacis ecclesiæ, cum legamus factas non solũ patenas, sed etiam calices ministeriales: quare enim ministeriales dicti

sunt

sunt, nisi quia non ad offerendum, sed ad ministrandum populo Christi sanguinem deseruiebant.

¶ Et si amplius perspectum fuerit, quòd in ordine Cistercien. alicubi communio fieri legitur sub vtraque specie, apparebit quòd tempore institutionis ordinis Cistercien sis, perseuerabat consuetudo communicandi sub vtraque specie: quoniam non est verisimile, si consuetudo illa cessauerat, quòd monasterium aliquod præsumpsisset abolitam consuetudinem renouare.

¶ Et confirmatur, quia tam actio, quàm doctrina priscorum sanctorum præfertur actioni & doctrinæ posteriorum, ac per hoc expediens videtur ecclesiæ Christi sequi vestigia priscorum patrum, & imitari eos quantum possumus.

¶ Præterea, Duorum licitorum illud, ut magis expediens est eligendum, quod clarius & tutius & magis consentaneum est: sed communicare sub utraque specie est clarius, tutius & magis consentaneum. ergo. Declaratur minor: quòd sit quidem clarius, quia nullam habet obscuritatem difficultatum, quas habet communio sub vna specie: quòd vero sit tutius, quia nullius emissionis periculo se exponit cui se exponit communicans sub altera specie tantum, omittendo communionem alterius: quòd sit autem magis consentaneum, quia consona institutioni sacramenti & integritati ipsius, & integritati sensibilis refectionis.

¶ Præterea, Quod congruit ex his, quæ sunt per se, est magis expediens eo quod congruit ex his, quæ sunt per accidens: sed communio sub vtraque specie, congruit ex his, quæ sunt per se, quia congruit ex ipsa perfectione sacramenti, communio autem sub specie panis tantum congruit ex his, quæ sunt per accidens: quia oritur ex ineptia quorundam communicantium. ergo magis expedit ecclesiæ Christi, communicare populum sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum.

IN OPPOSITVM est consuetudo innumerarum ecclesiarum.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis sciendum est, quòd vsus eucharistiæ medius est inter vtentem, & sacramentum, & propterea consonus vtrique debet esse: sed cum duplex sit eucharistiæ vsus (vel primarius, spectans ad consecrantem, uel secundarius, spectans ad populum) hæc est quantum ad propositum spectat, inter vtrumque vsum differentia, quòd vsus primarius debet consonare speciebus sacramenti, eo quòd perfectio vsus primarij spectat ad perfectionem sacramenti ut finis, & propterea, vt prædictum est, sacrilegij reus esset sacerdos celebrans omittendo communionem calicis: vsus autem secundarius decongruo decet, quòd consonet speciebus sacramenti: quia in ipso non consistit perfectio sacramenti, vt prædictum est, & quia communio populi in usu secundario huius sacramenti consistit, ideo ex parte sacramenti decet talem usum, ideſt, communionem populi congruere speciebus sacramentalibus, hoc est, quòd fiat sub utraque specie, ex parte uero utentis populi debetur huic vsui reuerentia: tenetur enim populus communicare absque irreuerentia, immo & cum reuerentia debita tanto sacramento.

¶ Duobus igitur congruentibus populari vsui huius sacramenti, altero ex parte signorum sacramentalium, altero ex parte populi communicantis, si vtrumque nequit prudenter fieri, appendenda sunt in statera hinc & inde seruanda & omittenda, vt discernatur quid magis expedit. Et ex una quidem parte appendenda est communio popularis sub vtraque specie cum periculo irreuerentiæ in spargendo sanguinem Christi, ex altera vero parte appẽdenda est communio popularis sub specie panis tantum, cum tuta reuerentia sacramenti, & sic perspiciendo conditiones utriusque partis, discernetur ueritas. Apparet autem diligenter considerando, quòd communio popularis sub vtraque specie cum periculo irreuerentiæ, habet peccatum sacrilegij annexum, imputandum non solum irreuerentiam committenti, sed populo & ecclesiæ rectoribus: communio autem popularis sub specie panis tantum, nullum habet annexum peccatum, nullumve damnum.

¶ Declaro singula, & primo primum: quòd enim popularis communio sub utraque specie habeat annexam irreuerentiam sacramenti, experientia testari potest, & ratio monstrat. nam in populis tanta est diuersitas communicantium, ut impossibile sit (humano more de impossibili loquendo) fieri communionem tot populorum sub utraque specie, absque effusione sanguinis sub specie vini. quòd uero huiusmodi irreuerentia sit sacrilegij peccatum, per se notum est: quoniam est irreuerentia rei sacratissimæ. Nec excusatur a sacrilegij uitio. Preterea quòd non ex proposito, sed ex incautela aut incuria huiusmodi irreuerentia accidit: quoniam species peccati ex obiecto sumitur, & non ex occasione peccandi, sicut nec blasphemia Dei a sua recedit specie: quia incaute prolata est: huiusmodi enim circunstantiæ excusant a tanto, sed non a toto: quòd autem sacrilegium hoc imputetur populo & rectoribus ecclesiæ, ex eo patet, quòd huiusmodi sacrilegium non est

A inter casus inopinatos, aut raro contingentes, sicut inter casus raro contingentes est, quòd sacerdos celebrans, dum seipsum communicat, aliquid spargat sanguinis Christi: imprudentiæ autem rectoris imputatur defectus non rarus, si potest prouidere, & non prouidet: & similiter populo, qui mauult casum sacrilegij non rarum accidere, quàm abstinere a communione sub utraque specie, rationabiliter imputatur.

¶ Deinde declaratur secundum: quòd enim in communione populari sub specie panis tantum, nullum interueniat peccatum, ex eo concluditur, quòd si communio sub specie panis tantum, esset peccatum, numquàm esset licita: constat autem quòd in parasceue sacerdos sub specie tantum panis communicat non solum licite, sed sancte. non est igitur communio sub altera specie tantum, peccatum: quòd etiam nõ habeat annexum damnum, ex superius dictis iam patet: quia ceteris paribus non est minus fructuosa communio sub altera specie tantum, quàm sub
B vtraque. Ex quibus manifeste apparet magis expedire Christi ecclesiæ communionem populi sub specie panis tantum, quàm sub utraque.

¶ Et si perspicacius consideratum fuerit, inuenietur ex prædictis, quòd utilior est populo Christiano communio sub specie panis tantum, quàm sub utraque specie: quoniam reuerentia tuta, cui innititur populus communicatus sub specie panis tantum, non caret mercede sua, & prudenter communicare, fructuosius, est spiritui quàm minus prudenter. Et forte in pœnam huiusmodi imprudentiæ, incautelæ ac sacrilegij emergentis, diuino iudicio schismatici sunt populi, communicantes hodie sub vtraque specie.

¶ Expedit igitur Christianis populis communicare sub specie panis tantum, & ad euitandum sacrilegii periculum, &
C ad meritum tam obedientiæ prælatis sedis apostolicæ communionem habentibus parendo, quàm reuerentiæ, magnificando plus sacramentum hoc, quàm affectum proprium ad utramque speciem.

AD PRIMVM ergo in oppositum de exemplo Christi, dicitur quòd Spiritus sanctus docuit & docet ecclesiam, non expedire illi imitari omnes conditiones, quæ interuenerunt in actionibus Christi.

¶ Nec hæc ego somnio, sed manifeste patet Christum in prima huius sacramenti consecratione, & traditione duo seruasse, scilicet quòd post cœnam consecratio & communio facta est, & quod sub vtraque specie communicarunt omnes: Ecclesia autem non post cœnam, sed ieiuna consecrationem & communionem perficit, non imitando Christum in hoc, & proculdubio ratione reuerentiæ ieiuna communicat. si igitur Christi actio, quo ad hanc conditionem non solum licite, sed meritorie omittitur ob reuerentiam tanti sacramenti, par est ob reuerentiam eiusdem sacramenti omittere etiam alteram
D conditionem, scilicet sub utraque specie: immo magis communio popularis exigit omissionem utriusque speciei, quàm communio sacerdotis omissionem sobriæ manducationis: quoniam hic nullum est, nisi ex ecclesiæ statuto peccati periculum: ibi autem interuenit sacrilegii periculum ex conditione sumentium. unde sicut ecclesia prouide statuit, ut ieiuni communicemus, ita prouide quoque seruat, ut sub specie panis tantum populus communicet: & in utroque obedit Christo non secundum similitudinem actionis, sed secundum intentionem agentis: de intentione siquidem Christi est reuerentia magis, quàm exterior similitudo operis.

¶ Ad secundum de exemplo primitiuæ ecclesiæ, dicitur quòd ratione paucitatis Christianorum fiebat tunc absque periculo sacrilegii communio sub utraque specie: nunc autem, quia non potest absque sacrilegii periculo tanta multitudo populi communicare sub vtraque specie, non expedit imitari in hoc primitiuam ecclesiam. Et cum hac responsione satisfit argumentis omnibus ex imitatione priscorum, & tam diuturnæ
E consuetudinis antiquæ. Posset tamen aliter, & forte uerius, utendo, etiam ratione dictæ responsionis, dici, quòd numquàm fuit uniuersalis consuetudo in tota ecclesia communicandi populum sub utraque specie: sed alicubi fuit hoc consuetum, & alicubi non. In cuius ueritatis signum in primitiua ecclesia aliter legimus factam communionem Hierosolymis, & aliter in ecclesia Corinthiorum, apud Corinthios enim communicabant sub utraque specie, ut patet 1. ad Corinth. 11. Hierosolymis uero sola sub specie panis communio legitur, ut patet Act. 2. ubi dicitur, Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Post successum quoque temporum utrumque quoque legimus in sacris canonibus: nam inuenitur communio laica, quæ communio sub specie panis tantum interpretatur, & inuenitur quòd pœnitentibus in extremo eucharistia infundatur, quod ad communionem calicis spectare constat: quoniam infundi liquorum est: vnde uidetur quòd argumen-

sum

tum ex uniuersali consuetudine supponit falsum: immo ex exordio primitiuæ ecclesiæ, quando omnes simul erant Apostoli, argumentum sumitur ad oppositum ex hoc ipso, quòd Hierosolymis, ubi erat magna multitudo fidelium, sola communio sub specie panis tradita populo legitur: hinc enim tam vehementer aucta similitudine fidelium imitamur doctrinam omniũ Apostolorum, communicando populum sub specie panis tantum.

¶Et licet ratio sumpta ex tanta multiplicatione Christiani populi sit solidũ, ac præciptuum fundamentum consuetudinis communicandi populum sub specie panis tantum: posset nihilominus secũdaria ratio assignari, quare ecclesiæ, quæ olim sub utraque specie communionem faciebant, destiterunt ab illa cõsuetudine, ex defectu scilicet feruoris & deuotionis in populis: ut enim in præcedenti quęstione dictum est, communio sub vtraque specie si fructuosior esse debet, quàm cõmunio sub specie panis tantum, duplicata debẽt esse incrementa spiritus, quæ cum defecerint, prouide, tã pastor ecclesiæ, quàm populus abstinẽdum a communione sub vtraque specie censuit, recognoscendo communicãtium imperfectionem.

Infra q. 84. artic. 7. ad 4. & 4. dist. 11. q. 3. art. 1.

¶ Et quòd huiusmodi imperfectionem Christianæ incurrerint ecclesiæ, ex hoc apparet, quòd uix populus simplicem prę parationem facit pro communione semel in anno.

¶ Quòd vero olim excellens fuerit profectus spiritus, patet & ex eo, quòd quotidie aut quasi quotidie communicabant, & ex eo quòd sacri canones excludebant ab auditione missę omnes non communicantes, vt patet de consec. distinctio. secunda, cap. peracta: hinc enim rationabiliter conijcere possumus, quòd sicut recognoscendo imperfectionem posteriorum destitit ecclesia a quotidiana communione populi, & ab expellendo a missa non communicantes, ita recognoscendo imperfectionem communem, destitit a communione sub vtraque specie, vtpote reddita infructuosa, ac periculosa communi populo.

Et per hęc patet responsio ad tria prima argumenta.

Ad quartum vero dicitur, quòd maior distinguenda est, simpliciter, uel secundum quid: & si simpliciter & absolute intelligitur, uera est, ceteris paribus: si uero secundum quid, est falsa manifeste. Intellecta igitur maiore absolute & simpliciter in sensu, qui uerificatur, dicitur quòd minor est falsa. Et ut singillatim manifestetur in singulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare sub utraque specie populum, sit clarius secundum sensum, & quo ad nos, non tamen est clarius secundum intellectum, & ex parte rei contentę. Difficultates siquidem, quę occurrunt, ex parte nostri & non ex parte rei, & ex signis sensibilibus, non ex re contenta consurgunt. Quòd aut sit tutius, falsissimum est: Et cum dicitur, quòd nullius omissionis periculo se exponit, respondetur quòd licet non omittat signum sensibile: omittit tamen popularis communio prudentiam debitam in cauendo ab irreuerentia sacramenti, & exponit se periculo commissionis sacrilegij, a quibus tuta est communio populi sub specie panis tantum. quòd vero dicitur de magis consentaneo, oporteret dicere, magis consentaneo rationi rectę, aut præcepto Christi. Cõmunio siquidem populi sub specie utraque, licet sit magis consentanea, per modũ assimilationis institutioni sacramenti, & integritati sacramenti, & integritati sensibilis refectionis: communio tamen populi sub panis specie tantum est magis consentanea, & præcepto Christi, Hoc facite in meam commemorationem, vt predeclaratũ est, ex ordine literę euãgelicę, & rationi rectę, curam gerenti de reuerentia huius sacramenti. Et illud quidẽ spectat ad consentaneum, secundum quid, hoc autem ad cõsentaneum simpliciter & absolute: quia hoc consurgit ex omnibus consideratis, illud autem ad similitudinem exteriorem tantum respiciendo.

Lib. 4. tem. 34. com.

q. præc. ar. 11.

q. 2. ad Hebdiam. rom. 4. refertur de consecr. dist. 2. c. Nec Mo ses.

¶Ad quintum autem dicitur, quòd falsum subsumit, scilicet tenentia se ex parte sumentis cõcurrere per accidens ad vsum huius sacramẽti: usus. n. licet sit huius sacramenti vt rei, qua vtimur, hoc est materię, est tamen vtentis, vt proprius actus seu operatio: non accidit autẽ operationi rectitudo ex parte operantis, immo adeo per se ex hac parte exigit rectitudinem, ut nisi operatio recta sit ex parte operantis, non possit esse recta, simpliciter & absolute loquendo: & in proposito plus inuenitur, scilicet quòd conditio, de qua loquimur ex parte utentis, non sistit in ipso utente, sed redundet in sacramentum: quoniam attenditur secundum reuerentiam uel irreuerentiam ad sacramentum: & propterea undique ruit argumentum.

Et hęc de communione populari sub utraq, specie dicta pro nunc sufficiant.

QVAESTIO LXXXI.

De modo, quo Christus usus est hoc sacramento, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est, de vsu huius sacramenti, quo Christus vsus est in prima sui institutione.

ET CIRCA hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, Vtrum Christus sumpserit suum corpus & sanguinẽ.

¶Secundò, Vtrum Iudæ dederit.

¶Tertiò, Quale corpus sumpserit aut dederit, utrũ scilicet passibile vel impassibile.

¶Quartò, Quomodo se habuisset, Christus sub hoc sacramento, si fuisset in triduo mortis reseruatum, aut consecratum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christus sumpserit suum corpus & sanguinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Vĩ q̃ Christus non sumpserit corpus suum & sanguinem. Non. n. de factis Christi & dictis asseri debet, quod auctoritate sacræ scripturæ non traditur: sed in euangelijs non habetur, q̃ Christus corpus suũ mãducauerit, aut sanguinem suum biberit. non ergo est hoc asserendum.

¶ 2 Præt. Nihil potest esse in se-

ipso, nisi forte ratione partium, prout scilicet vna pars eius est in alia, ut habetur 4. Physicor. * sed illud quod manducatur & bibitur, est in manducante & bibẽte. cum igitur totus Christus sit sub utraque specie sacramenti, uidetur impossibile fuisse, quòd ipse sumpserit hoc sacramentum.

¶ 3 Præt. Duplex est sumptio huius sacramenti, scilicet spiritualis & sacramentalis: sed spiritualis non competebat Christo, qa nihil à sacramento accepit, & per consequens nec sacramẽtalis, quæ sine spirituali est imperfecta, ut supra habitum est. * ergo Christus nullo modo hoc sacramentum sumpsit.

SED CONTRA est, quod Hierony. * dicit ad Lesbiam, dominus Iesus Christus ipse conuiua & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur.

RESPOND. Dicendum, quòd quidam dixerũt, quòd Christus in cœna corpus & sanguinem suum discipulis suis tradidit, non tamẽ ipse sumpsit: sed hoc non videtur conuenienter dici: quia Christus ea, quę ab alijs obseruanda instituit, ipse primitus obseruauit: unde & ipse prius baptizari uoluit, quàm alijs baptismum imponeret, secundum illud Actuum 1. Cœpit Iesus facere, & docere: vnde, & primo ipse corpus suum & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit: & hoc est, quod Ruth tertio, super illud,

¶Super Quæstionem octuagesimamprimam.

IN tota quæstione octuagesimaprima, hoc solum occurrit circa quarti artic. materiam recolendum, quòd Scotica chimera superius relata, hinc apparet, vt est. Nihil enim munus corpus Christi sub sacramẽto nihil fuisset, si Christi corpus in propria specie annihilatum fuisset, quàm in triduo corpus Christi sub sacramento fuisset mortuum, quia in propria specie fuit mortuum: cum tamen Scotus hoc concedat, & primum neget: vtrumque enim, scilicet esse mortuum, & esse nihil, sunt de numero eorum, quæ conueniunt seu quæ conuenirent Christi corpori absolute, & non in ordine ad extrinseca, vt clare patet, & propterea quodcumque eorum Christi corpori in propria specie contingeret, asserendum esset de eodem sub sacramento.

Cum-

Cumque comedissent & bibissent &c. dicit gloss.* ℣ Christus comedit & bibit in cœna, cum corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit: vn de quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ℣ in euangelijs legitur, ℣ Christus accepit panem & calicem: non est autem intelligendum, ℣ acceperit solum in manibus, vt quidam dicunt: sed eo modo accepit, quo alijs accipiendum tradidit. vnde cum discipulis dixerit, Accipite, & comedite: & iterum, Accipite, & bibite; intelligendum est, ℣ ipse accipiens comedederit & biberit: vnde & quidam metrice dixerũt, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena: Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

AD SECVNDVM dicendum, ℣, sicut supra* dictũ est, Christus, secundum ℣ est sub hoc sacramento, comparatur ad locum, non secundum proprias dimensiones, sed secundum dimensiones specierum sacramentalium, ita ℣ in quocumq; loco vbi sunt illæ species, est ipse Christus: & quia species illæ potuerunt esse in manibus, & in ore Christi, ipse totus Christus potuit esse in suis manibus & in suo ore: non autem hoc potuisset esse, secundum ℣ comparatur ad locum per proprias dimensiones.

AD TERTIVM dicendum, ℣, sicut supra* dictum est, effectus huius sacramenti est, non solum augmẽtum habitualis gratiæ, sed etiam quædam actualis delectatio spiritualis dulcedinis: quãmuis aũt Christo gratia non fuerit augmẽtata ex susceptione huius sacramenti: habuit tamen quandam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramẽti: vnde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui testamenti: quod tradebat discipulis. & ideo spiritualiter mãducauit, & similiter sacramẽtaliter, inquantum corpus suũ sub sacramento sumpsit, quod sacramẽtum sui corporis intellexit & disposuit: aliter tamen quàm cete ri sacramentaliter & spiritualiter sumant,* qui augmentum gratiæ suscipiunt sub sacramentalibus signis, quibus indigent ad veritatis perceptionem.

* Aug. qui augmentum gratiæ suscipiunt, & sacramentalibus signis indigent, &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus dederit Iudæ corpus suum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus Iudæ nõ dederit corpus suũ. Vt enim legitur Matth. 26. Postquàm dedit dñs corpus suũ, & sanguinem discipulis, dixit eis, Non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Ex quo videtur, quòd illi quibus corpus suũ & sanguinem dederat, cum eo essent iterum bibituri: sed Iudas postea cum ipso non bibit. ergo non accepit cum alijs discipulis corpus Christi, & sanguinem.

¶ 2 Præt. Dominus impleuit qđ præcepit, secundũ illud Act. 1. cepit Iesus facere & docere: sed ipse præcepit Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus. Cum ergo ipse cognosceret Iudam esse peccatorem, videtur quòd ei corpus suum, & sanguinẽ non dederit.

¶ 3 Præt. Christus specialiter legitur Iudæ panẽ intinctũ porrexisse, Ioan. 13. Si ergo corpus suum ei dedit, videtur quòd sub bucella ei dederit, præcipue cum legatur ibidem, quòd post bucellam introiuit in eũ sathanas. vbi Aug.* dicit, Hinc nos docemur, quàm sit cauendum male accipere bonum: si enim corripitur qui non dijudicat, ideſt, non discernit corpus domini a ceteris cibis, quomodo nõ damnabitur qui ad eius mensam fingens se amicũ, accedit inimicus? sed cum bucella intincta non accepit corpus Christi: vt enim August.* dicit super illud Ioan. 13. cum intinxisset panẽ, dedit Iudæ Simonis Scariothis: non, vt putant quidam, negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. ergo videtur quòd Iudas corpus Christi non acceperit.

Tract. 62. in Io. in med. tom. 9.

SED CONTRA est, ℣ Chrys.† dicit, Iudas particeps existens mysteriorũ, conuersus non est: vnde fit sceIus eius vtrinq; immanius: tum, quia tali proposito imbutus adijt mysteria: tum, quia adiens melior factus nõ fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

Homil. 46. in Ioan. non re mote ante fi. to. 3.

RESPON. Dicendum, ℣ Hilarius* posuit super Matthæum, quòd Christus Iudæ corpus suum & sanguinem non dedit: & hoc quidem conueniens fuisset, cõsiderata malitia Iudæ: sed quia Christus nobis debuit esse exemplum iustitiæ, non cõueniebat eius magisterio, vt Iudam occultũ peccatorem, sine accusatore & euidenti probatione ab aliorum cõmunione separaret, ne per hoc daretur exemplũ prælatis ecclesiæ, similia faciẽdi, & ipse Iudas exasperatus, inde sumeret occasionem peccandi. Et ideo dicendum est, quòd Iudas cum alijs discipulis corpus domini & sanguinẽ susceperit, vt dicit Diony.* in lib. eccles. hierar. & August. super Ioan. †

Canon. 30. in Matt. circa med.

Diony. c. 3. eccles. hier. pa. 3. nõ lõge a prin. Augu. tract. 62. in euãg. Io. tom. 9. Loco citato in corp. art.

AD PRIMVM ergo dicendum, ℣ illa est ratio Hilar.* ad ostendendum, quòd Iudas corpus Christi non sumpsit: non tñ cogit, quia Christus loquitur discipulis a quorũ collegio Iudas se separauit, non autem Christus eũ exclusit: & ideo Christus quantum est in se, etiam cum Iuda vinum in regno dei bibit: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Christo nota erat Iudæ iniquitas, sicut Deo: non autem erat sibi nota per modum, quo hominibus innotescit: & ideo Christus Iudam non repulit a communione, vt daret exemplum, tales peccatores occultos non esse ab alijs sacerdotibus expellendos.

AD TERTIVM dicendum, ℣ sine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi nõ sumpsit, sed simplicem panẽ: significatur aũt fortassis, vt Augu.* ibidem dicit, per panis intinctionẽ fictio Iudæ: vt. n. inficiantur nõnulla, tanguntur: si aũt bonum aliquid hic significat tinctio (scilicet dulcedinẽ bonitatis diuinæ: quia panis ex intinctione sapidior redditur) idem bonũ ingratũ non immerito est secuta dãnatio. Et propter hanc ingratitudinem id, quod est bonum, factum est ei malum: sicut accidit circa sumentes corpus Christi indigne. & sicut Aug.† ibidẽ dicit intelligendum est, quòd dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentũ corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut Lucas narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationẽ Ioan. Dominus per bucellam tinctam, atque porrectam suũ exprimit proditorem.

Tracta. 62. in Ioan. circa med. to. 9.

Ibid.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus sumpserit & discipulis dederit corpus suum impassibile.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile: quia super illud Mat. 17. Transfiguratus

4. dist. 11. q. 3. ar. 3. Et dist. 12. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

Gloss. ordi. ibid. guratus est ante eos, dicit quædã gloss. * Illud corpus quod habuit per naturã, dedit discipulis in cœna non mortale & passibile. Et Leuit. 2. super illud, Si oblatio tua fuerit de sartagine, dicit gloss. † Crux super omnia fortis, carnem Christi, quæ ante passionem non videbatur esui apta, post aptam fecit: sed Christus dedit corpus suum, vt aptum ad manducandum. ergo dedit tale, quale habuit post passionem, scilicet impassibile, & immortale.

Ibidem. ¶ 2 Præt. Omne corpus passibile, per contactum & manducationẽ patitur: si ergo corpus Christi erat passibile, per contactum & comestionem discipulorum passum fuisset.

¶ 3 Præt. Verba sacramentalia non sunt modo maioris virtutis, quando proferuntur a sacerdote in persona Christi, quàm tunc quãdo fuerunt prolata ab ipso Christo: sed nunc virtute verborum sacramentalium, in altari cõsecratur corpus Christi impassibile & immortale, ergo multo magis tunc.

In lib. 4. de sacr. myste. altaris c. 12. post med. SED CONTRA est, quòd sicut Innoc. III. † dicit, tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit: habuit autem tunc corpus passibile & mortale. ergo corpus passibile & mortale discipulis dedit.

RESPON. Dicendum, quòd Hugo de sancto Victo. posuit, quòd Christus ante passionem diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati assumpserit, scilicet subtilitatem in natiuitate, quãdo exiuit de clauso vtero Virginis: agilitatem, quando ambulauit siccis pedibus super mare: claritatem, in transfiguratione: impassibilitatem, in cœnã, quãdo corpus suum discipulis tradidit manducandum, & secundum hoc dedit discipulis suis corpus suũ impassibile & immortale: sed quicquid sit de alijs, de quibus supra dictum est, * quid sentiri debeat, circa impassibilitatem tamẽ impossibile est esse quod dicitur: manifestum est enim, quòd idem corpus Christi erat quod a discipulis tunc in propria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur: non autem erat impassibile, secundum quòd in propria specie videbatur, quinimmo erat passioni paratũ: vnde nec ipsum corpus Christi, quod in specie sacramenti dabatur, impassibile erat. Impassibili tamẽ modo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile: sicut inuisibiliter quod in se erat visibile: sicut enim visio requirit cõtactum corporis, quod videtur, ad circunstans medium visionis, ita passio requirit contactum corporis, quod patitur, ad ea quæ agunt: corpus autem Christi secundum quòd est sub sacramento, vt supra dictum est, † non comparatur ad ea quæ circunstant, mediãtibus proprijs dimensionibus, quibus corpora se tangunt, sed mediantibus dimensionibus specierum panis & vini: & ideo species illæ sunt quæ patiuntur & videntur, non autem ipsum corpus Christi.

q. 28. arti. 2. ad 3. & q. 54. ar. 1. ad 1.

q. 76. art. 4. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Christus dicitur non dedisse corpus suum mortale & passibile: quia nõ dedit mortali & passibili modo. Crux autẽ fecit carnẽ Christi aptam manducationi, inquantũ hoc sacramentum repræsentat passionem Christi.

AD SECVNDVM dicendum, quod ratio illa procederet, si corpus Christi sicut erat passibile, ita passibili modo fuisset sub sacramento.

q. 76. ar. 4. AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut supra dictum est, * accidentia corporis Christi sunt in sacramẽto ex reali concomitantia, non autẽ ex vi sacramenti; ex qua est ibi substantia corporis Christi, & ideo virtus verborũ sacramentalium ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento corpus Christi, scilicet quibuscumque accidentibus realiter in eo existentibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum vel consecratum, ibi moreretur.

4. dist. 10. q. 1. col. 1. dist. 12. q. 3. art. 4. & 4. cont. 64. Et quæst. 5. art. 11. ar. 1. & 2. & 3. ar. 1. & 2. & 4. ar. 1. Et 4. dist. 44. fin. Et 1. Cor. 11. lect. 6. in fin.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum in pixide, vel ab aliquo Apostolorum consecratum, non ibi moreretur. Mors enim Christi accidit per eius passionem: sed Christus in passibili modo etiam tunc erat in hoc sacramento: ergo non poterat mori in hoc sacramento.

¶ 2 Præt. In morte Christi separatus fuit sanguis eius a corpore: sed in hoc sacramento simul est corpus Christi & sanguis: ergo Christus in hoc sacramento non moreretur.

¶ 3 Præt. Mors accidit per separationem animæ a corpore: sed in hoc sacramento continetur tam corpus, quàm anima Christi: ergo in hoc sacramento non poterat Christus mori.

SED CONTRA est, quòd idem Christus, qui erat in cruce, fuisset in sacramento: sed in cruce moriebatur: ergo & in sacramẽto cõseruato moreretur.

RESPON. Dicendum, quòd corpus Christi idem in substantia est in hoc sacramẽto & in propria specie, sed non eodẽ modo: nã in propria specie contingit circunstantia corpora per proprias dimẽsiones, non autẽ prout est in hoc sacramento, vt supra dictum est: * & ideo quicquid pertinet ad Christũ secundum quòd in se est, potest attribui ei & in propria specie & in sacramento existenti: sicut viuere, mori, dolere, animatum vel inanimatum esse, & cetera huiusmodi: quæcumque vero conueniunt ei per comparationẽ ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti, nõ aũt prout est in sacramento: sicut irrideri, conspui, crucifigi, flagellari, & cetera huiusmodi: vnde & quidam metrice dixerũt, Pixide seruato poteris sociare dolorem Innatum, sed non illatus conuenit illi.

art. præced. & q. 76. ar. 4. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, sicut dictum est, † passio conuenit corpori passo per comparationem ad agens extrinsecum, & ideo Christus, secundum quòd est sub hoc sacramento, pati non potest: potest tamen mori.

In corp. ar.

AD SECVNDVM dicendum, q̃, sicut supra dictum est, * sub specie panis est corpus Christi ex vi consecrationis: sanguis autem sub specie vini: sed nunc quidem, quando realiter sanguis Christi non est separatus ab eius corpore, ex reali concomitantia & sanguis Christi est sub specie panis simul cũ corpore, & corpus sub specie vini simul cũ sanguine: sed si tẽpore passionis Christi, quando realiter sanguis fuit separatus a corpore Christi, fuisset hoc sacramentum consecratum, sub specie panis fuisset solũ corpus, & sub specie vini fuisset solum sanguis.

q. 76. art. 2. ad 2.

AD TERTIVM dicendum, quòd, sicut supra † dictum est, anima Christi est in hoc sacramẽto ex reali concomitantia, quia non est sine corpore: nõ autem ex vi consecrationis: & ideo si tunc fuisset hoc sacramentum consecratum vel peractũ, quando anima erat a corpore realiter separata, non fuisset anima Christi sub hoc sacramento: nõ propter defectum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

In solu. præced. & loco ibi citato.

QVAR-

QVAESTIO LXXXII.

De ministro huius sacramenti, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ministro huius sacramenti.

CIRCA primum quæruntur decem.

¶Primò, Vtrum consecrare hoc sacramentum sit proprium sacerdotis.

¶Secundò, Vtrum plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.

¶Tertiò, Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.

¶Quartò, Vtrum liceat sacerdoti conseeranti à communione abstinere.

¶Quintò, Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.

¶Sextò, Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quàm boni.

¶Septimò, Vtrum hæretici schismatici, vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum.

¶Octauò, Vtrum degradati.

¶Nonò, Vtrum peccent, à talibus communionē recipientes.

¶Decimò, Vtrum liceat sacerdoti omnino à celebratione abstinere.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ consecratio huius sacramenti non sit propria sacerdotis. Dictum est enim * supra, quòd hoc sacramentum consecratur virtute verborum, quę sunt forma huius sacramenti: sed illa verba non mutātur, siue dicantur à sacerdote, siue à quocumque alio: ergo videtur, quòd non solus sacerdos, sed etiam quilibet alius possit hoc sacramentum consecrare.

¶2. Præte. Sacerdos hoc sacramentum conficit in persona Christi: sed laicus sanctus est vnitus Christo per charitatem: ergo videtur, quòd etiam laicus possit hoc sacramentum conficere: vnde & Chrysost.* dicit super Matth. quòd omnis sanctus est sacerdos.

¶3. Præt. Sicut baptismus ordinatur ad hominum salutem, ita & hoc sacramentum, sicut ex supradictis patet: † sed etiam laicus potest baptizare, vt supra dictum est. * non ergo est proprium sacerdotis conficere hoc sacramentum.

¶4. Præte. Hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: sed alias materias consecrare. s. chrisma, & oleum sanctum, & oleum benedictū, pertinet ad solum episcopum: quarum tamen cōsecratio non est tantæ dignitatis, sicut consecratio eucharistiæ, in qua est totus Christus: ergo nō est proprium sacerdotis, sed solius episcopi, hoc sacramentum conficere.

SED CONTRA est, ꝙ Isidor.† dicit in quadam epistola, & habetur in decr. 25. Ad presbyterum pertinet sacramentum corporis, & sanguinis Domini in altari Dei conficere.

RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est*) hoc sacramentum est tantæ dignitatis, quòd non conficitur nisi in persona Christi. Quicumq; autē aliquid agit in persona alterius, oportet hoc fieri per potestatem ab illo concessam: sicut autem baptizato conceditur à Christo potestas sumendi hoc sacramentum, ita sacerdoti, cum ordinatur, confertur potestas hoc sacramentum consecrandi in persona Christi. Per hoc enim ponitur in gradu eorum, quibus dictum est à Domino, hoc facite in meam commemorationem. Et ideo dicendum est, quòd proprium est sacerdotum conficere hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ virtus sacramentalis in pluribus consistit, & non in vno tantum, sicut virtus baptismi consistit in ipsis verbis, & in aqua: vnde & virtus consecratiua non solum consistit in ipsis verbis, sed etiam in potestate sacerdoti tradita in sua consecratione, & ordinatione, cum ei dicitur ab episcopo. Accipe potestatē offerendi in ecclesia sacrificium, tam pro viuis, quàm pro mortuis. Nam & virtus instrumentalis in pluribus instrumentis consistit, per quæ agit principale agens.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ laicus iustus vnitus est Christo vnione spirituali per fidem, & charitatem, non autem per sacramentalem potestatem. Et ideo habet spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias, de quibus dicitur in Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & Rom. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem: vnde & 1. Pet. 2. dicitur: sacerdotium sanctū, offerre spirituales hostias.

AD TERTIVM dicendum, quòd perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis, sicut perceptio baptismi, vt ex supradictis patet. * Et ideo licet in necessitatis articulo laicus possit baptizare, non tamen potest hoc sacramentum conficere. Q. præc. art. 12. ad 2. & q. 73. arti. 3.

AD QVARTVM dicendum, quòd episcopus accipit potestatē, vt agat in persona Christi super corpus eius mysticū, idest super ecclesiam. Quam quidem potestatem non accipit sacerdos in sua consecratione, licet possit eam habere ex episcopi commissione. Et ideo ea, q̄ non pertinent ad dispositionem corporis mystici, non reseruantur episcopo, sicut consecratio huius sacramenti. Ad episcopū verò pertinet tradere non solum populo, sed etiā sacerdotibus ea, ex quibus possunt proprijs officiis vti. Et quia benedictio chrismatis, & olei sancti, & olei infirmorum, & aliorum, quæ consecrantur (puta altaris, ecclesiæ, vestium, & vasorum) præstat quandam idoneitatem ad sacramenta perficienda, quæ pertinent ad officium sacerdotum, ideo tales consecrationes episcopo reseruantur, tamquam principi totius ecclesiastici ordinis.

¶ *Super Quæst. 82. Articulum 2*

ARTICVLVS II.

Vtrum plures sacerdotes possint unam, & eandem hostiam consecrare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vī, ꝙ plures sacerdotes non possint vnam, & eandem hostiam consecrare. Dictum est enim supra, * ꝙ plures non possunt simul vnū baptizāre: sed nō minor vis est sacerdotis consecrantis, quàm hoīs baptizantis. ergo ēt nō possunt simul

INar 2. q. 82. circa pluralitatem simul concelebrātium, Durandus occurrit in 4. diist. 13. contrarius valde huic pluralitati, & rationibus, & auctoritatibus pro ea. Putat enim quòd consuetudo ista est periculosa, & magis ē abolēda, quam seruanda. Confutat aūt rōnē in litera ab Auctore allatā ab Inno centio 4. di. 13. q. 1. art. 2. q. 2. Q. 67. art. 2

centio sumptam de concenatione Apostolorũ cum Christo quia licet concenauerint, non tamen concelebrarunt. Confutat applicationem omniũ verborum ad vnũ instans quia vix, aut numquam fieri potest, ꝙ omnes simul proferant, nec recipit specialem prouidentiam Spiritussancti in hmõi, quæ sunt particularium ecclesiarum, & non omnium.

¶ Quocirca duabus existentibus opinionib. extremis de hac pluralitate, altera Innocentij, quã sequitur Auctor: altera Duran. totaliter cõtraria. & pro via Innocentii maxime vrget antiqua cõsuetudo plurium ecclesiarũ, & specialiter Roma: pro via autẽ Durandi ratio vrgere videtur: nam ſm veritatem ratio de concenantibus discipulis Christo, potius adaptatio, quàm ratio est, quum ipsi nõ consecrauerint. Et similiter, quòd verba consecrationis dicta ante vel post instãs, quo eadem complentur ab episcopo, referantur ad illud idem instans, voluntatie dicitur: meminisse. n. oportet, ꝙ dum tractaretur de pluribus baptizantibus vnũ, vtroq; dicẽte, & abluente, cõclusum est quòd si non simul baptizat, primus solus baptizat. Et similiter hic dicendum est, ſm rectam rationem iudicandum est.

¶ Posset media viateneri dicẽdo ex ecclesiastico statuto seu more esse, ꝙ noui sacerdotes cõcelebrẽt dicendo simul cum episcopo consecrationis verba: ex abusione aũt interuenire quòd vnus prius, alter post verba consecrationis proferat. Probaturq; hoc ex Pontificali Romano, vbi dicitur. Curet Pontifex, vt morose & alte canonem dicat. Et subditur, ꝙ eodem momento debẽt ab ordinatis verba consecrationis dici, quo dicuntur ab episcopo: sed via hæc minus vera videtur. tum quia licet hoc statutum inueniatur in Pontificali Romano à tempore Innocentii VIII. in antiquis tamen Pontificalibus hoc non habetur, tum quia Auctor in litera ex Innocentio III. expresse satagit ad saluandũ verba prolata non simul, dum dicit quòd non reiteratur consecratio super eadem materia propter intentionem omniũ ad vnum instans: vbi nisi supponeret vnum prius, & alterũ post consecrationis verba dicere, vanus esset labor, & recursus ad intentionem pro eodem instanti: de his enim quæ simul proferuntur nulla est quæstio reiterationis: tum quia statutũ hoc est quodammodo impossibile, quoniam quamtulacumq; minima morula verba vnius præfinirentur antequam alter temporaret, in reiterationem superfluitatemque incideretur: quoniam, vt patet ex supradictis, in instanti fit consecratio seu conuersio.

Tract. 26. in Io. to. 9.

Ar. præced.

L. 4. de sacro altaris mysterio, c. 25. circa medium.

plures unam hostiam consecrare.

¶ 2. Præt. Quod potest fieri per unum, superflue fit per multos. In sacramentis autem nihil debet esse superfluum. cum ergo unus sufficiat ad consecrandũ, uĩ, quòd plures non possint unam hostiam consecrare.

¶ 3. pret. Sicut dicit Augu.* super Ioan. hoc sacramentum est sacramentum unitatis: sed contrariũ unitati esse uidetur multitudo. ergo non uidetur conueniens esse huic sacramento, quòd plures sacerdotes eãdem hostiam consecrent.

SED CONTRA est, ꝙ secundũ consuetudinem quarumdã ecclesiarum, sacerdotes, cum de nouo ordinantur, cõcelebrant episcopo ordinanti.

RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut dictum est*) sacerdos, cũ ordinatur, constituitur in gradu eorum, qui à Domino acceperunt potestatem consecrandi in cena. Et ideo secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, sicut Apostoli Christo cenanti cenauerũt, ita noui ordinati, episcopo ordinanti concelebrant. Nec propter hoc iteratur cõsecratio super eandem hostiam: quia sicut Innocen. III.* dicit, omnium intentio debet ferri ad idem instans cõsecrationis.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Christus non legitur simul baptizasse cum Apostolis, quando iniunxit eis officium baptizandi, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ si quilibet sacerdotum operaretur in virtute propria, superfluerẽt alij celebrantes, uno sufficienter celebrante: sed quia sacerdos non consecrat nisi in psona Christi, multi autem sunt vnum in Christo, ideo non refert utrum per vnum, aut per multos hoc sacramentum consecretur: nisi quod oporter ritũ ecclesiæ seruari.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ eucharistia est sacramentũ vnitatis ecclesiasticæ, quæ attenditur secũdum hoc, ꝙ multi sunt vnum in Christo.

ARTICVLVS III.

Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat solum ad sacerdotem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd non pertineat solum ad sacerdotem dispensatio huius sacramenti. Sanguis enim Christi non minus pertinet ad hoc sacramentum, quàm corpus: sed sanguis Christi dispensatur per diacones: vnde & Beatus Laurent.* dixit beato Sixto, Expetire vtrũ idoneum ministrum elegeris, cui cõmisisti dominici sanguinis dispensationem. ergo & pari ratione dispensatio corporis Christi, non pertinet ad solos sacerdotes.

¶ 2. Præt. Sacerdotes constituũtur ministri sacramentorũ: sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, non in vsu, ad quem pertinet dispensatio. ergo videtur, ꝙ non pertineat ad sacerdotem corpus Domini dispensare.

¶ 3. Præt, Diony.* dicit in lib. eccles. hier. quòd hoc sacramẽtum habet perfectiuam virtutẽ, sicut & chrisma: sed signare chrismate baptizatos, non pertinet ad sacerdotem, sed ad episcopum. ergo etiam dispensare hoc sacramentum, pertinet ad episcopum, non ad sacerdotem.

SED CONTRA est, quod dicitur* de consec. d. 2. Peruenit ad notitiam nostram, quòd quidã presbyteri laico, aut fœminæ corpus Domini tradunt ad deferendum infirmis. igitur interdicit synodus, ne talis presumptio vlterius fiat: sed presbyter per semetipsum infirmos communicet.

¶ Et scito, quòd omnes referre intentionem suam ad instans vnum quo episcopus consecrat, saluat quidem, quòd non formaliter sit reiteratio consecrationis super materia eadẽ (quia non exintẽtione hac dicuntur uerba vt iterentur cõsecratio) sed nõ excludit, quin sit iteratio consecrationis materialiter, quia prolatio exterior cõsecratiua superaddit. 4. d. 11. 5. ar. 1. q. 1. 3. Et dist. 13. q. 1. art. 3. q. 1. & 2.

¶ Ex quibus omnib. tutiorem partem eligendo, duo in facto seruanda sunt, primũ est circa prolationẽ exteriorem, ꝙ quilibet ordinatus seruet ritum illius ecclesiæ, dicendo totum canonem. Secundum est, circa intentionem, ꝙ non habeat determinate intentionẽ consecrandi, & similiter non habeat determinate intentionem nõ consecrandi, sed habeat intentionẽ debitam: hoc est proponat apud se, Intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere: sic enim tutissima via omnes ordinati incedunt, & soli episcopo relinquunt intentionẽ determinatam ad consecrandum, nullaq; relinquitur difficultantib. quæstio, dum dubiis existentib. actib. tutior pars electa est. His enim seruatis, satis fit vtriq; opinioni, I. tenentium, ꝙ ordinati concelebrant, & tenentiũm, ꝙ ordinati nõ concelebrãt: sed dicunt tantum. Vt habetur in eius legenda. Ca. 3. eccles. hier. par. 2. & c. 4. De cons. d. 2. c. peruenit.

¶ Et hæc quidem de ordinatis presbyteris. De consecrato autem episcopo secus dicendum absq; dubio est, quoniam Romanum Pontificale antiquum expresse habet, quòd consecratori Pontifici celebranti, debet consecratus concelebrare. Et subditur, quòd legat, & faciat omnia quæ sunt in canone missæ: de his enim dicendum est, quòd de facto ambo consecrant eandem materiam simul: quoniam in eodem altari mutuo se expectantes concelebrant: quod non continet difficultatem, aut quasi impossibilitatem, quæ contingit in multitudine presbyterorum, qui simul ordinantur.

Super

RESPON. Dicendum, ꝙ ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi propter tria. Primo quidem, quia (sicut dictum est*) ipse cōsecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut cōsecrauit corpus suum in cœna, ita & alijs sumendum dedit, vnde sicut ad sacerdotē pertinet consecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundò, quia sacerdos constituitur medius inter Deum, & populum: vnde sicut ad eū pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus populo tradere. Tertiò, quia in reuerentiam huius sacramenti, à nulla re cōtingitur nisi consecrata: vnde & corporale, & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis, ad tāgendum hoc sacramentum: vnde nulli tangere licet, nisi in necessitate, puta si caderet in terram, uel in aliquo alio necessitatis casu.

Q. 75. ar. 5. & q. 76. arti. 8.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio, vt scilicet dispenset sanguinem, non autem corpus, nisi in necessitate iubente episcopo, vel presbytero. Primo quidem, quia sanguis Christi continetur in vase, vnde nō oportet, ꝙ tangatur à dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundò, quia sanguis designat redēptionem à Christo in populum deriuatam: vnde & sanguini admiscetur aqua, quæ significat populū. Et quia diaconi sunt inter sacerdotem, & populū, magis cōuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm dispensatio corporis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd eiusdem est, hoc sacramentum dispensare, & consecrare, ratione iam dicta. †

AD TERTIVM dicendum, ꝙ sicut diaconus in aliquo participat illuminatiuam virtutem sacerdotis, inquantum dispensat sanguinem, ita sacerdos participat perfectiuam dispensationem episcopi, inquantum dispensat hoc sacramentum, quo perficitur homo secundum se per cōparationem ad Christum: alię autem perfectiones, quibus homo perficitur per comparationem ad alios, episcopo reseruantur.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Super Quæst. 82. Articulum quartum.*

Vtrum sacerdos consecrans teneatur sumere hoc sacramentum.

IN calce art. 4. aduerte, sacerdotem posse quidem de cōsilio iterum consecrare, & sumere, qñ sub specie carnis aut sanguinis sacramentum apparet, non teneri tamen ad hoc: quoniam actor miraculi sacerdotem à lege sumendi absoluit. Et propterea, Auctor in litera prius liberauit sacerdotis diuisi, deinde cōsilium dedit.

AD QVARTVM sic proceditur. Vī, ꝙ sacerdos consecrans nō teneatur sumere hoc sacramentum. In alijs enim consecrationib. ille qui consecrat materiam, non vtitur ea, sicut episcopus consecrans chrisma, nō linitur codē: sed hoc sacramentum consistit in consecratione materię. ergo sacerdos perficiēs hoc sacramentum, non necesse habet vti eodem, sed pōt licite à sumptione eius abstinere.

¶ 2. Præt. In alijs sacramentis minister non prębet sacramentum sibiipsi: nullus enim baptizare potest seipsum, ut supra dictum est:* sed sicut baptismus ordinate dispensatur, ita & hoc sacramentū. ergo sacerdos perficiens hoc sacramenrum, non debet ipsum sumere à seipso.

¶ 3. Præt. Contingit quandoq;, ꝙ miraculose corpus Christi in altari apparet sub specie carnis, & sanguis sub specie sanguinis, quæ non sunt apta cibo, & potui, vnde (sicut supra * dictum est) propter hoc sub alia specie traduntur, ne sint horrori sumentibus. ergo sacerdos consecrans, non semper tenetur sumere hoc sacramentum.

Q. 75. ar. 5. & q. 76. arti. 8.

SED CONTRA est, quòd in Concilio Toletano legitur, & habetur * de cons. d. 2. ca. relatum. Modis omnibus tenendum est, vt quotiescunque sacrificans Corpus Christi, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari immolat, totiens perceptionis corporis, & sanguinis Christi participem se præbeat.

In conc. Toler. 5. can. 5. de cons. d. 2. c. Relatum.

RESPON. Dicendum, ꝙ (sicut supra * dictū est) eucharistia non solum est sacramentum, sed ēt sacrificium. Quicumque autem sacrificium offert, debet sacrificij fieri particeps: quia exterius sacrificium quod offertur, signum est interioris sacrificij, quo quis seipsum offert Deo, vt Augu. * dicit 10. de Ciuit. Dei: vnde per hoc, ꝙ participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium interius pertinere. Similiter ēt per hoc, ꝙ sacrificium populo dispēsat, ostendit se esse dispensatorem diuinorū, quorum ipse primo debet esse particeps, sicut Dion. * dicit in lib. eccle. Hierarch. Et ideo ipse ante sumere debet, quàm populo dispenset: vnde & in prædicto cap.* legitur, quale est sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Per hoc autem fit particeps, ꝙ de sacrificio sumit, secundum illud Apostoli 1. Corinth. 10. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Et ideo necesse est, ꝙ sacerdos quotiescumque consecrat, sumat integrè hoc sacramentum.

Q. 79. arti. 5. & 7.

Lib. 10. ca. 5. tom. 5.

Ca. 3. eccle. hier. declinādo ad fi. Eod. can. 5. 12. concilij Tole.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ consecratio chrismatis, vel cuiuscumque alterius materiæ, nō est sacrificiū, sicut consecratio eucharistiæ, & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd sacramentum baptismi perficitur in ipso vsu materiæ. Et ideo nullus potest baptizare seipsum, quia in sacramento non potest esse idem agens, & patiens: vnde nec in hoc sacramento sacerdos cōsecrat seipsum, sed panem, & vinum, in qua consecratione perficitur sacramenrum: vsus aūt sacramenti est cōsequenter se habens ad hoc sacramentum, & ideo non est simile.

AD TERTIVM dicendū, ꝙ si miraculose corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumēdum. Dicit eīn Hieron. * super Leuit. De hac quidem hostia, quæ in Christi cōmemnratione mirabiliter fit, edere licet: de illa uero, quā Christus in ara crucis obtulit, fas se nulli edere licet. Nec propter hoc sacerdos transgressor efficitur: quia ea, quę miraculose fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamē esset sacerdoti, quod iterato corpus, & sanguinem Domini consecraret, & sumeret.

Refertur d cons. 2. d. ca. De hac.

ARTICVLVS V.

Vtrum malus sacerdos eucharistiam consecrare possit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ malus sacerdos eucharistiam consecrare nō possit. Dicit eīn Hier.* super Soph. sacerdotes qui eucharistię seruiunt, & sanguinem Dñi populis diui dūt, impie agunt in lege Christi, putantes eucharistiam precantis facere verba nō vitā, & necessariā esse solennē orationem, & sacerdotis merita de q-

4. di. 18. q. 2. ar. 2. q. 5. ad 2.

Super illud Soph. 3. Sacerdotes polluerunt sanctū to. 6.

bus dicitur, sacerdos in quacunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino: sed sacerdos peccator cum sit maculosus, nec vitam habet nec merita huic conuenientia sacramento. ergo sacerdos peccator non potest consecrare eucharistiam.

Lib.4. orth. fi.c. 14. non löge à med. In decr.1.q.1.c. Sacrosãcta.

¶2. Præt. Damas. * dicit in 4. lib. quòd panis, & vinum per aduentum sancti Spiritus, supernaturaliter transit in corpus & sanguinem Domini: sed Gelasius Papa dicit (sicut habetur in decr. 1. quæst. 1. c. sacrosancta) quomodo ad diuini mysterij consecrationem, cælestis Spiritus inuocatus adueniet, si sacerdos, qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus comprobetur? ergo per malum sacerdotem non potest eucharistia consecrari.

¶3. Præt. Hoc sacramẽtum sacerdotis benedictione consecratur: sed benedictio sacerdotis peccatoris non est efficax ad consecrationem huius sacramenti, cum scriptum sit Malach. 2. Maledicam benedictionibus vestris, & Dion. * dicit in epist. ad Demophilum monachum, perfecte cecidit à sacerdotali ordine, qui non est illuminatus: & audax quidem nimium mihi videtur talis, sacerdotalibus manum apponens, & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christi formiter enuntiare.

Circa med. illius.

Refertur 1. q. 1 ca. intra catholicam, & de cons. d. 2. c. Vtrum fnb.

SED CONTRA est, quod Augu. * dicit in lib. de corpore Domini, intra ecclesiam catholicam, in mysterio corporis, & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & uirtute Spiritus sancti.

Art. 1. & 2. huius q.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra * dictum est) sacerdos consecrat hoc sacramentum non virtute propria, sed sicut minister Christi, in cuius persona consecrat hoc sacramentum. Non aũt ex hoc ipso definit aliquis minister esse Christi, q̃ est malus: habet enim Dominus bonos, & malos ministros seu seruos: unde Matth. 24. Dominus dicit, Quis putas est fidelis seruus, & prudens, &c. & postea subdit, si autem dixerit malus ille seruus in corde suo, &c. Et Apostolus dicit 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & tamen postea subdit. Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. erat ergo certus se esse ministrum Christi: tamen non erat certus se esse iustum. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. Et hoc ad excellentiam Christi pertinet, cui sicut vero Deo seruiunt non solum bona, sed etiam mala, quæ per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur: unde manifestum est, quòd sacerdotes etiam si non sint iusti, sed peccatores, possunt eucharistiam consecrare.

Loco citato in arg.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hierony. * per illa verba improbat errorem sacerdotum, qui credebant se digne posse eucharistiam consecrare, ex hoc solo q̃ sunt sacerdotes, etiam si sint peccatores: quod improbat Hieron per hoc, quòd maculosi ad altare accedere prohibentur: non tamen remouetur, quin si accesserint, sit verum sacrificium quod offerunt.

In prin. c. citato in ar. 1.

AD SECVNDVM dicendum, quòd ante illa verba Gelas. Papa * præmittit, sacrosancta religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat, vt ad eam quilibet nisi pura conscientia nõ audeat peruenire. Ex quo manifeste apparet eius intentionis esse, quòd peccator sacerdos non debet ad hoc sacramentum accedere: vnde per hoc, quòd subdit, quomodo cęlestis spiritus aduocatus adueniet, intelligi oportet, q̃ non aduenit ex merito sacerdotis, sed de virtute Christi, cuius verba profert sacerdos.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut eadem actio, inquantum fit ex praua intentione ministri, potest esse mala: bona autem, inquantum fit ex bona intentione Domini, ita benedictio sacerdotis peccatoris, inquantum ab ipso indigne fit, est maledictione digna (& quasi infamia siue blasphemia, & non oratio reputatur) inquantum autem profertur ex persona Christi, est sancta, & efficax ad sanctificandum: vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris.

ARTICVLVS VI.

¶ *Super Quæstio. 82. Articulum sextum.*

Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat, quàm missa sacerdotis boni.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q̃ missa sacerdotis mali nõ minus valeat, quàm missa sacerdotis boni. Dicit enim Gregor. † in Registro, Heu in quàm magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta mysteria, plus ab alijs sanctificata posse fieri credunt, cum vnus idemq; Spiritus sanctus ea mysteria occulte, atque inuisibiliter operando sanctificet: sed hæc occulta mysteria celebrantur in missa. ergo missa mali sacerdotis non minus valet, quàm missa boni.

¶2. Præt. Sicut baptismus traditur à ministro in virtute Christi, qui baptizat, ita & hoc sacramentum in persona Christi cõsecratur: sed non melior baptismus datur à meliori ministro, vt supra dictum est. * ergo etiã neque melior missa est, quæ celebratur à meliori sacerdote.

Q. 64. artic. 9. q. 67. ar. 5. alijs.

¶3. Præt. Sicut merita sacerdotum differunt per bonũ, & melius, ita etiam differunt per bonum, & malũ. Si ergo missa melioris sacerdotis est melior, sequitur, q̃ missa mali sacerdotis sit mala, qđ est inconueniens: quia malitia ministrorũ non potest redundare in Christi mysteria: sicut Aug. * dicit in lib. de Baptismo. ergo neque missa melioris sacerdotis est melior.

Li. 1. contra literas Petiliani ca. circa fi. alijs verbis. tot.

SED CONTRA est, quòd habetur in Decretis 1. q. 1. † Quanto sacerdotes fuerint digniores, tanto facilius in necessitatibus, pro quibus clamabant, exaudiuntur.

In dec. 1. q. 1. c. ipsi sacerdotes.

RESPON. Dicendum, quòd in missa duo est considerare, scilicet ipsum sacramentum, quod est principale: & orationes, quæ in missa fiunt pro viuis, & mortuis. Ad hoc dicitur, q̃ ratio ista contra æqualem valorem missæ inquantum in persona ecclesiæ oratur, affertur, soluẽda est dicẽdo, quòd meritum ecclesiæ non est abstractũ, sed ipsius ecclesiæ ratione partium suarum in ipsa, & non rõne illius partis suæ mor-

4. dist. 13. q. 3. ar. 1. q. 3. Refert ibi in decreta. ca. Multa te med.

mortuæ, q̃ ministrat tunc, & cum dr, pars mortua nō meretur sicut viua, verū est, quo ad meritū ex p̃sona ppria: sed sce⁹, est, quo ad meritū ex ploua ecclesiæ: cum quo stat, q̃ parte viua ministrāte melior fit simpliciter missa: ḡa audiḡ; tūc cōcurrit meritū. s. ex persona ecclesię, & ex p̃sona propria.

tuis. Quantum ergo ad sacramē-
A tum, nō minus valet missa sacerdotis mali, quàm boni: quia vtro biq; idem conficitur sacramentum. Oratio etiā queſit in missa, potest cōsiderari dupliciter: vno modo, inquantū habet efficaciā ex deuotione sacerdotis orantis: & sic non est dubiū, quòd missa melioris sacerdotis magis est fructuosa: alio modo, inquātū oratio in missa profertur a sacerdote in persona totius ecclesiæ, cuius sacerdos est minister: quod quidem ministerium

Aut. præced. D. 955. et in peccatorib. manet: sicut supra dictum est † de ministerio Christi, vnde ēt quantū ad hoc
B est fructuosa non solum oratio sacerdotis peccatoris in missa, sed ēt omnes eius d. orationes, quę facit in ecclesiasticis in officijs, in quib. gerit persōam ecclesiæ: licet orationes eius priuatæ non sint fructuosæ, ſm illud Prouer. 28. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Dist. 41. Ad primvm ergo dicendum, quod Gregor. loquitur ibi, quantum ad sanctitatem diuini sacramenti.

Ad secvndvm dicendum, quòd in sacramento baptismi non fiunt solennes orationes, pro omnibus fidelibus, sicut in missa, & ideo quantum ad hoc non est simile: est autem simile quantum ad effectum sacramenti.
C

Ad tertivm dicendū, q̃ per virtutem Spiritus sancti (qui per unitatem charitatis cōicat inuicem bona membrorū Christi) fit, q̃ bonum priuatum, quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosum alijs. Malum autem priuatum vnius hominis non potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum, ut Aug.* dicit in lib. contra Parmenianum.

Lib. 1. c. 1. non c. & 2. multi, an eo. 24.

Articvlvs VII.

Vtrum hæretici schismatici, & excommunicati possint consecrare.

Ad septimvm sic proceditur. Vī quòd hęretici, schismatici, & excommunicati, eucharistiam
D consecrare nō possint. Dicit enī Aug. q̃ extra ecclesiam catholicam non est locus ueri sacrificij. Et Leo Papa dicit, * & habetur in Decretis 1. q. 1. Aliter. s. quàm in ecclesia, quæ corpus Christi est, nec rata sūt sacerdotia, nec uera sacrificia: sed hęretici, schismatici, & excommunicati sunt ab ecclesia separati. ergo non possunt uerum sacrificium conficere.

¶ 2. Præt. Sicut ibidem legitur, Innoc. † Papa dicit, arrianos cæterasq; eiusmodi pestes, quia laicos eo-
E rum sub imagine penitentiæ susċipimus, non videtur clerici eorum cum sacerdotij aut cuiuspiā mysterij susċipiendi dignitate esse, quib. solum baptisma ratum esse permittimus: sed non potest aliquis consecrare Eucharistiam, nisi sit cum sacerdotij dignitate: ergo hæretici, & cęteri huiusmodi, nō possum Eucharistiam consecrare.

¶ 3. Præt. Ille, qui est extra ecclesiam vī aliquid posse agere in persona totius ecclesiæ: sed sacerdos cōsecrans eucharistiā, hoc agit in persona totius ecclesiæ: quod patet ex hoc, q̃ omnes orationes proponit in persona ecclesiæ. ergo videtur, q̃ illi, qui sunt extra ecclesiam. s. hæretici, & schismatici, & excommunicati, non possiint consecrare Eucharistiam.

Sed contra est, quod Aug.* dicit in 2. Contra
A Parmenianum, sicut baptismus in eis. s. hæreticis, schismaticis, & excōicatis, ita ordinatio manśit integra: sed ex vi ordinationis sacerdos potest consecrare Eucharistiam. ergo hęretici, schismatici, & excōicati, cum in eis maneat ordinatio integra, videtur, quòd possint consecrare eucharistiam.

Respon. Dicendum, q̃ quidam dixerunt, q̃ hęretici, & schismatici, & excommunicati, quia sunt extra ecclesiam, non possunt conficere hoc sacramentum. Sed in hoc decipiūtur: quia sicut Aug.* dicit in 2. Contra Parmenianum, aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non recte habere: & similiter ēt est aliud non dare, & aliud non recte dare. Illi igitur, qui intra ecclesiam cōstituti, receperunt potestatem consecrandi eucharistiam in
B ordinatione sacerdotii, recte quidem habent potestatem, sed non recte ea vtuntur, si postmodum per hæresim, aut schisma, vel excōicationem, ab ecclesia separentur. Qui autem sic separati ordinantur, nec recte habent potestatē, nec recte vtuntur. Quòd tī vtriq; potestatem habeant, patet per hoc, q̃ (sicut Aug.* ibidem dicit) cum redeunt ad vnitatem ecclesiæ, non reordinantur, sed recipiuntur in suis ordinibus. Et quia consecratio eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem, illi qui sunt ab ecclesia separati per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, possunt quidem consecrare eucharistiam, quæ ab eis consecrata verum corpus, & sanguinem Christi continet, non tī hoc recte faciūt,
C sed peccant facientes, & ideo fructum sacrificij nō percipiunt, quod est sacrificium spirituale.

Li. 2. contra Parmenianū ca. 13. tem. 7.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ auctoritates illæ, & similes intelligendæ sunt, quantum ad hoc quòd nō recte extra ecclesiam sacrificium offertur, unde extra ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quod est uerum ueritate fructus, licet sit uerum ueritate sacramenti, sicut etiam supra dictum est, * quòd peccator sumit corpus Christi sacramētaliter, sed non spiritualiter.

Q. 80. ar. 3.

Ad secvndvm dicendum, q̃ solus baptismus permittitur esse reatus hæreticis, & schismaticis, ḡa possunt licite baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casū licite possunt eucharistiam consecrare, uel alia sacramenta conferre.
D

Ad tertivm dicendum, q̃ sacerdos in missa in orationib. quidem loquitur in d̃ persona ecclesię, in cuius unitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius uicem in hoc gerit per ordinis potestatē, & ideo si sacerdos ab unitate ecclesię precisus, missam celebret, quia potestatē ordinis non amittit, consecrat uerū corpus, & sanguinē Christi: sed quia est ab ecclesiæ unitate separatus, orationes eius efficaciam non habent.

D. 959.

Articvlvs VIII.

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere.

Ad octavvm sic proceditur. Vī, q̃ sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum confi-
E cere. Nullus enim conficit hoc sacramentū, nisi per potestatem cōsecrandi quam habet: sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi, ut dicit Cano. 1. q. 1. c. quidā. * ergo uidetur, quod presbyter degradatus non possit eucharistiam consecrare.

4. dist. 13. q. 1. arti. 1. q. 4. & quol. 12. art. 16.

Habetur in dec. 1. q. 1. c. Quod quidā circa med.

¶ 2. Præt. Ille qui aliquid dat, potest ēt auferre: sed epiſcopus dat presbytero potestatem consecran-

di, ordinando ipsum. ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶3. Præt. Sacerdos per degradationem, aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem: sed non solã executionem: quia sic non plus amitteret degradatus quàm excõmunicatus, qui etiam executione caret. ergo videtur, quòd amittat potestatem consecrandi: & ita videtur, quòd non possit conficere hoc sacramentum.

Lib.3.ca.13. to.7. SED CONTRA est, quòd † Augu. in 2. contra Parmenianum probat, quòd apostatæ à fide non carẽt baptismate, per hoc ꝙ per pœnitentiã redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur: sed similiter degradatus, si reconcilietur, nõ est iterum ordinandus. ergo non amisit potestatem consecrandi, & ita sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum. G

RESPON. Dicẽdum, ꝙ potestas consecrandi Eucharistiã, pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis. Character autem quilibet, quia cum quadam consecratione datur, indelebilis est, vt supra dictũ

Q.63. arti.5 est, * sicut, & quarumcunque rerum consecrationes perpetuæ sunt, nec amitti nec reiterati possunt: vnde manifestum est, quòd potestas consecrandi

Lib.2.ca.13. a med. to.7. non amittitur per degradationẽ. Dicit eĩ † Aug. in 2. Cõtra Parmenianum, vtrumque. s. baptismus, & ordo, sacramentum est, & quadam cõsecratione vtrumq; homini datur: illud, cũ baptizatur: istud, cum ordinatur: ideoq; non licet à catholicis vtrũque iterari, & sic patet, quòd sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum. H

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ canon ille non loquitur assertiue: sed inquisitiue, sicut ex circunstantia literæ haberi potest.

AD SECVNDVM dicendum, quòd episcopus non dat potestatem sacerdotalis ordinis propria uirtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei cuius effectus per hominem tolli nõ potest, secundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et ideo episcopus non potest hanc potestatem auferre: sicut nec ille, qui baptizat, potest auferre characterem baptismalem.

AD TERTIVM dicendum, quòd excommunicatio est medicinalis, & ideo excommunicatis nõ aufertur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuum, sed ad correctionem usque ad tẽpus. Degradatis aũt aufertur executio, quasi in perpetuum condemnatis. I

¶ *Super Quæstionis 82. Art. nonum.*

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat ab excommuuicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere, & eorum missam audire.

IN ar. 9. aduerte disputationes, & inuestigatiões, & canones de participãtib. in sacramẽtorũ pceptione, & cæteris di-

Sup.q.64. ar tic.9.ad 2.& 3.& 4 dist.13. q.1.ar.3.q.3. Refert hoc in decr.1. q. 1.c. Neque in prin. uinis, cũ excõicatis, suspensis, &c. hodie vacare pp statutũ i cõcilio Cõstãtiẽsi, quo cõcessum est oĩbus Chri fidelibus participare cũ excõicatis, &c. nisi in duobus casibus. s. si fuerint nominatim denuntiati, vel notorie p cusserint clericũ. vt refert Archips Florẽtinus in 3. par. summæ suæ, tit. 28.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, ꝙ aliquis licite possit communionem recipere à sacerdotibus hæreticis, uel excommunicatis, uel etiam peccatorib. & ab eis missam audire. Sicut eĩ † Augu. contra Petilianum dicit, neque in homine bono, neq; in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta: sed sacerdotes quãuis sint peccatores, & hæretici, uel excommunicati, uerum conficiunt sacramẽtum. ergo uidetur, K quòd non sit uitandum ab eis communionem accipere, uel eorum missam audire.

¶2. Præte. Corpus Christi uerum, figuratiuum est corporis mystici, sicut supra dictum est: † sed a prædictis sacerdotibus uerum corpus Christi cõsecratur. ergo uidetur, ꝙ illi, qui sunt de corpore mystico, possint eorum sacrificijs communicare. Q.80.

¶3. Præt. Multa peccata sunt grauiora, quàm fornicatio: sed non est prohibitũ audire missas sacerdotũ aliter peccantium. ergo ẽt non debet esse prohibitũ audire missas sacerdotum fornicariorum.

SED CONTRA est, ꝙ canon dicit 32.* dist. Nullus missam audiat sacerdotis, quem indubitanter cõcubinam nouit habere. & † Greg. dicit in 3. Dialog. ꝙ pater perfidus arrianum episcopum misit ad filiũ, ut de eius manu sacrilegæ consecrationis communionem perciperet: sed uir Deo deditus arriano episcopo uenienti exprobrauit, ut debuit. Dist.32.ca. Nullus. Greg.lib.3. Dialog.ca. parũ a pr.

RESPON. Dicendum, quòd (sicut supra dictum est *) sacerdotes si sint hæretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiam peccatores: quamuis habeant potestatem consecrandi eucharistiam, non tamen ea recte vtuntur, sed peccant vtentes. Quicunque autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur: vnde & in 2. Canon.* Ioan. dicitur, quòd qui dixerit ei, aue (scilicet hæretico) communicat operibus illius malignis, & ideo non licet à prædictis communionem accipere, aut eorũ missam audire. Differt tamen inter prædictas sectas. Nam hæretici, & schismatici, & excõmunicati, sunt per sententiam ecclesiæ, executione cõsecrandi priuati, & ideo [d] peccat quicumque eorum missam audit, vel ab eis accipit sacramenta: sed non omnes peccatores sunt per sententiam ecclesiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quamuis sint suspensi quantum ad se ex sententia diuina, non tñ quantum ad alios ex sententia ecclesiæ. Et ideo usque ad sententiam ecclesiæ licet ab eis communionem accipere, & eorum missam audire: vnde super illud 1. Corinth. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere, dicit gl. † Aug. Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel ẽt extraordinario vsurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secũdum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, & conuictum. Ar.5.& 8 huius q. Circa fin. illius. D.90. Est Augu. li. de vtilitate pœnit. med.to.9. Habetur & hic li.to.10 inter 50. li. uml. & c. vltima.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc, ꝙ refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus Dei sacramenta, sed potius ea veneramur (vnde hostia a talibus sacerdotibus consecrata est adoranda, & si reseruetur, licite potest sumi à sacerdote legitimo) sed refugimus culpam indigne ministrantium.

AD SECVNDVM dicendum, quòd vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autem qui indigne percipiunt, vel ministrant, priuantur fructu, vt supra dictum est. † & ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis qui sunt in vnitate ecclesiæ. Q.80.ar.8 ad 7. huius quæst.

AD TERTIVM dicendum, quòd licet fornicatio non sit grauior cæteris peccatis, tamen ad eam proniores sunt homines propter carnis concupiscentiam. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitum est ab ecclesia, & ne aliquis audiat missam concubinarij sacerdotis. Sed hoc intelligendum est de notorio, vel per sententiam, quæ fertur in conuictum, vel per confessionem in iure factam, uel quando non potest peccatum aliqua tergiuersatione celari.

Super

¶ *Super Quæstionis 82. Art. decimum.*

ARTICVLVS X.

Vtrum liceat sacerdoti omnino à consecratione Eucharistiæ abstinere.

IN ar. 10. Scito hāc esse difficultatē, an sacerdoti liceat tota liter a celebratione abstinere, & hęc bene soluitur in litera negative. Exigit siquidem recta ratio, quum potentia sit propter actū, & gratia sit propter vsum, vt commoditate obtata cessante que omni impedimento, homo quandoque potencia gratiaque in his, quæ ad Deum sunt, vtatur.

4. dist. 13. q. 1. ar. 2. qc. 2. & dist. 19. q. 2. ar. 2. qc. 2.

AD DECIMVM sic procedit. Videtur, ꝙ liceat sacerdoti, omnino à consecratione eucharistię abstinere. Sicut enim ad officium sacerdotis pertinet eucharistiam consecrare, ita etiam baptizare, & in alijs sacramentis ministrare: sed sacerdos non tenetur ministrare in alijs sacramentis, nisi propter curā animarum susceptam. ergo uidetur, quòd nec etiam teneatur eucharistiam consecrare, si curam non habeat animarum.

Super

¶2. Præte. Nullus tenetur facere quod sibi nō licet, alioquin esset perplexus: sed sacerdoti peccatori, vel ēt excommunicato, non licet eucharistiam consecrare, vt supra dictum est.† ergo videtur, ꝙ tales nō teneantur ad celebrandum, & ita nec alij: alioquin ex sua culpa commodum reportarent.

Act. huius quæst.

¶3. Præt. Dignitas sacerdotalis non perditur per subsequentem infirmitatem: dicit enim * Gelasius Papa, & habetur in decretis. d. 55. Præcepta canonica sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore: ita si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere non potest, quod tempore suæ syncceritatis accepit. Contingit autem qñq; quod ordinati in sacerdotes, incurrunt aliquos defectus, ex quibus a celebratione impediuntur, sicut est lepra, vel morbus caducus, vel aliquid aliud huiusmodi. non ergo videtur, quòd sacerdotes ad celebrandum teneantur.

Gelasius dicit esse falsum beatum Hieronymum dixisse. 55. dist. ca. Presbyteros.

SED CONTRA est, quòd Ambros. dicit in quadā oratione, Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde & manibus innocentibus non venimus: sed grauius est, si dum peccata metuimus, etiam sacrificium non reddamus.

RESPON. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd sacerdos potest omnino à consecratione licite abstinere, nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo, & sacramenta præbere: sed hoc irrationabiliter dicitur: quia vnusquisque tenetur vti gratia sibi data, cum fuerit opportunum, secundum illud 1. ad Corinth. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Opportunitas autem sacrificiū offerendi, non solum attenditur per comparationē ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari, sed principaliter p comparationē ad Deum, cui consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. vnde sacerdoti etiam si non habeat curam animarum, non licet omnino a celebratione cessare: sed saltem videtur, quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maxime in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt, & hinc est, ꝙ 2. Mach a. 4. contra quosdam sacerdotes dicitur, ꝙ iam non circa altaris officia dediti erant cōtempto templo, & sacrificijs neglectis.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd alia sacramenta perficiuntur in vsu fideliū. Et ideo in alijs ministrare non tenetur nisi ille, qui super fideles suscipit curam: sed hoc sacrm perficitur in consecratione eucharistiæ, in qua sacrificium Deo offertur, ad quod sacerdos obligatur Deo ex ordine iam suscepto.

A AD SECVNDVM dicendū, ꝙ sacerdos peccator, si per sententiam ecclesiæ sit executione ordinis priuatus, vel simpliciter, vel ad tempus, redditus est impotens ad sacrificium offerēdum, & ideo obligatio tollitur: hoc autē cedit sibi in detrimētum spiritualis fructus magis, quàm in emolumentum. Si verò non sit priuatus potestate celebrandi, non soluitur obligatio, nec tamen perplexus est: quia potest de peccato pœnitere, & celebrare.

AD TERTIVM dicendum, quòd debilitas, vel ægritudo superueniens ordini sacerdotalis, ordinem non tollit, executionem tamen ordinis tollit quantum ad consecrationem eucharistiæ. Quandoque quia lem propter impassibilitatem executionis, sicut si priuetur oculis, aut digitis, aut usu linguæ:
B quandoque autem propter periculum, sicut patet de eo, qui patitur morbum caducum, vel etiam quamcunque alienationem mentis: quandoque propter abominationem: sicut patet de leproso, qui non debet publice celebrare: potest tamen missam dicere occulte, nisi lepra adeo inualuerit, quòd per corrosionem membrorum, eum ad hoc reddiderit impotentem.

QVAESTIO LXXXIII.

De ritu huius sacramenti, in sex articulos diuisa.

C DEINDE considerandum est de ritu huius sacramenti.

CIRCA primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, Vtrum in celebratione huius mysterij Christus immoletur.

¶ Secundò, De tempore celebrationis.

¶ Tertiò, De loco & aliis, quę pertinent ad * apparatum huius celebrationis. Alias opportunitatem.

¶ Quartò, De his, quæ in celebratione huius mysterij dicuntur.

¶ Quintò, De his, quæ circa celebrationem huius mysterij fiunt.

¶ Sextò, De defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt.

D

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in hoc sacramento Christus immoletur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in celebratione huius sacramenti, Christus nō immoletur. Dicitur enim Hebr. 10. Quòd Christus in vna oblatione consumauit in sempiternam sanctificatos. sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immolatur in celebratione huius sacramenti. Inf. ar. 2. co. et ad 1. et 2.

¶2. Præter. Immolatio Christi facta est in cruce, in
E qua tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis, vt dicitur Ephes. 5. sed in celebratione huius mysterij Christus non crucifigitur. ergo nec immolatur.

¶3. Præt. Sicut * August. dicit in 4. lib. de Trinita. in immolatione Christi idem est sacerdos, & hostia: sed in celebratione huius sacramenti non est idem sacerdos, & hostia. ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio. Li. 4. ca. 14. in fi. et ca. 7. in prin. to. 3.

SED CONTRA est, ꝙ † Aug. dicit in lib. sent. Prosperi, semel immolatus est in semetipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento. Habetur de conse. d. 2. ca. Semel immolatur.

RESPON. Dicendum, ꝙ duplici ratione celebratio huius sacramēti dicitur immolatio Christi. Pri-

In lib. q. ad simpliciū q. 3. parum ante med. to. 4.

mo quidem, quia sicut dicit * Aug. ad Simplicium: solent imagines earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cum intuentes tabulam aut parietē pictum, dicimus: ille Cicero est, & ille Salustius. Celebratio autem huius sacramenti (sicut supra dictum est †) imago quædam est repræsentatiua passionis Christi, quę est vera eius immolatio, & ideo celebratio huius sacramenti dicitur Christi immolatio. unde † Ambrosius dcit super epist. ad Heb. in Christo semel oblata est hostia, ad salutem sempiternam potens. quid ergo nos? nonnonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. alio modo, quantum ad effectum passionis Christi: quia scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus d dominicæ passionis. vnde in quadam dominicali oratione secreta dicitur: quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari, etiã in figuris veteris testamenti. vnde & Apoc. 13, dicitur: quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi: sed quantum ad secundum modum proprium est huic sacramento, quòd in eius celebratione Christus immoletur.

Q. 79. art. 1. & 3. & 73. ar. 6.

In ca. 10. ad Heb. non procul à princ. tom. 5.

D. 584.

In ca. 10. ad Heb. non remote à pri. tom. 5.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ sicut † Ambros. ibidem dicit: vna est hostia (quam scilicet Christus obtulit, & nos offerimus) & non multæ, quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: sicut enim quod vbique offertur, vnum est corpus, & non multa corpora, ita & vn sacrificium.

Ad secvndvm dicendum, quòd sicut celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua passionis Christi, ita altare est repræsentatiuum crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

Ad tertivm dicendum, q̄ per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, in cuius persona, & uirtute uerba pronuntiat ad considerandum, vt ex supradictis patet.* & ita quodammodo idem est sacerdos, & hostia.

Quæst. 82. ar. 1. & 3.

Articvlvs II.

V trum conuenienter sit determinatum tempus celebrationis;

4. dist. 13. q. 1. ar. 2. q. 4.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, q̄ inconuenienter sit determinatum tempus celebrationis huius mysterij. Hoc enim sacramentum est repræsentatiuum dominicæ passionis, vt dictū est: † sed commemoratio dominicæ passionis fit in ecclesia semel in anno. dicit enim * Augu. super Ps. 21. Quotiescumque Pascha celebratur, numquid toties Christus occiditur? sed tamen anniuersaria recordatio repręsentat quod olim factū est, & sic nos facit moueri, tamquam uideamus in cruce pendentem Dominum. ergo hoc sacramentum non debet celebrari, nisi semel in anno.

Art. præced.

In præfat. 2. Psa. 21. circa prin. to. 8.

¶2. Præte. Passio Christi commemoratur in ecclesia 6. feria ante Pascha, non aūt in festo Natalis. Cū ergo hoc sacramentum sit commemorationum dominicæ passionis, videtur inconueniens esse, q̄ in die Natalis ter celebretur hoc sacramentum: in parasceue autem totaliter intermittitur.

Leo in epist. 81. c. 2. circa princip. Ita habetur de cons. d. 1. c. necesse €.

¶3. Præt. In celebratione huius sacramenti ecclesia debet imitari institutionem Christi: sed Christus consecrauit hoc sacramentum hora serotina. ergo

F videtur, quòd hora tali debeat hoc sacramentum celebrari.

¶4. Præt. Sicut habetur de conse. dist. 1. † Leo Papa scribit Dioscoro Alexandrino episcopo, quòd in prima parte diei missas celebrare licet: sed dies incipit à media nocte, vt supra dictum est. ergo vī, q̄ etiam post mediam noctem liceat celebrare.

¶5. Præte. In quadam dominicali oratione secreta dicitur, Concede nobis domine quæsumus hæc frequentare mysteria: sed maior erit frequentia, si etiam pluribus horis in die sacerdos celebret. ergo videtur, quòd non debeat prohiberi sacerdos plures celebrare in die.

Sed contrarivm est consuetudo, quam seruat ecclesia secundum canonum statuta.

G Respon. Dicendum, q̄ (sicut dictum est*) in celebratione huius mysterij attenditur repræsentatio dominicæ passionis, & participatio fructus eius. Et ſm vtrumq; oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius sacramenti. Quia enim fructu dominicæ passionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in ecclesia regulariter hoc sacramētum offertur. vnde & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quod exponens † Aug. lib. de verbis Domini dicit: si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quemadmodum Græci in oriente facere consueuerunt? accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Quia vero dominica passio celebrata est a tertia hora usque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei, solenniter hoc sacramentum in ecclesia celebratur.

Art. præc. q. 79. ar. 1.

In serm. 81. parū à med. to. 10.

H Ad primvm ergo dicendum, q̄ in hoc sacramēto recolitur passio Christi, secūdum q̄ eius effectus ad fideles deriuatur: sed tempore passionis recolitur passio Christi solum secundum hoc, q̄ in ipso capite nostro fuit perfecta: quod quidem factū est semel: quotidie autem fructum dominicæ passionis fideles percipiunt. Et ideo illa commemoratio fit semel in anno, hoc autem quotidie, & propter fructum, & propter iugem memoriam.

Ad secvndvm dicendum, q̄ veniente veritate, cessat figura. Hoc aūt iacm est figura quædam, & I exēplū dominicę passionis, sicut dictū est.* Et ideo in die quo ipsa passio Dñi recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur consecratio huius sacri: ne tñ ecclesia ea ēt die sit sine fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exhibito, corpus Christi consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illo die: non aūt sanguis, propter periculum, & quia sanguis specialius est imago dominicæ passionis, vt supra dictū est. † Nec verū est, quod quidā dicunt, q̄ per immissionem particulæ corporis Christi in vinū, conuertatur vinū in sanguinē: hoc n. aliter fieri non pōt, quàm per consecrationē factā sub debita forma verborum. In die aūt natiuitatis plures missæ celebrantur propter triplicē Christi natiuitatem: quarū una est æterna, q̄ quantū ad nos est occulta, & ideo una missa cātatur in nocte, in cuius introitu dī, Dñs dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia autem est temporalis, sed spiritualis, qua. s. Christus oritur tāquam luciser in cordibus nostris, vt dicitur 2. Pet. 1. & propter hoc cantatur missa in aurora, in cuius introitum dī lux fulgebit hodie super nos. Tertia est Christi natiuitas temporalis, & corporalis, ſm quam visibilis nobis processit ex vtero virginali, carne ĩdutus. Et ob hoc cantatur tertia missa in clara luce, in cuius introitu dicitur: puer natus est nobis: licet ecōuerso possit

In corp. & locis ibidē citatis.

Q. 78. art. 1. ad 2. & q. 76. ar. 2. ad 3.

De consec. ca. Nostr.

dici

dici q̃ natiuitas ęterna f̃m se est in plena luce: & ob hoc in euangelio tertiæ missæ fit mentio de natiuitate æterna: f̃m autem natiuitatem corporalem, ad literam natus est de nocte, in signũ quòd veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ. vnde & missa nocturna dicitur euangelium de corporali Christi natiuitate: sicut etiam & in alijs diebus in quibus occurrunt plura Dei beneficia, uel recolẽda, uel expetenda, plures missæ celebrantur in die: puta una pro festo, & alia pro ieiunio, uel pro mortuis.

Q.37. ar.5. AD TERTIVM dicendum, quòd (sicut dictum est superius) * Christus uoluit ultimo hoc sacramentum discipulis tradere, ut fortius eorum cordibus imprimeretur. & ideo post cœnam in fine diei hoc sacramentum consecrauit, & discipulis suis tradidit. A nobis tamen celebratur hora dominicæ passionis, scilicet diebus festis in tertia, quando crucifixus est linguis iudæorum, ut dr̃ Mar. 15. & quando Spiritus sanctus descendit super discipulos, uel diebus profestis in sexta: quando crucifixus est in manibus militum, ut habetur Ioan. 19. uel diebus ieiuniorum in nona, quando uoce magna clamans emisit spiritum, ut dicitur Matth. 27. Potest tamen tardari, maxime quando sunt ordines faciendi, & præcipue sabbatho sancto, tum ꝓpter prolixitatem officij, tum quia ordines pertinent ad diem dominicam, vt habetur in Decret. distin. 75. cap. † quod à patribus. Possunt tamen missæ celebrari in prima parte diei propter aliquã necessitatem, vt dicitur de consecr. distinct. 1. cap. Necesse est &c.

Dist.75. cap. Quod a patribus. Decret. dist. 1. Necesse est.

AD QVARTVM dicendum, q̃ regulariter missa debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento, qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox quando nemo potest operari, quandiu in mundo sum, lux sum mũdi: ita tamen quòd principium diei accipiatur nõ à media nocte: nec etiam ab ortu solis, id est, quãdo substantia solis apparet super terram, sed quando incipit apparere aurora: tunc enim quodammodo dicitur sol ortus, inquantum claritas radiorum eius apparet. vnde & Marci. 16. dicitur, quòd mulieres uenerunt ad monumentum orto iam sole: cum tamen uenerint, cum adhuc tenebræ essent ad monumẽtum, ut dicitur Ioan. 20. Sic enim hanc contrarietatem soluit † August. in lib. de consen. Euang. Specialiter tamen in nocte natalis Domini missa celebratur propter hoc, quòd Domin' in nocte natus est, ut dicitur de consecr. * dist. 1. c. Nocte &c. & similiter etiã in sabbatho sancto circa noctis principium, propter hoc quòd Dominus nocte surrexit, id est, cum adhuc tenebræ essent ante manifestum solis ortum.

Lib. 3. tract. 24. circa princ. 4. De consec. dist. 1. cap. Nocte.

AD QVINTVM dicendum, quòd sicut habetur de consecr. distinct. 1. ex Decreto † Alex. Papæ, sufficit sacerdoti unam missam in die una celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit, & ualde felix est, qui unam digne celebrare potest: quidam tamen pro defunctis unam faciunt, alteram d̃ de die, si necesse sit. Qui uero ꝓ pecunia aut adulationibus sęcularium, una die præsumunt plures celebrare missas, non ęstimo euadere damnationem. & extra de celebrat. miss. dicit * Innoc. tertius, quòd excepto die natiuitatis dominicę (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit sacerdoti semel in die unam missam solummodo celebrare.

De cons. dist. 1. c. Sufficit. D. 82. In decret. lib. 3. tit. 41. c. Consulimus.

A

ARTICVLVS III.

Vtrum oporteat hoc sacramentum celebrari in domo et vasis sacris.

AD TERTIVM sic procedit. Vr̃ ꝓ non oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & uasis sacris. Hoc enim sacr̃m est representatiuum dominicæ passionis: sed Chr̃s non est passus in domo, sed extra portam ciuitatis, f̃m illud Hebr. vlt. Iesus, ut sanctificaret ꝑ suum sanguinem populũ, extra portam passus est. ergo ur̃ ꝓ hoc sacramentum non debeat celebrari in domo, sed magis subdio.

B

¶ 2 Præt. In celebratione huius sacr̃i debet ecclesia imitari morem Christi & apostolorũ: sed domus, ĩ qua primo Chr̃s hoc sacr̃m confecit, non fuit consecrata: sed fuit quoddã cõe cœnaculum, à quodã patrefamilias præparatum, ut hr̃ Lucę 22. Legitur etiã Actorũ 2. ꝓ Apostoli erant perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panẽ, & sumebãt cibũ cum exultatione. ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramẽtum celebratur.

C

¶ 3 Præt. Nihil frustra ĩ Ecclesia fieri debet, quæ spiritusancto gubernatur: sed frustra ur̃ adhiberi consecratio ecclesiæ, uel altari, & huiusmodi reb. ĩanimatis, quæ nõ sunt susceptiuę gratiæ, uel spiritualis uirtutis. Incõuenienter igitur huiusmodi consecrationes in ecclesia fiũt.

D

¶ 4 Præt. Solum diuina opera debent recoli cum quadã solennitate, f̃m illud Psal. 91. In operibus manuum tuarum exultabo: sed ecclesia uel altare opere humano cõsecrat, sicut & calix & ministri, & alia hmõi: sed horũ cõsecrationes nõ recolũtur celebriter in ecclesia. ergo neq; cõsecratio ecclesiæ uel altaris, cum solennitate recoli debet.

¶ 5 Præt. Veritas debet rñdere figurę: sed in veteri testõ, quod gerebat figurã noui, non fiebat altare de lapidib. sectis. dr̃ enim Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. ꝓ si altare lapideum feceris mihi, nõ ædificabis illud de sectis lapidib. Exodi ẽt 27. mandat fieri altare de lignis sethim uestitis ære, uel etiã auro, ut hr̃ Exod. 25. ergo uidetur inconuenienter obseruari in ecclesia, quòd altare fiat solũ de lapide.

E

¶ 6 Præt. Calix cũ patena repręsentat sepulchrũ Christi, qđ fuit excisum in petra: ut in euangelijs hr̃. ergo calix debet de petra

¶ *Super Quæstionis 83. Artic. tertium.*

IN ar. 3. quæst. 83. ad tertium dubiũ occurrit de uirtute altaris ecclesiæ, & aliorũ inanimatorũ consecratorũ: an fit solũ ex parte nostri (qui inde concipiamus reuerentiam ac deuotionẽ) an ex parte rei, & si ex parte rei, an sit in ipsis reb. virtus aliqua spiritualis, an sola diuina assistentia, & an general modo tãtum, an speciali quodam modo diuina ibi virtus assistat. 4. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 5. & dist. 24. q. 2. ar. 2. ad 3.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, ꝙ sunt in hac re modi dicendi duo extremi. Alter, ꝙ huiusmodi cõsecrationes ab ecclesia, adinuentæ, ex parte tñ nr̃a sententia; ita ꝙ deuotio nostra est, quę effectus diuinæ virtutis prouocat apparere ibi magis quam alibi: quoniam Deus nullo speciali modo est in his post consecrationẽ, quo prius nõ erat. Et ratio est, quia consecrationes istæ sunt humana opera, nihil conferentes rei cõsecratę, f̃m rem. Aliter, quòd ꝑ huiusmodi cõsecrationes adipiscuntur res ipsæ quandã uirtutem spiritualẽ, quę est quædam qualitas intentionalis, velut intentio coloris in aere, & super verba literæ huius fundat. Vterque autem modus vitandus vr̃, & media via progrediendo, dicendũ est, quòd per huiusmodi cõsecrationes adipiscuntur cõsecratæ res spiritualem virtutem inchoatiue, & in hoc ipso sortiuntur diuinam præsentiam speciali modo. Consecrationes siquidẽ ecclesiasticæ nõ sunt humana tantũ opera, sed sunt efficaces ex Christi sacerdotio: à quo sicut per seipsum efficaciã habent sacramentales operationes, quia ab ipso immediate sunt instituta sacramenta, ita participatum in ministris suis efficaciam præbet consecrationibus, quæ ab ipsis fiunt. ita quòd

ex

ex Christi sacerdotio diffuso, participato in nobis, res consecratæ habiles reddūtur ad excitandā in nobis reuerentiā, & deuotionem, sicut aqua ex tactu carnis Christi redditæ sunt habiles ad baptismū, & huiusmodi habilitas vocatur spiritualis virtus inchoatiue. Et hinc apparet, q̄ Deus qui ante cōsecrationem erat ecclesiæ præsens, sicut alijs rebus per præsentiam, essentiam, & potentiam, fit postea præsens altari, Ecclesiæ, & his huiusmodi speciali modo, sicut nouo instrumento ad excitandā reuerentiam & deuotionem circa diuinum cultum. Perducitur autem ad complementū huiusmodi virtus, cum diuina huiusmodi assistētia actualiter vtūtur consecrata ad excitandā deuotionē, reuerentiam, uel aliquem alium effectū, ad quem res consecrata est faciendū. Consonare autē doctrinam hanc supradictis, & literę huic, & his quæ communiter opinamur de reb. inanimatis consecratis, facile patet applicando, præter hoc quòd probabilis valde est.

Dicta in tit. & in arg.

¶ Et hæc de Eucharistia dicta pro nunc sufficiant.

fieri, & non solum de argento, uel stanno.

¶ 7 Præt. Sicut aurū pretiosius est inter materias uasorum, ita panni serici pretiosiores sunt inter alios pannos. ergo sicut calix fit de auro, ita pallæ altaris debent de serico fieri, & non solum de panno lineo.

¶ 8 Præt. Dispensatio sacrorū, & ordinatio eorundem ad ministros ecclesiæ pertinet, sicut dispensatio rerum tpaliū subiacet ordinationi principū sęcularium, vnde & Apost. dicit 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Chri, & dispensatores mysteriorum Dei: sed si circa dispensationē rerum tpalium aliquid fiat contra statuta principū, hr irritū. ergo si hæc q̄ dicta* sunt, cōuenienter sunt statuta per prælatos ecclesiæ, ur q̄ sine his corpus Christi confi si non possit. & sic vr sequi, q̄ verba Christi non sint sufficiēt̄ia ad hoc sacr̄m conficiendū, quod est inconueniens. non ergo vr conueniens fuisse, quòd hæc circa celebrationem huius sacramenti statuerentur.

SED CONTRA est, quòd ea q̄ per ecclesiam statuuntur, ab ipso Christo ordinantur, q̄ dicit. Matthæi 18. Vbicūque fuerint duo uel tres cōgregati in noie meo, ibi sum in medio eorum.

RESPON. Dicendum, q̄ in his quæ circū stant hoc sacramētū, duo considerantur: quorū unū pertinet ad repr̄sentationē eorum, quæ circa dnicam passionem sunt acta: aliud aūt pertinet ad reuerētiam huius sacr̄i, in quo Christus s̄m ueritatem continetur, & non solum in figura. unde & consecrationes adhibētur his rebus, q̄ ueniunt in usum huius sacramenti: tum, propter sacramenti reuerentiam, tum ad repræsentandum effectum sacramenti,* qui ex passione Christi prouenit, secūdum illud Heb. vlt. Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum &c.

Alias sanctitatis.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ regulariter hoc sacr̄m celebrari debet in domo, per quam significatur ecclesia, s̄m illud 1. Thim. 3. Vt scias qūo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei uiui: extra ecclesiam enim non est locus ueri sacrificij, vt * Aug. dicit. & quia ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis iudaicæ, sed erat in uniuerso mundo fundanda, ideo passio Christi non est celebrata intra ciuitatem iudeorū, sed subdio, ut sic totus mundus se haberet ad passionem Christi, ut domus. & tamen, ut dr de cōsec. † dist. 1. c. cōcedimus, in itinere positis si ecclesia defuerit, subdio, seu in tentorio si tabula altaris consecrata, cereraq; sacra mysteria ad id officium prinentia ibi affuerint, missarū solēnia celebrari cōcedimus.

In lib. sent. quæ ex Aug. decerpęs sunt c. 13. to. 3 i fi.

De consec. dist. 1. c. Cōcedimus, in medio 1. li⁹.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ domus, in qua hoc sacr̄m celebratur, ecclesiam significat, sicut & ecclesia nominatur: quæ conuenienter cōsecratur, tum ad repręsentandam sanctificationem, quā ecclesia cōsecuta est per passionem Christi, tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in his, qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus, de quo dicit Apostolus Heb. vlt. Per ipsum offerimus hostiā laudis Deo. unde & cōsecratio altaris significat sanctitatem Christi, de qua dicitur Lucæ 1. Quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. unde de consec. dist. 1. dicitur: † Altaria placuit non solum unctione chrismatis, sed etiā sacerdotali benedictione sacrari. & ideo regulariter non licet celebrare hoc sacramentum, nisi in domib. consecratis. Vnde sicut habetur de consec. * dist. 1. Nullus presbyter missas celebrare presumat, nisi in cōsecratis ab ab Episcopo locis. Propter quod etiam, quia pagani non sunt de ecclesia, nec alij infideles, ideo eadē distinctione legitur, † Ecclesiam, in qua mortuorū cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta uidetur ad consecrandum, inde euulsis corporibus, & rasis parietibus uel tignis eius loci, reædificetur: sed si hæc consecrata prius fuerint, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerunt, qui in ea sepulti sunt. Propter necessitatem tamen potest hoc sacramentum peragi in domibus non consecratis, uel uiolatis: sed tamen de consensu Episcopi. unde in eadem distinctione legitur. † Missarum solennia nō ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, uel ubi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Non tamē sine altari portatili consecrato. unde in eadem distinct. legitur: † Concedimus si ecclesiæ fuerint incensę, uel combustæ in Capellis cū tabula consecrata, missas iterum celebrari. quia enim sanctitas Christi fons est totius ecclesiasticæ sanctitatis, ideo in necessitate sufficit ad peragendum hoc sacramentum, altare sanctificatum. Propter quod etiam nunquam ecclesia sine altari consecratur: tamen sine ecclesia quandoque consecratur altare cum reliquijs sanctorum quorum uita abscondita est cum Christo in Deo. Vnde in eadem distinctione legitur, * Placuit ut altaria, in quib. nullum corpus aut reliquię martyris conditæ probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur.

De consec. dist. 1. c. Nullus presbyter.

De consec. dist. 1. c. Ecclesiam.

De consecr. dist. 1. c. Missarum.

Ead. dist. 1. consec. c. cōcedimus.

De consec. dist. 1. c. Placuit.

AD TERTIVM dicendū, quòd Ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata, consecrantur, nō quia sint gratiæ susceptiua, sed quia ex consecratione adipiscuntur quandam spiritualem uirtutē, per quam apta redduntur diuino cultui, ut scilicet homines deuotionem quandā exinde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur, unde & 2. Machabæorū 3. dicitur. Vere Dei uirtus quædam est in loco: nam ipse qui habet in cœlis habitationem, uisitator & auditor est loci illius. Et inde est, q̄ huiusmodi ante consecrationem emundantur & exorcizantur, ut exinde uirtus inimici pellatur. Et eadem ratione ecclesiæ, quę sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine pollutæ fuerint, reconciliantur: quia p pec catum ibi commissum, apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem distinctione legitur: † Ecclesias Arrianorum ubicunq; inueneritis catholicas, eas diuinis precibus & operibus absque ulla mora consecrate. Vnde & quidā probabiliter dicunt, quòd per ingressum ecclesiæ consecratę homo consequitur remissionē peccatorum uenialium, sicut & per aspersionem aquæ benedictę inducentes quod in Psal. 84. dr, Benedixisti

De consecr. dist. 1. c. Ecclesias Arrianorum.

xisti Domine terram tuam, remisisti iniquitatem plebis tuæ. & ideo propter uirtutem, quæ ex consecratione ecclesię acquiritur, consecratio ecclesię non iteratur. unde in eadem distinctione ex concilio Niceno legitur: † ecclesijs semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiusquã semine pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicumque sacerdote in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterũ baptizari; ita nec locus Deo dicatus, est iterũ consecrandus, nisi propter causas quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerint qui consecrauerunt, alioquin qui sunt extra ecclesiam, consecrare non possunt: sed sicut in eadem distinct. legitur, † Ecclesiæ uel altaria, quę ambigua sunt de consecratione, consecrentur. Propter hoc etiam, ꝙ aliquam spiritualem uirtutẽ adipiscuntur per consecrationem, in eadẽ distinctione statutum legitur: † Ligna ecclesiæ dedicatę, nõ debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiã, uel igni comburenda, uel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum autem opera nõ debent admitti. & ibidem legitur: † Altaris palla, cathedra, candelabrum, & uelum, si fuerint uetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntiũ pedibus inquinentur.

De consecr. dist. 1. Ecclesijs semel.

De consecr. dist. 1. Ecclesiæ uel altaria. De consecr. dist. 1. Ligna ecclesiæ. De consecr. dist. 1. Altaris palla.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ quia consecratio altaris repręsentat sanctitatem Christi, consecratio uero domus sanctitatem totius ecclesiæ: ideo conuenientius recolitur cum sanctitate & solennitate consecratio ecclesiæ uel altaris, quàm aliorum q̃ consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solennitas dedicationis agitur, ad significandã beatã resurrectionem Christi & membrorum ecclesiæ. Necest opus solius hominis consecratio ecclesiæ & altaris, cum habeat spiritualem uirtutem. unde de consecratione distin. eadem dr̃: † Solennitates dedicationum ecclesiarum per singulos annos, solenniter sunt celebrandæ: ꝙ autem octo dieb. encænia sint celebranda, in lib. Reg. perfecta dedicatione templi, reperies, scilicet 3. Reg. 8.

De consecr. dist. 1. Solennitates.

Ad qvintvm dicendum, quòd sicut legitur de consec.* distin. 1. altaria, si non sint lapidea, Chrismatis unctione non consecrentur. Quod quidem competit & significationi huius sacramenti: tum, quia altare significat Christum. dicitur autem primæ Corinthiorum decimo: Petra autẽ erat Christus: tum etiam, quia corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quo ad usum sacramenti: lapis enim & solidus est, & de facili potest inueniri ubique: quod nõ erat necessarium in ueteri lege ubi fiebat in uno loco altare. Quòd aũt mandatur altare fieri de terra, uel de lapidibus insectis, fuit ad idolatriam remouendam.

De consecr. dist. 1. Altaria.

Ad sextvm dicendum est, quòd sicut in distinctione eadem dicitur c. Vasa † quondam sacerdotes non aureis, sed ligneis calicib. utebantur. Zephirinus autem Papa patenis uitreis missam celebrari constituit, deinde Vrbanus omnia fecit argẽtea. Postmodum autem statutum est, ut calix Domini cum patena, siue ex auro omnino siue ex argento fiat, uel saltem stanneus calix habeatur: de ære autẽ aut ex aurichalco non fiat, quia hoc uini uirtute æruginem parit, pariterque uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo seu uitreo calice presumat missam cantare: quia. s. lignum porosum est, & sanguis consecratus in eo remaneret: uitrum aũt fragile est, & posset fractionis periculũ imminere, & eadẽ rõ est de lapide. & ideo pp reuerentiam sacri stătutum est, ut ex prædictis materijs calix fiat.

De consecr. dist. 1. Vasa.

Ad septimvm dicendum, ꝙ ubi potuit sine periculo fieri, ecclesia statuit circa hoc sacrm id, qđ expressius representat passionem Christi. Nõ erat aũt tãtum periculum circa corpus, quod ponitur in corporali sicut circa sanguinem, qui continetur in calice. & ideo licet calix non fiat de petra: corporale tamen fit de panno lineo, quo corpus Christi fuit inuolutum. unde in epistola Siluestri Papæ in eadem distinctione legitur, † Consulto omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico panno aut intincto, quisquam celebrare missam præsumat: sed in panno lineo ab Epo cõsecrato, sicut corpus Christi in sindone linea & munda sepultũ fuit. Competit ẽt pannus lineus propter sui munditiam, ad significandam conscientiæ puritatem: & pp multiplicem laborem, quo talis pannus pręparatur, ad significandam Christi passionem.

De consecr. dist. 1. c. Consulto.

Ad octavvm dicendum, ꝙ dispensatio sacramentorum pertinet ad ministros ecclesiæ: sed cõsecratio eorum est ab ipso Deo. & ideo ministri ecclesiæ non habent aliquid statuere circa formam consecrationis: sed circa usum sacramenti, & modum celebrandi. & ideo si sacerdos uerba cõsecrationis proferat super materia debita, cum intẽtione consecrandi, absque omnibus prædictis. s. domo & altari, calice, & corporali consecratis, & ceteris huiusmodi per ecclesiam institutis, cõsecrat quidem in rei ueritate corpus Christi: peccat tamen grauiter, ritum ecclesiæ non seruans.

Articvlvs IIII.

Vtrum conuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacramentum dicuntur.

Ad qvartvm sic proceditur. Vt ꝙ inconuenienter ordinentur ea, quæ circa hoc sacrm dicuntur. Hoc enim sacramentum uerbis Christi consecratur, ut Ambr. dicit in lib. de Sacramentis. Non ergo debent aliqua alia in hoc sacramento dici, quàm uerba Christi.

4. dist. 1. q. 1. art. 5. q. 2. ad 2. & dist. 8. in expos. lit. & dist. 13. 1 expos. lit. princ. & dist. 15. q. 4. artic. 3. q. 1. or. et 1. Tim. 2. lect. 1.

¶ 2 Præt. Verba & facta Christi nobis per euangelium innotescunt: sed quędam dicuntur circa cõsecrationem huius sacri, quæ in euangelijs nõ ponuntur: non. n. legitur in euangelio ꝙ Chs in cõsecratione huius sacri, oculos ad cęlum leuauerit. similiter etiam in euangelijs dr̃: Accipite, & comedite, nec ponitur omnes, cum in celebratione huius sacramenti dicatur: Eleuatis oculis in cęlum: & iterum, Accipite & manducate ex hoc omnes. inconuenienter ergo huiusmodi uerba dicuntur in celebratione huius sacramenti.

¶ 3 Præt. Omnia sacra ordinantur ad salutẽ fidelium: sed in celebratione aliorum sacramẽtorum non fit communis oratio pro salute fideliũ defunctorũ. ergo inconuenienter fit in hoc sacramẽto.

¶ 4 Præt. Baptismus dr̃ specialiter fidei sacrm. ea ergo quę pertinent ad institutionẽ fidei, magis debẽt circa baptismum tradi, quàm circa hoc sacramentum, sicut doctrina apostolica & euangelica.

¶ 5 Præt. In omni sacro exigitur deuotio fideliũ. non ergo magis in hoc sacramẽto, q̃ in alijs deberet excitari deuotio fideliũ per laudes diuinas, & ꝙ admonitiones, puta cum dicitur, Sursum corda.

¶ 6 Præt. Minister huius sacramenti est sacerdos, ut dictum est. † Omnia ergo quæ in hoc sacramẽto dicuntur, à sacerdote dici deberent, & nõ quędam à ministris, quædam a choro.

Q. 82. ar. 1.

¶ 7 Præt.

¶ 7 Pręt. Hoc ſacramentum per certitudinem operatur uirtus diuina. Superſiue ergo ſacerdos petit huius ſacramenti perfectionem, cum dicit, Quam oblationem tu Deus in omnibus &c.

¶ 8 Pręt. Sacrificium nouę legis multo eſt excellentius, quàm ſacrificium antiquorũ patrum. Inconuenienter ergo Sacerdos petit, quòd hoc ſacrificium habeatur ſicut ſacrificium Abel, Abrahæ, & Melchiſedech.

¶ 9 Pręt. Corpus Chriſti, ſicut non incipit eſſe in hoc ſacramento per loci mutationem (ut ſupra dictum eſt) *ita etiam nec eſſe definit. inconuenienter ergo ſacerdos petit, Iube hoc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum.

Q.75.ar.2.

SED CONTRA eſt, quod dr̃ de conſe. diſt. 1. Iacobus frater domini ſecundum carnem, & Baſilius Ceſarienſis epiſcopus *ediderunt miſſę celebrationem. ex quorum auctoritate patet conuenienter ſingula circa hoc dici.

De conſecr. diſt. 1. c. Iacobus frater Domini. Alias in ſcripturis addiderunt nobis.

RESPON. Dicendum, q̃ quia in hoc ſacramento totum myſterium noſtrę ſalutis comprehenditur, ideo præ ceteris ſacramentis cum maiori ſolennitate agitur. & quia ſcriptum eſt Eccl. 4. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Domini, & Eccle. 18. Ante orationem prępara animam tuam, ideo ante celebrationem huius myſterij, primo q̃dem premittitur prępara tio q̃dam, ad digne agenda ea quę ſequuntur. Cuius prępara tionis prima pars eſt laus diuina, q̃ fit ī introitu, ſm illud Pſ. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei. Et ſumitur hoc, ut pluries de Pſalmis, uel ſaltem cum Pſalmus cantatur, quia ut † Dion. dicit in 3. c. Eccl. hierar. Pſalmi comprehendunt per modum laudis, quicquid in ſacra ſcriptura continetur. Secunda pars continet commemorationem pręſentis miſerię, dum miſericordia petitur, dicendo, Kyrie eleiſon, ter quidem pro perſona Patris, ter autem pro perſona Filij, cum dr̃, Chriſte eleiſon, & ter pro perſona Spiritusſancti, cum ſubditur Kyrie eleiſon, contra triplicem miſeriam, ignorantię, culpę, & pęnę, uel ad ſignificandum q̃ omnes perſonę ſunt in ſe inuicem. Tertia autem pars commemorat celeſtẽ gloriam, ad quam tendimus poſt pręſentem uitam & miſeriam, dicendo, Gloria in excelſis Deo, quę cantatur in feſtis, in quibus commemoratur celeſtis gloria: intermittitur autem in officijs luctuoſis, quę ad commemorationem miſerię pertinẽt. Quarta autem pars continet orationem, quam ſacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis myſterijs. Secundò, autem præmittitur inſtructio fidelis populi, quia hoc ſacramẽtum eſt myſteriũ fidei, ut ſupra habitum eſt. * quæ quidem inſtructio diſpoſitiue quidem fit per doctrinam prophetarum & apoſtolorum, quæ in eccleſia legitur per lectores & ſubdiaconos. Poſt quam lectionẽ, cantatur à choro graduale, quod ſignificat profectũ uitæ, & alleluia, quod ſignificat ſpiritualem exultationem, uel tractus in officijs luctuoſis, qui ſignificat ſpiritualem gemitum: hæc enim conſequi debent in populo ex prædicta doctrina. Perfecte autẽ populus inſtruitur per doctrinam Chriſti in euangelio contentam, quæ à ſummis miniſtris legit, ſ. à Diaconibus. & quia Chriſto credimus tanquam diuinæ ueritati (ſm illud Ioan. 8. Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi) lecto euangelio, ſymbolũ fidei cantatur, in quo populus oſtendit, ſe per fidem Chriſti doctrinæ aſſentire. Cantatur autem hoc ſymbolum in feſtis, de quib. fit aliqua mentio in ſymbolo, ſicut in feſtis Chriſti & beatæ Virginis & apoſtolorum (qui hanc fidem fundauerunt) & alijs huiuſmodi. Sic igitur populo prępa rato & inſtructo, conſequenter acceditur ad celebrationem myſterij, quod quidem & offertur ut ſacrificium, & conſecratur, & ſumitur ut ſacramentum. Vnde primo peragitur oblatio: ſecundo conſecratio materiæ oblatæ: tertio eiuſdem perceptio. Circa oblationem uero duo agũtur, ſ. laus populi in cantu offertorij (per quod ſignificatur lætitia offerentium) & oratio ſacerdotis, qui petit ut oblatio populi ſit Deo accepta, (unde & 1. Paralipome. 29. dixit Dauid, Ego in ſimplicitate cordis mei lętus obtuli uniuerſa hęc, & populum tuũ qui hic repertus eſt, uidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria) & poſtea orat dicens: Dñe Deus cuſtodi hanc uoluntatem. Deinde circa conſecrationem, quæ ſupernaturali uirtute agitur, primo excitatur populus ad deuotionem in prefatione, unde & monetur ſurſum corda habere ad Dñm. & ideo finita prefatione, populus deuote laudat diuinitatem Chriſti, cum angelis dicens, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & humanitatem cum pueris dicens, Benedictus qui uenit. Deinde ſacerdos ſecreto commemorat, primo quidem pro quibus hoc ſacrificium offert, ſ. pro uniuerſali eccleſia, & pro his qui in ſublimitate ſunt conſtituti. 1. Tim. 2. & ſpecialiter quoſdam qui obtulerunt, uel pro quibus offertur. Secundò, commemorat ſanctos, quorũ patrocinia implorat, pro prædictis, cum dicit, cõiçantes & memoriam venerantes &c. Tertiò, petitionem concludit cum dicit, ut hæc oblatio ſit illis pro quib. offertur, ſalutaris. Deinde accedit ad ipſam conſecrationem, in qua primo petit cõſecrationis effectum, cum dicit, quam oblationem tu Deus &c. Secundo conſecrationem peragit uerba Saluatoris, cum dicit, Qui pridie &c. Tertio, excuſat preſumptionem per obedientiam ad mandatum Chriſti, cum dicit, Vnde & memores. Quartò petit hoc ſacrificium peractũ, eſſe Deo acceptũ, cum dicit: Supra quę propitio &cæt. Quintò, petit huius ſacrificij & ſacri effectum. Primò quidem, quantum ad ipſos ſumentes, cum dicit: Supplices te rogamus. Secundò, quantũ ad mortuos, qui iã ſumere non poſſunt, cum dicit: memento etiam Dñe &c. Tertiò, ſpecialiter quantum ad ipſos ſacerdotes offerentes, cum dicit, Nobis quoque peccatoribus &c. Deinde agitur de perceptione ſacri, & primo præparatur populus ad percipiendũ, primo quidem, per orationem cõem totius populi (quæ eſt oratio dominica, ī qua petimus panẽ quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam ſpecialiter ſacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quęſumus Dñe &c. Secundò, præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei. Eſt enim hoc ſacr̃m unitatis & pacis, ut ſupra dictũ eſt. † In miſſis tamen defunctorum, in quibus ſacrificium offertur, non pro pace pręſenti, ſed pro requie mortuorum, pax intermittitur. Deinde ſequitur perceptio ſacramenti, primo percipiente ſacerdote, & poſtmodũ alijs dante: quia ut * Dio. dicit 3. cap. Eccle. hierar. ille qui alijs diuina tradit, primo debet ipſe particeps eſſe. Vltimo autem tota miſſæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro ſumptione myſterij (quod ſignificat cantus poſt cõionẽ) & ſacerdote poſonẽ gratias offerente, ſicut & Chr̃s celebrata cena cum diſcipulis hymnum dixit, ut dr̃ Mat. 26.

Cap. 3. Eccl. hierar. inter ptincipium & medium.

Q.78.ar.3.

Q.79.ar.1.& q.73.ar.1. Cap. 3. Eccl. hierar. non multum ꝑ cul a fine.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ conſecratio ſolis

lis uerbis Christi cõficit: alia uero necesse est adde-
In con. lib. tin. re ad ꝓparationẽ populi sumẽtis, sicut dictũ est.†

AD SECVNDVM dicendum, quòd sicut dicitur Ioannis ultimo, Multa sunt à Domino facta uel dicta quę Euangelistæ nõ scripserunt: inter quę fuit hoc, ꝙ Dominus in cœna oculos leuauit in cęlũ: quod tamen Ecclesia ex traditione Apostolorum habuit. Rationabile enim uidetur, ut qui in suscitatione Lazari (ut hr Ioan. 11.) & in oratione, quã pro discipulis fecit, Ioan. 17. oculos leuauit ad Patrem, in huius sacramenti institutione multo magis hoc fecerit, tanquam in re potiori. Quod autẽ dr, Manducate & comedite, non differt quantum ad sensum: nec multum refert quid dicatur, præsertim cum uerba illa non sint de forma, ut supra
Q. 74. a. 1. ad 2. arg. dictum est.† Quod autem additur, omnes, intelligitur in uerbis euangelij: licet nõ exprimatur: quia ipse dixerat Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis.

AD TERTIVM dicẽdum, quòd eucharistia est sacramentũ totius ecclesiasticę unitatis. & ideo specialiter in hoc sacro magis, q̃ in alijs debet fieri mẽtio de oĩb. q̃ ꝓtinent ad salutem totius ecclesiæ.

AD QVARTVM dicendum, quòd instructio fidei est duplex. Vna, quę fit nouiter imbuendis. s. catechumenis: & talis instructio fit per * baptismum.
Alia circa. Alia autem est instructio, qua instruitur fidelis populus, qui communicat huic mysterio, & talis instructio fit in hoc sacramento: & tñ ab hac instructione non repelluntur etiam catechumeni &
De consecr. dist. 1. cap. 1. infideles. unde dicitur de consecr. distinct. 1.* Episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire uerbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue iudæum, usque ad missam catechumenorum, in qua scilicet continetur instructio fidei.

AD QVINTVM dicendum, ꝙ in hoc sacramẽto, & maior deuotio requiritur quàm in alijs sacramẽtis (propter hoc quòd in hoc sacramento totus Christus continetur) & etiam cõior, quia in hoc sacro requiritur deuotio totius populi, pro quo
In lib. de ordin. dominic. mon. multum tenet ante init. sacrificium offertur, & non solum percipientium sacrm, sicut in alijs sacris. & ideo ut† Cyprianus dicit, Sacerdos præfatione ꝑmissa parat fratrũ mẽtes, dicendo, surSum corda, ut dum respondet plebs, habemus ad Dominũ, admoneatur, nil aliud sęquàm Deum cogitare debere.

Infra. ad 2. arg. 3 obj. AD SEXTVM dicendum, ꝙ in hoc sacro (sicut dictum est) † tanguntur ea quæ pertinent ad totam ecclesiam. & ideo quędam dñr à choro, quę pertinent ad populum: quorũ quędam chorus totaliter prosequitur, quę. s. toti populo inspirantur: q̃dã uero populus prosequitur, sacerdote inchoante, qui personam Dei gerit in signum, ꝙ talia peruenerunt ad populum ex reuelatione diuina, sicut fides & gloria cęlestis & ideo sacerdos ĩchoat Symbolum fidei, & Gloria in excelsis Deo. Quædam
E vero dicuntur per ministros, sicut doctrina ueteris & noui testamenti, in signum, ꝙ per ministros à Deo missos, est doctrina hęc populis annũtiata. Quædam uero sacerdos solus prosequitur: quę. s. ad proprium officium sacerdotis pertinent, ut. s. dona & preces offerat pro populo, sicut dicitur Heb. 5. In his tamen quędam dicit publice, s. quæ pertinent & ad sacerdotem, & ad populum, sicut sunt orationes communes: quędam uero pertinẽt ad solum sacerdotem, sicut oblatio & cõsecratio: & ideo quæ circa hæc sunt dicenda, occulte à sacerdote dñr. In utrisque tamen excitat attentionem populi dicendo, Dñs uobiscum, & expectat assen-

A sum dicentium, Amen. & ideo ẽt in his quæ secrete dñr, publice prẽmittit, Dñs uobiscũ. & subiungit, Per omnia sęcula sęculorum. Vel secrete aliqua sacerdos dicit, in signum, ꝙ circa Chr̃i passionem discipuli, nõ nisi occulte, cõfitebant Chr̃m.

AD SEPTIMVM dicendum, ꝙ efficacia uerborũ sacr̃alium impediri potest per intentionem sacerdotis: nec tamen est inconueniens, ꝙ à Deo petamus id, quod certissime scimus ipsum facturum, sicut Christus Ioan. 17. petijt suam clarificationẽ. Non tamen uĩ ibi sacerdos orare, ut consecratio impleatur, sed ut nobis fiat fructuosa. Vnde signãter dicit, Vt nobis corpus & sanguis fiat. & hoc significant uerba, q̃ præmittit dicens Hanc oblatio-
De consecr. dist. 2. c. Vtrũ sub. a mcdio. nem facere digneris benedictam, s̃m † Augustinum per quam benedicamur, s. per gratiam: adscriptã, i. per quam in cœlo ascribamur: ratam, i. per quam de uisceribus Christi esse censeamur: rationabilẽ, id est, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, ut qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius unico filio simus.

AD OCTAVVM dicendum, ꝙ licet hoc sacramẽtum ex seipso præferatur omnibus antiquis sacrificijs: tamen sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex eorum deuotione. Petit ergo sacerdos, ut sic hoc sacrificiũ acceptẽ à Deo ex deuotione offerentiũ, sicut illa accepta fuerunt Deo.

AD NONVM dicendum, quod sacerdos non petit, neque quòd species sacramentales deferantur
C in cęlum, neque corpus Christi uerum, quod ibi esse non desinit: sed petit hoc pro corpore mystico (quod. s. in hoc sacramento significatur) ut. s. orationes sacerdotis & populi angelus assistens diuinis mysterijs, Deo repræsentet, s̃m illud Apocal. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationib. sanctorum de manu angeli. Sublime autem altare Dei dicitur, uel ipsa ecclesia triumphans, in quam trãsferri petimus, uel ipse Deus, cuius participationem petimus: de hoc enim altari dicitur Exod. 20. Nõ ascendes ad altare meum per gradus, i. in Trinitate gradus non facies. Vel per Angelum intelligitur ipse Christus, qui est magni consilij Angelus, qui corpus suum mysticum Deo patri coniungit, &
D ecclesiæ triumphanti. & propter hoc etiam missa nominatur: quia per angelum sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotem: uel quia Christus est hostia nobis missa à Deo. unde & in fine missę Diaconus in festiuis diebus populum licentiat, dicens: Ite missa est, scilicet hostia ad Deum per angelum, ut scilicet sit Deo accepta.

ARTICVLVS V.

Vtrum ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.

E AD QVINTVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ ea quę in celebratione huius Sacramenti aguntur, nõ sint conuenientia. Hoc enim sacramẽtum ad nouum testamentum pertinet, ut ex forma ipsius apparet. In nouo autem testamento non sunt obseruandę cęremonię ueteris testamenti, ad quas pertinebat ꝙ sacerdos & ministri aqua lauabantur, quando accedebant ad offerendum: legitur enim Exod. 30. Lauabunt Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare. non est ergo conueniens, quòd sacerdos lauet manus suas inter missarum solennia.
4. sent. dist. 12. in expos. lit. et opus 65. cap. 5. et opu. 66. per totum.

¶ 2 Pret. Ibidem Dñs mandauit, ꝙ Aaron adoleret incensum suaue fragrans sup altare, quod erat ante propitiatorium: quod etiam pertinebat ad cę remonias veteris testamenti. inconuenienter ergo in missa sacerdos thurificatione utitur.

¶ 3 Præt. Ea quæ in sacris ecclesię aguntur, non sunt iteranda. Incōuenienter igitur Sacerdos multoties iterat cruce signationes super hoc sacramentum.

¶ 4 Pret. Apostolus dicit Hebr. 7. Sine ulla cōtradictione, quod minus est, à maiori benedicitur: sed Christus qui est in hoc sacramento, post consecrationem est multo maior sacerdote. inconuenienter igitur sacerdos post consecrationem, benedicit hoc sacramentum, cruce signando.

¶ 5 Præt. In sacramento ecclesiæ nihil debet fieri, quod ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum gesticulationes facere, ad quas pertinere uidetur, ꝙ sacerdos quandoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & seipsum * inclinat. ergo hoc non debet fieri in hoc sacramēto.

Alias inclinat.

¶ 6 Pret. Ridiculosum etiam videtur, quòd sacerdos multoties se ad populum vertit, & multoties populum salutet. non ergo debent hęc fieri in celebratione huius sacramenti.

¶ 7 Pret. Apost. 1. Corinth. 11. pro inconuenienti habet, quòd Christus diuisus sit: sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento. inconuenienter ergo hostia frangitur à sacerdote.

¶ 8 Pret. Ea quę in hoc sacramento aguntur, passionē Christi repræsentant: sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinque vulnerū. ergo corpus Christi in quinque partes frangi deberet magis, quàm in tres.

¶ 9 Pret. Totum corpus Christi in hoc sacramento seorsum consecratur à sanguine. Inconuenienter ergo una pars eius sanguini miscetur.

¶ 10 Pret. Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramēto ut cibus, ita & sanguis Christi ut potus; sed sumptioni corporis Christi nō adiungitur in celebratione missæ alius corporalis cibus. inconuenienter igitur sacerdos post sumptionem sanguinis Christi, unum non consecratum sumit.

¶ 11 Pret. Veritas debet respondere figuræ: sed de agno paschali, qui fuit figura huius sacramenti, mandatur quòd non remaneret ex eo quicquam usque mane. inconuenienter igitur hostię consecratę reseruantur, & non statim sumuntur.

¶ 12 Pret. Sacerdos pluraliter loquitur audientib. cum dicit, Dñs uobiscum, & Gratias agamus: sed inconueniens uidetur pluraliter loqui uni soli & maxime minori. ergo inconueniens uidetur, ꝙ sacerdos uno tantum ministro præsente, celebret missam. Sic igitur uidetur, ꝙ inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti.

Sed in contrarium est ecclesiæ consuetudo, q̄ errare non pōt: utpote Spiritusancto instructa.

Quæst. 60. ar. 5. & 6.

Respon. Dicendum, ꝙ (sicut supra dictum est *) in sacramentis dupliciter aliquid significatur, s. uerbis & factis, ad hoc ꝙ sit perfectior significatio. Significantur autem uerbis in celebratione huius sacramenti, quędam pertinentia ad passionem Christi, quæ repręsentatur in hoc sacramento, uel etiā ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento, & quædam pertinentia ad usum huius sacramenti, qui debet esse cum deuotione & reuerentia. & ideo in celebratione huius mysterij quędam agūtur ad repræsentandam passionem Christi, uel etiam dispositiōnem corporis mystici, & quædam aguntur pertinentia ad deuotionem, & reuerentiam huius sacramenti.

De mun. & digna ablutione.

Ad primvm ergo dicēdum, ꝙ ablutio manuū fit in celebratione missæ, propter reuerentiam huius sacramenti. & hoc dupliciter. Primò, quidem, quia aliqua pretiosa tractare non cōsueuimus, nisi manibus ablutis. vnde indecens uidetur, ꝙ ad tantum sacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundò, propter significationem: quia ut Dion. * dicit 3. Eccle. hierar. extremitatum ablutio significat emundationem ēt à minimis peccatis, secundum illud Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. & talis emundatio requiritur ab eo, qui acceditad hoc sacramentum: quod etiam significatur per cōfessionem, quæ fit ante introitum missę. & hoc idem significabat ablutio sacerdotū in ueteri lege, ut ibidem Dion. * dicit. Nec tamen ecclesia hoc seruat tanquam ceremoniale ueteris legis præceptum, sed quasi ab ecclesia institutum, sicut quiddam s'm se conueniens. & ideo non eodem modo obseruat sicut tunc: prætermittitur enim pedum ablutio, & seruatur ablutio manuum, quæ potest fieri magis in promptu, * & quę sufficit ad significandā perfectam mundationem. Cum enim manus sit organum organorum (ut dī tertio de anima) * omnia opera attribuuntur manibus, unde in Psal. 23. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

Ca. 3. eccle. hierar. ante dio illius.

Eodem lo. comunc dicto.

Alias, quæ magis suffi. cit. Lib. 3. tex. 38. to. 2.

De thurificatione.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ etiam thurificatione non utimur quasi ceremonialia præcepto legis, sed sicut ecclesiæ statuto. vnde non eodē modo utimur, sicut in lege veteri erat statutum: Pertinet autem ad duo. Primò quidem, ad reuerentiā huius sacramenti, ut. s. per bonum odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Secundò pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit (s'm illud Gen. 27. ecce odor filij mei, sicut odor agripleni) & à Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum, secūdum illud 2. Corinth. 2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. & ideo undique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

De ꝺuarię in missa significationę.

Ad tertivm dicēdum, quòd sacerdos in celebratione missę utitur crucesignatione, ad exprimendam passionem Christi, quæ ad crucem est terminata. Est autem passio Christi quibusdam quasi gradibus peracta. Nā primo fuit Christi traditio, quę facta est à Deo, Iuda, & iudæis: quod significat trina crucesignatio, supra illa uerba, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Secundò fuit Christi uenditio. est autem uenditus sacerdotibus, scribis & phariseis. Ad quod significandū fit iterum trina crucesignatio supra illa uerba, Benedictam, ascriptam, ratam. Vel ad ostendēdum pretium uēditionis, s. triginta denarios. Additur autem & duplex super illa uerba, Vt nobis corpus & sanguis &c. ad designandam personam Iudę uenditoris & Christi uenditi. Tertiò autem, fuit prefignatio passionis Christi facta in cena. Ad quod designandum fiunt tertio duæ cruces, unaī consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis. ubi utrobique dicitur, Benedixit. Quartò aūt fuit ipsa passio Christi. vnde ad repręsentandū quinque plagas Christi, fit quarto quintuplex crucesignatio super illa uerba, Hostiam puram, hostiā sanctam, hostiā immaculatam, panē sanctum uitę ęternæ, & calicē salutaris perpetuæ. Quintò, repræ-

sentatur

sentatur extensio corporis & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam crucesignationē, quę fit super illis uerbis, Corpus & sanguinē sumpserimus, omni benedictione &c. Sextò, repręsentatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Vnam pro persecutorib. cum dixit, Pater ignoscе illis. Secundam pro liberatione à morte, cū dixit, Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cum dixit, Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Et ad hoc significandū, fit trina crucesignatio super illa uerba, Sanctificas, uiuificas, benedicis &c. Septimò, repręsentantur tres horę, quib. pependit in cruce. s. à sexta usque ad horam nonam. & ad hoc consignificandum fit iterum trina crucesignatio ad illa uerba, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Octauò autem repręsentatur separatio animę à corpore p duas cruces subsequenter extra calicem factas. Nonò aūt repręsentatur resurrectio tertia die facta, p tres cruces, quę fiunt ad illa verba, Pax Domini sit semper uobiscum. Potest autem breuius dici, q̄ consecratio huius sacri, & acceptatio huius sacrificij, & fructus ipsius procedit ex virtute crucis Christi. & ideo ubicumque fit mentio de aliquo horū, sacerdos crucesignationem utitur.

A

B

Ad qvartvm dicendum, quòd sacerdos post consecrationem non vtitur cruce signatione ad benedicendum & consecrandum, sed solum ad commemorandam virtutem crucis & modum passionis Christi, ut ex dictis patet. *

C

Ad qvintvm dicendum, q̄ ea quę sacerdos in missa facit, non sunt ridiculosę gesticulationes: fiunt enim ad aliquid repręsentandum. Quòd n. sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorū Christi in cruce. Leuat etiam manus orandò, ad designandum q̄ oratio eius dirigitur pro populo ad Deum, s̄m illud Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cęlos. & Exod. 17. dr̄, q̄ cum leuaret Moyses manus, uincebat Israel. Quòd autē manus interdum iungit, & se inclinat, est supplicіter & humiliter orantis, & designat humilitatem & obedientiam Christi, ex qua passus est. Digitos aūt iungit post consecrationem, s. pollicem cū indice, quib. corpus Christi consecratū tetigerat, ut si qua particula digitis adhęserit, non dispergatur, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

D

Ad sextvm dicēdum, q̄ quinquies se sacerdos uertit ad populum, ad significandum q̄ Dominus die resurrectionis quinquies se manifestauit, ut supra dictum est * in tractatu de resurrectione Christi. Salutat autem septies populum. s. quinq; uicib. quibus se conuertit ad populum, & bis q̄ se non conuertit, (s. cum ante præfationem dicit, Dominus uobiscum, & cum dicit, Pax Domini sit semper uobiscum) ad designandum septiformem gratiam Spiritus sancti: Episcopus autem celebrans in festis, in prima salutatione dicit, Pax uobis, quod post resurrectionem discipulis dixit, Dñs, cuius personam repræsentat præcipue episcopus.

E

Ad septimvm dicendum, q̄ fractio hostiæ tria significat: primo quidem ipsam diuisionē corporis Christi, quæ facta est in passione: secūdo distinctionem corporis mystici s̄m diuersos status: tertio distributionē gratiarum procedentium ex passione Christi, ut Dion. * dicit 3. c. Eccles. hierar. vnde talis fractio non inducit diuisionem Christi.

Ad octavvm dicendum, q̄ sicut Sergius Papa dicit * (& hr̄ de consec. dist. 2.) triforme est corpus Dñi. Pars oblata in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit, monstrat. s. ipsum Christum, & beatam Virginē, vel si qui alij sancti cū corporibus iam sunt in gloria. Pars comesta, ambulās adhuc super terrā, ga. s. uiuentes in terra, sacro * utūtur, & passionib. conterunt, sicut & panis comest? conteritur dentibus. Pars in altari usque ad finem missæ remanens, corpus in sepulchro, quia usque in finē sęculi, corpora sanctorū in sepulcris erunt, quorum tñ animę sunt uel in purgatorio vel in cęlo. Hic tamen ritus non seruatur modo, ut. s. una pars seruetur usque in finem missę, propter periculum. Manet tamen eadem significatio partium: quam quidam metrice expressерunt dicentes.

Alias unigitur.

Hostia diuiditur in partes, tincta beatos.
Plene, sicca notat uiuos, seruata sepultos.

Quidam tamen dicunt, quòd pars in calicem missa, significat eos, qui uiuunt in hoc mundo: pars autem extra calicem seruata significat plene beatos scilicet quantum ad animam & corpus: pars autem comesta, significat ceteros.

Ad nonvm dicendum, q̄ per calicem duo possunt significari. Vno modo ipsa passio Christi, q̄ repręsentatur in hoc sacramento, & s̄m hoc per partem in calicem missam, significantur illi, qui adhuc sunt particeps passionum Christi. Alio modo, potest significari fruitio beata, quæ etiā in hoc sacramento præfiguratur. & ideo illi quorum corpora iam sunt in plena beatitudine, significantur per partem in calicem missam. Et est notandum, q̄ pars in calicem missa, non debet populo dari in supplementum communionis, quia panem intactum non porrexit Christus, nisi Iudę proditori.

Ad decimvm dicendum, q̄ uinum ratione suę humiditatis est ablutiuum. & ideo sumitur post sceptionem huius sacramenti, ad abluendum os, ne aliquę reliquiæ remaneāt, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. unde extra de celebratione missarum, cap. * ex parte. Semper sacerdos uino os perfundere debet, postquam totum percepit eucharistię sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare, ne si forte uinū perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. & eadem ratione perfundit uino digitos, quibus corpus Christi tetigerat.

In decret. lib. 3. tit. 41. c. ex parte, & est c. 5.

Ad vndecimvm dicendum est, quòd ueritas quantum ad aliquid debet respōdere figuræ, ga. s. non debet pars hostiæ consecratę, de qua sacerdos & ministri uel etiam populus communicat, in crastinum reseruari. unde, ut hr̄ de consecr. dist. 2. Clemens Papa * statuit, quòd tanta holocausta in altari offerantur, quanta populo sufficere debeant: quòd si remanserint, in crastinum non reseruent, sed cum timore & tremore clericorum diligētia consumantur: quia tamen hoc sacramentū quotidie sumendū est (non aūt agnus paschalis quotidie sumebatur) ideo oportet alias hostias consecratas pro infirmis conseruare. unde in eadē dist. legitur, * Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, ut q̄ quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur.

De consecr. dist. 2. c. Tribus gradib.

De consecr. dist. 2. c. Presbyter.

Ad dvodecimvm dicendum, quòd in solenni celebratione missę, plures debent adesse. unde Soter Papa * dicit, ut habetur de consecr. dist. 1. Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorū, missarum solennia celebrare presumat, nisi duob. p̄sentib. sibiq; rūdentib. ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dr̄, Dñs uobiscum, & illud īsecretis, orate pro me, apertissime conuenit, ut ipsius

De consecr. dist. 2. c. Hoc quoque statutum est.

sius rñdeatur salutationi. Vnde & ad maiorem so E lennitatem, ibidem statutum legitur, quòd eps cũ pluribus missarum solennia peragat: in missis tamen priuatis sufficit unum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

ARTICVLVS VI.

Vtrum possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus, statuta ecclesiæ obseruando.

4. dist. 13. in exposi. lit. AD SEXTVM sic proceditur. Vr quòd non possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt, statuta G ecclesię obseruando. Contingit enim quandoq;, quòd sacerdos ante consecrationem, uel post moritur, uel alienatur, uel aliqua alia infirmitate impeditur, ne sacramentum sumere possit, & missam perficere. ergo uidetur quòd nõ possit impleri statutum ecclesię, quo præcipitur quòd sacerdos consecrans, suo sacrificio communicet.

¶ 2 Præt. Contingit quandoque, quòd sacerdos ante consecrationem uel post recolit se aliquid comedisse uel bibisse, uel etiam alicui peccato mortali subiacere, uel etiam excõicationi, cuius prius memoriã nõ habebat. necesse est ergo, q̃ ille q̃ est in tali articulo cõstitutus, peccet mortaliter cõtra statutũ ecclesię faciens, siue sumat, siue nõ sumat. H

¶ 3 Præt. Cõtingit q̃nque, q̃ in calicem musca, uel aranea, uel aliquod animal uenenosum cadit post consecrationem, uel etiam cognoscit sacerdos calici uenenum esse immissum ab aliquo malenolo causa occidendi ipsum. In quo casu si sumat, ur mortaliter peccare, se occidendo uel Deũ tentando: similiter si non sumat peccat, cõtra statutũ ecclesiæ faciens. ergo vr esse perplexus & subiectus necessitati peccandi, quod est inconueniens.

¶ 4 Præt. Contingit quandoq; q̃ per negligentiã ministri, aut aqua non ponitur in calice, aut etiam nec uinum, & hoc sacerdos aduertit. ergo in hoc etiam casu uidetur esse perplexus, siue sumat corpus sine sanguine (quasi imperfectum faciens* sacrm) siue non sumat nec corpus nec sanguinẽ. I

Alias sacrificium.

¶ 5 Præt. Contingit q̃nque, quòd sacerdos nõ recolit se dixisse uerba consecrationis, uel etiam alia quæ in celebratione huius sacri dñr. Vr ergo peccare in hoc casu, siue reiteret uerba super eandem materiam, quæ forte iam dixerat siue vtatur pane & vino non consecratis, quasi consecratis.

¶ 6 Præt. Contingit quandoque propter frigus, quòd sacerdoti dilabitur hostia in calicem, siue ante fractionem, siue post. In hoc ergo casu non poterit sacerdos ritum ecclesiæ implere, uel de ipsa fractione, uel etiã de hoc, quòd sola tertia pars mittatur in calicem. K

¶ 7 Præt. Contingit quandoque, quòd per negligentiam sacerdotis sanguis Christi effunditur, uel etiam, quòd sacerdos sacramentum sumptum uomit, aut etiam quòd hostiæ consecratæ, tandiu cõseruantur, ut putrefiant, uel etiam à muribus corrodantur, uel etiam qualitercunque perdantur. In quibus casibus non uidetur posse huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundum ecclesiæ statuta. Non uidetur ergo, q̃ his defectibus seu periculis occurri possit, saluis ecclesiæ statutis.

SED CONTRA est, quòd sicut Deus, ita ecclesia non præcipit aliquid impossibile.

RESPON. Dicendum, q̃ periculis seu defectibus circa hoc sacramentum contingentibus dupliciter potest occurri. Vno modo præueniendo, ne sicut licet periculum accidat: alio modo subsequendo, vt scilicet id quod accidit emendetur vel adhibendo remedium, uel saltem per pœnitẽtiam eius qui negligenter egit circa hoc sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ si sacerdos morte, aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis & sanguinis Dñi, non oportet vt per alium suppleatur. Si verò incepta consecratione hoc accident (puta cõsecrato corpore ante cõsecrationem sanguinis, uel etiam cõsecrato utroque) debet missæ celebritas per alium expleri. Vnde, ut hr in Decretis. 7. q. 1. ca. nihil, in Toletano * concilio legitur, Censuimus conuenire, ut cum à sacerdotib. missarum tempore mysteria sacra consecrantur, si ægritudinis accidat cuiuslibet cuẽtus, quo cœptum nequeant explere mysterium, sit liberum epõ uel presbytero alteri, consecrationem exequi inepti officij. Non enim aliud competit ad supplementũ initiatis mysterijs, q̃ ut aut incipiẽtis aut subsequentis benedictione sint completa sacerdotis, quia nec perfecta uideri possunt, nisi pfecto ordine cõpleantur. Cum. n. simus oẽs unum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarũ formar, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Ne in quod naturæ languoris causa cõsulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus absq; præuentu patenris molestię, minister uel sacerdos, cum cęperit imperfecta officia, præsumat omnino relinquere. si quis hoc temerarie præsumpserit, excõicationis sententiam sustinebit.

* Concil. Toler. can. 1. uel 2. secũdũ diuersos codices. Habetur 3. q. 1. c. Nihil

AD SECVNDVM dicendũ, q̃ ubi difficultas occurrit, semper est accipiendũ illud, quod habet minus de periculo. Maxime aũt periculosum circa hoc sacrm est, quod est cõtra perfectionem huius sacri: quia hoc est immane sacrilegium. Minus aũt est illud, quod pertinet ad qualitatem sumentis: & ideo si sacerdos post consecrationẽ inceptam, recordetur se aliquid comedisse, uel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium, & sumere sacrm. Similiter si recordetur se peccatum aliquod cõmisisse, debet pœnitere cum proposito confitendi & satisfaciendi, & sic non indigne, sed fructuose sumere sacrm. Et eadem rõ est si meminerit se excõicationi cuicumque subiacere. debet enim assumere cũ proposito humiliter absolutionem petendi, & sic per inuisibilem pontificem Iesum Christũ absolutionem consequetur quantum ad hunc actũ, quòd peragat diuina mysteria. Si uero ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maxime in casu manducationis & excommunicationis, quòd missam inceptam desereret, nisi graue scandalum timeretur.

AD TERTIVM dicẽdũ, q̃ si musca, uel aranea in calicẽ ante consecrationem ceciderit, aut ẽt uenenũ deprehenderit esse immissum, debet effundi, & abluto calice, denuo aliud uinũ poni consecrandũ. Si uero aliquid horũ post consecrationẽ acciderit, debet animal caute capi, & diligenter lauari & cõburi, & ablutio cum cinerib. in sacrarium mitti. Si uero uenenũ ibi esse deprehẽderit immissum, nullo modo debet sumere, nec alij dare, ne calix uitæ uertatur in mortem: sed debet diligenter in aliquo uasculo ad hoc apto cum reliquijs conseruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectum, debet aliud uinũ apponere in calicem, & denuo resumere à consecratione sanguinis, & sacrificiũ perficere.

AD

Ad qvartvm Dicendum, quod si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post consecrationem corporis percipiat, aut uinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare: si uero post consecrationis uerba perceperit, quod aqua desit, debet nihilominus procedere, quia impositio aquæ, ut supra dictum est, * non est de necessitate sacramenti: debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua uino iam consecrato misceri: quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte, ut supra dictum est. *Si uero percipiat post uerba consecrationis, quòd uinum non fuerit positum in calicem, si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua, si ibi fuerit, imponere uinum cum aqua, & resumere a uerbis consecrationis sanguinis: si uero hoc perceperit post sumptionem corporis, aliam hostiam apponere debet, iterum consecrandam simul cum sanguine: quod ideo dico, quia si diceret sola uerba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi: & sicut dicitur * in prædicto c. Toletani concilii, perfecta uidelicet non possunt sacrificia, nisi perfecto ordine compleantur: si uero inciperet a consecratione sanguinis, & repeteret omnia uerba consequentia, non cõpeteret, nisi adesset hostia consecrata, cum in uerbis illis incurrant quædam dicenda, & fienda non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus. Et debet in fine iterum sumere hostiam consecratam & sanguinem, non obstante etiam, si prius sumpserit aquam, quę erat in calice, quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam præceptum quod hoc sacramentum a ieiunis sumatur, ut supra dictum est. *

Ad qvintvm Dicendum, quòd licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum, quę dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari: non enim qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixit, nisi forte aliquid in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti: sic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde si aliquis attente cogitet illud quod dicit, non tamen cogitet se dicere illud, non multum postea recolit se dixisse: sic enim fit aliquid obiectum memoriæ, inquantum accipitur sub ratione præteriti, sicut dicitur * in li. de memoria: si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse, siquidem non sunt de necessitate sacramenti, non existimo quod propter hoc debeat resumere, immutando ordinem sacrificii, sed debet ulterius procedere: si uero certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sũt de necessitate sacramenti, scilicet formas consecrationis, cum forma consecrationis sit de necessitate sacramenti, sicut & materia, idem uidetur faciendũ quod dictum est * in defectu materiæ, ut scilicet resumatur a forma consecrationis, & cetera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificii.

Ad sextvm Dicendum, quòd fractio hostiæ consecratæ, & ꝙ una sola pars mittatur in calicem, respicit corpus mysticũ, sicut admistio aq̃ significat populum, & iõ horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificii, ut propter hoc sit necesse aliquid reiterare circa celebrationẽ huius sacramenti.

Ad septimvm Dicendum, quod, sicut legit de consec. dist. 2. ex Decreto Pii papæ, * si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulam, quæ terræ adhæret, lingua lambetur, & tabula radet: si uero nõ fuerit tabula, terra radetur, & igni consumet & cinis intra altare condetur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat: si autem super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, decem diebus pœniteat. Si usque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si usque ad quartum, uiginti diebus pœniteat, & linteamina quę stilla retigerit, tribus uicibus lauet minister calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur: posset etiam sumi in potum a ministro, nisi propter abominationem dimitteretur: quidam autem ulterius partem illam linteaminum incidunt & comburunt: & cinerem in altari uel sacrario reponunt. sub ditur autem ibidem ex pœnitentiali Bedę * præsbyteri, si quis per ebrietatem uel voracitatem eucharistiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si laicus est: clerici uel monachi seu diaconi & præsbyteri, septuaginta diebus pœniteant: episcopus, nonaginta: si autem infirmitatis causa euomuerint, septem diebus pæniteant. Et in eadem distinct. legitur ex cõcilio arelatensi: † Qui non bene custodierit * sacramentum, & mus uel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pæniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pæniteat. Et eadem pœnitentia uidetur dignus sacerdos, per cuius negligentiam hostiæ consecratę putrefiunt: prædictis autem diebus debet pœnitens ieiunare, & a communione cessare. Pensatis tamen conditionibus negotii & personæ potest minui, uel addi ad pœnitentiam prædictam: hoc tamen obseruandum est, quod ubicumque species integræ inueniuntur, sunt reuerenter conseruandæ, uel etiam sumendæ: quia manentibus speciebus, manet ibi corpus Christi, ut supra * dictum est. Ea uero, in quibus inueniuntur si commode fieri potest, sunt comburenda, cinere in sacrario recondito: sicut de rasura tabulæ dictum est. *

Ead. d. 2. ca. Si quis per ebrietatem.

Ead. di. 2. c. Qui bene nõ custodierit, aliàs sacrifi.

q. 77. ar. 5. & locis ibi citatis.

In istius solut. princ.

Qvaestio LXXXIIII.

De sacramento pœnitentiæ, in decem articulos diuisa.

¶ *Super quæstionem octuagesimamquartam.*

Consequenter considerandum est, de sacramẽto pœnitentiæ. Circa ꝙ primo considerandum est, de ipsa pœnitentia. Secundo, de effectu ipsius. Tertiò, de partibus eius. Quarto, de suscipientibus hoc sacramentum. Quinto, de potestate ministrorum, quæ ad claues pertinet. Sexto, de solẽnitate huius sacrimenti.

In primis duobus articulis tria dicenda occurrunt. Primũ de materia sacramenti pœnitentiæ, ex qua cum forma constituitur sacramentum, an scilicet hoc sacramentum habeat materiam, ex qua cõstituatur. Et mouetur hoc dubium propter Scot. in 4. distinctio. 16. quæstio. prima, dicentem huius sacramẽti nullam partem esse actum pœnitentis: sed sacramentum hoc essentialiter consistere in absolutione: ita quod secundum eum sacramentum pœnitentiæ non constituitur ex materia & forma contra communem doctrinam in 1. distinctio. 4. sententia. immo contra doctrinam sacri concilii sub Eugenio IIII, ubi dicitur, quod omnia sacramenta con-

Circa primum duo considerãda sunt. Primo, de pœnitentia, secundum quod est sacramentum. Secundo, de pœnitentia, secũdum quod est uirtus.

Circa primum quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

¶ Secundò, De propria materia eius.

¶ Tertiò, De forma ipsius.

¶ Quartò, Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum.

¶ Quintò, Vtrum hoc sacramẽ-

stan: ex rebus tamquam materia, & uerbis tanquam forma & specialiter de sacramento pœnitentiæ dicitur, cuius quasi materia sunt actus pœnitentis.

¶ Nec ratio Scoti ualet scilicet, quia nullus actus pœnitentis est aliquid sententiæ sacerdotis: quoniam supponit hæc ratio sacramentum hoc consistere essentialiter in sola absolutione.

¶ Quocirca sequendo, & communem & sacri Concilii doctrinam, dicendum est sacramentum pœnitentiæ constare ex uerbis absolutionis ut forma, & actu seu actibus pœnitentis, ut materia proxima. Nec alia quærenda est, de hoc ratio, nisi autoritas utraque iam adducta & consonantia: quia scilicet consonant conditiones sacramenti huic toti constituto ex actu pœnitentis, & absolutione, & in significando, & in causando, & in passiua institutione diuina.

4.di.14.q.1.a.1.q.1.& di.22.q.1.ar.3.q.2.corp. refert.ut.1.q.1.c.Mul. fæc. circa med.

¶ Secundum est, circa rem huius sacramenti, quæ scilicet est & res & sacramentum, an scilicet sit interior pœnitentia, an ornatus aliquis. Et quoniam magna uidetur alt ratio de ornatu, nec intentionis meæ est scribere ad contradicendum aliis, dimissa unicuique probabiliare suæ opinionis, dicam quid secundum Auctorem, & rationem rectam uidetur sentiendum.

¶ De sacramentis nil aliud sentiendum est, nisi quod accepimus rex acceptis autem tam ex parte causalitatis attributæ sacramento, quam ex parte rei, & sacramenti, quam etiam ex parte subiecti dispo nendi ad gratiam, ultimum sacramenti effectum, nec necessario nec probabiliter ornatus ponitur. nam causalitas sacramenti sufficienter saluatur respectu gratiæ, etiam si nihil aliud causaret: res uero & sacramentum sufficienter saluatur hic per interiorem pœnitentiam.

quæst. 66.

¶ Dispositio autem ad gratiam, quæ tamen tantum ponderatur a ponentibus ornatum, tripliciter monstratur aliena ab ornatu. Primo, ex parte gratiæ: quoniam gratia non est talis forma in anima ut egreat alia forma prædisponente ad ipsam. Fallax siquidem imaginatio est putare, quod sicut lignum, si debet igniri, debet prius calefieri, ut calor disponat ad formam ignis, ita anima, si debet per gratiam fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam siquidem talem dispositionem gratia exigit, ut patet in infantibus baptizatis, quibus infunditur gratia absque aliqua alia forma prædisponente. Nec obstat character: quoniam, ut ex supra dictis patet, character non ponitur, ut disponat ad gratiam: quod eius subiectum, quod est intellectus, testatur; dispositio enim ad gratiam, quæ est in essentia animæ, non est in intellectu, ut de se patet.

Secundo ex parte subiectorum, quibus tantum confertur sacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis dispositio ad gratiam est proprius actus ipsius adulti, iuxta illud, Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: & iuxta supradicta in secundo libr. de iustificatione impii. Tertiò, ex parte pœnitentis: pœnitens enim de necessitate salutis.

¶ Sexto, De ordine eius ad alia sacramenta.

¶ Septimo, De institutione eius.

¶ Octauo, De duratione ipsius.

¶ Nono, De continuitate eius.

¶ Decimo, Vtrum possit iterari.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pœnitentia sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod pœnitentia non sit sacramentum. Gregorius enim dicit, & habetur in Decre.* 1. quæstion. 1. Sacramenta sunt baptismus, chrisma, corpus & sanguis Christi, quæ ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum diuina uirtus secretius operatur salutem: sed hoc non contingit in pœnitentia: quia non adhibentur aliquæ corporales res, sub quibus diuina uirtus operetur salutem. ergo pœnitentia non est sacramentum.

¶ 2 Præter. Pacrmenta ecclesiæ a ministris Christi exhibentur, secundum illud 1. Corint. 4. Sic nos existimet hō ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorū Dei: sed pœnitentia non exhibetur a ministris Christi, sed interi⁹ a Deo hominibus inspiratur, secūdum illud Hiere. 31. Postquam cōuertisti me, egi pœnitentiam. ergo uidetur, quod pœnitentia non sit sacramentum.

¶ 3 Præt. In sacramentis, de quibus iam supra diximus, * est aliquid, quod est sacramentum tantum: aliquid, quod est res & sacramentum: aliquid uerò, quod est res tantum, ut ex præmissis patet: * sed hoc non inuenitur in pœnitentia ergo pœnitentia non est sacramentum.

SED CONTRA est, quòd sicut baptismus adhibetur ad purificādum a peccato, ita & pœnitentia. unde & Petrus dixit Simoni Act. octauo. pœnitentiam age ab hac nequitia tua: sed baptismus est sacramentum, ut supra habitum est: * ergo pari ratione & pœnitentia.

RESPON. Dicendum, quòd sicut Gregor. * dicit in c. supra dicto, Sacramentum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita fit, ut aliquid significatiue accipiamus, quod sanctè accipiendum est.

Manifestum est autem, quod in pœnitētia ita res gesta fit, quòd aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quam ex parte sacerdotis absoluētis. nam peccator pœnitens, per ea quæ facit & dicit, ostendit cor suum a peccato recessisse: similiter etiam sacerdos per ea, quæ agit & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata. unde manifestum est quod pœnitentia, quæ in ecclesia agitur, est sacramentum.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q⁹ nomine corporaliū rerū intelligunt large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in hoc sacramento, sicut aqua in baptismo, uel chrisma in cōfirmatione sacramenti, quam ex parte rei, & sacramenti, quam etiam ex parte subiecti dispo nendi ad gratiam, ultimum sacramenti effectum, nec necessario nec probabiliter ornatus ponitur. nam causalitas sacramenti sufficienter saluatur respectu gratiæ, etiam si nihil aliud causaret: res uero & sacramentum sufficienter saluatur hic per interiorem pœnitentiam.

¶ Dispositio autem ad gratiam, quæ tamen tantum ponderatur a ponentibus ornatum, tripliciter monstratur aliena ab ornatu. Primo, ex parte gratiæ: quoniam gratia non est talis forma in anima ut egreat alia forma prædisponente ad ipsam. Fallax siquidem imaginatio est putare, quod sicut lignum, si debet igniri, debet prius calefieri, ut calor disponat ad formam ignis, ita anima, si debet per gratiam fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam siquidem talem dispositionem gratia exigit, ut patet in infantibus baptizatis, quibus infunditur gratia absque aliqua alia forma prædisponente. Nec obstat character: quoniam, ut ex supra dictis patet, character non ponitur, ut disponat ad gratiam: quod eius subiectum, quod est intellectus, testatur; dispositio enim ad gratiam, quæ est in essentia animæ, non est in intellectu, ut de se patet.

Secundo ex parte subiectorum, quibus tantum confertur sacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis dispositio ad gratiam est proprius actus ipsius adulti, iuxta illud, Qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: & iuxta supradicta in secundo libr. de iustificatione impii. Tertiò, ex parte pœnitentis: pœnitens enim inquantum pœnitens, non disponitur nisi per actus pœnitentiæ: omnis enim alia dispositio per accidens se haberet ad pœnitentem: & propterea si ornatus poneretur, disponere, non nisi per accidens concurreret ad disponendum pœnitentem; quod autem est per accidens, non est per se tribuendum sacramento pœnitentiæ. Commentitius ergo uidetur ornatus huiusmodi; sed ut in litera dicitur, interior pœnitentia, est res, & sacramentum.

q.66.a.2.

¶ Et si modum quæritis, ac sufficientem rationem, distinguere, tripliciam posse inueniri pœnitentem.

Primo, ut sit ita attritus, quod eius attritio cum sacramento pœnitentiæ in uoto sufficiat ad remissionem peccatorum, ita quod attritio sua est tanta quod ex sacramento in uoto fit contritio, iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remisisti impietatem peccati mei.

q.66.a.2. Refert hoc citato in

Secundo, quod attritio sit tam modica, ut cum sacramēto in uoto, non fiat contritio; sed tamen sit tanta, quòd cum sacramento in re, fiat contritio: plus enim operatur sacramentum in re, quam in uoto. Tertio, posset esse tam exigua attritio, ut nec etiam cum sacramento in re, fieret contritio; & talis non susciperet remissionem peccatorum ex sacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo esse opus ornatu ad hoc, ut ex ui sacramenti attritus fiat contritus.

Modus autem quo hoc fit, est quod Deus utrimque operatur; concurrit siquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiam, inspirando illam, ut in litera dicitur, non solum secundum se, sed etiam in ordine ad sacramentum; quod ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens subijcit se clauibus. Et rursus concurrit Deus ex parte sacramenti, ordinando sacramentales actus exteriores ad interiorem pœnitentiam. dum utitur sacramento ipso ad excitandum & perficiendum interiorem actum pœnitentis; sic enim excitando & perficiendo, facit de attrito contritum, dum mediante sacramento, utitur etiam interiori actu pœnitentis ad remissionem peccatorum; per hoc enim fit interior pœnitentis actus res & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat & causat interiorem pœnitentiam, & interior pœnitentia sic causata, significat & causat remissionem peccatorū: sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum sub ordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum &c.

Tertium est, q⁹ Auctor seipso doctior, cum in quarta sentent. putasse solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacramento eucharistiæ, & uerificasset, quod totum sacramentū compositum ex materia, & forma causat ratione partis, scilicet formæ, hoc in loco altius sentit, ut expressius declarat inferius in articulo ultim. quæstio. 86. scilicet quod totum sacramen-

sacramentum pœnitentiæ, compositum scilicet ex materia & forma, idest, ex actu pœnitentis & absolutione (fit enim ex his unum sacramentum) causat remissionem peccatorum ratione utriusque partis; principalius quidem ratione formæ: secundario autem ratione materiæ, hoc est actuum pœnitentis, ut subordinantur clauibus ecclesiæ, hoc est, quod actū pœnitentis ex hoc ipso, q̄ pars efficitur sacramenti, utitur Deus ut parte materiali sui instrumenti ad causandam remissionem peccatorum: sicut ex hoc ipso, quòd aqua assumitur ad baptizandum, utitur illa Deus, vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandum filios suos.

tione. est autem attendendum, quod in illis sacramentis, in quibus confertur excellens gratia, quæ superabundat omnem facultatē humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: sicut in baptismo, ubi vt plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: & in confirmatione, ubi datur plenitudo Spiritus sancti: & in extrema vnctione, vbi cōfertur perfecta sanitas spiritualis, quæ proueniunt ex virtute Christi, quasi ex quodam extrinseco principio. vnde si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, non sunt de essentia sacramentorum, sed dispositiue se habent ad sacramenta. In illis autem sacramentis, quę habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi * actus humani sunt loco materiæ, ut accidit in pœnitentia & matrimonio: sicut etiam in medicinis corporalibus, quædā sunt res exterius adhibitæ, sicut emplastra & electuaria: quædam verò sunt actus sanandorum, puta exercitationes quædam.

Alia actus humani scilicet.

Ad secvndvm dicendum, q̄ in sacramentis, quę habent corporalem materiam, oportet quòd illa materia adhibeatur a ministro ecclesiæ, qui gerit personam Christi, in signum quòd excellentia virtutis in sacramento operantis est a Christo. In sacramento autem pœnitentiæ, sicut dictum est, * sunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inspiratione interna: vnde materia non exhibetur a ministro, sed a Deo inferius operante, sed complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absoluit.

In solu. primū.

Ad tertivm dicendum, q̄ etiam in pœnitentia est aliquid, quod est sacramentum tantum, s. actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitētem, quàm etiam per sacerdotem absoluētem: res autem & sacramentum, est pœnitentia interior peccatoris: res autem tantum & non sacramētum, est remissio peccati: quorum primum totum simul sumptum est causa secundi: primum autem & secūdum, sunt quodammodo causa tertij.

Articvlvs II.

Vtrum peccata sint propria materia huius sacramenti.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur, quòd peccata non sint propria materia huius sacramenti. Materia enim in alijs sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, & sanctificata effectum sacramenti operatur: peccata autem non possunt sanctificari, eo quòd contrariantur effectui sacramenti, qui est gratia remittens peccata. ergo peccata non sunt materia propria huius sacramenti.

Ide medicina pœnit. ca. non sol. q. 1. pnc. 2. p.

¶ 2 Præt. Aug. * dicit in lib. de pœnitentia: nullus potest inchoare nouam vitam, nisi eum veteris vitę pœniteat: sed ad vetustatem uitæ pertinent non solum peccata, sed etiam pœnalitates præsentis uitæ. non ergo peccata sunt propria materia pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Peccatorū quoddā est originale, quoddam mortale, quoddā ueniale: sed pœnitentiæ sacramē- A tum non ordinatur contra originale peccatum, qđ tollitur per baptismum, neq. contra peccatum mortale, quod tollitur per confessionem peccatoris, nec etiam contra ueniale, quod tollitur per tunsionem pectoris, & per aquam benedictam, & alia huiusmodi. ergo peccata nō sunt propria materia pœnitētiæ.

Sed contra est quod Apost. dicit 2. Cor. 12. Nō egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

Respon. Dicendum, quod duplex est materia, scilicet proxima & remota: sicut statuę proxima materia est metallum, remota uerò, aqua: dictum est * autem, quòd materia proxima huius sacramenti sunt actus pœnitentis: cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus satisfacit. unde relinquitur, quod remota materia pœnitentiæ, sint peccata, non acceptanda, sed detestanda & destruenda.

Ar. præc. ad 1. & 2.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ ratio illa procedit de proxima materia sacramenti.

Ad secvndvm dicendum, quod uetus & mortalis uita est obiectum pœnitentię, non ratione pœnę: sed ratione culpæ annexę.

Ad tertivm Dicendum, quòd pœnitentia quodammodo est de quolibet peccatorum genere, nō tamen eodem modo. nam de peccato actuali mortali, est pœnitentia proprie & principaliter: proprie q̄dem, quia proprie dicimur pœnitere de his, quæ nostra uoluntate commisimus: principaliter autē, qa ad deletionem peccati mortalis, hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autem uenialibus est quidem pœnitentia proprie, inquantū sunt nostra uoluntate facta, non tamen contra hæc principaliter est hoc sacramentum institutum. De peccato uero originali pœnitentia, nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatē hoc sacramentum, sed magis baptismus) nec etiam proprie: quia peccatum originale, non d. est nostra uoluntate p̄ actum, nisi forte inquantum uoluntas Adæ reputat nostra, secundum modum loquendi, quo Apost. dicit Ro. 5 In quo omnes peccauerunt: inquantum tū large accipit pœnitentia pro quacumque detestatione rei p̄teritæ, pōt dici pœnitentia de peccato originali sicut loquitur Aug. * in li. de pœnitentia.

D. 1006.

In li. de uera & falsa pœ. c. 8. to. 4. & li. de pœnit. medicina. c. 2. to. 9. 4. di. 22. q. 2. ar. 2. q. 2. & op. 22.

Articvlvs III.

¶ Super quæstion. octua gesimaquarta articulum tertium.

Vtrum hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

Ad tertivm sic procedit. Videt, quòd hęc nō sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo. Formę enim sacramentorum ex institutione Christi & ecclesiæ usu habentur: sed Christus nō legitur hanc formam instituisse, neque etiam in communi usu habetur: quinimmo in quibusdam absolutionibus, quę in ecclesia publice fiunt, sicut in prima & completorio, & in cœna dñi, absoluens non urit̄ oratione indicatiua, ut dicat, Ego uos absoluo, sed oratione deprecatiua, cū dicit, Misereatur uestri oīpotens Deus, uel absolutionē & remissionem tribuat uobis omnipotens Deus. ergo hæc nō est forma hu-

IN art. 3. eiusdem q. in responsione ad tertium circa formā absolutionis aduerte, quod licet forma absolutionis consistat in illis duobus uerbis, scilicet absoluo te, ut in litera dicitur, & habetur ex Concilio florentino sub Eugenio IIII. nihilominus si quis aliis uerbis uteretur (puta Remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum.

¶ Quod & ratione & auctoritate monstratur. Ratione quidem, quia uirtus sacramentalis non

Refertur de pen. dist. ca. Multiplex non procul a prin. & dicitur esse in epistol. ad Theodorū, quæ est 89. in Leone.

est a Deo obligata, ita his uerbis, quin sit etiam collata æquipollentibus: auctoritas autem sumitur primo ex euangelio: quia dominus instituendo confessores, dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Secundo, ex Auctore in hac litera comparante istas duas formas, scilicet per absoluere uel remittere, quarum utraque ex uerbis domini sumitur, & dicente quod illa quæ fit per absoluere, est magis congrua: quia magis congruit uerbis domini, dum de uirtute clauiū loquebatur: differentia autem secundum magis uel minus congruum, non tollit uirtutem sacramenti. Accedit ad hoc Scot. in 4. distin. 14. q. 4. qui tamē forte nimis late locutus est dicens, quòd sufficit quod exprimatur actus sententiæ absoluentis.

¶ In responsione ad quartum, ubi dicitur, quòd apostolis nō est data potestas ut sanarent infirmos &c. intelligere regulariter; non enim est concessum Apostolis, ut regulariter sanarent ex potestate infirmos, quamuis hoc fuerit eis quandoque concessum. Et hoc sufficit ad differentiam in litera intentam inter potestatem sacramentalem, & potestatam faciendi miracula: quia potestate sacramentali ordinarie possumus remittere peccata: potestate autem miracula faciendi, non poterant ordinarie sanare infirmos auctoritatiue, sed deprecatiue.

¶ In responsione ad quintum circa ultimam expositionem, ubi dicitur, Ego te absoluo, idest, sacramentum absolutionis tibi impendo, aduerte, quòd huiusmodi expositio ex forma uerborum nō importat formā absolutionis in actu exercito: sicut significat illam hæc enuntiatio, Ego absoluo te. Hac. n. sacerdos ipse exercet ipsam absolutionem, faciens

Art. 1. huius quæst. ad 2.

ius sacramenti, Ego te absoluo.

¶ 2 Præt. Leo Papa dicit, q̄ indulgentia Dei, nisi supplicationibus sacerdotū nequit obtineri: loqtur autem de indulgētia Dei, quæ præstatur pœnitentibus. ergo forma huius sacramenti dēt esse per modum deprecationis.

¶ 3 Præt. Idem est absoluere a peccato, quod peccatum remittere: sed solus Deus peccatum remittit, qui etiam solus interius hominem a peccato mundat, ut Aug. dicit super Io. ergo uidetur quod solus Deus a peccato absoluat. non ergo debet sacerdos dicere, Ego te absoluo, sicut non dicit, Ego tibi peccata remitto.

¶ 4 Præt. Sicut dominus dedit potestatem discipulis absoluendi a peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, & ut dæmonia eiicerent, & ut languores sanarent, ut habetur Matt. 10. & Luc 9. sed sanando infirmos Apostoli non utebantur his uerbis, ego te sano, sed sanet te dominus Iesus Christus, sicut Petrus dixit paralytico, ut habetur Act. 9. ergo uidetur, quod sacerdotes habentes potestatē apostolis a Christo traditam, non debeāt uti hac forma uerborum, Ego te absoluo, sed absolutionem tribuat tibi Christus.

¶ 5 Præt. Quidam hac forma utentes, sic eam exponunt, Ego te absoluo, ideſt, absolutum ostendo: sed nec hoc etiam sacerdos facere potest, nisi ei diuinitus reueletur: unde legitur Mat. 16. antequā Petro diceretur. Quodcumque solueris super terram &c. dictum est ei, Beatus es Simon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cælis. ergo uidē quòd sacerdos, cui nō est facta reuelatio præsumptuose dicat, Ego te absoluo, etiā si exponatur, ideſt, absolutum ostendo.

Sed contra est, quod sicut dominus dixit discipulis Mat. ultimo. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, ita dixit Petro Matth. 16. Quodcumque solueris super terram: sed sacerdos auctoritate illorum uerborū Christi fretus dicit, Ego te baptizo. ergo eadem auctoritate dicere debet in hoc sacramento, Ego te absoluo.

Respondeo. Dicendum, quòd in qualibet re perfectio attribuitur formæ. dictum est autem supra, * quòd hoc sacramentum perficitur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis. unde oportet quòd ea, quæ sunt ex parte pœnitentis, siue sint uerba siue facta, sint quædam materia huius sacramenti, ea uero quę sunt ex parte sacerdotis, se habeant per modum formę. Cùm autem sacramēta nouæ legis efficiant quod figurant, ut supra dictum est, * oportet quod forma sacramenti significet id, quod in sacramento agitur, proportionaliter materiæ sacramenti: unde forma baptismi est, Ego te baptizo, & forma confirmationis est, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, eo quod huiusmodi sacramenta perficiuntur in usu materiæ. in sacramento autem eucharistiæ, quod consistit in ipsa consecratione materiæ, exprimitur ueritas consecrationis, cum dicitur, Hoc est corpus meum. Hoc autem sacramentum, scilicet pœnitentię, non consistit in consecratione alicuius materiæ, nec in usu alicuius materiæ sanctificatæ, sed magis in remotione cuiusdā materiæ, scilicet peccati, prout peccata dicuntur esse materia pœnitentię, ut ex supra dictis patet. * talis autem remotio significatur a sacerdote cum dicitur, Ego te absoluo. Nam peccata sunt quædam uincula, secundum illud Prouerbio. quinto: Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur, unde patet quod hæc est conuenientissima forma huius sacramēti, Ego te absoluo.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ista forma assumitur ex ipsis uerbis Christi, quibus Petro dixit, Quodcumque solueris super terram &c. & tali forma ecclesia utitur in sacramentali absolutione: huiusmodi autem absolutiones in publico factæ, non sunt sacramentales, sed sunt orationes quędam ordinatæ ad remissionē uenialium peccatorū: unde in sacramentali absolutione non sufficeret dicere, Misereatur tui omnipotens Deus, uel absolutionem & remissionem tribuat tibi Deus: quia per hęc uerba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit ut fiat: præmittitur tamen etiam in sacramētali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacramenti ex parte pœnitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento, non autem in baptismo, uel in cōfirmatione.

Ad secvndvm Dicendum, quod uerbum Leonis est intelligendum quantum ad deprecationem, quæ præmittitur absolutioni: non autem sed quod significat: sacramentum enim efficit quod significat: dicendo autem, sacramentum absolutionis tibi impendo, non significat se absolutionis actum exercere, sicut si diceretur, Ego baptismi sacramentum tibi impendo, non significaretur ex forma uerborum, quod ego exercerem actum baptizandi: sed utrobique significatur actus ut materia sacramenti impensi seu actus impendēdi: si autem considerentur dicta uerba secundum sensum, sic conueniens ac perfecta inuenitur expositio, quoniam ę quipollet huic, sacramentaliter absoluo te: idem est enim impendere sacramentū absolutionis, & sacramentaliter absoluere. Et per hanc expositionem excluditur ex parte ministri præsumptio seu usurpatio diuinę potestatis, & ex parte effectus ambiguitas. Nam ly sacramentaliter, distinguit a duobus, scilicet a principaliter & a pure spiritualiter: solus enim Deus est qui principaliter absoluit a peccatis, & similiter solus Deus pure spiritualiter absoluit a peccatis: sacramento uero hō absoluit instrumentaliter & signo sensibili, ut patet. Et hinc fit, ut effectus sacramenti scilicet absolutio interior a peccatis, qui ex parte sacramēti est certissimus, non significetur in ambiguo etiam si ex parte pœnitentis male dispositi impediatur, qui non significatur absolutio, ut recipitur interius in pœnitente, sed ut exit exterius a ministro sacramenti, ex qua parte constat absolutionē esse certissimam.

¶ Et si nouitius hoc non penetrat, fingat Deum dicere Petro, Absoluo te, & confessorem dicere Ioanni, Absoluo te & uideat differentiam,

Ar. præced.

quod absolutio Petri est utrique certa, quia Deus non diceret, absolue te, nisi etiam uere intus absolueretur. Absolutio uero Ioannis est, & significatur certa ex parte confessoris tantum; quia sacramentum absolutionis impendit, quia sacramentaliter absoluit, & intus potest impedimentum inuenire ex fictione pœnitentis.

mouet quin sacerdotes absoluãt. A

AD TERTIVM dicendum, quod solus Deus per auctoritatem, & a peccato absoluit, & peccatum remittit: sacerdotes tamẽ utrumque faciunt per ministerium, inquantum scilicet uerba sacerdotis in hoc sacramento instrumentaliter operantur in uirtute diuina, sicut etiam in aliis sacramẽtis. Nam uirtus diuina est, quæ interius operatur in omnibus sacramentalibus signis, siue sint res, siue uerba, sicut ex supradictis patet: unde & dominus expressit utrumque. nam Matthæ. 16. dixit B

q. 6. art. 4. & 6. art. 1.

Petro, Quodcumque solueris super terram &c. & Ioan. 20. dixit discipulis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. ideo tamen sacerdos potius dicit, Ego te absoluo, quam, Ego tibi peccata remitto: ga hoc magis congruit uerbis, quæ dominus dixit, uirtutem clauium ostendens, per quas sacerdotes absoluunt: quia tamen sacerdos sicut minister absoluit, conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad primam auctoritatem Dei, scilicet ut dicatur, Ego te absoluo, in nomine Patris & Filii, & Spiritussancti, uel per uirtutem passionis Christi, uel auctoritate Dei, sicut Dionysi. * exponit 3. c. cæleſt. hierar. Quia tamen hoc non est determinatum ex uerbis Christi, sicut in baptismo, talis appositio relinquitur arbi C trio sacerdotis.

Cap. cæleſt. hierar. non mihi uro cui hoc in quibusdam.

AD QVARTVM dicẽdum, q̃ Apostolis non est data potestas ut ipsi sanarent infirmos, sed ut ad eorum orationem infirmi sanarentur. Est autem eis collata potestas operandi instrumentaliter, siue ministerialiter in sacramentis: & ideo magis possunt in formis sacramentalibus exprimere actum suum, quàm in sanationibus infirmitatum. In quibus tamen non semper modo deprecatiuo utebantur, sed quandoque modo indicatiuo & imperatiuo: sicut Act. tertio, legitur, quod Petrus dixit claudo, Quod habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

AD QVINTVM dicendum, quòd ista expositio, Ego te absoluo, ideſt, absolutum ostendo, quantum ad aliquid quidem uera est, non tamen est perfecta: sacramenta enim nouæ legis, non solum significant, sed etiam fuerunt quod significant. Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem, ostendit hominem interius ablutum per uerba & facta, & non solum significatiue, sed etiam effectiue: ita etiam cum dicit, Ego te absoluo, ostendit hominem absolutum non solum significatiue, sed etiam effectiue: nec tamen loquitur quasi de re incerta: quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent de se certum effectum ex uirtute passionis Christi, licet possit impediri ex parte recipientis, ita etiam, & in hoc sacramento. Vnde Au- E

D

1. libri. ca. in prin. tom. 4.

gustinus * dicit in libro de adulter. coniug. Non est turpis, nec difficilis post patrata, & purgata adultetia reconciliatio coniugij, ubi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: vnde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei, per quam remittuntur peccata: unde reuelatio fidei dicitur Petro facta fuisse: esset autem perfectior expositio: Ego te absoluo, ideſt, sacramentum absolutionis tibi impendo.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum: dicitur enim Mar. ulti. Super ægros manus imponent, & bene habebunt; ægri autem spiritualiter sunt peccatores, qui recipiunt bonam habitudinem per hoc sacramentum. ergo in hoc sacramento est manus impositio facienda. 4. cont. gen. c. 71. & opu. 22. c. 4.

¶ 2 Præte. In sacramento pœnitentiæ recuperat homo Spiritum sanctum amissum: unde ex persona pœnitentis dicitur in Psal. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me: sed Spiritussanctus datur per impositionem manuum: legitur enim Act. 8. quod apostoli imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum, & Mat. 19. dicitur, quòd oblati sunt domino paruuli, ut eis manus imponeret. ergo in hoc sacramento est facienda manus impositio.

¶ 3 Præt. Verba sacerdotis in hoc sacramento non sunt maioris efficaciæ, quam in aliis sacramẽtis: sed in aliis sacramentis non sufficiunt uerba ministri, nisi aliquem actum exerceat: sicut ī baptismo simul cum hoc, quod sacerdos dicit, ego te baptizo, requiritur corporalis ablutio. ergo etiam simul cum hoc quod sacerdos dicit, ego te absoluo, oportet quòd aliquem actum exerceat circa pẽnitentem, imponendo ei manus.

SED CONTRA est, quòd cum dominus dixit Petro, Quodcumque solueris super terram &c. nullam mentionem de manus impositione fecit: neq; etiam cum omnibus apostolis simul dixit, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. non ergo ad hoc sacramentum requiritur impositio manuum. 9

RESPON. Dicendum, quòd impositio manuum in sacramentis ecclesiæ fit ad designandum aliquẽ copiosum gratiæ effectum: quo illi quibus manus imponuntur, quodammodo per quandam similitudinẽ continuantur ministris, in quibus copia gratiæ esse debet. & ideo manus impositio fit in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritussancti, & in sacramento ordinis, in quo confert quędam excellentia potestatis in diuinis mysteriis. unde & 2. ad Tim. 1. dicitur, Resuscites gratiam Dei, quę est in te per impositionem manuum mearum: sacramẽtum autem pœnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiæ, sed ad remotionem peccatorum: & ideo ad hoc sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut etiam nec ad baptismum: in quo tamen fit plenior remissio peccatorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa manus impositio non est sacramentalis, sed ordinatur ad miracula perficienda, ut scilicet per contactum manus hominis sanctificati, etiam corporalis infirmitas tollatur: sicut etiam legitur de domino Mar. 6. q̃ infirmos manibus impositis curauit; & Matth. 8. legitur, quòd leprosum mundauit per contactum.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ non quælibet acceptatio Spiritussancti requirit manus impositionẽ: quia etiam in baptismo accipit homo Spiritum sanctũ, nec tamen fit ibi manus impositio: sed acceptio Spiritussancti cum plenitudine requirit manus impositionem, quod pertinet ad confirmationem.

AD III. Dicendũ, quòd in sacramentis, quæ per-

ficiuntur in vsu materię.minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum, qui suscipit sacramentum: sicut in baptismo & confirmatione & extrema unctione, sed hoc sacramentum non cōsistit in usu alicuius materiæ exterius appositæ: sed loco materię se habent ea, quæ sunt ex parte pœnitentis, unde sicut in eucharistia sacerdos sola prolatione uerborum super materia perficit sacramentum, ita etiam sola uerba sacerdotis absoluentis super pœnitentem, perficiunt absolutionis sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minus competeret crucis signatio, quæ adhibetur in eucharistia, quam manus impositio in signum, quod per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata: & tamen non est de necessitate huius sacramenti, sicut nec de necessitate eucharistię.

ARTICVLVS V.

Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

Sup.q.65.a. 1.cor. & ar. 2.ad 4. & ar. 4.co. & 4.di. 14.q.2.ar.5. & in princ. exp. li. & 4. contra c 71. Augu.in hoc loco tom. 8.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit de necessitate salutis: quia super illud Psa.125.† Qui seminant in lachrymis &c. dicit glo. Noli esse tristis, si adsit tibi bona uoluntas, unde meritur pax: sed tristitia est de ratione pœnitentię, secundum illud 2. Corinth. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. ergo bona uoluntas sine pœnitentia sufficit ad salutem.

¶ 2 Præt. Prouc. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & inf. 15. Per misericordiam & fidem purgātur peccata, sed hoc sacramentum non est, nisi ad purgandum peccata. ergo habendo charitatem & fidem & misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine pœnitentiæ sacramento.

¶ 3 Præt. Sacramenta ecclesię initium habent ab institutione Christi. sed sicut legitur Io 8. Christ⁹ mulierem adulterā absoluit absque pœnitentia. ergo uidetur, q⁹ pœnitentia non sit de necessitate salutis.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Luc. 8. Si pœnitētiam non habueritis, omnes simul peribitis.

RESPON. Dicendum, quod aliquid est necessarium ad salutē dupliciter. uno modo absolute: alio modo ex suppositione, absolute quidem necessariū est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest: sicut gratia Christi, & sacramentum baptismi per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autem est necessarium sacramentum pœnitentiæ, quod quidem est necessarium non omnibus, sed peccato subiacentibus: dicitur enim 2. Para.ult. Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiā iustis, Abraham, Isaac & Iacob his, qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cum consumatum fuerit, generat mortem, ut dicitur Iacob. i. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum remoueatur ab eo: quod quidem non potest fieri sine pœnitentiæ sacramento, in quo operatur uirtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratię ad destructionem peccati, sicut enim dicit Augu.* super Io. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. unde patet quod sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporalis, postquam homo in morbum periculosum inciderit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gloss. illa uidetur esse intelligenda de eo, cui adest bona uolūtas sine interpolatione, quæ fit per peccatum, talis enim non habet tristitiæ causam: sed ex quo bona uoluntas tollitur per peccatum, non potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato prēterito, qđ pertinet ad pœnitentiam.

AD SECVNDVM Dicendum, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides & misericordia non liberant hominem a peccato sine pœnitentia: requirit enim charitas, quòd homo doleat de offensa in amicum commissa, & quod amico homo studeat satisfacere: requirit etiam ipsa fides, ut per uirtutem passionis Christi, quę in sacramentis ecclesię operatur, quærat iustificari a peccatis: requirit etiam & ipsa misericordia ordinata, ut homo subueniat pœnitendo suę miseriæ, quam per peccatum incurrit: secundum illud Prou. 14. Miseros facit populos peccatum: unde eccl. 30. dicitur, Miserere animę tuæ, placens Deo.

AD TERTIVM Dicendum, quòd ad potestatē excellentię, quam solus Christus habuit, ut supra dictum est, * pertinuit quod Christus effectum sacramenti pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum, cōtulit mulieri adulteræ sine exterioris pœnitentię sacramento, licet non sine interiori pœnitentia, quam ipse in ea per gratiam est operatus. q.64.ar.3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pœnitentia sit secunda tabula post naufragium.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod pœnitentia nō sit secunda tabula post naufragium, quia super illud Isa. 5. Peccatū suum qua si sodoma prędicauerunt, dicit glo.* Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere: pœnitentia autem non abscondit peccata, sed magis ea reuelat. ergo pœnitentia non est secunda tabula. 4.dist.2. q.1. ar.3.ad 5. & di.14.q.1.ar 2.q.4.& di. 16.q.4.ar.1. q.1. ad 1. Glo.Hier. in illum locum tom.5.

¶ 2 Præt. Fundamentum in ædificio non tenet secundum, sed primum locum: pœnitentia autem in spirituali ædificio est fundamentum, secundum illud Heb. 6. Non rursus iacientes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis, unde & precedit ipsū baptismum, secundum illud Act. 2. pœnitentiamagite, & baptizetur unusquisque uestrum. ergo pœnitētia non debet dici secunda tabula.

¶ 3 Præt. Omnia sacramenta sunt quædam tabulæ, idest, remedia contra peccatum: sed pœnitentia non tenet secundum locum inter sacramenta, sed magis quartum, ut ex supra dictis patet. * ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium. q.65. art. 2.

SED CONTRA est, quod Hier.† dicit, quod secunda tabula post naufragium est pœnitentia. Hierony. super illud Isa.3. peccatum suum quasi Sodoma to.5.

RESPON. Dicendum, quòd, id quod est per se, naturaliter prius est eo, quod est per accidens, sicut & substantia prior est accidente sacramenta autem q̄dam per se ordinantur ad salutem hominis, sicut baptismus, qui est spiritualis generatio, & confirmatio, quæ est spirituale augmentum, & eucharistia, q̄ est spirituale nutrimentum: pœnitentia autem ordinatur ad salutem hominis quasi per accidens, supposito quodam, scilicet ex suppositione peccati; nisi enim homo peccaret actualiter, pœnitentia non indigeret: indigeret tamen baptismo & confirmatione & eucharistia, sicut & in uita corporali nō indigeret homo medicatione nisi infirmaret: indigeret autem homo per se ad uitam gñatione, augmento, & nutrimento. & ideo pœnitentia tenet secundum locum

locum respectu status integritatis, qui conseruẽ & cõseruaẽ per sacramenta prędicta: vnde & metaphorice dicitur secunda tabula post naufragium. Nam primum remedium mare transeuntibus est, vt conseruentur in naui integra. Secundum autem remedium est post nauem fractam, ut quis tabulę adhæreat, ita etiam primum remedium in mari huius vitæ est, quod homo integritatem seruet: secundum autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit quod per pœnitentiam redeat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod absconde re peccata contingit dupliciter. Vno modo, dum ipsa peccata fiunt, est autem peius peccare publice q̃ occulte, tum quia peccator publicus uidetur ex maiori contemptu peccare: tum etiam, quia peccat cũ scandalo aliorum, & ideo quoddam remedium est in peccatis, quod aliquis in occulto peccet. Et secundum hoc dicit glo.* quòd secunda tabula post naufragium est peccata abscondere, non quòd per hoc tollatur peccatum, sicut per pœnitentiam: sed quia per hoc, peccatum fit minus. alio modo, aliquis abscondit peccatum prius factum per negligentiam confessionis, & hoc contrariatur pœnitentiæ. Et sic abscondere peccatum, non est secunda tabula: sed magis contrarium tabulæ, dicitur enim Prouerbio. vigesimooctauo. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd pœnitentia non potest dici fundamentum spiritualis ędificii simpliciter, idest. in prima ædificatione: sed est fundamentum d in secunda reædificatione, quę fit per destructionem peccati. Nam primo redeuntibus ad Deum, occurrit pœnitentia. Apostolus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrinæ: pœnitentia autem, quæ baptismum præcedit, non est pœnitentiæ sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, quòd tria præcedẽtia sacramenta pertinent ad nauem integram, idest ad statum integritatis, respectu cuius pœnitentia dicitur secunda a tabula.

ARTICVLVS VII.

¶ *Super quæst. octuagesimaquarta Articulum septimũ.*

Vtrum hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.

AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videt, quod hoc sacramentum non fuerit conuenienter institutum in noua lege. Ea enim quæ sunt de iure naturali, institutione non indigent: sed pœnitere de malis quæ quis gessit, est de iure naturali: non enim potest aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat. ergo pœnitentia non fuit conuenienter instituta in noua lege.

¶ 2 Præt. Illud quod fuit in uetere lege, instituendum non fuit in noua: * sed etiam in ueteri lege fuit pœnitentia: unde & dominus conqueritur Hier. 28. dicens, Nullus est qui agat pœnitentiam sup peccato suo, dicens, Quid feci? ergo pœnitentia non debuit institui in noua lege.

¶ 3 Præ. Pœnitentia consequenter se habet ad baptismum, cum sit secunda tabula, ut supra dictũ est:* sed pœnitentia uidetur a domino instituta ante baptismum; nã in principio prædicationis suę dixisse dominus legitur Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorũ. ergo hoc sacramentum non fuit conueniẽter institutum in noua lege.

¶ 4 Præt. Sacramenta nouæ legis institutionem habent a Christo, ex cuius uirtute operantur, ut supra dictum est:* sed Christus nõ uidetur instituisse hoc sacramentum, cum ipse non sit usus eo, sicut aliis sacramentis quæ ipse instituit. ergo hoc sacramentũ non fuit conuenienter institutum in noua lege.

SED CONTRA est, quod dicit dominus Luc. ult. Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

RESPON. Dicendum, quòd, sicut supra dictum est,* in hoc sacramento actus pœnitentis se habet sicut materia: id autem quod est ex parte sacerdotis, qui operatur ut minister Christi, se habet ut formale & completiuum sacramẽti: materia uerò ẽt in aliis sacramentis præexistit a natura, ut aqua, uel ab arte, ut panis: sed quòd talis materia ad sacramentum assumatur, institutione indiget hoc determinante: sed forma sacramenti & uirtus ipsius totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit uirtus sacramentorum. sic ergo huius sacramenti materia prędexistit a natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis quæ fecit) sed quòd hoc, uel illo modo homo pœnitentiam agat, est ex institutione diuina: unde & dominus in principio prędicationis suæ indixit hominibus. ut non solum pœniterent, sed etiam pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc sacramentum: sed id, quod pertinet ad officium ministrorum, determinauit Matth. decimosexto ubi dixit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum &c. Efficaciam autem huius sacramenti & originem uirtutis eius, manifestauit post resurrectionem Luc. ultimo ubi dixit, quòd oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, prędicto de passione & resurrectione: ex uirtute enim nominis Iesu Christi patientis, & resurgentis, hoc sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum: & sic patet conuenienter hoc sacramentum in noua lege institutum fuisse.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de iure naturali est, quòd aliquis pœniteat de malis quę fecit, quantum ad hoc, quòd doleat fecisse, & doloris remedium quærat per aliquem modum, & quod etiã aliqua signa doloris ostendat, sicut & Niniuitę fecerunt, ut Ionæ 3. legitur. In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quã conceperant ex prędicatione Ionæ, ut scilicet hoc agerent sub spe ueniæ cõsequẽdę a Deo, secundũ illud quod ibi legitur, Quis scit, si con-

teritis. Accedit ad hęc, quòd difficile est nosse quid homo infra ius naturæ solum stando, cognosceret de abolitione peccati, per aliud quam per cessationem a peccado. Alio autem modo intelliguntur, supposita in homine cognitione fidei, ita quòd supposita fide, non ex fide, sed ex ratione naturali prouenit, quòd homo doleat de peccatis cõmissis, & quòd dolorem in remediũ assumat, & quòd aliquod signum doloris ostendat, quamuis hoc tertium intelligendum sit sicut de exteriori religionis cultu uidetur, q̃ in communi sit de iure naturæ. Dictat enim naturalis ratio homini fideli, ut doleat de offensa creatoris: & quia nullum aliud ex nobis est remedium, nisi cor humiliatum, ideo huiusmodi humiliationem in remedium doloris, hoc est peccati dolendi quærat.

q. 62. ar. 5. & q. 64. ar. 1.

Art. 2. huius quæst.

si conuertatur,& ignoscat Deus,& reuertatur a furore iræ suæ,& non peribimus? sed sicut alia quæ sunt de iure naturali, determinationem acceperũt ex institutione legis diuinæ, ut in secunda parte dictum est,* ita etiam & pœnitentia.

1.2. q.99. & 110.arti.1. & 85.ar.2.

Ad secvndvm dicendum, quòd ea quæ sunt iuris naturalis, diuersimode determinationem accipiunt in ueteri & in noua lege, secundum quòd congruit imperfectioni ueteris legis, & perfectioni nouæ: unde & pœnitentia in ueteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, ut esset magis in corde, quàm in exterioribus signis, secundum illud Iohel 2. Scindite corda uestra, & nõ uestimenta uestra: quantum autem ad remedium doloris quærẽdum, ut aliquo modo ministris Dei peccata sua confiterentur, ad minus in generali. unde Dominus Leuit. 5. dicit, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationemque peccati, qui orabit pro eo, quòd nesciens fecerit, & dimittetur ei: in hoc enim ipso, quòd oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quodammodo suum peccatum sacerdoti confitebatur, & secundum hoc dicitur Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur: nondum autem erat instituta potestas clauium, quę a passione Christi deriuatur, & per consequens nõdum erat institutum, ꝙ aliquis doleret de peccato cum proposito subiiciendi se per confessionem & satisfactionem clauibus ecclesiæ, sub spe consequendæ ueniæ, uirtute passionis Christi.

Ad tertivm dicendum, quòd si quis recte consideret ea, quæ dominus dixit de necessitate baptismi Io. 3. tempore præcesserunt ea, quę dixit Matth. 4. de necessitate pœnitentiæ. nam id quod dixit Nicodemo de baptismo, fuit ante incarcerationem Ioan. de quo postea subditur, quòd baptizabat: illud uero quod de pœnitentia dixit Matth. 4. fuit post incarcerationem Ioannis: si tamen prius ad pœnitentiam induxisset, quàm ad baptismum, hoc ideo esset quia etiam ante baptismum requiritur quædam pœnitentia: sicut & Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum.

Ad qvartvm dicendum, quòd Christus nõ est usus baptismo, quem ipse instituit: sed est baptizatus baptismo Io. ut supra dictum est: * sed nec etiam actiue usus est suo ministerio, quia ipse non baptizabat communiter, sed discipuli eius, ut dicitur Ioã. 4. quãuis credendum sit, quòd discipulos suos baptizauerit, ut Aug. * dicit ad Celeucianum: usus autem huius sacramenti ab eo instituti, nullo modo sibi competebat; nec quantum ad hoc, quòd ipse pœniteret, in quo peccatum non fuit, neque quantum ad hoc, ꝙ hoc sacramentum aliis præberet: quia ad ostendendam misericordiam, & uirtutem suam, effectum huius sacramenti sine sacramento præbebat, ut supra dictum est: * sacramentum autem eucharistiæ & ipse sumpsit, & aliis dedit: tum, ad commẽdandam excellentiam huius sacramenti: tum, quia hoc sacramentum est memoriale suę passionis, in qua Christus est sacerdos & hostia.

q.39.ar.1. & 3.

In epi.108. tomo ✱ habet etiam li.3. de anima & eius origine c.9. to.7.

Art.5. huius q.ad 3.

¶ *Super quæstionis octuagesimæquarta articulum octauum & nonum.*

Articvlvs viii.

Vtrum pœnitentia debeat durare usque ad finem uitæ.

Inf.ar.9.ad 1. & 4.di.17.q.2.ar.4.q.1.& 2.

In artic. 8. & 9. aduerte, quòd dispo-

Ad octavvm sic procedi-

tur. Vī quod pœnitentia non debeat durare usque ad finem uitæ.

Pœnitentia enim ordinatur ad delerionem peccati: sed pœnitens statim consequitur remissionem peccatorum, secundum illud Eze. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, uita uiuet, & non morietur: ergo non oportet ulterius pœnitentiam protendi.

¶ 2 Præt. Pœnitentiam agere pertinet ad statum incipientium: sed homo de hoc statu debet procedere ad statum proficientium, & ulterius ad statum perfectorum. ergo non debet homo pœnitentiam agere usque ad finem uitæ.

¶ 3 Præt. Sicut in aliis sacramentis homo debet seruare statuta ecclesiæ, ita & in hoc sacramento; sed secundum canones determinata sunt tempora pœnitendi, ut scilicet ille, qui hoc uel illud peccatum cõmiserit, tot annis pœniteat. ergo uidetur, quod non sit pœnitentia extendenda usque ad finem uitæ.

Sed contra est, quod Augusti.* dicit in lib. de pœnitent. Quid restat nobis, nisi dolere in uita? ubi enim dolor finitur, deficit pœnitẽtia: si uero pœnitentia finitur, quid derelinquitur de uenia?

Respon. Dicendum, quòd duplex est pœnitentia, scilicet interior & exterior, interior, quidem pœnitentia est, qua quis dolet d de peccato commisso. Et talis pœnitentia debet durare usque ad finem uitæ: semper enim debet homini displicere, quod peccauit: si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum ueniæ perderet: displicentia autem dolorẽ causat in eo, qui est susceptiuus doloris, qualis est homo in hac uita. post hanc uitam autem sancti non sunt susceptiui doloris: unde displicebunt eis peccata præterita sine omni tristitia, secundum illud Isa. 65. Obliuioni tradite sunt angustiæ priores. Pœnitentia uerò exterior est, qua quis exteriora signa doloris ostendit, & uerbotenus peccata sua confitetur sacerdoti absoluenti, & iuxta eius arbitrium satisfacit.

Et talis pœnitentia non oportet, quòd duret usq; ad finem uitæ, sed usque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.

Ad primvm ergo dicendum, quod uera pœtentia non solum remouet peccata præterita, sed ẽt præseruat hominem à peccatis futuris. Quamuis igitur homo in primo instanti ueræ pœnitentiæ remissionem consequatur præteritorum peccatorum; oportet tamen in homine perseuerare pœnitentiã, ne iterum incidat in peccatum.

Ad secvndvm Dicendum, quòd agere pœnitentiam interiorem simul & exteriorem, pertinet ad statum incipientium, qui scilicet de nouo redeunt a peccato: sed pœnitentia interior habet locum etiam in proficientibus & perfectis, secundum illud Psalmi trigesimioctaui. Ascensiones in corde suo disposuit in ualle lachrymarũ. uñ & ipse Paulus

cere dupliciter sumitur, scilicet contrarie uel negatiue. Et quando sumitur contrariæ, significat actum contrarium ad placere: quando uero sumitur negatiue, non significat aliquem actum, sed solummodo non placere. Cum ergo in littera dicitur, quod semper debet homini displicere, quod peccauit uel aliquid simile, sufficit quod intelligatur negatiue id est, non placere. Et patet hunc esse sensum literę, quia contra displicere distinguit placere, dum subdit: si enim ei placeret peccasse &c. nisi enim displiceret, ita communiter sumptum fuisset, scilicet siue contrarie siue negatiue, non licuisset pro ratione reddere: si enim placeret ei peccasse &c. nam potuisset dici, quod nec displiceret, nec habet actum placendi, sed non placet peccasse. Et hinc habes, quod sufficit ad necessariam pœnitentiam post habitã contritionem, quòd non placeat peccasse nec est opus exire in actum displicentiæ nouę.

In li. de vera & falsa pœn. c.13 circa me, to.4

D.530.

lus dicebat primæ Corin. 15. Non sum dignus uocari apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiam Dei.

Ad tertivm dicendum, quòd illa tempora præfiguntur pœnitentibus, quantum ad actionem exterioris pœnitetiæ.

Articvlvs IX.

Vtrum pœnitentia possit esse continua.

Ad nonvm sic proceditur. Videtur, quod pœnitentia non possit esse cõtinua. dicitur enim Hier. 31. Quiescat uox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis: sed hoc esse non posset, si pœnitentia continuaretur, quę consistit in ploratu & lachrymis. ergo pœnitentia non potest continuari.

¶ 2 Præt. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secundum illud Psal. 99. Seruite domino in letitia: sed agere pœnitentiam est bonum opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere: sed non potest hõ simul gaudere & tristari, ut patet per Philosophum in 9. Ethic. ergo non potest esse, quod pœnitens continue tristetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non potest esse continua.

¶ 3 Præt. Secundę ad Corin. 2. Apost. dicit, Consolamini, scilicet pœnitentem, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est: sed consolatio depellit tristitiam, quæ pertinet ad rationem pœnitentiæ. ergo pœnitentia non debet esse continua.

Sed contra est, quod Augustinus * dicit in li. de pœnitentia, dolor in pœnitentia continue custodiatur.

Respon. Dicendum, quod pœnitere dicitur dupliciter, secundum actum & secundum habitum. Actu quidem impossibile est, quòd homo cõtinue pœniteat: quia necesse est, quòd actus penitentis siue interior, siue exterior, interpoletur ad minus somno, & aliis, quę ad necessitatem cõrporis pertinent. alio modo dicitur pœnitere secundum habitum. & sic oportet, quòd homo continue pœniteat, & quantum ad hoc, quod homo numquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur, & quantum ad hoc, quod debet homo in proposito gerere, quod semper sibi præterita peccata displiceant.

Ad primvm ergo dicendum, quod ploratus & lachrymæ ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non solum non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, cp duret usque ad finem uitę, ut dictum est. * unde & signanter ibi subditur, quia est merces operi tuo. est autem merces operis pœnitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpã & quantum ad pœnam, post cuius consecutionem non est necesse, quòd homo ulterius exteriorem pœnitentiam agat: per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ, qualis dicta est.*

Ad secvndvm dicendum, quod de dolore, & gaudio dupliciter loqui possumus. uno modo, secundum quod sunt [d] passiones appetitus sẽsitiui. Et sic nullo modo possunt esse simul, eo quod sunt omnino contrariæ, uel ex parte obiecti (puta cum sunt de eodem) uel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia uerò cum constrictione. & hoc modo loquitur philosophus* in 9. Ethicorum. alio modo possumus loqui de gaudio & tristitia, secundum quod consistunt in simplici actu uoluntatis, cui aliquid placet uel displicet: & secundum hoc, non possunt habere contrarietatem, nisi ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem & secundum idem: & sic non possunt simul esse gaudium & tristitia, quia non potest simul idem secundum idem placere & displicere. Si uerò gaudium & tristitia sic accepta, non sint de eodem secundum idem, sed uel de diuersis, uel de eodem secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudii & tristitiæ. unde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si uideamus iustum affligi, simul placet nobis eius iustitia, & displicet eius afflictio: & hoc modo simul potest alicui displicere, quod peccauit, & placere quod hoc ei displicet cum spe ueniæ: ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. unde & Augustinus* dicit in lib. de pœnitentia, semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis continuitas pœnitentiæ, sed actualis.

Ad tertivm dicendum, quod secundum Philosophum* in 2. Ethi. ad uirtutem pertinet tenere, medium in passionibus. Tristitia autem quæ in appetitu sensitiuo pœnitentis consequitur ex displicentia uoluntatis, passio quędam est. unde moderanda est secundum uirtutem, & eius superfluitas est uitiosa: quia inducit in desperationem: quod significat Apostolus ibidem dicens; ne maiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. & sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderatiua tristitiæ, non autem totaliter ablatiua.

Articvlvs X.

Vtrum sacramentum pœnitentiæ debeat iterari.

Ad decimvm sic proceditur. Videtur, quòd sacramentum pœnitentię non debeat iterari. dicit enim Apostolus Heb. 6 Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cæleste donum, & participes sunt facti Spiritussancti, & prolapsi sũt, renouari rursus ad pœnitentiam: sed quicumque pœnituerunt, sunt illuminati, & acceperunt donum Spiritussancti. ergo quicũque peccat post pœnitentiam, non potest iterato pœnitere.

¶ 2 Præterea. Ambros.* dicit in lib. de pœnitentia: reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. nam si uere pœnitẽtiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut unum est baptisma, ita una est pœnitentia; sed baptismus non iteratur. ergo nec pœnitentia.

¶ 3 Præter. Miracula, quibus dominus infirmitates corporales sanauit, significant sanationes spiritualiũ infirmitatum, quibus scilicet homines liberantur a peccatis: sed nõ legitur quòd dominus aliquem cęcum bis illuminauerit, uel quod aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit. ergo uidetur, quod nec alicui peccatori bis per pœnitentiam ueniam largiatur.

¶ 4 Præt. Greg.* dicit in Ho. Quadragesimæ, pœnitentia est, anteacta peccata deflere, & flenda iterum non committere. & Isido. † dicit in libro de summo bono. Irrisor est & non pœnitens, qui adhuc agit qđ pœnitet. si ergo aliquis uere pœniteat, non iterum peccabit. ergo non potest esse, quòd pœnitentia iteretur.

¶ 5 Præ. Sicut baptismus habet efficaciam ex passione Christi, ita & pœnitentia: sed baptismus non iterat propter unitatem passionis & mortis Christi. ergo pari ratione nec pœnitentia iteratur.

¶ 6 Præt. Ambr. * dicit, quod facilitas uenię, incentiuum

4. dist. 14. q. 1. ar. 4. q. 3. & ar. 5. q. 2. & 5. lib. 6.

In li. 1. de pœnit. c. 10. post me. to. 1.

Ho. 34. in euangel. post me. illius. li. 2. ca. 15. in prin. & hẽtur de pœn. di. 3. c. Arrisor.

Hoc ha-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bet Ambro. ser. 8. in Psal. 118. ad fi med. 10. 4. refert 23. caus. q. 4. cap. Est inuita, & dicit esse Ambr.

uum præbet delinquendi. Si ergo Deus veniam frequenter præbet per pœnitentiam, videtur q̃ ipse hominibus præbeat incentiuum delinquendi. Et sic videretur delectari in peccatis, quod eius bonitati non congruit. non ergo potest pœnitentia iterari.

SED CONTRA est, q̃ homo inducitur ad misericordiam exemplo diuinæ misericordiæ, secundum illud Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est: sed dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, vt sæpius remittant fratribus contra se peccantibus. vnde sicut dicitur Matth. 18. Petro quærēti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? respondit Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies: ergo etiam Deus sæpius per pœnitentiam veniã peccantibus præbet, præsertim cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

RESPON. Dicendum, q̃ circa pœnitentiam quidam errauerunt, dicentes non posse hominem per pœnitentiam secundò cõsequi veniam peccatorum: quorum quidam, scilicet Nouatiani hoc intantum extenderunt, vt dicerent post primam pœnitentiam, quæ agitur in baptismo, peccantem non posse p pœnitentiam iterato restitui. Alij verò fuerunt hæretici (vt Augustinus, dicit * in li. de pœnitentia) qui post baptismum dicebant quidem esse vtilem pœnitentiam, non tamen pluries, sed semel tantum. Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primò quidem ex eo, quòd errabant circa rationem veræ pœnitentiæ. Cum enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebant, quòd charitas semel habita non possit amitti, & per consequens pœnitentia si sit vera, numquam per peccatum tollatur, vt sic sit necesse eam iterari: sed hoc improbatum est * in secunda parte, vbi ostensum est, quòd charitas semel habita propter libertatem arbitrij potest amitti, & per consequens post veram pœnitentiam, potest aliquis peccare mortaliter, secundò ex eo, quod errabant circa æstimationem grauitatis peccati: putabant enim adeo graue esse peccatum, quòd aliquis committit post veniam impetratam, quòd non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consecutam, potest esse, & grauius & leuius, quàm fuerit primum peccatum remissum) & multò magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ, quæ superat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum, secundum illud Psal. quinquagesimi. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear: & ideo misericordia Dei peccantibus, per pœnitẽtiam veniam præbet absque vllo termino: vnde dicitur 2. Para. vlt. Immensa, & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitiam hominum. vnde manifestum est, quòd pœnitentia pluries est iterabilis.

* In libro de vera & falsa pœniten. c. 5. to. 4.

2. 2. q. 24. art. 11.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia apud Iudæos erat secundum legem quædam lauacra instituta, in quibus pluries se ab immũditijs purgabant, credebant aliqui Iudæorum, q̃ etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset. Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebræis, q̃ impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per baptismum, rursum renouari ad pœnitentiam, scilicet per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, vt dicitur ad Tit. 3. Et rationem assignat, ex hoc, quod per baptismum homo Christo commoritur, unde subditur, rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Ambr. loquitur de pœnitentia solenni, quę in ecclesia non iteratur, ut infra dicetur.

AD TERTIVM dicendum, q̃ sicut Aug. * dicit in lib. de pœnitentia, multos cęcos & in diuerso tẽpore dominus illuminauit, & multos debiles confirmauit, ostendens in diuersis illis eidem sæpe peccata dimitti: ut quem prius sanauit leprosum, alio tẽpore illuminet cæcum: ideo enim tot sanauit cæcos claudos, & aridos, ne desperet de se peccator. ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse, ut quilibet timeat iungi peccato, medicum se uocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? medicorum est centies infirmum centies curare: q ceteris minor esset, si aliis possibilia ignoraret.

* inli. de uera & falsa pœ. c. 5. tom. 4.

AD QVARTVM dicẽdum, quod pœnitere est ante acta peccata deflere, & flenda non committere, scilicet simul dunflet, vel actu vel proposito. Ille enim est irrisor & non pœnitens, qui simum dum penitet, agit quod pœnitet, uel proponit iterum se facturum quod gessit, uel etiam actualiter peccat eodem uel alio genere peccati. Quòd autem aliquis postea peccat, uel actu uel proposito, non excludit quin prima pœnitentia uera fuerit: numquam enim ueritas prioris actus excluditur per actum contrarium sub sequentem: sicut enim uere cucurrit, qui postea sedet, ita uere pœnituit, qui postea peccat.

AD QVINTVM dicendum, quod baptismus habet uirtutem ex passione Christi, sicut quędam spiritualis generatio cum spirituali morte præcedentis uitæ. Statutum autem est hominibus semel mori, & semel nasci: & ideo semel tantum debet homo baptizari: sed pœnitẽtia habet uirtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, quæ frequenter iterari potest.

ADSEXTVM dicendum, quod secundum Augustinum * in libro de pœnitentia, constat Deo multum displicere peccata, qui semper presto est ea destruere, ne soluatur quod creauit, nec corrumpatur quod amauit, scilicet per desperationem.

* in li. de uera, & falsa pœn. c. 5. nõ longe a pri. tom. 4.

QVAESTIO LXXXV.

De sacramento pœnitentiæ secundum quod est uirtus, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de pœnitentia, secundum quod est uirtus.

ET CIRCA hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum pœnitentia sit uirtus.

¶ Secundò, Vtrum sit uirtus specialis.

¶ Tertiò, sub qua specie uirtutis contineatur.

¶ Quartò, De subiecto eius.

¶ Quintò, De causa ipsius.

¶ Sextò, De ordine eius ad alias uirtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pœnitentia sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod pœnitentia nõ sit uirtus. Pœnitentia enim est quoddam sacramentum aliis sacramentis connumeratũ

4. dist. 24. q. 1. art. 1. q. 2. & 3. q. 1. ar. & dist. 2. q. 4

ut

vt ex* supradictis patet: sed nullum aliud sacramentorum est uirtus. ergo neque pœnitentia est uirtus.

¶ 2 Præt. Secundum Philosophum †4 Ethic. uerecũdia non est uirtus: tum, quia est passio habens corporalem immutationem: tum etiam, quia non est dispositio perfecti, cum sit de turpi facto, quod non habet locum in homine uirtuoso: sed similiter pœnitentia est quædam passio habens corporalem immutationem, s. ploratum (sicut Greg.* dicit, ꝙ pœnitere est peccata præterita plangere) est ẽt de turpib⁹ factis. s. de peccatis, quę non habent locum in homine uirtuoso. ergo pœnitentia non est uirtus.

¶ 3 Præt. Secundum Philosophum 4. Ethico. nullus est stultus eorum, qui sunt secundum uirtutem: sed stultum uidetur dolere de commisso præterito, qđ non potest non esse, quod tamen pertinet ad pœnitentiam. ergo pœnitentia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod præcepta legis dantur de actibus uirtutum: quia legislator intendit ciues facere uirtuosos, ut dicitur* 2. Ethic. sed præceptum diuinæ legis est de pœnitentia, secundum illud Matth. quarto: Pœnitentiam agite, &c. ergo pœnitentia est uirtus.

RESPON. Dicendum, quòd sicut ex dictis* patet, pœnitere est de aliquo prius a se facto dolere. Dictum est autem supra † quod dolor uel tristitia dupliciter dicitur. uno modo, secundum quod est passio quædam appetitus sensitiui, & quantum ad hoc pœnitentia non est uirtus, sed passio. Alio modo, secundum quod consistit in uoluntate, & hoc modo est cum quadam electione, quæ quidem si sit recta, necesse est, quòd sit actus uirtutis: * dicitur enim secundo Ethicor. quòd uirtus est habitus electiuus, secundum rationem rectam. pertinet autem ad rationem rectam, ut aliquis doleat, de quo dolendum est, & eo modo & fine, quo dolẽdum est: quod quidem obseruatur in pœnitentia, de qua nunc loquimur: nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis, cum intentione remouendi ea. unde manifestum est, ꝙ pœnitentia, de qua nunc loquimur, uel est uirtus, uel actus uirtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ (sicut dictum est*) in sacramento pœnitentiæ materialiter se habent actus humani: quod non contingit in baptismo uel confirmatione: & ideo cum uirtus sit principiũ alicuius actus, potius pœnitentia est uirtus uel cũ uirtute, quàm baptismus seu confirmatio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd pœnitentia secundum quòd est passio, non est uirtus, ut dictum est,* sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam: est tamen uirtus, secundum quòd habet ex parte uoluntatis electionem rectam: quod tamen magis potest dici de pœnitentia quàm de uerecundia. nam uerecundia respicit turpe factum ut præsens, pro quo timet confundi: pœnitentia uerò ut præteritum. est autem contra perfectionem uirtutis, quòd aliquis in præsenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum uerecundari: non est autem contra perfectionem uirtutis, quòd aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eum pœnitere, cum ex uitioso fiat aliquis uirtuosus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ dolere de eo, ꝙ prius factum est, cum intentione conandi ad hoc, quòd factum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intẽdit pœnitens, sed dolor eius est displicẽtia seu reprobatio facti præteriti cum intentione remouẽdi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei, & reatum pœnæ. & hoc non est stultum.

ARTICVLVS II.

Vtrum pœnitentia sit specialis virtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ pœnitentia non sit specialis virtus. eiusdem enim rationis uidetur esse gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis: sed gaudium de bono prius facto, nõ est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate ꝓueniens, vt patet per Aug.* 14. de Ciuitate Dei. vnde & Apostolus primę ad Corinth. decimotertio. dicit, quòd charitas non gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati. ergo pari ratione nec pœnitentia, quæ est dolor de peccatis præteritis, est specialis uirtus, sed est quidam affectus ex charitate prouenies.

¶ 2 Præt. Quælibet uirtus specialis habet materiam specialem: quia habitus distinguuntur ꝓ actus, & actus per obiecta: sed pœnitentia non habet materiam specialẽ: sunt enim eius materia peccata præterita circa quamcumq; materiam. ergo pœnitentia non est specialis uirtus.

¶ 3 Præt. Nihil expellitur, nisi a suo contrario: sed pœnitentia expellit omnia peccata. ergo contrariatur omnibus peccatis. non ergo est specialis uirtus.

SED CONTRA est, quod de ea datur speciale legis præceptum, ut supra habitum est.*

RESPON. Dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est*) species habituum distinguuntur secũdum species actuũ: & ideo ubi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitum uirtutis. manifestum est autem, quod in pœnitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, inquãtum est Dei offensa, quod non pertinet ad rationẽ alterius uirtutis. unde necesse est ponere, quod pœnitentia est specialis uirtus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd a charitate deriuatur aliquis actus dupliciter: uno modo sicut ab ea elicitus. & talis actus uirtuosus non requirit aliam uirtutem præter charitatem: sicut diligere bonum, gaudere de eo, & tristari de opposito. Alio modo aliquis actus a charitate procedit, quasi a charitate imperatus: & sic quia ipsa imperat omnibus uirtutibus (utpo-

¶ *Super quæst. octua gesimaquinta Articulum secundũ.*

DVbium occurrit magnũ circa materiã huius secundi articuli, an pœnitentia uirtus, sit vere propria vna specialis virtus distincta a ceteris virtutibus. Et est ratio dubij non sola varietas opinionum, sed quoniam vtrinque ratio urget. Nãquod sit una uirtus distincta ab aliis, Auctoris ratio in litera concludit, dicẽs, operari ad deletionem peccati præteriti: inquantum est offensa Dei, per quandam recompensationem, habet specialem rationem actus laudabilis non pertinentem ad rationem alterius uirtutis. ergo pœnitentia, cui iste actus attribuitur, est specialis uirtus. Ad partem autem negatiuã urget duplex ratio una ex propriis: quia nulla uirtus exigit aut præexigit habentem ipsam sub illius contrario, sed pœnitẽtia præexigit pœnitẽtem fuisse sub peccato, quod contrariatur pœnitentiæ. ergo pœnitentia non est specialis uirtus.

4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 2. 3. & 4.

Lib. 14. c. 7 2 med. tom. 5.

Et hæc ratio conuincit intellectum meum. Quæ & confirmatur, quia uirtutum semina sunt ita nobis insita, ut possint a nobis acquiri cum auxilio diuino, & recta ratione, &c. ut non sit necesse nos peccare: si omnes habendæ sunt uirtutes in actu, sed ad pœnitentiæ uirtutem habendam in actu impossibile est nos peruenire, nisi peccatum interueniat. igitur nõ est uirtus specialis. nec euaditur hæc cõfirmatio ex hoc, quòd pœnitentia ponerentur uirtus non acquisita, sed infusa, quoniam simile est de utrisque iudicium, quo ad hoc, quod non oportet peccare, ut uirtutes habeamus in actu. Et confirmatur iterum ex parte subiecti, quia in Christo fuerunt omnes uirtutes, & tamen in ipso non fuit pœnitentia.

q. præced. ar. 5. & 7.

2. 2. q. 54. ar. 1. ad 1. & ar. 2.

Altera ratio est, ex

parte

parte obiecti: quia scilicet obiectum hoc scilicet offensa, ut recompensabilis per actum proprium, &c. non requirit propriam uirtutem. Quod ex duobus apparet. primo, ex eo quod inter homines obiectum hoc laudabili actu uoluntario attingitur, ut patet, cum is, qui aliquem offendit, humiliat se illi, confitendo se male fecisse, dolendo de offensa, & subiiciendo se illi ad recompensandam offensam; per hos. n. actus recuperat etiã offensi gratiam, iuxta illud, Parcere subiectis & debellare superbos. Et tamen nulla uirtus specialis ponitur propter actum, aut obiectum illud. proportionaliter igitur loquendo, nulla est ponenda specialis uirtus ad recompensandam Dei offensam. Secũdo ex eo, quod ad huiusmodi recompensationem inuenitur alia uirtus sufficiens, scilicet religio; religiõis enim actus est subiicere se Deo reddereque debitum Deo, non minus offenso quam benefactori, ita q; sicut reddere Deo debitum ob beneficia susceptа, non exigit specialem uirtutem ultra religionem, eadem ratione reddere Deo debitum ob offensam in eum, ad religionem quoque spectabit: cadunt. n. hæ speciales rationes debiti. s. pro beneficiis, uel p offensis, sub illa cõi rõne debiti, quam attendit religio. Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cum actu religionis; subiectio enim hominis ad Deum, est præcipuum quod pœnitentiæ uirtus offert Deo in recompensa n. quam eandem offert religio. Secundum actum quidem deuotionis, absolute: secundum uero actum gratitudinis, pro beneficiis receptis: secundum actum pœnitentiæ, pro offensa commissa. unde sicut religionis quidam actus est recompensare beneficia, ita recompensare peccata. Et confirmatur hoc: quia in lege ueteri actu religionis expiabatur peccatum, & Dauid cor contritum & humiliatum: (quod est ipsa emẽda pro peccato) sacrificium appellat.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis recolendum est, quòd non uertitur in dubium, an actus pœnitentiæ sit actus laudabilis & uirtuosus: sed an exigat uirtutem specialem, ita quod habitus ei⁹ sit uirtus distincta a reliquis uirtutibus. Et mihi quidem uidetur, quod non sit uirtus distincta propter primas rationes allatas ex parte subiecti, sed quòd actus pœnitentiæ est actus religionis; quod ut clarius percipiatur, distingue duos actus pœnitentiæ: alterum, ad recompensandum offensam: alterum, ad recompensandum indulgentiam. nam peccando, & Deum offendimus, & nobis plus indulsimus, q; fas erat, & primum quod est præcipuum in pœnitentia, uocatur satisfacere quò ad culpã, secũ satisfacere quò ad pœnam. Horum autem actuum (ut ex his quæ inter homines uidemus ad diuina ascendamus) primus consistit in tribus, s. displicentia de offensa, confessione peccati, & submissione sui ad offensum: cum his enim tribus recurrit homo ad hominem pro uenia. Et si his non placatur offensus, nulla restat recta uia obtinendi reconciliationem offensi. Secunda autem satisfactio consistit in luendo pœnam, ut clare patet. Ex his autem ad diuinam reconciliationem ascendendo, eadem tria sufficere credimus ad diuinam misericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam uirtutem quã charitatem religionemque requirit; nam displicentia offensæ in Deum, actus est charitatis cuius est gaudere, & complacere in bono diuino. Confessio autem peccati non solum exterior, sed etiã interior, actus pote ordinans eas ad finẽ suum) actus a charitate procedens potest etiam ad aliam specialem uirtutem pertinere. si ergo in actu pœnitentis consideretur sola displicentia peccati præteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, sicut & gaudere de bõis præteritis: sed intentio operandi ad deletionem peccati præteriti, requirit specialem uirtutem sub charitate.

AD SECVNDVM dicẽdum, quòd pœnitentia habet quidem realiter generalem materiam, inquantum respicit omnia peccata: sed tamen sub ratione speciali, inquantum scilicet sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam iustificationem.

AD TERTIVM dicendum, quòd quælibet uirtus specialis formaliter expellit habitum uitii oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subiecto: sed pœnitentia expellit omne peccatum effectiue, inquantum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante. unde non sequitur, quod sit uirtus generalis.

F est religionis absque alia uirtute media imperatus rationi, cuius est enuntiare peccatum. Submissio autem sui ad Deum, religionis actus est, nec aliquid addit ratio pœnitentiæ, nisi causam, scilicet pro offensa, sicut ratio gratitudinis addit pro beneficio. Et p batur ratione, quia religionis actus est quo excellentiam diuinã, nostramq. subiectionem ad Deum profitemur: sed uterque istorum actuum scilicet interior confessio, & uoluntaria submissio in utriusque professione consistit. Nam qui confitetur Deo aduersus se iniustitiã submittendo se & cõfessione & submissione subiectionem suã fatetur, simul & excellentiam diuinam, cui se submittit, cuius excellentissima omni potentia parcendo manifestatur. cuique proprium est misereri semper, & parcere.

Infra. 4. dist. 4. & 4. dist. 15. q. 1. a. 1. q. 4. & q. 16. & dist. 17. q. 1. a. 1. q. 3. ad 4. 1. 2. q. 62. a. 2. & 3.

Est igitur uelle operari ad recompensationem offensæ, propriæ Deo, religionis actus elicitus. Et confirmatur, quia uirtus pœnitentiæ non est uirtus (ut infra patebit) acquisita, sed infusa: non ex ratione naturali, sed ex lumine diuinæ relationis uim habens, eodemque cursu, quo religio currit accepta. In cuius signum inter præcepta religionis, ità sunt sacrificia & orationes pro peccatis, sicut pro beneficiis.

Li. 5. Ethi. c. 4. to. 5.

Glo. ordinaria ibid.

¶ Nec propterea arguimus Auctorem, quoniam uerum est, pœnitentiam esse speciale uirtutẽ, latiori uocabulo utendo. Nec hoc mirum uideatur alicui: aut no uũ in doctrina Auctoris, quoniã in præcedenti libro simile quid apparet, dum posita est uirginitas specialis uirtus, q̃ tamen non est, nisi religio determinata ad tam excellentem materiam. Reliquus uero actus pœnitentiæ scilicet satisfacere quo ad pœnam, potest poni actus religionis imperatus mediante uirtute uindicatiuæ iustitiæ participatæ in subdito, ità q; peccator puniat se quasi minister Dei uindicantis. Potest etiam poni actus religionis immediate, pro quanto religio ipsa debitam pœnam exoluit, ut perficiatur satisfactio debita a filio seruoque domino ac patri: hoc enim iustum secundum quid religio attendit inter hominem & Deum, cum iustum simpliciter esse nequeat.

Potes autem percipere hanc quoque satisfactionem spectare ad religionem, ex eo q; nonnullus cultus est diuinæ excellentiæ ex nostra subiectione, ut uoluntarie huiusmodi pœnas offeram⁹ ei pro usurpatis contra aut præter uoluntatem diuinam. Et hæc de hac difficultate dicta sufficiant: prosequemur in sequentibus tractatum de pœnitentia. ea dicendo quæ stant cum utraque opinione. s. quod pœnitentia sit una uirtus per se distincta a reliquis, & quod pœnitentia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cum iustitia forte uindicatiua seu commutatiua, quo ad actum secundarium.

ARTICVLVS III.

Vtrum uirtus pœnitentiæ sit species iustitiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod uirtus pœnitentiæ non sit species iustitiæ. Iustitia enim non est uirtus theologica, sed moralis, ut in secunda patet: * pœnitentia autem uidetur esse uirtus theologica, quia habet Deum pro obiecto: satisfacit enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorem. ergo uidetur, quod pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 2 Præter. Iustitia cum sit uirtus moralis consistit in medio: sed pœnitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu, secundum illud Hierem. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. ergo pœnitentia non est species iustitiæ.

¶ 3 Præte. Duę sunt species iustitiæ (ut dicitur in quinto Ethicorum *) scilicet distributiua & cõmutatiua: sed sub neutra uidetur pœnitentia contineri: ergo uidetur quod pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶ 4 Præ. Sup illu d Luc. sexto Beati qui nunc fletis, dicit gl. * ecce

¶ *Super quæstionis octuagesimæprimæ articulum tertium.*

IN ar. 3. tria aduertenda occurrunt. primum est de actu pœnitentiæ, an contineatur sub commutatiua iustitia. Secundum est, an sistat in commutatiua iustitia.

Tertium est, an reddat æquale simpliciter, uel secundum acceptationem Dei tantum. Et primũ quidem pp Sco. qui in 4. sent. dist. 14. q. 2. posuit actum pœnitentiæ esse actum iustitiæ punitiuę, quæ distinguitur contra iustitiam commutatiuam: tenuit enim pœnitentem, ut ministrum iudicis punire se, ut culpa ordinetur per pœnam, ac per hoc cum actus iudicis sit uindicare, seu uelle in-

infligere pœnam pro peccato, qui est actus iustitiæ uindicatiuæ, idem actus erit in pœnitente, tamquam exequente contra se ipsum uindictam a iudice statutam. Secundum uero dubium motum est pro pter Durand. distinctione 14 articulo 2. ubi ponit pœnitentiam esse idem quod iustitia commutatiua: quia ordinat hominem ad alterum, idest Deum in ratione debiti propter offensam.

Tertium autem monetur propter Scor. ubi supra quæstio. 3. tenentem, quod æquale ex natura rei posset reddi, ita quod pœna esset æqualis culpæ, ut sic culpa sufficienter ordinetur propter pœnam.

¶ Ad horum euidentiam notandum est primo, quod Auctor loquitur de pœnitentia, ut est recompensatiua Deo, tam pro culpa quam pro pœna. Scotus uerò solam pœnæ rationem habuit: nec posuit pœnitentiam ad reconciliandum Deum offensum, sed solummodo ad puniendam culpam commissam. unde aduerte secundò, quod Auctor posuit pœnitentem, ut alterum extremum respectu Dei: Scotus uero posuit pœnitentem in utroque extremo dum ponit ipsum ex una parte, ut ministrum iudicis uindicantem, & ex altera parte ponit ipsum ut reum, in quē fit uindicta, constituendo æqualitatem pœnæ ad culpam, & propterea non est mirum, si uaria dicuntur ab istis.

Verum si diligentius perspectum fuerit, & præcipuus pœnitentiæ actus considerans fuerit, apparebit quod prima pœnitentiæ intentio est operari ad reconciliationem offensi per recognitionem peccati, & submissionem sui, iuxta illud, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. ubi impietatem dixit, non pœnam monstrans per hoc, quòd huiusmodi sui ipsius accusatio apud Deum remissioni offensæ cooperatur, ut pote ad illa ordinata. Et hinc sequitur, qđ pœnites, ut pœnites, non tenet * li. 5. c. 1. nō longe a fine to. 5. psona ministri & rei: sed rei tantummodo non puniendi tantū, sed principalius reconciliandi per proprium opus ad diuinam misericordiam accedentis. Vnde ad primum dubium dicitur, quod licet pœnitentia quo ad actū secundarium, qui est solutio pœnæ, sit forte actus iustitiæ uindicatiuæ, quia tamen uindicta fit secundū æquale iustitiæ commutatiuæ, ex hoc ipso non excluditur iustitia commutatiua, sed includitur, sicut genus includitur in specie: nec enim aliter distinguitur uindicatiua contra commutatiuam, nisi sicut species distinguitur a genere. Ad secūdum uerò dubium dicitur quod cum inter Deū & hominem non sit iustum simpliciter: sed secundum quid, non uidetur erudite dictum, quòd pœnitentia coincidit cum iustitia absolute. Nec ratio allata hoc infert: quoniam oportet addere, quod redditum debitum æquale, quod hic non saluatur. Ad tertium autē dicēdum puto, quòd in æquiuoco laboramus, quoniam nos de æquali ad totum quod debetur ex peccati rōne, loquimur, & dicimus non posse reddi æquale Deo. Ille uerò de æquali ad solam pœnam temporalem, quæ post recōciliationem soluenda restat, loqui uidetur, quam æqualitatē fieri posse non uidetur negandum. cum Iob dicat, Vtinam appenderētur peccata mea, quib. iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris, hæc grauior appareret.

Alias pœnitentia.

*li. 5. ca. 1. & 2. to. 3.

li. 8. c. ul. t. 5.

¶ Super

Sed contra est, quod Aug. * dicit in lib. de pœnitentia, Pœnitentia est quædam dolentis uindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse: sed uindictam facere pertinet ad iustitiam: unde Tullius * in sua Rhetorica ponit uindicatiuam unam speciem iustitiæ. ergo uidetur, quod pœnitentia sit species iustitiæ.

Respondeo Dicendum, quod (sicut supra dictum est *) pœnitentia non habet, quod sit uirtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret charita) sed ex eo, quod pœnitens dolet de peccato commisso, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ, sed exigitur ulterius quædam recompensatio, quę habet locum in offensis in alterum cōmissis, sicut & retributio, nisi qꝑ recompensatio est ex parte eius, qui offendit (utpote cum satisfactione) retributio autem est ex parte eius, in quem est offensa commissa. Vtrumque autem ad materiam iustitię pertinet: quia utrumque est commutatio quædam. unde manifestum est, quod pœnitentia secundum quod est uirtus, est pars diuſtitię. sciēdum tamen est, quod secundum Philosophum * in 5. Ethicorum dupliciter dicitur iustū, scilicet simpliciter & secundum quid. simpliciter quidem iustum, est inter æquales, eo quòd iustitia est æqualitas quædam, quod ipse uocat iustum politicum uel ciuile, eo qꝑ omnes ciues æquales sunt, quantum ad hoc, quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem d secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum unus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino, filius sub patre, uxor sub uiro. Et tale iustum consideratur in pœnitentia. unde pœnitens recurrit ad Deum, cum emendationis proposito, sicut seruus ad dominum, secundum illud Psalm. 122. Sicut oculi seruorum in manib⁹ dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. & sicut filius ad patrem, secundū illud Luc. 15. Pater peccaui in cælum & coram te. & sicut uxor ad uirum, secundum illud Hier. 3. Fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dominus.

Ad primvm ergo dicendum, quod (sicut in 5. Ethi. * dicitur) iustitia est uirtus ad alterum. Ille autem, ad quē est iustitia, non dicitur esse materia iustitiæ, sed magis res quæ distribuuntur, uel commutantur. vnde & materia pœnitentiæ non est Deus, sed actꝰ humani quibus Deus offenditur uel placatur: sed Deus se hēt, sicut ille, ad quem est iustitia. Ex quo patet, qꝑ * iustitia non est uirtus theologica: quia non habet Deū pro obiecto uel materia.

Ad secvndvm dicendum, qꝑ mediū iustitiæ est æqualitas, quæ cōstituitur inter illos, inter quos est iustitia, ut dicitur in 5. Eth. * In quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrem & filium, inter Deū & hominem, ut Philosophus, * dicit in 8. Ethic. unde in talibus ille, qui est deficiens, debet facere quicquid potest. nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter, sed solum secundum acceptationē superioris. & hoc significatur per excessū, qui attribuit pœnitentiæ.

Ad tertivm dicendum, quòd sicut est commutatio quædam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiā rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissa, uel iniuitus punitur, quod pertinet ad uindicatiuam iustitiam, uel uoluntarie recompensat emendam, quod pertinet ad pœnitentiam, quæ respicit personam peccatoris, sicut iustitia uindicatiua personam iudicis. unde manifestum est, quòd utraque sub iustitia cōmutatiua continetur.

Ad qvartvm dicendum, quòd pœnitentia licet sit directe species iustitiæ, comprehendit tamen quodammodo ea, quæ pertinent ad omnes uirtutes. inquantum enim est iustitia quædam hominis ad Deū, oportet quòd participet ea, quę sunt uirtutum theologicarum, qꝑ habent Deum pro obiecto. unde pœnitētia est, cum fide passionis Christi, per quam iustificamur a peccatis, & cum spe uenię, & cum odio uitiorum, quod pertinet ad charitatem. inquantū uero est uirtus moralis, participat aliquid prudentię, quæ est directiua omnium moralium uirtutum: sed ipsa rōne prudentia, qua ostenditur, quam hæc terrena sint misera, & quam beata cælestia: sed fides est actus pœnitentiæ. ergo pœnitentia magis est species prudentiæ, quam iustitiæ.

iustitię non solum habet id quod iustitię est, sed etiam ea quę sunt temperantiæ & fortitudinis, inquantum scilicet ea, quæ delectationem causant, ad temperantiam pertinent, uel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iustitię ueniunt. & secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

¶ *Super quæstionis octauæ sim æ quintæ articulum quartum*

IN artic. 4. intellige nouitie, quod sicut iustitia est uoluntas ius suum unicuique tribuens, ita pœnitentia est uoluntas tribuẽs Deo ius suũ pro peccato contra eum commisso. est enim (siue sit idem quod religio siue non) talis uoluntas: quoniam pars est iustitię, quæ in actu uoluntatis cõsistit. Reddit autem pœnitentia Deo ius suum, p offensa, confitendo, detestando, ac submittendo se peccatorem Deo offenso: hoc enim est æquale secundum quid, qđ ab homine reddi potest; quo ad pœnam uero affligendo se, &c.

¶ Et quoniam huiusmodi uoluntas ex maiori, uel minori potest affectu procedere, ideo uaria inuenitur dispõuere pœnitentium, maior minorque fructus diuinæ gratię inde percipitur.

4.di.14. q.2. ar.3.q.1.per to. & q5.4. cor:

In fi. de uera & falsa pœnit. c.8. a medio. to.4.

Ca.1.to.2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas sit proprie subiectum pœnitentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod subiectum pœnitentię nõ sit proprie uolũtas. Pœnitentia enim est tristitiæ species: sed tristitia est in concupiscibili, sicut & gaudium. ergo pœnitentia est in concupiscibili.

¶ 2 Præt. Pœnitentia est uindicta quædam sicut Aug.* dicit in li. de pœnitentia: sed uindicta uidetur ad irascibilem pertinere, quia ira est appetitus uindictæ. ergo uidetur, quod pœnitentia sit in irascibili.

¶ 3 Præt. Præteritũ est proprium obiectum memoriæ, secundum Philosophum* in lib. de Memoria: sed pœnitentia est de præterito, ut dictũ est ergo pœnitentia est in memoria sicut in subiecto.

¶ 4 Præt. Nihil agit ubi non est: sed pœnitentia excludit peccatũ ab omnibus uiribus animæ. ergo pœnitentia est in qualibet uiani mę, & non in uoluntate tantum.

SED CONTRA, Pœnitentia est sacrificium quoddam, secundum illud psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: sed offerre sacrificium est actus uoluntatis, secundum illud psalm. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. ergo pœnitentia est in uoluntate.

RESPONDEO Dicendum, quod de pœnitentia dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est passio quædam: & sic cum sit species tristitię, est in concupiscibili sicut in subiecto. Alio modo, secundum quod est uirtus: & sic, sicut dictum est, * est species iustitiæ. Iustitia autem (ut in secunda parte habitum est †) habet pro subiecto appetitum rationis, qui est uoluntas: unde manifestũ est, quod pœnitentia, secundum quod est uirtus, est in uolũtate sicut in subiecto, & proprius eius actus est propositum emendandi Deo illud, quod contra eum commissum est.

Ar. præced. 1.2.q.56.ar.6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de pœnitentia, ſm, quod est passio.

AD SECVNDVM dicendum, qp uindictam appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibilem: sed appetere uel facere uindictam ex ratione de se uel de alio, pertinet ad uoluntatem.

AD TERTIVM dicendum, quod memoria est uis apprehensiua præteriti pœnitentia ãt non ptinet ad uim apprehensiuã, sed ad appetitiuam, quæ præsupponit actum apprehensiuę. unde pœnitentia non est in memoria: sed presupponit eam.

AD QVARTVM dicendum, quod uoluntas (sicut in prima parte habitum est *) mouet omnes alias potentias animæ. & ideo non est inconueniens, si pœnitentia in uoluntate existens, aliquid in singulis potentiis animę operetur.

1.2.q.9.

ARTICVLVS V.

Vtrum principium pœnitentiæ sit ex timore.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod principium pœnitentię non sit ex timore. pœnitentia. n. incipit in displicentia peccatorum: sed hoc pertinet ad charitatem, ut supra dictum est. * ergo pœnitentia magis oritur ex amore, quam ex timore.

¶ 2 Præt. Ad pœnitentiam homines prouocantur per expectationẽ regni cælestis, secũdum illud Matth. 3. & 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum: sed regnum cælorum est obiectum spei. ergo pœnitentia magis procedit ex spe, quam ex timore.

¶ 3 Præte. Timor est quidam actus interior hominis: pœnitentia autem non uidetur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei, secundum illud Hier. 31. postquam conuertisti me, egi pœnitentiam. ergo pœnitentia non procedit ex timore.

SED CONTRA est, quod Isa. 26. dr, sicut quæ concepit, cum appinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus, s. per pœnitentiam. & postea subditur secundum aliam literam. A timore tuo domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, id est, pœnitentię salutaris, ut per præmissa patet. * ergo pœnitentia procedit ex timore.

RESPON. Dicendum, quòd de pœnitentia loqui possumus dupliciter. uno mõ quantum ad habitum: & sic immediate a Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus, non tñ sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. alio mõ possumus loqui de pœnitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur. quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor, ſm illud Thren. ultim. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: secundus actus est motus fidei; tertius est motus timoris seruilis, quo qs timore supplicioru a peccatis retrahitur: quart⁹ actus

¶ *Super quæstionis octauæ sim æ quintæ articulum quintũ & sextum.*

IN art. 5. & 6. simul ne fallaris nouitie intelligens, actus, quibus Deo in pœnitentia cooperamur, esse actus procedentes a uirtute pœnitentiæ. Hoc. n. falsum est: cum multi actus illi, scilicet qui sine charitate esse possunt, præcedant pœnitentiam, ut est uirtus; & tamen sunt actus boni, quibus Deo cooperamur ad pœnitentiam consequendam. Nec te turbet actus timoris seruilis: quoniam pro timore pœnarum sumitur, & est bonus, & non pro timore pœnarum tantum.

4.di.14.q.1. ar.2.q.1.per t. & q.2.co. ar.3.hui⁹ q.

¶ In eodem articulo 6. dubium occurrit ex Scot. & Durand. an pœnitentia sit uirtus acquisita. Nam Scotus ubi supra, quæstio. 3. tenet pœnitentiam esse uirtutem acquisitam, quia uoluntas ex frequentatis actibus pœnitendi potest generare in se habitum inclinantem ad similes actus, & ille erit uere uirtus: quia rectissimæ rationi consonus. Et amplius sentit, quod potest esse informis: quia potest manere cum peccato mortali. Duran. autem ubi supra negat ipsam esse uirtutem infusam, quia nulla talis est præter theologicas.

ex q.pcar.4

¶ Ad huius euidentiam sciendum est, quod esse uirtutem infusam, contingit dupliciter, uel per se, uel per accidens. Per se quidem uirtus infusa est, quæ nec ex natura, nec ex acquisitione, sed sola infusione haberi potest, ut charitas. Per accidens autem est, quę ex suo genere nati est acquiri, sed accidit quod in hoc sit infusa, ut

cum

cum Deus infundit alicui habitum scientiæ moralis uel naturalis, aut habitum temperantiæ seu fortitudinis. Rursus sciendum est, quod aliud est habere aliquem habitum electiuum secundum rationem rectam, & aliud est habere similem habitum secundum rationem uirtutis. uerbi gratia, aliud est habere habitum amoris acquisitum ex frequentibus actib⁹ amandi Deum, & proximum etiam secundum regulas fidei, & aliud est habere uirtutem charitatis. habere.n. uirtutē charitatis, est habere habitum infusum diuidentem filios Dei a filiis perditionis: habere autē habitum acquisitæ charitatis non est habere huiusmodi uirtutem, quæ est donū Dei ut ex se patet.

¶His præmissis dicit, q̄ quia pœnitentia, est per se uirtus infusa, quantumcūque ex frequentatis pœnitendi actibus similis habitus generari possit, nūquam tamē perueniet ad plenam rationem uirtutis pœnitentiæ: quia nunquam perueniet ad hoc, quod sit donum reconcilians Deo offenso. Quod autem pœnitentia sit uirtus per se infusa, ex eo patet, quòd omnes illę uirtutes, quæ ex suo genere ordinant hominem secundum statum uitæ gratiæ, sunt ex suo genere infusæ: utpote excedentes statum uitæ, quæ est secundum naturam & rationem naturalem: sed uirtutem pœnitentiæ, cōstat ad statum uitæ, quę est secundum gratiam Dei pertinere, sicut & religionē, uel est circa sacramentū, circa uenerationē Dei, unius & trini, &c. Vnde apparet falsum esse solas theologales uirtutes esse infusas, & uirtutem pœnitentiæ posse esse infusam seu cū peccato mortali, optime quę Auctorē dixisse, q̄ actus & habitus charitatis simul sunt ipse cū actu & habitu pœnitentiæ, cū iustificat impium. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

est motus spei, quo quis sub spe A
ueniæ consequendæ assumit propositum emendandi. quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet, secundū seipsum, & non iam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis emendam Deo uoluntarius offert. Sic igitur patet, quòd actus pœnitentiæ a timore seruili procedit, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio. B

Ad primvm ergo dicendū, quòd peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quæ respicit timor seruilis, quam propter Dei offensam uel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

Ad secvndvm dicendum, q̄ in regno cęlorum appropinquāte intelligitur aduentus regis, nō solum præmiantis, sed etiam punientis. unde & Matth. 3 Ioannes baptista dicebat, Progenies uiperarum, quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? C

Ad iii. dicendum, quòd ipse ēt motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. vnde dicitur Deut. 5 Quis det eos talē habere mentem, ut timeant me; & ideo per hoc, quòd pœnitētia a timore procedit, non excludit quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

Articvlvs vi. D

Vtrum pœnitentia sit prima uirtutum.

Ad sextvm sic procedit. Videtur, quod pœnitentia sit prima uirtutum: quia super illud Mat. 3. Pœnitentiam agite, dicit gl.* Prima uirtus est, per pœnitentiam punire uetere hominem, & uitia odisse.

¶2 Præter. Recedere a termino, prius esse uidetur, quā accedere E
ad terminum: sed omnes aliæ uirtutes pertinere uidentur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) pœnitentia autem uidetur ordinari ad recessum a malo. ergo pœnitentia uidetur esse prior omnibus aliis uirtutibus.

¶3 Præt. Ante pœnitentiam est peccatum in anima: sed simul cū peccato nulla uirtus animæ inest. ergo nulla uirtus est ante pœnitētiam: sed ipsa uidetur esse prima, quæ aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

Sed contra est, quod pœnitentia procedit ex fide, spe, & charitate, sicut iam dictum est.* non ergo est pœnitentia prima uirtutum. Ar. præc.

Respon. Dicendum, quòd in uirtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habit⁹: quia cum uirtutes sint connexę (ut in secunda parte habitum est *) omnes simul incipiunt esse in anima: sed dicitur una earum esse prior altera ordine naturæ, qui consideratur ex ordine actuum, secundum. s. quod actus unius uirtutis præsupponit actū alterius uirtutis. secundum hoc igitur dicendū est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore precedere possunt actum, & habitum pœnitentię sicut actus fidei & spei informium, & actus timoris seruilis. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tēpore, cum actu & habitu pœnitentiæ, & cum habitibus aliarum uirtutum. nam sicut in secunda parte habitum est,* in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deū, (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentię, horum tamen duorum actuum, primus naturaliter precedit secundū. nam actus uirtutis pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, unde primus actus est ratio & causa secundi. Sic igitur pœnitentia non est simpliciter prima uirtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturæ: quia secundum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam uirtutes theologicæ, sed quantum ad aliquid est prima inter cæteras uirtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturæ uidentur esse aliæ uirtutes priores, sicut quod est p se, est prius eo, quod est per accidens. nam aliæ uirtutes, per se uidentur esse necessarię ad bonum hominis, pœnitentia aūt supposito quodam. s. peccato p̄ existenti, sicut etiam dictum est* circa ordinem sacramenti pœnitentiæ ad alia sacramenta prædicta.

1.2.q.65.a.1. D.1177. 1.2.q.113.a.3.& 8. D.1018. q.66.art.4.

Ad primvm ergo dicendum, quod gl. illa loquitur quantum ad hoc, quòd actus pœnitentię prim⁹ est tempore inter actus aliarum uirtutum moraliū.

Ad secvndvm Dicendum, quòd in motibus successiuis recedere a termino, est prius tempore quam peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem cāæ materialis: sed secundum ordinem causæ agentis, & finalis, prius est peruenire ad terminū, hoc enim est quod primo agens intēdit. & hic ordo præcipue attenditur in actib. animę, ut dr in 2. physico.

Ad tertivm Dicendum, quòd pœnitentia aperit aditum virtutibus, expellēdo peccatū per uirtutem fidei & charitatis, quæ sunt naturaliter priores: ita tamen aperit eis aditum, quòd ipsæ simul intrant cum ipsa. nam in iustificatione impii simul cū motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum, est remissio culpæ & infusio gratiæ, cum qua simul infunduntur omnes uirtutes, ut in secunda parte habitum est.* 1.2.q.113.ar. 7. & 8. & q. 65.ar.3.& 2.

Qvaestio lxxxvi.

De effectu pœnitentiæ quo ad mortalium peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de effectu pœnitentiæ. Et primò, quantum ad remissionem peccatorum mortalium, secundò, q̄tum ad remissionem peccatorū uenialiū, tertio, quantū ad reditū peccatorum dimissorum, quarto

quarto quantum ad restitutionem uirtutum.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferantur.

¶ Secundò, Vtrum possint sine pœnitentia tolli.

¶ Tertiò, Vtrum unum possit remitti sine alio.

¶ Quartò, Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu.

¶ Quintò, Vtrum remaneant reliquiæ peccatorum.

¶ Sextò. Vtrum auferre peccatum, sit effectus pœnitentiæ inquantum est uirtus, an inquantum est sacramentum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per pœnitentiam omnia peccata remoueantur.

Infra q6.87. ar.1. & 4.dist. 14.q.2. art.1. q.1. & di.16. q.1.ar.2.q.3. & 3. contra c.1 96. & op. 2.c.146. Glos.interlinearis,ibi. Li.1. in ultimo fol. li.to. 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd pœnitentiam non omnia peccata remoueantur. dicit enim Apostolus Heb.12. quod Esau non inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. glos. ideſt, non inuenit locum ueniæ & benedictionis per pœnitentiam. & 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo non erat misericordiam consecuturus. non ergo uidetur, quod per pœnitentiam omnia peccata tollantur.

¶ 2 Præt. Aug.† dicit in lib. de sermone domini in monte, q̃ tanta labes est illius peccati, s. cum post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, inuidiæ facibus agitatur, ut deprecandi humilitatē subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. non ergo omne peccatum potest per pœnitentiam tolli.

¶ 3 Præt. Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum uerbum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro. non ergo omne peccatum remitti potest per pœnitentiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. Omniū iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor amplius.

RESPON. Dicendum, quòd hoc, quod aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter: uno mō, quia aliquis de peccato pœnitere non posset: alio modo, quia pœnitentia non posset delere peccatum. Primo quidem modo, non possunt per pœnitentiam deleri peccata dæmonum, & ēt hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quòd non pōt eis displicere peccatum inquantum est culpa, sed solum displicet eis pœna, quam patiūtur, rōne cuius aliquam pœnitentiam, sed infructuosam habent, secundum illud Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. unde talis pœnitentia nō est cum spe ueniæ, sed cum desperatione. tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis uiatoris, cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malum. Vnde dicere, quòd aliquod peccatum sit in hac uita, de quo quis pœnitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrii. Secundo, quia per hoc derogaretur uirtuti gratiæ, per quam moueri potest cor cuiuscumque peccatoris ad pœnitendum, secundū illud Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei, & quocumque uoluerit, uertet illud. Quod autem secundo modo non possit per ueram pœnitentiam aliquod peccatum remitti, est etiam erroneum. primo quidem, quia repugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Ioel. 2. quod benignus & misericors est, & patiens, & multę misericordiæ, & præstabilis super malitia: uinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum uellet deleri, quod Deus delere non uellet. Secundò, quia hoc derogaret uirtuti passiōnis Christi, per quam pœnitentia operatur, sicut & cetera sacramenta, cum scriptum sit primæ Ioan. secundo. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non solum nostris, sed etiam totius mundi. unde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum in hac uita per pœnitentiam ueram deleri potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Esau non uere pœnituit: quod patet ex hoc, quod dixit, ueniēt dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiam, nec Antiochus uere pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, non propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalē, quam patiebatur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd illud uerbum Aug. sic intelligendum est. tanta est labes illius peccati, ut deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de facili, secundum quod dicitur illud nō posse sanari, qui non potest de facili sanari: potest tamen hoc fieri per diuinæ gratiæ uirtutem, quæ etiā interdum in profundum maris conuertit, ut dicitur in psalm. 67. D.1005.

AD TERTIVM dicendum, quòd illlud uerbum, uel blasphemia contra Spiritum sanctum est finalis impœnitentia, ut Augustinus* dicit in lib. de uerbis domini: quę penitus irremissibilis est: quia post finem huius uitę non est remissio peccatorum. uel si intelligatur per blasphemiam Spiritus sancti peccatum, quod fit ex certa malitia, uel etiam ipsa blasphemia Spiritus sancti, dicitur non remitti, scilicet de facili: quia tale peccatum non habet in se causam excusationis, uel quia pro tali peccato punitur aliquis, & in hoc sæculo & in futuro, ut in secunda parte oppositum est. In serm. 11. medio ad finem to. 10. 2.2.q.14.art. 1.2.3. & 4.

ARTICVLVS II.

¶ *Super quæst octuagesimæsexta articulum secundum.*

Vtrum sine pœnitentia peccatum remitti possit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod sine pœnitentia peccatum remitti possit: non enim est minor uirtus Dei, circa adultos q̃ circa pueros: sed pueris peccata dimittit sine pœnitentia. ergo etiam & adultis.

¶ 2 Præt. Deus uirtutem suam sacramentis non alligauit: sed pœnitentia est quoddam sacramentum. ergo uirtute diuina possunt peccata sine pœnitentia dimitti.

¶ 3 Præt. Maior est misericordia Dei, quā misericordia hominis: sed homo interdum remittit offensam suam homini etiam non pœnitenti. unde & ipse dominus mandat Mat. 5. Diligite inimicos uestros, benefacite his q oderunt uos. ergo multo magis Deus dimittit offensam suam hominib. non pœnitentibus.

SED CONTRA est, quod

IN ar. 2. quæst. 86. circa illud, Offensa directe opponitur gratiæ, & eius ratione, ex hoc enim dicitur aliquis alteri eē offensus, quòd repellit eum a gratia sua, dubium occurrit, tum quia falsum est offensam directe opponi gratiæ, cum offensa sit in uoluntate, gratia autem secundum Auctorē in essentia animæ. non est ergo directe oppositio, siue priuatiua, siue contraria, cum utraque requirat identitatem subiecti: tum quia falsum est, quod assumitur pro ratione: nam ex parte offensi hęc duo, scilicet esse offensum, & abijcere a sua gratia offendentem, nec sunt idem, nec secundum est ratio primi: sed primum ha- Inf. ar. 3. cor. & q. 87. ar. 1. cor. & 4. dist. 14. q. 2. ar. 1. & di. 16. q. 1. art. 2. q. 1.

habet ut causa secundi, ut patet in exemplo: prius enim offendor contumelia a Petro, & ex hac denominor offensus passiue: deinde per actum propriæ uoluntatis meæ abiicio Petrum a mea gratia, quia prius offendit me: ubi manifeste patet, non ex hoc dici me offensum, quia abiicio Petrum a mea gratia: sed econtra, causaliter tamen, ideo me abijcere Petrum a mea gratia, quia offensus sum: um, quia hæc duo, scilicet esse offensum, & abiicere a sua gratia offendentem, non sunt inseparabiliter connexa: sed stat aliquem esse offensum, & tamen non abiicere a sua gratia offendentem, ut sæpe contingere uidetur inter uirum, & uxorem adulteram, seu inter patrem, & filium ingratum: offensi enim retinent adhuc uxorem seu filium in sua gratia. Ruit ergo fundamentum hoc in litera posium.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ offensa potest dupliciter considerari. Primo, ex parte actus quo infertur offensa, & sic offensa directe opponitur charitatis rectitudini in actu debitæ: est enim deformitas actus, priuans perfectione charitatiua. Alio modo ex parte suppositi offendentis: persona enim est quæ primo offendit, actus autem quo offendit quasi instrumentum personę est, & sic proprie, & formaliter considerat ur offensa: & sic offensa directe opponitur gratiæ, demeritorie tamen. nam offendens eo ipso, quòd offendit demeretur, & quantum in se est, priuat se gratia eius, quem offendit. Vnde quia offendens ut sic, quantum in se est abiicit a se gratiam offensi, recte dicitur, quòd offensa directe gratiæ opponitur, priuatiue, demeritorie. Vbi etiam uidetur potes saluari identitatem subiecti primi denominati tam a gratia, quàm ab offensa: nam persona est quæ primo offendit, & quæ primo grata est.

¶ Ad secundum uero dicitur, quòd procedit ex malo intellectu literæ: aliud est enim, formaliter loquendo esse offensum ab aliquo, & aliud est ultra hoc quod est esse offensum, habere se ut offensum. Primum enim, scilicet esse offensum, nihil ponit aut tollit in offenso, sed solam denominationem. secundum autem addit actum, quo se habet ut offensu. Obiectiones igitur secundo & tertio loco inductæ, acceperunt esse offensum, quo ad primum, litera uero utitur esse seu dici offensum quo ad utrumque, scilicet, & ad esse offensum, & quo ad habere se ut offensum. Constat autem quòd in hoc consistit offensum habere se, ut offensum, quòd abiicit a sua gratia offendentem: quantumcumque enim offensus quis sit, nisi abiiciat offendentem a sua gratia, non se habet ut offensus. Et ad hoc forte denotandum usurpauit Auctor nouam constructionem grammaticaliter, dicens, offensum alteri abiicere eum a sua gratia dicendo, offensus alteri, intelligi uoluit, habens se ut offensum ad alterum. Et iuxta hunc sensum intellecta litera omnes excludit obiectiones, quoniam omnes in æquiuoco laborant.

¶ Et ex hoc sensu patet ratio solutionis ad primum: nam offensa ut sic, meretur ut offensus se habeat, ut offensus, quod nihil aliud est, quàm quòd offensus repellat a sua gratia offendentem.

¶ In eodem art. aduerte, ꝙ dupliciter loqui possumus de possibili seu impossibili in hac materia, dum dicitur, ꝙ impossibile est peccatum alicui remitti sine pœnitentiæ uirtute: & similiter, ꝙ non pōt contingere, ꝙ Deus remittat offensam alicui absq; immutatione uoluntatis eius, uel de possibili secundum potentiam ordinariā, uel de possibili secundū potentiā absolutā. Et si quidem sit sermo de possibili secundū potentiā ordinariā, nulla relinquitur difficultatis diuersa opinio: omnes enim fatemur, ꝙ qui creauit te sine te, non saluabit te sine te: sed si de possibili absolute sit sermo, accedit quæstio cū Scot. tractata a nobis superius in cōmentariis super prima secūdę, q. c. 13. art. 2. & ideo nunc repetendā hāc difficultatem nō puto: sed pro præsenti proposito sufficit uerificare ea quæ in litera dicuntur, secūdū possibile uel impossibile penes potentiam ordinariam.

¶ In eodē ar. & specialiter in rōsione ad primū pro quanto ad oēm remissionē peccatorum actualium, actualis immutatio uoluntatis cōcurrens attribuitur pœnitētię ēt in baptismo, dubium occurrit: cm̄ falsum hoc vr̄, quia propositū emendę in qua rō formalis pœnitentiæ dicitur consistere, nō habet locum in adulto consequente per baptismum plenam remissionem omnium peccatorum: quoniam ut Ambr. docuit baptismus omnia condonat, nullumque luctum &c. requirit.

¶ Ad hoc dicitur, quòd baptismus nō presupponit, sed affert secum actū pœnitentiæ uirtutis perfectū: quoniā sicut baptismus datur in remissionem peccatorum, ita qui baptizatur, suscipit illū in remissionē peccatorū: ac per hoc in ipsa susceptione baptismi subiiciēdo se illi, & fatetur se peccasse, & detestatur priorem uitā, moriēdo illi, & subiicit se Deo ut nouū Christi mēbrū. Et quia hoc totū eligit in remissionē peccatorū, euidēter cōstat interuenire in baptismo, propositū emendæ, non futuræ, sed præsentis, quæ magis uoluntas ac electio emendæ dicenda est: eligere siquidē hæc in remissionē peccatorū est eligere emēdā pro peccatis quo ad culpā, & quo ad pœnā rōne tanti beneficii, quantum est baptisma. Non igitur est intelligendū baptismum omnia condonare, sic quòd nullum actum in adulto requirat, sed sic, ꝙ opportunos actus secū affert, nec eget adminiculo alieno. Et hic est optimus modus omnia condonandi.

Dominus dicit Hiere. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo quod fecit, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, ut facerem ei. & sic econtrario uidetur, ꝙ si homo pœnitentiam non agat, ꝙ Deus ei non remittat offensam.

RESPON. Dicendum, ꝙ impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remitti loquendo de pœnitentia, quæ est uirtus. Cum enim peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem, directe opponitur gratiæ: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, ꝙ repellit eum a gratia sua. Sicut autem habitum est* in secunda parte, hoc interest inter gratiam Dei, & gratiam hominis, quòd gratia hominis non causat, sed præsupponit bonitatem ueram uel apparētem in homine grato, sed gratia Dei causat bonitatem in homine grato: eo quòd bona uoluntas Dei, quæ in nomine gratiæ intelligitur, est causa omnis boni creati. unde potest contingere, quòd homo remittat offensam, qua offensus est alicui, absque aliqua immutatione uoluntatis eius: non autem contingere potest, quòd Deus remittat offensam alicui absque immutatione uoluntatis eius. Offensam autem peccati mortalis, procedit ex hoc, quòd uoluntas hominis est auersa a Deo per conuersionem ad aliquod bonum commutabile. unde requiritur ad remissionem diuinę offensæ, quòd uoluntas hominis sic immutetur, ut conuertatur ad Deum cum detestatione conuersionis prędictæ, & ꝓpositо emendæ, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, secundum ꝙ est uirtus. & ideo impossibile est, quòd peccatum alicui remittatur sine pœnitentia, secūdum quòd est uirtus. Sacramentum autem pœnitentię (sicut supra dictum est*) perficitur per officium sacerdotis ligantis, & soluentis; sine quo potest Deus peccatum remittere, sicut remisit Christus mulieri adulteræ, ut legitur Luc. 7. quibus tamen non remisit peccata sine uirtute pœnitentiæ. nam sicut Greg.* dicit in homil. per gratiam traxit intus, scilicet ad pœnitentiam, quā per misericordiā suscepit foris.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in pueris non est nisi peccatum originale, quod non cōsistit in actuali deordinatione uoluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturæ, ut in secunda parte habitum est.* & ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratiæ, & uirtutum, non autem cum actuali: sed adulto in quo sunt actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione actuali uoluntatis non remittuntur peccata, etiam in baptismo, sine actuali immutatione uoluntatis, quod fit per pœnitentiam.

AD SECVNDVM Dicēdū, ꝙ rō illa procedit de pœnitentia, secū dum quòd est sacramentum.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ misericordia Dei est maioris uirtutis, quàm misericordia hominis in hoc, quòd immutat uoluntatem hominis ad pœnitendum, quod misericordia hominis facere non potest.

Q. 84. ar. 3.

Hom. 33. in euange. nō lēge a prī.

1. 2. q. 82. ar. 1.

ARTICVLVS IIII. F

Vtrum possit per pœnitentiam vnũ peccatũ sine alio remitti.

2.2.q.93.ar.1.& 3.di.36.ar.5.& 4.di.25.q.1.art.3.q.1. corp.& di.10.q.2.ar.1.q.2.con.& di.18.q.2.ar.5 q.3. ad 1. Homil. 10. Ezech. circa medium. In Psal. 118. serm. 18. in prin. tom.4. refertur de consec. di.3. c.1. consolatio

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ possit per pñiam vnum peccatũ sine alio remitti: Dr̃.n. Amos 4. Plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est, & pars super quam non plui, aruit. quod exponens Greg.* super Ezech. dicit, Cum ille qui proximum odit, ab aliis uitijs se corrigit, una eadẽq; ciuitas ex parte cõpluitur, & ex parte arida manet: quia sunt qui cum quædam uitia resecant, in aliis grauiter perdurãt. ergo potest unum peccatum per pœnitentiam dimitti sine alio.

¶ 2 Præt. Ambr. † dicit super, Beati immaculati in via, Prima consolatio est, quia non obliui scitur misereri Deus, secunda per punitionem, vbi, & si fides desit, pœna satisfacit, & releuat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato, manente peccato infidelitatis. G

1.2. q.73.ar.1.

¶ 3 Præt. Eorum quæ non necesse est esse simul, unũ potest auferri sine alio: sed peccata (ut in secũda parte habitum est.*) non sunt connexa, & ita unum eorum potest esse sine alio. ergo etiam unum eorum potest remitti sine alio per pœnitentiam.

¶ 4 Præt. Peccata sunt debita, quæ nobis relaxari petimus, cum dicimus in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra &c. sed homo quãdoque dimittit unum debitum sine alio. ergo etiam Deus per pœnitentiam dimittit unum peccatũ sine alio. H

¶ 5 Præt. Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata, secundum illud Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans: sed nihil prohibet, quin Deus diligat hominem quantum ad unum, & sit ei offensus quantum ad aliud, sicut peccatorem diligit quantum ad naturam: odit autem quantum ad culpam. ergo uidetur possibile, quòd Deus per pœnitentiam remittat unum peccatum sine alio.

In lib. de uera, & falsa pœnit. c.6. parũ ante medium to. 4.

SED CONTRA est, quod Aug.* dicit in li. de pœnitentia, Sunt plures quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam in quibus delectentur: non animaduertentes, Dominum simul mutum & surdũ a dæmonio liberasse, per hoc docens nos numquam nisi de omnibus sanari.

D. 101.

RESPON. Dicendum, quòd impossibile est per pœnitentiam unum peccatum sine alio remitti. Primo quidem, quia peccatum remittitur inquãtum tollitur Dei offensa per gratiam. Vnde in secunda parte habitum est,* quòd nullum peccatum potest remitti sine gratia: omne autem peccatum mortale contrariatur gratiæ, & excludit eam. Vnde impossibile est, quòd unum peccatum sine alio remittatur. Secundo, quia (sicut ostensum est*) peccatum mortale non potest sine uera pœnitentia remitti, ad quam pertinet deserere peccatum, inquantum est contra Deum: quod quidem est commune omnibus peccatis mortalibus: ubi autem est eadem ratio, & idem effectus. Vnde non potest esse uere pœnitens, qui de uno peccato pœnitet, & non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est contra Deum super omnia dilectum (quod requiritur ad rationem ueræ penitentiæ) sequeretur q̃ de omnibus peccatis pœniteret. Vnde sequitur, q̃ impossibile sit unum peccatum per pœnitentiam remitti sine alio. Tertio, quia hoc esset cõtra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera, ut dr̃ Deut. 32. unde cuius misereatur, totaliter misereatur. & hoc est quod Aug.* dicit in lib. de pœnitentia. Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus, & iustitia est dimidiam sperare ueniam.

Q.109.art.7. & q.113. ar. 2.

Art. præced.

In li. de ue. & falsa pœn. c.6. non longe a fine to mo 4.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ illud uerbũ Greg. non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu: quia interdum ille qui plura peccata consueuit committere, deserit unum, non tamen aliud: quod quidem fit auxilio diuino: quod tamen non pertingit usq; ad remissionem culpæ.

AD SECVNDVM dicendum, q̃ in uerbo illo Amb. Fides non potest accipi, qua creditur in Christum: quia ut Aug.* dicit super illud Ioan. 15. Si non uenissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberẽt. (i infidelitatis: hoc enim est peccatum, quo tenentur cuncta peccata: sed accipitur fides pro cõscientia: quia interdum per pœnas, quas quis patienter sustinet, consequitur remissionem peccati, cuius conscientiam non habet.

Tract. 89. in Ioan. inter pri. & med. tom. 9.

AD TERTIVM dicendum, q̃ peccata quamuis non sint connexa, quantum ad conuersionem ad bonum commutabile, sunt tamen connexa quantum ad auersionem a bono incommutabili, in qua conueniunt oĩa peccata mortalia. & ex hac parte habent rõnẽ offensæ, quã oportet p̃ pœnitentiã tolli.

AD QVARTVM dicẽdũ, q̃ debitũ exterioris rei (puta pecuniæ) non contrariatur amicitiæ, ex qua debitum remittitur: & ideo potest unum dimitti sine alio: sed debitum culpæ contrariatur amicitiæ. & iõ una culpa uel offensa non remittitur sine altera. ridiculum enim uidetur, q̃ etiam ab homine aliquis ueniam peteret de una offensa, & non de alia.

AD QVINTVM dicendum, q̃ dilectio qua Deus diligit hominis naturam, non ordinatur ad bonũ gloriæ, a quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale: sed dilectio gratiæ per quam fit remissio peccati mortalis, ordinat hominem ad uitam æternam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei, uita æterna. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum remissa culpa per pœnitentiam remaneat reatus pœnæ.

¶ *Super Quæstionẽ 86. Articulum 4.*

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̃ q̃ remissa culpa per pœnitentiam, nõ remaneat reatus pœnę. Remota enim causa, remouetur effectus: sed culpa est causa reatus pœnę: ideo enim est aliqs dignus pœna, quia culpam commisit. ergo remissa culpa, non potest remanere reatus pœnæ. I

¶ 2 Præt. Sicut Apostolus dicit Ro. 5. Donum Christi est efficacius q̃ pctũ: sed peccãdo homo simul incurrit culpã, & pœnę reatum. ergo multo magis per donũ gratiæ, simul remittitur culpa, & tollitur pœnæ reatus. K

¶ 3 Præt. Remissio peccatorũ fit in pœnitentia per uirtutẽ passionis, secũdum illud Rom. 3. Quẽ proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, p̃pter remissionem præcedentiũ delictorũ: sed passio Christi est sufficienter satisfactoria, pro omnibus peccatis, ut supra habitum est.* non ergo post remissionem culpæ remanet aliquis reatus pœnæ.

Supra q. 87. ar. 3. ad 3. & q. 89. art. 1. ad 3. & 4. di. 14. q. 1. art. 1. & 10. 11. de. 4. Et Heb. 6.

IN artic. 4. eiusdem quæstio. in responsione ad primum, pro quanto ibi dr̃, q̃ remisso peccato mortali remanet inordinata conuersio ad commutabile bonum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis, aduerte sententiã hanc intelligi de possibili, & quo ad inordinationem: non.n. necesse est remanere huiusmodi cõuersionẽ, sed potest simul totũ tolli. Et similiter dato q̃ non totum sit sublatum, non est necesse remanere ipsam conuersionem, sed in ordinationẽ, quæ fuit ipsius conuersionis. Potest enim qui peccato auaritiæ deliquit, ante remissionẽ peccati dimissis auaritiæ actibus & inclinationibus, in oppositos actus conuerti. & tũc apparet, quòd adueniente gratia remittente peccatum prioris auaritiæ, non remanet

Q.88. & 89. & q.79. ar.5.

remanet conuersio illius habitualis ad cõmutabile bonum, sed inordinatio ipsi incursa, per pœnam temporalem ordinatione siquidem illius inordinationis remanet reatus pœnæ temporalis, tamdiu, quousque culpabilis inordinatio ordinata sufficienter fuerit per pœnam.

SED CONTRA est, qđ 2.Reg.12. dr̃, ꝙ cum Dauid pœnitens dixisset ad Nathan, Peccaui dño, dixit Nathan ad illũ, Dñs quoq; transtulit peccatũ tuum, nõ morieris: veruntamen filius qui natus est tibi, morte morietr̃: quod fuit in pœnã præcedentis peccati, ut ibidem dr̃. ergo remissa culpa, remanet reatus alicuius pœnæ.

RESPON. Dicendum, ꝙ, sicut in secunda parte habitũ est, * in peccato mortali sunt duo. s. auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad cõmutabile bonũ inordinata. ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono, consequitur peccatũ mortale reatus pœnæ æternæ, ut qui contra æternum bonum peccauit, in æternũ puniatur: ex parte. n. conuersionis ad bonum cõmutabile, inquantũ est inordinata, consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinẽ iustitiæ, nisi per pœnã: iustũ est. n. vt qui voluntati suæ plus indulsit, q̃ debuit, cõtra voluntatẽ suã aliquid patiatur: sic. n. erit æqualitas. vñ Apoc. 18. dr̃, Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tm̃ date illi tormentum & luctum: quia tñ conuersio ad bonũ commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatũ ꝙ debeatur ei pœna æterna. vñ si sit inordinata conuersio ad bonũ commutabile sine auersione a Deo, sicut est in peccatis duenialibus, non debetur peccato pœna æterna, sed tpalis. qñ igitur per gratiam remittitur culpa, tollitur auersio animæ a Deo, inquantum per gratiam anima Deo coniungitur: unde & per consequens simul tollitur reatus pœnæ æternæ, potest tamen remanere reatus alicuius pœnæ temporalis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ culpa mortalis utrumq; habet, & auersionẽ a Deo & conuersionẽ ad bonum creatum: sed sicut in secunda parte habitum est, * auersio a Deo, est ibi sicut formale: cõuersio aũt ad bonũ creatũ, est ibi sicut materiale. Remoto aũt formali cuiuscumq; rei, tollitur species, sicut remoto rationali tollitur species humana: & iõ ex hoc ipso dr̃ culpa mortalis remitti, ꝙ per gratiam tollitur auersio mentis a Deo simul cum reatu pœnæ æternæ: remanet tñ illud quod est materiale. s. inordinata conuersio ad bonum creatum, pro qua debetur reatus pœnæ temporalis.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ, sicut in secunda parte habitum est, * gratiam pertinet operari in homine iustificando ipsum a peccato, & cooperari homini ad recte operandũ. Remissio igitur culpæ & reatus pœnæ æternæ, pertinet ad gratiã operantem: sed remissio reatus pœnæ tpalis pertinet ad gratiã cooperantẽ, inquantum. s. hõ cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando, absoluitur ẽt a reatu pœnæ tpalis. sicut igitur prius est effectus gratiæ operantis, q̃ gratiæ cooperantis, ita ẽt prius est remissio culpæ & pœnæ æternæ, q̃ plena absolutio a pœna tpali: utrumq; enim est a gratia, sed primũ a gratia sola, secundum, ex gratia & libero arbitrio.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ passio Christi de se sufficiens est ad tollendum oẽm reatum pœnæ nõ solum æternæ, sed ẽt tpalis, & secundum modum quo homo participat uirtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem a reatu pœnæ. In baptismo autem homo participat totaliter uirtutem passionis Christi, utpote per aquam, & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam, & ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius pœnæ. In pœnitentia uero consequitur uirtutem passionis Christi, secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, sicut aqua baptismi, ut supra dictum est. * Et ideo non statim per primum actum pœnitentiæ quo remittitur culpa, soluitur reatus totius pœnæ. sed completis omnibus pœnitentiæ actibus. Q.84.ar.1.& 3.

ARTICVLVS V.

Vtrum remissa culpa mortali tollantur omnes reliquiæ peccati.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ remissa culpa mortali, tollantur omnes reliquiæ peccati. Dicit. n. † Aug. in lib. de pœnitẽtia: Numquàm dominus aliquem sanauit, quem omnino non liberauit: totum. n. hominem sanauit in sabbatho: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione: sed reliquiæ peccati pertinent ad infirmitatem peccati. ergo non uidetur posibile quòd remissa culpa, remaneant reliquiæ peccati. Supra ar.4. ad 3. Et 4. dist.14. q.2. ar.1. q.3. & 1.cor.11.lec.7. In li.de vera & falsa pœnit. capit.9. post mediũ, tom.4.

¶ 2 Præt. Secundum Diony.4.c.de diui.no. bonum est efficacius q̃ malum: quia malum non agit nisi uirtute boni: sed homo peccando, simul totam infectionem peccati incurrit. ergo multo magis pœnitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquijs. Cap.4. part.9. inter principiũ & medium.

¶ 3 Præt. Opus Dei efficacius est. q̃ opus hominis: sed per exercitium humanorum operum ad bonum, tolluntur reliquiæ peccati cõtrarij: ergo multo magis tolluntur per remissionem culpæ, quæ est opus Dei.

SED CONTRA est, ꝙ Marci 8. legitur, ꝙ cæcus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectum uisum (unde ait, Video homines uelut arbores ambulantes) deinde restitutus est perfecte, ita ut uideret clare omnia. Illuminatio aũt cæci, significat liberationem peccatoris. Post primam * ergo remissionem culpę, qua peccator restituitur ad uisum spiritualem, adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præteriti. Alias post pœnitẽtiã ergo &c.

RESPON. Dicendum, quòd peccatũ mortale ex parte conuersionis inordinatę ad bonum commutabile, quandam dispositionem causat in anima, uel etiam habitum, si actus frequenter iteretur: sicut autem dictum est, † culpa peccati mortalis remittitur, inquantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo. Sublato autem eo, quod est ex parte auersionis, nihilominus remanere potest id, quod est ex parte conuersionis inordinatę, cum hanc contingat esse sine illa, sicut prius dictum est. † & ideo nihil prohibet quin remissa culpa, remaneant dispositiones ex precedẽtibus actibus causate, quę dicuntur peccati reliquiæ. Remanent tamen debilitatę & diminutę, * ita ꝙ homini non dominentur. Et hoc magis per modum dispositionum, quàm per modũ habituum: sicut etiam remanet fomes post baptismum. Ar. præced. Ar. præced. *Alias ita ꝙ homini non dominentur magis p modum dispositionum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Deus totum hominẽ perfecte curat: sed qñq; subito, sicut socrum Petri statim restituit perfectę sanitati, ita ut surgens ministraret: illis, ut legitur Lucę.4 quandoq; aũt successiue: sicut dictum est de cęco illuminato. Mar.8. Et etiam spiritualiter quandoq; tanta commotione cõuertit cor hoĩs, ut subito perfecte cõsequatur sanitate spũalẽ, nõ solũ remissa culpa, sed sublatis om- Q.44.arti.3. ad 2.

nibus peccati reliquijs, vt patet de Magdalena, Luc. 7. Quandoq; autem prius remittit culpam per gratiam operantem, & postea per gratiam cooperantem successiue tollit peccati reliquias.

AD SECVNDVM dicendum, ꝙ peccatum ēt quandoque statim inducit debilem dispositionem, utpote per unum actum causatam quandoq; autem fortiorem, causatam per multos actus.

AD TERTIVM dicendum, ꝙ vno actu humano non tolluntur omnes reliquiæ peccati: quia ut dicitur in prædicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicum aliquid proficiet, vt melior sit. Multiplicato autē exercitio ad hoc peruenit, ut sit bonus uirtute acquisita. Hoc autē multo efficacius facit diuina gratia, siue uno, siue pluribus actibus.

¶ *Super Quæstio. 86. Artic. sextum.*

ARTICVLVS VI.

Vtrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ.

IN ar. 6. eiusdem q. pro quanto remissio culpæ ponitur effectus pœnitentiæ, secundum quòd est uirtus, idest uirtutis seu uirtuosus actus, dubiū occurrit quoniā hoc uidetur repugnare antedictis ab Auctore. Nam si remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, ut est actus virtuosus, oportet ꝙ sit effectus non solius gratiæ, sed gratiæ & libe arbit. quoniam actus huiusmodi virtus liberi arbit. actus est. Oppositum autē dixit Auctor in hac eadem quæst. artic. 4. ad secundum, dicendo de remissione culpæ & de plena absolutione, quòd vtrūq; est a gratia, sed primum a gratia sola, secundum ex gratia & libe. arbitrio: si .n. est a sola gratia: ut distinguitur contra liberum arbitrium, sequitur quòd non sit a gratia & a liberi arbitrii actu uirtuoso. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quicquid alii forte somnient distinguendo in proposito concursum liber. arbit. actiue uel pure passiue, actus libe. arbitr. in iustificatione impii cōcurrētes, siue in Deum siue in peccatum, sunt uere actus non solum liberi arbitrii, sed a libero arbitrio: suauiter enim omnia disponens diuina Sapientia (quæ creauit me sine me non passiue, quoniā creatio in me terminata est, sed sine me cooperante, non saluat me sine me cooperante) mouet per gratiam suam liberū arbitrium ad obsequendum gratiæ per hoc, quòd uiuat illa, secundum illam operando. Et ꝓpea actus lib. arb. tam respectu Dei, quàm respectu peccati in iustificatione inuenti sunt effectus gratiæ operātis, & non ponunt in numerum cum ipsa gratia operante: & propterea dictio exclusiua addita gratiæ non excludit huiusmodi actus liberi arbitrii, vtpote suos effectus. cum enim dicitur, sola causa facit hoc nō excluditur, quin faciat illud mediante aliquo suo effectu. Et hunc esse sensum Auctoris, apparet in calce huius art. ubi dicitur, ꝙ actus pœnitentiæ uirtutis habet, ꝙ sine eo non possit fieri remissio culpę, inquantum est inseparabilis effectus gratiæ. Nec obstant allegata in oppositum, quoniam ibi loquitur de gratia, ut distinguitur contra liberum arbitrium absolute, & non contra liberū arb. ut est effectus ipsius gratiæ. Vnde oppositio modo uidentur se habere actus liberi arbitrii & gratia penes operandum & cooperandum. nam in gratia operante liberum arbitrium se habet ut cooperans: in gratia uero cooperante liberum arbitrium se habet quasi ut operans, & propterea connumeratur gratiæ.

dist. 4. q. 4. q. 2. ar. 1. q. 1.

Q. 62. ar. 3.

Ar. præced.

Q. 6. ar. 6. ad 3. & 4.

Q. 84. arti

Lib. 2. q. 113. in diuisione quæst.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus gratię operantis est iustificatio impij, vt in secunda parte dictum est, † in qua, ut ibidem dictum est, non solum est gratię infusio & remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatæ, & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, ut effectus gratiæ operātis, simul producti cum remissione culpæ. vnde remissio culpæ non fit sine actu pœnitentiæ uirtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

AD SECVNDVM dicendum, quòd in iustificatione impij non solum est actus pœnitentiæ, sed etiam actus fidei, ut dictū est. * & iō remissio culpæ non ponitur effectus solū pœnitentiæ uirtutis, sed principalius fidei & charitatis.

In solutione præcedenti. Et 1. 2. qua. 113. ar. 4.

AD TERTIVM dicendum, quòd ad passionem Christi ordinatur actus pœnitentiæ uirtutis, & per fidem, & per ordinem ad claues ecclesiæ. & ideo utroque modo causat remissionem culpę uirtute passionis Christi.

AD Id autem, quod in contrarium obijcitur, dicendum est, ꝙ actus pœnitentiæ uirtutis habet, ꝙ sine eo non possit fieri remissio culpę, inquantum est inseparabilis effectus gratię, per quam principaliter culpa remittitur, quę etiam operatur in oībus sacramentis. & ideo per hoc non potest concludi, nisi ꝙ gratia est principalior causa remissionis culpę, quàm pœnitentię sacramentum. Sciendum tamen, quòd etiam in ueteri lege & in lege naturę, erat aliqualiter sacramentum pœnitentię, ut supra dictum est *.

Q. 84. art. ad 2.

¶ Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum primum.

IN 1.ar.q.87. dubium duplex occurrit. Primum circa literam: ubi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, ut homo actualiter singula mortalia detestetur: uidetur enim hoc falsum: tum quia detestatio uniuersalis sufficit ad gratiam: alioquin non posset homo peccator subito ingemiscendo, consequi gratiam: cum non possit homo tam subito rememorari singula peccata: tum quia detestari singula mortalia, aut intelligitur singulariter, aut in uniuersali: sed singulariter non potest intelligi, cum ridiculum uideatur etiam in confessione de singulis singillatim cõfiteri: si autem intelligitur uniuersaliter, sequitur quòd non erit opus rememorari singula.

¶ Alterum dubium est circa illud. s. uirtualis displicentia non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad oblita: uidetur enim hoc esse falsum: quoniam ex domini sententia, dimissa sunt peccatrici peccata multa, quoniam dilexit multum: constat enim quòd dilectio non est nisi uirtualis displicentia.

¶ Ad horum euidentiam duplici utendũ est dist. Prima de remissione peccatorũ dupliciter, hoc est plena, uel quo ad culpam tantum, & regulariter uel ex speciali gratia. Secunda est de displicentia peccati formali uel uirtuali, & formali, generali, uel uniuersali. uocatur autem displicentia formalis, quæ formaliter est displicentia, quæ potest dupliciter contingere, scilicet, ut sit uniuersalis, comprehendens, scilicet omnia peccata commissa, cum uera uoluntate ab omnibus, & singulis abstinendi: & hoc potest esse in momento, & est contritio sufficiens ad remissionem infinitorum peccatorum mortalium: quia sufficit ad gratiam habendam, quantum est, ex parte hominis, iuxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator &c. & talis displicentia uidetur fuisse in latrone, & crebro accidere creditur his, qui uere conuertuntur ad Deum post multa crimina. alio autem modo contingit displicentia formalis, cum homini displicet se peccasse, ita quòd & omnia & singula sua peccata in generali sibi displicent, & uellet in ea amplius non incidere, non tamen peruenit ad hoc, quòd uere uult seu proponit amplius non incidere, & hæc non sufficit ad remissionem peccati mortalis: uirtualis autem displicentia uocatur, quæ non est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus, puta dilectio Dei, tantæ uis, ut ex eo nata sit sequi displicentia peccati: quòd si tunc occurreret memoria peccati, ex ui illius actus sequeretur formalis displicentia peccati: & sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici uirtualiter displicentia peccati mortalis.

¶ His prælibatis ad primum dubium dicitur, quòd uerba Auctoris uera sunt de peccati mortalis remissione plena, & regulari: quoniam regulariter non fit remissio peccati mortalis, quo ad culpam, & omnem pœnam, nisi homo quantum in se est, detestetur singula mortalia: sicut in singulis plus sibi indulsit, quam debuit.

¶ Cum autem quæritur an de singulis singillatim &c. respondetur, quòd hoc potest dupliciter intelligi: uel q̃ cuilibet peccato singillatim debeatur sua ꝓpria detestatio, ita q̃ quot fuerũt peccata, tot oporteat esse detestationes, & satisfactiones, & hoc est ridiculum asserere, cum nec etiam confitendo, oporteat tot esse actus in confitendo quot sunt peccata: contingit enim unico actu confiteri mille fornicationes: uel quòd quodlibet peccatum terminet detestationrm seu satisfactionẽ. Et hic est sensus literæ, ita ꝙ sicut in cõfessione dũ peccator dicit, Peccaui millies in fornicatione, iste unicus confessionis actus terminatur actualiter ad singulas mille fornicationum, ita quo ad actus interiores dum peccatori displicent mille fornicationes, actualiter detestatur singulas, illo uno & eodẽ actu. Et ad hoc seruit inquisitio diligens ad rememorandum, cuius litera meminit: nam oblita seu non occurrentia peccata in seipsis, sicut actualiter non adsunt ante mentem peccatoris, ita nec actualiter terminant detestationem seu displicentiam, & hæc non actualis terminatio suppletur quo ad plenam remissionem ex uniuersali displicẽtia detestatione, ac satisfactione, quæ uirtualiter includeret satisfactionem, quæ debetur huiusmodi non occurrentibus.

¶ Ad secundũ dubium dr, ꝙ Auctor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniã plena remissio regulariter exigit contritionem & cõfessionem singulorum, ubi oportet adesse displicẽtiã formalẽ, & nõ solũ uirtualẽ. Magdalenæ asit displicentiam formalẽ licet non legamus, sed uirtualẽ tñ in actu dilectionis, & fidei: lacrymę tñ formali displicentiæ attestantur. In cuius signũ, cũ post resurrectionẽ Lazari pedes dñi iterũ ungeret, & capillis tergeret, lacrymæ nõ affluerunt, quia iam peccatrix nõ erat: dñs autem originalem seu principalem actũ qui est causa displicentiæ formalis, pro causa remissionis adducens, non excluſit ꝓximum actum displicentiæ formalis: quamuis si ex speciali dono Dei sola displicentia uirtualis affuisset, sufficienter saluatur cõcursus pœnitentiæ implicite & uirtualiter.

¶ In respõsione, ad secũdũ, aduerte idẽ esse iudiciũ de dormiẽte occiso pro Christo uel baptizato, quod intelligo secundũ merita secundarũ causarũ. Nã si quis iurasset dormitũ cũ proposito dicendi mane mendaciũ officiosum, & interim dormiens occideretur ꝓ Christo, crediderim ego ex diuina largitate etiam illius peccati plenissimam remissionem per martyrium consequi, quãuis per baptismum illius remissionem non consequeretur, propter uoluntatem actualiter actualitate uirtuali peccato inhærentem.

¶ In responsione ad tertium, circa materiam argumenti, scilicet peccatum ueniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 1. occurrit, dicens hoc esse falsum: tũ, quia nec formaliter, nec consecutiue opponitur feruori charita-

QVAESTIO LXXXVI.

De remissione uenialium peccatorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de remissione uenialium peccatorum.

ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum sine pœnitentia peccatum ueniale possit dimitti.

¶ Secundò, Vtrum possit dimitti sine gratiæ infusione.

¶ Tertiò, Vtrum peccata uenialia remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, & episcopalem benedictionem, & tunsionem pectoris, & orationem dominicam, & alia huiusmodi.

¶ Quartò, Vtrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale possit remitti sine pœnitentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd ueniale peccatum possit remitti sine pœnitentia. Pertinet enim ut supra dictum est, ꝙad rationem ueræ pœnitentiæ, quòd non solum homo doleat de peccato præterito, sed etiam proponat cauere de futuro: sed sine tali ꝓposito peccata uenialia dimittunt, cũ certũ sit, ꝙ homo sine peccatis ueniali bus præsentem uitã ducere non

¶ 2 Præt. Pœnitentia non est sine actuali displicentia peccatorũ: sed peccata uenialia possunt dimitti sine displicentia actuali eorum, sicut patet in eo, qui dormiẽs occideretur propter Christum: statim enim euolaret, qđ non contingit manentibus peccatis uenialibus. ergo peccata uenialia possunt remitti sine pœnitentia.

¶ 3 Præt. Peccata uenialia opponũtur feruori charitatis, ut in secunda parte dictum est: * sed unum oppositorum tollitur per aliud. ergo per feruorem charitatis, quem contingit esse sine actuali displicentia peccati ueni alis, fit remissio peccatorum uenialium.

SED CONTRA est, qđ Aug.* dicit in lib. de pœn. ꝙ est quædam pœna, quæ quotidie agitur in ecclesia pro peccatis uenialibus: q̃ frustra esset, si sine pœnitẽtia peccata uenialia possent dimitti. vr ergo ꝙ peccata uenialia non possint sine pœnitentia dimitti.

RESPON. Dicendũ, ꝙ remissio culpæ, sicut dictum est, * fit ꝓ cõiunctionẽ hominis ad Deũ, a quo aliqualiter separat culpa: sed hæc separatio perfecte quidẽ fit per peccatum mortale, imperfecte autem per peccatum ueniale: nam per peccatum mortale mẽs omnino a Deo auertitur, utpote contra charitatem agens: per peccatum autem ueniale retardat

1.2. q. 91. & 2.2. q. 24. a. 8. ad 2.

In li. de medicina pœn. Et li. de utilitate pœn. c. 2. tom. 9.

q. præc. ar. 2. & q. 86. ar. 4

tis. Et quòd non formaliter, probat, quia nec mortale peccatum opponitur formaliter charitati; quoniam consistit vtrumque in deordinatione actus, cui formaliter opponitur reordinatio actus. Quòd uerò nec consecutiue, probat ex differentia inter mortale & ueniale in hoc: quia mortale non stat cum charitate; & ideo opponitur consecutiue illi, veniale autem stat cum charitatis feruore: & ideo nec consecutiue opponitur illi: tum, quia charitatis feruor non debet ueniale sine displicentia: sola autem displicentia sine tali feruore illud delet.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ argumentum supponit unum falsum scilicet peccatum mortale non opponi formaliter charitati: nã licet charitati habituali peccatum mortale non opponatur formaliter (qa actus non opponitur formaliter habitui) sed demeritorie: quia peccans mortaliter meretur priuari charitatis habitu, idem tamen mortale peccatum, quatenus diuino opponitur bono actuique est inimicitiæ ad Deum, formaliter opponitur amicitiæ ad Deũ. Et propterea sicut actualis inimicitia opponitur formaliter actuali amicitiæ, ita peccatum mortale opponitur formaliter actui charitatis, q̃ est actualis amicitia ad Deum: vnde deordinatio actus peccati mortalis primo importat deordinationem contrariæ respectu diuinæ amicitiæ: quia hic primo habet rationem peccati mortalis, ut patet ex hostili pœna hinc sibi debita. & secundario habet deordinationem respectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatum, est ordinatio amicitiæ diuinæ, quam constat esse charitatem. Quocirca peccatum ueniale, cum in hoc differat a mortali, q̃ mortale est contra diuinam amicitiam, ueniale aũt est præter illam, bene dictum est ab Auctore, q̃ opponitur feruori charitatis: pro quanto retardat affectum hominis ab his, quæ sunt promptæ amicitiæ officia.

¶ Et cum dr, q̃ compatitur secum feruorem charitatis, respondetur q̃ licet compatiatur secũ aliquê feruore charitatis, non tñ omnem, in cuius signum feruor patriæ nullũ cõpatitur ueniale.

¶ Et si instetur, quis est ille feruor in hac uita, qui non compatitur secũ ueniale, respondetur, q̃ est ille qui virtualiter claudit in se displicentiam ois retrahẽtis a diuinæ ardore amicitiæ, siue charitas habitualis sit magna siue parua: quod patet ex eo quod talis actualis feruor affectus ex charitate, si uere hr, delet oẽ ueniale, ita q̃ pro tunc sic affectus hõ est sine omni ueniali quo ad culpã.

¶ Ad secundã aũt obiectionem dr, q̃ non est ex insufficientia feruoris charitatis, q̃ mediante displicentia deleat ueniale, sed hoc est ex ordine causarum & effectuum: sicut non est ex insufficientia charitatis, q̃ mediante pœnitentia deleat mortale.

¶ Quod autem dicitur, quod sola displicentia sine tali feruore delet ueniale, potest bene & male intelligi. si enim intelligatur sine feruore actus elicita a charitate, tunc quodammodo est uerũ & quodammodo falsum: uerum quidem quo ad hoc, quia sine datur affectus hoîs ne prompte in Deum feratur: & iõ vtrumq; peccatum per pœnitentiã quidem remittitur, quia per vtrumque deordinatur uoluntas hominis per immoderatam conuersionem ad bonum creatum: sicut. n. peccatum mortale remitti nõ põt quandiu uoluntas peccato adhæret, ita ẽt nec peccatũ veniale: quia manente causa manet effectus. Exigitur aũt ad remissionẽ peccati mortalis perfectior pœnitentia, ut. s. hõ actualiter peccatũ mortale commissum testetur quãtum in ipso est, ut scilicet diligentiã adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestẽt: sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum: non tñ sufficit habitualis displicentia quę habetur per habitum charitatis, uel penitẽtię uirtutis: quia sic charitas non compateretur peccatum ueniale, quod patet esse falsum. vnde sequitur, q̃ requiratur quędam virtualis displicentia, puta cum aliquis hoc modo, fertur secundum affectum in Deum & res diuinas, ut quicquid sibi occurreret, qđ eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiam si actu de illo non cogitaret: quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

Ad primvm ergo dicendum, quòd homo in gratia constitutus potest uitare omnia peccata mortalia & singula: potest etiam uitare singula peccata uenialia, sed non omnia, ut patet ex his, quę in secũda parte dicta sunt. * & ideo pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, quòd homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus. sed ad pœnitentiam peccatorum uenialium requiritur, quòd homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius uitę non patitur: debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata uenialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quę sunt peccata uenialia.

Ad secvndvm dicendum, q̃ passio pro Christo susceptа, sicut supra dictum est, * obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa & ueniali, nisi actualiter uoluntatem peccato inuenerit inhærentem.

Ad tertivm dicendum, quòd feruor charitatis uirtualiter implicat displicentiam uenialium peccatorũ ut supra dictum est. *

Articvlvs II.

Vtrum ad remissionem uenialium peccatorum requiratur gratiæ infusio.

Ad secvndvm sic procedit. Vr̃ q̃ ad remissionẽ uenialiũ pctorũ requirat gratię infusio. Effectus. n. non est sine proprio causę: de nouo gratia infunditur, peccata uenialia remittuntur. Et est ratio dubii: tum, quia non omnis actus charitatis remittit peccata uenialia: tum quia non omnis detestatio peccati remittit peccata uenialia. Vtrumq; tamen uidetur sequi ex hac illatione, si bona est: quoniã ex concursu actus liberi arbitrii in Deũ, & in peccatum, infertur q̃ infusio gratiæ remittit uenialia.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, ad remissionem venialium quatuor concurrere, duo ex parte causæ, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remissionem uenialium ex parte causæ, & quòd homo sit in gratia, & quòd actualiter utatur illa. Et primum quidem habes ab Auctore in artic. vlt. huius q. quia sola gratia Dei est remissiua peccati: secundum autem habetur in artic. præcedenti, & pluries repetitur in hac quæstione: & quoniam primum potest esse sine secundo, ideo gratia compatitur secum peccata uenialia: secundum autem, quod non potest esse sine primo, non sic accipiendũ est, quasi quilibet actus charitatis deleat uenialia: quoniam hoc esse falsum, ex eo probatur, quòd sequeretur, peccata uenialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quam virtuali: multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes, quales sunt actus non feruentes religionis &c. ab habente charitatem elicit. intelligendum est ergo, quòd ad deletionem venialium ultra habitum gratiæ requiritur actus charitatis virtualiter, uel formaliter inferens displicentiam uenialium, ut ex

1. arti.

¶ *Super Quæstionis 87. Articulum 2.*

In artic. 2. eiusdem quæstionis aliquid occurrit notandum, & aliquid dubitandum. Diligenter siquidem notandum est, ab Auctore hic expressè habere quod superius diximus de effectu eucharistiæ, scilicet, quòd non infundit nouam gratiam, nec augetur per illã sine actu liberi arbitrij disponente ad susceptionem seu augmẽtum: dicitur enim hic, quòd non contingit esse infusionem gratiæ in adultis sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, & proportionaliter intelligendum est, de augmento gratiæ.

¶ Dubitandum autẽ occurrit de illata ex prędicta sentẽtia cõclusione. s. ideo quandocumq; de nouo gratia infunditur, peccata uenialia remittuntur, quia non omnis actus charitatis remittit peccata uenialia, ut patet ex his, quę in secũda parte dicta sunt. * & ideo pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, quòd homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus. sed ad pœnitentiam peccatorum uenialium requiritur, quòd homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius uitę non patitur: debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata uenialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quę sunt peccata uenialia.

Ad secvndvm dicendum, q̃ passio pro Christo susceptа, sicut supra dictum est, * obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa & ueniali, nisi actualiter uoluntatem peccato inuenerit inhærentem.

Ad tertivm dicendum, quòd feruor charitatis uirtualiter implicat displicentiam uenialium peccatorũ ut supra dictum est. *

Articvlvs II.

Vtrum ad remissionem uenialium peccatorum requiratur gratiæ infusio.

Ad secvndvm sic procedit. Vr̃ q̃ ad remissionẽ uenialiũ pctorũ requirat gratię infusio. Effectus. n. non est sine proprio causę: de nouo gratia infunditur, peccata uenialia remittuntur. Et est ratio dubii: tum, quia non omnis actus charitatis remittit peccata uenialia: tum quia non omnis detestatio peccati remittit peccata uenialia. Vtrumq; tamen uidetur sequi ex hac illatione, si bona est: quoniã ex concursu actus liberi arbitrii in Deũ, & in peccatum, infertur q̃ infusio gratiæ remittit uenialia.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est, ad remissionem venialium quatuor concurrere, duo ex parte causæ, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remissionem uenialium ex parte causæ, & quòd homo sit in gratia, & quòd actualiter utatur illa. Et primum quidem habes ab Auctore in artic. vlt. huius q. quia sola gratia Dei est remissiua peccati: secundum autem habetur in artic. præcedenti, & pluries repetitur in hac quæstione: & quoniam primum potest esse sine secundo, ideo gratia compatitur secum peccata uenialia: secundum autem, quod non potest esse sine primo, non sic accipiendũ est, quasi quilibet actus charitatis deleat uenialia: quoniam hoc esse falsum, ex eo probatur, quòd sequeretur, peccata uenialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quam virtuali: multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes, quales sunt actus non feruentes religionis &c. ab habente charitatem elicit. intelligendum est ergo, quòd ad deletionem venialium ultra habitum gratiæ requiritur actus charitatis virtualiter, uel formaliter inferens displicentiam uenialium, ut ex

1. arti.

pria causa: sed propria causa remissionis peccatorum est gratia: non n. ex meritis propriis peccata hoīs remittuntur, unde dicitur Ephes. 2. Deus qui diues est in misericordia pp nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. ergo peccata uenialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 2 Præt. Peccata venialia nō remittunt sine pēnitētia: sed in pēnitentia infunditur gratia, sicut & in alijs sacris nouæ legis. ergo peccata uenialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ 3 Præt. Peccatū ueniale maculā quandā aīę infert: sed macula nō aufertur nisi p gratiā, quæ est spiritualis aīæ decor. ergo vr̄ ꝙ peccata uenialia non dimittantur sine gratiæ infusione.

Sed contra est, ꝙ peccatū veniale aduenies, nō tollit gratiam, neq; ēt diminuit cā, ut in secunda parte habitū est. † ergo pari ratione ad hoc ꝙ peccatum ueniale remittatur, non requiritur nouæ gratiæ infusio.

Respon. Dicendum, quòd vnumquodq; tollitur p suū oppositū. Peccatum aūt ueniale nō contrariatur habituali gratię uel charitati, sed retardat actū eius, inquātum nimis inhæret homo bono creato, licet non contra Deum, ut in secunda parte habitum est.* & ideo ad hoc ꝙ peccatum ueniale tollatur, non requiritur ꝙ infundatur aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ, uel charitatis ad eius remissionem. Quia tū in habentibus usum liberi arbitrii, in quibus solis possunt esse uenialia peccata, non cōtingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrij in Deum & in peccatum; iō quandocumq; de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ēt remissio peccatorum uenialium est effectus gratiæ, per actū scilicet quem de nouo elicit: nō autem per aliquid habituale de nouo animæ infusum.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ peccatū ueniale numquā remittitur sine aliquali actu pœnitentiæ uirtutis, explicito. s. uel implicito, ut supra dictū est: † pōt tū remitti peccatū ueniale sine pœnitentiæ sacro, quod in absolutione sacerdotis formaliter perficitur, ut supradictū est.* & iō non sequitur ꝙ ad remissionem A uenialis peccati requiratur gratiæ infusio: quæ licet sit in quolibet sacramento, non tamen est in quolibet actu uirtutis.

Ad tertivm dicendum, ꝙ sicut in corpore contingit esse maculā dupliciter, uno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorē, puta debiti coloris aut debitæ proportionis membrorū, alio mō per superinductionem alicuius impedientis decorem, puta luti aut pulueris, ita ēt aīæ inducitur macula uno mō per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale, alio modo per inclinationem affectus inordinatā ad aliquid tē porale: & hoc fit per peccatū ueniale. & ideo ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiæ: sed ad tollendam maculam uenialis peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueatur inordinata adhæsio ad rem temporalem.

Articvlvs iii.

Vtrum venialia peccata remittantur per aspersionem aquę benedictæ & cætera huiusmodi.

Ad tertivm sic proceditur. Vr̄ ꝙ uenialia peccata non remittantur per aspersionē aquæ benedictæ, & episcopalē benedictionem, & alia hmoi. Peccata. n. uenialia non remittuntur sine pēnitentia, ut dictū est: † sed pēnitentia per se sufficit ad remissionem uenialium peccatorum. ergo ista nihil operantur ad huiusmodi remissionem. Sup. q. 65. ar. 1. ad 6. & 8. & q. 83. art. ad & 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 4. & di. 17. q. 3. ar. 3. q. 3. & dist. 21. q. 2 art. 1. & 2. & mal. q. 7. ar. 12.

¶ 2 Præt. Quodlibet istorū eandē relationē habet ad unū pm̄ ueniale, & ad oīa. Si ergo per aliquod istorū remittitur aliquod peccatum ueniale, sequitur, ꝙ pari ratione remittantur oīa: & ita per unam tunsionē pectoris, uel per unam aspersionem aquę benedictæ, redderetur hō immunis ab omnibus peccatis uenialibus, quod uidetur inconueniens. Art. 1. huius quæst.

¶ 3 Præt. Peccata uenialia inducunt reatum alicuius pœnæ, licet temporalis: dicitur enim 1. Cor. 3. de eo qui superædificat lignum, fenum, & stipulam, ꝙ saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sed huiusmodi, per quę dicitur peccatum ueniale dimitti, uel nullam uel minimam pœnam in se habent. ergo non sufficiunt ad plenam remissionem uenialium peccatorum.

Sed contra est, quod † Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, quòd pro leuibus peccatis pectora nostra tundimus, & dicimus, Dimitte nobis debita nostra. & ita uidetur quòd tunsio pectoris & oratio dominica causent remissionem uenialium peccatorum. & eadem ratio uidetur esse de aliis. In li. de medicina pœniten. 2. to.

Respon. dicendum, ꝙ (sicut dictum est †) ad remissionē uenialis peccati nō requiritur nouę gratię infusio, sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum ueniale uel explicite, uel saltem implicite: sicut cū aliquis feruenter mouetur in Deum. & iō triplici ratione aliqua causant remissionem uenialium peccatorum. Vno mō, inquantū in eis infunditur gratia: quia p infusionē gratię tolluntur uenialia peccata, ut supra dictum est.* & hoc mō per eucharistiam & extremam unctionem, & uniuersaliter per omnia sa- Art. 2. huius quæst.

cramẽta nouę legis, in quibus confertur gratia, pec cata venialia remittuntur. secundo, inquantũ sunt cum aliquo motu detestationis peccatorũ. & hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio dominica, operantur ad remissionẽ uenialium peccatorum. nam in oratione dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. tertio mõ, inquãtum sunt cũ aliquo motu reuerentiæ in Deũ, & ad res diuinas. & hoc mõ, benedictio episcopalis, aspersio aquæ benedictæ, quælibet sacramẽtalis vnctio, oratio in ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt hmõi, operantur ad remissionem uenialiũ peccatorum.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ oĩa ista causant remissionẽ peccatorum uenialium, inquantum inclinant animam ad motum pœnitentiæ, qui est detestatio peccatorum, uel implicite, uel explicite.

Ad secvndvm dicendum, quòd omnia ista quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum uenialium: potest tamen impediri remissio, quantum ad aliqua peccata uenialia, quibus mens actualiter inhæret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

Ad tertivm dicendũ, ꝙ p prædicta tolluntur quidem peccata uenialia quantum ad culpam, tum virtute alicuius satisfactionis, tũ ẽt uirtute charitatis, cuius motus per prædicta excitatur. Non aũt per quodlibet prædictorũ semper tollitur totus reatus pœnæ: quia sic qui esset omnino immunis a peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolaret: sed reatus pœnæ remittitur per prædicta fm modũ feruoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ octauæ Articulum quartum.*

Infr. quæ. 90. art. 4. ad 3. Et 4. di. 16. q. 2. artic. 1. q. 2. & 3.

IN articu. 4. in corpore aduerte rationem mouentem Auctorem non se enere ex parte pœnæ, sed ex parte culpæ, quia scilicet nulla culpa a Deo remittitur, nisi per uirtutem gratiæ. quod si Duran. aduertere voluisset, aut soluisset hanc rationem, aut cessasset ab obiiciendo. ipse enim in 4. sent. dist. 16. quæst. 1. articu 2. contra hanc doctrinam obijcit tripliciter.

¶ Primo, quia culpa venialis consistit in deordinatione voluntatis, quæ tollitur per debitam displicentiam eius, quod in debite placuit.

Art. præced. ad 2. & quæ. præce. ar. 3.

¶ Secũdo, quia puer non baptizatus in originali existẽs peccato, quando uenit ad ætatem, potest primo peccare venialiter, & statim mori. Et tunc procedit̃r, an puniatur pœna æterna pro peccato ueniali, an pœna temporali &c.

Q. præced. arti. 6. & q. 86. art. 3.

¶ Tertio, per opera

Articvlvs IIII.

Vtrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali.

Ad qvartvm sic proceditur. Vī ꝙ ueniale peccatum possit remitti sine mortali: quia super illud Ioan. 8. Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quædam glo. ꝙ omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebantur per cæremonias. ergo ueniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 2 Præt. Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶ 3 Præt. Plus distat peccatum ueniale a mortali, quàm ab alio uenali: sed unum ueniale potest dimitti sine alio, ut dictum est †. ergo ueniale potest dimitti sine mortali.

Sed contra est, qđ dr̃ Mat. 5. Amen dico tibi; non exies inde (. s. ex carcere, in quem intruditur hõ pro peccato mortali) donec reddas nouissimũ quadrantem: per quẽ significatur veniale peccatum. ergo ueniale peccatũ non remittitur sine mortali.

Respon. Dicendum, ꝙ, sicut supra dictum est †, remissio culpæ cuiuscumq; nũquam fit nisi per virtutem gratiæ: quia ut Apostolus dicit Rom. 4. ad gratiam Dei pertinet, ꝙ Deus alicui non imputet peccatum, quod gl. ibi exponit de ueniali. * Ille autem qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Vnde nullum ueniale sibi remittitur

Ad primvm ergo dicendum, quòd uenialia ibi dicuntur irregularitates siue immũditię, quas contrahebant secundum legem.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ licet ad remissionem peccati venialis nõ requirat̃ noua infusio habitualis gr̃æ, requiritur tñ aliquis gratiæ actus, qui non potest esse in eo, qui subiacet peccato mortali.

Ad tertivm dicẽdum, quòd peccatum ueniale non excludit omnem actum gratiæ, per quẽ possunt omnia peccata uenialia dimitti: sed peccatũ mortale excludit totaliter habitum gratiæ, sine quo nullum peccatũ mortale uel ueniale remittitur. & iõ non est similis ratio.

Qvaestio LXXXVIII.

De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de reditu peccatorũ per pœnitentiam dimissorum.

Et Circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum peccata per pœnitentiam dimissa, redeant simpliciter per sequens peccatum.

¶ Secundò, Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeant specialius secundum quædam peccata.

¶ Tertiò, Vtrum peccata redeãt in equali reatu.

¶ Quartò, Vtrum illa ingratitudo, per quam redeunt, sit speciale peccatum.

Articvlvs primvs.

Vtrum peccata dimissa redeant per sequens peccatum.

Ad primvm sic proceditur. Videtur ꝙ peccata dimissa, redeant per sequens peccatum. Dicit. n. † Augustinus in libro de baptismo: Redire dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est, apertissime Dominus in euãgelio docet in illo seruo, a quo dimissum debitum dñs repetijt, eo quòd ille cõseruo suo debitum nollet dimittere: sed fraterna charitas tollitur, per quodlibet bona facta extra charitatem potest aliquis secundum omnes mereri de congruo aliquod bonũ temporale. ergo expiationem pœnæ tẽporalis debitæ pec- Glo. inter. cata ueniali. neatis ibid. super illud Beatus cui non imputauit Dominus peccatum.

¶ Ad hęc fac̃ dicitur, quòd culpa peccati uenialis non tollit solummodo rectitudinem actus voluntarii, sed etiam ordinem ad actualem dilectionem Dei: est enim impedimentum feruoris charitatis, & ex hac parte habet rationem cuiusdam offensæ Dei. Et propterea dato, quod sistens in peccato mortali posset reparare rectitudinem uenialis peccati (puta, quia ex mendace iocose uel officiose, habituatus est ad ueritatem dicendam etiam iocose & officiose) non propterea remissionem consecutus est præteritæ culpæ, qua aliquo modo Deum offendit, quoniam nulla offensa fine gratia a Deo dimittitur. Nec displicentia illa quæ in hoc ponitur, sufficit ad remissionem culpæ: quia non est Deo accepta, sine gratia, ut in litera dr̃ ex Psal. & Apostolo & gl. Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum &c.

¶ Ad secundum dr̃, quòd si casus accideret, & peccatum illud ueniale æternaliter puniretur per accidens, hoc est ratione status, qui a esset in statu, in quo semper maneret culpa: manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna, ut ipsemet Duran. in eodem lib. approbat.

Ad tertium dr̃, ꝙ quicquid sit de pœna, negandum est ꝙ per bona opera facta extra charitatem possit aliquis mereri de congruo remissionẽ culpæ, & propterea argumentum non militat contra præsentẽ doctrinam.

Infr. art. 2. & 3. cor. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. Libr. de baptismo, contra donatis. c. 13. in medio 10. 7.

¶ *Super Quæstio. 88. Artic. primum.*

IN articu. 1. qu. 88. circa illud, homo secundo peccans, ex hoc ipso videtur grauius

bet peccatum mortale. ergo per quodlibet sequens mortale peccatum, redeunt peccata prius per pœnitentiam dimissa.

¶ 2 Præ. Super illud Lucę 11. Reuertar in domum meam unde exiui, dicit* Beda, Timendus est iste uersiculus, nec non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriã nos uacantes opprimat. hoc autem non esset nisi rediret. ergo culpa per pœnitentiam dimissa redit.

¶ 3 Præ. Ezechiel. 18. Dominus dicit, Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, nõ recordabuntur: sed inter alias iustitias quas fecit, etiam præcedẽs pœnitentia continetur, cũ supra dictum† sit, pœnitentiam esse partem iustitię. ergo postquam pœnitens peccat, non imputatur ei præcedens pœnitentia, per quam consecutus est veniam peccatorum. redeunt ergo illa peccata.

¶ 4 Præ. Peccata præterita per gratiam teguntur, ut patet per Apostolum Roman. 4. inducentem illud Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: sed per peccatum mortale sequens gratia tollitur. ergo peccata quæ fuerant prius commissa, remanẽt detecta. & ita uidetur quod redeant:

Sed contra est, qđ Apostolus dicit Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona & uocatio Dei: sed peccata pœnitentis sunt dimissa per donum Dei. ergo per peccatum sequens non redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis pœniteat.

¶ Præt.* Aug. dicit in lib. responsionum Prosperi: Qui recedit a Christo, & alienatus a gratia finit hanc uitam, quid nisi in perditionem uadit? sed non in id, quod dimissum est recidit, nec pro originali peccato damnabitur.

Respon. Dicendum, quod (sicut supra dictum est*) in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio a Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se cõsideratum est commune omnibus peccatis mortalibus: quia p quodlibet peccatum mortale homo auertitur a Deo. unde & per cõsequẽs macula, quę est per priuationẽ gr̃ę, & reatus pœnæ æternæ cõia sũt oĩb. peccatis mortalibus. & ſm hoc intelligiẽ id, quod dr̃ Iacob. 2. Qui offendit in uno factus est omnium reus: sed ex parte conuersionis, peccata mortalia sunt diuersa, & interdũ contraria. Vnde manifestum est, q̃ ex parte conuersionis, peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quod homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum uel dispositionem auaritię prius abolitæ. & sic contrarium esset causa sui contrarii, quod est impossibile. sed considerando in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutæ, per peccatum mortale sequẽs redit illud, quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem, inquantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pœnæ æternæ, sicut & prius erat. Verum quia auersio in peccato mortali, ex conuersione q̃quodammodo causatur, recipiunt ea, quæ sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem per comparationem ad diuersas conuersiones sicut ad diuersas causas: ita qđ sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout consurgit ex alio, & alio actu peccati mortalis. & hoc modo, in quæstionem uertitur, utrum macula & reatus pœnæ æternæ secundũ quod causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatum mortale sequens.

Quibusdam igitur uisum est, quod simpliciter etiã hoc modo redeant. sed hoc non potest esse: quia opus Dei p opus hoĩs irritari nõ potest. Remissio autem peccatorum priorum, fuit opus diuinæ misericordiæ. unde non potest irritari per sequens peccatum hominis, secundum illud Rom. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacauit? & ideo alii ponentes peccata redire, dixerunt, quòd Deus non remittit peccata pœnitenti postmodum peccaturo: secundum prę̃scientiam, sed solum secundum prę̃sentem iustitiam: præscit enim se pro his peccatis eũ æternaliter puniturum, & tamen per gratiam facit eum prę̃sentialiter iustum. sed nec hoc stare potest: quia si causa absolute ponatur, & effectus ponitur absolute. Si igitur non absolute fieret per gratiam, & gratiæ sacramenta peccatorum remissio, sed cũ quadam conditione in futurum dependente, sequeret quod gratia & gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum, quod est erroneum, utpote derogans gratię Dei. & ideo nullo modo potest esse, quod macula & reatus præcedentiũ peccatorum, redeant secundum quòd ex talibus actibus causabantur.

Contingit autem, quod sequens actus peccati, uirtualiter continet reatum prioris peccati, inquantum scilicet aliquis homo secundo peccãs, ex hoc ipso uidetur grauius peccare quam prius peccauerat, secũdum illud Roman. secundo. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die irę, ex hoc scilicet solo, quod contemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitentiam expectat.

Multo autem magis contemnitur Dei bonitas, si post remissionem prioris peccati, secundo peccatũ iteretur, quanto maius est beneficium peccatum remittere, quam peccatorem sustinere. Sic igitur per peccatum sequens pœnitentiam, redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorum, non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquantum causat̃ ex peccato ultimo perpetrato, qđ aggrauat̃ ex peccatis prioribus. & hoc nõ est

dum hãc circunstantiam, quę est contra eum, qui remisit priora peccata. secundum hanc enim circunstãtiam peccatum post pœnitentiam continere dicitur uirtualiter peccata prius dimissa: qa ex illis peccatis consurgit hæc circunstantia aggrauans peccatum post pœnitentiam.

grauius peccare, quam prius peccauerat, dubium occurrit, nam falsum uidetur secundum peccatum esse grauius primo, immo totum oppositum. quoniam peccatum est ab innocentia: secundum autem ad die sordẽ sordi, iuxta illud, Qui sordidus est sordescat adhuc. Constat autem maioris ingratitudinis esse peccare contra beneficium innocentiæ, ex quo aggrauatur primum peccatũ quam contra beneficium expectationis ad pœnitentiam, ex quo aggrauatur secundum peccatum.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ non est hic sermo comparatiuus peccatorum penes grauitatem, sed continentię quasi uirtualis prioris peccati in posteriori, nõ simpliciter, sed secundum quid; hoc est secundum ali quam certam speciem rationem: puta quia posterius peccatum est contra sustinentem indignũ sustineri. Et ideo cũ hac doctrina stat, q̃ primum peccatum fuerit ex propria specie grauius, puta blasphemia Dei, secundo existente peccato gulæ. & secũdum rationem ingratitudinis, puta, quia primum fuit contra beneficium innocentiæ, secundum autem etiam si leuissimum ex sua specie mortale esset, semper habet hanc aggrauantem circunstantiam ingratitudinis ex priore peccato consurgentem, quod est contra hoc beneficium expectationis indigni ex priore commisso peccato: secundum hanc enim circunstãtiam grauius est secundum peccatum, quam primum. Et hinc Auctor ad similem grauitatem secundum similem circunstantiam procedit in litera: peccatum enim post pœnitentiam, ut in tertio patet articulo, non oportet esse grauius absolute peccato dimisso: sed semper est grauius ſm quid, hoc est secun-

peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, inquātum scilicet, uirtualiter in peccato sequenti continentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud uerbū Aug. uidetur esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in se consideratum: quia scilicet, post pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æternę, sicut & prius: non tamē omnino propter eandem rationem. Vnde† Aug. in li. de responsionibus Prosperi, cū dixisset, quod non id quòd remissum est, recidit, nec pro originali peccato damnatur, subdit: qui tamen ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimissa debebatur, quia scilicet incurrit mortem æternam, quam meruerat per peccata pręterita.

Prosper in ſſione ad 2. rsnē Gallorū. & refertur de pœn. di. 4. c. Quire cedit.

AD SECVNDVM Dicendum, quòd in illis uerbis non intendit dicere Beda, quòd culpa prius dimissa hominem opprimat per reditum reatus prætęriti: sed per iterationem actus.

AD TERTIVM Dicendum, quòd per sequens peccatum, iustitiæ priores obliuioni traduntur, inquantum erant meritoriæ uitæ æternæ, non tamen inquātum erant impeditiuæ peccati. unde si aliquis peccet mortaliter postquam restituit debitum, non efficitus reus, quasi debitum non reddidisset. & multo minus traditur obliuioni pœnitentia prius acta, quantū ad remissionem culpæ, cum remissio culpę magis sit opus Dei quam hominis.

AD QVARTVM Dicendum, quòd gratia simpliciter tollit maculam, & reatum pœnæ æternæ. Tegit autem actus peccati prętęritos, ne scilicet propter eos Deus hominem gratia priuet: & reum habeat pœnę æternæ. & quod gratia semel fecit, perpetuo manet.

ARTICVLVS II.

Vtrum peccata dimissa, redeant per ingratitudinem quæ specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita.

4. dist. 22. q. 1. ar. 1. corp. & ar. 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd peccata dimissa non redeant per ingratitudinē, quæ specialiter est secundum quatuor genera peccatorum, scilicet secundum odium fraternum, apostasiam a fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita, secundum quod quidam metrice dixerunt:

Fratres odit, apostata fit, spernitque fateri.
Pœnituisse piget, pristina culpa redit.

Tanto. n. est maior ingratitudo, quanto grauius est peccatum, qđ quis contra Deum committit post beneficium remissionis peccatorum: sed quędam alia peccata sunt his grauiora, sicut blasphemia contra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum. ergo uidetur, quod peccata dimissa non redeant magis secundum ingratitudinem commissam, secundum hęc peccata, quàm secundum alia.

Hētur de pœni. di. 4. c. Si Iudas.

¶ 2 Præt. * Rabanus dicit, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet uniuersum debitum, quia non solū peccata quę post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed & originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa: sed etiam peccata uenialia inter debita computantur, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita nostra. ergo ipsa etiam redeunt per ingratitudinem. & pari ratione uidetur, quòd per peccata uenialia redeant peccata prius dimissa, & non solum per peccata prædicta.

¶ 3 Præt. Tanto est maior ingratitudo, quanto post maius beneficium acceptū aliquis peccat: sed beneficium Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccatū vitamus, dicit enim† Aug. in 2. conf. Gratiæ tuæ deputo quecumque peccata non feci. Maius autem donū est innocētia q̄ etiam remissio omnium peccatorum. ergo nō minus est ingratus Deo qui peccat post innocentiam, quam qui peccat post pœnitentiā. & ita uidetur q̄ per ingratitudinem, quæ fit secundum peccata prædicta, non maxime redeant peccata dimissa.

† 1. 2. cōfes. 2ā me.

SED CONTRA est, quod * Greg. dicit 18. Moral. Ex dictis euangelicis constat, q̄ si quid in nos delinquit, ex corde nō dimittimus: & illud rursus exigitur, qđ nobis iam per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. & ita propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem. & eadem ratio uidetur de aliis.

* 11. q. dist. 1. c. 60. ultra fi.

RESPON. Dicendum, q̄ (sicut supra dictū est*) peccata dimissa, per pœnitentiam redire dicuntur, inquantum reatus eorum rōne ingratitudinis, uirtualiter continetur in peccato sequenti. Ingratitudo autem potest committi dupliciter: uno modo, ex eo q̄ aliquid fit contra beneficium. & hoc modo per omne peccatum mortale quo Deum offendit, redditur hō ingratus Deo, qui peccata remisit. & sic q̄ quodlibet peccatum mortale sequēs, redeūt peccata prius dimissa ratione ingratitudinis alio modo committitur ingratitudo non solum faciendo contra ipsum beneficium, sed etiam faciendo contra formam beneficii præstiti: quæ quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorum. Vñ cōtra hanc formam facit, qui fratri petenti ueniam non remittit, sed odium tenet. Si autem attendat ex parte pœnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrii, quorum primus est motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei formatæ. & contra hoc facit homo apostatādo a fide: secundus autē est motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentię. Ad quem primo pertinet (ut supra dictum est*) quòd hō detestēr peccata prætęrita, & contra hoc facit ille, qui dolet se pœnituisse. Secundo ptinet ad actū pœnitentiæ, ut pœnitens proponat se subiicere clauibus ecclesiæ per confessionem, secundum illud psa. 31. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. & contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quòd proposuerat. & ideo dicitur q̄ specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

Art. præced.

q. 85. ar. 5. & 6.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, quia sint ceteris grāuiora: sed quia directius opponūtur beneficio remissionis peccatorum.

AD SECVNDVM Dicendum, quod etiam peccata uenialia, & ipsum originale redeūt mō prædicto, * sicut & peccata mortalia, inquantū contemnitur Dei beneficium, quo hęc peccata sunt remissa, non tamē per peccatum ueniale aliquis incurrit ingratitudinē: quia homo peccando uenialiter, non facit contra Deum, sed prætęr ipsum. & ideo per peccata uenialia nullo modo peccata dimissa redeunt.

In corp. art.

AD TERTIVM Dicendum, q̄ beneficium aliquod habet pensari dupliciter, uno modo ex q̄titate ipsius beneficii. & secundum hoc innocentia est maius Dei beneficium q̄ pœnitentia, q̄ dicit̄ secunda tabula post naufragium: alio mō, potest pensari beneficium ex parte recipientis, q̄ minus est dignus, & sic magis fit sibi gratia: unde & ipse magis est ingratus si contemnat. & hoc modo beneficium remissionis culpæ est maius, inquantum præstatur totaliter indigno, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

AR-

¶ *Super quæst. octuagesimæoctauæ articulum tertium.*

ARTICVLVS III.

Vtrum per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur quod per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum: quia secundum magnitudinem peccati est magnitudo beneficii, quo peccatum dimittitur, & per consequens magnitudo ingratitudinis, qua hoc beneficium contemnitur: sed secundum quātitatem ingratitudinis, est quantitas reatus consequentis. ergo est tantus reatus qui consurgit ex ingratitudine sequentis peccati, q̄tus fuit reatus omnium præcedētium peccatorum.

¶ 2 Præ. Magis peccat qui Deum offendit, quam qui offendit hominem: sed seruus manumissus ab aliquo domino, reducitur in eandem seruitutem, a qua prius fuit liberatus, uel etiam in grauiorem. ergo multo magis ille, qui contra Deum peccat post liberationem a peccato, reducitur in tantum reatum pœnæ, quantum primo habuerat.

¶ 3 Præte. Matth. 18. dr̄, quod iratus Dominus tradidit eum (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus quoadusq; redderet uniuersum debitum; sed hoc non esset, nisi consurgeret ex ingratitudine reatus, quantus fuit omnium præteritorum peccatorum. ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

SED CONTRA est, qđ dr̄. Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ex quo patet, ꝙ ex paruo peccato non consurgit magnus reatus: sed quandoque peccatum mortale sequens, est multo minus quolibet peccatorum prius dimissorum. non ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

RESPON. Dicendum, quod quidam dixerunt, ꝙ ex peccato sequenti, propter ingratitudinem cōsurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorū prius dimissorum super reatum proprium huius peccati: sed hoc non est necessarium, quia sicut supra dictū est, † reatus præcedentium peccatorum non redit p peccatum sequens, inquantum sequebatur ex actib. præteritorum peccatorum, sed inquantum consequitur actum sequentis peccati. Et ideo oportet, quod quantitas reatus redeuntis, sit f̄m grauitatem peccati subsequentis. Pōt autem contingere, quod grauitas peccati subsequentis adęquetur grauitati oīum peccatorum præcedentium: sed hoc non semper est necesse, siue loquamur de grauitate eius, quam hēt ex sua specie, (cū quādoque peccatum sequēs sit fornicatio simplex, peccata uero præterita fuerunt adulteria, uel homicidia, seu sacrilegia) siue etiam loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitudine annexa. non enim oportet, quod quātitas ingratitudinis sit absolute equalis quātitati beneficii suscepti, cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. contingit enim quod contra idem beneficium unus est multum ingratus, uel secundum intensionem contemptus beneficii, uel secundum grauitatem culpæ contra benefactorem commissæ: alius autem parum, uel quia minus contemnit, uel quia minus contra benefactorem agit: sed proportionaliter quantitas ingratitudinis adæquatur quantitati beneficii: supposito enim equali contemptu beneficii, uel offensa benefactoris, tanto erit grauior ingratitudo, quāto beneficium fuit maius. unde manifestum est, quod nō est necesse, quòd propter ingratitudinem, semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorum: sed necesse est ꝙ proportionaliter quanto peccata prius dimissa fuerunt plura & maiora, tanto redeat maior reatus per qualecumq; sequens mortale peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beneficium remissionis culpæ recipit quantitatem absolutam, secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum: sed peccatum ingratitudinis non recipit quātitatem absolutam secundum quātitatem beneficii, sed secundum quantitatem contemptus uel offensę, ut dictum est. † & ideo ratio non sequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd etiam seruus manumissus non reducitur in pristinam seruitutem pro qualicumque ingratitudine: sed pro aliqua graui. In cor. ar.

AD TERTIVM dicendum, quòd illi, cui peccata dimissa replicantur propter subsequentem ingratitudinem, redit uniuersum debitum, inquantū quantitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitudine subsequenti, non autem absolute dictum est. *

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur, quòd ingratitudo, ratiōe cuius sequēs peccatum facit redire peccata pri⁹ dimissa, sit speciale peccatum. Retributio enim gratiarū pertinet ad contrapassum, quod requiritur in iustitia, ut patet per † Philosophum quinto Ethic. sed iustitia est specialis uirtus. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 2 Præt. * Tullius in 2. Rheto. ponit quod gr̄a est specialis uirtus: sed ingratitudo opponitur gr̄atię. ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶ 3 Præt. Specialis effectus a speciali causa procedit: sed ingratitudo habet specialem effectum, scilicet quod facit aliqualiter redire peccata prius dimissa. ergo in-

¶ *Super quæstio. octuagesimæoctaua articulum quartum.* In corp. ar.

IN articulo quarto eiusdem quæstionis aduerte nouitie, ingratitudinem, de qua est sermo, non esse speciale peccatum non solum ea ratione, qa ipsa & peccatum. puta fornicatio post pœnitentiam, non constituunt duo peccata. s. ingratitudinis & fornicationis, sed ea potius ratione, quia huiusmodi ingratitudinis circunstantia nō apponit circa peccatum post pœnitentiā deformitatem alterius specici ab ipso peccato, immo ingratitudo ista trahitur ad spēm peccati qđ circumstat, puta fornicationis, si peccatū post pœnitentiam est fornicatio, & sic de aliis: simile est. n. de similibus consequentibus ad omnia peccata

2. 2. q. 107. ar ti. 2. ad 3. & 4. dis. 32. q. 1. ar. 3. q. 3.

Li. 5. c. 5. non remotea prīcip. to. 5.

Lib. 1. de Inuent. fol. 4. ante fi. lib.

cata mortalia puta odio Dei, & contẽptu diuini præcepti: quilibet enim peccans mortaliter, interpretatiue & contemnit diuinum præceptũ qđ transgreditur, & in odium inimicitiæ diuinę charitati oppositum incidit. Hæ tamẽ circunstantię ad eandem pertinent spẽm peccati, in qua est peccatum, cuius sunt circunstantiæ, & non trahunt peccatum in speciem odii diuini, & speciem inobedientiæ, prout secundum se hæc sunt specialia peccata, ad quas tamen species traherent, siquis ex Dei odio & cõtemptu præcepti fornicaretur.

Arĩ. 2. huius quæst.

D. 492. Li. 5. c. 2. non remote a pri. to. 5.

gratitudo est speciale peccatum. F

SED CONTRA, Illud quod consequitur omnia peccata, non est speciale peccatum: sed per quodcumque peccatum mortale aliquis efficitur Deo ingratus, ut ex præmissis patet. * ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

RESPON. Dicendum, quòd ingratitudo peccantis quandoq; est speciale peccatum, quãdoque autem non, sed est circunstantia generaliter cõsequens omne peccatum mortale, quod contra Deum committitur: peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis. unde ut † Philos. dicit quinto Ethic. ille qui mœchatur, ut furetur, magis est fur, quã mœchus. Si igitur aliquis peccator in contemptum Dei, & suscepti beneficii aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis. & hoc modo, ingratitudo peccantis est speciale peccatum. si uero aliquis intendens aliquod peccatum committere, puta homicidium, aut adulterium, non retrahatur ab hoc propter hoc quod pertinet ad Dei contemptum, ingratitudo non erit speciale peccatum, sed trahetur ad speciem alterius peccati, sicut circunstantia quędam. ut autem * Aug. dicit in lib. de natura & gratia, H non omne peccatum est ex contemptu, & tamen in omni peccato Deus contemnitur in suis præceptis. unde manifestum est, quod ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, sed non semper & per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ rationes concludunt quod ingratitudo secundum se sit quædam species peccati. Vltima autem rõ concludit, quod ingratitudo secundum quod inuenitur in omni peccato, non sit speciale peccatum.

G

In li. de natura & gra. ca. 59. to. 7.

¶ Super quæst. octuagesimanona articulis primum.

IN quæst. octuagesimanona quatuor notanda occurrunt. Primum in artic. 1. ad secundũ, ubi dicitur quod contritio se habet, ut ultima dispositio ad gratiam consequendam. Sciendum est enim dupliciter sumi contritionem: uel pro ipso actu nudo: uel pro ipso actu informato charitate: perfectus siquidẽ dolor de peccatis commissis cum uoluntate satisfaciendi, &c. contritio dicitur, formata quidem si charitate uestita consideretur, absolute uero si nuda sumatur. Et sic nude considerauit eã Auctor, cum dixit q̃ est ultima dispositio ad gratiam; formata autem charitate consideratur, cum describitur quod est dolor

QVAESTIO LXXXIX. I

De uirtutum recuperatione per pœnitentiam, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de recuperatione uirtutum per pœnitentiã.

ET CIRCA hoc quæruntur sex.

¶ Primò, Vtrum per pœnitentiã restituantur uirtutes.

¶ Secundò, Vtrum restituantur in æquali quantitate.

¶ Tertiò, Vtrum restituatur pœnitenti æqualis dignitas.

¶ Quartò, Vtrum opera uirtutũ, K per peccatum sequens mortificentur.

¶ Quintò, Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiã reuiuiscant.

¶ Sextò, Vtrum opera mortua, id est, absque charitate facta, per pœnitentiam uiuificentur.

ARTICVLVS I.

Vtrum per pœnitentiam uirtutes restituantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod per pœnitentiam uirtutes non restituantur. Non enim possent uirtutes amissæ per pœnitentiam restitui, nisi pœnitentia uirtutes causaret: sed pœnitentia cum sit uirtus, non potest esse causa omniũ uirtutum: præsertim cum quædam uirtutes sint naturaliter priores pœnitentia, scilicet fides, spes, & charitas, ut supra dictum est. † ergo per pœnitentiam non restituũtur uirtutes.

¶ 2 Præt. Pœnitentia in quibusdã actibus pœnitentis consistit: sed uirtutes gratuitę nõ causantur ex actibus nostris: dicit enim * Augustin. in lib. de libero arb. quod uirtutes Deꝰ in nobis sine nobis operatur. ergo uidetur, quòd per pœnitentiam non restituantur uirtutes.

¶ 3 Præt. Habẽs uirtutem sine difficultate & delectabiliter actus uirtutum operatur: unde † Philos. dicit in 1. Ethic. quod non est iustus qui non gaudet iusta operatione: sed multi pœnitentes adhuc difficultatem patiuntur in operando actus uirtutum. non ergo per pœnitentiam restituuntur uirtutes.

SED CONTRA est, quod Lucę 15. legitur. Pater mandauit quod filius pœnitens indueretur stola prima, quę secundum Ambr. est amictus sapiẽtię, quam simul cõsequuntur omnes uirtutes, secundum illud Sapient. 8. sobrietatem, & iustitiam docet, prudentiam & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. ergo per pœnitentiam omnes uirtutes restituuntur.

RESPON. Dicendum, quòd per pœnitentiam remittũtur peccata, ut dictum est: † remissio autem peccatorum non potest esse nisi per infusionem gratiæ. unde relinquitur, quod per pœnitentiam homini gratia infundatur. d Ex gratia autem consequuntur omnes uirtutes gratuitę, sicut ex essentia animę fluunt omnes potentiæ, ut in secunda parte habitũ est. * unde relinquitur, quòd per pœnitentiam omnes uirtutes restituantur.

AD PRIMVM ego dicendum, quod eodem modo pœnitentia restituit uirtutes, per quem modum est causa gratiæ, ut iam dictum est. † Est autem causa gratiæ, inquantum est sacramentum, charitate informatus.

¶ Secundum notandum est in 2. artic. in calce cor. ubi dicitur q̃ eadem ratio est de uirtutibus, quæ ex gratia consequuntur. Potest siquidem hoc dupliciter intelligi, uel referendo singulas uirtutes ad singulas pro eis dispositiones in resurgente, uel referendo quãtitatẽ uirtutũ ad quantitatẽ gratiæ. Et primo quidẽ intellectu sensus eẽt, q̃ resurgẽs a peccato, recuperat aliq̃ infusam uirtutẽ maiorẽ, & aliquã minorẽ si ad unã magis se disposuit, q̃ ad aliã: sicut recuperat gratiã maiorem uel minorẽ, prout magis uel minus se disponit ad illã. Iuxta sẽm uero intellectum sensus esset, q̃ recuperans gratiã minorẽ recuperat ẽt uirtutes minores: & si recuperat gratiã æqualẽ de perditæ, recuperat ẽt uirtutes æquales: & si maiorẽ, maiores. Quicquid autẽ de ueritate primi dicti secundũ se fit, præsentẽ tñ literæ secundus solus sẽsus consonat: qm̃ in litera redditur ratio quare est eadem ratio de gratia & uirtutibus. Et ratio quæ redditur, est sequela uirtutũ ex gratia: ex hoc. n. q̃ uirtutes consequũtur ad gratiã, absque scrupulo ambiguitatis cuiusque deducitur, quòd ad maiorẽ gratia sequuntur maiores uirtutes, & ad minorem minores.

Supr. q. 52. ar. 3. ad 3. & 2. dist. 4. q. 2. ar. 2.

q. 85. ar. 5.

Ex li. 2. c. 18 to. 1.

Lib. 1. ca. 8. med. to. 5.

¶ Tertio aduertendũ est in 3. ar. in cor. ubi de irregularitate homicidii, & defensiõe cõmissi tangitur. Distinguendũ siquidem est de defensione. Nã quædã est necessitas ad homicidiũ, cum quis. s. nõ põt totaliter se defendẽdo, suũ euadere inuasorem, nisi occidat illum, & hæc nõ inducit irregularitatẽ p nouã iura, condita. s. post transitum beati Tho. ut pãtet i 6. de homicidio c. unico. Defensio autem non urgens ad homicidium, & olim & nunc irregularem constituit, & de hac textus iste intelligendus est.

q. 86. ar. 1.

D. 677.

¶ Quarto aduertendum est in 5. artic. in cor.

2. 2. q. 110. ar. 4. ad 1.

Ex corpore.

nam inquantum est uirtus, est magis gratiæ effectus. Et ideo nō oportet, q̄ pœnitentia, secundū quòd est uirtus, sit causa omniū aliarum uirtutum: sed quòd habitus pœnitentiæ, simul cum habitibus aliarum uirtutum, per sacramentum pœnitētiæ causentur.

Ad secvndvm dicendum, q̄ in sacramento pœnitentię, actus humani se habent materialiter: sed formalis uis huius sacramēti dependet ex uirtute clauium, & ideo uirtus clauium effectiue causat gratiā, & uirtutes, instrumentaliter tamen. sed actus primus pœnitentis se habet, ut ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet contritio: alii uero sequentes actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia, & uirtutibus.

Ad tertivm dicendum, q̄ (sicut supra dictum est *) quandoque post primum actum pœnitentiæ, qui est contritio, remanent quædam reliquiæ peccatorū, scilicet dispositiones ex prioribus actibus peccatorū causatę, ex quibus præstatur difficultas quædam pœnitenti, ad operādū opera uirtutum: sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis & aliarum uirtutum, pœnitens opera uirtutis delectabiliter, & sine difficultate operatur: sicut si uirtuosus, per accidens difficultatem pateretur in executione actus uirtutis propter somnū, aut aliquam corporis indispositionem.

Articvlvs II.

Vtrum post pœnitentiam resurgat homo in æquali uirtute.

Ad secvndvm sic procedit. Videtur, quòd post pœnitētiam resurgat homo in æquali uirtute. Dicit.n. Apost. Rom. 8. Diligentibus Deum oīa cooperantur in bonum. Vbi dicit gl.* Aug. quòd hoc adeo uerū est, ut si qui horum deuiēt & exorbitēt, hoc ipsum eis Deus faciat in bonum proficere: sed hoc nō esset, si homo resurgeret in minori uirtute. ergo uidetur, quòd numquam pœnitens resurgat in minori uirtute.

¶ 2 Præt. † Ambrosius dicit, q̄ pœnitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum: sed hoc non esset, nisi uirtutes in æquali quantitate recuperarentur. ergo per pœnitentiam semper recuperatur æqualis uirtus.

¶ 3 Præter. Super illud Genes. 1. Factum est uespere & mane dies unus, dicit glos. Vespertina lux est, a qua quis cecidit, matutina, in qua resurgit: sed lux matutina est maior uespertina. ergo aliquis resurgit in maiori gratia uel charitate, quàm prius habuerit: quod etiam uidetur per id, quod Apost. dixit Rom. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit, & gratia.

Sed contra, Charitas proficiens uel perfecta, est maior quàm charitas incipiens: sed quandoque aliquis cadit a charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. ergo semper resurgit homo in minori uirtute.

Respon. Dicendum, q̄ (sicut dictum est †) motus liberi arbitrii, qui est in iustificatione impii, est ultima dispositio ad gratiam: unde in eodem instanti est gratiæ infusio, cum prædicto motu liberi arbitrii, ut in secunda parte habitum est. * In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, ut supra dictum est. Manifestum est autem, quòd formæ, quæ possunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur, secundum diuersam dispositionem subiecti, ut in secunda parte habitū est. † Et inde est, quòd secundum quòd motus liberi arbitrii, in pœnitentia est intensior uel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur maiorē uel minorem gratiam. Contingit autem intensionem motus pœnitentis, quandoque proportionatam esse maiori gratiæ, quàm illa, a qua ceciderat per peccatum: quandoque autem æquali, quandoque uero minori. Et ideo pœnitens quandoque resurgit in maiori gratia, quā prius habuerat: quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori, & eadem ratio est de uirtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

Ad primvm ergo dicendum, q̄ non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum quòd per peccatum a Dei amore cadunt: q̄d patet in his qui cadunt, & numquam resurgunt, uel qui resurgunt, iterum casuri: sed his tantum, q̄ secundum propositum uocati sunt sancti, id est, p̄destinatis, qui quotiescumque cadant, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonū hoc, quòd cadunt, non quia semper in maiori gratia resurgāt: sed quia resurgunt in permanentiori gratia, nō quidem ex parte ipsius gratiæ, quia quanto gratia est maior, tanto de se est permanentior: sed ex parte hominis, qui tāto stabilius in gratia permanet, quāto est cautior, & humilior. unde & gl.* ibidem subdit, quòd ideo proficit eis in bonum, quòd cadūt, quia humiliores redeunt atque doctiores.

Ad secvndvm dicendum, q̄ pœnitentia quantum est de se, habet uirtutem reparandi defectus ad perfectum, & etiam promouendi in ulteriorem statum: sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissius mouetur in Deum, & in detestationem peccati, sicut etiam in baptismo aliqui adulti cōsequuntur maiorē uel minorem gratiam, secundum quòd diuersimode se disponunt.

Ad tertivm dicendū, quòd assimilatio illa utriusq; gratiæ ad lucē uespertinam, & matutinā, fit pp similitudinem ordinis, quia post lucem uespertinā sequūtur tenebrę noctis, post lucē autem matutinā sequitur lux diei, non autem propter similitudinem maioris uel minoris quantitatis. Illud ēt uerbū Apostoli intelligitur de gratia Christi, q̄ superat omnē abundantiam humanorū peccatorū: non aūt est uerum in omnibus, quòd quanto abūdantius peccauit, tanto abundantiorē gratiā consequatur, pensata quantitate habitualis gratiæ. Est tamen superabundans gratia, quantum ad ipsam gra-

tor. iuncto cū respōsione ad tertiū, quod aliud est loq; de opere meritorio, & aliud est loqui de quantitate operis meritorii. Cum.n. mortificata reuiuiscunt, semper oīa opera meritoria quæ mortificata erāt, reuiuiscunt: qm̄ isti, i quo reuiuiscunt, debita est uita æterna ex uisillorū priorū operū, & non solū ex ui præsentiū operū, ita q̄ hoc operatur reuiuiscere, qđ ex plurib' capitibus debeb' huic uita æterna, scilicet ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus: sed quantitas operis meritorii non semper reuiuiscit simpliciter: qm̄ non semper recuperat, pria efficacia, quæ est perducere hunc ad tā tū gradū beatitudinis æternæ, ut patet in eo qui resurgit in minori gratia, ita q̄ in illa minore decedit. Talis.n. numquā perueniet ad illū beatitudinis gradū, quē quātitas prioris meriti debitū sibi fecerat. Et in promptu causa huius non reuiuiscētiæ est ipsa resurgentis indispositio: sicut.n. si non resurrexisset a peccato, mortificata merita non sibi reuixissent (quia peccatum proprium impediuisset meritorum efficaciam) ita resurgendo a peccato, cū minore tamen gratia ex hoc ipso indispositus est ad suscipiendum fructū maioris meriti. ipse. n. minor conatus resurgentis, & ad maiora non progredientis impedimentum præstat efficaciæ quantitatis magni meriti præcedentis. Et facit ut quantitas illa non reuiuiscat sibi simpliciter & absolute: cū quo tamen stat, quòd reuiuiscit illi secundū quid, hoc est quo ad gaudium accidentale: quia, ut in litera dicitur, plus gaudebit de maiore merito præcedente quàm de minore, quod subsequutum est.

Hoc habet Aug. 3. hypognosticō contra Iulianum.

Ar. p̄c. ad 3.

Q. 113. ar. 5. & 7. in 1. 2.

1. 2. q. 52. ar. 1. & 2. Et q. 66. ar. 1.

Aug. loco citato in arg.

gratiæ rationem: quia magis gratis beneficium remissionis magis peccatori confertur: quamuis qñque abundanter * peccantes, abundanter doleant, & sic abundantiorem habitũ gratiæ, & uirtutum consequuntur, sicut patet in Magdalena.

Alias non habetur. ly abundanter peccantes.

¶ Ad id uero, quod in contrarium obijcitur dicendum, quòd una & eadem gratia maior est proficiẽs quàm incipiens: sed in diuersis hoc non est necesse: unus enim incipit a maiori gratia, quàm alius habeat in statu profectus, sicut Greg. * dicit in 2. Dialog. Quatenus & præsentes & secuturi omnes agnoscerent, Benedictus puer cõuersionis gratiam a quanta perfectione cepisset.

Lib. 2. c. 2. ante med.

ARTICVLVS III.

Vtrum per pœnitentiam restituatur homo in pristino dignitatem.

3. d. 31. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 2. & 4. d. 14. q. 1. ar. 5. q. 1, ad 3. Et d. 19. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. Et d. 37. q. 2. ar. 2. ad 4. Gl. ord. ibid. Refertur in decre. d. 50. c. quicunq. Innoc. 1. epi. 6. ad Agapitum, & Matt. habetur d. 50. c. 1. Canon. apud.

ADD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd per pœnitentiam non restituatur homo in pristinam dignitatem: quia super illud Amos 5. Virgo Israel cecidit. dicit gloss. * Non negat posse resurgere, sed non resurget uirgo Israel: quia semel aberrans ouis, etsi reportetur humeris pastoris, nõ habet tantam gloriam, quantam quę numquam errauit. ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem.

¶ 2 Præt. Hiero. * dicit, Quicumque dignitatẽ diui ni gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare: reuerti enim in pristinum gradum difficile est. Et Innoc. Papa * dicit, quòd apud Niceam constituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officiis clericorum excludunt. non ergo per pœnitentiam homo recuperat pristinam dignitatem.

¶ 3 Præt. Ante peccatum potest aliquis ad maiorẽ gradum ascendere, non autem hoc post peccatum conceditur pœnitenti: dicitur enim Ezec. 44. Leuitę qui recesserunt a me, numquam appropinquabunt mihi, ut sacerdotio fungantur. Et sicut habetur in decret. d. 50. in Hilerdensi * concilio legitur, Hi qui sancto altari deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente digne pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, ut non possint ad altiora officia ulterius promoueri. non ergo pœnitentia restituit hominẽ in pristinam dignitatem.

In decret. d. 50. ca. hi qui altari.

SED CONTRA est, quòd sicut in eadem dist. legitur, Greg. * scribens Secundino, dicit, post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem. Et in concilio Agathensi * legitur, contumaces clerici, prout dignitatis ordo pmiserit, ab episcopis corrigantur: ita ut cum eos pœnitentia correxerit, gradum suum dignitatemq; recipiant.

Greg. lib. 7. sui regist. ep. 53. circa med. refertur d. 50. ca. Quia sanctitas tua. Refertur d. 50. c. Contumaces, & sumitur ex cõcil. Agathẽsi c. 2 uel 1. ut aliqui libri habent.

RESPON. Dicendum, ꝙ homo per peccatũ duplicem dignitatem amittit: unam, quantum ad Deum, aliam uero, quantum ad ecclesiam: quantum autem ad Deum, amittit duplicem dignitatem, unam principalem, qua scilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam: & hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam, quod significatur Lucæ. 15. in filio prodigo, cui pœnitenti pater iussit restitui stolam primam, & anulum, & calciamenta. Aliam uero dignitatem amittit secundariam, scilicet innocentiam, de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior dicens, ecce tot annis seruio tibi, & numquam mandatum tuum

F præteriui: & hanc dignitatem pœnitens recuperare non potest. Recuperat tamen quandoque aliquid maius: quia, ut Gregor. * dicit in Homil. de centum ouibus, qui errasse a Deo se considerant, dãna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium de eis fit in cęlo: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quàm illum qui numquam terga præbuit, & numquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem ecclesiasticam homo per peccatum perdit, quia indignum se reddit ad ea, quę competunt dignitati ecclesiasticę exercenda: quam quidem recuperare prohibetur, uno modo, quia non pœnitet: unde Isidor. ad Missianũ * G episcopum scribit (sicut in eadem distinct. † legitur c. Domino.) Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentię præcessit satisfactio, uel condigna peccatorum confessio. At cõtra hi, qui a uitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundo, quia pœnitentiam negligenter facit: unde in eadem dist. cap. * si quis diaconus, dicitur, cum in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi apparet nec ieiunijs, uel lectionibus eos uacare uideamus, possumus agnoscere si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia permanerent. Tertio, si commisit aliqđ H peccatum, quod habet irregularitatem annexam: unde in eadem dist. * ex concilio Martini Papæ dr, si quis uiduam, aut ab alio relictam duxerit, nõ admittatur ad clerum, ꝙ si irrepserit, deiiciatur. Similiter si homicidii, aut facto aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum cõscius fuerit, Sed hoc non est ratione peccati, sed ratione irregularitatis. Quarto pp scandalum: unde & in eadẽ d. legitur c. de his uero, Rabanus * dicit, Hi qui deprehensi uel capti fuerint publice in periurio, furto, atq; fornicatione, & ceteris huiusmodi criminib⁹, ſm canonum sacrorum instituta a proprio gradu decidant, quia scandalum est populo Dei, tales psonas super se positas habere: qui autem de prædictis peccatis absconse à se commissis, occulte sacerdoti confitentur, si se per ieiunia & eleemosynas, I uigiliasque, & sacras orationes purgare curauerint, his etiam gradu proprio seruato spes ueniæ de misericordia Dei promittenda est. Et hoc est quod dicitur extra de qualitate ordinandorum, cap. * quęsitum, Si crimina ordine iudiciario comprobata, uel alias notoria non fuerint, præter reos homicidij, post pœnitentiam in susceptis, uel iam suscipiẽdis ordinibus impedire non possunt.

Alias Massanum. In decr. d. 50. c. Dño sancto, parum a principio.

In dec. d. 50 c. si quis diaconus, circa medium.

Dist. 50. c. si quis uiduã.

Rabanus in li. Pœn. ca. 1. Refertur d. 50. c. de his uero.

In decr. li. 1. tit. 11. Et est de temporibus ordinationum c. 15 & est ultimum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem ratio est de recuperatione d uirginitatis & de recuperatione innocentiæ, quæ pertinet ad secundariam dignitatem quò ad Deum.

D. 1169.

AD SECVNDVM dicendum, quòd Hieronymus in uerbis illis non dicit esse impossibile: sed esse difficile hominem recuperare post peccatum pristinum gradum: quia hoc non conceditur nisi perfecte pœnitenti, ut dictum est. * Ad statuta autem K canonum, quæ hoc prohibere uidentur, rñdet * Aug. Bonifacio scribens, ut constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiã, clericatum accipiat, uel ad clericatum redeat, uel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ: sed rigore factum est disciplinę, alioquin contra claues ecclesię datas disputabitur, de quibus dictum est, * Quęcunque soluueritis super terram, soluta erunt & in cœlo. Et postea subdit, nam & sanctus

In corp. ar. Aug. in epi. 50. ad Bonifacium, aliquantulum ante finem epist. 102. Eodem loco nunc proxime citato.

ctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo perstitit, & beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit, utique dominum negasse penituit, & tamen Apostolus permansit: sed non ideo putanda est superuacua posteriorum doctorum diligentia: qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt: experti, ut credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum * potentias.

Ad tertium dicendum, q̃ illud statutum intelligitur de illis, qui publicam pœnitentiam agũt: qui postmodum non possunt ad maiorem prouehi gradum. nam & Petrus post negationem, pastor ouium Christi constitutus est, ut patet Ioan. vlt. ubi etiam Chrys. dicit, * quòd Petrus post negationẽ & pœnitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum: qui enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem commisit, huic postea & præpositura fratrũ credita est, & non solum non committit alteri interrogare, q̃ ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioanne magistrum interrogat.

Articvlvs IIII.

Vtrum opera uirtutum in charitate facta possint mortificari.

Ad quartvm sic proceditur. Vĩ, q̃ opera uirtutum in charitate facta, mortificari non possint. Quod. n. non est, immutari non põt: sed mortificatio est quædam mutatio de uita in mortem. cum ergo opera uirtutum postquam facta sunt, iam non sint, uidetur quòd ulterius mortificari nõ possint.

¶ 2 Præt. Per opera uirtutum in charitate facta, homo meretur uitam æternam: sed subtrahere mercedẽ merenti, est iniustitia, quæ non cadit in Deum. ergo non potest esse, quòd opera uirtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificentur.

¶ 3 Præt. Fortius non corrumpitur a debiliori: sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia ut dr Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. ergo uidetur, q̃ opera in charitate facta, per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

Sed contra est, quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.

Respon. Dicendum, quòd res uiua per mortẽ perdit operationem uitæ. unde per quandam similitudinẽ dicuntur res mortificari, quando impediuntur a suo proprio effectu uel operatione. Effectus aũt operũ uirtuosorũ, quæ in charitate fiũt, est perducere ad uitã æternam, quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit: & secundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatũ mortale.

Ad primvm ergo dicendum, quòd sicut opera peccatorum transeunt actu, & manẽt reatu, ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. & secũdum hoc mortificantur, inquantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedem.

Ad secvndvm dicendum, quòd sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quãdo ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequentem. nam & ea quæ homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit.

Ad tertivm dicendũ, q̃ nõ est propter fortitudinem operum peccati, quòd mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem uoluntatis, quæ potest a bono in malum deflecti.

Articvlvs V.

Vtrum opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

Ad quintvm sic proceditur. Vĩ, q̃ opera mortificata per peccatũ, per pœnitentiã non reuiuiscant. sicut. n. per pœnitentiam subsequentem remittuntur peccata præterita, ita etiam per peccatũ sequens mortificantur opera prius in charitate facta: sed peccata dimissa per pœnitentiam non redeunt, ut supra dictum est. * ergo uidetur, quòd ẽt opera mortificata, per charitatem non reuiuiscant. 4. d. 14. q. 2. ar. 3. q. 1. Et d. 22. q. 1. ar. 1. ad 6. & Hebræ. 6. lec. 1. & lec. 3. q. præc. ar. 1.

¶ 2 Præt. Opera dicuntur mortificari, ad similitudinem animalium, quæ moriuntur, ut dictũ est: † sed animal mortuum non potest iterum uiuificari. ergo nec opera mortificata possunt iterum per pœnitentiam reuiuiscere. art. præc.

¶ 3 Præt. Opera in charitate facta, merentur gloriã secũdum quãtitatem gratiæ uel charitatis: sed q̃nque per pœnitentiam hõ resurgit in minori gratia uel charitate. ergo non consequitur gloriã secũdũ meritum priorum operum. & ita uidetur, quòd opera per peccatum mortificata, non reuiuiscant.

Sed contra est, quod sup illud Ioel. 2. Reddam uobis annos, quos comedit locusta, dicit * gl. Nõ patiar perire ubertatem, quam cum perturbatione animi amisistis: sed illa ubertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. ergo per pœnitentiam reuiuiscunt opera meritoria prius facta. glo. interlinearis ibid.

Respon. Dicendũ, quòd quidã dixerunt, quòd opera meritoria per peccatum sequens mortificata, non reuiuiscunt per pœnitentiam subsequentẽ, considerantes, quòd opera illa non remanent, ut iterum uiuificari possint: sed hoc impedire non potest, quin uiuificentur: non enim habent uim perducendi in uitam æternam (quod pertinet ad eorũ uitam) solum, secundũ, quòd actu existunt, sed ẽt postquam actu esse desinunt, secundum, quòd remanent in acceptatione diuina. Sic autem remanẽt quantum est de se, etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt, acceptabit, & sancti de eis gaudebũt, secundum illud Apoc. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam: sed quòd isti, qui ea fecit, non sint efficacia ad ducendum in uitam æternã, q̃ uenit ex impedimento peccati superuenientis, per q̃d ipse redditus est indignus uita æterna. Hoc autẽ impedimentum tollitur p̃ pœnitentiã, inquantum per eam remittuntur peccata. vnde restat, q̃ opera prius mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in uitã æternam, quod est ea reuiuiscere. Et ita patet, q̃ opera mortificata, per pœnitentiam reuiuiscunt. D. 951.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ opera peccati, p̃ pœnitentiam abolentur secundum se: ita. s. q̃ ex eis ulterius Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur: sed opera in charitate facta non abolentur a Deo, in cuius acceptatione remanent: sed impedimentum accipiunt ex parte hominis operãtis: & ideo remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis, Deus implet ex parte sua illud, quod opera merebantur.

Ad secvndvm dicendũ, q̃ opera in charitate facta nõ mortificantur secũdũ se (sicut dictũ est †) sed solũ per impedimentũ superueniẽs ex parte operãtis. Aĩalia aũt moriuntur secundum se, inquantũ priuantur principio uitę: & ideo non est simile. In corp. art.

Ad tertivm dicẽdũ, q̃ ille qui p̃ pœnitentiã resur-

surgit in minoti charitate, consequetur quidem p̃- F
miũ essentiale, secundũ quãtitatẽ charitatis, in qua
inuenitur, habebit tamẽ gaudiũ maius de operibus
in prima charitate factis, q̃ de operibus quæ in secũ
da fecit, quod pertinet ad præmium accidentale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per pœnitentiam subsequentem, etiam opera mortua uiuificentur.

4. d.14. q.2. ar.3. q.1.& d.15.q.1.ar. 3.q.4.& 1.

AD SEXTVM sic proceditur. Vr̃, q̃ per pœnitentiã subsequentem ẽt opera mortua (quæ scilicet non sunt in charitate facta) uiuificentur. Difficilius enim vr̃, quòd ad uitam perueniat illud, quod fuit mortificatum (quod numquam fit secundum naturam) quàm illud, quod numquam fuit uiuum, uiuificetur: quia ex non uiuis, secundum naturam G
Art. præc. aliqua uiua generantur: sed opera mortificata, per pœnitentiam uiuificantur, ut dictũ est. * ergo multo magis opera mortua uiuificantur.

¶ 2 Præt. Remota causa, remouetur effectus: sed causa, quare opera de genere bonorũ sine charitate facta, non fuerunt uiua, fuit defectus charitatis & gratiæ: sed iste defectus tollitur per pœnitentiam. ergo per pœnitentiam opera mortua uiuificantur.

In illud Augæi 1. seminastis &c. tom. 6. ¶ 3 Præt. Hiẽrony. dicit, Si quando uideris inter multa mala opera facere peccatorem quẽquã, aliqua quæ iusta sunt, non est tam iniustus Deus, ut p̃ pter multa mala obliuiscatur paucorum bonorũ: H
sed hoc maxime uidetur, quando mala præterita p̃ pœnitentiam tolluntur. ergo uidetur, quòd post pœnitentiam Deus remuneret priora bona opera in statu peccat i facta, quod est ea uiuificari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit primæ Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. hoc autem non esset, si saltem per pœnitentiam subsequentem uiuificarentur. nõ ergo pœnitentia uiuificat opera prius mortua.

RESPON. Dicendum, quòd opus aliquod dicitur mortuum dupliciter. uno modo effectiue: qa I
scilicet est causa mortis: & secundũ hoc opera peccati dicuntur opera mortua, secundum illud Heb. 9. sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. hæc igitur opera mortua nõ uiuificantur per pœnitẽtiam, sed magis abolentur, secundum illud Heb. 6. Non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Alio modo dicuntur opera mortua priuatiue, s. quia carent uita spirituali, quæ est ex charitate, per quam anima Deo coniungitur, ex quo uiuit sicut corpus per animam: & per hunc modum etiam fides, quæ est sine charitate, dicitur mortua, secundum illud Iac. 2. Fides sine operibus mortua est. & per hunc etiã modum omnia opera, quæ sunt bona ex genere, si K
sine charitate fiant, dicuntur mortua, inquãtum. s. non procedunt ex principio uitę, sicut si dicamus sonum citharæ uocem mortuam. Sic igitur differentia mortis, & uitę in operibus, est secundum comparationem ad principium, a quo procedunt. opera autem non possunt iterum a principio procedere (quia transeunt) & iterum eadem numero resumi non possunt. unde impossibile est, q̃ ope-
D.951. ra [d] mortua iterum fiant uiua per pœnitentiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in rebus naturalibus, tam mortua, quàm mortificata carent principio uitæ: sed opera dicuntur mortificata non ex parte principii, ex quo processerunt, sed ex parte impedimenti extrinseci. mortua autem dicuntur ex parte principii: & ideo non est similis ratio.

AD SECVNDVM dicendum, quòd opera de genere bonorum sine charitate facta, dicuntur mortua propter defectum charitatis, & gratiæ, sicut principii. hoc autem non præstatur eis per pœnitentiam sequentem, ut ex tali principio procedant. unde ratio non sequitur.

AD TERTIVM dicendum, q̃ Deus recordatur bonorum, quæ quis facit in statu peccati, non ut remuneret ea in uita æterna, qđ debetur solis operibus uiuis. i. ex charitate factis: sed remunerat ea tempora li remuneratione, sicut † Gregorius dicit in hom. de Diuite & Lazaro, q̃ nisi diues ille aliquod bonum egisset, & in præsenti sęculo remunerationem accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Recepisti bona in uita tua. vel etiam hoc potest referri ad hoc, quod patietur tolerabilius iudicium. vnde dicit † Aug. in lib. de Patientia, non possumus dicere, schismatico melius fuisset, ut Christum negando nihil eorum pateretur, quę passus est confitendo: sed æstimandum est, [d] tolerabilius ei futurum D. 426. & 1142. iudicium, quàm si Christum negando, nihil eorũ pateretur, ut illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest, intelligatur ad regnũ cælorum [e] obtinendum, non ad extremi supplicii D.950. iudicium tolerabilius subeundum.

hom. 40. in euang. circa medium illius.

Lib. de patientia, c.26 in med.to.4.

QVAESTIO XC.

De partibus pœnitentiæ in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de partibus pœnitentiæ.

¶ Et primo in generali.

¶ Secundò in speciali de singulis.

CIRCA primum quęruntur quatuor.

¶ Primò, Vtrum pœnitentia habeat partes. I

¶ Secundò, De numero partiũ.

¶ Tertiò, Quales partes sint.

¶ Quartò, De diuisione eius in partes subiectiuas.

ARTICVLVS I.

Vtrum pœnitentiæ debeant partes assignari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ pnĩę non debeãt partes assignari. Sacramenta. n. sunt, in quibus diuina uirtus secretius operatur salutem: sed uirtus diuina est una & simplex. nõ ergo pœnitentiæ cũ sit sacramẽtum, debent partes assignari.

¶ 2 Præt. Pœnitentia, & est uirtus, & est sacramẽtum: sed ei, inquantum est uirtus, nõ assignantur partes, cũ uirtus sit habitus quidã, qui est simplex qualitas mẽris: similiter etiam & pœnitẽtię, inquantum est sacramentũ, non uidetur, q̃ sint partes assignandæ: quia baptismo & aliis sacramẽtis non assignãtur partes.

¶ *Super Quæstionem nonagesimam.*

IN quæstio. 90. in qua de partibus pœnitentiæ agitur, scilicet contritione, confessione, & satisfactione, sciendum est uarias inueniri de hoc opiniones. Scotus namque in 4. senten. dist. 16. qõ. 1. tenet, quòd ista tria nullo modo sunt partes sacramenti pœnitentiæ. Et fundamentum eius est: quia apud ipsum in eodem 4. distin. 14. q. 4. sacramentum pœnitentiæ est absolutio sacramentalis, cuius nulla pars est contritio, quæ est quoddam spirituale in anima: neque confessio: quia nihil est ipsius sententiæ, sed est facerdotis, sed est actus rei accusantis seipsum: neque satisfactio, quæ sequitur absolutionem sacramentalem. Durandus uero in 4. sent. dist. 14. q. 2. art. 1. tenet sacramentum pœnitentiæ integrari ex absolutione, ut forma, & confessione, ut materia: contritionem uero non ponit eius partem, sed dispositionem præuiam: satisfactionem autem pro consequente. Auctor autem, ut patet

4. d. 16. q. 1. ad 1. q. 1. & 4.

in

ergo pœnitentiæ núllo modo A debent partes assignari.

¶ 3 Præt. Pœnitentiæ materia est peccatũ, ut supra dictũ est: * sed peccato non assignantur partes. ergo etiam nec pœnitentię sunt partes assignandæ.

Sed contra est, ꝙ partes sũt, ex quibus perfectio alicuius integratur: sed pœnitentię perfectio integratur ex pluribus, scilicet ex contritione, confessione, & satisfactione. ergo pœnitentia habet partes.

Respon. Dicendum, quòd partes rei sunt, in quas materialiter totum diuiditur: habent. n. B se partes ad totum, d sicut materia ad formam. unde in 2.* Physico. partes ponuntur in genere causæ materialis, totum autem in genere causæ formalis. Vbicũque igitur ex parte materiæ inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dictũ est autem supra, * quòd in sacramento pœnitentiæ, actus humani se habent per modum materiæ. Et ideo cum plures actus humani requirantur ad pœnitentię perfectionem, scilicet contritio, confessio, & satisfactio (ut infra patebit*) consequens est, quòd sacramentum pœnitentiæ habeat partes.

Ad primvm ergo dicendum, quòd quodlibet sacramentum habet simplicitatem rationis uirtutis diuinę, quę in eo operatur: sed uirtus diuina propter suę magnitudinem, operari potest, & p unum, & per multa, ratione quo D rum alicui sacramento possunt partes assignari.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ pœnitentię, secundum ꝙ est uirtus, non assignantur partes: actꝰ enim humani, qui multiplicantur in pœnitentia, non comparãtur ad habitũ uirtutis, sicut partes, sed sicut effectus. unde relinquitur, quòd partes assignentur pœnitentiæ, inquantum est sacramentum, ad quod actus humani comparantur, ut materia. In aliis autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior, una, siue simplex, ut aqua uel oleum, siue cõposita, ut chrisma: & ideo aliis sacramentis non assignantur partes.

Ad tertivm dicendum, ꝙ peccata sunt materia remota pœnitentiæ inquantum scilicet sunt materia, uel obiectum humanorum actuum, qui sunt propria materia pœnitentiæ, prout est sacramentum.

Articvlvs II.

Vtrum conuenienter assignentur partes pœnitentię, contritio, confessio, & satisfactio

Ad secvndvm sic procedit. Vŕ, ꝙ inconuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio. Contritio enim est in corde (& sic pertinet ad interiorem pœnitentiam) confessio autem est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo ultima pertinent ad exterior em pœnitentiam. Pœnitentia autem interior non est sacramentum, sed sola pœnitẽtia exterior, quæ sensui subiacet. nõ ergo cõuenienter assignantur hę partes sacramento pœnitentiæ.

¶ 2 Præt. In sacramento nouæ legis confertur gratia, ut supra habitum est. * sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. ergo satisfactio non est pars sacramenti.

¶ 3 Præt. Non est idem fructus rei, & pars: sed satisfactio est fructus pœnitentię, secundum illud C Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. ergo non est pars pœnitentiæ.

¶ 4 Præt. Pœnitentia ordinatur contra peccatum: sed peccatum potest perfici solum in corde, p consensum, ut in secunda parte habitum est. ergo & pœnitentia. non ergo pœnitentiæ debent partes poni confessio oris & satisfactio operis.

Sed contra, Vŕ, ꝙ debeant D poni plures partes pœnitentiæ. Pars. n. hominis ponitur non solum corpus, quod est eius materia, sed ẽt aĩa, quæ est eius forma: sed tria prędicta, * cum sint actꝰ pœnitentis, se habent sicut materia, absolutio autem sacerdotis se habet per modum formę. ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars pœnitentię.

Respon. Dicendum, ꝙ duplex est pars, ut dicitur in quinto * Metaph. s. pars essentię, & pars quantitatis. Partes essentię E sunt naturaliter quidem forma, & materia, logice autem est genus, & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramentum distinguitur in materiam, & formam, sicut in partes essentię: unde, & supra dictum est, * ꝙ sacramenta consistunt in rebus, & uerbis: sed quia d quantitas se tenet ex parte materię, partes quãtitatis sunt partes materiæ. Et hoc modo sacramento pœnitentię specialiter assignantur partes, (ut dictum est *) quantum ad sacramenti inquantũ implicat propositum confitendi & satisfaciendi: secundum. n. responsionem hanc non sunt tres, sed duæ partes pœnitentiæ, quoniam contritio, ut distinguitur a confessione, & satisfactione, non est pars pœnitentiæ. & sic Auctor sibiipsi contrarius inuenitur. 4.d. 16.q.1. ar.1.q 2. & 4.& d.17 q. 3.art.3.q.4. d.22.q.2.ar. 1.q.2. ad 3. Et 2. Co. 7. lect.3.

¶ Ad hoc dicitur, qđ in contritione plura inueniuntur: inter q̃ unum est uelle recõpensare ad arbitrium sacerdotis. Et ratione huius ponitur prima pars pœnitentiæ sacramenti, tamquam initium eius, ita quòd actus iste interior, licet secundum se nõ spectet ad exteriorẽ pœnitentiam, ut est, tamen ratio, & initium exterioris pœnitentiæ ad exteriorem spectat pœnitentiam. Sicut in aliis uidemus tam bonis, quàm malis, quòd interiores actus, & passiones, ut sunt rationes exteriorum, ad extrinseca spectant iudicia: aliter enim iudicatur offendens ex odio, aliter offendens ex ira, &c. Et præter communem hanc rationem specialis in proposito interuenit ratio, quæ ex differẽtia inter recompensationem puræ iustitiæ, & recompensationẽ iustitiæ, & amicitiæ facile patet. Recompensatio enim iustitiæ attenditur secundũ æqualitatem exteriorem, siue sponte siue inuite fiat recompensatio, ut patet tam in solutione pecuniæ quàm in abscisione membrorum seu uapulatione, &c. satisfactum est enim iustitiæ etiam si inuitus reus soluerit, aut passus fuerit: recompensatio autem iustitiæ, & amicitiæ, nisi sponte fiat a reo, nihil ualet: quoniam non est reconciliatiua. Et quoniam ad sacramentũ pœnitẽtiæ spectat recompensatio reconciliatiua, ideo ad hoc denotãdum initium, & ratio eius ponitur uelle, recompensare: quod uelle, quia claditur in contritione, ideo contritio ponitur prima pars sacramenti pœnitentiæ, & dicitur in litera de ea, Q.62.ar.1.& 3. 1.2.q.72. ar. 7. Posita in argumento 1. Lib.5.tex.7. to.3. Q.60. ar.5. & 6. D.495. Ar.præc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ea, quòd non secundum essentiam, sed uirtualiter, hoc est ut
Q.85. art.3. ad 3. est initium, & ratio recompensationis, est pars sacramenti pœnitentię. Auctor enim per illa uerba, inquantum, scilicet implicat propositum confitendi, & satisfaciendi circumloquitur uoluntatem recompensandi, quà in cor. art. concluserat esse primam partem pœnitentiæ. Vnde patet, quòd contritio non solum secundum se, sed ut est prima pars pœnitentiæ, distinguitur a confessione, & satisfactione, nam uoluntas recompensandi distinguitur a subiectione, & ab executione.

¶ Et per hæc patet responsio ad Scot. & Duran. utentes hoc argumento.

¶ In eodem ar. in responsione ad secundum nota diligenter, & prædica doctrinã hanc, quòd satisfactio sacramentalis auget gratiam ex hoc, quòd est pars sacramenti. Et potes hoc intelligere ex differentia, quæ est inter satisfactionem sacramentalem, & non sacramentalem. nam satisfactio sacramentalis ualet non solum secundum se, sed etiam ex uirtute clauium: satisfactio
Q.68. ar.2. & q.69.ar.8 autem non sacramentalis ualet solum secundum se: quoniam a clauibus non emanauit. quocirca plus prodest unus ieiunii dies, aut unum psalterium ex impositione confessoris, quàm sine tali impositione. Et hinc sequuntur duo. primum, quòd
Ca. 4. parte 4. inter finẽ & medium. pœnitentes errant parum satisfactionem uolentes sibi a confessore imponi. secundum, quòd confessores minus bene prouident pœnitentibus, paratis tamen, dando eis leuem pœnitentiã: ipsa enim prorogatio
In corp. ar. satisfactionis sacramentalis uirtute clauium, & augere nata est gratiam, & plus ualere ad satisfaciendum pro peccatis.
4.d.16. q.1. ar.1.q.3. ¶ In eadem responsione soluenda occurrit obiectio Duran. in 4. distinct. q. 16. quæst. 1. contra
Art.4.ar.3. actus pœnitentis, q̃ sunt materia huius sacramenti. Dictũ est autẽ supra, † q̃ alio modo fit recompensatio offensę in pœnitentia, & in uindicatiua iustitia. Nam in uindicatiua iustitia fit recompẽsatio secundum arbitrium iudicis, non secundum uoluntatem offendentis uel offensi: sed in pœnitentia fit recompensatio offensę secundum uoluntatem peccãtis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quæritur sola reintegratio æqualitatis iustitiæ, (sicut in iustitia uindicatiua) sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit dum offendens recompensat secundũ uoluntatẽ eius, quem offendit. Sic igitur, requiritur ex parte pœnitentis: primo quidẽ uolũtas recõpensandi, quod fit per contritionẽ: secundo, q̃ se subijciat arbitrio sacerdotis loco Dei; qđ fit in cõfessione: tertio, q̃ recõpenset secũdũ arbitriũ ministri Dei: quod fit in satisfactione, & ideo cõtritio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes pœnitentiæ.

Ad primvm ergo dicẽdum, q̃ contritio, secundum essentiã quidem est in corde, & pertinet ad interiorem pœnitentiam: uirtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam, inquantũ scilicet implicat propositum confitendi, & satisfaciendi.

Ad secvndvm dicendum, q̃ satisfactio confert gratiam, prout est in proposito: & auget eã, prout est in executione; sicut ẽt baptismus in adultis, ut supra dictum est. †

Ad tertivm dicendum, q̃ satisfactio est pars pœnitentię sacramenti, fructus autem pœnitẽtiæ uirtutis.

Ad qvartvm dicendũ, q̃ plura requiruntur ad bonũ, quod procedit ex integra causa, quàm ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus, secundũ * Dionys. 4. cap. de Diui. nom. & ideo licet peccatum perficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen pœnitentiæ requirit & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Ad contrarium uero patet solutio per ea, quæ dicta sunt. *

Articvlvs III.

Vtrum prædicta tria sint partes integrales pœnitentię.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur, q̃ prædicta tria non sint partes integrales pœnitentię. Pœnitentia enim, ut dictum est, † cõtra peccatum ordinatur: sed peccatum cordis, oris & operis, sunt partes subiectiuæ peccati, & nõ partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prædicatur. ergo etiam in pœnitentia contritio cordis, confessio oris, & satisfactio operis, non sunt partes integrales.

¶ 2 Præt. Nulla pars integralis in se continet aliam sibi condiuisam: sed contritio continet in se confessionem & satisfactionem in proposito. ergo non sunt partes integrales.

¶ 3 Præt. Ex partibus integralib⁹ simul, & æqualiter constituitur totum: sicut linea ex suis partibus: sed hoc non contingit hic. ergo prędicta non sunt partes integrales pœnitentiæ.

Sed contra', Illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur: sed ex tribus prędictis † integratur perfectio ipsius pœnitentię. ergo sunt partes integrales pœnitentię.

Respon. dicendũ, q̃ quidam dixerunt hæc tria esse partes subiectiuas pœnitentię. sed hoc nõ potest esse: quia singulis partib⁹ subiectiuis adest tota d uirtus totius, & simul & æqualiter; sicut tota uirtus animalis, inquãtum est animal, saluatur in qualibet specie animalis, quæ simul & æqualiter diuidũt animal: sed hoc non est in proposito. & ideo alii dixerunt, quòd sunt partes potẽtiales, sed nec hoc uerum esse potest: quia singulis partibus potẽtialibus adest totum, secundum totam essentiã: sicut tota essentia aĩæ adest cuilibet eius potentię, sed hoc non est in proposito. vnde relinquitur, quòd prędicta tria sint partes integrales pœnitẽtiæ. Ad quarum rationem exigitur, ut totum non adsit singulis partibus, neque secundum totam uirtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed omnibus simul.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ peccatũ, quia rõnẽ mali hẽt, põt in uno tantum perfici, ut dictũ est. † & ideo peccatum quod in solo corde perficitur, est una species peccati. Alia d uero species est peccatum, quod perficitur in corde & ore, Tertia uero species est peccatum, quod perficitur in corde & opere. [& huiusmodi pctĩ partes quasi integrales sunt, qđ est ĩ corde, & quod est ĩ ore, & qđ est in opere. & ideo pœnitẽtię, quę in his tribus perficitur, hæc tria sunt partes integrales.

Ad secvndvm dicẽdũ, q̃ vna pars integralis põt cõtinere tosatisfactionem: quia id non est pars sacramenti, sine quo sacramentum est completum, uel deficiente una parte sacramenti sacramentum nullum est: sed sine subsecuta satisfactione, sacramentum pœnitentiæ iam fuit uerum sacramentum. ergo.

¶ Ad hoc dicitur, q̃ pars est duplex, essentialis uel integralis. Et sine parte quidem essentiali sacramentum nullum est: sicut nec homo est si desit anima aut corpus. Sed sine una parte integrali sacramentum uerum quidem, sed imperfectum esse potest: sicut homo sine manu est uerus homo, sed mancus. Satisfactio autem non ponitur pars essentialis sacramenti pœnitentiæ, sed integralis: est. n. pars actuum pœnitentis, qui sunt ut materia seu pars essentialis sacramenti e: sicut manus est pars corporis humani, quod est materia & pars essentialis hominis.
Art. præced. quæst. 1.
D.970.

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ Articulum tertium.*

In ar. 3. eiusdem q. in responsione ad primum, sciro quòd peccata cordis, oris, & operis, dupliciter distinguuntur inter se: primo specifice: secundo, gradualiter. Nam si sumatur peccatum, secundum suã rationem consumatum, & distinguatur in peccatum cordis, uel oris, uel operis, sic est distinctio non solum specifica, sed generica. Nam peccatum cordis est illud, quod in solo actu interiori consumatur, ut est infidelitas, odium Dei, & huiusmodi. Peccatum uero oris est, quod in ipso ore consumatur ut contumelia, blasphemia, detractio, & huiusmodi. Peccatum autem operis est, quod in exteriori opere consumatur, ut adulterium, homicidium furtum, & huiusmodi.
Art. præced. ad 4.
D.994

¶ Si uero peccatum aliquot

aliquod qđ in opere consummatur, distinguatur in cogitationem, locutionem & opus; puta quia primo deliberauit hominem occidere, deinde dicit se occisurum & demum occidit illum, sic distinctio non est specifica: quoniam omnia ista peccata sunt unius speciei, sed est gradualis; quoniam gradum peccatum consummatur ex eo quòd est in corde, & quòd est in ore &c. Et si bene perspexeris literã, utramque, in eadem inuenies.

¶ Et hæc tãm de hac quæstione, quàm de toto hoc opere ab Auctore edito dicta sufficiant: hic enim felici transitu ad cælestem patriam præuentus diuus Thomas scribendi finem fecit: unde reliqua aliomodo tractanda sunt.

tum, licet non secundum essentiam. fundamentum enim quodammodo uirtute continet totum ædificium. Et hoc modo contritio continet uirtute totã pœnitentiam.

Ad tertivm dicendum, qđ omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicem: sed quędam habent ordinem tãtum in situ, siue consequenter se habeãt sicut partes exercitus, siue se tangant sicut partes acerui, siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam continuentur, sicut partes lineæ. Quędam uero habent insuper ordinem uirtutis, sicut partes animalis, quarũ prima uirtute est cor, & aliæ quodam ordine uirtutis dependent abinuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis, sicut partes temporis, & motus. Partes igitur pœnitentiæ habent adinuicem ordinem uirtutis, & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

Articvlvs IIII.

Vtrum conuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam uenialium.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam uenialium. pœnitentia. n. est secunda tabula post naufragium (ut supra dictũ est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismũ, non debet poni species pœnitentię.

¶ 2 Præt. Quod potest destruere maius, potest ẽt destruere minus: sed mortale est maius peccatum, quàm ueniale. Illa uero pœnitentia, quæ est de mortalibus, eadem etiam est de uenialibus. non ergo debent poni diuersæ species pœnitentiæ.

¶ 3 Præt. Sicut post baptismum peccatur uenialiter, & mortaliter, ita etiam ante baptismum. si ergo post baptismum distinguitur pœnitentia uenialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. non ergo conuenienter diuiditur pœnitentia per has species.

Sed contra est, qđ * Aug. in lib. de pœnitentia, ponit prædictas tres pœnitentiæ species. In li. de uti. pœnit. & de medicina † ęt hist. c. 2. & 2.

Respon. Dicendum, quòd hęc diuisio est pœnitentiæ secundum quòd est uirtus. Est autem considerandum, qđ quælibet uirtus operatur secundum congruentiam temporis, sicut & secundum alias debitas circunstantias: unde & uirtus pœnitentiæ actum suum habet in hoc tempore, secundũ quòd conuenit nouæ legi. Pertinet autem ad pœnitentiã, ut detestetur peccata pręterita, cum proposito immutandi uitam in melius, quod est quasi pœnitentiæ finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem, ut in secunda parte habitum est, † conueniens est, quòd diuersæ species pœnitentiæ accipiantur secundum diuersas immutationes, quas pœnitente intenta. Prima quidem per regenerationẽ in nouam uitam, & hęc pertinet ad pœnitentiam, quæ est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem uitæ prętęritę iam corruptæ, & hęc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem uitę, & hęc pertinet ad pœnitentiam uenialium, quę remittuntur per aliquẽ feruentem actum charitatis, ut supra dictum est. † 1. 2. q. 1. ar. 3 & q. 18. ar. 4. & 6. Q. 87. ar. 3. & 4.

Ad primvm ergo dicendum, quòd pœnitentia, quę est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus uirtutis, disponens ad sacramentum baptismi.

Ad secvndvm dicendum, qđ pœnitentia, quę delet peccata mortalia, delet etiam uenialia: sed non conuertitur. Et ideo hæ duę pœnitentię se habent, sicut perfectum, & imperfectum.

Ad tertivm dicendum, quòd ante baptismũ non sunt peccata uenialia sine mortalibus. Et quia ueniale sine mortali dimitti nõ potest, ut supra dictum est, * ideo ante baptismum non distinguitur pœnitentia mortalium & uenialium. Q. 87. ar. 4.

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO.

Omnes sunt Quaterniones, præter OO, sunt Quinternio.

VENETIIS, MDXCII.

Apud Dominicum Nicolinum.

OPVSCVLA OMNIA

REVEREN. D.D. THOMAE DE VIO,

CARDINALIS TITVLI SANCTI SIXTI,

IN TRES DISTINCTA TOMOS.

Nunc denuò à multis expurgata erroribus prout ex aliorum collatione facile patebit.



VENETIIS, MDXCIII.

Apud Dominicum Nicolinum, & Socios.

OPVSCVLA
OMNIA
REVERENDISSIMI DOMINI
D. THOMAE
DE VIO,
CARDINALIS TITVLI
SANCTI SIXTI,
IN TRES DISTINCTA TOMOS.

Hunc denuò à multis erroribus prout ex aliorum collatione facile patebit.

VENETIIS. MDXCIII.

Apud Dominicum Nicolinum.

AD NICOLAVM A FLISCO EPISCOPVM CARDINALEM SABINENSEM.

THOMÆ DE VIO CAIETANI,

Tunc ordinis Prædicatorum Generalis Magistri,

Nunc Sancti Xysti Cardinalis, in comparationem authoritatis PAPAE, & Concilij.

PRÆFATIO.



AMETSI puto, Pater amplissime Flisce, eam comparationem quam nuper de Pontificis maximi Ecclesiæque totius authoritate scripsi, à multis hac tempestate, quemadmodum in diuersa studia scinduntur, ita dissimili ratione esse legendam, acceptandam, diiudicandam: omnibus tamen gtatum fore puto, vel minimarum rationum, quæ ad hanc rem inusitatam, consentaneam tamen, his temporibus afferuntur, fieri certiores. Aduersariis quidem & æmulis, vt impugnent: amicis, vt ea, quæ veritatis sunt, defendant: cæteris autem, vt præsto ad legendum habeant quid de tanta, his temporibus concursatione, maximaque & olim sæpe & in præsentia contentione, sit constituendum. Ego Prædicatorum ordinis (Romanæ ecclesiæ veritatisque studiosissimi) generalis Magister, hanc summæ authoritatis comparationem, in defensionem quidem veritatis, & sedis Apostolicæ, non vt hominibus placeam (quamquam si id quoque assecutus fuero, non aspernabor) sed vt Iesu Christi veritatisque seruus sim, libere scripsi, tibique in præsentiarum, & dedico quidem rectè, & perquam libenter inscribo, quòd ab illa sede, quam defendo, & quam Fliscorum ornatissima familia tua ornatissimis viris, Episcopis, Cardinalibus, & summis Pontificibus semper ornauit, ipse sis tandem summis honoribus exornatus. Quumque te optimum Prædicantium ordinis protectorem, & conciliandæ conseruandæque ecclesiasticæ vnitatis, & veritatis amplificandæ vehementer cupidum esse sciam, nil ambigo, quin ea, quæ pro veritate, & tanta authoritatis vnitate, atq; concordia ex eo ordine à me tibi inscripta dedicataq; sunt, grato sis, animo, & qua polles probitate & benignitate singulari susceperurus, atq; habiturus inter cætera sempiternæ voluntatis, & obseruantiæ erga te meæ testimonia. In æuum Vale.

INDEX
OMNIVM TRACTATVVM
QVI IN HOC OPERE CONTINENTVR
In tres Tomos Digestorum.

Tomi Primi Tractatus.

1 De Comparatione authoritatis Papæ, & Concilij. folio 1
2 De Comparata authoritate Papæ, & Concilij apologiæ, pars prima, & secunda. fol.22
3 De Romani pontificis institutione, & authoritate. folio 32
4 De Attritione, & contritione. fol.46
5 De Confessione. fol.49
6 De Satisfactione pœnitentiali. fol.53
7 De Ministro sacramenti pœnitentiæ. fol.55
8 De Indulgentiarum thesauro. fol 55
9 De causa indulgentiarum. fol.58
10 De Suscipientibus indulgentias. fol.59
11 De Modo tradendi seu suscipiendi sacros ordines. folio 60
12 De Contractu matrimonij. fol.60
13 De Vsu matrimonii. fol.61
14 De Delectatione morosa. fol.62
15 De Indulgentiis. fol.63
16 De Indulgentiis quæstiones sex. fol 63
17 De communione quæstio vnica. fol.75
18 De Confessione quæstiones quinque. fol.76
19 De Excommunicatione quæstio vnica. fol.79
20 De iniunctis pœnitentiis quæstio. fol.81
21 De Sigillo confessionis quęstio. fol.81
22 De Pollutione ex auditione confessionis proueniẽte quæstio. fol.82
23 De Purgatorio quæstiones duæ. fol.83
24 De Pœnarum timore quæstiones duæ. fol.84
25 De Obligatione, & obseruatione præceptorum tam in religione, quam extra, quæstiones duæ. folio 84
26 De Sacri ordinis collatione quæstio. fol.86
27 De Dispensatione matrimonij cum Occidentali ecclesia quæstio. folio 87
28 De Matrimonio quæstio. fol.88
29 De Reddendo debito inter coniuges, altero eorũ existente adultero, quæstio. fol.89
30 De Vsu sacrarum scripturarum ab Ecclesia. fol.89
31 De 17. Responsionibus ad diuersos factis, præcipue ad quædam obiecta, quæ pro Martini Luther assertionibus facere videbantur. folio 90

Tomi Secundi Tractatus.

1 De Conceptione beatæ Virginis. fol.99
2 De Eucharistiæ sacramento, & erroribus in eo cõtingentibus. fol.102
3 De Celebratione Missæ. fol.106
4 De Valore orationum dictarum ab audientibus Missam in die festo. fol.108
5 De Præcepto Eleemosynæ. fol.109
6 De Monte Pietatis. folio 112
7 De Cambijs. fol.118
8 De Vsura. fol.122
9 De Simonia. fol.126
10 De Vsu spiritualium rerum in peccato mortali. folio folio 129
11 De Voto. folio 130
12 De Solutione maleficii, opera malefici ad hoc parati. folio 132
13 De Spasmo Beatæ Viginis. 132

Tomi Tertij tractatus.

1 De sex orationibus Romæ habitis. fol.133
2 De Dei glorioſi infinitate intensiua. folio 141
3 De Potentia neutra, & natura potentiæ receptiuæ. folio 152
4 De Subiecto naturalis Philosophiæ. folio 153
5 De Nominum Analogia. folio 156
6 De Donceptu Entis. fol.162
7 De Solutionibus quorundam locorum sibijnuicẽ aduersantium in Commentariis Sancti Thomæ contentorum. folio 163
8 De Vinculo Obedientiæ. folio 163
9 De Missæ sacrificio, & ritu aduersus Lutheranos. folio 164
10 De Fide & operibus aduersus Lutheranos. fo.166
11 De communione sub vtraque specie, de Integritate confessionis de Valore satisfactionis, de Inuocatione sanctorum. fol.169
12 De Coniugio cum Relicta fratris. folio 171
13 De Eodem coniugio. fol.172
14 De Quibusdam Responsionib. ad quosdã articulos nomine Theologorum Parienſium edito.. f.174

TRACTATVS PRIMVS PRIMI TOMI

TOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS SANCTI SIXTI,

De comparatione authoritatis Papæ, & Concilij, in Viginti octo capita diuisus.

SVMMARIA.

1 *Quòd Papa habeat supremã potestatẽ in ecclesia Dei.*
2 *Opiniones aliorum de comparatione potestatis Petri primi Papæ & Apostolorum.*
3 *Rationabilis sententia, quòd Petro subiecti erant cæteri Apostoli.*
4 *Solutio obiectionum contra determinationem factam de Petri primatu super alios Apostolos.*
5 *Rationes tenentium quòd ecclesia uniuersalis, seu concilium uniuersale habet potestatem supra Papam simpliciter, ita quòd Papa est illis subiectus.*
6 *Quis sit sensus, quo quæstio de comparatione concilij & Papa uertitur in dubium.*
7 *Quod Papa est supra potestatem, & ecclesiæ, & Concilij uniuersalis, ut distinguitur contra Papam.*
8 *Responsio ad obiectiones sumptas ex authoritate Concilij Constantiensis, & Basiliensis.*
9 *Solutio reliquarum obiectionum contra authoritatẽ Papæ supra concilium factarum.*
10 *De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui concilium esse supra Papam.*
11 *Quòd sæcluso Papa, non est in ecclesia Papatus suppletiue, & sicut in regulante usum illius.*
12 *Quod secluso Papa, non est in ecclesia potestas legislatiua.*
13 *Quod secluso Papa, non est in ecclesia potestas applicatiua ecclesiasticæ potestatis ad personam, nisi in casu.*
14 *Solutio rationum contra Papam ex eo quod ecclesia est totum, & authoritas illius maior in sex.*
15 *Opinio aliorum, quòd excluso Papa, in ecclesia est authoritas congregandi generale concilium.*
16 *Quomodo uerificatur, quod generale concilium potest, aut non potest sine Papa congregari.*
17 *Initium comparationis potestatis ecclesiæ & Papæ in casu hæresis, & primo de modo, quo papa propter crimen hæresis subijcitur concilio, secundum unam opinionem.*
18 *De modo, quo Papa hæreticus subijcitur concilio secundum aliam opinionem.*
19 *Examen illius propositionis, papa hæreticus, est ipso facto priuatus Papatu.*
20 *Rationabilis sententia, quòd papa factus hæreticus subest potestati ministeriali ecclesiæ, & non authoritatiue super papam.*
21 *Discussio prædictæ potestatis ministerialis depositiuæ papæ hæretici.*
22 *Responsio ad rationes & authoritates illatas in capitulo decimoseptimo ad probandum quod papa hæreticus est ipso facto depositus iure diuino.*
23 *Quomodo cum papa in hæresim lapso, parato corrigi, agendum est.*
24 *Opinio quod papa propter incorrigibilitatem in quo cũque notorio crimine scandalizantem, ecclesiam subijcitur concilij potestati, ita quod potest ab eo deponi.*
25 *Discussio & determinatio ad quam legem spectet determinare casus, in quibus papa subest iudicio concilij.*
26 *Quod casus sint diuina lege statuti, ut possit Concilium papam deponere.*
27 *Responsio ad obiectiones factas in c. 24. ad probandum, quod papa ex alio crimine, quam hæresis, potest deponi ab ecclesia.*
28 *An in euentu aliquo, papa sine culpa sua subsit ecclesiæ, ita quod possit deponi.*

CAPVT I.

Quod Papa habeat supremam potestatem in ecclesia Dei.

INTENDENS resolute comparare potestatem Papæ potestati ecclesiæ & Concilii uniuersalis, primo potestas papæ suo loco ponenda est, deinde comparabitur specialiter Apostolorum authoritati, post ecclesiæ & Concilij uniuersalis absolute, & deinceps in casibus, primo hæresis, secundo incorrigibilitatis, & demum in euentibus, vt sic resolute habeatur & simpliciter, & secundum quid. Et intendo pro solis uiris doctis absque vlla passione rationabilia tantum dicere, sub iudicio tamen sacro sanctę Romanę ecclesię.

Et ne quis putet ponere me falcem in alienam messem, prẽmitto, quòd quia authoritas papę immediate est a Deo, & reuelata in sacra Scriptura, & authoritas ecclesię uniuersalis immediatè dicitur esse a Deo, ut Constantiense Concilium declarauit, ideo materia ista, primo & principaliter & theologorum, quorum est sacram Scripturam est diuina opera scrutari. Secundario autem, inquantum scilicet est in sacris canonibus declarata, ad Canonistas spectat. propter quod grauiter errant in hac re, Canonistis primo deferentes: Oportet ergo virum docilem utrosque theologos & Canonistas, in re hac perspicere, & in suo quemque loco honorando theologię primatum dare, ut potę quæ ex propriis potest hoc determinare. Canonicum autem ius non nisi ad theologicam recurrat authoritatem, scilicet sacræ scripturæ, quæ uera theologia est.

A primo igitur inchoando dicimus, quod certa est ista propositio, papa habet supremam potestatem in ecclesia Dei. fundaturque super institutione Iesu Christi, Matt. 16. & Io. ult. Saluator siquidem noster, & rex regum & Dominus dominantium, quamuis potuisset Christianam Rempublicam in terris diuersis modis regẽdam disponere, voluit tamen & statuit, ut non populare, nõ diuitum, non potentum, non optimatum multorũ, aut paucorum esset regimen, sed vnius tantum, promittens soli petro, Matthæi decimo sexto, Tibi

dabo claues,&c.& eidem soli promissionem exhi bens,curam omnium ouium suarum committēs. Io.ult.Pasce oues meas.Comparatiua siquidem interrogatio,aqua sermo incepit dicens Simon Io. diligis me plus his; conuincit etiam proteruos, qđ Petro vt distincto ab Apostolis prę sentib. ad quos refertur comparatio, & non in persona eorum loquebaturdominus.Et hic textus sufficere deberet, quoniam tunc factus est Petrus pastor vniuersalis, dum dictum est in præsenti,Pasce oues meas,non has vel illas, sed indistincte, vt omnes comprehenderet,vt Gre.notat. Non desunt tamē glosse Chrysostomi dicentis ibidem,præteriens alios, Petro loquitur,prepositus loco mei esto , & caput fratrum tuorum,& Theophili dicentis quod commissionē ouium mundi Petro commendat,non alii.Et Leo papa in cap.ita dominus,dist.10.& in 6. de electione,cap. Fundamenta, dicit, Ita Dominus muneris sacramentumad omnium Apostolorum officium ptinere voluit, ut in beatissimo petro Apostolorū omnium summo principaliter collocaret,vt ab ipso a quasi quodam capite dona sua,velut in corpus omne diffunderet.Et merito,inquit diuus Tho. in 4.contra Gentiles c.26.sic Saluator noster instituit, quia regimen ecclesię est optime ordinatum,optimum autem regimen est vnius:quod ex fine regiminis apparet:est enim finis pax,quę in vnitate cōsistit,& constat quòd melius est causa vnitatis vn° quàm multi, qui non nisi vt in vnum venientes, eam causant:est ergo ecclesię regimen institutum, vt vnus solus præsit vniuersę Reipublicę. Et tu valde notabis assumptum,scilicet quod Iesus Christus instituit tale regimen, vt claudas ora opponentiū de regali regimine instituto a Senatu, seu populo libero:non enim ecclesia,aut populus Christianus , aut concilium aliquod uniuersale,sed Christus ipse,qui uiuit & regnat instituit tale regimen sic , ut Petrus non ecclesię,sed Iesu christi vicarius esset , vt ex concilio Lugdunensi in c.Vbi periculum . de electionibus,lib.6.patet, vbi papa dicitur Iesu Christi vicarius. Et in cap.Quamuis,distinctione 21. Pelagius papa dicit:Sancta Romana Ecclesia Catholica & Apostolica nullis synodis constitutis cęteris ecclesiis prælata est,sed euangelica voce Domini & saluatoris,primatum obtinuit. Afferuntur quoque in dicto capitulo contra Gentiles,multę ad hoc ppositum rationes, de primatu papæ & de necessitate eiusdem ultra Iesum Christum in cœlis,quas poteris ibi uidere . Firmatur autem asserta propositio authoritate Martini Quinti in concilio constantiensi,ubi diffinita est , ut patet, in bulla condēnatiōis Ioānis Vuicleff.In concilio quoque Oecumenico Florentino,sub Eugenio: Quarto (vbi vnio Grecorum & Armenorum cum Romana ecclesia facta est) habentur hęc verba,Diffinimus sanctam apostolicam sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum orbem tenere primatum,& ipsum Romanum pontificē successorem esse beati petri principis Apostolorum,& verum christi vicarium , totiusque ecclesię caput,& omnium christianorum patrem ac doctorem existere , & ipsi in beato petro pascendi , regendi & gubernandi uniuersalem ecclesiam , a Domino nostro Iesu christo plenam potestatem traditam esse .

Hæc ibi. Ex quibus patet propositionem dictam non solum esse veram , sed contrariam esse erroneam,ut etiam Sanctus Thomas in tractatu contra errores Græcorum,capitulo sexagesimoquinto,& tribus sequentibus , tangit , & pertinet ad errores Ioannis Huss,damnatos in concilio Constantiensi, a Martino Quinto.

CAPVT II.

Opiniones aliorum de comparatione potestatis Primi Papæ & Apostolorum.

QVamuis autem papæ potestas Petro Apostolo primum collata,ostensa sit suprema, non desunt tamen, qui Apostolos reliquos parem potestatem accepisse a Christo arguant. Et vt veritas clarius elucescat , scito quòd in hac re duo dubia inuoluuntur, quę si separentur , perspicuam magis sortientur veritatem. Alterum dubium est de equalitate potestatis Petri & aliorum Apostolorū. Alterum,de modo habendi potestatem;an scilicet omnes immediate habuerint eam a Iesu Christo , an solus Petr° immediate a Christo,alii vero ab eodem mediante Petro.

Et quo ad utrumque dubium, duæ sunt opiniones extremæ . Prima est dicentium , quod omnes Apostoli parem potestatem a Iesu Christo immediate habuerunt. Et hi utrumque simul multipliciter probāt ex Sacra scriptura.Primo ex eo, quòd Matth.18. Saluator omnibus Apostolis replicauit soli petro dixerat in capit. decimosexto ait enim: Quecunque solueritis super terrā &c. Et uerbum illud Ioan.ult.dictum petro: pasce oues meas,omnibus Apostolis in sententia dictum est,quoniam pascere tripliciter fit,doctrina,vita, & correctione . Hęc autem omnia omnibus dicta sunt Apostolis. Primum, Matth. ultimo : Docete omnes gentes . Secundum,Matt.5.Vos estis lux mundi, sic luceat lex vestra coram hominibus &c.Tertium Ioan.vltimo,& quorum remiseritis peccata &c.Secundo ex 2.ca.ad Galat vbi Paulus dicit, quod Hierosolymis Petrus & alii Apostoli nil sibi contulerunt , nec doctrinæ,nec potestatis,ibidem bis habet Sāctus Thomas,sed dederunt ei dextras societatis,& quod in Antiochia restitit petro in faciem, quia reprehensibilis erat. Hæc enim, non sunt inter superiorem , & subditos , sed potius inter socios . In actibus Apostolorum,octauo capit.legimus,quod Apostoli miserunt petrum & Ioannem in Samariam.Constat autem,quod maior non est qui mittitur , mittente , iuxta illud : Non est seruus maior Domino suo , nec Apostolus maior eo , qui misit illum,Ioan.decimotertio . Et confirmatur hoc authoritate sanctorum Canonum . Primo Anacleti papæ,distinct. vigesimasecunda, capitu. In nouo. Cęteri Apostoli,inquit,cum beato petro pari consortio prædi ti, & honorem & potestatem acceperunt . Secundo Cypriani in capit.Loquitur Dominus, uigesimaquarta, quæstio. prima . Hoc cæteri Apostoli erant quod petrus fuit , pari consortio prędi ti & honoris & potestatis . Tertio, Hieronymus super epistolam ad Galatas.& habetur secunda quæstione septima. Canone Paulus .Paulus Petrum reprehendit, quod non auderet , nisi se non imparem sciret .

Altera extrema opinio est discordantium in vtroque , & dicentium , quòd nec parem potestatem , nec immediate a Iesu Christo omnes Apostoli acceperūt potestatem, sed solus petrus immediate a Domino Iesu Christo potestatem accepit , & omnes eis subiecti fuerunt, ab ipso potestatem habentes . Et de modo quidem habendi potestatem , scilicet quòd solus Petrus habuit eam a Domino Iesu immediate, probant in communi quidē ex textu Anacleti, dist. 21. in nono. Petro primo

Pontifi-

Pontificatus in ecclesia Christi datus est, in speciali autem quo ad potestatem ordinis, nō sacerdotalis (hanc.n.constat habuisse omnes immediate a Christo in cena dicente: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis, quo ad actum celebrandi missas, & post resurrectionem, quo ad actum absoluendi in sacro pœnitentiæ, dicente. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittūtur eis, &c.) sed ēpalis, probāt ex cōsecratione Iacobi & Pauli, ac Barnabę. Iacobus.n. ordinatus fuit archiepiscopus Hierosolymitanus a Petro, & Iacobo, & Ioanne, vt dī in Cano. Porro. dist. 66. Et Paul⁹ & Barnabas ordinati ab alijs fuerūt. Dī.n. Actuum 13. Dixit spiritus sanctus, Segregate mihi Paulum & Barnabam, &c. Et subiungitur, Imponentes eis manus, dimiserunt, glossa, in modum ordinādorum, & in ca. quòd die dominico, dist. 75. Quo ad potestatem vero iurisdictionis (cum nullibi clarius appareat, quam Matth. 18. vbi Apostolis dicit Dns Iesus: Quæcunque solueritis super terram, &c. probant ex hoc, quod Chrs soli Petro dixerat: Quodcunq; solueris, &c. Matt. 16. Ex ipso, inquiunt, ordine promissionum insinuat, ꝙ potestas ligandi & soluendi ordine quodam exhibēda erat, vt.s. per Petrum ad alios deriuaretur, vt S. Tho. in 4. contra Gentiles. ca. 76. & in 4. senten. distin. 24. q. vlt. dicit. Affertur quoque authoritas Leonis supra inducta ex Ca. ita dominus, distin. 19. clare dicentis, quòd Christus hoc disposuit, vt ab ipso Petro quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.

De æqualitate vero potestatis apostolorum quatuor inuenio expositiones, sustinētes cum hoc Petri authoritatē super oēs. Prima distinguir ptātem ordinis & iurisdictionis, & oēs dicit esse æquales in potestate ordinis, sicut oēs ēpi sunt æquales tali potesta. Petrus aūt super oēs dicitur potestate iurisdictionis. Secunda dicit ꝙ oēs apostoli fuerunt in potestate iurisdictionis pares, i. similes. Probatque in scriptura paritatē pro similitudine sumi, ex Leu. 8. Cauete ne vos similiter euomat, cum paria feceritis, gloss. i. simili. Tertia declarat (& est S. Tho. in 2. 2. q. 33. art. 4. ad ſm) quòd fuerūt pares aliquo modo quantum ad fidei defensionem. Inquit.n. sic, coram omnibus Paulus Petrum non reprehēdisset, nisi aliquo modo par esset, quantum ad fidei defensionē. Quarta est eiusdem super epistolam ad Gala. 2. c. ꝙ Apostoli fuerunt æquales, quantum ad executionē authoritatis. Ait enim Apostolus, scilicet Paul⁹ fuit par Petro in executione authoritatis, non autem in authoritate regiminis.

CAPVT III.

Rationabilis sententia, quòd Petro subiecti erant cæteri Apostoli.

ALlatis duabus extremis opinionib⁹, media mihi via incedendum occurrit, & dicendum, quod Apostoli inter se possunt comparari dupliciter. Primo, inquantum Apostoli, & sic oēs fuerunt æquales. Alio modo inquantum oues Christi, ab eo hic corporali cōuersatione separatæ: & sic Petr⁹ solus est pastor, & reliqui Apostoli oues sub illi⁹ cura. Sed quia non sufficit dicere, sed oportet declarare, & probare sic esse, vt dicim⁹, declaro primo dignitatem, & ptātem apostolat⁹: Scribit in primis Luc. 9. c. ꝙ conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutē & potestatē super oīa dęmonia, & vt lāguores curarent, & misit illos prędicare regnū Dei, & sanare infirmos. Matt. quoq; vlt. legit, quòd eisdē dns dixit: Euntes in mundū vniuersum, docete oēs gentes, baptizantes & docentes seruare omnia, quę mandaui vobis. In prima quoque epistola Pauli ad Cor. 12. c. legitur, ꝙ Deus posuit in ecclesia primum Apostolos, vbi gl. interlinearis in verbo, primū, dicit dignitate & tēpore. Et in verbo, apostolos, dicit, oīum ordinatores & iudices. In decr. di. 68. c. Quorum vices, dī ex Aug. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt & constituti ēpi. Et in cōcilio Oecumenico Florentino sub Eugenio 4. inter documenta fidei de ministro cōfirmationis habentur hæc verba, hanc, s. confirmationem non nisi episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur (quorum vicem tenent episcopi) quod per manus impositionem spiritum sanctum dabant.

Diuus Tho. super præallatis uerbis ex prima epistola ad Cor. 12. c. dicit hæc verba, Maiores aūt ministri in ecclesia sunt Apostoli, ad quorum officiū tria pertinent. Quorum primum est authoritas gubernandi fidelem populum, quæ proprie pertinet ad officium apostolatus: secundo facultas docēdi: tertio potestas miracula faciendi ad confirmationem doctrinæ. Hæc ille. Et postquā subiūxit, quod tertium horū ordinat⁹ ad ſm, & ſm ad primū, subdit, Deus posuit primum apostolos, quorum regimini cōmisit ecclesiam: Et tripliciter probat. Primo per illud Luc. 22. Et ego disposuit vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnū. Secūdo, ꝑ illud Apoc. 21. Murus ciuitatis hns fundamenta duodecim & in ipsis duodecim noīa duodecim Apostolorum. Tertio, per illud ad Ro. 8. Nos ipsi primitias Spirit⁹ habentes; maiori enim gradui maior datur gratia.

Ex istis oībus facile est videre, ꝙ apostoli, inquātum apostoli, habuerunt nō solum potestatem ordinis: sed iurisdictionis. Authoritas.n. gubernandi ecclesiā, quæ est apostolatui ꝓpria, sine iurisdictionis ptāte non est. Et si huic adiunxeris, ꝙ nō habuerunt apostolatum a Christo mediāte Petro; sed immediate ab ipso Iesu Christo, iuxta illud Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos, & Matt. 10. & Mar. 3. & Luc. 6. patet, quod ipse fecit eos apostolos. Et ad Gal. 1. Paulus probat se apostolum: ga neque ab hominibus, neque ab homine tam mittēte, q̄ docēte est apostolus. Solues vtrumque dubiū, s. & de potestatis æqualitate, & de modo habendi, ꝙ scilicet apostoli quantum ad apostolatus authoritatem fuerunt æquales simpliciter, & quòd hanc potestatem habuerūt a Iesu Christo immediate, sicut & apostolatum. Dixi autem simpliciter: quia ſm ꝙ nihil prohibet, vnum apostolum habere apostolatum digniorem altero, vt Paulus aliis, iuxta glo. interlinearem ad Gala. 1. in verbo. Qui suscitauit eum a mortuis, dicentem in persona Pauli. Et ita dignius me cōstituit per immortalem Christum, quā alios per mortalē, & gl. marginalē ex Aug. in li. Retractationū ex eadē radice. Propter ꝙ D. Th. ibidē dicit, Paulū ad dexteram, & Petrum ad sinistrā in bullis papalibus imprimi. Dignitas.n. ista ex parte status vocantis: quia. s. est immortalis, non facit vocatum apostolum maiorem simpliciter: sed quo ad hoc.

Si autem considerem⁹, ꝙ etiam ipsi apostoli oues erāt Christi, a quo statutum est, vt sit vnum ouile, & unus pastor, sic Petrus statim factus pastor cui dictum est, Pasce oues meas nō has vel illas, & reliqui inueniunt unius ouilis oues. In cuius signū Petrus statim factus pastor, curam Io. suscepit interrogans de eo. Hic autem quid, vt patet Ioan. vlti. Quomodo autē verificari possunt hęc duo simul, quod omnes apostoli fuerunt pares in authoritate

gubern andi ecclesiam,atq; a Iesu Christo eam immediate habuerunt,& quòd Petrus solus fuit institutus pastor uniuersalis ecclesiæ,& maior authoritate super alios apostolos,ita quod ab ipso capite in totum ecclesię corpus potestas deriuata est, difficile apparet prima fronte: sed si subtiliter cõtemplati fuerimus,videbimus de facto omnia vera simul fuisse.Sciendum est namque,q̃ sicut in natura dupliciter aliqua fiunt,s.naturaliter,vt cum hõ generat hoïem,& infirmus ex uirtute naturę sanatur,& supernaturaliter,sicut cum hõ creatus est a Deo,& infirmus miraculo sanatur, ita in ecclesia duplici quoq; mõ aliquid fit,s.ordinarie,ut cum seruato iuris ordine creat̃ episcop⁹, & de spāli gr̃a a principe, ut si statim aliqs crearet episcopus,vt de Amb.cõtingit. Vtroque autem mõ princeps noster Iesus Christus in primitiua ecclesia unus est,nam in institutione ecclesiastici regiminis ordinario iure perpetuo seruandi monarchicũ ,i.vnius principatum instituit:& posuit Petrum caput unum totius corporis ecclesiæ,a quo in omnes potestas iurisdictionis & ordinis ordinarie deriuaretur. Et hoc intendunt omnes sacri authores,cum dependentia omnium a Petro doctrinã tradũt.In erogãdo vero ex speciali gratia, sicut p̃uenit petrum in conferendo potestatẽ ordinis (dũ ipse Dñs per seipsum ēt alios apostolos fecit sacerdotes in ultima cœna,& cõfessores post resurrectionem & sacramentum confirmationis in die Pentecostes) ita p̃uenit eundẽ in dando authoritatem gubernandi,ordinãdi,iudicãdique ecclesiam,ut ex allatis patet authoritatib. Et quemadmodum nihil obstat maioritati ipsius Petri capitis , q̃ alii non habuerunt ab ipso potestatẽ ordinis (quia hoc non fuit ex defectu potestatis in Petro,aut in exemptione aliorum ab ipso,sed ex p̃uentione superioris,q̃ prius dedit in subditis petri ex gr̃a,q̃ ordinarie dãdum erat eisdem a Petro)ita ēt nihil officit excellentiæ potestatis iurisdictionis Petri super oēs quod ei⁹ subditis saluator superior omnib.dedit illã potestatem ex gratia,quam a petro per uiam ordinariam erant accepturi . Modus itaque uarius dãdi & accipiendi ptātẽ clarificat ueritatẽ.In petro.n.& a petro ĩchoat oīs ecclesię ptās, & deriuatur in totam ecclesiã uia ordinaria, & rursus aliqui petro subditi plures ptātes acceperunt a Christo immediate,quas a Petro accepturi erant , uia p̃uentionis gratuitę.;Et sic ecclesia una sub unico tantũ capite,Petro ĩ.& hēt apostolos omnes, immediate a Christo potestatem ordinis & iurisdictionis hẽntes ex gratia præueniente, & habet Petrum solum caput apostolorum cęterorũ,& omnium,a quo in apostolos aliquos,& in omnes ordinarie ptās ordinis,& iurisdictionis deriuãda est. Sũt ergo simul uera q̃ aduersari sibiinuicẽ uidebāt.

Et ut clarius eluceścant dicta , scito quinque esse differentias inter ptātem Petri & aliorum apostolorum. prima est in mõ dandi & accipiendi,qa Petro data est ordinarie,aliis aũt ex speciali gr̃a, ut explanatum est.Secunda est in officio(& sequitur ex prima) quòd Petrus factus est uicarius generalis Iesu Chr̃i , alii vero facti velut legati,seu delegati eius , iuxta illud pauli 2.ad Co.5.Legatiõe pro Chr̃o fungimur,& ad eph.ul.Legatiõe fungor in catena ista. Et hoc ipsũ apostoli nomẽ importat,a missione sũptum,q̃uis extenso uocabulo in præfatione dicant̃ vicarii . Tertia est in obiecto potestatis, q̃ aliorum potestas iurisdictionis nõ erat supra seinuicẽ,sed super alios:Petri uero potestas erat & super alios & super ipsos reliquos apostolos dicẽte sibi soli Chr̃o, pasce oues meas in quarũ numero sine dubio erãt Apost.Vbi Chrys.dicit in pson̄a Chr̃i ad petrum : Loco mei prepositus esto,& caput fratrum tuorũ. Quarta est in perpetuitate potestatis,qa aliorum potestas finienda erat cũ uita eorum , qm̃ data est eis personis propriis,pro solis personis propriis,& nõ pro eorum successorib. Petri uero potestas usq; ad cõsummationẽ sæculi perseuerat , quia data est sibi in persona propria non solum pro seipso, sed oĩb. successorib. suis, quod sancti doctores exprimunt sub aliis verbis.dicendo,q̃ data est petro in persona ecclesię.Et ex hac differentia orit̃,q̃ nullus est successor Io.aut Iacobi,nec etiam pauli apostoli in authoritate apostolatus uniuersalis gubernationis ecclesiæ,sicut apostoli gubernabant ubique,sed tm̃ in potestate ordinis & regiminis unius certæ ecclesiæ succedunt episcopi sed solius Petri successor est , & dr̃ papa,ut patet in allegatis superius.Quinta & ultima pro nunc est in ipsa essentia potestatis, qm̃ authoritas communiter apostolis data,ex ui apostolatus fuit velut potentia executiua,un̄ & a S.Th.uocat̃ authoritas gubernandi , gubernatio.n. executionẽ sonat.Authoritas uero data soli Petro, quum fact⁹ est papa dicente Christo,Pasce oues meas,est potentia p̃ceptiua,& ppea uocat̃ a S.Th. authoritas regiminis,p̃ q̃ dixit S.T.Paulus fuit par Petro ĩ executiõe,nõ ĩ authoritate regiminis,ad Gal.2.& ad Co. 12.ecclesię regimen quod sonat executionem non authoritatẽ regiminis,quòd sonat imperiũ, cõmissum dicit Apostolis . Vn̄ & in præfatione non appellant̃ uicarii absolute, sed uicarii operis, dicente ecclesia ad Deũ de apostо.Quos opis tui uicarios , quasi diceret uicarios,ad exequendum. Verum tm̃ quia unum pro alio qm̃que poni põt,si ēt inueniret paritas in authoritate regiminis, pie exponendum esset pro executiua potentia.dedit.n. Saluator omnib.apostolis cõiter ut exequi possent ĩ eis ad quos mittebant oĩa q̃ poterat exequi Petrus puta instituere ecclesias & Episcopos docere , excommunicare,&c. Petro aũt absolute dedit potestatẽ oĩum . Et si Paulus aliquo mõ,i. executiue erat par Petro quantum ad defensione fidei,ut ex Secunda secundæ dictum est.Et si non penetras differentiam hãc inter potestatem executiuam & præceptiuã , uide illam in exemplo.Episcopi habent officium prędicandi & fratres prędicatores hẽnt ēt officiũ prædicandi (cum ad hoc instituti sint) sed differenter , quia episcopi ex propria authoritate hoc faciunt , fratres uero prædicatores authoritate papæ delegãtis eis id officium hanc prędicationis exercendæ potestatem.Sic.n.proportionaliter de potestate gubernandi ecclesiam in Petro & aliis apostolis fuit. certus.n. ex propria sui pontificatus officii authoritate gubernabat,alii uero apostoli ex priuilegio dñi delegantis eis gubernationis officium. Nũc superest respondere obiectis in sequenti ca.

CAPVT IIII.

In quo soluuntur obiectiones contra determinationem factam de Petri primatu super alios Apostolos.

VT autem ordinate satisfiat obiectis;primo , ad primo inductas obiectiones , & sic deinceps respondebitur.

Ad authoritatẽ ergo ex Mat.18.dr̃, quod in uerbis dictis petro soli Ca.16.& in uerbis dictis oĩb. c. 19.perspicienda sunt duo,s.ordo & ptās data.Ordo fuit,quod prius petro soli est dictum.Quodcunque solueris, deinde omnib. et ex hoc ordine insinuat dominus ordinarium progressum potestatis soluẽdi & ligandi , quod.s. a petro ad cęteros deriuanda

da est propter vnitatem capitis & corporis eccle-
siæ, vt ex authoritatibus Sancti Thomæ allatis tex.
4 contra Gent. & 4. Sen. apparet. Potestas data fuit,
vt dictum est, ad gubernatiuam ecclesiæ potestatē
pertinens, & æqualis modo dicto. Et ex hoc osten
dit dominus, quod ipse ex gratuita præuētione da
re voluit Apost. Ambo igitur simul considerata
ostendunt magis quod dicimus esse uerum.

Ad illud Ioannis ultimo, quamuis male probe-
tur, quod correctio iurisdictionalis sit commissa
omnibus per illud: Quorū remiseritis peccata, qm̄
hæc uerba ad correctionē fori pœnitentiæ spectāt,
quia tm̄ posset probari per illud Mat. 18. Quæcunq;
solueritis, ubi saluator loquitur de exteriori iurisdi
ctione, qua ecclesiam non audiens, sit ethnicus &
publicanus, respondetur quod in ueritate Saluator
illa uerba ēt quo ad sensum, Pasce oues meas, soli
Petro dixit, vt probatum est. Et si inuenitur aliqd
simile commissum apostolis (puta pastorale offi-
cium) vt ex eodem fundamento dicatur, quod nul
li commissę sunt oues Chri indistincte, vt compre
hendantur omnes, nisi Petro: aliis verò commissæ
sunt oues determinate, saltem hac determinatione
saliæ ab ipsis apostolis saltem Petro. Et propterea
alii possunt dici delegati pastores. iuxta illud præfa
tionis. Quos operis tui vicarios eisdem contulisti
esse pastores, quasi diceret, qđ gregi tuo cōtulisti
apostolos præesse pastores, vt vicarios operis tui,
idest, missos, vt vice tua ad executionē operis tui.
Petrus autem creatus est pastor ouium Chri abso
lute & Vniuersaliter, dicente Christo ipsi soli, Pa-
sce oues meas. Vnde (vt vnico verbo dicatur) plus
datum est per hæc verba Petro, quā per quæcunq;
alia simul congregata cęteris, quia authoritas regi
minis vniuersalis simpliciter hic clauditur, quam-
uis totum pastorale officium executiue concessū
sit omnibus Apostolis.

Ad authoritatem ex 2. Ca. ad Gal. iā patet, quod
nil doctrinæ, aut potestatis accepit Paulus a Petro,
non ex defectu potestatis in Petro, sed ex prenētio
ne gratuita, qua a domino Iesu habuit potestatem
& scientiam, vt ipsemet in 1. Ca. dixerat, Dextras au
tem societatis propter vnitatem fidei, quam doce
bant, non solum socii, sed fratres in vnitate fidei su
mus, iuxta illud Matth. 23. Omnes vos fratres estis.
Quomodo verò in faciem restitit, vt par, iam decla
ratum est, quod de paritate in executione officii de
sensiui fidei intelligitur.

Ad illud vero, quòd in Actibus Apostolorum
Petrus & Ioannes missi sunt, facile patet ex Theo-
logis in 1. Sen. di. 15. Responsio, quod non oportet
mittentem esse maiorem misso. Et nihilominus
in proposito missi dicuntur consilio vel amore,
non authoritate aliorum.

Ad authoritates Anacleti, Cipriani, & Hierony
mi iā patet quid dicēdū ex fundamento iā posito.
Vñ vir Docte, quia nō vagando, sed ex eadē radice
omnia soluūtur, testimoniū habes, quod doctrina
hęc vera est. Vero enim omnia cōsonant, & opor
tet ex quo quid est rei, oēs difficultates proprias sol
uere, vt Philosophus dicit. 4. Phys. Ex eadem quoq;
radice patet de positione aliorū, quam recitauimus
circa modum habendi potestatē a Chro immedia
te. Patet inquā de potestate ordinis, qp nihil refert,
an dñs Iesus pūenerit Petrum in faciēdo oēs apo
stolos episcopos (vt Gl. in Can. porro. di. 66. Sentire
videtur contra textum) an eos ordinādos Petro re
liquerit, vt pallegata sonant. Si enim Petro hoc di-
misit, ordinariū progressum potestatis ordinis in
A statuto cursu non prævenit, & si ipse ordinauit per
seipsum, gratuita prævētione, non revocatione sta-
tuti ordinis hoc fecit. De potestate vero iurisdictio
nis, iam dictum est, qp gratuita prævention̄e per se-
ipsum eam omnibus exequendam dedit, qui in or-
dine dandi, seu promittendi, ordinarium progres-
sum deriuationis illius ad alios per Petrum fore sta
tuit, vt allatæ authoritates docent. Ex his omnibus
clare liquet quod Petrus solus princeps caput & pā
stor est apostolorū, & quod ei subditi fuerunt apo
stoli, vt oues pastori, & qp ordinaria via ab ipso po-
testatem sortiti erant ordinis & iurisdictionis, licet
gratuita pūention̄e potestatē iurisdictionis, exe cu-
tiuā equalē a Dño immediate habuerint, potestatē
B aūt ordinis episcopalem immediate uel mediate,
oēs ēt a dño habuerunt æqualem. Etsi prædicta per
spicaciter intuitus fueris, videbis qp Petrus, licet apo
stolus & papa fuerit simpliciter maior cæteris. Li-
nus tm̄, Cletus, aut Clemens non sic se habebat ad
Ioannem apostolum & euangelistā, q viuebat, sed
aliquo mō ut par, & excedens, & excessus. Erant en.
pares in potestate executiua regiminis ecclesiæ pro
quanto Ioannes poterat ex apostolatu exequi quic
quid poterat papa. Erat papa excedēs in authorita-
te regiminis, sicut de Petri authoritate dictū est, qa
illius erat successor, & Iesu Christi vicarius ipse, nō
C Ioannes erat & excessus in dignitate apostolatus,
quia Ioannes erat apostolus, Linus aūt, aut Clemēs
non. Et quia apostolis non papæ condendi libros
sacræ scripturæ concessum est, dicente illi dño, qp
Spiritus sanctus doceret eos omnia, & oēm veritatē. Vñ Aug. de Consensu Euang. Lucas & Marcus
scripserunt illo tpe, quo ab ipsis in carne mansēt ib.
apostolis probari meruerunt, iō prævaluisset sentē
tia Io. sententiæ Clementis papæ in doctrina fidei
& morum, sicut mō prevalet euangelium Ioānis
sententię cuiuscūque papæ, & totius ecclesiæ. Nec
obstat illud Aug. Euangelio nō crederem, nisi me
authoritas ecclesię admoneret, qa ipse Ioannes, &
similiter qlibet apostolus ecclesia erat Iesu Christi
D authoritate, testāte hoc ipso Ioāne, qui de seipso lo
quens c. Vltimo dicit in pśona ecclesiæ, q̄ authori-
tate Chri gerebat. Et scimus, qa vetū est testimoniū
eius. Ex quo nāque constat apostolorū aliquē scri-
pssisse ad doctrinā ecclesię, ecclesię authoritatē hēt.

Ex his autem patet quod duarum extremarum
opinionum. s. dicentis, qp oēs apostoli eodē modo
sint instituiti a Christo uicarii sui, & dicentis, quòd
Christus immediate soli Petro dedit potestatē iu-
risdictionis, neutra uī vera, q̄ is ista, secūda sit non
reprobanda: sed exponenda. Media aūt uia sola ue-
ra est, q̄ declarauimus. s. qp solus Petrus habuit vica-
riatum Iesu Christi, & solus immediate potestatē
iurisdictionis ordinarie a Christo accepit, ita qp ab
E eo alii ordinario iure accepturi erant, & ei sunt sub
iecti: hoc enim modo verificatur secunda opinio.
Et cum hoc Iesus Christus dominus iuris, præue-
niendo delegauit cæteris parem in exequendo po
testatem (ut dictum est) & hoc ueritatis habet pri-
ma opinio: Sequere ergo medium.

CAPVT V.

*In quo ponuntur rationes tenentium quod ecclesia uniuersa-
lis, seu concilium uniuersale habet potestatem supra pa
pam simpliciter, ita quod papa est illi subditus.*

EXamina a comparatione potestatis papæ ad
Apostolos ratione sui apostolatus, compa-
rāda mō est papę potestas ecclesiæ uniuersā-
lis, seu concilii uniuersalis potestati, nunc qui-
dem absolute, post modum, vero in euentib. & casi

bus,ut promisimus.Et quoniam oppositaiuxta se posita magis elucescunt,asseram primo rones primarias,in quibus consistit uis,quib.probatur papã subesse ecclesię seu concilii uniuersalis iudicio. Et ne contingat sępius ecclesiam & concilium iungere,pro eodem sumantur, quoniam non nisi sicut repræsentans,& repræsentatum distinguntur.

Fundant igitur hi cõstitutionem dictam primo in actis concilii constantiensis sub Ioan. 23. Anno Dñi 1415.vbi in sessione 5 habita die 6.mẽsis Aprilis sic legitur. Hæc sancta synodus declarat, ꝙ ipsa in spiritusancto legitime congregata, concilium generale faciens & ecclesiam catholicam repræsentans,potestatem a Christo immediate hẽt,cui qlibet cuiuscumque status, vel dignitatis ẽt si papalis existat obedire tenetur, in his quę pertinent ad fidem,& extirpationem dicti schismatis, & reformationẽ dictę ecclesię in capite,& in mẽbris. Hæc ibi.Et subiungit aliud Decretũ in hæc verba.Itẽ declarat,qđ quicunq; cuiuscunq; cõditionis, status, dignitatis,ẽt si papalis,q mandatis,statutis, seu ordinationib⁹,aut preceptis hui⁹ sacræ Synodi, & cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super præmissis, seu ad ea pertinentibus facti vel faciendis, obedire contumaciter contempserit,nisi resipuerit condignæ pœnitentiæ subiiciat & debite puniatur, ẽt ad alia iuris subsidia si opus fuerit,recurrendo.Hęc ibi.Ex quib.hñr tria.primo ꝙ concilũ vniuersale hẽt authoritatẽ a Iesu Christo immediate:Secundo,quod papa tenetur ei obedire:Tertiò,quòd ipsa synodus hẽt potestatem coactiuam supra papam,dum punitioni eum subiicit.

Confirmaturque eadem sententia per concilũ Basiliense celebratum anno Domini 1431. sub Eugenio 4.vbi resumpta sunt hæc decreta in sessione secunda & 18.Deinde in condemnatione errorum Ioannis Wuicleff.in eodem concilio Constantien. sessione 8. & postmodum per Bullã Martini quinti,sacro approbante concilio firmata ibidem.Vbi inter alia sic damnat articulus iste.s.Nõ est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias:error si p Romanam ecclesiam intelligat vniuersalis ecclesia,aut concilium generale, aut pro quanto negare primatum summi Pontificis super alias ecclesias particulares. Hæc ibi.EX qua condemnatione habetur, ꝙ concilium vniuersale est suprema ecclesiarum, & cõsequenter est superior ecclesia Romana, q̃ est una ecclesiarum. ET confirmatur hãc esse intentionem patrum:quia faciunt differentiam inter primatum concilii & summi pontificis, quoniã de concilio dicunt simpliciter,quod est suprema inter alias ecclesias.De summo uero PONTIFICE dicunt,quod habet primatum respectu ecclesiarum particulariũ.

Fundant quoque hoc idem in EVangelio & doctorib. ex eo quòd claues regni cœlorum, officiũ pastorale & potestas ligandi atque soluendi, ecclesiæ data sunt dupliciter,s.authoritatiue & finaliter. ET ꝙ authoritatiue ecclesia ipsa hæc habeat, testat in primis Matt.18.c.ubi postquam Dominus dixerat;Dic ecclesię:& si ecclesiam non audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus,statim subdit: Amen dico uobis,quęcunque ligaueritis super terrã, erũt ligata & in cœlo. Vbi manifeste ecclesię hãc contulit potestatem uniuersalem:ad hoc enim illa verba subdidit Dominus (ut Hieronymus ibidem dicit cum Hilario) ne priuata authoritate reputaretur non audiens ecclesiam ethnicus & publicanus,sed diuina authoritate ecclesiæ collata.

F Testatur deinde Aug. super Io.(ut habetur 24. q.1. Can.quodcunque.) ubi concluditur quod Petrus qñ claues accepit,ecclesiam sanctam significauit.ET rursus sermone 10.super Io. loquens de potestate ligandi & soluendi,dicit:Hoc Petrus cũ omnibus tanquam personam gerens ipsius unitatisac cepit.ET iterum in sermone Apostolorum PETRI & PAULI,PETRUS totius ecclesiæ gestabat personam:& propterea audire meruit, Tibi dabo claues regni cœlorum.Has enim claues non ipse ut homo un⁹, sed ut vnitas accepit ecclesiæ.ET in libro de Agone Christiano. Non sine cã inter Apostolos ecclesiæ catholicæ personam sustinet PETRUS.Huic.n. ecclesiæ claues dare sunt,cum PETRO datæ sunt. ET cũ ei
G dr̃,ad omnes dr̃, Amas me? Pasce oues meas.

ET confirmatur hoc ratione. Quia non minus iuris habet ecclesia clauib. ibi datis a Iesu Christo,q̃ in rebus:sed dominium rerum temporalium principaliter est in ecclesia,cum etiam PAPA non sit dominus,sed dispensator rerum ecclesiæ,ut S.Tho.dicit in 22.q.100.ar.1. ad septimum.ergo ecclesia principalius hẽt claues,q̃ PAPA.ET confirmatur hoc rursus.Quia,cum rectum sit iudex sui & obliqui,& ecclesia uniuersalis adeo sit recta, vt errare non possit (ut patet) PAPA autem errare possit etiam in fide (ut patet 40.d.ca.si papa) consequens est,quod
H ecclesia excellentius & prius habeat claues, quàm PAPA,immo quòd habeat etiam, vt iudex PAPÆ.

Quod autem finaliter ecclesiæ datæ sint claues, ut patet ex 2.ad Corinth.13.POTESTATEM mihi dominus dedit in ædificationem,& non destructionem ET S.Tho.in Tract.contra impugnantes religionẽ, expresse tenet quod potestas iurisdictionis prælatorum est propter bonum subditorum:& propterea nulla iniuria fit prelato inferiori, puta EPISCOPO, qñ eximitur ab eo Abbas propter bonũ ecclesię.EX quibus sequitur,quod PAPA est propter ecclesiam, & non econuerso,& consequenter claues PAPÆ datæ sunt propter ecclesiam finaliter.

I FUNDANT & tertio idem super principiis naturaliter per se notis.Omne,inquiunt,totum est maius sua parte:ecclesia uniuersalis est totũ,& PAPA pars: ergo ecclesia uniuersalis maior est,papa, PROCESSUS bonus.ET maior est principium per se notum. Minor est Apostoli ad Ro.12.Multi unum corpus sumus,singuli autem alterius membra & Hier.ad ꝓpositum in c.Legim⁹.di.95.Si authoritas quęritur, orbis maior est urbe.

FUNDANT demum hoc idem super hoc,quod ecclesia constituta est a Domino Iesu Christo iudex papæ in casu peccati;ut patet Matth.18.Si peccauerit in te frater tuus,&c. dic ecclesię, & si ecclesiam non audierit, si tibi sicut ethnicus & publicanus .
K EX qua authoritate, licet loquatur in casu peccati, quia incipit.Si peccauerit, & propterea nõ spectet ad presens Cap. in quo comparatur PAPA ecclesiæ non in casu,sed absolute,uolunt tamen elicere etiã quòd ecclesia sit absolute supra papam. Tum quia ordinarius iudex alicuius in puniendo est etiam ordinarius iudex illius absolute:tum quia iudex & lex non differunt nisi sicut animatum,& inanimatum,ut patet ETH.Ad eandem autem legis authoritatem, cuius est vnus actus legis scilicet punire, spectant tres reliqui,scilicet imperare,vetare,& ꝓmittere.Ad eiusdem ergo iudicis ordinarii authoritatem spectabunt omnes iudicis actus, ad quem spectat punire. ET si cum ecclesia sit iudex ordinarius papæ in puniendo, sequitur quod erit simpliciter iudex eiusdem in imperando,uetando

& per-

& permittendo, hi enim quatuor actus sunt legis, ut in 12.q.92.ar.2. habes a Diuo Thoma.

Et confirmatur hoc sacrorum authoritate Canonum. 25.n.q. prima constat statuta, dicit Zozimus Papa, Contra statuta Patrum concedere aliquid vel mutare, nec huius quidem secundis pōt authoritas. Et in ca.1. dr, Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à cōstitutis Patrum nullatenus deuiare. Ex quibus habetur, & quod Papa non est supra potestatem concilij, & quod ad primam salutem spectant statuta Patrum, non papæ. Multa quoque in eadem causa & q. dicuntur ad hoc, quę breuitatis causa omittuntur.

CAPVT VI.

Quid sit sensus, quo quæstio de comparatione authoritatis Concilij & Papę uertitur in dubium,

A DEuidentiam huius comparationis prædeclarandi sunt termini, quid s. nomine ecclesiæ, seu cōcilij vniuersalis intelligitur ne in vanum tota disputatio sit. Ecclesia vniuersalis duo significare potest in proposito, aut totum corpus ecclesiasticum constans ex omnibus membris, comprehēso etiam capite, i. papa, aut totum residuum corpus ecclesiæ distinctum contra caput, idest papā, concilium quoque vniuersale, aut sumitur cum capite, idest, papa vel personaliter, vel authoritate eius authorizatum, aut sine papa utroq. modo. Et sic tres comparationes examinandæ sunt.

Prima est inter papam & ecclesiam seu conciliū sine capite, idest papa omnino. Secunda est inter papam & ecclesiam seu concilium cum capite personaliter. Tertia est inter papam & ecclesiā seu concilium authorizatum à papa.

Et quoniam omnes hę cōparationes supponūt papam esse caput ecclesię vniuersalis, & non solū singulorum membrorum, vt inimici veritati glossant hoc primo monstratur. Primo ex authoritate ipsius Constantiensis concilij ante & post electionem Martyni 5. vt patet in sessione 15. eiusdem. & in bulla Martini 5. vbi dānatur propositio illa Ioānis Huis, Petrus nec est, nec fuit caput ecclesiæ sanctę catholicæ. Et altera s. Non est scintilla apparentię, quod oportet esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam, quod semper cum ipsa militante ecclesia conuersetur. Hic expressus damnatur, quod Petrus non fuit caput catholicæ ecclesie, catholicū enim idem est, quod uniuersale. Et similiter damnatur quod non oporteat esse præter Christum qui ī cęlis est unum caput qđ regat ecclesiā, conuersans cum ea, quod est papa, ut latius ostēdit diuus Th. hāc necessitatem in 4. Contra Gent. c.76. Hier. quoque in li. de Ortu & Obitu sanctorum in nouo testamento, Petrus, inquit, in Christi ecclesia firmamentum est, Cephas corporis Christi principatus & caput est. Si Petrus est caput corpori Christi, ergo totius ecclesiæ collectiue, iuxta illud Apo. ad Ro. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Et 24.q.1. rogamus vos, Marcellus papa expresse dicit, quod Petrus est caput totius ecclesiæ. Et in cōcilio Lugd. Grego. 10. vt habetur in c. vbi periculum, de elect. li. 6. papam uicarium Iesu Christi successorem, rectorem vniuersalis ecclesiæ, & directorem gregis dñici vocat. Ritus quoque Ro. ecclesię hēt ut cum papa se subscribit ī aliqua vniuersalis negotij bulla, dicit sic: Ego N. catholicę ecclesię episcopus, ex quibus patet, quod cauillatio dicens, quod papa est caput mēbrorū ecclesię, & nō ipsi⁹ simul ecclesię, erronea est. Quo nāq. pacto debuit, aut potuit meli⁹ explicari à Sāctis, q̄ p nomina collectiua & oppositā qñque nomina uniuersitatis expresserunt ecclesiam gregem, Corpus Chri, explicando totam uniuersalē catholicā. Dicāt isti quo dēt dici, ut conuincantur saltem ex uerbis ipsius Cōstā iēsis & Basiliēsis cōcilii, ubi eisdē uerbis significat ecclesia collectiue: cū millies ibi replicet, Hęc sācta synod⁹ uniuersalē, seu catholicā ecclesiā repsētās.

De prima ergo comparatione (s. inter papam, & ecclesiam uniuersalē sine capite) aperte constat qd dicendum sit, s. quod papa sit super eam. Tum qa est corpus enormiter diminutum, quia est truncū absque principali membro, ac per hoc non est uniuersalis ecclesia, quę perfectū significat, tum quia Dei perfecta sunt opera, Deute. 32. ac per hoc non conuenit diuinæ prouidentiæ in tam imperfecto corpore supremam authoritatem locare, sed magis ipsum a capite dependere. Et si instetur, quod Apostolica sede uacante, inuenitur vniuersalis ecclesia, & tamen sine capite, quod est papa, respōdetur, quod inuenitur uniuersalis ecclesia, nisi imperfecta, ita qđ imperfectio ista est conditio diminuens ly Vniuersalis ecclesia, sicut corpus truncum diminuit à corpore integro, uniuersale. n. uniuersitatē claudit in se membrorum officialium, quorum p̄cipuum est caput: Vnde tunc ecclesia est acephala, & est absque eius suprema parte & potestate. Et qui hoc negat, in errorē Ioannis Huis negantis necessitatem capitis ecclesiæ in terris (damnatum, & a Sancto Thoma, & a Martino quinto cum concilio Constantiensi, ut dictum est) incidit. Et si de ecclesia uniuersali sic sumpta intelligatur, quod habet immediate potestatem à Christo, & quod ipsa representatur per uniuersale concilium, erratur error intollerabili, ut patet ex allatis authoritatibus, & inferius magis eluceſcet.

De secunda autem comparatione in altero extremo scilicet inter papam ex una parte, & ecclesiam coram idest etiam cum papa ex altera parte, dicit quod papa cum residuo ecclesię, non est maioris potestatis iurisdictionis spiritualis, quam ipse solus quia potestas sua continet in se omnium reliquorum potestates, ut earum causa uniuersalis. Nulla enim est potestas iurisdictionis in ecclesia, quæ nō sit in papa: vt patet inductiue. Quin etiam potestas electiua ipsius papę, in papæ potestate est. Quod patet cum ex acto Petri, qui elegit sibi successorem (ut 18.q.1. Can. si Petrus. Dicit Ioannes tertius) tum ex eo, quod papa ordinat actum electiuæ potestatis, determinando quando & qualiter debeat fieri electio, & quod plus est determinando subiectum illius potestatis, dum constituit quod ad duas partes Cardinalium ad minus spectat electio. Probatur & ex cap. Si papa. distinctio. 40. ubi dicitur, quod uniuersitas fidelium suam salutem post dominum ex papæ incolumitate animaduertit propensius pendere. Et distinctio. 19. Cant. Item dominus Leo papa dicit huius muneris sacramētum ita dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro omnium Apostolorum summo principaliter colloca ret, ut ab ipso quasi à quodam capite dona sua uoluit incorpus omne diffunderet. Vbi manifeste patet, à papa omne reliquum corpus ecclesiæ uelut à capite potestatem sortiri. Et sic sumendo ecclesiā uniuersalem, constat quod habet immediate authoritatem à Iesu Christo, nihil enim mediat inter ipsam, & Iesum Christum. Sed ex hoc non habetur, quod comparando membra aliqua, puta corpus sine capite, ad Christum, quod habeant

immediate potestatem ab ipso, sed sufficit, ꝙ totum habeat immediate a Iesu Christo: patres aũt inter se ordine quodã. & in caput primo, & p caput in corpus reliquum potestatem diffundit Saluator noster iuxta dicta & dicenda. Vnde patet, ꝙ tota ecclesia non habet potestatẽ supra Papam solum, nec econuerso, quia Papa cum ecclesia reliqua non facit maius in potestate, sed plures potestates.

De tertia autem cõparatione, q̃ est media, & est inter Papam & cõsilium authorizatũ a Papa, ex antedictis facile sumitur quid dicẽdum est. s. ꝙ nõ est maioris authoritatis, q̃ Papa a quo solo authorizari põt ut patet 17. di. per totum. & extra de elect. c. Significasti, ubi dr̃, quod omnia concilia p̃ Ro. ecclesiæ authoritatem, & facta sunt, & robur acceperũt. G

His tribus comparationibus secundum veritatẽ præmissis, quarta superadditur ꝛm opinionem, & est inter ecclesiam uniuersalem, & quãdam cõmunitatem, siue Papa prima pars eius, non caput totiꝰ authoritatis in ea velit in eã conuenire, siue nõ, ex una parte, & Papã ex altera parte. Et quia comparõ inter diuersa est, & eiusdẽ ad seipsum subiectio nõ est, sicut nec iustitia proprie loquendo, cum dicũt hi, ꝙ ecclesia uniuersalis est supra Papam, alterum duorum intendunt. aut. n. intendunt per ecclesiam uniuersalem congregationẽ fidelium, velut quãdã cõmunitatem, siue Papa pars prima illius velit interesse, siue nõ: aut intendunt ipsam fidelium congregationem authoritate capitis. s. summi Pontificis factam ita ꝙ ipsum congregari, solum depẽdeat a Papa in ecclesia uniuersali, in concilio uero duo dependeãt a Papa. s. cõgregari, & repræsentare uniuersalẽ ecclesiam ita ꝙ in his intendunt, ꝙ secluſa authoritate Papæ ex quo cõgregata est ecclesia, vel concilium, fit comparatio potestatis ecclesiæ uelcõcilii ex una parte, & Papę ex altera. Totus ergo futurus sermo de ecclesia, seu concilio, ut distinguitur contra Papã, erit de ecclesia & concilio, secluſa Papę authoritate post congregationẽ legitime factã. H

Et contra hos dicentes ecclesiam hẽre authoritatem supra Papam, ratio est, quia positio ista peruertit ordinem regiminis ecclesiæ: oportet nanque ꝛm istos regimen ecclesiæ esse democraticũ, seu popularе, in quo tota authoritas apud nullũ residet: sed in tota cõmunitate, sicut in c. accidit, ut S. Th. in 4. Sen. di. 19. q. 1. ar. 1. q. 3. ad tertium dicit. Et hoc ipsi uolunt, dũ ecclesiam uelut communitatem liberam potestatem supra Papam, quasi Regem habere dicunt, ut Senatus, populusque Romanus hẽbat sup Imperatorem. Et quia hoc ipsi nõ reputant inconueniens, quantum ad rem, licet uocabula horrere uideantur, iõ circa rem insistendo, monstrandum est, ꝙ nõ communitati ecclesiæ, sed uni soli in illa Christus plenitu dinẽ ptãtis Ecclesiasticæ dedit. I

CAPVT VII.

Quod Papæ sit super potestatem ecclesiæ uniuersalis, et concilii generalis, ut distinguitur contra Papam.

PRincipium huius ueritatis ex Dñi nostri Iesu Christi authoritate sumitur, vbi Io. ult. soli Petro, ut distincto ab aliis, dicit: Pasce oues meas, ut deductum in primo c. fuit in hoc instituẽs regimẽ ecclesiæ monarchicum. Et si ridiculosa illa respõsio deꝛ, ꝙ Christus dicit Petro: Pasce oues meas, nõ ecclesiam meam quasi fecerit eũ pastorẽ singularem ouiũ, non ipsius ecclesiæ significat totũ consurgẽs ex omnib. ouib. manifeste excluditur hoc ex eo ꝙ in oratione dr̃. Deus omnium fidelium pastor & rector famulum tuum. N. quem pastorem ecclesiæ tuę præesse uoluisti. Et in cõcilio Lugd. de elec. li. 6. K ubi periculum, Papa rector uniuersalis ecclesiæ, & gregis domini director dr̃, ubi patet qd respectu ecclesiæ, & gregis, quæ collectiones significãt, & non solum respectu particulariũ pastor & rector & director est Papa. Et quia hæc est ultima fuga harũ uulpecularũ, vincã Dñi demolientiũ, idcirco in oĩb. auferẽdis uigilãdũ est, ut de ipsa collatione, seu cõmunitate cõcludam⁹ nõ plãtã, sed subditã eẽ Papę.

Amplius, Ioan. 10. Saluator, ingt, alias oues hẽo &c. & subdit. Et fiet vnum ouile, & vnus pastor. Certum est ꝙ ouile non significat oues, sed unum cõtinens oues. Et ex glossa interlineari in principio illius capituli, ubi dicitur. Qui non intrat per ostium in ouile, exponente in ouile, i. in catholicam ecclesiam habere ꝙ p unum ouile intelligit̃ ecclesia una ex Iudæis & Gentilib. Ex hac authoritate arguitur sic, ecclesia ut una ex Iudęis & Gẽtilibus, est ouile, & Petrus cui dictũ est: Pasce oues meas, est pastor unus illius ouilis, ergo ecclesia ut una, non est sup Papam, sed sub eo, ut ouile sub pastore. Et cõfirmat̃ hoc. Quia ecclesia, seu concilium distinctum cõtra Papam, aut est oues aut ouile, aut pastor. Non oues, quia ex utrisque ouibus ouile unum constituendũ dicit dñs. Non pastor, quia cum Petrus sit unus pastor ecclesiæ, ut monstratum est, si ecclesia esset alius pastor essent duo pastores, contra dominum dicentem, Fiet unus pastor. Ergo ouile, & cum nõ sit ouile nullius pastoris, est ouile unum unius pastoris, qui est dominici gregis rector & director, Papa. s. Et confirmat̃, quòd de Papa specialiter loquat̃, quia uerbo futuri temporis utitur significante futurum fieri. Fiet, inquit, ouile vnum utrisque conuenientibus, & unus pastor. Et quoniam quòd est, nõ fit, nec fiet ipse dñs, qui de seipso præmisit pluries ibidem: ego sum pastor bonus, non est postmodũ factus pastor unꝰ, sed dum soli Petro postmodum dictum est pasce oues meas, non has, vel illas, impletum est, Fiet unus pastor, loco illius summi pastoris, q̃ solus est pastor bonus per essentiã ecclesię.

Amplius: Non minus Papa est eps catholicæ ecclesiæ: quam quilibet episcopus suę ecclesię: sed q̃libet episcopus est episcopus & singularum personarum, & totiꝰ collectionis earum in unam cõmunitatem. ergo & Papa est episcopus singulorum, & & uniuersorum Christianorum in unã catholicã ecclesiam collectorum. Et confirmatur hoc, Quia cum ecclesia sit nomen collectiuum, & significat collectionem fidelium (ut dr̃ de consecratione distinctione prima c. ecclesia) & episcopus dicatur episcopus ecclesiæ talis, oportet, ut primo sit episcopꝰ ipsius ecclesię, & secũdo singularum psonarũ, ac p hoc Papa, q̃ intitulat̃ episcopus ecclesiæ catholicę, & illorum, aut oĩum Christianorum, primo est episcopus ipsius ecclesię catholicę, & secundario mẽbrorum eius. Et uere sic est, ꝙa primo debet super intendere bono proprio ipsius unius ecclesiæ catholicæ, & deinde bonis propiis membrorũ oĩum.

Et si studiose quæratur quo pacto Papa potest dici episcopus, & caput ecclesiæ catholicæ, cũ ecclesia catholica includat ipsum Papam, patet rñsio dupliciter, primo, quod hic est distributio accõmoda: sicut cum dr̃. Cœlũ continet omnia corpora non quod contineat seipsum, sed quia continet omnia possibilia contineri, pariformiter. n. dr̃, quod Papa est caput, & episcopus ecclesiæ catholicæ, nõ quod sit caput, episcopus, rector &c. suipsius, sed quia est caput omnis possibilis hr̃e caput, rectorem, & episcopum. Scdo dr̃, quòd quia secundum Hilarium, sermo rei, & nõ res sermoni dẽt eẽ subiecta, ea ratione

tione Papa dicitur caput, & episcopus ecclesiæ catholicæ, quia in ecclesia catholica ipse capitis & episcopi locum tenet.

Amplius, Papa hēt supremam potestatem in ecclesia Dei, ergo Papa non subest ecclesiæ. Antecedens patet ex condēnatione iam dicta in concilio Constantiensi, per Martinum quintum, ubi de papa loquendo dr, habens supremam potestatem in ecclesia Dei. Consequentia probatur, quia supra supremam authoritatem in ecclesia Dei non pōt maior intelligi in eadem ecclesia Dei, ēt si fingēdi detur licētia. Immo ex hoc ēt sequitur, qđ tam ecclesia, quàm concilium Papę subditur, quia non sunt duæ supremę potestates ī ecclesia Dei, principatuū enim pluralitas mala, cū sit (ut patet 12. Metaphy.) a Iesu Christo summe bono, qui uult ecclesiā suā optime disponi, esse nō pōt. Et cōfirmatur hoc authoritate Innocētij tertii in cōcilio generali, extra, de pæn. & rē. can. cum ex eo. s. plenitudinem potestatis, de iure possumus supra ius dispēsare. Et extra de electione, ī c. significasti. Paschalis dicit: Aiūt in conciliis statutū non inueniri, quasi Romanę ecclesiæ legē concilia ulla præfixerint, cum oīa cōcilia per Romanæ ecclesię authoritatē, & facta sint, & robur acceperint. Quæ omnia pro plenitudine potestatis Papæ supra cōcilia, & consequenter vniuersalem ecclesiam allata sunt. Et confirmātur authoritate sancti Thomæ in tractatu contra impugnantes religionem, ubi dicit hæc uerba: Sancti patres in conciliis congregati, nihil statuere pūt nisi authoritate Romani pontificis interueniente, sine qua etiam nec concilium congregari pōt. Hæc ille.

Amplius. Papa est proximus, & immediatus uicarius Christi, & Apostolorū: ergo nullam hēt in terris ptātem priorē se. Antecedens patet in sæpe dicta condēnatione articulorū a Martino 5. in concil. Cōstātiensi, vbi vnus ex reprobatis articulis est iste. Ecclesia Romana est synagoga Satanæ, nec Papa est proximus & immediatus vicarius Christi, & Apostolorum. Consequentia patet, quia proximo & immediato nihil est propinquiꝰ & immediatiꝰ. Et ex hoc patet primo, qꝑ erroneū est dicere, qđ ecclesia, vt distinguitē cōtra Papam habet immediate authoritatē a Chro supra Papā: sic. n. non Papa, sed ecclesia esset proxime & immediate Chri uicaria. Impossibile est. n. eē duo subordinata ambo æque proxima & immediata Christo, ut patet istos fingere. Et cōfirmatur authoritate S. Th. dicētis in trac. contra errores Græcorū c. 66. Christi uicarius suo primatu, & prouidentia uniuersalē ecclesiā tāquā fidelis minister Christo subiectam seruat, & oppositum sentire, dicit eē errorem. Postremò reuidetur quæso diffinitio facta in concilio Florentino, qđ ex Orientali, & Occidentali simul ecclesia conflatum est, ceteris Occidētalibus tm antefertur. Et ibi (ut in primo c. uerba adduximus) non solū dr, qꝑ Papa est oīum Christianorū pater, & doctor, sed qꝑ est ēt uniuersalis ecclesiæ pastor, gubernator, & rector, cum plena potestate a Domino Iesu Christo institutus in beato Petro. Dicant ipsi qūo potuerit clarius exprimi, qꝑ non solum oīum membrorū, sed ipsius vniuersalis ecclesiæ pastor, & rector, & gubernator est, quòd non mediāte ecclesia, sed in Petro, cuius est successor, plenā ptātem pascendi, regendi, gubernandi uniuersalē ecclesiam a Dño Iesu Christo accepit. Et videant si tm luminis eis concessum fuerit, quòd hæreticorū more Scripturas, & Sanctorum dicta oportet eos extorquere, ut eorū proteruus error defendatur. Forte nulla Scriptura tam clara in fide habetur, quam non possit extorta expositio ad suum trahere propositū, sed ueritas tunc inuenitur, cum planus Scripturæ sensus iuxta Sanctorum consensum quæritur.

CAPVT. VIII.

In quo respondetur obiectionibus sumptis ex authoritate concilij Constantiensis, & Basiliensis.

VT ordinate autē obiectis distincte satisfiat, inchoandum est a decretis concilii Cōstan. ad quæ duæ rnsiones dātur. Prima, negant illa esse authentica authoritate ueri concilii facta, qm facta sunt tpe schismatis, quo erant tres Papæ in ecclesia Dei, ab una sola obedientia. s. Ioā. 23. absente ēt illo suo Papa. Qđ constat ex eo, quòd illa ꝑmulgata sunt anno Domini 1415. die 6. Aprilis in sessione 5. & obedientia Gregorii 12. conjuncta est illi die 4. mensis Iulii eiusdem anni in sessione 14. & obedientia Benedicti 13. iungi cœpit anno Domini 1416. die 13. Octobris in sessiōe 22. Vnde dicere, quòd illa obedientia constitueret concilium generale, catholicam ecclesiam repræsentās, nihil aliud est quam renouare antiquum schisma, & damnare ut schismaticas duas obedientias. & quòd semper fuit, & est dubium facere certum.

Et si dicatur, quòd Martinus 5. approbauit illa decreta, & illam synodum, decreta quidem in sessione ultima, ubi legitur, quòd dixit, quòd oīa & singula determinata, concluſa, & decreta in materiis fidei per prę̄sens cōciliū, concilialiter tenere, & inuiolabiliter obseruare uolebant, & numquam contra ire quoquomodo, ipsaque sic concilialiter facta approbat, & ratificat, & non aliter, & nec alio mō. Hęc ille. Constat autē quòd concilium esse supra papā, vel papā supra illud, materia fidei est. ergo decreta illa in sessione 5. facta super superioritate cōcilii supra papam, sunt approbata. Synodum uero in bulla condemnationis articulorum Ioānis Vuicleff, sacro approbante concilio, ubi interrogatoria ponens dicit, Vtrum credat, quòd condemnationes Ioannis Vuicleff, Ioannis Huss, & Hieronymi de Praga facta de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense concilium, sint rite & iuste factæ, & a quolibet catholico pro talibus tenendę, & asserendæ? Hæc ibi. Et cū constet, quòd contra Ioannē Vuicleff in sessione 8. cōtra Ioannem Huss. in sessione 15. & contra Hieronymum de Praga in sessione 21. sn̄ia lata fuerit, consequens est, quòd tunc ante unionem obedientiarum omnium concilium generale fuerit, si Martinus in tali bulla uerum dicit.

Respondendum est, quod tractari aliquid in materia fidei contingit dupliciter, s. materialiter, & formaliter. Tunc tractatur formaliter materia fidei, quando tractatur, ut credenda, uel damnāda a fide. Tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quando tractatur res quidem pertinens ad fidem, sed ut credenda, uel non credenda, sed quacumq; alia ratione. extra formalem. n. infinita contingit esse. Et quia nisi sermo intelligatur formaliter, perit certitudo; iō verba Martini 5. in illa ultima sessiōe formaliter sunt intelligenda. In concilio siquidem illo fuerat in materia fidei tractatū, & decisum formaliter, ut patet in sessionibus allegatis cōtra illos tres supradictos, ut etiam in sessione 19. & fuerant multa alia tractata, sed non ut materia fidei, inter quæ sunt, illa sessionis 4. & 5. In cuius signum nulli fuerunt deputati ibi ad uidendum de fide, quin potius deputatio in materia fidei cœpit post hæc in sessione 6. ut patet ibi nulla etiā fit ibi mentio de

creden-

credendo, uel non credendo. Martinus autem 5. approbauit decreta in materia fidei formaliter tm, & non illa alia. Et hoc euidenter ē patet, quia illa uerba dixit, respondens requisitioni oratorum Regis Poloniæ exigentium, quod acta per concilium cōtra illos prænominatos hæreticos firma essent, ut patet in sessione ultima, & propterea bulla illa condemnationis subsecuta est. Ad instantiam uero de approbatione synodi dr, quod per illud & alia interrogatoria ibidem de concilio Constantiensi posita, totum a nobiliori parte Martinus nominauit, congregatio siquidem Constantien. quæ inchoauit in sola obedientia sub Ioan. 23. & iterum post in coniuncta obedientia sub Greg. 12. in cōiunctione obedientiæ Benedicti 13. cōsummata est & post Martinum electum auctorizata facto presidentiæ personalis in concilium uniuersale, ab hoc nobiliori, & certiori statu tota concilium uniuersale uocatur. & nuncupatiue in quolibet statu concilium uniuersale appellatur, nominibus utendo vt plures. Fundatur autem hæc declaratio super eo, quod non est rōni consentaneum, Martinum noluisse declarare alias obedientias fuisse extra ecclesiam, sed uerbo proferre honoris nominibus utendo, ut plures uruntur, absque ueritatis tamen offensa. Vnde in bulla bis oppositum declarauit. s. in articulo, papa hēt supremam ptātem in ecclesia Dei, & illo Petrus fuit caput ecclesiæ catholicæ. Et ut insinuaretur, quòd concilium ab ultima parte appellabat in præcedenti interrogatorio, præterito adiunxit præsens, dicens quod concilium approbauit, & approbat, cōdemnauit & cōdemnat, quasi præteritum nō sufficeret. Et ga iā ex isto priore interrogatorio habitum erat, quod concilium Constantiense in p̄senti sub Martino 5. cōdemnat illos tres, non oportuit in ultimo interrogatorio, p̄terito iungere p̄sens: iā. n. p̄teritum supponebat pro cōcilio, sub Martino, quia iam damnauerat. & sic eriā uerba saluantur uerbaliter. Hæc est prima responsio ad principale motiuum.

Secunda autem est, dato quòd decreta illa ualeāt, intelligenda sunt cum grano salis: quo aūt dicendū est ad singula? In primis, cum dr quod concilium ptātem a Christo immediate habet, pōt dupliciter intelligi, primo de concilio, ut distinguitur contra papam. Et sic est falsum, ut patet per inductas authoritas, extra de elect. c. Significasti; ubi dicitur quod robur habent omnia concilia a Ro. sedis authoritate, & di. 16. ita Dns ubi Leo dicit, quod a Petro quasi a quodam capite in corpus omne authoritas manat. & S. Th. in tractatu contra impugnātes religionem dicit, quod sancti patres in conciliis congregati nihil possunt statuere, sine Romani Pontificis authoritate interueniente, sine qua nec congregari concilium potest. Hæc ille. Et nota quod dicit, sancti patres, quia patribus nō sanctis, sed p̄sumptuosis nulla lex posita est, sed præsumptio eorum sibiipsis est lex. Sc̄do pōt intelligi de cōcilio incluso papa. Et in hoc sensu est uerum quod habet immediate authoritatem a Iesu Christo. Et quod sic interpretandum sit, ex duobus uerbis illius decreti colligitur. Primum est. Legitime congregatas: constat enim, quod legitima congregatio concilij generalis ad papā spectat, ut ex nunc illatis testibus patet, & dist. 17. per totum: fm est ecclesiam catholicam repr̄sentans, corpus nāque ecclesiasticum uniuersum (qđ ecclesia catholica. i. uniuersalis significat) non est ipsum uniuersum corpus ecclesiasticum si sine, capite sit uel inlelligatur. papam autem ex dictis constat caput esse totius ecclesiæ catholicæ, ac per hoc concilij ipsam repr̄sentatis & si mundi cordis oculo perspiciatur, apparebit quod concilium habet quod repr̄sentet uniuersalem ecclesiam a papa, qui habet plenissimam curam uniuersalis ecclesiæ. Quis. n. Cardinalibus Episcopis, Abbatibus & prælatis paucis (ut communiter accipere uidetur) contulit uota totius populi Christiani, nisi papa? oportet enim aut ipsos Christianos hoc fecisse, aut aliquem supplere potentem eorum uota. Et cum ipsos non transferre uota sua in eos, experientia testetur, quia potius si requirerentur Christiani, infiniti inuenirentur qui refutarent transferre uota in alios, & per seipsos interesse mallent, aut concilium non celebrandum ducerent. Relinquitur ergo quòd papa, qui solus est pater, pastor, doctor, rector, & gubernator omnium, & singulorum Christianorum cum plenitudine potestatis, uota totius ecclesiæ transfert in concilium, congregando & roborando, ut ei uidetur: propter quòd sine Papa patres sancti congregati nihil possunt, & dissolui potest concilium a papa, auferendo ab eis, quòd amplius uniuersalem ecclesiam non repræsentet authoritatiue. Nec est uerum si dicatur, q̄ ecclesia ratum hēt concilium, non reclamando. iō enim non reclamat, quia in uero cōcilio papa supplet, in falso autem, quia contra p̄sumptuosos præualere non sperant docti, ignorantes autem nescii silem. hoc autem non est approbari ab ecclesia: sed non molestari ab illa.

Deinde cum dr, quòd ipsi concilio, seu eius decretis eriā papa obedire tenetur, multis distinctionibus iuxta multos terminos opus est. Distinguendum est. n. de papa dubio, uel certo: sicut. n. quòd nescitur consecratum, pro non consecrato habet, & reconsecratur secundum sacros Canones (ut patet extra de presbytero non baptizato c. Veniens. & de cons. di. 1. c. Solennitates) sic qui nescitur legitime electus papa, tanquam non papa obedire tenetur, & hoc directe pertinet ad illa decreta ratione schismatis, q̄n erant tres papæ, & nullus indubitat' ex sua delectione. De papa, autem certo & indubitato distinguendum est, quia uel est sermo de his, quæ a concilio & decretis eis statuuntur de iure diuino, ut ea quę sunt fidei, uel naturalis iuris, ut ea, q̄ sunt uirtutum & uitiorum moralium, & sic Papa tenetur obedire, nec potest contra ea dispensare. Et sic interpretanda sunt decreta illa unde in trib. dicit debitum obedire. s. in his, quæ sunt fidei, reformationis, & amotionis schismatis: hæc. n. cum spectantibus ad ea, aut ad ius diuinum, aut ad ius naturale spectant. Vel est sermo de his, quę sunt pure iuris positiui, & sic distinguendum est de obedientia. s. quo ad iudicium diuinum, uel humanum, & dicē dum, quod licet princeps sit solut' legibus, nec cōcilia legem ullam coactiuam in iudicio humano prefixerint Ro. sedi, in iudicio tamen diuino tenere papa obedire, ut S. T. expresse hēt in prima scdæ, q. 96. ar. 5. ad 3. Et in c. cōfidimus. 25. q. 1. Gelasius papa dicit uniuersalis ecclesiæ constitutū nullum magis exequi sedem prę ceteris oportere, quā primā.

Demum cum subditur de punitione contumaciter contenentium, potest dupliciter intelligi. Primo indifferenter, ut quilibet etiam indubitatus papa in quocumque peccato contra ius diuinum, aut naturale cōtumax punitioni humanę subiiciatur. Vt hic sensus est contra sacros canones, ut patet in c. si Papa. dist. 79. c. electionem, & in c. aliorum 9. q. 3. Nec est acceptandum, quòd id quòd infinito tem-

temporis spatio a tot est patrib⁹ approbatū, vnico verbo destruere voluerunt conditores canonum. Secundò pōt intelligi discrete secundum proportionem materiæ,& personę,& sic cum prælati cōtra non sint puniendi exemplo Dei,qui non puniuit publice Aaron de idolatria,vt S.T.dicit in 4. Sen.di.46.q.2.art.2.q.2.ad quintum. & papa nō sit puniendus facto,sed uerbis reprehēdendus publice(& ex S.T.colligitur in 4.Sen.d.19.q.2.ar.2.ad secundum,& in Secunda secundę,q.32.ar.4. in casu quo publice in periculū ecclesię peccat,ut Petrus reprehensus fuit a Paulo ad Gal.2.) & in casu quo potest deponi,etiam facto depositionis puniri possit,consequens est q⁹ sic discrete & proportionaliter intelligantur verba illius decreti.

Ex quibus omnibus clare patet,quod nec ex illis decretis habetur superioritas concilij, aut ecclesię supra papam. Vnde non oportet aliter respōdere ad eandem ex cōcilio Basilien⁹i,in sessione 2.& 18.De quo tamē sciendum est,q⁹ licet ab Eug.4.fuerit approbatum quo ad inchoationem,& prosecutionem,& multa pro illo concilio in bullis suis dixerit,numquam tamen illius approbauit decreta, quin potius in concilio Florentino statim diffiniuit Ro.Pōt esse caput,pastorem doctorē, & rectorem uniuersalis ecclesiæ,ut superius attulimus.Refert quoque dominus Io.de Turre Cremata (qui fuit præsens utriq; concilio) in li.3.de Ecclesia, ca. 100.multos defectus,qui in concilio Basil. in conflatione illorum decretorum interuenerunt scilicet q⁹ quod nō fuerunt unanimiter conclusa, nec cum consensu Presidentium Legatorum domini papæ,qui talibus interesse recusarunt,nec expectatis oratoribus Angliæ, & Castellæ,quos in uia noluerant constitutos,nec auditi sunt uiri multi sapiētes,uidētes hæc esse contra doctrinam Sanctorū, sed ꝓmulgata sunt ad furorē hostiū Apo.sedis,cū multitudine populi nullius auctoritatis.Vñ ex neutro concilii admittuntur, ut ualida.

Nos tamen ex abudanti iustitia,illa glossauim⁹. Et si gloss. contra intentionem authorum dixerit aliquis ex aliis actis conciliorum hoc conuincens. respōdebo primo,quod ego hō sum,& uideo quę foris sunt, quo ad ipsa decretorum verba, Deus autem intuetur cor.Quo ad alia verò acta eorūdē conciliorum attestantium aliam fuisse authorū intentionem, dicam de Constantien. quod sicut errauit usurpans in una sola obedientia uniuersalem ecclesiam, ita errauit consequenter in procedentibus ex ea,quoniam tūc illa decreta fecit. De Basilien.verò notorium est quod errauit,cum contra unum verum & indubitatum Pontificem Eugenium 4.processit usque ad depositionem inclusiue,qui tamen cum successoribus suis verus papa est.Dicam secundò,quòd si honorem veritatis recurrant falsa,erronea,ac igni obnoxia sunt.

CAPVT IX.

In quo soluuntur reliquę obiectiones contra idem factę.

EXpeditis authoritatibus conciliorum Constātiensis,& Basilien⁹is,quæ nullius authoritatis censentur,soluendæ consequenter sunt obiectiones,quę ex uera ac certa authoritate procedūt iuxta ordinem,quo inductæ sunt.

Ad declarationem igitur Martini 5. in condemnatione articulorum.s.quòd error est non credere Ro ecclesiam esse supremā inter alias ecclesias, si per Ro.ecclesiam intelligitur ecclesia uniuersalis,uel concilium uniuersale,aut quanto negat primatum summi Pontificis super particulares ecclesias.Respondetur,quod quia comparatio est inter diuersa,& hęc tria.s.ecclesia uniuersalis, cōcilium uniuersale,& ecclesia Romana, singula sunt q̄dā corpora mystica,integra constantia ex ca.& membris reliquis,& in capite non solum conueniunt, sed identificatur (papa siquidem caput proprium uniuersalis ecclesię & concilii, & Ro.ecclesiæ est) in membris autem reliquis distinguuntur, uel sicut repræsetans,& repræsentatum, membra ecclesiæ & concilii,uel sicut pars & totum, sicut mēbra reliqua Ro.ecclesiæ partes sunt membrorum reliquorum,concilii & ecclesię uniuersalis,ut patet:ic circo cum fit comparatio inter ecclesiam,seu concilium uniuersale,& ecclesiam Rom.non fit comparatio secundum caput,sed secūdum reliqua utriusque membra,secundum quæ recte dicitur, q⁹ tam ecclesia,quā synodus uniuersalis est superior ecclesia Romana,ut ex illo articulo deducitur. unde admissio illius comparatiue nihil cōcludit contra papę authoritatem.

Posset nihilominus dici,qđ quia esse supremam inter ecclesias,conuenit ecclesiæ ratione capitis,& ecclesia Romana ratione capitis est de essentia cōcilii,& ecclesię uniuersalis,& nulla comparatio ēt cum dictione exclusiua excludit intrinseca, idcirco non est admittenda comparatio concilii ad ecclesiam Rom.quę ad hoc quod est esse supremam inter ecclesias,sicut nec quo ad caput, quia sicut idem est caput,ita eadem est superioritas, & negaretur illa illatio,ergo concilium est supremum inter alias ecclesias etiam Romana. Et ad probationem,quia Romana ecclesia est una ecclesiarū, respondetur quod plus requiritur ad comparationem istam:oportet enim quod sit una, & distincta capite proprio ab ecclesia quę est conciliū, quod hic non est.ex calce uerò illius articuli.s.quod primatus papæ est super ecclesias particulares, cum sit sermo affirmatiuus de primatu super particulares, & non negatiuus de primatu super uniuersalem ecclesiam,nihil habetur in oppositum, quod enim fuit expressum ibi,est expressum alibi, ut additum est.

Ad obiectionem sumptam ex Euangelio Matt. 18.Quęcunque solueritis,&c.dicitur quod ad literam,hęc tria tantum ad propositum habentur.Primum est,quod a Christo immediate Apostolis data est potestas ligandi & soluendi, quod superius concessimus conformiter ad c.in nouo.di.21.Secūdum est quod potestas data est uniuersalis,iuxta illa uerba,quęcunqne solueritis.Sed tamen non est adeo uniuersalis,ut uerba sonant,sed ly, Quęcunque,distribuit ꝓ subiectis,ita quod sensus est:Quę cūque uobis subiecta solueritis,aut ligaueritis,&c. alioquin oportet dicere,quod omnino occulta potuissent soluere, uel ligare,contra illud Apo. 1.ad Cor.4.Nolite ante tempus iudicare, donec ueniat Dominus,qui illuminabit abscondita,&c. Et quia Petrus non erat eis subiectus, sed ꝑlatus cum fact⁹ fuit pastor ecclesię,iō sub illa distributiua nō cōcludebatur papa,utpote non subiectus. Tertium autē est,quod ex illo contextu insinuatur, quod ecclesia quęlibet habitura esset potestatem ita ligādi, ut soluta & ligata ab ea,essent soluta & ligata in cęlo, & hoc in sibi subiectis. Vnde sicut ridiculū est ex hoc,quod ecclesia Bononien⁹is habet hanc authoritatem,inferre:ergo potest ligare,aut soluere non subiecta:ita ex hoc,quod ecclesia uniuersalis habet hanc authoritatem,non potest inferri nisi q⁹ potest in subiecta,quānis enim multo plura sint subiecta uni-

vniuersali ecclesiæ, quam Bononiēsi, nihilominus in hoc formali conueniunt, quod nulla ecclesia potest nisi in sibi subiecta. Ex hoc autem nō habetur, vt superius dictum est, quod habeat a Christo immediate ptātem, quia modus habēdi. s. immediate a Chro, ex speciali gratia ad psonas suas fuit. Quod autem alicui gratiose conceditur, non debet ab alijs trahi in exemplum: a Christo. n. habēt omnes ecclesiæ hanc potestatem, sed non immediate.

Ad authoritates Augustini dicentis, quòd Petr⁹ in persona ecclesiæ & vnitatis, & claues accepit, Dicēdum est, ꝙ per hæc omnia intelligēdū est hoc. s. quòd non soli personę Petri, sed officio suo perpetuo duraturo hęc collata sunt. Et quia officium Petri est officium capitis, ꝙ habet influere in corpus reliquum: ideo officio capitali data toti corpori, data dr̄, & sunt. Nō pōt siquidem expers corpus remanere, si caput officium suum facit. vnde & Leo Papa dist. 19. c. ita Dns, ipsi dño attribuit, ꝙ a Petro in corpus oē potestas deriuaretur. Quia vnitas officij cōicatiui toti ecclesiæ claues accepit in persona Petri: ideo dr̄, ꝙ Petrus personam ecclesiæ gerebat & ꝙ vnitas non vnus claues accepit, & ad oēs dicitur, Amas me? Pasce oues meas, & similia, & non ꝓpterea dicitur quasi cōitas popularis, aut senatoria ptātem acceperit. Hic. n. sensus contra Augustinum, & Iesum Christum est, vt ostensum est, & ipse Augustin⁹ qōne noui & veteris Testamenti aperit dicens. Saluator cum pro se & Petro dari iubet didragma, pro omnibus soluisse uidetur, quia sicut in Saluatore erāt omnes cauę magisterij, ita & post Saluatorem, in Petro omnes cōtinentur, ipsum. n. constituit caput eorum, vt esset pastor gregis dominici. In quibus verbis docet, quòd in officio capitali Petri omnes subintelliguntur.

Ad primam aūt rationem dr̄, ꝙ licet non minus iuris habeat ecclesia in potestate iurisdictionis, q̄ in bonis tpalibus, tñ non eodē: sed alio modo habet. Nam potestatem iurisdictionis obtinet, vt regimē monarchicum, dñium aūt temporaliū, vt cōitas. Et ratio diuersitatis est, quia potestas iurisdictionis est a Iesu Christo, qui tale statuit regimen: dñium aut̄ rerum est a donatoribus hominibus transferentib. dñium, quod ipsi habebant in cōitatem ecclesiæ, & non in vnū aliquem. Et hoc apparet in ecclesiis particularib. in quib. manifeste ecclesiæ in epo hñt ptātem iurisdictionis, non autem dominium rerum.

Ad aliam vero rōnem, ꝙ ecclesia non pōt errare, distinguendum est de errore personali in credēdo, & in sententialiter authoritatiue definiendo, & rursus de ecclesia vniuersali claudendo in se papā, & vt distinguitur contra eius authoritatem, & dicēdum est, ꝙ errore personali certum est, quòd papa, quia est vna singularis persona, magis pōt in fide errare, q̄ totum residuum ecclesiæ: sed hoc non spectat ad propositum. Errore autem iudiciali in fide est e conuerso, quia magis pōt errare cōitas ecclesiæ sine authoritate papæ, q̄ papa. Et ratio est: qa error papæ in diffinitiua sntia fidei est error totius ecclesię, & verę vniuersalis ecclesię capitis & mēbrorum, qa ad ipsum spectat determinare finaliter de fide quid tenendum, & quid repellendū, vt ab omnibus inconcussa fide teneat̄, vt S. Tho. in tract. contra errores Græcorum. c. 67. authoritate Cyrilli, & Maximi ostendit, & in 2.2.q.1.art.vlt. probat rōne. Impossibile est aūt vniuersalem ecclesiā errare in fide: ergo impossibile est papam in iudicio diffinitiuo authoritatiue errare in fide. Secus est in aliis, vt S. Th. in quol. 8. art. vlt. ostendit. Vnde argū militat ad oppositum: quia papa in huiusmodi iudicio est rectissimus pp assistentiam Spiritussancti, in iudicio fidei propter vniuersale bonum fidei, sicut ꝓmisit Ioan. 14. Spiritussanctus docebit vos oēm veritatem, & Petro dixit. Ego rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua, & tu aliq̄n conuersus confirma fratres tuos, iuxta quod ēt 24.q.1. dicit Innocētius papa c. quoties. Quoties rō fidei ventilatur, nō nisi ad Petrum, i. sui noīs honorem, seu authoritatem habentem, recurrendum est. Et scito, ꝙ cum dr̄ de errore iudiciali, quòd sola vniuersalis ecclesia errare ī fide non pōt, non excluditur summus Pōtifex: sed includitur, qa authoritas determinandi de fide cōpetens vniuersali ecclesiæ, principaliter residet in Romano Pōtifice, vt S. Th. in 2.2.q.11.ar.3. ad tertiū dicit. Immo ipsa authoritas, quæ vniuersalis ecclesiæ dr̄, nō nisi illa papę est, vt ex inducta aut horitate ex q.1.2.2. (vbi finalis sntia de fide ad papam spectare probat̄) patet. Et propterea in allegato quolib. S. Tho. iudicio ecclesiæ, & papæ, vt synonimis vtit̄, aperiens expresse, quòd sntiæ papæ per assistentiam diuinæ prouidentiæ standū est. Et ppea oportet esse cautum, ne vocabulis aliter intellectis fallamur. Certi nanq; sumus, quòd nec papa nec ecclesia, aut synodus vniuersalis integra pōt in fide errare, iudicādo authoritatiue de fide. De ecclesia aūt, ac synodo acephala, nihil inuenio, quia nihil authoritatis sine capite in ea video, q̄ merita multa. Et nō aduertere ad hāc distinctionem de fide personali, vel in iudicio authoritatiue, est cā quare a multis ignorāter, & ī materia fidei ecclesia, immo doctores papæ pferantur: considerant. n. ipsū nō officiū cū assistētia diuina ad fidē in officio, etsi nō in persona.

Ad id vero, quod addit̄, quòd claues sunt ꝓpter ecclesiam finaliter, cōcedo ingenue, quòd papa, vt potestatem iurisdictionis habens est propter bonū fidei & pacis ecclesiæ, vt ex capite. 77. quarti, contra Gent. S. Thomæ apparet, & est ignobilior ipsa pace Christi, quæ exuperat omnem sensum. & hoc est, quia papa non est princeps, nisi vt minister, & vicarius naturalis principis, qui est summum bonum, ad quod ordinatur bonum commune totius communitatis, vt ex 12. Metaphy. habetur.

Ad rationē ex principio illo, Omne totū est maius sua parte, dicit cōcessio illo principio formaliter (. s. de toto, & parte vt sic) quòd licet papa quo ad personam, & meirta, sit pars ecclesiæ vniuersalis, secundum potestatem tamen iurisdictionis (de qua est sermo) non est pars ita, ꝙ potestas ecclesiæ vniuersalis non consurgit ex potestate iurisdictionis papæ, & aliorū, ut totum ex partibus, sed potestas papæ est tota potestas ecclesię uniuersalis, & aliæ potestates sunt participationes ipsius in partem solicitudinis datæ, iam enim dictum est, quod non plus potest papa & ecclesia, quam papa solus licet plures potestates sint potestates papæ & ecclesię, q̄ papę solius. Et si ex ratione capitis, quia est mēbrū & pars corporis, ītare velis, respice ad Iesum Christū, qui caput verum totius ecclesię, sic est, ut non solum quoad potestatem, sed nec quo ad nobilitatem, & sanctitatem sit pars ecclesię. Et uide quod in his mysticis loquutionib. non oportet ea, q̄ imperfectionis sunt (ut est esse partem) saluare in his quę sunt superioris ordinis, quales sunt Iesus Christus & eius uicarius generalis, q quo ad nobilitatē & sanctitatem & personam pars est ecclesię.

Ad illud uero Hieronymi, quod orbis maior est urbe, respondetur quod uerum est, quo ad multa, puta merita, uirtutes, scientiam, & in proposito secundum

cundum uigorem consuetudinis, non potestatis, i. consuetudo orbis prealet cōsuetudini urbis, sed potestas urbis est supra potestatem orbis. ET quod hęc sit intētio Hieronymi, ex contextu patet, quia de consuetudine ecclesiarum, qua diaconi sub presbyteris sedent, loquitur.

Ad rōnem formatam super mandato Domini, Dic ecclesię, qa aduersarij sanctorū glossas refugiūt (vt pro ecclesia prælatus, vt sic intelligatur cum facris doctorib⁹ eadem sententia) aliter dr, quod dominus in illo mandato affirmatino plura ordinate mandat. Primò actum charitatis, Corripe eum inter te, & ipsum. Secundò actus iudiciales, Adhibe duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, & Dic ecclesię. Inter hos autem actus hęc est dria, quòd actus charitatis extendit se ad oē peccatum in proximum, & ad omnem fratrē, ut patet: actus verò iudiciales non extendunt se ad omne peccatū in proximū, nec ad oēm fratrē, & ꝙ nō ad ad oē peccatū in ꝓximū ex eo lucidissime patet, quòd sunt quædam peccata contra nos, quib. conuincendis non possunt adhiberi testes, vt patet de peccato coniugis tentantis facto cōiugem in lecto ad peccatum cōtra naturam, & de secretissimis seruonibus. In his. n. quia non possunt testes adhiberi, locum non hēt præceptum hoc affirmatium, Adhibe tecum duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum, nec illud, Dic ecclesię, quia intelligitur in peccatis subiectis adhibitioni testū. Quod etiam non ad omnem fratrem, ex eodē fundamēto habetur, quia. s. si est aliqui s frater, qui nō sit subiectus alicui in terris, de illo non intelligitur præceptum, Adhibe tecum, nec, Dic ecclesiæ, vanum enim hoc esset.

Ei quia papa est talis frater, ideo præceptum hoc non habet locum simpliciter contra papam. Dico autem simpliciter, vt præseruem me a casu, in quo potest deponi.

Et quod hęc sit vera expositio ad literam, probatur ratione, & authoritate. Ratione quidem, qa Saluator in hoc præcepto duo exprimit uniformiter, s. personam peccantem. Frater tuus, & peccatum. peccauerit in te (utrunque. n. absque exceptione aliqua indefinite ponit) & tamen oportet quo ad peccatū limitare ad peccatum capax adhibitionis testium, ergo quò ad fratrem limitare etiam oportet ad fratrem subiectum communicantem tecū in patre in terris. Et hoc potest accipi ex illo uerbo: Frater tuus, i. pure frater. i. qui ita sit tibi frater, ut non sit plus quam frater, cæteri nanque prælati tui non sunt simpliciter plus quā frater, sed quo ad aliquid papa uero simpliciter. Qua ergo ratione limitatio admittitur peccati, admittenda est, & limitatio peccātis fratris. Authoritas est S. Th. in quarto Snīarū distinctione decimanona, q. 2. artic. 2. quæstiuncula tertia ad secundum, dicentis, quòd si prelatus non habet superiorem, recurrendum est ad Deum, qui eum emendet, uel de medio subtrahat. hoc enī pp solum papam oportet dici, quia cęteri prelati hēnt superiorem. Nec solus est S. Thomas, sed nunc infinitæ fere authoritates afferentur, ostendentes papam omnino non habere superiorem, ac per hoc non claudi sub appellatione fratris peccantis quo ad actus iudiciales.

Ex quo pātet, quam temere quidam dicāt, quod super hoc textu absque omni calumnia, plenitudo potestatis gladii spiritualis, & executio eius in ecclesia collegiata, ac per hoc in cōcilio uniuersali super quemlibet Christianum, qui est frater noster etiam si papa fuerit, fundatur: & quod super hoc fundatur potestas diffiniendi, determinādi, statuēdi, exercendi, constituedi leges, etiam supra personam papæ, & usum potestatis eius.

Hęc enim ex dictis & dicēdis patet esse erronea. & dicentes hæc, nesciunt discernere, quod præcepta, quę dantur de actibus iustitię iudicialis, intelligūtur tam in factis, quam in personis subiectis, & non aliis, & quod ista præcepta non probant subiectionem talis facti uel talis personę ad ecclesiam, sed de subiectis illi quæcunque & quicūque sint disponit. Ignorantiæ ergo est ex hoc textu subiectionem papę arguere. Et ut cōuincantur isti, practicet tex. iste sic: PRIMO, tex. non magis loquitur de ecclesia uniuersali quam particulari puta Mediolanēsi. Et hoc, quòd peccante in me fratre meo Mediolani, sufficit dicere ecclesię illi, & si illam nō audierit, erit sicut ethnicus, &c. indistincte ergo de ecclesia loquitur. Tunc ultra cum dicitur, Dic ecclesię, aut sumitur ecclesia cōmuniter pro collectione fidelium qūolibet, & hoc non, quia si non audiret totam collectionem Mediolanensium absque prelatis, non esset sicut ethnicus, & publicanus ut patet. Aut sumitur ecclesia pro collectione fidelium cū prælato, & si sic sumitur, ergo etiā ecclesia uniuersalis, cum sibi dicendum est, non sumitur pro acephala, sed cum capite, qui est papa. Ex hoc ipso ergo præcepto Domini intellecto proportionaliter de ecclesia uniuersali, papa comprehendi ostenditur non sub appellatione fratris peccantis, sed ecclesię iudicantis, quia ecclesię cum capite, & non, acephalę dicendum mandat peccatum fratris peccantis. Rursus papa non est deterioris cōditionis respectu ecclesię suę, quā quilibet eps respectu ecclesiæ suæ: sed episcopus peccans in fratrem suum non denunciatur ecclesię suæ acephalę, sed ecclesię, i. prelato superiori, & sufficienter impletur mādatum Domini, ergo papa non denuntiatur ecclesię Catholicæ, cuius est eps, acephalę, sed superiori, qui est Iesus, Christus, clamando ad Deum, qui est paratus cito facere uindictam clamantium ad se, multo magis, quam iudex terrestris, ut ipse testatur Lucę. 18.

Negandum est igitur, quod ecclesia uniuersalis sit iudex ordinarius papę in puniendo, & consequenter, ꝙ sit simpliciter & absolute illius iudex, & consequenter, quod quemcunque legis actum possit super eum: an autem in aliquo euentu, uel casu sit illius iudex, inferius examinabitur.

Repugnare quoque sacris Canonibus, quod ecclesia uniuersalis sit iudex papę in puniendo absolute, manifeste patet, quia sic de quolibet peccato papę in proximum posset denuntiari papa, iudicari, & puniri, si fraternam admonitionem non audisset, contra capitulum. Si papa, distinctione quadragesima, & capite. Multa, nona, quęstione tertia, s. patet, nemo, aliorum, facta cuncta, & contra omnes Canones pontificum, s. Bonifacii, Nicolai, Innocētii, Simachi, Anterii, & Gelasii. Et licet aliquod horum patiatur forte glossam, quod loquitur de particulari iudice, & non de uniuersali ecclesia, multa tamen capitula omne iudicium citra diuinum excludunt, ut capitulum pater, ubi sunt de sede Apostolica hęc uerba, cuius authoritate maius non est iudicium. Similiter capitula aliorum. ubi sunt hęc uerba, Aliorum causas hominum Deus uoluit p homines terminare, sed sedis istius præsulem suo sine quęstione reseruauit arbitrio. Vbi etiam papa excludit, prosequendo obiectiones in contrariū.

Est

Est & contra extrauagantem Bonifacii octaui, Vnã sanctam, ubi diffiniens inquit, Si deuiat terrena potestas iudicatura spiritualis: si deuiat spiritualis, iudicat minora superiori. si uero suprema, a solo Deo, & non ab homine potest iudicari. Hęc ille. Et est contra multos doctores in Theologia quidem (ut refert Dominus Ioannes de Turre Cremata in libro secundo de ecclesia, capite nonagesimoquarto,) Hugonem de Sancto Victore, Albertum Magnum, Sanctum Thomam, Alexandrum de Ales, Sanctum Bonauenturam, Perrum de Tarantasio, Vlricum, Ricardum, Petrum de palude, Heruęũ, Augustinum de Ancona, Alexandrum de Alpidio. In iure autem Canonico, Hostiensem, Ioannẽ Andream, Guidonem, Archidiaconum. Innocentium, & Aluarum.

Ad ultimo allata ex sacris canonibus, ex eo, ꝙ papa non potest contra statuta patrum, responsionem habeo diui Thomę in Tractatu contra impugnantes religionem, ꝙ intelligitur quoad ea, quę sunt iuris diuini, uel naturæ. et hoc ẽt hr̃ in glossã illius & præcedentis capituli, Sunt quidam.

Ad capitulum, prima salus, eodem mõ dicendũ est: aduertendum quòd p atrum appellatione uenit principaliter papa, qui est pater patrum.

Quod autem Ioãnes Gerson affert contra summos pontifices illud Gratiani, distinctione quarta, Leges instituuntur cum promulgantur. firmantur autem cum moribus utentium comprobãtur, quasi examen supremum legum sit, unde firmantur, risu magis quam responsione dignum est. Relinquitur igitur certum, & indubie tenendũ, quòd papa est supra uniuersalem ecclesiam, non solum secundum singulas personas & ecclesias, sed secũdum ipsam ecclesiæ communitatem, solum Deũ superiorem habens.

CAPVT X.

De noua quadam fictione, qua imaginantur aliqui concilium esse supra Papam.

HActenus simpliciter est disputatum & cõclusum, quòd papa hẽt potestatem super uniuersali ecclesia, & concilio, vt caput, pastor, rector, & director illius. Deinceps noua quędam imaginatio Ioannis Gerson in Tract. de potesta. ecclesiast. & in trac. de auferibili. sponsi, seu papæ, tractanda confutandaque est, qm̃ periculosa est ualde, & sanctæ matri ecclesię plurimum nociua. et ut melius obseruare seab his oẽs possint, recitãda est sua imaginatio.

Ponit in primis potestatem ecclesiasticam uelut quoddã totũ integrale, distingui in suas partes integrales, papatũ, cardinalatum, patriarchatum, episcopatum, sacerdotium que, ecclesiamque integrari ex his, ita uult, vt sublato non papa, sed papatu, non sit ecclesia uniuersalis. Vultque proinde in ecclesia, & concilio uniuersali, siue papa sit, siue non, claudi authoritatem papalem, quã supremã potestatem ecclesiasticam, & plenitudinem potestatis ecclesiasticæ, formaliter ptãtiue, & originaliter reliquas continentem, & in solo Romano põtifice formaliter & subiectiue esse fatetur a Iesu Christo Petro datam. Fatetur quoque ecclesię regimen a Iesu Christo institutum Monarchicum, ita quod hoc non nisi a solo Deo mutabile est, & Monarchicũ esse papam.

Cum his quoque distinguit & bene, & potestatẽ ecclesiasticam tripliciter accipi, primo secundum se ipsam, ut papatum secundum se. Secundo ſm applicationem ad hanc, uel illam personam, vt quod papatus sit in Io. uel Mar. Tertio, secundum exequutionem, vt quòd papa faciat, uel non faciat hoc uel illud. Et apposita altera distinctione de multiplici modo essendi in aliquo, uult quòd licet quęlibet ecclesiastica ptãs sit formaliter, & subiectiue tm̃ in suppositis formaliter denominatis a illa (puta papalis in papa, cardinalitia ī cardinali, episcopalis in episcopo) nihilominus quælibet ecclesiastica ptãs est in ecclesia uniuersali, seu concilio uniuersali illam repræsentante tripliciter. Primo, sicut in fine, quia data est in ędificationem corporis Christi. Secundo, sicut in regulante applicationem ipsius ad personam. Tertio, sicut in regulante usum, seu exequutionem ptãtis in persona existentis. Et de primo, ac secundo mõ non esse dicit facultatem, de tertio autem similiter dicit, si consideretur, quòd ptãs papalis data est in ædificationem ecclesię. et pbat sic: papa est peccabilis, & hac ptãte in destructionem ecclesię abuti potest, similiter Sacrũ collegium cardinalium non est in gratia, uel fide confirmatum, ergo oportet, ut aliqua sit relicta inobliquabilis, & indeuiabilis regula ab optimo legislatore Christo, secundum quam possit abusus huiusmodi ptãtis reprimi, dirigi, atque moderari: Hęc autem est ecclesia, seu vniuersale cõcilium. ergo in ecclesia vniuersali est papatus, ut in regulatiuo exequutionis ipsius.

Et confirmatur, quia, cum medium virtutis nõ habeatur nisi prout sapiens iudicabit, & papa hẽat ptãtem in ędificationem, prout sapiens iudicabit, finalis resolutio huius iudicii fiet ad ecclesiã, seu cõcilium, vbi est sapientia indeuiabilis. Et hic inquit, fundãtur multa quod papa iudicari potest & deponi per cõcilium, quod cõcilio subiicitur quo ad usum suę potestatis, & sibi potest dici, Curita facis? & quod in concilio est etiam potestas papalis quarto modo scilicet suppletiue, quod scilicet supplendo facere potest quicquid potest papa, ut decreta, & acta concilii Constantiensis testantur.

Distinguitur præterea ptãs papę in eam, quæ sibi a Iesu Christo tributa est in Petro, tanquam suo uicario, & Monarchæ, tam ordinis, quam iurisdõnis in foro voluntario & inuito (& hanc uult esse supernaturalem) & in eam, quæ conuenit papæ ex iure naturæ & positiuo. Naturę quidẽ, quia dictamen naturalis iuris uult, ut supremus in aliqua politia, gaudeat multis priuilegiis & honorib. super alios. Positiuo uerò multiplici, & in proposito ipsius ecclesię, seu generalium conciliorũ, sicut cõitas perfecta suo capiti dare potest. Et hanc uult esse authoritatem interpretandi, dispensandique in statutis concilii generalis, prout occurrens necessitas uel euidens utilitas postulat. ubi pro tunc recursus ad generale concilium non patet. propter cuius distinctionis ignorantiam multam ortam putat ignorantiam in putantib. omnia posse papam ex authoritate sibi a Chro tradita. Concilium igitur esse supra papam, habereq. uim coactiuam super illũ, posseq; illi leges imponere circa usum ptãtis, suspẽdere ab exequutione, & deponere culpa, & sine culpa, ĩfert. Cõparare propterea, inquit, ecclesiam papæ, nihil aliud est quam comparare totum parti integrali, & quærere quid sit maius. cõstat. n. quòd ecclesię, seu concilii uniuersalis authoritas, maior est authoritate papæ in sex. primo in amplitudine, uel extensione, secundo, in infallibili directione, tertio, in morum reformatione in cap. & in mẽbr. 4. in coactiua ptãte, quinto, in causarum fidei difficilium ultimata decisi. 6. quia copiosior, complectitur enim saltem uirtualiter omnem potestatem, & omnę

omne politicum regimen,papale,imperiale,regale,aristocraticum,& timocraticum.

Confirmat dicta sua ex Apostolorum actibus plurib. quia.s.Iacobus non petrus diffiniuit in cõcilio,Act.15.& ibidem non petri nomine,sed cõitatis scribitur ad Antiochiã,Apostoli & seniores, &c.& miserunt petrum & Ioannem tanquã subditos ecclesię,Act.8.& Petrus cõpulsus est rõnẽ reddere de ingressu ad Centurionem,Act. 11. Fundat autem super allatis prius ex Mat.decimooctauo authoritatibus,Dic ecclesiæ,& Quęcumq; ligaueritis super terram,& concilio Constan.Et concludit,ꝙ luce clarius ex principiis Theologiæ concluſa est subiectio papę ad concilium.ET vsq; adeo proreditur,vt pestiferam, pernicioſissimamq; doctrinã appellet,ponentem papam supra concilium,aut saltem non imparem illi.

CAP. XI.

Quod secluso papa in ecclesia,non est papatus suppletiue, et sicut in regulante vsum ipsius.

PRincipium veritatis videndæ circa recitata a radice sumẽdo,declarabimus primo id super qđ tota hęc consurgit fabrica,falsum esse,s.ꝙ secluso papa,qũlibet in ęcclesia Dei sit papatus, sicut in regulatiuo ipsius,quantum ad vsum, & suppletiue.Deinde ostenditur falsum esse,quòd papa hẽat aliq̃ potestatem ab ecclesia,sed omnia põt ex papatus authoritate. ET deinceps sigillatim omnia examinando determinabuntur manifestata prius veritate,circa potestatem applicandi potestates ecclesiasticas ad psonas,an sit in ecclesia secluso papa. Sicn.mõ de ecclesia,vt distinguitur contra papã, loquimur,& sic volumus intelligi dũ de his sermo est.Si papatus igitur est sic in ecclesia cum ecclesia non hẽat ipsum ex seipsa(vt aduersarius fatetur]oportet ꝙ datus sit ei a Deo.Et cum huiusmodi donata a Deo nesciamus nisi per reuelationẽ in sacra scriptura,vel traditione Apostolorũ,vel in sanctis doctoribus,aut determinatione apostolica contẽtam aut per rationem ex principiis theologicis efficaciter probãtẽ, si in nullo horum reuelatio hęc inuenitur,sed oppositum,si theologica ratio non conuincit,sed potius abducit ad hoc, sentiendum est oppositum.ET quidẽ ꝙ in sacra scriptura dona tio ista nõ reperiat̃,ex antedictis patet:authoritates n.sumptæ ex Mathæi 18: nihil dant nisi supra subiecta ecclesiæ indefinite, ut prædeclaratum est.Vnde ex eis non potest huius,uel illius subiectio ꝓbari,sed haberi quam potestatem in subiecto habeat.

Ex gestis vero ab Apostolis nihil tale hẽtur, quia Act.8.licet petrus,& Ioannes sint missi, non tñ ut subiecti.spiritus.n.sanctus missus est a filio iuxta illud Io.16.Quẽ ergo mittã uobis,& tñ non est subiectus.Male theologus est,qui ex missum essẽ,iferit subditũ esse.Actuũ uero 11. discepatio eorum, qui erant ex circuncisione aduersus petrum, nullã superioritatem, sed ambiguam æmulationem legis Moysi pseferet.Et quod illa discceptatio non ab apostolis,sed cõuersis Iudęis,& præcipue Pharisęi, fuerit textus ille iunctus cum c.quintodecimo,vbi illi de hæresi pharisęorum dicebant, legalia imponenda ẽt Gentibus,insinuat.Et rursus reprehensio non factis,sed verbis,subditis qñq; licita est aduersus prelatos,ut de petro & paulo apparet ad Galatas secundo,& superius ex s.T. ostendimus. ET itẽ Greg.(ut habeatur 2.q.septima,Cap. petrus) hoc soluit,quod petr⁹ uoluit uti authoritate sua.Actuũ uero quintodecimo non fuit concilium uniuersale,nec Iacobus dedit sententiam,& ideo nihil facit ad propositũ. Quod non fuerit concilium uniuersale,patet ex hoc,quod nõ fuerũt ibi,nisi tres ex duodecim Apostolis,vt ad Galatas secundo hẽtur,s.petrus,Iac.& Ioan.Quod.n. narratur Actuũ 15.tunc fuit,qñ Paulus post anno 14.ascendisse Hierosolymam,ad Galatas secundo refert, vt glosia ordinaria dicit Act.15.Quòd Iacobus sententiam nõ dederit, sed iudicium suum dixerit post Petrum loquens,ex eo patet qđ subditur: Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum omni ecclesia eligere, & mittere,&c. scribentes per manus ipsorum. cõclusio ergo,in qua stat proculdubio sententia diffinitiua,in communi facta est,non a petro,nec Iacobo Et scito quòd quia solutio qõnis petebatur non a petro,sed ab Apostolis,& præsbyteris presentibus Hieros.vt patet in eodem 15.c.iõ petrus simplici apostolatu non papali authoritate vsus,exhibuit se sicut unum ex alijs in tali conuentu,& cõi noie Apostolorum appellatione cõtentus fuit.ET bene:qa oia tempus hñt,necdum aũt erat tẽpus vtẽdi plenitudine ptãtis suæ,in statuto præcipue trãsitorio, quale fuit propositum a Iacobo,cum dicit.Ego iudico,i. hoc est iudiciũ meũ,&c. Aduenit postmo dũ tẽpus, quo papa manifestauit suę plenitudinẽ ptãtis,ut patet legẽti gesta patrũ,& ecclesię. quãuis & hic petrus primus inueniat̃ & in electione Mathię,& ĩ cõdẽnatione Ananiæ,& Saphirę,& Simonis,& ex traditione successiua apostolorũ papã potius,q̃ concilium primatum obtinere animis, vocibusq; Christianorũ inhibitũ est,vsque ad conciliũ Constãtiense, ad qđ vsq; tẽpus sancti doctores absque dubio hoc docuerunt. Nec cõcilium Constantiense,aut Basilienſe oppositũ determinare potuit, quia si Hieronymi solius authoritas innixa sacræ scripturę prẽualuit concilio (vt patet 36.q.2.c. tria,iuncto cap.placuit) quanto magis tanta lucida nubes testiũ inductorũ innixa sacrę scripturę aperte,vt mõstratum est, & mõstrabitur,prævalet congregationi Constantiensi,ante Martinum, & Basilienſi concilio ? Oĩa.n. concilia per Romanæ sedis authoritatẽ robur acceperunt,& facta sunt,vt c.Significasti,de elect.allatũ est. Quod aũt nec rõne ex theologicis principijs hoc habeatur: sed potius oppositũ manifestat̃, tota,n.rõ huius consistit in hoc ꝙ summus ꝓuisor. & legislator Dñs Iesus Christ⁹ non reliquit ecclesiã dilectissimam, sine sufficienti regula & inobliquabili in remedium occurrentiũ defectuum:sed papa est peccabilis, ecclesia vero errare nõ potest,ergo. Hæc.n.rõ ad hoc propositum non solũ nõ procedit ex principijs theologiæ, sed in hæresim adducit damnatã: pro fundamento.n. sumitur, ꝙ ecclesia non potest errare, & papa potest errare, aut loquũtur de errore personali in gratia gratum faciẽte,aut de errore iudiciali, diffinien do in quacunque re ecclesiæ,vel in fide. Si loquuntur de errore personali in gratia,in hęresim incidit̃ damnatã, ꝙ potestas ecclesiastica fundatur super charitate, & tñ hoc modo cõtra seipsum oportet, ꝙ intẽdat iste homo,quia expresse affert pro ratione, quia papa est peccabilis, & sacrũ collegiũ ei assistens non est cõfirmatũ in fide & gratia. EX hoc ergo ꝙ apud ipsum ecclesia est firmata ĩ fide & gratia & propterea inobliquabilis,oportet dicere,ꝙ a Deo habeat regulatiuã potestatẽ vsus omnis ecclesiasticę potestatis.Et hoc quid aliud est dicere,quã sequi hæresim illorum,qui,quoniam vbi sunt duo vel tres congregati in nomine domini, in medio eorum est dñs,ecclesiasticam potestatem in bonis christianis ponũt?Ampli⁹,Quis reuelauit hunc homini,

mini, ꝙ prelatorũ congregatio in concilio gñali, A fidei ſm diuinam ſapientiam in Scripturis reuelatam & ſibi aſſiſtentem, in directionem autem morum ſm prudentiam monaſticam & politicam, q̃ in principe eſt, ædificare eccleſiam dẽt. Et ad hæc multum adiuuatur excõcilio ſanctorum Patrum, & ppea cũ veneratione à ſummis Pontificib. ſuſcipiuntur, oſtendunt ſiquidem ſtatuta iter papę, quod ſequi ſecundum Deum debet, quamuis cogere ipſum nequeant, vt ex prima ſecundæ S. Th. allatum eſt. Rationes autem, quę concernũt depoſitionem papę, inferius ſoluentur.

B EX parte vero cauſæ formalis, qa papatus eſt ex formali ſua rõne ſuprema in eccleſia Dei poteſtas vſjex antedictis hẽtur, & iſtemet fatetur, ſuprema aũt poteſtate in eccleſia repugnant dari in eccleſia ſuperiorem, qui iã nõ eſſet ſuprema in eccleſia, ſed poteſtas in eccleſia, regulatiua papatus quo ad vsũ eſt ſuperior papatus, ergo in eccleſia Dei nõ eſt talis poteſtas, & conſequenter non eſt in illa papat⁹, ſicut in regulatiuo vſus illius. Prima propoſitio aſſumpta (vt dictum eſt) patet ex determinatione ẽt concilii Conſtantienſis, ſub Martino quinto, ſecũda aũt eſt nota ex terminis, tertia autẽ, & probatur & eſt ab eo confeſſa. Probatur quidem, quia cum par in parem nõ hẽat imperium, & propterea vn⁹ papa non põt ligare manus alterius, oportet ſi eccleſia põt ligare manus papę cõſtituendo leges coactiuas circa vſum papatus, & ſuſpendendo ab exequutione, ꝙ poteſtas eccleſię non ſit par papatui: ſed ſuperior papatu. cõfeſſa eſt autem ab hoc viro, quum loquens de diſpenſatione facta a papa dicit, Tenet & hæc diſpẽſatio ſi non cõtineat errorem apertum, aut niſi fuerit ſuperiori lege ꝓhibita, qđ dicit propter ſtatuta fieri poſſibilia circa papalis vſum poteſtatis per generale concilium. Hæc ille.

Si vero loquuntur de errore in iudicialiter diffiniendo de re qualibet, conſtat & ꝙ Papa & ꝙ concilium ſimul cum Papa errare poteſt, male iudicãdo de vno regno, quod iſte hẽt ius eius & non alter, aut ꝙ ille epiſcopus ſit ſimoniacus, vt patet in c. a nobis, de ſnĩa excõic. & in Quol. S. Th. vbi ſupra. Si aũt de iudicio fidei ſit ſermo, tunc comparat Papa, & cõciliũ ſm proprias naturas & vires, & ſic tã C papa, q̃ concilium põt errare, quia oĩs hõ mendax. Aut ſm aſſiſtentiam diuinæ prouidentiæ, & ſic falſum & erroneum eſt dicere, ꝙ papa poſſit errare, quia hoc eſſet dicere, quòd eccleſia tota põt errare in fide, quia ad ipſum pertinet determinare de fide vt habetur de baptiſmo & eius effectu, capitulo, maiores, & 24. q. 1. capitulis, a recta, memor ſum, & quoties. Et quicquid determinatum eſt ab ipſo de fide, omnes chriſti fideles ſeq oportet, vt patet ex hoc, ꝙ hęreticus cenſetur, qui damnatę ab Apoſtolica ſede concluſioni in fide, adhęret pertinaciter, & ex hoc quod qui aliter docet, & ſentit de fide, & ſacramentis eccleſię quam Rom. eccleſia, hæreticus eſt, vt patet ex S. Tho. in 2.2. q. 1. ar. vl. docente quòd ad ſummi Pont. auctoritatem pertinet finaliter de D terminare ea, quę ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur, & in q. 11. ar. 2. ad 3. quod contra Papæ authoritatem in materia fidei, nec Hiero. nec Augu. nec aliquis ſacrorum doctorũ ſuam ſententiam defendit. & ex c. ſi Papa. diſ. 40. vbi dicitur, quòd ex ipſo poſt dominiũ vniuerſorum ſalus dependet, & per hoc infallibile Papę iudicium, impletur illud Io. 14. quod ſpiritus ſanctus docturus eſt nos oĩa. Colligendo igitur rõnis ſolutionẽ, dicitur quòd ſemper altera præmiſſarum eſt erronea. Si. n. eſt ſermo de obliquitate a gratia, illa uniuerſalis eſt erronea, ſcilicet quod obliquum oportet regulari E in tertia a recto & eſt expreſſe damnata ẽt a cõcilio Conſtantienſi ſub Martino. Si autem eſt ſermo de obliquitate a iudicio fidei, illa propoſitio eſt erronea, ſ. quòd Papa poteſt errare. & reliquum eccleſię non confirmantur hæc authoritatib. ſupra allatis. Et hæc reſponſio eſt rõ ſumpta ex parte cãę materialis: ex hac. n. hẽtur, ꝙ non magis communitas, q̃ vna perſona in officio Vicariatus Chriſti poſita, q̃tum ad ea, quæ ſunt fidei, hẽt quòd ſit ſubiectum ſeu materia aſſiſtentiæ diuinę, cum non ſit differẽtia apud Deum in multis aut paucis, vno vel pluribus ſaluare; immo ex quo monarchicũ inſtitutum eſt regimẽ, in vno ſolo conſtituta eſt ptãs, ut S. Th. in 4. Sẽ. di. 19. q. 1. dicit. Ex quo patet quòd volutarie dicit, ꝙ Papa hẽt ptãtem in ædificationem, prout ſapiens. i. cõcilium determinabit: In his. n. quę ſunt

Et vt magis pateat horum fictio, aduertendũ eſt, quòd quẽadmodum in adunatione oĩum ſenſuũ exteriorum in vnum ſubiectum, non inueniretur aliquis vnus iudex ꝓter ſingulas ſenſuum poteſtates, niſi ſenſus ſuperior eis omnib. & cõis omnib. præiũgeret, & ppea oportet ponere ſenſum coẽm vt patet in Secundo de Aĩa, vnicum & cõem oĩum ſenſibilium iudicem altiorẽ omnibus, quo vno vnum ſubiectum hẽns plures sẽſuum poteſtates iudicat, ita poſito, ſed non conceſſo, quòd in eccleſia inuenirẽtur oẽs poteſtates eccleſiaſticæ, ſ. papatus, Cardinalat⁹, &c. ſi ex eis nõ reſultaret, aut quõlibet eis iungeretur una alia poteſtas, nihil poſſet niſi ꝙ ſm ſingulas poteſtates papatus, cardinalat⁹, epiſcopatus, &c. poſſet. Perinde. n. eſt, ut dr̃ in ſecũdo de Anima, duab. potentiis iudicare, ac ſi duo iudices eſſent. EX concurſu igitur omnium poteſtatũ in eccleſia vniuerſali ẽt cum papa, non plus poteſt apud ſapientes tota eccleſia cũ papa, quam poſſint ſingulę poteſtates, ac per hoc cum papatus nõ poſſit ligare manus papę, nec tota eccleſia hoc poteſt, niſi fingatur ſuperior quędã poteſtas papatu, qua eccleſię cõitas utens iudicet de ſingularum poteſtatum actibus, & ſi hoc fingitur, contradicitur ueritati, & ſibiipſi, qui eccleſiam ex papatu, cardinalatu, &c. componi vult.

Ex ea demum finali poobatur intentum quadrupliciter. Primò, quia incidit in Scyllam, cupiens uitare Charibd. Si. n. propter hũc finẽ, ut quilibet potens errare, habeat ſuperiorem in terris, oportet hanc in eccleſia ſupra papã poteſtatem ponere, qs corriget concilium ipſum potens errare? immo quod de facto errauit in decretis illis Conſtatienſi, & Baſilienſi, & in multis aliis errare poteſt.

Propter

propter quod a concilio ad papam conceditur appellatio, vt S.Th. in q. de Pot. Dei q.10.ar.4.13.dicit. ET de concilio Basilien., ꝙ quamuis legitime congregatum, errauerit notorie, conuincitur ex ipsius verbis in secunda sessione, s. Synodus Basilien. decernit, & declarat, ꝙ ipsa pro hęresium extirpatione ad morũ generalẽ reformatione ecclesiæ in capite & in mẽbris, nec non pace inter christianos ꝓcuranda, in Spiritu sancto legitimè congregata, per nullum ꝙuis authoritate ẽt si papali dignitate præfulgeat, dissolui, aut ad alium locum trãsferri, seu ad aliud tẽpus prorogari debuit, aut potuit, dẽt aut potest, dẽbit, aut poterit futurum, absque eiusdem Synodi Basilien. deliberatione & cõsensu. Hæc ibi. Vbi manifestissime apparet, ꝙ etiam his, quę sunt iuris positiui, qualia sunt tempus & locꝰ concilij, determinauerunt non habere potestatem summum pontificem, etiam antequam ipsa synodus congregata ibi tũc esset, quod tam erroneum est, vt argumentatione non egeat. ET hoc vnum iõ attuli, vt ostendatur, & quod concilium rite etiam congregatum authoritate Romani pontificis, ipso hẽnte, aut non consentiente decretis errare põt & errauit, & ut ex hoc uno manifeste falso in principio concilij illius decreto, omnium decretorum illius authoritas quanta sit cognoscatur. Inquit. n. Aug. ꝙ si vel minimum mendacium in sacra Scriptura admittitur, tota perit.

Secũdò, quia uerus finis potestatis ecclesiasticæ s. unitas fidei, charitatis, & pacis, qua una est ecclesia, & peruenitur ad patriã cælestem, melius cãtur per unum, quã per plures conueniẽtes in unũ.

Tertio, quia nimis derogat dignitati supernaturalis ordinis positio ista, quasi sicut Deus in naturalibus creauit hominem liberum, & reliquit eum in manu consilii sui, quo fit, ut communitas libera Regem constituat cum certis legibus tacitis, uel expressis, sic disposuerit Chr̃us in supernaturali regimine ecclesiæ dando communitati potestatẽ supra principem. Lõge quippe aliter est, nam supernaturalis regiminis firmitas nõ super humano cõcilio, sed super diuina assistentia supernaturali fundatur, ac per hoc ad infallibilitatẽ infallibiliter consequendam, ipsa supernaturalis regiminis resolutio respuit recursum ad potestatem cõmunitatis.

Quarto, quia cum gratia perficiat naturã ꝑ modum eius, & diuina Sapientia disponat omnia suauiter, oportet, ut Iesus Christus disponat regimen ecclesiæ suæ, ut uiuus, non ut defunctus, propter quod non ante mortem, sed post resurrectionẽ in æternum non moriturus, Petrum instituit nõ successorem, sed Vicarium suum. Commune est aũt omnib. principibus uiuentib. Vicarios instituẽtibus, ut potestatem Reipublicę super Vicarium nõ dent, sed sibi reseruent iudicandum. Dominus igitur Iesus Christus cõmunitati ecclesiæ non debit potestatem super suo Vicario, sed illi suam assistentiam non defuturam aperiens. Luc. 22. Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, ipsi confirmationẽ aliorum commisit subdens. Cõfirma fratres tuos. Et hæc ratio licet magis ex modo, quam fine regiminis sumatur, ostendit tamẽ, ꝙ ad consequẽdum ecclesiæ finem ex modo regiminis non conuenit in ecclesiam talem ponere potestatem. Quia ergo posita potestas ista in ecclesia supra papam, regimini ecclesię per uicarium, sub Iesu Christo uiuente non consonat, & supernaturali resolutioni ecclesiastici iudicii derogat, & ad uerum ecclesiæ finem inepta est, & intentum finem correctionis oĩum errare potentiũ non assequitur, cõni formali papatus repugnat, assistentiæ Christi ad papę iudicium in his, quæ sunt fidei, obstat, & nulla authoritate authentica, aut ratione efficaci asseritur, totq; sanctorum testimoniis aduersatur, concludẽdum est, quod frustra, ignoranter, temere, atque impie prædicatur, scribitur, & defenditur.

CAPVT XII.

Quod secluso papa, non sit in ecclesia potestas legislatiua.

QVoniam autem prẽter dictam potestatẽ duas alias in concilio locat, secluso papa. s. potestatem applicandi potestates ecclesiasticas ad psonas, & potestatem condendi, interpretandiq; authoritatiue, leges, de his aliquantisper dicendũ est. Authoritas ecclesię in condendis legibus cõuenit ecclesię secundum istum ex hoc, quod est cõitas ꝑfecta. Vnde si quęlibet cõitas libera, & perfecta põt cõcedere leges, & ipsius solius authoritate possunt mutari cõditæ ab ea leges, sic ĩ ecclesia ẽt oportet.

Sed vt breuiter error istius pateat, omisso, quod ecclesia absq; papa nõ est cõitas perfecta, quia sine capite, dicimus, quod quia ecclesia vniuersa distincta contra papam est cõitas subiecta a Iesu Christo papæ, vt patet ex authoritatibus inductis, testantib. ipsum esse pastorem, rectorẽ, epm, directoremque omnium Christianorum, & vniuersalis, seu catholicæ ecclesię, consequẽs est, quod ecclesia, & si possit ordinate per modum societatis cuiusdã, non tñ põt aliquid statuere, habens uim coactiuam, nõ solum circa actus papæ, sed nec circa quemcumque christianum, nisi rõne authoritatis prælatorum illius, si illi ad hoc concurrunt, & si fiat de facto, non valet, nisi authoritate Ro. pontificis implicite, uel explicite roboret. Vnde S. T. ut superius adductum est, inquit. sancti patres in conciliis congregati nihil possunt statuere, nisi interueniente authoritate Ro. Pontificis. Et, ut prædictum est, recte dixit, sancti patres, quia multi patres ex sua temeritate pñt statuere, ẽt ligando manus pontifici summo. Et cõ firmatur hoc ex distinctione legis posita a S. Th. in 1.2.q.90.ar.vlt. vbi ex prędeterminatis concluditur quod lex est rationis ordinatio ad bonum cõe ab eo, qui curam habet cõmunitatis, promulgata. Ex hoc. n. patet, quod lex ecclesiæ nihil aliud est, quam rõnis ordinatio ad ecclesiæ cõmune bonum a papa, qui curam habet communitatis ecclesiasticę, promulgata, ac per hoc communitas ecclesiæ, cui sui ipsius cura non est relicta Iesu Chr̃o, sed commissa papę, nõ potest leges authoritatiue facere. ET hoc cognoscentes sancti patres, a papa robur decretorum suorum recognouerunt, ut etiam exorto hoc errore post electum Martinum papam quintum, ipsa requisitio oratorum regis Poloniæ, qđ approbarentur decisa in materia fidei a Martino testatur ut patet in sessione vlt. Et Basilienses multum institerũt apud Eugeniũ quartũ, ut decreta Basil. cõcilii approbaret, & numquam obtinuerũt, vt dominus Ioannes de Turre cremata refert, & in gestis Basil. concilii apparet.

Amplius. Authoritas ecclesię determinatiua de his, q̃ sũt fidei, principaliter residet in sũmo Põ. & nõ solũ principialiter sed finaliter, ita ꝙ ad ipsũ spectat finalis de fide determinatio, nec spectat ad cõciliũ, sed cõcilii sẽtẽtia a papa cõfirmat, & a cõcilio, ad papã appellat̃, ut S. T. in allatis locis, & secunda secundæ, & q. de Potẽtia Dei, & cõtra errores Græcorũ docet. ergo a fortiori ad papã pricipaliter & finaliter spectat cętera statuere, & frustra a cõcilio appellare t̃, nisi iustitiã posset s̃ cõciliũ ministrare.

Amplius: Consuetudo ecclesiæ habet & habuit, F
vt papa in omnibus quæ non sunt de iure naturę aut diuino, possit non solum dispensare, sed mutare iura, nō ergo ipse a concilio in interpretando dependet, sed econuerso. Et ex hoc patet quòd capitulum frequens, in Concilio Constantiensi decretū, nisi apostolica authoritate firmatum sit, nō habet certam uim obligatiuam, quoniam in sessione 39. ante electum Martinum factum est.

CAPVT XIII.

Quod potestas applicatiua ecclesiasticæ potestatis ad personam, non est in ecclesia secluso Papa nisi in casu.

DE Authoritate autem applicatiua papatus & G
aliarum ecclesiasticarum potestatum ad hāc personam vel illam, sciendum est, quòd ptās ista regulariter & principaliter est in papa, & non nisi ī casu in concilio seu ecclesia. Et in papa quidem eē potestatem hanc quo ad applicationem potestatū inferiorum papatu, patet tum ex gestis Apostolorum, dum singulos eps per loca instituebant, tum ecclesię consuetudine, quæ quotidie hęc a papa faciente susċipit absque consċientię scrupulo, tum ex rōne officii sui: ad eundem namque spectat plena potestas supremi regiminis & assumptio aliorū in partem solicitudinis, vt patet Exo. 18. vbi Moyses dux populi ex consilio Iethro elegit & constituit principes populi, & millenos, & centuriones, & decanos. Quo ad applicationem vero papatus & ex H
gestis Beati Petri Apostoli, cum instituit Clementem papam, vt habetur 8. q. 3. Si Petrus, ex authoritate Ioannis tertii, qui sedit anno Domini 600. tpe Iustini Imperatoris, & ex continua obseruatione liquet. Papa namque instituit ad quos spectet electio & mutat & limitat sic actum electionis, ut oppositō sit irritus. In ecclesia autem, seu concilio nō esse hanc authoritatem, secluso papa, ex hoc patet, q̄ tota ecclesia non potest authoritatiue mutare legem factam a papa, q̄ electio non spectet ad Cardinales veros, & indubitatos quod electus a minus q̄ duab. parrib. Cardinalium, sit papa, sed bene econuerso, papa posset statuere, quod electus a minus, q̄ duabus partibus Cardinalium, sit papa, & quod electio spectaret ad tales, & tot prælatos, & nō ad hos I
qui vocantur Cardinales, quia eiusdem est destituere, cuius authoritatiue est constituere in his, q̄ sunt iuris positiui, quale est, quod electio spectet magis ad presbyteros & diaconos talium ecclesiarū Romę, qui vocantur Cardinales, q̄ ad Canonicos Lateranenses, & sancti Petri, magis ad episcopos Hostiensem, Sabinensem, Prædestinum, Tusculanensem, Albanensem, & Portuē. quam ad alios episcopos. Hoc. n. nec a diuino, nec a naturali iure esse cōstat. Si. n. potestas ipsa applicatiua esset in ecclesia, secluso papa, posset ecclesia mutare statuta papę, circa applicationem huiusmodi. Vnde f̄m veritatem K
cōcilium, secluso papa, quia nihil potest nisi quod per singulas potestates in eo contentas pōt, nec vnū quidem, & illum minimum potest constituere episcopum, si illi prelati, ad quos spectat illum constituere, defuerint. Papa autem potest & eligere, & cōstituere episcopos vbique terrarum sua sola authoritate, quę nō sua, sed illius est, qui graditur in multitudine fortitudinis suæ.

In casu autem permissionis, puta, quia papa nihil statuit in oppositum, & ambiguitatis, quia nescitur si aliquis est uerus Cardinalis, & similium euentuū mortuo, vel īcerto papa, ut tpe magni scismatis inchoati, sub Vrbano sexto contigisse uī, in ecclesia Dei esse potestatem applicatiuam papatus ad psonam, seruatis debitis requisitionib⁹, ne pplexa sit, asserendum est. Et tunc per uiam deuolutionis ad uniuersalem ecclesiā potestas hæc deuenire vī tamquam non existentibus electorib. determinatis a papa ad repræsentandum illā in hoc actu pro bono ipsius ecclesiæ. Iam enim ostensum est, quod ecclesiæ cura non sibiipsi, sed Petro a Christo commissa est, & propterea determinatio Petri, ad exercendum electionis actum nomine ecclesię pręualet tam determinationi, quam actui ipsius ecclesię, cuius nomine, sed non authoritate fit.

Quid autem de potestate positiua sentiendū sit, inferius tractabitur, Domino concedente. Hæc autem dicta sunt, vt pateat, conciliū secluso papa, nec regulatiuam uim papalis potestatis, nec legum condituam & interpretatiuam, nec applicatiuam omnis potestatis ecclesiasticæ ad personam potestatē authoritatiue habere, sed omnia a papa mendicare ipsum oportet.

Et p hęc ēt satis clarum restat, q̄ concilium non habet papalem potestatem suppletiue. Et si contra hæc afferantur gesta in concilio Constantiēsi, iam dictum est, quod propter incertitudinem papę, & electorum in his, quę electionis actus exigebat, admitti pōt congregatio illa post unionem trium obedientiarum. Veruntamen perfectū, ac indubitatum concilium absque uero, & indubitato papa, & uno eorum cōtradicente, esse non potuit, propter quod illius acta non nisi sub Martino 5. auth. sunt, sub quo nihil gestum est a concilio sicut prius.

CAPVT XIIII.

In quo soluuntur rationes contra papam, quòd ecclesiæ sit totum & authoritas, eius maior in sex.

QVod uero dicitur, quòd comparare ecclesiā papę, est comparare totum parti integrali, de potestatib. ecclesiasticis loquendo, q̄ de his est sermo, facillimum est soluere, immo sophisticū monstrare, nam sophisma est. Nam sicut unitas est pars numeri, & senarius numerus est maior tā unitate, quam dualitate, ita papatus, qui est unica ptās ecclesiastica, est pars totius numeri potestatis ecclesiasticæ. Et hoc mō ptās ecclesię est maior ptāte papę, sicut totū parte, & hoc est dicere, quia sunt plures ptātes, quam ptās papæ, q̄ gratis concedit. Sed ex hoc non sequitur, quod ptās ecclesię sit maior, idest plus possit, quā papa, in quo sensu disputatur. Vnde puerile est, quod ex distinctione ptātis ecclesiasticę in papatum, cardinalatum, episcopatū, &c. inferatur, q̄ quęrere, an ecclesia sit maior papa, est quærere an totum sit maius parte integrali.

Quod etiam, dī, quod ecclesię authoritas est maior authoritate papæ in sex, falsum & erroneū est: qm̄ si sumatur ecclesia, ut distincta contra papam, nullo modo est maior papa, nisi amplitudine seu extensione numeri, quia papa est vna ptās, illa multæ. Ex quo enim ostensū est q̄ papatus, excluso papa, non est in ecclesia nisi potentia ministeriaiiter electiua, quia. s. potest sede uacante papam eligere p Cardinales, uel per seipsam in casu, & papat⁹ est potestas suprema, ad quam spectat causas fidei determinare, & qui certus est, non eget amplius certificari, erroneum est dicere, quod vltima decisio fidei non ad papam, sed ad concilium spectat: & tanto magis erroneum, quanto de concilio dicitur distincto contra papam.

Et quoniam sola diuina assistentia causa est inobliquabilis directionis & iudicii in ecclesia, & hęc adest papę, & similiter papatus est potestas omniū

aliarum

aliarum potestatum, coactiuam uim habēs, & om nem potestatem virtualiter continens, consequēs est, quod authoritatiue ecclesia non sit maior papa, sed econtrario in ceteris quinque enumeratis cap. 10. Et sic patet quanta cecitate percussus fuerit iste Gerson, dicens, quod luce clarius ex principijs Theologię deducta erat conclusio ista, quam mō strauimus erroneā. Et rursus q̄ presumptuosus fuerit, appellando Doctrinam Sāctorum, ann. 140. approbatam, pestiferam & pernicioſissimam. Nec excusatur nisi affectata forte ignorātia ex declaratione concilij Constantiensis, in vna tantum obediētia sub Ioā. 23. Papa dubio, profugo etiam, & reclamante, vt dicitur.

CAPVT XV.

Opinio aliorum quod in ecclesia seclusso papa, est authoritas congregandi generale concilium.

ET quoniam inter singulares authoritates Ro. Pon. potestas congregandi generale conciliū computatur, & hanc aliqui putant alijs conuenire posse, idcirco in hac quoq; concilium papę comparandum specialiter est.

Est igitur nōnullorum opinio, ꝙ quamuis regulariter congregatio concilij spectet ad papam, vt i c. Significasti. de elect. & di. 17. per totum in decretis patet, in casu tñ aliquo congregari generale cōcilium potest, papa non consentiente, ac ēt inuito. Fundant hoc super illo principio, s. Regulæ generales patiuntur exceptiones, præsertim vbi casus particulares incidunt variabiles modis infinitis, ꝙ probatur ex ἐπιείκεια in 5. Eth. & gnome in 6. Eth. virtutibus positis ab Arist. ad has exceptiones. Ex his namque oportet dicere, ꝙ quandocumq; obseruatio legis dissiparet vnitatē, quæ est finis legis, & obesset Reipub. non esset in illo casu seruāda. Et ppea si papa requisitus nollet necessariū congregare cōciliū, non est seruāda pro tunc lex, ꝙ ad ipsum spectat congregare, sed ipso inuito congregari potest. Explanat autem dictus Ioannes Gerson tres in specie casus, in quibus cōgregatio generalis cōcilii fit legitime sine papa. Primus est dū desit esse, quod tripliciter accidere potest, s. vel per mortem naturalem, vel per mortem ciuilem, vt si cadat in perpetuam μανίαμ, aut si ad eum captiuatum non pateat accessus, vel per mortem canonicam, puta depositionē. Secundus est, dum sufficiēter requisit⁹ papa de conuocando concilium, renuit contumaciter in perniciem ecclesię, præsertim si tangat ipsum. Tertius est, si concilium postquam a papa est legitime cōgregatum, statuat certum tēpus & locum pro celebrando generali concilio, puta intra quinquennium, vel de decennio in decennium, ēt vbi papa renueret. De authoritate autem concilij sine papa, dicit quod fulcit̄ & vtitur authoritate, primo Iesu Chri indefectibilis capitis ecclesię. Secundo legum suarum tam diuinæ, quam naturalis, q̄ hāc licētiam vel necessitati, vel manifestæ charitati, vel religioſę pietati concedunt, pro quo facit authoritas Dñi Marci 11. excusantis discipulos a violatione Sabba. exemplo Dauid, propter necessitatem.

Sunt & alij duo casus positi a Felino in c. Super literis. columna decima, in titulo de rescri. & ab Ale. in 17. dis. Can. synodum. Primus est in casu, quo papa potest legitime deponi, quia ex quo cōcilio cōtra papam distincto inest potestas deponendi papam, oportet ꝙ possit seipsum dispersum congregare ut deponat, alioquin cum papa deponendus nollet congregare conciliū, non posset deponi. Secundus est, cū dubia est electio facta de papa, aliqn perplexa esset ecclesia, dū nesciret se hēre papam, & non posset obuiare. Et hoc modo cōsummata est congregatio concilii Constant. Ben. 13. nolente concilium authenticare, quantum sua intererat.

CAPVT XVI.

Quomodo uerificetur, quod concilium potest aut non potest fint papa congregari.

AD euidētiā propositæ ambiguitatis scire oportet, quod aliud est loqui de conuocatione, & congregatione personarū, ex quib. cōstitui pōt cōcilium, & aliud est loqui de conuocatione seu congregatione concilii. Primum. n. significat solūmodo congregationem ad simul esse quo ad locum, tempus, collationem mutuam, & huiusmodi: ſm autem significat cōgregationem ad authoritatiue disponendum de uniuersali ecclesia.

Et si de primo fiat quæstio, dicendum est, quod regulariter spectat ad papā, sicut ad quēlibet principem spectat conuocatio procerum regni sui, & si ipso inscio hmōi cōuocatio fit, suspicio generat cōiurationis. Hoc tñ non sic spectat ad papam, qn in multis casibus possit, & sine ipso & contra ipsū fieri. Et secundum hunc sensum uerificari pōt dictum aliquorum, ꝙ concilium potest congregari sine papa, & ꝙ papę potestas congregandi cōciliū introducta est de iure positiuo, ut in Can. ult. dist. decimę septimæ, Alexan. dixit, pro quanto ad modum iuris positiui exceptiones patitur, & uana est quæstio de potestate sic congregandi, quādo sunt undecunque congregati patres,

Sed si de secundo modo cōgregandi fiat q̄stio, distinguendum est, quod duplex est concilium authoritatiuum, quoddā perfectum simpliciter, qddam perfectū secundum præsentem statum ecclesiæ. Vocatur concilium perfectum simpliciter, qđ cōstat ex capite & membris. quod pōt simpliciter statuere & ordinare uniuersalem statum ecclesiæ. Vocatur concilium perfectum secundum præsentem statum, quod constat ex membris possibilib. inueniri, ecclesia in tali statu existēte, & potest quo ad aliquod tantum de uniuersali ecclesia se impedire. Et utrumque horum, licet habeat latitudinē, quia concilium perfectū simpliciter fit capite præsente, personaliter, & hoc est perfectum in sūmo, de quo non est dubiū ꝙ errare in his quæ sunt fidei, non pōt. Qn̄ aūt fit per legatos, cum adhuc supsit papa, ad quem finalis determinatio eorū quæ sunt fidei, & consequenter reliquarum cārum spectat, & a quo sententia concilii confirmatur, (ut patet ex dictis,) si erraret in aliquo (ut de concilio Basilienſi patet,) habet correctorem papam, sicut & illud habuit & habet. Cōcilium quoque perfectū ſm præsentem statum ecclesię pluribus modis cōtingit, quia & existente uno papa hæretico deponēdo, & existentibus pluribus pontificibus summis dubiis, quale fuit concilium Constantiēse, licet inquam latitudo sit in utroque quo ad congregationem, tñ sic se habent, quod concilium perfectum simpliciter solus papa potest cōgregare. Ita quod nec mortuo, nec hęretico, nec quomodolibet aliter se habēte papa, potest cōcilium perfectum simpliciter absq; papę cōsensu fieri, & si fiat, de facto nullius authoritatis est. Probatur hoc primo ex dictis, quia s. communitas ecclesię sine papa non hēt potestatem papalem, nisi in potentia electiua, ut ostensum est. Concilium aūt perfectū simpliciter, includit potestatem papalem in actu: ergo cōciliū hoc non est perfectum simpliciter. Secundò, quia si communiter ecclesię absque papa constituerēt

concilium perfectum simpliciter, cum ad tale cõci liũ spectes ordinare simpliciter vniuersalem eccle siam, & hoc sit propriũ vicariatus Iesu Chri, vt pa ter, sequitur quod cõitas ecclesię esset uicaria Chri: & sic Iesus Chrus haberet in terris duos vicarios suos, & papa nõ esset vicarius Iesu Chri immedia te, sed esset vicarius vicarii, puta concilii acephali in terris, qđ non solum est erroneum, sed fatuum.

Tertio. Quia cum solus papa ex cura vniuersalis ecclesię habeat potestatem determinandi de fide, ordinandi symbolum, & congregandi concilium (vt in q. prædicta S.T. ꝓbat ex rõne unitatis fidei) sicut cura vniuersalis ecclesię ex iure diuino cõue nit soli papę, ita hæc spectantia immediate ad ipsã curam vniuersalis ecclesiæ. Et confirmatur hæc rõ ex Doctrina eiusdem sancti Thomę 1.2.q.100.ar.8. Quia ſea quæ sunt de iure diuino determinata ab ipso Deo, nõ solum in communi ratione iustitiæ, sed etiam quantum ad determinationem ad singulares actus, non sunt dispensabilia a prælatis ecclesiæ, sed a solo Deo. Verbi grat ia, quia a Deo pro hibita est simplex fornicatio, qđ est coniungi non suæ, non potest fieri ab ecclesia, quod coniunctio cum hac non sua, sit quandoque licita, sed solus Deus hoc põt; sed Deus in solo Petro & sueceſsorib. posuit curam uniuersalis ecclesiæ, & non reliquit ipsi ecclesiæ curam suiipsius, & ad curam uni uersalis ecclesię spectat concilii congregatio & ce lebratio, vt patet ex eius officio principali. ergo so lus Deus põt in hoc dispensare. Nec habet locum in hoc ἐπιείκεια aut gnome, quoniam expresse in 5. 5. Ethicorum dr, quod est directio iustitiæ legalis, quã nos ius positiuum uocamus, quod quia ab ho mine est non potente præuidere, & prouidere sin gulis euẽtibus defectibile est in casu, & tũc gno me in intellectu practico, & ἐπιείκεια in uolũtate supplẽt non interpretando ambigua, sed manifesta spectã do: & eligendo, ut sanctus Thomas in Secunda 2. q.120.artic.primo ad tertium, aperit. Non est ergo regula hæc, ut morales, grammaticales, ciuiles, aut canonicæ, sed diuini iuris, a quo excipi nequit. Et sic intelligenda sunt quæ dicuntur in distinctione decimaseptima, & propterea dixit Sanctus Tho mas, quod sancti Patres nihil possunt in conciliis congregati statuere, nisi authoritate Romani pon tificis interueniente.

Concilium perfectum secũdum præsentem ec clesię statum põt congregari sine papa, & eo inui to si requisitus non uult ipse illud congregare, sed non hẽt potestatẽ ad ordinandã vniuersalẽ eccle siã, sed ad ꝓuidendũ illi casui tũc occurrenti'. Et li cet casus humani uariabiles sint ĩfinitis modis, pu ta, si contingeret mori oẽs electores papę: si contĩ geret tale quid (ꝙ electores non posent eligere si ne cõuocatione concilii, ad reprimendũ discernẽ dum, uel pacificandum, &c. omissis his & similib. duos tñ certos casus, & qui fuerunt quãdoque & possunt esse, affero, in quib. conciliũ tale cõgregã dum est: Primus est, si papa ꝓ hęresim est deponẽ dus, tũc.n. ex quo requisitus renuit, possunt Cardi nales, põt Imperator, possunt Prelati congregatio nẽ uniuersalẽ facere, in qua erit nõ uniuersalis cu ra ecclesię, sed tñ depositiua ptãs papę, & electio ad solos Cardinales (ad quos de iure spectat) perti nebit. Probabitur hoc, cum de depositione papę inferius agetur. Secundus est, quando papa unus uel plures incerta electione laborant, ut contigisse dr in magno schismate Vrbani sexti, & aliorũ. Tũc enim ne perplexa sit ecclesia, ista membra ecclesię quæ inueniuntur, potestatem habẽt iudicandi ve rum, si potest sciri, & si sciri nequit, prouidendi, quod electores in vnum eorũ vel aliũ conueniãt: & si certi electores nescirentur, cum electio ad ec clesiam deuoluta sit, ex ipso electorum defectu cõ cilium sic imperfectũ eliget, ut in concilio Constã tiensi factum videtur in electione Martini quinti. In alijs aũt recitatis casib. nulla necessitas apparet talis concilij, nam si non sanæ est mentis perpetuo & hoc constat, alius eligi à Cardinalibus põt, qm̃ mortuus est papa vita rõnali non solum in actu, vt dormiens, aut ebrius, aut phreneticus, sed in potẽ tia naturali. Constat autem quod papa eligitur in pastorem ecclesiæ secundum vitam rationalem, & ꝓpea non est trepidandum timore, vbi non est ti mor. Et si dubium esset de sanitate recuperanda, ex pectandum est, sicut in diuturnis ægritudinib. pos set quoq; ꝓp dubios euentus statuto Pontificis ob uiari huic casui, si statueretur, quod papa, insan' fa ctus, tanto tempore expectetur: & si post nullũ ve stigium sanitatis recuperandæ appareat, & a collegio medicorum iudicatus incurabilis fuerit, cẽsea tur mortu', & Apostolicam sedem vacare. Ex quo nãq; quilibet sub ista lege põtificatum acceptaret, & eam non reuocaret, tacito consensu renuntiare aut depositionem acceptare se profiteretur, adue niente tali casu: & sic si post electũ alium pontificẽ sanus fieret, papatum repetere non posset, a quo se mel rite cecidisset. Ex eo autem quod papa captus esset, & non pateret accessus ad eum, alter nõ esset creandus. Petrus namq; seruabat in carcere nullo patẽte accessũ, vt patet ex actib. Apostolorũ, & tñ nõ est electus alter, sed orõ facta sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo, ipsũ liberauit. Nungd est abbreuiata manus Dñi, aut statuẽdus est termi nus Dño ĩtra quem debeat liberare papam, ut fecit Ozias cum illis de Bethulia, & reprehensi a Iudith sunt dicẽte, Posuistis uos tẽpus miserationis Dñi, & arbitriũ vestrũ diem constituistis ei, vt patet Iudi th septimo, & 8. Posset tũ in hoc & in ꝓcedẽti casu põtificio statuto prouideri. quod a Cardinalib. eli geret vnus, qui vices Pontificis in omnibus, & per oĩa illo fatuo, aut isto incarcerato durante obtine ret. Et tunc ille electus posset oĩa facere in vtroque foro, sicut modo potest summus Pœnitentiarius in foro cõscientię absoluere authoritate iuris, mor tuo pontifice vel fatuo, vel detento.

In casu autem, quo papa non hæreticus certus, & indubitatus, renuit requisitus congregare conci lium, & statutũ esset concilii generalis cum omni bus clausulis derogatorijs, vt Constantienses cæpe runt, & Basilienses apposuerunt, nescio ad quid cõ gregatio ista fieret, cũ nihil posset facere, quod, re nitens papa non posset irritare. Pro erronea ergo habenda est omnis opinio, dicens cõcilium perfe ctum, i. habens authoritatẽ dispon endi, & statuen di simpliciter de vniuersali ecclesia, posse absq. Ro. Pont. authoritate celebrari, seu cõgregari, quia de rogat singulari priuilegio potestatis papalis, cõces so sibi a Christo immediate, vt patet ex dictis.

Dicentibus autem, quod quia concilium Cõstã tiensi in Sessione 39. Et post Basilien. in sessione 11. Constituit ca. frequens, ideo etiam inuito Pontifi ce de decennio in decennium potest celebrari cõ cilium, etiã perfectum, propter authoritatẽ statuti, respõdendum est, quod sunt in magno errore; & ꝙ in veritate schismati operã dant tales, & tamquã schismatici puniri pñt, si sic exequerentur, qm̃ re belles sunt Romano Põtifici, qui est supra totum

ius

ius positiuum,& constat,quod determinatio temporis & loci concilii de iure est positiuo. Et si doctores alioquin inueniunt sentientes,quòd quia tēpus interpellat,& authoritas deuoluitur ad alios,& huiusmodi,aut sectatores illius erroris, quod concilium est supra papam, aut loquuntur stante statuto in robore,ita quod papa non tollat, aut interpretetur,aut dispensет,aut prohibeat.

Quȳ ad negationem vero cōsensus requisiti pape ad congregandum concilium,quia tantum pōderatur,sciendū est,ꝙ oportet hic discretione uti, nam si requiritur a uiris probis, quos præterita & perseuerans uitę,ac morum integritas commēdat, & subest cā concilii (puta hęresis vel schisma) dēt papa annuere, & numquam credo quod fuerit papa,qui negauerit, sic reb. se habentib. Si autem requiritur a viris,qui volunt alligare onera aliis & digito suo nolunt mouere ea,qui priscorum cōciliorum statuta non seruāt ambitiosis,insatiabilib. suarum passionum sectatoribus,& huiusmodi pro reformatione ecclesię,nonne responsio Christi conuenit? Hypocrita, eiice primum trabem de oculo tuo,& tunc perspicies vt educas festucā de oculo fratris tui,præsertim quod melius pōt quam per cōcilium: oportet.n.primo seruare quę scripta sūt, & deinde alia scribere statuta. Sufficiēs quoque est cā negandi consensum concilio probabilis timor vsurpandæ authoritatis a concilio supra papam,vt Basilienses mox ostenderunt bis.s.cum primum inchoatum est concilium,sessione 11.Et cum iterum redintegratum fuit ab Eugenio, sesso. 18. Finis.n. concilii est pax,quæ per istā usurpationem perturbatur,ut experientia rerum magistra testatur.

Ex his igitur paret,ꝙ inter extraneas opiniones de congregatione & celebratione concilii absque papæ consensu,media via sola vera est,quam declarauimus,s.ꝙ concilium perfectum simpliciter,nūquam: perfectum vero concilium secundum præsentē ecclesiæ statū qñque sine papa,& contra ipsū congregari & celebrari pōt.Et secundū hanc distictionē potes diuersa,si vis, dicta dictorū saluare.

CAPVT XVII.

In quo incipiet comparatio potestatis ecclesiæ, & Papæ in casu hæresis. Et primo de modo quo papa propter crimen hęresis subijcitur concilio secundum unam opinionem.

POst collatā potestatē papæ cum authoritate ecclesiæ,& concilii generalis simpliciter & absolute,& manifestationem superioritatis papæ supra ecclesiam uniuersalē,& concilium vniuersale,consequenter comparanda est authoritas concilii ad papam in casib. Et primo in casu hæresis,deinde in casu incorrigibilitatis & aliis casib. & demū ī euētib.

Et quoniam innata est nobis uia ex certioribus nobis in minus certa,supponamus cum doctoribus, & cōi aī conceptione ex c. Si papa.d.40. ꝙ papa pp crimen hæresis pōt deponi a concilio generali, & inuestigemus modum depositionis,& potestatem depositiuā, ut sic nosse possimus an papa in aliquo casu sit subditus concilio,seu ecclesię uniuersali.

De modo quo papa pp crimē hæresis deponit, uaria est opinio. Quidam dicunt ꝙ hoc fit propter defectum subiecti. Subiectum namque papatus dicunt esse hominem fidelem, ac per hoc sicut deficiente vita corporali per mortem,definit subiectū papatus,ita deficiente fide in illo hoīe qui est papa per hæresim,definit subiectum papatus. Fundatur hæc opinio super hoc, ꝙ fides constituit uiatorem in hoc quod est esse membrum ecclesię Chri. Huic enim adiuncta alia propositione, s. quod negatio prioris inducit negationem posterioris in essentialiter ordinatis ordine cāę formalis, quæ patet inductiue:si.n.non est animal,non est hō,& si nō est color,non est albedo,& sic de aliis: subiungunt,sed esse mēbrū & esse caput,sunt sic essētialiter ordinata ꝙ esse membrum, est prius quam esse caput,ut patet,qa caput oportet esse mēbrū, sed nō econuerso: quod igitur non est membrum, non est caput. Et sic homo carens fide, qualis est hæreticus, non est membrum ecclesiæ,igitur non est caput eiusdem, ac per hoc cum papa nihil aliud sit,quàm caput ecclesiæ,eo ipso quo sit sine fide,sit non papa. Et hoc est,quod sub aliis verbis ab aliis dī, ꝙ cum papa fit hęreticus ipso facto iure diuino, quo fit distinctio fidelium ab infidelibus,est priuatus papatu. Et quā do per ecclesiam propterea deponitur, nō iudicat neque deponit papa,sed qui iā iudicatus est, quia non credit,secundum verbum Domini Io.3.) & q iam depositus est,dum propria uolūtate translatus est extra corpus ecclesiæ factus infidelis,declaratur iudicatus & depositus. primam autem propositionem radicem huius propositionis,quæ sola negari in hac rōne pōt, fundant super authoritatib. plurimis,quibusdam directe ex ratione fidei ecclesię, quibusdam ex consequentib.ad esse extra fidem,& ecclesiam id testantib. Ex rōne fidei quatuor afferū tur authoritates. Prima Saluatoris,Matth.17.Super hanc petram ædificabo ecclesiam,siue.n. per Petrā intelligatur Christus siue Petrus, siue cōfessio fidei in idem redit quo ad fidei rationem:ipsa.n.semper inuenitur fundare ecclesiam. Secunda est Abacuc 2.& Apos.ad Ro.1.Heb.10.Iustus ex fide uiuit. Sicut autem viuere viuentib. est esse in naturalibus,ita in ecclesia viuere est esse in ea, bene viuere autem est per charitatem. Tertia est Apostoli ad Heb.11.Fides est sperandarum substantia rerum. Substantia enim primum locum tenet: quarta ita est sancti Thomę in 3.Sen.d.13.q.2.ar.2.expresse dicentis,ꝙ hoīes infideles non pertinent ad unionem corporis ecclesiæ,secundum quod est unum simpliciter, & ideo respectu horum Christus non est caput nisi in potentia,secundum quod sunt unibiles corpori.

Ex ratione ecclesiæ affertur diffinitio ecclesiæ,s. quòd est collectio fidelium de Cons.d.1.c.Ecclesia. Ex consequentibus vero ad esse extra fidem, & ecclesiam multę afferri possunt authoritates,dicētes, ad statum extra fidem & ecclesiam consequi extra cōmunionem fidelium, sine clauibus,sine potestate,sine honore, sine officio pascendi oues fieri, & esse procul a communione fidelium hæreticos faciunt,in primis Dominus Nu.16.Recedite,inquit a tabernaculis impiorū Dathā.s.& Abiron,schismaticorum. Constat.n.omnes hæreticos esse schismaticos. Deinde Paulus Apo.ad Gal. 1. Si Angelus de cælo euangelizet vobis præter id, ꝙ euangelizauimus vobis. Anathema sit. Et secundæ ad Thess. 3: Rogamus vos fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate,& non secundum doctrinam q̄ ac ceperunt. Et 2.ad Cor.6. Nolite iugū ducere cū infidelib. quę.n. participatio iustitiæ cū iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, quę autem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? Demum Ioannes euangelista 2.Io.2. Si quis venit ad uos,& hāc doctrinā non affert, nolite cū recipere in domū,nec Aue dixeritis. Amisionēcia uiū Amb.in psalo.(& hētur de pæn.d.1.c.uerbū) explicat. Dūspar ius,& soluendi esse uoluit & ligandi,

& subdit. Certum est q̄ eccleſiæ utrūq; licet, hæreſis vtrumque non habet: honoris vero & poteſtatis perditionem Cyprianus promulgat, ut hī 7.q.1.c. Nouatianus. Qui nec vnitatē Spiritus, nec communionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo atque ſacerdotum collegio ſeparat, nec epiſcopi poteſtatem poteſt hr̄e nec honorem. ET 24.q.1.Can. di dicimus, dicit oēs oīno hereticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis & iuris. Ad idē eſt Gelaſius ibi. in q.39.ar.3. volēs q̄ poteſtas ſpūalis iuriſdictionis non maneat in hereticis nec quo ad vſum, nec quo ad ſubſtantiam, ita quod ſi quid fecerint, nihil eſt actum. Officium paſcendi oues admit Aug. in ſermone de Paſto. tractās illud Can.1. Paſce hędos tuos, & dicens. Manenti petro dr̄. paſce oues meas, exeunti hęretico, paſce hędos tuos. Et hanc ſententiam repetit in epiſtola ad Vincentium. G

Ex his omnibus clare patet radicalis illa propoſitio, quod fides facit membrum eccleſię. Si. n. ſecluſo iure poſitiuo (ut loquimur) cum perditione fidei remanerent membra in locis ſuis, non eſſet eis ſubtracta communio, non honor, non poteſtas, nō officium, vt de ſe patet, immo ſubtractio ſola poteſtatis ſufficit ad propoſitum, quia papa ſola ptāte iuriſdictionis conſtituitur. Cōfirmaturque hęc poſitio, ex eo quod papa hęreticus eſt excōmunicatus, vt patet ex glo. in c. Agathius. 24.q. Dicente. Hic H eſt caſus, in quo papa papam ligare poteſt, in quo papa in Canonem latæ ſententię incidit. Nec huic obuiat illa regula, q̄ par parem ſoluere, vel ligare non pōt, quia ſi papa eſt hæreticus, eſt minor quolibet catholico, ut habetur 12.q.1.Can. audiuimus. Hoc idem Hugo. dicit in c. Inferior. d.21. ES eſt etiam accuſandus, adeo (ut gl. in c. Si papa d.40.) dicit q̄ papa nō pōt ſtatuere, quòd nō poſſit papa accuſari de hæreſi. eſt ēt iudicandus, ut in d.c. Si papa. hētur. Quę omnia arguunt hæreticum non eſſe papā, ſed minorem. ET ad hoc eſt S. Th. in 4.d.19.q.2.ar.2.q.3. ad 1. tractās illud ad Gal.2. qūo PAULUS reſtitit in faciem PETRO, dicit quòd non debent prælati a ſubditis coram multitudine corripi, niſi immineret pe- I riculum fidei: tunc. n. prælatus minor fieret, ſi in infidelitatē haberetur, & ſubditus fidelis maior. Conſtat. n. q̄ non de maioritate & minoritate charitatis loquit, qa hoc eſt commune omni pctō mortali, ſed ptātis, quia p̄latus præeſt ſubdito. ergo vt prius.

Ex his autem infertur quod in utroque mō quo certus papa viuens deſinit eſſe papa, eadē eſt cā deſitionis, ſ. propria uoluntas illius, qui eſt papa, nam renuntiando pro uoluntate abdicat a ſe, eſſe caput eccleſię, hæreſim autem amplectendo, propria uoluntate aufert a ſe eſſe membrum eccleſiæ, & conſequenter eſſe caput. Et ſic ex nullo certo modo definitionis papę viuentis habetur quod papa inuitus deponitur, propter quod remanere dicunt in- K concuſſum, quod papa manens papa, nō habet ſuperiorem in terris poteſtatem.

CAPVT XVIII.

De modo, quo Papa hęreticus ſubijcitur concilio ſecundum aliam opinionem.

QVamuis autem dicta poſitio illuſtrium ſit uirorum, & communis uideat̄ eſſe, non placet tñ oīb. contradicunt namque duob. ponētes duas propoſitiones. Prima eſt, quòd papa hęretic⁹ non eſt ipſo facto depoſitus, ſed deponēdus. Secunda eſt, quòd papa hæreticus manens papa, hēt ſuperiorem iudicem in terris, concilium uniuerſale. Primam propoſitionem licet multipliciter probent, quatuor tamen ſolum afferuntur, quia in his conſiſtit uis. primo ex facto Marcellini, & glo. d. 21. Can. Nunc aūt, q idolatra non fuit depoſitus, & fuit ſanctus. Et gl. affert Hug. dicentem; Qui paratus erat corrigi, non deponitur, vt 14.q.3. Dicit Apo. Secundo ex c. Audiuimus 24.q.1. ubi dr̄ de epiſcopo hęretico. Si autem in corde ſuo nouam hęreſim confinxit, ex qua talia prædicare cœpit, neminem dānare potuit. Añq̄ igit̄ p̄dicaret hęreſim dānare uoluit: & ſic nō erat depoſitus ipſo facto. Tertio qa alii p̄lati non ſunt ipſo facto priuati, ſed pſeuerant in prælationib. ſuis, redeuntes ad pœnitentiam, ergo nec papa, cum non ſit deterioris conditionis. Aſſumptum patet 1.q.7. Maximum. 2.q.cā cuiuſlibet. & c. Quotquot. Quarto, quia (ut patet extra de hęr. cum ex iniuncto) ad eundem ptinet inſtitutio & deſtitutio: ſed inſtitutio papę pertinet ad electores, ergo & deſtitutio: abſque ergo iudicio electorum nō deſtituitur papa.

Secundam autem propoſitionē, quòd papa hæreticus, manens papa, hēt iudicem in terris uniuerſalem eccleſiam, probāt quo ad primam partē ſic: papa hęreticus eſt accuſandus & iudicādus ſm oēs, ut hētur d.40. Si papa. & non eſt ipſo facto depoſitus, ut probatū eſt: ergo hēt iudicem, coram quo accuſetur, & a quo iudicetur. Quo ad ſecūdam ex eo quod eccleſia uniuerſalis, ſeu uniuerſale concilium eſt ſupra papā in hoc caſu, ut cōiter tenetur.

CAPVT XIX.

Examen illius propoſitionis; Papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus papatu.

PRæmiſſis duob. modis dicendi contrariis, quō papa hæreticus deſinit eē papa, examināda primo occurrit illa propoſitio, q̄ eſt fundamentū primi modi. An ſit vera. ET breuiter facile oñditur, qđ eſt falſa ſimpliciter, q̄uis forte tracta ad aliquē ſenſum, ſit uera. Moſtrat igit̄, quòd nec iure diuino nec humano papa hæreticus, eſt ipſo facto priuatus, tali rōne. Alii epiſcopi ſi ſint hæretici, non ſunt ipſo facto priuati iure diuino, aut humano, ergo nec papa. Sequela patet, quia papa non eſt deterioris conditionis, quam alii epiſcopi. Aſſumptum p̄batur ſic: epiſcopus diſcredēs contra fidē, ſolo actu interiori eſt uere proprie & pfecte hæreticus, & nō eſt priuatus poteſtate iuriſdictionis ipſo facto, ergo pfecte hęreticus eps nō eſt priuatus ipſo facto.

In hoc proceſſu ſunt duæ propoſitiones. Prima, q̄ ſolo actu interiori cōſtituat̄ pfecte hr̄tic⁹. Et hæc eſt manifeſta p ſe, quia hæreſis eſt pctm̄ mortale oppoſitū fidei, q̄ pfecte conſiſtit in ſolo actu interiori, cuius effectus eſt confeſſio exterior, iuxta illud ad Ro.10. Corde creditur ad iuſtitiā, ore aūt confeſſio fit ad ſalutem. Secunda aūt probat̄, quia ptās iuriſdictionis ineſt huic hoī, q eſt eps ex ſimplici cōmiſſione hoīs, ut S. Th. expreſſe dicit in ſecūda ſcđę, q. 39.ar.5. Ex hoc. n. deducitur intētum ſic: epiſcopus hæreticus ſolo actu interiori, nulli hoīs iudicio ſubditur, ex hoc eſt, quia ſolius Dei eſt iudicare de interiorib⁹, iuxta illud 1.Reg.16. Homo uidet quæ foris ſunt, Deus autem intuetur cor. Et 1.ad Cor.4. Apo. dicit. Nollite ante tēpus iudicare, donec ueniat Dñs qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. PROPTER quod talis hæreticus non eſt excommunicatus, non enim poteſt eccleſia excommunicare, quod non poteſt iudicare. ERGO multo minus eſt priuatus iuriſdictionis poteſtate, quę eſt ab hominis commiſſione. utrumque .n. eſt humani iudicii, committere .ſ. & auferre illam, & dixi, multo minus, quia plus exigit̄ ad incurrendam priuationem ipſo facto, q̄ ad incurrēdam

excommunicationem, quoniam incursus censurarum non requirit declarationem, sicut incursus priuationis apud Iuristas.

Ad hanc rationem non uideo responsionem: nisi dicatur quod potestas iurisdictionis nō est ab homine, quod est primo contra sanctum Thomam. Est secundo contra sententiam omnium doctorū catholicorum, sentientium, quod a Petro omnis iurisdictio in totum residuum ecclesiæ corpus manauit & manat iuxta illud Leonis papæ ca. ita Dñs. di. 19. Ita Dominus huius muneris sacramentū ad omnium Apostolorum officiū pertinere uoluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omniū summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Ad hoc idem sunt tot authoritates & rōnes, quot sunt ad ostēdendam unitatem capitis & principis in ecclesia militante. propterea nolo immorari, sed pro constanti supponere. Et si dicatur, quòd non est par ratio de papa & aliis epīs in hoc casu, quia potestas iurisdictionis in aliis epīs est ab hoīe, in papa vero est a Deo immediate, & propterea merito accidit, vt epi quorum ptās est ab hoīe, nō sint ipso facto priuati, quia homo uidet quæ foris sunt & papa, cuius potestas est a solo Deo, sit in ipso facto priuatus, ga Deus intuetur cor. Hęc obiectio facile excludit, discernendo inter opus Dei, & opus hominis. Quod.n. in papatu sit ptās iurisdictionis, a Deo est immediate, iuxta illud Mat. 16. Quodcūligaueris super terram, &c. Quod autem papatus ipse hēns hanc potestatem, sit in hoc hoīe, ab hoīe est (sola petri persona excepta, quem Deus ipse papam fecit Io. ul. Pasce oues meas) nā ab hoīe eligit hic hō, ut in eo sit papatus. Et qūm cum deponitur papa, non aufertur potestas iurisdictionis a papatu, quod esset auferre opus Dei, qm̄ vt dr̄ ad Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona Dei, sed aufertur potestas iurisdictionis ab hoc hoīe, in quo non fuit posita a Deo immediate, sed mediante iudicio humano, ideo eadem ratio est de papa & aliis episcopis, quo ad perditionem potestatis iurisdictionis a Deo, seu iure diuino. In vtrisque enim a Deo cum sit mediāte iudicio humano, consequens est, quòd non auferatur a Deo immediate, sed mediante humano iudicio, ac per hoc non aufertur per id, ꝙ humano iudicio secundum se non subiacet, s. occultam in solo corde hæresim.

Si quis aūt hęsitaret de illa altera propositione, s. quòd de hæresi interiori, ecclesia non se pōt impedire: propterea, quia Doc. dicūt, ꝙ hęretici ēt occulti, sunt excommunicati, & quia in Cle. de hær. cap. Multorum, excō municantur inquisitores, qui odio vel amore omiserint ꝓcedere. Vbi de interiori amore & odio ecclesia iudicat. Facillime certior fieri potest, quòd hæretici vt sic de foro ecclesiastico subditi, quantumcumque occulti, sunt excommunicati, & non hęretici solo actu interiori. Vñ si quis incidit in hęresim interius, & solus secum loquendo verbo exteriori profert submississimè illā hæresim, est excommicatus, q̄uis sit omnino occultus, quia actꝰ exterioris loquutionis subiacet humano iudicio secundum se, q̄uis careat testib. In Cle. autem illa & similib. non iudicant actus interiores secundum se, in sua puritate manentes, sed ut sunt causę exteriorum commissionum, aut omissionū. ad idem namque genus pertinet commissio & omissio, sicut affirmatio & negatio, sermo autem noster est de heretico interiori puro. Et ex inaduertentia huius distinctionis, scilicet de occulto p se, & occulto per accidens multi in hac re errauerūt. Nec mirum, quia contingit in his, quæ sunt per accidens, etiam sapientes falli, vt Arist. dicit. Actus.n. interiores puri sunt in genere occultorum per se, quia ex propria natura habent quòd sint iudicio humāo ignoti. Actus autem exteriores sunt de genere occultorum per accidēs, quia ex propria natura subsunt cognitioni humanæ. Possunt namq; sēsibus percipi: sed ex hoc, quòd siūt sine teste, occulta sunt, propter quod numquam, vt dictum est, ab ecclesia actus interior purus, sed exteriori iunctus dicatur. Vnde, quia presens ratio cōuincit intellectum meum, ideo concludo, quod illa propositio, papa cum sit hereticus ipso facto est iure diuino, seu humano depositus, est falsa.

Cōfirmatur autem sic esse vt dicimus, etiam ex ipsis contrarium sentientibus, quoniam dicūt, q̄d papa quamuis hereticus, si est paratus corrigi, non deponitur, vt gl. in di. 21. Nunc autem, adducit Hugo. Si enim hæreticus est ipso facto depositus iure diuino a papatu, qūo iterum sit papa? immo qūo ex sola non depositione perseuerat papa, immo qūo non deponitur? Hęc enim contradicunt positione anteriori, s. quod sit ipso facto iure diuino depositus, vt paret. Nec sufficienter dr̄, quod nōdum ecclesia non deponit, reeligit, tum quia falsum est quod depositio sit reelectio, vt patet, tum quia electores, ad quos spectat, si peterentur, an velint ipsū reeligere, dicerent ꝙ non, aut ꝙ vellent meditari super hoc, sed non deponunt, quia ius videtur hēre, quòd si est paratus corrigi, non deponatur. Vnde nihil ei tribuunt non deponendo, sed sustinēt q̄d habet, & si nihil habet, ut positio illa dixit, nihil sustinent decepti. Et si quis hoc eorum dictum suscipiat vt verum, quod papa factus hereticus, paratus postmodum corigi, non deponitur, sequitur manifeste, ꝙ papa manifestus hæreticus non est ipso facto depositus, ga enim paratus corrigi nō deponitur, sequitur quòd non erat prius depositus.

CAPVT XX.

Rationabilis sententia, quod papa factus hæreticus, subest potestati ministeriali ecclesię, & non authoritati ęę super papam.

PRæmissa certitudine trium, s. quod papa ex hoc quòd factus est hęreticus, nō est ipso facto diuino, aut humano iure depositus, & quod papa manēs papa, nō hēt superiorem in terris, & q̄d papa si a fide deuiat, deponēdus est, vt in c. Si papa. 40. d is. Magna restat ambiguitas, qūo & a quo iudicabitur papa deponēdus, q̄d sit depositus, cū iudex in q̄tū iudex, sit superior eo, q iudicat. Vñ Apo. ad Rom. 14. Tu, inquit, qs̄es, qui iudicas alienū seruū dñio suo stat, aut cadit. & S. Th. in Secunda 2. q. 67. determinat quod iudex non pōt nisi subditū iudicare, & in Decre. d. 21. c. Inferior. idem dr̄. Si nāque a concilio uniuersali iudicandus, deponēdusque est, statim sequitur quod papa manēs papa, hēt cōcilium uniuersale supra se, saltē in casu hęresis. Si aūt nec cōciliū nec ecclesia est supra ipsū, statim sequitur quod papa deuius a fide, sit iudicādus & deponendus, & tñ a nullo est iudicādus & deponendus, q̄d est ridiculū. Quid ergo dicemus, vt euitemus utrūque extremū? nō est quo diuertendū sit, nisi ad medium, quod difficile attīgitur, in cuius attinctione consistit uirtus, ꝙ multas cōsueuit soluere q̄stiōes.

Dicamus igitur, quod hic sūt duæ uię extremæ, & ambæ falsę, altera est, q̄d papa factus hęreticꝰ est ipso facto diuino iure absq. humāo iudice depositꝰ: altera est, ꝙ papa manēs papa, hēt supra se ī terris

ſuperiorem poteſtatẽ,a qua poteſt deponi. Media autem eſt adhuc duplex,altera dicens,quod papa licet abſolute non habet ſuperiorem in terris eccleſiam, ipſe tñ in caſu hereſis habet ſuperiorẽ in in terris eccleſiam vniuerſalem. Altera dicẽs,q̃ papa nec ſimpliciter, nec in caſu habeat ſuperiorẽ in terris, ſed ſubeſt ptãti miniſteriali vniuerſalis eccleſiæ quo ad ſolam depoſitionem. Prima via fundatur in virtute coactiua,& iudicatiua eccleſiæ ſuper Petrum papam in caſu hæreſis. oportet enim ſubditũ eſſe,qui iudicatur,& cogi poſſe,& hæc eſt via cõis,quantũm vidi hactenus. Contra tamẽ hãc viam, eſt quia cum papa diuino iuræ ſit ſupra concilium,& eccleſiam,vt oſtenſum eſt, oportet ſi in aliquo caſu eſt illi ſubdit⁹, quòd ex diuino iure ſit facta exceptio iſta: nullum enim aliud inferius ius poteſt exceptionem hãc facere,vt patet. In diuino autem iure nõ exprimitur ſubiectio,ſed ſeparatio, cum caſus hereſis excipitur,vt patet in ſingulis textibus ſacræ ſcripturę inductis. Nu. enim. 16. dr. Recedite. Ad Galat. 1. Anathema,ideſt ſeparatum ſit. Secundę ad Theſſ. 3. Subtrahatis,vos. Secundæ ad Corint. 6. Nolite iugum ducere. Secundæ Ioan. 2. Nolite recipere,nec ei Aue dixeritis. Ad Ti. 3. Deuita. Et breuiter nullibi inuenio ſuperioritatem & inferioritatem in caſu hereſis ex diuino iure,ſed ſeparationem. conſtat autem quod ſeparare ſe poteſt eccleſia a papa ſola miniſteriali poteſtate,qua poteſt ipſum eligere. Non igitur ex hoc,quod diuino iure ſancitum eſt,vt habeatur hæreticus, vitetur,& procul ſit ab eccleſia,maiori poteſtate opus eſt,q̃ miniſteriali,ex quo ipſa ſufficit,& eam conſtat eſſe ī eccleſia. Et confirmatur hoc,quia non eſt iuri diuino tribuendum,quod nec expreſſum eſt in eo. nec ex expreſſis neceſſario ſequit. Poteſtas aũt ſupra papã in caſu hæreſis,proprie loquendo,non hẽtur in diuino iure,nec ex ipſo neceſſario ſeqtur,ergo. Probatur minor: q̃. n. non habeatur,puto patere legẽti. Dico aũt,puto,qm̃ imminens ſchiſma Opuſculũ hoc intra duos menſes fieri impulit ex improuiſo. Quod vero non ſequatur,patet ex eo,qđ quia non oportet multiplicare entia ſine neceſſitate, melius eſt vnum principium, quam plura facere,ex quo igit̃ poteſtas miniſterialis ſufficit,alia opus nõ eſt.

Erit ergo media & vera uia,q̃ papa factus hæreticus,non perſeuerans,habet in terris poteſtatẽ non ſuperiorem ſe,ſed miniſterialẽ ad ſui depoſitionẽ.

Ad cuius euidentiam altius ordiendo, tria præmittenda ſunt.

Primò,quod in papa inueniuntur tria,ſ. papat⁹, perſona,q̃ eſt papa,pura Petrus,& cõiunctio vtriuſque,ſ. papatus in Petro,ex qua coniunctione reſultat Petrus papa. Secundò,quod diſcernendò,& applicando proprias cãs ſuis proprijs effectibus,inuenimus,quod papatus eſt a Deo immediate,Petrus eſt a patre ſuo,&c. coniunctio autem papatus ī Petro poſt Petrum primum a Chriſto immediate inſtitutum,non eſt a Deo,ſed ab homine,vt patet,qa hoc fit per electionem hominum. Concurrit autẽ duplex conſenſus humanus ad cãndum hunc effectum,ſ. eligentium & electi. oportet. n. electores uoluntarie eligere,& perſonam electam acceptare electionem,alioquin nihil fit. Eſt ergo coniunctio papatus in Petro non a Deo immediate,ſed mediante miniſterio humano,tam ex parte electorũ, quã ex parte electi, nec ſe habet huiuſmodi miniſteriũ humanum in cauſando hanc coniunctionem, vt applicans actiuum paſſiuo,(vt applicans ignem ſtipulæ) vel applicãs virtutẽ paſſionis Chri ſubiecto, vt facit baptizans,& ſacramẽta miniſtrans,qm̃ nullum eſt hic applicatum actiuum,ſed ſola voluntas humana electorum & electi; nõ facile. n. eſſet ſingere aliquid actiuum. Ex hoc autem quod cõiunctio papatus cum Petro eſt effectus voluntatis humanę cum ipſa cõſtituat Petrum papam,ſequitur q̃ licet papa a ſolo Deo dependeat in eſſe & fieri, Petrus tñ papa dependet etiam ab homine in fieri. ſit. n. Petrus papa ab homine dum ab hominibus electꝰ ipſe homo acceptat,& ſic iungitur Petro papatus. Tertio,quod quia iam nihil tã naturale eſt,vt vnaqueq; res per quaſcumque cãs fit, per caſdem contrario mõ diſſoluatur(vt dr̃ in capitulo. Omnis. de regulis iuris.) idcirco Petrus papa qui ex conſenſu ſuo & electorum cãtus eſt,ex conſenſibus eiſdem: ſ. ſuo,& electorum ad contrarium diſſolui poteſt. Et hoc iam determinatum eſt facto Celeſtini,& decretalis Bonifacij 8. de Renun. cap. 1.

Ex his trib. præmiſſis habetur primo abſque oĩ heſitatione certum,q̃ Petrus papa, & in fieri & in corrumpi dependet a poteſtate humana, nõ ſuperiori nec æquali poteſtati papæ, ſed minore,quia nec ad faciendum de Petro,non papa Petrum papã nec ad faciendum de Petro papa Petrum nõ papã, exigitur alia facultas,quàm voluntatis humanę,ſ. electi,& electorum. Nec ſit curæ ī propoſito, utrũ bona,uel mala conſcientia ex bona uel mala intentione,uel cauſa moueantur: ſat eſt in propoſito q̃ facta tenent,ita quod in ueritate Petrus ſit,aut non ſit papa. Quod etiam iſta poteſtas ſit minor poteſtate papæ,abſque alia probatione ex eo liquet, quod mortuo papa nullo etiam preſuppoſito ſtatuto iuris poſitiui,iſta poteſtas eſt in eccleſia,& non ſe extendit ad ea, ad quę ſe extẽdit ſummi Pontificis authoritas. aliogn eſſẽt dr̃ię ſup̃mę poteſtates ī eccleſia,& Chr̃us nõ iſtituiſſet eccleſiaſticũ regimẽ monarchicum. Et cum par in parem nõ habeat imperium,non potuiſſent pontifices huic poteſtati executionis modũ imponere, per quos,quot,ſ. & qũo debeat electio celebrari,cum irritatione actus,ſi ſecus factum fuerit. Hæc. n. oſtendunt poteſtatẽ hãc, nec maiorem,nec parem,ſed inferiorem poteſtate papæ,ſuperioris namque uirtutis eſt diſponere de actu inferioris authoritatiue,ita quod ſi ſecus fiat, nihil ualeat,ut in propoſito inuenitur. Habetur ſecundo certo certius,quod aliud eſt poſſe ſupra cõiunctionem Petri & papatus conſtruẽdam ſeu deſtruendã,& aliud eſt poſſe ſupra papam: ex eo nãq; quod poteſtas minor papatu,ſ. ſimplex uolũtas electi & electorũ poteſt conſtruere & deſtruere hanc coniunctionem,& hmõi poteſtas,cum ſit minor papatu,non poteſt ſupra papam,manifeſte conuincitur,quod eſt aliud poſſe ſupra illa coniũctionẽ, & aliud eſt poſſe ſupra papam. Vnde poteſtas ſupra papam non inuenitur,niſi in Domino Ieſu Chro, poteſtas aũt ſupra cõiũctionẽ papat⁹,& petri,inueniť ī terris. Et merito,qa papat⁹ op⁹ Dei immediate eſt, coniũctio aũt papatus,& petri, op⁹ nr̃m eſt.

Nec mirerris tu, qui philoſophiam profiteris, quod inueniať poteſtas ſuper coniunctionem formę cum materia, quæ non eſt ſuper formam, quia coniunctio formæ cum materia formam conſequitur. Ceſſabit admiratio tua,ſi contemplatus fueris,quod coniunctio formæ, & materiæ utrinque attingi poteſt,ſcilicet ex parte materię, & ex parte formæ,& quod potens ſuper coniunctionem formę & materiæ ex parte utriuſque ſeu ex parte formę, poteſt etiam ſupra formam: ſed potens ſuper coniunctionem illam ex parte materię,

non

non oportet quòd possit super formam, vt patet in generatione hominis. Sol enim & homo generãt hominem, qui consistit in cõiunctione corporis & animæ intellectiuę, aut resultat ex illa coniunctione: & constat solem, & hominem non posse supra animam intellectiuã, quæ venit de foris, sed supra coniũctionem illam ex parte corporis, quę est materia. Sic eñ accidit in proposito, nõ papatus, & Petrus se habent ut materia & forma, & solus Dñs Iesus Christus potest super coniunctione eorum ex parte papatus, & consequenter vtriusque, & propterea solus põt limitare & ordinare potestatẽ papæ. Ecclesia aũt põt super coniunctionẽ eorum ex parte Petri solum, & propterea nihil potest super papam, sed super coniunctionem tm̃. Et quoniam amotio papæ siue per renuntiationem, siue per depositionem, siue per electionem non est corruptio papatus nec Petri, sed coniunctionis papatus, & Petri, idcirco diligẽtissime & cautissime oportet ꝓ regula habere añ mentis oculos cũ de amotione papæ tractatur, ꝙ non requiritur ptãs superior papa, sed superior coniunctione inter Petrũ & papatũ.

Quod vt clarius pateat, scito, ꝙ certum est ꝙ tribus modis potest Petrus papa uiuens amoueri a papatu, primo, per electionem a Domino Iesu Christo, secundo per renuntiationem spontaneam a seipso, tertio per depositionem inuitam propter incorrigibilem hæresim ab ecclesia. In omnibus aũt his modis non desinit papatus, nec Petrus, sed sola coniunctio vtriusque, differenter tm̃, qa in primo mõ, s. per electionem a Domino Iesu Christo coniunctio illa corrumpitur a potestate superiori, non solum respectu coniunctionis, sed respectu papatus: est enim authoritas Domini supra coniunctionem illam etiam ex parte formæ. Et quia vt dictum est, nulla alia potestas est supra papam, ac per hoc nulla alia potestas potest coniunctionem illam attingere ex parte formæ, consequens est, vt nulla alia potestas possit amouere papã, ut ptãs sup papa, sed hoc est proprium Saluatoris nostri. Et hoc mõ intelligendum est dictum Anacleti papæ dist. 79. Can electionem, dicentis electionem summorum Pontificum sibi Dñs reseruauit. Differentia namque inter papam, & alios Pontifices in hoc consistit, ꝙ alii pontifices possint eiici tamquam a potestate superiori ipsis potestatib. Pontificum, papa autem non, quia in ecclesia terrestri inuenitur potestas, supra potestatem iurisdictionalem Episcopi, non autem supra potestatem papę. Ex hoc. n. hẽtur, ꝙ illorum electionem Dñs concessit papæ, cõcedendo potestatẽ superiorem, papæ vero electionem sibi reseruauit, nulli concedendo potestatem superiorem papatu. Vnde si papa Ioannes Episcopum de plenitudine potestatis eiiceret, electus esset, nec hẽret amplius potestatẽ iurisdictionis. Nulla autem potestas in ecclesia relicta est a Dño, quæ possit hoc facere in Petrum papam. In secũdo aũt mõ (s. per renuntiationẽ) & tertio. s. per depositionem, coniunctio illa corrumpitur, non a potestate supra papatum, sed a potestate supra cõiunctionẽ solam, quia nec voluntas Petri, nec uoluntas ecclesię est supra papatum, & ex ipsis causatur coniunctio illa & corrumpitur, vt patet. Quia ergo certum est papam hæreticum incorrigibilẽ factum necesse ipso facto depositum, & esse deponendum ab ecclesia, & ecclesiam non habere potestatẽ supra papatum, & ecclesiam habere potestatem supra coniunctionem inter Petrum, & papatũ, vtpote opus suũ, oportet dicere, ꝙ cum Petrus papa factus hæreticus, incorrigibilis, deponitur ab ecclesia, iudicatur & deponitur a potestate superiori, non papatu, sed coniunctione inter papatum & Petrum.

CAPVT XXI.

Discussio prædictæ potestatis ministerialis depositiuæ papæ hæretici.

QVamuis autem ex certificatis habeantur in ecclesia respectu coniunctionis inter Petrũ, & papatum duo posse scilicet posse coniunctionẽ talem construere & destruere pari consensu, & posse coniunctionem eandem ipso hæretico incorrigibili, inuito destruere) non tm̃ liquet, ꝙ hæc duo posse sint vni⁹ & eiusdem potestatis. Quod tm̃ concluśum est in precedenti capite, per viam diuisionis propter identitatem obiecti, quia vtrumque est circa ipsam coniunctionem papatus & Petri.

Nec solum obscurũ est, sed falsum multipliciter apparet. Primo, ex ipsius ptãtis natura: nam, qm̃ vna causa totalis ex duab. partialib. constans, exigit ad aliquem effectum, neutra illarum partialium sine altera sufficit ad talem effectum, vt patet in vinculo matrimonij. Quia. n. ad vinculum matrimonij concurrunt duo, consensus, s. viri & mulieris, & cã totalis eius constat ex vtroque consensu, neuter sine altero sufficit ad causandum vinculum matrimonij in altero. In proposito aũt, ad coniunctionẽ Petri & papatus construendam, vel destruendam, concurrunt duo consensus, s. electorum ex vna, & Petri electi ex alia parte, tamquam causæ partiales, & uterque simul tamquam causa totalis. ergo consensus alter tm̃ non potest in talem effectum, s. dictam coniũctionem construendam vel dissoluendam. Et quia potestas depositiua papæ inuiti pp hæresim incorrigibiliter, includit alterum consensum tm̃, sequit̃ ꝙ & ipsa non est idem quod illa potẽtia totalis, & ꝙ si est pars eius, non potest deponere, ꝙ repugnat potentiæ depositiue. Male ergo dictũ est, quòd potentia depositiua papæ est illa potentia, q̃ euidenter est in ecclesia super coniunctione dicta. Et confirmatur hæc ratio, quia de quo magis vr̃ in esse & non ineſt, ergo nec de quo minus, magis vr̃, quòd sol⁹ consensus Petri papæ possit se facere non papam, q̃ solus consensus aliorum, qa potest renuntiare. sed hoc non potest Petrus solus, quia q̃tumcumque Petrus ipse renuntiet, semper est papa, donec renunciatio sua acceptet̃. sicut e contrario, quãtumcumque Petrus sit electus, nunquam est papa, quousque electioni de se consentiat. Hæc. n. ostendunt, quòd causa totalis tam constructiua, quã destructiua coniunctionis Petri & papatus, quę est in ecclesia minor papatu, non est ecclesię solius, ut Petri solius: sed vtriusque simul consensus, ac ꝓ hoc per hanc non potest inuitus papa deponi quacumque ex causa, quia implicat contradictionem.

Secundo apparet falsum ex modo eundi ĩ actũ talis potestatis, qm̃ papa hereticus, iudicandus est, iuxta c. sic papa. di. 40. & docto. potestas aũt ista minor papatu, non potest citare, compellere, & breuiter non hẽt uim coactiuam supra petrũ papã, repugnat ergo quòd sit potestas minor & ꝙ sit iudex, ex ipso modo, qa. s. vi coactiua procedere posse debet.

Tertio apparet falsum ex subiecto, etiam istius partialis consensus, quia cum consensus iste partialis ex parte ecclesiæ sit in electorib. papę, qui modo sunt soli Cardinales, ad quos spectat eligere, & renunciationem acceptare, vt patet ĩ facto Cælestini, sequeretur quod apud eosdem solos resideret ptãs depositiua petri papæ facti hæretici, cuius oppositũ communiter tenetur.

Sed

Sed horum solutio magis propositum cõfirmabit. Si namque cõsensus electi & electorum in hac causanda coniunctione concurrerent, vt consensus viri, & mulieris ad causandum vinculum matrimonij; ratio procederet, quoniam vterque consensus hẽt se ut partialis causa quasi efficiens vinculum matrimonij. In proposito autem isti duo consensus diuersimode concurrunt, nam cõsensus electorum se habet, vt causa faciens illam coniunctionem, consensus aũt electi se habet, vt reddens subiectum capax illius coniunctionis, non.n. est capax nisi Christianus voluntarius. Sicut n. esse fidelem non est causa illius coniunctionis factiua, ita nec esse voluntarium ad illam. Et hoc patet in acquisitione aliarum iurisdictionũ: cum.n. alicui imponitur aliqua prælatio, certum est, q̃ quousque ipse illam acceptet, non est prælatus, acceptatio tamen sua nõ facit in se prælationem: sed subiectum reddit capax prælationis, & sic actio imponentis sortitur effectũ in subiecto capaci faciens iurisdictionem, quæ propter dispositionem subiecti non poterat intentum facere in eo. Actus.n. actiuorum fiũt in patiente disposito, vt dr in 2. de Anima. Consensu igitur electi concurrente, vt reddente subiectum capax coniunctionis cum papatu, restat ut cõsensus eligentiũ sit faciens cõiunctionem illam. Ostensum est.n. q̃ nõ ẽ a Deo, immediatè, sed mediãte humano opere, qd est electio in subiecto sufficiẽter disposito. Et sic ex hoc relinquit, q̃ potestas faciens, vel quasi faciens hanc coniunctionẽ, est in electoribus, & non in electo, vt sic, nemo.n. sibi assumit honorẽ: sed q̃ vocatur a Deo, vt Aaron, vt dicitur ad Hebræos 5.

Ad confirmationem dicitur, q̃ si papa sola sua renuntiatione absque acceptatione ecclesiæ nõ potest a se abdicare papatũ, hoc magis confirmat propositum, quod eius consensus nõ fuit inter causas faciẽtes. Ratio autem quare acceptatio requiratur, est, quia nemõ potest renuntiare iuri alterius, quod habet in se: nullus.n. qui ex pacto tenetur alicui soluere centum, potest renuntiare huic vinculo absq; voluntate eius, cui tenetur, quamuis ab initio voluntarie se obligauerit. Papa autem acceptãdo papatũ, obligat sis ecclesie ad regimẽ ipsius: vnde iuri ecclesiæ, quod habet in Petrum papam, non potest ipse renuntiare, inuita ecclesia, cui tenetur. Et cõfirmatur, quia papatus non coniungitur sibi ratione sui, sed ratione ecclesiæ, dicente Domino in creatione Petri primi papæ, nõ aliud, quàm, pasce oues meas. Vnde non est verum, quòd magis videatur de consensu solo electi, q̃ possit dissoluere, quoniam non est causa efficiens, etiam partialis illius coniunctionis, sed dispositio tantum subiecti.

Ad secundum in quo pendet tota vis huius rei, dicitur quòd potestas ista minor papatu habet vim coactiuam, non super Petrum papã: sed super coniunctionem papatus & Petri, nõ simpliciter, sed in casu hæresis: ita quòd potestas ista relata ad papam, est ministerialis, relata ad coniunctionẽ Petri, & papatus in fieri, vel dissolui, subiecto existente disposito, est authoritatiua: ita quòd sentẽtia diffinitiua ex hac authoritate, procedens super cõiunctione talis materiæ Petri hæretici cum papatu, dissoluit authoritatiue coniũctionem illam. Sicut.n. electio ecclesiæ authoritatiue super coniunctionem non super papam coniungit Petrum dispositum, i. fidelem & voluntarium cum papatu, ita talis sententia dissoluit, agit.n. in materiam dispositã per hæresim. Exẽplum horum habemus in naturalibus, cum homo generatur, & corrumpitur ab agente non potente

E super animam hominis: sed super coniunctionem animæ & corporis ex parte materiæ. Et si quæratur, quomodo præcedentia per sententiam depositiuã fiant, cũ vsque ad illam Petrus duret superior: posset dici quòd quia nec Deus, nec natura deficit in necessariis, quòd eadem authoritas extendit se ad omnia præambula. Quorum nullum video oportere esse coactiuum Petri papæ: sed sufficit quòd sint intimatiua, reprehensiua & huiusmodi: iudicium.n. hoc non ex confessione sua extorta præceptis, censuris, aut tormento, sed ex euidenti facto vel verbo hæresis incorrigibiliter expectatur; quòd sine eius coactione fit. Si quis autem diceret, quòd non est inconueniens hanc minorẽ potestatem indirecte
G posse cogere Petrũ, an præambula necessaria ad sententiam, nõ uideo quare erraret, cum Petrus papa hereticus incorrigibilis, iam sit in corruptionis via, & Deꝰ, cuius perfecta sunt opera, potestatem depositiuam in casu hæresis absque necessariis præambulis non dederit ecclesiæ, quæ numquam deficit in necessariis. Et hoc dico, si aliqua præambula coactiua ex necessitate iudicij essent necessaria, quòd iuristis discutiendum relinquo. Bene tamẽ aduertant, quòd nõ loquor de necessariis ex occasionib. euentuum, & aliorum extraneorum a ratione iudicij.

Ad tertium dicitur, q̃ potestas ista depositiua
H non est in Cardinalibus: quia in eis non est potestas super coniunctione Petri & papatus, nisi limitate. s. tempore quo papatus vacat. In ecclesia autem uniuersali est potestas super coniunctione ista absque limitatione, si secluso iure positiuo loquimur: & ideo Cardinales non possunt deponere papam hæreticum: sed hoc spectat ad vniuersalem ecclesiam. posset tamen hęc potestas committi Dominis Cardinalibus a iure statuto pontificis, sicut commissa est eis potestas eligẽdi. s. per viam determinationis, quòd ipsi repræsentarent vniuersalem ecclesiam: sicut in eligendo, ita & in deponendo quando deponendus est. Manifestum autem exemplo fieri potest, quod dictũ est: si quis namque episcopus iturus in regionem longinquam instituat suum generalem vicarium cum plenissima authoritate, ordinans, quòd si institutus vicarius moriatur, aut publicus blaspha⁹ fiat: canonici possint illum amouere, & alium nominare in vicarium absque alia confirmatione, &c. constat, quòd canonici nullam authoritatem super vicarium haberent, neque simpliciter, neque in hoc casu: sed super amotione ei⁹ in illo casu, quòd est habere potestatem super coniunctione vicariat⁹ cũ persona in casu, &c. Eodẽ.n. modo est in proposito: nã pastor, & episcopus animarum nostrarum Dominus Iesus Christus abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum: &
K reuerti, & instituit Petrum Apostolũ suum generalem vicarium cum plenissima authoritate, ante ascensionẽ dicens ei: Pasce oues meas, & cum effectu exhibens promissam sibi prius potestatem amplissimam. Tibi dabo claues, & quodcumque ligueris, &c. Et ordinauit, vt si unquam aliquis Petri successor hereticus fiat, ecclesia cum possit amouere, & loco eius alium nominare 40. distin. c. si papa.

Ex hac igitur cõcessa potestate patet, quòd ecclesia nihil potest super papam absolute, nec in casu hæresis proprie loquendo, potest supra papam: sed super cõiunctionem papatus cum Petro, quam dissoluit amotio. Et sic clare liquet, quòd potestas ecclesię est super coniunctione papatus & Petri in fieri & in corrumpi, subiecto existente disposito ad fieri, per fidem & uoluntatem: ad corrumpi uero per

hęresim

hęresim vel volũtatem,& cum hoc potestas ista est minor papatu, & ideo non potest limitare eius potestatem. Et sic patet,ꝙ papa nullam ẽt in casu hęresis habet supra se potestatem,quod erat intentum.

CAPVT XXII.

In quo respondetur rationibus, & authoritatibus allatis Cap.17.ad probandum,quod Papa hęreticus,sit ipso facto depositus iure diuino.

QVamuis autem ex determinatis manifesta sit rationabilis sententia quod scilicet certus, & indubitatus Papa,nec simpliciter nec in casu hęresis est subditus, proprie loquẽdo concilio, aut ecclesię vniuersali, quia est adhuc papa: sed in casu hęresis cõnexio papatus cum persona ipsa subdita est determinationi ecclesiæ & concilij vniuersalis, ita quod potest deponi: oportet tamen satisfacere rationibus, & authoritatib⁹ tot illustrium virorum tenentium,papam ipso facto depositum,& propter ea subditum concilio.

Et quoniam vis principalis cõsistit in hoc,quod fides, saltem informis exigitur ad membrum Iesu Christi:ideo sciẽdum est,ꝙ baptismus, quo primũ regeneramur, & pertinemus ad Iesu Christi corp⁹ mysticum,quod est ecclesia,tres quantum ad propositum spectat, facit in anima nostra effectus: primo imprimit caracterẽ indelebilẽ, secũdo fidem, tertio charitatem.Et de tertio quidem effectu, scilicet charitate, manifestum est, ꝙ licet cõstituat mẽbrum viuum Christi, non tamẽ exigitur ad habendam iurisdictionis,vel ordinis potestatem: oppositum.n.spectat ad hęresim pauperum de Lugduno.

De secundo autem,(de quo tota est quęstio.) ꝙ non exigatur ad potestatem ordinis, etiam clarum est, quoniam hęretici consecrãt verũ corpus Christi,& faciunt veros sacerdotes, si seruata forma, & intentione ecclesiæ hoc faciant, & ex hoc ipso inchoat splẽdor veritatis,ꝙ.s. licet fides informis cõstituat membrum Christi ſm quid, vt dixit in tertia parte S.Tho.q.1.ar.8.ad 2.quia tamen latitudo datur in membris ſm quid,etiam sine fide informi, ex solo charactere sacramẽti fidei constituit membrum Christi secundum quid,remotius a Christo: hęreticus.n.nisi membrum secundum quid Christi esset,nec corpus Christi,nec ministros consecraret,nec sacramentum confirmationis daret.Hęc.n. a solis Christi membris non quibuscumque:sed in magno sacerdotij,s.vel episcopatus gradu constitutis facta tenent,&c. Altius quoque contemplando videbimus, & quòd tanta est vis characteris baptismalis,vt ẽt fides formata eius vices non suppleat,vt patet ex hoc, quod presbyter non baptizatus reordinatur, ut patet ex presbytero non baptizato. capite,Si quis presbyt. Et quòd ipse character constituit membrum Christi dicente Innocen.eodem titu.in c.Veniens.Non solum per sacramẽtum fidei: sed per fidem sacramenti efficitur quis proculdubio membrum Christi.Constat.n.quòd proprius, & inseparabilis effectus sacri fidei, (quod constat esse baptisma) est solus character vt patet, cũ aliquis hęreticus baptizatur ſm formam & intentionem ecclesię, nihil enim aliud recipit quàm caracterẽ. Et si altius adhuc mentis oculos eleuauerimus, intuebimur,ꝙ habens solum fidei characterem, est simul & fidelis,& infidelis membrum Christi & ecclesiæ,& extra membra Christi,& ecclesię, diuersis respectibus: & propterea a doctorib.diuersa & contraria de eo dicuntur. Habens namque solum characterem fidei, quantũ est ex parte sua,infidelis est, & extra membra Christi & ecclesiæ, quoniam volũtarie diſcredit,ex parte autem Iesu Christi,ꝙ characterem fidei semel datum indelebilem cõseruat, est fidelis inuitus, & est membrum Christi, & ecclesiæ velit nolit ipse, vtpote non valens abdicare, aut abijcere a se susceptum semel fidei caracterẽ. Propter qd' a D.T.in 2.2.q.10.art.3. ad 3.computat talis inter fideles cum dicitur,ꝙ pro adulterio grauius punitur fidelis, quàm infidelis propter sacramenta fidei,quibus est imbutus, quibus peccando cõtumeliam facit & in eiusdem q.ar. 5. numeratur inter infideles,dum ponit hęresim,speciem infidelitatis.Differt autem habens solum characterem ab habente etiam fidem informẽ quo ad officiũ membri Christi:quia habens characterem & fidem,susci pit influxum interiorem a Iesu Christo capite quo ad hunc actum vitalem, qui est credere, vt S.Th.dicit in 3.p.q.8.art.3.ad 2. Habens autem characterem solum non suscipit influxum alicuius actus vitalis interius: sed tantum quo ad exteriorem operationem, sicut brachio arido potest quis vti ad alios percutiendos,vel mouendo aliquid extra.Quia ergo character fidei est primum in cõpositione mẽbri Christi,quod patet ex hoc, quod ipse a solo baptismo cum sit solus,est inseparabilis ab eo, ac per hoc proprius effect⁹ baptismi quo efficitur primo membrum Christi & ecclesiæ,oportet quod sit vltimum in resolutione membri Christi & ecclesiæ, & consequenter quamdiu character manet,nõ desinit esse totaliter membrum Christi. Et quia numquam desinit character, ideo semper erit intra latitudinem membrorum Christi, etiam cum abscissum totaliter est per damnationem in inferno: & per hoc differt a pure infidelib⁹ damnatis & magis cruciabitur, iuxta sententiam Apostoli ad Heb.10. Et hæc ratio vltra tot allata testimonia, ex propria efficacia sufficit,quia secũdum veram theologiam diuinam & humanam,attributum alicui causæ, vt proprius effectus,intelligitur attribui ei secundum id quod illi causę propriũ est, vt patet in causis naturalibus,& ecclesiasticis inductiue: periret.n.aliter omnis certitudo moralis. Ex quo ergo attribuitur baptismo, vt proprius effect⁹, quod faciat membrũ Christi, oportet ꝙ intelligatur attributum ei secundum id quod huic sacramentali causæ, quæ est baptismus,est proprium,quo differt a cæteris:hoc autem est pro quanto est causatiuus characteris fidei, hoc.n.solus habet, hoc solum primo infallibiliter causat solis essentialibus requisitis ad sacramẽtum concurrentibus. Quia ergo Papa factus hęreticus licet amiserit fidem etiam informem,quia tamẽ retinet sacramentum fidei etiam inuitus, quo constituitur primo quis in hoc quod est esse membrum Christi, ideo rationes & authoritates quę fundantur super hoc, quòd fides saltem informis requiritur ad esse membrum Christi,nõ sunt efficaces ad inferendum ipsum non esse membrum Christi, ac per hoc ipso facto iure diuino depositum, quãuis defectu fidei informis optime inferat, ꝙ ipse quantum est ex se, est extra latitudinẽ membrorũ Christi, ac per hoc a membris Christi segregandus per depositionẽ ab officio capitis, & post per alias pęnas ab ecclesia puniendus, & demum curiæ sæculari tradendus.

Sigillatim ergo respondendo,authoritas in primis Domini Ioann.3. non est ad propositum,quia loquitur de iudicio æternæ damnationis, in quo qui non credit, iam iudicatus est, & ex parte Dei, quia nouit Dñs qui sunt eius, vt glossa ex Augusti no sumpta exponit. & ex hac parte meritorum,

quia

qa hēt in se causam eternæ damnationis, ut Chry. dicit & ex parte claræ condemnationis in ultimo iudicio absque examine. vt Gregorius explicat.

Ad illud vero super hanc petram, i. fidem, dr̄ q̄ sacramentum fidei, quod remanet in hæretico, nō est extra fidem, sed primus lapis fidei ædificandæ in quolibet: & propterea illo solo remanente lapide, super petram fidei remanet ecclesiastica potestas in via ad ruinam, quo ad illud suppositum.

Ad id aūt, q̄ iustus ex fide uiuit, si de fide informi admittatur, dicitur qđ sumitur viuere pro operatione vitali, & non pro esse, sicut sumitur eum dicitur, uiuere viuentibus est esse.

Ad diffinitionem fidei. Fides est substantia, ac p̄ hoc primum, dr̄, q̄ fides habet rationem primi sustentantis, inter virtutes pertinentes ad fideles, & iō dicitur substantia. Cum quo stat, q̄ ipsius fidei sacramentum prius sit ipso ordine generationis.

Ad Authoritatem allatam ex 3. Sent. S. Th. dr̄, q̄ doctrina S. T. ibidem est male intellecta, & est contra istos in proposito, nam ibidē appellatione infidelium non veniunt, nisi hi, qui numquam actu fuerunt de ecclesia, vt patet ex hoc quod dicit, i. respectu horum Christus non est caput nisi in potētia, f̄m s. quod sunt unibiles corpori. Constat namque, q̄ respectu baptizatorum hæreticorum Christus est caput, aliter quam in potētia, quia est actu caput eorum secundum sacramenta fidei, non ergo appellatione infidelium ibi ueniunt hęretici.

Appellatione quoq; fidelium peccatorū ibi ueniūt hęretici, qui per fidei sacramētum in vno numero obiecto, fidei unionem illam (quam unionē simpliciter author nominat,) retinent vtcūque ueliint nolīt. Et hoc insinuatur ex hoc quod dicit, q̄ velut membra arida p̄nt non in se, sed aliis sacramenta ministrando & docendo: & hæc .n. omnia per hęreticos non inquantum tales, sed inquantū aliquid ipsius capitis participant, Christus facit.

Ad diffinitionē ecclesiæ dicitur, quod quia hęreticus ex seipso est infidelis, iō simpliciter est infidelis & extra ecclesiam. Cum hoc tamē stat, quod secundum quid sit in ecclesia ad tēpus ut abiiciendus: sic enim manet papa hæreticus.

Authoritates omnes testamenti noui & ueteris prohibentes communionem cum hęreticis, non probant quod sit depositus ipso facto, sed deponēdus, ut non communicemus cū eo. sic.n. sufficienter satisfit pręcepto huiusmodi. Si.n. ipso facto uitandus præciperetur a Deo hęreticus, non dixisset Apo. ad Titum 3. c. Hęreticum hominem post primam, & secundam correctionem, deuita. Amissio clauium apud hęreticos intelligitur quatenus hæretici sunt, & quo ad licitum usum.

Honoris, & potestatis iurisdictionalis perditio ipso facto intelligitur quantum est ex eorum parte, & iuris dispositione in his, q̄ subsunt iuri humano, & sunt in ecclesię foro hæretici. sic enim interpretanda sunt Sancti Thomę, & aliorum in cōi loquētium dicta. Tales.n. soli sunt excommunicati, & consequēter priuati ipso facto, saltem per suspensionem ptātis iurisdictionis, si est crimen occultū & declarandi priuati. papa autē ex diuini, & humani iuris dispositione, & hæresis proprię exactione, est priuandus humano iudicio, a quo cōiūctus est papat⁹ huic pśone, ut dictū est. Officiū quoq; Pastorale ab hęreticis, inquantū hęretici sunt, Augu. admit ipso facto, q̄a īpossibile est, ut inḡtū hęretici officiū exerceat, pascat oues Chr̄i. possibile tn̄ est, ut ille, q̄ est hęretic⁹, in ipso sit hæreticus, & oues Chr̄i pascat, officium Petri non hæretici exercens. Sed quia periculosum hoc est valde, ideo abijciendus est ab officio pascendi oues Christi.

Illud demū, qđ ex glossa decreti affertur, q̄ papa cadēs in hęresim damnatam, incidit in excommunicationem, falsum est: nam omnis excommunicatio, quæ est ecclesiastica censura: (de hac enim loquimur) fit a iure positiuo, & ius positiuum nō habeat vim coactiuam in foro ecclesiastico supra papam, & excommunicatio coactionem importet in foro ecclesiastico, oportet dicere, q̄ papa in nullam incidere censuram potest. et vsque adeo docēt hoc doctores, vt dicat S. Th. in 4. sen. dist. 19. q 2. art. 3. ad tertium, q̄ papa non pōt committere alicui, quod excommunicet ipsum. et in eadēm sententia sunt Albertus Mag. & S. Bonauent. vt dns Ioan. de Tur. Cre. de istis refert. Vnde audiendi non sunt illi, qui omnia hęreticorum iura ad papam hæreticum extendunt: dum Papa.n. est. soli depositioni subijcitur: depositus autem subiicitur iuri sicut alij.

Ad probationem autē, s. q̄ si papa fiat hęreticus, est minor quolibet catholico sumptam ex Can. audiuimus. 24. q. 1. & S. Th. dicendum est, quod cum hoc non possit intelligi de maioritate, & minoritate meritorum seu charitatis, quia extra propositum esset, & prælatus nō solū per infidelitatem: sed quodcunq; mortale crimen fit minor, sic omni existente in charitate, nec de minore & maiore f̄m iurisdictionem de facto perditam, quia f̄m illud prælatus cadens in hęresim fit minor, f̄m quod quilibet catholicus est maior, cum ista sint correlatiua: sed quilibet catholic⁹ nō est maior f̄m iurisdictionem: non .n. ex hoc quod papa vel prælatus meus, sit hęreticus, ego vnus catholicus, qui nihil habeā iurisdictionis, iurisdictionē acquiro super eū, aut alios, oportet sane verba hęc intelligere & exponere tanto diligentius, quāto super his verbis S. Thomę magna fabrica erigitur, & dicitur quod papa est depositus ipso facto. dicendum est igitur aliter.

Ad cuius euidentiam scito primo, quod cū maior & minor sint correlatiua, consequens est, quod oportet proportionaliter minorem maiori referre, vt & in quo prælatus sit minor, subditus quilibet catholicus fiat maior.

Scito secundo, quod cum sermo sit intelligēdus secundum subiectam materiam, & ibidē sit sermo de correctione prælatorum a subditis, manifeste fit comparatio inter prelatum & subditum: non quo ad personas puras, sed considerato prelationis officio. Potest igitur tripliciter dictum hoc verificari, primo vt intelligatur de maiore & minore simpliciter, & est sensus, quod prelatus si labitur in infidelitatē fit minor simpliciter, & absolute, & quilibet subdit⁹ fidelis maior simpliciter & absolute. et hoc est verum, quia quilibet catholicus, absolute, & sine limitatione aliqua loquendo, est in ecclesia Dei maior infideli, cum quo tn̄ stat, quod prælatus donec deponatur aut declaretur, fit maior f̄m quid, s. f̄m potestatem iurisdictionis iam prope mortē. Secundo, & sequitur ex hoc iam dicto, pōt intelligi, quod etiam quo ad potestatē iurisdictionis prælatus infidelis est minor, & subditus fidelis maior, quantum est ex se, quia infidelis quātum est ex se, extra membra Christi est: ac per hoc quātum ex ipso pendet, inhabilis ad potestatem iurisdictionis spiritualis, fidelis autem quilibet ex ipsa spontanea fide dispositus, est habilis ad potestatem spūalis iurisdictionis in ecclesia Chr̄i. et sic prælat⁹ ob infidelitatē fit minor f̄m potestatem iurisdictionis, quantum est ex

se

se, & catholicus subditus maior. Tertio, & sequitur ex dicta expositione, q̃ potest intelligi de maiore, & minore in officio defendendi fidem: ex eo nanque quod prælatus a fide deuiat, & subditus permanet in fide, minor fit ille in officio executiue defendendi fidē: & subditus fidelis, econtra maior fit in officio fidei defendendæ. Et hoc totum simul iunctum satisfacit literæ Decreti S. Tho. & concordat cum dictis suis alibi. Accusandum denique esse & iudicādum Petrum papam hæreticum, nihil aliud cōcludit, nisi quod iudicem habet superiorem, nō papa ut isti putant: sed coniunctione papatus & Petri in casu hæresis: & conceditur concilium esse iudicem in tali casu. Et per hoc patet solutio allatorum etiam in c.18. pro quanto cōtra determinationem præsentem militant.

Vnum tantum superest declarandum, an. s. sola hęresis sufficit, an exigatur etiā incorrigibilitas seu perseuerantia obstinata in hæresi, ad hoc vt deponatur papa, quòd sequens cap. declarabit.

CAPVT XXIII.

Quomodo cum Papa in hæresim lapso parato corrigi, agendum sit.

AD absoluendam demum totam hanc difficultatem de potestate Concili, ad depositionem papæ in casu hæresis, scire conuenit quod duę sunt hic extremæ opiniones. Altera quod papa propter crimen hæresis, etiam confessum, nō pōt deponi. Fundatur hæc opinio primo super facto Marcellini, & respōsione Episcoporum, ut patet in vigesimasecunda distinctione, Cano. nunc aūt. & sūt uerba Nicolai papę. Cū. n. idolatrię crimē incurrisset papa, cōgregatū conciliū videns eū compunctū corde, dixit tu teipsū iudices, prima sedes non iudicabitur a quoquā, & sic non depositus martyr effectus est post modum. Secundo super glossa in dicto c. & in c. si papa, dist. 40. & multis doctoribus. Tertio super ratione, quia cum hęreticus nomen sit uitii, & papa hæreticus sit deponendus, tandiu deponendus venit quādiu hæreticus seu a fide deuius est: ac p̃ hoc si pœnitet eū sui delicti, nō est amplius hæreticus, aut a fide deuius, & consequenter non subiacet amplius pœnæ depositionis. Et firmatur hæc ratio super dictis Gratiani in Decretis 37. q. 1. de Matrimonio inter raptorem & raptam, ut patet in Can. nullus. Quarto, sup authoritate Apostoli ad Titum tertio, hæreticum hominem post unam & secundam correctionem deuita. Si. n. deuitatio non sequitur crimen hæresis, sed secūdam correctionem, a fortiori nec depositio.

Altera opinio est, quod, papa propter crimē hęresis potest deponi. Et hæc fundatur super hoc, qđ reus est & obnoxius pęnę criminis quicunque crimen illud admisit, etiam si non perseueret in illo, ut patet inductiue. Qui enim semel homicidium commisit, reus est pœnæ homicidii: & simile est de adulterio, simonia, furto, blasphemia, periurio, & sic de aliis: sed papa propter hæresis crimen pœnę depositionis reus est, ut communiter doctores ex c. si papa 40. dist. moti dicunt. Non ergo exigit perseuerantia in hæresi: sed sicut si pro adulterio deponendus foret, sufficeret ipsum adulteriū commisisse, ita quia pro deuiatione a fide deponendus dicitur, sufficit quod hæresim incurrit. Et cōfirmat quia alii prælati, puta Episcopi ex hoc solo, qđ damnatam incurrunt hęresim, in foro ecclesiæ sunt ipso facto excommunicati, & possunt declarari priuati, cōstito de crimine. Et cōfirmat iterū, qa si papa paratus corrigi non pōt deponi, cum centies in ueritate possit relabi & resurgere, sequeretur quod centies relapsus, paratus tamen corrigi, non posset deponi: quod est fatuum.

Licet autem hæ duæ opiniones contrariæ uideātur, ad medium tamen expositę discordes nō inueniunt. Vñ media, rōnabilisque sententia est, quod papa hæreticus post duas monitiones deponēdus est, ipso Paulo Apostolo hoc diffiniēte ad Titum Tertio. Hæreticum hominē post unam & secundā correctionē deuita. Et rationem quare nō amplius sustinendus est, assignās subdit, Sciēs, quia subuersus exponit, Perditus, & in uerbo, eiusmodi est. Vbi gl. interlinearis in uerbo, Subuersus exponit, Perditus, & in uerbo eiusmodi exponit, Incorrigibilis. Et est intētio literę, q̃ qa iudiciū humanū dat f̃m id, q̃ ut in pluribus inuenitur & f̃m cōem cursum, qui ab ea, quam uerā sponte professus est, fide declinat primo, & post unam correctionē, secundo, & post secundam correctionem, tertio abiiciendus tamq̃ incorrigibilis censetur, idcirco papa hæreticus post primam & secundam motionem delinquens in fide deuitandus est depositione.

Non enim possunt fideles euitare papam manentem, cūm ex eo post Dominum Iesum omnium salus dependeat, ut dī 40. di. si Papa. Quia ergo Apostolus hęreticum hominem post duas correctiones delinquentem in fide, non sustinēdum, sed deuitandum præcepit, consequens est primo, quod quantuncumque Papa hęreticus post duas correctiones relapsus, peratus sit corrigi, non solum pōt, sed dēt deponi. Et merito, ne in infinitum protrahatur humanum iudicium, sed limite aliquo terminetur. Rōnabilis autē terminus est statutus trinus error cum trina motione, prima, in professione fidei, & duabus post deuitationem subiunctis, ita qđ tertius error tres monitiones contempsit, sicut hæretici relapsi post professionem, excommunicationem & adiurationem, non amplius admittūtur ab ecclesia. Consequens secundo est, quod ante correctiones nō est deponendus papa hereticus, qui propter hæresim non est excommunitus, sed excommunicandus depositione. Et propterea in eo ad literam seruādum est præceptum Apostoli de publica correctione, q̃ in aliis inferiorib. propter adiunctam excommunicationem latæ sententiæ, quam tullit ecclesia cōtra hæreticos, non seruatur. Alii. n. quia excommunicati sunt post ab ecclesia statim euitantur. Papa aūt, quia excommunicatus non est sicut nec excommunicati erant hoīes hęretici tempore Pauli Apostoli; sed excommunicādi, post dua correctiones deuitandus est: Duplex. n. correctio a Paulo concessa non abstulit potestatem ab humano iure rigorosius procedēdi contra hęrticos subiectos humano iuri, sicut concedendo ius diuinū matrimonium cum sorore consobrina, nō ademit potestatem ecclesię inhibendi tale coniugium, sed ostendit quin secluso humano iure seruandū est, propter quod papa ut patebit, solo diuino iure iudicandus, deponendusq; uenit, qa illi soli subiectus est, ideo in eo solo apostolica regula seruanda remansit, cæteris pp hæresim ab ecclesia excommunicatis. Nec obstat dictis, si dicatur quod hęretici etiam tempore Pauli erant excommunicati ab ipso, ad Gala. primo. Cum enim sententia illa se extēdat ad superiores. s. Angelos de cælo, & constet qđ nullus superiorem sub quacunque conditione excommunicare potest, consequens est, quod non fuit excōmunicatio, sed denunciatio quod a Deo anathema fieret quicunque etiam Angelus de cælo,

lo, si contra Euãgelium Christi prędicaret. Et hoc est denunciare separatum esse a Deo, & dignũ excommunicatione ecclesię quo ad homines. Et confirmatur ex S. Th. ibidem dicente, ꝙ sentẽtia illa ab apostolo data est authoritate euangelicę doctrinæ promulgata, Ioan. 10. c. Sermo, quem fum locutus, ille iudicabit eum in nouissimo die. Constat nanque quod excommunicandos ab ecclesia non excommunicatos ab eadem, cõstituit sermo diuinus contradicens sibi.

Ad rationes igitur primæ opinionis, vnico verbo dicitur, ꝙ papa post secũdam correctionem deuius a fide, non admittitur vt paratus corrigi apud humanum iudicium: sed tanquam incorrigibilis hęreticus cẽsetur. Quanquam apud Deum semper possit corrigi, & forte in veritate sit correctus.

Ad rationes autem alterius opinionis dicitur, ꝙ vbi est speciale ius, nõ oportet ex communi procedere iure. In hac autem causa est specialẽ ius apostoli, & satis rationi consonum, & sty. o ecclesię in excommunicandis personis, præsertim in persona tã excellentis dignitatis. De aliis autem episcopis iam reddita est ratio dissimilitudinis, quia scilicet non sunt in illo statu, in quo erant tempore apostoli ꝓpter supueniẽtem ecclesiæ excommunicationẽ, qua hæretici sunt statim vitandi, & propterea possint declarari priuati, propter tamen dignitatẽ eorum, & fragilitatem humanã vnica correctio declarationem si præcederet, misericordia æquitatis esset. Faciunt ad prædicta, quæ scripsit D. Th. in 2.2. q. 11. artic. 3. & quarto de receptione hęreticorum ab ecclesia.

CAPVT XXIIII.

Opinio quod Papa propter incorrigibilitatem in quocumque notorio crimine scandalizante ecclesiam, subijciatur concilij potestati, ita quod possit ab eo deponi.

EXpedita relatione papę in casu hęresis ad concilium, oportet in aliis extra hæresim casibus decernere, si papa subest potestati depositiuæ concilij in alio casu, quam in casu hęresis. Et nunc quidem vere casus, qui peccata sunt, tractãdi sunt: postmodum de euẽtuum casibus sermo erit. Est igitur nonnullorum opinio, quod papa extra casum hęresis deponi a generali concilio põt. Probaturq; hoc ex septem capitib⁹. Primo, ex ratione criminis papa potest deponi pro hęresis crimine: ergo & ꝓ aliquo alio. Probatur sequela, tum primo, quia aut hoc est singulare in hęresi ratione grauitatis, & hoc non, quia odium Dei est grauius peccatum hęresi: vt patet in 2.2. S. Tho. q. 3. art. 2. Aut ratione damni ecclesię, & hoc non, quia plus nocet ecclesię Papa, omnia beneficia vendens, prauos extollens, bonos deprimens, tyrannidẽ exercens, vitiorum dux, blasphemiæ auaritię, &c. notorie plenus, quam si pertinaciter sentiens, quod Spiritussanctus non procedat a filio, recte alius viuat, & hanc hęresim solus teneat. Tum secundo, quia in sacra scriptura non inuenitur specifice expressum, quod papa possit deponi magis pro hęresi, quam alio crimine: relictũ est ergo interpretationi doctorum, & canonum. Et sicut Bonifacius papa & martyr expressit casũ hęresis dist. 40. si Papa, ita potest casus incorrigibilis notorij, & scandalizantis ecclesiam criminis, excipi, vt Glos. ibidem sentit. Tum tertio, quia qui potest in maius, potest in minus, vt dicitur, in c. ex parte, extra de Decimis: sed concilium potest iudicare Papam de maiori crimine, puta hęresis, ergo de minore, scilicet simonia notoria &c.

Secundo, ex parte abusus potestatis, constat nãque, quod gladius de manu furiosi potest, & debet auferri: inuasor & occisor corporũ detineri, & pertinax in proposito in custodiam poni, quantò magis seuiens in perditionem animarum papa gladio papalis potestatis abutens, illo priuãdus est, tanquã phrenetjcus & ebrius, suarum passionum commotione actus. Cogit enim alios malefacere suo exemplo, & apostolus testatur ad Gal. 2. dicens ad Petrũ: Cogit gentes iudaizare Gloss. conuersationis exemplo. Et confirmatur, quia si papa vellet mulierẽ opprimere, vel occidere, posset & repelli & percuti & occidi, cũ moderamine inculpatę tutelę: a fortiori si opprimit ecclesiam, si occidit animas, resistendũ primo, & si opus est, occidendus depositione est. Et confirmat hoc ex rõne finis potestatis acceptę, qa scilicet ad ędificationem est, & nõ in destructionẽ.

Tertio, ex parte obligationis ipsius papę: tenetur enim papa ad purgationem sui cum infamis est de crimine scandaloso, vt patet de Damaso accusato de adulterio, teste Hiero. de viris Illust. & de Sixto, Leone & Symmacho. 2. q. 7. Et probatur ratione, qa tenetur pascere oues suas, & constat quod scandalũ depascit oues. Purgationi autẽ subiectus si deficit, iudicandus est. igitur papa potest ab ecclesia de alio crimine, quam de hęresi iudicari. Et confirmat authoritate Greg. in c. si quis. 2. q. 7. dicentis. Si qs sup hoc nos redarguere voluerit vel extra authoritatẽ facere nos contenderit, veniat ad sedem apostolicam, vt ibi ante cõfessionem beati Petri mecum iuste disceptet, quatenus vnus ibi ex nobis suscipiat sententiam suam. Nec hoc, inquit, Gerson ex humilitate, sed ex debito Greg. fecit.

Quarto, ex parte ecclesię: quia sicut papa spõsus potest dare libellum repudij ecclesiæ suæ sponsę, renunciãdo papatui, ita econuerso, cum non debeãt quo ad impar, iure cẽseri, & potior adducitur ratio pro ipsa contra sponsum, vel quia prostituere eam quærit quantum in se est, vel tyrannide sęua lanian do eam, vel placitando, bona sua dissipando vel qa abuti conatur ea in perniciem filiorum. Et confirmatur hoc: quia ad communitatem totam spectat principis correctio, vel destitutio, apud Aristo. in 5. Politic. si inemendabilis perseueret. Et hęc potestas inauferibilis, vel inabdicabilis est a communitate libera, quanto magis hoc habebit ecclesia.

Quinto, ex parte diuinæ prouidentiæ. Cũ enim, Dei perfecta sint opera, & ecclesia op⁹ ipsius immediate sit (multo magis quam synagoga, cui tñ dicit. Quid vltra tibi debui facere, & nõ feci, Esa. 5.) oportet ecclesiæ regimini, & corpori perfecte, prouisum esse. Constat autem, quod perfectũ non est corpus, quod non potest putrida a se membra abijcere, vel sanare, sed cum totius damno euidenter emergente oportet sustinere. Et similiter non est perfecte dispositum regimen, quod non potest commune bonum necessarium conseruare, abijciẽdo, manifeste & notorie commune bonum vsurpantes, diripientes &c. Hæc. n. omnia papa notorie scandalizans, simonia, luxuria, blasphemijs tyrannide, promotione indignorum, &c. manifeste facit contra bonum charitatis commune ecclesię militantis, & triumphantis bonum.

Sexto, ex parte decretorum & gestorum concilij Constantien. & Basilien. In concilio nanque Constantien. depositus fuit Ioan. 2 quem ipsi tenebant, vt verum Papã, & Benedictus 13. de consensu suæ obedientię. In concilio quoque Basilien. depositus fuit Eug. 4. & creatus Felix, Stephanus, Christopho

rus,

rus, Benedictus: Greg.9.Ioan.12.Et confirmatur locus iste authoritate multorum doctorum sentientium idem quod Concilia ista: vt patet de gloss. in c.si Papa.dist.40.& sequacibus.

Septimò,ex parte naturę iudicij humani,s.ſm allegata & probata,vel præsumpta iudicātis.Quo fit, ratione præsumptę hęresis papa nō hęreticus propter contumaciam:iuxta c.cum contumacia,de hęr.li.6. Vel per mansionem in excōicatione per annum deficiente purgatione,iuxta c.excōicam⁹, extra de hęre. Vel dum timore mortis actus hæreticales exterius tantū fecit: vt de Marcellino dicitur vel simili timore verba hęreticalia absque intētione protulit:vel si per falsos testes conuincitur hęreticus relapsus, vel dum suam excusationem in causa fidei probare non potuit.Ex his & similibus creditū,Papā in casibus pluribus incorrigibilib⁹ subesse iudicio Cōcilii gñalis, sic vt possit ab ipso deponi.

CAPVT XXV.

Discussio et determinatio,ad quam legem spectet determinare casus,in quibus iudicio Concilij subest Papa.

DIctæ autem opinioni cōi sententia doctorum Theologorum, & Canonistarum antiquorū obuiat,tenens,ꝙ si sit catholicus papa non iudicatur a quocunque iudice in terris,iuxta c.si Papa,40. dist.c.oues. 2.q.7.

Et quoniam hincinde multum disputatur,oportet primò videre in quo consistit hęc difficultas, vnde.s.quęstionis veritas pendet:quo ignorato veritas huius latet,& quo cognito veritas liquet.Nisi enim hoc sciatur, continget quidem aliquem verum assequi, sed nescire se verum assecutum.

Sciendum est igitur, quòd tota difficultas pendet ex hoc.An iure diuino vel humano papa in casu criminis,quodcunque sit illud, deponendus sit in potestate ecclesiæ,seu Concilij. Si.n.lex diuina exigitur ad faciendam exceptionem hanc,s.ꝙ in casu criminis hęresis possit ab ecclesia deponi,lex quoque diuina exigitur,statuens quod propter tale crimen,puta notorium, scandalizatus & pertinax deponi possit.Et si solum ius humanū sufficit ad statuendum, quod papa in casu hęresis est deponendus,solum quoque ius humanum sat est ad statuendū,quod papa propter notoriū crimen deponatur.

Dicētes,quod ius diuinum exigitur, fundant se super hoc, quod licet Petrus potestate ministeriali ecclesiæ sit iunctus papatui,factus iam papa diuina lege est supra ecclesiam & Cōcilium:ac per hoc nulla inferiori lege potest subijci,(nec simpliciter in casu) Concilio,aut ecclesiæ, sed sola diuina lege. Et quia lex diuina in solo casu hęresis subdidit illum potestati ecclesiæ ministeriali, vel vt aliis placet authoritatiuè: ideo in solo hoc casu iudicari deponique potest. Quod cūm casus hęresis inueniatur exceptus in lege diuina,patet ex multis inductis textib⁹ sacræ scripturę,expressè separationem ab hęretico quocunque iudicantibus.Quod autē solus sit exceptus,patet ex sententia Saluatoris,Matt.23.Super cathedram Moysi sederunt Scribę & Pharisęi.omnia ergo quæcunque dixerint facite, ſm autem opera eorū nolite facere.vbi Dominus apertè statuit subditos debere audire Prelatos malę vitę,& bonę doctrinæ. Constat autem quod doctrina ad fidem spectat: vita autem & opera ad malos mores aliorum criminum.secundum igitur sententiam Domini, audiendi sunt fideles prelati,quamuis mali. Confirmatur quoque eadem sentētia a Petro apostolo in prima Epistola 2.c. Obedite prępositis vestris, non tantum bonis & modestis,sed etiam discolis.

Dicentes autem quòd ius diuinum nō exigitur: sed Deus relinquit hoc in manu consilij humani sicut & multa alia,fundāt se super hoc,quod opus purè humanum,secundum se,nec bonū, nec malum moraliter,subiacet plenariè legi humanæ: coniunctio autem inter Petrum & papatum est opus purè humanum quandoq; bonum,quandoq; malū:ergo subiacet plenariè legi humanæ; ac ꝑ hoc lex humana disponere potest de illa coniunctione,qd qñ est bona,perseueret,qñ mala,dissoluat. Dixi, Opus purè humanum,ad differentiam operationū sacramentalium quæ non sunt pure humanę.In cōiunctione autem Petri cum papatu sola humana actio interuenit,coniungens electionis actu vtrunq; supponendo materiam formę:vt patet ex hoc,quod si cessat a papatu, vt Celestinus fecit) nihil diuini operis in se restat,sicut restat in episcopo renunciante, & in sacerdote degradato potestas ordinis a Deo data:sine pęnitentia nanque sunt dona Dei: vt dicitur ad Rom.11. Dixi secundum se nec bonum,nec malum moraliter,ad differentiam actuum secundum se bonorum,(vt credere,amareque &c.)& secundū se malorum: vt blasphemia Dei mēdacium,& similia: hęc.n.naturali diuinoque iure regulantur.Coniunctio autem Petri cum papatu quandoque bona est vt patet in tot sanctis Romanis pontificibus: & quādoque mala,vt patet in multis eisdem sceleratis quos vtinam nescire licuisset.Et confirmatur:qa potestas ministerialis existens in ecclesia ad coniunctionem Petri & papat⁹,regulatur humana lege, vt patet de actu electionis papę,qui irritus & null⁹ ab humana lege si non seruatur, redditur. Vnde sicut Bonifacius papa & martyr ꝓmulgauit quod in casu hęresis potest papa iudicari & deponi potest alia lege humana promulgari quod pro simonia in beneficio possit deponi,& sic de aliis maximis excessibus,obseruata consonantia legis humanę ad naturalem & diuinam.Et etiā sine noua lege(quia in defectu manifesto humanæ legis locū habent gnome & ἐπιεικεία.) posset papa ex notorio excessu scandaloso & incorrigibili deponi sicut pro hæresi.

Si quis autē diligentius perspiciat,videbit,quod diuina lege opus est statuente casus depositionis papę.nec vlla lege humana potest, aut potuit hoc fieri. Quod probatur ex ratione humanæ legis breuissime & clarissime sic,Omnis lex ecclesiastica potest tolli & mutari a papa: ergo nulla lege humana potest contra papam inuitum procedi. Antecedens constat ex eo ꝙ est Dominus iuris positiui. Consequentia est euidens, quia ex quo potest tollere legem & non vult subire ipsam,tollet eam: & sic nihil contra eum fiet.

Et licet hęc ratio sufficiat: quia Papa diuina authoritate hoc potest; & nulla deuolutione, interceptione, inchoatione, appellatione, suspensione,aut quouis alio termino potestas sua minuitur, aut impeditur in his quę sunt positiui iuris,attamē ex propriis rationibus potestatis ecclesiasticæ concurrentis ad propositum,idem ostenditur.Quadruplex namque potestas hic nominatur. Primò,potestas papalis, de qua cum par in parem non habeat imperium,non oportet solicitari. Secūdò, potestas ecclesię seu concilii vniuersalis, supra papā simpliciter & absolute.Et hæc nihil est,sed chimera: vnde nullum effectum in mille quingentis annis in ecclesia Dei habuit omnia enim, iura positiua subiecta sunt,& fuerunt semp papæ,velit nolit concilium testante hoc vniuersalis ecclesiæ ꝑ orbē diffusę obseruantia.Tertiò,potestas authoritatiua concilij supra

papam

papā in casu criminis, puta hæresis. Et hęc potestas licet minus rōnabiliter poni videatur. Verūtñ atte statur proposito: quia ponentes eam in solo casu, a diuina lege statuto dicunt eam posse exire in actū. Quartò, est potestas ministerialis ecclesiæ, quæ hēt pro obiecto coniunctionem personę cum papatu. Et hęc etiam attestatur proposito: quia cum ipsa nō se directè extendat supra coniunctionem Petri & Papatus in facto esse sed in fieri (quia nihil pōt supra cōiunctum. ſ. Petrum papam, vt pote superiorē iam nominatum, ac per hoc ministerialiter constitutum:) consequens est, q̄ ad ipsa nō spectat determinare dispositiones coniuncti, ſ. Petri papæ dispo nentes ad dissolutionem cōiunctionis: nam dispo sitiones tales aduenīūt coniuncto iā facto, ad quod non se extēdit potestas ista. Et propterea nisi diuino aut naturali iure dispositio Petri papæ ad dissolui tionem determinata sit, potestas ista non potest exi re in actum dissoluendi, vtpote non habens patiens dispositum, nec potens per seipsam, illud disponere determinando, quæ est dispositio subiiciens subie ctum, ſ. Petrum papam tali potestati. Et ex hac con clusione, ſ. q̄ lex diuina exigitur statuens casum de positionis papæ, patet q̄ ignoranter procedāt quot quot ex vi canonici iuris procedunt ad ostendēdū, quòd papa ex crimine notorio scandaloso, & īcor rigibili deponi pōt, vt glossa super canone, si papa, dist. 40. & super canone Agathius & 24. q. 1. nescíens quid dicat, errauit cum tota multitudine sequaciū. Oportet nanque ex iure diuino casus inuenire sub iectionis papę ad concilium, ex quo iure diuino ip se absolute est supra concilium, & vniuersam eccle siæ communitatem. Et hic iacet Lepus: non est hac illacque amplius uagandum. Vnde ipsamet glossa veritate inducta, dicit quòd papa nō potest statuere, quod nō possit iudicari de hęresi: hoc. n. iō verū est, quia diuino nō humano iure iudicium hoc ī casu hīſis statutum est: nam iuris humani papa est Dñs.

Ratio autem in oppositum allata nō concludit oppositum: quoniam opus humanum indifferens subiici humanę legi, potest intelligi dupliciter. pri mò quo ad modum fiendi; & sic est verū. Secūdò: quo ad ipsum fieri ſm suam substantiam. Et sic est falsa: vt patet de abscissione ligni vel ferri, præcidi si quidē potest bene & male moraliter, & lege huma na determinari potest, qñ bene & qñ male: sed non spectat ad humanam legem, si pōt vel non pōt p̄ci di: sed ad naturalem potentiam præcisoris, & dispo sitionē subiecti cędendi. Vnde in proposito huma nę legi subiicitur modus actionis, quo coniunctio Petri & papatus fit, aut dissoluitur: sed si ptās ista po test exire in actum ex altiori pēdet principio. Nam non potest exire in actum coniunctionis nisi uacā te sede: & tunc in subiectum dispositum, ſ. Christia num voluntarium. Depositionis verò nisi dispositio subiecto, aut per recessum a Christianitate, aut p recessum a voluntario, vt patet de papa hęretico vel renuntiante. Propter quod non potest lex humana statuere, quòd coniunctio papatus & Petri, quādo est mala propter alia crimina ab hæresi, dissoluatur: non potest, dico efficaciter statuere coactiue: quia papa criminosus posset illam legē tollere; cum par in parem non habeat imperium.

CAPVT XXVI.

Quot casus criminum sint diuina lege statuti, vt possit Concilium Papam deponere.

QVia igitur ad solam diuinam legē spectat determinare casus depositionis papæ, in ipsa, & ex ipsa scrutari oportet, quot sint casus depositionis papæ. Et vt probabitur, solus casus hęresis est a lege diuina, in quo papa potest deponi ab Ecclesia, siue authoritatiua, siue ministeriali potestate non curando in proposito.

Probatur hoc tripliciter, ſ. ratione ex principiis theologicis certis, & authoritate sacrorum doctorum, & diffinitione sacræ scripturæ. Rō est ista, Cōstat, quod secluso papa, in ecclesia est potestas electi ua papæ, seu applicatiua papat⁹ ad Petrum, quomo docunque vocetur, habet pro obiecto coniunctio nem personę, & papatus in fieri & in dissolui, ut pa tet de actu electionis, quo Petrus fit papa de actu de positionis, quo Petrus papa hæreticus incorrigibi lis deponitur. Constat etiam, quod ad hoc quod Petrus fiat papa efficaciter, ita quod sit, papa, & cō sequenter ad hoc quod potestas illa Ecclesię exer ceat actum constructiuum coniunctionis efficaci ter inter Petrum & papatum aliquæ dispositiones requiruntur in Petro de necessitate simpliciter, ali qua ad bene esse. Requisitæ de necessitate simplici ter sunt duę, simpliciter esse uoluntarium, & esse Christianum, numquam enim aliquis quantum cunque, est papa, nisi consentiat: & similiter non est papa, nisi sit membrum Christi. Secunda dispo sitio exigitur de iure diuino: & quia ordo gratiæ p̄ supponit ordinem naturę, prima dispositio exigi tur de iure naturæ Requisitę autem dispositiones ad bene esse, sunt boni mores, scientia ecclesiastica, charitas, experientia regiminis, & huiusmodi; si ne his enim Petrus si est electus acceptat, est papa, quamuis ineptus & malus. Cōstat etiam, quod qa facilius est destruere quam construere duabus si mul requisitis necessario conditionibus ad con structionem, quecūque etiam deficiat, solui potest coniunctio ista. Nanque si petrus non uult ampli⁹ esse papa, potest renuntiatione dissolui coniunctio ista: & dissoluitur dum acceptatur renuntiatio, ut patet de Celestino. Et rursus, si Petrus papa labitur in hęresim incorrigibiliter, potest deponi inuitus, ex quo desiit, quantum est ex se esse, membrum Christi: sicut in primo casu desit esse uoluntarius. Hęc omnia certa sunt, ex quibus necessario sequi tur, ut deficientibus Petro conditionibus, quæ nō sunt necessariæ simpliciter, sed ad bene esse, non ppea sit dispositus, ut possit dissolui coniunctio il la, ut possit attingi Petrus a ptāte depositiua. Nā di spositiones illæ, quę non requiruntur in subiecto ad hoc quod vniatur efficaciter formę: sed tam cū cis, quàm cum suis cōtrarijs vniri potest formæ, & constituere compositum, non sunt tales vt earum contrariæ pertineant ad dissolutionem compositi. Quod est dicere, quod si Petrus sceleratissim⁹ & cri minosissimus, scandalosus, & incorrigibilis, Chri stianus tamen & consentiens, sit & est papa, si eliga tur, oportet, quod huiusmodi crimina superueniē tia Petro iam papę, aut perseuerantia, etsi reddāt ip sum malum papam, & nō solum malum hominē, non tamen reddunt ipsum deponibilem. Ex quo enim ad bene esse papæ requiritur bonitas, & non ad esse papam, consequens est quod malitia ad malè esse papæ & non ad non esse papæ spectet: ac per hoc sicut non spectat bonitas ad esse, quod est effect⁹ depositionis Ex his patet ratio, & potest forma ri breuiter sic. Sola contraria conditionibus neces sario requisitis ad esse papæ reddunt papam depo nibilem: sed inter crimina infidelitas contrariatur conditionibus necessariò requisitis ad esse papę: er go sola infidelitas inter crimina reddit papam de ponibilē. prima propositio patet ex hoc, quod de-

positio

positio est non esse papæ,& vnumquodque in suo esse perseuerat, si contrarium non superuenit. Nũquam enim homo desineret esse,si non superueniret aliquod contrarium illi esse:& simile est in aliis. Secunda autem propositio probata est:quia cætera vitia contrariantur conditionibus requisitis ad bene esse papæ.Hanc rõnem vellem in statera poni:& non friuolas & apparentes,per accidentia vagantes.Hęc de primo.

Autoritates sanctorum sunt in primis Anacleti papę & martyris:& habetur 79.dist. canone,electionem.Si namque papa poſset propter crimina deponi,sicut alij episcopi,frustra dixisset, quod electionem summorum Põtificum sibi Dñus reseruauit. Deinde Bonifacij papę,& martyris,& hẽtur 40.di: ca.si papa.Nisi,inquit,a fide deuiauerit papa,redarguere eius culpas mortalium nullus præsumit.Vbi solum infidelitatis crimẽ subijci iudici a quo papa potest iudicari;quem constat esse vniuersalem ecclesiam,seu Concilium generale:ab eodem.n. excipit,quo negat redarguendum id fore.Sanctus quoque Eusebius papa,(& habetur secunda q. septima, in c.ones)dicit,Oues quę suo Pastori cõmisę sunt cum nec reprehẽdere nisi à fide exorbitauerit, nec vllatenus accusare possunt. Sanctus Anterius papa & martyr,(& habetur nona quęstione 3.in c.facta) inquit,Facta subditorum iudicãtur à nobis:nostra vero iudicantur a domino.Et quod loquatur de factis peccatorum,patet ex eo quod subdit,Deteriores sunt,qui vitam,moresq; bonorum corrũpunt, his qui substantiam aliorũ prædiaque diripiunt. Sanctus Beda(& habetur nona quæstione tertia,ca non.Episcopo)tractans de iudicio peccatorum,ait, sola.n. Romana ecclesia sua authoritate valet iudicare de omnibus:de ea verò nulli iudicare pmittitur.Sanctus Bernardus Innocentio secundo scribens,inquit,Quis faciet mihi iustitiam de vobis, si hẽrem iudicem,ad quem uos trahere possem,iam nunc ostenderem uobis,vt parturiens loquor qd mihi imminet.extat quidem tribunal Chri,sed absit vt ad illud appellem vos.Sanctus Th.in 4.sen.di. decimanona, q.secunda.ar.2.q.3.ad secundum,dicit.Quamuis Prelati sint corripiendi a subditis,nõ tamen est pena infligenda,sed recurrendum est ad superiorem denuntiãdo,vel si non habes superiorem ad Deum,vt eum emendet,aut de medio tollat.Et ibidem ad primum exceperat crimen infidelitatis,cum dicit,Prelatus minor fieret,si in infidelitatem laberetur,& subditus fidelis maior.

Et licet hæ authoritates deberent sufficere ad pmulgationem diuini iuris[quia tot sanctorũ sunt, & spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines,vt dr,secundæ Petri.1.c.] ad maiorem tamẽ firmitatem debiliũ Symmachus papa in c. aliorũ, 9.q.3.dicens,Aliorum hominum cãs Deus uoluit per homines terminare: sed sedis istius prẽsulem suo fine quæstiones reseruauit arbitrio. Et quod loquatur de causis peccatorum,patet ex eo quod subdit dicens,Voluit beati Petri Apostoli successores cælo tantum debere innocentiam & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam habere conscientiam. Et excludens obiectionem subdit,Nolite ęstimare eas animas inquisitionis non habere formidinem,quas Deus præ cęteris suo reseruauit examini,&c.Innocẽ.3. in sermone consecrationis papæ dicit,In tm̃ mihi fides est necessaria,vt cum de cętteris peccatis Deum iudicem habeam,propter solum peccatum quod in fide committitur,possem ab ecclesia iudicari.Bonifacius quoq; 8. in extrauagan-

A ti,vnam sanctam,dicit.Si deuiat suprema potestas, à solo Deo iudicatur,ut superius allegatum est. Albertus mag.Petrus de Pal.Herueus Vlricus Au. de Anch.& alij quos refert dom.Io.de Tur.Creme. in li.de ecclesia,hanc uiam secuti sunt quibus magis credendum est,quã canonistis multis,ad quos non spectat,nisi secundario de iuris diuini rebus tractare,sicut de vsura,sacramentis ecclesię,hæresibus,& huiusmodi.Hæc de secundo.

B Diuina scriptura solum casum hęresis aperte excipit,(ut supra allatum est,) hæreticos separandos ab ecclesia instituit,& sanę doctrinę Prelatos, malorum autem morum tolerandos cõstituit.Hoc.n. nihil aliud est,quam dicere,pro solo hęresis crimine deponendum instituimus quantum est ex diuina lege,prælatum;ac per hoc iuri humano reliquas depositionis causas diminimus,quo ad subditos iuri humano,de non subditis enim nullus statuit. Et de hęretici quidem separatione extant textus pauli Apostoli & Ioan.Euangelistę iam dicti. De tolerationeverò,imò obedientia & audientia malorum Prelatorum fidelium,extat sentẽtia Domini,Matth.23.Super cathedram Moysi,&c.& Petri Apostoli.Obedite Præpositis discolis,qui iam inducti sũt. Et nunc adiungitur sententia Domini,Luc.12.manifestans iudicium papæ mali in seipsum & in proximum,agẽdum per ipsum Dominum,dum respõdens Petro ait,Quis putas est fidelis dispensator & prudens,quem constituit Dominus super familiã suam,&c.Et subdit de eodem Quod si dixit seruus ille in corde suo.Moram facit Dominus meus venire,& cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat,& hora quam nescit, & diuidit eum partemque illius cum infidelibus ponet. Vbi notandum est primo,quod ad literam loqtur de seruo constituto super familiam,i.ecclesiam,vt gl. interlinearis exponit.Quod patet ex officio,s. ut det illi ī tempore tritici mensuram,& ex prẽmio, Beatus ille seruus,quoniam super omnia bona sua constituet eum.In quo apparet differentia(ut gl.di

D cit)inter subditum & prelatum benefacientem, qa subdito promittitur quod præcinget se Dominus transiens ministrabit illi,prælato uero quod super omnia bona sua constituendus.Notandum est secundo,quod distinguit manifestè crimina tria, in seipsum,in proximum,& in Deum, ac per hoc cõprehendit omnia.In seipsum per gulam, & ebrietatem,scriptum est.n. Propter crapulam multi obierunt,qui abstinens est, adijciet uitam eccles.37.in proximum,per percussionem suæ curę commissorum vtriusque sexus.In Deum per infidelitatem.Et

E non describit dispensatorem criminosum in Deũ per infidelitatem,sed in seipsum & in proximum, & dicit seruum talem confidentem in mora Dñi iudicandum a Domino per mortem, qua diuidet a familia,& per damnationem æternam cum infidelibus.Hęc manifesta sunt in litera, & clare ostenditur quod diximus,scilicet quod quantum est ex lege diuina,prelati de criminib. cæteris a Dño iudicandi statuuntur:de infidelitate aũt ecclesiæ iudicio dimissi intelliguntur,ac per hoc si alii prelati nõ subessent iuri humano, quod superapposuit suis subditis alias cãs criminũ iudicandas,ab ecclesia non essent iudicãdi & deponendi nisi pro infidelitate,sicut papa, qui qa soli diuino iuri subest in casib. a diuino iure toleratis,nulli subijcit.Quia.n. sola negatio statuti casus iure diuino quo ad papã, soli diuino iuri subiectũ,sufficit ad cõstituẽdã legẽ

quod non potest iudicari aut deponi multo magis expressa toleratio casuum in iure diuino constituit ipsum tolerandum; alios autem tolerabiles, si a superueniente iure positiuo cui subiecti ex diuina lege sunt, permittantur. Vñ inter papam & alios, quo ad casum criminis iudicandi & puniendi ab Ecclesia tantum interest, quod in papa locus ab authoritate diuini iuris negatiue efficacissimus est: quia soli illi iuri subiect⁹ est. In aliis autem nec toleratio, nec negatio diuinę legis efficax est: quia quod superius ius non statuit, aut tolerat, inferius ius potest & statuere, & punire: ut manifeste patet in contrahendis matrimoniis, & administratione sacramentorum, in quibus multa permissa ex diuino iure prohibita sunt ab ecclesia in sibi subditis. Et si absque velamine aliquo obumbrante, sententia Domini perspiciatur, apparebit, quod propter Prelatum qui nullum habet supra se nisi Dominum (vtpote constitutum super reliqua familia Domini absentis.) promulgata est hęc sententia. Quod etiam ex eo habetur, quod constitutus super familiam absentis Domini neminem timere describitur, nisi Domini aduentum in cuius mora confisus tanquam nemi nem habens supra se peccare cepit. De prælatis nāque habentib. superiorem præsentē in hac vita nō consonat quod in sola mora Dñi confidant; qa habent statim superiorem iudicem quem timeant vltorem. Nonnihil quoque ad hoc confert, ꝙ Petro futuro papę hęc Dominus dicit.

Ex his authoritatibus perspicaciter intellectis habetur quod pro reliquis criminib. manifestis non est papa deponendus. Docens enim Dominus ſm opera malorum prælatorum nolite facere proculdubio de notis operibus loquebatur, de quibus dixit a fructibus eorum cognoscetis eos. Ne autem propter adiunctam scandali rationem deponendū putares, docuit Mat. 18. quod pes manus vel oculus, non tamen caput scandalizans amputaret: instruēs ad literam, quod si aliquod nobis opportunum (vt manus, pes vel oculus) scandalizās occurreret, præscindendum esset: secus autem de organo habente officium capitis sentiebat, nunquam dicens, Si caput tuū scandalizat te, abscinde illud & proiice abs te. Hanc authoritatem qui credit, Iesum Christum Dei virtutem & sapientiam omnia præuidentē, & cunctis prouidentem, non spernet, sed reuerenter considerabit, non casu nominasse Dñm manum, pedem & oculum membra summe necessaria, & tacuisse caput: sed ideo non esse mandatam præcisionem capitis scandalizantis, quia nec propter scandalum caput simpliciter præcidendū est. Dico aūt simpliciter, ad differentiam capitis in hac vel illa ecclesia. quia quantumcunque caput huius vel illius ecclesię præcidatur, semper restat caput ecclesię in terris, papa. s. Patet igitur, quod nullum extra infidelitatem crimen notorium ac scandalizans, depositionem papæ inducit. Hęc de tertio.

CAPVT XXVII.

In quo respondetur rationibus factis in ca. 24. ad probandum, quod Papa ex alio crimine quam hęresis potest deponi ab Ecclesia.

MAnifestata sufficienter veritate, quod scilicet, si papa est fidelis, nec iudicari, nec deponi potest ab ecclesia pro quocunque alio crimine quantumcunque notorio & scandaloso: superest allatis in oppositum satisfacere.

Ad primum ergo motiuum ex parte criminis neganda est sequela, quia nec maior, nec par ratio est de hęresi & aliis criminib. Et ratio iam tacta est, qa scilicet infidelitas spectat ad non esse, alia autem crimina ad male esse papæ. Cum ergo dr, aut hoc est ratione grauitatis, aut nocumenti, dico quod diuisio non est sufficiens: qa datur tertium, s. quod est rōne status. Infidelitas enim mutat statū hominis, quia facit quantum est ex parte hominis, de Christiano nō Christianum. Odium autem Dei licet sit grauius peccatum, ac per hoc faciat hominem peiorem, quàm infidelitas faciat, non tamen facit de Christiano non Christianum. Nec obstat, quod hęreticus restat Christianus inutus ex charactere: qa ꝙ non voluntarie habetur, non est ab hoīe inquantum hō, vt in principio 1.2. S. Th. dr. Propter quod fides informis saltē, & character non sunt duo cōstituentia distinctos status humanos ecclesiasticos, sed vnum & eundem statum Christianitatis constituunt complete, concurrente vtroque altero vt humano, s. fide, quæ non est, si non est voluntaria: & altero, vt hominis, s. charactere, qui & sine voluntate acquiritur, (vt patet in pueris,) & inuite conseruatur, vt patet in hęreticis. Propter quod sublata fide mutatur status Christianitatis, inquantum erat humanus: quod est mutari ipsum eo modo quo p̄ hominem mutari potest. Mutatio autem stat⁹ Christianitatis, extra Christianos hominē ponit ex propria natura, & propterea crimen hæresis non rōne maioris grauitatis, sed mutationis status deponendū cōstituit papam, alia autem crimina nō. Et licet hęc responsio sufficiat ēt ad alterum membrū de nocumēto, sciendum tñ est ꝙ aliud est loqui de nocumēto p̄ se annexo pc̄ō & aliud de nocumento annexo p̄ accidens, quia. s. est in isto hoīe sic dispositio. Si. n. loquimur de nocumento per se, maius nocumentum est annexum hæresi ipsius papæ, quam cuicunque alteri crimini, qa hęresi quantum est ex se, adhęret doctrina hęretica, q̄ in capite quantū ex se est, induceret hæresim in ecclesiam vniuersalem quo maius nocumētū inferri nequit. Si verò loquimur in isto, qui non docet hęresim, & bene gubernat, & dispensat, hoc est per accidens: & ideo despiciendum. Ad aliam probationem, s. quod non innitur in scriptura sacra expressum, ꝙ magis sit pro hęresi papa deponendus, quàm pro alio crimine, iā patet rñsio, ꝙ nō inuenitur qđ magis pro hoc quàm pro alio, sed inuenitur in sacra scriptura, ꝙ pro sola hęresi est deuitandus & declinand⁹, vt patet ex textib. inductis. Vñ nō est verum ꝙ sit hoc relictum interpretationi dictorum, & canonum, nisi sicut explanantibus, qūo ēt articuli fidei sunt relicti doctorib. & canonib. sacris. sed sicut articulos fidei declarare nō mutare possunt doctores & canones, ita legem hanc diuinam declarare non mutare, addendo aut subtrahendo possunt. Ad tertiam probationem dicitur, ꝙ illa maxima, qui pōt in maius, pōt in minus si philosophice discutiēda est, inuenitur falsa, tam de actu quàm de obiecto, quàm de effectu. Intellectus. n. qui potest in actum maiorem, s. intelligere, nō potest in actum minorem, puta adorare. Similiter visus qui potest in obiectum maius, puta lucidum, nō potest ī obiectum minus, puta sonū. Virtus quoque generatiua hoīs potest in effectum maiorem. s. hominem (homo enim generat hominem) & tamē non potest in effectum minorē, puta Leonem. Si autem politicè discutienda est, Innoce. 3. in d. cap. ex parte, inducit sub alijs verbis scilicet cui concessum est maius, minus quoq. concessum esse uidetur. dicitur quod intelligenda est cœteris paribus, modo autem cætera non sūt paria, quia in crimine hæresis, quod est maius crimen sub-

subiectum mutauit Christianitatis statum. in aliis vero criminibus minoribus subiectum permanet in eodem Christianitatis statu. ET hęc est vera resp̃sio ex parte criminis maioris,& minoris. Ex parte autem maioris vel minoris effectus iudicij,negatur minor:quia maius esset iudicare papā in statu Christianitatis de adulterio quā iudicare ipsum a Christianitate ruente de hęresi:quia in primo attingitur superior status gradus,quam in secundo, vt patet.

Ad secundam rationem (ex parte actus,s. actus) dicitur quòd fallacia consistit in hoc,quòd est auferre gladiū,resistere,impedire,& huiusmodi,& aliud est facere ipsamet authoritatiue. Auferre nanque gladium de manu furiosi,resistere tyranno,impedire oppressorem,& huiusmodi,cuilibet licet,& debitum est vt act⁹ virtutis,sed facere ista authoritatiue, soli superiori licitum est. Vnde licet cuilibet liceat vim in se & in proximū vi repellere cum moderamine inculpatæ tutelę:non tamen cuilibet licet punire eum qui vim infert. ET similiter quamuis quilibet licite possit papam inuasorem,se defendendo, occidere:nulli tamen licet papam propter homicidium punire pœna mortis. Vnde huiusmodi argumenta & similia non concludunt authoritatem iudicis ad puniēdum,sed cuiuslibet priuati debitum ad resistendum,impediendum,defendendumque: nisi quis adeo desipiat,ut dicat quemlibet esse iudicem cuiuslibet. Resistendū est ergo etiam in factē papę publice dilanianti ecclesiastica nisi pro pecunia,aut commutatione officii, & cum omni reuerentia & obedientia neganda est possessio talium beneficiorū his qui emerunt,& alleganda est causa simonię etiam cum papa commissa, & sine dubio principes seculi & clarius gladium de manu furiosi sic cum modestia tollerēt. Multę quoque sunt viæ, quib.absq. rebellione principes mundi & p̃lati ecclesiæ,si vellent vti,resistentiam,impedimentumq; abusus potestatis afferrent. Sed q̃n principes & prę-lati non curant nisi quasi somniando,cur conquerunt q̃ non p̃t deponi:cur opponunt,quod potestas data est in ędificationē,& non in destructionē. Abusui nāq; p̃atis, q̃ destruit,obuiā eant cōgruis remedijs, non obediendo, in malis non adulando,nō racēdo,arguēdo,aduocādo illustres ad increpandum exemplo Pauli,& præcepto eiusdem,Dicite Archippo,Vide ministrum quod accepisti ī Domino,vt illud impleas ad Col. vlt. &c.) & parū aut nihil abuteretur potestate.

In respōsione tamen ad quintum habebis vltimam satisfactionem huius argumenti.

Ad tertiā rōnē ex parte ipsi⁹ papæ, dr̃ q̃ ēt est falsa:nā aliud est purgatio ad remouēdū scandalū, & aliud est purgatio ipsa corā iudice. Ad primā tenet papa deiure diuino,ad secūdā nō,vñ Dam.nō corā gñali concilio,sed coram 40. EPISCOPIS se purgauit, vt patet 2.q.7.nos si competenter. Et Gregorius ipse testatur, quod ex humilitate exhibuit se ad iudicium,ut patet 2. q.7.ca.Petrus.ubi ipse Gregorius dicit.Petrus potestatem regendi acceperat: & tamen idem Apostolum primus querimoniæ cōtra eum a fidelibus factæ,cur ad Gentes intrasset,non ex potestate officii (qua posset dicere, Oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant) sed ex authoritate diuinę uirtutis,qua Gentiles accceperant Spiritum sanctum, respondit. vbi apparet,quod ipse imitatus est Petrum Apostolum,non vtendo potestate sua,& quod potuisset illa vti.

Ad quartam ex parte ecclesiæ ut spōsæ, breuiter dicitur: primo, quod papa non potest inuitam ecclesiam deserere; quia non potest iuri ecclesiæ renunciare; Prelatus enim est propter ecclesiam, & non econuerso: vt super Epistolam ad Col. in fine diuus Tho. dicit.

Secundò, quod non est par ratio ex utraque parte:quia ecclesia est subdita papæ & non econuerso. Nec etiam in lege Moysi uxor poterat dare libellū repudij viro. Nec est periculum de ipsius dilaniatione:quia scriptum est, PORTÆ inferi non prevalebunt aduersus eam. Ex parte uero ecclesię ut communitatis liberæ, breuiter dicitur, quod licet sit libera libertate gratiæ, est subdita tamen secundum iurisdictionem papæ. Vnde ipsa ecclesia non abdicauit a se potestatē supra Prīcipem, sed Iesus Christus Dominus ecclesię non subiecit eam ipsius cōmunitati ecclesiæ, sed suo vicario; & ꝓpterea nihil pōt supra suū principem. Non sic est de aliis cōmunitatibus, de quibus affertur Aristot.

Ad quintam, (ex parte diuinæ prouidēti ę, & operationis immediatè, & perfecti operis:) dicitur, q̃d Deus perfecte ecclesiæ corpus fecit, disposuit, ac ordinauit: ita vt ordinatissimum optime extet, & nihil opportunum desit illi. Et cum dicitur, ERGO est relictum ecclesię remedium cōtra papam fidelem criminosum, &c. concedendum est. Sed cum infertur, ERGO ecclesia potest illum incorrigibilem deponere, mēbrum illud abscindere & hmōdi, respondetur, quod est sophisma consequētis a Superiori ad suū inferius affirmatiuè; a prouisione & remedio cōi ad hanc prouisionē, seu hoc remediū, ac si non esset alia prouisio & aliud remedium. Dicēdū est.n. quod Iesus Christus altioris ordinis remediū reliquit in ecclesia ad repellendum sui proprii uicarii incorrigibile scandalosum que regimen. Ad cuius euidentiā sciendum est, qd' sicut in naturalibus diuina sapiētia inferiora per media, & media per supremas causas secundas gubernat; ita in supernaturalibus, (inter quæ est ordo gratię fidei & ecclesiæ super illā fundatę,) inferiora per media, & media p̃ supremas cās secundas supernaturales gubernat. Rursus cū causę effectibus proportionatæ sint ut superioribus effectibus superiores causę rīdeāt, & inter causas secundas prouidentia humana ecclesię authoritate fulta inferioris ordinis causa sit, quā oratio, q̃ in supremo ordine scḋarū causarū locata est a Deo, (quod ex eo patet, quod tota creatura corporea & incorporea subiecta est illi) & prouisio super papā fidelē sit inter supremos effectus in ecclesia; consequens est, qd' sapientissime Deus disposuit remedium in ecclesia supra fidelē papā, nō prouidentiā humanā, cui subiecit reliquū ecclesiæ, sed orationē. Nec est minus efficax cā secūda oratio ecclesię pro se petens necessaria ad salutē perseuerantem, quā prouidentia humana; cum constet q̃ cuiuslibet particularis personæ oratio pia perseuerās, petēs necessaria ad salutē ꝓ se est cā efficacissima, & infallibilis; vt diffusè hēr in tertio contra Gent. a beato Toma. c. 95. & 96. Vñ si necessarium est ad salutē ecclesię, qd' papa talis auferatur, sine dubio oratio sic conditionata, auferret illum de medio. Et si non est necessarium, qd' auferatur, quid causamur bonū Dñm, qui negat quod uolum⁹, & tribuit qd' nollemus; Si est necessaria eius ablatio, non pōt nō auferri ab eo rogato, qui promisit, quod nihil deesset timentibus eum. Si non est necessaria diuino iudicio, & tamē iudicio humano utilis, & necessaria creditur, cur præponis te Deo uolens illū deponere; Tu quis es, qui iudicas alienū seruum; Dño suo

stat, aut cadit Iesu Christi vicarius. Non dico hoc ego, sed Dominus, qui Lu. 18. docet, quod Deꝰ multo magis quam homo faciet cito vindictam electorum suorum clamantium ad se. Cōstat enim ecclesiam electos claudere, & uindictam hanc, quia ipsi soli Domino reseruata est, ab ipso præ cæteris faciendam. Non dormiet neque dormit, custodiens Israel, qui nauiculæ fluctuanti quarta vigilia noctis ex oratione surgens subuenit: qui a Sennacherib exercitu Ezechiā liberauit, Assueri cor mutauit, Nabuchodonosor prædicatorem suum fecit: Anastasium secundo, oratione ecclesiæ pcussit. Leonē ēt papam (seu Liberium apud alios) Hilarii orationi subiecit: qui ēt omnia temporalia bona superadijcienda promisit: qui demum dedit nobis Filium, & omnia donauit cum illo. Sed heu impletū quasi est illud, Putasne filius hominis veniēs: inueniet fidem in terra: nam prouisio istius tam excelsę, & tā efficacis causę secundæ pro nihilo habetur. Oportet, inquiunt, prouidentia nostra puniri papam, nō diuinę prouidentię soli, & orationib. relinqui. Quare hoc dicunt, nisi quia prouidentiā humanam pfe runt orationum efficaciæ: quare hoc dicant, nisi qa animalis hō non percipit quæ Dei sunt: quare hoc dicunt, nisi quia didicerunt cōfidere in hoīe, & nō in Domino, & ponere carnem brachium suum: Quo fit, vt si incorrigibilis existimetur quandoque papa in propriis vitiis manēte, subditi quotidie murmurent de malo regimine, nullum orationis remedium adhiberi procurantes, nisi forte, vt somnientes absque fide, & facto suo adimpleant Scripturas (quòd. s. propter peccata populi regnat hypocrita, officio sanctus, animo diabolus) & detur ac conseruetur Rex in furore Domini. Iram enim & clementiam Dei in manib. orationum nostrarum esse spiritussanctus in Psalmo testatur, Benedictus Deus, q non amouit orationem meam & misericordiam suam a me. gloss. Quia non est amota oratio: securus esto, quia non auferetur misericordia. Verum ita stolidi sumus, vt noluimus orare vt debemꝰ; & tamen velimus orationis fructum, nolimus seminare, & velimus metere. Aut Christiani non nominemur, aut Christi prouisionē amplectamur: & phreneticū, furiosum, tyrannum, dilaniatorem, dilapidatorē, corruptoremq; Ecclesię (cū cōtingeret talē pesse) superabimus. Sed qui nosmet non superamus nostris orationibus (quia eas non vt decet agimus) qūo conqueri possumus, quod aliorū malorum vitā non superamus orationibꝰ, quę non solum tectum nō transeunt, sed nec orātiū capita, pria penetrant. Et quod peius est, olim conquerebatur Deus, Populus hic labiis me honorat, cor aūt eorum lōge est a me. Tempore reuelatę gratię, nec labiis honoratur: quoniā nihil dr minus intelligibiliter q̄ diuinum officium, nihil tā celeriter persolnitur, q̄ Missa. Tēpus diuini officii & Missę, onerosum est valde. loci aūt & negotia accōmoda secularia distincte dicunt & repetuntur, & absque tēporis mēsura delectant. Vñ cōcludit, ꝙ aut absciſſio papæ fidelis & incorrigibilis post humana remedia est in veritate necessaria ad salutem ecclesię: & oratio fit sine intermissione ab ecclesia: & sic habetur certa, & multo celsior, ac efficacior prouisio, quā si authoritas deponendi humanæ esset prouidentię delegata. Aut non est necessaria, vel non fit oratio vt dēt; & tunc nullus est querelæ locus, si in non necessariis abest prouisio exterminatiua: qñ nec humana prouidentia extra veram necessitatem dēret illa vti authoritate, si eam haberet, vel si nosipsi cōcesso remedio efficaci nolumus vti. Quamuis etiā non sit abbreuiata manus Domini, vt nō possit saluare citra omnimodam necessitatē: nec aggrauatę sint aures eius, ut non exaudiat citra necessitatē, sed iniquitates nostræ sunt, quę diuidunt inter nos & Deū nostrū, & multas malas actiones in rectoribus nostris procurant: vt Hie. in c. audaciter. 8. q. 1. & Gre. 7. q. 1. c. ex merito. dūt. et si contra hęc instetur. Quia oratio cōe est remedium omnib. occurrētib. malis, in hac aūt re proprium quęritur remediū, sicut in cęteris reb. ultra cōem cām propria assignāda est rndetur, ꝙ supremæ causę q̄is sint cāę cōes respectu inferiorum, sunt tñ propriæ respectu superiorum effectuum. & propterea oratio quia est inter supremas causas secundas supernaturales respectu inferiorum est causa cōis: respectu autem summorum effectuum (qualis est exterminatio papę fidelis, vtpote effectus reseruatus Deo) est causa propria & remedium proprium, vltra quod sunt multa alia humana ad minicula quæ scripsit Dominus Io. de Tur. Cre. in li. 2. de Ecclesia. c. 106. Cum his tñ omnib. memento, quòd pessimus papa fidelis toleratus a Deo, nō potest totum corpus ecclesiæ inficere, aut in perniciem ducere, & huiusmodi: vt argumenta autumant in similitudinib. corporū, & huiusmodi. Nam Deus non potest seipsum negare de quo scriptum est, Fidelis Deus, q non permittit vos tentari supra id quod potestis, sed faciet ēt cum tentatione prouentum.

Ad sextam, quantum ad gesta concilii Constantien. iam dictum est, quòd concilium perfectum secundum presentem statum Ecclesię potest deponere incertum papam: nullus. n. fuit illo tempore certus papa. quantum ad gesta concilii Basilien. rñdet vniuersalis ecclesia, quæ Eugenium a concilio depositum adorauit, & adorat vt papam, olim in persona sua, & post in successore Nicolao, quem ipse eodem anno creauerat cardinalē, & sic deinceps. Et hęc responsio facti testatur q̄tum deliret, qui papam concilio submittūt. Ad priscorum tēporum gesta dr, quòd licet multi legantur depositi pontifices summi, aut non erant indubitati Pōtifices sūmi, aut de facto non legitime depositi, sunt, vt in c. 103. secundi libri de ecclesia, dom. Io. de Tur. Cre. manifestat diffusè. Ad authoritatem glossę, & pluriū Canonistarū sequentium illam, dr quod glossa est contra textum, quia textus excipit solam hæresim, & ipsa leui rōne mota, extendit ad oē crimen notorium scandalizans incorrigibile: quia. s. contumacia est hęresis. Constat. n. quod lato vocabulo cōtumacia hęresis dr, sicut & simonia, nec æquiparanda est verę hęresi, quę mutat statum Christianitatis. Et quāuis glossa quia sobrie loquitur dicens Credo, &c. mereatur veniam, assertores tamen illius documēti super illā se fundātes, quia cōtra anti quam fidei doctrinam tā leuiter mouētur, nescio excusare. Canonistarū aūt authoritas in hac, (quia principaliter est theologica) parua est, nec maior rōne sup qua se fundant, non sic est de authoritate Sāctorū, q̄ spiritusancto inspirati loquuti creduntr. Rursus ſm ipsosmet Canonistas, in materia fidei magis stādum est antiquorū, q̄ modernorū authoritati, licet in his q̄ iuris sunt q̄to iuniores, tāto pspiciores. Cū igit hæc sit materia fidei (quia immediatū opꝰ Dei non rōne naturali, sed sola diuina reuelatione scibile, in quęstione est) consequens est vt sanctorum authoritas sacræ scripturę innixa oībus cōciliis & Theologorū vniuersitatib. ac Canonistis posteriorib. imo quasi modernis ponēda sit.

Ad

Ad ſeptimam ex parte iudicij humani dicitur, quòd conditiones iudicii humani ſunt duplices; quædã ex naturali iure, vel diuino determinatæ, q̃dam a iure poſitiuo. Inter quas hæc eſt dria; quia illæ quæ ſunt ex iure poſitiuo, nõ pñt in inuitum Papam exerceri, quia non ſubeſt poſitiuo iuri: illæ uerò, quę ſunt a naturali vel diuino iure, habent ẽt locum in papa. Ex iure autem diuino ſtatuta eſt forma iudicii humani circa hęreticum, vt poſt primã & ſecundam monitionem euitetur. ac per hoc (ut dictum eſt) põt contingere ut papa fidelis nũc, ſed bis relapſus deponi poſsit & debeat. Ex iure etiam naturæ eſt, ut hõ videat quę foris ſunt, ac per hoc pp actus manifeſte hęreticales & uerba manifeſte ſeriò hæretica cognita, &c. ſic facta & dicta ut humano iudicio corde cõſentiẽte facta ſint & dicta, iudicetur quis hæreticus. Ex ipſo quoq; diuino iure eſt, ut in ore duorum vel trium ſtet oẽ verbũ; vt patet Matt. 18. Et ex iure naturę vnicuique cõtra ſe creditur ſi eſt ſani capitis, &c. Vñ ex non ſuſpectis, &c. teſtibus cõuictus quis de dãnata & nota, &c. hęreſi, hæreticus iudicabitur. & ſimiliter ſi ſua ſponte ſe confitetur hęreticũ quãuis corã Deo mentiatur, iudicaditur hęreticus. Ex iure aũt poſitiuo contumax & perſeuerans per annum, ſiquis alius eſt eiuſmodi, preſumitur hæreticus. Vñ primi duo caſus non hñt locum in papa, qui non poteſt excommunicari, nec iuri poſitiuo ſubiicitur; ſed ſeruanda eſt lex ab Apoſtolo Paulo in ſacra Scriptura tradita. Similiter ſi timore mortis certo uel probabili ſcẽm humanum iudicium abſque interiori conſenſu geſta vel verba hęreticalia habuit, non deponitur papa. Vnde Petrus Apoſtolus, qui ſolo verbo negauit Chriſtum, quia fides eius non defecit, ſed charitas (teſte Ieſu Chriſto dicẽte, Ego rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua) conuerſus a peccato negationis cum periurio quo perdidit charitatem, confirmatus inſtituit fratres ſuos, non deponendus. Et hoc imitati patres Marcellinum (qui etiam ſolo exteriori actu peccaſſe uidetur) deponendum non cenſuerunt diſt. 21. nunc aũt. Ex caſibus autem in quibus propter condõnes humani iudicii iure diuino uel naturali determinatas papa in corde fidelis, coram eccleſia; vero infidelis deponitur, non conſtituitur alius caſus quã caſus infidelitatis. Nam nihil refert eſſe & apparere ſufficienter q̃ ita ſit ſecundum humanum iudicium coram eccleſia, quę non uidet niſi quę foris ſunt; nec uerius iudicium ab eccleſia exigit Deus, qui naturam hominis iuſque diuinũ condidit. Vnde ex his nulla alia ſubiectio papæ ad concilium habetur, ſed illa ſola quę dicta eſt, ſcilicet in caſu hæreſis proprie ſumptæ. Et ſic, ſi ſit catholicus, papam non iudicat vllus.

CAP. XXVIII.

Sex caſuum ſolutio quod nullo euentu Papa abſque ſua culpa ſubeſt eccleſiæ ita quod deponi poſſit.

VT promiſſa perficiantur, ſupereſt diſcutere, an in aliquo euentu ſine culpa papæ, ſubſit papa eccleſię, ſeu concilio vniuerſo, ita quòd poſsit deponi. Inuenio ſiquidẽ notatos ſex caſus, in quibus eccleſia ſine culpa quidem papę, ſed non ſine cauſa deponere poteſt Papam.

Primus eſt cum corã vniuerſali eccleſia teſtibus comprobaretur, quod papa, qui diu detentus erat a ſaracenis, iam obijt, & Concilium determinat noui papæ electionem: & ſic fit, decernendo quod pro bono eccleſiæ etiam ſi viueret, iſte nouus ſit papa, poteſt enim ipſum captiuum ſine ſpe reditus deponere.

Secundus eſt, cum propter diſpoſitionẽ corporalem, (puta dementiam,) eſſet inutilis, & Concilij̃ per eum congregatum, dum ſanæ mentis eſſet, decerneret alterum papam creandum.

Tertius eſt, quando Cardinales oẽs ſtatim poſt canonicam electionem Petri in papam morerent̃; ita quòd non poſſent publicare electionem, tunc eccleſia cum non teneatur iſtum acceptare, aliũ eligeret. & ſic iſtũ deponet; quia duo ſimul eſse nõ pñt.

Quartus eſt, q̃n Cardinales etiam viuentes non poſsunt facere fidem de electione ſua canonica in vnum; vt videtur accidiſse in ſchiſmate magno ab Vrbano 6. uſque ad Marti. 5. tunc eccleſia deponit nolentes renuntiare; ut in cõcilio Cõſtan. factũ eſt.

Quintus eſt, q̃n propter cõmunem errorem, aut eſtimationem ſubditorum aut ipſorum malitiam generalem; p̃ſumitur quod nunquam præſtabunt obedientiã tali qui fuit rite electus in papã, alteri tñ nouiter eligẽdo parati ſunt obedire; vt ſi forte Græci uellẽt ad unitatẽ eccleſię redire, dũmodo tolleretur papa iam exiſtens, & nouus ritè canonicè crearetur. Et confertur hoc ex authoritate Iuriſtarũ dicẽtiũ religioſum profeſſum poſſe vxorẽ ducere pro ſalute magnæ gentis, aut conuerſione ad fidem.

Sextus eſt, quando papa verus iuramento vel voto ſeipſum ad ceſſionẽ obligãſſet, ſed differret adimplere in ſcandalum populorum putantiũ ex tali facto papę, quòd nec ipſi votis aut iuramentis propriis obligantur: vt Io. 23. contigiſſe videtur in principio Concilij Conſtantienſis.

Sed ex nullo euentu conciliũ poſſe deponere papam, quamuis ex hoc haberi poſſit, q̃ ſupra dictum eſt. ſ. quòd euentus locum habent in his, q̃ humani iutis determinationi ſubſunt, non in his, quę ſoli̊ diuini ſunt iuris, (qualis eſt authoritas immediate a Chriſto tradita, quæ ad depoſitionem fidelis Põtificis exigitur) examinando tamen ſingulos, idem apparebit inconcuſſum permanere.

In primo itaque euentu de papa captiuo, duo tãguntur. primum retrogrado ordine eſt, quòd nulla exiſtente ſpe reditus, & nullo patente acceſſu, poteſt per Concilium deponi. Quod primitiuę eccleſiæ geſtis nõ cõſonat: quia Petro ſeruato in carcere, & ſine humana ſpe reditus ac acceſſus ad eum (qa inter tot milites vinctus catenis, poſt tot cuſtodias erat) non depoſitio tractabatur, ſed oratio fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia ad Deum pro eo: & ſic per eccleſię orationem liberatus eſt. ſecundum, quòd conſtito per teſtes de morte, licet non ita fuerit, poteſt eligi alter. Et hoc non aliter verum eſt, q̃ quòd conſtito per teſtes, q̃d maritus Marthæ mortuus eſt, licite ipſa Marthanubit alteri, filioſque generat, & tamen adueniente primo marito, q̃ reuera non erat mortuus, ad primum maritum, qui ſolus eſt vere maritus, redire eam oportet, alioquin adultera eſſet: ſic nanque eſſet in caſu hoc, redderetur quippe papæ viuo ſponſa ſua, etiam non venienti (quia vbique preſens eſt) & ex humano errore electus papa ceſſaret.

In ſecundo euentu de dementia perpetua, dr̃ q̃d papa nõ põt deponi: ſed ſi cõſtat de demẽtia perpetua, cum ſit mortuus vita rationali, ſcẽm quã hõ eſt ſubiectum papatus ſine Concilio generali poſſunt Cardinales procedere ad alterius electionem: vtpote ſede vacante in veritate non minus quam cum ſedes vacat per renuntiationem.

In tertio euentu de morte omnium Cardinaliũ dr̃ quod cũ eccleſia videat ſolum q̃ foris ſunt, ſi electio papę nõ cõſtat eccleſiæ ſufficienter, tunc nul-

lus est papa certus ecclesię, & propterea ecclesia non deponit Papam in foro suo, licet deponat papam in foro conscientię. Hoc autem non solū possę, sed dēre ecclesiam facere, ex eo patet, q̄ ille posset eam decipere dicendo se electum, & tamen non esset. Vnde euētus iste & quartus de defectu probationis, nihil aliud inferunt nisi quòd papa incertus ecclesiæ potest deponi: quod gratis conceditur. Sed non est quæstio de hoc, sed de papa certo: paria. n. apud ecclesiam sunt non esse & non apparere.

In quinto euentu rebellionis cōis, dr̄ q̄ quia nō sunt facienda mala vt eueniant bona, nec periculis humanis subueniēdum est vsurpatione diuinæ authoritatis, nec debent mali ex iniquitate reportare commodum cū iniuria innocentis, non potest papa deponi. Si. n. boni faciant quod in se est, & orōni vacent sine intermissione, oēm solicitudinem suā in eum proiicientes, cui est cura de ecclesia, impossibile est vt desit diuinum adiutoriū: scriptum est enim. Timete Dominum omnes sancti eius, qm̄ nihil deest timentibus eum.

In sexto euentu dilatæ cessionis post votum & iuramētum breuiter dr̄, q̄ licet ipse teneatur ex voto & iurō cedere, Ecclesia tamen non pōt ipsum ad hoc cogere inuitum, quia potestatem coactiuā sup fidelem papam non habet. ET bene hic caue, qa non valet argumentum, papa tenetur ad hoc, ergo pōt ad illud per ecclesiā cogi. patet namque q̄ tenetur ad solicite vigilandum, ad non fornicandū & infinita alia, & tamen non pōt cogi ab ecclesia, vt in canone, si papa, dist. 40. patet. Quib. autem scandalū præbetur de suo periurio & voto facto, & aliis huiusmodi, præueniens Dominus dixit, Super cathedram Moysi sederunt Scribę & pharisęi, quæ dicūt facite, secundum vero opera eorum nolite facere.

Et sic patet quòd papa ordinaria potestate a Iesu Christo tanta donatus est cum ipsius est institutus vicarius, vt ei Apostoli, ecclesiæ singula membra & cōitas subiecta sit; ipse uero soli ipsi Iesu Christo subiectus viuat, sic vt in nullo euentu nullioque casu nisi hæresis proprie sumptæ iudicari aut deponi possit, nisi ab ipso domino Iesu Christo. Pro cuius fide, ecclesia & apostolica sede, hęc ipso donante, scripsi Ro. die xij. Octob. anno salutis 1511. ætatis verò meæ 43. Rogoque lectores omnes, vt soli veritati intēti, passiones, sectas, paternasque traditiones, casus, voluntarias glossas omnemque nebulam a mentis acie abiiciāt, & sic censores se exhibeant rectos. Ad Dei, & gloriosæ virginis Mariæ, & apostolorum Petri & Pauli laudem & honorem, Amen.

IN SEX CAPITA APOLOGIAE primæ de comparata authoritate Papæ, & Concilij.

SVMMARIA.

1 *Examen fundamenti iuris naturæ quo communitas ecclesiæ supra Papam in potestate exponitur.*
2 *Examen fundamēti iuris diuini, quo etiam communitas Ecclesiæ Papæ in potestate præfertur, & pro quo Ecclesia sumitur, cum dicitur, Dic Ecclesię.*
3 *Discussio quid significet Ecclesia, cum dicitur, Dic Ecclesię.*
4 *An Dominus immediatè dederit potestatem iurisdictionis Ecclesiæ, & quantam authoritatem eidem dederit.*
5 *Quomodo Ecclesia habeat potestatem iurisdictionis, quæ in verbis Domini continetur; an scilicet, ratione totalitatis, an ratione partis.*
6 *Quomodo intelligi possit quod Ecclesia ratione suæ totalitatis potest habere et habet quandoque potestatem alia quam iurisdictionis.*

TRACTATVS SECVNDI THOMAE de Vio Caietani Cardinalis, tit. S. Xysti, de Comparata authoritate Papæ & Concilij Apologiæ, Pars Prima ad Eundem, in Sex Capita diuisa.

Prologus in quo ratio, intentio, ordoque operis est.

CHARITAS Iesu Christi, sanctæque eius ecclesiæ, reuerendiss. in Christo pr̄, protector & domine cogit me virum piculosum eneruatorē ecclesiasticę potestatis, falsarium, adulatorē atque blasphemum, ad hæc quidē exēplum illius sequi, qui cum malediceret nō maledicebat: ad obiecta autē cōtra doctrinam in opusculo de comparatione authoritatis papę, & Concilij per me edito, tuęque reuerendissimę dominationi dicato contentam pro veritate respondere.

Et licet plura obiecta sint, quæa viris doctis, (q̄ quib. solis opus illud scripsisse me ibi sum contestatus) facile soluerentur, quia tamen sapientib. & minus sapientib. debitores sumus, qui parati esse debemus oī poscenti nos rōnem reddere de ea, quę in nobis est, fide: iō rńsiones iuxta obiectorum amplitudinem extendendę sunt. Visus est autem coque niēs ordo; si obiectiones iuxta ordinem capitulorum illius libelli afferant̄, atque soluantur, erunt siquidem hęc velut commentaria illius. Rogo igit̄ in primis omnes, vt meminerint sermonis formalis, & subiectę materiæ, meditenturque diutius, an tequam sententiam proferant, ne multiplicatis argumentis pro gloria ingenii, res tanta de qua agitur, in disputationem dialecticam, aut ēt sophisticā deducatur. ET qm̄ communia singuli, & radices ramis pręponi dēnt: ideo & latius secundum vires repetenda sunt rei huiusmodi fundamenta. Sciendū itaque est, quod cum iura positiua ab ecclesiastica sint condita potestate, & in q̄stionem versetur ipsius authoritatis ecclesiasticæ subiectum, non ex iure positiuo, sed naturali vel diuino, aut vtroque veritas pendet vt ex causa, a positiuo autem iure ut a teste. ET secundum luminis mihi concessi facultatē duo sola sunt fundamenta, alterum iuris naturalis, alterum iuris diuini: in quib. vniuersa moles doctrinæ extollentis communitatē ecclesię supra papam in potestate, sic quòd papa sit illi subditus, sustinet̄, q̄ si euulsa fuerint, ruent omnia. Primo igitur hęc tractanda sunt sex capitulis: deinde sigillatim singulis iuxta propositum ordinem respondendum.

CAPVT I.

In quo fundamentum iuris naturę examinatur.

EX naturali igitur iure stabilitur authoritas cōmunitatis ecclesiæ supra papam in hoc, quòd de iure naturę est, quòd cōitas perfecta, & libera est, ad quam spectat prouidere sibi de principe; & tueri se contra eum quando in destructionem vtitur potestate, & cogere, punire, ac amouere illum quando demeretur. Huic enim principio si adiungatur, quod ecclesia vniuersalis est cōmunitas perfecta & libera, & quòd ordo gratię institutus a Iesu Christo non tollit, sed perficit naturam; manifestę cōcluditur, q̄ ad ecclesiam uniuersalē spectat prouidere sibi de papa, & tueri se cōtra eū, & punire, ac etiam

etiam deponere illũ,& uniuersaliter esse supra illũ.

Hæc ratio quamuis in cap.27. soluta sit,ex eo q̃ Dominus Ecclesiam non reliquit in hoc liberam, altius tamen eadem tractando dicimus, quòd natura regiminis cũ sit multiplex ex ipso naturæ fonte(nam quoddam naturaliter in vno,qui est naturale caput cõicationis illius,residet:vt patet in regimine dom⁹:cuius authoritas,naturaliter in patrefamilias est,quoddam vero naturaliter in ipsa communitate multitudinis manet, vt patet in regimine ciuitatis,secluso omni superaddito dñio)ecclesiasticum regimen cum domesticum & ciuile cõplectatur(iuxta illud Apostoli ad Ephesios quarto, Estis ciues Sanctorũ & domestici Dei) ac per hoc altius quid sit,non ex diuinę potentię immensitate,nec ex diuinæ sapientię,iustitię aut bonitatis decentia(qm̃ nõ est impossibile apud Deum oẽ verbum,nec dedecere Deum potest quicquid vult) qualis naturę sit,sed ex ipsa natura facti contẽplãdum est.Sicut enim domesticum regimen & politicũ ex ipsis diffinimus,ita oportet ecclesiastici regiminis naturã ex seipso speculari. Et qm̃ naturalis propagatio regiminis sicut & aliarum rerũ, ortæ rei naturam ostẽdit,libet intueri quod ecclesia non a singularibus aut a communitate, sed à capite homogeneo Iesu Chr sto initium sumpsit originis, perfectionis, & potestatis propter quod ecclesię suę dixit Io.15.Non vos me elegistis,sed ego elegi vos.Natura igitur ecclesiastici regiminis ab ipsa sua natiuitate est:non vt in cõmunitate sit nec vt a communitate ad vnum, vel plures deriuetur (quemadmodum accidit in regimine ciuili humano)sed vt in uno certo principe suapte natura sit. Et eum princeps iste vnus atque idem dominus Iesus heri,hodie,& in sęcula viuat & regnet,secundũ naturalis iuris consequẽtiam oportet, ut ad ipsum principem nõ ad communitatem ecclesię spectet in sua absentia ordinare de vicario, non communitatis ecclesię) vtpote serua nata,principandi iure caret,) sed ipsius principis naturalis Dñi Cõitatis ecclesiæ. Et hoc ipsum Saluator noster per semetipsum exequi dignitatus est,dũ Petrum Apostolum solum instituit suum vicarium post resurrectionem,antequam cœlos ascenderet:vt patet Ioãnis vltimo.Relinquitur igitur quod sicut princeps ecclesię nõ a communitate ecclesię naturaliter authoritatem habet,ita illius vicarius non ab ecclesiæ communitate,sed a Iesu Christo authoritatem naturaliter habet.

Patet ergo primò, quòd ecclesiæ communitas secundum propriam naturam considerata, nõ est talis naturæ, vt ad ipsam spectet prouidere sibi de principe:ac per hoc nec ad ipsã spectat suapte natura punire,deponere,& alia huiusmodi contra principem suum:quia serua(vt dictum est)nata est.

Patet secundò,quòd ecclesię communitas secũdum propriam naturam sumpta,non est talis naturę,vt ad ipsam spectet instituere aut destituere vicarium sui principis,qui vocatur papa. Et si ecclesiæ communitas potestatem aliquam habet in disponendo de vicario principis,quęcũque sit illa, non habet illam ex sua natura,sed aliunde.

Ex his autem facile patet euulsum esse fundamẽtum iuris naturalis per potestatem ecclesiæ supra papam,quoniam falsum assumit dicendo ecclesiã esse communitatem liberam quo ad ius principãdi:licet sit sũme libera libertate gr̃æ,quin potius ex ipso naturę iure suppositа ecclesię natura, quam Deus illi statuit,oppositum sequi monstratum est.

A Vnde ordo gratię non tollit in ecclesia naturæ ordinem,qui ibi natus est esse.Non.n.in ecclesia nat⁹ est esse ordo talis,vt eius sit ius principatus,& a gratię ordine tollatur:sed in ecclesia ex sua natura natus est ordo talis vt ius prĩcipatus sit non in se,sed in domino suo naturali.Et hunc naturę ordinem in ecclesia,consequens est quod gratia non tollat, sed perficiat:& Iesu Chr̃i sapientia disponens omnia suauiter complectatur.

Facile quoque patet ex hac radice prouenire,q̃ omnia,quæ inducuntur conuenire alicui corpori mystico ad ius principatus spectantia,non spectãt ad cõitatem ecclesię ex sua natura. Dico autem ad B ius prĩcipatus spectãtia,propter ea quę ad priuatas personas spectant,vt vim vi repellere cum moderamine inculpatę tutelę, & auferre gladium de manu furiosi,& si quid eiusmodi est,hæc siquidem discernendo non fallemur.Signum autem infallibile seruitutis ecclesię cõmunitatis,quo ad ius principatus est,quod non potest sibiipsi regimen retinere,nec duobus aut tribus committere:hęc enim posse communitatem liberam,manifestũ est. Potest.n.& per seipsam regere,potest & triumuiratũ instituere, & alia huiusmodi,etiam supra Regem quem eligunt,quod ecclesiam non posse manifeste liquet:alioquin poset aut in pluribus simul locare potestatem iurisdictionis papæ, aut officium C aliquod supra papam quo ad iurisdictionem & regimen ecclesiæ instituere in vno vel pluribus suppositis,sic & a talibus nominandis,quod loco ipsi⁹ communitatis ecclesiam & papam regeret. Quia igitur naturale ius fundatum supra ecclesię naturam,non instituit ecclesiam supra Iesu christi vicarium,perscrutandum est,an aliunde ex iure ſ.diuino ecclesię communitas hoc habeat ius.

CAPVT II.

In quo fundamentum iuris diuini examinatur; et pro quo ecclesia sumitur,cum dicitur, Dic Ecclesiæ.

D ET Licet hoc a multis affirmetur, & in Constantiensi atque Basilienſi Concilijs diffinitum sit qđ ab ipso principe Iesu Christo ecclesię cõitas habet immediate potestatem supra papam ipsius principis uicarium,nullibi tamen in sacra scriptura,in qua ius diuinũ promulgat̃,hoc hẽri asseritur:nisi Mat.18.vbi Dñus ait,Si peccauerit in te frater tuus,&c.& subdit,Dic ecclesię:& si ecclesiã nõ audierit,sit tibi sicut ethnicus,& publicanus.amen dico uobis,quęcunq; solueritis super terrã, erunt soluta & in cœlo:& quęcumque ligaueritis super E terram, erunt ligata & in cœlo:In his.n.uerbis patet, quod ecclesię non alicui eius membro(ecclesia.n. non aliquod membrum,sed collectionem eorum significat)datum est ut audiat, excommunicet, liget,soluat omnem fratrem:& quęcũque super terram. Pluraliter quippe subiectum est, Quæcũque solueritis ad ostendendam ecclesię authoritatem

Ex hoc textu apparet primo, quod ecclesia habet immediate authoritatem a domino Iesu Christo. Per seipsum quippe hoc dixit ecclesiæ, non minus quam Petro cum dicit,Pasce oues meas: & Quicquid solueris super terram,&cæt. Apparet secundo, quod quum uicarius Principis huius sit frater cuiusque fidelis (iuxta illud Matthæi vigesimotertio. Omnes uos fratres estis) quod si peccauerit in me,potest denuntiari ecclesiæ, & procedit secundum subsequentia. Apparet tertio,quia eiusdem potestatis est esse ordinarium iudicem uicarii principis,& aliorum singulorũ mẽbrorum ecc.& ordinare de iilis.qđ ex hoc eodẽ textu ecc.

communitas instituta est simpliciter superior ad ordinandū de vicario Dñi & aliis ecclesiæ mēbris.

Hęc ratio quamuis in c. 9. illius libelli multiplici ter tractata ac soluta sit, altius tamen & latius (si fieri a me potest) repetenda est: quia hinc omnia pendent. Et quoniam principia cognoscimus ex terminis, examinem⁹ primo quomodo oporteret hic sumi ecclesiam, quū dicitur, Dic ecclesiæ: & si ecclesiam non audierit, &c. Oportet nanque sermonem hunc verificari de ecclesia, aut vniuersaliter, i. de oī ecclesia: aut singulariter de ecclesia vniuersali, seu de ecclesia simpliciter, aut de aliqua determinata ecclesia, aut de ecclesia indistincte non determinādo hanc vel illam. Cum enim sermo sit de ecclesia in actu audiendi & iudicandi, alius modus esse nō potest, quo de ecclesia hoc verificetur. Oportet eīn aut omnibus, aut alicui ecclesię, aut toti uniuersali ecclesię competere iudicium hoc a Domino traditum. et quidem quod non singulariter de sola uniuersali ecclesia sermo sit, ex hoc cōuincitur quod prędictū hoc Dñi de denuntiatione peccātis proximi in me, nō me obligat ad recurrēdū ad uniuersalem Ecclesiam. Nō. n. oportet ut peccante in me fratre meo, & post adhibitos testes incorrigibiliter pnitioso, dicam Cōcilio uniuersalis ecclesię, ut patet. Et tñ si sermo iste esset de sola vniuersali ecclesia, pceptū Dñi ad hoc obligaret: qa obligat ad dicendum ecclesiæ uniuersali iuxta hunc sensum. es set enim sensus, Si peccauerit in te frater tuus, &cę. dic ecclesię uniuersali.

Amplius, Si in hoc tex. data est potestas ecclesiæ vniuersali, cum non sit ei data maior intensiue potestas quam Petro, vtrique enim eadē potestas data est, dum vtrique dr, Quodcunque ligaueris vel solueris super terram, &c. qūo ecclesiæ cōmunitas maiorem sibi quàm Petro potestatem iurisdictionis vsurpat. Qūo rursus Christus æterna sapientia duas equales intensiue potestates in ecclesia absq; tertia supra ambas instituit, mutuo. n. se impedient: par in parē nō hēat imperiū. qūo pplexas reliqt oues, vel liberas vt aut obediāt cui uolūt, aut neutri, aut vtriq; prędicenti cōtraria simul. Non igitur est sermo prędentis textus de sola ecclesia vniuersali.

et per idem patet, quod non est sermo de ecclesia simpliciter, vt distinguitur contra ecclesiam talē (vt puta Mediolanensem Bononiensem, &c.) hoc enim nihil aliud est dicere, quàm quòd est sermo de ecclesia uniuersali, quod excluſum est. et quia non est maior rō de vna ecclesia quàm de alia: iō patet ꝙ non est sermo de aliqua ecclesia determinare, nec de omni collectiuè aut distributiue propter prædictam rōnem: quia non teneor denuntiare omnib. ecclesiis peccantem in me fratrem: sed sermo est de ecclesia indistincte seu indefinite. Ita ꝙ ecclesię datum est iudicium fratris peccantis, nō determinando hanc, vel illam. Et quoniā actiones sunt singularium, & actor sequitur forum rei, determinatur in qualibet ecclesia a fratre peccante, ad ecclesiā, s. fratris peccantis. Ita ꝙ sensus literalis illius textus est, Si peccauerit in te frater tuus, dic ecclesiæ illius: & si illam nō audierit, &c. Et ad hoc proculdubio obligat prędceptum absque vllo inconuenienti, & communi animi conceptione ac consuetudine ecclesię roboratur: disponit namque sic intellecta doctrina Dñi omnia suauiter. Nec fallaris male intelligendo ecclesiam peccantis fratris: qm̄ ecclesia illius est non solā sua propria, sed quęcunq; alia iurisdictionem habens super illam, ut patet.

CAPVT III.

Quid significet Ecclesia cum dicitur dic Ecclesię.

DE hoc rursus vocabulo ecclesię videndum est qd significet in hoc textu, quum dr, Dic ecclesiæ. Et ne in multitudine expositionum vagi æstimemur, admittatur, ecclesiā proprie sumi pro conuocatione, seu collectione fidelium. Aiunt aūt isti quod ecclesia hoc in loco significat communitatem fidelium non in seipsis, sed in prelatis eorum, siue papa intersit, siue non.

Sed quòd hic non sit sensus literalis, ex eo patet ꝙ in vna & eadem significatione oportet intellegere in hoc textu ecclesiæ nomen respectu cuiuscunque peccātis ecclesia sit. quum. n. vt ex dictis patet, indistincte dictum sit, Dic ecclesię peccantis fratris (quam ille tenet audire) & non magis de vniuersali quam particulari, aut ecōtra oportet uniuoce significare ecclesiā quū applicat ad vniuersalem, & quū applicat ad particularē, vt patet. Constat aūt ꝙ cū denūtiādus est frater ecclesię Mediolā. suę ecclesię, nō precipitur a Dño, quod dicat ecclesię illius. i. cōitati, siue episcopus intersit, siue non. Ergo cum præcipitur dicendū ecclesię indistincte, non intelligitur communitas, siue caput velit esse, siue non.

Vnde sciendum est, quod licet ex vi, vocabuli, Dic ecclesię, significet, Dic conuocationi, proculdubio fidelium, ex contextu tamen literę (qa subditur Amen dico vobis, quæcunque solueritis super terram, &c.) sumitur quod non de quacūque conuocatione fidelium, sed de authoritatiua intelligit: aliogn conuocatio fidelium Mediolā. sine eius prelato hēret a Domino potestatē iudicandi, &c. Perin de ergo est, Dic ecclesiæ, & dic authoritatiuæ conuocationi. Constat aūt inductiue in singulis ecclesiis ꝙ authoritatiua conuocatio non est, vbi prælatus illius conuocationis deest: igit nec authoritatiua conuocatio oīum fidelium est, vbioīum fideliū pastor & rector, qui est papa, deest oīno, s. tam per se quàm per alium. Et est sermo de authoritatiua conuocatione seu ecclesia simpliciter & absolute, & non ſm quid seu respectu huius, puta papę hīti ci deponēdi, vel electionis futuræ, &c. inquirimus siquidē nūc superioritatē simpliciter & absolute.

Explanatur aūt ampliusquod dicimus, s. ꝙ in nomine ecclesiæ in hoc textu clauditur illius ecclesię prælatus. Quia si non includit prælatus illius, oportet alterum duorum dicere, aut quod communitas fidelium in ecclesia aliqua particulari habeat et inuito episcopo a Domino iurisdictionis potestatē excommunicandi, &c. aut quòd non de communitate sit dictum. Dic ecclesiæ, & similiter ꝙ non est ei dictum: Quœcumque solueritis super terram &c. Sequela patet quia ecclesiæ data est authoritas, & si nomine ecclesiæ intelligit communitas, ipsa communitas velit nolit, episcopi authoritatē hēt: & si non hēt, relinquitur ꝙ ipsa non significatur ecclesiæ nomine, hoc in loco. Primum aūt horum affirmari non potest: ſm igitur est verum. In cuius signum, sacrorum doctorum ei consonat glossa, Dic ecclesiæ, i. Præla. vt capiti conuocationis Iuxta etenim sensū et ipse, qui est papa, dicere potest crimen alterius ecclesię, id est authoritatiuæ conuocationi: vt Nicolaus papa 11. q. 3. c. præcipue, Lothario regi comminando scribit. Nec obstat, quod ipsemet sit illius caput: quia hoc est per accidens, scilicet, quod denuntians, & prælatus conuocationis coincidant in vnam & eādem personam. Et si bene contextus euangelii notetur, ubi uult Dominus authoritatiuam conuocationem adhiberi

in

in qua ex pluralitate conuocatorum Cõcilij vigor, ex authoritate autem Prælati authoritas iudicij inueniretur. Propter quod etiam conuertit sermonẽ ab ecclesia ad prælatos: cum.n.prius de ecclesia dixisset, Dic ecclesiæ: & si illam non audierit, &c. non subdidit, Amen dico vobis, quicquid soluerit ecclesia super terram: sed subdidit, Amẽ dico vobis, quicquid solueritis, insinuans per hoc communi quidem conuocationis concilio correctionem tractandam: Prælatorum autem authoritate soluendũ ligandumque (iuxta conclusa) per ecclesiã esse. Pluraliter autem dixit Solueritis, vel propter pluralitatem conuocatorum ad tractandum, & concludendum, vel propter pluralitatem capitum in pluribus ecclesijs, de quibus indistincte dixerat, Dic ecclesię.

CAPVT IIII.

An Dominus per illa verba Matth. 18. dederit immediatè potestatem Ecclesiæ, & quantum ei dederit.

QVamuis autem ex ecclesię in hoc textu suppositione, & significatione manifestũ sit, quod ad ecclesiam vniuersalem non restringitur presens litera, sed quod indistincte de ecclesia est sermo: adhuc tamen obscurum remanet: & propterea declarandum, an Dominus immediatè dederit potestatem iurisdictionis ecclesiæ indistinctè, & quantã authoritatem eidẽ dederit. Est autem ratio obscuritatis in primo; quia si Dominus dedit immediate potestatem iurisdictionis ecclesiæ fratris peccantis in me, quum quælibet ecclesia sit talis, sequitur quòd quælibet ecclesia habeat immediate potestatem iurisdictionis a Domino, quod nõ bene sonat: si autem non dedit omni ecclesiæ fratris peccantis in me, quum non sit maior ratio de vna quam de reliqua, nulli dedit in hoc textu: quod non admittitur. Ratio autem obscuritatis in secundo est: quia æqualem potestatem continent verba dicta in hoc textu ecclesię, & verba dicta Petro, scilicet, Quęcũque ligaueritis super terrã, erũt ligata & in cęlo, & quęcunq; solueritis sup terrã erũt soluta & in cęlo. Non consonat autẽ æquales esse in ecclesia Dei potestates iurisdictionis non habentes in eadẽ aliq̃ tertiam supra se: principatuum.n. pluralitas mala est.

Principium autem huius claritatis sumendũ puto a destruct.one sensus opinati, vt vel sic veritas eluceſcat. Dicendũ est ergo primo, quod ipsum dominum dare immediate potestatem illam, Quęcunque solueritis, communitati vniuersalis ecclesię repugnat ordini inter papam & ecclesiã: quia, (vt dictum est,) ponit duas æquales intensiue potestates iurisdictionis in ecclesia, non habentes tertiam supra se in eadem ecclesia, a Domino immediate ordinatas, s. cõmunitatis ecclesiæ vniuersalis, & papæ. Patet sequela ex textu Matth. 16. & Matth. 18. vt dictum est) eadem verba vtrique dicta leguntur. Et licet hoc sit secundum se inconueniens: maius tamẽ ostenditur, si attendamus quomodo Christus ęterna sapientia, principatuum pluralitatem in ecclesia instituit, quomodo mutuo sese impedirẽt duę potestates, quõ pplexæ essent oues Christi, vt vel liberę contraria precipientibus, vt aut obedirent alteri ad libitũ, aut neutri, aut vtrique ad contraria: quod est impossibile. Et quod amplius est, si hęc etiã poneretur data immediatè potestas vniuersali ecclesiæ, vnde sibi potestatem supra papam habentem ęqualem communitas ecclesiæ vẽdicaret, cum par in parem nõ habeat imperium. Quum.n. potestas intensiue æqua sit qua ratione ecclesia supra papam, quia membrum eius iurisdictionem haberet, quia dictũ est, Si peccauerit, &c. Dic ecclesiæ: eadem ratione, quia ecclesia est ouile papæ, quia dictũ est: Fiet vnũ ouile, & vnus pastor, papa supra ecclesiæ communitatẽ iurisdictionẽ haberet, aut neuter sup alterũ.

Dicendum est secundo, ꝙ ipsum dare immediatè potestatem illam, Quæcũque solueritis, &c. communitati cuiuscunque ecclesiæ, repugnat consuetudini ecclesię, & est semper sermo de communitate ecclesię, vt aduersarij intelligunt, (s. siue prælatus adsit, siue non omnino. Patet hoc ex communi ecclesię cõsuetudine, quia talis communitas inuito suo episcopo, & papa nõ potest absoluere & ligare: quæ tamen posset si a Domino immediatè haberet potestatem communitatis cuiusque ecclesiæ.

Dicendum est tertio ꝙ ipsum dare immediate potestatem, Quæcũque solueritis super terrã, erũt, &c. in sua amplitudine, vt sonat cuicunque ecclesię authorizatæ proprio capite, nisi cuius proprium caput est papa, repugnat ecclesiarũ ordini essentiali, & earum professioni. Ordini quidem: quia si ex hoc loco summa authoritas cuicunque ecclesiæ authorizatę proprio capite (vt Dominus loquitur) indistinctè data asseritur a Dño immediatè oportet dicere duo, primò, ꝙ quælibet ecclesia immediatè habet authoritatem a Dño. Secũdò, ꝙ quælibet ecclesia habet æqualem intensiuè a Dño potestatem iurisdictionis: quamuis extensiuè vna excedat alterã, & vniuersalis ecclesia omnes. Et conuincitur sequela vtriusque; qa ecclesia indistinctè, immediatè & inęqualiter datum est, (vt patet in litera & ex dictis, & non magis vni quàm alteri, vt patet ibidem. Et ex hoc sequitur vlterius vtraque pars cõtradictionis, s. ꝙ vna ecclesia est superior simpliciter, & non est superior simpliciter altera. Nam ex eo quòd quælibet ecclesia habet a Domino in suos potestatem, sequitur quòd ecclesia vna, puta vniuersalis, est superior simpliciter qualibet ecclesia particulari (vtpote eius membro) ac per hoc potest disponere, & ordinare de illa, & ordinare aliquid de illius potestate, irritando si secus factum fuerit. Ex eo vero ꝙ quælibet ecclesia habet a Domino immediatè potestatẽ ęqualem intẽsiuè, sequitur quod ecclesia vniuersalis nõ potest aliqd subtrahere potestati iurisdictionis ecclesiæ particularis: potestas enim data alicui a principe, non potest ab inferiori auferri. Et consequenter sequitur, quod ecclesia vniuersalis non est simpliciter superior secundum potestatem iurisdictionis respectu ecclesię particularis, superioris enim potestatis iurisdictionis simpliciter est posse irritare inferioris actu, si hoc faciat. Reliqua conuenientia quæ sequuntur ex æqualitate intensiua potestatis iurisdictionis in qualibet ecclesia (vt puta quod subditus non tenetur magis vniuersali quàm particulari obedire, quod par in parem habet imperium, quod quicqd ab vna fit, a reliqua potest impediri, & reliqua) viris mediocriter doctis relinquo deducenda. Professioni autẽ ecclesiarum hoc repugnat: quia papa reseruante, vel prohibente, &c. ecclesię reliquæ potestatem iurisdictionis in reseruatis prohibitis, &c. se non habere confitentur: quod nõ uerè dicerẽt si illam potestatem a Domino immediatè accepissent. Et est sermo semper in huiusmodi de dare ordinario iure potestatem.

Ex quibus omnibus collige, quum hęc potestas tam ampla soli Petri ecclesiæ conueniat, & hęc uerba non soli Petri ecclesiæ dicta sint, quòd per hęc verba aut nulla ordinaria potestas iurisdictionis data est, aut non tã ampla vt est illa data Petro. Et verè sic est, verba siquidem Dñi manifestè continẽt ptãtem iurisdictionis in ecclesia (nec hoc vertendũ est

in

in dubium) sed non continent quod per ipsa data sit a Domino talis potestas, vt discurrendo per singula, & ratione manifestatur. Discurrendo quidē per singula: nam p illud verbum, Dic ecclesiæ, nulla datur potestas, sed præcipitur denuntiatio. perinde. n. est, Dic ecclesiæ, ac, Dic iudici: vbi patet non dari iurisdictionem, sed præcipi denuntiationem. Per illud vero, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus: quum perinde sit, ac si iudicem non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, manifeste patet nullam dari potestatem, sed in casu pertinaciæ euitationem illius a Domino indici. Per illud demum, Amē dico vobis, quæcunque solueritis, &c. nullam etiam dari tunc potestatem ex eo patet, quòd nec Petro ex eisdem verbis. s. quicquid solueris, &c. vlla data est tunc potestas, sed post resurrectionem Domini, quum dictū ei est, Pasce oues meas. Rōne autem. Nam potestas iurisdictionis contenta in his Domini uerbis, aut est data tūc ecclesiæ, cui Dominus loquitur, aut nō est data tunc; inter hæc. n. cum cōtradictorie opponantur, non datur medium. Si non, hētur intētum. Si est data tunc ecclesiæ, ergo cuilibet collationi seu conuocationi fidelium cui ecclesiæ nomē uere cōuenit, data est a dño immediate potestas illa iurisdictionis: hoc autē spectat ad hæresim pauperum de Lugduno dicentium q vbi sunt fideles congregati in noīe Domini, ibi est ptās, eo qđ potestas sequitur sanctitatem personæ: solum. n. differt ab ea fm vnum & multa. Sequela autem patet, quia Dominꝰ indistincte de ecclesia loquens, ad quamcumq; ecclesiam peccantis fratris præceptum sententiamq: extendit. Constat autem collectionem, seu conuocationem fidelium sine prelato aliquo inter eos ecclesiæ nomen vere habere. Et confirmatur, q de talium collectione oporteat istos cōcedere ecclesiā ibi dici: quia quod est, nō fit, & habenti non datur quod habet. si ergo ecclesia per hæc fit habens potestatem, ipsa non hēt illam, ergo illa collectio in sermone est quę non habet authoritatem, sed hinc accipit. Et cū non sit maior rō de vna quam de alia, sequitur idem quod prius, s. quod q̄libet fidelium collectio Domino hinc habuerit authoritatem iurisdictiōis. Si dicat, q ecclesiæ nomine intelligitur hic collectio fidelium authorizata, tunc currit rō prius dicta de ordine essentiali ecclesiarum. Et obstat ipsum dare: quia habēti non datur: & quod est potestatem habens, non fit potestatem habens.

Quia Igitur ex prædictis patet, q authoritas iurisdictionis in verbis Domini continet: & non est per hæc verba data, dicēdum est, quòd per hæc uerba, Dñs vltra p̄ceptum de correctione fraterna, denuntiatione illiusque ordine, efficaciam ecclesiasticę potestatis iurisdictionis ad literam expressit per illa verba, Si ecclesiam non audierit, &c. &. quęcunque solueritis super terram, &c. ostendit. n. tantæ efficaciæ ecclesiæ eē sentētiam, vt indubie a nobis seruanda, & in cœlo rata sit. Et hoc solum per illa verba Dñs fecit: potestatē. n. ecclesiæ alias supponebat. Et potest admitti, q promisit illam per illa uerba, Quæcunque solueritis, sed ad vtrumque horum. s. quod potestas supposita est & ꝓmissa sat est, si q̄nque data est; & similiter quo ad modum, si mediate, vel immediate data est. Petro siquidem, ac per hoc eius ecclesię immediate potestatem dedit post resurrectionem dicens, Pasce oues meas, reliquis uero ecclesiis mediante Petro fm cursum ordinarium, quamuis dispensatiue mediantib. aliis Apostolis, quibus potest concedi hoc esse permissum.

F Est ergo sensus literalis verborum Domini, quod tanta esset futura ecclesię cuiusque authorizatę potestas in sibi subditis vt sic, vt sententia eius & coram hominibus & in cœlo esset valida. Et hic sensus est amplectendus: vtpote cui omnia consonāt, & series textus, & sensus verborū, vt authoritates Sanctorum, & consuetudo ecclesiæ, & euitatio omnium inconuenientium, quæ omnia propter iam dicta hic & in libello illo prosequenda omitto. Satis enim patere puto hęc, & q promissioni Domini sufficiat exhibitio quam mediante Petro ordinariè, & mediantibus aliis Apostolis per viam legationis omnibus ecclesijs fecit.

G

CAPVT V.

Quomodo Ecclesia habeat potestatem iurisdictionis quæ in verbis Domini continetur, an scilicet ratione suæ totalitatis, an ratione partis.

QVia autem constat ecclesiā, de qua Dominus loquitur, habere potestatem iurisdictionis quantumcunque per illa verba non sit ei data & varijs modis intelligi hoc potest, opportunū videtur discutere modū, quo potestas iurisdictionis est in Ecclesia.

Sciendum igitur est, q dupliciter potest intelligi ecclesiam ad literam cui peccatum fratris peccātis

H dicendum mandat Dñs habere potestatem iurisdictionis in foro exteriori, (de quo est sermo) iuxta duos modos, quibus de ecclesia, quæ quoddam totum significat, aliquid verificatur. Primò, ratione partis: secundo ratione ipsius totalitatis seu totius. Sicut de homine, qui etiam quoddam totū est, dicimus q videt, quod audit, &c. & verificatur ratione partis: quia videt per oculū, audit per aurē, &c. & rursus dicimus de eodem, q perfectissimum est animalium, quod est animal politicū, & huiusmodi: & verificatur ratione ipsius totius, vt patet. Et qdem q de ecclesia ratione partis, (puta capitis,) verificatur q habet potestatem iuritidictionis soluēdi & ligandi in foro exteriori, dubium non est, & sic

I solum, (vt probabitur amplius,) ad literam verificari potest sermo Euangelij, qđ ecclesia habeat potestatem. Quòd autem de ecclesia ratione ipsius totius hoc verificetur, multipliciter imaginari potest. Primò accipiendo ecclesiam quasi totum homogeneū, i. similis naturæ per totum prout ecclesia est collectio fidelium: omnes. n. fideles inquantum fideles, vnius sunt naturæ. Et sic esset sensus, quod ecclesia, i. collectio fidelium, habet potestatem iurisdictionis, &c. Et si in hoc sensu intelligatur, Dic ecclesiæ, sequitur q cum in fide non sit differentia sexus & status, quod ecclesia laicorum & fęminarum haberet iurisdictionem in foro exteriori. Et tenet

K sequela, tum quia omnes fideles sunt eiusdem naturæ: tum quia si cōtingat in aliqua ecclesia mori clericos omnes, remanet ibi verè ecclesia in hoc sensu, i. collectio fidelium: & consequenter secūdum istam phantasiam illa haberet potestatem excōmunicandi. Imo si bene consideretur sumendo ecclesiam, vt totum homogeneum: quoniam fides sola est eius natura, accidit illi toti, quod aliqua ei⁹ pars sit status clericalis: quia in illo toto vt sic potestas ponitur. Secundò ergo potest intelligi, sumēdo ecclesiam, vt totū heterogeneum, i. dissimilis naturæ, prout ecclesia constat ex omnib⁹ membris officialibus (puta episcopo, Sacerdote, Diacono, vel aliis quomodolibet assignādis membris) hoc. n. totum est quasi corpus constans ex oculis, manibus, &c. Et sic esset sensus, Dic ecclesiæ, i. conuocationi integræ membrorum ecclesiæ. Et si in hoc sensu intelligatur,

ligatur,quod ipsum totum ratione suæ totalitatis habet potestatem iurisdictionis,obstāt tria,primo quod æqualis intēsiue poneretur in qualibet ecclesia,quoniam una tātum potestas a Domino nominata est,& non magis de vna quam de alia ecclesia, vt patet in litera,& ex antedictis.Secundò, quòd esset maior intensiuè potestas totius ecclesiæ,quàm illa,Quodcunq; ligaueris,&c.Et tenet sequela, ꝙ potestas totius ecclesię ratione suę totalitatis ponitur superior,etiam respectu papatus.Falsitas autem consequentis patet etiam ex verbis Domini eadem verba replicantis,quę Petro dixerat,s. Quæcunque solueritis,&c.Tertiò,quod nō esset data a Christo immediate,Matth. 18.quod tamen est totum fundamentum istorū.Et tenet sequela:quia nunc non erat institutum sacramentum ordinis, quod constat esse institutum simul cū Eucharistiæ sacramento,Pridie quam Dominus pateretur.Nō igitur dedit Dominus tunc ecclesię,id est communitati Sacerdotum,Diaconorum & Episcoporum(qui integrant generale concilium) potestatem iurisdictionis:quia non erāt sacerdotes,nec Diaconi, nec Episcopi,nec clerici:non enti autem nil datur. Et si dicatur, quod Dominus tunc non dedit,sed promisit se daturum in illis verbis, Quæcunque ligaueritis,&c.habeo intentum,quod nullibi in sacra scriptura habetur,quod Dominus per semetipsum immediate ecclesię communitati potestatē iusdictionis dedit.Et si instetur: quia quod promisit seruauit:patet responsio, quod non promisit per semetipsum immediate se daturum (vt patet in litera) & ideo nō oportet,quod hoc obseruauerit: satis namque feciset promissioni suæ sicut in veritate de facto verificauit illa verba sua mediante Petro in universis ecclesiis.Quia igitur de ecclesię communitate quomodolibet sumatur,non verificantur ratione suæ totalitatis verba Domini Mat. 18.in quibus totum fit fundamentum ex authoritate scripturę, tota aduersariorum opinio stat in hoc, quod communitas ecclesię ratione suæ totalitatis habet potestatem immediate a Domino: consequens est ut verba Domini verificentur de eclcesia ratione partis (puta capitis)vt prædictum est.Et propterea cōmunis animi coinceptio fidelium est,Dic ecclesiæ, id est, Prælato ecclesiastico,ratione cuius ecclesia ipsam potestatem habet.

CAPVT VI.

Quomodo potest (condescendendo multorum sensui) intelligi quod Ecclesia ratione suæ totalitatis, habere potest & habet quandoque potestatem aliquam iurisdictionis.

OBseruandum Quoque est,ne fallamur, videntes qñque authoritatē iurisdictionis ecclesiasticæ ī ecclesia rōne suę totalitatis:& pp ea falsa iudicemus prędicta.Nō enim docuimus aut docemus non conuenire ecclesiæ potestatem quādoque ratione suę totalitatis,sed sic non esse datam ei a Domino Iesu Christo immediate per illa uerba Matth.18.Non nego enim quod episcopi orientales conuenientes possint simul quasi vnum corpus & vnam authoritatem ex suis conficere, sed etiam singulos subiiciendo illi: & sic illa potestas in toto illo corpore ratione suę totalitatis existens, statuet supra illas ecclesias,actusque iurisdictionis exercebit.Sed tamen nihil poterit illa potestas, nisi quod ex potestatibus singulis, & illarum subiectis consurgere potest,propter quod si esset aliquid reseruatum Romano pontifici, non posset potestas illa absoluere ab illo.

Et similiter omnes uniuersi orbis prælati, mortuo summo pontifice,vel sine illo,si conuenirent communicando in vnum corpus,& vnanimes in constituendo,constituerent in tota synodo illā potestatem unam super omnes ecclesias,his tamen exceptis,quę summi pontificis sunt propria.Simili quoque modo,quum papa,cum reliquis prelatis orbis Concilium celebrando simul cum eis constituit, absoluit, damat, &c.cōmunicando cum aliis,quasi unus ex eis facere uidetur. In his enim omnibus & similibus non est aliqua potestas immediate data a domino Iesu Christo ipsi cōmunitati primo: nec est aliqua extranea potestas a potestatib.partialibus,sed velut potestas totalis consurgens ex partialibus. Quemadmodum enim in naturalibus inuenitur differe forma a forma dupliciter,s.ut una forma separata ab alia, ut forma solis a formis mixtorum,& ut forma totius a forma partis, ut humanitas ab aīa hōis: ita potestas papę differt ab aliis primo mō; & potestas synodi differt ab his ex qbus accumulatur,secundo modo. Et ista potestas in tota synodo per uiam communionis seu accumulationis in communi a singulis partibus liberalius vel minus liberaliter,prout partib. & pręcipue principi uidetur,qui numquam totam suam authoritatem accumulare in communi intelligitur,sed quātum ad illa tractanda expedit.In cuius signum non intelligitur, se subiicere synodi potestati coactiue, quantūcunque statutis synodi consentiat, cōmunibus oībus ecclesię personis.Et ex hoc patet,quod si tota ecclesia secluso papa,aliquem præficeret curę ecclesię,ille esset subditus papę,nec posset a casu papali absoluere,quod non esset, si ecclesia haberet vniuersalem, & plenam potestatem immediate a Christo ratione suę totalitatis,secluso papa.Et similiter papa potest quantum est ex potestatis authoritate,tollere statuta Concilii generalis, etiam de cōsensu & authoritate sua facta, quod non esset sine clesia integra ratione suæ totalitatis haberet potestatem uniuersalem,& plenā a Domino Iesu Christo.Ex omnibus autem dictis cuulsām iam esse radicem ex iure diuino opinatam potestātis ecclesię supra papam,liquido apparet.

TRACTATVS SECVNDI

Apologiæ secunda pars in nouem & uiginti capita diuisa.

SVMMARIA.

1 *Responsio ad obiectionem contra illud,quod Dominus Ecclesiæ regimen sic ordinauit, vt Summum Pontificem instituerit,a quo via ordinaria in reliquum Ecclesiæ potestas deriuaret: & quod Apostolis alijs via præuentionis gratuitæ potestatem dedit.*

2 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod papa est caput vniuersalis Ecclesiæ et non solum singulorum membrorum.*

3 *Responsio ad obiectiones contra illud,quod Concilium authorizatum a papa non est maioris authoritatis, quam ipse papa.*

4 *Responsio ad obiectiones contra illud, Si communitas Ecclesia secluso papa haberet potestatem supra papam ecclesiæ regimen esset popular.*

5 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod papa est supra communitatem totius ecclesię ex illa authoritate, Pasce oues meas, & quod papa est pastor vniuersalis ecclesiæ, & non solum singularum ouium.*

6 Re-

6 *Responsio ad obiectiones contra illud ex illa authoritate, fiet vnum ouile & vnus pastor, quod papa est pastor illius ouilis, & econuerso.*

7 *Responsio ad obiectiones contra illud, Non minus papa est pastor ecclesiæ catholicæ, quam quilibet Episcopus ecclesiæ suæ, inferendo ex hoc superioritatem papæ ad ecclesiam.*

8 *Responsio ad obiectiones contra illud, papa habet supremam potestatem in ecclesia, ergo est super vniuersalem ecclesiam.*

9 *Responsio ad obiectiones contra illud, papa est proximus & immediatus vicarius Christi, ergo nullam habet in terris potestatem priorem se, &c.*

10 *Responsio ad obiectiones septem contra illud, papæ potestas est supra ecclesiam vniuersalem, & concilium generale, vt distinguitur contra Papam.*

11 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod Constan. Concilium pro tempore, quo fecit decreta de potestate synodi, non erat verum Concilium vniuersalis ecclesiæ, & quod Basilien. Concilium errauit illud sequendo.*

12 *Responsio ad obiectiones contra glossam datam ad illa verba Augustini, Quando Petrus claues accepit, ecclesiam significauit, quod per hoc intelligitur claues officio capitis in Petro & successoribus datas esse.*

13 *Responsio ad nouem obiectiones contra illud, quod papa non potest errare errore iudiciali in fide, quia ad ipsum spectat finalis determinatio de fide.*

14 *Responsio ad obiectiones contra illam rationem, quare papa non potest errare in fide; qui scilicet esset error vniuersalis ecclesiæ, quia tenetur sequi diffinitionem papæ in fide.*

15 *Responsio ad obiectiones contra expositionem illius verbi Hiero. Si authoritas quæritur, orbis est maior vrbe.*

16 *Responsio ad obiectionem contra multas authoritates ex libro Decretorum quibus probatur papam non habere superiorem in terris.*

17 *Responsio ad septem obiectiones contra illud quod ecclesia Dei secluso papa non est data potestas papalis, aut superior papali in Euangelio Matt. & quod in ecclesia huiusmodi non est talis potestas.*

18 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod Ex missum est se, non sequitur esse subditum.*

19 *Respondeo ad obiectiones contra illud, quod ex 36.q.2.c. placuit. iuncto c.tria, habetur, quod Hier. authoritas innixa sacræ scripturæ præualuit Concilio.*

20 *Responsio ad obiectionem contra hoc, quod ex authoritate decret. de elect. in c. significasti. dicitur quod Concilia a papa habent authoritatem.*

21 *Responsio ad obiectiones multas contra illud, quod concilium generale legitimè congregatum potest errare diffiniendo, papa absente vel non consentiente.*

22 *Responsio ad plures obiectiones cõtra illud, quod potestas applicatiua papatus ad personam, seu potestas electiua papæ, est regulariter & principaliter de papa, & non nisi in casu in Concilio.*

23 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod in ecclesia est potestas authoritatiua super coniunctionem Petri & papatus, non autem super Papam.*

24 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod papa posset committere potestatem depositiuam papæ hæretici collegio Cardinalium.*

26 *Responsio ad obiectiones contra rationem datam, quare pro infidelitate sola potest papa deponi: quia scilicet sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse papæ.*

26 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod ex sacra scriptura solus casus hæresis excipitur ab impunibilitate papæ respectu ecclesiæ.*

27 *Responsio ad obiectiones contra hoc, quod in solo casu hæresis papa subijcitur ecclesiæ, ita quod possit deponi.*

F 28 *Responsio ab obiectiones contra illud quod propter scandalum non est præscindendum caput iuxta Domini sententiam. Matth. 18.*

29 *Responsio ad obiectiones contra illud, quod Deus optimè prouidit ecclesiæ, disponens quod orationis remedio contra malum papam vteretur, non autem depositionis potestate.*

IN NOVEM ET VIGINTI CAPITA Apologiæ secundæ de comparata authoritate Papæ & Concilij.

G ET sic cum utriusque iuris, naturalis & diuini fundamentum ademptum sit, ad singula obiecta descendendum est.

CAP. I.

DIxi In capite tertio illius libelli, Dominum ordinasse sic ecclesiæ regimen, ut Petrum summum pontificem instituerit, a quo uia ordinaria in reliquum ecclesiæ potestas deriuaret; & quod ipse Dominus via preuentionis gratuitæ Apostolis aliis potestatem dedit.

Obijcitur contra. In ecclesia fuit potestas electiua papæ antequam Petrus fuerit papa; ergo, cũ maiori apparentia diceretur, Christum cum fecit Petrum summum pont. preuenisse ecclesiam: & id ex H gratia Petro contulisse quod ecclesia potuisset ordinare ex Christi institutione, quam quod præuenerit Petrum, dando Apostolis potestatem. Antecedens probatur: quia potestas electiua est in ecclesia a Christo, Matth. 18. &c.

Respondeo, Quòd assumptum est falsum: nam, cum electio papæ sit uicarij principis electio, & ordinarie electio uicari uniuscuiusque principis uiui & præsentis spectet ad ipsum principem: cõsequẽs est, ut cum Dominus usque in diem ascensionis, ut princeps præsens fuerit in ecclesia, ad ipsum ordinarie spectabat tunc electio sui uicarij. Nec umquam inuenitur qd' in Mat. 18. c. nec alibi Dñs dederit ecclesiæ ius eligendi suũ uicariũ ipso p̃sente. Vñ Dñs I nõ p̃ueniendo, sed instituendo & ex equẽdo qđ p̃miserat Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ, &c. & Io. 18. Fiet unum ouile, & vnus pastor, Petrũ papam & papatum simul instituit. Rursus, (ut per antedicta patet,) Matthæi 18. potestas electiua papæ non est data ecclesiæ. Quomodo autem & unde potestas electiua papæ sit in ecclesia, inferius in cap. 22. dicetur.

Et aduerte hic, quod preuentio, quam ego dixi, super ipsius ecclesiæ, & sanctorum determinatione fundatur. Qđ enim a Petro ordinarie potestas in reliquum ecclesiæ corpus deriuanda sit, Leo in K cap. ita dominus, distin. 19. manifestat. Quod etiam Domin⁹ ipsum ordinaria uia instituerit, ex hoc qđ non ipsum solum, sed in ipso omnes successores suos instituit, habetur: hoc n. statuentis, nõ præueniẽtis est: sicut per oppositũ, quia reliquos Apostolos in proprijs tantum personis, & non in successoribus suis legatos uniuersales fecit, ad præuentionem gratuitam spectat. Hęc enim ecclesia fatetur Petri soli⁹ successorem uniuersali potestate cognoscens. Et per hoc etiam patet non fuisse in ecclesia ante institutum Petrum papam, potestatem electiuam papę. Nam tantam potestatem habet nunc qꝫ tam tunc: quum papa non possit illam auferre, & Dominus qui instituẽdo dederat, eam statim non diminuerit præueniendo secundum illos in institutione Petri. Quẽadmodum igitur poterat tunc quemlibet alium Episcopum in papam eligere, ita

mortuo

mortuo Petro qui ex gratia factus fuerat a principe, potest alium Episcopum, quam Romanum papam instituere. Et sic Rom. Pontifex recognoscere dēt se prælatum cęteris ab ecclesia, hoc illi concedente, non auferendo, saltem: cuius tamen oppositum docet Pelagius in cap. quamuis. dist. 21. Sancta Rom. ecclesia catholica & apostolica, nullius synodocis cōstitutis cęteris ecclesijs prælata est, sed euangelica voce Dñi & Saluatoris primatum obtinuit.

Amplius, si Dominus immediatè dedit hāc potestatem electiuā papæ vniuersali ecclesiæ, qua præsumptione clerus Romanus & populus eius, &c. vsurpauerunt sibi hanc potestatem electiuam papæ tanto tempore antequam institutum aut approbatum fuerit per generale Concilium de electoribus: qua cōscientia tot sancti viri electionem toti ecclesiæ Christo commissam irrequisitis aliis a paucissimis tractauerunt, fecerunt, acceptauerūt, exercuerunt? Sed de his latior erit sermo: hęc aūt dicta sunt ad ostēndendā falsitatē assumpti in hac obiectione.

CAPVT II.

DIxi in cap. 4. eiusdem, ꝙ prævaluisset sententia Ioan. &c. Sed obiectio contradictionis proprie. cap. 6. tractabitur.

DIxi in cap. 6. eiusdem, Papam esse caput ecclesię vniuersalis non solum singulorum membrorum vt inimici veritatis glossant.

Obijcitur contra hoc dupliciter. Primò, quia falsum est papam esse caput ecclesiæ vniuersalis collectiue sumptæ, Tum quoniam ecclesia nō est Petri, sed Christi: iuxta illud Matth. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, nō tuam. Tum quia papa est minister ecclesiæ, non Dominus: Ecclesia autem est cui ministratur, ac per hoc maior: iuxta dictum Saluatoris, Maior est qui recubuit, quàm qui ministrat. Tum quia omnes authoritates dicentes papam esse caput ecclesiæ, intelliguntur de ecclesia pro singulis ecclesijs particularibus, respectu quorum est caput ministeriale, & non pro tota ecclesia collectiuè.

Secundò, quia licet concedatur Petrum esse caput ministeriale etiam totius ecclesiæ vniuersalis: non tamen oportet omnem proprietatem capitis in eo saluari: & specialiter superioritatem in authoritate respectu totius residui. Et hoc præcipuè, quia tota ecclesia non dicitur corpus Petri, sed corpus Christi: vt patet ad Ro. 12. Et confirmatur hoc, quia Rex dicitur caput regni, non tamen propterea est regno congregato superior, sed qualibet eius parte.

Respondeo. Et ad primi quidem probationem primam ꝙ ecclesiam nō esse Petri, sed Christi, non arguit Petrum non esse caput eius: sed Petrum non esse caput illius ex se, sed loco Christi: vt patet. Ad secundam verò probationem, ꝙ Petrum esse ministrum ecclesiæ, vt cui ministrat, non est esse inferiorem potestate, sed exercitio: vnde ipse Dominus de seipso dicit, ꝙ venit ministrare, & papa vocat se seruum seruorum Dei, & sic est in veritate. Ecclesiam autem esse maiorē papa vt finis est maior eo quod est ad finem, verificatur ꝙ est esse melius: in his. n. quæ non mole magna sunt, idem est maius qđ melius ſm Augu. papatus siquidem est propter ecclesiam, & non econtrario. Vnde ex hoc, ꝙ papa non est Dominus, sed minister, & ecclesia maior bonitate & nobilitate, nihil habetur contra potestatē capitis contra quem tenditur. Ad glossam demum cōmunem, dicitur quòd licet multæ authoritates possent sic glossari, non omnes tamen sunt illius capaces: vt in libro ostensum est.

A Ad secundum autem dicitur, ꝙ ecclesiam non esse corpus Petri, sed Christi, verum est: quia Christus nō solum caput mysticum eius, sed mysticum suppositū ipsius est: vt patet ad Ephes. 1. vbi de Christo duo dicuntur quod est caput ecclesiæ, & ꝙ ecclesia est corpus eius. Et primæ ad Corin. 12. expresse dicitur, Sicut. n. vnum corpus est & multa membra habet, omnia autem membra corporis cū sint multa, vnum tamē corpus sunt: ita & Christus. Ex hoc autem, ꝙ ecclesia est corpus Christi & non Petri, non sequitur ꝙ Petrus non sit caput loco Christi, sed ꝙ Petrus non ille qui operatur per membra huius corporis, sed Christus, qui per Petrum & cæ-
B teros operatur. Et similiter nō sequitur, quod illud caput loco Christi non sit superius authoritate residuo corporis Christi, vt manifestè liquet. Ad confirmationem dicitur dupliciter. Primo ꝙ nullus dicit ꝙ ex esse qualitercunque caput alicuius multitudinis, sequatur potestas iurisdictionis super illa multitudine, cū multipliciter aliquid possit dici caput alterius metaphoricè. Papa autem est sic caput, qđ est pastor, episcopus, & rector totius ecclesiæ, & nō solum singularum, vt authoritatibus & ratione ibi probatum est. Dicitur secundò, quod sicut Rex est caput regni, ita superior eo, & propterea rex qui dependet a regno collectiuè, nō est caput illius: & ideo non est superior eo, sed singulis partibus. Rex autē
C qui etiam a regno collectiuè non dependet (vt est Rex regum) est caput etiam totius cōgregati, & superior eo. Vnde arguere ab esse caput in Rege dependente a regno, ad esse caput in papa, non est rectum: eo ꝙ papa non depēdet a regno ecclesię, nec vices ecclesiæ gerit sicut rex talis vices regna: sed solus Iesu Christi vicarius est.

CAPVT III.

DIxi in eodem cap. 6. ꝙ potestas electiua ipsius papæ, in papę potestate est. Sed quia in c. 22. latius tractatur, ibid. obiecta soluentur.

DIxi in eodem c. 6. quod non est maioris authoritatis Cōcilium authorizatum a papa, quàm ipse papa.

D Obijcitur contra. Primo ex glossa in c. legimus. 93. dist. Statuta Concilij generalis præiudicant statutis papæ, si contradicant.

Secundo, quia constitutio Calcedonensis Concilij prævaluit reclamationi Leonis de Constantinopolitana sede, vt patet in cap. antiqua. de priuilegiis. & 22. dist. renouantes.

Tertio, quia consuetudo generalis ecclesiæ pontificale statutum abrogat.

Respondeo. Et de glossa primo dico quod ipsamet non assertiuè dicit illam sententiam, sed argumentum ad illam dicit: vt patet etiam seipsa in ca. nemo. q. 9. ad quam se remittit.

E Secundò dicitur, ꝙ verificatur de statuto Concilij superueniētis statuto papæ: quoniam quemadmodum ipsemet papa ius condēdo priori contrarium, illud tollit (vt patet in c. licet, in sexto) ita etiā Concilij authorizati a papa constitutio papæ constitutionem priorem contrariam tollit.

De vigore autem Concilij circa sedem Constantinopolitanam, dicitur ꝙ non concludit superioritatem Concilij supra papam, sed tolerantiā papæ. Videmus. n. continuè prælatos cedere multitudini magnatum: quamuis si potestate vti vellent, compescere possent. Quamuis de reclamatione Leonis nihil in capitulis illis habeatur, imo ibi humilis est loquutio dicentium, Petimus, &c.

De vi autem consuetudinis vniuersalis dicitur, quòd

quòd si hoc concluderet ecclesiã supra papã: cõcluderet ẽt ecclesiã supra se ipsã ecclesiã: qm etiam statutum vniuersalis ecclesiæ, generalis consuetudo abrogat: vnde abrogatio istiusmodi non fit potestatiuè, sed executiuè ex parte ecclesiæ, & negatiuè ex parte principis: quia scilicet non cogit.

CAPVT IIII.

DIxi in eodem sexto cap. q, si ecclesia, hoc est communitas ecclesiæ, secluso papa, haberet potestatem supra papam, quòd ecclesiæ regimen esset democraticum, seu populare: in quo tota authoritas apud nullum residet, sed in tota communitate.

Obijcitur contra sequelam: quia non dicitur regimen regale, in quo fit vnicus toto residuo superior; quia tunc non esset in ciuilibus aliquod regimen regale: sed quia est vnicus, qui totius populi vices gerit quolibet particulari superior.

Respõdeo, quod sequela est optima formaliter intellectis terminis; quia, si in tota communitate sola est authoritas; ergo vt sic cõstituit regimen populare: quamuis inquantum aliquem vnum præficit, constituat aliam speciem regiminis. Rursus sequela est optima de supremo regimine ecclesiæ de quo est quæstio: quoniam, si in tota communitate & sola est vniuersalis ecclesiæ potestas, summum regimen, summumq; tribunal eiusdem, ad quod oĩa resoluenda sunt, esset populare (vt patet) quicquid esset de regimine medio per vnum. Vnde, si in regno aliquo populus est supra regẽ, manifestè sequitur, & q communitas populi, vt sic regimen est populare, & quod summum tribunal est populare: quamuis exerceat per aliam regiminis speciẽ (puta per regale) supra alios iurisdictionem suam communiter. Nihil igitur obstant obiecta dictis; quoniam cum regimine regali medio, stat supremũ populare, de quo est q̃stio, & formalis sermo.

CAPVT V.

DIxi in c. 7. probando q papa esset supra communitatẽ totius reliquæ ecclesiæ, ex illa authoritate, Pasce oues meas, &c. q papa est pastor vniuersalis ecclesiæ, & nõ solũ singulariũ ouiũ.

Obijcitur respondendo dupliciter. Primò per interemptionem negando. s. hoc. Secundò per limitationem, q papa est pastor totius ecclesiæ quãtum ad administrationem pabuli spiritualis verbi Dei & sacramentorum. Hæc enim non exercentur per communitatem, sicut actus iuridici.

Respõdeo, & negatio quidem irrationabilis inferius in 70. cap. ratione monstrabitur: nunc authoritate inducta ostenditur. Quum Dominus dicit, Pasce oues meas, illimitatè admittitur: ergo nõ est limitandum ad singulas & non omnes, vt negatio ista limitat: nam singulæ, & omnes suę oues sunt. Secunda autem responsio aut nihil dicit, aut seipsam interimit. Nam dupliciter potest intelligi concessum, quòd papa est pastor totius ecclesiæ quantũ ad administrandũ uerbum Dei & sacra, primò authoritatiue, secundò ministerialiter, respectu totius ecclesię. Si authoritatiue, ergo ipse verè superior tota ecclesiæ cõitate est; nam authoritatiue pascere verbo Dei & sacris, est actus superioris absolute respectu illi⁹, qui sic pascitur, vt patet inductiue: & sic respõsio interimit seipsam. Si aũt ministerialiter, ergo non hẽt papa ex se in pascẽdo plusquã in actib. iuridicis: põt siquidẽ, & act⁹ iuridicos oẽs, vt minister ecclesię cõitatis apud istos. & sic rñsio nihil dicit. Est ergo papa verè pastor authoritatiue vniuersalis ecclesiæ, & singularum personarũ eius in iudicio, & iustitia & verbo Dei, &c. vide illius q pascit omnes in innocentia cordis sui.

CAPVT VI.

DIxi in eodẽ septimo capitulo ex illa authoritate, Fiet vnum ouile & vnus pastor, quod papa est pastor illius ouilis, & non econuerso.

Obijcitur, quòd Christus dixit Petro, pasce oues meas, nõ tuas: & quod Christus dedit potestatem ouili supra pastorem.

Respõdeo, quòd Petrum esse pastorem ouium non suarum, sed Chri, concludit ipsum esse pastorem non ex se, neque loco ecclesiæ communitatis, vt obiicientes dicũt: quoniam oues nec sunt Petri, nec sunt cõmunitatis ecclesię, sed loco Iesu Chri, cuius solius sunt oues propriæ. Vnde ex hoc nihil aliud habetur nisi quod Petrus præest ouili nõ suo, sed Christi: non ex se, sed loco Christi. Quod autẽ additur, Christum dedisse authoritatẽ ouili supra pastorem, voluntarie dicitur, & ipsis verbis Domini dissonat & repugnat: Dissonat quidem, quia ouile illius pastoris ecclesiam cõstituit. regulare est autem vt pastor præsit ouili, & non econtra. Repugnat autem, vt ibidem deductum est, quia non fieret vnus pastor iuxta verbum Domini, sed duo: scilicet Petrus & ipsum ouile. Et, quia de Petro voce Domini cõstat dicentis, pasce oues meas, & quòd vnus tantum sit, eiusdem authoritate Domini patet, consequens est ut alter pastor fictus sit contra Domini sententiam.

CAPVT VII.

DIxi in eodem septimo cap. quod non minus papa Episcopus ecclesiæ Catholicæ, quam quilibet Episcopus suæ ecclesię, ex hac propositione inferendo superioritatem eius super ecclesiam catholicam, & non solum super singula membra, sicut est ĩ alijs Episcopis respectu suarum ecclesiarum.

Obijcitur contra similitudinem. Tum quia Episcopus particularis gerit vices vniuersalis ecclesię: quę est supra suam communitatem. Tum quia ecclesia particularis, cui præficitur Episcopus, habet superiorem in terris, q præficit illum Episcopum.

Respõdeo, & primò, quod ratio non fundatur super similitudine: sed super proprietate huius sententiæ, papa est Episcopus ecclesiæ catholicæ, quãuis declaretur ex simili, imo eadem ratione in aliis Episcopis, Amb. est Episcopus ecclesiæ Mediol. &c. Vnde, cum ex ista propositione formaliter intellecta, papa est Episcopus ecclesiæ catholicæ, sequitur ipsum eẽ Episcopum communitatis ecclesię, satis habetur intentum.

Obiecta autem afferunt dissimilitudinẽ, in non causa ut causa. nam in eo, quod est esse episcopum catholicę, uel talis ecclesię potest considerari quid importet esse episcopũ, & potest considerari a quo fiat episcopus. Et obiecta quidem procedunt considerando a quo fiat, uel fieri debeat episcopus: ratio autem procedit considerando quid est esse episcopum. Constat autem, quod ad iudicandum de naturis rerum, causa formalis, & quod quid est cõcludit efficaciter undecumq; fiant effectiue: siue enim homo fiat a Deo, ut Adam, siue ab alio homine, ut nos: unius naturæ sunius. Et similiter siue episcop⁹ fiat a papa, siue ab uniuersali ecclesia, siue habeat superiorem, siue non: unius naturę est, inquantũ episcopus: quamuis alterius naturę sit, inquãtum subditus. Vnde vt vnico verbo dicatur, ratio de episcopo, ut sic, loquitur: obiectiones autem de episcopo,

inquan-

inquantum subditus alteri & alterius & ab altero. A
Propter quod cum papa sit vere episcopus ecclesię
catholicę, sequitur, vt ibidem dixit, quòd est primo
episcopus ipsius ecclesiæ catholicæ, & secundario
singularium. Tamē quia non minus est ipse catho-
licæ ecclesiæ episcopus quam Ambr. Episcopus ec
clesiæ Mediol. esset. n. longe minus, si non esset epi
scopus totius, sed singulorum membrorum tm̄.
Tum quia actus proprius ēpi. qui est superintende-
re, primo fertur super bono ipsius catholicæ eccle-
siæ, & secundario super bono singulorum, vt patet
ex hoc, quod papa ad hoc tenet̄ sub peccato morta
li ex hoc quòd est papa: constat autē potestates per
actus proprios cognosci. Nec ad hoc video respon B
sionem; nisi diceretur, quòd papa habet hūc actū,
inquantum gerit vices vniuersalis ecclesię, cui pri-
mo cōuenit iste actus, & ex eius commissione con
uenit papæ. Sed hęc responsio potest dupliciter in-
telligi Primò, quòd papa habeat hūc actum depen
denter ab ecclesia; sicut Rex creatus a regno, & in
hoc sensu falsa est: quia sic papa esset vicarius eccle
siæ, & non immediate ipsius Iesu Christi: quod de-
monstratum est esse falsum, & amplius monstrabi-
tur. Secundò potest intelligi quòd papa habet hūc
actum ex suo officio, supplendo id, quod ecclesiæ
conueniret, si non esset subdita. Et in hoc sensu est C
vera responsio: sed nihil obstat rationi, vt patet.

CAPVT VIII.

DIxi in eodem 7. c. quòd papa habet suprēmā
potestatem in ecclesia Dei: & ex hoc deduxi
hoc ipsum esse supra vniuersalem ecclesiam.
Obijcitur glossando. primo, quòd potestas papę
dicitur suprema respectu potestatum particularium,
non aūt respectu potestatis cōitatis totius ecclesię.
Dicitur secundo, quòd ex hoc quòd ponitur su
prema potestas in papa, & suprema potestas ī eccle-
sia, nō sequitur, quod sint duæ supremæ potestates
in ecclesia Dei: quia potestas papę est propter ec-
clesiam: iuxta illud, posuit vos Deus regere eccle-
siam, vbi autem vnum propter alterum, ibi unum D
tantum, vt patet in Topicis.
Responde o, & glossa quidem allata repellitur ex
magna differentia inter secundum quid & simpli-
citer. De papa asseritur simpliciter, quòd habet su-
premam potestatem in ecclesia Dei, vt patet in tex.
allegato ibi; glossa autem ponit papam habere po-
testatem suprēmam secundum quid, quia in respe
ctu ad aliquas: & non ad omnes potestates in eccle
sia Dei. Repellitur quoque ex literali expositione
illius superlatiui suprēmā, pōt. n. exponi negatiue,
& positiue, i. non habens superiorem, & omni alia
superior, & utroque modo repugnat glossę illi.
Quod autem obijcitur sequelæ, nihil est: quoniā
si communitas ecclesię est tantę potestatis, quòd E
papa subest ei, oportet quòd obiectum propriū po
testatis ecclesiæ, & obiectum propriū potestatis pa-
pę; se habeat f̄m supra, & sub, proportionaliter, sicut
ipsę potestates. Et hoc etiam est manifestum ex eo,
quod cōmune bonum ecclesiæ totius est propriū
obiectum potestatis communitatis ecclesiæ; bonū
aut̄ singulorum est proprium obiectum potestā-
tis papæ consequenter loquendo, quia potestas sua
propria f̄m illos est primo respectu singulorum, &
respectu boni communis totius, papa non intro-
mittit se, nisi vt vtens potestate ecclesiæ, vt instru-
mentum illius; essent ergo verissimæ duę potesta-
tes suprēmæ, & subordinatę simul, qd̄ est ridiculū.
Ad id vero quod dicitur: Potestas papæ est pro-
pter ecclesiam, dicitur quod secundum veritatem
est verum, & nihil iuuat: sed f̄m hypothesim corū
non esset propter ecclesiam eodem modo forma-
liter sumptam propter quam esset potestas illa ec-
clesiæ, quia ista propter ecclesiam collectiue, illa ve
ro propter ecclesiam distributiue. Vnde cum regu
la ex vnitate obiecti non obstet, & potestas non sit
propter potestatem, sed sub potestate, non video
quomodo obstet regula Topica.

CAPVT IX.

DIxi in eodem 7. cap. quod papa est proximus
& immediatus vicari⁹ Christi: ergo nullam
habet in terris potestatem priorem se: & in-
de intuli, ecclesiam non habere immediate ordina
riam authoritatē a Christo, & papam non median
te ecclesia habere authoritatem, &c.
Obijcitur glossando, quod papa dicit̄ immedia-
tus vicarius Christi: quia potestas vicariatus sui est
immediate instituta a Christo & ecclesiæ collata,
& non propterea quòd habeat a Christo non me-
diante ecclesia, ita quòd papa est immediatus vica-
rius Christi, sicut apud Apostolum, Reges sunt mi
nistri Dei in vindictam malefactorum, qui tamen
mediante populo fiunt.
Respondeo, & glossa quidem repellitur ex diffe
rentia inter medium in instituendo principatum,
& medium in principando, differunt. n. hæc sicut
cœlum & terram. Et esse immediatum, vel media-
tum vicarium, non attēditur secundum institutio-
nē solam, sed secundum ipsum principaliter. De-
claro singula breuitatis causa in exemplis, Christus
instituit absque medio potestatem episcopalem &
sacerdotalem, instituit mediante ecclesia potestatē
ordinum minorum, & subdiaconatus secundum
aliquos in istis est medium in instituendo, in illis
non. Papa instituit legatum, qui committit uices
suas alteri, legatus principāt̄ sub papa absq; medio,
vicari⁹ autem legati cum medio in principando,
dependet enim principari huius a principatu lega-
ti, & non sola electio ipsius. Ex his autem liquet
quale medium negatur, quum absolute dicitur
aliquis immediatus vicarius alicuius principis:
quod scilicet negetur medium in principando, vt
patet inductiue. Vnde cum papa absolute, & absq;
limitatione aliqua asseratur proxim⁹, & immedia-
tus Christi vicarius, negatur medius principatus
inter Christum & papam inferior Christo & su-
perior papa, cuius vices gerit papa. Si. n. medius princi
patus talis est, vt isti concedunt ponentes ecclesię
totius communitatem esse talem, principatum, li-
cet papa poſset dici vicarius Christi: non tamē pōt
vere dici simpliciter & absolute immediatus vica-
rius Christi, sed immediate vicarius ecclesiæ, & me
diate ipsius Christi. Immediatio autē institutionis
potestatis papæ a Christo, non facit ipsum papam
Christi vicarium immediatum, nisi secūdum quid
scilicet secundū potestatis institutionem: sic enim
quilibet episcopus potest dici immediatus vicarius
Christi; quia cuiuslibet potestas immediatè est īsti
tuta a Christo. Constat autem quod aliud intendit
determinatio ecclesiæ & Sancti patres, cum asseri-
tur papam immediatum esse vicarium Christi. Vn
de ratio stat in suo robore.
Ad id verò quod additur de simili in Regibus,
dicitur, quod non dicuntur proximi & immedia-
te ministri Dei, sed vices multitudinis gerendo, Dei
ministri proculdubio sunt. Longe autem aliter est
de papa, qui non gerit vices multitudinis, sed Iesu
Christi. Et scito, quod inter Regem creatum a po
pulo, vt Saul (vt stando in naturali iure fit) & Re-
gem

gem datum a Deo vt Dauid, & papã factũ a Chri-
sto, vt Petrus, & papam electum ab ecclesia, vt reli-
qui, tanta est in præsentando populum differentia,
quòd Rex tã creatus a populo, quam datus a Deo,
populum & eius potestatem repræsentat: licet nan
que in fieri differant inter se, quia alter a populo,
alter a Deo præficitur in natura tamẽ officii, & po
testatis non distinguuntur. Nam quemadmodum
organum naturale (puta manus) fit a Deo miracu
lose, perinde est ac si esset a natura, ita organũ po-
liticum, puta Rex cũ est a Deo perinde est ac si eẽt
a populo, & ppea eius potestatẽ vtroque modo fa-
ct⁹ repræsentat & exercet: illiusque vices gerere dr,
& non Dei immediate. Papa autẽ siue a Chro im-
mediate, siue ministerio ecclesiæ mediante factus
eiusdem ẽt est naturæ & potestatis, & nõ repræsen-
tat ptãtem populi ecclesiastici, nec ipsum, sed Dñm
Iesum Christũ immediate, & illius solius vices ge-
rit immediate. Et ratio diuersitatis in Rege & Papa
est: qa potestas regia naturali iure est in populo pri
mo, & ex populo deriuatur ad Regem: potestas au
tem papalis supra naturã est, & diuino iure in per-
sona vnica, nõ in cõitate primo est: statuẽte Chro,
Ioan. 10. formam supremi ecclesiastici Regis in vni
ca persona, cũ dixit, Alias oues habeo, & illas opor
tet me adducere: & fiet vnũ ouile, & vn⁹ pastor: &
determinãte eodẽ talem formam ad personam Pe
tri in sua perpetua successione, Ioan. vlt. cum dixit
illi, Pasce oues meas. Vñ papa solius Chri vicarius
est, & non ecclesiæ. & ppea diffinitum est per eccle
siam, quod papa in Beato Petro officium suũ vni-
uersale suscepit vt patet ex allatis in libello, &c.

CAPVT X.

DIxi in eodem 7. cap. conclusionem hanc, Pa-
pæ potestas est supra ecclesiam vniuersalẽ,
& Cõciliũ gñale, vt distinguit contra papã.
Obijcitur. Primo authoritate Augustini in epi-
stola ad Glorierum Elentium. Felicem Grammati
cum, &c. quæ inter Epistolas est 162. ubi loquens
de depositione Cęciliani Carthag. episcopi, dicit,
ecce putem⁹ illos episcopos qui Romę iudicarũt,
non bonos iudices fuisse: restabat adhuc plenariũ
ecclesię vniuersale Cõcilium, vbi etiam cum ipsis
iudicibus cã posset agitari: vt si male iudicasse con
uicti essent, eorum sentẽtiæ soluerentur, &c. & in-
ter episcopos Romæ iudicantes, cõprehendit Mel
chiadem papam, ut patet ex epistola illa. Ex quibus
verbis manifeste sequitur, quod a papa & Cõcilio
simul particulari, potest appellari ad Concilium uni
uersale, & sententia eiusdem solui:

Secundò, authoritate octauę synodi, can. uigesi-
mo primo, cuius pars habẽt uigesimasecunda dist.
in ca. diffinimus, ubi dr, Vniuersalis synodus cum
conuenienti reuerentia, quamlibet quæstionẽ de
Ro. sed exortam audire tenetur, & in ea proficere:
non tamen audacter sententiam in Romanũ Pon
tificem dicere. Ex quo patet quod licet omnem
quæstionem de Romana sede diffinire habeat sy-
nodus: id tamen cum reuerẽtia propter illius emi
nentiam facere debet.

Tertiò, authoritate Damasi papæ, quę ponitur
inter epistolas Ambrosii, epistola septuagesimasecũ
da, vbi Damasus dicit respõdendo. Cum huiusmo
di fuerit Concilij Capuensis iudicium, ut finitimi
Bonoso atq; eius accusatorib. iudices tribuerint,
aduertimus q̃ nobis iudicãdi forma cõpetere nõ
posset. nã si ĩtegra esset hodie synodus, recte de his
quę vestrorum scriptorũ cõprehẽdit series, decer-
neremus. Vestrũ est ĩgiẽ, q̃ hoc recepistis iudicium
F sententiam ferre: vicem. n. synodi recepistis, quos
ad examinandum synodus elegit. Et infra, Vos. n.
vt scripsimus, totius synodi vice Dei decernitis: nos
quasi ex synodi authoritate iudicare nõ conuenit.
Ex quibus manifeste patet primo quòd papa dicit
se non posse de illa causa cognoscere, de qua posset
si synodus adhuc esset integra, ideſt, nihil cõmisis-
set. Secundo, q̃ papa confitetur non solum concili-
um esse in eo in iudicãdo supius sed ẽt deputatos
per conciliũ, in ea cã in qua deputati sunt.

Quartò, authoritate canonis in c. si duo. d. 79. vbi
dr, q̃ si duo contẽdũt de papatu, Cõciliũ est iudex:
G ergo hẽt superioritatẽ in vtrunque, nullus. n. est al-
terius iudex ordinarius, qn sit iurisdictione supior.
Quintò, rõne, papa & reliqui prælati quidquid
iudicant, &c. faciunt vt ministri ecclesię, non solũ
finaliter (ideſt, propter ecclesiam) sed effectiue au
thoritate ecclesię: ergo in ecclesia est primo autho
ritas. Antecedens probatur, quia agere dicuntur se-
cundum intentionem ecclesię. Sequela autem est
manifesta: & cõfirmatur, quia suffragia, quib. priuat
excommunicatus, & indulgentię non sunt prælato
rũ, sed ecclesiæ. Et cõfirmatur iterũ, quia sicut De⁹
H condens humanum genus, dedit potestatem regi-
minis ciuilis ad finem naturalem, nõ vni, sed com
munitati, &c. ita regenerans idem ad finem super-
naturalem, dedit potestatem spiritualis regiminis
ad illum finem communitati ecclesię, &c. Et sicut
qũque prouidit populo, dãdo principem, ut Moy-
sem: ita prouidit ecclesię, dando Petrum. Et confir-
matur tertio: quia aliter politia ecclesiastica non es
set ita bene ordinata sicut ciuilis, nam ista põt pro-
uidere sibi principe potestate abutẽte in destructio-
nem. Ecclesia autem non posset si non esset supior
papa. Et confirmat quartò, quia ipse papa esset mi-
serabilior cæteris, si a malo cõpesci nõ posset. Et cõ-
firmatur quintò: quia papa est ecclesię filius, ac per
hoc subditus. Antecedens patet ex Ambrosio in li
I bro de Symbolo, Non habebit ibi Deum patrẽ, qui
noluit habere Ecclesiã matrẽ. Sequela patet Prou.
10. Stultus despicit matrem suam.

Sextò, etiam ratione, Si papa habet potestatem
super totum residuum ecclesiæ collectiuè, ergo po
test aliquem actum iurisdictionis in illud totum ẽt
inuitum exercere: sed hoc est falsum: quia non põt
illud totum excommunicare aut interdicere: nec
ad aliquid ipso renitente obligare: ut patet per il-
lud August. Leges instituuntur cum promulgan-
tur: firmantur cum moribus vtentium cõprobantur. dist. 4. c. in istis.

Septimò: quia potestas ecclesiastica prius tẽpo-
re est in ecclesia. quam in aliquo summo Põtifice:
K quia illa fuit instituta & ecclesiæ collata Matt. 8. ista
autem Ioan. vlti. Petro data est. Et ideo si Christus
Petrum papam non instituisset, potuisset hoc eccle
sia facere: committẽdo ei suam potestatem: nec po
tuisset illam ab eo auferre nisi ex causa rationabili;
sicut populus potest respectu Regis.

Respondeo, Ex authoritate illa Augustini, non
sequitur Concilium esse supra papam, sed dupliciter argumẽtum ex illa deficit. primo: quia æquiuo-
cat de Concilio. nam quæstio nostra est de Concili
lio distincto contra papam, seu secluso papa, quod
est Concilium acephalum. Augustinus aũt loqui-
tur de vniuersali concilio cũ papa, vt patet ex hoc,
quòd ponit præsentiam iudicum, i. episcoporum,
qui iudicauerant. Cõstat autem q̃ non licet argue-
re a Concilio, ad Concilium acephalum. Secun-
dò deficit: qa ex hoc, q̃ restabat refugium Concilij

uni-

vniuersalis, infert superioritas: est enim hic sophisma consequentis. Potest.n.recursus iste haberi propter multas causas, s. exclusionē suspitionis, pleniorem discussionem, maiorem sapientiam, psonalem tractatum & qcqd eiusmodi est: vt patet ex cōtinua consuetudine appellantium ad eundem iudicē (puta papam) plenius informandum, & cām per alios tractaturum iudices, &c. ET hoc consonat literali sē sui Augustini. vbi propter p̄sentiam omnium prelatorum potuisset causa ita discuti, vt ēt iudices qui primo in partibus, & qui secundo: Romę iudicarunt, personaliter præsentes rōnes iudicii conferre potuissent. & uniuersali omnium iudicio decerni, & ēt dissolui prius male iudicatum. Ad nihil.n.horum exigitur maior authoritas intensiue, quàm papa: sed sua sufficit cum maiori discussione, sapientia, &c. vt quotidie videmus. Est ēt cū his omnib. in concilio uniuersali maior authoritas extensiue, & maior solennitas iudicii quæ omnia sententiā eius omni exceptione maiorem reddere uidentur.

Ad secundā ex authoritate octauę synodi, dr̄ q̄ male exponuntur verba synodi, dicēdo q̄ synodus negat modū iudicādi papam (scilicet audacter) & non iudicium ipsum. ET q̄ hæc expositio sit mala, probatur, quia ly Audacter, aut importat vitium audaciæ, aut importat authoritatem. Si primū, cum illud sit uitandum respectu cuiuscunque, & non solum respectu papæ, ridicula esset decisio synodi, q̄ ipsa non debet vitiose, vel ex passione iudicare papam, &c. si f̄m, hēretur cōtrarium expositionis allatę. Vnde literalis sensus est, quod dicere sententiā in Rom. pont. est audacię vitium; illa siquidē negatio præposita non modū solum, sed totum negat. Dicendo igitur, Non tū audacter dicere sententiā in Romanum pontificem, significat q̄ non nisi audacter dicere pōt sententiam in Rom. pont. Sicut cū dicimus, q̄ de manifestis licet nobis iudicare: de occultis autem occultis non licet nobis temere diffinire, non intēdimus negare modum diffiniēdi tm̄ (puta temere) sed intendimus determinare, quod ipsa diffinitio de occultis cordis est temeraria; Determinat ergo ly Audacter, natutā iudicii in papā: sicut ly Temere, in exēplo dato naturā iudicii in cor. Et propterea ex hac authoritate habēt oppositum eius quod arguentes intendunt. In cuius signum, sy nodus dicit sibi competere audientiam & progressum in quæstione de papa cum reuerentia, & de sententia subdidit illā negatiuam, q̄ non subiunxisset si etiam sententia cum reuerentia sibi competeret; ipsa quippe distinctio expositionis confutatæ defectum ostendit. Cum autem legeris hæc, memento q̄ sermones morales de his sunt, quę regulariter accidunt. In casu q̄ppe hęresis ptinacis in papa, synodi iudicium depositiuum papæ absq; audacia esset.

Ad tertiam ex authoritate Damasi, dr̄, quod neutrum deductorum ex illa authoritate sequitur. Nā in illis verbis non negat potentiam, sed formam iudicādi sibi cōpetere posse. Et huius negationis causam reddit, non impotentiam aut subiectionem suam, sed indecentiam; vt patet in illis verbis, hoc autem familiare est principibus. Quin ēt si dixisset se non posse iudicare, verum dixisset, & a consuetudine principum non recessisset; qui ea se negant posse facere, quæ indecenter facerent si exaudirent. Cōstat autem, quod indecens est determinationes cōcilii etiam prouincialis soluere: quanto magis concilii generalis, quorum decreta etiam papam in foro conscientiæ ligant, non minus quā propria? unde, & f̄m sacros canones ad Romanum pontificem p̄cipue spectat seruare statuta patrum. Et si notaueris eandem authoritatem, contra arguentes facit, pro quāto insinuat excellentiā suā tātam, q̄d eū quasi ex synodi authoritate iudicare nō cōuēit.

Ad quartum ex authoritate Canonis; dr̄ quod gratis concessum est, quod papa incertus subditur Concilio. Duobus enim contendentibus incertis, iudicat ecclesia: sed si alter esset certus & indubitatus, ecclesia non iudicaret, sed adiuuaret certū obediendo, condemnando antipapam, &c.

Ad quintum ex ratione, quia prelati sunt ministri ecclesię, dicitur quod prelati dicuntur ministri Christi & ecclesię. Christi quidem & effectiuè (qa ab illo hēnt suam potestatem effectiue) & suppositaliter, mystice tamen: quia omnes prelati sunt velut membra Christi iuxta illud Aug. super Io. Si p̄positi ecclesię pastores sunt, quo modo vn⁹ pastor est, nisi quia sunt illi omnes vnius membra pastoris? ECCLESIÆ autem integrę (id est cum capite suo, quod Christus est) ministri etiā dupliciter dici possunt, s. effectiue ratione patris, s. cēpitis, a quo habēt prælati authoritatem & integraliter; quia sunt mēbra ecclesię reliquę a capite, non ut suppositi, sed ut corporis mystici partes integrales. ET hęc dicim⁹ loquēdo de prælatis ecclesię absolute, non de isto ordinato & instituto ab illo: sic enim esset quęstio de illo a io, & sic de alijs. Ex quib. patet, quòd prelati ecclesię propriè loquendo, non sunt ministri ecclesię effectiue, nisi rōne capitis, s. Christi: & consequenter non sunt ministri ecclesiæ ut dominæ, nisi ratione capitis: propter quod Paulus dicit, Si quid ero donaui, in persona Christi, & rursus, Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. Ex hoc autem quod ministri ecclesiæ dicuntur agere f̄m intentionem ecclesię, non plus habetur quam dictum est: quia, s. agunt secundum intentionem ecclesię in capite, & in corpore ab ipso capite diffusā. Quanuis hoc possit etiam intelligi secundum intētionem ecclesiæ, id est secundum intentionem ecclesiastico officio debitam; hac.n.intentione conficiunt, & conferri dicuntur sacramenta, &c.

Ad primam cōfirmationem, quia suffragia sunt nō prelatorum, sed ecclesiæ dr̄, quod falsum est suffragia non esse prælatorum, ut dispensatorum; q̄uis sint ecclesię integrę vt proprietarię: sed hoc nihil aliud concludit, nisi prelatos ab ecclesia integra ratione capitis potestatem habere. Vnde omnia deficiunt ob equiuocationem ad propositum ab ecclesia integra ad ecclesiam, vt distinctam contra caput. Ad secundam confirmationem de similitudine conditionis, & regenerationis generis humani, dr̄ quod apertissime constat falsum assumi, & dissimiliter Deū instituisse. Nam in ordine ad finē naturalē potestatem cōitati indidit, & non uni: in ordine autem ad finem supernaturalem potestatem dedit uni, & nō cōitati, prefecit enim Iesum Christum, secundum quod homo est, in principem & caput omnis ecclesiæ, vt patet, & hoc nō preueniēdo sicut in ciuilibus, sed instituendo, ut patet. ET scito, quod argumentum deficit ex eo, quod non attendit ordinem primarium regenerationis humanæ, sicut attendit primarium ordinem conditioni humanę: sed declinat ad ordinem secundarium ecclesiæ, qui est in tempore absentię principis, qui abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum & reuerti. q̄uę declinatio manifestè defectiua est: qa primariū in uno, primarium in altero reddēdū p̄portionaliter est. Hic aut secūdarius ordo ī ecclesia naturā si sequiē principalis, absq; oī cōtradictione

optimus uidetur. Sic autem potestas in uno principis uicario non in communitate locanda est, & locata ab ipso principe in Petro. Vnde patet, qđ non præuenit princeps Ecclesiam, sed suapte natura ordinem regiminis spiritualis prosecutus in Petro & eius successoribus uicarium suum locauit. Ad tertiam confirmationem iam patet, quod optime prouisum est politiæ spirituali in suo naturali principe, qui peccare non potest: in ordinatione autem vicarii illius optime quoque prouisum est, dum suauis dispositio seruata est. Supernaturale nanque regimen (quale est Papatus) suapte natura supernaturalem defensionem & remedium sibi vēdicat: quale Dñs Iesus Christus sibi authoritatiue reseruando electionem & ecclesiæ reliquæ ministerio orationum instituit. Hoc. n. suaue, & efficax est remedium, vt in loco suo inferius amplius mōstrabitur. Vnde falsum est Dñm Iesum Christum minus bene ordinasse politiam Ecclesiæ ēt sub suo vicario q̄ Politiam ciuilem in humanis, qm̄ vtrobique nō idem, sed proportionale remedium contra malum principem datum est. Ita quod ecclesia pōt se & cōtra illum tueri, & deponere votis & operib. ecclesiæ proportionatis, s. orationibus, ieiuniis, eleemosynis: hæc. n. efficaciores sunt cæteris causis secundis: quia superiores sunt reliquis, & propriæ uniuersali saluti ecclesiæ, sed non omnes capiunt uerbum istud. Ad quartam confirmationem, dicitur quod immediate susceptus sub cura Christi viuentis, & specialiter de ipso curā habētis, nō est miserabilior cunctis, nisi rōne seruitutis uniuersalis & periculi maximi, & huiusmodi, talis autem est papa, qui nō potest coactiua pœna puniri, sed tenetur ex amore, libere operari. Fœlicitatis. n. quædam inchoatio est non miseriæ, esse in statu in quo non sicut seruus sub lege, sed sicut liber in gratia constitutus homo adhuc mortalis est positus: vt in papatu contingit. Ad quintum dicitur, quòd papa inquantum singularis persona est filius ecclesiæ, quia regenerās, nutritus & instructus ab ecclesia sicut cęteri; inquātū aūt papa, est filius ecclesiæ integrę, hoc est cum suo capite, & pr̄ non filius reliquæ ecclesiæ. Sed in his & similib. aduerte tu, cui hęc & similia obiiciuntur, ne æquiuocatio de ecclesiæ uocabulo te fallat, ut ea quę dicūtur de ecclesia integra (siue cū capite siue cum uices capitis hēnt) ad ecclesiæ cōitatē secluso capite applicata suscipias: hæc enim te deciperent.

Ad sextum argumētum principale dicit cū Apostolo. Quod omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: & rursus. Omnia possum, sed non oīa ędificant. Conceditur igitur, quod papa pōt q̄tum ex potestatis suę authoritate est, actum iurisdictionis ēt in inuitam ecclesiam reliquam exercere, sed nō expediret, si non ædificaret. Nec valet argumētum. Non pōt illā excommunicare, ergo non pōt aliquē actum iurisdictionis in inuitam exercere, vt patet. Ad probationem aūt ex authoritate Aug. dicitur, quod potius probat oppositū. si. n. leges instituūtur cum promulgantur, papa promulgando legem in totam ecclesiam instituit absque ecclesiæ cōsensu. potest igitur ipse solus instituere legem in illam. Firmitas autem ex consensu vtētium, non ex parte authoritatis, sed exequutionis se tenet. Quod cōuincitur ex eo, q̄ statutū vniuersalis concilii integri ēt consensu vtentium firmatur, ita quod non ligat qm̄ est a dissensu vtentium infirmatum, & tm̄ nullus dubitat vniuersale concilium integram firmitatē authoritatis legib. sui dare. Prouenit aūt hæc legū infirmitas ex dissensu vtentium ēt ab ipsis legislatoribus negatiue, pro quanto tolerando dissimulans, & implicite reuocant quod fecerunt. Et merito: quia lex (ut dī di. 4. c. erit) debet esse patriæ, loco, temporique conueniens.

Ad septimum dī quod falsum assumitur: nam potestas ecclesiastica primo fuit in primo summo Pontifice domino Iesu Christo, qui Pontifex assistens futurorum bonorum æternam redemptionem inuenit. Falsum quoque monstratum est esse quod Dominus per illa uerba quę habentur Mat. 18. potestatem ecclesiasticam dederit ecclesiæ, quātuis promiserit ei sup̄ suos subditos: ut superius diffusè discussum est. Aequiuocatio demum incidit iam dicta ab ecclesia, ad ecclesiā secluso capitedecliando. Reliqua autem quæ arguendo afferuntur (s. quod ecclesia potuisset instituere Petrum papā) quam falsa sint, ex supradictis patet: quia si potuit ecclesia umquam instituere papatum in uno & eius successore, vt Christus fecit, posset quoque illū instituere in triūuiratu, vel aliquo huiusmodi: quia eiusdē est īstituere, & īstituta mutare, p̄ loco & tpe.

CAPVT XI.

Dixi in 8. c. quod Concilium constantiense, p̄ illo tēpore primo quo fecit illa decreta de potestate synodi, non erat verum Concilium vniuersalis ecclesiæ. Et quod Basilien. errauit illud sequendo.

Obijcitur dupliciter. Primò, quòd blasphemaui. Secundo, quia Conciliū constantiense sub obedientia Ioannis 23. erat verum Concilium uniuersale: quia succedebat concilium Pisano, in quo fuerat unio ecclesię, deposito utroque papa (s. Gre. 12. & Ben. 13.) & electus Alex. quintus, cui successit Io. 13. qui congregauit illud Constantiēse Cōciliū.

Respōdeo, et primo quo ad Cōstātiēse, cōciliū. Si ego blasphemo, quare Gre. 12. qui expresse recusauit in actu unionis ecclesię recognoscere concilium illud pro tunc, ut Concilium illud, nō blasphemus, sed uir pacis, & ecclesię amator habitus est? vt patet in gestis eiusdem Concilij. sessione 43. Quare obedientia Ben. 13. inter fœdera vnionis, & & in actu vnionis ecclesiæ recusationem talis pro tunc Concilij volens & faciens, nō blasphema, sed catholicæ unitatis studiosa est habita? ut patet ī sessione 20. & 22. Quare Sigismundus Imperator, qui p̄sedit illi Concilio, ut satisfieret recusationi illius Cōcilij, non blasphemus, sed defensor ecclesiæ hētur? Quare demum ipsummet tunc Constan. Cōcilium, cum negauit facto seipsum esse concilium non semel, sed bis (primò in acceptando præsidentiam Imperatoris, & authorizari se in concilium a Grego. 12. secundo in acceptando se conuocari ab obedientia Ben. 13. & conuocare illam) non blasphemauit? Et si potius scandalū permitti dēt a qualibet singulari persona, quā ueritas deseratur, qūo concilium vniuersale a spiritusancto rectum, potiꝰ veritatem deseruit seipsum facto negans, quā scandalum permittere uoluit iam natum? Ex his autē rectè consideratis patet, quod concilium illud nō reputauit seipsum certum & indubitatum concilio illo tempore, & propterea hmōi negationes admittebat dās operā ut unum certum & indubitatū concilium fieret cum indubitato capite, ut tandē fuit. In quo igitur ego erro, si dubia & incerta pro dubijs incertisq; habui? nihil. n. dixi aliud in snīa. Nā dubia & incerta pro uera authoritate refutari cōstat, ueritatisq; authoritatēeis tribuere nephas ē.

Ad secundam obiectionē de successione ad cōcilium pisanum, dicit, quod nec illud concilium constat

constat fuisse certum & indubitatū: ut cęteris omissis patet ex duobus. Primo, quia assertio ista revocaret antiquum schisma: quid etiam aliud est dicere, Concilium illud Pisanum cum Alex. 5. certum & indubitatum, quàm certè & indubiè damnare Gregorium 12. & Benedictum 13. cum suis obediētiis? Hoc autem est redire ad illud schisma. Secundò, quia ipsum Constan. Concilium sub obediētia Io. 23. licet crediderit se esse vniuersale Concilium succedēs Pisano, non tū hoc pro certo & indubitato tenere se cōtestatū est facto suo, vt patet ex dictis.

Accedit ad hæc, quod sine papa diffiniuit: & ꝓpterea si fuisset ēt tota reliqua ecclesia repræsentatiue potuisset errare, nec fuisset concilium generale perfectum simpliciter; vt patet in libello.

Quo ad Concilium verò Basilien. vniuersalis Ecclesię responsionem replico: quæ Eugenium adoraut, concilium Florentiæ vniuersale ex Orientali etiam ecclesia celebrauit in materia fidei, &c. Si ego blasphemaui, quis excusat ecclesiam a blasphemia?

CAPVT XII.

DIxi in c. 9. glossando verba Aug. Petrus quādo claues accepit, Ecclesiam significauit, & similia quæ in hoc sensu dicta sunt, quia officio capitis perpetuo, in Petro & successoribus data hæc sunt: & propterea in persona ecclesię dicitur Petrus suscepisse hæc.

Obiicitur, Quod nō sit iste sensus intētus ab Aug. quia sequeretur, claues datas esse ecclesiæ finaliter, & non formaliter: cuius oppositum vult ibi Augu.

Respondeo, quòd sequela non tenet: imo sequit̄ exillo sensu claues esse datas ecclesiæ formaliter, tum quia quod datur capiti formaliter, vere etiam datur corpori, cuius est illud caput formaliter: tum quia datum capiti & corpori formaliter, quamuis corpori mediāte capite, constat datum esse toti formaliter: sic autem est in proposito, vt patet. Sed argumentum præter hoc fallitur in æquiuoco de ecclesia: ab integra ecclesia in terris, capite, s. & corpore, [de qua loquitur Aug.] ad ecclesiam pro corpore tantum, vt quoddam vnum integrum, cuius papa sit vicarius, quod est fictitium. Firmatur autem sensus a me assignatus ex eo quod exposui Aug. ex ipsomet Aug. inquit enim in lib. de Agone Christiano, Non sine causa inter Apostolos, ecclesiæ catholicę psonam sustinet Petrus: huic enim ecclesiæ claues datæ sunt cum Petro datæ sunt. & cum ei dr̄, ad omnes dicitur, Amas me, pasce oues meas. Hæc ille. Constat enim q̄ Petro ut distincto ab aliis, & ꝓse & successoribus datus est papatus, per illa verba, Pasce oues meas, Io. vlt. Et Au. idem iudicat de hoc actu, & de acceptione clauium. rōne igitur officii capitalis & perpetui in ecclesia diffusi Aug. dicebat quod personam ecclesiæ gerebat.

CAPVT XIII.

DIxi in eodem cap. 9. quod papa non pōt errare errore iudiciali in fide, quamuis possit errare personaliter, quia ad ipsum spectat finalis determinatio de fide: ut decret. primo. & Sanct. Thom. post dicit. & probat ratione & authoritate Cyrilli & Maximi.

Obiicitur, Primo, quia duo summi pōtifices determinauerunt contraria in his, quę fidem tangūt, ergo alter eorū errauit errore iudiciali in fide. Assūptum patet de Io. 22. & Nicolao 3. quorum vnus determinauit iudicialiter Christum & Apost. nihil habuisse in communi nec in particulari, alter oppositum: ut est uidere in eorum extrauagantibus.

Secundo. Quia Innocentius tertius, & Celestin' determinauerunt contraria super illa propositione, Vno coniugum ad hæresim transeunte alter q̄ remanet in fide, potest ad secunda vota transire: ut patet in c. quanto, de diuortiis & glossa ibidem.

Tertiò, Quia aliqui statuerunt contra Enāgeliū: vt Pelagius, qui constituit ut subdiaconi Siciliæ a suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus duxerant, aut ab officio cessarent: quam cōstitutionem quia erat impia & contra Euangelium, retractauit beatus Gregori⁹ primus eius successōr: ut patet in di. 31. c. ante triennum. in textu & gl. sicut. n. potuit iudicialiter statuere cōtra Euāgeliū, ita & diffinire.

Quartò, quia sequeret̄ quòd summus Pontifex non posset fieri hæreticus circa propositiones nōdum determinatas, vt erat articul⁹ de processione Spiritus sancti a Filio. Et tenet cōsequentia: quia nō posset esse pertinax contra suipsius determinationem. Sequeretur etiam quod determinatio etiā solius summi Pontificis ligaret suum successōrem. Sequeretur etiam, quod papa verè hęreticus male iudicari posset; quia decideret obiecta contra eū esse intelligenda in aliquo sensu suę assertioni cōsono.

Quintò, arguitur ad hominem, Quia ergo cōtra dico mihimet in hoc eodem libello, nam in fine quarti capituli dictum est, quod sententia Ioannis Euangelistę prævaluisset sententiæ Clemētis papę in doctrina fidei, & nunc dr̄, quod papa non pōt errare in iudicio fidei. hæc. n. cōtradicunt, quia nō prævaluisset sententia Ioannis, sed tātum fuisset stā dū sentētiæ Clemēti papæ q̄tū sentētię Ioānis, imo & pl⁹: quia apud Clemētē fuisset vltima decisio fidei iuxta hic dicta apud Petrū, si adhuc supuixisset.

Sextò, Quia frustra fuissent cōgregata quatuor Concilia generalia principalia contra quatuor hęresiarchas, puta Nicænum, Constantinopolitanū, Ephesinum, & Calcedonen. Et tenet consequētia, quia sufficisset solius papæ decisio: imo apud aduersarium tantę est potestatis solus papa in diffiniēdo, sicut aggregatum ex ipso residuo.

Septimo ex Occham, Quia Innocentius tertius (ut habetur extra qui filij sint legitimi, in c. per venerabilem) dicit: Cum Deuteronomium secunda lex interpretetur, ex vi uocabuli cōprobatur, ut qđ ibi decernitur, in nouo testamēto debeat obseruari. Quę verba si vniuersaliter secundum literalē sensum intelligantur, hęresim sapiunt: quia cæremonialia ibid. in c. 13. & 14. non sunt seruanda. Si verò mystice intelligantur, nihil speciale de Deuteronomio dicunt: quia omnia mystice seruanda sunt: ut legitur dist. 6. cap. his itaque:

Octauò ex eodem, Quia nonnulli summi pōtifices inueniuntur diffiniuisse se temporalib. habere supremam potestatem, cęteri vero oppositum.

Nono, Quia nō est verisimile, quod homini potenti in ijs quæ sunt fidei errare, commiserit Deus vltimam fidei decisionem.

Respondeo, Et ad primum quidem dr̄ quod falsum assumitur, s. quod vnus papa, s. Nicolaus determinauit iudicialiter Christum & Apostolos nihil habuisse in communi. Nam manifeste Nicolaus (vt patet in 6. de verborum significatione exijt qui seminat) dicit, Egit namque Christus & docuit perfectionis opera: egit etiam & infirma sicut interdum in fuga patet & loculis: sed vtrunque perfecte perfectus existens, ut perfectis & imperfectis se uiam salutis ostēderet. Hęc ille. Vbi manifeste patet, quod Nicolaus asserit Christum habuisse aliquid: ualet enim sequela, Nicolaus asserit Christum habuisse aliquid, ut imperfectis se uiam salutis ostenderet;

ergo asserit Christum habuisse aliquid. Ioannes ergo 22. qui determinauit hæreticum esse tenere qđ Christus & Apostoli nihil habuerunt in cõi, quia contradicit sacræ scripturæ, veritatẽ fidei determinauit, cuius contrariũ nõ determinauerat Nicolaº.

Ad secundum dr̃, qꝓ neuter illorum Pontificum diffinitiue determinauit. Nam de Celestino in c. qñ. de diuortiis, Innocentius dicit, Licet quidam prædecessor noster sensisse aliter videatur, & de seipso subiungit, respondendo oppositum, Non credimº quod in hoc casu is qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare. Vbi verba ipsa (videlicet videtur aliter sensisse, & Non credimus ostendunt quod non diffiniendo in materia fidei loquuti sunt.

Ad tertiũ dicitur quod Pelagius, si statuit illud, nihil contra, sed supra Euangeliũ statuit. Quod manifeste patet ex hoc, quod statutum illud suos obseruatores aut in bono supererogationis locabat, si continerẽt: aut in nullo malo, si nõ continentes se suspendebant ab officio: ut qdã subdiaconus fecit.

Est autem hic aduertendum, quãtum crescat infamia per diuersa ora paulatim; nam sanctus Gregorius de hoc statuto loquens dicit, & quod diaconus authoritate tamen papæ hanc prohibitionem fecit, (vt patet. 27. q. 2. c. multorum) & quod sibi durum ac incompetens videtur, vt patet in ca. ante triennium. dist. 31. Glossa vero ibidem auget, dicẽs, quod Pelagius hoc fecit, & quod illa cõstitutio fuit iniqua, arguẽs autem amplius auget, dicens, quod Rom. Pontifex statuit contra Euangelium.

Ad quartum dicitur, Negando primã sequelã, s. quod papa non possit esse in nõ decisis hæreticus. Nam si ille, qui est papa, tenuisset pertinaciter, Spiritum sanctum non procedere a Filio, etiam si ab ecclesia sic determinaretur, fuisset hæreticus. per accidens autem est, quod ab ipso vel alio determinatio ecclesiæ fieret; standum est enim in formalib. & per se, & non declinandum ad ea, quæ sunt per accidẽs in quacunque scientia. Ex hoc patet responsio ad secundam sequelam. Nam determinatio vnius papę in materia fidei ligat p̃ se oẽs personas ecclesiæ, quarum sunt actus credendi, & sic persona propria & successoris ligatur ad tenendam determinationem semel factam de fide. Ad tertiam autem sequelam dicitur, quod cum id quod imputaretur papę pro hæresi, non esset decisum ad huc per ecclesiam, & ipse non teneret hoc pertinaciter; sed defenderet esse consonum sacrę Scripturæ & fidei ecclesiæ, non esset hæreticus formaliter, etiam si materialiter erraret in his quæ sunt fidei. et propterea non sequitur quod papa male posset iudicari de hæresi in casu quo iudicandus est. s. de hæresi formaliter; in his enim non habet locum interpretatio ad istum vel illum sensum.

Ad quintum dicitur, quod nulla est cõtradictio in dictis meis allatis. Nam bene simul stat tam Ioannem quàm Clementem non posse errare, & tamen alterum: possunt enim esse duo omnino recta subordinata: ut patet apud omnes de ecclesia vniuersali præsenti, & de sacra scriptura. Dicendo autem, qꝓ sententia Ioannis prevaluisset sententię Clementis papę: nihil aliud dixi, nisi quod Clementis sententia subordinata erat sententię Ioannis. Ad id uero, quod adiungitur, quod sequeretur oppositum huius, negatur sequela. Nam cum dicitur, quod ad papam spectat finalis determinatio de fide; intelligitur in ordine & gradu suo scilicet sub sacra scriptura, cuius author est spiritus sanctus. Et, quia Ioãnes Euangelista in doctrina fidei locum sacrę scripturę tenebat (sicut Euangelium suum hodie tenet) ideo non sequitur quod magis Clementis quàm Ioannis esset standũ sententię, sed econtrario; et ex hoc patet responsio ad simile allatum arguẽdo de Clemente & Petro, quod scilicet non est eadem de vtroque ratio; quia Petrus nõ rõne papatus, sed apostolatus, locum etiam sacrę scripturæ tenebat, sicut nunc tenent Epistolæ eius, & hunc sensum expresse aperui in libelli illius loco allegato dicens, pręua fuisset sententia Ioannis sententię Clementis papæ in doctrina fidei, sicut mõ prævalet Euangeliũ Ioãnis sententiæ cuiuscunque papæ & totius ecclesię.

Ad sextum negatur sequela: quod scilicet frustra fuissent Concilia illa principalia in materia fidei congregata. Concilia enim non propter potestatẽ intensiuam sed extensiuam, & propter discussionẽ & collationem cum multitudine vniuersali sapientum in fide, & propter indubitabiles & acceptatos ab omnibus iudices omni exceptione maiores, cõgregantur in materia fidei. Probatio autem sequelę procedit, acsi propter habendam solam authoritatem intensiuam concilium cõgregandum esset, qꝓ falsum est. Nam licet papa solus tantæ intensiuæ sit authoritatis, quantæ ipse cum residuo, non tamẽ tantę extensiuę, non tamen tantę sapientię, non tñ tantę acceptationis indubitatę ab omnib. (vt patet de ipsis oppositum sentientibus) non tamen tantę solennitatis (quę animos humanos communiter multum afficit) nõ demũ tãtę bonitatis & gratię corã Deo: q̃ apud multitudinem hominum multũ valet ad persuadendum quod a spiritu sancto regitur, errare nõ potest. Oportet. n. ea quę totam ecclesiam tangũt in singulis sic fieri, vt acceptabilia fa cillime oĩb. sint, & ad hoc multum valent vniuersalia Cõcilia a probis pręcipue prelatis celebrata.

Ad septimum dicitur, quia duę sunt leges diuinę (scilicet vetus & noua) & noua est secunda ordine generationis, iõ vocabulum illud, scilicet secũda lex, nouę legi cõuenire ex vi vocabuli dicitur; & argumentum ex conueniẽtia vocabuli sumpsit Innocentius. ex hoc expressit, ne intelligeretur qꝓ absolute concluderet, sed quãtum est ex ui uocabuli. Et hoc diminuit argumẽtum, non auget (ut patet) quoniam in uoce vna latent multa. Vñ ex hac conuenientia quãdam persuasionem intendebat, qua mandata in Deuteronomio, non ad literam, sed proportionabiliter fm conueniẽtiam ad tẽpus gratię seruanda erãt, qñ, vbi, &c. expediret. Vñ ipse mandatum vnum iudiciale ex Deuteronomio assumens, & tractans, non ad litteram, sed iuxta conuenientiam ad sacerdotium Petri exposuit. Nec obstat quod omnia veteris testamenti hoc modo seruari possunt, conceditur enim quod nihil speciale de Deuteronomio intendebat, nisi persuasionem ex conuenientia nominis.

Ad octauum dicitur, quod quia potestas papę directe est respectu spiritualium ad supremum simpliciter finem humani generis: ideo suæ potestati duo conueniunt, primo quod nõ est directe respectu temporalium: secundò, quod est respectu temporalium in ordine ad spiritualia: hoc enim habet ex eo, quod ad supremum finẽ omnia ordinari debent, ẽt temporalia, ab eo proculdubio, cuius interest ad illum, finem omnes dirigere: vt est Christi uicarius, primum aũt ex natura suę potestatis consequit. ex his autem sequit, quod utrunq; vere potest determinare, ut papa, & quod hẽt supremam potestatem in temporalib. & quod non hẽt supremam po-

potestatem in temporalibus; quoniam vtrumque verum est ad sanum intellectū. Affirmatio nanque est vera in ordine ad spiritualia. negatio vero est vera directe, seu secundum seipsa temporalia. Vnde nihil ex vtraque decisione erroris accidit. Aduerte tamen, quod quia aliud est determinare de fide formaliter, & aliud de eo, quod est fidei materialiter, nam primum importat determinare quod credendum vel non credendum est: secundum autem determinare de quęstionibus, quę in rebus creditis accidunt, & constat, quod cum determinatur quæstio aliqua; secundo modo non determinari dr de fide, sed de tali vel tali materia: ideo, cum dr, ꝙ papa non potest errare in iudicio fidei, non accipio dictum esse nisi de iudicio fidei formaliter, qñ, s. determinatur quid credendum vel non credendum. Contra quod nulla harum obiectionum procedebat, nisi prima apparenter: ne tamen figere videar, sigillatim solutæ sunt omnes.

Ad nonum dr, quod non verisimile, sed verum, & humanę diuineque rōni & authoritati consentaneum est, vt homini potenti errare secundum seipsum, non autem ut directo a Spiritu sancto, Deus vltimam fidei decisionem sub sacra scriptura commiserit. Cum. n. non sit differentia apud Deum in vno & in multis saluare, & omnes in Concilio prę sentes secundum se & proprias uires cōsiderari, posſint errare, male determinando de fide: ob ignorātiam vel aliquem alium defectum, ac per hoc ad assistentiam spiritus sancti recurratur, magis attestat assistentiæ spiritus sancti & eius virtuti, salus fidei p vnum quam per totum Concilium: hoc enim humanę sapientiæ opus esse uidetur (propter omniū Patrum concursum) illud autem solius Dei opus est & apparet. Vnitas quoque fidei unitatē quoque iudicis cui præest toti Ecclesię exposcit: vt in secunda secundæ, q. 1. ar. vlt. diuus Tho. affert.

CAPVT XIIII.

DIxi in eodem 9. c. rationem, quare Papa non potest errare in iudicio fidei, quia hic error esset error vniuersalis ecclesiæ, quia tenetur sequi diffinitionem papæ in fide, afferens ad hoc authoritatem S. Thomæ, & post Decretalis in ca. maiores. & Iesu Christi, Ego rogaui pro te, Petre.

Obiicitur Negando, quòd ecclesia de necessitate tenetur credere sententiæ diffinitiuæ Papę in materia fidei: & dicendo, ꝙ sicut Papæ pręcipienti cōtra Euangelium, non est obediendum, ita nec sentētiæ erroneę in fide. De authoritate Sancti Thomæ non est cura.

Ad capitulū, maiores. dicitur dupliciter, primo, quòd non pro ultima & necessario credenda determinatione habēda, sed regulariter ad papam est recurrendum, quia regulariter non est ecclesia cōgregata. Secundo (& idem redit) quòd referendæ sunt summo pontifici causæ fidei, ut conuocet cōcilium: quia ad ipsum spectat congregare illud.

Ad verbum Domini, ego rogaui pro te, Petre, dr ꝙ non pro sola persona Petri, aut successorib. orauit Christus ne deficeret fides eius, sed pro uniuersali ecclesia per Petrum representata.

Respondeo, Negationem illam consuetudo ecclesiæ authoritatesque sanctorū cōfutant, & ignis experientia comprobaret, si quis nō teneret, quod sola Rom. Ecclesia determinaretur, hęreticum esse, ut patet, extra, de hæreticis ad abolendam in textu & glossa. Et hæc rñsio manifestat, ad quid fateantur ipsimet se declinare oportere, defendēdo subiectionem papę in reliquo corpori Ecclesię, vel cōcilii.

Quod autem additur, ꝙ sententię erroneę, sicut nec pręcepto diabolico adherendum esset, verissimum est: sed nihil obstat: quoniam ex his nihil aliud quàm conditionalis veritas habetur, s. si determinaret erroneè, si pręciperet contra euangelium, non audiretur. Hoc enim non solum de papa, sed de Angelis sanctis uerissimum est, iuxta illud, Si Angelus de cœlo euangelizet aliud, &c. anathema sit. Ex his. n. consequitur, quod antecedens, aut consequens possit esse verum, ut patet.

Quòd authoritas S. Tho. paruifiat, non nihil est, qm̄ ecclesia non paruifacit. Sed esto, quòd S. Tho. paruifiat, Cyril. & Max. ibidem allegati ēt paruifient. Hier. quoque dicens ad Damasum (vt habet 24. q. 1. canone, hęc est fides) si hęc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare uoluerit, se imperitum, vel maleuolū, vel etiam non catholicum, non me hęreticum cōprobabit. manifesteque in his verbis contestans, ꝙ ex approbata fidei confessione a papa aliquis obstans non catholicus sit, parui pendendus erit.

Ad expositionem vero dictam de c. maiores. dr quòd literę contradicit. Nam textus causam quare ad Petri sedem sit recurrendum, assignat ueritatē Petri in confitendo fidem & indefectibilitatē eius in eadem propter orationē Christi. Ex hac. n. causa manifeste sequitur, ꝙ iō ad papam referendas esse maiores causas dr, quia ipse constitutus est indefectibilis iudex in fide. Et quia eum, qui certus est, amplius certificari non oportet, sequitur quod sentētia papę in fide est finalis determinatio & necessario credēda, secundum illam Decretalē. & sic vtraque expositio ruit. Quod autem de oratione Christi pro Petro dr, pōt bene & male intelligi. Male qdem, si intelligatur quod Christus pro ecclesia, siue cum papa sine sine papa orasse se dixerit: qm̄ ex presse Christus dixit hęc uerba Petro, ut distincto ab aliis, ut patet ex contextu, inquit. n. Luc. 22. Simō ecce ratam expetiuit vos, vt cribraret sicut triticū: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vbi manifeste paret, qđ distinguit tentationis actū ab oratione quoad hoc, ꝙ cōiter expetiti erāt, & tm̄ ipse singulariter pro Petro rogauerat, dicens; Expetiuit vos, ego autem pro te rogaui. Apparet quoque idem ex eo, quòd Petro commisit ut cōfirmaret alios, tanquā diceret, Ego tui, tu aūt aliorū curā habeas. Bene autem si intelligatur Dominum orasse pro Petro & aliis, diuersimode tamen. Pro Petro quidem immediate, pro aliis autem mediante Petro: pro Petro in seipso Petro, pro aliis aūt in Petro ipsorū capite. Et in hoc sensu magis cōfirmat intentum nostrum; ut patet. Et ut vnico verbo dicā, si hæc authoritas de Petro & successoribus verificatur (vt dictum cap. maiores affert) satis hī intētum ꝙ Petri sedes non pōt errare in fide pp. Christi orationem. Et cum hoc non sit uerum de errore personali, sequitur ꝙ uerificatur de errore iudiciali.

CAPVT XV.

DIxi in codē 9. c. exponendo illud Hiero. Si authoritas q̄ritur, orbis maior est urbe. qđ verū est quo ad multa; puta merita, uirtutē, scientiam, & in proposito vigorem consuetudinis, &c.

Obijcitur, tu glossas de maioritate meritorum, & Hieron. non dicit, si merita quærantur, sed si authoritas quæritur: & sic de maioritate potestatis, nō meritorum loquitur.

Respōdeo, satis diminute glossa mea adducitur, nam, (ut patet in libello) ego dixi ꝙ dictum Hiero.

verum erat quò ad multa: puta, meritum, sciẽtiam, &c. & quod in proposito & ad literam Hier. loquitur de vigore cõsuetudinis; & obiectio in solis meritis se ponit. Propter quod etiam addo, quod merita authoritatem consuetudinis plurimum valent: quoniam consuetudo non virorum malorum, sed virorum sanctorum, maximæ est in ecclesia Dei authoritatis, & proponitur imitanda. Et propterea stando etiam in meritis Hie. textus optime intelligitur: vt quia orbis maior est vrbe in authoritate consuetudinis, propter maiora merita orbis quam vrbis, ideo consuetudo orbis, qua diaconi subesse, non præesse consueuerunt, imitanda est. Et sic dicẽdo, si authoritas q̃reretur ratione materiæ de qua erat sermo, s. de loco diaconorum, maioritatẽ meritorum non potestatis in cãm authoritatis afferebat. Facile tamen contendẽtibus in verbis dici põt quod orbis authoritæ maior est extensiue, nõ intensiue authoritate vrbis, & similiter potestas.

CAPVT XVI.

Dixi in eodem cap. 9. multas auhtoritates ex lib: decretorum, quod papa non habet superiorem in terris.

Obijcitur duabus glo. Prima est, quod intelligit hoc in criminibus non scandalosis ecclesiæ. Secunda est, quod intelligitur hoc regulariter: quia regulariter ad superiorem summi pontificis, Cõcilium, s. recursus haberi non potest.

Respondeo, quod prima glossa est voluntaria & falsa, Voluntaria quidem, quia ecclesię Canonum aut Sanctorum authoritate nõ roboratur: falsa autem, quia fit exceptio de solo crimine fidei: Cõstat enim quod ab vniuersali cum vna exceptione facta non nisi falso alia exceptio fit. Cum ergo solum in fidelitatis crimen exceptum ab vniuersali sit, restat vt alia crimina omnia inclusa sint. Secunda autem gl. manifeste falsa conuincitur ex eo, quod etiã de crimine hęresis papa diceretur non habere superiorem: quoniam regulariter Concilium non est cõgregatum. Tertia autem glossa quod authoritates istiæ sunt summorũ pont. qui utin plurib. fimbrias suas nimis extendentes, sibimet tribuerunt quod ecclesiæ est propriũ, quia non procedit de Theologiæ aut sacrorũ Canonũ, &c. authoritate: quam bene sonet, aduertat qui notat in quãta veneratione Decretales summorum pont. in ecclesia sunt. Et tanto plus, quanto multorum sanctorum pontificum authoritates refutandę sic essent, ut patet de Bonifacio, Antherio, Eusebio, & aliorum sanctorũ in libello allatorum. Taceo de tot doctoribus in Theologia & in iure illustribus ibi allatis.

CAPVT XVII.

Dixi in c. 11. quod ecclesię Dei, secluso papa, nõ est data potestas papalis, aut superior papali in Euangelio Matt. 18. & quod in ecclesia huiusmodi non est talis potestas.

Obiicitur, quod Dominus ibidem dixit, Si ecclesiam non audierit, &c. per hoc enim ecclesię iurisdictionem ostendit in effectu, s. in pœna excommunicationis, & subdidit in plurali numero, Quęcunque solueritis, &cæt. & per hoc enim ostendit, quod pluribus in ecclesia nomine contẽtis, dabat illam potestatem.

Affertur etiam ad hoc usus priuatæ ecclesiæ, qñ act. 15. diffinitũ ẽ ab ecclesia, Visũ est spiritui sãcto & nobis, nihil amplius oneris vobis imponere &c.

Affertur tertio authoritas Gregorii, quę ponitur in ca. sicut sancti. vbi Gregorius fatetur se quatuor Concilia illa, s. Nicęnum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonen. tenere sicut Euangeliũ: & subdit causam, quia dum vniuersali sunt constitutiua consensu, se & non illa destruit quisquis præsumit absoluere quos ligãt, aut ligare quos absoluũt. Ecce, quod non dicit, quod summi Põt. sed vniuersali cõsensus; nec quos Pont. ligat, sed quos illa ligãt.

Quartò, ad hoc est canon decreuit 80. dist. vbi dicitur, Decreuit sancta synodus & non dicit, decreuit summus pontifex.

Quintò, capitulum, nimis, de iureiurando: ubi authoritate sacri concilii, non propria summus Pontifex præcipit.

Sexto, Ecclesia potest clargiri indulgentias. ergo hẽt claues iurisdictionis. Probatur antecedens: gadantur indulgentiæ de thesauro ecclesiæ & non papæ. ergo a fortiori ecclesia potest dispensare.

Septimo, ecclesia põt condere canones latæ sentẽtiæ, depositionis excõicationis, ergo Añtecedẽs patet de cõcilio Carthag. in c. placuit. 8. q. 1. & hẽtur extra de clericis non residentibus, in c. ex gestis.

Respondeo, & vt his & similib. respondendi via detur, quatuor puncta præ oculis semper habenda in hac materia & huiusmodi authoritatib. assigno. Primum est, aliud est Ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariam ratione partis [puta capitis sicut homo videt, audit, &c.] & aliud est ecclesiã seu synodum habere eandem rõne suæ totalitatis. Et propterea cauendum est, ne a primo in secundũ oratio declinet. Secundum est, Aliud est ecclesiam seu synodum habere potestatem plenariã, & aliud est eã habere immediate a Domino Iesu Christo: & propterea cauendum est, ne a primo in 2m oratio declinet. Tertium est, Aliud est ecclesiam, seu synodum habere potestatem: & aliud est eandem habere potestatem talem, s. coactiuam respectu talis, s. vicarii principis sui: potentia enim actiua, cum dicatur non absolute, sed respectu passiuæ, (ut patet 5. & 9. Meta.) plenaria potestas plenissime est, quãdo respectu subiectorum omnia potest. Cauendũ est propterea, ne a primo in 2m oratio declinet. Quartum est, Aliud est ecclesiam, seu synodum habere potestatem plenariam, & aliud est ecclesiam seu synodum acephalam seu truncam habere eandem. Et propterea cauendum est, ne a primo in secundũ oratio declinet.

Ex his siquidem quatuor sapienter dispensatis, uniuersa quæstionis istius argumenta facile elucescent: sic, ut nullum forte obscurũ relinquatur. Ad singula tamen descendendo respondetur. Et ad verba dñi, Matt. 18. dr̃ (vt iam probatum est) quod Dominus non dat ibi ecclesiæ authoritatẽ, sed significat eam habituram potestatem, non explicãdo ibi quomodo habitura sit, & an secundum se totã primo, an ratione partis. hoc enim non negamus, sed docemus. Verba quoque illa in numero plurali nõ cõgunt ad authoritatem ecclesiæ rõne suæ totalitatis, imo absque determinatione ad hunc vel illum modum potestatis ecclesię, s. ratione totius, vel partis oportere intelligi, ex hoc cõuincitur, quod utroque mõ verificari possunt; ut patet ex dictis. cõstat enim euidenter quòd cõe duob. abstrahit ab vtroque. Potest igitur ille numer⁹ pluralis referri ad pluralitatem ecclesiarum futuram, & ad pluralitatem conuenientium ecclesia, ad conferendum, discutiẽdum, probandum, &c. & ad pluralitatem accumulantium suas authoritates in communi, propter q̃ ex illa litera nihil habetur obstans dictis.

Ad secundum ex primitiua ecclesia, dr̃, q̃ gratis cõceditur ecclesiam statuisse, sed an ptãte partium, (puta

(puta trium Apostolorum) an communitatis per accumulationem in communi, an aliquo alio mō (puta a Christo immediatè, vt isti falsò putāt) nihil ibi exprimitur. Et ppea ex ista authoritate, & cęteris subiunctis, & similibus, nec habetur ista affirmatiua, ſ. ecclesia, seu synodus habet immediate a Christo potestatem, nec habetur ista negatiua, Synodus non habet potestatem a Domino mediante papa. Et de affirmatiua quidem ex eo constat: quia, cum multipliciter posit uerificari synodum habere potestatem, (vt patet ex dictis) & ex his nihil aliud habeatur, nisi q̄ synodus hēt potestatem, oportet hoc sic cōiter intelligi, ut a singulis huiusmodi sensib⁹ determinate abstrahat. De negatiua autem ex eadē B radice constat: quia ſ. synodum habere po'estatem, non oportet quod intelligatur determinate ad illū modum, quo excludatur habere potestatem a Domino mediante papa, (ut contingit quando per accumulationem ecclesia hēt potestatē) quia omnes partiales potestates sunt a Petro, & cōicatio potestatis suæ cum aliis ab eodem est, qui solus a Dño, vtpote eius vicarius immediate ptātem hēt: & rōne eius solius synodus integra potest uere dici, q̄ habet immediate potestatem a Christo domino.

Ad authoritatem Gregorii dicitur, quòd causa reddita a Gregorio manifeste fauet intēto nostro; C qm̄ nō reddit pro causa authoritatem immediate datam a Christo, sed uniuersalem consensum; ac p hoc ēt ipsius summi Pontificis, qui caput est: & ꝓpterea seipsum negaret papa, illa negans; ut ibi dicitur. Ex hac quoque Gregorii ratione habetur quod diximus, quod authoritas synodi includit caput; alioquin non faceret uniuersali consensu quæ facit. ET innuitur quod ptātem hēt a suis partibus; ad quarum negationem deducitur negans illā. ET rursus ex hac authoritate nihil aliud hēt, nisi quod synodus habet potestatem diffiniēdi, &c. Et per hoc patet responsio ad quartum.

Ad quintum uero dicitur, quod cum synodus integra habeat potestatem uniuersalem, quocumq; D id modo contingat, & authoritas, quæ est ipsius papæ absolute, & ut propria sit ipsius synodi pro tūc, & cōicata, quemadmodum quilibet alius posset ve redicere authoritate sacri Concilii, statuto, &c. ita ipse papa, cum non sit deterioris conditionis aliis. Neque enim per hoc, q̄ affirmat se synodi authoritate facere, negat sua se authoritate facere; imo potius affirmat hoc, qa authoritas synodi de necessitate claudit in se authoritatē capitis. Neque rursus p hoc, qd̄ affirmat synodi authoritate se facere, affirmat se aliena authoritate facere; licet. n. synodus sit aliud a papa, sicut ecclesia EPISCOPI differt ab EPO, nō tñ oportet, quod potestas ecclesię sit aliud a potestate EPISCOPI, sed una & eadem pōt eē utriusque E diuersimode; EPISCOPI ut propria, ecclesiæ ut communicata. Et per hoc etiam patet, quod per hoc qd̄ affirmat se sacri Concilii authoritate facere non ꝓpterea affirmat se minorem in authoritate. Et quāuis hęc satisfaciant, ueruntamen condescendendo multorum sensui, scito qd̄ dupliciter papa pōt dici minor synodo secundū ptātem, ſ. extēsiue, & quasi intensiue secundum quid: extensiuè qnidem, quia synodus integratur ex tot potestatibus tantę multitudinis: intēsiuè uero secundum quid, hoc est secundum illam partem ptātis, quam communicat papa Concilio quasi pro portione sua. Papa. n. prę sens synodo non intelligitur (ut prædictum est) totam suam ptātem totaliter synodo communicare, sed tñ suę ptātis quantum ad decernendum, &c. A oportet, & sic ex eo potestatis papæ & reliquis potestatum aliorum fit vna potestas, quasi intensiue maior, quam id potestatis papalis solū esset. Et hæc maior potestas intelligitur esse in tota synodo tanquam in subiecto. Dixi autē quasi intensiue: quia potestas illa papalis, eo quod communicatur vt limitata sic, vt cum aliis potestatibus possit velut q̄dā singularis ptās accumulari: intelligitur & superari a tota, pro quanto tota potest uniuersale statutū concedere, diffinire, &c. quod illa vt sic non potest per seipsam solam. Sed quoniam tota potestas synodi non plus potest quam ex singulis huiusmodi potestatibus hēat: ideo non simpliciter, sed quasi intēsiue maiorem appellauit. Et ne putes me hanc opinionem papalem fingere, contemplare potestatem legatorum papę in synodo, quando per legatū papa synodum celebrat, & videbis clare, quod quia papa tunc non erigit legatum illum in papam, sed potestatē cōmittit quātam oportet pro synodo hēri, ex sola prę sentia papæ in synodo non habetur quod plus suę potestatis synodo impartiatur quā oporteat, q̄uis maior dignitas, & infallibilis assistētia spiritus sancti in synodo quoad ea quæ sunt fidei, præsentiam papę per seipsum consequantur. Vnde quamuis cogamur, possumus tamen dicere, quod papa tanq̄ minor extensiue & secundum qd intensiue synodo, authoritate sacri Concilii dī facere, quod tamē de plenitudine suæ potestatis posset, & facere & tollere. ET, quoniam uerba prædicta (ſ. facere authoritate synodi vel Concilij) in papa hēnt speciem minorationis, ideo a sacris Canonibus non sunt extensa; sed more similium locutionum sunt piæ interpretationi relicta, & quasi correcta, dum papa in Concilio dicit, Statuimus sacro approbante Concilio: approbare. n. cōe est potestati, sapientiæ, consensui: nec superioritatem, nec æqualitatē potestatis in approbantib. exigit: ut patet.

Ad sextum dicitur, quod licet ecclesia integra possit dare indulgentias, &c & eius sit thesaur⁹ meritorum. Vnde fiunt indulgentię; ut propter cuius utilitatem est, non tamen eius sunt vt dominæ: qm̄ ipsa est serua Domini Iesu, & quicqd acquirit seruus acquirit domino suo: & ipsi dictum est, Cum feceritis quęcunque mādauero vobis, dicit, Quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Vnde nō magis ad ecclesiam, sed ad vicariū Domini spectat dispēsatio thesauri in utilitatē ecclesiæ, pro qua est.

Ad ultimum iam patet, quod gratis concedim⁹, synodum, quę vere synodus est, ſ. integram potestatem habere deponendi, excommunicandi, &c. De hoc enim non est quęstio, sed modo habēdi, ut patet ex dictis. ET hęc sufficiant ad similia.

CAPVT XVIII.

DIxi in eodem 11. cap. quod ex hoc, quod Apostoli miserunt Petrum ad Ioannem & Samaritanos, non potest inferri eos subditos esse apostolis, quia ex Missum esse, non sequitur, subditum esse: ut patet de Spiritu sancto.

Obiicitur, Ista consequentia est optima, spiritus sanctus mittitur a Filio, ergo est ab eo, uel eo inferior, & sic oporter fateri, quod Petrus est ab ecclesia ex quo non est inferior.

Respondeo, Quod consequentia illa, quæ uocatur optima non est uere optima, cū nō sit bona gratia materiæ. quoniā Spiritus sanctus mittitur a seipso, (ut patet in primo senten. di. 16.) & tamen non est a seipso nec inferior seipso. ET similiter Filius mittitur a seipso, immo etiam filius mittitur a spiritu sancto, qui est a Filio, ut patet in eodem li. di. 15.

Et quia consequentia non est bona de forma: ideo non infert, Ergo Petrus est inferior ecclesia, vel est ab ecclesia.

CAPVT XIX.

DIxi in eodem c. 11. q. ex 36. q. 2. c. placuit. iuncta can. tria habetur, quod Hier. authoritas innixa sacræ scripturę prevaluit Concilio.

Objicitur, Quod Hieronymus, & dictum Cōcilii intelligendus pro diuersis temporibus: & q verba Gratiani ibidem inter paleas computanda sunt.

Respondeo, Quòd licet certum sit, q Hieronymus absolute & non secundum hoc vel illud Concilium futurum loquatur, & quod Concilium generale posset prohibere quod non est absolute, prohibitum, verba tamen Concilii non tanquam constituentia, sed declarantia ius, sumpta Hieronymi authoritati non præiudicant, & hoc intendit Gratianus, & non quod non posset statuere. Veruntamen quicquid de hoc sit, satis habeo intentū meū ibidem, dum ex illo loco habetur siue authoritate Gratiani, siue quacunque alia, q Hieronymi authoritas prævaluit Concilio: & ita hodie iuxta Hieronymi, nō iuxta Cōcilii authoritatē seruat ecclesia.

Quòd autem computentur verba Gratiani inter paleas ab arguentib. nihil obstat: quia oportet quod ab aliis & non ab ipsis solis inter paleas cōputētur.

CAPVT XX.

DIxi in eodem c. 11. ex authoritate Decretalis de electione in c. significasti, quod Concilia a papa authoritatem habent.

Obiicit, Dicendo, quod illud est intelligendum de Concilio q̄tum ad suum congregari, qa regulariter authoritate Ro. Pon. congregatur; sed ex quo congregatum est, siue authoritate Romani pontificis, siue alias, hēt immediate authoritatē a Chro.

Respondeo, Quod expositio ista repugnat textui. Nam ibi duo dicūtur habere Concilia a Ro. ecclesiæ authoritate, quod facta sunt, & quod robur acceperunt. & primum, vt patet, refertur ad ipsum congregari: secundum autem nisi superfluat, ad authoritatem congregati. Et cōuincitur hanc esse absque omni ambiguitate intentionem literæ illius; quia reddit rationem, quare conciliorum legibus Apostolica sedes non subest. Si. n. dependerent concilia tm̄ in congregari a papa, ex quo leges faciunt postquam cōgregata sunt, nihil valeret rō assignata ad intentum inferendum. Patet nanque manifeste quod ex hoc, quod concilia regulariter non cōgregantur nisi per papam, non sequitur, Ergo non præfigunt legem papę: quia stat, quod congregata præfigant legem, si cōgregata nō pendent ab ipso.

CAPVT XXI.

DIxi in eodem 11. c. quod cōcilium vniuersale legitime congregatum errare pōt diffinien do papa absente, aut non cōsentiēte; & quasi dixi quod potest errare eodem modo in his, quę sunt fidei.

Objicitur, Quia ad concilium generale spectat determinatio eorum, quę sunt fidei; & ipsi p̄mittitur. Quod docebit vos spiritussanctus omnē ueritatē.

In cuius signum Act. 15. ponitur spiritussanctus præsidens concilio Apostolorum, cum dr, Visum est spiritui sancto & nobis: & non dixerunt, Visum est Petro & nobis.

Hoc satis innuere videtur Augu. Euangelio non crederem, nisi me authoritas ecclesiæ admoneret.

Et in sexta synodo (ut patet dist. 16. c. placuit) dr Placuit huic sanctę synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apost. 83. capitula. Hoc quoquoque deduci potest ex illo, Ecce, ego vobiscum sum oīb. dieb. vsq; ad consummationē seculi, hoc enim successorib. Apostolorū dr. Concilium. n. generale representat cōciliū Apostolorū & Seniorū.

Hoc idē patet ex eo; quod quilibet fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam catholicā, ex hoc enim sequitur, quòd ad eam vltima decisio eorū, quę sunt fidei, spectat. Cū enim papa fatetur se credere in vnam sanctam ecclesiam, „non dicit se credere in semetipsum.

Præt. Ecclesia vniuersalis non potest errare in fide, & concilium gaudet eodem priuilegio, quo ecclesia repræsentata sicut eadem potestate. Imo cum ecclesia, vt dispersa nullum actū iurisdictionis exercere possit, nec aliquid sententialiter diffinire infallibilitas in diffiniendo ei competere debet, ut congregatæ in concilio.

Et si dicatur, quòd papa repræsentat ecclesiam sicut concilium, diceretur quòd papa repręsentat ecclesia remote, concilium aūt propinquissime; quia in eo est aliquis de qualibet ecclesia saltem sufficiēter vocatus: & priuilegium ecclesię transit in concilium immediate, eam repræsentans, non autem in summum Pontificem.

Respondeo, hęc obiecta dupliciter deficiunt: & primus defectus communis est omnibus, secundus autem quibusdam obiectionib. communis. Defectus omnium obiectionum est, quia a concilio declinant ad concilium, secluso papa. Ex cuius proprio priuilegio (Concilium quippe generale sine papæ consensu non diffinit) constat quòd non vniuersali consensu diffinitio illa facta est, cum papa sit premum in ecclesia Dei teneat locum, officium, & & regimen ēt vniuersale. Quod autem vniuersali consensu diffinitū non est, procul dubio a cōcilio vt ecclesiā vniuersalē repręsentat, diffinitū nō est. Dico igitur, quod propositio dicēs, quòd cōcilium generale non potest errare in iudicio fidei, est vera simpliciter & absolute de concilio iudicante in fide cum papa, & non est vera de cōcilio Acephalo. Et hęc responsio sufficit ad omnia obiecta quantū ad intentam conclusionem: sed quantū ad uim ipsarum obiectionum, in speciali dr. Et ad primā quidem, quod ad conciliū generale spectat vltima decisio fidei, dicitur quòd hoc verificatur de cōcilio rōne capitis, sicut de homine quòd videt rōne oculi. Et quod hoc sit verum; patet de concilio Arimenensi & ephesino secundo, quorum primum errauit in fide cum Arrio, secundum autem etiā in fide cum Eutychete.

Et quod amplius est notandum, istud fm fuit, ēt authoritate apostolica congregatum, & in neutro consensit erroneę diffinitioni Romanus pōtifex. Et de Ephesino quidem secūdo clare patet ex multis epistolis Leonis, & gestis Calcedonē. synodi. De Ariminen. vero patet ex Rufino in ecclesiast. historia, & in historia tripartita. li. 5. c. 39. Ex effectu igitur manifestū est, quòd verbum Dñi, Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem, non dictū est cōcilio dissentiēti papa, q̄uis legitime congregato. Hęc recte examinent omnes, q hac de re decertant, vt caueant, & a sensatis non recedat iudicium.

Ad secundum dr, quod ēt si concilium illud Apostolorum, &c. fuisset concilium generale, nihil aliud haberetur, nisi quod concilio integro cum Petro presente & primo Spiritussanctus præsideret: quod gratis conceditur. Sed quare ibi ī communi diffinitum sit, & quod non fuerit generale concilium illud, in libello illo diximus.

Ad

Ad tertium patet etiam, quòd Auguſt. dixit, Niſi authoritas me admoneret eccleſiæ, & non dixit eccleſiæ acephalæ.

Ad quartum fateor me nō videre quid probet, niſi contra afferentes, quia canones apoſtolorum quamuis a ſynodo confirmati euanuerunt; hoc. n. non facit ad celſitudinem poteſtatis ſynodi quam illi intendunt.

Ad quintum dicitur, ꝙ ad literā loquitur de eccleſia vniuerſali, quæ nunquam deficiet: hæc. n. eſt, quæ ſuccedit apoſtolis, & aliis quibus Dominus loquebatur. Ab eccleſia autem vel etiā Concilio eam repræſentante, ad Concilium acephalum, non valet argumentum. B

Ad ſextum dicitur, quod antecedēs aſſumptum ex articulo fidei de vna ſancta eccleſia poteſt dupliciter legi, ſ. cum præpoſitione, in (dicendo, Credo in vnam ſanctam eccleſiam catholicam) & ſine illa præpoſitione, ꝙ melius indicat D. Thomas, dicendo, Credo vnam ſanctam eccleſiam catholicam. Et ſiquidem dicatur, Credo in vnā, &c. ſumitur eccleſia pro eccleſia integra, corpore. ſ. & capite, qđ eſt Chriſtus dominus: ratione cuius in eccleſiam dicimur credere. Et tunc optimè valet cōſequentia: ergo ad huiuſmodi eccleſiam pertinet vltima deciſio fidei, & quod papa non dicit credere in ſemetipſum. Sumi quoque poteſt pro eccleſia in terris, vt iungitur Spiritui ſancto, ratione cuius dicimur credere in eccleſiam, vt D. Thomæ placet. Et ſic etiam patet quod optimè valet conſequentia, quod ad eccleſiam catholicam iunctam Spiritui ſancto, vt ſic ſpectat vltima deciſio fidei, & quod papa non dicitur propterea credere in ſeipſum, ſed in ſpiritū ſanctum, vt eſt eccleſiæ rector, ſed non valet vlterior conſequentia, ergo eccleſiæ acephalæ. Si autem legatur ſine præpoſitione, tunc dicitur vt ſupra, quod creditur vna ſancta eccleſia catholica eccleſia: ſed non valet, ergo eccleſia acephala. Et conceditur qđ ad vnam ſanctam eccleſiam catholicam ſpectat vltima deciſio fidei, ſicut & poteſtas iuriſdictionis, que conuenit ei ratione partis. Nec papa credendo eccleſiam dicitur credere ſeipſum, ſed dicitur credere officium ſuum & aliorum, in cuius ſignum a fide deuiaret, ſi non crederet officium ſuum. D

Ad ſeptimum dicitur primo, quod Concilium etiam integrum non admitto gaudere de neceſſitate priuilegio ꝑſonali eccleſiæ (quale eſt eſſe ſemper in eccleſia fidem formatam) qm̄ de eccleſia hac conſtat, de Concilio autem nullibi inneniſſe me fateor authentica authoritate firmatum, quamuis rationabile ſit de facto ita eſſe, quod. ſ. in aliqua perſona Concilij ſit fides formata. Dicitur ſecundo, qđ non poſſe errare in fide iudicialiter eſt priuilegium eccleſiæ ratione capitis, ad quod ſpectat iudicium. Et ideo non eſt priuilegium eccleſiæ acephalæ, nec E eccleſiæ, i. collectionis fidelium, ad quā nō ſpectat poteſtas iuriſdictionis, quam tñ eccleſiam pro collectione fidelium omnium tñ, cōcilium repreſentat, & cui promiſit Dñs quod ſm eſſet. Et ex hoc patet quantum deficit argumentum illud. nam procedit, ac ſi eccleſię ratione cōitatis conueniat priuilegium illud non poſſe errare iudicialiter: cum cōſtet ꝙ ſicut iuriſdictio cōuenit eccleſiæ ratione capitum, ita actus iuriſdictionis. Et quia actus iſte, ſ. iudicialiter diffinire de fide, concernit vniuerſalem eccleſiā, ideo conuenit eccleſiæ ratione capitis, cui commiſſa eſt cura uniuerſalis eccleſiæ: ſicut alij actus ratione aliorum capitum proportionaliter. Dicitur ergo tertio formaliter, quod Concilium A integrum gaudet eodem priuilegio officij nō perſonæ, quo gaudet eccleſia, & eodem modo, ſ. ratione partis, puta capitis: & ſimiliter gaudet eadem poteſtate, & eodem modo: ſed ex hoc magis habetur intentum. Et concedo gratis, quod infallibilitas in diffiniēdo de fide conuenit Cōcilio integro rōne capitis, & nō ab eccleſia: cui ēt hoc nō cōuenit niſi rōne capitis, ſed a Dño Ieſu, cui° caput vices gerit.

Quod autem dicitur de repræſentatione immediata & remota, duo importat, ſ. repreſentationem eccleſiæ per papam & Concilium, & modū repræſentādi. Et quo ad repreſentationem dicitur, quod inter papam & Cōcilium tanta eſt in hoc differentia, quod Cōcilium repreſentat vniuerſalem eccleſiam integram (hoc eſt corpus cum capite) proportionaliter: ſic quod caput Cōcilij repræſentat Chriſtum caput eccleſiæ, & corpus Cōcilij corpus eccleſiæ. Et hic eſt verus & indubitatus ſenſus, quo Cōcilium vniuerſalem eccleſiam repræſentare dī, & a Domino immediatè poteſtatē habere. Eccleſiam autem in terris poſitam Concilium integrum quo ad poteſtatem repreſentare dicitur, pro quāto omnis eccleſiæ poteſtas in eo inuenit̄ per ſeipſam, vel in ſua vicaria: quo ad vita vero, quia intelligitur in ipſum conſentire omnium perſonarū eccleſiæ vota, vt patet ex authoritate Gregorij ſupra inducta. Papa autem vniuerſalem eccleſiam integram, & in terris eccleſię poteſtatem & vota difformiter repreſentare inuenitur, nam caput Dñm, ſ. Ieſum Chriſtum participationem, papatum in ſeipſo formaliter, reliquæ eccleſiæ poteſtatem & vota eminenter repræſentat. De differentia autem obijciēdo tacta, totum oppoſitum eſt: quia dum ratione prelaturę Concilium eccleſiam repræſentare dicitur, & ſolus papa immediate a Chriſto prælatus eſt, reliquū autem eccleſiæ corpus a Dño mediāte Petro munus hoc habet, oportet dicere quod papa immediatius repreſentat eccleſiam, quàm Concilium; quia Papa, mediante ſolo Chriſto, Concilium autem mediante Chriſto & papa.

CAPVT XXII.

DIxi in c. 13. Quod poteſtas applicatiua Papatus ad perſonam regulariter, & principaliter eſt in papa, & non niſi in caſu in Concilio, ſeu eccleſia, & in c. 6. idem ſub alijs verbis, ſcilicet qđ poteſtas electiua papæ in papæ poteſtate eſt. ET attuli ad hoc vtrobique, duo argumenta. PRIMŪ ex facto PETRI 8. q. 1. cap. ſi PETRUS. Secundum ex eo quod papa determinat de actu electionis, ita quòd contrario modo factus ſit irritus.

Obijcitur contrà quatuor, ſ. contra hoc, quod talis poteſtas eſt in papa, & contra hoc, in caſu tantum eſt in eccleſia ſeu Concilio: & contra vtrunq; argumentum.

Primo ergo arguitur cōtra primum ex Occhā. Si poteſtas electiua papæ eſſet in poteſtate papæ, ſequeretur, quod papa poſſet relinquere eccleſiā abſque poteſtate electiua, quod eſt impoſſibile: ergo. ET tenet ſequela ponendo quod mortuis, vel priuatis electoribus papa non ordinaret electores. ET ſi dicatur, quod in tali caſu deuoluitur ad eccleſiam: contra, quia tunc ſequeretur quod eccleſia eſſet ſuperior papa, quod tu negas. ET tenet ſequela, qa nūquam poteſtas aliqua ex negligētia alicuius deuoluitur ad alterum, niſi ſit ſimpliciter & abſolute ſuperior; poteſtas. n. papalis non deuoluitur ad epiſcopum ex negligentia papæ non prouidentis alicui beneficio, ſed econuerſo. PRĘTEREA, ſi eccleſia in illo caſu habet poteſtatem electiuam, quæritur a quo

habet

habet immediatè: cum a seipso non habeat. Si dicatur a Christo, difficile erit reperire in sacris literis fundamētū, in quo possit stabiliri, quod in illo casu habeat, & non regulariter.

Secundo principaliter arguitur ex Armachano. Non est verisimile, ꝙ Dñs voluntati vnius hominis commisisset potestatem electiuam summi Pontificis: quia posset euenire, quòd vna progenies diceret, Hæreditate possideamus sanctuarium Dei: dum quilibet in fine vitæ suum consanguineum subrogaret.

Tertio, quia sequeretur, ꝙ etiam potestas destitutiua papę in casu hęresis, quo deponi potest, esset in papa; & sic par in parē haberet imperium. Et rursus ꝙ papa posset constituere quòd papa hęreticus a duobus vel tribus deponi posset. Et tenet sequela: quia per easdem causas habent generari & destrui potestates istæ.

Quarto, si in papa esset potestas electiua papæ, vel ergo est in eo potestas illa sic, ꝙ per semetipsum potest successorem eligere vel solū, quia aliquibus potest illam potestatem communicare. Hoc secundum nihil habet apparētiæ. EX primo autem si concedatur, sequitur hoc inconueniens, quòd esset in potestate duorum facere ꝙ alternatis vicibus quilibet per annum in ordine suo esset summus Pontifex, more Annæ & Caiphæ. ET patet consequentia: quia vnus papa pro sua voluntate potest eligere alterum in papam, & in fine anni ille alter reeliget secundum, & sic deinceps.

Quinto, Christus non cōtulit papæ aliquam potestatem pernicioſam ecclesiæ: sed (vt habet glossa in cap. si Petrus) hoc est pernicioſum, quòd aliquis eligeret sibi successorem: ergo Christus non contulit illam potestatem.

Contra rationem ex facto PETRI allatam, dicitur primò, ꝙ PETRUS non instituit Clementem, sed instituendum ordinauit. Dicitur secundò, quod hoc fecit instinctu Spiritussancti: quo etiam præuidit mortem. Dicitur tertio, ꝙ papa in casu necessitatis, quo electores non possent cōgregari, & pro occurrenti periculo opus sit pastore, potest papa moriens instituere successorem.

Contra rationem autem, ex hoc ꝙ papa statuit circa actum electionis etiam electores determinando, &c. dicitur quòd papa non dedit potestatem electiuam Cardinalibus, sed ecclesia vniuersalis in sexta synodo in cin nomine Domini. vbi Nicolaus papa non propria authoritate, sed sanctorum patrū statuit. ET propterea vbi Cardinales potestate sibi tradita abuterētur manifestè, vniuersitas fidelium posset eos priuare potestate electiua papę, & alijs eam committere.

Respōdeo, & primò declaro sensum verborum meorū in libello illo: secundò quid in hac materia mihi vr̄: tertiò, satisfacere curabo obiectis.

Quò ad primum nunquam dixi, ꝙ papa potest sibi eligere successorem, nec quòd potestas electiua papę sit in papa formaliter, nec ꝙ potestas applicatiua papatus ad personam sit in papa formaliter: sed dixi quòd huiusmodi potestas est in papa regulariter, & principaliter. Constat namque apud viros doctos, quòd multa sunt in potestate superioris quæ nō sunt in illo & eius potestate formaliter; & quę etiam non potest per seipsum immediatè facere. Sunt enim in intelligentijs, (quas angelos dicimus) formæ inferiorū, & eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic quod possint earū actus per seipsas exercere, sunt in corporum cœlestium potestate formę elementorum, & eorum potestates, non tamen formaliter, nec sic quod eorum opera possint per seipsa exercere. Stat igitur, quod huiusmodi electiua potestas sit in papa regulariter & principaliter; & non sit in eo formaliter nec possit per seipsum huiusmodi potestatis actum exercere. Sumantur ergo verba mea in hoc sensu, quod potestas electiua est in potestate papæ virtualiter, seu eminenter, & hoc quo ad modum essendi, & quod est in potestate papæ regulariter, id est ordinario iure, ad differētiam ecclesię viduę: in qua est eiusmodi potestas in casu, & principaliter ad differentiam eiusdem ecclesiæ, in qua est secundario: pro quāto in casu potest non solum eligere, sed facere electores ordinare de modo electionis. Hęc de primo.

Quo ad secundum: quia eius est potentia, cuius est actus (vt dicitur in De Somno & vigilia) & electionis papæ actus simpliciter & absolute non est papę, ideo potestas electiua papæ non conuenit formaliter papæ. Probatur minor, Electio papæ est actus factiuus, quantum ex se est tunc papæ, ergo repugnat ei quod presupponat ꝙ tunc papę. Et tenet consequentia: quia quod fit, non est: si enim esset, iam non fieret. Tunc vltra, ergo electior papæ non est papa. & tenet sequela; quia electior præsupponiē ſm naturam electionis & est simul tempore cum electione. Tūc vltra, ergo actus electionis papę nō est papæ. & tenet sequela: quia electio papę est actus electoris papæ. Ex hoc igitur patet, quod potestas electiua papæ, cuius actus simpliciter & absolute est electio factiua ex natura sua tunc papæ, non est in potestate papę formaliter. Et confirmatur authoritate cosuetudinis ecclesiasticę, qua fit, vt electiones Pastorum non fiant nisi vacationis tempore, necnon diuinę sapientię suauiter omnia disponētis, quæ dixit, Sufficit diei malitia sua, crastinus. n. dies solicitus erit sibiipsi. In subiecto igitur opportuni temporis, quo ptās electiua eligere dēt, locata est formaliter, & non in papa, qui solum præueniē do solicitudinē crastini dici eligere posset, ut patet. Subiectum autem huiusmodi electiuę ptātis formaliter (iuxta Peripateticam & Apostolicā simul authoritatem, qua inuisibilia ex intuisibilib. cognoscenda a nobis sunt) ex ipsius electionis actus exercitatione inuestigādum est. Apparet autem absque omni ambiguitate, quod electio papę ad Romanā ecclesiam spectat, computando intra Romanam ecclesiam episcopos & Cardinales, qui velut suffraganei Romani Archiepiscopi introducti videntur. ET propterea cessante omni humano statuto certisque existentibus ecclesię Romanæ membris, in ea dē regulariter est potestas electiua papę nō minus q̄ in cæteris ecclesiis ptās electiua suorum episcoporum. EX eo enim quod Christus, Dominus Romanam ecclesiam eligit in Petri ecclesiam propriā dum ipsi ne ex Roma, si Antiochia papatum transferret, inhibuit (dicēs, Venio Romam iterum crucifigi) ecclesiæ Romanę potestatem electiuam papę non positiue, sed negatiue, hoc est oppositum nōn ordinando concessisse dicitur. In casu autem incertorum electorum, ecclesiæ uniuersali eādem potestatem eadem ratione (quia. s. est episcopus vniuersalis ecclesiæ) & eodem modo, s. negatiue dedisse intelligitur. EX statuto autem humano, apostolica authoritate contractum per viam determinationis positiue est subiectum potestatis electiuę ad Cardinales Romanæ ecclesiæ solos, papa enim ex eminentia ptātis curię ac regiminis vniuersalis, potest de electiua ptāte decernere, ipsamque sic dirigere

gere & ordinare, vt contrario modo faciendo, irrita sit in suo opere & subiecto: vt patet in gestis ipsorum Pontificum, & obseruatione ecclesiæ. Hæc de secundo.

Quò ad tertium, respondeo obiectis pro quãto militant aduersus hæc. dicitur ad primũ, quod impossibile est, ecclesiã relinqui absq; papa & potestate electiua papæ; quoniam decedente papa absque ullo decreto de hoc negatiue relinqt potestatẽ electiuam ecclesiæ Romanę: sicut Linus successor Petri immediatus electus creditur. Responsio quoq; data, quod per uiam deuolutionis potestas applicatiua papatus ad personam esset in ecclesia uniuersali in casu, pro quanto ex meo libello assumitur, non intelligitur de deuolutione propter negligentiam, contra quam obiicitur, sed communiter. & propterea non sic arctatur Deuolutionis uocabulum, quin siue deuolutionis siue successionis, siue suppletionis, siue cuiuscunque alterius modi in hac sententia viam includat. Vnde non super negligentia electorum, sed super defectu ordinariorũ electorũ fundaui: & in tali non in alio casu ibi dicta intelligo. Existẽtibus siquidẽ certis electorib⁹, q hodie sũt Cardinales, nõ succedit Romana ecclesia, neq; ecclesia vniuersalis: defunctis autẽ omnibus Cardinalibus Romana ecclesia, a qua Linus est elect⁹ ante humana iura nobis nota, immediate succedit. Quia tamen pars clauditur in toto, & in ecclesia uniuersali clauditur ecclesia Romana, si Concilium generale cum pace Romanæ ecclesiæ eligeret in tali casu papam, uerus papa esset ille qui electus sic esset. A quo autem ecclesia Romana, aut ecclesia uniuersalis haberet in casu potestatem electiuam papę, & non regulariter, facile patet. Nã constat, quod haberet a Christo, & eius uicario negatiue; quia, s. neuter ordinauit oppositũ, & Christus Dominus statuit Petrum in successoribus perpetuum. Stante siquidem hoc secũdo, cũ successio carnalis in nouo testamento concilio castitatis, maxime conuenienti perfectissimo statui (qualis papę est) dissonet, uoluntaria quoque quasi adoptio uel institutio successoris suaui ecclesiæ dispositioni aduersetur: via electionis perpetuandus reliquitur successor Petri, proculdubio ab ecclesia sua, quæ quia est Romana & uniuersalis, nisi ipse papa determinet, qui Romanam & vniuersalem ecclesiam repręsentent in eligendo, determinationi ipsius Petri & domini, quo facto, morte, s. Petri in Episcopatu Romano determinatum est, quod ecclesia Romana repręsentet ecclesiam uniuersalem in electiua potestate (ut patet si secludamus omne ius positiuum per intellectum: & aspiciamus ad ecclesię antiquę consuetudinem) standum est. Vnde non oportet solicitari de autore potestatis electiuæ in casu, & non regulariter in ecclesia.

Ad secundum dicitur, q̃ non est contra sensum declaratum. Argumentum tamen non est ostensiuum, nec ducens ad inconueniens ex natura potestatis: sed ex abusu ex quo si liceret arguere, nescio quæ potestas vniuersalis recte cõmitti posset uni homini.

Ad tertium dicitur, quod quia quęlibet potestas ecclesię est inferior potestate papæ cui reliquæ subiacent potestates, nullum inconueniens video concedere, quod in papæ potestate eminenter continetur potestas etiã depositiua papę hæretici, & quod posset constituere, & quod a collegio Cardinalium posset deponi in casu quo deponendus est. Nec sequitur quod par in parem habeat imperium: quia non supra papam, sed supra coniunctionem papatus, cum persona, exercet imperium in statu in quo coniunctio illa est in corrumpi ex diuino iure.

Ad quartum dicitur, quod proprie loquendo, neutro modo est potestas electiua in papa: sed quia potest determinare electores & modum eligendi. Vnde non oportet ad inconueniens deductũ rñdere, quod tamen ex abusu potestatis sequeretur.

Ad quintum dicitur, quod non potestas, sed abusus potestatis si data eẽt a Christo, esset pernitiosus. Ad obiecta uero contra rationem ex facto Petri, dicitur, quod prima glossa uidetur contra textum dicentem tradente sibi Petro, & non dicit ordinante, quòd sibi traderetur: secunda uero glossa acceptari potest quamuis non sit authentica: præsertim quia mortem non instinctu Spiritussancti, sed Domini voce agnouit, dicentis, Venio Romam iterũ crucifigi. Tertia autem glossa si acceptatur, eminentię potestatis papæ fauet, ut patet: sed quomodo tũc fuerit talis necessitas, deberet aperiri. Videtur tamen mihi, quod uel iuxta secundam glo. instinctu Spiritussancti Petrus hoc fecerit, uel de eminentia potestatis (propter quod dissolutum a Spiritu sancto dicitur factum Petri, non semper erunt Petrus & Clemens) uel potius quàm tanquam incertum factum, authoritatem firmam non faciat. Dico autem incertum, quia ecclesia Linum & Cletum reputans summos pontifices, computatis annis, quibus quilibet eorum rexit Ecclesiam Romanã ante clementem, testari uidetur, quòd uerba illa Ioãnis papę tertii tanquam narratiua crediti facti accipiẽda sint, & non ut authorizantia factum quod narratur. propter quod authoritate illa utimur. Vt valeat quantum valere potest. Accedit ad hoc uersus in glosa ibidem de Clemente dicens.

Disputat hoc mundus quartus fuerit̃e secundus.

Ad obiecta demum cõtra rõnem ex hoc, quòd papa statuit de electoribus papæ, dicitur quòd manifeste cõstat ex illo can. in nomine Domini, q̃ p̃pria authoritate papa illud statuit in synodo, vt patet ex illis verbis, Venerabilis Põtifex decernens authoritate apostolica, inquit, Mirum est autem, q̃ arguentes nõ aduerterint grammaticam cõstructionem in sequentibus, (vbi dicitur, Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum authoritate, decernimus, ut obeunte, &c.) & dixerint propter hæc verba, quòd papa nõ propria, sed sanctorum patrum authoritate statuit: cum ly authoritate, determinet ly Instructi, & nõ ly Decernimus, unde solidum stat, q̃ papa authoritate propria statutum illud fecit. Quamuis ẽt oĩa statuta de electione papæ, quæ summus põtifex ẽt in synodo fecit propria authoritate fecerit: & sancti patres in synodo congregati nihil possint sine authoritate Rom. pont. statuere. Hæc quoque ex authoritate papæ fieri comprobãtur, dũ statutum Gregorii decimi cum Concilio Ludunen. (quod habetur in sexto de elect. vbi periculum, disponens de electione papæ reuocatum per Adrianum, & Io. 29. ac deinde reassumptum p Celestinũ quintum & Bonifacium octauum) robur authoritatis habet, ut glo. in eodem c. dicit. Clementinam quoq; ne Romani, de electiõe papæ, a papa non a Concilio generali factum esse patet, in clementinis de electione. Multa quoque circa electionem papę in di. 70. patet a Gratiano referri. Et nouissime Iulius 2. qui uiuit & regnat, statutum nouum edidit de electione papę absque Cõcilio generali: Vñ negare hmõdi ptãtẽ in papa est negare sensũ:

CA-

CAPVT XXIII.

DIxi in c.20.21.& 22.quod in ecclesia Dei est potestas authoritatiua super coniunctionē Petri & papatus,non autem super papam.

Obiicitur contra tripliciter.Primo,quia contrariantur dictis in libello illo.Secundo,quia contrariantur hæc duo inter se.Tertio,quia falsum est, ꝙ potestas depositiua papę,quę in ecclesia, non sit authoritatiua supra papam.

Primum ostēditur sic,In c.6.& 13.dictum est,qđ potestas applicatiua ecclesiasticæ potestatis ad hāc vel illam personam est in solo papa, nunc dr,quod potestas authoritatiua super cōiunctionem est in ecclesia.ergo contradictio.

Secundum autem ostēditur exemplo,quo vtor retorquendo in me. Habere enim potestatem sup hominem,non est habere potestatem super aīam nec super corpus,sed super separationem aīmę a corpore,cum nihil aliud faciat occidens hominē. Quid ergo aliud est habere potestatem authoritatiuam super papam,quam posse papatum ab ipso authoritatiue separare.

Tertium autem (quod s.ecclesia authoritatiuè super papam ipsum deponit) probatur tripliciter. Primo,quia aliter papa hæreticus citatus non tenebitur comparere,nec erit contumax non comparens.iudicabunt ergo inauditum, aut non obligatum respondere.Secundo,Omnis actus punitiuus personæ ratione proprii peccati,est ab habente iurisdictionem super eum qui punitur. Tertio arguitur ad hominem,meipsum s.ecclesia potest excōmunicare papam hæreticum antequam deponat: ergo habet authoritatem iurisdictiōis super papā. patet sequela,& antecedens ex te est:quia quum tu dicas hanc consequentiam esse bonam,non est excommunicatus ipso facto,ergo non est depositus. & ista erit bona,Non potest excommunicare:ergo non potest deponere.& ista,potest deponere.ergo potest excommunicare.

Respondeo, & ad primum dicitur, quod nulla est in dictis meis cōtrarietas,quoniam superius de authoritate eminentiæ erat sermo,vbi ecclesię potestati comparabatur. Vnde dictum est ibi,quod papa est moderator & director potestatis ecclesiæ, & non econuerso,hoc enim ad eminētiam,& nō eminentiam potestatis spectat. Hic autem sermo est de authoritate efficaciæ, dum dicimus, quod potestas ecclesiæ authoritatiuæ potest super coniunctionem,&cæt.hoc enim nihil aliud sonat, nisi quod talis potestas tanquam superior coniunctione illa potest efficere illam, agens enim ut sic, præstat eo quod fit ut sic. Cum hoc namque patet bene stare, quod potestas applicatiua potestatis ecclesiasticę, secundum eminentiam est in solo papa.

Ad secūdum vero dr,quod hęc duo,s. potestas est sup coniunctionem , & non super papam; in nullo repugnant inter se,quia diuersa sunt.Et papa significat aliquid maius coniunctione, quoniam significat formam papatus, sicut dominus formā dominii.propter quod retorsio exempli de homine nihil ualet.nam non conuenit papę significatū æquiparare significatio hominis & simile de utroque ferre iudicium,quia homo significat formaliter cōpositum ex anima & corpore, papa vero significat formaliter purum papatum , quamuis in cōcreto, ut patet. Sed hoc totum petrus papa se habet ut ly homo , & conceditur,quod potestas illa potest super petrum papam ratione subiecti (vt in libello dicitur) non autem super papā,quia non potest ex parte formæ.Vnde patet nullā esse repugnātiam,& quod aliud est posse super papam,& aliud super Petrum papam,sicut aliud est posse super cō positum & aliud super formam.

Ad primum autem cōtra tertium hoc,s. quod potestas ecclesię non est supra papam,respōdetur, quod Petrus papa hęreticus tenetur ad omnia quę sunt necessaria id iudicium depositionis ipsius, ut in libello ca.21.expresse dictum est,unde mirandū videtur de obiectionibus . Dico igitur,quod petr⁹ papa hæreticus ratione subiecti sic dispositi,subditur potestati depositiuæ ecclesiæ,& in omnib. necessario preambulis & consequētibus.Nec ex hoc sequitur,quod potestas ecclesiæ sit supra papā, sed supra petrum papam,sic depositum in hoctātum. Et per hoc patet solutio primi & secundi. Ad tertiū vero dicitur,quod (ut patet in capit.19.libelli,unde impositum est mihi quod dicam illam consequētiam bonam) numquam ego dixi hoc, nunquam somniaui connexionem inter excommunicationem & depositionem, imo oppositum expresse sensi.Ego enim ex illa communi radice, id quod infligitur a iudicio humano , non incurritur ipso facto ex solo peccato interiori pure, intuli duo, scilicet negationem excommunicationis , & negationem priuationis , & dixi quod si ex hac radice sequitur non esse excommunicatum , multo magis sequitur non esse priuatum, quia ibi non requiritur declaratio apud Iuristas, sicut hic . Argumentum autem procedit contra ducentem illationem formalem a negatione excommunicationis ad negationem depositionis , & ideo non est ad propositum.

CAP. XXIIII.

DIxi in ca.21. quod papa posset committere potestatem depositiuam papæ hæretici collegio Cardinalium .

Obiicitur quod nō possum sic dicendo sustinere,quin par in a parem habeat imperium.

Respondeo,quod facillime patet ex hoc non sequi,parem in parem habere imperium: quia potestas depositiua non est supra papam, sed supra coniunctionem petri cum papatu : quæ coniunctio non est par papæ . Quare autē hūiusmodi potestas depositiua papæ,quanquam minor papatu, nō sit auferibilis ab ecclesia a papa,in promptu causa est, quia diuino iure illi conuenit contra papam hæreticum,vt patet ex dictis in libello.

CAPVT XXV.

DIxi in c.26. rationem,quare papa pro infidelitate sola potest deponi, quia sola infidelitas inter crimina contrariatur ad esse papæ.

Obiicitur dupliciter contra hanc rationem.

Primo.quia falsum est quod fides requiratur ad esse papæ,cum papa si fiat hęreticus,adhuc sit papa apud me:sufficit enim character baptismalis.

Secundo,quia hæc ratio æque fortiter probaret, quod pro hęresi deponi nō posset: quia hęresis nō opponitur ad esse papæ.

Respondeo , quod ratio mea non est intellecta ut est,studiosè namque non posui inter conditiones requisitas ad esse papæ fidem , sed christianitatem,ut excluderem hanc obiectionem.Nec assum psi,quod infidelitas sola inter uitia contrariatur fidei , sed Christianitati, seu conditioni requisitæ ad esse papæ,ut patet in libello. constat enim christianitatis statui) qui membrum Christi constituit solam infidelitatē inter uitia opponi, & quod Christianitas

stianitas requiritur necessario ad esse papæ. Et in libello eodem, ca.27. clarè manifestaui differentiam inter Christianitatem & fidem & quod Christianitas est status quidam Ecclesiasticus ex charactere & fide constitutus. Sed vt melius vis rationis perspiciatur, ex conclusione intẽta & directa oppositione infidelitatis, considerandum est, quod nõ est intenta, aut deducta conclusio ex illa ratione, ꝙ papa habet non esse propter infidelitatẽ, sed ꝙ est dispositus propinquissimè ad non esse. quod significat conclusio dicens, quod est deponendus. Et propterea non oportet, ꝙ infidelitas sic opponatur Christianitati, ꝙ auferat totaliter esse Christianum: si. n. hoc tolleret, non deponendum, sed depositum papam inferret, sed sat est, ꝙ opponatur Christianitati sic, ꝙ constituat Christianum hominem, quantũ est ex parte hominis in non esse Christianitatis. Per hoc siquidem non esse Christianitatis in Petro papa, constituitur Petrus papa in esse deponibili: quia per tale non esse est dispositus sic vt deponi possit, vt patet ex dictis in libello. Et manifestat̃ ex officio papæ, cum. n. papæ officium sit pascere doctrina & opere, cum habet fidem formatam velut sanꝰ viuit in papatu: cum autem habet fidem informẽ ob perditam charitatem; nõ pascit amplius exemplo, sed doctrina tantũ: ac per hoc velut æger in papatu est. Si demum etiam fidem omnino amiserit, iam nec doctrina pascere potens est, & quasi mortuus sicut in extremis vitæ constitutus, ad omne opus inualidus dispositus est, vt morte depositionis auferatur a vita papali. Vnde patet responsio ad primũ: quia non obstat rationi, ꝙ infidelitas stat cum esse papæ, vt patet ex dictis. Et potes eandem sentẽtiam vnico verbo dicere, ꝙ fides est necessaria ad esse papæ simpliciter, quamuis non sit necessaria ad esse papæ sic, scilicet quasi mortui: imo ex hoc quod cõstituit papam in esse papæ simpliciter, & eius oppositum cõstituit in esse papæ quasi mortui; manifestè sequitur, quod constituit papam in esse deponibili.

Et per hoc patet solutio secundi: hæresis. n. non stat cum esse Christianum simpliciter, nec cum esse papam simpliciter: quamuis non auferat totaliter vtriusque esse. Sed quia constituit nõ esse Christianum quantum est ex parte hominis, ideo cõstituit dispositum ad non esse papæ: quoniam esse papam simpliciter supponit esse Christianum simpliciter. Sed argumentum in hoc fallitur: quia accipit hanc rationem ac si inferret non esse papæ sic, quod esset depositus: cuius tamen contrarium patet in litera. Manet ergo ratio illa non inuenta adhuc minus habens, q̃uis in statera posita, vt desiderare me dixi.

CAPVT XXVI.

DIxi in eodem 26.cap. iuncto 25. quod ex sacra scriptura solus casus hæresis excipitur ab impunibilitate papæ respectu ecclesiæ.

Obijcitur, quia in sacra scriptura inuenitur etiã, alias criminosum esse separãdum, vt patet 1. ad Corinth. 7. Si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et Dominus Matth. 18. innuit hominem pro quolibet mortali, cui annexa est contumacia, esse excommunicandum. Et glossati fuerunt hi textus de subditis in terra, similiter glossabũtur textus allegati per te de hæretico. Et ad dicta Saluatoris & Petri conceditur, quod quandiu bene docent & remanent prælati, sunt audiendi.

Respondeo, quod quum sacra scriptura tota sit ab vno authore, (qui est spiritussanctus,) & velut vna integra doctrina legis diuinæ, non est glossis, sed textui attribuendum, quum ex coniunctione diuersorum locorum scripturæ, sensus vnus colligit: sic autem est in proposito. Quum. n. propter hæresim maximè & propter alia etiam crimina sint diuino iure vitiosi multi separandi ab ecclesia, & exceptio fiat de solis prælatis ab ipso diuino iure in criminibus aliis ab infidelitate: manifestè colligit absque nostris glossis, quod reliqui pro multis criminibus: prælatus autẽ pro sola infidelitate diuino iure separandus ordinatur. Scriptura igitur loquens de hæreticis, communis est prælatis & subditis: quia nulla fit exceptio in ea de prælato: loquens autẽ de alijs criminibus, prælatum simpliciter non comprehendit: quia excipit eum.

Ad responsionem verò datam exceptioni Domini & Petri (q̃ exceptus est prælatus Matt. 22. Super cathedram Moysi, & 1. Pet. 2. Obedite præpositis, dy scolis) dicitur ꝙ responsio illa, s. quamdiu bene docent & sunt prælati, potest bene & male intelligi. Bene quidem, si sit sensus, ꝙ quamdiu per se bene docẽt & sunt prælati. Et sic nihil obstat proposito, q̃n fides Christi est, qua fit doctrina, & quæ sustinet prælatum in esse simpliciter, ac per hoc quamdiu habent fidem, habẽt vnde per se rectè docẽat, & sint prælati, quantum est ex iure diuino, vt patet in libello. Male autem si sit sensus, quòd non dicitur prælatus tolerandus: sed si toleretur, audiẽdus: quoniam quum in maiori includatur minꝰ, & plus sit malos prælatos audire cum effectu, & obedire eisdem q̃ tolerare (vt patet) consequens est, quòd mandatũ Domini & Petri de obedientia prælati malę vitę & bonę doctrinę, claudat in se mandatum de tolerationę ab eisdem, quibus obedientiam indidit. Et sic authoritas iuris diuini allata efficax ad propositũ restat, supra firmam petram fundata.

CAPVT XXVII.

DIxi in eodem 26. ca. concluſiuè, quòd in solo casu hæresis papa subijcitur ecclesiæ, ita ꝙ possit deponi.

Obijcitur, primò, quia in epistola Clementis ad Iacobum ex ore Petri a postoli ordinat̃, quod Clemens papa deponatur propter negligentiã, ecclesia siquidem non spernit illã epistolam, quod sufficit.

Secundo, quia cum ecclesia in casu hæresis sit iudex papæ, & talem potestatem non habeat, nisi Matth. 18. & ibi non commemoretur magis peccatũ hæresis, quàm quodcunque aliud cum contumacia, sequitur quod non solum in casu hæresis ecclesia sit iudex papæ.

Tertio, quia si vicarius regis absentis tyrannicè regeret, communitas posset illum deponere: ergo ecclesia potest deponere vicarium Christi Domini, si tyrannicè regat.

Respondeo, quod in epistola illa eadem facilitate reijcitur, qua recipitur: imo maiori reijcitur, vt patet ex opposito decreto 40. dist. si papa, vbi manifeste pp negligẽtiam papa non iudicandus dr̃, q̃uis pernitiosam: unde non sufficit illius authoritas.

Authoritas autem Domini secundo loco allata, potestatẽ ecclesię supra subditos sibi ut sic manifestat. Et propterea cum papa ex aliis locis sacræ Scripturę non sit subditus ecclesiæ nisi in casu hæresis, consequens est, ut ea illa senrentia Domini non habeat ecclesia potestatem super eum, quia est papa, nisi in casu hæresis: quod. n. ibi non est expressum, sufficit alibi inueniri declaratum.

Ad tertium dicitur, quod similitudo illa deficit dupliciter. Primo, quia communitas libera habet pote-

potestatem deponendi principem, & regem, ſ. ſi tyrannicè regat, & ideo nō eſt mirum, ſi poteſt deponere etiam Vicarium illius: eccleſia autem ſerua eſt principis ſui Ieſu Chriſti. Secundò, quia Rex purus homo abſens ſupponitur, & ſolum per vicariū gubernare, Rex autem noſter ſic abſens eſt corpore, vt per ſeipſum audiat querelas contra Vicarium ſuum ab eccleſia & membris ſingulis, & propterea nō eſt ab eccleſia eius vicarius deponendus, ſed recurrendum eſt ad principem audientem, & optimum vt deponat.

CAPVT XXVIII.

DIxi in eodem 26.ca. quod propter ſcandalum non eſt præſcindendum caput iuxta Domini ſententiam Matth. 18.

Obijcitur, quòd licet non ſit auferendum caput totaliter ſic, quod nunquam ſit futurum aliquot caput: tamen auferendum eſt iſtud caput: ſine quo in corpore remanet vita, immo quod corpus inficit quantum eſt ſe.

Reſpondeo, quòd ex verbis Domini, negatiue tñ (vt in libello dictum eſt,) ſumitur quod nec totaliter, nec hoc caput præcipiendum eſt: quoniā expreſsè dicitur ſi manus tua, oculus tuus, pes tuus. Pronomen ſiquidem adiunctum oſtendit, quod de membro hoc loquitur: & conſequēter de capite iſto negarum accipimus quod præſcindatur. Falſum quoque eſt, quod ſine iſto capite ſit vita, quum ipſum loco Domini ſaluificet eccleſiam, vt in c. ſi papa. diſtin. 40. dicitur. Nec inficit hoc caput, ſed rectè docet, quamuis abuſus poteſtatis capitalis in iſto inficiūt quantum eſt ex ſe eccleſiam: nō hoc caput, ſed abuſus illius in culpa eſt, & non eſt præſcindendum caput, ſed illius abuſui congruis remedijs obuiandum.

CAPVT XXIX.

DIxi in c. 27. quod Deus optimè prouidit eccleſiæ, diſponens, quod orationis remedio contra malum vteretur, non autem depoſitionis ptāte.

Obijcitur tripliciter. primò, quia minus bene inſtituta eſſet politia eccleſiaſtica, quàm ciuilis, & tenet ſequela, quia ciuilis poteſt principem tyrannicè regentem pertinaciter deponere, eccleſiaſtica autem non poſſet.

Secundo, quia Deus ademiſſet communitati eccleſiæ poteſtatem ſibi naturaliter conueniētem, & neceſſariam ad pacificam conuerſationem, qualis eſt poteſtas depoſituua principis in caſu tyrānidis, & tenet ſequela: quia talis poteſtas naturaliter conuenit communitati perfectę & liberę.

Tertio, quia quum Deus opportunius remedium, quàm orationem eccleſiæ potuerit inſtituere (ſcilicet poteſtatem depoſitiuā) dicere non aliud remedium quàm orationes reliquiſſe, eſt dicere politiam eccleſiaſticam non bene inſtitutam, & effectam ſeruam ſtrictiſſima ſeruitute.

Reſpondeo, quod Deus longe melius & eminentius inſtituit eccleſiaſticam rempublicam, quàm ciuilem; quoniam illā inſtituit cum proximo & homogeneo capite viuo in perpetuum ſine potentia errandi, præſente ſpiritualiter votis omnium, & ſingulorū vbique. hęc. n. eſt inſtitutio reipublicæ Chriſtianæ ſimpliciter. De inſtitutione autē ad tēpus. ſ. corporalis abſentiæ principis noſtri, dr etiā, quòd optima eſt, qñ conſonat primariæ inſtitutioni. & qñ Reſpub. Chriſtiana ſm ſuam primariam inſtitutionē ſerua eſt nata: & tota poteſtas eſt in ſuo principe naturali, ideo optimè cōſona inſtitutio ad tēpus eſt, vt non cōitati, ſed vicario principis poteſtas plena cōmittatur, (vt prędictum eſt,) & quod reſpublica quamdiu Vicarius principis ſub principe eſt ſimpliciter (quod fit per eſſe chriſtianum) ſimpliciter recognoſcat principem viuum, & recurrat ad eum audiētem & paratum exaudire: Et ſcito quod contingit homines in hac re falli quaſi a negatione modi ad negationem rei. Quum enim deponere papam contingat multis modis ſcilicet per prouidentiam humanam, & per orationem eccleſiæ perſeuerantem, & neutro modo opus ſit niſi in caſu veræ neceſſitatis, ex hoc quod eccleſiæ non eſt conceſsū qđ poſſit deponere per viā prouidētię humanę, nō ſequit eccleſiæ non eſſe cōceſſum, qđ poſſit deponere papam; qñ alia via, ſ. orationis perſeuerantis, infallibiliter poteſt, quæ. n. per amicos poſſumus, per nos aliqualiter poſſe teſtatur Philoſophus, quanto magis quę per patrem poſſumus?

Ad primum ergo negatur ſequela, & ad probationem dicitur, quod vtraque politia (ſcilicet tam ciuilis quàm eccleſiaſtica) poteſt deponere tyrānicè regētē ipſam, ſed diuerſimodè; quia ciuilis perfecta & libera poteſtatiue, & per prouidētiam humanam, eccleſiaſtica autē per poteſtatem ſui patris p orationis perſeuerantiam, quando vere oportet. Et hic modus quidem excellentior, & non potens errare, ſicut primus, & melior, & propterea non min' bene, ſed melius prouiſum eſt eccleſiaſticę reip. de modo abiiciendi a ſe malum miniſtrum q̄ ciuili.

Ad ſecundum negat ēt ſequela, quia cōitas Chriſtiana nata eſt ſerua, ac per hoc naturali iure ſibi nō competit poteſtas ſuper principem ſuum; & conſequenter nec ſuper principis vicarium niſi a principe ſibi concedatur. Vnde licet verum ſit, quod eccleſiaſtica communitas diſtincta cō tra principem non habeat ſuper principem & eius vicarium tyrannizantem authoritatiuam poteſtatem, non tamen adempta eſt ſibi a Chriſto, aut quocūque alio mō, ſed ex natura ſua; quia ſerua nata eſt, contraxit hāc negationem. Ad tertium autem dr, quod non fuiſſet opportunius remedium prouidentia humana, quam oratio eccleſię perſeuerans. Tum quia prouidentia humana falli poteſt (cogitationes ſiquidem mortalium timidæ & incertę prouidētię noſtræ) oratio aūt eccleſię pſeuerans falli non poteſt. Deponeremus forte, quando non oportet, non prævidētes futura, nec occulta ſcrutantes. Oratio autē eccleſię pſeuerans non deponet qñ non oportet, quia bonus dominus negat quod nolumus, vt tribuat qđ mallemus. Tum quia facilior, minus impedibilis, & efficacior cauſa eſt oratio eccleſię perſeuerans pro ſe in neceſsarijs ad ſalutem eccleſię, quam tota omnium hominum prouidentia: hæc. n. difficile conſonat, potentia impediri poteſt, & omnia ſubiecta non habet; deſcripta autem oratio facile conſonat, non potentia aliqua humana impediri, & omnia ſub Deo ſubiecta habet. Mirum eſt autem de ſubiunctis, ſ. quod dicere Deum ſolum orationis remedium reliquiſſe, &c. ſolum enim hoc remedium tanquam ſupremum, & efficax ſimpliciter relictum dicimus exiſtentibus multis alij remedijs per viam admonitionis, &c. Mirum autē dico, qa quum naturaliter ex eiſdem tueamur, ex quibus ſumus & conſeruamur, & Chriſtiana reſpub. ex oratione ſit adaucta, & in vno ciuili conſtituta dicēte Patre ad Chriſtum, poſtula à me & dabo tibi Gentes hærreditatem tuam & ex oratione conſeruetur (dicente Chriſto ad Petrum. Ego rogaui pro te, ut nō deficiat fides tua) naturali quoque ordine oratione defendenda eſt, contra tyrannice regentem,

Mirum

Mirum dico, nisi quis putet orationē ecclesię perseuerantem pro se in uera sui necessitate posse deficere, quod proprie infidelitatem esse, si infidelitas non est paruulo meo iudicio uidetur: diuinę siquidem prouidentię, quam in specie de ecclesia sua habet, derogare videtur. Si enim natura non deficit in necessariis, quomodo Deus qui dedit semetipsum ecclesię, deficiet illi ī necessariis, seruatis ex parte ecclesiæ seruandis, ut patet ex descriptis cōditionibus orationis? Mirum demum dico, quoniam si efficax hoc orationis ecclesiæ, &c. remedium indubiè creditur, cur insufficienter prouisum ecclesiæ dicitur de remedio opportuno? Et per hunc modū excludendi papam tyrānum ab ecclesia satisfit omnibus quæ obiiciuntur de corpore respectu membri contagiosi, & similibus. ad omnia siquidem sat est oratio perseuerans ecclesię. pro cuius zelo hanc respondendi curam suscepi: arbitratus quibusdam licet non omnibus friuolis obiectis respōdisse, vituperandum non esse hac vice. Rogo igitur lectores, vt æquos se prębeant interpretes aut censores: nihil.n.hic aut alibi mihi, sed rōni uel authoritati allatæ tribui volo; hoc etiam ubique & sp sub sacrosanctę Romanæ ecclesię correctione. Rome die 29. Nouembris 1512. Ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, Amen.

AD LEONEM DECIMVM PONT. MAX.

DE DIVINA INSTITVTIONE PONTIFICATVS TOTIVS ECCLESIAE IN PERSONA PETRI APOSTOLI,

Libellus Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis Sancti Xisti.

ILLVSTREM sapientibus sententiam in vulgarem quoque lucem proferri exigunt, Pater beatissime, qui ea, quę a seipsis manifesta sunt, ab his quæ per alia nota fiunt, non discernentes, nodum (vt aiunt) in scirpo quærunt: & meridiana in luce cæcutientes, offendunt. Obnubilandi siquidem euangelicam claritatem tanta est licentia his, qui sua non sunt sorte contenti, vt Ecclesiæ vultus, licet sereniſſimus, nouitatum inuolucris perturbetur: quippe quorum studium est certa & lucida in quæstionem vertere, ac obscura aliis reddere. Ea propter Petri, successorumque eius Romanorum Pontificum principatus (tot ętates, tempore, atque æuitates tranquilla possessione obtentus, iuis euangelico Sole fulgens, impetitum argumentationibus inuoluentibus exercitatos parum in sacris literis tueri, tenebris exuere atque in medium proferre sic intendimus, vt veritas hęc omnibus luceat, & propriis splendoribus vniuersę creaturæ penetrata attingat. Habeat igitur catholica Ecclesia tibi credita, Pater benigniſſime, lucubratiunculam hanc prudioribus, ne obscuritatibus obruantur.

TRACTATVS TERTIVS THOMAE de vio Caietani Cardinalis S. Xist. De Romani Pontificis institutione, & authoritate in Quatuordecim capita diuisus.

SVMMARIA.

1 *Quid, quomodo, & quo ordine tractandum est.*
2 *Petri personæ & non dono reuelationis, aut beatitudinis promissæ sunt claues.*
3 *Persona Petri in se, & non solum in persona ecclesiæ promissas esse claues.*
4 *Verba Christi, Tibi Petro dabo, non in persona omnium Apostolorum dicta esse.*
5 *Apostolis alijs non esse aliàs collatum quod Petro.*
6 *Solum Petrum accepisse claues, consonat ei, quod est, ecclesiam accepisse claues.*
7 *Promissum esse Petro totius ecclesię pontificatum in antedictis promissionibus.*
8 *Personæ Petri quamuis charitate qualificatæ, dictum esse, Pasce oues meas.*
9 *Soli Petro, ita quod non alijs Apostolis, dictum est, Pasce oues meas.*
10 *Petro soli uniuersam committi ecclesiam per hęc uerba Christi, Pasce oues meas.*
11 *Petro per hæc verba, pasce oues meas, commissum a Christo pontificatum totius ecclesiæ.*
12 *Petrum habere ex Christi institutione successorem in pontificatu ecclesiæ catholicæ.*
13 *Romanum Pontificem succedere Petro in Pontificatu totius ecclesię.*
14 *Authoritates sanctorum antiquorum & conciliorum, affirmantes Ro. Pontificis successoris Petri Pontificatum super totam ecclesiam a Christo institutum a Petro.*

CAPVT I.

Quid, quomodo, & quo ordine de Rom. Pontificis institutione tractandum est.

PRINCIPATVS Romani Pontificis super vniuersas Christi ecclesias, quamuis quęstionibus multis pulsatus fueris, nostro tamen proposito vnica inuestigatione absoluendus occurrit. Nō enim vertitur hic in dubium, an Romanus, Pontifex sit de facto caput ecclesię: nec an idē potestatem habeat a Deo eo modo quo iuxta Apostolum Rom. 13. Nō est potestas nisi a Deo, & quę a Deo sunt ordinata sunt; & sicut potestas regia in veteri testamēto erat a Deo: iuxta illud primi Reg. 8. Audi uocem eorum, & constitue super eos regem. eiusmodi enim omnia aduersariorum multi affirmant. sed vertitur in quęstionem, an a Christo institutus fuerit Rom. Pontifex super omnes ecclesias principatus in beato Petro; ita quòd instituerit Christus Petrum cum eius successoribus suum vicariū ad gubernandum oēs Christi ecclesias. Quo fit ut loca a rationibus & authoritatibus affirmantibus Petrum, seu Romanum Pōtificem fuisse, seu esse caput omnium ecclesiarum, a pśenti secreta sint intentione: & ea duntaxat afferēda sint ex quibus Christum Dominum contulisse huiusmodi principatum Petri soli habetur.

Quia verò ex sacris literis pēdet omnis quæstionis huius veritas, & duo sunt precipui textus, scilicet Matth. 16. & Io. vlt. expresse de hoc mysterio loquentes: ideo primo iuxta utrunque textum inuestigandū est an soli Petro verba Christi dicta sint.

Secun-

Secũdo, an per hæc ſoli Petro Pontificatus totius eccleſię a Chriſto commiſſus ſit. Tertio, an hic totius Eccleſiæ Pontificatus Petro a Deo cõmiſſus, ſit ab eodem Domino datus ſucceſſori Petri. Quarto an ſit a Chriſto hic Pontificatus datus Ro. Pontifici, vt Petri ſucceſſori. vt autem primi clara ſit ſolutio, Matthæi textus prius diſcutiendus ſic eſt: vt in primis tractetur opinio dicentium uerba Chriſti non Petro, ſed perſonę qualificatę, deinde dicẽtium non Petro, ſed Eccleſię: poſtea dicẽtium Petro & Apoſtolis aliis, demum negantium ſoli Petro, quia eccleſiæ, dicta eſſe. Multifariam ſiquidem obnubilare conati ſunt dominicam promiſſionẽ Matth. 16. relatam, Tibi dabo claues, &c. Quidam nanque adeo reſtrinxerunt uerba hæc, vt perſonã etiam Petri ab illis eximerent, & ad ſolum diuinũ donum in Petro directa intelligerent. Alii etiam reſtringentes & eximentes Petri perſonam ad ſolã eccleſiam in Petro ſignificatam Chriſti verba dirigunt. Multi autem extenderunt Domini promiſſionem ad alios Apoſtolos: ita quod Petro in perſonam omnium Apoſtolorum dicta accipiũt. Sed & nonnulli ſunt admittentes ſoli Petro hæc dicta: principatus tamen ſingularitatem collatam Petro negant: eo quod ſimilis poteſtas aliis Apoſtolis a Chriſto collata alibi legitur, puta Matthæi 18. Quęcunque alligaueritis ſuper terram; & alibi. Hæſitãt denique aliqui, quo pacto ſoli Petro claues datas quoque eccleſię eſſe claues oẽs affirmamus. Quocirca ordine quo numerata ſunt quinque hæc, ſigillatim tractanda ſunt. Præponendo vbique rõnes dubitãdi, ut oppoſita iuxta ſe magis eluceſcãt.

CAPVT II.

Petri perſonæ, & non dono reuelationis, aut beatitudinis promiſſę ſunt claues, &c.

NOn deſunt dogmatizantes põtificiã ptãtem homini nõ immediate collatam, ſed dono virtutis mediante: ita q̃ perditio virtutis dono, perire ſimul põtificiam poteſtatem neceſſe ſit, tanquam virtus glutinum quoddã ſit iungẽs hoĩ pontificatũ. Quo fit, vt horũ iudicio claues nõ Petri perſonę, ſed eius dono collatę ſint in aliquo ſingulari miniſtro, puta ſacerdote, ſeu iuſto quocũq;.

Argumentãtur autem hi ex huius Euangelij textu multipliciter.

Primo quia ante oĩa Dñs beatitudinem Petri affirmat, dicens, Beatus es proculdubio in ſpe ueræ fidei: non inchoaſſet. n. a Simonis beatitudine niſi ad ſubſequentẽ pontificatum ſpectaret hmõi beatitudo: nihil. n. impertinens dixiſſe Chriſtũ decet.

Secundo, ex eo quòd Dominus adiungit, Simõ Bariona, hoc eſt filius columbæ: vt Hiero. exponit. Quorſum enim Petrus accepturus pontificatum, filius colũbę prenominatur, niſi vel eius ſimplicitas columba ſignificata: iuxta illud, Eſto prudentes ſicut ſerpẽtes, & ſimplices ſicut columbę: vel Spiritusſanctus, qui columba deſignatur, eo q̃ in ſpecie apparuit in Chriſti baptiſmo; ad eccleſiaſticum principatum pertineret:

Tertio ex ratione ſubiuncta, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. Monſtrant enim hæc non a carne & ſanguine, ſed diuina reuelatione inſtruendum eſſe qui aliis præficitur in Chriſtiana fide erudiendis.

Quarto, ex eo quod Dominus addit, Tu es Petrus: & non dixit, Tu vocaris Petrus, vt gloſibi notat, ob fortitudinem fidei, & confeſſionis conſtantiam. Hęc. n. cum omnibus præcedentibus ad virtutum munera ſpectant, quę ut dictum eſt aut imperF tinenter prępoſita ſunt, aut ad principatum tunc ſubſequenter promiſſum opportuna media ſunt.

Vnde & quinto arguũt ex ſubiuncta prima promiſſione, Super hanc Petram ędificabo eccleſiam meã. quum. n. iſta ſit prima promiſsio Petro facta, quoniã, ut Cypria. Hiero. & Augu. exponunt per hãc Petram demonſtratur ipſe Petrus: inquit enim Hiero. ſuper Matth. ædificabo eccleſiam meam ſuper te: & Aug. in lib. retract. refert ſeipſum dixiſſe, q̃ in Apoſtolo Petro tãquam in petra ædificata eſt eccleſia: nec retractat hanc ſententiam. Cypr. quoque vbi ſupra dicit, Loquitur Dñs ad Petrum, Ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiã meam: ſuper vnũ ædificat eccleſiã, &c. G Quum inquã hæc ſit prima promiſſio facta Petro, & hęc promiſſio non immediatè, ſed mediante dono firmitatis, & ſoliditatis ad perſonam Petri pertineat vt ipſa Domini verba teſtãtur, dum non dicit, Super te, ſed ſuper hanc petram, hoc eſt, ſuper te petram ædificabo eccleſiam meam: conſequẽs eſt, vt ſubſequentes quoque promiſſiones intelligãtur factæ perſonæ Simonis, quatenus erat Petrus & filius columbæ, & beatus, &c. Et confirmatur: quia iſta promiſſio nõ ſolum eſt prima, ſed principalis: nam præcipuum donum Petro collatum eſt eſſe fundamentum eccleſię. Ex hoc autem quòd hęc promiſH ſio eſt prima, & principalis, conſequens eſt, vt aliæ promiſſiones conſequentes ſequantur naturã principalis: ac per hoc nulla promiſſio eſt facta perſonę humanæ, niſi mediãte dono virtutis, quod erat intentum manifeſtandum.

Non eſt difficile catholico doctori mõſtrare falſam eſſe relatam ſententiam, dubitãdo ad damnata incõuenientia. Nihil. n. aliud eſt huiuſmodi dogma, quàm hęreſis quorumcunque dicẽtium in malis miniſtris non inueniri eccleſiaſticam poteſtatẽ claueſque eccleſię in ſolis, & omnibus iuſtis haberi eccleſiamque ex ſolis iuſtis conſtare: quę omnia reprobata, & damnata eſſe conſtat. Verum, ne hæretici excuſentur ſe opprimi authoritate prelatorũ, & I non euangelij, ex ipſo euangelij textu catholicæ doctrinæ reddenda eſt ratio. Ad cuius euidentiam aduerte duas eſſe in hoc Domini ſermone ad Petrum partes: quarum prima ſm planum euangelij cõtextum, ac ſenſum ad confeſsionem, quam Petrus fecerat, pertinet. Nam nihil aliud continet, niſi reuelatæ confeſsionis actorem fructum ſeu prẽmium, & perſonam, ſeu perſonę conditionem, cui reuelatio facta eſt. Dicẽdo, Beatus es, fructum, ſeu prẽmiũ pronũtiat: dicendo Simõ Bariona, p̃ſonã ad literã, ſeu conditionem perſonę myſticę, puta ſimplicitatem, ſeu ſpiritualitatem aperit. & dicendo, Quia caro & ſanguis non reuelauit, ſed Pater meus, actorẽ K reuelationis monſtrat: tota ergo prima pars ſermonis ad reuelatam confeſsionem ſpectat, & nõ ad futurum principatũ. Quod vt plenius intelligas, vide ſingula. Meritò ex accepta reuelatione Simon beatus dicitur; quoniam, ſi ſecundum philoſophiam beatus in hac vita eſt, qui ad cognitionem ſupernarum ſubſtantiarum peruenit, & ſecundum euangelicam veritatem beatitudo viatorum in ſpe verę fidei conſiſtit (iuxta illud, Beati qui non viderunt & crediderunt) longè magis Simõ beatus fuit, quum ad cognoſcendum Trinitatis myſterium peruenit, non innixus reuelationi alijs factę (vt nobis contingit) ſed reuelationi ſibiipſi interius factæ. Ad hanc enim cognitionem Petrum peruenisſe teſtãtur verba Petri: teſtatus eſt Dominus, confeſſus eſt enim Petrus, Tu es Chriſtus filius Dei viui: confeſſus fue

rat

rat olim Nathanael, Tu es filius Dei: Ioan. 1. confessi fuerant qui erant in nauicula, Vere filius Dei es, Matt. 14. confessus fuerat, & Petrus in persona omnium, ET nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei, Ioannis sexto. Nunquam tamē Dominus beatitudinis prēmiū apposuit, nisi nūc, quia nunquam confessio facta fuerat quod esset filius Dei naturalis, qualem modo petrus explicauit, adiungendo illud adiectiuum, Viui. hoc enim dupliciter potest intelligi: primo, vt sit adiectiuum determinans suum substantiuum absolute: ut ita dictum sit Dei viui, tanquam dictum fuisset, Dei veri, aut Dei omnipotentis; & sic per accidens adiungeretur petri confessioni ad maiorem expressionem, B Veri Dei, ad differentiam deorum lapideorum, seu mortuorum: vt Saturni, Iouis, & reliquorum. Alio modo, vt determinet suum substātiuū, scilicet Dei in ordine ad filium, cuius enuntiatur pater, dum dicitur, Filius Dei viui: & sic per se & essentialiter apponitur confessioni petri, & constituit petri confessionem esse per se essentialiter, ac formaliter, veram, & altissimi sensus: significatur siquidem hinc plenissime, & formaliter modus quo Christus est filius Dei, scilicet quod est naturalis filius Dei. ET ne altitudo sensus sententiam claram obumbret, manifestatur quod dicimus ex differenti filiatione nostra & Christi: commune nanque est Christo & nobis, quod sumus filii Dei, (secundum quod de nobis scriptum est Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri) sed nos sumus filii Dei, quia vult, iuxta illud Iacobi primo, Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis; Christus autem est filius Dei, non quia vult, sed quia est. Ratio siquidē quare Deus nos genuit filios, est sua voluntas, qua elegit nos: rō autē quare Deus genuit Christum, est sua essentia qua genuit vnigenitum Deū, qua & ipse Deus est.

Hoc autem vocando ancillas ad theologicam arcem (quia viuere viuentibus est esse: vt dicitur secūdo de Anima) significatum est per Deum viuum: ex eo nanque, quod viuere viuentibus est esse, idē est, Filius Dei viui inquātum viuit, & Filius Dei, in D quantum est. Meminit tamen petrus non Dei esse, neque Dei naturę, sed Dei vite: quoniam quicunq; est filius, conuenit generate filium non ea ratione, qua est, nec ea ratione qua res naturalis est, sed ea ratione qua viuit. Quod si altius perspicere cupis, iunge hęc simul, scilicet Filius Dei viui: quum enim constat ex vna parte filium sonare genitum talem qualis eius parens est, & ex altera parte parentem significari Deum viuum, si cointellecta fuerit philosophica traditio, scilicet naturalissimum operū esse omnibus viuentibus facere tale quale ipsum est (ut habetur secundo de Anima) manifeste videbis quòd dicendo Filius Dei viui significatur naturalis filius Dei: ex eo enim, quòd filius Dei E ponitur genitus a Deo dicitur, ex eo autem quòd Filius Dei, inquantum est viuus, ponitur, quia naturalissimum opus viuenti quatenus uiuens, est, genitus significatur. Acutissime ergo & formalissime, Petri confessio Christum non adoptiuum Dei filium; sed naturalem Dei filium manifestat, dicendo Christum Filium Dei viui.

Et si altius adhuc intuiti fuerimus, percipiemus in hac responsione claudi non solū duas Trinitatis personas Filium. s. & Patrem, & rationē ac modum generationis, scilicet quòd ille naturalis pater & iste naturalis Filius (vt declaratum est) sed substantialitatem, coæternitatē ac coæqualitatē vtriusq;: nam ex eo q naturalis Filius est talis qualis est pr, A & Christus dicitur filius Dei viui, significatur quoque q ipse est Deus viuus, & quū non sint multi dij, consignificatur quod est vnus Deus cum Patre, ac per hoc consubstantialis, coæternus: & coæqualis. Nec spiritussancti persona omissa est, Christus. n. sonat vnctū spiritusancto, vt ipsemet Petrus declarauit Act. 10. Quo fit vt hac cōfessione Petr⁹ non minus diuinę Trinitatis ac generationis mysterium docuerit, quàm Ioannes dicendo, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. imò licet Ioannes spiritualius, dum ad im materialem, intelligibilemq; gradum penetrauit, Petrus tñ personas nominibus proprijs Filij ac per hoc patris & generationem naturalem cum ratione generan di clarius significauit, dicens, Tu es Christus filius Dei viui: & ideo iure a Saluatore mundi beatus affirmatur. Ad hunc tam altum huius confessionis sensum intendisse inuenies Origenem, Chrysosto. atque Hilar. hunc tam altum istius confessionis sensum testatur ecclesia quotidiana veneratione repetens prima dici hora Christe fili Dei viui, &c. Merito quoque ad eandem reuelationē spectat Bariona, dupliciter siquidem, vt Hier. dicit, potest intelligi, vel legendo, Bariona: ideſt, filius Ionæ (Bar. n. idem sonat quod filius) vel quod vitio scriptorum detracta sit media syllaba: quū deberet legi Bariioanna, ideſt filius Ioannis: Simon siquidē creditur a multis filius Ioannis: secundum tamen veritatem filius fuit Ionæ, vt patet Ioannis primo. Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, licet vitio scriptorum Latinorum Latini codices sint corrupti. Est ergo primus sensus, mysticum tñ, Tu es filius Iona, ideſt columbę, secundus autem literalis, Tu es filius Iona seu Ioanna. Vterque autem sensus propositum fouet: nam si filius exponitur columbę, simplicitatem ac spiritualitatem personę ipsius Petri tanquā habilis ad reuelationem suscipiendam indicat: ad reuelationē nanque diuinam suscipiēdam simplicitas, & spiritualitas maxime preparant: Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictum (vt dicitur Sap. 1.) & animalis homo nō percipit quę sunt Spiritus Dei, primę Corinth. 2. Si autem filius Iona, vel Ioanna intelligitur, ad confirmationem confessę veritatis valde spectat; quoniam pertinet ad hęc, quòd ideo Dominus naturalis patris ipsius non Petri, sed Simonis meminit, vt subiungendo, Quia caro & sanguis non reuelauit, sed Pater meus: ex hoc ipso quod patrem suum & naturalem Patrem Simonis è regione ponit, tanquam diceret, Beatus es Simō filius Ionę seu Ioannis: quia non pater tuus secundum carnem, & sanguinem reuelauit tibi: sed Pater meus, qui in cœlis est: ex hoc inquam ipso eruditus quisque intelligat patrem, qui in cœlis est, ita esse naturaliter patrem meum, sicut Ionas est naturaliter pater tuus. ET hoc iam notauit Chrysostom⁹ dicens, Vanum est dicere, Tu es filius Iona vel Ioāna, nisi offendat: quoniam ita naturaliter Christus est filius Dei, sicut Petrus filius Ionę: eiusdem substantię cum eo qui genuit. Oportuit autem Saluatorem nostrum commendare Petri confessionem manifestando illius actorem & prēmium, &c. vt petri confessio vera habeatur, si sic ipse verus ac naturalis filius Dei credatur ex Petri confessione, nō a carne & sanguine, sed a cęlesti pre deriuata; nisi. n. hoc manifestasset, cōfessionē petri vt humanū verbū acciperem⁹, nūc aūt a Deo prolatā fidem habemus. Ex quib. oīb⁹ clare patere pōt, q hucusq; nihil ad principatū Petri pertinēs dictū est. Tota igit prima pars dominici ad Petrum sermonis, circa illius

confessionem versatur,& ad probationem fidei de seipso Christo filio Dei viui pertinet, secunda autē ad Petro promittendū cōuertitur, vnde & inchoat a reddendo vices ipsi Simoni Petro, ET ego dico tibi: tanquam diceret (vt Hieronym. notauit) Tu mihi dixisti, Tu es Christ⁹ fili⁹ Dei viui, & ego dico tibi, Tu es Petrus, & super, &c. Vbi aduerte non solū diuersas, verum non vnius, sed diuersorum generū promissiones Petro factas esse: nam prima promissio constructionem respicit ecclesię, Aedificabo ecclesiam meam: secunda autem aurhoritatem, Dabo claues regni cœlorum, & quodcunque solueris, &c. illa ad ecclesiæ substantiam, ista ad officium respicit: tantumq; inter se differunt, quantum est inter substantiam & officium distantiæ. Et licet in prima promissione triplex inueniatur intellectus, exponendo per hanc petram vel Christum vel Petrū, vel confessionem Petri, vt Chrysostomus exponit, si tamen subtilius perspexerimus vnicus est sensus literalis: hoc est, quod per hanc petram demonstratur Petrus. Augustinus enim in libro primo retractationum cap. vigesimoprimo, lectoris iudicio relinquit quæ duarum sententiarum sit probabilior, Petrusne, an Christus demonstretur per hanc petram. Vnde hac libertate freti, ex ipso euangelij textu dicimus, per hanc petram Petrum demonstrarij, vt patet ex eo quòd Dominus dixit, super hanc petram ædificabo. Si enim seipsum demonstrasset, nō dixisset, Aedificabo, sed ędifico: quoniam tunc verè super seipsum ędificabat faciēdo de Simone Petrum: super petram autem non tunc sed post resurrectionem ædificare cœpit. & propterea dixit in futuro, ędificabo: ac si aperte diceret, Te quem nunc facio petrum, postea faciam fundamētum ecclesiæ meæ. Confirmaturque hic sensus, quia aliter impertinenter premisisset, Tu es petrus, quum tamē pro maxima re hoc petro dictum euāgelium insinuet: quum Dominus quasi reddens vices petro (vt prædictum est) dixerit, Tu es petrus: quid enim tā magnum sonaret esse petrum, aut quorsum, Tu es petrus, nisi subsequenter demonstraretur: Et super hanc petram ędificabo ecclesiam meam? Vnde Hieron. exponens hunc locum ait, Secundum autē metaphoram petræ, recte dicitur ei, ędificabo ecclesiā meam super te. EXpositio autem Chrysosto. de confessione petri, in idem redit: quoniam confessio fidei in idem redit cum soliditate seu firmitate fidei, quā denotat petrus: non enim differt ab ea nisi tanquam actus ab habitu. & rursus constat ꝙ ecclesia magis hēt pro fundamento fidem, quàm fidei confessionem. Vnde relinquitur ꝙ ad literam per hāc petram, demonstratur petrus. Exactius autem loquēdo, dic hanc petram, ideſt, in te petram, in te soliditatem fidei, in te Christum creditum, in te Christum cōfessum, vt complectaris omnes sanctorum expositiones: nam singulę verę quidem sunt: sed partem tātum veritatis explicarunt, fidem seu fidei confessionem, aut petrum, vel Christum exponentes. Quum autem vtrunque simul iungitur, ita ꝙ & petri personam & Christi seu fidem simul significari exponitur, integra veritas, integer sensus habetur literę dicentis non super petrā, sed super hāc petram. Indiuiduatur siquidē metaphorica petra, & fit hęc: quia est hoc demonstrato suppositō: sicut ꝙ licet aliud in petro existens indiuiduatur, & fit hoc, quia est in ipsa petri persona.

Hoc igitur integro sensu literali patefacto & admisso, & amplius aperiēdo, scito ex EUangelio omnes promissiones petro factas conuenire in hoc ꝙ omnes sunt factæ vnicę personæ ipsius Simonis, ꝙ dicitur petrus: cui dictum est, Tu es petrus. Manifestaturque sic esse primo de prima promissione, & deinde de secunda. In prima promissione tria respice. primo, Tu, secundo, es petrus, tertio, sup hanc petram. EX pronomine, Tu, demonstratur persona illa cui Christus loquebatur, persona, dico, nō qualitas aliqua: nam constat pronomen, Tu, demonstrare substantiam sine qualitate etiam apud grammaticos. Rursus ex pronomine, Tu, monstratur vnica persona, vt patet. EX coniunctione propterea huius quod est esse petrum ad ly, tu, cum dicit, Tu es petrus, significatur aperte affirmari a Domino iam vnicam personam esse petrum: & quia per hāc petram demonstrat illam eandem petram quā tūc pronomine demonstratiuo monstrabat, Tu es petrus. Significantissime siquidem ille articulus hāc exprimit eandem monstrari petram, de qua tunc erat sermo, quæ & per pronomē, Tu es petrus, mōstrabatur. & hoc tanto clarius, quanto nulla alia petra tunc monstrata, aut nominata inuenitur in EUā gelio. Esse igitur futurum Christi ecclesiæ fundamentū, iungitur huic petræ, quę quia iungitur personæ monstratę pronomine, Tu, oportet intelligere, quod esse Christi ecclesiæ fundamentum pmittitur vnicæ personę demonstratę per, Tu: cui tunc datum est quod esset petrus. ET vt hoc magis ac magis notares, inchoauit Dominus, & ergo dico tibi, non beatitudini tuę, non filio columbæ, non filio reuelationis: sed tibi. De secunda autem ꝓmissione clarissime patet: quia exprimitur pronomen demonstratiuum substantię, dicendo, Et tibi dabo claues. Oportet nanque hæc valde notare: quoniā hinc commenta hęreticorum schismaticorū specie tenus sancta: sed re venenosa confutantur: aiunt enim, Super petram, id est, fidei firmitatem ecclesiā fundatam. Verum dicunt, sed diminutum: quoniā Dominus dixit quidem, super petram: sed non hoc solum dixit, sed addidit articulum, hanc dicens, super hanc petram. quam proculdubio tunc mōstrabat, dicens, Tu es petrus: si enim super fidei solidū absolute ædificaturus esset, non dearticulasset soliditatem ad personam illam. Sed schismatici personalis fundamenti vnitatē a Christi ecclesia tollere, per hęc commenta nituntur: Dominus autem hos omnes pręueniens, sermonem ad Simonē petrum sub pronomine direxit, inchoans, ET ego tibi dico, & subdens, Tu es PEtrus: tu, non beatitudo tua, aut aliquid eiusmodi, tu, non vos, vt vnitas fundamenti, ecclesiæ, vnitas quoque personalis a Christo firmata intelligatur: dum dicitur, Tu es PEtrus: tu vnus es PEtrus futurus postea fundamentum: qñ sup hāc petram, ideſt te PEtrum ędificabo ecclesiam meā. Duplex autem aduertenda est inter has promissiones differentia prima est, quod esse fundamentum ecclesiæ non promittitur personæ petri absolute: sed quatenus est petrus seu petra: claues autē regni cœlorum promittuntur personæ petri absolute. Et habes hanc differentiam ex EUangelio: dum de primo dr̄. Et super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, non dixit, Super te ędificabo ecclesiam meam: ꝓ hanc. n. petram demonstrauit totum qđ dixerat, Tu es Petrus: nam petram reddidit ad ly petrus, & articulum hanc reddidit ad pronomen, tu, tanquam si diceret, Tu es Petrus, & super te petrū ędificabo ecclesiam meam. De clauib. autem regni cœlorum non dr̄. ET tibi petro, neque huic petræ, sed simpliciter & absolute, Tibi dabo claues, monstrās per hoc, ꝙ dixit, tibi, ꝙ personę non qualitati

per

per petram significatæ puta fidei promittebat claues personæ: ergo qualificatæ promissum est fore Christi ecclesiæ fundamentum: personæ vero nudæ promissæ sunt claues regni cœlorū. Altera differētia est, quod in primi promissione Petro promittitur ecclesiam sustinendi officium, non se Petro, sed Christo actore, nam non dixit, Et super hāc petram ædificabis ecclesiam meam: sed dixit, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: tanquam si diceret, Tu sustinebis tanquam petra me ædificātē ecclesiam meam super te petra. In promissione verò clauium aperiendi officium, & claudendi nō sibi reseruauit Dominus, sed se daturum claues promisit; ut ille cui dantur agat apetiendo, vel claudendo regnum cœlorum. Hæ ex euangelii pleno sensu differentię constant. Ex quib. euidenter colligit differentia inter officium Petri quo ad potestatem vtendi clauib. & soluendi, arq; ligandi, & officium eiusdem ad sustinendam ecclesiam in fide: dum officium clauium nomini committitur: officium vero sustinēdi ecclesiam in fide ad Christum ut actorem, ad petram vt rationem sustinendi, ad hominē vero Petrum, ut fundamentum suppositumq; spectare dicitur. Oportet siquidem hæc diligentius cō templari, vt sciamus hinc rationem reddere poscentibus nos de ea, quę in nobis est fide: ex his enim facile est perspicere, qđ claues regni cœlorum nō sunt datæ sanctitati seu iustitiæ hominis, sed promissæ sunt homini futuro pastori ouium Christi. Si quis autem contra huiusmodi exactam expositionem verborum euangelii obiiciat, eo quod Petrus non fuit ex tunc re, & nomine petrus: quoniam non perseuerauit solidus, ac firmus in fide, ter siquidem postea Dñm negauit: ac per hoc verba Dñi sonantia in pfecti, Tu es Petrus, non sunt sic exacte intelligēda, aduertat sic obiiciens se falli confundendo firmitatem fidei & firmitatem charitatis: Petrus quidem ex tunc factus est firmus in fide, dicente Christo, Tu es Petrus: vt Hier. testatur, exponens. ET ego tibi dico, non sermone cassō &, nullum opus habētes, sed dico tibi quia meum dixisse, fecisse est, quia tu es petrus. Nec deficit negando Dñm in fide, quæ in corde est, quamuis defecerit in confessione fidei: horum n. distinctio a paulo Apostolo manifesta est ad Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore cōfessio fit ad salutem. Testatur siquidem Dñs petrum non defecisse in fide, Lu. 22. dicens, Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, constat. n. Christum in oīb. exauditum fuisse pro sua reuerentia, ut dī Heb. 5. Defecisse autem ipsum in charitate, & periurio manifestat, & Dominus testatur subiungens. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: auersus. n. fuit a charitate christi nō a fide perseuerauit: ergo semper Petrus.

His præmissis Ad obiectiones in oppositum dicendum est. ET circa tres primas non oportet insistere, quia iam declaratum est, quod impertinentes sunt. nam ad confessionem Petri spectant omnia, quæ in eis afferuntur. Ad alias vero obiectiones, ex illis verbis, Tu es petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, dī. qp hęc qdem spectāt ad pontificalem gradum, non secundum officiū clauium, sed secundum officium fundamenti. Et ex proposito Dominus dixit. Nō tu vocaberis Petrus, sed tu es petrus vt affirmaret, tu es petrus re & nomine, hoc est solidus, firmus, cōstās, &c. in fide tanquā petra. vt Leo, Gre. Beda que exponunt. Nec ex his aliud pōt inferri, nisi qp soli habenti fidem cōuenit esse fundamētū sustinendi ecclesiam in fide, quod gratis concedimus: nam ex hoc nō habetur, quod esse fundamentum mediante charitate, seu iustitia conueniat petro, sed mediante fide. Et rursus hinc non habetur, quod esse fundamentum promissū sit fidei simpliciter & absolute; ac per hoc promissum sit cuicūque in quo inuenitur fides: qm̄ Christus non dixit, & super petram, sed dearticulauit eā ad personam adiungens ly, hanc, dicendo, super hanc petram: proculdubio. n. petra tunc demōstrata per præmissa verba. Tu es petrus, repetitur, ut q mō est petrus futurum sit fundamentum. Quocirca clare patet, quòd sicut solus Simon demonstratus est dicendo, Tu es petrus, solus quoque repetitus est Domino. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Nulla ergo promissio facta est dono virtutis absolute. sed sola prima inter eas, s. ędificatio ecclesię facta est dono fidei, nō in quocūque, sed in persona futuri pastoris ouium Chri.

Ad cōfirmationem autem inferentem simile est de iudicium de officio clauiū & officio fundamenti: respondetur, quod ex differentibus verbis Domini manifeste declaratum est nō esse simile de vtroque iudicium. ET licet accessorium sequatur naturā principalis cęteris paribus, vbi tm̄ (ut in proposito) maxima est in cęteris disparitas, non oportet secundarium assimilari principali. Manifestatur autem maxima disparitas in hoc, quod in officio fūdamenti hō se habet quasi totaliter passiue, dicente Christo, ego ędificabo super te petro. in officio aūt clauium non dixit, ego aperiam, aut claudam, sed absolute, Tibi dabo claues regni cœlorū. Nō est propterea mirum, si aliter promissum est fundamenti officium, & aliter officium clauium. illud mediāte firmitate fidei, istud homini absolute. Cōsentanea est autem hmōi differentia a Christo instituta humanę etiam rōni; nā vsus clauium siue rectus, siue abusus fuerit, non in vniuersalem redūdat ecclesiam, officium aūt sustinēdi fidē si aberraret, ecclesia vniuersalis rueret: de qua tm̄ Dñs dicit, & portę inferi non prealebunt aduersus eam. Promissæ sunt ergo claues regni cælorum nō dono virtutis (ut hęretici fingunt) sed personæ Simonis petri, futuri pastoris ouium & agnorum Chri.

CAP. III.

Personę petri in se, & non solum in persona ecclesiæ promissas esse claues.

NOn lōge a prioribus recedunt affirmātes claues regni cœlorum non petro, sed ecclesiæ a Christo promissas, dicente, Tibi dabo claues regni cælorum, tanquam dixerit, tibi, hoc est ecclesiæ significatæ per te. nō tibi, dabo claues regni cęlorū. Nam istis cum prioribus commune est, & eximere petrum ab hac Domini promissione, & nulli singulari homini datas esse claues, sed dono Dei promissas esse claues, solum in hoc differunt, quod priores dono Dei in quolibet iusto, aut saltem in quolibet sacerdote, isti dono Dei in ecclesia inuento claues datas asseuerant, eo quod petro non vt vni homini, sed vt personam gerebat ecclesiæ Christum dixisse contendunt, Tibi dabo claues regni cęlorum, nituntur que hoc multis argumentis astruere. Vnde primo arguunt, Christus exponit seipsum in euangelio, qui loquatur, & cui tradat claues dicens, Beatus es Simon Bariona, caro & sanguis non reuelauit: sed pater meus qui est in cœlis. Vbi aperte Petrus in hac persona non est petrus, non est caro, neque sanguis, non Simon Bariona, omnino petrus extra hominum ponitur, & iam non est ulla persona per se, sed re-

uelantis patris auditor cui dãtur claues. Nulli ergo priuato homini datæ sunt claues, sed soli Ecclesiæ, qa de nullo priuato homine certi sumus hẽat necne reuelationem petri. Ecclesia autẽ ipsa est de qua dubitare non licet: ipsa est ergo ille petrus auditor reuelationis, & acceptator clauium.

Secundò, ex cohærentibus. Christus.n. post gloriosam istam Petri commẽdationem, quum ei Petrus prohibuit ne moreretur, reprehẽdit petrum, Vade post me Satana: non.n. sapis ea quæ Dei sũt. Vt ex subsequuta post commendationẽ vituperõne clarum fiat illum superiorem petrũ, qui claues accepit, nõ fuisse petrum filium Bariona, sed ecclesiã filiam Dei: quæ verbo Dei genita: verbum Dei audit & confitetur perseueranter in finem: nõ aliquando non sapiens quæ Dei sunt, nec vnquam retrò abire iussa sicut petrus.

Tertiò, ex eo quòd Christus dixit, Super hãc petram ædificabo ecclesiam meam: hoc est, super fidem à petro totius ecclesiæ persona confessam: ac per hoc in qualibet ecclesia, vbi est fidei petra, illic & claues. Firmatur autem hoc, quia nec ipse petr⁹ petra fuit in eadem perseuerans confessione. qm̃ mox post acceptas claues errauit: & tamen nõ sunt ei claues rursus allatæ: quare non in sua, sed ecclesiæ persona eas accepit.

Quartò, quãdo papa eligitur, an secum affert claues vel non; si affert, ergo erat papa antequam eligeretur: si non affert, a quo accepit? nunquid ab Angelo de cælo? nonne ab ecclesiæ? Item, qm̃ papa moritur cui reliquit claues, nisi ecclesiæ a quã accepit? quid igitur potest dici cõtra hanc euidentissimam experientiam optimam euangelii interpretem, claues nec petro successori, sed soli ecclesiæ datas? a qua tanquam minister accepit vsurus eis sacerdos in qualibet ecclesia.

Quinto, formatur argumentum similis formæ argumento, quo paulus Ro. 4. & Gal. 4. vtitur dicẽs quod sicut Abrahę ex fide reputata est iustitia: ita & omnibus, qui credunt reputabitur ad iustitiam. quare etiam hic similiter. si petro habẽti reuelationem patris, & Christum confitenti claues dantur: ita necesse est domini similiter confitenti & reuelationem hẽnti, claues donatas esse: quod nulli nisi ecclesiæ conuenire põt: quum nullus singularis fidelis constanter, certo, ac perfecte habere possit hanc confessionem: ut ẽt de ipso petro patet.

Sextò, quia non solum (vt Au. primo li. de doct. Christ. ca. 17. testatur) has claues Christus dedit ecclesiæ suæ vt quęcunq; solueret in terra soluta essent & in cœlis: sed etiam, vt ipse testatur super Io. Petr⁹ Apostolus propter apostolatus sui primatum ecclesię gerebat figurata generalitate personam: in pso na ergo non sua, sed ecclesię claues accepit. Quod ex Aug. verbis ibidem amplius firmatur quum dicit, Quod enim ad ipsum Petrum proprie pertinet (nam vnus hõ erat gratia vnus Christianus) abundãtię gratia vnus, idemque primus Apostolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo claues regni cælorum, vniuersam significabat ecclesiam. Confirmaturq; eadem sententia ex verbis eiusdem Aug. psa. 108. sicut quędam dicuntur quę ad Apostolum Petrum ptinere videntur: neq; tñ hẽnt illustrẽ intellectum nisi quum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam pp primatum, quem in discipulis habuit, sicut est, Tibi dabo claues regni cælorum, ita Iudas personã sustinet inimicorum Chri. Ex his.n. verbis apparet petrum non in sua, sed ecclesiæ figurata persona claues susceptisse, dum hic dr̃ nõ haberi illustrem intellectũ, nisi ad ecclesiam referatur, & ibi contra personales conditiones Petri aduersatiua coniunctione subditur: sed quando ei dictum est, Tibi dabo, ecclesiam significauit. Et confirmatur rursus authoritate euãgelistæ describentis interroganti Christo, quem dicũt homines esse filium hominis, nullum certum discipulum respondisse, opinionesque de eo erãt. interrogandi vero de se Apostolos, vnũ certum Petrum respondere, & constanter absoluere, ac pronuntiare fidei confessionem, vt veram Christi cognitionem in vnitate & firmitate consistere, non multorum opinionib. velut arũdinem agitari doceret. Tenet ergo Petrus ecclesiæ vnitatis figuram. Accedit ad hęc Cypriani authoritas habita 24. q. 1. loquitur Dominus: dicentis, Quamuis apostolorum omnibus post resurrectionem suam parẽ tribuat potestatem, tñ vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdẽ originem ab vno incipientem authoritate sua disposuit. hoc vtique erant cęteri Apostoli quod Petrus fuit, pari consortio prædita & honoris & potestatis: sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Chri una monstraretur. Vnde non vnus, sed vnitas claues accepit, vt attestantur etiam capitula, omnibus. & quodcunque. 14. q. 1. ex Hiero. & Aug.

Ad euidentiam horum cõsiderandum est, vnũ dici a sanctis, s. Petrum significasse ecclesiam, quũ claues accepit. Duo aũt exponi seu deduci; primũ est, ecclesia accepit claues, quum petrus claues accepit: secundum est, quod persona petri non accepit claues. Vnde dupliciter contingit hic errare, uel negando primum, uel affirmãdo secundum. Et negare quidem petrum ecclesiam significasse, est cõtradicere expositioni sanctorum. Affirmare autẽ ecclesiam sic accepisse claues, quod persona petri non acceperit, error est plusquam hereticus, quoniam euangelica per hoc negatur historia, & historia in parabolam uertitur. Parum dixi, quoniã omnis etiam ueteris testamenti historia in parabolam verteretur. Declaro singula: si.n. petro nõ in persona propria sed solum mõ in persona significata per eum ecclesiæ promissæ sunt claues, quum dictum est ei, & tibi dabo claues, &c. parabolicus petrus inducitur, & nõ narratur historia, sed parabola, quum dicitur, Venit Iesus ī partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit Discipulos suos, cum reliquis quæ secuntur. Et eadem licentia qua hęc historia vertitur in parabolam, omnis alia historia nõ tolũ noui, sed etiã ueteris testamenti in parabolã uerti potest: scriptum est enim, Omnia in figurã contingebãt illis. Si enim quia Petrus figuram gerebat ecclesię, parabolicus ponitur, & non in propria pona circa claues, parabolã quoque necesse est fateri de Martha, & Maria, quæ figuram gerebant uitæ actiuę & contemplatiuę, parabolæ quoque erũt resuscitationes trium mortuorum à Christo, quia figuram gerebãt trium generum peccatorum spiritualiter resurgentium, quinimo, & mors Chri & resurrectio parabola erit, qa illa nos mortuos peccato, ista nos in nouitate uitæ significat, & breuiter uniuersa ruit rerum gestarum fides in sacra scriptura ex hac licentia. Vera autem & probata sententia est, dupliciter aliquid significari, uno modo p modum parabolæ (sicut filius prodigus significat peccatorẽ, & operarij conducti ad vineam, significant cultores Dei in Chri ecclesia, & sic de alijs) alio mõ per modum rei gestæ, ita quod res uerè gesta significat rem aliã, sicut trãsitus Heb. per mare rubrum significat transitum nostrum de uitijs ad uirtutẽ,

& ad-

& aduentus Magorum adorantium Christum, significat viatorum progressum ad cęlestem patriā. Inter hos autē significandi modos hæc est ad propositum disparitas, quòd in parabolica significatione nulla est cura de significantibus personis secundum seipsas, quoniam ad significandum tantū describuntur, quemadmodum apud Poetas fit in comedijs & tragædiis. quum autem res gesta significat, oportet primò omnem curā adhibere ad rē, quæ geritur, & ad personas secundum seipsas: quia sensus literalis in hoc cōsistit, ex quo solo secundū Dion. & Aug. efficax trahitur argumentum. Vnde oportet primò verificare in historijs res gestas & dictas de personis secūdum seipsas ad veritatē fidei, & deinde potest superaddi sensus spiritualis, quod res gesta significat aliam, quo persona historica figurat aliquid aliud: & hoc ad ædificationem Chri fidelium non ad comprobandum ea fidei, quæ in controuersiam veniunt. Quocirca oportet primò ad veritatem fidei saluandam sensum historicum tenere, & personam Petri nō vertere in personam parabolicam, quum de fidei agitur historia, & sensus literalis inuestigatur euangelicæ historiæ quādo venit Iesus in partes Cęsareę Philippi, & interrogauit primò ac secūdò, audiuit respōsiones primo discipulorum, deinde petri, respondit Petro, dixit, promisitq; claues regni cælorum. Et firmata veritate sensus literalis, ꝙ personæ Petri dictum ꝓmissumq; est, superaddere licet sensum mysticū, quod Petrus figurat ecclesiam, sicut apparet in similib⁹, puta in significatione viræ actiuę per Marthā (cui dictum est, Solicita es & turbaris erga plurima) & contemplatiuæ per Mariam, de qua dictum est, Optimam partem elegit, quę nō auferetur ab ea, & sic de alijs. Patet ergo petro in persona ecclesię, promissas esse claues, verum est sic ut personæ ipsius petri primo, & ad literam promisse sunt: quia illud uerificatur secundum sensum mysticum, hoc autē secundum sensum literalem.

Ad primum ergo in oppositum dicitur, clarum ex antedictis esse verba illa Domini (Beat⁹ es Simō Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit, sed pater meus) non ad Petri primatum, sed ad ipsius confessionem, & confessionis fructum spectare: & ꝓpea tanquam impertinentia longe sunt a proposito secundum literalem sensum. Has autem petri cōditiones trahere mystica interpretatione ad ecclesiā, quamuis sustineri possit, intolerabile tamen est, ut sensus mysticus excludat literalem, petrus excludat seipsum, auditor excludat eum, qui audit, & Simō Ioannis uertatur in parabolicam personam.

Ad secundum uero dicitur, falso interpretari fidem, cur post tantam commendationem petr⁹ reprehensus fuerit: nam secundū planum literæ sensum commendatur primo persona petri rōne diuini doni, deinde reprehenditr rōne proprii sens⁹, neutrum autem, secundum historiæ fidem spectat ad alium quam ad petrum, quoniam tam cōmendatio quam reprehensio personalis fuit. Secus aūt est secundum sensum mysticum, quo quilibet proprii sensus & affectus in petro reprehēditur, & gliber diuinę reuelationis sectator in petro cōmēdat.

Ad tertiū dicitur, per hanc petram demonstrari ad literam fidem in hoc, id est Petro, ut ex dictis patet. Et propterea non sequitur, quod cuilibet partiali ecclesię, ubi est fides, æqualiter datæ sint claues, sed sufficit cuilibet fideli ecclesiæ datas esse in totius ecclesiæ capite, quod est hæc petra, sup quā Christus ædificat ecclesiam suam. Et ad confirmationem dicitur, quod licet Petrus erraverit, non tamen desit esse petra: tum quia per illa uerba obijciuntur, Absit a te Domine, non erit tibi hoc, petrus, nec fidem nec charitatē perdidit unde & Dominus non dixit ei, Vade Satana, vt tentatori dixerat, sed modificauit dicens. Vade post me Satana. tā quam diceret, Sequi tu me debes, non ego affectū tuum. Tum quia, vt prędictum est, quum postea Christum negauit fidē non perdidit, sed petra fidei perseuerauit in corde. Et tamen, vt Theop. Luc. 22. notauit, Christus iterum ipsum in Apost. gradu restituit, dicens, Confirma fratres tuos.

Ad quartum dicitur, quòd quum papa eligitur, neque secum claues affert neque ab ecclesia illas accipit: sed a Christo, non noua traditione, sed antiqua illamet, qua tradidit Petro: ecclesia siquidem ministerio electionis personam deputat, quę petro succedat: Christus autē ipse in beato Petro & cuilibet successori claues tradidit, & propterea uana est quęstio, a quo accipit, aut cui relinquit moriens: verbum. n. Christi semper uiuum dat claues cuilibet succedenti, & non vnus alteri relinquit.

Ad quintum dicitur, argumentum esse similis formæ: sed dissimilis materię, & propterea non tenere. Iustitia siquidem & fides bona sunt animę, ad vtilitatem ipsius credentis & iusti. claues aūt potestatem significant, ad aliorum regimen ordinatam, & iō licet cuilibet credenti imitanti Abraham reputetur fides ad iustitiam, sicut Abrahę, non tū cuilibet credenti & confitenti Christum, imo nec cuilibet petro imitanti Petrum in fide dari oportet claues, id est, potestatem aperiendi & claudēdi alij: sicut nec cuilibet imitanti fidem Abrahę datur, ꝙ sit pater multarum gentium, quod in semine suo benedicantur omnes gentes, quę tamen Abrahā credenti data sunt. Quod autē additur, nulli ecclesię conuenire posse constāter, certo ac perseueranter habere Petri confessionem, si ad singulares psonas referē Paulus Apostolus ad Romanos octauo, confutat, dicens, Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, &c. & subdit, Certꝰ sum. n. &c. loquēs ad literam de electis. quòd si nō contra rē, sed contra notitiā nostram arguitur; qa nos nescimus quis perseuerabit, facilè satisfit, per hoc, ꝙ Deus suauiter disponens omnia, non exigit ab homine maiorem certificationē ea. quæ est fidei & humani moris, a fructibus, seorum cognoscendo homines.

Ad sextum dicitur verum esse & qđ ecclesiæ datæ sunt claues & quod Petrus personam ecclesiæ figurate gerebat, & ꝙ vnitas petri vnitatem ecclesiæ significauit. Sed in hoc falluntur argumēta, ꝙ ex his veritatibus in aliam veritatem insurgunt; hæ siquidem veritates non contrariantur huic alii veritati, quod petrus in persona accepit claues: sunt hæc. n. omnia simul vera. Et primum quidem & vltimum, ut sexto patebit c. ad veritatem sensus literalis spectāt; qm̄ ad literam petrus in propria persona sic accepit claues, ꝙ etiā ecclesia accepit eadem. Reliqua autem ad mystici sensus veritatem spectant; secundum spiritualem siquidem sensum, vnus Petrus unitatē ecclesię significat, & uniuersalem ecclesiam repræsentat. Vnde Cypria. Hiero. & Aug. dicta, quę obiiciendo allata sunt, verissima sunt, sed iuxta sensum mysticum. Sed non aduersantur sensui literali: quo (ut Euangelica testatur historia) ipse petrus in propria persona, cui reuelatio facta est, respōdit, clauiumque promissionem accepit. Ad clariorem tū notitiam habendam ver-

borum Aug. scito duplicem euãgelii sensum: hoc est, literalẽ (quo verificatur, Tibi, i. Petro, dabo claues regni cẽlorum) Et mysticum quo verificatur tibi, i. ecclesię significatę per te dabo claues regni cẽlorum esse ab Aug. comparatum non penes uerũ vel falsum, sed penes clarum vel minus clarum. ad sensum siquidem mysticum spectat, quod Petrus gerat in figura personam ecclesię: sicut ad sensum mysticum pertinet, quod Iudas gerat personam inimicorum Christi: ad literam autem ipse Iudas erat Christi inimicus, & ipse petrus est cui promissę sunt claues. Vnde Aug. quia sensus mysticus altior est, quam sensus literalis, in propositio (vt testantur tot questiones, quæ circa sensum literalem emergunt) & sensus mysticus est omnibus manifestus, vt etiam vulgares sciant claues esse ecclesiæ, comparauit sensum literalem (iuxta quem claues promissæ sunt personæ petri futuri pastoris totiꝰ ecclesię) ad sensum mysticum iuxta quem claues promissæ sunt petro in figura ecclesię; & dixit, quod mysticꝰ sensus est clarior: hoc enim sonant illa uerba. Non habent illustrem intellectum, nisi ad ecclesiam referantur, cuius ille gessit in figura personam. Negauit siquidem illustrem, & non negauit verum intellectum nisi ad ecclesiam referantur, constat. n. illustre ad claritatem pertinere. Et hoc intendere Augustinum patet ex contextu: uolens enim exponere psalmum illum, Deus laudem meã, partim de Iuda partim de populo Iudęorum inimico Christi, prę mittit: si aũt de tali genere malorũ, i. inimicorum Christi ingratorum Iudęorum, omnia mihi uidẽtur posse clarius aperiri, & statim subdit verba allata, vbi clare uidere quilibet potest non derogari veritati sensus literalis (quo personę petri sunt claues promissæ) ex hoc quòd sensus iste non est ita clarꝰ sicut mysticus: neque. n. solus est tex. iste talis, sed innumeros habet in sacra Scriptura cõsodales: quorum sensus illustris nõ nisi mysticus est. Allata quoque verba Aug. super Io. non negant petro secundum propriam personam dictum esse, Tibi dabo claues; sed affirmant, Petro in persona ecclesię figuratiue dictum esse, Tibi dabo claues. Ex hac autem uera affirmatione non sequi negationem illius alterius ueritatis satis patet. Ad vim autem, quę fit in coniunctione aduersatiua, respondetur quod coniunctio illa augmentatiua, est iuxta frequẽtatiuum loquendi vsum, quo dicimus aliquem virtute bonum uirum, sed officio bonum ciuem: & similia. Tanquam enumeratis Aug. quibusdam personalibus Petri conditionibus, auxerit conditionẽ petri, transeundo ad extensionem eius in vniuersam ecclesiam significatiue, cum qua significatiua conditione stat, quòd per proprietatem pastoralis officij idem petrus ad vniuersam se extendat ecclesiã: ꝙuis hoc non sit ibi ab Augustino explicatum, qui de petro & Ioanne mystice tractabat, vt ille actiuæ, iste contemplatiuę vitæ personam gerebat. Vnde quum infertur, quod non vnus, sed vnitas claues accepit, pro quanto affirmatur vnitatem claues accepisse, verum dr; sicut verum est ecclesiam accepisse claues. quatenus vero negatur vnum petrum accepisse claues, aut falsum dicitur, aut pie exponendum est. Nam si ideo negatur vnus, vt negetur petrus, falsum dicitur contra Euangelicam historiã: si autem ideo negatur unus, ut negetur solitudo personalis, hoc est, ut petrus non acceperit claues secum sepeliendas: sed vt in ipso ecclesia vsque ad finem seculi duraturas claues acceperit, verum dr: sic. n. non unus, i. pro se tantum: sed vnitas ecclesiæ in illo vno claues accepit. In nullo tamen citatorũ locorum habetur negatiue ista, Nõ vnus claues accepit. Et ex iis quæ diximus, soluẽdas similes obiectiones relinquimus: vt non sit opus omnia, quæ obiici pñt, afferre. Reliqua ex Cypria. allata de paritate Apostolorum, inferius loco suo patebunt.

CAPVT IIII.

Verba Christi, Tibi dabo claues, Petro non in persona omnium Apostolorum dicta esse.

EXclusis prioribus erroribus, tractanda est eorum opinio qui Petro intelligunt in persona omniũ Apostolorum dictum a Christo, Tibi dabo claues, &c. Afferunt autem ad hoc argumenta quatuor. primum ex interrogatione Dñi: nam nõ Petrum solũ, sed cõiter omnes interrogauit, Vos autem quem me esse dicitis?

Secũdum ex persona Petri, quia Petrus primus omnium erat Apostolorum, & personam oĩum induit, pro omnibus rñdendo. Vnde Chrys. dicit omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquã os Apostolorum & caput pro omnibus rñdet. Et cõfirmatur: quia nisi in persona oĩum petrus respondisset, fuisset expectanda aliorum rñsio: aut rei fuissent alii Apostoli omisse responsionis ad interrogationem Domini, Vos aũt quem me esse dicitis.

Tertium ex fructu: quia claues regni cœlorum datæ sunt omnibus Apostolis.

Quartum ex communibus, quia Christus dixit, Quod vni dico, omnibus dico.

Antequam autem ad hęc respondeatur, ex plano sensu text. Euang. mõstrandum est directa esse hęc Dñi verba ad petrum solum. patet siquidem hoc primo ex principio sermonis Dominici ad petrum, quum dixit, Beatus es Simõ Bariona. hoc. n. non potest referri verè ad omnes. Tum quia exprimitur proprium nomẽ Simonis: & explicatur cuius sit secundum carnem filius dicendo, Bariona, ideſt filius ſonæ. Tum quia falsum hoc fuisset de Iuda: qm̃ nõ credidit in Christum; ut testatur Io. 6. c. refert Dñm dixisse. Sed sunt quidam ex uobis, qui nõ credunt: & statim subdit rationem dicti, Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et rursus in calce eiusdem c. dicente petro pro 12. Apostolis: Et nos credimus & cognouimus, ga tu es Christus filius Dei: respondit ei Iesus, Nõne ego vos 12. elegi, & ex uobis vnus diabolus est? non potest ergo verificari quod ad oẽs Apostolos dictum sit, Beatus es: quũ vnus eorum non crederet, & diabolus esset. Secundò ex subiuncta ratione; quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed patet meus qui est in cęlis. Nam ex his Domini verbis constat, petro reuelationem factam esse a cęlesti patre, ita quod hoc negare esset contrarium fidei: sed non propterea hinc constat aliis Apostolis hmõi reuelationem esse factã: scriptura. n. hoc non tradit, & propterea eadem facilitate contemnitur, qua affirmatur. Cõstat igitur hic quòd ad petrum uerba diriguntur, & non constat, quòd ad alios extendantur. Tertio ex subiuncta affirmatione, Tu es petrus: monstrat enim & pronomen, tu, & nomen sibi prius impositum a Christo Io. 1. Tu vocaberis Cephas, qđ interpretat petrus, quod ad solum petrũ sermo dirigitur. nam si per pronomen demonstratiuũ ad sensum, adiunctis & nomine proprio a natiuitate, s. Simon, & nomine patris carnalis, & nomine quo solus cognominatus est a Christo a principio discipulatus, scilicet petrus & interiori dono reuelationis (quod non cõstat aliis fuisse cõcessum) non sufficiẽter signatum

gnatum est quod ad ipsum solum est sermo: quib⁹ A
quęso verbis describendum fuit ab Euangelista, qđ
ad solum petrum erat sermo? Et confirmatur: quia
eodem pronomine demõstratiuo ad sensum vsus
est Dominus subiungens, Et tibi dabo, &c. Et con
firmatur ex eo, quod non pluribus nec maioribus
circunstantiis describuntur & nominantur a nota
riis personæ hęredes, aut legatariæ, quã persona pe
tri in hoc textu descripta ac nominata est: ut patet
colligendo, Simonem filium Ionę petrum ex in
terna reuelatione commendarum. Ex verbis igit
& ex sensu verborum clara luce patet, soli petro di
ctum esse, Tibi dabo claues, &c.

Ad primam autẽ obiectionem in oppositum B
dicitur, ex hoc quod Dominus interrogauit oẽs,
non cogi reliquum sermonem dirigi ad oẽs; freq
uẽter enim diuertitur sermo a pluribus ad vnũ,
aut econuerso. Mater siquidem filiorum Zebedęi
petiit, vt sederent duo filij sui, vnus ad dexteram, &
alter ad sinistram: Dominus autem ad filios rñdẽ-
do, sermonem dirigit, potestis bibere calicem, quẽ
ego bibiturus sum? Et si diligenter perspectus fue-
rit euangelicus tex. ipsa conuersio sermonis atte-
statur, ꝙ non omnem sermonem ad omnes diri-
gebat: inquit. n. Matthęus quod primo & secundo
interrogauit discipulos cõiter, deinde ad petrũ ser C
monem vertit; & rursus ad discipulos sermonem
conuertit: nam subditur, Tunc pœcepit discipulis
suis, vt nemini dicerẽt quia ipse esset Iesus, &c. Si
enim totus iste sermo ad oẽs fuisset directus, non
narrasset Euangelista hmõdi variã conuersionem
sermonis. Nec officit, quod cõmunis petro & aliis
causa effecta Domini interrogatione sit, cum hac
enim communitate stat, quod appropriata sit pe-
tro, nam in maiori causa, communis, scilicet ten-
tationis, solius petri ratio habita est: ut ipse Domi-
nus testatur Lucę 22. dicens, Simon, ecce Sathanas
expetiuit vos, vt cribaret sicut triticum: ego aũt ro
gaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquãdo
conuersus confirma fratres tuos. Vbi patet omnes
expetitos a Satana: & tamen Dominum pro solo D
petro orasse: Oraui, inquit, pro te, non pro vobis:
imò alios petro commendauit.

Ad secundam obiectionem ex persona petri di
citur, ꝙ gerere personam communem, seu respon
dere pro omnibus Apostolis, põt intelligi tripliciter. Vel ex officio, puta quia hẽt curam eorũ. Vel p
viam cõmissionis, puta quia Apostoli cõmiserunt
petro vt in persona omnium pro omnibus rñderet. Vel per viam ratificationis, vt quia rñsio data a
petro, grata fuit cõiter Apostolis, vtpote congrua
ac eximia. Et quidem quod petrus nõ gereret per-
sonam communem ex officio, ex eo patet qđ nõ-
dum erat constitutus pastor eorum: neque ꝓprie
erat caput eorũ, nisi sicut primus inter canonicos E
põt dici caput canonicorum. Similiter quod non
ex commissione Apostolorum responderet, non
solum ex eo patet quod hmõdi commissio volun
tariè affirmaretur (qm̃ ex Scriptura non habetur)
sed ex eo conuincitur, ꝙ Dominus expresse testat,
Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater
meus, Vbi excludit non solum omne humanũ cõ
silium, sed ẽt disciplinam, & ex sensibili auditu do
ctrinæ ipsius Christi, dum interiori spirituali reue
lationi Patris, qui in cælis est, petri notitiam, qua
Christum Filium Dei viui confessus est, attribuit.
Si enim ex consultatione, cum aliis Apostolis rñ-
sum dedisset, non sibi dictum fuisset, Quia caro &
sanguis non reuelauit tibi: quum inter eos esset con-
sanguinitas & carnalis propinquitas: & similiter
non fuisset recursum ad actorẽ omnino spiritualẽ
& designatum tam a remotis, scilicet in cœlis. Hęc
enim omnia manifeste testantur, petri confessio-
nem non ex Apostolorum cõmissione, sed ex in-
teriori ipsi petro facta reuelatione ꝓcessisse. Et cõ-
firmatur hoc ex contextu Euangelii; nam præposi
ta Dñi interrogatione prima discipulorum (quem
dicunt homines esse filium hominis?) quia rñsio
fuit communis, Euangelista dicit, at illi dixerunt:
in secunda vero interrogatione eorundem (Vos
autem quem me esse dicitis?) quia responsio pro-
pria fuit petro, Euãgelista dicit: Rñdens Simon pe-
trus dixit. Et confirmatur rursus ex Io. 6. c. Vbi dif-
ferẽtiam apertè notare posumus inter petrum in
persona omnium loquentem uel in persona pro-
pria: nam ibidem loquens petrus in persona om-
nium Christo Dño dicenti, Nunquid & vos vultis
abire? rñdit ei Simon petrus in persona omnium,
Dñe ad quem ibimus? verba vitæ ęternæ habes, &
nos credimus & cognouimus quia tu es Christus
filius Dei. Et subdit Euangelista, Responsit ei Ie-
sus. Nõne ego vos 12. elegi, & vnus ex vobis diabo-
lus est? Vbi cõferendo textum Ioannis textui Mat
thæi, apertè apparet, qđ tunc cũ apud Ioanẽ in pso
na omnium petrus respondit, loquutus est in nu-
mero plurali primæ personæ, dicens, ad quem ibi-
mus? & nos credimus & cognouimus: & simili-
ter Dñs respondit nõ petro, sed eis, hic vero apud
Matth. omnia sunt in numero singulari cum pro-
nominibus demõstratiuis solius petri, tã in rñsio-
ne petri, quam in replicatione Dñi, & promissio-
nibus ac assertionibus, Tibi, inquit, dabo, non uo-
bis: quodcunque ligaueris, non quodcunque liga-
ueritis: tu es petrus, non vos estis petrus vt patet in
litera. Hmõdi. n. differentia manifestat quod petr⁹
ex propriis intus a cælesti patre habitis solus respõ-
det, soluśque a Christo mõstratur. Nec putes ꝓpea
hanc eandem esse lectionem apud Matthæum &
Ioannem: quoniam ista Matthęi fuit postea, quæ
referuntur a Ioanne. Quod ex multis patet: illa. n.
Ioannis fuit post miraculum de quinque panibus,
& in Capharnaum: vt ibidẽ apparet: quod autem
refert Matthęus, fuit non solum post miraculum
de quinque panibus, sed ẽt post aliud miraculũ de
septem panibus: vt patet Mat. 16. & fuit in partibus
Cęsareæ Philippi. Dicendum est ergo, quòd rñsio
Petri tanquam grata & rata pro omnibus, dicitur
fuisse in persona omnium, sicut frequenter cõtin
git, quod collegis pluribus interrogatis, primo be-
ne respondente, ab omnibus, vt rata habetur respõ
sio & pro omnibus respondisse primum frequen
tissimo vsu dicimus. Et sic intelligenda sunt uerba
Chry. & gl. interli. & quoruncũque aliorum dicen
tium, quod Petrus respondet pro omnibus: erat. n.
omnium tãquam ratificatum ab omnibus. Vnde
Chry. Homel. 55. super Matt. subdit: Solus Petrus
rñdet: & confestim pręsiliuit, ac preueniẽs ait, Tu
es Christus, &c. Vbi vides non consilio aut cõmis
sione aliorum respondisse, sed præueniisse. Et Aug.
de verbis Apostoli sermone 31. ait, rñdit Petrus v-
nus pro omnibus, quia unitas in omnibus. Vbi vi
dere potes quare dicitur petrum respondisse pro
omnibus, non ex commissione omnium, non ex
officio, sed ex vnitate omnium: quia. s. omnes erãt
fratres, & quod primus eorum optime respo ndit,
omnibus placere fecit. Sicut inter fratres vnitos, ac
vnanimes quod ab uno bene dicitur, ab omnibus
ratum habetur, & vt ab omnibus dictum sumitur.

Et hinc patet responsio ad confirmationem subiunctam: ex eo enim, quòd Christus Petri responsionem approbauit & commendauit, petrumque beauit, ac illi tot promisit, vanum apparet expectationem ingerere, vt audiãtur alii: quis enim aliud dicturus esset quam qđ diuinitus reuelatum, & sic remuneratum uidet? Vnde nec remanserunt non respondentes alii. quia gratam eis esse Petri rñsionem suffecit. Insinuatur autem Petri respõsionem aliis Apostolis gratam fuisse non solum ex hoc qđ est rõni consentaneum iuxta humanum morem; sed ex subiunctis statim Euangelistæ verbis, Tunc præcepit discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Christus. Hoc siquidẽ præcepto mõstratur discipulos Petri concessionem tenuisse: ideo enim ne aliis dicant inhibentur.

Ad tertiam autem dicitur, quòd si intenditargumentum promissã per verba hęc omnib⁹ Apostolis claues, principium petit: hoc.n. est quod probandum erat. Si verò intendit, quod per alia uerba Dñs Apostolis aliis claues regni cælorum tradiderit, ad sequens spectat capitulum, vbi hoc tractabit.

Ad quartam obiectionem dicitur, cp authoritatem illam, Quod vni dico, nullibi inuenio in Euangelio. Veruntamen vbicunque inueniatur, dicitur quod ad literam intelligitur de dicere doctrinali: ut Marcus testatur in simili ca. 8. Quod uobis dico omnibus dico; vigilate. Potest nihilominus ad pteros dici, cp in hac authoritate nõ habetur, quòd vni do, omnibus do. aliud est.n. dicere, & aliud dare: præsens aũt sermo nõ dedicere, sed de dare est: inquit.n. Dominus, Tibi dabo claues regni cælorum: & propterea authoritas non est ad propositũ. Ex qbus omnibus patere potest, quod ex his Dñi verbis Matth. 18. solus Petrus promissionem accepit cluuium regni cælorum.

CAPVT V.

Apostolis alijs non esse alias collatum quod Petro.

QVamuis fateantur multi premissum textum Euangelii ad solum Petrum pertinere, affirmant tñ nonnulli totum hoc, qđ Petro promissum est, datũ esse a Christo alias reliqs Apostolis, idque verum esse multis affirmant argumentis ex sacra Scriptura. primo Matt. Apostolis communiter dr, Quæcunque ligaueris super terrã, erunt ligata & ī cælo. & q̃cunq; solueritis sup terrã erũt soluta & in cælo. Vbique apparet potestatem prius Petro promissam, ad omnes extensam esse.

Secundo, Ioan 20. Apostolis communiter exhibentur claues Petro promissæ dicendo. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

Tertio, Io. quoq; 20. Apostolis cõiter dicit Christus, Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Et similiter Mar. vlt. & Matt. vlt. oẽs cõiter misit ad docendum, pdicandũ, &c. Deinde manifestatur idẽ ex facto; nã Act. 8. petrus missus cũ Ioãne legit in Samariã ab Apostolis, qui erant Hierosolymis. Et Act. 15. in synodo de legatũ obseruatione pśente petro Iacobus dedit sñam, dum dixit, Ego iudico nõ ingetari eos, &c. Ad Gal. quoque 2. petrus & Iacobus & Ioannes qui videbãtur colũnæ eẽ, dextraş dederũt paulo & Barnabæ societatis. Ex quibus gestis æqualitas cõprobatur petri & aliorum Apostolorum.

Afferuntur demum mille authoritates Sanctorum sonãtes equalitatem petri & aliorum Apostolorum, vt est illa Cypria. & habetur 24. q. 1. loquitur Dominus. dicentis, cp parem ptãtem oĩbus Apostolis tribuit: & hoc vtiq; erant cæteri Apostolo. quod Petr⁹ fuit, pari cõsortio præditi & honoris & potestatis. Et illa Hier. contra Iouin. lib. 1. c. 14. At si tu dicis, Super Petrum fundatur ecclesia, licet idipsum in alio loco super omnes Apo. fiat, & claues regni cælorum cuncti accipiant, & ex æquo super eos ecclesię fortitudo solidetur. Et quęcunq; aliæ similes.

Ad euidentiam Horum, scito ex Euãgelico textu duo inueniri singulariter promissa Petro quib. Orig. addidit tertium. primum est, Super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. hoc enim soli Petro promissum legimus. Secundum est, Tibi dabo claues regni cælorum, quod nulli alij inuenit̃ promissum. Tertium ab Orig. notandum est, quod Petro dr, Quodcũque ligaueris super terram, erit &c. in numero plurali: & similiter, Quodcunque solueritis super terram, &c. Apostolis autem communiter dr, quòd erunt ligata, aut soluta in cælo, in numero singulari. Et rationem subdit: quia non sunt tantæ perfectionis, sicut Petrus.

Inter quatuor ergo pmissiones Petro factas, prima ab alijs differentia clara est: nam constat aliud significari per fore ecclesię fundamẽtum (cp explicat. Super hanc petram ędificabo ecclesiam meã) & aliud per habiturum claues, & soluere & ligare. Sed differentia inter secundam (id est inter claues regni cælorum) & tertiam ac quartã (hoc est ligarẽ & soluere) non est vsquequaq; nota: apparet siquidem iuxta literæ superficiem per claues potestatẽ p ligare aurẽ & soluere explicatos esse actus potestatis: vt efficacia clauium declararetur, quo pacto sad cælorum regnum pertingerent. Huiusmodi.n. efficacia manifestatur dicendo, Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & quia pluraliter cælorum regnum præmiserat, ideo pluraliter dixit in cælis. Et iuxta hunc sensum promissio clauium a pmissione soluendi & ligandi differũt, sicut pmissio potestatis à promissione actuũ illius explicatiua. Sed hæc vera quidem, sed non totam cõtinent euangelij sententiam. Quod vt plenius intelligas, scito duplicis generis inueniri actus clauium, quidam.n. sunt actus, adequati ipsis clauibus: quidam verò minores ipsis. Illi sunt velut act⁹ totales, isti actus partiales. Adequati aũt clauib. act⁹ sunt, aperire, & claudere: partiales aũt sunt, ligare, & soluere. Declaro singula. Quòd aperire, & claudere sint actus adequantes claues, & voces sonant, & officium clausũ clarissime testatur, claues.n. solummodo ad aperiendum & claudendũ sunt. Nec desunt scripturarum testimonia tam ex veteri, quã ex nouo Testamento. Esa. enim 22. quum dictum esset. Et dabo clauem domus Dauid, subditur, & aperiet, claudet; & similiter Apo. 3. idem repetitur. Quòd verò soluere & ligare sint actus clauium doctores omnes testantur. quòd autem sint actus partiales, & non adæquati clauib⁹, ex hoc patet, quòd soluere & ligare se habent ad aperire, & claudere, vt partes ad totum. omnis.n. qui soluit aliquẽ, aperit illi regnum cælorum: sed non omnis qui aperit alicui regnum cælorũ, soluit illum: & similiter omnis qui ligat claudit, sed nõ omnis q claudit, ligat.

Et ne per multa diutius vagemus, sed solida rõ simul cum veritate pareat, soluere & ligare actus sũt iudiciales, siue in sacramento pœnitentiæ, siue in foro ecclesiastico: aperire & claudere actus sunt superiores, comprehendentes sub se & actus iudiciales, & actus non iudiciales: vtriusque enim claditur & aperitur regnum cælorum. Et quidem, quod cælorum regnum multi claudant alijs absq; vinculo iudiciali, testatur Dominus Lucæ 11. dicens,

Væ

Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientię, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Quòd verò regnum cęlorum aperiant absque actu iudicij, magistra rerum experientia monstrat, dum pastoris prouidētia, gubernatione, ordinatione, doctrina, dispensatione, commutatione, &c. continuè aperitur ecclesię regnum cœlorū. Differt ergo promissio clauium (Tibi dabo claues regni cęlorum) a subiunctis duabus reliquis (Et quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris) secundum rem promissam, non solū sicut potestas ab actibus, sed sicut potestas ab actibus inadæquatis, seu minoribus & partialibus: ita quod quū promissæ sunt claues Petro, promissa est potestas aperiendi & claudēdi regnum cęlorum; quum aūt promissum est eidem: Et quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris, explicata est clauiū efficacia in actibus minoribus, vt perciperemus quod si partialium actuum tanta est efficacia, multo magis adæquatorum actuum efficacia pertinget ad cœlos. Quocirca promittendo claues, promittitur totum: promittendo aūt actus soluendi & ligandi nō promittitur totum, sed promittitur actꝰ partialis. Et propterea ex hoc, ꝙ soli Petro promissę sunt claues regni cœlorū, fateri oportet soli Petro promissam esse potestatem aperiendi regni cœlorum: non quod solus aperire & claudere possit cœlorum regnum; nam vt prædictum est, quicunque soluit aliquem, aperit illi regnum cœlorum, sed quia solus potest quicquid pertinet ad aperiendum & claudēdum regnum cœlorum, nō istis vel illis, sed ecclesię ædificare super eum a Christo. Hunc sensum, hanc; differentiam ad literam verificari ex tribus vltra prędicta declaratur, primò ex interposita semper coniunctione copulatiua in textu euangelico: ait enim, Tu es Petrus & super hanc petram, &, tibi dabo claues, & quodcunque ligaueris, & quodcunque solueris, diuersitatem. n. promissarum rerū coniunctio copulatiua insinuat. Secundò, quia Dominus non dixit, & cuicunque aperueris, & cuicunque clauseris, sed dixit, quodcunq; solueris, & quodcunque ligaueris. Si. n. claues exponere voluisset per adęquatos proculdubio actus (qui sunt aperire & claudere) exponendę erant: sed vbi ad ligandum & soluēdum descendit, manifestauit se nō exponere claues, sed ad minores actus clauiū trāsire. Tertio, ex eo quòd nunquā Apostolis promisit, aut dedit claues regni cœlorum, vel illarum adęquatos actus scilicet aperire, & claudere regnū cœlorum: sed de partialibus actibus clauium locutus legitur cum Apostolis: & dicendo. Quęcunque alligaueritis super terram, &c. dicendo, Quorum remiseritis peccata, &c. Et si instetur, quòd nec etiā Petro Dominus actus adæquatos clauiᵇ dedit, aut promisit: quia claues quidem illi promisit, sed nunquam promisit, quod aperiret & clauderet. Absit a diuina sapientia, vt silentio inuoluerit adæquatos clauium: quum enim explicauit cuius essent claues, vt aperiendi & claudendi, explanauit proculdubio actus adęquatos clauium, qui sunt aperire, & claudere. Constat autem ideo apposuisse, regni cœlorum, vt exponeretur, quod claues sunt regni cœlorum, vt aperiendi & claudendi. Eo ipso igitur, quod promisit soli Petro claues regni cœlorum, promisit soli Petro adęquatos actus clauium: seu, quod idem est claues secundum actus adęquatos clauibus, & post hanc promissionem descendit ad actus iudiciarios, Et quodcunque ligaueris, Et quodcunque solueris: vt prædictum est. Ex euangelico igitur textu duæ euidenter restant soli Petro promissiones; hoc est fore fundamentum ecclesiæ (super hanc petram ædificabo ecclesiam meam) & dandas ei claues regni cœlorum: Et tibi dabo claues regni cœlorum.

Nec carent hęc obiectionib. Nam contra primā promissionem opponitur, aut solum Christum esse fundamentum ecclesiæ (iuxta illud 1. ad. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere prēter illud quod positum est, quòd est Christus Iesus?) aut si multiplex fundamentum admittitur, non solus Petrus est Ecclesiæ fundamentum, sed etiā alii Apostoli; iuxta illud ad Eph. 2. Superędificati super fundamentum Apostolorum: & Apoca. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum.

Contra secundum verò opponitur primò, Si ꝑmissione clauiū promittitur tota potestas, cur post totum promittuntur partes, Quodcunque ligaueris, &c. Quodcunque solueris? fuisset. n. hæc promissa in toto. Secundò, Si soluere & ligare sunt partiales actus clauium, cur theologi in 18. & 19. & dist. 4. sen. de clauib. tractando, diffiniunt eas ꝑactus iudiciales, qui sunt ligare & soluere? diffinitio enim per proprios & adæquatos actus dari debet.

Tertio, Cur claues, apostolicę in ordinatione p̄sbyterorum dari affirmantur, si illis non conferunt nisi minores actus clauium? Quartò, Cur claues dicuntur claues ecclesiæ, & non dicūtur claues petri, si soli Petro primo datæ sunt?

Non est autē difficile his satisfacere. Et obiectis quidem contra primam promissionem Petro sanctam, ut foret fundamentum ecclesiæ, rndetur, ꝙ esse Ecclesiæ fundamentum simpliciter, i. totaliter proprium est Christo: esse autem fundamentum ecclesiæ fm aliquod tempus, vel fm aliquam rationē particularem, communicatum est aliis. Et sanctis quidem quibus reuelata est doctrina fidei pro ecclesia, communicatum est esse fundamentum sub rationibus Apostolorum & Prophetarum, Petro autem vltra prædictam rationem promissum est fore fundamentum secundum rationem pastoris totius ecclesię Christi: secundum quam rationem non conuenit aliis Apostolis esse fundamentū. Et propterea diuersimode dicitur fundamentum de hoc triplici modo: de Christo enim dr cum exclusione aliorum (Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c.) de Apostolis vero & Prophetis dr cū additione fundamenti totalis, i. Christi. dum & ad Ephe. 2. adiungit, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. (vbi Aug. dicit, Ne Apostoli vel Prophetæ, in quib. fundata est ciuitas, se tenerent in se, in Christo totum innititur primo fundamento, quod fundamentum in summo est non imo, vt in corporali fabrica,) & apoc. 21. subiungitur. Et agni. i. Christi. De Petro verò adiungit ipse Christus, ædificabo ecclesiam meam, vt ostendatur ex Christo principaliter pendere ecclesiæ ædificium.

Ad quęsita verò circa promissas claues respondendo, dicitur iō post promissum totum ꝑ claues, promissas quoque esse partes per, Quodcunque ligaueris, &, quodcunque solueris, vt monstraretur diuersitas rerū promissarum. Si. n. sub unica ꝑmissione omnia comprehensa essent absque cōiūctionib. collatiuis aut solę claues promissę fuissent, adęquatas putasses, & exhaustas claues ꝑ hęc duo, Qdcunque ligaueris, &, quodcunque solueris. Nunc autem, quia tam aperte promissarum rerum diuersitas monstrata est, exprimēdo singula cū cōiūctionibus copulatiuis, clare intelligimus non totum,

quod

quod promissum est Petro, promitti aut exhiberi cuicunque alteri per hoc, quod promittitur aut datur, quodcunque alligaueris, & quodcunque solueris, &c. sed per hoc promitti aut dari tantum qđ tertio & quarto loco promissum est & Petro. Et inde videres manere primas promissiones apud Petrum solum.

Ad 4m verò q̃situ̅ respondet̄, iō claues a Theologis p̃ actus iudicis diffinitas, qa de clauibus ordinis tractabant: ut patet in tex. Mag. sent. tam in princ. di. 18. (vbi affertur Amb. dicens, Ius. n. hoc solis permissum est sacerdotibus) quàm in princ. di. 19. vbi dicitur, Dantur hæ claues per ministerium Episcopi in promotione sacerdotii; quū. n. sacerdotalem recipit ordinem simul, & has claues recipit. Et per hoc soluitur tertium quæsitum.

Ad quartum autem quod nō de re, sed de noīe est, & propterea extraneum quodammodo est, respondetur q̃ claues dicūtur & ecclesiæ & Petri: solus. n. Petrus clauiger dr̄ regni cœlorum. Et petri q̃dem sunt vt capitis utētis, vt per quem ad ecclesiā deriuantur: ecclesię autem sunt & ut finis (quia p̃pter ecclesiam Petrus habet claues) & vt vtentis in suis episcopis & sacerdotibus: ita tamen quòd secūdum earum totalitatem ecclesia utitur illis in suo capite, secundum autem partiales vsus vtitur in episcopis & aliis ministris. Remanet ergo solida sententia dicta.

Ad primum autem argumētorum in principio allatorum, dr̄ Dominum per illa verba, Quæcunq; alligaueritis super terram, &c. non adequasse p̃missiones quatuor factas Petro, sed solas duas vltimas, vt litera ipsa testatur. Et propterea non dixit Dominus, Dabo vobis, aut ecclesię claues regni cęlorum, quum tamen dixisset Petro coram eisdem, Tibi dabo claues regni cęlorum. Vnde ex hoc ipso, q̃ aliis Apostolis Dominus dixit. quæcunque alligaueritis &c. non facta mentione de clauib. manifeste habet̄ quòd non totum quod promiserat Petro repetiit in potestate aliorum, tanquam Petro totū, aliis vero partes commissurus.

Ad secundum verò dr̄, q̃ post resurrectionē dicendo, Quorum remiseritis peccata, &c. datæ sunt quidem Apostolis claues, sed non in sua totalitate: quoniam datę sunt tantum claues ordinis, vt communiter Doct. dicūt, & bene. Vnde ad literam quū dr̄, Quorum remiseritis: cōstituitur iudex ecclesiasticus in sacramento p̃nitentiæ, quantū est ex parte ordinis: quum vero Matt. 18. dictum fuit eisdem, Quęcunque alligaueritis super terram, sermo erat de iudicio ecclesiastico in foro iudiciali. Vnde & communiter dicitur & bene, quod tunc sermo fuit de actibus clauium iurisdictionis: postea autem de actibus clauium ordinis. Et quoniam (ut declaratū est) neutrum iudicium etiam simul sumptum adęquat claues Petro promissas, sed soluere & ligare in vtroq; foro partiales sunt actus clauium Petro p̃missarum, iō per vtranque potestatem simul non adæquatur potestas Petro promissa. Vnde disputationibus vacantes, caueant a sophistis, opponentib. claues ordinis & claues iurisdictionis adæquare claues ecclesię. Venenum latet hic: quoniam, proprie & formaliter loquendo, claues Petro promissæ superiores sunt & clauibus ordinis, & clauib. iurisdictionis, & propterea Dns non per actus ordinis aut iurisdictionis eas exposuit, sed per regnum cœlorum proculdubio aperiendum vel claudendum. Ita quod perspicacius intuendo (vt prędictum est) Domini verba, Tibi dabo claues regni cœlorum, p illam particulam, regni cœlorum, exposuit claues per actum adęquatum scilicet aperire vel claudere: regnum enim cœlorum aperiendum vel claudendum, actum aperiendi vel claudendi secum fert: cō stat autem, quod aperire & claudere regnū cęlorū actus sunt longe superiores omnibus actibus iudicialibus, tam clauium iurisdictionis, quàm clauiū ordinis. Importune denique instantib. nouas nunc inferri ecclesię claues: hactenus enim non fuit auditæ nisi claues ordinis & claues iurisdictionis. Vnde nunc tertiæ claues in Christi ecclesia? Respondetur, me nō inuenisse, aut fingere nouas claues re, aut nomine; sed si æqua lance librare fas est, hęc cū obiectis inueniuntur obuicentes seipsos arguere. nam neq; claues ordinis, neque claues iurisdictiōis tradidit sacra scriptura, sed doctores explicarūt: claues autem regni cęlorum Christus Dominus ore proprio consecrauit. Ego de clauibus regni cælorū loquor, non nouitates introduco; ex ipsis Domini verbis iuxta sensum literalem perspicacium intellectum manifesto quæ dico. Oportet autem arguentes considerare subtilius Doctorum sensum, & vel ex hoc ipso quod Doctores distinguunt regni cęlorū claues in claues ordinis & claues iurisdictiōis, intelligere superiores esse claues regni cęlorū utriusque, & vtrasque significare partes clauium regni cęlorum, ac per hoc claues regni cęlorum significare totum maius & superius suis partibus, quum simpliciter, & absolute dicuntur, vt Petro p̃missę sūt: qm̄ vero ad partes applicantur, significare tam claues ordinis, q̃ claues iurisdictionis: vtreque. n. claues regni cęlorum appellantur. Vnde acuti lectoris officium erit discernere quando doctores de clauib. regni cęlorum absolute, & quando de clauibus regni cęlorum applicatis ad ordinem vel iurisdictionem loquuntur.

Ad tertium dicitur, quod ipsa Domini verba tstanē quod de apostolatus authoritate sermo est, quū dr̄ sicut misit me pater, & ego mitto vos: mittere enim & mitti ad apostolatum spectat; iuxta illud Ioan. 13. Nō est serus maior domino suo, neq; Apostolus maior est eo, qui misit illum: & propterea hinc non habetur nisi paritas apostolatus. Et similiter per alios textus, quib. missi sunt pariter ad docendum & prædicandum, &c. non habetur nisi paritas quo ad huiusmodi cōmissiones: Petro aūt supra hæc omnia promissum est quod foret ecclesiæ fundamentum, & quòd sibi darentur claues regni cælorum.

His autem quę ex gestis Apostolorum adducuntur, facillime satisfit. Docent siquidem cōcorditer Theologi in primo sententiarum non oportere missum minorem esse mittente, neque ēt esse ab illo: nam filius missus est a Spiritu sancto, quo non est minor, & a quo non est. Ad literam tamen dicitur, quòd Petrus erat tantæ humilitatis, vt inter Apostolos se gereret, vt vnus ex illis, & non volebat vti potestate quam habebat, & propterea tanq̃ vnus ex Apostolis ab eisdem cum Ioāne missus est. patet aūt manifeste hmōi Petri humilitas Act. 11. quum aduersus illum disceptabāt alii fideles ex circuncisione, quod & Gregorius, & hētur 2. q. 7. c. Petrus. notauit dicens, Petrus potestatem regni acceperat & tamen idem Apostolorum prim⁹ querimonię contra eum a fidelibus factæ, cur ad gentes intrasset, non ex potestate officii qua posset dicere, Oues pastorem suum non accusent, nec reprehendant, sed ex authoritate diuinę uirtutis, qua Gentiles acceperant Spiritum sanctum respondit.

Et

Et per hęc posset similiter dici in synodo de observatione legalium, Petrum se habuisse vt vnū apostolum. Veruntamen si res gesta rectè notetur, non fuit Petrus consultatus, nec soli apostoli: sed apostoli & presbyteri in Hierusalem, & propterea conclusio nec a Petro, nec a Iacobo facta est, sed ab apostolis & senioribus cum omni ecclesia scribentibus tamen nomine apostolorum seniorū. Vnde falsum est, quod Iacobus sententiam protulerit: quoniam sententia conclusio est quam constat ab omnibus factam: sed dum Iacobus dixit, Ego iudico, perinde est ac si dixisset. Hoc est iudicium meum, Vnde nō introducitur Iacobus iudicans, sed respondens: sic enim legimus. Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus: imo Petrus pastoris personā in principio gessisse videtur, quoniā ipse primus surgens allegās diuinam gratiam reprehendit eos, qui libertatem a legalibus vertebant in dubium. Legimus enim sic, quū aūt conquisitio fieret, surgens Petrus dixit, &c. vbi monstratur Petri authoritas. Quòd dexteras demum societatis Petrus cum aliis dederit, hoc fecit quod quotidie pōtifex facit, omnes episcopos non solum, vt socios, sed vt fratres habens.

Ad authoritates denique doctorum sanctorum, sonantes equalitatem Petri & aliorum apostolorū, dī verificari de paritate eorū ꝓm apostolatum: fuerunt.n. equales oēs in authoritate apostolica. Et si instetur, sub potestate apostolica comprehēdi posse omnia, quæ Petrus poterat: in promptu respōsio est satisfactiua, quòd dato quòd vera esset huiusmodi comprehensio, ex ea tamen non sequeretur omnimodo æqualitas ad Petrum, essent enim eorum potestates æquales quo ad res, quas facere possent: sed non essent equales extēsiuè, neque quo ad modum. Apostoli siquidem potestatem a Christo acceperunt, vt Apostoli, hoc est, vt legati; Petro autem, supra apostolatum promissa est (vt infra manifestabitur) potestas vt ordinario pastori ecclesię. Et hinc patet tam superior gradꝰ, atque vnitas potestatis Petri quàm maior extensio; quoniam extēdebat se ad ipsos etiam apostolos, vtpote Christi oues. Non parui facias differentiam penes modum habēdi: magni siquidem lapsus periculum est si confundantur. Aliud quippe est habere claues apostolos, & aliud habere claues, vt caput & pastorem etiam ipsorum apostolorum; illud non derogat Petri singulari excellētiæ: hoc autem ipsum Petrum super omnes statuit, omnibusque prefecit apostolis ac toti ecclesię. Ad horum differentiam modorum spectat, quòd Dominus soli petro claues promittit, aliis autē non dat claues, sed ea quę sunt clauiū, legat aut tribuit; siue Matt. decimooctauo, siue Ioan. vigesimo, siue Matt. & Mar. vltimo, siue Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. Et vt allatæ primum authoritates manifestentur, patet Cyprianta pares fateri apostolos, vt tamē super vnum petrum ędificari dicat ecclesiā (ex verbis Domini, Super hanc petram) & authoritate sua Dominum dispositisse dicat vnitatem, ecclesiasticā ab uno petro originem habere. Hiero. quoque uerba Christi apud Matth. Tu es petrus, &c. soli petro relinquēs, ad alium se trāsfert locum, vbi similia apostolis data narrantur, tria numerans. Primò fundari ecclesiā super apostolos omnes, hoc enim fieri promulgatum est ad Ephes. secundo. Superædificati super fundamentum apostolorum: secundum vero ꝙ scilicet cūcti apostoli claues regni cœlorum accipiāt, Matth. decimooctauo. Quęcunque alligaueritis, & Ioan. 20. Quorum remiseritis, habebitur: tertium autē & ex æquo super eos ecclesiæ fortitudo solidetur, & ex relatis textibus; scilicet Matt. & Mar. vlt. & Lu. 22. Io. 20. aut ēt ex aliis similib. textib. sumptum est. vnde patet ex iam dictis equalitatem Apostolorū quatenus Apostoli sunt, & in fundando ecclesiam & in clauibus iurisdictionis & ordinis & in robore doctrinæ, miraculorum & vitę, ecclesiæ fortitudinem solidantium (quam Hier. affirmat) nihil officere petri singulari authoritati, qua solius cunctæ præponitur ecclesię. Vnde & Hier. ibi subiūgit statim, propterea tamen vnus inter 12. eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio. Vbi manifeste vides ita ex æquo apostolatus pares dixisse Apostolos, vt tamen petrus electus & constitutus a Christo sit caput omnium: hoc siquidem est quod tuemur. Hoc ad differentiā modi habendi spectat, quoniam hinc habes omnes hęc habuisse vt Apostolos, prēter hunc autem modum, petrum singulariter habuisse vt caput omnium. Ex duabus autē his authoritatibus declaratis facile esse putamus reliquas recte interpretandas iuxta sensum prędictarum. Manifestatur autem hunc esse verum sensum doctrinæ sanctorum tripliciter. primo, ex eo quod pares dicunt Apostolos: non solum potestate, sed honore: quod nisi ad Apostolatum referatur, constat esse falsum; quum petrus primatū honoris manifeste habuerit secundum omnes: Secūdò ex textibus euangelicis, quos Sancti afferunt ad probandam huiusmodi equalitatem, afferunt enim istos quos nunc discussimus: ex quibus constat nō plus haberi, quam æqualitatem secūdum Apostolatum. Tertiò ex ratione, qua vtuntur: quia scilicet petrus in persona ecclesiæ vnus accepit claues, &c. vt vnitas ecclesię hinc ꝓbaret. Vbi propter schismaticos siste pedem, & scito dupliciter posse intelligi vnitatem ecclesiæ per petri vnitatem commendatā, primò, vt significata sit ecclesiæ vnitas in Christo capite vno, vnitateque articulorum fidei, sacramentorū ecclesię & spei ac charitatis, Secundo, vt significata sit ecclesiæ vnitas simpliciter & absolute vnitæ in capite vno Christi in terris vicario, petro, scilicet. Primum sēsum elignnt schismatici ex Sanctorum vera ac sancta doctrina, sępe vnitatem ecclesiæ per ea quę in primo numerantur, sensum explicante; vere quidem, sed nō totaliter, nisi sub vnitate capitis scilicet Christi intelligatur ipse Christus in se & in suo in terris vicario, ipse Christus vt caput, petrꝰ autem vt vicecaput. Quod propterea quandoque tacitum est, quia acceptato capite; intelligi consuetum est acceptari ipsum in se & in suo uicario, dum absens fuerit.

Secundus autem sensus, [in quo claudit primus adiuncta vnitate capitis in terra) catholicis omnib. communis est, comprobaturque quadrupliciter. Primo, quia ad designandam vnitatem ecclesię in suo capite cælesti, Iesu Christo, nō congruit vnitas petri, sed & sufficiebat & decentissime cōgruebat vnitas ipsius Christi, quā Dominus hic nō tacuit, sed expressit dicens, ego dico tibi, & rursus, Aedificabo ecclesiam, & iterum, Dabo claues: diuinam, autem sapientiam, quæ est Christus, disponentem omnia suauiter, cōuenientissimè per vnitatē petri, vnitatem ecclesię in capite terrestri loco Christi significare nullam habet difficultatem. Secundo, ex eo quod historiæ fides periclitaretur, nam quasi similis esset petrus in his paruulo, quem Mat. 24. ad uocās ad se Dūs statuit in medio discipulorum dicens, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruulus, &c. sicut enim paruulus ille assumptus est

ad

ad exemplum seu similitudinem humilitatis, ita Petrus nominatus esset ad exemplum seu similitudinem vnitatis: ac p hoc sicut ad fidem historię curæ non est, quis fuerit paruulus ille: ita nihil aut parũ curandum ecclesię esset, an fuerit Simon Petrus, cui dictũ est, Tibi dabo claues regni cęlorum, &c. quod tamẽ Doctorum omnium & totius ecclesiæ aures offendit. Sanctorum propterea sensus est, quòd secundum historiæ fidem res ita gesta est, quòd vni Simoni Petro claues sunt promissæ, vt res rẽ significaret, vt vn⁹ Petrus primò accepturus claues vnitatem significaret ecclesię. Tertiò, ex eo quòd oportet saluare non solum significationem, sed etiam deriuationem, hoc est non solum vt vnitas ecclesię significetur per vnitatem Petri, sed etiam vt vnitas ecclesię proficiscatur ab unitate Petri: ut Cypr. in authoritate allata dicit, Loquitur Dominus ad petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & sup hanc petram ędificabo ecclesiam meam, super vnum ædificat ecclesiam. Et quãuis Apostolis omnib. post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, dicens, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum: tamen vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientẽ authoritate sua disposuit. Vbi manifeste vides ex hoc, quod Dominus authoritate sua disposuit originem vnitatis ecclesiæ ab vno incipientem: nõ solam significationem vnitatis ab vno, sed deriuationem vnitatis ab vno assertam. Nam ad significandam authoritatem non erit opus: sed ad hoc quod initium habeat ecclesiæ vnitas ab vno petro, authoritate Christi opus fuit: poterat enim si voluisset instituere vnitatem ecclesię a multitudine Apostolorum proficisci. Quartò, quia vnitas ecclesię catholicæ non solum opponitur hęresi, sed schismati. Si vero vnitas ecclesię attenderetur solum penes vnitatẽ cœlestis capitis, illiusque sacramẽtorũ, ac rei separatę, creditæ & amatę, vnitas ecclesiæ, non opponeretur schismati, nam cum hmõi vnitate stat schisma vt patet ex eo, q̃ schismatici habẽtur qui ab vnitate Apostolicę sedis separati sunt. Ex hoc igitur, q̃ vnitas ecclesię per petrum unum significatur, non excluditur, imo magis ex mõ per petrum significatur, quod petrus vnus claues accepit, vt ecclesiæ vnitatem non solum significaret, sed etiam inchoaret ac conseruaret. Et si perspectũ acutius fuerit, hoc quod est ecclesię unitatem accipere claues, verius perfectiusque & fit, & significatur accipiendo claues in suo vno capite petro, quam si non in petro, sed absolute ecclesia illas acciperet, quoniã vnitas capitis claues accipiens, vnitatem ecclesię non solũ significat, sed constituit, sicut & conseruat: quibus omnibus careret ecclesia si de vno non fuisset illi capite prouisum a Christo Domino. Et hinc habes vnde innumeras sanctorum authoritates rectè intelligere queas.

CAPVT VI.

Solum Petrum accepisse claues consonat ei, quod est Ecclesiam accepisse claues.

OCcurrit post prędmissa satisfaciendum his, qui quęrunt quonam pacto stãt hęc duo simul, Solus petrus accepit claues, & ecclesia accepit claues. Apparet enim, quod si solus petrus, ergo non ecclesia: & si ecclesia, ergo nõ solus petrus. Augeturque quæstio ex Augusti. verbis super Io. re citatis 24. quęstione prima, quodcunque. Quodcũque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cœlis, si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit ecclesia: si autem & in Ecclesia fit, petrus, quando claues accepit, ecclesiam sanctam significauit.

Huic enim quæstioni satisfieri facile potest ab exercitatis in sacris literis: ac scientibus has duas veritates sic connexas, quòd secunda non solum consentit primæ, sed præsupponit & depẽdet a prima, secundum Sanctorum doctrinam. Considerãdum siquidem est ecclesiam catholicam dupliciter referri ad petrum, scilicet vt significatam, & vt inchoatam: Petrus enim & significauit ecclesiam vniuersalem, & inchoauit eandem, quemadmodum caput principium est corporis. Inter has autem duas relationes duplex ad propositum est differentia. Prima est, quòd significatio pertinet ad sensũ mysticum, quo petrus significat ecclesiam: inchoatio autem pertinet ad sensum literalem, quo institutus est petrus pastor totius ecclesię. Secunda est, quod penes significationem non attenditur depẽdentia rei a re, sed dependentia significationis a significante: penes inchoationem autem attenditur dependentia rei a re, hoc est corporis a capite. Vñ ecclesia dupliciter accepit claues in petro: nam & accepit eas ut significata in petro, & accepit eas, vt inchoata in petro; & secundum vtrunque accipiendi modum oportet præsupponere hanc priorem veritatem ad literam, solus petrus accepit claues. Ad significationem siquidem spectando, quum significatio ista non sit per modum parabolæ, sed per modum rei gestæ (quia non petrus parabolicus, seu parabolice accipiens claues: sed Petrus, secundum rem gestam significat vniuersalem ecclesiam) oportet fateri vnum solum petrum secundum historiam accepisse claues, vt ex re gesta significetur vnam solam ecclesiam catholicam habere claues: iuxta illud Ambrosii.

Certum est quod Ecclesię vtrunque ius, scilicet soluendi & ligandi licet, hæresis vtrunq; nõ habet. Si enim solus Petrus secundum historiã non accepisset claues, nequaquã per modum rei gestæ figurã gereret vnius ac solius ecclesiæ vniuersalis: Depẽdet ergo catholicæ ecclesiæ significatio figurata in Petro ex veritate rei gestæ, q̃ sol⁹ Petr⁹ acceperit claues, & contrariatur illi. Si ad inchoationẽ quoq; spectet, nulla est opus declaratione, quoniam manifestum valde est corpus dependere a capite, & q̃d conuenit capiti conuenire quoq; corpori in suo capite: & ideo solum Petrum accepisse claues est solam ecclesiam, cuius Petrus est caput, accepisse claues in suo capite. Quocirca solum Petrum accepisse claues, non excludit, sed infert vniuersalem ecclesiam illas accepisse, vt significatam & inchoatam in Petro. Esse autem hanc sanctorum doctrinam, perspicere potes ex Cypriani verbis in præcedenti capitulo declaratis vbi vtrunque modum, scilicet significationis per modum rei gestę, & originis ecclesię a Petro docuit: dũ dixit, Super vnum ædificat ecclesiam, & subdit, & vnitatis eiusdẽ originem ab vno incipiẽtem authoritate sua disposuit. Et rursus exordiũ ab vnitate proficiscitur, vt ecclesia Christi vna monstretur, vt prædeclaratum est. Augustini autẽ verba inducta eundem cõfirmare sensum patet ex duobus. primò ex eo quòd aduerbio tãtum vtitur ad excludendam extensionem Petri ad ecclesiam: dixit. n. Si Petro tantum, perinde ac si dixisset, Si Petro secundum seipsum tũ, & nõ secundum quòd se extendit ad ecclesiam significãdam vel figurate, vel cõnotatiue, vt caput significat corpus, cuius est caput. Vnde non intulit August. ex secunda veritate, scilicet ecclesia habet claues, negationẽ primæ. s. solus Petrus accepit claues, sed expositionẽ ipsius, scilicet

scilicet quòd Petrus accipiens claues significauit ecclesiam: perinde ac si dixisset, quòd non accepit secundum seipsum tantùm, sed vt extenditur ad ecclesiam vniuersam significando illam: hic enim planus est sensus verborum Augustini. Secundò, ex eo quod subiũgit, Si ergo in persona Petri significati sunt in ecclesia boni, & in Iudæ psona significati sunt mali in ecclesia. Hinc enim patet, quòd de significatione per modũ rei gestæ loquitur: nã Iudam inter Apostolos significare per modum rei gestæ malos in ecclesia, dubium non est.

Intendit ergo Augustinus Petrum secundũ rem gestam accipientem claues inferre Ecclesiam quoque per ipsum significatam accipere claues. Modus autem quo ecclesia per Petrum vsque ad consumationem seculi accipit claues, est suauissimè dispositus à diuina sapientia: nam vniuersalis Ecclesia sicut distribuitur in caput & membra, ita distribuitur in suaui acceptione clauium, vt in capite quidem accipiat per successionem, in membris autẽ per participationem. In capite nãque habet claues regni cœlorum secundũ actus claubus adequatos: in membris autem hoc est partialibus ecclesijs, claues hẽt fm actus ordinis, & partialis iurisdictionis.

Vnde pater oppositũ esse eius quod apparebat proponendo quæstionem: quum enim dicimus, Solus Petrus accepit claues regni cœlorum, socij compares excluduntur: non illius corpus ecclesia, non illius successor excluditur: imò tam ecclesia quã successor in solo Petro includitur: quia ex hoc ꝙ solus Petrus accepit claues regni cœlorum, infertur easdem accepisse ecclesiam inchoatã, ac significatã in suo capite: ac propterea eandem semper claues habere, in capite quidem per successionem, in membris aũt per participationẽ: vt sic verè vnum sit corpus tota ecclesia sub vno capite. Nec fallaris antiqua schismaticorum inuectione in catholicos, tanquam monstra fingẽtes, dum ecclesię caput Petrum decimus: quãdoquidẽ Christus est caput corporis ecclesiæ (vt dicitur ad Colos. 1.) & si Petrus quoque caput ecclesiæ ponitur, duo capita vni corpori nõ sine monstro iunguntur. Frigida sunt hęc: quoniam Petrus alia ratione caput ecclesię dicitur, ab ea ratione, qua Christus est caput ecclesię. Christus enim est caput ratione suiipsius, Petrus autem ratione Christi. Vnde Christus est simpliciter & absolute caput: Petrus autem ideo caput, quia est vicecaput. est enim loco Christi in cœlis residentis, caput in terris. Vnde totius ecclesiastici corporis vnum tantum ponitur caput simpliciter & absolute, id est Christus, loco cuius ĩ terris Petrus nõ aliud caput, sed vicecaput constitutus est. Vnde nulla interuenit monstruositas in ecclesiastico corpore, nisi apud nolentes intelligere ecclesiastica nomina in sensu, in quo dicuntur oĩbus fere manifesta. Libet autẽ intueri hoc in loco omnibus huiusmodi obuiationibus commune esse vnum errãdi iter: inter omnes siquidem discussas positiones prima ex affirmata iustitiæ qualitate, negauit substantiæ personam: secunda ex affirmata ecclesia significata, negauit personam Petri significantẽ: tertia ex affirmata petri principalitate negauit eius singularitatem: quarta ex affirmato communi pariq; Apostolatu negauit vnitatem pastoralis officij in petro. quinta ex affirmatis ecclesiæ claubus, negauit solum petrum accepisse claues, sexta ex affirmato vnico ecclesię capite Christo, negauit petrum esse caput loco Christi. Et simile inuenies inferius, quũ ex affirmata charitate petri pastoris, negabit persona pastoris sine charitate, & ex affirmato pascẽdi opere, negabitur pastoris authoritas. Aperiantur itaq; lectorum oculi, & laqueos deprehendant.

CAPVT VII.

Promissum esse Petro totius Ecclesiæ Pontificatum in antedictis promissionibus.

QVatuor promissa esse Petro a Dño Matthæus euangelista in supra allatis refert verbis; quorum duo vltima, quodcũq; ligaueris, & quodcũq; solueris, cõicata quoque a Domino aliis Apostolis idem testatur: prima verò duo, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cœlorum, propria Petro perseuerauerunt. In quibus promitti Petro totius ecclesiæ pontificatum declarandum est postquam ambæ promissiones amplius dilucidatæ fuerint.

Quocirca in prima promissione notãda sunt sex: significantius. n. vide primò, ecclesiam meam, non, ecclesias meas: secundò, ecclesiam meam, non aliquam ecclesiam meam: tertiò, ecclesiam meã non omnem, ecclesiam meam: quartò, ecclesiam meã, non indefinite: quintò, ecclesiam meam, singulariter seu vnicam: sextò, ecclesiam meã, sine additione aliqua. Attende sigillatim, non dixit ecclesias meas, sed ecclesiam meam, vt vna ecclesia significaretur, quę quamuis multa comprehendat partiales ecclesias nõ propterea scinditur, diuiditur aut multiplicatur ecclesia: sed vnitate numerali retenta multas habet partes, sicut vnum corpus multa hẽt mẽbra; iuxta verbum Apostoli ad Colos. ipse est caput corporis ecclesię. & Cant. 6. vna est columba mea. Dixit non aliquam ecclesiam meam, sed ecclesiam meam, vt non de parte ecclesię, non de particulari aliqua ecclesia, sed de integra seu tota ecclesia intelligeres, neque enim decebat diuinam sapientiam aliquam ecclesiam ędificare super vnum Petrum & aliquam non; Dei siquidem perfecta sunt opera. Nõ dixit, omnem ecclesiam meam; tum quia multitudinem ecclesiarum supponeret distributiuum signum, contra Domini sententiam Ioan. 10. Alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor. Tum qa singulare distribui vniuersaliter, implicat contradictoria, nisi vniuersalitas referatur ad partes integrantes ipsum, quod est extra propositum, & inferius nihilominus declarabitur, quomodo partes ecclesię ędificatę sunt super hanc petram. Dixit, ecclesiam meam: non indefinitè, vagum relinquendo intellectũ ad quęrẽdum quę esset ecclesia Christi ędificanda super hanc petram, sicut dubium reliquit intellectum, quum in cœna dixit, Vnus vestrũ me traditur9 est; certificati enim sumus per hęc verba, quòd vnica tota Christi ecclesia ędificata est super hanc petram, & nõ sumus suspensi relicti. Dixit ergo, ecclesiam meam, vt singularem vnicam solãque suam ecclesiam integram (de qua in symbolo dicitẽ, quod est vna ecclesia catholica) intelligeres. Vnde per solum pronomen, meam, determinauit illam, vt perciperemus, quòd de illa vna ecclesia loquit, quę est Christi ecclesia: sine additione aliqua (quęlibet nanque partialis ecclesia vocatur Christi ecclesia cum aliqua additione) puta Romana, Antiochena, Constantinopolitana &c. Et hoc non solum secundum Modernum vsum, sed secundum sacras scripturas vt in principio vtriusque epistole ad Corinth. vbi dicitur ecclesię quę est Corinth. & in principio ad Galat. Ecclesijs Galatię, & ad Thessalonicen. Ecclesię Thessalo. &c. Habes igitur quid intelligere debeas per ecclesiam meam; idem scili-

cet

cet quod intelligis per vnam ecclesiam catholicã. Non desunt tamen sophisticæ importunitates ex eo q̃ quelibet particularis ecclesia verè est Christi ecclesia arguentes. De illa ecclesia Christus loquitur, de qua verificatur quod est ecclesia mea, id est Christi: sed de qualibet particulari ecclesia ueri ficatur, qd est ecclesia mea: ergo de qualibet particulari ecclesia Christus loquit̃, quũ dixit, Super hanc Petrã ædificabo ecclesiam meã. Põt siquidẽ facile detegi fallacia argumenti, ad rem spectando, & dicendo, quòd quælibet particularis ecclesia est quidem ecclesia Christi, sed non tota, nec sine additione aliqua, sed talis, puta Mediolanen. nec ita est ecclesia quin sit pars ecclesiæ: Christus autem loquitur de ecclesia integra, quæ non est ecclesia talis, nec ecclesia aliqua, sed est absolute ipsius ecclesia. Nihilominus dicendum est, q̃ eo modo quo quælibet ecclesia est ecclesia mea, id est, Christi, illo eodem modo verificatur de ea quòd est ædificata super hanc petram.

Quòd vt plenus intelligas, perspice differentiam in modo, quo ecclesia catholica est Christi, & quo quælibet particularis ecclesia est Christi, cõueniũt siquidẽ omnes partiales ecclesiæ cum ecclesia catholica in hoc, quòd sunt Christi (nam quælibet partialis est Christi ecclesia et ecclesia catholica est Christi ecclesia) sed differunt in modo: quia ecclesia catholica est Christi vt totum, quælibet autẽ ecclesia est Christi vt pars, & propterea ecclesia catholica est ædificata vt totum super hãc petram: quelibet aũt ecclesia particularis est ædificata super hãc Petram vt pars. Illo igitur modo, quo verificatur de ecclesia particulari, quod est ecclesia mea, eodẽmet modo verificatur de illa, quod est ædificata super hanc petram, & propterea quia est ecclesia mea vt pars, est quoque ædificata, vt pars super hanc petram. ecclesia verò catholica, quia est ecclesia mea vt tota, est quoque ædificata vt tota super hanc petram. Et quia totum comprehendit quamlibet partem, & ad partes se habet vt perfectum ad imperfecta & vnitas & integritas ecclesiæ pari passu currũt. ideo verbum Christi ad literam intelligitur de ecclesia vna catholica. ratione cuius intelligitur quelibet particularis ecclesia, vt pars vnius ecclesiæ catholicæ ædificata super petrum sicut ratione vnius ecclesiæ catholicæ quelibet partialis ecclesia vocari potest à Christo ecclesia mea, tanquam pars ecclesiæ catholicæ, nec aliter verificaretur: quoniam si ab unitate ecclesia diuisa esset, non esset ecclesia Christi. Nec putes aduersari hęc sacris canonibus, aut Sanctorum dictis: quę sonare uidentur ecclesiã Rom. ædificatam esse a Christo super hãc petram. Appellatione siquidem Rom. ecclesię, (ut multi putant) ex uerbis concilij constantien. in condemnatione articulorum Ioannis Vuiclef, intelligitur quandoque ecclesia catholica: & secundum hunc sensum nulla esset in proposito quæstio nisi de nomine. Sed quoniam sensus hic non consonat intentioni scribentium de Rom. ecclesia, intelligentium ipsius nomine quandam particularem ecclesiam, distinctam contra alias particulares ecclesias; ideo aliter dicendum est Rom. ecclesiam ædificatam esse à Christo super hanc Petrã verificari, non per proprietatem, sed per appropriationem. Quod ex conuenientia & differentia inter ecclesiam Ro. & alias manifestatur: commune siquidem est cuilibet particulari ecclesiæ esse partem. Et hinc fit q̃ non per proprietatẽ verificatur de quacunque particulari ecclesia, sed tantummodo de ecclesia catholica, quòd est ædificata super hanc petram: de ipsa enim sola ad literam loquitur Christus, dicẽs. Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: in qua tñ oẽs partiales Christi ecclesię clauduntur, vt partes in toto. Differt aũt Rom. ecclesia ab aliis partialibus ecclesiis propinquitate ad caput ecclesię catholicæ: nam ecclesia Ro. in suo proprio capite nõ solum proxima, sed eadem facta est cũ capite ecclesiæ catholicę, ex facto. n. Petri vnus atque idem factus est pontifex Rom. & pontifex ecclesiæ catholicæ: secundum seipsam vero immediate hæret pontifici ecclesiæ catholicæ. Alia autẽ quæcunque partialis ecclesia, nec secũdum seipsam immediate iungitur pastori ecclesiæ catholicę, nec secundum suũ caput coincidit cum capite ecclesiæ catholicę. Ob hanc igitur proximitatem & coniunctionem ecclesiæ Ro. ad pastorem ecclesię catholicę, appropriantur verba Christi ad Romanam ecclesiam potius, quàm ad alias: non quòd illi sint propria, sed ecclesię catholicę, vt dictum est. Promisit igitur Dominus Petro prima promissione super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, futurum ipsum fundamentum ecclesię catholicę.

Per secundam autem promissionem, (Tibi dabo claues regni cęlorũ,) plenitudinẽ potestatis ecclesiasticę eidẽ promisit, q̃ tripliciter manifestatur. Primò, ex ipsa re signata p claues regni cęlorũ, potestare. s. aperiendi & claudendi cęlorum regnum, non his vel illis, sed absolute, ut comprehendantur oẽs viatores, quibus claudi vel aperiri regnum cęlorum põt. Huiusmodi siquidem potestas quadruplex potestatis genus sub se comprehendit; hoc est iudiciariam tam in foro penitentię, q̃ in foro ecclesię; quoniã omnis ecclesiasticus iudex vtriusq; fori, soluendo, vel ligando aperit, vel claudit regnum cęlorum illi, qui soluitur vel ligatur. Potestatem quę que gubernatiuam ecclesiæ catholicæ, nam prouidendo, gubernando, instituendo, disponendo, & ciusmodi faciendo, nihil aliud fit quàm aperitur, vel clauditur regnum cœlorum. Potestatem etiam ad purgatorium extensam comprehendit: vbi nota quod licet Christus non dederit Petro iudiciariã potestatem super purgatorium, dedit tamen illi claues regni cęlorum, aperiendi ẽt vel claudendi his, qui sunt in purgatorio. Et propterea de potestate iudiciaria loquens apposuit locum, scilicet super terram dicens, Quodcunque solueris super terram, & quodcunque ligaueris super terram: eximens per hoc eos, qui super terram amplius non sunt, a iudiciali potestate Petri. Loquens autem de clauibus regni cęlorum, nullum exemit viatorem, cui per ecclesiam potest aperiri vel claudi regnum cęlorum: sed absolute & illimitate dixit, Tibi dabo claues regni cęlorum, vt posset Petrus cuicumque viatori regnum cęlorũ aperire positiue, claudere vero saltem negatiue. Hæc autem dicentes, nequaquã Augustinum, sacrosque canones potestatem Petri ad excommunicandum etiam defunctos, quentes oppugnamus: imo hinc qd̃ dicimus, confirmamus. nam ecclesiastica cẽsura in defunctos quatenus soluit aut ligat, ad id respicit, quod super terrã est, hoc est viuos, qui ligantur ne cõmunicent, aut soluuntur vt cõicent defuncto: quatenus vero aperit, aut claudit regnum cęlorum, ad defunctorum animas respicit, quibus vere hinc aperitur, aut clauditur regnum cęlorũ. Terminatur ergo iudiciaria potestas super terram, claues autem regni cœlorum ad omnes viatores se extendunt. Potestatem demum imperatiuam vniuersis ad ecclesiam quomodolibet spectan-

ſpectantibus in ordine tamen ad regnum cælorū : exigit ſiquidem recta ratio, vt poteſtas, quæ ſupremum ſortita eſt finem, reliquis omnibus imperet in ordine ad ſupremum finem: vt facile manifeſtatur inducendo tam in artibus, quā in rectoribus, ducibus & principibus. Quilibet nempe artifex, rector, dux, princeps, ſuperiorem ſortitus finem, ordinat alios artifices, rectores, duces, prīcipes ad ſuū finem, ac per hoc illis quatenus ad ſuum dirigunt finem, præcipit. Conſtat autem regnum cęlorum ſupremum eſſe finem, poteſtatique clauium Petro promiſſarum reſpondere: reliqua verò omnia temporalia ad hunc finem quādoque oportere diſponi. Sub hac igitur Petri poteſtate comprehenditur poſſe imperare regnis & principibus oībus in ordine ad regnum cęlorum; nec.n. huiuſmodi imperiū aliud eſt quàm aperire & claudere regnum cęlorum, ut de ſe patet. Et re igitur promiſſa per claues regni cęlorum, patet primo, quòd plenitudo poteſtatis eccleſiaſticę Petro promiſſa eſt a Chriſto, dicente, Tibi dabo claues regni cęlorum. Declaratur deinde idem ex mō loquendi ſacræ Scripturę. Iſa: quidem 22. de Eliachim ſummi Sacerdotis plena poteſtate dicitur, Et dabo clauē domus Dauid ſup humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & nō erit qui aperiat. In nouo quoque Teſtamento Apoc. 3. de Chriſti ptāte dicitur, Qui habet clauem Dauid, aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Nec obſtat ſi obiiciatur, in textu Euangelii non haberi, quòd ſi petrus aperiat, nemo claudit, & ſi claudat, nemo aperit: quia etſi nō habentur hæc verba, habetur tamen idem ſenſus. Ex eo ſiquidem quòd de minoribus actibus clauiū in Euangelio habetur: Quodcunque ligaueris ſup terram, erit ligatum & in cælis: & quoucunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis: manifeſte habetur, quòd ita petrus ligat, quod nemo ſoluit, & ita ſoluit, quòd nemo ligat, quod.n. in terra ligatum, in cęlo quoque ligatum eſt, conſtat ita eſſe ligatum quod nemo ſoluit; & ſimiliter quod in terra ſolutum: in cælis quoque ſolutum eſt, cōſtat ita eſſe ſolutum, quòd nemo ligat. ex hoc autē ſufficienter habetur, quòd ita petrus aperit regnum cęlorum, quod nemo claudit, & ita claudit, quòd nemo aperit: equum eſt.n. vt nō minus, ſed potiori mō poſſint claues petri adęquatos ſibi actus, quàm actus minores exercere. Et aduerte, quòd verba illa Iſa. 22. dicta ſunt de Eliachim in perſona Chriſti: ut gl. ibi dicit. In cuius ſignum Ioannes euangeliſta eadē repetit de Chriſto, tāquam monſtrās illū eſſe in Eliachim ſignificatū: & ipſemet Iſaię 10. c. de Chriſto ſcripſerat, & factus eſt principatus ſuper humerum eius: vt oſtēdatur clauis ſuper humerum eius principatus ſuper humerum eius: ac per hoc vndique percipiamus per claues regni cęlorum plenitudinem poteſtatis ſignificatam. Accedit aūt ad hoc teſtimonium a conſuetudine: in ſignum.n. ſummæ poteſtatis claues regni regi oferuntur. Quocirca iungendo ambas, p miſſiones, quū ex prima petrus futurus ſit fundamentum eccleſiæ catholicę (vbi in petro officium ſuſtinendi eccleſiam catholicam in fidei ſoliditate ſtatuitur, & pariter eccleſiæ catholicę authoritas inhærendi petro ut fundamento imponitur: ędificationis.n. ratio expoſcit, vt ædificium neceſſitatem habeat inhærendi petræ, ſuper quam fundamentū eſt) ex altera vero petro eccleſię poteſtatis plenitudo pollicita ſit, manifeſtè liquet promiſſum huiuſmodi verbis petro eccleſię catholicę pontificatum eſſe: hęc enim duo prępcipua eſſe in toti⁹ Chriſtianę eccleſię Pontifice conſtat. Ex Matthęi euangeliſtę igitur verbis, Tu es Petrus, &c. collatis cum alijs euangeliis, ac diſcuſſis, manifeſtatum credimus ſoli petro Pontificatum eccleſiæ catholicæ eſſe promiſſum à Chriſto.

CAPVT VIII.

Perſonæ Petri quamuis charitate qualificatæ dictum eſſe Paſce oues meas.

EXpedito tractatu de promiſſionib. ſoli petro factis a Domino apud Mat. tractanda occurrit cōmiſſio quam Saluator Petro fecit apud Ioānem, quum toties ei dixit, Paſce oues meas. Vbi ſicut in antedictis, quatuor dilucidanda occurrunt, hoc eſt, quòd perſonę petri, quòd ſoli dicta hęc intelliguntur ita quod nuſquam alias cæteris ſimilia dicta ſunt, quod tota eccleſia paſcenda commiſſa eſt Petro, & quod per hęc pontificatus eccleſiæ catholicę datus eſt Petro.

Quoniam autem ſoluere neſcit, qui nondum ignorat, quæ rem dubiam reddere poſſunt, in horū ſingulis afferenda ſunt. Ex duobus in primis apparet, quod non perſonæ, ſed qualificatę perſonę dictū eſt, paſce oues meas. Primo ex cognominatione petri: dum appellatus eſt Simon Ioannis, hoc eſt obediens gratię. neq; enim fruſtra (vt Beda hic dicit) ſic eum Dominus appellauit: ſed ad hoc myſterium inſinuandū. Deinde ex trina interrogatione, Diligis me: ubi manifeſte amanti dixit, paſce oues meas. Ex his.n. apparet, ꝙ non perſonę, ſed perſonæ qualificatę obedientia diuinę gratię & amore ipſius Chriſti dictum eſt, paſce oues meas.

Hoc in loco obſeruandum eſt ne in extremos declinemus errores: ſed media incedamus via: quū .n. de qualificatę perſonę officio agitur, quatuor occurrunt, ſ. perſona, qualitas eius, vſus officij, & rectitudo eius. Quę omnia licet diuerſa ſunt, hęretici tamen nolentes diſcernere inter poteſtatis vſum, & rectitudinem vſus totum qualitate tribuunt: malos Chriſti miniſtros cognoſcere recuſantes: quia qualificati Chriſti charitate non ſunt: tanquam poteſtatis vſus idem ſint, vel ſaltem vtrunque qualitatis, hoc eſt charitati cōmiſſum ſit, vnde latius abertantes, cuilibet iuſto eccleſiaſticam arrogant poteſtatem. Stulti autem (quorum infinitus eſt numerus) rectitudinem vſus paruipendentes, ſi perſonę eccleſiaſticam tribuunt poteſtatem, quicquid ſit de charitatis qualitate, feciſſe putant ſatis. Recta vero ac catholica ratio mediam amplectitur viā, perſonę qualificatę datam, & dari debere eccleſiaſticam poteſtatem cenſens: ea tamen ratione, vt perſonę poteſtas ſeu poteſtatis vſus, qualitati uero rectitudo vſus reſpondeat. Sic enim uterque vitatur error, dum ſapienter qualificatæ perſonę committitur, ut rectè utatur eccleſiaſtico miniſterio, & ſi cō tīgit malos eſſe miniſtros, eccleſia ambiguitatia ut fallaciæ periculo non ſubſit, ſed per malos ēt bona ſuſcipiat. Et ſi ſapiens quicunque qualificatæ debet perſonę committere rectum uſum officii, hoc maxime decuit Sapientiam increatam. & propterea tertio à petro exigit qualitatem charitatis, committendo ei actum optimum, ita quod exacta charitas bonitatem actus reſpicit & ipſa rectitudo ſeu bonitas actu charitati tribuitur: ut omnes communiter Doctor. ſonant. Patet autem actum optimū a Saluatore petro committi dicendo, paſce oues meas, ex ſingulis trium dictionum; paſcere enim eſt conferre nutrimentum, quo oues nutriunt, augent, multiplicant, & uiuūt. Oues dixit, nō hędos,

non

non boues, non lupos, & id generis homines, luxu
riosos, superbos, rapaces, inuidos, maledicos, &cet.
Meas addidit, vt proprio amore subtracto, amor
Christi, ratio pascendi, oues significata explicetur.
EX quibus tribus simul iunctis perspicuum fit, quod
actum optimum committebat petro dicens, pasce
oues meas, & quia (ut dictum est (actus optimus
non potest nisi a charitate Christi prodire, ideo p-
sonæ qualificatæ charitate a Domino cõmiss⁹ est.
Ex hoc aũt non sequitur) vt hæretici fingũt) q̃ qua
litati cõmissũ est pastorale officiũ; sed charitati q̃dẽ
cõmissa intelligit bonitas, seu rectitudo vsus offi-
cij pastoralis: ipse aũt vsus personæ cõmissus intelli
git. Vnde & Dñus hoc in loco ter exacta charitate
non dixit, Charitas tua pascat oues meas: sed perso
nam ter alloquitur dicẽs pasce tu agnos, seu oues
meas. Et sicut apud Matthæum persona petri descri
pta est nomine proprio, & noĩe proprio patris car
nalis quo ad corpus, & internæ reuelationis gratia
quo ad aĩam, vt ex his singulariter petro conueniẽ
tibus personam eius intelligeremus: ita quoq; hoc
in loco non semel, sed ter eodem nomine proprio
& patris carnalis persona petri secundum carnem
describitur, Simon Ioãnis, seu Ionæ, (vt correctio-
res codices hẽnt] secundum animam ex propria
humiliatione, qua cor Christi scientiæ submittit,
ter repetens, Domine scis, quia amo te, & ex p̃pria
contristatione, contristatus est petrus, &c. vt ex his
sibi propriis, petri personam aperte intelligeremus
esse illam, cui Christus dixit, pasce oues meas, ac p-
inde non dono charitatis, sed personæ commissũ
officium pastorale perciperemus, exacta autẽ cha-
ritate intelligeremus charitati committi rectitu-
dinem usus officiis pastoralis, nemo enim sine
charitate potest officio pastorali recte vti. Et hæc se
cundũ literalem euangelij sensum sunt; ad mysticũ
vero sensum (vnde efficax non potest argumẽtum
trahi) spectat q̃ Simon Ioannis interpretatur, Obe
diens gratiæ. Vnde patet, quod Christus non quali
tati, sed personæ petri qualificatæ charitate dixit,
pasce oues, ac proinde si decidisset petrus a charita
te, non amisisset pastorale officium, sed rectum v-
sum illius: quoniam a charitate pendet non officiũ
sed rectitudo vsus, vt planum est apud quemlibet
catholicum Doctorem, & solos habet hæreticos
contradictores.

CAPVT IX.

Soli Petro ita, quod non alijs Apostolis, dictum esse pasce oues meas.

QVod autem soli petro dictum sit à Christo, pa
sce oues meas, textus ipse clare manifestat, tũ
ex nomine proprio suo & patris carnalis tertio re-
petito, tum ex comparatione appositа ad alios, Di
ligis me plus his? comparatiuum enim diuersita-
tem monstrat ipsius ad alios Apostolos præsentes,
quibus cõparatur tum ex propria petri passione,
quia contristatus describitur ex tertia interrogatio
ne memor negationis Christi prædictę sibi olim
ipso parato mori: ita vt locus dubitationi nõ relin
quatur. ET qm̃ hęc fuerunt petro data post resurrec-
tionem Domini, & alijs Apostolis, necantea nec
postea inuenit̃ simile quid dictũ, restat vt oĩno soli
petro dictum sit, pasce oues meas. Nec obstat, q̃ ec
clesia Apostolos omnes uocat pastores dominici
gregis in præfatione (quos operis tui vicarios eidẽ
contulisti præesse pastores) quando hoc ad Aposto
latum manifeste refertur: & propterea eo mõ dicũ
tur pastores Dominici gregis, quo ad Apostolatũ
spectat pastoralis cura, ut autem Apostoli nomen
testatur pastorale exercitium ad Apostolos spectat,
ut ad legatos Christi, & sic hoc est, ut legati Christi
dicuntur pastores dominici gregis. Petrus autem
(vt ex supradictis & dicendis patebit) constitutus
est, ut ordinarius pastor ẽt ipsorum Apostolorũ:
& hoc significant Christi uerba, Pasce oues meas.

CAPVT X.

Petro soli uniuersam committit ecclesiam, per hæc uerba Christi, Pasce oues meas.

VNiuersam autem committit ecclesiã petro
per hęc verba, Pasce oues meas, sophisticè
in dubium vertitur ex sex.

Primo, quia non dicitur, Pasce oues meas oẽs: si
enim tota ecclesia comprehensa esset, dici debuis
set, omnes oues meas sicut dictum est; Docete oẽs
gentes, Mar. vlti.

Secundo, Quia nihil impossibile cõmissum est
a Christo, vniuersam aũt per orbem ecclesiã pasci
ab vno est impossibile. Et si dicatur; quòd vnus per
alios posset pascere totum orbem: cõtra, quia Dñs
dixit, Pasce, & nõ dicit fac pascere oues meas: hoc
enim etiam ethnicus facere, committere, s. aliis, vt
pascerent oues Christi.

Tertio, Quia peccasset petrus si nõ omnes solus
pauisset, si omnes soli commissæ sunt.

Quarto, Quia petrus, nullum Apostolum misit:
& quilibet Apostolus ordinauit episcopos absque
petri authoritate.

Quinto, Quia cõfitemur Apostolos in diuersas
mundi partes tanquam suas portiones distributos.

Sexto, Quia petrus circuncisionis tantum oues
sortitus est: ut patet ad Gal. 2. vbi dicit paulus, quũ
vidissent, quòd creditum est mihi euangelium prę
putij, sicut & petro circuncisionis. qui. n. operatus
est petro in apostolatu circuncisionis, operatus est
mihi inter Gentes.

Quod manifeste autẽ exorbitent hęc a vero euã-
gelii sensu, nõ est difficile aperire, dicẽdo siquidẽ,
pasce oues meas: oportet aut oẽs, aut istas, aut nul
las, vel vagè oues committi pascendas. ET quidem
quòd nõ has vel illas determinate commiserit, ver
ba ipsa testantur: quod verò nullas, veritati aduersa-
tur: quòd autẽ vagè reliquerit, & Christi sapientiæ
derogat, & veritati pronominis adiuncti contra-
riatur: sapientis. n. gubernatoris & potẽtis diffini-
tè prouidere est, nõ vagam relinquere prouisionẽ
suam. Et cõstat quòd ex hoc ipso, quod solo pro-
nomine Meas demonstrat oues, nõ vagè, seu inde
finitè loquitur, sed ex hoc ipso, q̃d nullas suas exi-
mit, oẽs suas comprehendit dicendo, pasce oues
meas. Et obserua peruersitatem exponendi, quãdo
apud Matth. dicitur, Super hanc petram ædificabo
ecclesiam meam, de omni ecclesia Christi intelli-
gendum putãt, ne vnam solam ecclesiam super pe
tram ędificatam fateantur: quando uero apud Ioã
nem petro dicitur, pasce oues meas, indefinitè ex-
ponunt, ne oues Christi sub vno pastore cõprehẽ-
dant. Ibi rem singularem, vnam. s. ecclesiam catho
licam, contra omnem rõnem distribuunt vniuer
saliter, hic res diuersas, multas. s. oues distribuere
vniuersaliter recusant: ut hinc uideas falsos esse eo-
rum sensus: falsum. n. etiam a seipso dissonat. Et p
oppositum: quia verò omnia consonant, ecclesia-
sticus sensus sicut hẽt, quòd ibi ita vnica intelligit̃
ecclesia catholica, vt comprehendantur oẽs Chri
sti particulares ecclesiæ in ea tanquam partes in to-
to: ita hic oues Christi ita intelliguntur explicatę
per pronomen meas: ut nulla relinquatur, quę sub
pronomine, meas, comprehenditur.

Et

Et propterea non oportuit apponere oēs, quia quæcunque oues, ad quas extenditur pronomen, meas, cōprehendūtur: quum dī, pasce oues meas, sicut Ioan. 10. oēs comprehensæ sunt Christi oues, quum dixit Dñs, Animam meam pono pro ouib. meis, & rursus, Oues meæ vocem meam audiunt, &c. Vnde ly meas, vniuersalis signi supplere effectū altiori rōne necessario appositum patet, & propterea non esse simile iudiciū de hoc text. & illo, Docete oēs gētes ibi. n. tā suas, quàm non suas per electionem gentes docendas mādauit, hic vero oues suas pascendas cōmisit sufficienter, per ly meas, cō prehendens oēs, vt rōne & testimonio Scripturæ mōstratum est clarissime constare ex eodem Euāgelista. Et hinc confirmatur sensus catholicus: qm̄ quod ibi Christus promisit, hic exhibuit: & propterea quia ibi totam ecclesiam promisit, hic omnes oues cōmisit. Et confirmatur rursus ex verbis dñi, Ioan 10. Alias oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor: si enim ly ouib. omnib. ouile vnum constare debet sub vno pastore, consequens est, vt quum vnus pastor instituitur, & dī, & pasce oues meas: illius vnius ouilis cura cōmittatur. Dubitandū enim forte fuisset si plura haberet Christus ouilia, de quib. suis ouibus loqueretur: quum aūt vnū tm̄ ouile se habere testetur, dubitari non potest, quas suas oues cōmittat, nisi quis adeo desipiat, vt de parte tm̄ ouilis curam committat. Et confirmatur rursus hic sensus ex Sanctorum expositione: quorū authoritates latius inferius afferentur. Vnde Theophilus hic dicit, finito prandio cōmissionem ouium mundi Petro commendat, non alij.

Ad secundam vero obiectionem dī, q̄ non est impossibile, sed necessarium atque vtile, oēs Christi oues pasci ab vno, vt catholicæ ecclesiæ capite. In hoc aūt pascendi modo. s. vt à capite catholicæ ecclesiæ, clauditur, q̄ Christi oues diuersis coadiuuantib. membris pascuntur à capite: sicut totum corpus à capite regitur coadiuuantibus alijs membris. Vnde non est dicendum, q̄ Petrus pascit, id est tacit pascere: sed quòd ipse, vt caput per alia cō membra coadiuuantia pascit omnes Christi oues, quod non posse per principem laicum, aut quemcunque alium, qui non est caput ecclesiæ, fieri cōstat. Tantoq; possibilibus est à Petro pasci omnes Christi oues, quanto Petrus vicarius est Christi viuentis, regnantis, & assistentis ad dirigendum, inspirandum atque adiuuandum.

Vnde patet solutio tertiæ obiectionis: cōmissum est enim Petro soli non vt solus oī modo, sed vt solus tanquam caput catholicæ ecclesiæ pascat oēs Christi oues, & propterea non peccat si per cō membra adiuuatur ad pascendū Christi oues, sed peccaret si concaput ecclesiæ catholicæ sustineret.

Ad quartam dicitur, Petrum nullū misisse Apostolum quia præuentus est à Christo Domino, qui misit Apostolos, Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Et propterea poterant authoritate Apostolatus episcopos ordinare absque habita à Petro facultate.

Ad quintam dī, quòd distributio Apostolorū ad Apostolatus exequutionem spectat, & nihil penitus obstat pastorali officio Petri, sicut in nullo eius authoritas imminuta est ex hoc, quòd Christus Apostolos misit, hoc enim ad legationem, illud vero ad exequutionem pertinet.

Et per hoc ēt soluitur sexta obiectio: nam quātū ad exequutionē apostolatus Paulus loquitur, vt ipsa verba claret testantur, Qui operatus est in apostolatu. Cum his enim diuersis exequutionib. euidenter stat vnitas pastoralis curæ apud Petrum.

CAPVT XI.

Petro per hæc uerba, Pasce oues meas, commissum à Christo pontificatum totius ecclesiæ esse.

Ecclesiæ totius pōtificatum Petro per hęc verba collatum inficiantur aliqui.

Primò, Quia pascere non significat principari aut esse primum.

Secundò, Quia verbum Christi est, vel exortatorium, vel præceptorium ad pascendum, non ad subijciendum oues. Et si dicatur, pascere non potest nisi superior, quid ad me? quære locum vbi verba sunt conferentia petro potestatem super ecclesiā, hic enim solum modo pascere cōmittitur.

Verum difficile non est pontificatum mōstrare sub his verbis datū. Pascere siquidē Chri oues, actus est authoritatis in pascente, vtilitatis in ouib. finis in Christo. Eo namque ipso q̄ Chs suos, vt oues pascendas petro cōmisit, meridiana luce clarius patet, q̄ ipsum p̄fecit alijs vt pastorem ouib.

Non oportet ergo alium quærere locū, vbi petro potestas data est super ecclesiam, qm̄ hic locus eam attestatur datam, nisi quis vsq; adeo desipiat, vt petro dictum putet, Pasce oues meas, nō officio pastoris, sed officio mercenarij. Quæ ēt insipiētia confutatur ex trina exactione charitatis Chri a petro, cui. n. amore Chri pascendæ oues cōmittunt, procul abest amor mercenarius. Vnde etsi pascere non significat principari, significat tū actum ecclesiastici principis: & rursus si non significat principari, p̄supponit tm̄ principatū, quia p̄supponit priorem. Vnde & bene ñdebatur, q̄ pascere non pōt nisi superior. Et quum dī, Quid ad me? ifidē multum perfecto ex ipsa ratione connexorum, habēt enim hoc vt altero collato reliquum tributum intelligatur. Quo fit vt si pascere non potest nisi superior, cui datum est pascere, datū quoq; est esse superiorē, vnde ex hoc ēt capite liquet, quod non est alius quærendus locus Scripturæ, vbi petrus factus est super ecclesiam, quoniam hic clarè habetur.

Affirmamus autem Christi verbum p̄ceptoriū esse: nam si Apostolo Paulo væ est, si non euangelizauerit, multò magis petro væ est, si non pauerit oues Christi. Sed non præceptorium solum modo est Christi verbū, sed īstitutoriū: nā, si in conditione primæ partis vniuersi verbū Dei instituit creaturas p̄ciptuas, & simul propriū earū opus p̄cepit (iuxta illud, Statuit ea in æternū, & in fm̄ seculi, præceptum posuit, & non præteribit) par est, vt in creatione christianæ ecclesiæ primum eius membrū eodem verbo p̄fecerit, præcipiendo summum pontificatus opus, & instituendo ipsum pontificarū. Eo vero ipso, quo petro, vt pascat Christi oues, cōmittit Christianus populus, vt oues, iubetur se hre ad petrum, frustra. n. committerentur oues pascēdæ à petro, nisi vt oues exhiberentur eidem a cōi Dño. Vnde necessitas non solū pastus, sed subiectionis in verbis Dñi significatur, quum dī, Pasce oues meas. Attestante ēt hoc Aug. hic exponente, pascere nō solū docere, sed regere, dum dicit, oues ipsas pascendas, hoc est docendas regendasque cōmittit. & Chrysost. Pasce oues meas, fratrum curā susipe, & glossa ex Alchuino, Pascere oues est credentes in Christo, ne a fide deficiant, confortare, terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere, & exempla virtutis cum verbo prædicationis impendere, aduersarijs obsistere, errantes subditos

corrigere. Quocirca etsi pascere nō significat principari, significat tamen Christi oues regere, in quo clauditur principari: & si nō significat principari, trahit tamen secum principari: sicut trahit secū requirere, reducere, alligare, consolidare, custodire, & sanare, quorum meminit Dominus Ezech. 34. vnde & Petrus princeps Apostolorū, & princeps super plebem Christi constitutus dicitur, & iuxta Greg. verba ad Mauritium. Cura totius ecclesiæ, & principatus committitur.

Et si quæreretur quare Dns commisit pontificatū petro non sub vocabulo prælationis, seu authoritatis, vel dignitatis, sed actus pascendi suas oues? In promptu rō est, & ex parte rei, quia platio, seu authoritas est pp pascere oues Christi, & non ep̄. Et ex parte appetitus regulandi, quia non locus superior, nō dignitas, aut authoritas ambienda est, sed pastus ouiū Chri appetendus in pontificatu, iuxta qđ apost. postea dixit, Qui epatū desiderat, bonū opus desiderat. Et ex parte scripturæ adimplēdæ, dixerat enim ante passionem. Lucæ 22. Reges gentium dominantur eorū, & qui potestatem exercent in eos, benefici vocantur, vos aūt nō sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor. Hinc enim a ministeriali actu pascendi Christi oues significauit pontificatum tacitum tanquam annexum quid, & non æstimandum nisi propter vtilitatem ouium Christi, cuius oppositum contingit in regibus & dominis gentium, qui ad hoc vt regnent & Domini sint omnia ordinant.

Porrò commissum inter actus pōtificios opus præcipuū, Petri monstrat pontificatū, pascere siquidē electos pręcipuus est pontificis actus. Nā sicut ad supremam diuinæ prouidētiæ partē spectat cura electorū, ad quorū fœlicitatem non solū cęli motū ordinauit, testante Ioan. in Apoc. cap. 6. Dictum est illis, vt requiescerent adhuc modicū tp̄s, donec impleatur numerus conseruorū eorū, sed ēt ipsemet descendit de cęlis, & homo factus crucifixus, mortuus, sepultus, &c. omnia sustinuit pp electos) ita ad summā ecclesiasticam curā, quā pō tificatū vocamus spectare oportet, pascere electos. Constat aūt solos electos significari, quum dr, Pasce oues meas, testante hoc ipso Dño Ioan. 10. dicente, Oues meæ vocē meā audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitā æternā do eis, & non peribunt in æternū, & non rapiet eas quisquā de manu mea. Nec ppea Petri pōtificatus quasi ad solos electos se extēdat, restrictus est: sed subordinat' electorū pastui: hinc est oīs circa alias pōtificatus actus. Sicut. n. f̄m vniuersi ordinē vnicus cęli motus pp implendum numerū ęst electorū, & idem tñ etiam ad propagandos non electos se extendit, & f̄m ordinem gratiæ summè bonus pastor Christus animam suā posuit pro ouibus suis, hoc est electis, & tñ eadem mors pro totius mūdi vita fuit, ita in sacris mysterijs summus pōtificatus pp pascendos est electos, & idem non electos comprehendit. Nec immeritò, qm̄ eiusdem est cura finis, & dispositio eorū, quæ sunt ad finem, vita aūt electorum finis est gubernationis aliorum. Oīa, īquit apost. 2. Thi. 2. sustineo pp electos, & ad Ro. 8. Oīa electis donata testatur, & sup oīa bona Dñi constituendi affirmat electi Matth. 22. Nec silētio inuolutos ppea dixerim præscitos, qm̄ sub agnorum noīe comprehendi aliquos præscitorum nō incōuenit, sunt. n. christiani multi imperfecti semper descēdentes, & nunquā ad pfectionē ouis pueniētes, quos Dns pascēdos simul cū ouib. hoc est electis, cōmisit Petro. Vnde bis cōmisit agnos, & tertio oues: non solū, quia imperfecti maiore egēt cura, sed vt ipso numero diuersitatem insinuaret agnorū suorū, hoc est Christianorum cōm vitā ducentū, dum alij reprobi, alij electi sunt, oues aūt semel & vltimo cōmittūtur, quia oēs Christi oues inter electos sunt, & crescens oratio ad summū terminatur. Et quum oēs pastorali Petri curæ cōmittantur, soli agni & oues pascendæ cōmittuntur: lupi siquidem leones & vrsi cōmissi intelliguntur cauendi, fugiendi, aut exterminandi. Vnde nullus à Petri pōtificatu exēptus relinquitur: ēt si solū fuisset illi cōmissum, Pasce oues meas: pp quas fiūt oīa vtpote quib. oīa cooperantur in bonū, vt Apostolus Rom. 8. testatur. Fit aūt rursus huius excellentia cōmissi operis manifestior, discurrendo per pastoralia pontificiaq; opera: nam sex illos actus pastorales Ezech. 34. positos. s. requirere, q̄ perierat, reducere quod abiectum erat, alligare quod confractū fuerat, cōsolidare quod erat infirmum, sanare, qđ ægrotum, custodire qđ pingue, & forte ad pastum ouium ordinari testatur Dominus, arguens de his pastores dicens, Væ pastorib. Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastorib pascentur: lac comedebatis, & lanis operiebamini, &c. vbi rōnem omissionis manifeste reddit ex eo, & non oues, sed semetipsos pastores mali pascant, tanquam omnū horum operum ratio sit vacare ad pascendū ipsas oues. Actus quoq; iudiciales, qui in Ecclesia sunt tam in foro pęnitentiæ, quàm in foro cōtentioso, ad pascendas Christi oues ordinari nō est dubiū. Aperire demū, & claudere regnū cælorum ad pastū ouium sic spectant, q̄ aperire regnum cęlorum est pascere oues Christi: claudere aūt illud, ad pastum earundem ordinatur, qui quidem ad bonum refertur electorum quib. omnia cooperātur in bonum. Constat igitur, si colligantur cuncta significata per hanc promissionem, Pasce oues meas, cōmissum Petro esse totius ecclesię pontificatū. Nec vt noua hæc cudimus, sed a patrib. quæ didicimus proferimus, eorundem attestatione Petri pontificatum firmantes, vt in vlt. patebit cap.

CAPVT XII.

Petrum habere ex Christi institutione successorem in pontificatu Ecclesiæ catholicæ.

Firmato Petri pontificatu ecclesiæ catholicæ oportet de successore eius tractare. Et vt intelligatur manifeste differentia inter catholicos, & schismaticos, prænotandum est in quo conuenimus, & in quo dissentimus. Concorditer siquidē fatemur Petrum Apostolorū principem, &c. fuisse Rom. pont. sicut Iacobus Apostolus fuit pontifex Hierosolymit. & propterea quemlibet Roma. episcopum successorem esse Petri in pontificatu Ro. ecclesiæ, sicut quilibet Hierosolymitanus episcopus successor est Iacobi in pontificatu Hierosolymitanæ ecclesiæ. Concorditer quoq; affirmamus Hierosolymitanum episcopum non succedere Iacobo nisi in Hierosolymitanæ ecclesiæ episcopatu: non enim succedit Iacobo in authoritate apostolatus. Sed statim dissentimus, quum inferre conantur Roma. pont. non succedere Petro nisi in episcopatu Rom. Ecclesiæ. fatentur enim catholici Roma. pont. succedere Petro non solum in episcopatu Rom. ecclesiæ, sed etiā in pontificatu ecclesiæ catholicæ. Vbi si perspicaciter scrutati fuerimus, videbimus duo superesse tractanda: an. f. Petrus habeat diuino iure successorem in pōtificatu Ecclesiæ catholicæ, & an huiusmodi successor sit

Rom.

Rom.Pont.Schismatici enim negant Rom. pont. Eṕm esse ecclesiæ catholicæ,& pernegant oportere institutione diuina aliquem vnũ succedere petro in regimine totius ecclesiæ, & ante oĩa negãt petrum institutum a Christo pontificem ecclesiæ catholicæ. Quum autem iam declarauerimus huiusmodi petri pontificatum, superest vt primo an habeat aliquem successorem, & demum an ille sit rom.pont.tractemus.

Et iuxta præfixum modum afferenda censuit argumenta,quibus contra vnicum petri successorem in pontificatu ecclesię catholicę insurgitur.

Arguitur ergo primo ex coniunctis,Si hęc verba Christi ad petrũ,Tibi dabo claues regni cęlorũ, Matth.16.&,Pasce oues meas Ioan.vlt. extendũtur ad successorẽ, par est vt verba antecedentia cõcomitantia,& subsequentia dicta petro a Christo,intelligantur quoq; dicta non soli petro, sed successori:sed hoc cõstat esse falsum,vt patet sigillatim discurrendo.Nam apud Matth.Dñs præmittit,Tu es petrus,& post subiungit reprehendendo petrũ,Vade post me satana,quia non sapis quę Dei sunt,sic apud Ioan.præmittitur,Diligis me plus his?& similia concomitanter interponunt cũ petri rñsionib. & postea subiũgitur, Quum esses iunior, cingebas te,&c.nihil aũt horum spectat ad successorem f̃m literalem sensum:ergo nec illa verba,Tibi dabo,& pasce oues meas,sunt ad literam dicta Petro & successori:sed sicut reliqua mystice a pplicantur ad successores,ita & hęc.

Secundò ex similib.Verba Christi Luc.22.Ego rogaui pro te,&c. non sunt ad literã dicta petro & successori ergo nec illa,Tibi dabo claues, &, Pasce oues meas,&c. sunt dicta petro pro se, & successore. Consequentia tenet à simili, præsertim quum iste textus a sacris Doctoribus afferatur pro soliditate successionis petri in fide.Antecedens vero manifestatur ex eo,quòd ibi dicitur, Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. si enim de quolibet successore hæc dicta sint,oporteret successorem quemlibet auersum quandoque esse vel fuisse,vt de ipso possit verificari, & tu aliquando conuersus, sicut petrus auersus fuit negãdo Christum cum periurio, & postea conuersus cõfirmauit fratres suos.

Tertiò ex alijs idem petro a Domino dictis, puta,Antequã gallus cantet,ter me negabis,Matt.26. &,Vade ad mare & mitte hamum, &c. Matth.17. cur enim huiusmodi soli personæ petri ita quòd non successori dicta exponuntur,illa autem, Tibi dabo,& pasce,ad successorem referuntur? voluntarie enim hoc fieri videtur.

Quarto ex omissis,Nullibi siquidem dixit Christus se loqui in illis verbis petro pro se,& successore, quum tamen debuisset hoc docere,quum hoc vt vnum de necessario credibilibus proponatur ecclesiæ,& ipse Isa.5.dixerit, Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ,& non feci ei? si enim totum quod debitum erat, effecit synagogæ Iudęorum, multò magis totum effecit ecclesiæ christianę.

Et augetur hoc argumentum ex hoc,quòd Dominus Matth.vlt.dicit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.Vbi quia se fore in toto hoc tempore cum ecclesia nos certificare voluit,dicendo, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi,manifestauit quòd ad discipulos pro se, & successoribus eorum loquebatur.Hinc enim arguitur,quòd si petro & successori intendisset hęc dicere, explicasset aut insinuasset successorem, sicut insinuauit ibi successores discipulorum.

Quintò ex coapostolis.Quęnam ratio est,vt nullus aliorum Apostolorum habet successorem in Apostolatu,& solus petrus habeat? Et rursus quæ ratio est,vt Apostolorum successores sint, & dicãtur episcopi (quos constat esse æquales,vnde & fratres vocantur,) & vnus tãtum episcopus successor sit petri super totam ecclesiam? Et rursus vt præfatum est, quæ ratio suffert, vt episcopus Hierosolymitanus succedat Iacobo in episcopatu illius ecclesiæ,& non in apostolatu, successor autem petri succedat ei in apostolatu ac pontificatu totius ecclesiæ? hoc enim non nisi humana ratione,aut voluntate factum videtur, quum Scripturæ desit authoritas.

Deinde arguitur ducendo ad inconuenientia multa. Et primo, Si ad solum petrũ refertur Christi verbum: ergo non ad successorem:& iterum,ergo cum petro claues venerunt & abierunt. Et probantur sequelæ,quia non potest ad plures pertinere quod ad vnum tantum dicitur.

Secundò: Quia si ad successorem extenditur:ergo necessaria ratione, & ad alios Apostolos, quia tunc erant pręsentes:successores autem petri nondum erant.

Tertiò,quia ridiculum esset, quod omnium ecclesiarum idem Baptisma,eadem eucharistia,eadẽ Confirmatio, idem verbum Dei, idem Sacerdotium,eadem Pœnitentiæ,Vnctionis, Matrimonij, & reliqua sacramenta, eadem fides, spes, charitas, gratia,mors,vita,gloria esset, vna hæc temporalis potentia vni tributa esset successori Petri per verbum Dei quod commune est omnibus.

Quartò,si vnus episcopus iure diuino cęteris p̃fertur,manifestè Hiero. in epistola ad Euandrum, quæ habetur 93.dist. cap.Legimus hæresim,docet, nõ solum ipse,sed Petrus,Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles authores. Patet enim ibi episcopos eosdem esse cum presbyteris,& episcopos æquales esse.

Quintò, quia idem Hieron. super epistolam ad Thim.& habetur 95. dist. cap.olim.dicit,Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei,qui sibi præpositus fuerit,esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quã dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores,& in communi debere ecclesiam regere. Non ergo diuino iure vnus petri successor episcopus maior est alijs.

Ad huius rei euidentiam considerandum est, triplici via manifestum fieri hæc Christi verba toties repetita Petro,non solum pro se,sed pro successore suo dicta esse. Prima via ex ipsis verbis Domini,quum dixit,pasce oues meas,procedit. Nam dicendo,pasce oues meas, vnum ouium suarum pastorem instituit (vt ipsa verba testantur, absque vlteriori probatione) pastor autem significat ordinarium rectorem ouium, vt patet tum ex ipsis nominibus pastoris, & ouium, tum ex ipsa ratione pascendi,tum quia opottet eum qui ordinariè gerit curam ouium,vel mercenarium, vel pastorem esse: sed mercenarius non est, quia cum videt lupum venientem fugit, & non pertinet ad eum de ouibus qui mercenarius est, vt dicitur Ioan.10. Relinquitur ergo quod is, qui ordinariè curam ouium gerit, pastor est. Constat autem pastorem vtpote ordinarium officialem, non finiri morte illius,qui pastorale officium exercebat, sed per suc-

cessionē oportere durare. Et hinc fit, vt institutio pastoris sit institutio perpetui officij, ac per hoc ꝙ in prima institutione pastori tribuitur, pro quolibet successore eidem datur. Vnde ex hoc ipso, ꝙ Dñs dicēdo, pasce oues meas, pastorē totius ecclesiæ instituit, pastorale officium totius ecclesiæ statuit ex tunc, & in seculum seculi, & ꝑnr, qđ dedit tunc petro, significauit se dare cuilibet petri successori in petro. Rursus dicendo, pasce oues meas, ꝓpetuitatē pastoris intelligendā ex alio capite mōstrauit: nam oues suas duraturas sciebat, & dixit, ad consummationem seculi in præsentis miseriæ ouili vno: & propterea eo ipso quo ouibus in vno ouili duraturis vsque ad consummationem seculi prouidit de pastore vno, dicēdo petro, pasce oues meas, significauit se prouidere de vno pastore vsque ad consummationem seculi. Habemus ergo dupliciter ex ipsis Euangelij verbis a Domino institutum esse quemlibet petri successorem pastorē totius ecclesiæ in ipso beato petro.

Secunda via ex rationib. fundatis sup sacra scriptura procedit, tum qa desipientis est putare Christum prouidisse de pastore suarum ouium ꝑ parte temporis, & ea minima qua, s. vixit petrus, & nō pro toto, & tam prolixo tpe vsque ad consummationem seculi, quo durant suæ oues. Tum quia rationabile est, vt vniuersalitas tpis cointelligat vniuersalitati locorum, & proinde quia dicendo, pasce oues meas, oues suas vbiq; terrarum cōprehendit, ꝑns est vt easdem pro quocunque futuro tpe comprehendat. Tum quia Christus synagogæ diceps, Quid vltra debui facere vineæ meæ, & nō feci, insufficienter prouidisset christianæ ecclesię cōstituens eam vnum ouile sine vno pastore coquo ouili, cōuersante cum ouibus suauiter, hoc est sensibiliter ꝫm modum ipsarum ouium, vtpote, quæ viuunt nō sola spirituali, sed sensitiua natura, quū tamen de ipso scriptum sit, Attingit a fine ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter, Sapien. 8.

Tertia aūt & ea optima pariter & certissima via procedit ex expressa diuina reuelatione facta ecclesię suæ sanctæ. Vt enim inferius de verbo ad verbum afferētur authoritates, manifeste hr̄, ꝙ hoc sensu a Sanctis innumeris, & a sacris concilijs vniuersalibus intellecta est institutio pontificatus petri super totam ecclesiam a Christo factæ. Certo aūt certius est illum esse verum Scripturę sensum, quem concorditer tradentib. Sanctis, vniuersalis synodi diffinitione accedente habemus. Fatemur igitur absque omni hæsitatione quemlibet petri successorem institutum in beato petro esse pastorem totius ecclesiæ.

Ad primum ergo argumentum in oppositū de concomitantib. dr̄, præcedentia concomitantia & subsequentia inueniri duplicia, vel pertinentia ad pastorale officium, vel non pertinentia ad hoc. Et de non pertinentibus quidem ad pastorale officiū (quale est illud, Vade post me satana, vt patet in ipso euangelij textu) non oportet esse sollicitum an spectent ad successorem: de pertinentibus autem dr̄, ꝙ eo modo, quo pertinent ad officium pastorale, eodem modo pertinēt ad successorem. Vnde vt ad singula descendatur, qa verba prēmissa apud Matth. Beatus es Simon Bariona, &c. non spectant ad pontificatum, sed ad confessionem, quā fecerat petrus (vt declaratū est,) nec ad successorem pertinent. Quod vero dr̄, Tu es petrus, & super hanc petram, &c. quia ad pontificatū totius ecclesię necessario pertinet, ad successorē quoq; pertinere oportet, necesse est. n. successorē petri esse petrū, inest in fide solidum, vt super hanc petram Christus ędificet ecclesiam suā. Difficultates aūt, quæ circa hoc sunt, in sequenti tractabuntur capit. Quod aūt dr̄ apud Ioannem, diligis me & amas me? quodāmodo ad pastorale officium spectat, & quodāmodo non. Nam rectitudo pastoralis officij amorē Christi exigit, ipsum aūt pastorale officium sine Christi amore potest & haberi & exerceri: & propterea amor Christi ad successorem quoq; spectat, quantum ad rectitudinem vtendi pastorali officio, non aūt quantum ad habendum, vel exercendū ipsum pastorale officium. Et sic̄r quod adiūgitur, Quum esses iunior, licet cum Petro finitum sit, quātum ad prophetiæ consummationem, quantum tamen ad insinuatam præparationem animi pastoralis ad ponendum animam pro ouibus Christi, & frequentem euentum persecutionum, aut mortis pro Christi ouibus bono pastori, ad successoris rectitudinem atque fortitudinem pertinet.

Ad ſm dr̄, ꝙ verba illa Dñi iuxta regulā de pertinentib. vel impertinentibus ad officium pastorale quia ad pastorale spectat officium confirmare fratres) petro pro se & successore dicta intelliguntur. Vnde Theo. hoc dicit, Hoc aūt petro dixit, eo quod superbire poterat in his, quæ promissa erant a Christo. Et rursus. Postquam me negato ploraueris, ac pœnitueris, corrobora cęteros, quum te principem apostolorū deputauerim, hoc. n. decet te, q mecum robur es, & petra ecclesiæ. Cyrillus quoq; hoc dicit omissis cęteris venit ad petrum cęteris prælatum. Nec ꝓpea oportet quemlibet petri successorem, cadere a Christi charitate, hæc enim Dñi verba non necessitatem, sed possibilitatē auersionis a charitate cum indeficientia fidei significant, sic vt si auerti contingat, conuersus confirmet fratres suos. Indeficientia itaque fidei in petro & ipsi⁹ successione impetrata asseritur, cōfirmatio fratrū imponitur, auersio possibilis significatur, conuersio prædicitur. Et hoc insinuat aduerbium, Aliqn̄, ex hoc enim, quòd non semper, sed aliqn̄ conuersus prædicitur, auersio quoque, quod quandoque futura sit, insinuatur. Ad quod verificandum non oportet quemlibet successorem auerti, sed sat est, & nimis etiam, quòd quandoq; successor aliquis auertatur a Christi charitate.

Ad tertium patere potest iam solutio: nam sola ea quæ dicta sunt petro pertinentia ad pastorale officium, dicta sunt sibi pro se, & successore ad literam, reliqua autem ad literam dicta sunt sibi soli.

Ad quartum (quod maxime vrgebat) iam patet rn̄sio, significauit enim Christus ipse ī petro, cuilibet eius successori se loqui, eo ipso quo instituit eum pastorem ouium suarū, tum ex parte officij pastoralis, tum ex perpetuitate ouium suarum, vt prædeclaratum est. Vnde non minus aperuit hic ī petro eius successorem, quā aperuerit apud Matt. in discipulis suis eorum successores: ibi enim ex vno tantum capite, scilicet diuturnitate successionem significauit, hic vero ex duobus, scilicet & ex officio pastorali, & ex perpetuitate ouium suarum vt prædeclaratum est.

Ad quintū dr̄, ꝙ non est eadem rō de successione in apostolatu, & de successione in pontificatu: Apostolus enim, vt ipsum nomen testatur, sonat, ab alio missum, seu legatum (iuxta illud Apostoli. 2. ad Cor. 5. Legatione pro Chro fungimur, & ad Eph. 6. Legatione fungor in catena ista) nō est aūt legatorum vendicare sibi successores: sed finitur

legatio

legatio cum legato, nisi a Domino alius mittatur. Pastor autem ordinarium officium sonat, cuius est hre successorem, & propterea ecclesia non habet apostolos qui successerint in apostolatu Christi apostolis, sed habet episcopos succedentes apostolis non quo ad apostolatus authoritatem, sed quantum ad episcopalem tam dignitatem, quã authoritatem. Vnde si formaliter & exactissime loquendum est, nec petrus habet successorẽ in apostolatu, tum quia apostolatum cõem habebat cũ reliquis apostolis. paresque in apostolatu oẽs fuerunt, ac per hoc par est ratio in apostolatus successione de omnib. tum quia experientia testat nullius petri successoris libellos quantuncunque sanctos inter sacras esse Scripturas, vsque adeo, vt Epistola Pauli ad Philemonem, quamuis commendatitia vnius seruuli inter sacras cõputetur Scripturas, veruntamen quia successor petri succedens ei in pastorali officio ouium Christi, (quod est pontificatus mundi) ex hoc ipso succedit in præcipuo apostolatus officio, quod, vt diuus Tho. dicit, erat gubernare catholicam ecclesiam, hoc enim cõiter apostolis omnibus a Christo delegatum fuit, hoc petro singulariter pastorali officio datum est, hoc solus petri successor hæreditat, ex hoc ipso ꝙ succedit petro in pontificatu ecclesiæ catholicæ. Hinc igitur sola successoris petri sedes, vocatur, & est sedes apostolica, vtpote ea, in qua sola authoritas gubernandi ecclesiam catholicam (quæ inter facultates legatas apostoli summum tenet locum) residet: hinc successor petri apostolicus, hinc eius dignitas seu officium apostolatus, hinc eius authoritas apostolica vocatur, vtpote complectens supremam omnib. apostolis tributam authoritatẽ. Vnde solutio patet omnium quæsitorũ, & cur solus petrus inter apostolos habet successorem in apostolica authoritate, quia, s. solus ĩstitutus est a Christo pastor ouium suarum. Et quo pacto cum hoc stet, eũos omnes succedere apostolis in eũali dignitate & authoritate, & quatenus eũos esse omnes pares, hoc. n. nihil omnino obstat veritati declaratæ. Et quare eũs Hieroſoly. non succedit Iacobo in authoritate apostolica. Episcopus aũt Ro. succedit petro apostolica authoritate, quia. s. petrus authoritatem apostolicam habuit, etiam vt ordinarius pastor, a Christo institutus super vniuersũ ouili suo. Iacobus autem eam habuit tantum vt Apostolus. Et hoc non ratione aut voluntate humana factum, sed Christi veri Dei institutione ordinatũ esse monstratum est, dum petrum solum pastorẽ suarum ouium instituit dicens, pasce oues meas.

Ad argumenta deinde allata ducendo ad incõueniens, respondendo ad primum dicitur, sequelas nihil valere. Ad probationem autem, quia nõ potest ad plures pertinere (quod ad vnum tantum dr̃) respondetur ad innumeros successores posse pertinere quod ad vnum tantum officialem instituendo dr̃, qm̃ quod sibi dr̃, cuilibet succedenti ĩtelligitur dictum, & propterea dictum petro primo pastori Christi ouium instituto cuilibet ei succedenti in huiusmodi officio pastorali dictum est. Et eadem est rõ de promissionibus eidem factis.

Ad fm̃ siꝝ dr̃, sequelam nihil valere, nec esse maiorem aut parem rationem, quod extendant hæc verba ad alios apostolos, qui erant præsentes, quã ad successorem petri, qm̃ quilibet successor, licet ĩ seipso tunc non esset, erat tamen in ipso petro, sed eadem officij forma, quo constat modo non fuisse alios apostolos in petro, quoniam nullus sub eadem officij forma fuit aut futurus fuit.

Ad tertium dr̃, quod non ridiculum, sed diuinę rõni consentaneum est, vt omnium ecclesiarum cõicantium in eisdem sacris, &c. sicut est vnũ numero ouile institutum a verbo Dei cõi omnib. ita sit vnus numero pastor illius vnius ouilis institut⁹ ab eodem verbo de cõi omnibus. Hoc siquidẽ diligenter perspectum, non est vni particulari ecclesiæ aut þsonæ consulere, sed vnitati ouilis, puidere, ac per hoc sicut vnitas ouilis cõis est ecclesijs omnibus particular bus, ita vnitas pastoris ad oĩum est vtilitatem Ecclesiarum. Et sic optimè adimpleretur quod apost. dicit 1. ad Corin. 3. Omnia vestra sunt, siue Paulus siue Apollo, siue Cephas.

Ad quartum dr̃ simul, & quintum consequentias nihil valere, vtpote ex impertinentib. ad propositum deductas. Dicta siquidem a Hieron. in vtroque loco, impertinentia sunt ad propositũ, vtpote qnæ de eps, & presbyteris quatenus eps, & þsbyteri sunt dr̃, æqualitas namque seu identitas diuino iure inter eos & presbyteros, siue sit, siue non sit, nihil refert ad vnitatẽ pastoris totius ecclesiæ, non enim ideo vnus est pastor totius ecclesię, quia eps maior est presbytero, sed ideo quia vnus est successor petri, siue presbyteratus, siue eũatus sit maximus in ecclesia Dei ordo. Aequalitas aũt diuino iure eorum inter se quatenus eps sunt, non eget probatione, qm̃ illam asserimus, sed impertinens est proposito, qm̃ non ideo vnus est pastor totius ecclesiæ, quia vnus eps est sacratior altero (omnes. n. eps sunt æquales in eũatus ordine, & non est magis aut plus eps successor petri quicũque alius eps, sicut non est magis presbyter, quam quicunq; alⁱ⁹ presbyter) sed ideo vnus est pastor totius ecclesię, & reliquis prælatus eps atque presbyteris, qa vnus est successor petri. Vnde patet ex hoc, ꝙ diuino iure a Christo ĩstituto vnus presbyter, siue eps petri successor cæteris eps & presbyteris, imo toti ecclesiæ prefertur, nõ sequi Hier. & allatos a Hier. petrũ, paulum, Ioannem, Lucam, hæresim docere, vt arguentes audent inferre, sed prudẽs lector intelligit dicta horũ impertinenter deducta ad propositũ.

CAPVT XIII.

Romanum Pontificem succedere Petro in Pontificatu totius Ecclesiæ.

SVpposita petri successione, oportet monstrare quis sit ille successor petri in pastorali cura totiⁱ⁹ eccl̃ę. hẽt. n. proprias difficultates an is sit Ro. eps.

Obijcitur igitur in primis ex parte tpis quia romanus est per multos annos post petri põtificatũ, quũ prius petrus sederit Antiochiæ, & p multos annos ante absq; particulari aliqua sede fuerit.

Et confirmatur hæc rõ arguendo sicut arguit apost. ad Ro. 4. vbi probat ex circunstantia tpis & facti Abrahã non ex circuncisione, sed ex fide iustificatũ nulla alia rõne vsus, q̃ ꝙ Abraham ante circuncisionẽ fuerit iustus apud Deũ per fidem. Si hoc eius argumentum valet, necesse est valere, & hoc, si petrus quando claues accepit a Christo, nõdum erat eps vrbis Romæ, sed erat vnus inter apostolos: ergo claues non sunt ei datæ, secundum ꝙ postea, vel factus, vel imitatus est, vel loco, vel officio (sicut Abrahæ non est iustitia reputata qualiscunque post fidem factus fuerit,) sed prout fuit Apostolus tantum.

Secundò, Si romanus pont. esset petri successor in cura totius ecclesiæ (de hac enim successione, ne contingat idem sæpius replicari, semper loquimur, nisi qñque explicemus de sola successione ĩ

epatu Romano nos loqui) oporteret de quolibet F
Rom.Pont. verificari verba Christi spectantia ne
cessario ad succesorem Petri,sed non de quolibet
Rom.Pont.hec verificari oportet: ergo Ro.Pont.
non est succesor petri.Probatur autem destructio
consequentis, ex eo quòd Rom. Pont. potest labi
in hæresim, & sic non verificabuntur de eo verba
Christi,Tu es petrus,i.in fide solidus,neque super
hanc petram ædificabo ecclesiam meam, quoniã
soliditas fidei in ipso, super quam ædificanda est
ecclesia,non inueniretur,nec,Ego rogaui pro te,vt
non deficiat fides tua,quæ omnia ad succesorem
petri dicta esse monstratum est.

Tertiò,quia non omnis Ro.pont.habet Christi G
charitatem, quam tamen tertio Christus exegit in
institutione officij pastoralis.nõ est ergo petri suc-
cesor, qui exactea Christo tuncin petro charitati
non succedit.

Quartò,quia non omnis Rom. pon.pascit oues
Christi,sed multi eorum pascunt oues suas, dum
ad propriam gloriam,authoritatem,vtilitatem,&
alia huiusmodi pontificatum exercent.Dicẽte aũt
Dño, pasce oues meas, significauit petri succesto-
res,aut pastores esse debere ouium Christi, ipsum
amantes,& illas pascentes,doctrina,iustitia,& alijs
huiusmodi,aut si non amant,& docent,nihil hoc
verbum ad eos pertinere, ac per hoc non esse petri H
succesores.

Quintò,quia prisci Ro.pont.recusauerũt se vtes
appellari.Greg. enim sex epistolis hoc reprehẽdit,
& narrat prædecesores suos hoc renuisse.Si enim
Greg.cum alijs noluit vocari eps vtis,ps est q nõ
erat aut non se credebat vtem epm, idem autẽ so-
nat pontifex vtis,& pontifex totius ecclesiæ. Non
succedit ergo Ro.põ.petro ĩ põtificatu totiꝰ eccle.

Sextò concilium Nicenum (vt scribitur lib. 10.
c.6.histo. eccle.) statuit sic. Et apud Alexandriã vel
in vrbe roma,vetusta consuetudo seruetur,vt vel il
le Aegypti, vel hic suburbanarum ecclesiarum so-
licitudinem gerat. Si.n.rom.pon.succesor esset pe
tri in pontificatu totius ecclesiæ, non psumpsisset
Nicenum concilium fines suæ solicitudini decer
nere in suburbanis Ecclesijs.

Septimò,si ro.pont.Christi institutione.præest I
toti ecclesiæ,vt Christi vicarius generalis, sequitur
peccasse,& peccare omnes,qui nõ fuerunt, & qui
non sunt sub rom.pon.obedientia. Et hinc sequit
primo primitiuam ecclesiam totam errasse,quum
adhuc non esset rom.pon.Sequitur deinde tot Sãc-
tos & Martyres vsque ad 40.annos post Christũ,
errasse,quum tunc non recognosceretur ro.pont.
vt pastor totius ecclesiæ.Sequit postea Asiã,Aphri
cam,atque Greciam in damnatione fuisse,vtpote
non recognoscentes rom.pon. vt omnium caput.
Sequitur demum christianos, qui hodie sunt in
Perside,India,Scithia,totoque Oriente,damnari,
eo q non subsunt rom. pon. Manifestatur aũt hos K
non recognouisse rom.pon. eo q non ab ipso seu
eius authoritate eorum episcopi sunt instituti,eo-
rum concilia sunt celebrata.

Octauò,Hieron.de viris illustr. scribit,q Achatius episcopus Cesarienſis discipulus Eusebij Pam
phili,imperante constantio, Liberium papam de-
posuerit,& Felicẽ cõstituerit. Cõstat aũt hoc repu
gnare primatui ro.põt si totius eccle Antistes eẽt.

Nonò,Si vlla ecclesia est prima & mater oĩum
ecclesiarum,& à Christo Dño immediate funda-
ta non est alia nisi ecclesia Hierosolymitana, quæ
per multos annos fuit ante Romanam,vnde exie-
runt omnes apostoli ad vniuersum orbem terra-
rum.In cuius signũ ab oĩb.ecclesijs etiam Ro. col
lectæ soluebantur ecclesiæ Hierosolymitanæ.

Ad huius rei euidentiã considerandasunt duo,
primum vnde est,fm vnde scitur Rom.pon.succe
dere petro. Circa primum aũt distinguendum est
de ratione succedendi,& ratione succedentis:nam
ratio succedendi est non euangelica institutio,sed
subsequutum factum petri,quo ecclesia Rom.ap-
propriata est petro appropriatione firmata.Decla-
ro singula, cautum reddendo lectorem in primis,
q aliud est succedere petro, & aliud est succedere
petro hunc,f Rom.pon. Ratio.n.quod petrus ha-
beat succesorẽ,institutio est euangelica, qua Dñs
in petro pastorale totius mũdi instituit officium,
vt in præcedentib.manifestatum est. Ratio vero,
quod petro succedat hic,hoc est Rom.pont.non
est institutio euangelica,tum quia euangelica voce
non est ecclesia Rom. appropriata petro, sed tota
ecclesia commissa sibi,dum dr, Pasce oues meas,
& ppea si petrus perseuerasset vsque ad finẽ, vt in-
cepit absque appropriatione alicuius particularis
ecclesiæ: nec Ro.põt nec aliquis alius particularis
eps esset petri succesor: sed migrante ad cælum pe
tro fuisset vnus electus in epm catholicæ ecclesiæ,
qui succesor fuisset petri.Tũ quia si petrus in sede
Antiochena, quam sibi prius appropriauit, perse-
uerasset vsq; ad mortẽ,non Ro.põ. sed Antioche
nus succesor esset petri. Tum quia si petrus dis-
cessisset ex Roma.non tantum loco,sed sede,ita q
alibi sedem elegisset,non succesisset Ro.pont.pe-
tro,sicut nec modo succedit petro Antiochenus,
quia inde discessit mutando non solũ locum,sed
sedem.Ex his enim patet,non ex euangelica insti-
tutione ortum hre,quod ro.pont.succedat petro:
euangelica siquidem institutio de his mutationib.
non se impedit,sed subsequentib. factis disponen-
dum hoc reliquit. Quo circa ex eo, qd appropria-
tione firmata Ro. ecclesia petri põtificatui addicta
est,inde ortum est,vt ro.pont.petro succedat. Ap-
propriationem autem firmatam dicamus;quia pe
tri morte firmata est, & qa Christi authoritate ro-
bur ĩfirmatis obtinuit. Nam (vt ecclesia cantat, &
Ambrin oratione contra Auxentium,de Basilicis
tradendis;quam habes in lib.5.Epistolarum Amb.
post 32.Epistolam asserit, & ante ipsum in lib.3.de
excidio Hierosolymitano,c.2. Egesippus affirmat)
volẽti petro ex vrbe Roma discedere obuiãs Chri-
stus iussit,vt Romæ mortem pateretur, eidem di-
cendo,Venio romam iterum crucifigi,vt non nũ-
da petri mors romæ,sed mors iussa a Christo in vr
be roma, firmaret romam sedẽ in petri succesio-
ne. Si ad ortũ itaque atq; initium succesionis ro.
pont.petro spectes rationem succedendi inuenies
fuisse ecclesiæ ro. appropriationem ad pontificatũ
petri, firmatam & petri morte, & Christi manda-
to.Quum autem dicimus, petrum & ro. pontificẽ
& pontificem Ecclesiæ catholicæ, non duos intel
ligas pontificatus,non enim sunt duo in actu, sed
in potẽtia tãtum,hoc est,quia potuissent esse duo,
vt patet ex dictis. Vnde non se habent sicut duo
episcopatus vniti,non erat siquidem in rom.eccle
sia episcoparus ante petrum: sed ipse petrus róm.
ecclesiam erexit in pontificatum, non alium,
quàm suum,quem secum vehebat, ita quod pon-
tificatus petri, quem à Christo habuit relatum ad
ecclesiam catholicam, retulit ipse petrus ad ec-
clesiam Romanam appropriando sibi illam.
Confert autem nonnihil hæc Pontificatus

vnitas

vnitas ad hoc, vt idem sit Rom. pontif. & pontifex ecclesiæ catholicæ, nō solum vnitate personæ, sed identitate pontificatus. In cuius signum nō dant Rom. pon. duo pallia, sed vnum tantum, quum tñ plura dari constet habenti plures pontificatus, q̄bus debentur pallia. Si autem de ratione succedentis est sermo, euangelica institutio, ratio inuenitur succedentis Rom. siquidem pont. Petro succedēs authoritatem habet apostolicam ab euangelica Christi voce, pasce oues meas: nam cuilibet Petri successori, ī petro dixit Christus. Pasce oues meas. Licet itaque Apostolicam sedem Rom. esse pont. initium habuerit ex appropriatione ecclesię Ro. ad Petrum, ex quo tamen firmatum sic est eo ipso quo aliquis verus est Rom. pont. verus est pon. ecclesiæ catholicę a Christo in B. Petro institutus: manifestum est igitur, vnde Rom. pont. est petri successor, ac totius ecclesiæ pastor. Scitur autē hoc diuina reuelatione facta, tum vniuersali ecclesię, cū sanctis Doc. innumeris, tum sacris conciljs. Nullꝰ siquidem christianus dubitare permittitur ex diuina prodire reuelatione quicquid ad fidei christianæ rōnem spectans (de quorum numero hoc cōstat per Decr. vnam sanctam esse) contestatum inuenitur à prędictis. Cōis christianorum & olim & nunc & semper confessio fuit, est, & erit Ro. pont. sedem solam esse sedem Apostolicam, hoc autem nihil aliud est, quàm fateri Rom. pont. petri successorem esse rectorem catholicę ecclesię: nā in apostolica sede (nisi quis propriam ignoret vocē claudit apostolica authoritas, ī apostolica aūt authoritate facultatem regendi totam ecclesiam includi ītelligūt exercitati in sacris literis. Et hoc vsq; adeo est clarum, vt concorditer dicatur Apostolicæ authoritati à Christo orbem commissum terrarum, sic vt quilibet Apostolus vbicunque contingeret ipsum fore instituebat ecclesias, instituebat episcopos, & id genus reliqua faciebat, vt eorum etiā gesta testantur. Vnde cum 1. ad Cor. 12. dī, Posuit Deꝰ in ecclesia primum Apostolos, dicit gl. interli. omnium ordinatores & iudices, manifestans apostolicam authoritatem esse omnium ordinatricem & iudicem. Confitentes igitur apostolicæ authoritatis sedem, confitemur velimus nolimus sedem ordinatricem, & iudicem omnium. Hanc aūt esse ītentionem cōfitentium ex eo etiam comperitur, quod solam successoris Petri sedem Apostolicam confitemur. Extat siquidem Hierosolym. sedes, in qua Iacobus Apostolus sedit, cuius successor est episcopus Hierosol. cur sedes illa, in qua Iacobus Apost. sedit (quæ prius tempore fuit, quàm quæcunque alia partialis sedes) non est ipsa quoq; sedes apostolica, nisi quia in illa non est authoritas apostolica, & in ista est? Nam si ex sola successione ad personam Apostoli affirmaretur à Christi fidelibus sedes apostolica, dubium non est, q̄ multę essent sedes apostolicæ, & Hierosol. sedes esset apostolica, & Rom. sedes esset apostolica, modo autē, q̄ vnicam tantum nouit christianus populus sedē apostolicam, eamq; Rom. pont. sedem esse plena voce confitentur, clarum relinquitur, per sedē apostolicam intelligi sedem authoritatis apostolicæ. Et confirmatur, quia sicut in episcopali sede claudit pontificia authoritas, & in Archiepiscopali sede authoritas Archiepiscopalis, & in sede patriarchali authoritas patriarchalis, ita in sede apostolica clauditur authoritas apostolica. acper hoc quēadmodum christianus populus ad huiusmodi sedes recurrens, ad dictas authoritates recurrere intendit, ita ad apostolicam sedem recurrens, aut ipsam quomodolibet venerans, authoritatem apostolicam confitentur. Porro in professione sedis apostolicæ clauditur eius diuinæ institutionis confessio: nam quia f̄m veritatem, Apostolica tam sedes, quàm authoritas a solo Christo est, vel esse potest, à quo solo possunt Apostoli fieri (neque eīm minus est apostolicam sedem ac authoritatem, q̄ apostolum instituere, sicut non minus est episcopalem authoritatem ac sedem facere, quàm c̄p̄m) necesse est vt qui apostolicam confitentur sedem a Iesu Christo immediatè illius esse authoritatem fateantur, diuinoque proinde iure institutam illā esse profiteantur. Et hinc habes quòd Doctores confitentes Rom. pontif. sedem apostolicam aūt apostolatum, aut authoritatem apostolicam fatentur Rom. pontificem esse totius ecclesię rectorē, quod notandum valde est, & secundum se, & ne oporteat sæpe repeti in authoritatib. sanctorū, &c.

Antequam autem authoritates adferantur, ad obiecta respondendum est.

Ad primum ergo dī, nihil obstare successioni Ro. pon. Petrum, quatenus Ro. pon. fuit, natū esse post acceptas claues, sufficit. n. successori natū esse ante mortem eius, cui succedit. Ad argumentum aūt formatum ad similitudinem argumenti Pauli Apost. de iustificatione Abrahæ, rñdetur militare illud non p̄ nostram sententiam, sed potius cōtra arguentes. Manifestatur autem hoc distinguēdo, sicut in Abraham reputationem iustitiæ à iustitia reputata, ita proportionaliter in petro acceptationem clauium a clauib. acceptis. Nam quemadmodum reputatio ad iustitiam Abrahæ conuenit ex fide, & non ex circuncisione postea subsequuta, ita petro acceptio clauium conuenit ex pontificatu ecclesiæ cath. (tunc enim datæ sunt ei claues, q̄ factus est pastor christiani ouilis) & non ex ecclesia Ro. seu pont. Ro. postea subsequuto. Et similiter quemadmodum iustitia reputata Abrahæ, non est restricta ad statum præputij, sed est extensa ad subsequutum statum circuncisionis (dicente apostolo ibidem, ideo ex fide, vt f̄m gratiam firma sit p̄missio omni semini, nō ei qui ex lege est solū, &c.) accepte claues extensæ sunt ad subsequutū postea petri pont. Rom. Rursus quemadmodum Abrahæ iustitia reputata appropriata est subsequutæ circūcisioni, seu ipsi Abrahæ, vt postea p̄ factus est circuncisionis, sic vt eius semen ex circuncisione plātum sit omnib. in consummatione iustitiæ promissionum, & benedictionum Abrahæ (dicēte Apost. ad gal. 3 Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius, qui est Christus, quem constat ex circuncisione natū) ita acceptæ claues appropriatę sunt Ecclesię Ro. seu petro, vt factus postea est pont. Rom. sic vt per ipsam aperiatur regnum cęlorum oībus cogitationib. terræ. Vnde patet q̄ ex huiusmodi argumento etsi hī, quod acceptio clauium non p̄tinet ad petrum nisi f̄m quod erat tunc quum accepit claues, (erat autem nō solum apost. sed pastor ouium Christi) non tamen hī, q̄ acceptę claues restrictæ sint, & conclusæ ad statum illum p̄cise: sed subsequendo similitudinem abrahę habetur, quod claues acceptæ & extensæ, & appropriatę sunt ad pontif. Rom. secundum mutationem, qua & loco, & officio, appropriata est petro Ecclesia Romana.

Ad secundum dicitur, posse dupliciter intelligi successorē petri seu Ro. pon. nō posse esse infidęlē seu hęreticū. Vel de ipsius p̄sonaī ordine ad eccle-

siam catholicam, vel de ipsius persona secundum seipsam. Et vtroq; modo verificat, & vtrūq; expres sit Dominus in Euangelio. Fidem enim solidam ī Petro & successoribus suis secundum proprias psonas, significauit Dominus, dicēs, Tu es Petrus in præsenti: & dicens, Ego rogaui pro te, vt nō deficiat fides tua: in futuro. Fidem verò eiusdem in in ordine ad Ecclesiam significauit Dñs, dicens, Super hanc Petram ędificabo ecclesiam meam, & dicens: Confirma fratres tuos. Nec obstat personæ Rom. Pontif. fidei secundum propriam perso nam, quod illa persona potest esse hęretica, quoniā quam primum desinit esse fidelis, desinit etiam es se Petri successor secundum rei veritatem & apud Deum: apud cuius tribunal qui non credit, iam iu dicatus est, vt dicitur Ioan. 3. quidquid sit secundū forum ecclesiasticum. Ex quo tamen idem habet: nam ex hoc ipso, q̄ ille homo qui vocatur Petri successor, ex casu a fide, iudicio etiā inuitus subij citur Ecclesiæ, manifestatur ipsum non esse ampli⁹ Petri successorem secundum veritatem. nam si ve rè esset Petri successor, iudex esset totius ecclesiæ, & non esset illi subiectus inuitus. Ex soliditate autē in fide personæ Rom. Pon. in ordine ad ecclesiam prouenit vt errare nō possit sententialiter diffiniē do de fide Christiana: quoniam in huiusmodi dif finitione construitur fides vniuersalis ecclesiæ, & per eam ædificatur ecclesia Christi ab ipso Chri sto super petram sedis Apostolicæ. Impossibile au tem esse constat vniuersalem ecclesiam errare in fi de. Liber autem intueri, quàm sumuiter com mendata sit huiusmodi fidei diffinitio voce euāgelica. fide siquidem construi ecclesiam constat, quum sit, (vt ad Heb. 11. dicitur) sperandarum substantia rerum, & ideo ædificandi & confirmandi actui re spondet, vterque enim substantiam ædificij respi cit. Sed quoniam fides donū Dei est, idcirco Chri stus sibiipsi attribuit ædificationem ecclesiæ super sedem Apostolicam, dicens. Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: firmare vero fideles fluctuantes in ambiguitatibus & quæstionib. quæ circa fidem emergunt, quia ministeriale opus est Petri & successoris, ideo dicitur Petro, & succesſo ri, Confirma fratres tuos, quidquid enim agit se des Apostolica diffiniendo de fide, nihil aliud est quàm declarare quid sub fide à Christo data conti netur, sic enim confirmat fratres suos. Vnde & in Calcedon. synodo dixerunt patres, q̄ congregati in Constantinopolitano Concilio doctrinam de Spiritusan. tradiderunt, non quòd minus esset in præcedentib. qui apud Nicæam congregati sunt ī ferentes, sed intelligēdum aduersus Hęreticos de clarantes. Et hinc oritur vt diffinitis de fide ab apo stolica sede subsit etiam ipse Ro. Pontif. sicut sub est fide, non enim alicui propterea de nouo subij citur, sed quod implicitè credebat, tenetur explicitè credere, ex hoc quod fides sufficienter explicata est, quo ad hæc, quæ prius explicata non erāt fidei veritati subesse. At si cuiquam mira in hac re sponsione dicta apparebunt, meminerit scriptū es se, Mirabilia testimonia tua, sunt enim hæc Iesu Christi testimonia. Sed quid mirari fidelis debet de tali tantaque diuinæ gratię assistentia suo in ter ris Vicario, quum Caiphæ pont. synagogæ minus legitimo ac persecutori ipsius Christi astiterit ad prophetandum ratione pontificatus, testante Ioā. Euangelista, dum dicit, A semetipso non dixit, sed quum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus erat moriturus pro gente, Ioannis 11. Cur. n. Ioannes hoc docuit, cur hoc reuelauit, nisi vt diui nam assistentiā peculiarē pontifici esse reuelaret.

Ad tertium dicitur, quod exacta trina dilectio a Petro rectitudinem respicit pastoralis officij, & propterea, qui non succedit Petro in dilectione Christi, nequaquam succedit eidem in bonitate pastoralis exercitij: sed pastor est officio, & nomi ne, mercenarius autem studio & exercitatione.

Ad quartū dī, quod amare, & pascere oues Chri sti, spectat ad successores Petri sub ratione commis si, & debiti: Christus enim commisit, vt pasceret oues suas, & ad hoc successor tenetur, & ad hoc se obligauit suscipiendo pontificatum. Vnde si nec amat nec pascit, non propterea locus iste ad ipsum non spectat: nam multum ad eum spectat pascere Christi oues, ad quem spectat vt præceptum & ex officio debitum. Exigit quippe locus iste pascentē & amantē, quia exigit, vt amare & pascere debeat. Et quamuis non amans nec pascens indignus sit pastorali officio, & mereretur illo priuari, non esse tamen propterea priuatum ex vtroque testamēto dicimus. Ezechiel siquidem 34. reprehenduntur mali pastores, qui non Dei gregem. sed semetipsos pascebant, appositis propheticis minis priuatio nis pastoralis officij per ipsum Deum exercendæ, pastores tamen relinquuntur. Matth. quoque 23. Super cathedram, inquit Dominus Moysi, sederūt Scribę & Pharisęi, quæcunque dixerint vobis ser uate & facite, fm vero opera eorum nolite facere.

Ad quintum dicitur, Gregor. prędecessorum vestigia imitatum refutasse se vniuersalem appella ri, ea ratione, vt ipse millies dicit, quia si vnus vni uersalis Episcopus dicitur, solus ipse Episcopus vi detur dici, & sic cęteris Episcopatus tolleretur. Nō autem ea ratione, quòd Rom. pont. authoritas re stricta sit, & ad vniuersalem non se extendat eccle siam, superbum enim vocabulum, vtpote reliquo rum Episcoporum iniuriam prę se ferens, horruit Greg. & non rem Apostolicæ authoritatis exten dentis se ad vniuersalem Ecclesiam. Vnde post in ferius ad Mauricium Imperatorem afferenda ver ba de Petri authoritate super totā ecclesiam, subiū git de Petro, Cura ei totius ecclesiæ, & principatus commitur & tamen vniuersalis Apostolus non vocatur. Vbi patet Greg. simul affirmare curam to tius ecclesiæ, & negare vniuersalis vocabulū. Pro pter quod posteriores pontifices Rom. rem tenē tes, nec a Greg. humilitate discedentes, vniuersalis nomen a recto in obliquum transtulerunt, & sub scribunt se in hodiernum diem, Ego enim Episco pus ecclesiæ catholicę. Ad sextum dicitur, quod aliud est loqui de authoritate, & aliud de execu tione, cum authoritate siquidem Rom. Pon. super totam ecclesiam. mos fuit laudabilis, vt non exe quereturpapa ea, quę ad particulares aliarum ec clesiarum curas pertinebant, nisi casus aliquis id exegisset. Et hinc mos fuit, vt Episcopi ab Archie piscopis confirmarentur, curati ab Episcopis da rentur, & innumera similia fiebant. Et hęc est illa vetusta consuetudo, cuius meminit Nicęnū Con cilium, quod annuente Rom. pont. ibi per suos le gatos presente de obseruatione huiusmodi vetu stę consuetudinis statuit. Ex hoc autem nō sequit statutum esse de authoritate Rom. Pont. aut lesam fuisse illius authoritatem, sicut nec hodie minuit, aut leditur Rom. Pontif. authoritas ex eo quod in multis prouincijs Rom. Pontif. obedientibus, hu iusmodi executiones per prouinciales fiunt.

Ad septimū dicitur, quod Romanus Pontifex

Christi

Christi institutione esse prælatum cæteris, potest dupliciter intelligi: vel quo ad rationem initij, & sic falsum est, iuxta superius declarata. Vel præsuppositæ appropriatione Ecclesiæ Romanæ ad Petrum, & sic verissimum est: & propterea conceditur sequela. s. omnes peccare, & peccasse, qui eum non cognouerunt, vt prælatum. Et quum infertur primo, quòd primitiua Ecclesia errasset, negatur sequela: qñ tunc adhuc non fuerat appropriatio Ecclesiæ Rom. ad Petrum, quæ præsuppositæ pon. Rom præest omnib. Sufficiebat siquidem tunc, qđ tota Ecclesia recognosceret Petrum, vt totius Ecclesiæ pastorem: post appropriatam aũt Ro. Ecclesiam, oportet recognoscere Ro. Pon. successorem petri pastorẽ totius ecclesiæ, nõ quatenus est Ro. pont. sed quatenus est successor Petri per se, & formaliter loquẽdo. Quũ vero infertur secũdo, quod tot Martyres, & Sancti ad quadringentos annos peccassent, quia non recognouerunt Roma. pont. respondetur falsum esse, huiusmodi Martyres, & Sãctos non recognouisse Rom. pont. a principio cm̃ Ecclesiæ Petrus recognitus est, & successiue Rom. pont. ei succedens, vt subsequentes manifestant authoritates Sanctorum. Et similiter quũ tertio infertur, Asiam, Aphricam, & Græciam errasse, quia non fuerunt subditæ Rom. Ecclesiæ, manifeste erratur, & quæ falsissima comprobantur inducũtur, plenum siquidem registrum Gregor. curis, Asiæ, Aphricæ, & Græciæ, testatur oppositum.

Quod demum inducitur Christianos hodie Orietales non subesse Ro. Ecclesiæ (nisi de schismaticis sit sermo) falsum esse, vt ex gestis in Cõcilio Floren. sub Eugenio IIII. patere potest, sibi siquidem Iacobitæ Armeni, atque Græci Roma. pont. vt pastorem totius Ecclesiæ recognoscere se cõfessi sunt. Ad probationem autem subiunctam, quia nec Episcopi ibi à Papa instituuntur, nec Concilia eorum Papæ fiunt authoritate, iam patet quid dicẽdum est. s. q̃ huiusmodi exequutionum consuetudo in quibuscunq; prouincijs, Papæ nec tollit, nec lædit authoritatẽ. Veruntamen pluries nostra ætate visum est, ab Orientalib. missum ad Rom. pont. pro subrogãdo Episcopo, seu confirmando electo, tempore Alexandi VI. & Iulij II. Ad octauum dr̃, nos de iure diuino loqui: arguentes aũt objiciunt damnatũ violentiæ factum, vt ipsamet verba Hiero. testantur, ait enim, Achatius in tm̃ claruit, vt in locum Liberij Felicem Arrianũ substitueret, Vnde Felix ille in catalogo pontificum non est computandus, vt testatur Aug. in epist. ad Generosum, & est epist. 165. Ibi siquidem Aug. a Petro vsq; ad tunc temporis Roma. pont. Anastasium singulos successiue recensens, Liberio Damasum successorem ponit non Felicem. Ad nonum dr̃ Rom. Ecclesiæ appellatione intelligi posse, vel ipsum corpus Roman. Ecclesiæ f̃m se, vel f̃m suum caput, & quod licet Rom. Ecclesia f̃m reliqua eius membra non sit prima, nec mater omnium Ecclesiarũ, nec immediatè instituta a Christo, ipsa tamen eadem Ecclesia Roma. secundum suum caput Petrum ac Petri successorem prima est ac mater, & magistra omnium Ecclesiarum, & immediate a Christo euangelica voce authoritatem ac firmitatem habens, vt prædeclaratum est. Vnde tam Canonum quam Sanctorum sententiæ Romanam Ecclesiã primam magistram, matremq; Ecclesiarum omnium, aut a Christo Domino euangelica voce fundatam firmatamq; sonantes, veræ sunt ratione capitis. Et hoc intendunt, qui hęc scripserunt, vt ex eo patet, quòd eorum sententia fundatur super verbis Domini ad Petrum, qui caput fuit, & in suis successoribus est Eccle. Roma. Vnde nihil obstant huic primatui, quæ ab Hierosolymitana Ecclesia afferuntur: nam illa non fuit prior Petro: sed subdita fuit Petro. Collectæ autem Ecclesiæ Hierosolymitanæ non, vt prælatæ, sed vt indigenti ab aliis dabantur vt patet ad Galat. 2. Vnde impertinentes sunt ad propositum.

CAPVT XIIII.

Authoritates Sanctorum antiquorum, & Conciliorum, affirmantes in Petro ac Rom. Pont. successore Petri, totius Ecclesiæ Pontificatum institutum.

RElíquum est, vt illis quoque fiat satis, qui nesciunt a priscis Ecclesię Patribus in Asia, Aphrica, & Europa veneratum esse Roma. Pont. vt totius Ecclesiæ patrem non humana, sed diuina ratione. s. quia in Petro institutus est rector Ecclesiæ vniuersalis. Afferendas propterea censui Græcorum ac Latinorum antiquorum Ecclesiæ Patrum ac Doctorum sententias non oẽs, nec omnium, sed tot vt sufficiant ad claram notitiam, q̃ Roma. pont. Petri successor est, & habitus est semper in Petro institutus pastor, & rector totius Ecsiæ. Eta Græcis incipiendo, Chrysost. Hom. 55. super Matth. exponens illud, Super hanc Petrã dicit, Petrum Ecclesiæ futuræ pastorem constituit. Et infra, Deus concedere solus potest peccatorum remissionem, & futura Ecclesia tot, tantisq; fluctib. impetu irrumpentib. immobilis maneat: cuius pastor & caput piscator homo, atque ignobilis terrarum orbe reluctante adamantis naturam firmitate superet: hæc inquam omnia, quę solius Dei sunt, se pollicetur daturum. Et infra, Hunc. s. Petrum, vniuerso terrarum orbi Christus præposuit. Et licet superius glosauerit, super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, idest fidem atque confessionem inferius tm̃ ait, Ego dico tibi, Tu es Petrus, & ego super te ædificabo Ecclesiam meam. Et Homil. VI. super Ioan. tractans illud, Simon Ioannis diligis me plus his, &c. dicit, Alijs omissis duntaxat Petrũ affatur, fratrum ei curam committit: neq; negationis meminit, neque exprobat: tãtum dicit, Si amas me, fratrum curam suscipias. Et infra, tractãs illud, Sequere me, ait, Inquit ei, Sequere me: quibus verbis iterum curam, & familiarem in eum affectum ostendit. Quod si percunctaretur quomodo Iacobus Hierosolymis sedem acceperit, reſponderem hunc totius orbis magistrum prepositse. Et infra, tractans illud, Domine hic autem quid: dicit. Nam quum magna Dominus Petro communicasset, orbis terrarum demandasset, martyrium prædixisset, & maiora, &c.

Theophilus quoque Luc. 22. tractans illud, Et tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos, ait post quam me negato plorueris, ac pœnitueris, corrobora cæteros, quum te principem Apostolorũ deputauerim: hoc enim decet te, qui mecum robur es, & petra Ecclesiæ. Et infra, Quum esset Apostolus denegauit ac iterum per pœnitentiam obtinuit prærogatiuam, vt esset Antistes mundi. Et super Ioan. vlt. cap. super illud. Quum ergo prandissent, ait. Finito prandio commissionem omnium mundi Petro commẽdabat, non alij. Et super illud, Sequere me, ait, In hoc quod dicit Dñs Petro, Sequere me, cũctorum fidelium prælaturam ei instituit. Et infra, super illud, Donec veniam, ait, ideſt, dum hũc s. Ioan. volens dirigam adp̃dicandũ: te nanq; nunc dirigo ad orbis pontificatũ, & in hoc me sequere.

Cyrillus

Cyrillus patriarcha Alexandrinus in li. Thesau. Sicut Christus accepit à patre sceptrum ecclesiæ gentium, dux ex Israel egrediens super oēm principatum, & potestatem super omne quodcunque est, vt ei cuncta cruentur: sic & Petro, & eius successorib. plenissime commisit, & nulli alii quam Petro Christus, quod subest plenum, sed ipsi soli dedit. Et rursus, pedes Christi humanitas est. Ipse homo cui tota Trinitas plenissimam dedit potestatē: quem vnus trium assumpsit in vnitatem personæ transuexit ad patrem super omnem principatū, & potestatem, vt adorent eum oēs Angeli Dei. quem totum dimisit per sacramentum, & potestatem Petro & ecclesiæ eius. Et iterum, petro omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquā ipsi Domino Iesu obediunt. Et iterum, ipsius Apostolici throni Romanorum pontificum solius est reprehendere, corrrigere, statuere, soluere, disponere, & loco illius ligare, qui ipsum ędificauit. Maximus in epist. Orientalibus directa. Omnes fines orbis qui Dominum syncere receperunt, & vbique terrarum catholici veram fidem confitentes, in ecclesiam Romanorum tanquam in solum respiciunt, & ex ipsa lumen catholicæ, & Apostolicę fidei recipiunt.

Cyrillus patriarcha Hierosolymitanus, ex persona Christi loquens dicit petro, Tu cum fine, & ego sine fine cum omnib. quos loco tui ponam, plene, & perfecte sacramento & authoritate ego sicut sum, & tecum.

Concilium Calcedon. (vt in eius gestis legitur) tempore S. Leonis, & Martiani Imperatoris acclamauit Leoni papæ: Leo sanctissimus Apostolicus & vniuersalis. Et prius tempore Diocletiani, & Maximiani Imperatorum (vt habetur dist. 21. nunc autem) quum Marcellinus papa, & postea Martyr timore ductus thurificasset idolis, synodus episcoporum collecta huius rei gratia dixit prima sedes non iudicabitur à quoquam. Et longe ante, Anacletus Martyr Traiani tempore natione Græcus, patria Athenien. ait Sacrosan. Roma. & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino, & Saluatore nostro primatum obtinuit sicut Beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus, & super hac petram ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues, &c. vt habetur distinctio. 22. Sacrosancta. Et rursus, vt habetur dist. 21. in nouo. idem dixit, in nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primi pontificatus in ecclesia Christi datus est: Domino dicēte ad eum, Tu es Petrus & super hanc petram, &c. Et iterum, electionē sum morum pontificum sibi Dominus reseruauit dist. 79. electionem. Marcellus papa, & Martyr tempore Diocletiani, & Maximiani, seu Constantij, & Galeri, qui imperij gubernacula susceperūt, post Diocletianum, & Maximianum in can. rogamus vos. 24. q. 1. ait de Petro. Ipse est caput totius ecclesiæ: cui Dominus ait, Tu es petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, &c.

Cyprianus quoque Martyr in tract. de Simplicitate prælatorum dicit ea, quæ referuntur 24. q. 1. loquitur Dominus, quæ breuitatis causa non duxi repetenda. In illis siquidem petri pontificatus satis patet, vt declaratum superius est.

Ambros. in sermone 47. de fide petri Apostoli, & habetur dist. 50. can. fidelior de petro, Tamquā bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi infirmus ante fuerat, fieret omnibus firmamentū: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei soliditate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur: sicut ait, Dominus, Tu es petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam: petra enim dicitur, eo quod primus in nationib. fidei fundamenta posuerit, & tamquā saxium immobile totius operis Christiani compagem molemque contineat. Et idem in hymno Dominicali petrum petrā ecclesiæ appellat, dicens, Hæc ipsa petra ecclesiæ canente culpam diluit. Testatur siquidem Aug. in lib. Retract. ca. 21. hunc hymnum Ambro. esse. Et in serm. 11. de mirabilib. Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascēdit Dominus, in qua petrus magister est cōstituturus dicente Domino, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quæ nauis in altum seculi istius ita natat, vt pereunte mundo omnes, quos suscipit, seruet illæsos. Cuius figuram iam in veteri videmus Testamento. Sicut enim Noe arca, naufragāte mūdo cunctos, quos susceperat incolumes reseruauit: ita, & petri ecclesia conflagrante sęculo, oēs quos amplectitur, repræsentabit illæsos. Et sicut tunc trā facto diluuio ad arcam Noe columba signum pacis detulit: ita & transacto iudicio ad ecclesiam petri Christus gaudium pacis referet, quia ipse colūba, vel pax est. Et idem super epist. 1. ad Timoth. ca. 3. tractans illud, Vt scias quemadmodum oporteat in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, &c. ait. Quum totus mundus Dei sit ecclesia, tamē Dominus eius dicitur, cuius hodie rector est Damasus: mundus enim in preuaricatione est diuerso turbatus errore: ideo illic necesse est dicatur esse domus Dei, & veritas, vbi secundum voluntatem suam timetur. Et in li. de excessu fratris sui nomine Satyri, narrat, commendat ac tuetur cautelā ac sapientiam eiusdem in peregrinis partibus percunctantis, si episcopus esset catholicus hoc est cū Rom. eccles. conueniret: dicens cap. 7. Aduocauit ad se episcopum, nec vllam putauit veram nisi veræ fidei gratiam, percunctatusque ex eo est, vtrum nam cum episcopis catholicis, hoc est cum Rom. eccles. conueniret. Cum Rom. dixit non Hierosolymitana, non Antiochena, non Constantinopolitana, &c. cur hoc nisi quia Rom. cōmunis est omnibus catholicis, proculdubio, vt caput. Simile siquidem apud Hieron. refugium inuenies, scribentem ad Damasum epist. 7. Ego interim clamito, Si quis cathedræ petri iungitur meus est.

Hieronymus, super Matth. ait, Simoni, qui credebat in petram Christū, petri largitus est nomen: ac secundum metaphoram petræ recte dicitur ei, Ædificabo ecclesiam meam super te.

Rursus ad Damasum, & habetur 14. q. 1. cap. cū vetus. Ego nullum premium nisi Christū sequens, beatitudini tuæ, idest, cathedræ petri communionem consortio, super illam petram ædificata ecclesiam suam scio. Et infra. Quicunque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est Antichristi est. Vbi nota Hieron. pro eodem computare Christum, & papam quantum ad ea, quæ sunt fidei: de his enim cū loqui clare patet videnti epist. 4. Item quoque illi contra Iouinianum cap. 14. ait, inter 12. vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio, & loquitur, proculdubio de electione petri non ab Apostolis, sed à Christo, vt patet ex solutione subiūctæ mox quæstionis, sed cur non Ioannes virgo electus est. soluit enim, Ne magister bonus, qui dixerat, pacem meam do vobis, &c. in adolescentem, quem dilexerat, causam prębere

bere videretur inuidiæ. Idem rursus epist. 2. ad Damasum, & habetur 24. q. 1. Hæc est fides, ait, Si hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur quicunque me culpare voluerit, se imperitū vel maleuolum, vel etiam non catholicum, nō me hæreticum comprobabit, vbi quia vides, ex sedis apostolicæ iudicio pendere esse, vel non esse catholicum, aut hæreticum summum Christi in terris tribunal agnoscere potes: ad quod de fide iudicium spectare constat.

Augu. non solum Petrum principem Apostolorum affirmat: sed quum consultaretur sedes Apostolica de fide contra pelagianam hæresim, à duobus concilijs Carthagi. & Mileuiano subscriptus inuenitur. Et respondente Innocen. papa ad Carthaginense quidem concilium patrum institutа sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda, quod illi nō humana, sed diuina decrenere sententia, vt quidquid de dissunctis remotisque prouincijs ageretur, non prius ducerent finiendū, nisi ad huius sedis notitiam peruenirет, vbi tota huius authoritate iusta, quæ fuerit pronuntiatio firmaretur: indeq; sumerent cæteræ ecclesiæ, velut de naturali suo fonte aquæ cūctæ procederent, & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manarēt: quid præcipere, quos abluere, quos velut in cœno inemundabili sordidatos mundis digna corporib. vnda vitaret: concilio vero Mileuitanum, Quoties fidei ratio ventilatur arbitror oēs fratres & coepiscopos nostros non nisi ad Petrū, idest sui nominis & honoris authorem referre debere: velut nunc retulit vestra dilectio, q̄ per totum mundum possit omnib. ecclesijs in cōi prodesse. Et idem ad Paulinum epist. 106. referens hęc, gesta, cōmendat Innocen. literas responsiuas: subiungēs, Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat apostolicæ sedis Antistitē. Rursus 2. lib. de Baptismo contra Donatistas cap. 1. (& habetur 2. q. 7. puro) Petri cathedrā cuilibet præfert episcopatui, quum cōparando Cyprianum Petro ait, Vereri debeo ne in Petrū contumeliosus existam, quis nescit enim illum apostolatus principatum cuilibet episcopatui præterēdū? sed & si distat cathedrarum gratia vna tñ est Martyrum gloria. Idem in 2. lib. de Doct. Christia. non longe versus principiū, decretales epistolas apostolicæ sedis inter canonicas habendas scripturas censet, dicens, in canonicis scripturis ecclesiarum catholicarum quam plurium diuinarū scripturarum solertissimus indigator, authoritatem sequatur: inter quas sane ille sint, quas apostolica sedes habere & ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Quid eñ Decretales fidei, quas apud se habent, vel alius misit apostolica sedes inter canonicas esse habendas scripturas affirmat, supponit proculdubio apostolicā sedem non solum cunctis prelatam sedibus: sed diuinam vtpote fidei magistram.

Greg. in regist. li. 4. epist. 32. ad Mauricium Augustum ait: Cunctis euāgelium scientib. liquet, quod voce Dominica sancto, & omnium Apostolorum principi Petro Apostolo totius ecclesiæ cura commissa est, ipsi quippe dicitur, Petre amas me: pasce oues meas. Ipsi dicitur, Ecce satanas expetit cribrare vos, sicut triticum, & ego pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos, ipsi dicitur, Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prevalebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum, & in cęlis, & quodcunque solueris, super terram, erit solutum, & in cęlis, Ecce claues regni celestis accepit potestas ei ligandi, & soluendi tribuitur: cura ei totius ecclesiæ, & principatus committitur.

Sanctus Leo primus in sermo. 3. de anniuersario suæ assumptionis die ait, De toto mundo vnus Petrus eligitur qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis cunctisque ecclesię patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile, dilectissimi, huic viro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio, & si quid cum eo commune cæteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs non negauit.

Venerabilis Beda super illud Ioan. 1. Intuitus autem in eum Iesus dicit, Vidit cordis eius simplicitatem, animi sublimitatem: cuius merito cunctæ esset præferendus ecclesię.

Bernardus nō solū pluries Ro. pon. Iesu Christi vicariū, & totius ecclesiæ caput appellat: sed in epist. 1. ad Eugenium papam 237. in ordine epistolarum ait, Locus in quo stat, terra sancta est locus Petri est. locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius locus illius est, quem constituit Dominus Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: merito tali pastori, tali nutriori cōmissa est ecclesia, quum adhuc tenera adhuc in cunabulis esset. Et in epis. 242. ad Rom. qñ discesserūt à Domino papa ait, Cur regem terræ, cur Dominū cęli furore tam intolerabili, quām irrationabili in vos pariter prouocatis, dum sacram, & apostolicā sedem diuinis regalibusque ptiuilegiis singulariter sublimatam, ausu sacrilego incessere, suoque minuere honore contenditis Et in epistо. 131. ad Mediola. de plenitudine potestatis apostolicæ ait, Ro. ecclesia valde clemens est, sed nihilominus, potēs: fidele consilium & omni acceptione dignum, noli abuti clementia, ne potentia opprimaris. Sed dicit aliquis, Debitam ei reuerentiam exhibebo, & nihil amplius. Esto. Fac quod dicis: quasi exhibeas debitam, & omnimodam. plenitudo siquidē potestatis super vniuersas orbis ecclesias singulari prerogatiua apostolicę sedi donata est. qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare episcopatus, vbi hactenus nō fuerunt: potest eos qui sunt alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit ita vt de episcopis creare Archiepiscopos liceat, & e conuerso si necesse visum fuerit. Potest à finibus terræ sublimes quascunque personas ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam, non semel aut bis: sed quoties expedire videbit. Porro in prōptu est ei omnem vlcisci inobedientiā, si quis forte reluctari conatus fuerit.

In gestis concilij Constan. inter damnatos articulos Ioan. Vviclef, & Ioan. Hus reperiuntur hi duo, scilicet Petrus non est, nec fuit caput sanctæ ecclesiæ catholicæ, nō est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias. Et subditur, Error est pro quanto negaret primatum summi pontifici super alias ecclesias particulares.

Sanctus Tho. in 4. contra Gen. ca. 76. postquam multipliciter probauit vnum episcopum prælatū à Christo, toti ecclesię, subdit, per hoc aūt excluditur quorundam præsumptuosus error, qui se subdueere

ducere nituntur ab obediētia & subiectione Petri, F
successorem eius Rom. pont. vniuersalis ecclesiæ
pastorem non recognoscentes.

In Concilio quoque vniuersali Florentiæ sub Eugenio 4. vbi Græcorum, Armenorum, & Iacobitarum cum Roma. ecclesia facta legitur vnio, habetur hæc verba, Diffidimus sanctam apostolicam sedem, & Roma. pont. in vniuersum orbem tenere primatum, & ipsum Roma. pont. successorem esse beati Petri principis Apostolorum, & verum Christi vicarium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium Christianorum patrem ac doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pascendi, regendi, & G
gubernandi vniuersalem ecclesiā à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quemadmodum etiam in gestis œcumenicorum Conciliorum, & in sacris canonibus continetur, hæc ibi. Vbi non nouiter ab hac synodo inuentam fuisse hanc diffinitionem, sed ipsam contineri in aliorum vniuersalium Conciliorum gestis, & propterea hoc vnum concilium sufficit pro omnibus ad firmandam fidem huiusmodi veritatis.

Præterea turbam canonum, & doctorū (quam dinumerare nemo potest) idem sentientium. Tā euidenter siquidem ex his, quæ attulimus, clarum est Roman. pont. Petri successorem, à Christo in H
Petro institutum esse totius ecclesiæ pastorem, vt locus dubitationi nullus relictus sit: Si quis autem post hac hæsitans inuenitur, aut rudis, & ineptus, aut cum hæreticis seu schismaticis sapit, aut certè Christianus non est: ineruditus quippe valde & indocilis est, quisquis certitudinem mathematicam in omnibus quærit, vt philosophi tradūt: Hæreticorum atq; schismaticorum proprium est sacra vti scriptura, secundum sensum tamen quo ipsi faciunt illam sonare. Christianorum autem, qui verè catholici sunt, sapientia sacram scripturā intelligit secundum sensum, quem sancti Doctores, quem sacra concilia, apostolica authoritate roborata interpretantur. Hunc sciendi Christianam veritatem modum quisquis repellit, Christianus I
non est: ab hac via qui recedit, infidelis inuenitur. Nam licentia exorbitandi ab hac via si admittitur, Trinitatis vnam substantiam reuocare in dubium cum Arrio fas est: Spiritum quoque sanctum procedere à filio ambiguum adhuc cum priscis erit: panem in sacramento altaris conuerti in corpus Christi dubitatur. Hæc enim omnia nulla alia via aut authoritate sunt Christianis reddita certa, & indubia fide tenenda, nisi interpretatione sacrę scripturæ, iuxta Sanctorum documenta, & sacrorum conciliorum authoritate apostolica firmatorum diffinitionem. Quocirca quum textus euangelici ad propositum adsint, & Sanctorum doctrina cō formis in proposito pareat, nullo penitus Sanctorum reluctante, sacrorumque conciliorum cum Apostolica authoritate inueniatur definitio, omnisque Christianorum ætas à Petro huiusque in K
sancta ecclesia catholica hoc confessa inueniatur, reliquorumque Doctorum testimonia innumera, sint certum ita redditur Roman. pont. Petri successorem in Petro à Christo institutum totius ecclesiæ pastorem, vt certior fides haberi non possit. Amen.

Romæ, anno Christianæ salutis 1521. ætatis verò propriæ 52. die 17. Februarij.

TRACT. IIII.

TRACTATVS QVARTVS.

De Attritione, & Contritione in quatuor Quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num Attritio possit fieri contritio.*
2 *Num Contritio debeat esse singulorum peccatorum.*
3 *Num peccator teneatur ad contritionem quandocumq; recordatur suorum peccatorum.*
4 *Num contritio non modo culpam, sed pœnam debitam peccatis remittat.*

PROLOGVS.

INTENTIO mea in subsequentib. quæ ab authore tractanda erant ad perfectionem operis, est nō aggredi ordinem per quæstiones, & articulos sigillatim decidendo, quasi complere vellem tertiā partem (imparem enim me tanto negotio & cognosco, & fateor) sed dubia aliqua vtilia necnon discussione digna tractare, & iuxta ingenij vires diuina aspirāte gratia determinare. Seruaboque ordinem sacramentorum suprapositum.

De partibus igitur pœnitentiæ in speciali tractādo primum occurrit de prima parte pœnitentiæ dubium circa quidditatem eius, quæ ex differentia inter attritionem, & contritionem facilius cognoscetur.

QVAESTIO I.

An attritio possit fieri contritio.

ET propterea. Quæritur primo, an attritio possit fieri contritio. Videtur enim, quòd non.

Tum quia contritio, & attritio differunt penes principia: quoniam contritio est à charitate, attritio autem est à voluntate sine charitate. Tum quia imperfectio attritionis est de ratione eius: ac per hoc remota imperfectione non remanet attritionis actus, qui possit perfici per charitatem.

Ad euidentiam huius tria facienda sunt. primo dicetur quid nominis: secundo manifestabitur quotuplex est tam attritio, quàm contritio, tertio respondetur quæsito.

Quo ad primum attritio sonat imperfectam displicentiam peccati: contritio autem sonat displicentiam perfectam peccati. Et est sermo de peccato mortali. Notanter autem dico displicentiam, & non dico dolorem seu tristitiam: quoniam cōtritio proprie significat displicentiam, quæ est causa tristitiæ seu doloris, quamuis frequenti vsu dicatur, quòd contritio est dolor, significando causam ab effectu. Quanta autem differentia sit inter displicentiam, & tristitiam, quæ est in voluntate, manifestat status cœlestis patriæ: in qua sanctis displicebat peccata olim ab eis commissa, nullam tamen tristitiam de eis habebunt. Ex hoc enim, quòd in patria erit displicentia, & non erit tristitia, manifestè patet, quòd tristitia ipsa, quæ est in voluntate, non est essentialiter displicentia, sed ad displicentiam sequitur tristitia in his, qui sunt tristitiæ capaces. Et hanc doctrinam habes superius ab Authore in quæst. 84. art. 3. Hæc de primo.

Quo ad secundum, quia imperfectum dicit negationem perfecti, & negatio per affirmationem oppo-

oppositam cognoscitur: ideo inchoandum est à contritione, quæ est displicentia perfecta. Ex tribus siquidem constat huiusmodi perfecta displicentia: primum est ipsa displicentia peccati, secundum est propositum de cætero non peccãdi mortaliter: tertium est, quòd sit charitate informata. Et siquidem primum defecerit totaliter, nec attritio, nec contritio est: quoniam displicentia communis est vtrique. Si verò defecerit secundum quid (puta, quia adest peccati displicentia modica, seu leuis) tunc attritio esse potest, verum vsque ad quem terminum quantitas displicentiæ limites habeat, ita quòd ibi sint confines attritio, & contritio, in tertia conditione declarabitur. Si vero secũda defecerit conditio (scilicet propositum de cætero non peccandi mortaliter) tripliciter hoc contingere potest. Vel per positionem contrarij præpositi in actu: puta, quia actualiter intendit peccare mortaliter, & tunc non habet locum attritio. Vel per positionem contrarij habitualiter tantum: puta, quia non intendit actualiter committere peccatum mortale, nec intendit mutare statum suum, quo detinetur in peccato mortali, vt patet in vsurarijs, concubinarijs, & alijs similibus, qui confitentur peccata sua, displicetque eis peccasse, habentque velleitatem relinquendi peccatum, non tamen deserunt concubinatum, aut restituunt vsuras, & cætera. Et hæc displicentia cum huiusmodi velleitate attritio dici potest, vel per negationem propositi expliciti: puta, quia pœnitens est sic dispositus, quòd displicent ei peccata præterita, & non intendit peccatum mortale aliquod committere, & intendit tanquam in quodam cõfuso cauere à peccatis: ita quòd duo prima, scilicet affirmatio displicentiæ, & negatio intentionis peccandi habentur explicite: tertium autem, scilicet affirmatio propositi de cætero non peccandi mortaliter, non nisi in confuso habetur, pro quãto in voluntate non peccandi cõfunditur, & tempus proxime futuro, & totum tempus vitæ suæ: ad quod non explicite extendit se hoc debile propositum, de quo est sermo. Et talis displicentia forte est valde communis, & illa, quæ communiter vocatur attritio. Circa defectum vero tertiæ conditionis aduertendum est, quod in conditione illa clauduntur duo, quorum vnum est in potestate nostra, & de eo certi esse possumus, alterum est ex diuina gratia, & nobis incertum. Horum primum est, diligere Deum super omnia: Secundum est, quòd huiusmodi diligere sit informatum charitate diffusa à Spiritusancto in cordibus filiorum Dei. Et si quidem defecerit primum (scilicet dilectio Dei super omnia) attritio non contritio est: si vero primum affuerit, contritio vocatur. Esse autem hanc dilectionem in potestate nostra ex eo patet, quòd sicut in potestate nostra est constituere nobis pro vltimo fine delectationem veneream, aut lucra, aut regnum, ita in potestate nostra est habere Deum etiam, vt beatitudo est Sanctorum, pro vltimo fine, ita quòd intendamus, & deliberemus pferre ipsum in voluntate nostra omnibus, quæ desiderari haberive possint. Quòd etiam huiusmodi dilectio exigatur ad contritionẽ, & distinguat ab attritione, ex eo patet, quòd sine huiusmodi dilectione non potest esse informatio charitatis: substernitur enim huiusmodi dilectio acquisita charitatis formationi, & tunc tam sapiẽtes, quàm boni fideles, tam seipsos, quàm alios habens pro contritis, quum hæc dilectio testimoniũ perhibet. Quod demum huiusmodi tam dilectio, quàm contritio possit esse sine charitate, ex eo patet, quod multi sciunt se habere hanc dilectionem, & nesciunt se esse in charitate. Si enim huiusmodi tam contritio, quàm dilectio non posset esse informis, manifeste sequeretur, quòd scire possemus euidenter, nos esse in Dei gratia, quia euidenter certi sumus de nobisipsis, quòd habemus hanc voluntatem deliberatam præferendi omnibus Deum, & cætera. Et hæc est dilectio similis charitati infusæ, in tantum, quòd propter similitudinem actuum censet Diuus Thomas non discerni à nobis, an dilectio nostra, qua Deum diligimus, & proximum, sit ex infusa gratia, vel non. Et ab hoc amore prouenire potest, quòd Apostolus ait, Si distribuero facultates meas in cibum pauperum, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, & cætera. Et hinc habere potes terminos quantitatis tam displicentiæ peccati, quàm propositi non peccandi: quantificatur enim vtrumque horum ex quantitate amoris Dei, ita quod sicut amor Dei est super omnia amabilia, ita propositum vitandi peccati debet esse super omnia euitabilia, & similiter displicentia peccati super omnia odibilia. Ac per hoc displicentia peccati modica, quæ non peruenit ad displicentiam contritionis, est illa qua minus odio habemus peccatum, quàm aliquod aliud damnum, & similiter propositum illud est debile deficiens à proposito contritionis: quo plus proponimus cauere ab aliquo alio malo, quàm à peccato mortali. Si postremo deficiat charitas stantibus reliquis conditionibus, contritio, vt dictum est, vocatur quamuis appelletur attritio ab illis, qui sine charitate contritionem non nouerunt.

Ex quibus omnibus colligere possumus duplicem esse attritionem, & duplicem contritionem. Prima attritio est, displicentia peccati cum velleitate non peccandi, in statu tamen peccati, & hæc est attritio meretricum, vsurariorum, & aliorum huiusmodi, & hæc vocatur attritio impœnitentium. Secunda attritio est displicentia peccati cum non voluntate peccandi, & cum voluntate non peccandi in confuso, & hæc est attritio pœnitentium, qui sic in confuso, tam totum tempus futurum, quàm comparationem peccati ad alia odibilia quam etiam comparationem Dei ad alia amabilia in voluntate sua habent, & hæc vocatur attritio imperfectorum. Prima vero contritio est acquisita displicentia peccati supra omne odibile, cum proposito vitandi peccatum supra omne vitabile, ex amore Dei supra omne amabile, & hęc vocatur contritio informis. Secunda autem contritio est hæc eadem displicentia cum dicto tam proposito, quàm amore, charitate informata, & hæc vocatur contritio formata. Hæc de secundo.

Quo ad tertium, prænotandum est, quòd aliud est quærere, an de attrito fiat contritus, & an attritio fiat contritio. Prima enim quæstio clara est: quoniam constat multos peccatores paulatim ad pœnitentiam conuerti, & ex imperfecta displicentia ac ex imperfecto proposito imperfectoque Dei amore ad perfectionem contritionis deduci, ita vt verè contritionem charitate informatam assequantur. Secunda autem quæstio (de qua est sermo) non est vsquequaque clara: quoniam permanentia actuum interiorum in identitate numerali satis occulta videtur. Veruntamen dicendum

dum est, quòd attritio impœnitentium non potest fieri contritio. Quod probatur non solum, ex eo, quòd velleitas non est idem actus cum voluntate liberata: & similiter displicentia proportionalis velleitati non est, idem actus cum displicentia proportionali voluntati deliberatæ, sed præcipue ex eo, quod actus vnius speciei non transit in actum alterius speciei: displicentia autem summi odibilis, quæ est contritio, & displicentia odibilis non summi, quæ est attritio, differunt specie, quia summum odibile ex suo genere specie differt ab odibili non summo, & hoc tam in genere mali, quàm in genere odibilis. Et hæc intellige formaliter, ideſt, quia attritio est displicentia peccati sub ratione non summe odibilis, contritio autē sub ratione summe odibilis. Cui enim offensa Dei est summe odibilis, illi Deus est summe amabilis, & à quo Deus non summe amatur, illi offensa Dei non est summe odibilis. Attritio quoque imperfectorum non fit contritio eadem ratione, qua cognitio confusa non fit cognitio distincta: sed sicut cognitio confusa approximat intellectum ad cognitionem distinctam, ita displicentia confusa, quæ attritio dicitur, ducit & appropinquat voluntatem, & displicentiam distinctam, quæ est contritio. De acquisita autem contritione, quæ contritio informis dicitur, dicendum est, quòd potest fieri contritio formata: qm̄ potest continuari idem numero actus acquisitæ contritionis vsque ad charitatis infusionem inclusiue, & sic charitate informari. Et quia huiusmodi contritio antequam informetur charitate, vocatur etiam quandoque attritio, ideo hoc tertio modo sumpta attritio potest fieri contritio. Et hoc iā habere potes à D. Th. superius in q. 89. vbi dixit, quod contritio est vltima dispositio ad charitatē.

Sed occurrit hic non dissimilandum dubium, per quid seu quomodo huiusmodi attritio seu contritio acquisita sit vltima dispositio ad gratiā. Est enim quandoque non vltima dispositio, vt patet ex eo, quod potest esse informis. Si enim semper esset vltima dispositio, cum Deus tam in naturalibus, quam in gratuitis det semper vltimo dispositis formam, pro qua sunt vltimo disposita, sequeretur, quod homo habens huiusmodi contritionem acquisitam, certus esset se esse in gratia Dei. Quandoque autem est vltima dispositio, vt diuus Thomas dixit, & ratio approbat, quia gratia perficit naturam, ac per hoc rationabile est, vt a nobis acquisita displicentia peccati suprema, perficiatur quandoque gratuita charitate. Si dicatur, quòd huiusmodi transitus fit per motum intensionis, ita quòd acquisita huiusmodi perfecta displicentia peccati, si est remissa, est attritio, & non habet rationem vltimæ dispositionis ad charitatem: si autem intenditur, & crescit, est contritio, & vltima dispositio ad charitatem, vt sic verificetur quasi commmune dictum, quod contritio, & attritio differunt secundum magis, & minus. Contra: Nam loquendo de attritione tam impœnitentium, quam imperfectorum, constat quòd differt a contritione non penes obiectū materiale, quia vtriusque materia est peccatum mortale, sed pœnes obiectum formale, quia contritio attingit mortale peccatum sub ratione summi odibilis: attritio autem tam impœnitentium, quam imperfectorum attingit mortale peccatum non sub ratione formali summi odibilis. Et propterea neutra differt a contritione penes magis, & minus, tum quia differentia secundum magis, & minus, non est differentia formalis tamen, quia quantumcunque cresceret displiceutia mortalis peccati extra formalem rationem summi odibilis, numquam esset contritio. Tertio vero modo sumpta attritio, nec penes materiam, nec penes rationem formalem obiecti differt à contritione acquisita, quia sunt respectu eiusdem mortalis peccati, & sub ratione summi odibilis. Et quod nec differant penes magis, & minus, ex eo pater, quod minimus gradus huiusmodi displicentiæ sufficit ad chariratem operientem multitudinem peccatorum. Quod ex ecclesiæ testimonio comprobatur: credimus enim omnes tam nosmetipsos, quā alios esse in charitate, quum ad huiusmodi displicentiam quantumcumque remissam peruenimus. Vnde nec est verum contritionem, & attritionem differre secundum magis, & minus in eadem specie, licet sit verum secundum magis, & minus in diuersis speciebus, sicut album habet magis de luce, quam de viride. Nec allata responsio satisfecit quæsito. Aliter ergo dicendum mihi videtur, q̄ gratuita Dei motio est, quæ huiusmodi acquisitam contritionem efficit vltimam dispositionem ad gratiam seu charitatem, ita quod ex hocipso quòd Deus non per aliquod superadditum donum habituale, sed per gratuitam dilectionem, qua dignatur vti nostra acquisita contritione, vt dispositione vltima ad suū proprium opus, quod est charitas, quæ infunditur, transfertur nostra cōtritio in fore vltimam dispositionem pro gratia habituali, iuxta illud Hier. Ad Deum postquam conuertisti me, pœnitentiam egi. Hæc de tertio.

Ad argumenta in oppositum, pro quanto contra attritionem tertio modo dictam militant, respondendo dicitur, quod quicquid sit de diuersitate penes principia in esse naturæ, diuersitas tamē principiorum in genere moris, seu meriti non infert vnum eundemque actum non posse esse sine tali principio, & cum tali principio: vnus namq;, & idem actus exterior, qui à principio non fuit bonus moraliter, potest esse bonus moraliter in prosequutione. Et similiter in proposito contrario acquisita, quæ à principio non est meritoria, potest in sui prosequutione fieri meritoria, superueniente charitate: nec oportet re inchoare actum, quo ad substantiam actus, sed sufficit quod inchoetur actus, quo ad esse meritorium. Quum enim dicitur actum meritorium inchoari à charitate, est sermo formalis, hoc est non de actu simpliciter, sed inquantum est meritorius: & propterea statactum esse simpliciter inchoatum sine merito, & charitate, & eundem cōtinuari cum merito, & inchoari à charitate secundum esse meritorium.

Ad secundum dicitur, quòd licet imperfectio attritionis tam impœnitentium, quàm imperfectorum sit de illius ratione, quia penes defectum obiecti formalis attenditur, imperfectio tamen cōtritionis acquisitæ, quæ attritio tertio modo vocatur, non est ratione illius, quoniam penes solam negationem potentis superuenire diuini doni attenditur, non enim informitas huiusmodi contritionis, seu attritionis est magis de ratione ipsius, quam informitas fidei sit de ratione fidei. Et propterea sicut actus Dei informis potest in ini prosequutione formari charitate, ita actus acquisitæ contritionis potest superueniente charitate, imperfectionem suę informitatis deserere, & formatus continuari.

QV AE-

QVEASTIO II.

An exigatur ad contritionem, quod sit singulorum peccatorum mortalium.

SEcundo quæritur de materia contritionis, an exigatur ad contritionem, ꝙ sit singulorum peccatorum mortalium. Videtur enim quòd sic.

Tum quia contritio debet adequare confessionem: confessio autem comprehendit omnia mortalia, vt patet in c. omnis vtriusque sexus. ergo.

Tum quia hæc est differentia inter pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium, quòd ad remissionem venialium sufficit virtualis displicentia: ad remissionem autem mortalium exigitur, vt homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur. Et confirmatur hoc authoritate D. Tho. supra in calce corporis primi ar. q. 87. dicentis quòd displicentia virtualis non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantũ ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

Ad huius euidentiam sciendum est, quęstionem hanc posse intelligi tripliciter. Primò an exigatur, quod singulis secundum numerum peccatis mortalibus respondeant totidem cõtritiones. Et sic intellecta quæstio, facile soluitur negatiue: quoniam nec quo ad actum displicentiæ, nec quo ad actum confessionis, nec quo ad actum satisfactionis oportet multiplicari actus pœnitentiæ iuxta multitudinẽ actuum peccatorum: vnicus siquidem satisfactionis actus potest satisfacere pro multis mortalibus commissis. Et similiter vnica enuntiatione potest quis simul confiteri mille mortalia: dicẽdo, Percussi millies. Et similiter vnica displicentia põt respondere mille peccatis, nõ minus quàm confessio & satisfactio. Tum quia ridiculum est ita velle adequare numerum contritionum numero peccatorum, tãquam in multitudine actuum, & non in perfectione potius actus cõsistat virtus: quasi non possit vna perfecta displicẽtia æquiualere decem millibus imperfectis: quum tñ etiam in sensibilibus videamus, qd vnum numisma aureum æquiualet mille æreis.

Secundo vero modo potest quæstio intelligi, an singula peccata mortalia in seipsis, seu formaliter attingi debeant a contritione: ita quod non sufficiat homini displicere sibi in generali quęcunque commisit cõtra Deum, sed exigatur, vt displiceat sibi in speciali peccata a se patrata: puta decem adulteria, centum furta, mille blasphemię, &c. & hoc quo ad peccata, quorum memoria subest.

Et sic intellecta quæstio, dupliciter examinanda est. Primo, de contritione relata ad sacramentũ pœnitentiæ: deinde de contritione absolute. Multũ. refert sic vel sic loqui, quoniam contritio relata ad sacramentum pœnitentiæ, sub euangelica lege incępit: contritio autem absolute, post Adæ peccatum, & ante scriptam legem, & sub lege Moysi, omnibus peccatoribus necessaria fuit.

Si igitur contritio relata ad sacramentum pœnitentiæ, exigat quod terminetur ad singula mortalia formaliter, seu in seipsis, oportet quod hoc habeat vel ex satisfactione, vel ex confessione, vel ex seipsa, vel ex absolutione sacerdotali: plura enim in sacramento pœnitentię non inueniuntur. Sed non conuenire sibi ex satisfactione, patet ex hoc quod vna satisfactio virtualiter potest adequare multa mortalia. Quod nec etiam ex confessione, ex eo patet qd ratio quare confessio exigit singula mortalia, p̃ materia est: quia confessio fit humano iudici, qui non potest iudicare, nisi de cognitis; incognita autẽ sibi vt iudici remanerẽt quæcunque non essent a pœnitente in seipsis explicata. Quæ tõ non hẽt locum in contritione, quæ Deo offert cor; qui non pẽsat quantum aut quot, sed ex quãto offertur. Vnde de Magdalena legitur, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum; & nõ dixit quoniam displicuerunt ei multa. Quòd etiam hoc non proueniat ex absolutione, manifestat vnica absolutio, q̃ simul fit absque explicatione singulorum. Quod demum contritio non habeat hoc ex seipsa, ex eo patet, quod communis doctrina tenet sufficere post singulorum peccatorum mortalium attritiones, vnam contritionem in generali. Ex hoc enim dicto manifestè habetur, quod licet aggregatũ ex contritione & attritione seu attritionibus terminatur ad singula mortalia in seipsis ipsa tñ cõtritio nõ terminatur ad singula mortalia in se ipsis, seu formaliter, sed tantum virtualiter.

Et si dicatur, quod cõtritio sequens tot attritiones, operatur in vi illarum, ac per hoc terminatur ad obiecta illarum formaliter, manifeste patet nihil valere illationem hanc, sed destruere commune dictum: quoniam hinc non sequitur contritionẽ terminari formaliter ad obiecta attritionũ, sed virtualiter tantum: sicut non formaliter, sed virtualiter claudit in se attritiones. Et falsum esset qd contritio sequens esset vna contritio generalis. Ex quibus omnibus apparet, quod propriè loquẽdo, contritio relata ad sacramentum pœnitentię, non exigit quod terminetur formaliter ad singula mortalia, sed sufficit quod terminetur ad ea virtualiter. Si autem, spectemus ad contritionem simpliciter & absolutè, dicendum est, quod non exigit determinari formaliter ad singula mortalia peccata: sed exigit virtualiter attingere singula mortalia ẽt oblita & incognita. Dico autem virtualiter attingere singula: quia per hoc simpliciter & absolute differt contritio remittens peccata venialia a cõtritione remittente peccata mortalia. Ad remissionẽ siquidem peccatorum mortalium, exigitur quod contritionis displicentia sit adeo perfecta extensiuè, quod formaliter, aut virtualiter attingat omnia & singula mortalia, quorum pœnitens est reus: & hoc manifestatur ex eo, quod impium est diffidere a Deo sperare veniam mortalium peccatorum. Ad remissionem autem venialium non exigitur hæc extensiua perfectio: põt siquidem vnum peccatum veniale dimitti sine alio, & illa tantum venialia remittuntur, ad quæ displicentia virtualis se extendit. Probatur ergo declarata conclusio, ex eo quod contritio generalis virtualiter se extendens ad omnia mortalia, sufficit ad remissionẽ eorum concurrẽte charitate, &c. Probatur hoc: quia in instanti fit iustificatio impii, & conuerti potest peccator ad Deum: scriptum est enim, In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Et si forte obiiciatur contra hoc, dicendo, quod huiusmodi momentanea ac generalis cõtritio fert secum propositum specialis cõtritionis de singulis mortalibus in seipsis, sicut Baptismum flaminis fert secum propositum baptismi fluminis, & ideo contritio illa generalis utpote imperfecta, concurrit ad remissionem peccati, ut tendens ad contritionem specialem, quæ est perfecta. Aduertat hęc obiiciens, quod voluntariæ opponitur iste ordo contritionis perfectę virtualiter ad contritionem perfectã formaliter: tum quia nec ex sacra scriptura, nec ex sacris Doctoribus traditus, communi sententię superius recitatę aduersatur: nã si contritio perfecta virtualiter remittit peccata, ut tendens in contritionem

tionem perfectã formaliter, ſequeretur quod poſt omnes attritiones in ſpeciali ſubſequuta vna cõtritio generalis perfecta virtualiter, non ſufficeret ad ſalutem: quoniam exigeretur, quod poſt generalẽ contritionem perfectam virtualiter, ſequeretur cõtritio ſpecialis perfecta formaliter. Si enim perfecta virtualiter fert ſecum propoſitum perfectæ formaliter, oporteret poſt illam hãc exequi, cuius contrarium pro certo habemus. Et bene nota, qđ aliud eſt dicere contritionem generalem perfectam virtualiter coexigere ante vel poſt deteſtationes ſpeciales peccatorum mortalium in ſeipſis, & aliud eſt dicere contritionem generalem perfectam virtualiter coexigere ante vel poſt contritiones ſpeciales peccatorum in ſeipſis. Nos enim hoc ſecũdum dicimus eſſe falſum tam nunc, q̃ omnibus præteritis temporibus: primum autem ſacri Doctores tradunt. Et verum proculdubio eſt tempore euangelicę legis: in quo contritio fert ſecum propoſitum confeſsionis ſacramẽtalis, ratione cuius exiguntur ſpeciales deteſtationes peccatorum, ſiue vt precedentes contritionem generalem virtualiter perfectam (vt contingit illis, qui ſuſcipiendo actualiter ſacramentum pœnitentię fiunt de attritis contriti) ſiue vt conſequentes ſępe dictam contritionem, vt contingit illis qui ex toto corde ſtatim cõuertuntur ad Deum habentes virtualiter ſaltem propoſitum confitendi ſuo tempore peccata ſua. Vtrum autem hoc ſacrorum Doctorum dictum verum etiam ſit de contritione ſimpliciter, & abſolute, ex dictis apparere poteſt, quod non. Nulla ſiquidem apparet ratio cogẽs ad huiuſmodi deteſtationes ſpeciales ſecluſo ſacramento pœnitentię: nam & voluntas poteſt perfecte mutari & exercitari in neceſſarijs virtutum actibus & pro peccatis poteſt perfecte ſatisfieri abſque huiuſmodi ſpecialibus deteſtationibus, vt patet ponendo peccatorem pœnitentem, qui totum ſe diuinę dilectioni, eleemoſynis, ieiunijsque daret: hic.n. prifco tẽpore perfecte ſatisfeciſſet pro peccatis abſque tot deteſtationibus. Et hinc patet quid dicendũ ſit ad quæſtionem tertio modo intellectam, ſcilicet an contritio exigat quod terminetur ad omnia, & ſingula peccata mortalia, non curando de modo terminandi. Ex dictis ſiquidem patet reſpondendũ eſſe affirmatiue; quoniam non curando de modo, hoc eſt an formaliter vel virtualiter, certũ eſt oportere ſub contritione comprehendi omnia mortalia peccata cõmiſſa, ſiue ſint ſibi cognita, ſiue incognita; quoniam (vt dictum eſt) impium eſt a Deo dimidiam ſperare veniam.

Ad primum ergo in oppoſitum dicitur, q̃ propriſsime loquendo, cõtritio reſpõdet abſolutioni, & deteſtationes reſpondent confeſsioni, & propterea deteſtationes ſunt equales numero actibus confeſſionis: & ſępe ſunt ſimul tempore, quando ſcilicet pœnitens ſimul recordatur peccati, & confitetur illud. Vnde contritio ſecundum annexas deteſtationes adæquat confeſsionem quo ad modum attingẽdi peccata, ſcilicet in ſpeciali, & non conuenit hoc contritioni ſecundum ſe.

Ad ſecundum dicitur, quod aſſumptum verum eſt de pœnitentia ſeu cõtritione relata ad ſacramentum pœnitentiæ, & ſimiliter intelligenda ſunt verba diui Thomæ.

Poteſt quoque & aliter dici iuxta differentiam vltimo explicatam inter perfectionem diſplicẽtię requiſitam ad remiſsionem mortalium, & requiſitã ad remiſsionem venialium, q̃ remiſſio mortalium exigit generalem contritionem perfectam virtualiter ſic, quod actualiter homo huiuſmodi diſplicentiam perfectam extenſiue ad omnia, & ſingula mortalia habeat: remiſſio aũt venialium non requirit huiuſmodi extenſiue perfectam diſplicentiam. Sed cum hoc quod aliquis in ſolis venialibus conſtitutus non habuerit generalem diſplicentiam de omnibus ſuis venialibus, ſtat quod ex aliquo feruore charitatis, in quo ſi occurrerent, diſplicerẽt contrariantia venialia, cõſequatur remiſſionem venialium illorum, quę diſplicerent: quod non ſufficere dicitur ad remiſsionem peccati mortalis, niſi obliti: quia (vt dictũ eſt) oportet actualiter habere illam contritionem generalem perfectam virtualiter, ad remiſsionem mortalium.

QVAESTIO III.

An peccator teneatur ad contritionem, quando recordatur peccatorum ſuorum.

TErtio quæritur circa tempus contritionis, An peccator teneatur ad contritionem quando recordatur peccatorũ ſuorum. Et quia quæſtionem hanc diſcuſsimus in quolibetis noſtris, ideo quære ibi. ſat ſit hic ſcire partem negatiuam eſſe veram.

QVAESTIO IIII.

An contritio remittat non ſolum culpam, ſed pœnam debitam peccato.

QVarto quęritur circa effectum contritionis, An contritio remittat non ſolum culpã, ſed pœnam debitam peccato.

Videtur enim quod non. Tum quia ad remiſsionem pœnę ordinatur tertia pars pœnitentię, ſ. ſatisfactio: non ergo ad illã ordinatur contritio, niſi quatenus forte habet ſatisfactionem annexam.

Tum quia contritio ſufficiens ordinatur per ſe ad remiſſionem culpæ: nec apparet unde habeat quod pœnam ſenſus remittat.

Ad huius euidentiam ſciendum eſt, duplicem eſſe modum dicendi de hac re: quamuis omnium ſententia in idem tandem concurrat. Primus eſt, quod alia eſt pœna, quæ debetur incontrito, & eſt alia, quæ debetur cõtrito: nam incontrito debetur pœna inferni: contrito autem pœna temporalis. Et propterea quũ cõtritio tollat pœnam inferni (nunquam.n. contritus perſeuerans, ad pœnam infernalem ibit) dici poteſt, quod contritio tollit totam pœnam peccato mortali prius debitam. Alter uero dicendi modus eſt, q̃ contritio non tollit totam pœnam, ſed commutat pœnam æternam in temporalem: nam incontritus reus erat æternæ pœnæ, contritus autem reus eſt pœnæ tẽporalis. Sed uterque dicendi modus deficit. Primus quidem tripliciter, ſ. & dicendo pœnam deberi contrito, nã non niſi per accidens hoc verificatur. Contritio .n. ut ſic, non ponit reatum pœnę: alioquin cuilibet contrito deberetur pœna: & dicendo alicui tali pœnæ debitę contrito & incontrito: nam, ut patebit, nõ alia pœna eſt quę utrique, ſi qua contrito alicui debetur: & inferendo, quod dici põt totam pœnam incontrito prius debitam per contritionem remitti: nam, ut patebit, pars quędam pœnæ ſibi prius debitæ communiter remanet (.ſ. pœna ſenſus) abſque æternitate tamen. Secundus autem modus deficit ponendo commutationem: nam idem eſt quod Deus interius operatur in pœnitente, & quod Dei miniſter ſacramentum adhibendo ſignificat: exterior enim ſacramentalis actus ſignificat interiorẽ Dei operationem. Sed ſacramentalis actio in ſacramento pœnitentiæ non ſignificat commutationẽ, ſed abſolutionem: ergo interior Dei operatio, quę

in

in contritione interuenit, non est commutatio, sed absolutio.

Ad cuius pleniorem intelligentiam aduertendum est, in pœna inferni inueniri tria, pœnam damni, pœnam sensus & æternitatem pœnæ: iuxta tria q̃ sunt in peccato mortali. Per peccatum siquidem mortale fit auersio ab incommutabili bono, cui respondet pœna damni, separans animam à Deo, & fit conuersio ad commutabile bonũ, cui respondet pœna sensus, & constituitur inimicus Dei, cui respondet ęternitas pœnæ, inimicus enim quia est hostiliter exterminandus, est ęternaliter puniendus. Quum autem peccator conteritur, quia charitate Deo coniungitur, tollit contritio pœnam damni, quæ separationem a Deo ponebat, & quia per eandem charitatem amicus Dei constituitur, tollit contritio æternitatem pœnæ: amicus.n. non est ęternaliter puniendus. Et si nihil aliud efficit contritio remanet contritus obligatus ad pœnam sensus, ad quam prius tenebatur: sed non æternaliter sustinẽdam, sicut prius tenebatur. ET sic licet cõtritus perseuerans nunquam ad infernum iret, passurus totam pœnam inferni: nihil tamen prohibet obligatum eum remanere ad partem illius pœnæ quæ in inferno sustinenda ab ipso erat: scilicet ad pœnam sensus.

Vbi vides, quod non est alia pœna, quę dẽtur alicui contrito, ab illa, quę sibimet incontrito debebatur: sed est illamet pœna sensus relicta, & hoc contra primum modum dicendi. Nec interuenit commutatio pœnæ æternę in temporalẽ: sed expoliatio pœnæ ab ęternitate, & hoc contra secundum modum dicendi.

Vt autem restans dubitatio (an, s. contritio remittat pœnam sensus) soluatur, sciendum est, quod hic certa sunt duo. PRimum est, quod quanto cõtritio est maior, tanto plus tollit de pœna sensus peccato debita. Secundum est, quod tanta potest esse contritio, quod tolleret totam pœnam sensus. Ambiguum verò est, an quantulacunque contritio charitate informata (de tali enim est sermo) tollat aliquid de illa pœna sensus: multi enim videntur de hoc dubitare, mihi autem apparet quod pars affirmatiua est vera propter duas ratiões: quarũ quælibet uerificata sufficiens est. Potest.n. cõtritio ex duplici capite tollere in toto, vel in parte pœnã sensus. Primo ex pœnalitate sibi annexa, displicentia.n. cõmissi criminis non fert secum necessario pœnalitatem: quum sit in patria, vbi nulla est pœnalitas: sed in subiecto susceptiuo doloris seu pœnæ, fert secũ naturaliter duplicentia pœnalitatem quandam, dolemus.n. cõiter de nostris, quę nobis displicent. Et quoniam huiusmodi pœnam parere, contritioni conueniret secluſa relatione ad sacramentum pœnitentiæ: ideo f̃m hoc caput dicendũ est, quod cõtritio quælibet simpliciter, & absolute ex annexa pœnalitate tollit aliquid pœnæ sensus: habet enim satisfactoriam uim pœna voluntarie assumpta f̃m Deum. Secundò ex merito passionis Chr̃i: est.n. passionis Christi meritum remissiuum suis membris pœnæ pro peccatis debitę, plus, & minus prout illis cõiungitur. Quod primò apparet in Baptismo, vbi quia passio Christi totaliter communicatur baptizato, quasi ipse baptizatus passus esset, tota pœna tollitur. Apparet deinde & in sacramento pœnitẽtiæ actualiter suscepto, dum ex ui sacramẽti communicatur meritũ passioni Christi ad remissionẽ aliquantę saltem pœnæ sensus. Et quia cõiunctio ad meritum passionis Christi conuenit contritioni A non simpliciter & absolutè, sed relatę ad sacramẽtum pœnitentię: ex hoc quòd contritio fert secum votum sacramenti pœnitentię, coniungit merito pasſionis Christi per sacramenta nobis cõicato. Et secundum hoc caput dicendum est, quod quęcũque nostra contritio tollit aliquid pœnę sensus ex merito pasſionis Christi: Nã rationabile est, quod plus pœna tollat charitas extensa ad sacramẽtum, quam non extensa ad illud. sed charitas non extẽsa ad sacramentum (qualis erat antiquorum pœnitentium charitas) tollebat ex vi quidem charitatis, & pœnam damni, & ęternitatem pœnæ: ex annexa autem pœnalitate tollebat in toto, uel in parte pœnam sensus; ergo charitas pœnitentium in noua lege, quę est charitas extensa ad sacramentum pœnitẽtię, plus pœnę tollit. minor huius rationis propositio clara est. Maior autem facile suadetur ex eo B quod pœnitentiæ sacramentum actualiter exhibitum, est proculdubio remissiuum pœnæ sensus in toto, uel in parte: ex hoc enim consequens est, ut idem ipsum sacramentum in voto charitatis existens apud contritum, aliquid huiusmodi pœna remittat. Simile.n. quid perspicimus in baptismo; q̃ scilicet id quod operatur Baptism⁹ exhibitus, operatur etiam in uoto charitatis habitus non ita copiosè. Nec excluditur maioris huius veritas, si dicatur, quòd charitas extensa ad sacramentum, habet ex extensione ad sacramentũ, quòd tollat illamet, quę tollebat charitas antiquorum pœnitẽtium absolutè. Nam hoc non est charitatem extensam ad C sacramentum efficere plus, sed est efficere pluribus rationibus unum & idem extensè: siquidem charitas ad sacramentum duplici ratione tollit pœnam damni, & æternitatem pœnę, scilicet ex ui charitatis, & ex ui sacramẽti in uoto. Sed hæc veritas non excludit quin uerum quoque esse debeat, quod huiusmodi extensa charitas plus efficiat, plus pœnæ tollat; quia hoc ad uim sacramenti spectat. Ex quibus omnibus patet dicẽdum esse ad quæsitum, qd contritio ratione charitatis, qua formatur, non solum tollit culpã, sed & pœnam damni, & æternitatem pœnæ: rõne uero annexæ pœnalitatis tollit aliquid pœnæ sensus; & ratione sacramenti in uoto D tollit rursus aliquid pœnæ sensus. Et tam uehemẽs, inquit diuus Thomas in 27. c. contra Gen. põt esse huiusmodi coniunctio contriti ad meritũ passionis Christi, quod tolleret totam pœnam sensus.

Ad primum argumentũ in oppositum, dicitur, quod satisfactio distincta est a contritione secundum ea: quę cõiter humano genere inueniuntur: communiter.n. contriti non tam vehementer iunguntur passioni Christi, vt nõ sit opus satisfactione ad arbitrium sacerdotis. Traditur enim tam doctrina, quam lex moralis secundum ea quæ ut in pluribus contingunt.

Ad secundum dicitur, quòd iam ex dictis apparẽt duo capita, vnde quantulacunque contritio tollat aliquid pœnę sensus, inter quæ capita coniũctio E ad meritum Christi pręcipue perspici debet: qm̃ illud est de ratione contritionis, annexus autẽ dolor quasi uicem satisfactionis tenere videtur.

TRACTATVS QVINTVS
De Confessione, in quinque quæstiones diuisus.

1 *Num omnis teneatur ad confessionem.*
2 *Num peccata mortalia totaliter occulta, ut in solo corde latentia sint necessario confitenda.*

3 *Num oporteat confiteri singulas species singulorum peccatorum:*
4 *Num peccata semel rite cõfessa subsecuta absolutione, & satisfactione possint iterum fructuose confiteri.*
5 *Num informis confessio sit iteranda.*

QVAESTIO I.

An omnes teneantur ad confessionem.

DE confessione quæ secunda est pars pœnitentiæ, quæritur primo circa eius necessitatem, an omnes teneãtur ad cõfessionem. Et est ratio dubitandi: quia nonnulli sunt viuentes absque peccato mortali: & propterea in dubium vertitur, an omnes teneantur confiteri.

Videtur enim quod sic: quia extra, de pæn. & remiss. expresse dicitur, Omnis vtriusque sexus quum ad annos discretionis peruenerit, &c. ET confirmatur, quia quum nullus excipiatur, sequeretur quod ecclesia in hoc statu presupponeret omnes fideles singulis annis peccare mortaliter. ET patet sequela, si sola peccata mortalia precipiuntur confitenda. Et rursus confirmatur, ex hoc quod absque distinctione aliqua omnis vtriusque sexus ibidem obligatus est semel in anno ad confessionem, & ad cõmunionem in Pascha; sed constat, quod omnis utriusque sexus, &c. siue peccauerit mortaliter, siue non, comprehenditur sub illo præcepto quo ad communionem: ergo omnis etiam vtriusque sexꝰ, &c. sine peccauerit mortaliter siue non, comprehẽditur sub illo præcepto quo ad confessionem.

In oppositum est, quòd nullus tenetur confiteri venialia. Ad hanc quæstionem respondetur distinguendo & bene, de necessitate, vel sacramenti, uel præcepti ecclesiastici. Et dicitur, quod de necessitate sacramenti, nullus tenetur confiteri, nisi peccatũ mortale certum, uel dubium: quia post Baptismũ non potest aliter remitti mortale peccatũ, nisi per sacramentum pœnitentiæ in re vel in voto. De necessitate autẽ præcepti ecclesiæ duplex est opinio. Vna est, quod carens peccato mortali tenetur confiteri semel in anno aliquod veniale, vt sic impleat ecclesiæ præceptum. Altera est, quòd carens peccato mortali, non tenetur confiteri aliquod veniale: quia non comprehenditur sub eccles. ꝛ præcepto.

Et licet prima opinio sit tutior, secunda tamen est verior, imo sola vera, quod probatur multipliciter primò ex ratione præcepti: ratio.n. ecclesiastici. Præcepti non est præcipere confessionẽ, sed præceptam diuino iure confessionẽ determinare, quo ad tempus executionis, & propterea sub ecclesiæ præcepto non alia comprehenditur confessio, quã illa, quę a Christo est præcepta, sed a Christo non est præcepta, nisi confessio mortalium: ergo ab ecclesia sola peccatorum mortalium, confessio præcepta est. Secundò, & est confirmatio præcedentis patet idem ex verbis ipsius statuti, dum dicit, Omnia sua peccata, non enim hoc potest intelligi de peccatis venialibus: quum constet neminem quocunque præcepto teneri ad omnium uenialiũ confessionem. oportet ergo intelligi de moralibus. ET propterea ex explicata materia confessionis, s. qđ sunt omnia sua peccata, clare patet quod de sola cõfessione præcepta ex diuino iure, ecclesiasticum statutum loquitur: est enim materia confessionis a Christo præcepta omnia pœnitentis peccata F comprehendens: materia autem confessionis venialium non cõprehendit oĩa pœnitẽtis peccata.

Tertio, patet idem ex pœna subiuncta: scilicet qđ viuus arceatur ab ingressu ecclesię & moriẽs Christiana careat sepultura. Huiusmodi enim pœnę nõ sunt a pia matre ecclesia perfectioribus uiris, quales sunt viuentes sine peccato mortali, pro omissione confessionis venialium, ad quam alii non tenentur, infligendæ; quinimmo ex hoc sequeretur, quod meliores essent deterioris conditionis. Quarto patet idem ex subiuncta causa frequentis publicationis dicti statuti scilicet, ne quisquam ignorantię cęcitate velamen excusationis assumat. Hoc.n. G in huiusmodi confessione venialium locum habere non uidetur. Et confirmãtur hæc omnia ex Clemen. ne in agro dominico, de sta. mona: vbi mendicantibus confessio nigris monachis imponitur, absq; explicatione materię, non enim dicitur quod confiteantur omnia sua peccata, vt ex hoc intelligatur astringi illos, etiam si mortali peccato careant ad confessionem semel in mense, vnde non supradicta, sed pœna regularis disciplinę subiungitur imponenda temerario uiolatori: sicut enim religiosi ex suis statutis obligantur ad alia quæ absolute sunt bona supererogationis: ita obligãtur ad confessiones statutas, etiam si mortali careant peccato. In cuius signum puniuntur in religionibus qui statutis H diebus non confitentur; quãtumcunque nullum habeant mortale.

Ad obiectionem ergo primam dicitur, quod materia confessionis explicata per ly, omnia sua peccata, restringit ly, omnis utriusque sexus, ad indigentes confessione: ac per hoc excipit omnes carentes mortali peccato; ita quod sensus est, omnis vtriusque sexus indigens confessione, &c. Et ad primam confirmationem dicitur quod falsum assumit seu supponit: scilicet nullum excipi ab illa vniuersali, omnis vtriusque sexus, &c. immo ideo ecclesia apposuit ly omnia sua peccata, ut exciperet multos, quos credit sine peccato mortali uitam ducere. Ad secundam autem confirmationem dicitur, quòd quum duo prędicata exigant duo subiecta, enuntiatio illa, qua omnis utriusque sexus cõfiteri & communicare præcipitur, est enuntiatio nõ una, sed plures, licet secundum nocem sit vna. Vnde sensus primę est, omnis utriusque sexus indigẽs confessione, omnia sua peccata confiteatur, &c. Sensus vero secundæ est, Omnis vtriusque sensus communicet in Pascha, &c. Et ratio diuersitatis iã dicta est: quia ibi explicatur materia restringens ly omnis vtriusque sexus respectu confessionis, & nõ restringens respectu communionis. I

QVAESTIO II.

An peccata mortalia totaliter occulta (ut sunt peccata in solo corde) sunt necessario confitenda.

CIrca materiam confessionis quæritur secũdò, an peccata mortalia totaliter occulta (vt sũt peccata in solo corde) sint necessario confitenda. Videtur enim quòd non. Tum quia non sunt de necessitate ecclesiastici præcepti: non potest enim ecclesia de huiusmodi occultis secundum se præcipere aut iudicare. Et si datur, quod occultorum confessio cadit sub præcepto ecclesię indirecte, scilicet ratione integritatis, pro quanto is, qui tenetur singulis annis alia peccata confiteri, tenetur quoque ex cõsequenti peccata cordis singulis annis confiteri, vt cõfessio omni anno sit integra. Hæc instantia nihil valet: qm̃ posito homine, qui sola peccata cordis mortalia haberet aliquo anno, K

sequeretur, quod illo anno non teneretur confiteri: quoniam tunc non haberet locum ratio integritatis.

Tum quia huiusmodi occultorum confessio non est de necessitate sacramenti, quoniam sola illa peccata sunt de necessitate sacramēti, quæ sub iudicio homini commisso à Christo comprehenduntur: sed nullum iudicium commissum hoi a Christo extendit se ad huiusmodi occulta: ergo occulta hęc, non sunt de necessitate confitenda. Maior patet, quoniam iudicium fori pœnitentialis homini commissum est a christo, & non Angelis, aut quibuscunque aliis. Minor verò probat authoritate Apostoli, Nolite ante tēpus iudicare, &c. Si dicatur, quòd duplex iudiciū commissum est homini a Christo: alterum fm potestatē iurisdictionis (& hoc non se extendit ad huiusmodi occulta: & de hoc loquitur Apost.) Alterum fm potestatem ordinis, & hoc extendit se ad occulta: & est iudicium quod exercet ecclesia per suos ministros in foro pœnitentiali. cōtra dupliciter. Primò quia iudicium pœnitentiale licet exigat potestatē ordinis exigit quoq; potestatē iurisdictionis: qm̄ solus sacerdos ordinariā vel delegatam iurisdictionē hēns, & minister huius sacramenti, ut patet in ca. omnis vtriusque sexus, est alibi. Secundò: quia vnumquodque recipitur in alio secundum modū recipiētis, ac per hoc iudicium secundum potestatem ordinis a Christo cōmissum homini ex hoc ipso, quod homini commissum est, modificari oportet secundum conditionem ipsius hoīs, q̄ est nō se extēdere occulta cordiū: hæc. n. soli Deo sūt reseruata, non in minus iudicando, quā in cognoscendo. Et confirmatur hęc ratio ex hoc, quod quū ad ipsum Dominum Iesum Christū resideat vtraque potestas, scilicet ordinis & iurisdictionis, non diminute, sed plenissimè: & vtranque inueniatur ecclesię suę commisisse non imperfectè, sed latissimè (ut de potestate iurisdictiōis patet Matthęi decimooctauo, & de potestate ordinis Ioannis vigesimo) sicut potestas iurisdictionis ex hoc ipso, quod commissa est homini, non extendit se ad occulta omnino, ita potestas ordinis ex hoc ipso, quod cōmissa est homini, non debet se extendere ad totaliter occulta.

Ad veritatem dubii huius plenius percipiendam, sciendum est, quòd licet quidam ex huiusmodi forte rationibus, aut melioribus moti opinari videantur peccata omnino occulta non esse necessariò confitenda sacerdoti, sed soli Deo, eorum tamen error ex tribus patet. Primò ex formali ratione materię confessionis, seu (quod in idē erit) iudicii pœnitentialis: quum enim Dominus pœnitentiale iudicium instituerit, ac commiserit post resurrectionem suam, dicens Ioannis vigesimo Apostolis iam sacerdotibus, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; & materiam iudicii explicauerit quo ad substantiam tantum, dum remittendo vel retinendo explicauit peccata: & non possit intelligi ita nudè, ut sonat litera (quoniam certum est, quod per huiusmodi commissionem non possunt nec potuerunt ministri noui Testamenti remittere peccata eis totaliter incognita, inconfessa, obstinata) oportet aliquas subintelligere cōditiones peccatorum remittendorum: & quia iudiciū præsupponit cognitionem, & modus iudicii modum cognitionis: ideo cōmuni catholicæ ecclesię sensu subintelligitur, spontanea cōfessione ad vos delata: ita quod sensus est; Quorum remiseritis peccata, spontanea confessione eorum ad vos delata, remittuntur eis, &c. Vbi clare patet materiam iudicii pœnitentialis esse peccata spontanea eorum confessione delata: hęc est enim formalis ratio materiæ huius iudicii, ad quam totam, se extendit, & extra quam non se extendit pœnitentiale iudicium: quoniam hęc omnia & sola remittere vel retinere potest. Ex hac autem formali ratione materię huius iudicii, habetur facile quod peccata quantumcunque occulta, sunt materia huius iudicii. nam quantumcunque occulta peccata, comprehenduntur sub iis, quæ sunt spontanea confessione detegenda: nullum enim est ita latens, quod non possit eius, qui commisit, confessione spontanea aperiri. Vt confirmatur ratio hæc ex parte formalis materiæ ex ipsis verbis Domini. Differenter siquidem significauit Dominus materiam iudicii pœnitentialis seu potestatis ordinis, & materiam iudicii secundum potestatem iurisdictionis: quoniam respectu potestatis ordinis explicauit pro materia peccata, dicens. Quorum remiseritis peccata: respectu verò potestatis iurisdictionis explicauit pro materia peccatum in alium, dicens, Si peccauerit in te frater tuus &c. Ex qua differentia docuit nos diuina sapientia, a materia iudicii pœnitētialis nullum peccatum excipi. ac per hoc comprehendi præcipue peccatum in sua primaria sede residens, hoc est peccatum cordis; sub materia verò potestatis iurisdictionis non comprehendi peccatum omne, sed exterius tantum, quòd solum potest alium offendere: propterea ab illa excepi peccatum cordis, nisi pro quanto esset ratio exterioris commissionis uel omissionis.

Secundo, ex ratione proprij finis ipsius confessionis, ex quo fine sumitur formalis ratio eiusdem confessionis, quatenus est actus pœnitentiæ: ordinatur enim confessio ad subijciēdum voluntarie reum ministro Dei offensi, vt ad arbitrium ipsius recompenset. Et hinc confessio ipsa, quæ est actus veritatis, fit actus pœnitentiæ: dum reus veraciter proponendo in quo offendit, seipsum accusat ac subijcit ad recompensandum non de quibusdam sic, & de quibusdam non; sed omnes accusando offensas, vt de omnibus arbitrari possit minister offensi. Hoc autem constat, quòd non fieret si omnino occulta peccata cordis non accusarentur, vt igitur de peccatis cordis possit ad arbitrium offensi recompensare, oportet peccatorum offensas cordis subijcere ipsius Dei offensi iudicio, in persona sui ministri.

Tertiò, ex usu ecclesiæ. Nam cōmunis animi cōceptio Christianorū est peccata omnia siue occulta, siue manifesta oportere in sacramento pœnitentię confiteri. Et ad hoc est determinatio generalis Concilij primò Lateranensis sub Innocētio 3. Vbi dr̄, q̄ omnis vtriusque sexus cōfiteatur peccata sua omnia. nullum ergo excipitur peccatum. Et deinde in Concilio Florent. sub Eug. 4. Vbi dicitur oīa sua peccata, quorum memoriā habet, confiteatur, vbi patet etiam peccatum cordis non excipi.

Ad primam autem obiectionem in oppositum dicitur, quòd ecclesia potest precipere & præcipit singulis annis confiteri omnia sua peccata mortalia, etiam si solum peccatum cordis occultissimū haberet: non quia ipsa habeat iudicare de occultis, sed quia ipsius est determinare præcepta Christi ad certum tempus. Hinc enim fit, vt precipiente Christo confessionē cuiuscunque mortalis peccati post

Baptismum, siue peccatum sit solum in corde, siue ad extra prodierit, ecclesia determinans tempus confessionis ad singulos annos, obligat ad cõfitendum singulis annis omnem, qui pro tunc habet aliquod peccatum mortale, siue occultum, siue non. Nam determinatio ecclesiæ nõ minuit aut restringit materiam confessionis præceptæ à Christo: sed tempus tantum cõfessionis determinat, relinquens materiam in suis limitibus.

Ad secundum verò dicitur, quòd responsio ibi data vera est. Et ad primam illius impugnationem dicitur, ꝙ concursus potestatis ordinis & potestatis iurisdictionis, non tollit aliquid à potestate ordinis: & ideo cum hoc ꝙ potestas ordinis extendit se ad occulta cordium peccata, stat ꝙ cum ea concurrat potestas iurisdictionis, quæ secundum se ad huiusmodi occulta non se extendit. Et si perspicacius fueris intuitus, videbis quòd ad forum pœnitentiale potestas ordinis cõcurrit, directe respiciẽs ipsa peccata: potestas autem iurisdictionis concurrit directe respiciens personam peccatoris: vt scilicet peccator sit subditus sacerdoti, vt habeat potestatem ordinis, in quem exerceat actum suum remissionis, vel retentionis peccatorum. Ad secundã verò dicitur, ꝙ quia omne iudicium homini commissum intelligitur de cognitis, & diuersus est institutus à Deo modus cognoscendi in vtroque iudicio: ideo ex huiusmodi instituta diuersitate modi cognoscendi, prouenit diuersitas ista: scilicet ꝙ iudicium pœnitentiale extendit se ad omnino occulta peccata, iudicium verò iurisdictionis purè extendit se ad externa tantum: ideo non est miranda disparitas vtriusque potestatis in homine. Quod enim iudicium omne commissum homini à Christo intelligatur cum cognitione causæ, probatione non eget: quum non sit delegatum purum ministerium, sed commissa sit authoritas iudicandi, remittendo vel retinendo, absoluẽdo vel ligando. Quod etiam diuersus modus cognoscendi sit vtrobique à Christo institutus, patet: nam modus cognoscendi in potestate iurisdictionis est cognitio per testes: vt patet Matthæi 18. modus autem cognoscẽdi in iudicio potestatis ordinis, est spontanea cõfessio secreta, &c. vt vniuersalis ecclesia testatur. Quòd demum ex hac diuersitate modi cognoscendi, proueniat differẽtia dicta inter materiam, & materiã, ex supradictis clare patet: quoniam ex hoc, ꝙ peccatum spontanea rei confessione accusandum, est materia iudicij pœnitentialis, cõclusum est sub hac materia cõprehendi peccatum cordis, quantumcunque occultissimum & per oppositum, quia solum peccatum testificabile est materia iudicij exterioris: ideo peccata in solo corde manentia exempta remanent à materia ecclesię iurisdictionis. Quũ ergo obiicitur, vnumquodq; recipi in alio per modum recipientis, admittatur. Et quum infertur, ergo iudicium secundum potestatem ordinis cõmissum homini, modificatur secundum cõditionem hominis, cõceditur, formaliter loquendo: quoniã nullum actum commisit Christus ministro sacramentis pœnitentiæ, qui non exerceatur ab eodem secundũ cõditionem hominis: nã & audire peccata, & discernere inter ea, & interrogare circũstãtias peccati & peccatoris, & retinere seu remittere, facit humano more, vtendo diuina potestate. Et ideo quũ vlterius infertur, ergo nõ se extendit ad occulta, negatur illatio: quoniam aliunde prouenit, ꝙ iudicium se extendat, prouenit enim ex modo accusandi quo reus tenetur se accusare, scilicet spontanea confessione, &c. & hoc quia Christus sic instituit. Cognoscere autẽ & iudicare de occultissimis spontanea confessione accusatis, non excedit modum cõditionis humanæ, vtentis potestate diuina: vnde ad confirmationem & simili ratione potestate iurisdictionis, dupliciter dici potest (vt patet ex dictis) quòd nõ est similis ratio de vtriusque potestatis iudicio. Primò, quia modus cognoscendi in vtroque iudicio est ex diuina institutione diuersus. Secundo, quia ipse Dominus expressit diuersi mode vtriusque materiam, dum vnius materiam dixit peccata absque limitatione aliqua: alterius verò dixit peccatum in alium, limitando peccatum in alium.

QVAESTIO III.

An oporteat confiteri in speciali singulas species, & numerum certum peccatorum.

CIrca materiam rursus cõfessionis quæritur tertio, vtrum oporteat cõfiteri in speciali singulas species, & numerum certum peccatorũ. Et est ratio dubij: quin pars affirmatiua cõi authoritate doctorum firmata videtur. Et ratione comprobatur. Tum quia circunstãtia varians speciẽ peccati mortalis, est necessario cõfitenda: ergo a fortiori quelibet species mortalis peccati est exprimẽda. Et similiter numerus peccatorum, quum non sit circunstantia peccati, sed multiplicatio eiusdem, necessario exprimendus, prout memoriæ occurrit: quum non magis teneatur pœnitens accusare se de decimo, quàm de vicesimo secundo peccato vel econuerso. Et confirmatur, quia si nõ omnes species & omnia singularia oportet exprimere, consequens est ꝙ aut nulla species nullaq; singularia, aut quasdam species & quędam singularia sic & quasdam ad quædam non, necesse est explicari, & quum nõ possit affirmari primũ, oportet reddere rationem quare quædam sic, & quædam non.

Tum quia pœnitẽs tenetur explicare omnia quę oportet cognosci a cõfessore ad hoc, vt possit suo arbitrio adequare pœnam culpę; quoniam cõfitendo nihil aliud facit pœnitens quam quòd submittit se sacerdoti in persona Christi ad recompensandum secundum illius arbitrium: sed confessor non posset arbitrari de equalitate recompensationis: nisi cognosceret diuersitatẽ offensarum, quę in diuersitate specifica consistit, & numerum peccatorum: quoniam recompensa adæquans cẽtum offensas, non adæquat mille. & sic de aliis ergo.

Pro parte autem negatiua videtur esse vsus maioris forte partis confessorum, ac pœnitẽtium nõ curãtium de huiusmodi subtili discussione. Et cõfirmatur ratione: quia huiusmodi discussio est molesta, inutilis atque melioris boni impeditiua. Et molesta quidem satis patet expertis. Quòd verò sit inutilis, ex eo patet, quod tam cum huiusmodi discussione, quàm sine ea pœnitentibus prouidetur codẽ modo. Quòd autem sit impeditiua maioris boni, testatur experientia: quoniam & confessores circa huiusmodi discussionem soliciti impediuntur a multorum confitentium audientia, dum forte totum tempus cõsumunt circa vnum, & pœnitentes minus deuote confitentur implicati huiusmodi discussionibus.

Ad huius quęstionis euidentiam sciendum est, duplex esse iudicium, quoddam est cuius actus est propter seipsum intentus: quoddam verò, cuius actus est propter aliud. Ad primum iudicium, quia spectat facere iustũ absolute, pertinet quoq; cognoscere singula peccata, vt singula possit adequate puniendo.

niendo. Ad alterum verò iudicium, quia non tendit ad punitionem secundum se, sed in ordine ad alium finem, puta bonum commune: sicut sufficit punire prout expedit illi fini, ita sufficit cognoscere quātum opus est ad illum finem. Inter presentis autem uitę tempus & futuræ hoc interest, quantū ad iudicium, ꝙ nullum præsentis vitę iudicium tē dit ad punitionem f'm se, sed vt medicinalem, eo quod presentis vitę tempus non est tempus punitionis, sed in quo pœnæ sunt medicinæ, vel ipsius qui punitur, vel aliorum. Iudicium aūt futurę uitæ est id, quod ad punitionem secundum seipsam tē det: quoniam ad adęquandam pœnam culpę ordinatur, non ad bonum puniti, nec ad cautelam aliorum. sed vt reus patiatur quod meretur.

Nec putet aliquis iudicium quod in foro pœnitentiali exercetur, locari debere sub iudicio primo modo, propterea quia iudicium hoc est magis diuinum, quam humanum, & confessor in tantum personam Dei in actu illo tenet, ut nesciat ipse qđ scit, vt Deus. Falsa est imaginatio ista. Tum quia iudicium pœnitentiale ad presentis uitę tempus spectat, ac per hoc non exemptum a cōissima rōne iudicii presentis vitæ. Tum quia Saluator noster hoc attestatur, dicens, Io. 3. Non enim misit filiū suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Hinc enim apparet, quod Christus non venit in primo aduentu ad iudicandum mundum per ministros suos, hoc est ad iudicium secundum se exercendum, sed ad saluandum, hoc est quantum ad pœnitentię sacramentum spectat, ad iudicium salutare per suos iudices exercēdum. Idem est autem iudicium salutare & iudicium medicinale, & pœnitentiale iudicium ad primum Dñi aduentum spectat proculdubio, ad quem spectat sacramentum pœnitentiæ. est igitur pœnitentiale iudicium non iudicium absolute, sed iudicium salutare, seu medicinale, ac per hoc non tendit ad punitionem secūdum se, sed in ordine ad salutem, non aliorum, sed ipsius rei solius.

Et quia hoc proprie est officium confessoris, iō hinc perspicere oportet, quanta deberesse cognitio peccatorum. oportet enim tātum manifestari peccata, quantum exigit huiusmodi salutare iudiciū. Si enim ad hoc salutare iudicium exigitur manifestatio omnium, & singularum specierum, & certi numeri singularium, consequens est, quod oportet pœnitentem hęc explicare iuxta possibilitatē suam: si uerò huiusmodi discussio non exigitur, consequens est quòd non oporteat pœnitentem hæc explicare. Et si hæc negatiua admittitur, consequens est vt declaretur, quæ & quanta discussio exigitur ad hoc salutare iudicium. Dicamus igitur, ꝙ iudicium huiusmodi claudit in se duo s. esse iudicium, & esse salutare: ita quòd secūdum est finis primi: & propterea ex secundo manifestandum est primum; tantum enim debet concurrere de eo qđ est iudicij, quantum expedit vel saltem opus est ad hoc, vt iudicium sit salutare pœnitenti. Et quia salutare pœnitenti iudicium à iudicio absolutè differt (vt dictum est) quantum ad punitionem, in hoc ꝙ in iudicio absolutè intenditur ad punitionem secundum se, in iudicio verò salutari intenditur punitio salutaris pœnitenti: consequens est ut differentia quoque sit quo ad cognitionem. Nam quia punitio secundum se consistit in adęquatione pœnę ad culpam, oportet in iudicio absolute cognoscere exactè culpas omnes & singulas, vt ęquari illis possit pœna. et quia punitio medicinalis cōsistit in comensuratione pœnæ ad pœnitentem & illius salutem (sicut medicina consistit in cōmensuratione tam ad infirmum, quam ad sanitatem acquirendam) & commensurata pœna tam pœnitenti, quā ipsius saluti absque exacta cognitione omnium & singularum culparum recte iudicatur, atque imponitur [vt patet quantum ad peccatorum species de superstitionis seu diuinationis, & similium speciebus) absq; discussione harum, commensurata tam pœnitenti, quàm eius saluti punitio atque prouisio fit. Quātum verò ad peccatorum numerum, ex eo quòd medicinalis tam punitio, quàm prouisio idē habet iudicium, si certificatus fuerit numerus vicenarius & si incertus relictus sit an duobus demptis vel adiunctis: & similiter si certificatus fuerit centenarius, an dubium inter nonagenarium & decem supra centum, & sic de alijs. Hæc enim, & similia manifestant quod salutare iudicium non exigit exactam omnium, & singularum culparum cognitionem, sed ex sua formali ratione exigit omnes & singulas mortales culpas cognosci vsque ad hoc, ꝙ notum fiat confessori, quę, qualis, & quanta pœna commensurari debeat huic pœnitenti rectè dispositio, & illius saluti. Dico autem rectè dispositio, quia licet aliquis pœnitens sit minus deuote dispositus, ac per hoc commensurata sit indispositio, pœnitentia erit forte oratio dominica semel: manifestatio tamen peccatorum in iudicio salutari debet perducere confessorem ad cognoscendum, quanti, qualis, &c. & pœna deberet sibi commensurari, si esset rectè dispositus: huiusmodi. n. indispositio pœnitētis: quia est per accidens, non uariat id quod per se exigit salutaris iudicij ratio. Notanter quoque dixi, iudicium salutare non requiri cognitionem exactam omnium & singulorum peccatorum mortalium, & non dixi quod requirit imperfectam eorū cognitionem: quoniam exigit nec excludit plenā eorum cognitionem. sub formali nanque ratione iudicij medicinalis potest materialiter quandoq; contineri exacta notitia peccatorum.

Et quoniam practica nimis est & valde communis notitia de confessione, idcircò ad particularia descendendo dicimus, quod species peccatorum mortalium sunt in duplici differentia. Nam quędā sunt, quarum diuersitas diuersitatem iudicii salutaris inducit: aliter. n. iudicandus est pro sua salute blasphemus, aliter adulter, aliter homicida, &cę. & tales sunt species peccatorum, quę in cōi habentur notitia, vt adulteriū, fornicatio, furtum, rapina, cōtumelia, detractio, &c. Quædam vero species sūt quæ nullam uidentur facere in salutari iudicio differentiam, ut sunt species diuinationis, idem est. n. iudicium pœnitentiale si quis aqua vel terra abus⁹ fuerit, & sic de alijs, & hmōi videntur esse species gulæ, & vniuersaliter oēs latentes, quas forte vix doctores discernunt. Et propterea explicare primas peccatorum species in confessione oportet, secundas uerò sufficit explicare in generibus subalterni, puta peccaui in necromantia, & sic de alijs.

Circa numerum verò peccatorum sciendū est, quod dupliciter accusandus occurrit. primo secūdū se, secundo vt circunstantia peccatoris. Et secundum quod est circunstantia peccatoris, differentiam quodammodo inducit in iudicio salutari, & quodammodo non inducit, nam aliter iudicādus est & medendus qui semel tantum, aut bis offendit, & aliter qui centies offendit. Sed qui toties quoties potuit offendit, eodem modo iudicatur ac medet si millies, & si cēties millies offendit, nec

hoc eget probatione; quoniam experiẽtia testatur. Secũdum se autem numerus peccatorum accusãdus venit, non vt facit differentiam in iudicio absolutè, sed vt facit differentiam in iudicio salutari: & propterea si nescitur, sufficit explicare illum crassa quadam estimatione: nam salutaris iudicii rõ non uariatur ex hoc: verbi gratia, Commisit quis furtum multoties: videtur sibi quod parum plus aut minus fuerit, quam vigesies, non est opus solicitari, forte fuerunt viginti duo, fortè 19. sed sat est, ita confusè numerum explicare ut occurrit. Quocirca numerum peccatorum tam ut circonstantiam peccatoris, quàm secũdum se, si certus non est (nã ad certum numerum occultandum nulla conducit ratio) vel explicandus est sub quodã verisimili numero: vel quum consuetudo peccandi præcessit, explicato tempore, puta quod per decennium fuit in hac mala consuetudine & frequentia delinquendi, puta quod quotidie aut ferè, seu quouis alio mõ multitudine maxima seu frequentia manifestata aperiendus est. Nec oportet in hmõi numeris pœnitentem aut confessorem multum solicitari: quoniam par est salutaris iudicii ratio. Et quãdoque vtrique nocet solicitudo circa hoc: magis.n. debet manifestari frequẽtia cum pronitate, quam indagari uerisimilis certus numerus: puta ter centum, seu mille, &c. Vnde si meretrix audienda est ad pœnitentiam conuersa, facillimè potest quoad hęc expediri, narrando discursum vitę suæ in annis meretricis: nec oportet solicitari quoties cum coniugatis, quoties cum clericis potuit peccare, sed ex discursu uitæ suę discretè manifestato arbitretur & medeatur prudens confessor. Hæc sunt quę ex parte salutaris iudicii exprimenda uidẽtur in confessione. Quibus si adiunxeris, quod ex parte pœnitentis tenetur reus ipse accusare se de omnibus, vt reconciliatio amicitiæ fiat, dicẽdum est, quod pœnitens dẽt habere intentionem explicandi omnia mortalia, ac per hoc sub quocunque modo dicendi debet intendere comprehendere oĩa: ita quod explicare species, vel indiuidua tali, uel tali modo, non exigitur a pœnitente, aut confessore ad occultandum aliquid, sed ad faciliorem modũ explicandi omnia. ET sic dicendo euitatur error putantium, quod sufficit explicare numerum in communi: puta dicẽdo quod pluries furatus sum. hoc enim non sufficere manifestè patet, ex eo, quod aliter iudicandus est & medendus qui bis tantum, & qui centies furatus est. ET uitatur molestia ac solicitudo reducendi incertum numerum ad certũ: media siquidẽ via incedendum est, vt salutaris iudicii rõ habeatur: quod medium est inter purum iudicium & certum iudicium. ET vtraque pars q̃si ti aliqualiter est uera: & authoritati Doctorum & vsui confessorum ac pœnitentium simul defertur.

Ad obiectiones tamen primo allatas, pro quanto contra conclusa militant, respondendum est. Et ad authoritatem quidem Doctorũ dicitur, quod intelligitur quando certus est numerus peccatorũ: ex quo.n. pœnitens intendit oĩa dicere, & certus est de numero peccatorum, nulla apparet ratio quare non debeat numerum illum explicare: de incerto aũt numero in solis forte verbis ab aliquo Doctore discordare credimus. De speciebꝰ uero dicitur, q̃ de cõiter notis speciebus uerificatur eorum dictum: alioquin non relinqueretur in ecclesia Dei miles, imus quisque cõfessor, non errãs; quum huiusmodi latentes species rarissimis sint manifestę.

Et per hoc patet solutio sequentis obiectionis & suę confirmationis: nam non dicimus quędam singularia esse confitenda, & quædam non: nec dicimus quasdam species peccatorum esse manifestandas, & quasdam occultandas: sed dicimus alio modo aperiri quasdam species, scilicet communiter notas: & alio modo aperiri quasdam alias species, scilicet quarum diuersitas est latens: illas in speciali, istas in una earum, seu aliquo huiusmodi. Et similiter dicimus omnia singularia confitẽda; sed non eodem modo, nam certa in numero certo; incerta autem non, excessiuę tamen multitudinis in numero verisimili (etiam si aliqualiter crassa fuerit estimatio) seu frequentia idem insinuante: incerta autẽ excessiuę multitudinis sufficit in confuso significare, vt prudens confessor intelligat. ET ratio diuersitatis est diuersa habitudo ad salutare iudicium: hinc.n. omnia pendent. Et quia non omnes confessores sunt ęqualis perspicacitatis ac prudentiæ: ideo aliquis applicãdi modus sufficit apud aliquem confessorem, perpendentem inde totum quantum sufficit ad iudicium salutare, qui alteri non sufficeret. Similis quoque accidit quandoque disparitas ex parte pœnitentium, quibusdam scientibus ante confessoris oculos breuissimè & clarè omnia sua peccata, ut ipsimet sciunt proponere, q̃busdam autem inuoluentibus, aut laborantibus in singulorum explicatione.

Ad rationem autem magis vigẽtem, dicitur q̃, vt iam dictum est, adaquere pœnam culpæ contingit dupliciter, vel simpliciter propter se uel quodammodo in ordine ad aliud. Et quòd primo mõ exigit exactam cognitionem cuiusque tam culpæ, quàm pœnę: quia in æqualitate pœnæ ad culpã cõsistit: secundo autem modo non exigit exactam cognitionẽ culpæ & pœnæ: quia non consistit in vtriusque ęqualitate, sed exigit cognitionem commẽsurationis pœnæ ad finem. ET q̃m primo mõ nõ, est actus iudicii præsentis vitæ: ideo ad confessorẽ non spectat actus iste, & quum potẽtia sit propter actum, non est opus ut confessori sic exactè nota fiant peccata, vt possit pœnam culpæ adæquare simpliciter & absolutè. Sed quia ad cõfessorẽ spectat commensurare pœnam pœnitenti in ordine ad suã salutem (quoniam hic est actus iudicii salutaris sibi commissi) & huiusmodi comensuratio in quadam proportione media inter pœnitẽtem & illius salutem consistit: sicut medicinam oportet esse proportionatam & sanitati recuperandę & infirmo (sunt enim medicinales pœnæ præsentis temporis) ideo & uera est Doctorum sententia dicentium, quòd confessor dẽt posse adæquatam pœnitentiã arbitrarit saluatur. n. commẽsurationis adæquatio: licet non interueniat æqualitas inter culpam & pœnam. Et verum est, quòd peccatorum notitia non exacta sufficit ad adæquatam pœnitẽtiam arbitrandam a confessore.

QVAESTIO IIII.

An peccata semel ritè confessa subsequuta absolutione et satisfactione, possint iterum fructuosè confiteri, &c.

QVæritur quartò adhuc circa materiam cõfessionis, an peccata semel ritè cõfessa, subsecuta absolutione & satisfactione, possint iterum fructuosè confiteri, &c. Videtur enim quod non.

Primo, quia nulla forma sacramenti est iterabilis super eadem numero materia: peccata aũt sunt materia in hoc sacramento: ergo.

Secundo, quia oportet saluari veritatẽ efficacẽ in formis sacramentorum, quæ in hoc casu nõ saluaretur: falsũ nãq; diceret sacerdos, dicẽdo, Absoluo

te

te a peccatis tuis,&c.quoniam non absoluitur nisi ligatus:hic autem præsupponitur absolutus.

Tertiò,quia hoc sacramentum quum ministretur per modum iudicii,exigit cognitionem vinculi,quę in proposito non haberetur, si confitēs denuo,peccata alias confessa solummodo exprimeret:lateret.n.confessorem istum esse alias ab his absolutum:ac per hoc lateret ipsum,pœnitentē hūc vinculis horum peccatorū astringi uel non astringi:quod est inconueniens.

Quartò,quia si replicatio confessionis eorundē esset fructuosa,sequeretur quod aliquis eidem cōfessori replicando solummodo in cōmuni in confessionem,puta,dico meam culpam de his, quę alias dixi, &c. fructum sacramenti perciperet:& sic in uno die centies replicando, centies fructum sacramenti perciperet: quod est ponere sacramenta in ridiculum.

Quintò,quia iudicium semel latum sine errore a cōfessore Deus sic ratificat,q̄ est irreuocabile. Ergo rationabile est,inquit,Scotus quòd etiam sic ratificet quod sit irreiterabile,quo ad fructum.

Et confirmatur ex his,quę uidemus in foro litigioso:nam sententia diffinitiua absolutoria accusati innocentis,non replicatur:nec si replicaretur,absolueret:q̄a nō ē ampli⁹ obligat⁹, ut absolui possit.

In oppositum uidetur esse communis opinio.

Ad euidentiam huius sciendum est contineri hic duo quæsita,s.an iterare eorundem confessionem sit licitum,& an sit fructuosum.Et est sermo de cōfessione non mixta,quæ s.continet quędam peccata alias confessa,& quædam nunquam cōfessa:sed de confessione continente solummodo alias confessa.Et similiter est sermo de fructu ex parte sacramenti,seu clauium,& non de fructu ex parte pœnitentis,s. erubescentia & ampliori satisfactione, & huiusmodi. Nullus .n. dubitat huiusmodi erubescētiam ac satisfactionem esse fructuosam: & similiter nullus dubitat confessionem istam esse licitā & fructuosam,saltem ea ratione,quia utile per inutile adiunctum non uitiatur.

De primo igitur quęsito non memini legisse me aliquem tenentem esse illicitum iterare eorundē puram cōfessionem.Et quæ circa hoc ingerere possent ambiguitatē, in primis argumētis tanguntur, ex quorum solutione manifestum erit,licitum esse eadem peccata pluries confiteri pure.

Et quia ratio,quam in secundo quęsito adducemus,hoc idem concludit,ideo iranseo ad 3m quęsitum.In quo inuenio Sco.in 4.sen.di.18.respondē do ad primum,tenere partem negatiuam esse probabiliorem, ita quod sentit iteratam confessionē non esse fructuosam ex parte clauiū,hoc est nec remittere culpam(quæ iam dimissa supponitur)nec remittere partem aliq̄ pœnę. Mouetur aūt ex argumento quinto loco allato cum sua cōfirmatione: Sed reuera non solum minus probabilis, sed falsa est eius opinio. Quod sic patet: Quicunq; suscipit quodcunq; ecclesiæ sacramentum rite ac digne, concurrentib. omnibus requisitis ad sacramētum (puta forma,materia,partib. omnib⁹,ministro idoneo,&c.) non solum licite recipit sacramentū, sed etiam recipit fructum sacramenti:sed in casu proposito pœnitens rite ac digne suscipit sacramētū, &c.ergo est illi fructuosum sacramentum, quod est intentū.Maior est per se nota,positis.n. omnib. tā ex parte agentis,q̄ ipsius sacramenti,quam suscipientis,non est intelligibile,regulariter loquendo, non esse fructuosū sacramentū.Et patet inductiue in singulis sacramentis. Minor autem facile patet discurrenti per singula requisita ad sacramentum pœnitentiæ,tam ex parte ministri,quam suscipientis,quam ipsius sacramenti. Vnde dicendum est,q̄ fructus iteratæ cōfessionis,pręsuppositio fructu primæ,est augmētum gratię & remissio aliquantę pœnæ,si tota prius non est remissa.Similem enim fructum habet prima confessio,ad quam heri contritus hodie accesit:augmentauit enim gratiam,& remisit aliquantam partem temporalis pœnę, si pœnitens adhuc debitor illius erat.

Ad prima ergo argumenta,quę contra primum militant quęsitum,respondendo dicitur, q̄ materia sacramenti pœnitentię existente duplici,s.remota,& propinqua (nam remota est peccatum : propinqua verò est ipse actus pœnitentis scilicet confessio) non inconuenit super eadem materia remota,diuersa tamen existente materia propinqua, iterari formam sacramenti. Et propterea quia confessio non est eadem; licet sit eorūdem peccatorū, potest licite replicari forma: imo recte loquendo, sicut materia propinqua est alia numero, & nō est replicatio eiusdem:ita forma est alia numero,& nō est replicatio eiusdem.

Ad secundum dicitur, quòd hoc argumentum petit difficultatem communem huic quæsito, & alteri quęsito quid scilicet soluit qñ totaliter contritus & solutus a culpa & pœna accedit prima confessione ad sacramentium pœnitentię,eadem est enim vtrobique difficultas. Et eadem responsione satisfit vtrique,dicendo,quòd quia sacramentum est exterius sensibile signum,secundum ea,quę exterius geruntur, ab ecclesia iudicatur & ministratur, ac per hoc quia pœnitens proponit peccata sua, ut expiabilia,ac vt ea,quibus seipsum alligauit:ideo ecclesię minister absoluit, idest sacramentum absolutionis impendit licite profitenti alligationem. Et quia in sacramento efficitur intus quod significatur extra, ideo intus communiter fit absolutio peccati, saltē quo ad aliquam partem pœnę. Et licet hoc sufficere videatur,quia ad id quod communiter inuenitur,leges respiciunt:subiungendum tamen est strictis gentibus casum ad immunes etiam a pœna, quòd ipsa gratia augmentata,quę per sacramentalem absolutionem confertur,habet rationem magis absolutorii:Quia enim sacramentum pœnitentiæ ex propria ratione habet quod sit medicinale,& curatiuū infirmitatis peccati actualis; & peccati actualis infirmitas consistit non solum in culpa,& vocata pœna siue æterna,siue temporali,sed in multis aliis malis (vt clare patet in augmento vulnerum originalium) ideo absolutio sacramentalis, non solum extendit se ad culpam,& pœnam,sed ad alia ex peccato actuali incursa mala. Ita quod gratia per sacramētalem absolutionem significata & collata,quatenus est sacramentalis huius sacramenti, eo ipso, quod extenditur ad amplius sanandum a morbo peccati actualis,habet rationem magis absolutorii a peccato, sicut gratia baptismalis, si baptizaretur quis plene consequutus baptismalem gratiam ex baptismo flaminis,esset magis ablatiua a peccato, dum a peccati reliquiis magis mundaret. Cuilibet siquidē christiano sicut conuenit orare;Amplius laua me Domine ab iniquitate mea:ita cōuenit orare,Amplius sana Domine: & amplius, Absolue Domine, &c.Nec putes nouam me introducere de effectu sacramenti pœnitentię doctrinam. Vide superius diuum Tho.in art.1.quęst.65.dicentem,extrema unctio ordinatur contra reliquias peccatorum, quę,

scilicet non sunt sufficienter per pœnitentiam sub
latæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia. Et percipe ex his, sacramentum pœnitentię ad tollendas ēt reliquias peccatorum se extendere, si ignorantia, aut negligentia ex parte nostra non impediat sufficientem illarum ablationem.

Ad tertium dicitur, quòd quia confessio fit de actibus peccatorum, & non de esse sub peccato (debemus enim cōfiteri, quod fecimus tale & tale peccatum: an autem adhuc detineamur illius peccati vinculo, vel sub peccato non simus, sub confessione non cadit) ideo satis est confessori cognoscere pœnitentem confitentem se perpetrasse tale peccatum, & paratum ad pœnitentiam, &c. sufficit enim quòd subiiciat se iudicio, accusando seipsum, &c. Et confirmatur, quia pœnitentiam egisse de talibus peccatis, pertinet ad circunstantias alleuiantes sententiam iudicis, quas cōstat non esse opus cōfiteri.

Ad quartum dicitur, quod quia præcipuus sacramenti effectus est gratia prima vel eius augmentū: ideo frequentia sacramenti illis solis conuenit, qui seipsos paratos reddunt ad gratiæ augmentum. Et propterea non sequitur, quòd fructus sacramentorum exponat ea ridiculo: non sunt enim frequentanda quantuncunque fructuosa sint, nisi a dispositis ad præcipuum eorum effectum; communiter autem huiusmodi dispositio non tam frequenter inuenitur in hominib. vt totiens expediat cōfiteri.

Ad quintum dicitur, quòd sequela nihil valet, quoniam irreuocabilitas sententiæ pertinet ad firmitatem iudicis, & iudicii, infructuositas autē suppositā iterabilitate pręse fert, aut infirmitatem, aut minorem largitatem iudicis vel iudicii, iudicis qdem, si non vult, aut non potest virtutem dare simile iterato iudicio: iudicii autem si iudicium ipsū secundum se non est virtuosum, quale est humanū iudicium in foro litigioso. Et per hoc patet responsio ad confirmationem. Notanter autem dixi suppositā iterabilitate: quoniā ex hoc ipso, quòd Deus iterabile instituit sacramentum pœnitentiæ super eisdem peccatis, consequens est, ut fructuosum replicet. Secus autem est in non iterabilibus sacramētis: huiusmodi enim eo ipso quòd sunt non iterabilia, uana sunt, si iterantur.

QVAESTIO V.

An confessio informis sit iteranda.

CIrca qualitatem confessionis quęritur, an confessio informis sit iteranda? videtur enim q̄ sic. Primo quia instrumentum oportet moueri a principali agente, alioquin instrumenti ratio non saluatur: ergo iudicium pœnitentiale oportet a ministro exerceri, prout mouetur a Deo: sed confessione existente informi non exercetur iudiciū pœnitentiale secundum motionem diuinam: ergo oportet denuò confiteri vt exerceatur pœnitentiale iudicium, vt instrumentum motum a Deo principaliter absoluente.

Secundò, Confessione existente informi, deest vna pars sacramenti, quæ est contritio: ergo sacramentum non valet; sed est iterandum; vt patet in aliis sacramentis quando deficit aliqua pars.

Tertiò, quia confessione existente informi, necesse est peccatum aliquod mortale subtrahi a materia absolutionis, ac per hoc necesse est confessionem non esse integram & consequenter esse reiterandam. Assumptum probatur. tum quia communiter cōfessio informis accidit propter aliquid nō explanatum in confessione. Tum quia peccatum illud, quod dum absolutio fit a pœnitente commit
titur, irreuerenter suscipiendo sacramentum, non est materia absolutionis: quoniam nō potest simul pœnitens peccare & absolui ab illo peccato.

Quarto, quia fructus sacramenti pœnitentię est remissio peccati ex coniunctione passionis Christi per sacramentum ad pœnitentem: sed cōfessione existente informi non fit huiusmodi cōiūctio, nec habetur hic fructus: ergo vanum fuit huiusmodi sacramentum, & consequenter iterandum est.

In oppositum est authoritas diui Thomæ in 4. sent. distinctione 17.

Circa hanc difficultatem (quæ propter diuersas opiniones adhuc sub iudice videtur esse) sciendum est, quod vitandi sunt duo extremi errores. Alter est quòd omnis confessio informis est valida, ita ut non sit iteranda: clare siquidem patet confessionem illius, qui propter verecundiam peccatum ali quod mortale tacuit, esse informem & reiterādam. Alter est, quod nulla cōfessio informis est ualida, ita quòd non sit iteranda.

Nam clare constat nescire nos, an aliqua nostra confessio fuerit formata, quia nescimus nos esse in gratia, & cum hoc dubio non curare nos amplius de memoria peccatorum, ut denuo confitendorū: quum tamen oportet nos esse solicitos ad pluries confitendum, vt quandoque fieret confessio firmata: & sic nunquam finis imponendus esset confessioni, vt tutior pars eligeretur: quod constat uniuersalis ecclesiæ aures offendere. Ex utroque autē errore perspiciendum est, quòd non ad ipsam informitatem, sed ad informitatis causam resoluere oportet validitatem vel non ualiditatem informis confessionis: ex eo enim, quòd aliqua informis confessio est valida, & aliqua non est valida, non ex ipsa informitate, sed aliunde, puta ipsius informitatis causa prouenire debet, quod aliqua sit valida, & aliqua non.

Et quoniam causa hæc se tenet ex parte pœnitentis cuius duo sunt actus usque ad absolutionem, scilicet contritio & confessio; ideo hinc scrutandum est quid veri appareat. Ex parte igitur confessionis certum est confessionem ex proposito non integram propter verecundiam, aut aliquid huiusmodi, esse inualidam ac reiterandam: & in hoc nulla est quæstio.

Ex defectu autem contritionis tota oritur difficultas, quæ, vt clarius eluceſcat, distinguendus est contritionis defectus: habet enim multos gradus. Minimus autem contritionis defectus est ipsa absentia charitatis: qui enim sunt ita attriti, quòd dolent de præteritis omnibus, vt de summo odibili, & proponunt vitare mortale peccatum vt summū vitabile, si confessionem subeunt informem, non tenentur iterare confessionem, sed est eorum confessio valida. Nec alia hoc eget probatione, quam superius adducta ex vniuersalis ecclesię testimonio: omnes enim sapientes & timorati viri sic dispositis mandant imponendum esse confessioni finem. In inferiori autem gradu contritionis sunt sic attriti, ut doleant quidem de omnibus preteritis: nō tamen ascendunt usque ad hoc, vt doleant de eis tanquam summo odibili: & similiter proponunt cauere de futuro non tamen tanquam a summo vitabili. Et hoc bifariam contingit: primò sine discussione talis defectus; quia scilicet non discutit pœnitens dolorem suum de commisso mortali, an sit tā quam de summo uitabili. & similiter propositum suum vitandi mortale, an intendat uitare tanquam summū uitabile, sed occurrit tm̄ ei dolere de pct̄o,

&

& cauere de futuro (sicut si offendisset vnum hominem & doleret de offensa præterita & intenderet amplius illum non offendere) in eius tamē animo non ita dominētur effectus tam vitandi offensam in futuro, quàm detestandi commissam in peccato, ut pro summis malis hæc habeat. De horum numero vtinam non maxima pars Christianorum pœnitentium sit, quos non sicut primos puto virtute clauium de attritis regulariter fieri cōtritos: sed in sua attritione absolui & communicare. Cuius signum est, quòd charitas sicut positiuè præfert Deum omni amabili, ita facit apud habentem ipsam offensam Dei odibiliorem omni odibili, & magis vitandam omni alio vitabili: operatur enim hęc magna amor Dei, si est: & si hęc nō operatur, non est charitas Dei. De istorum confessione intelligo doctrinam diui Thomæ quòd cōfessio informis per defectum contritionis est valida, ita vt non sit iteranda: & erit eis fructuosa qñ ascendent ad cor altum, vt habeant peccatum pro summo odibili & summo vitabili, & confitebuntur fictionem suam hanc. qua vt contriti sacramētum susceperunt: quum in veritate contriti non essent. Quare autem hmōi confessio sit valida, inferius declarabit. Si uerò hmōi attriti animaduerterint, se nō esse contritos, simile est de eorum confessione iudicium & de confessione illorum qui sunt in tertio gradu de quibus modo subiungimus, ꝙ in infimo loco attritorum sunt, qui ambas contritionis partes, aut parum attingunt, aut saltem altera carent. Ad contritionem enim quum duo spectent: dolor de peccato, & propositum cauendi de cætero, infimi proculdubio sunt, qui de præteritis quidem aliqualiter dolent, & de futuro velleitatē habent cauendi. Inter quos est etiam latitudo, non solum secundum gradus doloris & uelleitatis, sed etiam secundum differentiam percipientis, vel nō percipientis statum proprium: & similiter secundum differentiam explicantis, uel nō explicantis in confessione plene seipsum. Nam qui hmōi statum suum non percipit, ac per hoc non explicat cōfitendo, integrè quidem confitetur quātum est ex intentione; qui autem percipit & confitetur, etiam integrè ex intentione cōfitetur: qui uerò percipit & non confitetur, quia nō occurrit sibi hoc quasi peccatum confitendum, adhuc integrè ex intētione confitetur: secus aūt si nollet hoc confiteri: tūc enim ex ꝓposito dimidiaretur confessio. Et similes distinctiones fieri pñt de attritis in secundo gradu positis. Quocirca de oībus dicitur, quòd quum ex proposito tacetur peccatum sacrilegii ex tali statu pœnitentis consurgens, confessio non est ualida, sed iteranda; i. siquidem confessioni non sola contrario, sed integritas ex proposito. Qñ vero confessio ex ꝓposito est integra, omnium confessio uidetur valida: ita quòd non est necessariò iteranda. Quamuis differentia sit inter eos, quo ad uitandū sacrilegii peccatum: quoniam percipiētes statum suum malum, & cōfitentes eundem, putantesque se non sacrilegio, sed bono operam dare, rogando confessorem, ut eos absoluat, excusantur, si bona fide cum sacerdote docto id tractent, a sacrilegii peccato. Nec obstat, si dicatur, quòd ista est ignorantia iuris diuini: qñ in hmōi, quę sunt iuris diuini positiui, excusantur indocti, qñ a doctoribus iu dicibus sic erudiuntur: statuit.n. Deus leges suas ad infimos per medios peruenire. Vnde & Apostol⁹, mulierē a uiro suo interrogare iubet, si quid volue rit scire. Illos aūt qui nō explicant, confitendo, huiusmodi malum statum suum, nescio excusare a nouo sacrilegii peccato: deberent.n. saltē sacerdotis arbitrio iudicandos offerre seipsos in his, quæ cōiter pœnitentes nosse & confiteri consueuerunt: communissimum autem est pœnitentibus oībus confiteri voluntatem suam de nō cauēdo de cęte ro: hoc.n. etiam mulierculę & sciunt & seruant.

Communis autē ratio quare attritorum oīum integra quidem, sed informis confessio est valida, ita quòd non est iteranda, assignatur a diuo Tho. quia sacramentum pœnitentiæ verum inuenitur & fructuosum non tunc, sed quando aderit contritio. Et quidem quòd uerum inueniatur sacramentum, non solum secundum illorum opinionem, qui negant contritionem esse partem sacramenti pœnitentiæ, apparet, quia nihil deest huic sacramē to nisi contritio: sed ēt tenendo contritionem esse partem sacramenti pœnitentiæ, manifestatur ex eo quòd contritio non secūdum se, sed relata ad confessionē (hoc est ut est spontanea uoluntas recompensandi ad arbitrium sacerdotis) pars sacramenti est posita superius a diuo Thoma. Hęc aūt in ꝓpo sita confessione inuenitur, dum quilibet spōtè eligit submittere se iudicandum sacerdoti, &c. Quia concurrunt igitur ad sacramentum huiusmodi, omnes partes eius, quæ se tenent loco materiæ, & forma & minister debitus, consequens est ut sit verum ecclesiasticum sacramentum. Quòd autē existente vero sacramento, informitas non pariat reiterationem, sed fructum futuro tempore, a diuo Thoma probatur: quia sic est in aliis sacramentis, & uerè sic est de Baptismo, Confirmatione, Ordine, &c. Nec obstat, dicere ꝙ hoc verificatur in istis sacramentis, quia non sunt iterabilia, aut quia imprimunt characterem; utrunque.n. per accidens se hēt ad fructum pro futuro tempore. Ex quo inferri potest, ꝙ non oportet iterari, etiam si esset iterabile: ex eo nanque quòd sacramentum est propter fructum eius: & fructus eius potest in futurum haberi sine ipsius iteratione, optimè sequitur, quod non oportet sacramentum ipsum iterari. Amplius extrema unctio est sacramentum iterabile, & tamen, si incōtritus suscipit quis extremam unctionem, & post horam conteratur, non reiterabitur extrema vnctio: nec carebit infirmus moriēs illius fructu: quoniam si careret illius fructu pœnti infirmo iterari extremam unctionē, ob suam incontritionem ecclesia non negaret: quam tamen negat, dum super eundem morbum, &c. ordinat nō repetendam. Ex hoc ergo, ꝙ informiter suscipiens sacramenta, siue iterabilia, siue non, ex ipsa informitate licet perdat fructum pro tunc, immo qñq; addat nouum peccatum mortale pro tunc, nō tñ perdit fructum sacramenti, pro quanto erit contritus, habetur non oportere iterari sacramentū. Nec oportet aliam huius rationem quærere, quàm ipsam sacramenti vim ritumque ecclesię. Augustin⁹ enim primus hoc docuisse uidetur de Baptismi fructu; diuus Thomas ad alia sacramenta hoc extē dit; & ecclesiæ ritus hoc videtur semper seruasse: fructu quoque extremę vnctionis attestante. Et ꝓpterea concludendum uidetur hoc loco, non plus sapere quam oportet.

Ad primum in oppositum dicitur, quod sacerdote pręsumente soluere impœnitentem, sacramē tale iudicium exercetur, ut Dei instrumentū quodammodo non, & quodammodo sic. Nam quo ad modum exercēdi non procedit a Deo: quoniā sacrilegè exercetur; quo ad substantiā verò sacramenti,

menti, a Deo procedit simpliciter & absolute. Et quia sacramentum secundum se est fructuosum, ideo a Deo procedit ut sacramentum fructuosum sortiturum effectum, qñ suscipiens est dispositus: Et licet tps dispositionis ex parte recipientis arctet ad tunc: tamen ex diuina largitate extensum intelligimus ad tunc, vel postea, quando erit dispositus: ut in Baptismo contingit, ideo non oportet sacramentum repetere, vt a Deo actore exerceatur.

Ad ſm dicitur, qp in contritione duo sunt: s. velle recompensare, & charitas informans illud velle. Et respectu quidem sacramenti pœnitentiæ absolutè, sufficit contritio quo ad primum, respectu autem eiusdem fructuosi in ipsius presentia, concurrit contritio ēt quo ad secūdum: & hoc solū deest in proposito. Vnde nulla pars sacramenti ut necessaria est ad sacramentum, deficit: quamuis deficiat ut necessaria ad sacramenti effectum nunc.

Ad tertium dicitur, quòd quia actꝰ morales ex per se obiecto iudicantur, ille solus dimidiat cōfessionem, qui ex intentione integritatem uiolat; & propterea quum in proposito supponatur, confessionem esse ex intentione integram, licet materialiter non sit integra, non sequitur, cōfessionem esse iterandam. Aduerte tñ hic, quòd sicut in aliis vitiis tam enormiter contingit errare materialiter, vt actus redeat ad naturam formalem sui generis (vt patet in detractione, contumelia, & huiusmodi: cōtingit. n. tam grauiter absque intentione detrahēdi detrahere famę proximi, vt ipsa magna læsio incursa minus ęstimata, detrahendi actum in detractionis naturam reducat) ita potest contingere quod ex nulla aut tam crassa & supina conscientiæ discussione, aliquorum peccatorum mortalium confessio omittitur, vt materialis violatio integritatis in formalem reducatur, tāquam dimidiationis incursus ille, qui pro nihilo ęstimatus est, intentus fuerit. Vnde tales ad reiterandam confessionē inducēdi sunt. In quorū numero uident esse illi, q cum sola velleitate abstinendi a peccato confitentur & absoluuntur, tacentes huiusmodi peccatum & impedimentum, quod etiam mulierculę nouerunt, & consueuerunt explicare.

Ad quartum dicitur proportionaliter sicut ad primum, quòd licet sacrilege, sacramentum tñ cōiunctionis fructuosæ scdm se passionis Christi ad pœnitentem exercetur: cuius fructus etsi nō tunc, qñ tñ erit dispositus pœnitens, percipietur, unde non fuit sacramentum vanum, quòd Deus adeo acceptat, ut non exacta repetitione sacramētalem gratiam conferat, quamprimum pœnitens fuerit dispositus, quam sacramentum presens erat daturus, si tunc pœnitens fuisset dispositus.

TRACTATVS SEXTVS,
De satisfactione pœnitentiali in duas Quæstiones diuisus.

1 *Num pœnitētialis satisfactio de alias debito fieri possit.*
2 *Num pro contrito & confesso peccato imposita satisfactio si exoluatur in peccato mortali, sit iteranda.*

QVAESTIO I.

An satisfactio pœnitentialis possit esse de alias debito.

CIRCA satisfactionem pœnitentialem quæritur primo, an possit esse de alias debito. Et videtur, quòd nō, primo ex ipsa ratione satisfactionis. nam satisfacere est facere æquale debito; non fieret autem æqualitas, si alias, id quod fit esset debitum: minus enim fieret quam deberetur. Et confirmatur hoc ex simili in reliquis satisfactionibus.

Secundo, quia ritus ecclesiæ hoc habet vt pœnitentias iniungat non de ieiunijs, & orationibus, quæ sunt in præcepto,

Tertiò, quia secundū Ansel. in lib. Cur Deus homo, per illa fit satisfactio, quæ nō possent ab homine exigi nisi peccasset: sed præcepta possent ab homine exigi, etiam si non peccasset: ergo de præceptis non potest fieri satisfactio pœnitentialis.

In oppositum est, qp in casu quo martyrium est in præcepto, satisfactio per illud fit: non derogat ergo satisfactioni pœnitentiali esse alias debitum.

Ad huius euidētiam sciendum est plures tenuisse doctores partem negatiuam quæstionis propter argumenta inducta. Et quoniam pars affirmatiua mihi videtur vera, ideo eius veritas mōstranda est, assumendo pro fundamento, qp verum & idē opus a diuersis directum seu assumptum principijs, multiplicis est efficaciæ in his, quę sunt iustitię mixtę, qualis est inter hominem & Deum. Sub qua constat comprehendi satisfactionem pœnitentialem; quoniam nulla nostra satisfactio est sufficiens ſm æquiualentiam exactam a pura iustitia: sed secundum diuinam acceptationē. probatur ergo primò intētum sic, eadem pœna si a minori charitate procedit, est minus satisfactoria, & a maiore charitate procedens est magis satisfactoria: ergo pœna aliàs debita, si procedat a maiore charitate, vel a virtute clauium, erit plus satisfactoria, quàm ipsa secundū se, vt erat aliàs debita; ergo pœna aliàs debita potest assumi in satisfactionem pœnitētialem. Assumptū est notum, & approbatum de excellētia satisfactionis in passione Christi propter excellentissimam illius charitatem, a qua procedebat. Consequentia autem est per se euidens, & tantò euidentior, quantò in satisfactione pœnitentiali plus pensatur quantitas ex diuina acceptatione, q̄ ſm substātiam operis seu pœnæ, quam pura iustitia consideraret.

Præterea vnum & idem opus cum hoc quòd est aliàs debitum Deo, est meritorium de cōdigno æternæ vitæ: ergo potest esse etiam satisfactorium pœnæ pro peccatis debitæ. Assumptum patet: quia honorando parentes (quod est opus præceptum) mereor si ex charitate illos honoro, vitam æternā de condigno. Consequentia probatur, ex eo quòd ratio aliàs debiti non minus officit ad constituendum ius futuræ mercedis, quàm ad cōstituendum ius recompēsandi præteritum debitum: opus siquidem alias debitum, si potest cū hoc efficere, vt exigente iustitia merces sibi debeatur tam excellens, qualis est æterna felicitas, multò magis sufficiēs est, vt constituat ius soluti pretij debiti tam minimi, quale est temporalis pœna. Et confirmatur: quia tribus existētibus virtutibus, s. charitate, gratificatione & pœnitētia, & actus alias debitus potest ex charitate efficaciam meritoriam, & gratificatione efficaciam gratiarum actionis sortiri: cur non assumptus a pœnitentia vim satisfactoriā sortietur? nunquid diuina acceptatio tam larga in merito & gratificatione, manca est in satisfactione? an forte plus iustitię locum habet in amico circa solutionem pœnæ, quam circa gratiarum actionē, aut meritum?

Præterea, ad particularia descēdendo, & discurrendo per consilia, quando sunt in præcepto, idem apparet: in casu enim quo tenetur quis eleemosynam facere, cur nō potest pœnitens ordinare illam

pro

pro satisfactione pœnitentiali? & similiter in casu quo præbere alteram maxillam, vel angariari, vel esurire, aut sitire, penuriam pati huiusmodi aliquid esset in præcepto, quis sapiens prohibeat pœnitentem offerre hæc Deo in satisfactionem, aut negat solui per hæc pœnam debitam pro peccatis? an forte huiusmodi opera debita ex præcepto, possunt ab ipso quidem pœnitēte assumi in satisfactionem pœnitentialem, sed per cōfessoris ministerium non possunt hæc in pœnitentiam dari. Hoc enim ecclesiæ clauibus est derogare, maioremq; virtutem humanæ intētioni, quàm Christi clauibus tribuere: tanquam humana intentio, quędam possit pro satisfactione assumere, ad quę claues non se extendunt, quod a fidelium æstimatione longe sit. In cuius signum laudabilis multorum cōfessorum consuetudo antiqua, absoluendo pœnitentem dicit, quicquid boni feceris, & facere intendis, & mala quæ sustines, & sustinebis, sint tibi in remissionem peccatorum, &c. & non dicit, Quicquid supererogationis boni feceris, aut mali, sustinebis.

Ad primum ergo in oppositum dicitur, ꝙ aliud est loqui de satisfactione infra limites puræ iustitię, & aliud est loqui de satisfactione sapiēte magis naturam amicitiæ quàm iustitię: argumentū enim procedit de satisfactione infra limites iustitiæ conclusa, de qua non est hic sermo. Vnde & pœnitentia posita est a Diuo Thoma differens a iustitia vindicatiua: quia illa ius attendit, hæc autem voluntatem offensi & offendentis, quod amicitiæ magis est, quàm iustitię.

Ad secundum dicitur, quia Ecclesiasticus minister homo est, (qui non intuetur cor, quem latet pœnitentis charitas,) ideo prouide ad tutiorem partem iudicium suum declinat, & id quod est amicitię prēteriens, ad id quod est iustitię se cōuertit. Et qm̄ ex parte iustitię satisfactio habet, ꝙ sit de non alias debito, ideo confessores non imponunt ieiunia alias debita, sed opera ad quæ alias pœnitens nō tenetur: cū quo stat, ꝙ si opera, ad quę alias ponentes tenētur, imponeret in satisfactionem peccatorum, prodesset saltem virtute clauium pœnitenti satisfactio huiusmodi ex charitate adimplera.

Ad tertium dicitur, ꝙ authoritas nō videtur adduci ad propositum, quoniam ex illa nihil aliud habetur, nisi ꝙ satisfactio fit p̄ pœnalia: hęc enim sunt quę si homo non posset, ab eo non exigerentur. De hoc enim nulla est quæstio: sed an huiusmodi pœnalia sint satisfactoria, si sint alias debita, de quo nihil dicit authoritas allegata. Veruntamen scito, ꝙ opus hoc, quod est honorare parentes (quod etiam si homo non peccasset, præceptum fuisset) si in præsenti statu exercendum cum pœnalitate alia qua occurrat, illud vnum opus præceptum, quatenus est pietatis esset meritorium, vt est a charitate, & gratiarum actio Deo, vt est a supērexcellenti gratitudine vocatur religio, & esset satisfactoriū, quatenus esset a pœnitentia, & simile est in aliis. Vnde habes, quod etiam per ea quę si homo non peccasset, essent exacta. alio tamen modo post peccatū exercita satisfactio fit.

A Primo ex ipsa ratione iustitię. Ex quo enim f̄m plenam iustitiam punitiuam semel imposita est pœna temporalis pro peccato, de quo verè pœnituit, nūquam pro illo debebitur, nisi pœna temporalis: & illa soluta nulla. Et confirmatur hoc in actibus humanis. Si enim alicui culpę præcisè correspondeat secundum legem abscisio manus, non debet secundum iustitiam manu abscissa exigi maior punitio: ergo a simili si quis remanet debitor præcisè temporalis pœnę (puta quatuor dierum) non debet f̄m diuinam iustitiam illa soluta plus exigi.

Præterea si huiusmodi satisfactio extra charitatē dicatur non sufficere, sententia nimis dura & occasio peccandi videtur; quoniam pœnitens quum hoc audierit, post lapsum in peccatum mortale nō prosequetur executionem pœnitentię, vtpote inutiliter, & sic incidet in nouum peccatū mortale transgrediendo præceptum ecclesię & vicarij Dei in illo actu. Et hinc formatur, inquit Scotus talis ratio, Si post lapsum non exequatur quis satisfactionem pristinam sibi impositam, peccat mortaliter: ergo si exequatur, bene facit: quia actum obedientię facit: sed non facit actum obedientię nisi inquantum illud est sibi impositum, tanquam pars satisfactionis. ergo, &c.

Præterea, sequitur aliud inconueniens, s. ꝙ huiusmodi peccator si damnaretur, æternaliter puniretur pro peccatis semel dimissis: ac per hoc dimissa peccata redirent simpliciter; quia redirent quo ad pœnam æternam. Et vlterius sequitur, quod ita æternaliter punitur quis pro peccatis dimissis, sicut pro non dimissis.

In oppositum est, quòd satisfactio mortua non est satisfactio, sicut nec homo mortuus est homo. Hęc quæstio sub iudice ab omnibus communiter videtur derelicta, quum ipse Scotus, qui partem negatiuam tenet (cuius sunt argumenta inducta) nō audeat eam asserere: sed dicat se absque præiudicio loqui in 1. q. distin. 15. 4. sentent. & Diuus Thom. varia videatur sentire; Durandus saluat ad vtranq; partem, &c. Quocirca vt radicales rationes examinentur, & rationabilior pars eligatur, hanc mouimus. Et quoniam rectum, est iudex sui & obliqui, hinc incipiendum reor, ꝙ f̄m omnes nulla nostra pœnitentialis satisfactio apud Deum est sufficiens sine charitate: quia nulla est sufficiens secundum æquiualentiam simpliciter, sed quæcunque est sufficiens, ex diuina acceptatione est sufficiēs, acceptabilem autem charitas reddit. Ex hoc cōmuni principio oportet doctrinam procedere per se, absque diuersione ad ea quę sunt per accidens, aut extranea: alioquin doctrina magis erit uoluntariū dogma, quàm vera doctrina. Ex hoc autem principio manifeste deducitur, nullam satisfactionem sufficere nisi charitas reddat eam acceptabilē: nec oportet in hac deductione laborare: sed tantummodo subsumere, sed hæc est satisfactio: ergo. Vnde quū reliqua ista de qua quæritur satisfactio, sit verè satisfactio, pro peccati pœna, & nulla habeat conditionem diminuentem rationem satisfactionis, mirum, vt non dicam voluntarium, videtur eximere huiusmodi satisfactionem a communi regula satisfaciendi: aut enim oportet negare illud vniuersale ac commune principium, aut illo concesso oportet vniuersaliter dicere, nullam satisfactionem pœnitentialem sufficere nisi secundum acceptationē, quæ extra charitatem non inuenitur. Et confirmatur ex causa simili, ponēdo hominem post contritionem suorum peccatorum, & aliquot dies pœnitentiæ,

QVAESTIO II.

An pro contrito & confesso peccato imposita satisfactio, si exoluatur id peccato mortali, sit iteranda.

SEcundo circa satisfactionem pœnitentialem quæritur, an pro contrito & confesso peccato imposita satisfactio, si exoluatur in peccato mortali, sit iteranda. Videtur enim quod non:

tentiæ,citra tamen confessionem,relapsum & nihilomius prosequi actus pœnitentiales pro peccatis pristinis.Hoc enim sic se habente, quæratur an huiusmodi actus pœnitentiales post relapsum sint satisfactorii,an non. Si dicitur quòd sunt satisfactorii,sequitur ꝙ non oportet recurrere ad determinationem pœnæ factam per punitiuam iustitiam claue non errante, &c. quum in hoc casu huiusmodi determinatio per claues non interuenerit: & ultra hoc videtur negari communis Doctorum sententia.Si verò nõ sunt satisfactorii,quum sola temporalis pœna pro pristinis peccatis in vtroque casu remanserit soluenda, nulla est ratio, quare solutio vnius extra charitatem valeat, & alterius non; si.n. iniustum est plus exigere in primo casu, iniustum quoque est plus exigere in secundo,quoniam secũdum diuinam iustitiam vtrobique debitum solius pœnę tẽporalis remanet.Et si illa soluitur extra charitatem,nullius restat pœnæ debitum;si autem charitas exigitur ad hoc,ut solutio sit sufficiens, neutrius solutio aliquid valet.Concludendum igitur ex communi hoc principio videtur,quòd nulla satisfactio pœnitentialis est sufficiens nisi secundum diuinam acceptationem,quam constat(ut sæpe dictũ est) extra charitatem non inueniri.Et confirmatur hoc ex ipso modo remissionis peccatorum. fit.n. remissio mortalis peccati per modum amicabilis reconciliationis,ex hoc enim mõ fit,vt peccator ex proprio demerito hostiliter puniendus,amicabiliter corripiendus restet;hoc enim auferri reatum pęnę æternę,& transire in reatum pœnę temporalis. Ex hoc autem quod,peccator de hostiliter puniendo, transit in amicabiliter puniendum hic, vel in purgatorio, sequitur quod nisi amicabiliter pœna exoluatur,nunquam soluetur;quia quòd amice debeo nunquam exoluo nisi amicę tribuam.

Ex eodẽ quoque principio deducitur,exceptionem aliam de satisfactionibus relinquentib.post se effectum, non esse vsquequaque veram; sed ex famosa apparentia humanaque compassione processisse uidetur distinctio inter satisfactiones relinquẽtes post se effectum,& satisfactiones non relinquentes post se effectum; ita vt licet vtræque extra charitatem factę sint mortuæ,effectus tamen primarũ remanens põt viuificari per subsequentem charitatem,& ideo primę non sunt reiterandę,secũdę autem quia totaliter transierunt,sunt reiterandæ. Fauorabilis siquidem magis, quam vera videtur interpretatio hęc.Nam opus satisfactorũ relinquens post se effectum (puta ieiunium,vel eleemosyna extra charitatem) si est sic per sequentem charitatẽ viuificabile,vel hoc habet ex sacramentalitate sola. & hoc non: quia sic etiam cõueniret satisfactionibus non relinquentibus effectum, quoniam ipsę etiam sunt sacramentales.Vel hoc habet ex relicto effectu solo:& hoc non:quia hoc conueniret similibus satisfactionibus factis ante contritionem & confessionem, quod omnes negamus, dicentes cum Augustin.quod peccator non est dignus etiã pane quo vescitur:& cum Apostolo,Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,&c.Vel hoc habet ex utroque simul, scilicet sacramentalitate & effectu relicto & hoc nõ: tum quia ad hoc, quod opus sacramentale sortiatur effectum per sequentem charitatem, non requiritur relictus effectus,vt de confessione informi patet. Tum quia huiusmodi relictus effectus non est sacramentalis, quoniam non est effectus operis satisfactorii,ut est sacramentale,aut morale, sed secundum naturam operis: afflictio enim carnis non est effectus ieiunii,vt est actus moralis,aut sacramentalis,sed vt est subtractio cibi.Et similiter diminutio boni exterioris non est effectus eleemosynę,nisi secundum naturam operis;puta quia subtrahit illud a se:vnde effectus iste est valde remotus a sacramentalitate.Tũ quia vacillans, aut claudicans inueniretur hoc verum;nam non esset verum vniuersaliter, sed in solo illo casu quo relictus effectus duraret vsque ad aduentum nouæ charitatis,vt sic inuentus possit a charitate viuificari.

Nam si non perduraret, non posset per illam viuificari plusquam transitoria quę præteriit oratio. & sic si quis extra charitatem ieiuniorum iniunctã pœnitentiam peregisset,& debilitatis seu afflictionis derelictus effectus nõ duraret,post duos mẽses (qui interim pœnitens bene se confortauit) & noua charitas nõ fuisset recuperata vsque ad quartum mensem,iteranda essent prædicta ieiunia.

Quia igitur neutra via solide fundata videtur,occurrit media via incedendum,dicendo tria.Primũ est, quòd omnis pœnitentialis satisfactio a confessore imposita etiam si extra charitatem fiat, sufficiens est quo ad forum militãtis ecclesię. Probatur hoc: quia satisfactio huiusmodi est sacramentalis: est enim tertia pars sacramenti,ac per hoc satisfacit ecclesię, si est informis, sicut confessio informis. Et hinc oritur, vt non solum ieiunia & eleemosynas,verum etiam orationes non sit solita ecclesia, iterum imponere pœnitentibus,qui eas semel soluerunt,quamuis iuniores nonnulli trepidantes timore vbi nõ est timor, & adinuenerint quandam momentaneam satisfactiunculam pro pœnitentia sacramentali, & deinde arbitrantur, quasi condignam pœnitentiam, quæ aut nõ est pœnitentia sacramentalis,aut si est,vanum mõstrat eorum timorem.Nec hoc facere edocti a sancta catholica ecclesia,& propterea reprehensione magis dignum est, quàm vsu.Secundum est, quòd quæcunque sacramentalis satisfactio si extra charitatem fit, nihil tũc valet ad expiationem pœnæ pro peccato debitæ apud Deum.Hoc ex supra dictis satis probatum est, & a Magistro senten.multis authoritatibus in decimaquinta distinct.4.capit.firmatur.Tertium est,ꝙ omnis satisfactio sacramentalis si extra charitatem fit,valere incipiet qñ recuperata charitate pœnitẽs ad cor redibit,&c.Probatur hoc ex eo quòd regulariter opus sacramentale utpote opus Dei recedente fictione sortitur effectum (ut de Baptismo, cõfessione;& extrema vnctiõe dictum est) satisfactio autem sacramentalis pars sacramenti est, uimque habet ex clauibus;ergo, si est informis sortietur postea recedente fictione effectum.

An autem totum effectum sortiatur postea quẽ sortita fuisset si in charitate peracta esset, nõ facile dixerim. Videtur tamen mihi,ꝙ nõ totum satisfactionis effectum sortiatur postea, qa sacramentalis satisfactio plus se tenet ex parte humani operis,q̃ ex parte diuini,hoc est sacramenti.Cuius oppositum accidit in aliis, ut patet in Baptismo, in quo totum opus est Dei,& hominis est solum ministerium;in satisfactione uerò sacramentali opus est pręcipue pœnitentis,& tam parum habet sacramenti,vt multi Doctores negant ipsam esse partem sacramenti. Et propterea rationabile uidetur, quòd satisfactio sacramentalis informis aliquem effectum postea sortiatur ex illa parte,quia sacramentalis est: nõ totum autem ex illa præcipua sui parte,qua humanũ opus mortuum habuit.

Ad

Ad primum ergo in oppositum dicitur, q̄ obiectio confecta est ex lana & lino, quoniam orsa est ex amicitia, & contexta est ex mera iustitia. Supponit enim pœnitentem secundum meram iustitiam debere pœnam solūmodo pati tēporalem, & cum hoc reconciliatum esse ex gratia, quasi post reconciliationem satisfactio sit sufficiens secundum æqualentiam simpliciter, & non secundum acceptationem. Et quoniam satisfactio secundum equiualentiam simpliciter, non cōsonat satisfactioni amicabili & possibili inter hominem & Deum: ideo, vt prædictum est, repetitur dicendo satisfactionem impositam temporalem pro pœna peccati siue imposita sit a sacerdote, siue non, esse amicabiliter soluendam: & si amicabiliter non soluitur, nunquam soluitur. Et propterea quę de mera iustitia & humanis punitionibus adducuntur, extra propositum sunt: quoniam de vindicatiua loquuntur iustitia, in qua attenditur æqualitas rei ad rem: nos autem de satisfactione pœnitentiali loquimur, in qua attenditur equalitas secundum acceptationem Dei offensi.

Ad 1m dr̄, q̄ sententia hęc non est dura, sed dulcedine amicitię diuinę plena, nec est occasio peccandi nisi forte accepta. Et ad formam rationis dicitur primo, ipsam ualde errare: ut patet applicando eam ad peccatorem cōmunicaturum in paschate, dicendo, Si non communicat peccat nouo peccato: ergo si communicat, bene facit obediendo. Quod patet esse ridiculum.

Et quia multiplicare inconuenientia, non est soluere, dicitur secundò, quòd huiusmodi rationi in quacunque materia fiat, respondendum est sic: Si non exequitur peccat, admittitur: ergo si exeqtur condigne, bene facit: alioquin negetur sequela: quoniam & communicando & non communicādo in paschate peccat nouo peccato indignus. Dicitur tertio quantum ad materiam quæ tangitur de nouo peccato mortali omittentis pœnitentiam iniunctam a confessore pro mortalibus, quod nulla ratione apparet omissionem huiusmodi esse peccatum mortale, ut patet discurrendo per omnia concurrentia ad huiusmodi actum: iniuncta siquidem a confessore pro mortalibus satisfactio, quatuor habet capita. primum est, quod est iudicata & præcepta a Christi uicario; & hinc satisfactio fit actus iustitiæ cuiusdam & obedientiæ: & hinc satisfactionis omissio non habet peccati mortalis rationem, si desit contemptus, qui contrariatur præcepto: & abiiceret gradum iudicii facti. secundum est ex parte pœnitentis, quod est actus pœnitentię & charitatis: & hinc nulla est in omissione ratio peccati mortalis, nisi actus iste iustitię, penitentiæ & charitatis sit necessarius ad salutem. Quod constat esse falsum: quia actus iste non est necessarius ad dilectionem Dei, aut sui ipsius, aut proximi: qm̄ uersatur circa ea, quę sunt ad finem scilicet solutionem pœnę temporalis: quam potest pœnitens reseruare sibi in purgatorio absque mortali offensa Dei: tertium est ex parte finis, quod est expiatiua pœnę pro peccato debitæ: & hinc, vt nunc mōstratum est, non habet omissio, quòd sit mortale peccatum, sed quòd sit reseruatio luendę pœnæ. Quartum est, quod est pars sacramenti: & hinc, q̄ omissio non cōstituat sacrilegium, ex eo apparet, quod ecclesia utitur pœnitentiæ sacramento quandoq; absque hac tertia parte (ut patet de pœnitentib. in fine, quib. non imponitur secundum canones satisfactio) & ex eo quod si quis sua sponte ante confessionem satisfeciſſet, non esset imponenda satisfactio aliqua a confessore. Nec desunt dicentes posse pœnitentem male paratum ad suscipiendam satisfactionē in hac uita, absolui reseruata satisfactione in purgatorio: ex his enim omnibus habetur, q̄ omissio huius partis sacramenti nō est peccatum mortale ex suo genere. Vnde quū satisfactio a confessore non imponatur, nisi ut descripta est, & vt sic illius omissio non habeat ex suo genere rationem peccati mortalis, concludendum est peccare quidem omittentem iniunctam satisfactionem (quum agat præter obedientiam, & alias uirtutes) non tamen mortaliter, deficiente contemptu, quum nec contra obedientiam, charitatemve omittat.

Ad tertium dicitur, quòd distinctio inter per se & per accidens euitat hæc inconuenientia: pœnam siquidem temporalē fieri per se ęternam est inconueniens: per accidens autem ęternari non incōuenit. Sic autem est in proposito: quoniam temporalis pœna amice soluenda propterea ordinatur in inferno, quia nunquam amice soluitur. Vnde nec propterea redeunt simpliciter dimissa peccata, nec æque punitur pro peccato dimisso & pro non dimisso; si enim redirent simpliciter deberetur per se pœna ęterna. & similiter peccato non dimisso deberetur per se pœna æterna. In proposito autem ęternitas pœnę inuenitur per accidens, non tamen sicut in pœna venialiū; ratio enim proxima æternitatis pœnę perseuerātium venialium in inferno est æternitatis culpę: perseuerante n. culpa semper dēt perseuerare pœna. Ratio autem ęternitatis pœnæ in proposito est defectus acceptabilitatis: quia s. solutio pœnæ numquam est acceptabilis, quia nūquam soluitur amice.

TRACTATVS SEPTIMVS,
De ministro sacramenti pœnitentiæ, cuius unicum est Quæsitum.

QVAESTIO VNICA.

An sacramenti pœnitentiæ minister possit esse sacerdos absque iurisdictione.

CIRCA Ministrum sacramenti pœnitētię quærit̄, an possit esse sacerdos absque iurisdictione. Et est ratio dubii. Tum quia confessor summi pontificis ministrat ei sacramentum pœnitentiæ sola potestate ordinis, cum potestatem iurisdictionis super eum habere nequeat. Tum quia videtur cōmuniter dici, quod sola potestas ordinis sufficit ad absoluendum a peccatis venialibus. tum quia uidetur etiam communiter dici, quod potestas ordinis ex se, se extenderet ad omnes absoluendos, nisi per ecclesiam essent limitatæ iurisdictiones.

In oppositum est decretum omnis utriusque sexus.

Ad euidentiam huius sciendum est, quod licet multa doctorum verba sonare uideantur, solā ordinis potestatem quādoque sufficere ad hoc sacramentum, secundum tamen rei veritatem nunquā sufficit, sed semper exigitur ultra potestatem ordinis, authoritas iurisdictionis aliquo modo. Et hoc quidem non solum per ecclesiam determinatum est, sed ex ipsa sacramenti natura, habetur: legimus enim in Concilio Flore. quod minister huius sacramenta

menti est sacerdos habens authoritatem ordinariam vel delegatam. Ex quo patet quòd sacerdos sola ordinis potestate fultus, non est minister huius sacramenti. Et quum in proposito non habeat locum distinctio illa de ministro ex officio, vel in articulo necessitatis sicut in Baptismo, oportet dicere, quòd si sacerdos sola ordinis potestate absoluat, sacramentum nullum est, quia deficit minister. Est quoque sacramentum hoc ex sua natura iudiciale, quoniam forma eius consistit in actu iudicis, vt sic: actus autem iudicialis, etiam si fingendi detur licentia, non potest intelligi exerceri, nisi in subditum: igitur non ex Ecclesiæ constitutione, sed ex ipsius sacramenti iudicialis natura exigitur potestas iurisdictionis in hoc sacramento. Dupliciter autem contingit habere potestatem iurisdictionis, primo ex parte principij iudicandi, ita, q̃ potestas ipsa iurisdictionis, sit principium iudicij, sicut in naturalibus calor est principium calefaciẽdi, & in politicis potestas principis est principium puniendi, & in ecclesiasticis potestas pontificia est principium excommunicãdi, & huiusmodi. Alio modo inuenitur iurisdictio ex parte eius, qui iudicandus est, sicut contingit in iudicio arbitrorum, à partibus tantum potestatem habentium, ex hoc ipso quòd illis se submittunt in illa causa. In ministro vero sacramenti pœnitentiæ quum ordinaria vel delagata à superiori potestate est minister, licet inueniatur potestas iurisdictionis primo modo, ad ministrandum tamen sacramentum pœnitentiæ, sufficit potestas iurisdictionis secundo modo. Et ratio est, quia sacramentalis absolutionis principium non est potestas iurisdictionis, sed potestas ordinis, potestas autem iurisdictionis concurrit quò ad hoc solum, quòd facit de peccatore subditum, vel simpliciter vel quo ad talia peccata. Et hinc fit, vt quicumque potest se subijcere in foro pœnitentiali cui vult, non egeat aliunde iurisdictione in ministrante ei hoc sacramentum.

Et per hoc patet responsio ad primum, ex hoc enim quòd summus pontifex nulli in terris subditus est, potest seipsum subdere in foro penitentiali cuilibet sacerdoti, nec confessor ille habet, proprie loquendo, potestatem iurisdictionis super papa pœnitente a Christo, vel ecclesia, vel ab ipso papa tanquam a superiore: sed ex ipso quòd papa se subdit illi. Et hic modus iurisdictionis reductiuè spectat ad iurisdictionem delegatam, quãuis proprie non sit delegata.

Ad secundum dicitur, quòd quia quo ad peccata venialia quilibet est liber respectu sacramenti pœnitentiæ (eo quod nullus tenetur confiteri venialia) ideo sacris rationabile est, quòd quilibet potest se subdere cui vult sacerdoti pro sacramento pœnitentiæ venialium. Et sic inuenitur hic non sola potestas ordinis, sed potestas iurisdictionis reductiue, quæ quia non est propriè delegata, tacita videtur à dicentibus, q̃ sola potestas ordinis ministrat sacramentum venialibus, quum tamen secũdum veritatem si nullo modo iurisdictio interueniret, nullum esset peccatum, vt dictum est. Caue tamen ne huiusmodi iurisdictionem extendas ad absolutionem ab excõmunicatione minori, etiã per peccatũ veniale incursa: nam quia excommunicatio minor vinculum est introductũ a potestate iurisdictionis, q̃ est principiũ iudicij, ipossibile est quod sine huiusmodi potestate iurisdõnis, quę est principium actuum iudicialium, absoluat quis ab excommunicatione minori. Vnde quãuis habens venialia tm̃ possit à quocunq; sacerdote pœnitentiæ sacramentum suscipere ex hoc ipso, quòd subdit illi: non potest tamen à quocunque sacerdote absolui ab excommunicatione minori: sed si illam habet, oportet prius à proprio sacerdote ab illa absolui.

Ad tertium dicitur, quòd illud dictum potest dupliciter intelligi: vel omnes sacerdotes à principio ex hoc ipso, quòd erant sacerdotes poterãt omnes absoluere, vel quòd omnes sacerdotes instituebantur non solum sacerdotes communes, sed iudicis communes in foro pœnitentiali. Primus sensus est falsus: quia de necessitate sacramenti iudicialis est iurisdictio. Secundus sensus est verus, suppositia veritate dicti: quoniam ante distinctiones parochiarum, &c. sacerdotes vtramq; potestatem accipiebant, ita q̃ tunc erãt & sacerdotes cões & iudices communes, postea aũt ordinantur quidam sacerdotes communes, fiunt autem iudices proprij, assignando eis plebes proprias. Et multi relinquuntur sacerdotes communes, qui nunquam fiunt iudices, nec cões, nec proprij, vt patet de his, qui non sunt expositi ad audientiam confessionũ, nec aliquis se subdit eis quoad venialia.

TRACTATVS OCTAVVS.

De indulgentiarum Thesauro in quatuor Quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num aliquis thesaurus sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum.*
2 *Num, & quibus satisfactionibus, & meritis constet thesaurus indulgentiarum.*
3 *Num satisfactiones, ex quibus est thesaurus indulgentiarum, sint Christi merita, & sanctorum.*
4 *Num thesaurus indulgentiarum subdatur Papæ absque sacramentorum collatione.*

Circa Indulgentias post tractatum quẽdam alias editum, & plures quæstiones in secundo libro positas, iam tertio scribendum occurrit tripertita consideratione. Primo de thesauro. Secundo de causa. Tertio de susceipientibus.

Circa thesaurum occurrunt quatuor querenda: primum, an aliquis thesaurus sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum. Secundo, ex quibus cõstat dictus thesaurus. Tertio quorum sint, vel fuerint reposita in dicto thesauro. Quarto an dictus thesaurus subsit dispositioni summi pontificis.

QVAESTIO I.

An thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum.

Circa primum (an thesaurus aliquis sit necessarius ad efficaciam indulgentiarum) sciendum est, quòd ex duplici capite dubitatio hæc oritur, vel ex eo, quòd creditur Papam posse facere effectum indulgentiæ authoritatiue, sicut potest absoluere ab excommunicatione sic, quòd ita potest absoluere à debito pœnarum temporalium, quas pœnitentes pro suis debent peccatis, sicut potest absoluere à vinculis suspensionis, interdicti, & huiusmodi. Vel ex eo, quòd creditur effectum indulgentiarum non esse aliud, quàm solutionem ecclesiastici vinculi, quo pœnitens alligatus est ad

iniunctas

iniunctas pœnitentias. Ex utraque siquidem opinione sequitur nullo opus esse thesauro ad efficaciam indulgentiarum: ut manifeste patet.

Prima autem opinio Francisci Matronis in 4. di. 19. Et fundatur super verbo Christi, Quodcunque solueris super terram, &c. Hinc enim vult papam veluti principem Christianæ Reipub. constitutum: & postea ex regulari potestate principum, quia q̃libet princeps habẽs plenariam potestatem, potest remittere debita peccatoribus in sua politia, infert papam posse remittere debita pœnarum temporalium, quas pœnitens tenetur in hac vita vel in purgatorio exoluere. Firmaturque hoc, inducendo, q̃ sacerdos absoluendo transfert pœnam ęternam in temporalem: ac per hoc de foro inferni in forum temporale, &c. Sed hic dicendi modus tripliciter errat. Primo in hoc, quòd non distinguit inter forũ pœnitentiale & forum extrinsecę iurisdictionis ecclesiasticæ: Papa enim, licet sit quasi princeps in foro ecclesiasticæ iurisdictionis exterioris (cuius signum est, quòd est solutus ecclesiasticis pœnis & legibus, ut princeps) in foro tamen pœnitentiali est subditus: unde & potest solui & ligari a sacerdote in foro pœnitẽtiali, & potest & dẽt sibi negari absolutio, sicut & reliquis ficte accedentib. ad sacramentum pœnitentię: pœna autem temporalis pro peccatis actualib. post contritionem & confessionem debita non spectat ad extrinsecum forum, sed ad forũ pœnitentiale. Quod etiam ex eo patet, quòd est eiusdem rationis aliis partibus, quę remissæ sunt ex uirtute clauium, vel per satisfactionem pœnitentialem, vnde quo ad hoc non habet Papa a Christo potestatem tanquam princeps, sed tanquam minister. Secundo errat in hoc quod nõ decernit inter causas debitorum: nam si princeps non posset remittere causam debiti, nec ipsum debitum remittere posset. Vnde quum papa non possit remittere causam debiti (quoniam causa debiti est peccatum: Papa autem non potest etiam veniale remittere peccatum) non igitur ad potestatem principatus eius spectat remittere pœnam ex peccato debitã. Tertio errat non discernens modum potentiæ; aliud est enim Papam posse remittere huiusmodi pœnas. Dato enim, quòd papa possit sicut rei ueritas est quòd potest ex illo Christi uerbo: Quodcunque solueris, &c. non tamen sequitur, potest hoc tali modo, puta solo iussu: stat enim quod potest hoc alio modo puta per ecclesiastici thesauri dispensationem.

Et hoc patet in simili; nam sicut Christus dixit Petro, Quodcunque solueris, &c. ita dixerit discipulis, Quorum remiseritis peccata, &c. & sicut non valet, Discipuli seu sacerdotes possunt remittere peccata, ergo possunt solo iussu seu authoritate; (sed stat, quòd possunt alio modo, scilicet ministrãdo sacramentum pœnitentiæ) ita non valet: papa potest quodcunque soluere super terram; ergo solo iussu seu authoritate hoc potest: stat enim quòd hoc possit diuersimode, quo ad exteriora quidem solo iussu, quo ad intima verò, peccata scilicet & eorum pœnas, apud Deum mediante sacramento, quo ad peccata: mediante uero dispensatione thesauri, quo ad dictas pœnas. Nec sacerdos aliter quã per sacramentum transfert pœnam ęternam in tẽporalem.

Secunda autem opinio verborũ sonum habens pro se (pro quanto indulgentię sonant pro iniunctis pœnitentiis) fundatur super hoc, quòd pœna debita a pœnitente apud diuinã iustitiam est reseruata superiori tribunali, s. illius diuinæ iustitiæ; ac per hoc non potest ab inferiori (qualis est papa) remitti, nisi papa posset supra ius diuinum, quod constat esse falsũ. Et hęc opinio tripliciter errat. Primo diminutissimè exponendo remissionem iniunctarũ pœnitentiarũ, dum exponit pro remissione solius vinculi: quum etiam ipsa verba sonent remissionẽ ipsarum iniunctarum pœnitentiarum, & non solius vinculi iniunctionis: non enim dicitur, quòd relaxamus iniunctionem, sed quòd relaxamus iniunctas pœnitentias. Secũdò, quod impietatem tribuit ecclesiæ: nam si indulgentia liberaret a sola iniunctione pœnitentię, impiè ageret ecclesia dando indulgentias: quoniam absoluendo a vinculo iniunctionis, transmitteret pœnitentes ad pœnas purgatorij, a quibus liberati fuissent exequendo iniunctas pœnitentias. Vnde magna impietas esset, dicere se facere gratiam dãdo indulgentiam. Tertiò errat in hoc, quod non discernit inter posse remittere ministerialiter, & posse remittere authoritatiuè. Licet.n. Deo debita solus Deꝰ authoritatiue remittere possit: homo tñ minister Dei, diuina authoritate sibi concessa potest Deo debita remittere ministerialiter, nec solum debita pœnarum, sed etiam debita culparum, vt patet in sacramento pœnitentiæ. Nec hoc est posse supra ius diuinum: sed est ministerialiter fungi authoritate diuina.

His igitur exclusis opinionibus, quia ex fine necessitas medij sumitur, finis autem & effectus in huiusmodi coincidunt: (sanitas n. est finis, & effectus medicinę) ideo stabiliendus est effectus indulgentiarum ex his quæ certa sunt. Et quoniam certum est omni hoc attestante ecclesia, indulgentias succedere loco iniunctarũ pœnitentiarum, consequẽs est, quòd idem est effectus indulgentiæ, qui erat futurus effectus iniunctæ satisfactionis pœnitentialis. Constat autem quòd per iniũctam satisfactionem pœnitentialem digne exequutã soluitur pœna temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiã (hoc.n. vniuersalis credit ecclesia) igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem, si veraciter ac digne acquisita fuerit, soluetur quoq; tantum de pœna temporali pro actuali peccato debita apud diuinam iustitiam, quantum apud eandem equiualet indulgentia acquisita. Et hæc ratio non eget ampliori confirmatione, quùm iam determinatum sit per ecclesiam Romanam id quod communis doctorum opinio sentiebat, scilicet effectum indulgentiarum esse remissionem pœnæ temporalis pro peccato actuali debitę apud diuinã iustitiam: sed hinc sumenda est necessitas quæsiti thesauri. Vnde considerandum est, q̃ remissio peccatorũ, vt tota clamat scriptura, effectus est passionis Christi: ita quòd cuicunque remittitur peccatum, siue quo ad culpam, siue quo ad pœnã, ex virtute passionis Christi remittitur. Credimus autem in huiusmodi remissione sicut & in vniuersis vijs Domini nõ solum misericordiam, sed etiam iustitiam inueniri: misericordiam quidẽ in hoc, q̃ miseriam peccatoris computat Christus quasi suam, iustitiam verò in hoc, q̃ meritum ac passio Christi communicatur peccatori, quasi peccator ipse pateretur, vt sic peccator debitum Deo soluat de suo, non per seipsum, sed per Christi communionem acquisito, ut patet in Baptismo in quo, propterea fit plenaria peccatorũ remissio, quia plenissime commoritur & consepelitur Christo baptizatus. Ex quibus formatur talis ratio, Ad remissionem peccatorum, siue quo ad culpam, siue quo ad pœnam per sacramenta habendam, exigitur thesaurus aliquis, puta

puta meritorum passionis Christi remanẽtium in diuina acceptatione: ergo a fortiori ad remissionẽ peccatorum quo ad pœnam tantum per indulgentiam, exigitur aliquis similis thesaurus. Antecedens patet discurrendo per sacramenta, & ecclesiæ doctrinam, quam diximus. Consequentia vero ex se est satis euidens; quoniam omnis ratio exposcit q̃ diuina prouidentia si subiicientibus se sacramentis ordinauit, non remitti pœnam peccatorum, nisi computando pœnam Christi pro his, quibus remittitur, multo magis ordinauit non remitti pœnas peccatorum per indulgentias, nisi cõputando alienas pro acquirentibus indulgentias: quandoquidẽ submittere se indulgentiis, multominus est, quam submittere se sacramentis. Est igitur ad efficaciam indulgentiarum thesaurus aliquis necessarius, non minus quam ad efficaciam sacramentorum.

QVAESTIO II.

Ex quibus constet thesaurus, vndè fiunt indulgentiæ.

CIrca secundum quæsitum (ex quibus constet thesaurus, vnde fiunt indulgentiæ) ratio dubitandi est: quoniam interdum merita, interdum passiones, interdũ satisfactiones dicunt eẽ ea, q̃ sunt in hoc thesauro reposita. Veritas aũt (vt patebit) formaliter explicat̃ p satisfactiones superfluas.

Ad cuius euidentiam non aliunde quam ex fundamento prius posito procedendum est, ex hoc, s. quod indulgentiæ succedunt loco pœnitentialium satisfactionum. Hoc enim dictũ oportet cum grano salis sumere. In pœnitentiali siquidem satisfactione digne exequuta (puta ieiunio) considerandum est quadruplex officiũ: hẽt. n. huiusmodi op⁹ quatuor officia, s. bonificandi, medendi, merendi, & satisfaciendi. Nam ex eo quod est opus bonum, bonificat operantem, & disponit illum ad alia bona opa. ex eo vero quod est tale op⁹ (puta ieiuniũ) medicinam præbet contra carnis concupiscentiã, sicut eleemosyna contra auaritiam, &c. ex eo autẽ quod a charitate procedit, meritorium est vitæ æternæ & ex eo demum quod pœnale satisfactoriũ est pro pœna temporali pro peccato debita: soluitur enim pœna absque omni contradictione per opus pœnale ut sic, in dulgentia autem non succedit loco satisfactionis pœnitentialis; nisi quo ad vltimum officium quod est satisfacere: nam ex vi indulgentiæ non fit homo bonus, nec medicatur, nec meretur, sed solummõ soluit pœnam q̃ per pœnitentiam solui sset. Et propterea doctores consulunt assequentibus indulgentias, adimplere nihilominus suas pœnitentias: & meritum longe melius esse prædicant quã indulgentia. Nec propter hoc tñ vilipendendæ sunt indulgentiæ: quoniam salutares sunt tollendo pœnam quæ impediret ingressum cœlestis patriæ.

Notanter autem dixi ex vi indulgentiæ, quoniam si indulgẽtiæ mixtũ cointelligatur op⁹ sanctũ, quo acquiritur indulgentia, puta eleemosyna, aut aliqd huiusmodi, sic mixta intellecta indulgentia melior esse potest, quam satisfactio pœnitentialis:

Nam nullum officiorum inuentorum in satisfactione pœnitentiali sibi deficit, est enim digne data eleemosyna pro acquirenda indulgentia, reddens bonum, & disponens ad bona opera dantem illam, & præbet medicinam contra cupiditatem pecuniæ, & est meritoria vitæ æternæ, & est satisfactoria ex propria pœnalitate, & ultra hæc superuenit sibi solutio pœnæ, seu satisfactio per indulgentiam. Ex hoc igitur, quod indulgentia pura succedit satisfactioni pœnitentiali solummodo quo ad vim satisfactiuã, manifeste sequitur, quod thesaurus indulgentiarum, thesaurus est satisfactionum, quæ quia per opera pœnalia & meritoria fiunt, ideo idẽ dicitur thesaurus passionum & meritorum, quatenus satisfactoria sunt. Rationabile autem, vltra dicta, in præcedenti articulo monstratur esse, debere esse thesaurum hũc thesaurum satisfactionum, seu meritorũ, quatenus satisfactoria, ex eo q̃ vnus pro alio & in temporalibus & in spiritualibus satisfacere põt: non medicatur aũt nec fit bonus, nec meretẽ vnus pro alio: sunt igitur ea quæ sunt reposita in hoc thesauro, satisfactiones. Quod autẽ non quæcũque satisfactiones, sed solæ superfluæ in eodem reconditæ sint, ex eo patet, q̃ satisfactiones illæ, quibus satisfacientes indiguerunt pro seipsis, iã cesserunt in solutionẽ pœnarũ debitarum pro propriis peccatis, & propterea non pñt pro aliis soluere. Et simile est iudiciũ de satisfactionibus quæ pro quibusdã determinate oblatæ sunt: sunt. n. & ipsæ sortitæ suum effectũ. Quia igitur oportet satisfactiones in thesauro repositas pro alienis pœnis soluẽdis offerri posse, oportet huiusmodi satisfactiones esse superfluas, ita quod nec pro his q̃ illas egerunt, nec pro aliis hacten⁹ satisfecerint, hoc. n. est merita seu opera esse superflua, quo ad officium satisfaciẽdi.

Obiectiones autem, quæ ingerere videntur plus requiri ad recondita in hoc thesauro, puta quod non solum sint satisfactiones superfluæ: sed etiam non plene remuneratæ, in sequenti articulo monstrabuntur vanæ. Et ideo concludendum est, thesaurum indulgẽtiarum esse thesaurum superfluarum satisfactionum, seu meritorum, quatenus superfluunt, quo ad officium satisfaciendi pro pœna actualibus peccatis debita.

QVAESTIO III.

Quorum sint satisfactiones, ex quibus constet thesaurus, vnde fiant indulgentiæ.

CIrca tertium de thesauro quæsitum (scilicet quorũ sint huiusmodi superfluæ satisfactiones) dubitandi ratio est: quia dicitur, q̃d sunt Christi & sanctorum: multis tamen doctoribus aduersantibus. Dum quidam nec in Christo, nec in sanctis superfluas concedunt satisfactiones: quidam autem etsi in Christo concedunt, de sanctis tamen dubitant. Franciscus igitur Maironis in quarto, distinctione decimanona, negans omni ex parte hũc thesaurum dicit nulla esse Christi superflua merita: quoniã omnia sunt plene sibi remunerata: iuxta illud. Exinaniuit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, &c. Durãdus vero in quarto distinct. 20. Christi quidem superflua merita in thesauro hoc affirmat, de sanctorũ vero superfluis meritis dubitat duplici ratione. Prima communi sibi & Francisco: quia merita sanctorum sunt plenissime remunerata, imo vltra condignum; quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

Secundo, quia ad hoc quod satisfactio vnius valeat pro alio exigitur intentio dirigens, & applicãs satisfactionem illam ad alium, de nullo autem sanctorum authenticè constat, quod habuerit intentionem satisfaciendi pro nobis: non igitur sanctorum sunt merita satisfactoria, ex quorum thesauro fiunt indulgentiæ.

Sed horum opinio tam in rationibus, quàm in conclusione, falsa & irrationabilis inuenitur. Et a Christo inchoãdo, falsissimum est Christi merita esse remunerata, quum Christus meruerit nobis, & continue remuneretur in membris suis, vt patet in bapti-

baptizatis, q non ꝓprio, sed Christi merito ad cœ- A
lestem perueniunt patriam. A ratione quoque hoc
alienum est, quoniam Christus est caput mystici
corporis, quod est ecclesia, ac per hoc gratia eius
est gratia capitalis, & proinde meritum eius ita se
habet ad membra eius, sicut meritum priuati ho-
minis se habet ad corpus suum, & propterea sicut
quilibet homo meretur non solum animæ, sed ẽt
corpori suo, ita Christus non solum sibi, sed aliis
meruit: immo maius quid meruit nobis, quàm si-
bi, quia nobis meruit beatitudinem, quàm sibi ip
si non meruit, sed sine merito à principio ceptio-
nis suæ habuit. Authoritas autem Apostoli non
dicit, merita Christi fuisse plene remunerata in se- B
ipso, sed duo illius præmia narrat, scilicet exalta-
tionem ipsius, & excellentiam sui nominis, meruit
enim præter hæc multa alia Christus, vt patet ex
supradictis à Diuo Thoma. De Sanctorum autem
remuneratione duo dicenda sunt.

Primum non curando de proprietate vocabuli,
sed communicando in vocabulis cum arguenti-
bus, deinde proprie loquendo de remuneratione.
Loquendo siquidem de remuneratione commu-
niter, siue sit proprie remuneratio, siue non, distin
guendum est, quod merita Sanctorum, quo ad
aliquid, sunt totaliter remunerabilia in ipsis San-
ctis: quo ad aliquid vero non sunt totaliter remu- C
nerabilia ipsis sanctis, & quo adhoc superfluunt
ipsis Sanctis, & ponuntur in thesauro remanentia
in diuina acceptatione, remuneranda in alijs. Me-
rita siquidem Sanctorum, licet secundum reliqua
officia sua possint remunerari in ipsis Sanctis, se-
cundum tamen hoc officium, quòd est satisfacere
pro pœna temporali peccatis actualibus debita,
remunerari non possunt in ipso sancto, si non est
debitor alicuius temporalis pœnæ pro suo peccato
actuali: ex hoc enim ipso, quòd Sanctus ponitur
in debitor talis pœnæ, necessario sequitur, quòd
non sit capax talis remunerationis, scilicet, quòd
satisfactio sua valeat sibi ad solutionem pœnæ pro D
se. Si supponamus ergo (quod postea probabitur)
Sanctos plus satisfeciſſe, quam pro propriis pecca-
tis erant debitores, oportet consequenter dicere,
quòd satisfactiones suæ inquantum excedunt sua
debita, non sunt remuneratæ in ipsis sanctis, quia
ipsi non indigebãt solutione pœnarũ, quæ est seu
dicitur remuneratio satisfactionis, abusiue (vt di-
ctum est) de remuneratione loquendo. At si pro-
prie loquẽdũ est de remuneratione, dicendũ est, q
merita Sanctorum omnia sunt plenissime remu-
nerata sibi, ita quod etiam ipse eis superfluę sa-
tisfactiones sunt plenissime remuneratæ, vel
remuneranda in ipsis Sanctis, quoniam quic-
quid inde meruerunt, totum eorum erit, siue
sit præmium essentiale siue accidentale. Sed ple- E
nissima remuneratio non minuit vim satisfactiuã
pro aliis, quoniam soluere pro se, vel alio, non est
meritum, aut merces, aut remuneratio quęcum-
que, actus enim satisfaciendi, quia Sanctis proces-
sit, pro quanto fuit mereri, remuneratus est vita
ęterna, &c. Et rursus pro quanto fuit tale opus pę
nale sibi, remuneratus est gaudio accidentali:
gaudebit enim de hoc, & plus passus est, quam
peccata sua demeruerint, vnde & aureola da-
tur quibusdam generibus operum ex ipsa exe-
quutione. Sed propter huiusmodi, & quascun-
que alias remunerationes non perdit actus ille of-
ficium suum, quod est soluere pro pœna tempo-

rali actualis peccati proprij, vel alieni, immo quũ
continget superfluam satisfactionem Laurentij
soluere pro pœna debita Ioanni pœnitenti, gau-
dium quoddam accidentale Laurentius in cœlo
habebit de hoc, quòd satisfactio sua soluit pro Ioã
ue. Interuenit igitur in huiusmodi ratione super
plena remuneratione meritorum tundata, error
in hoc, quòd satisfacere seu soluere pœnam tempo
ralem pro actuali peccato debitam, inter remune-
rationes seu remunerabilia computatur, quum lõ-
ge sit à genere tam meriti, quàm mercedis, vt etiã
attestantur doctores, tenentes huiusmodi residuas
pœnas si contingant inueniri in damnatis, posse
solui in inferno, vbi constat non inueniri meri-
tum, aut mercedem. Attestatur etiam, & commu
nis doctrina, tenens in purgatorio solui huiusmo-
di pœnas; & tamen in huiusmodi solutione non
mereri neque remunerari. Quia ergo pleniſſima
remuneratio quantumcunque vltra condignum,
non tollit à meritis Sanctorum superfluens à sa-
faciendi pro pœna temporali actualium peccato-
rum, si constat Sanctorum merita plus esse satisfa-
ria, quam ipsi essent debitores, nihil obstabit ratio
de plena remuneratione. Quod autem sancti plus
satisfecerint, quam demeruerint, testatur Iob 6. c.
sexto, dicens. Vtinam appẽderentur peccata mea,
quibus iram merui, & calamitas, quàm patior in
statera quasi arena maris hæc grauior appareret.
Tbi clare liquet, Iob plus passum fuisse, quam pro
peccatis suis debuerit pati, in superabundantia au-
tem passionum, consistit superabundantia satis-
factionum, vt patet ex antedictis. Simile autem es-
se de multis aliis iudicium, nemo dubitat. De in-
tentione vero Sanctorum, quod scilicet fuerit pa-
ti pro nobis, testatur Apostolus ad Colosens. pri-
mo, dicens, Adimpleo ea, quæ sunt passionum
Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est
ecclesia. Vbi manifeste patet, diuinam prouiden-
tiam disposuisse passiones aliquas in carne Sancto-
rum, spectare ad complementum passionũ Chri-
sti pro corpore eius, quod est ecclesia, & hanc di-
uinam ordinationem Sanctos adimplere suis pas-
sionibus superabundantibus.

Ex quibus omnibus patet, argumenta supradi-
ctorum doctorum falsa esse. De conclusione au-
tem non est amplius dubitandum, quoniam iam
per Romanam ecclesiam determinatum est, in-
dulgentias fieri ex thesauro superabundantium
meritorum, seu passionum Christi, & Sanctorum.
Quæ etiam conclusio quo ad superabundantiam
passionum Christi pro nobis fundamentum ha-
bet Scriptura primæ Ioan. 2. Ipse est propitiatio
pro peccatis nostris, non pro nostris autem tan-
tum, sed totius mundi. Ex qua authoritate patet,
passionem Thristi sufficienter satisfacere pro toto
mundo, ac per hoc quum exxequutiue pro paucis
tantum satisfaciat, infinitum thesaurum satisfa-
ctionum Christi supereſſe in sacramentis, quibus
eadem Christi passio, satisfacit. De sanctorum au-
tem superabundantibus meritis quo ad officium
satisfaciendi pro nobis, fundamentum est in Scri-
ptura in locis allegatis ex Iob, & Apostolo. Vnde
apparet quam rationabiliter ecclesia Roma. de-
terminauerit.

Et si quæratur, ad quis vtilis erit tanta superabũ-
dantia satisfactionum Christi, & Sanctorum, quã-
ta secundum prædicta supererit post vniuersale iu-
dicium, quando nulli amplius proderit, dum pro

nullo amplius soluere poterit pœnam peccato debitam, dicendum est, quod hoc ipsum, quod est merita Christi, & Sanctorum, vt satisfactoria, tam excellenter superare, omnes, quæ soluendæ fuerant, pœnas, non est vanum, sed ad gloriam Christi, & Sanctorum, & ad commendandam libertatem salutationis electorum. Hæc enim superabundantia meritorum attestatur, quod non ex insufficientia satisfactionum Christi, & Sanctorum damnati sunt reprobi, quasi solis electis illa sufficiissent, sed ex propria iniquitate damnati sunt reprobi, pro quibus sufficiens remanet satisfactio, si diuina misericordia ad illos eam applicare vellet.

Si autem quæritur, ad quid superabundans satisfactio Sanctorum ponitur, quum Christi satisfactio sufficientissima sit pro toto mundo, respondendum est, hoc propterea esse, vt Christi membra similima essent capiti, videmus enim diuinam prouidentiam disposuisse, quòd Christi membra præsertim præcipua, sibi assimilarentur quantum fas est. Vnde sicut sunt sancti quidam aliorum curatores, quidam aliorum doctores, quidam, qui pro aliis merentur, de congruo tamẽ quidam pro alijs impetrant, ita quidam sunt alienarum pœnarum satisfactores, ita vt assimilentur Christo etiam in hoc, quod pro alijs passus est, dũ & ipsi qui patiuntur plus, quam demerentur, pro aliis satisfaciunt.

QVAESTIO.

An hic thesaurus subditus sit dispensationi Papæ, aliter quam per sacramentorum collationem.

CIrca quartum de thesauro quæsitum, an scilicet thesaurus hic subditus sit dispensationi Papæ aliter quam per sacramentorum collationem, ambiguitas magna est, quoniam conferre effectum sacramenti sine sacramento, spectat ad claues excellentiæ, quas constat non esse communicatas Papæ, sed reseruatas soli Christo, remissio autem pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ, est effectus sacramenti, quoniã hoc fit per Baptismum, & tertiam partem sacramenti pœnitẽtię, quæ est satisfactio.

In hac quæstione sciendum est, totam difficultatem consistere non in hoc, an thesaurus iste sit dispensabilis per Papam, sed in hoc, an aliter, quam per sacramentorum collationem possit Papa thesaurum istum communicare, quoniam nulla authoritate Scripturæ, nullaue ratione haberi videtur, quòd dispensatio talis sit credita Petro. Authoritates quidem illę, Quodcumque solueris super terram, & quorum remiseritis peccata, intelliguntur procul dubio secundum subiectam materiam, vt scilicet ea, quæ spectant ad remissionem peccatorum, commissa sint soluenda, & remittenda mediantibus sacramentis. Ratio quoque communiter allata scilicet, quòd communia bona ecclesiæ sunt dispensabilia per præsidentem ecclesiæ eandem patitur difficultatem. Declaratur enim, quòd communia ecclesiæ bona spectantia ad remissionem peccatorum, sunt quidem dispensabilia per præsidentem ecclesiæ, sed non quomodolibet, sed certo modo, hoc est per collationem sacramentorum. Ratio demum ducens ad inconueniens, puta quòd superfluæ satisfactiones Sanctorum frustra repositæ essent in thesauro, quia illæ non communicantur per sacramenta, sicut satisfactiones Christi, nec possunt dispensari sine sacramentis, ergo vanæ sunt in thesauro ecclesiæ. Hæc inquam ratio facile soluitur dicendo, quod sunt in thesauro ecclesiæ, vt à Christo dispensentur membris ecclesiæ militantis, & quòd hoc sit quotidie, dum meritis Sanctorum petimus remissionem peccatorum, & exaudimur, ita, quòd secundum has difficultates, huius thesauri dispensatio aliter quam per sacramentum, reseruata videtur summo Sacerdoti Christo, qui solus nouit merita causarum circa remissionem peccatorum.

Licet autem difficilis sit notitia quæstionis huius, quitamen vniuersalis ecclesia facto declarauit, ecclesiæ prælatos posse huiusmodi thesaurum, sine sacramentis dispensare, dum episcopi omnes indulgentias dant non crudeliter loco solius vinculi iniunctionis transmittendo ad pœnas purgatorij: sed gratiosè loco ipsarum satisfactionum iniunctarum: ex hoc enim, vt in superioribus manifestatum est oportet dicti thesauri dispensationem interuenire, quum non possint aliter fructuosæ huiusmodi indulgentiæ succedere pœnitentiis iniunctis: ideo absque hæsitatione aliqua etiam, si nulla adesset ratio, fatendum est dicti thesauri dispensationem, non solum per sacramenta quo ad merita Christi, sed aliter, quàm per sacramenta quo ad merita Christi, & Sanctorum commissam esse prælatis ecclesiæ, & præcipue Papæ. Et hoc tanto magis fatendum est, quanto per Leonem decimum, determinatum est. Suffragatur autem huic veritati ratio, tanto acceptabilior, quantò magis soluit omnes difficultates accidentes in hac re. Est autem ratio hæc, Communia præsentis ecclesiæ bona communicabilia aliter, quàm per sacramenta, sunt à præsidente ecclesiæ dispensabilia aliter, quàm per sacramenta: sed merita Christi, & Sanctorum, vt super abundanter satisfactoria, sunt communia bona præsentis ecclesiæ communicabilia aliter, quàm per sacramenta: ergo sunt à præsidente ecclesiæ dispensabilia aliter, quàm per sacramenta. Maior propositio nullam videtur habere instantiam: minor autem ex supradictis clara est, excepta vltima particula, scilicet, quòd hæc bona sint communicabilia aliter, quam per sacramenta. Quæ particula manifestatur ex eo, quod hæc eadem bona potuissent si voluissent Sancti communicare, non per viam sacramenti aliis membris ecclesiæ in particulari: ex hoc enim, quòd ipsi potuissent hoc efficere aliter, quam per sacramenta, sequitur, quod satisfactiones istæ suapte natura sunt communicabiles aliis aliter, quam per sacramenta. Hinc quoque monstratur validam esse ad propositum authoritatem illam, Quodcumque solueris: nam verus illius intellectus est, Quodcumque solueris eo modo, quo illud est solubile, & sic in omni materia currit, & ad propositum efficax inuenitur. Est enim sic practicanda. Quodcumque per sacramentum solubile, solueris, per sacramentum, & similiter, Quodcumque aliter, quam per sacramentum solubile, solueris etiam aliter, quàm per sacramentum, &cætera. Et sic subsumendo, quòd pœna temporis pro actuali peccato debita, est solubilis, & per sacramentum, & per alienam satisfactionem

nem sine sacramento applicatam, infertur, ꝙ huiusmodi pœna potest a Petro solui non solũ per sacramentum, sed ēt per alienam satisfactionem sine sacramento applicatã. Per hoc ēt saluatur ratio cõis de potestate præsidentis ecclesiæ, qm̃ vera est respectiue intellecta, hoc est, quòd bona cõicabilia per sacramenta solum, potest per sacramenta cõicare: bona autem cõicabilia etiam aliter, quàm per sacramenta cõicare. Illud vero, quod glossãndo, seu rñdendo dr̃, ea quæ spectant ad remissionem peccatorũ commissa est prælatis ecclesiæ mediantib. solũmodo sacramentis. Verũ est de spectãtib. ad remissionẽ peccatorũ simpliciter, nõ aũt de his, q̃ spectant ad remissionẽ peccatorũ ſm quid, de quorum numero est remissio pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ: præsupponit enim peccatum simpliciter remissum, & ſm minimũ quid tantum, puta temporalem pœnam remittendum.

Et per hoc patet solutio principalis argumenti. Nam sine sacramento conferre sacramenti effectũ simpliciter, seu totalem, spectat ad claues excellentiæ: conferre aũt sine sacramento id, quod partialiter potest esse effectus sacramenti, potest pertinere ad claues ministerij. Sic autem est in proposito qm̃ remissio pœnæ temporalis pro actuali peccato debitæ, nullus sacramenti est simpliciter, seu totalis effectus, licet sit partialis Baptismi effectus, & possit esse partialis aliorum sacramentorum effectus, & possit etiam sine sacramento effici, & sine actu clauium. Quia constat, ꝙ potest, vel per proprios actus pœnitentis, vel per amicorum satisfaciendum pro eo actus fieri, vt patet quum aliquis mortificat seipsum ieiunando, peregrinando, &c. pro peccatis suis, vel amicus similia facit, vt pro amico satisfaciat.

TRACTATVS NONVS.

De causa indulgentiarum in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num necessaria sit aliqua rationabilis causa indulgentiarum.*

2 *Num causa in bulla indulgentiarum expressa ex hoc ipso sit rationabilis.*

QVAESTIO I.

Vtrum necessario requiritur rationabilis causa indulgentiarum.

CIRCA causam indulgentiarum dubium duplex occurrit, primum, an necessario requiratur causa rationabilis: secundum, an causa expressa in bulla, ex hocipso, ꝙ est expressa, sit rationabilis.

Circa primum, videtur pars negatiua vera, quoniam indulgentiæ indiscretæ, licet peccet concedens, sunt efficaces. Dicuntur autem indulgentiæ indiscretæ, quæ ex causa non rationabili procedunt.

Præterea dispensatio ministeriorum Dei in ecclesia præsenti, est valida etiam sine causa rationabili facta: ergo dispensario indulgentiarum etiam sine causa rationabili facta, debet esse valida. Antecedens patet in promotione indignorum: si enim indigni aliqui promoueantur ad episcopatũ, prioratum, Abbatiam, &c. quãuis promotor pessime dispensẽt huiusmodi ministeria, facta tamẽ tenẽt. Consequentia vero probatur, quia sicut credita est Papæ dispensatio indulgentiarum, ita & dispensatio ministeriorum Dei: iuxta illud, Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.

In oppositum autem est, quòd indiscretę indulgentię eneruant satisfactionem pœnitentialem, vt dicitur extra de pœniten. & remiss. capit. quum ex eo. non eneruarent autem, si essent validę, sed supplerent, adimplentes in veritate, quod per satisfactionem pœnitentialem agendum erat.

In hac quæstione aliquid supponitur, & aliquid quęritur supponitur enim cum doctrina communi, quod vnum requisitorum necessario ad efficaciam indulgentię, est causa rationabilis. Quod ēt manifestatur, ex eo, quòd si daretur indulgentia ob causam prophanam (puta pro eundo ad theatrum) constat, quòd indulgentia esset nulla. Hoc autem supposito in quæstionem vertitur, an quẽadmodum ad collationem indulgentię requiritur rationabilis causa, ita necessario, quòd sine illa indulgentia non est valida ita ad efficaciam tantæ indulgentiæ (puta centum, vel mille annorum, & c.) exigatur simili necessitate rationabilis causa tantæ quantitatis indulgentiæ, ita quòd sine huiusmodi rationabili causa tanta quantitas indulgentiæ est inualida.

Ex communibus autem applicatis ad hoc, non est difficile concludere partem affirmatiuam veram, scilicet ad efficaciam tantæ indulgentiæ exigitur rationabilis causa quantitatis indulgentiæ, ita quod sine illa non est valida. Nam si, ut supponitur, & communiter confitemur, rationabilis causa est sic necessaria ad indulgentiam, necessario sequitur, quod ad tantam indulgentiam est etiam sic necessaria rationabilis causa illius quantitatis. Et probatur sequela inductiue.

Verum ad minus communia descendendo cõsiderandum est, quòd licet potestas papæ super cõmunia ecclesiæ bona tam spiritualia, quam corporalia sit dispensatiua: iuxta illud Apostoli, Dispensatio mihi credita est, res tamen supiectæ huiusmodi potestati, diuersimode illi subduntur, & diuersimode ab illa attinguntur. Et quantũ ad propositum spectat, distinguenda sunt in duo genera, scilicet validorum ex solo imperio, vel non validorum ex solo imperio. sunt enim quædam in Dei ecclesia, quę quamuis ad hoc, quod recte fiant, vltra pontificis imperium exigant rectam regulam voluntatis imperantis: si tamen absque recta regula solo pont. imperio fiant, valida sunt, de quib. iura dicunt, quod multa fieri prohibentur, quæ tñ facta tenent. De quorum numero sunt distributiones beneficiorum, dispensationes matrimoniorũ in casib. dispensabilib. & similia. Secundum aũt genus. ſ. inualidorum, ex solo imperio, adhuc subdistinguitur: nam quædã inualida ex solo imperio, attingi cum hoc possunt à pontifice verba, & opere per viam facti: quædã vero sunt inualida ex solo imperio, quæ cum hoc per viam facti attingi non possunt opere, sed verbo tm̃. In primo mẽbro huius subdiuisionis continetur dilapidatio bonorũ ecclesiæ, si eñ pontifex pro suo libito ecclesiæ terras, &c. donaret, donatio esset inualida: qm̃ ipse nõ est dñs bonorum ecclesiæ: & si facto, & bullis poneret eos, quib. donauit in possessionem, non propterea

pterea trãsferret dñium rerũ illarum in illos. In secundo autem membro continetur dispensatio votorum: si enim votum castitatis solo imperio à Papa dispensetur, constat dispensationem esse nullã, & circa vou vinculum: propterea per viam facti nullum actum pontifex haberet nisi verborum: executio enim cuiuscunque operis Pontificij ex solo imperio emanans, non attingit aliquid circa voti vinculum. Tribus igitur existentib. generibus rerum subiectarum dispensatiuæ potestati põtificis, facile patere potest, quòd primum genus dupliciter à potestate pontificia attingitur, scilicet dispensatione regulata, & dispensatione non regulata. Secundum autem à potestate quidem pontificia vni co modo attingitur, scilicet dispensatione, hoc est rationabili operatione: sed ab ipso Pontifice aliter de facto attingitur, puta dissipatione, dilapidatione, &c. Tertium vero sola dispensatione: id est rationabili operatione (seclusis verbis, sicut & in secundo) attingi potest tam à potestate pontificia, quàm ipso pontifice. In quo autem horum generum indulgentiæ contineantur, facile est discernere. Quòd enim non sint sub primo genere (quæ. s. sunt valida ex solo imperio) ex eo patet, quòd papa nõ potest dare indulgentias, hac sola ratione, quia vult, & si pro solo libito daretur indulgentia, non esset valida, vt ex cõmuni doctrina supponimus, & aliqualiter probatum est. Et iterum probatur, ex hoc, quòd communia ecclesiæ bona temporalia non potest pontifex donare donatione valida, ex solo, quia vult: non minus enim pretiosa ac clara ecclesiæ sunt bona communia spiritualia, quàm temporalia, & propterea si illorum donatio ex solo imperio est inualida, multo magis inualida erit horum effusio ex solo imperio. Nec soluitur hæc ratio, dicendo, quòd donatio temporalium est cũ damno ecclesiæ: nam habere damnum annexã, vel carere annexo damno, per accidens, se habet ad potestatem dispensatiuam, vt patet ex hoc, ꝙ etiam in quibusdam habentib. annexum damnum ecclesiæ, donatio ex solo imperio est valida, vt attestatur distributio prælationum. Vnde non penes damnum, vel non damnum attenditur vis potestatis dispensatiuæ.

Quia igitur communia ecclesiæ bona ex quibus efficaces sunt indulgentiæ, non continentur sub primo genere, & à secundo genere ex hoc distant, quòd per viam facti nullum operis solius verbi actum papa habere potest circa illa (non enim potest transferre possessorium de facto horum bonorum, sicut potest respectu temporalium) restat, vt sub tertio genere thesaurus contineatur indulgentiarum. Ex quibus potest formari talis ratio. Thesaurus indulgentiarum non potest veraciter attingi à potestate pontificia, nisi actu veræ dispensationis: ergo tam indulgentia, data sine causa rationabili tantæ indulgentię est inualida. Antecedens probatum est, & supponitur secundum communem doctrinam. Consequentia vero quo ad secundam partem probatur: tum quia eiusdem rationis est actus dans indulgentiã & dans indulgentiam tantam: ac per hoc si solus actus veræ dispensationis potest attingere thesaurum indulgentiæ, solus etiam veræ dispensationis actus poterit attingere thesaurum tantæ indulgentiæ: tum quia si quantitas indulgentię attingitur aliter, quàm per veram dispensationem, oportet alium actum fingere, puta actum imperij seu liberę donationis respectu talis quantitatis, & tunc aut iste actus attingit thesaurum via facti, aut via iuris: non via facti, quia ad istum thesaurum nullus est humanus accessus per viam facti, nec via iuris, quia de iure sola dispensatio credita est papæ. Sicut sunt ergo inualidæ indulgentiæ, quæ ex causa rationabili non fiunt, ita non est valida tanta indulgentia, puta mille annorum, nisi fiat ex causa rationabili tantæ quantitatis: scilicet mille annorum.

Ad primum autem in oppositum dicitur, quòd sententia illa, scilicet indulgentiæ indiscretæ sunt, validę, verificatur de indiscretis quo ad euentum: non autem de indiscretis quo ad causam. Sunt enim indulgentiæ indiscretæ ratione euentus, quando indulgentiæ alias bene concessæ pariunt propter earum multitudinem quasi contemptum, aut ipsarum, aut satisfactionum pœnitentialium, & tales sunt validæ. Sed si sunt indiscretæ, quia carent rationabili causa, aut omnino, aut quo ad tantam quantitatem, sunt inualidæ.

Ad secundum iam patet responsio ex dictis: nã ministeria sunt in alio genere dispensabiliũ, & indulgentiæ sunt in alio dispensabilium genere: illorum enim efficacia ex solo pendet imperio, horũ aũt efficacia absque vera dispensatione esse nequit. Et propterea non est similis ratio.

QVAESTIO II.

An ex hoc ipso, quod in bulla exprimitur aliquid pro causa indulgentiæ sit rationabilis causa tantę indulgentię.

Circa secundum de causa rationabili indulgentiarum quæsitum (an ex hoc ipso, quod in bulla exprimitur aliquid pro causa indulgentiæ, sit rationabilis causa tantæ indulgentiæ) pro parte affirmatiua occurrit multiplex argumentum. Primo, quia aliter prædicatio ecclesiæ esset falla. Secũdo, quia doctrina Roma. ecclesię periclitaretur. Tertio, quia non esset vniuersaliter vera illa cõmunis sententia, indulgentiæ tantum valent quantum sonant. Quarto, quia aliter deciperetur populus ab ecclesia: audiens tantam indulgentiam pro tali opere, & exequens illud, vt habeat indulgentiã, & tamen non acquireret illam in veritate.

Quæstio hęc non est mota propter difficultatẽ, quam in seipsa habeat, sed ad excitandos illos, qui sciunt in vniuersali, & deficiunt in singulari. vnde distinguendo de rationabili pręsumpto, vel vero duo dicenda sunt,

Primum, Causa indulgentię expressa in bulla nisi manifestus sit error, est semper rationabilis, loquendo de rationabili pręsumpto: nam sicut sententia à iudice lata, nisi errorem contineat manifestum, pręsumitur iusta: ita causa à principe expressa in dispensationib. pręsumitur rationabilis, nisi, vt dictum est, error sit manifestus.

Secundum est, Causam indulgentię tantę expressam in bulla, non oportet esse rõnabilem in veritate. Et ratio in promptu est multiplex; tum, quia papa potest in istis errare, quum non sit hęc sententia iudicialis de his, quę sunt fidei. Vbi scito, ꝙ licet accessus ad indulgentias, & earum susceptio sit q̃dam Christianæ fidei professio, fides tñ Christiana eo modo, quo est de indulgentiis, non est de hac, vel illa indulgentia. Sed sicut fides nostra circa Eucharistiæ sacramentum est, ꝙ sub hostia rite cõsecrata continetur corpus Christi, non autem est, quod ista hostia sit rite consecrata, neque est, quòd sub hac hostia, quę proponitur adoranda, continetur

netur corpus Christi (quoniam vtrunque eorum A
potest esse falsum: fidei autem Christianæ non po
test subesse falsum) ita circa indulgentias non cu
rando pro nunc quomodo spectent ad fidem, fi
des nostra est, quòd indulgentiæ rite datæ sunt va
lidæ, & non spectat ad fidem, an ista indulgentia
sit rite data, an ista causa eius sit rationabilis, an ista
indulgentia sit valida. Et simile est de aliis singu
laribus: quoniam hæc omnia possunt esse falsa, &
propterea non spectant ad fidem nostram, sed ad
humanam opinionem, seu credulitatem, quę est
de his singularibus, & potest falli. Et propterea ac
cessus ad indulgentias, in cõi quidem est quædam
fidei professio: sed accessus ad istam indulgentiã, B
procedit ex fide tanquam ex causa remota, & hu
mana credulitate huius indulgentiæ, huius causæ,
& huiusmodi tanquam ex causa proxima. Et effe
ctus sequitur conditionem causæ proximæ: sicut
conclusio minorem, seu deteriorem præmissam:
ideo potest concursus iste falli absque Christianæ
fidei detrimento. Tum, quia non solum potest pa
pa errare in hmõi, sed ẽt facile potest errare, sicut
& in aliis similibus actib. Dare siquidem indulgẽ
tias, consistit in actibus absolutionis, & dispensa
tionis: absoluuntur enim per eas pœnitentes ab
iniunctis pœnitentiis, & dispensatur thesaurus me
ritorum Christi, & sanctorum: sed tam in actu ab
solutionis, quàm in actu dispensationis facile cõ
mitti potest error, etiam ex proposito, vt patet in C
dispensatione votorũ, & in dispensatione bonorũ
temporalium ecclesiæ, & ministeriorum ecclesia
sticorum, & in absolutionibus à censuris, & iura
mentis in prejudicium aliorum, &c. ergo in hoc
quoque singulari facto quo dat indulgentiam, seu
exprimit talem causam pro tanta indulgentia, er
rare facile potest. Nec est recurendum ad Spiri
tussancti assistentiam, & propterea pie deberet cre
di, quod non potest papa in istis errare. Nã in ma
iori causa permisit Spiritussanctus Rom. pont. er
rare s. in causa spectante ad sacramentũ matrimo
nii: in qua (vt habetur extra, de sponsa. duorum in
c. licet) Alexander 4. dicit, quamuis aliter à quibus
dam prædecessoribus nostris sit aliquando iudica D
tum, quòd longe plus est, quàm dare indulgentiã
iudiscretam ex causa: tum quia erat causa sacramẽ
talis: tum quia iudicialiter actum est: indulgentiæ
autem possunt dari passim sine consilio & sine me
ditatione ac per hoc sine discretione. Quamuis igi
tur non spectet ad subditos, discutere, & iudicare
de pontificiis indulgentiis, aut causarum meritis:
dubium tamen non est posse etiam per papam da
ri indulgentias indiscretas, & quo ad causam, &
quo ad euentum.

Ad primum ergo in oppositum dicitur, quòd
prædicatio ecclesiæ quo ad indulgentias, tripliciter se habet. Primo narratiue: prout scilicet narrat E
contenta in bulla, & hic nulla est falsitas, quoniã
narratio est. Secundo doctrinaliter: & hic subdistin
guitur. Vel docendo doctrinam fidei. & sic ẽt nul
lum est periculum falsitatis, qm̃ sicut fides non se
extendit ad istam indulgentiam aut istam causam
istius indulgẽtię, ita nec doctrina ecclesiæ extendit
se ad hæc singularia. Vel docendo opiniones do
ctorũ, & sic potest prædicare falsa, si opinio prædi
cata est falsa, & propterea ad præseruandã pdicatio
nem ab huiusmodi falsitate, debent prædicatores,
aut opinatiue, aut recitatiue opiniones pdicare.

Ad secundum dicitur, ꝙ aliud est loqui de do
ctrina Romanæ ecclesiæ, seu Romani pontificis,
& aliud est loqui de operibus eiusdem. Docuerũt
siquidem Romani pont. multi indulgentias ex cau
sis rationabilib. dari: in qua doctrina cõtinetur, ꝙ
etiam tanta indulgentia debet procedere ex causa
rationabili tantæ quantitatis, vt superius deductũ
est. Factum autem, quòd in bullis indulgentiarũ
continetur, si quandoq; periclitaretur, non propte
rea Romanæ ecclesiæ doctrina periclitaretur.

Ad tertium dicitur dupliciter. Primo, quòd il
la sententia communis intelligitur negatiue, hoc
est non plus valent quam sonãt, diuulgata enim vĩ
sententia illa ad excludendas extensiones indulgẽ
tiarum ad ea, quæ sub earum tenore non continẽ
tur. Secundo dr̃, ꝙ vera est de indulgentiis discre
tis: non autem de indiscretis quo ad causam. Ppte
test & tertio dici, quòd vera est in foro exteriori:
quo statur præsumptionibus iuris.

Ad quartum dicitur, quòd populus potest qui
dem decipi in huiusmodi: sed non decipitur ab
ecclesia: sicut etiam potest decipi adorando ho
stiam propositam à sacerdote in missa. Si contin
geret autem huiusmodi populum falli, falleretur
aut à propria credulitate, aut ab humanis opinio
nibus, aut ab indiscreto facto dantis indulgentiã,
vel ab omnibus simul, & non ab ecclesia ad cuius
doctrinam non spectant hæc singularia, sicut nec
ad eius fidem.

TRACTATVS DECIMVS.

De susciptentibus indulgentias, in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num præter gratiam ex parte susciptientis necessaria sit aliqua dispositio.*

2 *Num tempore, quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem esse in gratia.*

QVAESTIO I.

An præter gratiam requiratur ex parte susciptientis indulgentias, aliqua alia dispositio.

CIRCA Susciptentes indulgentias dubiũ du
plex occurrit. Primum, an præter gratiam
requiratur ex parte susciptentis aliqua alia
dispositio. Secundum est, an tempore quo fit opus
pro indulgentia, oporteat operantẽ esse in gratia.

Et in primo quidem dubio pro parte negatiua
est authoritas doctrinæ communis tenentis ad in
dulgentiam sufficere tria: authoritatem in dante,
gratiam in susciptente, pietatem in causa.

In oppositum est, ꝙ ad plenariam remissionem
pœnæ per viam sacramenti pœnitentiæ, nõ sufficit
gratia ex parte susciptentis: ergo nec ad plenariam
hmõi remissionem per viã indulgẽtiæ sufficit gra
tia ex parte susciptentis. Antecedens est clarũ, alio
quin quilibet confessus in gratia, cõsequeretur ple
nariam remissionem pœnæ. Cõsequentia vero pro
batur: tum, quia sacramentum est potius, quam in
dulgentia, & distributor thesauri per sacramentũ
est longe liberalior, quàm quilibet Pontifex: quo
niam liberalitas diuina in infinitum excedit libe
ralitatem humanam.

In hac quæstione, quia difficile admittitur op
positum eorũ, quæ consueuimus, censorem desi-

dero intellectum mundum ab opinionibus. Videtur siquidem mihi rationabiliter dici, quòd non sufficit sola gratia ex parte suscipientis ad veraciter consequendam indulgentiam coram Deo. Sunt siquidem confessi in gratia duplicis ordinis: quidam solicíti ad satisfaciendum per seipsos pro peccatis suis, quidam negligentes satisfacere per seipsos. Primi condignas pœnitentias, vel petunt à confessoribus sibi imponi, parati eas implere, vel sponte illas assumunt, dum continue studeant per sua sancta opera satisfacere, ieiunando, orando, eleemosynas dando, &cætera ad hoc. Secundi vero paruissimam pœnitentiam aut rogant, aut læti suscipiunt, & quũ illam impleuerint (quam sciunt esse minimam) non curant amplius de satisfaciendo, reputantes sibi sufficere, quòd non ibunt ad infernum. Et hi sunt, quib. indulgentiæ non prosunt, iudicio meo. Et ratio, quæ me mouet est: Nullus indignus aliena satisfactione pro pœna sibi debita, consequitur veraciter fructum indulgẽtiæ, sed quilibet in gratia constitutus negligens satisfacere per seipsum, est indignus aliena satisfactione pro pœna propriis peccatis debita: ergo nullus constitutus in gratia negligens satisfacere per seipsum, acquirit fructum indulgentiæ. Maior propositio intelligentibus terminos est cuidens: indulgentia enim per satisfactionem alienam (hoc est Christi, & Sanctorum) parit fructum, qui est remissio pœnę temporalis pro actuali peccato debitæ: ac per hoc si est aliquis indignus aliena satisfactione, indignus est indulgentia. Indignos autem indulgentia non consequi veraciter fructum illius, tam verum ac manifestum est, vt probatione non egeat apud intelligentes, distributionem diuinorum donorum in solis dispositis habere locum: constat autem indignos non esse dispositos & diuina operatione remissiones fieri pœnarum per indulgentias humano ministerio rite concessas.

Ad euidentiam autem minoris prælibanda sunt duo: primum est, quòd satisfactio pro pœna temporali, actuali peccato debita, est onus personale: tenetur enim ipse, qui peccauit, facere satis. Secundum est, quòd licet tam contritio, quàm cõfessio sit ita personalis, q̃ non possit per animum supplere, satisfactio tamen, quia per exteriora bona fit, inter quæ computantur amici, ita est onus personale, quòd capax est amicabilis adiutorij. Quibus præmissis probatur minor primo sic; Indignus amicabili adiutorio est indignus aliena satisfactione, sed constitutus in gratia, negligens satisfacere per seipsum indignus est amicabili adiutorio; q̃m amicitiæ ratio poscit, quòd amicorum sit idem velle, & idem nolle, & propterea, si ego pro meipso nolo satisfacere: par est vt amicus quoque hoc nolit, quin potius non amice peterem, vt me negligente satisfacere, ipse pro me pateretur. Possentque recte huiusmodi negligentes per indulgentias satisfacere, verbo Domini reprehendi, Alligant onera grauia, & importabilia in humeros hominum, idest amicorum: digito autem suo nolunt mouere ea. Nec obstat, quòd sancti iam passi sunt: quoniam similis est ratio de passionibus præteritis, & futuris, quia illis solis prosunt præteritę, pro quibus patiendum fuerat, & ideo sit pro huiusmodi negligentibus non fuerat ab amicis patiendum, nec postea, quòd passi sunt, illis amicorum prosunt passiones. Secundo probatur eadem minor, similiter ex habitudine ad communem ecclesiæ thesaurum, qui ia in qualibet bene ordinata Repu, quantumcunq; rationabilis adesset qñq; cauta dispensandi cõem thesaurum in ciues granatos ære alieno, negligentes tñ soluere, indigni censerentur adiutorio thesauri: ex eo em̃, quòd possunt de suo soluere, & non curant, indignos se reddunt tali subleuamine. Et nisi tales pro indignis haberẽtur, foueretur negligentiam: qm̃ alij horum exemplo ad simile negligentiam prouocarentur: legis autem est facere non negligentes, sed virtuosos. Quũ igitur ecclesia sit à Deo ordinata, æquum non est, vt spiritualis dispensatio thesauri, negligentes satisfacere pro dignis habeat: hoc enim vere esset eneruare satisfactiones pœnitentiales. Non prosunt igitur indulgentiæ constitutis in gratia negligentib. satisfacere per seipsos: quoniam indigni sunt indulgentia, sed oportet vltra gratiam dispositos ipsos esse, vt digni sint alienis satisfactionib. fiunt autem digni per hoc, quòd sunt parati per seipsos satisfacere: sic enim sunt digni amicabili adiutorio ad satisfaciendum: parati autem ad satisfaciendũ per seipsos sunt, non qui negligunt per seipsos satisfacere, sed illi soli, quorum voluntas sic est ad satisfaciendum parata, quòd non retardat opus nisi impedita. Confirmatur autem hoc ex antiqua forma indulgentiæ, quum dr̃, Vere pœnitentib. Pœnitens enim dupliciter dicitur, vel per exclusionem contrarij: quia. s. nihil habet in suo animo contrarium pœnitentię, & hoc modo quilibet existens in gratia, est pœnitens, etiam si sit negligens ad satisfaciendum. Vel per positionem virtualis pœnitẽtiæ, quia scilicet vis affectus penitentialis in eo secundum veritatem viget, & hoc modo pœnitens non est nisi solicitus ad per seipsum satisfaciendũ. Quum ergo dr̃, Vere pœnitentibus, nisi superflue seu ad maiorem expressionem appositum sit ly Vere, denotat indulgentias non consequi pœnitentes negligentes, sed pœnitentes solicitos, qui soli sunt vere pœnitentes, significantes participio actum pœnitendi, qui non inuenitur apud negligẽtes, sed apud solicitos. Manifestus quoq; suadetur hoc idem ex alio verbo eiusdem formæ, quum dicitur, de iniunctis pœnitentiis: constat enim cõmuniter, quemlibet pœnitentẽ paratum esse ad iniunctam pœnitentiam peragendam, alioquin non acceptasset illam. Et propterea ex hoc verbo duo habẽtur, alterum est, quòd indulgentia nisi noua forma detur, non absoluit, nisi à pœnitentiis iniunctis. Alterum est, quòd indulgentia non prodest, nisi parato per se satisfacere, primum enim horum explicite, secundum autem implicite (inquantum paratus ad satisfaciendum supponitur) ex eodem verbo habetur.

Et hinc sequitur primo, quòd frustra faceret quis sibi iungi magnas pœnitentias à confessore, non vt ipsas adimpleret, sed vt per indulgentias ipsas exolueret: quoniam hoc non est esse paratum ad satisfaciendum, sed ad imponendum amicis iugum suum. Sequitur secundo, quod si forma indulgentiæ mutaretur, & ad non iniunctas extenderetur pœnitentias, dispositio tamen suscipientis non propterea mutaretur, quoniam ex natura rei exigitur ex parte suscipientis esse paratum ad satisfaciendum secundum vires per seipsum, vt declaratum est. Nec intelligo hanc præparationem ad satisfaciendum ita stricte, quin per aliquid æquiualens, aut maius suppleri possit, vt patet ex hoc, quòd contingit quandoque causam pro qua datur indulgentia, tale, ac tantum

exigere

exigere opus, vt excedat præparationem ad satisfaciendum: puta si detur plenaria pro actu quo se exponit morti pro Christo, aut perpetuæ mancipationi alicuius pij seruitij, aut aliquo huiusmodi, & tunc causa indulgentiæ ex parte concedentis tenet locum causæ rationabilis tantæ indulgentiæ, & ex parte susципientis supplet locum dispositionis reddentis dignum amicabili satisfactione. Secus autem est si daretur plenaria pro visitante aliquam ecclesiam: nam dato, quod causa esset rationabilis ex parte concedentis, visitatio tamen ipsa non supplet vicem præparationis ad satisfaciendum: quum nec illi æquiualeat, nec excedat.

Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quantum ad Diuum Thom. spectat, quod aliorum opiniones sequutus est, vt ipsemet tria illa colligendo explicat in 4. sentent distinctione 20. quæstione 1. articulo 3. quæstione 2. Quantum vero ad communem doctrinam, quia non nisi opinatiua est (cum bona reuerentia dictum sit) non inconuenit adinuentis ab ipsis aliquid noui superaddi, quod sub forma indulgentiæ latebat, & ratione probabili roboratur. Et scito, quòd iuxta hunc dicendi modum soluuntur omnes quæstiones, tam denimis largo Dei foro, quàm de omittendis suffragijs pro plenarie absolutis in morte, quàm de admiratione sapientum, & de obloquutionibus detrahentium, & excitantur Christi fideles ad pœnitentiæ opera. Nec aliquid adimitur efficaciæ indulgentiarum: sicut nihil adimitur efficaciç sacramentorum ex hoc, quòd oportet accedentes ad illa esse digne dispositos, si fructuosa sibi esse volunt: soli siquidem indigni indulgentia, ab illius fructu iuxta hunc dicendi modum excluduntur.

QVAESTIO II.

An tempore quo fit opus pro indulgentia, oporteat operantem esse in gratia.

CIrca secundum vero quæsitum de causa indulgentiarum, sciendum est, quòd dupliciter dantur indulgentiæ. Vel ita, quòd tempus indulgentiæ, & tempus operis sit vnum, & idem, vt quum datur indulgentia visitanti ecclesiam. Et tunc non habet locum hæc quæstio: quoniam cõstat tempus fructus indulgentiæ coexigere gratiã in percipiente illam. Vel ita, quòd aliud sit tempus operis, & aliud sit tempus percipiendi fructũ indulgentiæ, vt quum datur indulgentia semel in vita, & semel in morte susципientibus crucem, & tunc habet locum proposita quæstio, an exigatur gratia tunc, quum fit opus pro quo datur indulgentia.

Videtur enim pars negatiua vera. Tum, quia absque gratia tempore operis saluari possunt omnia requisita ad fructum indulgentiæ: nam saluatur authoritas in dante, pietas in causa, gratia etiã solicita in susципiente tempore quo susципit illam: ergo, & cętera.

Tum, quia non minus valet huiusmodi opus pro se, quam pro alio: sed si pro alio (puta existente in purgatorio) opus hoc quis faceret sine gratia, indulgentia valeret pro illa anima, præsupposito, vt quandoque fit, quòd possit quis accipere indulgentiam pro defuncto faciendo tale opus: ergo ad faciendum opus pro indulgentia non requiritur gratia.

In hac quæstione videtur mihi non solum tutior, sed longe rationabilior pars affirmatiua, scilicet, quòd exigitur gratia etiam tempore operis.

Probaturque hoc dupliciter. Primo ex antiqua indulgentiarum forma, quum ordinate vtrunque exprimitur, ita quòd primo loco exprimitur gratia, & secundo exprimitur opus non qualitercũque, sed vt ipsa gratia afficiat operantem: dicitur enim sic omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui visitauerint talem ecclesiam, seu qui manus porrexerunt adiutrices, & cætera. Vbi manifeste patet, ex forma ecclesia consueta haberi pœnitentiam seu gratiam coexigi ad tale opus, pro quo fit indulgentia. Deinde probatur hoc ratione, Sicut thesaurus ciuilis non nisi pro ciuili causa dispensatur, ita thesaurus vitalis non nisi pro sola vitali causa dispensatur: sed thesaurus iudulgentiarum est thesaurus vitalis, vtpote ex passionibus viuis Christi, & Sanctorum constans, & vitæ æternæ impedimenta tollens: ergo pro sola vitali causa communicatur: sed opus extra gratiam non est viuum, sed mortuum: ergo pro eo thesaurus indulgentiarum non communicatur.

Et confirmatur ex hoc, ꝙ reliqua requisita ad dispensationẽ thesauri indulgentiarum sunt, viuæ: viuunt enim, qui passi sunt Sancti, viuæ sunt, & passiones eorum, viuit & summus Sacerdos, qui est vt principalis dispensator indulgẽtiæ, viuit particeps indulgentiæ: ergo & viuam oportet esse causam indulgentiæ: quæ est enim conuentio lucis ad tenebras, & vitæ ad mortem?

Nec obstat, quòd Pontifex dans idulgentiam, possit esse mortuus secundum vitam gratiæ: quoniam ipse minister tantum est, & velut instrumentum Christi concurrit. Ad causam enim principalem respiciendum est, vt patet in simili: quum scilicet dominus in charitate existens per reprobum dispensatorem eleemosynas distribuit: est ẽ opus illud viuum non obstãte spirituali morte ministri. Oportet ergo viuum esse opus pro quo datur indulgentia.

Ad primam ergo obiectionem in oppositum dicitur falsum esse, quod sine viuo opere omnia requisita ad indulgentiam saluantur: nam pietas in causa claudit in se vitam operis. Ex hoc enim, quòd exigitur pietas in causa, hoc est in opere, pro quo datur indulgentia: consequens est, quòd exigatur etiam vita: nam pietas ipsa nisi sit viua pietas, non est, quum nulla sit Christiana virtus sine charitate.

Ad secundum dicitur, quòd opus mortuum, sicut non sufficit ad indulgentiam pro se pro tempore, quo erit in gratia: ita non sufficit ad indulgẽtiã pro alio existẽte in gratia. Et si instetur, ꝙ eleemosyna facta extra charitatem pro existente in purgatorio, valet pro illo, ergo multo magis valet mediante indulgentia: respondetur, quòd eleemosyna talis non valet pro defuncto per modum satisfactionis, sed per modum supplicationis: scriptum est enim: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orat pro vobis. Peccatorum autem supplicationes quandoque exaudiri Augustinus testatur, reprehendens verbum cæci nati: Nos scimus, quia peccatores Deus non exaudit. Ex hoc, quòd valet per modum supplicationis mortuæ non sequitur, quòd valet pro indulgentia acquirenda: quoniam indulgentia habet vim satisfactionis viuæ: supplicatio autem mortua, soli misericordiæ innititur Dei, cui supplicatur.

TRACTATVS VNDECIMVS.

De modo tradendi seu suscipiendi sacros ordines.

ARTICVLVS VNICVS.

Quomodo tradantur, vel suspiciantur sacri ordines.

CIRCA Sacramenta tam extremæ vnctionis, quàm ordinis nihil mihi scribendũ ocurrit, nisi circa sacramentum ordinis cautos reddere: ne pertinax quisquam, aut leuis sit circa modum tradendi, aut recipiendi ordines. Nam, si collecta fuerint, quæ põtificales codices, quæue ratio authoritasque doctrinæ tradidit, incerta valde apparebit presbyteratu excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minorib. quidem ordinibus, & subdiaconatu Magister sentent. in 24. distinctione 4. senten. dicit institutos esse ab ecclesia. De diaconatu vero ambiguum magis est, quia non constat ex actibus Apostolorum Diaconos altaris, sed Diaconos mensarũ, & viduarum institutos esse ab Apostolis Actuum sexto, quin potius oppositum ibi dicitur quoniam Diaconi altaris ad orandum, & prædicandum ordinantur (vt in pontificalibus patet) ibi verò dicunt Apostoli, Nos verò orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Quocirca licet tunc non fuerint Diaconi altaris instituti, videntur tñ ad Apostolis instituti, licet nesciatur quando, & vbi. Iungit siquidem Diaconos episcopis Paulus ad Philippẽses 2. dicens: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis, & Diaconibus, & primæ ad Timotheum tertio, descripto episcopo, describit qualis debet esse Diaconus. Et quia ambę ecclesiæ: scilicet Philippensis, & Ephesina (cuius erat Timotheus episcopus) erant ecclesię Gentiũ, in quibus non legimus vixisse in communi Christianos Hierosolymis, ac per hoc non egebant Diaconis mensarum & viduarum: ideo Diaconi altaris videntur esse isti. Et confirmatur ex Diony. ponente Diaconatus ordinem in primitiua ecclesia: vnde Diaconatum ab Apostolis credimus cępisse. Et quod magis vrget, nulla videtur certa forma in diaconatu: nam secundum antiqua pontificalia impositio manuum super Diaconum non habet certam verborum formam, nisi orationem illam: Emitte, quæsumus, in eos Sanctum spiritum, &c. quæ secundum noua pontificalia post impositionem manuum dicenda est. Datio autem libri Euangeliorum certam habet formam verborum: sed tunc non imprimi caracterem ex eo videtur, quòd antequàm Euangelium aliquod esset scriptum, Diaconi ab Apostolis videntur ordinati, non dicendo: Accipe potestatem legendi euãgelium, sed vt creditur per impositionem manuum. Idem quoque apparet in subdiaconatu, in quo nullum pontificale habet ni si materiam sine forma, scilicet traditionem calicis vacui, & cætera. Taceo de minoribus ordinibus, in quibus varietas multiplex inuenitur etiam inter antiqua põtificalia: ex quibus apparet, quòd huiusmodi ordines sacramentalia quædã videntur magis, quàm sacramenta. Et ad hoc ducit ratio, quia per nullũ dictorũ ordinum potest ordinatus actum aliquẽ, qui si sine illo ordine fieret, esset nullus, vt patet discurendo per singulos actus Diaconi, & inferiorum. Et per hanc rationem episcopatus videtur ordo, quia aliquem actum potest episcopus, quia non episcopo factus nullus est, vt confirmare, præsuppositа veritate decretalis extra de consuetudine, cap. quanto.

Hæc autem sint collecta non ea ratione, vt nouam velimus ingerere doctrinam de sacramento ordinis: sed vt doctus quisque percipiat incertitudinem materiæ, de qua est sermo, & non velit plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: hoc est, vt sit contentus consueto pontificali ecclesiæ, in qua ordinatur. Et si aliquid fuerit omissum eorum, quæ ex nouis pontificalibus sunt addita (puta, quia non est datus subdiacono liber epistolarum cum illis verbis, Accipe librum, &cętera) non propterea suppleri oportet in alia ordinatione huiusmodi omissum: huiusmodi enim noua additio non facit legem nouam. Nec mihi aliquis obijciat oppositum me alibi scripsisse, dum de simultate contactus in primo quolibeto scripsi. Hæc enim non aduersantur, illis quoniam non nisi de his quorum contactus simul cum traditione in pontificali mandatis, loquutus sum.

Tutius tamen esse constat sequi antiqua pontificalia in tribus infimis ordinibus, quam modernum, in quo ostensio materia prius mandatur cum verbis, & postea tactus materiæ. Et certe mirum est, quum corrector ille mutauerit ministrũ materiæ in acolytatu, scilicet Archidiaconum in episcopum, vt tutiorem viam eligeret, quòd in præcedentibus ordinibus labori episcopi tantum pepercit, vt nimis tutam vitam eligeret. In antiquis siquidem pontificalibus diuersimode de minoribus ordinibus habetur: nam alicubi de ostiario, & lectore habetur, Tradit sibi claues, vel librum episcopus: dicens, de exorcisto vero habetur: Accipiat librum de manu episcopi dicentis sibi, de acolyto autem accipiat candelabrum, &cętera de manu Archidiaconi dicente sibi episcopo. Vbi apparet semper simultas formæ, & materiæ, & quòd materia non est monstratio, sed traditio, & acceptio. Alicubi verò habetur, vt in nouo pontificali tempore Innocentij octaui impresso legis.

TRACTATVS DVODECIMVS.

De contractu matrimoni in tres diuisus quæstiones.

SVMMARIVM.

1 *Num matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum.*
2 *Num contractum matrimonij clandestinus sit quandoque licitus.*
3 *Num matrimonij contractus non propter prolem, nec propter uitandam fornicationem sit licitus.*

De sacramento matrimonij. Triplex quæsitum.

CIRCA sacramentum matrimonij paucula tractanda occurrunt. Et primo circa ipsum matrimonij contractum tria occurunt dubia.

Primum est, an matrimonium contractum per procuratorem sit sacramentum.

Secundum an contractus matrimonij clandestinus sit quandoque licitus.

Tertium

Tertium est, an matrimonij contractus nõ propter prolem, nec propter vitãdam fornicationem, sit licitus.

QVAESTIO I.

An matrimonium contractum per procuratorem, sit sacramentum.

CIrca primum ratio dubij est, quia matrimonium inter fideles verum & ratum est sacramentum, contractus autem huiusmodi per procuratores efficit matrimonium verum & ratum: ergo est ibi sacramentum.

Præterea, Coniugium inter infideles est sacramentum, vt dicitur extra de diuortijs, cap. gaudemus: ergo a fortiori coniugium huiusmodi quod est verum & ratum est sacramentum.

In oppositum est, ꝙ nullum sacramentum ministratur per procuratorem. Ad hoc dicunt duo, primum directè respondendo quæsito, ꝙ matrimonium contractum tantummodo per procuratorem non est sacramentum ecclesiæ. Quod manifestatur dupliciter. Primò, quia nullũ sacramentum susciputur per procuratorem, quia receptio sacramenti est passio personalis, quum sit intus quidem receptio gratiæ sacramentalis, foris vero exigat aliquam in sua persona sensibilem actionem, vel passionem, vt patet ex communi ratione in omnibus sacramentis. Et confirmatur ex hoc, ꝙ sacramentum pœnitentiæ non potest susciputur per procuratorem: nam sicut sacramentum matrimonij consistit in contractibus, ita sacramentum pœnitentiæ consistit in actibus iudicialibus, tam autem in iudicialibus, quàm in contractibus nihil prohibet multa fieri per procuratorem, nisi ratio sacramenti, potest enim quis iudicari, absolui, ligari per procuratorem, sed non sacramentaliter, & similiter potest quis cõtractum facere de propria persona per procuratorem, sed non sacramentaliter. Et confirmatur rursus, quia si per procuratorẽ posset susciputur sacramentum, sequeretur, ꝙ dormiẽtibus amboobus cõiugibus dum procuratores cõtrahunt, coniuges sacramentum susciperent, & nihil omnino à seipsis, aut ministro aliquo sacramẽti circa ipsos tunc fieret, quod non solum est absurdum, sed non intelligibile, stante constantia sacramenti ex materia & forma, &c. & vltra hoc sequeretur, quòd dormiens peccaret mortaliter peccato sacrilegij, susciputens sacramentum in peccato mortali, si contigisset vt iuisset tunc dormitum in peccato mortali, non ergo coniugium contractũ inter fideles per procuratores sacramẽtum, donec coniuges ipsi coram ratificet contractum, quòd tunc fit, quum coram positi primo manifestant sibi inuicem se habere vt coniuges.

Secundum est, quòd licet huiusmodi coniugiũ per procuratorem contractum non sit sacramentum, est tamen verum coniugiũ, dirimens quodcunque aliud postea contractum cõsummatum multo magis, quàm primum cõiugium inter infideles dirimit secundum, vt dicitur extra, de diuor. cap. gaudemus. Potest tamen facilius dissolui de consensu partium apostolica authoritate matrimonium per procuratorem contractum, quàm per seipsos coniuges contractum, quoniam in illo deest sacramentum, quod non deest huic.

Ad primam ergo obiectionem in oppositum, dicitur quòd coniugium dicitur ratum dupliciter vel radicaliter, vel formaliter. Et quòd coniugium fidelium per procuratores contractum est ratum in radice Baptismi, non autem est ratum ex forma ipsius sacramenti matrimonij, coniugium autem inter infideles neutro modo est ratum.

Ad secundum dicitur, ꝙ vel est loquutio intrãsitiua, vt dicatur sacramentum coniugij pro coniugio, vel latiori vocabulo sumitur sacramentum, & non proprie, vt restringitur ad significandũ sacramentum nouæ legis, de quo solo est nostra quæstio.

QVAESTIO II.

An matrimonij contractus clandestinus sit quandoque licitus.

CIrca secundum (an matrimonij contractus clandestinus sit quandoque licitus) absq; argumentis dicendum est, quòd quum contractus clandestinus non sit secundum se malus moraliter, sed ratione accidentium ex illo consequentiũ, ideo in casu, quo cessarent omnia inconueniẽtia, licitum esset contrahere clandestine, quoniã tunc etiam cessaret obligatio iuris positiui, quod ꝓpter huiusmodi inconuenientia constat emanasse. Cõtingit autem de facto pluries casus iste, quãdo matrimonium contractum est in facie ecclesiæ & cõsummatum, & tamen fuit in veritate nullum propter aliquod occultum impedimentum dirimẽs, puta quia præcognouerat cõsanguineam vxoris. Tunc enim habita dispensatione per secretas vias potest & debet contrahi matrimonium sine testibus ad euitandum scandalum, imo nec coniungi debet impedimentum manifestare, sed dulciter rogare, vt pro consolatione sua velit se iterum acceptare in coniugem, & parte assentiente sufficit. Sic enim euitatur omnis infamia, & intentum habetur, & nullum potest inconueniens sequi ex huiusmodi clandestino contractu.

An vero ante contractum in facie ecclesiæ matrimonium accidere possit casus, in quo licitus sit contractus clandestinus, non mihi occurrit de clãdestino per se, sed potest contingere de clandestino per accidens, quod sit aut licitus, aut sine mortali peccato. Licitus quidem, si contingeret carere testibus, & oportet contrahere, vt si in bello seu direptione ciuitatis saluifierent coniugati, possent personæ habiles contrahere & cõsummare, vt vel sic euaderent opprobria, &c. cessant enim omnia inconuenientia, & præter intentionem est clandestinum matrimonium. Absque mortali vero, vt si puella sub malignis tutoribus, ne tradatur viro imprudenti cum damno debitæ sibi dotis, aut hæreditatis propriæ, oblata commoditate non valens habere testes præsentes, contraheret cum viro grato, prudente, &c. sciens ꝙ post factum publicabũt ipsa & vir contractum, & sic prætalebunt. Ex quo enim parati publicare, contrahunt præter intentum ex rationabili causa, clam, excusantur saltem à mortali.

QVAESTIO III.

An matrimonij contractus non propter prolem aut vitandam fornicationem, sit licitus.

CIrca tertium vero, an matrimonij contractus non propter prolem, aut vitandam fornicationem sit licitus: ratio dubij est, quia videtur sacrilegium, sacramentum non ordinari ad finem ꝓprium, finis autem proprius sacramenti coniugij est proles educãda ad cultum Dei, & remedium concupiscentiæ.

In oppositum est cõiugium inter beatam Virginem

ginem & Ioseph, quod neutrum finem habuit ex parte virginitatis.

Ad hoc dicitur, q̃ in cõtrahendo matrimoniũ, multiplex finis potest inueniri, & quantũ ad propositum spectat, quintuplex finis potest considerari. Primus est finis istius cõtractus ratione actus, & hic est proles, vel remedium cõcupiscentiæ, hic enim est finis coniugij mediante concubitu, vt patet. Secundus est ipsius contractus ratione sui, & hinc est mutua potestas corporum, ad hoc enim fit hic contractus, vt neuter coniugum habeat potestatem sui corporis, seu alter alterius. Tertius est eiusdem contractus ratione sacramenti, & hic est sanctificatio coniugum, vt vnusquisque possit vas suum possidere in sanctificatione. Quartus esset, si contractus iste ordinaretur a contrahente ad aliud extraneum, puta ad aliquod maleficium. Quintus esset finis non contractus, sed contrahentis tãtummodo, hoc est q̃ esset motiuum, vt finis ad hoc, vt homo qui alias nollet cõtrahere matrimonium, applicaret se ad contrahendum matrimonium, Vergi gratia, quum Dauid contraxit cum Abisach Sunamite, non ordinauit cõiungium ad calefaciendum se, sed applicauit se ad contrahendum coniugium vt per mulierem calefieret, quũ non esset alias dispositus ad contrahendum matrimonium.

Quibus præmissis dicenda sunt, ad quæstionem motam duo. Primum directe respondendo quæsito, quod contractus est licitus, quoniã sufficit coniugio habere vtrumque finem suum proximum, finis autem proximus ipsius contractus secũdum se, est mutua potestas corporum, quatenus vero sacramentum, est sanctificatio, & propterea, etiam si non intendant prolem, neque remedium concupiscentiæ, sed solum modo esse coniuges, secundũ ecclesiam, contractus est licitus. Et sic inter senes, & quoscunque non intendentes concumbere, potest licitè contrahi matrimonium.

Secundum est, quòd communiter extranei, seu accidentes fines altero duorum modorum cõtingunt, vel vt ratio non coniugij, sed coniugij cum tali, vel vt ratio applicationis ad contrahendum coniugium. Ideo communiter huiusmodi cõtractus sunt liciti, quoniam vterq; modus est licitus. Exemplũ primi modi habetur inter Iacob & Rachelem, propter pulchritudinem enim ipsius, elegit contrahere potius cum Rachele, quàm cum Lia, dicens socero, Seruiam tibi pro Rachele filia tua minore, &c. Exemplum secundi, habetur inter Dauid & Sunamitem. Et primus quidem sæpe cõtingit, & clarus est omnibus, secundus autem amplius manifestatur exemplo & ratione. Simile quidem est, si sacerdos aliquis nollet hodie celebrare, superueniente autem amico, vt illi morem gerat, applicat se ad celebrandum, ita siquis non intenderet matrimonio coniungi, superueniente autẽ vidua promittente maria & montes, vt sibimet vtile faciat, applicat se ad contrahendũ matrimonium cum illa, intendens illã habere coniugẽ, &c. vtrobique enim aduentitius finis non ponitur finis celebrationis aut coniugij, sed applicationis ad celebrandum seu ad contrahendum. Et hæc est ratio quare contractus non redditur illicitus.

Et per hoc patet responsio ad obiectionem in oppositum. Nam sicut sacerdos alias non celebraturus hodie, vt morem gerat amico applicans se ad celebrandum, non constituit per hoc amicum finem celebrationis, sed applicationis suæ, ita qui propter bona temporalia alias non contracturus mouetur ad contrahendum coniugium, non cõstituit bonum illud extrinsecum finem coniugij, sed mutationis suæ, qua de non volente contrahere factus est volens contrahere, coniugium vero ipsum suscipit cum fine ipsius cõiugij, etiam si de fine ipsius nihil cogitet, sicut dictus sacerdos celebrationem ordinat in finem celebrationis, etiam si nihil cogitet de fine. Eo ipso namque quod intẽdit coniugium, intendit ipsius finem, quamuis forte ad illum non se disponat, sicut sacerdos intendens celebrare, vult ex hoc ipso finem celebrationis, quamuis forte non se disponat ad illum.

TRACTATVS DECIMVSTERTIVS.

De vsu Matrimonij in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num usus matrimonij ante benedictionem sit licitus.*
2 *Num usus clandestini coniugij sit illicitus moraliter.*

QVAESTIO I.

An usus matrimonij sit illicitus ante benedictionem.

CIRCA vsum Matrimonij, dubium primo occurrit, an sit licitus ante benedictionem.

Videtur enim q̃ non. Tum quia fit cõtra statutum ac consuetudinem ecclesiæ, vt patet 30. quæst. 5. in pluribus cap.

Tum quia quum sine causa rationabili hoc sit, non euaditur contemptus, quem constat constituere peccatum mortale.

Ad hoc dicitur, quod licet quibusdã visum fuerit distinguendum de reddente, aut petente debitum, & similiter de loco vbi est vel non est cõsuetudo huiusmodi benedictiõis, & similiter de causa an sit rationabilis, vel non: Mihi tamen vr, simpliciter & absolutè dicendum, quod huiusmodi actus non est peccatum mortale. Et ratio est, quia nullum apparet in iure præceptum obligans ad mortale, imo expresse in fine cap. nostrates. enumeratis concurrentib. ad nuptias, subditur, q̃ hęc omnia non seruare non est peccatum. Consuetudo quoque non obligat ad mortale plus quàm statutum, & tanto minus hęc cõsuetudo obligat, quãto alicubi (vt in Germania) nobiles nocte precedẽte benedictionem, consummant matrimonium, alicubi vero (vt in Italia) pęna apposita ab ecclesia maritis consummantib. matrimonium ante benedictionem, tam leuis est, vt testetur minimũ aut nullum esse peccatum. Ex parte vero benedictionis quum nulla fiat sibi iniuria (quoniam nec contemnitur, sed suscipitur etiam consummato matrimonio) nec admiscetur propterea aliquod falsum seu mendacium, qũ nulla sit de virginitate ibi imẽtio, nulla hr ratio mortalis peccati. Nec obstat si dicatur quod canones præsupponunt virginitatem in benedicendis saltem in sponsa, vt patet ibidem, c. sponsus. Qũ hoc de congruitate, & fm communiter accidẽtia intelligitur, vt patet ex hoc q̃ puella corrupta ante coniugium secrete ab alio nihilominus licitè nuptialem benedictionẽ suscipit. Ex parte demum finis ipsius benedictionis idẽ apparet, qũ ad duo ordinatur, s. ad solemnem traductionem

ductionem vxoris (quam constat propterea omitti) & ad diuinam obtinendā benedictionem ipsorum coniugum, quæ etiam non omittitur. Ex qb. omnib. potest formari talis ratio: Actus coniugij ante benedictionem, &c. quum nō sit illicitus nisi quia præuenit benedictionē ante debitā, nō plus habet illiciti, quàm ex iniuria vel legalis, seu cōsuetudinis inhibētis, vel benedictionis ipsius seu eius finis contrahat, sed ex nullo horum contrahit rationem peccati mortalis, vt declaratum est, ergo non est peccatum mortale. An veniali aūt peccato non excusari matrimonij consummationē ex parte tam petentis, quàm reddentis, ex eo patet, q̄ ordo ipse statutus lege, vel consuetudine non seruatur, dum ante benedictionem fit, quod post benedictionem agendum erat.

Ad primum autem in oppositum dicitur, q̄ hoc argumentum nihil valet, Statutum seu cōsuetudo ecclesiæ non seruatur, ergo est peccatū mortale: plus enim exigitur ad peccandum mortaliter, quàm violare statutum, seu consuetudinem ecclesiæ, quoniam nec omne statutum, nec omnis consuetudo ecclesiæ obligat ad mortale.

Ad secundū dicitur, falsum esse, quod vbi deest rationabilis causa violandi seu non seruandi statutum & consuetudinem ecclesiæ, ibi est contēptus: stat enim quòd ex infirmitate seu concupiscentia veniali fiat trāsgressio, & sic communiter videtur accidere in huiusmodi casibus: ET propterea quia communiter ex contemptu non fit, communiter non est peccatum mortale.

QVAESTIO II.

An usus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter:

SEcundo quæritur, an vsus clandestini coniugij sit illicitus mortaliter. ET est ratio dubij, quia si Pars affirmatiua poneretur, aut hoc esset ratione annexi scandali, aut ratione inhibitionis ecclesiæ: sed scandalum tollitur, si vsus est occultus, inhibitio autem ecclesiæ non facit peccatum mortale, quum in præcedenti artic. conclusum sit, vsum coniugij ante benedictionem non esse peccatum mortale, quamuis sit contra inhibitionē ecclesiæ.

In oppositum est, quòd vsus coniugij non legitimi est peccatum mortale. clandestinum autem matrimonium quamuis sit verum & ratum, constat non esse legitimum: ergo.

Ad huius euidentiam recolendum est, in coniugijs dupliciter inueniri illicitum & mortale, vel quia malum, vt coniugium cum parente, vel quia prohibitum, vt coniugium cum affinibus seu cōsanguineis quarti gradus. Vsus autē coniugij clandestini vtroque modo illicitus inuenitur, & quia prohibitus. Est siquidem malus, non f̄m se, sed f̄m sibi annexa. Ad cuius pleniorem intelligentiā sciēdum est, quod licet clandestinum coniugium cū suo vsu habeant omnia requisita ad substantialia coniugij & eius actus, & propter hoc dicitur q̄ neutrum est f̄m se malum, ex naturali tñ hominis proprietate, quia est animal sociale atque politicū, prouenit túrpitudo in clandestino coniugio & ei⁹ actu. EX hoc nanque, q̄ homo est animal sociale, & politicum, prouenit q̄ coniugiū & ipsius actus debeant sic fieri vt sint sine offensa, & periculo offendendi societatem politicam, vsus autem clandestini coniugij annexum habet scandalum vitæ socialis dum scitur commiscerī personas quæ nesciunt coniuges, nec etiam sine scandalo appareret mulier grauida, & proles fieret, &c. Ipsum vero cōiugium clandestinum annexum habet periculum offendendi vitam socialem, quoniam posset alter coniugum noua inire connubia, dum ignoratur ligatus altero coniugio. EST igitur tam clandestinū cōiugium quàm ipsius actus, etiam si prohibitio legis non esset de genere malorum moraliter, non secundum se, sed secundum sibi annexa.

Vtrum aūt sit mortale peccatum, considerādū restat ex vtroque principio, f. annexę moralis malitiæ & legalis inhibitionis. Ex parte siquidem moralis iniquitatis distinguendum occurrit, & dicendum, q̄ quando actus huiusmodi habet annexam scandali turpitudinem, est peccatum mortale: qñ vero caret annexa turpitudine, non est peccatum mortale. Et horum ratio est in promptu, quia ex quo ratio peccati mortalis cōsurgit ex annexa turpitudine extante, illa fit peccatum mortale, & illa non extante, non est peccatum mortale. Notanter autem dixi actus huiusmodi, ad differētiam vsus, quoniam frequens actus, qui vsum constituit, impossibile est, moraliter loquendo, q̄ careat scandalo: nam frequens secreta conuentio personarū, quæ possunt esse coniuges, semper est suspecta, & experientia teste videmus scandala maxima est huiusmodi vsu prouenire. Ex parte autem inhibitionis ecclesiasticæ mortale peccatum videtur, quoniam Euaristus Papa (vt hr̄ 30. quæst. 5. canone, aliter) damnat huiusmodi coniugia, ita quod nō cōiugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes esse non dubitat. Quod quia verum esse constat in iudiciali foro, in quo clandestinum matrimonium non est matrimonium ex authoritate Papæ promulgatum, damnabilem cōstituit clandestini vsum matrimonij. Simpliciter igitur, & absolute loquendo, vsus matrimonij clandestini peccatum mortale est, vtpote scandalosus scandalo notabili, reddente vtrumque coniugem infamem, & a iure damnatus vt adulterium, seu fornicatio. Quocirca caueant confessores viduarum nobilium, ne consulant fornicariè, vt contrahāt clādestinum matrimonium, quasi licitè deinceps satisfacturæ voluntati suæ cum clandestino cōiuge, tum quia non sunt facienda mala, vt veniant bona, & multominus vt euitentur peiora, tum quia per hoc non euaditur peccatum mortale in vsu dicti coniugij, tum quia adiungitur periculum homicidij vtriusque, aut alterius coniugis, vt pluries vidimus nostra ætate: consanguinei enim multo magis vindicant talia coniugia, quàm si fornicatio sola fuisset.

Ad obiecta ergo in oppositum dr̄, q̄ licet actus vnus seu aliquis possit esse ita occult⁹, quòd careat f̄m se omni turpitudine scandalosa, frequens tñ actus, vt dictū est, esse nō potest, & ille vnicus actus omnino occultus non caret periculo scādali, quia posset inde coniunx concipere, & sic scandalum sequeretur. Inhibitio autem ecclesię non similiter se habet ad vsum coniugij ante benedictionem, & ad vsum coniugij clandestini, quoniam primum simpliciter inhibet, f̄m autem non solum inhibet, sed damnat vt stuprum, seu fornicationem. Et ratio est disparitas, quia actui coniugali debetur torus publicus, hoc est, publicè præparabilis seu præparatus, vnde & coniuges contorales dicuntur, clandestini autem coniugij actui non potest publicè torus præparari quum coniugium ipsum publicè habeatur tanquā non sit, quum probari non possit. Ante benedictionem vero publicis cōiugibus potest publicè tor⁹ præparari, imò & de facto millies præparatur & propterea actus coniugij clādestini

destini meritò reprobatur ac damnatur, actus vero publici coniugij non reprobatur nec damnatur, sed solius cæremoniæ defectu accusatur, est enim præceptum cęremoniale de non præueniendo benedictionem, de non vtendo vero clandestino, est præceptum propriè substantiale. Et hinc sequitur, quòd non solum vsus sed etiam actus vnus coniugij per se clandestini, etiam cum sterili seu vetula, quæ non potest concipere, quantumcunque occultus est mortale peccatum, sicut & ipse contractus clandestinus propter damnationem ecclesiæ damnantis omnem contractum, & concubitum clandestinum in sua specie, ac per hoc omnē concubitum & contractum clandestinum, & consequenter nisi rationabilis causa subsit contrahendi clandestinè, aut clandestinè consummandi, damnationem suæ speciei incurrit.

TRACTATVS DECIMVSQVARTVS.

De Delectatione morosa in tria quæsita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num uoluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter sit mortale peccatum.*
2 *Num uidua, quæ uoluntarie delectatur de cōiugali actu præterito, peccet mortaliter.*
3 *Num uoluntaria delectatio de uisa pulchra mulier sit computanda inter peccata mortalia delectationis morosæ.*

CIRCA actum coniugij, quoniam multa scripsimus in commentarijs præcedentis libri in tractatu de luxuria, & quædā etiam in quolibetis, ideo ne eadem repetamus, pertranseundum est. Incidenter tamen dubia aliqua, de delectatione morosa soluendo.

DVBIVM I.

An uoluntaria delectatio de cogitato actu licito conditionaliter, sit mortale peccatum.

EST autem primum dubium, an voluntaria delectatio de cogitato actu licito cōditionaliter, sit mortale peccatum. Verbi gratia, cogitat quis de actu cōiugali cū tali muliere si esset vxor sua, & voluntarie delectatur de actu cogitato, an in hoc & similibus sit peccatum mortale. Et est ratio dubij, quoniam pro parte negatiua est quod delectatio est de actu licito, inquantum quod consensus in huiusmodi actum nō est peccatum, si enim consensus in actum non est peccatum, a fortiori nec cogitatio de illo erit peccatum. Pro parte vero affirmatiua est omnis religiosa conscientia, cauēs huiusmodi delectationem, vt peccatum mortale.

Ad hoc dicitur, quod sine dubio huiusmodi delectatio voluntaria est peccatum mortale, quia est simpliciter de concubitu peccati mortalis. Ad cuius euidentiam discernendum est inter consensum & delectationem, quoniam tam consensus, q̄ desiderium ferri potest in obiectum, vel absolutè, vel conditionaliter, potest enim quis desiderare cibum absolutè, & potest rursus desiderare ipsum sub conditione, puta si non esset dies ieiunij. Et qđ dicimus de actu, idem intellige de delectatione cōsequente actum exterius exercitum, nam pōt quis desiderare delectationem cibi & absolutè, & sub conditione puta velle delectari in comedendo, si non esset dies ieiunij. Delectatio autem voluntaria consequens obiectum interius apprehensum, & concubitum siue absolute, siue conditionaliter, non potest distingui in delectationem conditionalem, vel absolutam, sed ex hoc ipso quod inest huiusmodi delectatio voluntariè, est simpliciter, & absolutè delectatio. Vnde cum aliquis desiderat actū coniugij cum aliqua conditionaliter, ideſt si esset sua, nō peccat, quoniam desiderium obiectū habet rectæ rationi consonum, sed quum delectatur quis de huiusmodi actu cōditionali cogitato, delectatio ipsa non est conditionalis, quoniam cōditionalis nihil ponit in esse, huiusmodi autē delectatio ponitur in esse voluntariè. Et propterea delectatio ipsa non spectat ad obiectum desideratum & cogitatum, quatenus est conditionale, ac p hoc redit ad naturam sui generis, s. delectationis morosæ de illicito concubitu. Ex hoc namque quod actꝰ vt conditionalis, non facit ipsam delectationem conditionalem, sequitur quod relinquat eam in genere delectationis voluntariæ de concubitu seclusa conditione, quæ sola faceret illum licitum. Et hoc est nihil aliud dicere, quam relinquere illā in specie delectationis voluntariæ de concubitu, ac si illa conditio nō esset cogitata, & hoc est quod timoratæ conscientiæ vtriusque sexus testantur.

Et per hoc patet solutio ad obiectum, quoniam non est idem iudicium de consensu, & desiderio in actum exteriorem illiusque delectationem sub conditione, & de præsenti delectatione volūtaria de eodem actu eademque delectatione cogitata. Nec est verum, quod præsens delectatio sit de actu licito, quoniam non est de illo conditionaliter, actus autem non nisi conditionaliter est licitus.

DVBIVM II.

An uidua, quæ uoluntarie delectatur de coniugali actu præterito, peccet mortaliter.

SEcundum dubium est, an vidua quæ voluntariè delectatur de actu coniugali præterito, peccet mortaliter. Et est ratio dubij ambiguitas scribentium.

Ad hoc dicitur, quòd formaliter loquendo, voluntaria delectatio de præterito actu coniugij non est peccatum mortale. Et ratio est, quia eiusdē moris est delectari de præsenti, præterito, vel futuro: huiusmodi enim differentiæ non variant speciem moris de bono in malum, & propterea sicut simpliciter, & absolutè, viduæ consensu approbatiuo potest placere actus præteritus, ita potest delectari de illo. Et licet hæc ratio sufficiat, manifestatur tamen ex simili, iudex enim functus officio, potest voluntariè delectari de vindicta, quam exercuit occidendo perturbatores Reipublicæ, nec solum iustus potest delectabiliter memorari, verum potest etiam delectabiliter hęc enarrare, vt patet. Idem autem est iudicium de voluntaria delectatione in cogitatione, memoria, narratione, & facto vindictæ, & cuiuscumque alterius actus, memoria enim de iustis seu licitis, eodem more est delectabilis, quo & ipsa iusta & licita fuerunt delectabilia.

Aduertendum tamen est hic, quòd aliud est loqui de voluntaria delectatione præteriti actus licti, & aliud est loqui de concomitantibus illam: nā stat quòd ipsa delectatio de actu præterito voluntaria immunis sit secundū seipsam a peccato mortali, & tamen ipsamet, vt annexum habet malum aliquod (puta pollutionem, vel delectationem interiorem,

teriorem, consequentem velleitatem actus similis præterito, aut consequentem insurgentem concupiscentiam) sit peccatum mortale. Et quia venerea quantumcunque licita, quum cogitantur, annexam habent concupiscentiam carnis, motusq; qui etiam non præcipiente intellectu insurgunt (vt experientia testatur) ideo si viduæ delectatio periculum habet annexum pollutionis aut ruinæ animæ ad aliquem prauum consensum huiusmodi delectationum annexarum (vt communiter videtur accidere voluntariè immorantibus in memorijs talibus) tenetur euitare huiusmodi memoriã, sicut tenetur fugere huiusmodi pericula. Sine his tamen, huiusmodi memoriæ communiter sunt peccata venialia, quia carent pia necessitate & vtilitate.

A

B

DVBIVM III.

An uoluntaria delectatio de uisa pulchra muliere, sit computanda inter peccata mortalia delectationis morosæ.

TErtium est, An voluntaria delectatio de visa pulchra muliere, sit computanda inter peccata mortalia delectationis morosæ. Et est ratio dubij, quia simile videtur iudicium de delectatione omnis sensus: sed voluntaria delectatio de muliere tacta, spectat ad delectationem morosam. ergo & de visa.

Ad hoc dicitur, quòd quum nulla sensatio naturalis sit secundum se peccatum (quoniam est a natura ipsa, cum consequente delectatione) proculdubio nisi mulieris visus aut tactus sit mortaliter malus, delectatio voluntaria de ipsa visa aut tacta nõ est mala. Verum inter tactus & alios sensus est quo ad propositum differentia in hoc quòd visus mulieris pulchræ secundum seipsum delectabilis, non est libidinosus nisi ex parte videntis ad malũ ordinetur, tactus autem per oscula & amplexus, vt est secundum tactum talem delectabilis, est libidinosus, sicut & concubitus, nisi coniugij bono honestetur. Quoniam delectatio sensibilis secundum quendam tactum, scilicet oculorum, amplexum, & huiusmodi, est secundum se a natura ordinata ad venerea, delectatio autem visus non est secundum se ad hoc ordinata. hinc enim fit, vt illa ob solam delectationem exercitata sint libidinosa, visus autem minimè. Et propterea sicut sensibilis delectatio osculorum, &c. extra cõiugium illicita est, & secundum se mortalis (vt in commentarijs præcedentibus libri diffuse declaratum est) ita voluntaria delectatio de huiusmodi cogitatis, mortale peccatum est delectationis morosę. Et per oppositum, quia videre mulierem pulchram, non est secundum se ordinatum ad venerea, ideo delectabiliter videre mulierem pulchram, & ex suo genere nullum est peccatum, ac per hoc delectabiliter cogitare de visa muliere pulchra nisi otiosè vel ob malum fiat, peccatum nullum est. ET hæc similiter intellige de huiusmodi actibus secundum se: nam secundum annexa pericula iudicandum est iuxta canones periculorum, multi enim ex aspectu mulierum corruerunt, vt patet de Dauid, &c.

C

ET hæc sufficiant pro hoc libro super tertia parte diui Tho. ac per hoc pro commentarijs integris super tota summa eiusdem, ad gloriam in primis omnipotentis Dei, deinde ipsius diui Tho. vtilitatem autem ecclesiæ. Sub correctione sanctæ sedis Apostolicæ (in qua nunc sedet Leo decimus Pontifex Maximus) cui & scripta & scribenda omnia submissa semper esse volo. Romæ die 19. Decembris. Anno Christianæ salutis millesimo quingentesimo vigesimo, ætatis autem meæ quinquagesimo secundo, Amen.

AD REVERENDISS. AC ILLVSTRISS. D. D. IVLIVM MEDICEM S. RO. ECC. PRESBYTERVM CARDINALEM, AC VI-. cecancellarium, Tractatus de Indulgentiis, Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xysti.

PROLOGVS.

SAtis constat, pater amplissime, inter eos thesauros qui ab apostolicæ potestatis throno ad animarum salutem per ECCLESIAM diffunduntur, nequaquam in extremo loco ponendas esse remissiones illas, quas trito iam nomine indulgentias appellamus. De quarum vi quum varias & pontificij iuris Theologiæ professorum opiniones esse animaduerterẽ, libuit mihi pro mea consuetudine qui omnes meas lucubrationes ad ECCLESIÆ vtilitatem semper contuli, pro virili mea, id quoque in summam compendiumq; redigere, quid illud denique sit quod tanquam ratum certumque de huiusmodi remissionibus habeamus. Nostrum vero de hac re opusculum tibi iure optimo dedicandum censui, tum sequutus illorum morem qui principibus viris integritate, prudentia, fortitudine ac magnanimitate excultis (qualem te esse omnes gaudemus) libros suos nuncupare prægestiunt, vt sub illorum auspicijs honestati, gratiores in vulgus prodeant. Tum quia sanctissimi Domini nostri Leonis X. benignitate, in sacrum Rom. ECCLE. Senatum accitus, inclytæ familiæ vestræ in vniuersum, ac seorsum & singulis vestrum, tibique præsertim (quem præcipuum mihi patronum dominumque elegi) & meipsum, & omnes ingenij mei fœtus dedicandos esse cognosco. Addo etiam quum tu Ro. ECCL. vicecancellarius diuo suffectus sis Laurentio, cuius est officiũ sedis Apostolicę tractare thesauros, ac dispensare, iure quodam suo nostrum hunc libellum, in quo agitur de spiritualibus ECCLESIÆ thesauris, vt patronus ac præses tibi vendicas & asciscis. Oro itaque amplitudinem tuam, vt ea benignitate munus hoc quoque meum accipias, qua & meipsum maximo tuo beneficio honestatum dignatus es in clientelam accipere.

TRA-

TRACTATVS DECIMVSQVINTVS.

De indulgentijs in Decem Capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ a Prisci constant de indulgentijs.*
2 *Quid sit indulgentia.*
3 *Obiectiones contra assignatam indulgentiæ definitionem.*
4 *Quæstiones tres contra assignatam definitionem indulgentiæ.*
5 *Soluuntur obiectiones in tertio cap. positæ, num indulgentiæ spectent ad iurisdictionem.*
6 *Solutio obiectionum 3. cap. num indulgentia sit absolutio.*
7 *Solutio obiectionis 3. cap. quod indulgentia sit de iniunctis pœnitentijs.*
8 *Responsio ad quæstionē de indulgentiæ causa 4. c. posita.*
9 *Responsio ad secundam quæstionem de tempore veræ pœnitentiæ cap. 4. positam.*
10 *Responsio ad tertiam quæstionem 4. cap. positam de tempore confessionis.*

CAPVT II.

Quæ a prisci constant de indulgentijs.

DE ortu indulgentiarum, si certitudo haberi posset, veritati indagādæ opem ferret, verum quia nulla Sacræ Scripturæ, nulla priscorum Doctorum Græcorum, aut Latinorum authoritas scripta hanc ad nostrā deduxit notitiam, sed hoc solum a trecentis annis scripturæ commendatum est de vetustis Patribus, quod beatus Greg. indulgentias stationum instituit, vt in 4. sent. diui Tho. habetur. Longè siquidē post Greg. legimus, quòd quidam indiscretas & superfluas indulgentias dabant, vt Innocen. 3. in cap. quum ex eo. extra de pœn. & remiss. dicit. Et per 40. fortè annos ante ab Alex. 3. propositam de indulgentijs datis ab Episcopis quæstionem solutam inuenimus ibidem in capit. quod autem. Ex verbis quoque Innocen. 3. in cap. excommunicamus. extra de hæret. §. catholici. apparet concessam fuisse indulgentiam euntibus in subsidium Terræ sanctæ. Et quamuis non inueniatur in iure, indubie tamen tenetur cruciatæ expeditionem fultam fuisse indulgentia plenaria. & hoc haberi dicitur in parte decisa decretalis ad liberādū. extra de iudæis.

Ex his autem textibus nō solum habetur, ꝙ indulgentiarum gratia antiqua est in Christi ecclesia, & non noua adinuentio, sed habent clare quatuor. Primò, quòd dare indulgentiam alicui est illum absoluere. Secundò, quòd ista absolutio spectat ad forū pœnitentiale. Tertiò ꝙ ista absolo est a pœnitentijs iniunctis. Quartò, quòd quandoque sunt indiscretæ. Et primum quidem eorum habetur expresse in dicto cap. quod autem. ab Alex. 3. respondere Archiepiscopo Cātuarien. quòd quia nullus potest ligari, aut solui a nō suo iudice, ideo indulgentię concesse ab aliquo episcopo, non se extendunt ad non subditos sibi nisi de consensu propriorum iudicum. Hæc enim rō sio clare docet quòd quia indulgentia est absolutio, ideo a proprio iudice vel de consensu proprij iudicis ab alieno potest fieri tantum. Reliqua vero tria habētur ex Concilio generali sub Innoc. 3. in cap. quum ex eo. extra de pœn. & re. Quòd enim spectet ad forū pœnitentiale, inde habetur, quia ibi dicitur, ꝙ eneruat pœnitentialem satisfactionem indiscreta indulgentia. Quòd ab iniunctis liberet pœnitentijs, clare ibi habetur, & similiter, quòd superflue & indiscrete quandoque fiant.

CAPVT II.

Quid est indulgentia.

PRincipium igitur inuestigandæ quiditatis indulgentiæ ex his quæ constant sumendo, ab illius stabilito genere ex sacris canonib. ordinamur. Et dicamus, quod indulgentia est quædā absolutio, nisi. n. per se & proprie indulgentia absolutio esset, non redidisset per se rationem eius, quare indulgentia non prodest non subdito, quia ligari absoluive non nisi subditus potest. Si enim ratio est per se, oportet indulgentiam consistere in absoluendo aut ligando, constat autem ꝙ indulgere non est ligare. igitur est absoluere. Necessarium est autem asserere rationem canonis esse per se, quia ea quæ sunt per accidens, repelluntur à qualibet scientia. Est igitur ecclesiastica indulgentia (colligē do omnia certa ex sacris canonib.) absolutio ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitentiali. Et quāuis prima facie videantur hæc non sufficere ad indulgentiæ diffinitionē, scrutando tamen singula subtilius, apparebit sufficiens. Differt siquidem in primis indulgentia ab omnib. priuatis actionib. ex genere, sub quo continetur absolutio, est. n. absoluere sicut & ligare actus iurisdictionis. Et ex hoc indulgentia differt tam ab actionibus priuatis (puta quum vnus orat, aut facit pœnitentiam pro alio aut seipso) quàm ab actionib. communibus personis publicis & priuatis, puta compensatione vnius ad alterum, aut subuentione dando alicui pretiū, vnde soluat creditori. Nullus siquidē horū actuū est actus iurisdictionis, quilibet enim absque quacunque iurisdictione potest huiusmodi actꝰ exercere, non solum in profanis, sed etiam in proposita materia, vt enim in 4. sent. Theologi dicūt: Vnꝰ homo existens in charitate, potest facere pœnitentiam & satisfacere pro altero in charitate existēte. Quod ecclesiæ consuetudine approbatur, ieiunia aliaque opera satisfactoria esse pro pœnis debitis animabus in purgatorio existentib. affirmante, si pro illis a personis in charitate existentib. fiant. vbi patet opera satisfactoria priuatarum personarum absque vlla iurisdictione ecclesiastica compensari pro pœnis animarum quæ purgantur, & pro pœnitentijs illis iniunctis satisfacere, & est quasi pretiū, quod priuatæ personæ animab. donant, vnde quasi soluant & liberentur. Differt deinde indulgētia, ex hoc, quod non est quicunque iurisdictionis actus, sed talis, s. absolutio ab actu distributionis, quo curam habens boni communis distribuit illud partibus eiusdem communitatis, vt quum distribuit princeps, aut communitas honores Reipublicæ ciues. Absolutio enim est actus iudicis ad vnū subditum nulla habita ratione æqualitatis ad alterum, vt patet etiam in hac materia, quum, datur indulgentia alicui vni, quod quotidie per confessionale aut indultum fit. Distributio autem vt patet 5. Ethic. fit secundum æqualitatem proportionalē, quæ sine ratione ad alterum fieri non potest vni, quum hoc intelligi non possit. vnde quum vnus tantum cuique honoratur in Rep. si iusta distributione honor talis illi defertur, rationem illius habere ad alios est necessarium, & quanto alijs præstat simpliciter vel tunc, quo ad hoc, tantum nunc honoratur. Monstratur quoque ex hoc, ꝙ indul-

gentia

gentia est absolutio, & effectiua illius causa, scilicet iudex, actus enim iurisdictionis operatio est iudicis, & per hoc monstratur requiri tam authoritatem in dante indulgentiam (non enim est iudex sine authoritate) quàm rationem, non enim pro libito, sed ratione suadẽte absoluit, aut ligat iudex nisi cuius voluntas lex est, quod soli Deo conuenit. Et materialis, scilicet subditus, in quem exercetur, non enim absolui potest nisi subditus, vt Alexan. 3. ad hoc propositum in allato canone dixit. Sed materia circa quam exercetur per subiunctã particulam monstratur, quum subiungitur, ab iuncta pœnitentia. Est siquidem indulgentia subditi absolutio quo ad iunctam sibi pœnitentiam non in foro contentioso, sed pœnitẽtiali, ita quod ly, in foro pœnitentiali determinat duo, scilicet absolutionem & iunctam pœnitentiam. Et est sensus quod indulgentia est absolutio in foro pœnitẽtiali a pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali. Et enim indulgentia, quia actus est iudicis, ad aliquẽ forum spectat, liquet autem quod non contentiosi est fori, pœnitẽtialis igitur erit. Et hinc patet qualitas iudicis, forum enim pœnitentiale ad ecclesiasticum tantum iudicem spectat, & propterea ecclesiasticum oportet esse iudicem, qui indulgentiam concedit. Verum quum pœnitentialis absolutio fertur in eam, quæ est ordinis, quæ sacramentalis est (vtpote sacramentum pœnitentiæ perficiens sacerdotis ministerio) & eam quæ est iurisdictionis tantum, quæ a legatis & electis tantum pontificibus exercetur, & illa directè, & per se primo culpam respiciat (est enim absolutio ab ipso peccato) ista autem culpa remissionem præsupponat, & pœnam peccato debitam respiciat, non quamcunq;, quia non pœnam æternam (non enim liberat indulgentia a pœna inferni) sed temporalem, quæ hic, aut in purgatorio exoluenda pro commisso peccato est: ideo ad differentiam sacramentalis absolutionis remittentis culpam, & æternitatem pœnę subiunctum est in diffinitione, ab iuncta pœnitentia, iuncta siquidem in foro pœnitentiali pœnitentia non nisi temporalis esse potest, & remissionem culpæ præsupponit. Monstratur nihilominus ex eadem particula qualitas subditi, cui confertur indulgentia, quòd scilicet sit vere pœnitens & confessus. Nam quia in sacramento pœnitentię non ligat ad pœnam sacerdos, iniungendo pœnitentiam, nisi absoluendo à culpa, & prius natura absoluit, quàm ligat (quia obligatio ad pœnam temporalem supponit remissionem culpę, absolui autem a culpa ab ecclesiastico iudice nullus potest nisi verè pœnitens & confessus) idem ex hoc ipso, quòd indulgentia est absolutio à pœna iniuncta in foro pœnitentiali, monstratur quod recipiens indulgentiam debet esse vere pœnitens, & confessus, attestante consueta forma indulgentiarum, in qua dicitur verè pœnitentibus & confessis. Differt demum indulgentia à remissione pœnarum iudicialium ad forum contentiosum spectantium per eandem particulam, scilicet iuncta in foro pœnitentiali, indulgentia siquidem non liberat à pœnis iunctis in foro contentioso, & vsque adeo ab illis elongatur, vt diuus Thomas propterea dicat, religiosos per indulgentiam non liberari à pœnitentijs sibi iunctis in capitulo, à suis prælatis. Ex quibus omnibus apparet, quòd diffinitio indulgentiæ collecta ex sacris canonibus, cuncta complectitur quę ad rationem indulgentię cõcurrunt. Est igitur ecclesiastica (de qua est sermo) A indulgentia, absolutio à pœnitentia iniuncta in foro pœnitentiali.

CAPVT III.

Obiectiones contra assignatam rationem indulgentię.

QVAESTIO.

Num dare indulgentias spectet ad iurisdictionem.

HAbet autem dicta diffinitio indulgentiæ difficultates multas & obiectiones, contra tria in illa contenta.

Contra illud in primis dictum, scilicet, dare indulgentias est actus iurisdictionis, opponitur à Durando in quarto sent. dist. 20. Tum quia iurisdictio exerceri potest in inuitum, indulgentiam autẽ nullus consequi potest inuitus. Tamen quia nullus potest vti actu iurisdictionis, in seipsum, indulgentia autem alijs data potest concedens vti sicut alij. Ab alijs vero, tum quia Archiepiscopus potest in tota sua prouincia īdulgẽtias dare, vt patet in cap. nostro. extra de pœn. & rem. & tamen constat Archiepiscopum non habere nisi in articulis quibusdam potestatem in subditos suffraganeorum, extra de offi. ord. cap. pastoralis. Tamen quia indulgentiæ dantur etiam defunctis existentibus in Purgatorio, qui à iurisdictione ecclesiæ sunt exempti, vtpote extra hanc vitam, & quos ecclesia non potest ligare, cui data est potestas ligandi atque soluẽdi super terram tantum.

QVAESTIO.

Num absolutio potius, quàm distributio, vel compensatio sit indulgentia.

COntra aliud deinde dictum, scilicet quòd indulgentia est absolutio, non compensatio, aut distributio, opponitur communis tam theologorum, quàm canonistarum doctrina, canonizata à Clemente VI. in extrauaganti, vnigenitus. de pœn. & remis. decernentium indulgentias fieri per modum distributionis, & compẽsationis, seu solutionis. Dicunt enim quòd thesaurus Ecclesiæ, in quo sunt recondita merita Christi & sanctorũ, quatenus satisfactoria sunt non pro seipsis, distribuitur per indulgentias in Christi fideles, ita q; pœnitentiæ nostræ compensantur per pœnas Christi & sanctorum, dum ex thesauro illo conceditur cuique quasi pretium pœnale, vnde soluat Deo debitam, pro suis peccatis pœnitentiam. Hæc autem patet contrauenire sententię, qua dicitur, quod indulgentia est absolutio, quum longe differt actus absolutionis iudicialis ab actibus his quoniam isti actus omnes sunt actus non iudicij proprij, sed cõmunes tam publicis, quam priuatis personis, excepto distributionis actu, cuius tamen differentia ab absolutionis actu clare liquet. Opponitur quoq;, quòd ex illo canone Alexandri 3. non habetur nisi quòd dare indulgentiam est actus iurisdictionis in subditum, quòd quidem potest verificari ponẽdo, quòd est actus dispensationis, seu distributionis. Nam hic actus est iurisdictionis, & super thesaurum dispensandum, & super eum, cui communicatur, quia commune bonum non nisi in partes communitatis distribuendum est, & sic ruit tota diffinitio assignata. Potest quoque & aliter exponi canon ille vt intelligatur causaliter indulgentiam esse absolutionem, quia causat absolutionem, dispensatio namque thesauri dicti causat in illo, cui communicatur, absolutionem, à pœna peccato debita & à sacerdote iuncta. Et sic redit ruina diffinitionis.

QVAE-

QVAESTIO.

Num indulgentia sit absolutio ab iniuncta pœnitentia.

CONtra tertium demum dictum (scilicet ab iniuncta pœnitentia) objcitur. Tum quia diuus Thomas cum multis theologis & canonistis dicit indulgentiam liberare hominem ab iniunctis, & nō iniunctis penitentijs.

Tum quia indulgentiæ tantum valent quantū sonant, vt communiter tenetur: constat autem, q̄ in plenarijs indulgentijs non fit mentio de iniunctis. Tum quia indulgētiæ, quæ dantur pro defunctis, non dantur pro iniunctis: nam nō præsupponitur iniunctas eis pœnitentias non perfecisse, eos qui sunt in purgatorio. Tum quia quum pœnitentiarius Romæ iniungeret pœnitentiam plenariam indulgentiarum consequutus, accepit mandatum a Papa, vt nō iniungeret pœnitentiam, vt refert Petrus de Pal. in 4. sent. dist. 20. quæst. 4. in calce. Tum quia in forma plenariæ absolutionis, quæ cōceditur in morte, continetur restitutio ad innocentiā baptismalem, quæ non esset verè efficax, si ab iuncta tantum pœnitentia absolueret.

CAPVT IIII.

Quæstiones tres circa assignatam diffinitionem indulgentiæ.

QVAESTIO.

Num quauis causa indulgentiæ sit etiam causa quantæcunque.

SVnt præterea circa dicta in suprapositā diffinitione indulgentiæ tres quæstiones. Prima omnium difficillima est circa causam effectiuam indulgentiæ. Dictum est enim, quòd oportet dantē indulgentiam fultum esse auctoritate & ratione. In dubium autem non paruum vertitur, an quælibet rationabilis causa dandi indulgentiam, sit etiā rationabilis causa quantæcunque indulgentiæ, an potius quædam sit rationabilis causa tantæ indulgentiæ (puta vnius anni) quæ non esset rationabilis causa multo maioris indulgentiæ, puta viginti millium annorum. Est autem ratio ambiguitatis, quia pro prima parte, hoc est quòd causa legitima indulgentiæ est etiam sufficiens causa quantæcūque indulgentiæ, extat authoritas diui Thomæ in 4. sent. dist. 20. expressè dicentis, quòd indulgentiæ ratio seu causa non exigitur ad mensurandam indulgentiam. Et probat hoc, quia eadem stante ratione ecclesia modo maiorem, modo minorem dat indulgētiam. ET tandem dicit, quod licet dans indiscretè indulgentias, ita vt homines pro nihilo ab operibus pœnitentiæ retrahuntur peccet, nihilominus cōsequuntur homines plenam indulgentiam datam extra, & quam continua experientia Romæ docet authoritas ecclesiæ dantis indulgentiam plenariam pro sola visitatione alicuius eccles. sine manibus adiutricibus, & in die sancto Paschæ data benedictione a Papa super plateas S. Petri. pronuntiant duo Cardinales indulgentiam plenariam omnibus præsentibus. Si enim hæ causæ sunt legitimæ causę indulgentiæ plenariæ, nulla restat causa pia tam parua, quæ non sit legitima causa quæcunque indulgentię. EXtat & authoritas veritatis ecclesiasticę, secundum quam oportet indulgentias tantum valere quantum sonant, cōstat autem, quod sonant ex quacunque causa etiam plenariam indulgentiam.

F In oppositum autem est, quia a ratione dissonat indulgentiam exigere vltra authoritatem in dante & charitatem in recipiēte, rationabilitatem in causa, ita quòd sine legitima causa indulgentia est nulla, & tamen quantitatem indulgentię nō exigeret aliquid ex parte legitimę causę.

Contra quoque rationem est, quòd potestas ecclesiæ quæ non nisi ministri & dispensatoris est, nulla ratione dispensandi vtatur in quantitate tam pretiosi thesauri. Et cōfirmatur, quia si in prophanis possunt ecclesiæ ministri ita dispensare, vt dispensatio sit nulla (vt si Papa donaret totum statū temporalem ecclesiæ filio suo, quamuis esset rationabilis causa donandi sibi aliquid) multo magis G videtur quòd errare possit in dispensando thesaurum spiritualium bonorum, ita vt dispensatio sit nulla. vtriusque enim est dispensator non Dominus, in ædificationem corporis Christi mystici, nō illius dissipationem. Accedit ad hoc authoritas apostolica Clementis VI. in dicta extrauagante, vnigenitus, de authoritate data a Christo dispensandi hunc thesaurum, dicentis, Quem quidem thesaurum per beatum Petrum cęli clauigerum, eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & proprijs & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis H debitæ tam generaliter, quàm specialiter prout cū Deo expedire cognoscerent, verè pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum. Vbi patet quod non solum rationabiles, sed proprias oportet esse causas quantitatis indulgentiarum.

QVAESTIO.

Num & quomodo, & quando pœnitentia sit necessaria pro consequenda indulgentia.

SEcunda quæstio est, an vera pœnitentia exigatur tempore, quo indulgentia conceditur, aut opus exercetur, an extendatur ad tempus aliud, quo quis vult illa indulgentia vti. Verbi gratia quo ad concessionem, dat Papa quinque annos de indulgentia omnibus præsentibus, quum infra missam in capella sua singulis diebus dominicis aduētus & quadragesimæ absolutionem facit, si teneor tunc esse verè pœnitens, an sufficiat quòd intendo verè pœnitere, & tunc, vt ista indulgentia quinque annorum. ET similiter quo ad exercitium operis, dat Papa quòd dicens septem Psalmos, vel dās tantam eleemosynam, habeat planariam remissionem semel in vita, & semel in mortis articulo, an teneatur esse verè pœnitens tempore quo dicit septem Psalmos, aut dat eleemosynam.

Tertia quæstio est, an oporteat esse confessum, ita quòd nullum sit in conscientia mortale peccatum commissum non confessum tempore, quo acquirit quis, & vtitur indulgentia, an sufficiat esse confessum secundum præceptum ecclesię, hoc est K semel in anno. Et est ratio dubij, quia hinc apparet quòd verba iudicum sunt secundum iura interpretanda, ac per hoc quòd sunt illo anno confessi. Inde vero appareret, quòd si non requireretur confessio, alia sufficeret dicere pœnitentibus, quoniam in vera pœnitentia clauditur propositum obseruandi præcepta Christi, & Ecclesiæ.

CA-

CAPVT V.

Soluuntur obiectiones in 3.ca. posita, contra hoc, quod dare iudulgentiam, est actus iurisdictionis.

NOn est autem difficile ad obiecta, primò contra assignatã diffinitionẽ rñdere. Falsum nanque est quod Durandus dicit, oẽm iurisdictionis actum posse in iuitũ exerceri, quũ absolutio sacramentalis sit actus non solum ordinis: sed iurisdõnis (vtpote à non proprio iudice ordinatio. uel delegato facta nulla existens) & tñ non põt exerceri in inuitum. Sed ꝙ nullus possit exercere actum iurisdõnis in seipsum absoluendo & ligando se, verũ est: & propterea licet alij aliter sentiant, concedo ego, ꝙ dans iudulgentiam alijs, non acquirit illã, quia absoluens alios, non absoluit se. Nec tñ est deterioris condõnis, quàm alijs, quia & si nõ per istã viam; per aliam uiam potest eandem indulgẽtiam consequi, s. committendo confessori suo, vt sic absoluat ipsum, sicut ipse absoluit alios: hoc. n. modo papa subijcit se absoluti oni sacramentali, & similiter indulgentię eadem rõne. Archiepiscopi quoq; potestas super totam prouinciam ex hoc ipso, ꝙ in quibusdam articulis affirmatur, manifestat extẽ di ad dãdas indulgentias in tota sua prouincia: qũquidem ille est vnus illorũ articulorum, qui in iure numerantur: vt Pan. ibidem scripsit. Defunctos autẽ in purgatorio existentes, extra iurisdõnem ecclesię quidam negãt; eo quòd sicut sunt medij inter nos & beatos (dum nos viatores sumus quò ad meritum, vel demeritum, & quò ad pœnam & prę mium, & beati extra viam toraliter sunt, qui purgãtur aũt quò ad meritum, vel demeritũ extra viam, sed quò ad pœnam, vel prẽmiũ in via adhuc sunt) ita sunt quodammodo subditi uicario Christi viatorib. dimisso: vt sicut quò ad punitionẽ adhuc sũt in via, ita quò ad reuelationem à pœna adhuc subsunt iudici viatorum. Sed hęc opinio multa vera dicens non infert efficacitet intẽtum: plus. n. requirit ad subditum iudici viatorum, q̃ adhuc participare aliquid de uia. Exigitur. n. ꝙ possit cã sua quantum ad illud quod sapit viæ, cognosci à iudice viatorũ; nullus põt esse iudex causæ oĩno incognoscibili ab ipso, constat autẽ à papæ cognitione omnino esse alienas causas existentium in purgatorio, & iõ patet papam non posse absoluere, aut ligare existẽtes in purgatorio. Manifestatur quoq; hoc idẽ ex verbis Domini, limitãtis petri potestatem superterrã: ita ꝙ licet effectus potestatis petri penetret cœlos, dicente Domino, Erit ligatum aut solutum in cœlis, iurisdictionis tñ actus terminat ad hoc, vt sit super terrã dicente Dño, Quodcunq; solueris, aut ligaueris super terram. Scriptura autẽ sacra mortuo non esse superterrã vocat, vt patet Gen. 42. ubi de Ioseph tanquam de mortuo loquentes fratres & pater, introducuntur dicentes, ꝙ nõ est super. Purgatoriũ rursum non super, sed sub terra esse ex eo patet ꝙ Chr̃us descendit ad inferos, ubi erat limb. Patrũ, neq; .n. fas est credere ꝙ de purgatorio exeũtes aĩę nate Chr̃is mortẽ, & ad limbum patrũ euntes, ad inferos a superis descẽderint, sed econtra ex inferno inferiori ad infernũ supius ascẽderẽt, quũ ẽt ſm Phil. loca quanto superiora, tãto nobiliora sint. Quocirca non dat Papa defunctis indulgẽtiã authoritatiue absoluendo, sed per modũ suffragii quod ẽt ipsæ Apostolicæ literę attestãtur, clare apponentes istam clausulam, per modum suffragii, quũ ꝙ defunctis danũ indulgẽtiæ. Et potes uidere ꝙ ex hoc diuerso mõ dandi indulgentiã uiuis & defunctis insinuat intentum, nam ex eo ꝙ non audens ecclesia defunctis authoratinẽ remittere pœnas sicut viuis suffragantis personã induit, concedendo defunctis indulgentiã, monstratur ꝙ indulgẽtia simpliciter & absolute remissio est authoritatiuè ab ecclesia facta. Niti. n. cẽt authoritatiua remissio, ex applicatiõe ecclesiastici thesauri nõ oporteret ad suffragii modũ descẽdere, quũ ad defunctos extenditur: quibus ecclesia non nisi suffragari põt.

CAP. VI.

Solutio obiectionum in tertio capitu. contra hoc quod indulgentia est absolutio.

AD euidentiam aũt specificę naturę ipsius ĩdulgentię oportet nosse duo cõcurrere ad indulgentiam, absolutionẽ a penitẽtia iniunctã & dispẽsationem spũalis thesauri, applicãdo pœnã Christi & sanctorũ ad hunc, cui datur indulgentia. Et primũ quidẽ probatum est ex canone Alex. 3. ſm aũt non solum ex cõi Sanctorum doctrina sed ex allata extrauagante Clementis sexti patet. Verum multum interest ad naturam indulgentiæ cognoscendam an primũ indulgentia sit absolutio, an dispensatio. Nã si indulgentia primo consistat in absolutione, dispensatio thesauri accessorię, concurrit ad indulgentiam, ut quia ecclesia nõ põt libere relaxare debitã Deo pœnã pro peccato in illum cõmissõ, ad hoc, vt remissio sua sit efficax: iungit absolutioni dispensationem pœnarum solutarum a Christo & Sanctis, applicando aliquid earum huic, & & aliquid illi: ut sic & remissio fiat efficax ex adiũcta satisfactiõe Chr̃i & Sanctorũ pro istis quibus indulgẽtia dat, & Deo debita pro peccato pœna exoluta inueniatur. Si autẽ primum indulgentia fit dispensatio prædicti thesauri, absolutio ab iniuncta pœnitentia accessoriè concurrit ad indulgentiã: ex eo nanq; ꝙ applicatur mihi per indulgentiam tñ de pœna recõdita in thesauro, sequitur ꝙ sum absolutus ab equialẽti pœna, quam debebam Deo pro peccatis meis exoluere. Quid aũt horum uerius sit, non ex rõne, sed ex facto pendet. nam rõni consentaneum est, quòd ecclesia utroque modo põt ĩdulgentias facere: sed an de facto indulgentias altero tñ, & quo aut vtroque modo faciat, scire oportet si indulgentiæ natura cognoscẽdo est. Apparet aũt prima facie inspicientibus doctoribus dictã extrauagantem Clementis, primũ in indulgentia locum tenere, dispensationem ecclesiastici thesauri, & absolutionẽ accessorie comitari. cõferẽti uero posteriores indulgẽtias priscis, apparet ecclesiã olim fuisse viã indulgentiis principaliter p modũ absolutionis, qua necessariò comitatur dispensatio thesauri: a tempore autem Bonifacii 8. primi authoris perẽnis Iubilęi vsam fuisse, principaliter indulgentiis distributione thesauri: & comitãter absolutione a pœnitentia: qm̃ tãta abundantia indulgentiarũ plenariarum quanta vix credi potest passim data, sup hoc fundari uidetur. Et secundum hoc diffinitio indulgentiæ collecta ex sacris canonibus, quam assignauimus, nõ est diffinitio indulgentiæ quæ modo fit ab ecclesia Ro. sed illius quę olim fiebat: qm̃ sacri cm. loquũtur de indulgentia, quæ erat consueta in ecclesia, & nõ de illa, quæ poterat inueniri de nouo. Sunt enim diuersarum rõnum istæ & illæ quo ad naturas, quãuis sit unius & eiusdem rõnis quo ad ultimum effectum qui est remissio pœnæ temporalis debitę ptõ peccato. Et sic dicendo concordia fieret inter noua & uetera. Sed hęc opinio ponẽs de facto indulgẽtias diuersarũ rõnum in ecclesia, dissonat ab vsu ecclesiæ & Doctorũ. nã Bonifacius ipse 8. indulgentiã Iubilęi inchoat ab indul

gentijs magnis concessis a priorib⁹,manifestans p hoc se sectari vestigia prædecessorum. Ro. quoq; Pont.in hodiernũ vsq; diem indulgẽtias tot anno rum,adiunctis tot quadragenis dando coram se in capella pontificia,testantur aperte se mõ prisco tũ dare indulgentias:& apponendo semper explicite clausulã illam s.In forma ecclesiæ consueta, nulli dubitationi relinquũt locũ ꝙ antiquam intendũt sequi indulgẽtiæ formã,& non inducere indulgẽ tiam alterius rationis.Doctores quoque omnes si ue Theologi siue Canonistę quãtum hactenus me mini me vidisse,de indulgentia,vt de vna quadam ecclesiastica actiõe,& nõ vt de actionib. diuersarũ rõnum tractẽt. Vñ vnius rõnis de facto esse indul gentiam nũc & alibi colligimus:& ipsam primò es se absolutionẽ comitatã applicatione thesauri ad hunc,cui datur indulgentia,& non ecõtra:hoc est ipsam esse applicationem thesauri ad hũc comita tam absolutione ipsius canon. sæpe dicti Alex.3. mõstrat & conuincit. Nam si principaliter natura indulgẽtiæ consisteret in dispensatione & applica tione thesauri ecclesiastici ad hunc posset episcop⁹ Bono.indulgentiam concedere alieno: qm̃ ad cõi cãdum alicui thesaurum non exigitur aliquis act⁹ iurisdictionis super illum, sed sufficit authoritas su per thesauri dispensatione:ut patet in dispensatio ne thesauri temporalis:Absolutio autem à pena,p viam sequelæ comitaretur absque aliquo alio actu iurisdictionis:quia iam exoluisset pænam debitã , ex pęna Christi & sanctorũ sibi cõicata,ac per hoc alienus,qui solũ ad 40.dies pęnitẽtes teneretur,ab Episcop.Bon.per indulgẽtiam 40.dierum sic absol ueretur,ꝙ saltem coram Deo ad nullam pro pecca to pænam teneretur,cuius oppositũ in canone hẽ tur,dum dr̃,quod alieno nõ prodest indulgẽtia ni si de cõsensu proprij iudicis.At si qs dixerit, quod quia indulgentia liberat cum,cui datur pęna & co ram Deo & coram proprio iudice,quia liberat ab iniuncta pęnitentia:& alienus episcopus licet cõi cãdo pœnam thesauri non subdito pœnitentiam iniunctam pro illo exoluat coram Deo,non tñ co ram proprio iudice,& ideo remanet ille adhuc ad pœnitentiam iniunctam obligatus coram proprio iudice(sicut si sine indulgentia aliqua per alia ope ra satisfactoria totam pœnã exoluisset peccatis suis debitam,& pœnitentiam iniunctã a sacerdote non peregisset,remaneret obligatus in foro ecclesiæ ad pœnitẽtiam iniunctam peragendam)idcirco Ale. 3.dicit quod indulgentia non subdito nõ prodest, s.in foro ecclesiastico,in quo iure fiũt.Aduertat sic dicens quod si indulgẽtiæ natura principaliter cõ sistit in communicatione thesauri exoluẽtis pœnã coram Deo,& absolutio iudicialis comes ponitur non debebat consultus Alex.respondere negatiuã simpliciter & absolute dicendo quod non prodest nisi de licentia proprii iudicis : ex quo oppositum verum est simpliciter & absolute,quia unaquęque res simpliciter & absolute iudicatur secũ dum suã naturam,& non fm cõcomitãtiã.Imo hæc ipsa rñ sio mõstrat intẽtũ:quia duob. concurrẽtib. ad in dulgẽtiam(altero pertinente ad ecclesiã & Deum, s.dispensatione & cõicatione thesauri pœnam debi tã exoluentis corã Deo,altero pertinẽte ad ecclesiã tm̃,s.iniunctæ pœnitentiæ solutio in foro ecclesię] si indulgẽtia est principaliter & essẽtialiter illa the sauri cõicatio, dẽbat affirmari.qđ prodest nõ sub ditis,ex quo illã quo ad principale & essẽtiale cõse quũt.Et ga negatũ est illi ,pdesse,dicim⁹ ĩde ꝙ ĩdul gẽtia,& essẽtialiter est absolutio,q̃ quia nõ subdit⁹ consequi nequit,iõ indulgẽtia ab alieno non sibi pdest tã quo ad Deũ,quam quo ad ecclesiã.Et hic est planus sensus illius decretalis absq; extorsiõe ali qua vt patet intuẽti.Est igĩt ĩdulgẽtia qua de facto olim usa ẽ, & nũc utit ecclesia uni⁹ rõnis:& est prĩ cipaliter ac essẽtialiter absolutio iudicialis in foro pęnitentiali,annexã hñs coĩonem thesauri passio nũ Christi & Sãctorũ . Et cõfirmat hoc ex forma plenariæ indulgentiæ,qñ per viã commissionis fit. Cõceditur siquidẽ ꝙ possit plenariè absolui in uita & in morte:cõstat.n. quod non est sermo de ab solutione sacramentali, sed spectante ad indulgen tias:& cõstat quod per modũ & uerbũ absolutio nis cõferr̃. Et cõstat quod eiusdẽ est rõnis indulgẽ tia collata sine ministro medio absoluẽte, cũ papa dat indulgentiã p̃sentibus,aut visitantibus, &c. & quũ per ministrũ mediũ cõcedit quòd semel in vi ta,& semel in morte plenariè absoluatur.Tenet igr̃ absolutio primum in indulgentię rationelocum.

Ad obiecta igitur ex communi doctrina fulta authoritate multorum Rom.pontificum,dicitur, quod non contrariatur doctrina hæc assignatę dif finitioni: qm̃ non docet principaliter indulgentiã esse applicationem thesauri:sed docet unde est ua lor,& efficacia indulgentiæ ad remissionem pœnę Deo debitę pro peccato videlicet ex thesauri spiri tualis dispensatione. Et ad hanc efficaciam spectat modus solutionis, compẽsationis, distributionis, communionis,dispensationis & similium,quũ dr̃ quòd indulgentię valent,aut dantur per modũ di spensationis,& huiusmodi,& non spectant hęc ad principalem actum indulgentię, qui est iudicialis in foro pœnitentiali absolutio; propter quem exi gitur quod indulgentia fiat a proprio iudice: & si est nõ a proprio iudice facta,nulla sit:ut ex sæpe di cti Alexandri 3. canone patet. Nec suscepit canon ille obiectam prius expositionem, s. quod indulgẽ tia est distributio inter subditos:quoniam distribu tio arctata ad subditos vt partes communitatis,est actus iustitię distributiuę,exigẽs equalitatem pro portionalem in sua forma:ut patet in 5.Eth.quod alienũ cõstat esse ab indulgẽtia ex ipso ecclesię vsu tam moderno,quã antiquo. Refutat quoque alte ram dictus canon, deinde obiectam expositionẽ, scilicet quod sat est illi,quòd indulgentia est absolu tio causaliter;hoc est,quod est dispensatio thesauri causans absolutionem:quoniam si sic esset, non es set opus proprio iudice ad consequendã remissio nẽ pœnæ peccato debitę ab alieno episcopo indul gentiam concedẽte , qñquidem absolutio per viã sequelę comitaretur ex applicatione thesauri facta a potenti dispensare thesaurum.Dispensatio siqui dẽ thesauri nõ exigit iurisdictionẽ super personis, quibus donatur , sed super thesauro : sat enim est personis illis , vt sint capaces coĩonis illius,quæ q dem capacitas in proposito consistit in hoc,quod homo sit verę pęnitens & cõfessus. Vrgętque tan to magis canon iste , quantum creditur indulgen tiam ualere ad remittendas pęnitentias non iniun ctas;constat.n.quod respectu non iniunctarum pę nitentiarum nullus requireretur proprii iudicis cõ sensus , si indulgentia esset essentialiter communi catio thesauri . Communicato siquidem mihi ab alieno episcopo thesauro , coram Deo soluissem , & coram proprio iudice non remanerem ligatus , quippe qui non erã ab eo ligatus ad aliquam iniun ctam pęnitentiam.Quia igitur hoc est falsum , re stat vt indulgentia sit essentialiter absolutio:cui an nectitur dispẽsatio ecclesiastici thesauri ad hoc, ut

ab-

absolutio a pœna sit efficax, non solum quo ad ecclesiam, sed etiam coram Deo. Et si perspicaciter intuiti fuerimus ordinem manifestati vsus thesauri ad vsum indulgentię, videbimus ex eo intentū, scilicet quòd indulgentia est essentialiter absolutio. Nam quum uiderent Doctores ecclesiam absque sacramentali medio remittere pœnas peccatis confessis debitas, nec ab ecclesia instructi essent quo huiusmodi remissiones ualerent, supponentes ecclesiam absoluere a uinculo pœnitentiarum, in varias inciderunt opiniones de efficacia huiusmodi remissionis, seu absolutionis: quibusdam nescientibus hunc ecclesię militantis thesaurum, opinantibus absolutiones has in foro tantum militantis ecclesię liberare a pœnitentijs, aliis non curantibus de hoc thesauro, putantib. ex potestate data Petro posse papam remittere liberaliter pœnas peccatis debitas, ita quòd nec hic, nec alibi oportet illas exoluere: alijs dicentibus, quòd absolutio seu (quod idem est) remissio efficaciam habet etiam coram Deo ex applicato thesauro passionis Christi & Sanctorum: quorum dogma approbari meruit ab Apostolica sede. Hęc siquidem manifestat, quòd pro certo supponebatur ab omnib. essentia indulgentiæ, q̄ esset remissio, & ad inuestigandum ipsius efficaciā, tot concurrerunt opiniones multiplicatæ ualde: quas nunc omitto, quia sat est proposito omnes conuenire in præsupposito genere indulgentiæ, s. quod est absolutio seu remissio.

A vinculum duplex ibi, & simplum hic: tum propter forum ecclesiasticum ibi, qui non interuenit hic: igitur ex hoc, q̄ limitata esset quo ad iunctas, episcopalis potestas, non propterea limitata esset quo ad non iunctas, si indulgentias respiceret iunctas & nō iunctas. Nec potest rursum dici, quòd quia pœnitentia iunncta est principalis materia indulgētiæ, iō ꝓhibitio indulgētię de iunctis infert ꝓhibitionē etiam de non iunctis, quia accessorium sequitur principale: & sic materia indulgentię principalis quidem, sed non sola est pœnitentia iuncta. Nam hęc responsio nostrum infert intentum: & quod recte diffinita est indulgentia per iunctam pœnitentiam (vt pote principalem materiam) & quod iuncta pœnitētia sic est principalis materia indulgentię, ut ipsa principali materia subtracta subtrahatur accessoria; ac per hoc si indulgētiæ non substernitur iuncta pœnitentia, intelligit nō substerni eidem pœnitentiam non iunctam, quod esset voluntarium, quum nullo canone, nulla rōne fultū inueniatur, si indulgētia liberat ab vtraq̄ pœnitentia, quòd non liberet ab vna sine altera. Est ergo iuncta pœnitētia & principalis & sola materia indulgentię secundum sacros canones intellectæ. Seruauit quoque ecclesia multo tēpore hūc stylum, vt exprimeret in literis relaxationem ab iunctis pœnitentijs, intātum ut Durandus cum dixisset in 4. senten. quòd indulgentiæ tantum valent, quantum sonant, subiunxit, Sonant autem quòd ab iunctis pœnitentijs liberant. Quocirca quando non exprimitur, an ab iuncta vel nō iuncta pœnitentia liberat, intelligitur de iuncta: quia verba iudicis sunt intelligenda secundum formam iuris; in iure autem solum fit mentio de iunctis. igitur de iunctis tantum pœnitentiis intelligenda est indulgentia data simpliciter & absolute. Expositio uero dicens quod ly ab iunctis pœnitētiis intelligitur subintellecta coniunctione etiam (ac si diceretur etiam ab iunctis pœnitentijs) non est expositio, sed diuinatio: nam si liceret in textibus apponere ly: etiam, infiniti rex subiecti essent diuinatiōi, quandoque etiam contra textum: vt facile patet discurrenti. Attestatur autem sic esse intelligendum, Ro. ecclesię cōsuetudo in viridi obseruantia cōsistens ad Roma. Pōt. singulis diebus Dominicis & Quadragesimæ & Aduentus, dat omnibus pręsentibus quinque vel septē annos & totidem quadragenas de vera indulgentia. Exprimendo siquidem tot annos, & totidem quadragenas, manifestat se loqui ut canones pœnitētiales loquuntur, taxātes pœnitētias per annos & quadragenas. Cumque de illis taxatis per sacros canones annis & quadragenis liberat illos, procul dubio qui ad illos, & illas sūt obligati, monstrat ab iunctis pœnitentijs tantum modo indulgētias datas liberare. Accedit ad hoc, quod communis forma indulgentiarum fit per tēpora: puta dies, quadragenas, annum vel annos: qa sic taxatæ sunt pœnitentię in sacris canonibus. Nec obstat quando sit plenaria indulgentia, quoniam plenitudo etiam pleniſſima non mutat substantiam, sed auget quantitatem ipsius substātię, ut patet. Et propterea si pœnitentia, a qua liberat indulgētia, est substantialiter pœnitentia iuncta, quantumcunque indulgentia sit pleniſſima, non liberat nisi ab iuncta. Et alię quidem liberant ab iuncta unius anni, uel tot annorum, aut dierum: pleniſſima autem liberat a tota iuncta, sicut si per quotam data indulgentia est (puta remissionē tertię partis) liberat a tertia parte iunctę pœnitentię.

CAP. VII.

Solutio obiectionum in 3. c. contra hoc quod indulgentia respicit pœnitentiam iunctam.

NOn parua præterea intelligētia opus est ad eui dentiam habendam de pœnitentia, a qua absoluit indulgentia, dum sacri canones non nisi de iuncta mentionem faciunt: Doctores autem ad iunctas & non iunctas extendunt. Et licet Doctorum opinio, quam etiam sequutū se dicit diuus Thom. magnifacienda sit: quia tamen huius rei veritas ex facto pendet, & in facto consistit, & sacri canones solum de iuncta faciunt mentionē, iō tenendo certum, & dimittendo incertum, diffinita est indulgentia, quod est absolutio a pœnitentia iuncta. In concilio siquidem Later. sub Inno. 3. determinatur potestas episcopalis circa indulgentiā, & expresse post tempora indulgentię decreta, subiungitur, De iunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat, in c. quum ex eo. de pæ. & re. Vbi ſm textum & omnes Doctores episcopalis potestas dādi indulgentias, limitatur: quod non esset uerum, si indulgentia absolueret a non iunctis. Nam si indulgentia liberat ab iunctis & nō iunctis pœnitentijs, & episcopalis potestas est restricta solū quo ad iunctas pœnitentias, consequens est, quòd respectu pœnitentiarum non iunctarum non sit limitata episcopalis potestas, quod contra textum esse constat, obuiantem expresse indiscretis indulgētiis simpliciter & absolute, & contra Doctores ex illo textu affirmantes limitatam esse Episcoporum ptātem circa indulgentias absolute. Quod ēt patet in c. nostro. eod. tit. Vbi Archiepiscopum dicit non posse excedere circa indulgentias statutum illius capituli: Nec potest responderi quod restricta potestate quo ad pœnitentias iunctas intelligitur & restricta quo ad non iunctas: qm restrictio ptātis quo ad maiora, non infert restrictionem eiusdem quo ad minora, quamuis e contrario restrictio, quo ad minora, a fortiori refreneta maiori. Sed plus est remittere iunctas, quam non iunctas: tum pp

Et si quer̃, an intelligatur hic de pẽnitentia iniuncta tam a iudice, quã a iure, an de iniuncta tantũ à iudice, respondetur quòd quum à iure nulli sit pẽnitentia iniuncta, sed taxata iniungenda, ideo dicẽdo ꝙ liberat solum ab iniuncta, soluta est quæstio. Et probatur quod dicitur, quia ad pẽnitentiam iniunctam ille, cui iniuncta est, tenetur: nullus autẽ tenetur ad pẽnitẽtias taxatas in canonibus pẽnitẽtialibus, nisi sibi specialiter imponãtur: igitur pnĩæ ille non sunt iniunctæ. Sed ecclesia sicut præsupponit homines egere remissione pœnarum debitarũ pro suis peccatis, ita præsupponit verè pænitentib. & confessis iniunctas esse pẽnitentias secũdum sacros canones, pensata tamẽ qualitate personarum, & alijs meritò pẽsandis, & supponens illos esse obnoxios iniunctis pẽnitentiis, dat illis indulgentiam seu remissionem iuxta formam canonum pœnitẽtialium. Quocirca multũ verisimile ac rationi consentaneum est, vt ortum habuerit indulgentia à pẽnitentium vinculis, quibus olim alligabantur à cõfessoribus iuxta canones pẽnitẽtiales: hinc. n. perseuerat vsque hodie, vt dictum est, indulgẽtia tot annorũ & tot quadragenarũ: hinc indulgentia absolutio est, quam a proprio iudice fieri iura testãtur: hinc emanauit opinio illa, quamuis falsa, quòd indulgentiæ solum valent quo ad forum ecclesiæ militantis: hinc omnium est consonantia canonum. Cum his tamen scito, quod licet indulgentiæ tam pro viuis quàm defunctis sic sint secundũ iura interpretandę, quum non sint melioris conditionis defuncti quam viui quo ad consequendas indulgentias (imo sint deterioris, quia ad eos nõ perueniunt nisi per suffragia) si tamẽ papa daret alio mõ indulgentiam, s. non solum ab iniunctis, sed etiam à quomodolibet debitis pœnis pro peccatis, dicendum secus esset; potest enim absoluere a pœna debita licet non iniuncta, dummodo culpa remissa sit. Vtrum autem hactenus Pontifices sic dederint indulgẽtiam, nescio. Si. n. verum est, ꝙ Petrus de Pal. refert (quod etiam Ioannes Monachus in extrauaganti Bonif. 8. de Iubilęi expositione refert) non ex litera, sed ex intentione papæ illius, s. Bonif. 8. haberat, ꝙ non solum ab iniuncta, sed iniungenda intẽdebat liberare per illam indulgentiam plenissimã. Sed vereor, ne Bonifacius non vt pontifex, sed ut doctor & illius opiniõis sectator, illa dixerit verba. Nec inconuenit ipsum vt doctorem minus bene dixisse; quum etiam dixisse referatur ab eodem ibidem, ꝙ indulgentia illa liberabat etiam à votis: qd̃ constat nõ nisi extorte posse bene intelligi, perspecta Iubilæi extrauagante. Quocirca propter huiusmodi, quę ex literis non constant apostolicis, non est recedendum a iuris tramite recto, quo cõfessor iniũgere debet pẽnitentiam, etiam si ipsemet ut minister indulgentię statim absoluturus sit eundem pœnitentem plenarie a pœna.

Ad id verò quod ex forma plenariæ absolutionis obiicitur, dr̃ quòd de authoritate talis formæ quicquid sit, potest dupliciter exponi. primò, vt intelligatur edita secundum opinionem illam valde, vt videtur, communem s. quod indulgentia liberat ab iniunctis & non iniunctis pœnis. Nec mirum alicui uideatur si ecclesię ministri in formis hmõi utãtur opinatis: quum in præfatione communi utatur ecclesia opinione dicentium cęlos esse animatos, dum inter creaturas intellectuales cęlos inseruit dicens, Maiestatem tuam laudant Angeli, adorantque dominationes, tremunt potestates, cęli cęlorumque uirtutes, ac beata Seraphim. Et ꝙ cum formidine aliqua vtãtur ecclesiæ ministri opinione illa in hac forma, insinuatur ex eo, ꝙ ibi apponitur, quantum se extendunt claues ecclesię; tituban tis enim sunt verba hæc. Secundo, quòd intelligat̃ ex meritis indulgentiæ, ita quod restitutio ad puri ritatem baptismalem nõ intelligitur fieri simpliciter, & absolute, sed quantum est ex parte indulgentiæ. Præsumit. n. ecclesia arbitratas ac iniunctas esse verè pœnitẽtib. & confessis condignas pœnitentias: ac per hoc absoluendo ab iniũctis præsupponit se absoluere ab omnibus pœnis illi debitis, & cõsequẽter restituere innocẽtiæ baptismali. Et hoc sic esse intelligẽdum attestatur: quia proculdubio præsupponit in hac forma ecclesia pẽnitẽtem esse contritum de omnib. uenialibus: alioquin restitutio ad puritatem baptismalem locũ nõ haberet. Et quia vtraque præsumptio est facti, & tenet se ex parte pẽnitẽtis: ideo forma illa efficax quãtum ex parte est indulgentię, si fiat in patiẽte bene disposito per iniũctas pẽnitẽtias, efficax simpliciter & absolute inuenit. Et ab effectu suo deficere potest, si de facto pœnitẽs nõ requisita omnia ad hoc, vt absolutio ab omnibus iniũctis sit, absolutio ab omnib. simpliciter debitis pro peccatis pœnis habeat quod tunc accidit, qñ nõ est per susceptas cõdignas pœnitẽtias dispositus. Quæ indispositio pœnitẽtib. merito imputatur: quia ob communem pẽnitẽtium imperfectionem, cõdigne nõ dantur secũdum sacros canones pẽnitẽtiæ. Nec dñt pẽnitẽtes ex imperfectione sua reportare commodum indulgẽtiarum, ut s. valeant eis ac si iniunctas susceptissent cõdignas pẽnitẽtias: nõ enim dẽnt ęquiparari illi qui cõdignas acceptarunt secũdum sacros canones pœnitentias: quorũ misericorditer mater ecclesia indulgẽtiæ leuamen illis cõtulit. Et merito quia iam spõte susceperant paragẽdas hic condignas pẽnitẽtias: quod constat nõ amplecti a modernis pœnitẽtibus, quibus pro multis & magnis peccatis exigua pẽnitẽtia sufficit. Cõsonat autem hæc doctrina eccl. Ro. cõsuetudini: quum in illa uiua voce, indulgẽtiæ cõcedantur appositæ semper clausula ista, videlicet in forma ecclesiæ cõsueta: cõstat. n. quod forma ecclesię nõ potest melius interpretari quam forma ecclesiastici iuris secundum quam clausula hęc nõ solum denotat ly, uerè pẽnitẽtibus & cõfessis, sed ẽt ly, ab iniunctis pẽnitẽtis. Et confirmatur, quia cõsẽtaneũ rõni est, vt iudex ecclesiasticus iudicet non nisi de delatis ad suũ iudiciũ, & non de derelictis ab eodẽ se impediat, illa. n. q̃ ad ecclesiasticũ forũ non sunt delata (qualia sunt peccata nõ confessa) rõnabiliter ab ecclesiastici iudicis absolutione aliena sunt, vt sicut non ligat nisi pro cognitis in foro ecclesię; ita nõ absoluit nisi a cognitis in eodẽ. Oblata pręterea ad forũ ecclesiasticũ per cõfessionẽ, & a iudice minori pœnitẽtia punita, tanquã derelicta quo ad reliquam partem pẽnitentiæ in foro ecclesiastico vñr: præsumit. n. ecclesia confessores rite arbitratos iudicasse pẽnitentes esse sibijpsis relinquendos, quo ad reliquum satisfactionis, ac per hoc ecclesiastica censura pœnitentialis fori non se amplius impedit de illis. Quo fit, vt sicut ad ecclesiasticum iudiciũ non redit reliqua satisfactio quo ad vinculum, ita non redeat quo ad absolutionem, vt pari ligandi soluendique ritus passu currat. Ab iniuncta igitur tantũmodo pẽnitentia ecclesiastica indulgentia de iure communi liberat tam viuos, quàm defunctos: idẽ est enim quod per indulgẽtiam viuis, & defunctis datur: licet modus dandi sit diuersus, vt patet ex dictis. Et sic valet quantum sonut sane intellecta secun-

secundum formam iuris: unde nulla fraus ab eccle
siæ ministris in his committitur si aliter quam se
cundum iura intelligant multi indulgentias, & sic
illis utantur, & consequi se illas credant; nulli siqui
dem noxiam opinionem permittere quod nocet?
At si dixerit quispiam, cum hodie non iniungant
frequenter pœnitētię indigēte tanto tpe, vanꝰ erat
accessus ad indulgentias: respondetur ꝙ ppea non
est vanus, quia per indulgentias relaxantur pœnitē-
tiæ iniunctæ: quę sunt factę in peccato mortali: quę
etsi in foro ecclesię exolutæ erant, non tamen in fo
ro Dei: & propterea per indulgentias remittuntur
vt pote iniunctæ, & nō adhuc Deo exolutę. Doctri
na igitur dicentium indulgentiam ad iniunctas &
non iniunctas pœnitentias se extēdere, uera est quā
tum est ex efficacia populi conuenire indulgentiæ:
nos autem dicentes indulgentiam remittere pœni
tentias iniunctas tantum, verum quoque dicimus
de indulgentia secundum iuris formam concessa.

CAPVT VIII.

Responsio ad quæstionem de indulgentiæ causa primo propositam in capite quarto.

AD difficillimam autem q. de causa indulgentię
propositam, respondere quamuis temerariū
forsan censebitur, dicendum tamen est ratione du
ce quid sentiendum est de illa: oportet enim & ec-
clesiæ prædicationem saluare, vt uera est, & fideles
pascere pane intellectus. Dicendum est igitur ad
quæstionem, quòd non quæcunque causa sufficit
ad indulgentiam dandam, sufficit etiam ad quan-
tamcunque indulgentiam dandam, ac per hoc in-
dulgētia data sine legitima causa ad dandam tan-
tam indulgentiam non valet quo ad quantitatem,
in qua exceduntur limites legitimę causę. Probatur
hoc multipliciter. Primò authoritate Concilii La-
ter. sub Inno. 3. vt enim habetur extra, de pœ. & re.
c. cum ex eo: per indiscretas & superfluas indulgen
tias eneruatur pœnitētialis satisfactio. Ex hoc enim
habeo, quod indulgentiæ indiscretæ & superfluę
non adimplent satisfactionem pœnitentialem, sed
eneruant, nisi quis adeo desipiat, ut idem putet ad-
implere & eneruare, quę constat esse contraria'. Et
quum constet, quod proprius fructus indulgentię
est adimpletio satisfactionis pœnitentialis, conse-
quēs necessario est vt per indiscretas superfluasque
indulgētias (quæ proculdubio sunt illę quę ex qua-
cunque pia causa fiunt magnæ ualde) non conse-
quatur pœnitentialem satisfactionem a nobis debi
tam, adimpletam esse pro nobis a Christo & Sāctis,
nam si per indiscretas huiusmodi indulgētias hoc
consequeremur, non eneruaretur: sed adimpleret
pœnitentialis satisfactio. Sed dum indiscretę huius
modi indulgentię infructuosæ sunt secundum ve
ritatem ad satisfactionem pœnitentialem adimplē-
dam, & pœnitentes putando sibi eas prodesse, omit
tunt satisfactionem pœnitentialem, eneruatur in ve
ritate pœnitentialis satisfactio, vt sacer canon dicit.
Probatur idem secundo authoritate Clem. 6. in di-
cta extrauagante, vnigenitus, quoniam dicit, Et pro
priis & rationabilibus causis nunc pro totali, nunc
pro partiali remissione pœnæ temporalis, &c. vt alle
gatum est in c. 4. Si enim non solum rationabiles,
sed propriæ sunt causæ nunc totalis, nunc partialis
remissionis, sequitur manifeste ꝙ nō sunt commu
nes oēs causę indulgentiæ ad totalem & partialem
remissionem, sed aliqua pia causa est propria & rō-
nabilis causa partialis remissionis, quæ non est to-
talis, alioquin non esset causa propria remissionis
partialis, sed communi partiali & totali: cuius oppo
situm literæ Apostolicæ sonāt. Probatur tertio rō-
ne idem. Legitima causa in indulgentiis requiritur
secundum omnes ad saluādam intentionem Chri-
sti & Sanctorum, ut. s. applicentur consequentibus
indulgentiam passiones Christi ac Sanctorum, ac
si pro istis ex intētione specialiter illas sustinuisēt:
sed intentio Christi & Sanctorum non saluatur ex
quacunq; pia causa quo ad quantamcunque quā-
titatem: ergo non quæcunque pia cā sufficit ad q̄
tacunque indulgentiam. Probatur minor: quia in-
tentio Christi fuit pati pro ecclesia in communi:
est enim passio Christi causa vniuersalis, intentio
quoque Sanctorum fuit pati vltra propriam expira
tione pro ecclesia. Est enim eiusdem rationis quo
ad hoc, quòd est esse communem, passio Sanctorū
cum passione Christi: quia passio sanctorum est cō
summatio passionum Christi: testante hoc Apost.
ad Col. 1. dicente, Adimpleo ea quę desunt passioni
Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ec-
clesia. Ex hoc quippe loco sumptus est thesaurus ec
clesię quo ad passiones Christi & sanctorū ab Au.
super Psal. 71. dicente ex hoc loco. Tantum ergo pa
teris quantum ex passionib. eius inferendum erat
vniuersæ passioni Christi: ad communē hanc qua-
si remp. quisq; pro modulo nostro exoluimus q̄d
debemus, & pro posse virium nostrarum, quasi ca-
none passionum inferimus; patitoria plena passio
num nō erit, nisi quum seculum finitū fuerit. Quā-
uis quo ad passionem Christi ex infinitate personę
patientis sumi probetur, & ex authoritate Io. in 2.
c. 1. suę can. dicentis. Ipse est propitiatio pro pecca-
tis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiā
pro totius mundi: constat enim, quod propitiatio
pro peccatis totius mundi excedit omnes pœnas de
bitas a consequentibus indulgentias. Ex quib. habe
ri facile potest intentionem Christi & sanctorum
quo ad pœnas in thesauros reconditas esse, sicut bo
num commune ecclesiæ ac per quod currāt cursu
boni cōis: constat autem ꝙ bonum commune di-
spensandū suaptè natura est: dispēsatio verò, sicut
aduersatur donationi ad libitum, ita cōtrariatur in-
commensuratę distributioni: dispēsationis siquidē
rōnem absque mensura intelligere nequeo. Est igit
intētio Christi & sanctorum, ut passiones suæ non
pro libito applicentur huic, uel illi, sed iuxta men-
suram opportunam ad finē ecclesiæ dispensentur
huic, vel illi: sicut in reliquis communitatibus com
munium bonorum dispensatio ex mensura oppor
tunorum ad bonum, ꝙ est finis illius cōitatis, sumi
tur. Cōstat autem manifeste, ꝙ nec omne opportu
num ad bonum ecclesię est æquale, nec ecclesiæ fi-
nis exigit æqualiter quodcunque opportunum ēt
vnum & idem diuersis temporibus, ut patet. nisi igi
tur iuxta mēsuram opportunitatis, seu opportuno-
rum ad ecclesię bonum applicentur passiones in
thesauro ecclesię reconditæ, non saluatur intētio
Christi, & sanctorum. Et si adiunxeris, quòd uarię
mensuræ opportunorum ad ecclesię bonum, non
omnis pia causa respondet, per species quòd nō q̄-
libet pia causa sufficit ad quātamcunque indulgē-
tiam. Et confirmatur, quia dispensatio credita Petro
& successoribus imitari debet dispēsationē factam
ab ipso Christo, omnis enim Christi actio nostra
est instructio, imo sic agendo formam instituit no
strarum actionum. Constat autem, ꝙ Christus eun
dem thesaurum dispensat cōmensurate iuxta con-
ditiones causarum mediarum, ut patet ex differen
ti dispensatione eiusdem per sacramētum Baptis-
mi, quo tota pœna exoluitur, & per sacramentum

pœnitentię, quo non tota pœna soluitur. ergo ipsius uicario commensuratam quoq; applicationē dicti thesauri creditā esse, rōnabile est. Et est tanto probabilior hęc ratio, q̄to actio sacramentalis eminentior, & efficacior cā media est, q̄ actio iurisdōnalis, qua datur indulgentia. Et cōfirmatur rursus: quia constat prelatos omnes ecclesiæ non nisi ministros & dispensatores esse: tota igitur eorum potestas supra thesaurum ecclesię infra limites dispēsatiuę potentię clauditur. Ex quibus habemus, q̄ non saluatur intentio Christi, & Sanctorum in applicatione thesauri sui nisi dispensando applicentur passiones in illo reconditę huic vel illi.

Ab obiecta autem in oppositum, dicimus, q̄ inter duas extremas opiniones incedimus medij. Putantes. n. efficaciā indulgentię quantificari ſm causam indulgentię extremi sunt, contra quos diuus Tho. processit: quia causa indulgentiæ non est propria cā remissionis pœnę, quę est fructus indulgētię: sed propria cā remisionis pœnę est passio Christi, & Sanctorum applicata huic. Existimantes autē omnem legitimam causam indulgentię, esse legitimam causam quantæcūque indulgentię, extremi quoque sunt, contra quos procedimus. Media aūt via est opinari, quòd causam indulgētiæ oportet ēſ se legitimam causam tantæ dispēsationis: ita quòd cā indulgētiæ, quia non est propria cā remissionis pœnæ, ideo non quantificat illā: & quia est propria cā dispensationis ideo quantificat dispensationē: quantitas enim effectus propriam cām consequitur. Quòd autem cā indulgentiæ sit propria cā dispensationis, ex hoc patet, q̄ actus applicandi indulgentiam carens legitima cā indulgentię, non est dispensatio, & secundum communem Doctorū doctrinam non est indulgentia. Quia igitur concurrētibus reliquis ad indulgentiam requisitis, sola legitima causa deficiente actio dandi indulgentiā nō est dispensatio: habemus, quòd cā legitima constituit actum dandi indulgētiam, in hoc quòd est esse dispensationem. Et si subiūxeris, vt iam dictum est quod propria causa quantificat effectum, apparebit quòd sicut dispensationem oportet causari à legitima, ita tantam dispensationem oportet ex cā legitima, tantę dispensationis, procedere. alioquin dispensatio ipsa dependeret ex causa propria legitima, & quantitas dispensationis non dependeret ex propria causa legitima ipsius quantitatis. Quod secundum philosophiæ processus mōstrum esset, quoniam in reliquis magnitudo effectus magnitudini causæ illius rei respōdet: magnus enim calor ex magnitudine calefacientis procedit, & sic de alijs. Non dicimus ergo quòd remisio pœnę attendatur penes quantitatē causę pro qua fit indulgentia, sed dicimus, quod actus dandi indulgentiam oportet quod habeat causam insufficientē ad hoc quod tanta applicatio passionum Christi & Sāctorum ad hos nunc, &c. sit verè dispēsatio earundē. Et quia dispensatio habet, ut propriam causam, bonum ecclesię seu pietatem, dicimus consequenter quòd non quodlibet ecclesię bonū, seu non quæcunque pietas sufficit ad minorem dispensationē, sufficiat etiam ad quantuncunque maiorem, sed quantitas dispensationis consequitur suapte natura magnitudinem suæ causę. Magnitudinem autē causæ dico non secundum se, hoc est non secundum quantitatem, quam in se habet, sed secūdum relationem ad ecclesię bonum, nam idem labor, eadē eleemosyna, eadē deuotio, & huiusmodi est, quandoque ut parua ratio indulgentiæ, & quādoque ut maxima ratio indulgētiæ. Et ideo quandoque ex causa eadem secundum se datur indulgentia parua & quandoque maxima: & apparet quod sit eadem causa totaliter, & non est eadem in veritate, sed secundum se: est enim relata valde maior seipsa absolute.

Verbi gratia, visitatio ecclesię sancti petri æqualis est secundū se hodie, & in anno iubilęi, sed nō est equalis relata ad bonum ecclesię: quoniam relata ad professionem unitatis ecclesię sub vno capite Petri successore (ad quod in anno Iubilæi referī ab vniuerso orbe terrarum) est immensa cā indulgentiæ. et similiter manere in platea sancti Petri in die Paschę pro benedictione, non est absolute rō magna indulgentiæ: sed quod profiteamur vnitatem ecclesiasticam sub uno capite, & viuam cōseruemus authoritatem vniuersalem & plenissimam Rom. Pon. immensa est ratio indulgētiæ, & sic de alijs. Et ideo non est mirum, si ex eadem ex se cā, nunc maior, nunc minor sit indulgentia. Quāuis etiam hęc varietas possit aliūde peruenire: ex hoc, s. quod cā legitima tantæ dispensationis non intelligitur ad modum puncti indiuisibilis, sed in latitudine quadam consistit, infra quā etiam si indiscrete prelatus indulgentiam det, ac propterea peccet, valet tamen. Ac per hoc habes quomodo uerificare potes obiecta ex authoritate Doctorum & Ro. ecclesiæ.

Ad id vero quod obijcitur ex authoritate veritatis ecclesiæ (puta s. non ualerent, ut sonant) dicitur quod quia causa indulgentię sortitur magnitudinem ex relatione, & relationes huiusmodi discutere ac pensare non est cuiusque, sed dantis indulgētiam; ideo ecclesia rationabiliter præsumit pro dāte indulgentiam, utpote iudice. Præsumitur enim de iure pro iudice semper, nisi manifestè appareat error, & supponens ex cā legitima datam tātam indulgētiam, veritatem prędicat, sicut absque falsitate prædicat talem sanctum, supponēs illum rite canonizatum. Ita quod dato, q̄d iste canonizatus nō esset sanctus, sed damnatus, ecclesiæ doctrina aut prędicatio non esset mendax aut falsa: quia hic nō pertinentia ad finem non intelliguntur affirmari, & prædicari nisi cum grano salis hoc est stantibus communiter præsumptis: Præsumit enim ecclesia canonizationem rite factam, & similiter indulgētiam rite datam, & sic prędicat indulgentias ualere quantum sonāt. Sed sicut potest interuenire error humanus in canonizatione alicuius Sancti (ut S.T. dicit) ita potest interuenire error humanus in collatione indulgentiæ. Si quis autem putet Ro. Pon. non posse errare in istis particularibus actionibus (quales sunt dispensationes bonorum, tam tēporalium quam spiritualium ecclesiæ) putet quoq; ipsum nō esse hominem. Verum quia nulla forte est tam parua secundum se pia causa, quę non possint esse maxima ex aliqua relatione, ideo noli velle iudicare an ista uel illa cā posita in indulgētia sit sufficiens, si non vis errare. Habes autem ex his, duo. Primum, qūo intelligenda sit indulgentia, si fiat principaliter per modum dispensationis, communionis, aut applicationis thesauri ecclesiastici: q̄m hæc dicta ad huiusmodi communicationem spectant. Deinde quare mentibus nonnullorum fidelium insita sit ambiguitas nonnulla de effectu indulgentiarum, quia. n. latet eos rōnabilitas causę tātæ indulgentiæ, ideo scrupulum incurrunt, & admirari non desinunt qūo verum sit, quod pro tā paruo actu cōsequaī q̄s tam magnam indulgētiā.

CA-

CAPVT IX.

Responsio ad secundam quæstionem de tempore veræ pœnitentiæ propositam in quarto cap.

SEcunda Quæstio in 4 c. proposita de tempore veræ pœnitentiæ, facile soluitur dicendo quod tẽpus veræ pœnitentię proculdubio est tempus vsus indulgentiæ. Oportet enim quando quis utitur indulgentia, tunc esse vere pœnitentem: alioquin nõ reciperet remissionem pœnæ peccato debitæ. Sed quum sint in proposito tria tempora (scilicet concessionis operis, & vsus) quæ patet diuersa esse quũ Papa dat danti eleemosynam talem, vt semel in vita & semel in morte possit plenarie absolui: tunc enim hodie concessio fit, & opus eleemosynæ fit cras, & absolutionis plenarię vsus fiet forte hinc ad annum, constat quòd hęc tempora concurrunt quandoque simul, vt quum pro actu præsenti datur indulgentia absolute, vt quum datur indulgentia omnibus hic præsentibus. Et tunc quæstio non habet locum; nam non est in potestate suscipientis indulgentiam differre usum illius, quum absolute datur pro actu præsenti: quia intelligitur dari tũc pro tunc, vt sonant verba. Et similiter dicunt aliqui de tempore operis, quando diuersum est a tempore vsus eadem ratione: quia scilicet non absoluitur tunc a pœna. Sed sãlua eorum reuerentia oppositum est verum. Tum quia consueta forma ecclesiæ quæ semper in indulgentiis subintelligitur (etiam si non exprimatur) continet expresse; quod opus fiat a uere pœnitentibus: ait enim, omnibus igitur vere pœnitentibus & confessis, qui uisitauerint, vel dederint, vel fuerint. Vbi clare patet opus præsupponere verè pœnitentem. Tum quia causa indulgentiæ ex hoc ipso, quod est ratio communionis passionum Christi & Sanctorum cum mẽbris viuis, oportet quòd sit infra latitudinem operum viuorum: quæ. n. est cõuentio tenebrarum ad lucem, aut mortis ad vitam? constat autem quod opus factum a vere pœnitente est opus mortuum: non potest ergo esse legitima causa indulgẽtię, q̃ constat cõsistere in communione uitali Christi & membrorum, non mortuorum, sed viuorum. Vñ si datur indulgentia alicui, q̃ dicendo 7. Psal. vel visitando tot ecclesias, vel faciendo tale opus pium ẽt si sit eleemosyna, nisi fiat in statu charitatis, non acquiritur apud Deum indulgentia. Nã licet tunc nõ fiat remissio semper (puta quum absolutio futura est) sit tamẽ tunc meritum remissionis quãuis mediate, hoc est mediante applicatione passionum Chr̃i & Sanctorum. Ad impletionẽ. n. causę indulgentiæ est meritum communionis remissiuæ, ita quòd nihil aliud exigitur ad remissionem nisi mera executio: dẽtur enim adimpleti causam indulgentię communio remissiua pœnę. Cõstat autem quod meritum remissionis pœnæ peccato debitæ est opus viuum. Oportet ergo verè pœnitentem esse consequutum indulgentiã non solum tempore vsus, sed etiã tempore operis, quod est causa indulgentiæ: ut ipsa indulgentiæ verba sonant.

CAP. X.

Responsio ad tertiam quæstionem cap. quarto propositam de tempore confessionis.

TErtia quęstio circa indulgentias proposita de tempore confessionis, à multis soluitur dicẽdo, quòd sufficit confessum esse illo anno: quia sic intelligitur confessus secundum præceptũ ecclesiæ. Et licet hęc solutio rationabilis multum appareat propter dictam rationem, quia verba iuris nõ sunt intelligenda secundum formam iuris; duo tamen sibi obstant. Primo: quia si ista ratio esset in proposito efficax, quum in forma indulgentię contineantur duæ conditiones simul; scilicet pœnitentiæ & confessionis, si tempus confessionis intelligitur scđm formam iuris, tempus quoque pœnitentię intelligendum est secundum formam iuris. Constat enim præceptum pœnitentię sicut & confessionis affirmatiuum esse, & nõ obligare, necessitatis articulo excepto, nisi pro loco & tẽpore: & ecclesiam iam determinasse tempus utriusq; ad semel in anno. Non obligatur igitur ex forma indulgentię uolens particeps illius fieri ad ueram tunc pœnitentiam, si non obligatur tunc ad confessionem. Secũdum quod magis vrget, est: quia si intelligitur confessus secundum formã iuris, uel qđ idẽ est, fm præceptum ecclesię, sequitur unum maxime absurdum: hoc est, q̃ indulgentiæ non dantur nisi confessis, singulis annis: quia soli isti sunt confessi secundum formam iuris, & soli isti sunt confessi secundum præceptum ecclesię, vt patet. Et cõsequenter quicunque aliquo vno anno quãtumcunque præterito uiolasset præceptũ ecclesiæ de confessione annua, non comprehenderetur sub capacibus indulgentiæ datę: constat enim hoc esse contra communem animi conceptionẽ oĩum & sapientum & fidelium. Quia igitur solutio ista, vbi credidit extendere indulgentiam, restrinxit multũ illam si rationabiliter & consequenter loqui dẽt, ideo cum bona tantorum Doctorum venia omittenda est. Et dicendũ est cum ipsis indulgentię uerbis, & antiquiore, vt apparet, mihi doctrina, quod tempus veręq; pœnitentiæ, & tempus cõfessionis est vnum, & idem ad capescendam indulgentiã, quãuis diuersa ratione necessarium, quia uera pœnitẽtia exigitur ex diuino, & humano simul iure: cõfessio autẽ exigitur ex humana tantum authoritate: quia. s. statuta est sic indulgentię forma ab ecclesia, vnde papa dare posset indulgentiam absque actuali confessione. Dicere autem quod forma indulgentiæ intelligitur de cõfessis nõ secundum formam iuris, aut præceptum ecclesiæ simpliciter absolutè, sed anno illo uoluntarium est, quia nec ex forma iuris, nec ex forma iudicis, nec ex rõne hoc emanat. Nec surda ptranseundi sunt aure detrahẽtes hnic, quamuis exiguæ vigilię vanitatis eam accusantes, eo q̃ cras existimantes quæstum pietatẽ, apostolicas pulsabunt aures, & indulgentias ad nõ iniunctas extendi pœnitentias, confessi sque anno illo modo verè pœnitẽtes sint conferri obtinebũt: Audiant hi primum, non frustra fuisse tantillũ laborem, si occasionem tanti fructus Christiano populo cõtulerit: neque enim ea scripsimus ratione, vt alios dirigerem⁹, sed inter certa ambiguaque discernere sat fuerit. Percipiant deinde, pias deuotasque fidelium mentes, hinc potius excitãdas ad petendas condignas fm sacros canones a confessoribus pœnitentias, vt vel indulgentiæ gratia ex passione Christi & sanctorum soluant Deo pœnitentias, quas prompto animo a seipsis peragendas postulauerunt, atque susceperunt. Redirent siquidem hoc pacto aurea pœnitentium Patrum secula.

Et hæc de indulgentijs dicta secundum proprij ingenioli vires, saluo omnium melius sentientium iudicio, sufficiant. Romæ anno salutis 1517. Pontificatus S. D. N. Leonis XI. quinto: ætatis verò meæ 48. die 8. Decembris.

Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Xysti, vigintiseptem Quæstionum Opusculum.

TRACTATVS DECIMVSSEXTVS, De indulgentijs in sex Quęstiones diuisus.

SVMMARIA.

1 *Num indulgentiæ fiant de thesauro meritorum Christi & Sanctorum.*
2 *Num dare operam ad consequendas indulgentias sit imperfectionis.*
3 *Num occurenti pauperi negans eleemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda, peccet.*
4 *Num indulgentia absoluēda ab iniustis pœnitentijs absoluat à pœna debite peccatis apud diuinam iustitiam.*
5 *Num indulgentijs liberētur defuncti à pœna Purgatorij.*
6 *Num Papa authoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio.*

QVAESTIO I.

De thesauro indulgentiarum.

VTrum indulgentiæ Ecclesiæ fiāt de thesauro meritorum Christi & sanctorū. Et videtur, quòd non. Primò, quia indulgentia non esset indulgentia seu remissio, sed satisfactio & persolutio vsq; ad nouissimum quadrantem per aliorum opera.

Et sequitur vlterius, quod omnes negāt, scilicet ꝙ concedens onerer se ad satisfactionem. Et probatur sequela: quia sic papa non remitteret, sed satisfaceret per alios.

Secundò, quia sic virtute clauium non fieret absolutio, sed translatio operum contrà verbū Christi, Quodcunque solueris. Et vlterius idem per claues ageretur, qđ de facto fit: quia si sunt opera Sanctorum in thesauro ecclesiæ, non permittuntur otiosa à spiritu sancto, sed de facto succurrerēt quibus possunt.

Tertio, Nulla sanctorum opera sunt relicta irremunerata: ergo. Antecedens probatur, tū quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam: tum quia secundum hoc supererogationis non remunerarētur in sanctis, sed in nobis: ac per hoc minora essēt remunerata & maiora nō. Et si dicatur, quod eadem opera sunt etiam in ipsis sanctis remunerata: ergo nulla sunt eorum opera irremunerata relicta.

Quartò, Nullus sanctorum sufficiēter impleuit in hac vita mandata Dei: ergo nihil fecerunt superabundans, ergo nihil reliquerunt pro indulgentijs. Antecedēs probatur primo per illud Christi. Quū feceritis omnia quę scripta sunt, dicite, serui inutiles sumus: sed seruus inutilis non vltra, sed citra fecisse intelligitur. Secundo, per illud Matt. 25. quod sapientes virgines noluerunt cōmunicare de oleo suo, timentes ne ipsis deficeret. Tertio, omnis sanctus debitor est Dei diligendi quantū potest, imo vltra quam pōt: sed nullus id fecit aut potuit, ergo.

Quarto, sancti per Martyrium (quod est opus perfectissimum) non faciūt vltra quā debent, imo vix faciunt quod debēt, ergo multo minus in alijs operibus plus fecerunt quam debuerunt.

Quinto, quia sine scripturis, doctoribus atque rationibus oppositum dicitur.

Probatur quoque idem authoritate sanctorum, primo August. omnibus sanctis conuenit dicere, Dimitte nobis debita nostra, sed qui confitentur debita, non superabundant: ergo.

Secundo authoritate Hieron. tractantis contra Pelag. illud, Beatus vir, cui nō imputauit Dominus peccatum: infra, pro hac orabit omnis Sanctus in tempore opportuno. Quomodo est sanctus, si pro impietate sua orat? Et si est impius, nō sanctus. Itaque sancti per orationem & cōfessionem suæ impietatis merentur sibi non imputari peccatum.

Tertio, Aug. lib. 1. retra. c. 19. Omnia mandata implentur, quando quicquid non impletur, ignoscitur. Negat. n. sanctos impleſſe pfectè mandata Dei, dicens magis ignoscente Deo quam implente.

Quarto, August. confes. lib. 9. Væ hominum uitę quantumcunque laudabili, si remota misericordia iudicetur iuxta illud Iob: si ēt iustum quippiam habuero, iudicem meum deprecabor.

Quinto, secundum Augu. nullus sanctus in hac vita sine peccato fuit: iuxta illud primæ Ioannis 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. ergo merita sanctorum nulla sunt superflua.

Et si dicatur quòd sanctis habentibus aliquod veniale potuerunt plura facere, quàm debuerunt. contra, Opus bonum optimè factum est veniale peccatum: ergo semper minus quā debuerunt fecerunt, & peccauerunt. Antecedens est ex Aug. vbi supra, Omnia mandata implentur, &c.

Deinde arguitur, ꝙ dato quòd sint superflua sanctorum merita, non prodesset: quia unusquisque propriam mercedem accipiet secundum propriū laborem, non secundum aliena, ut ad Romanos tertio, dicitur. Nec digne ab ecclesia expenderentur: quia solutio pœnę est vilissimum ecclesię donum. Nec pie ecclesia ageret relaxando pœnas: castigare enim alios potius est pietatis, quam remittere pœnas.

Denique probatur, quòd merita Christi nō sint thesaurus indulgentiarum. Primo, quia assertio illa est sine authoritate Scripturę. Et si afferatur authoritas Ro. ecclesię remaneret periculum exponēdi ecclesiam hereticorum irrisioni dum non possemus reddere rationem de hac, quę in nobis est, fide, atque spe.

Secundo, quia locum habent primò inductę rationes ēt hic, si quod indulgentię non essent indulgentię, sed satisfactiones per alium: & tamen canō dicit, per indulgentias pœnitēriales satisfactio enerուatur, de pę. & re. cum ex eo. non dixit mutatur, sed eneruatur. Et similiter claues non soluerent, sed transferrent pro alio impium est autem dicere claues non soluere: si soluunt totum tollunt, non trāferunt. Et similiter merita Christi de facto idē operantur, quia non sunt otiosa.

Tertio, quia insignis fieret irreuerentia meritis Christi, si solum pro pœnæ relaxatione expenderētur, cum ipse per ea fuerit exemplum omniū martyrum, vilissimum quippe est remissio pœnę.

Quarto, S. Tho. & Bonauē. dicunt opera nostra bona meliora esse quā indulgētias, & merita Christi expendi per indulgentias. Et merita Christi esse multo meliora bona, quàm opera nostra bona. cōstat ergo, quòd meliores sunt indulgentiæ quam nostra opera bona, quod est contrariū primæ propositioni. Aut ergo indulgentiæ non sunt merita Christi: aut omissis omnibus indulgentiæ sectādæ sunt, scilicet Christi merita.

Quinto, Consulitur cōiter a doctoribus, quòd post indulgentias nihilominus sit ciuandū: quia nemo scit utrum odio, vel amore dignus sit. Tunc sic, aut ista sententia est impia in Deū & ecclesiā; aut merita Christi nō sunt thesaurus indulgētiarū. Primò, quia sic claues ecclesiæ nihil faciunt certi:

quod

quod est blasphemia: & indulgentia eēt incerta donatio; ac per hoc impia illusio ab ecclesia fieret, aut post indulgentiā ex meritis Christi & sanctorū deberet quiescere ab operibus suis. Secundò, quia si per indulgentias impēduntur merita Christi & ad huc incertus sum de remissione peccatorum, aut credo opera Christi applicata & donata mihi esse sufficientia ad remissionem, aut dubito. Si credo, iam non est amplius ieiunandum: quia non debeo mea opera meliora putare, quam Christi opera. Si dubito, quid hoc dubio execrabilius? Et cōfirmat; quia merita Christi nulla proportione bonitatis excedunt opera nostra; ac per hoc aut ipsa non sunt thesaurus indulgentiarum, aut indulgentiæ præferendę sunt omnibus operibus diuinorum præceptorum, nisi iniuria fiat meritis Christi.

Sexto, quia ipsa appositio meritorum, & sanctorum minus consonat, quasi merita Christi non sufficiant.

Septimo, Nulli datur gratia contritionis quin simul ei dentur merita Christi, ergo sine indulgentijs habet quis thesaurum meritorum.

Octauo, Si meritum Christi est thesaurus indulgentiarum, ergo remittet mortem eiusque pœnas. Probatur sequela, tum quia alioquin esset infirm⁹; tum quia potens est remittere pœnam æternam.

Demum arguitur, Si absoluere in indulgentiis est dispensare thesaurū Christi, ergo aliæ etiam absolutiones dispensabunt thesaurum Christi: & præcipue ab excōmunicatione, quando quis particeps fit meritorum Christi & ecclesiæ.

Præterea, Si absoluere in indulgentiis est distribuere thesaurum Christi, ergo ligare est includere, vel colligere thesaurum Christi: quod tamen non spectat ad potestatem clauium, quia sine omni indulgentiarum actu hoc fit.

In oppositum est sententia sacrorum Doctorū.

Ad euidentiam huius quæstionis monstrandū est merita Christi & sanctorum esse thesaurum indulgentiarum, & qua ratione hoc notū sit, & quid sit, & propter quid sit. ET quidem merita Christi & sanctorum esse thesaurum indulgentiarum, authoritate apostolica tenemus, in extrauaganti siquidē. Clementis sexti de pœn. & re. vnigenitus dicitur de thesauro meritorum Christi. Quem quidē thesaurum per beatum Petrum cœli clauigerum eiusque successores suos in terris vicarios commisit fidelibus dispēsandum, & propriis rationabilibusq; causis nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnę temporalis pro peccatis debitæ, tam generaliter quàm specialiter prout cum Deo expedire cognoscerent, vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum: ad cuius quidē thesauri cumulum beatæ Dei genitricis & omnium electorū merita adminiculū præstare noscuntur. Hæc ibi: post multa de superabundantia meritorum dicta. Est autem ex duobus huius decretalis authoritas pensanda. Primo, ex decretis distin. 19. in canonicis, vbi epistolis decretalibus Romanorum pōtificum primus authoritatis locus post sacram scripturam decernitur, & ibidem c 1. vbi extrauagantes apostolicæ defenduntur. Secundo, ex eo, q̄ de vna parte sacramenti pœnitentiæ, scilicet satisfactione docet; constat namque extra de hæreticis, ad abolendam. nulli in materia sacramentorū licere dissentire ab eo quod Rom. ecclesia facit & prædicat: credendū est igitur, nec in dubium aut opinionem vertendum sic esse. Nec somniauit aut finxit sibi Rom. ecclesia thesaurum istum indulgētiarum: sed ex scriA pturę sacrę authoritate, certaq; inde ratione sacrorum doctorum sententia probata id habetur.

Ad cuius clariorem notitiam differentia inter meritum, & satisfactionem prælibanda est. Meritū condigni (de hoc enim sermo est) appellatur op⁹ ex quo operans dignus est æterna beatitudine, ita quod debetur sibi illa: iuxta illud Apostoli; Bonum certamen certaui, &c. & subditur, reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Satisfactio autem appellatur voluntaria solutio pœnę, tunc enim debitor pœnę facit satis iustitiæ, quando debitam pœnam exoluit: adæquando enim solutionem debito, satis proculB dubio facit.

Nec meritum & satisfactio adeo a se inuicem elongatur, ut non cocant sæpe in unum idemque opus; nam de operibus ex charitate procedentibus loquendo, quantum habet opus bonitatis, tantum habet meriti, & quantum hēt mali pœnæ, tm̄ hēt satisfactionis. Verbi gratia, Ieiuniū vt opus bonū est meritorium: idemque vt est pœnale est satisfactorium. Hęc est formalis differentia inter meritum & satisfactionem. EST & alia differentia quo ad efficaciam seu fructum; nam meritum nō excedit personā quę meretur solo Christo excepto, nullus. n. pōt mereri fęlicitatem ęternam alteri, sed sibi soli, excepto Christo, qui meruit suis electis. Et rō assignatur, quia gratia Christo data est gratia capitalis seu uniuersalis: gratia autē reliquorū, est gratia: per meritum enim Christi & non aliorum per sacramenta communicatur nobis & nos saluat. Propter ea PAULUS dicebat, nunquid Paulus crucifixus est pro uobis aut in nomine PAULI Baptizati estis? Satisfacere autem potest vnus pro altero, ut patet quū vnus implet sacramentalem pœnitentiam pro altero. Et ex hac differentia prouenit, quod sanctorum opera quatenus meritoria fuerunt, acceperunt mercedem suam in ipsis sanctis: quoniam ipsis solis p fuerunt: quatenus verò satisfactoria fuerunt, primum quidē soluerunt debitam pro illorū peccatis pœnam: deinde si plus pœnalitatis habuerunt, quā pœna ipsorum peccatis debita exigeret remansit illud plus tanquam ipsis sanctis superfluum. ET hōc plus est illud, quod a quibusdam vocatur irremuneratum in ipsis sanctis non propter defectum diuinæ largitatis, aut operis aut ipsius sancti, sed propter excellentiam ipsius personæ, quæ superabundanter passa est voluntarie. EX eo nanque, q̄ persona patiens nō habet propria pœnarum debita pro peccatis, prouenit q̄ satisfactiones superfluę non possunt in ipsis remunerari, seu rectius loquendo non possunt in ipsis habere effectum solutionis. ET quoniam constat sanctos multo plus passos, quam ex peccatis suis debuerint pati, consequens est, vt E multa satisfactoria remanserint superflua ipsis sanctis. Patet autem sanctos satisfactorie plus exoluisse quam debuerāt pro peccatis suis. Tum quia beata Virgo nulla satisfactione pro suis peccatis eguit (quia nullum peccatum commisit) & tamen satisfactoria multa subijt, eius enim vita cunctas illustrauit ecclesias, & de ipsius dolore scriptum est, ET tuam ipsius animam pertransibit gladius. Iob quoque testatur cap. 7. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iam merui, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hęc grauior appareret. ET quis est tam mentis inops, vt dicat Laurētium, Vincentium, reliquosq; tanta passos martyres, omnibus illis pœnis indiguisse, vt satisfacerent pro pœna peccatis suis debita? Superfluunt igitur multa

satis-

satisfacturi a Sanctis vltra ingens pelagus superfluē tis satisfactionie Christi, qui pro totius mūdi peccatis,vt Ioānes Euangelista testatur,satisfecit: vt ēt ex hoc patet,ꝙ si totus mundus post omnium pec cata commissa baptizaretur,statim meritorum satisfactione Christi euolaret ad cœlum. Et tñ cōstat, ꝙ tanta hominū multitudo damnata indignam se reddens Christi satisfactione, superfluere illam testatur, quæ pro omnibus sufficeret. Quocirca ex meritis Christi, & Sanctorum quatenus satisfactoria superfluis thesaurum indulgentiarū cōstitui intelligito,si non vis errare.Et quidem ,ꝙ huiusmodi opera Christi,& Sanctorum satisfacto ria remanserint,declaratū est: ꝙ verò remanserint pro nobis, & quod remanserint dispensanda per militantem ecclesiam, manifestari oportet.

Et primum. s. ꝙ ad hoc remanserint huiusmodi satisfactoria, vt nobis cōicata, pro nobis satisfacerent tanquam si ipsi Sancti viuentes ea intentione feciſſent, vt pœnas nostris peccatis debitas ipsi exoluerent, monstratur, tum ex eo, ꝙ non inania aut inutilia huiusmodi satisfactoria esse debent:essent aūt vt satisfactoria infructuosa,si proprio fructu (qui est satisfacere) essent priuata, non per accidens,puta, quia desunt hi,in quib. fructificet per se, quia. s. suapte natura omnia satisfactoria supererogationis essēt infructuosa,quia nec in ipsis operantib.nec in alijs effectum habere possent, eo ipso ꝙ satisfactoria supererogationis sunt. Tum, quia ecclesia exigit,vt quælibet suorum ciuium, q̄ possunt esse vtilia reipublicæ Christianæ, ordinata à Spiritusancto ecclesiam regente,sint ad vtilitatē ipsius ecclesiæ. Constat aūt satisfactoria supererogationis posse ad vtilitatem ecclesiæ cedere, vt patet ex eo, quòd per propriam intentionem ipsorū Sanctorum potuissent applicari hæc ad satisfacien dum pro isto, vel illo ecclesiæ membro, debente satisfacere pro suis peccatis. Consentaneum igitur rationi est, ꝙ hæc satisfactoria supererogatiue facta à Sanctis, ad vtilitatem aliorum membrorū ecclesię ordinata sunt: Vtilitas aūt propria eorum est satisfacere pro aliis,ex quo pro his,qui fecerint, satisfacere nō possunt,dicit aūt vtilitas propria, quia non ex cōibus,sed propriis iudicandum est de rebus.Tum maxime,quia Paulus Apostolus ad Colos.1.hoc de suis satisfactoriis testatur dicens, Gaudeo in passionibus pro vobis,& adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius,quod est ecclesia.Vbi clare videre potes,intentionem adimplentis in propria carne passiones deficientes passioni Christi ad conficiendam mensam à Deo definitam pro ecclesia. Idem aūt est iudicium de Paulo,& aliis Sanctis,vt ex Augu super Psalm.68. afferente dictam Apostoli senten, tiam, patet.

Secundum aūt. s.quòd thesaurus iste meritorū vt satisfactoria sunt,dispensandus sit per summum pont.facile manifestatur:qm̄ cōmune omni Reip. est, vt illius princeps dispensator sit communium bonorum illius Reip. nam sine omni cōtradictione,cui credita est ipsius Reip.eidem quoque credita intelligitur dispensatio eorum, quæ ad commune bonum illius spectat. Huiusmodi autem satisfactoria constat esse velut bona, quædam communia ipsius ecclesiæ, vt pote pro ipsa facta, & relicta, vt patet ex dictis. Consequens igitur est, vt ad eum, qui totius ecclesiæ curam habet, spectet dispensatio dicti thesauri. Et quia solus Petri successor præest toti ecclesiæ, ideo ad solum Romanum Pontificē spectat dispensare,nō pro libro donare thesaurum istum.Et quoniam per indulgē tias remittitur pœna temporalis debita pro satisfactione peccatorum (vt dicta extrauagās dicit) nec Papa potest illam remittere sine sacramento ecclesiastico, nisi applicando satisfactoria aliorum ad istum.cui remittit, ideo apostolica sedes in dicta extrauagante,& sacri Doctores Theologi Spiritus sancti lumine illustrante concludunt & rōnabiliter dictum thesaurum dispensari per indulgentias Christi fidelibus,qui per charitatem Christi membra sunt.Vnde euidentissimè sequitur, ꝙ indulgē tia absoluendo hunc à tanta pœna pro suo peccato debita, applicat illi tantum ex dicto thesauro de satisfactorijs,quantum æquialet tantæ pœnæ, quæ relaxatur,& simul fit opus misericordiæ, remittendo huic pœnam,& opus iustitiæ,applicādo huic satisfactionem aliorū pro eo, sic. n. terrestris Hierusalem descendit de cœlo per imitationem, quoniam vniuersæ viæ Domini misericordia,& veritas.Ex quibus patent omnia præmissa.

Ad primam obiectionem in oppositum dicit, ꝙ indulgentia secundum diuersos suos actus diuersis rationib. exprimitur: nam ſm ꝙ est absolutio & remissio pœnę,sic iudicis actus est,& dicitur: secundum vero quòd est applicatio satisfactionis ad hunc, sic dispensatio est & dicitur, & secundū quòd efficit exolutionem pœnæ apud diuinam iustitiam per applicatam satisfactionem, sic opus iustitiæ est & dicitur. Vnde breuiter respondetur,ꝙ indulgentia,vt respicit hunc, cui cōceditur, est remissio & relaxatio, quamuis vt respicit diuinam iustitiam,sit solutio vsque ad minimum quadrantem. Est enim solutio sed non ab hoc, & istud est maximæ gratiæ,quòd soluatur debitum meū non a me. Nec hoc est mirum, aut nouū in mysterijs ecclesiæ, quum etiam in Baptismo omnia donari gratiosè cōcedamus,eodem modo,scilicet vt omnia soluantur non per Baptismum, sed per Christi meritum,quod illi per Baptimum cōicatur. Celerius dicam, Tanto vinculo iunxit Deus iustitiam misericordiæ, vt peccatis nostris parcere sic voluerit,vt tamen per vnigenitum suum Filium suæ iustitiæ satisfieret pro nobis, & hoc abundantioris gratiæ fuit,vt non solum debita remitteret,sed satisfactorem daret. Nihil ergo ſm diuinæ sapientiæ ordinem adimitur indulgentiarum gratiæ ac misericordiæ, ex hoc ꝙ interuenit ibi etiam solutio per Christi & sanctorum merita satisfactoria. Argumentum vero procedit,ac si hæc duo essent incompossibilia:quæ, vt dictum est, se cōsequuntur ſm ordinem dispositionis diuinæ,vt ex dictis clare patet.Ad vlteriorem vero sequelam,(Ergo cōcedens obligat se ad satisfactionem) dicitur ꝙ neque apparentiam habet. Et quum probatur,quia hoc modo satisfacit per alios, respondetur ꝙ ad bonum sensum admittendo,ꝙ Papa dando indulgentias satisfacit per alios, hoc est, applicat aliorū satisfactionem,hinc etiam nulla ratione apparenti sequitur,ergo Papa obligat se ad satisfactionem, aliud est enim applicare huic alienam satisfactionem,& aliud est obligare se ad satisfaciendum pro illo sicut aliud est volare,& aliud sedere.

Ad secundam negatur,ꝙ sic virtute clauium nihil fiat, fit nāque non solum applicatio operū sanctorum ad istū,sed & absolutio istius a pœna,ꝙ peccatis suis debita fit,vnde & verbū Christi,Quodcūque solueris,ad literā adimpleretur.Et similiter negatur,ꝙ sic virtute clauium nihil fieret,nisi quod

de fa-

de facto fit. Et ad probationem, quia merita sãctorum, si sunt, nõ relinquuntur a Spiritu sancto otiosa, respondetur, quòd huiusmodi sanctorum merita satisfactoria sunt pro ecclesia, & non determinatè pro hoc vel illo; & ideo non operantur in hoc vel illo particulari, nisi fuerint applicata ab ipso Deo vel eius vicario ad hunc uel illum. Non ergo de facto operantur absque applicatione: quia sunt coïa, nec sunt otiosa: quia ad hoc suaptè natura sũt ordinata, & applicata, ut non aliter operentur.

Ad tertiam de operibus sanctorum irremuneratis, dicitur quod communicãdo in abusu uocabulorum, hoc est, accipiendo irremuneratum, prout sumitur a sic dicentibus, hoc est non sortita suũ fructum in ipsis sanctis. Sic inquam loquendo rñdendum est, quod opera bona sãctorum dupliciter sumi possunt, s. ut meritoria: & sic omnia sunt remunerata in ipsis sanctis, vel ut satisfactoria; & sic ea quę supererogauerunt, non sunt remunerata in ipsis sanctis: sed relicta sunt remuneranda in nobis. Et contra hoc probationes non militant. Non prima, s. non sunt condignę passiones huius temporis: quia de passionibus nostris secundum substantiam operis, seu, vt sunt, ex libero atbitrio intelligitur: remuneratio aũt respicit opera & passiones ut sunt ex charitate, seu gratia Dei. Non secunda, s. Deꝰ præmiat ultra condignum, tũ quia de prẽmio operum: ut sunt meritoria, intelligitur sententia illa: tũ quia non ex defectu largitatis præmiãtis, sed ex excellentia sancti operantis prouenit, quod opus suũ vt satisfactorium non remuneratur in ipso Sãcto, hoc est non satisfacit pro ipso, quia ipse non est debitor pœnæ pro qua satisfactio fit. Non tertia, scilicet, quod opera supererogationis non remunerarentur in ipsis sanctis, sed in nobis, &c. quoniam opera supererogationis vt sunt meritoria, remunerantur in ipsis sanctis; iuxta uerbum Samaritani, Quodcũque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Sed inquantum supererogãt pẽnalitates, sic propter ipsorum sanctorum excellentiam non pũt in ipsis sanctis remunerari. Vñ patet nullũ inconueniens sequi, sed omnia consonare, habet. n. rectæ rationis ordo, ut quis prius pro se satisfaciat: & si supererogat soluendo quod non debet, non pro se sed pro alio soluat. Nec ex hoc, quod diximꝰ eadem opera eẽ remunerata in sanctis & in nobis, sequitur, ergo nulla sunt sanctorum opera irremunerata in ipsis. Nam quum dr quædam esse sãctorum merita relicta irremunerata, non fit distinctio operum, quasi quędam fuerint eorum opera remunerata, & quędã alia relicta irremunerata, ut argumentum interpretatur, & malè: sed fit distinctio cõditionum ẽt unius & eiusdẽ operis. Et est sensus, ꝙ opera sanctorum inquantum sunt meritoria sunt remunerata in ipsis sanctis: inquantum uero sunt satisfactoria sunt relicta irremunerata, quãtum ad illud pẽnalitatis quod supererogauerunt. Vbi patet absque controuersia omnia consonare.

Ad quartam dicitur, ꝙ uir sanctus põt iudicari dupliciter: primo inquantum operatur ex suo libero arbitrio, & sic nullus sanctorum impleuit sufficienter in hac uita mandata Dei. Alio modo inquãtum operatur ex gratia diuina, & inexistente & assistente, & sic quilibet sanctus sufficienter impleuit mandata Dei in his quæ obseruasse eos laudamus. Et si contra hoc probationes assistentis afferantur, respondetur, & ad primam dicitur, quod si uerba Domini integrè afferantur mõstrant oppositum. nam Dñs dicit, Quum feceritis omnia quęcunque A præcepero vobis, dicite, Quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Vbi vides, ꝙ dicendo, Quod debui fecimus, monstrat eos impleuisse mandata sufficienter, alioquin nõ fecerunt quod debuerũt: nam debuerunt sufficienter implere. Nõ est autem verum, seruum qui fecit quod debuit inutilẽ citra feciſſe; quonia si citra feciſſet, iam non feciſſet qđ debuiſſet: Sed verum est, quòd vt sic non superero gauit, & propterea inutilis dicitur, qui enim non facit nisi quod debet, inutilis dicitur. Vnde ex ista authoritate nihil aliud habetur nisi ꝙ sancti ex hoc, quòd impleuerunt præcepta Christi, non superero gauerunt, cum quo stat, & quòd sufficienter mãdata Christi implere potuerũt, & supererogare, vt sic non solum fecerint quod debuerunt, sed essent serui inutiles in domo dñi. Ad secundam dicitur ꝙ B oleum, quod sapientes Virgines timuerũt sibi nõ sufficere, ad meriti conscientiam spectat & non ad pœnalitates. Ad tertiam dicitur, quod falsum esse constat præceptum de Deo diligendo obligare hominem plusquã possit. Maledictus, inquit Hiero. dicens Deum præcepisse aliquod impossibile. Falsum quoque est sub præcepto de Deo diligẽdo, cadere ꝙ homo diligat quantum potest: intelligendo sic, ꝙ si dilectionis aliquem actum possibilem sibi omittat quis, peccet, vt patet ex hoc, quòd multi dilectionis actus spectãt ad opera supererogationis, vt benè velle, & benè facere inimicis in particulari extra necessitatis casum, perfectionis siquidem est hoc, non præcepti. Sed præcipitur, quòd homo di- C ligat Deum ex toto corde, & ex oĩbus viribus, &c. ad hunc sensum, quòd nihil cõtrarium diuinæ dilectioni in corde suo, in mẽte sua, in virib. suis, &c. admittat. Intellectum autem præceptum illud de actuali dilectione, vt sonat non quid agere hic debemus, sed quo tendere debemus, monstrat secundum Augustinum vnde patet quòd sancti impleuerunt hoc præceptum, & supererogauerunt. Ad quartam dicitur, quòd sancti per martirium extra necessitatis articulum faciunt plusquã debẽt: quia supererogant. Et rursus in articulo necessitate ad martyrium pro cõfessione fidei supererogẽt sępe quo ad satisfactionẽ: dum plus patiunt volen- D tariè quàm pro peccatis suis debeant.

Ad quintã dr, quòd doctrina hæc, super scripturas & rationes & authoritates Rom. ecclesiæ sanctorumq; doctorum fundatur. Et nõ solum temerarię pręsumptionis est contrarium dicere, verum indisciplinatæ mentis est nõ acquiescere tot allatis, vltra authoritatẽ sanctorum Tho. & Bonauẽ. & infinitorum doctorum sequacium: oportet. n. virum docilem in mortali tam theologia, q̃ philosophia non quærere certitudinem mathematicã: sed nisi rationi cõsentaneę, simulque a communi doctorum sentẽtia probata in moralibus, vt certa habeamus, confundere necesse est omnia.

Ad probationes deinde ex authoritatibus sanctorum respondẽdo dicitur, quòd cum hoc, quòd E omnes sancti aliquod peccati debitum habuerunt, pro quo quamdiu viuunt, orare possunt, nõ quòd oporteat eos semper peccatum habuisse coęuum, quandoque. n. sine omni peccato fuerunt, sed quia quandoque peccauerunt, stat ꝙ multa supererogationis & meritoria, & satisfactoria fecerint, qui eis dimitti orat sibi peccata, fatetur se debitorẽ. Et hoc in rota verificatur, quantum est ex parte nostra; quamuis secus sit si secundum adiunctam Dei gratiam sancti iudicentur. Et ne sæpius idem repetatur, distinguito, quòd sancti, & sua opera dupliciter

ter iudicari possunt. Primo secundum se, & secundum proprias vires, & sic sunt semper debitores, & damnabiles, non implentes mandata Dei: iuxta illud Isaiæ, Vniuersę iustitiæ nr̃æ quasi pannus menstruatæ. Alio modo secundum gratiam Spiritus sancti in ipsis & operibus suis, tam informantem, q̃ assistentem, & sic implent mandata, & non sunt debitores, sed creditores, digni vita ęterna ex ipsis sanctis operibus suis, nihil damnationis habentes, &c. iuxta illud 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, non facit peccatum; quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare; quoniam ex Deo natus est. ET illud Apostoli ad Rom. octauo. Nihil dānationis ex his, qui sunt in Chro Iesu. Et illud eiusdem ad Timot. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Vnde prudentis lectoris erit discernere, qñ scriptura, vel sanctorum doctrina loquitur de nobis, aut operibus nostris, secundum quòd sunt nostra, & secundum quòd sunt diuinę gratiæ: omnia. n. mala verificantur de nobis, & nostris secūdum quod sumus nostri, vel sunt nostra, & rursus simul infinita bona verificantur de eisdē, vt sunt diuinæ misericordię, ac gratię, vt patet ex his scripturę locis & multis aliis, quę afferri possūt. ET hinc habes solutionem huius & sequentium & similium obiectionum; nam cum hoc, quòd omnes sancti sunt ex se debitores, stat quòd ex diuina gratiā operando, supererogant. ET similiter, quòd sunt impij ex se, & orando ex diuina gratia merentur non imputari sibi impietatem. ET similiter Deo ignoscente, hoc est gratiam dante implent mandata, non homine ex seipso implente. ET similiter omnia mandata tunc implentur, quādo quicquid nō ex nobis impletur per gratiā impletur. ET similiter vę vitę hominum laudabili, si sine gratia (diuinę misericordię effectu) iudicetur. ET similiter si quid iusti habuero f̃m humanam iustitiam iudicē meū deprecabor. ET similiter omne opus bonum optime factum, inquantum est ex nobis factum peccatum est, sicut pannus menstruatę: sed quatenus ex Dei gratia est nullum peccatum, sed meritorių & supererogatiuum bonum est. Vnde si in quinta probatione intenditur, quod simpliciter & absolute & non secundum quod ex nobis est, omne op⁹ bonum optime ex charitate factum est peccatum ueniale, non responsione, sed sensu aut igne opus est, nā f̃m hoc beata uirgo in omni opere suo peccauit venialiter, cui tamen Aug. dicit gratiam collatam esse ad peccatum ex omni parte uincendū. Ex hoc sequitur contra Apostolum, indignitas operū suorum ad coronam secundum iustitiam diuinā. Et ex hoc sequitur contra Ioannem Euangelistam, quod etiam natus ex Deo facit peccatum. Et ex his patet solutio omnium obiectorum ex authoritate Sanctorum.

Ad obiecta autem contra naturalem utilitatē ex superfluis Sanctorum meritis, respondetur. Et ad primum, Vnusquisque propriam mercedem, & secundum proprium laborem, dicitur, q̃ ut patet, de mercede loquitur: merces aūt merito rñdet, & nos idem dicimus quod quilibet sibi soli meretur. Nos autem de pœnarum remissione loquimur, dicētes quod vnus potest satisfacere per alium.

Ad secundum (quod nō digne expēderet illa ecclesia) dicitur quod dignissimè expēdit dum satisfactoria pro satisfactore expendit: neque. n. possunt dignius expendi. ET licet remissio temporalis pœnæ in comperatione ad dona spiritualis gratiæ sit vtile donum: est tamen proportionatum & commēsuratum donum meritis Sanctorum, inquantū sunt satisfactoria: quoniam ut sic non nisi exolutiuam temporalium pœnarum sunt.

Ad tertium (quod non pie ageret ecclesia) dr̃, q̃ pijssime mater ecclesia filijs suis remittit, quos De⁹ ex rationabili causa in adoptionis filios computauit: non. n. omni actu debet mater castigare filium, sed omnia tempus habent.

Ab obiecta denique contra thesaurum indulgentiarum ex meritis Christi respōdetur. ET ad primum iam patet ex dictis, quod cū authoritate non solius Rom. Ecclesiæ, sed sacræ scripturę, Sanctorū & doctorum hoc dr̃. Et si solius Rom. Ecclesię authoritate diffinitiua diceretur, sufficeret ad rationem reddendam, de ea quę in nobis est, fide non minus, quam si authoritate generalis concilii diffinitum esset. Hæretici autem sicut refutare possunt Ro. Ecclesiam, ita & concilium. Nec hoc ego somnio: sed Hier. ad Damasum papam dicit, Si a posto latus tui iudicio fuerit approbatum, hęreticum se experietur qui contradixerit. Et in concilio Flor. sub Eug. 4. acceptat processio Armenorum, dicentium, Approbamus quod approbat Ro. Ecclesia & reprobamus quidquid reprobat Rom. ecclesia.

Ad secundum iam dictum est nisi ad subiunctā ex canone authoritate male allatā: quia textus nō de indulgentiis, sed de indulgentijs indiscretis dicit, quod sūt enerυationes ratione indiscretionis.

Ad tertium similiter dictum est, & probatum, quod nulla sit irreuerentia.

Ad quartum dicitur, quod opera bona dicuntur esse meliora indulgentiis, hoc est; effectibus indulgentiarum, & non meritis Christi & Sanctorū quę non sunt indulgētię, sed ex corū satisfactoria supererogatione est efficacia indulgentiæ. Vñ processus illius argumenti assumit tot falsas propositiones, vel ueras causaliter & non formaliter, ut nō sit mirum si seipsum interimit.

Ad quintum dicitur, quod concilium illud piū est, quod claues ecclesię, sicut & alia sacramenta, facere aliquid certi uel nihil certi, potest intelligi dupliciter. Primo, quantum ex seipsis: & sic dicitur quod faciūt certum quid, & oppositum est impiū. Alio modo per accidens, puta propter indispositionem materiæ, vel subiecti, & sic contingit non solum claues ecclesiæ, sed & Baptismum non habere certū effectum: puta, si adultus suscipiat ablutionem occulto animo non suscipiendi Baptismum: tunc. n. nec characterem recipit. Et si cum animo solum peccādi mortaliter accedat, licet characterē suscipiat, gratiā tñ non suscipit. ET sic est in proposito: quia propter ambiguitatē dispositione subiecti dubitamus de effectu clauium in isto; & cum hoc sumus certi quod claues habent certissimum effectum in subiecto dispositio ad earum effectum: & similiter indulgētia est certa donatio dispositis ad illā. Vñ nulla est illusio, si applicatur verè pœnitentibus, nec insufficientia meritorū Christi & sanctorū: sed ex dubio de dispōne subiecti, quæ cōsistit in facto nō hominis solius, sed Dei miserētis, donando veram contritionē, prouenit quod nō quiescimus a nostris pœnitentijs post indulgētias. ET quū secundo adiungitur, Aut credo mihi merita Christi applicata per indulgentiam esse sufficientia, aut debita, respondetur quod plus oportet addere, s. suscepta in me, seu participata a me, Credo. n. indubiè merita Christi applicata per indulgentiam mihi,

& par-

& participata a me, seu suscepta in me, esse sufficiẽ
ter exoluentia debitas a me pœnas temporales pro
meis peccatis: sed dubito an sint a me participata,
quia dubito an ego fuerim dispositus pro partici-
patione illorum, hoc aũt dubiũ est sãctũ. Et rursus
si credo me participasse, volo ẽt addere meas satis-
factiones, non tanquã meliores satisfactione Chri
sti: sed quia melius est duplici uia satisfacere, quã
vna tantum: & plura bona sunt satisfactio Christi
& mea, quã satisfactio Christi tm̃. Ad cõfirmatio-
nem dicitur, quod merita Christi non sunt indul-
gentiæ, sed causæ indulgentiarum efficaciæ: indul
gentię enim, quas consequuntur Christi fideles, ni
hil aliud sunt quàm remissiones suarum pœnarum
per merita Christi. Vnde sicut remissiones pœna-
rum non sunt preferendæ meritis Christi, nec præ
ceptis Christi, aut ecclesiæ ita nec indulgentiæ; &
tamen cum hoc stare liquet, quod remissiones fiãt
per merita Christi.

Ad sextum dicitur, quod appositio meritorum
Sanctorum consonat diuinę dispositioni, non q̃
insufficiens sit Christi satisfactio, sed ut plura sint
in Christi corpore mystico satisfactoria. Sic.n. do-
cuit Apostolus; Adimpleo inquit ea quę desunt
passioni Christi in carne mea pro corpore eius, q̃d
est ecclesia.

Ad septimum dicitur, quod non est hęc ecclesię
doctrina, ut thesaurus meritorum Christi & San
ctorum ita commissus sit ecclesiæ dispensationi p
indulgentias, quod sine ipsis non dispensetur a
Christo summo Sacerdote. Sed ista consequentia
non valet, Thesaurus ille potest haberi sine indul
gentiis, ergo non habetur per indulgẽtias: stat.n.
q̃d multis modis participari possit a Chri mẽbris.

Ad octauum dicitur negando sequelam, non ex
insufficientia meritorum Christi, sed propter diui
næ sapientię dispositionem ex parte Dei, qui non
ordinauit thesaurum ecclesię ad remittendum pę
nam mortis: & propter disparitatem pœnarum ex
parte nostri. Pœnarum siquidem nostrarum quę-
dam sunt pœnę naturales, & quædam personales;
hoc est, quædam consequuntur nos propter pecca
tum naturæ, quod est peccatum originale, & quæ-
dam sunt nobis debitæ propter actualia peccata no
stra. Illæ pœnę quas incurrimus propter infectam
naturam, reseruantur usque ad renouationem na
turę, quę in resurrectione fiet ex merito etiam pas-
sionis Christi: quoniam ipse mortem nostrã vtran
que, scilicet animæ & corporis moriendo destru-
xit, & ideo non remittũtur per indulgentias: quo-
niam spectant ad tempus naturæ infectæ. Illæ ve-
ro, ad quas tenemur ex propriis peccatis actualib⁹,
in hac vita remittuntur per indulgentias: præsens
enim uita tempus est purgandi non naturalia, sed
personalia: vnde etiam in Baptismo persona, non
natura sanatur. Et quia mors cum suis pœnalitati-
bus est pœna naturæ, ideo merita Christi per indul
gentias applicata ad pœnam mortis non se exten-
dunt. Vnde patet, quod nõ ex infirmitate merito-
rum Christi, sed ex natura pœnæ & status præsentis
prouenit, quòd pœna mortis non remittitur per
illam in hac uita. Nec ex hoc quòd remittunt pœ-
nam ęternę mortis, sequitur, ergo & temporalis
mortis pœnam: tum quia æterna sensus pœna est de
numero personalium pœnarum, mors autẽ de nu
mero naturalium. Tum quia aliud est loqui de me
ritis Christi satisfactoriis absolutè, & aliud de eis-
dem, ut superfluunt sacramentis, vt per indulgẽtias
dispensãda relinquuntur; ipsa enim absolute in
sacramentis tollunt pœnam damni & sensus æter-
nam, potius per viam concomitantiæ, quàm per
satisfactionis. Reconciliando quippe hostẽ in Dei
filium adoptiuum, sequitur quod non hostili pœ
na puniendus est, quod est tollere pœnam ęternã.
Soli enim hostes exterminatrice pœna digni sunt.
Filii enim castigandi, purgandi suaptè natura reli
quuntur. Thesaurus autem indulgentiarum Chri-
sti merita, vt satisfactoria exhibet.

Ad demum obiecta cõtra hoc quòd absolutio-
ni, quę fit per indulgentias annectitur dispensatio
thesauri meritorum Christi & Sanctorum, respon
detur. Et ad primum dicitur, quòd non est par rõ
de actu absolutionis in indulgentiis, & de aliis ab-
solutionibus, siue censuris, siue aliis sine sacramen
ti exhibitione. Tum quia absolutio ista respicit ter
tiam sacramenti pœnitentiæ partem, scilicet pœni-
tentialem satisfactionem (supplet.n. eam) Christi
autem merita directè ad sacramenta respiciunt: re
liquæ autem absolutiones non respiciunt partẽ ali
quam sacramẽti alicuius. Tum quia absolutio ista
est a pœna debita apud diuinam iustitiam in hac
vita uel alia: alię uerò absolutiones sunt a pœnis in
hac tantum vita debitis. Hinc enim fit, quòd ad
istas remittendas sola potestas papæ sufficiat & ef-
ficiat: ad illas verò vltra potestatem in papa exiga-
tur & dispositio subiecti per veram pœnitentiam,
& meritorum Christi dispensatio, non ad libitum
applicatio: quoniam ministri non est remittere pę
nas principali debitas, nisi dispensando. Sic.n. nos
existimet homo (inquit Apostolus) ut ministros
Christi & dispensatores misteriorum Dei.

Ad secundum dicitur, quòd sicut in sacramẽto
pœnitentię claues respectu peccatorum actum q-
dem soluendi exercent positiuè, ligandi autem ne
gatiue quo ad clauem potentiæ, quamuis positiuè
ad utrunque se habeat clauis scientię, ita in indul-
gentiis inuenitur, quòd clauis scientię positiuè de-
cernit solutionem & ligationem; clauis uero pote
statis positiuè quidem absoluit, negatiuè autem li-
gat: quia ligare hic sicut & in peccatis, nõ est aliud
quàm non absoluere ex iudicio & authoritate cla-
uis scientię. Vnde non soluere absolutè non est
actus clauis, qui est ligare: sed ex iudicio clauis non
soluere est ligare, qui actus est clauium. Et per hoc
patet, quòd licet effectus solutionis & ligationis sit
sine clauibus: ipsum tamen soluere, uel ligare non
est in militari ecclesia sine clauium exercitio. Au-
gustæ die 7. Octob. 1518.

QVAESTIO II.

Num dare operam ad consequendas indulgentias sit imperfectionis.

QVæritur, vtrum dare operam ad acquirendas
indulgẽtias sit imperfectionis. Et videt q̃ sic.
Primò, quia actus non meritorius est imperfec-
tionis: sed acquirere indulgentiam, non est meri-
torium: ergo, &c.

Secundo, quia indulgentię sunt relaxationes pę
narum debitarum, perfectorum autem est pœnas
amplecti, non fugere: quoniam sitiunt crucem
Christi, vt de sanctis Andræa, Laurentio, & Vin-
centio legitur.

Tertio, quia secundum Doctores sacros, habens
indulgentias melius facit si per seipsum adimplet
iniunctam pœnitẽtiam, quàm si propter indulgen
tias omittat illam: perfecti autem æmulantur cha-
rismata meliora, imperfectorum igitur est indul-
gentijs incumbere.

Quarto, quia indulgentiæ non prosunt, nisi ad
rela-

relaxationem pœnarum canonicarum: sed non nisi criminosis publice imponūtur canonum pœnæ, quia sunt publicæ pœnitentiæ partes: ergo non est nisi imperfectorum indulgentijs egere: ac per hoc dare operam ad eas acquirendas. F

Ad huius euidentiam sciendū, q̄ indulgentiarū fructus proprius est satisfacere diuinæ iustitiæ, quo ad pœnam temporalem proprijs peccatis debitā ex pœnis Christi & sanctorum, ſm traditionem eccle siæ Rom. vt patet in extrauaganti Clementis vj. & multorum Romanorum Pontif. Apostolis literis. Hac autē suppositione facta (in alia quæstione adhuc magis probāda, quàm in tractatu de indulgen tijs firmauerimus) consequenter dicendum est, q̄ quum actus iste, qui est satisfacere per alium nō sit ex suo genere malus (nullam enim de ordinationē importat, nec habet imperfectionem moralē anne xam; quoniam cum feruenti charitate & promptis sima voluntate per seipsum satisfaciēdi) stat quòd tali modo, s. per sanctorum pœnas velit satisfacere, & nihilominus operibus sanctissimis tantò magis intēdere, quantò liberior a debita pœna, & grauior esse debet pp hoc cumulatū beneficij:) sed est actus de genere bonorum moralium, est enim appetitu recto appetibilis, vtpote ablatiuus impedimento rum ad cœlestem patriam. Pœnę peccatis enim debi tę impediunt ingressum ad æternam beatitudinē; vnde tm̄ oportet animas in purgatorio morari, do nec exolutis pœnis omnibus debitis pro suis pecca tis, liberę ab omni malo pœnę, omnium bonorum aggregatione perfectum statum assequantur. Nec solum est moraliter bonus, sed etiam meritorius, si fructuosus est; qm̄ non nisi existentibus in chari tate indulgentiæ prosunt, vt ipsa concessionis for ma monstrat (dicendo vere pœnitentibus) omnes autē actus humanos ex charitate procedentes me ritorios esse constat. Nec solum est meritorius æter nę v itę, sed consonus etiam perfectis viris: quoniā continue suspirantibus ad cœlestem patriam, & cu pientibus dissolui, & esse cum Christo, consonant omnia recta acceleratiua cœlestis ingressus, constat autem exolutionem pœnarum debitarum pro pec catis acceleratiuam esse cœlestis itineris: quoniam impedimenta ingressus ad felicitatem tollit. Omni igitur ex parte apparet, quòd dare operam indul gētiis, est actus communis perfectis & imperfectis in charitate constitutis, si pœnis adhuc pro peccatis obnoxij sunt. Et confirmatur quia omnibus quan tumcunque perfectis cōuenit dicere quotidie, Di mitte nobis debita nostra, in quorum numero cō stet esse debitum pœnæ pro peccatis: quod autem consonat & petere, consonat & quærere. Consonat igitur etiam perfectis quęrere debitum pœnę pro peccatis suis debitę exolui per satisfactoria opera Christi & sanctorum. G

Ad primam autem obiectionem dicitur, quod sermo doctorum dicentium indulgentias non es se meritorias, est formalis, & uerus formaliter ītel lectus: hoc est, quod indulgentia, ut satisfactoria, non est meritoria. Cōmune est enim satisfactoriis omnibus (siue per seipsum homo satisfaciat, siue per alium uiatorem, uel sanctum) q̄ meritoria non sunt formaliter sumpta, hoc est, ut satisfactoria. Et ratio est in promptu, quia satisfacere, nō est aliud, quàm liberari a debito: ex hoc autem, quòd aliqs a debito liberatur non meretur: vnde & in purgato rio quilibet satisfacit, & nemo meretur. Cum hoc autem, quod indulgentia, q̄ quo ad fructum satisfa ctionem per alium, hoc est, Christum, & sanctos H

sonat, non est meritoria, stat q̄ aliquid facere pro indulgentia satisfactoria, sit meritorium, non solū ex genere operis (puta subuenire ecclesiæ, aut ora re) sed ex intentione facientis, qui mouetur ex cha ritate, ad hoc, ut impedimenta sui ingressus ad ęter nam uitam tollantur. Et hoc consonare perfectis, manifestum est. I

Ad secundam dicitur, q̄ perfectorum est pœnas promotiuas sui uel aliorum ad ęternā uitam am plecti. Pœnas autem ex propria culpa impeditiuas ęternę uitæ, nō est perfectorum iterare, sed quam citius fieri pōt, liberare se ab illis: ut expeditus sem per inueniatur pro cœlestis patriæ ingressu. Cōstat autē pœnas pro peccatis debitas esse ex propria cul pa impeditiuas ingressus cœlestis; & ideo perfectis per se, uel per alium citius sunt exoluendæ.

Ad tertiam dicitur, q̄ nihil obstat dictis consi lium de meliori bono, quòd, s. melius facit conse quutus indulgentiam, si per seipsum satisfacit. Nā procul dubio melius est duobus modis satisfacere, quàm vno, s. per alium, & per se, quam per aliū tan tum. Et rursus, per alium satisfit solum, sed per seip sum, & satisfit & medela adhibetur: pœnitentia n. per seipsum impleta est, non solum satisfactione, sed medicina. Cum his enim stat, quod perfe ctis emulando charismata meliora, sectentur etiam indulgentias, vt expediti sint ad uitam æ ternam. J

Ad quartum dicitur, quod multa falsa continet. Primum est, quòd indulgentię non prosint nisi ad relaxationem pœnarū, quæ per canones pœnitētia les impositę sunt: patet enim hoc esse falsum ex ip sa forma conceptionis, sonantis remissionem pœ narum iniunctarum; iniunctæ autem sunt siue se cundum canones, siue secundum arbitrium cōfes soris. Aliud falsum est quod pœnę canonum pro so lis criminibus publicis imponi possunt: quum cō stet in foro pœnitentiali posse imponi vt pro secre tis secrete pnīam agant. Aliud falsum subintelligit, reprobatum in alia quęstione, si quod sub pœna ca nonica non includatur etiam pœna simpliciter de bita peccato. Quod ex eo patet etiam esse falsum, q̄ non iudicat Deus bis in id ipsum: iudicaret autem bis, si semel per seipsum, & semel per suum vicarium temporalem pœnam satisfactoriam pro peccato exigeret: quod contingeret, si pœnitentia à sacerdote secundum canones imposita, non euacuaret pro sua portione pœnam satisfacto riam apud Deum. Et hinc est quartum falsū, scilicet quod remissio pœnitentię iniunctę adepta per in dulgentias, non sit remissio pœnæ debitę pro satis factione peccati apud Deum: ut in alia quęstione manifestauimus. Quo circa cuicunque obnoxio pœ næ temporali pro satisfactione cuiusque actualis peccati prosunt indulgentiæ, siue sint iniunctę se cundum canones, siue confessoris arbitrio. Et etiā si non sunt actu iniunctæ dummodo ecclesia ser uatis seruandis in forma indulgentię etiam ad nō iniunctas pœnitentias extendat illam: ut alias hoc, s. de nō iniunctis, manifestabitur. Et quia tā perfecti, quā impfecti, tā sani, quā infirmi, tā morituri, q̄ diu victuri, tam impediti, quam non impediti in chari tate cōstituti, rei pnt esse alicuius pœnæ temporalis pro satisfactione suorum actualium peccatorum: iō nullus excipitur a fructu indulgētiarum qui uo luerit earum particeps fieri, rarique uidētur esse a deo satisfacientes per seipsos, qui non egeāt indul gentiis: qui tamen tutius agūt si per indulgētias ēt a debitis se absolui curent. Augu. die 2. Octob. 1518. K

QVAE-

QVAESTIO III.

Num occurrenti pauperi negans eleemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda, peccet.

QVæritur vtrum occurrēti pauperi negans eleemosynam, quam tamen dat pro indulgentia consequenda peccet. Et videtur quòd sic.

Primò, quia agit contra ordinem diuini præcepti: quo quis primo seruare tenetur præcepta, seu mandata Christi, quàm acquirendis vacare indulgentiis, vtpote quia hoc non est mandatum, sed voluntarium.

Secūdo, quia talis agit contra illud Ioan. Si quis viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? primæ Ioan. 3. Et si dicatur q̄ sola extrema necessitas obligat ad mortale: contra, tum quia secundum hoc charitas nunquam, vel rarissime locum haberet operandi, tum quia quilibet in necessitate constitutus, vellet non sibi expectari necessitatem extremam: sed prius subueniri: ergo hoc idem seruandum est in aliis.

Ad euidentiam huius considerādum est, quòd ad hoc, q̄ aliquis actus humanus sit peccatum, nō sufficit negatio bonitatis maioris, alioquin non daretur gradus in actibus bonis, sed soli summe boni actus effugerent rationem peccati: sed exigitur q̄ sit inordinatus, nisi enim a diuino ordine declinaret peccatū non esset. Deordinatio aūt actus effusiuæ pecuniæ sicut & cęterarum moralium actionū, tūc tm̄ est, quum nō sua, uel ad id qd̄ non dēt, vel quū non debet, &c. impenditur pecunia: nisi. n. aliquid quod debuerat adesse, desit, aut quod debuerat abesse, adsit, peccati ratio non saluatur; quocirca ad debiti rationem oportet spectare peccati iudiciū. Et hinc fit, vt licet melius faceret qui pecunias suas in eleemosynas daret, quam si expenderet eas in humanis officiis defunctorum, quę sunt consolationes viuorum: non tm̄ peccaret expendens eas pro honorabilibus exequiis, quia non tenetur illas pecunias dare pauperibus, & actus exequiarum humanus iuxta statum personæ & patriæ morem nō est deordinatus. Vnde in proposito, quū dare eleemosynam sit præceptum affirmatiuū, obligans tm̄ pro loco & tpe: si in casu loquimur, quo præceptū de eleemosyna obligat, non est dubium q̄ negans illam, vt det pro indulgentia peccet: nō enim sunt facienda mala, vt veniāt bona. Si autem sumus extra casum, in quo præceptum de eleemosyna obligat: quamuis pauper occurrat petens eleemosynā, licite potest quis omittere eleemosynā & dare pro indulgentia non minus, quàm posset illam simpliciter omittere, & quam posset pecuniā illā in vsus suos cōuertere. Vnde Dns Mariam a discipulis defendit, obijciētibus q̄ pretiosum vnguentum quo multis potuisset subueniri pauperibus in vnum humanum opus perderet: affirmans q̄ bonum opus operata est. Vbi ex subiuncta ratione, Pauperes em̄ semper habebitis, &c. docuit, q̄ concurrentib. duobus bonis, altero continuo, altero pro instante cōmoditate, licitū est omisso pro tunc maiori ex suo genere bono, dare operam minori illo tempore occurrenti: ad hoc enim spectat, quòd pauperes adsunt, ipse autem non semper.

Ad primam autem obiectionem dicitur quòd ordo præceptorum ad consimilia est in præcepto tunc tantum, pro quāto præceptum affirmatiuum obligat: extra tempus siquidem pro quo obligat, liberum est cuique consilia sequi. Sic autem esse in proposito supponitur.

Ad secundam negatur, quòd talis agat contra doctrinam Ioan. Euang. quia Ioannes loquitur pro quanto præceptum affirmatiuum obligat: certo autem certius constat, quòd non quælibet necessitas fratris uisa constituit tempus. pro quo præceptum eleemosynæ obligat. Vnde glossa ibidem dicit in verbo necessitatem victus vel uestitus. Multi autem sunt pauperes habentes victum & vestitum, ut patet de Gabelo apud Tobiam. Et rursus glossa ibidē de substantia superflua exponit, dicens, Si superflua non potes dare fratri, animam tuam non potes ponere pro fratre. Non loquitur ergo Ioannes de qualibet necessitate fratris, nec de quolibet habēre substantiam huius mundi: sed de superfluam substantiam; habente iuxta verbum Domini: Quod superest, eleemosynam date, Luc. 11. Nec propterea ego abundans teneor huic pauperi dare, quāuis teneat dare eleemosynam, si recta rō moralium actuum regula est. Vtrum autem sola extrema necessitas, tēpus: pro quo præceptum obligat determinet, alia quæstio est: & alibi memini me scripsisse post S. Th. quòd quantum est ex parte necessitatis pauperis sola extrema necessitas determinat tps, pro quo præceptū de eleemosyna obligat ad peccatum mortale. Sed extrema necessitas non intelligitur, qñ prope mortem homo est, tunc enim non pōt sibi subueniri, sed quando est adhuc tempus vtiliter subueniendi, nec apparet alia via, qua illi subueniatur, si a me non sibi succurritur: tunc enim necessitas est extrema; licet longe sit a morte. Rursus licet necessitas non extrema non obliget ad peccatū mortale omittentem eleemosynam, magna tamen necessitas visa a potenti sine suo incommodo subuenire, rationabiliter tenetur, obliget etiam ad peccatum, quamuis non mortale. Sicut enim secundum philosophos in actibus bonis, quod est prope mediū, ad uirtutis actum spectat, ita in oppositis non solū qui totaliter declinat, peccat; sed etiam qui prope ad uitium appropinquat, & secundum Theologos non solum qui contra præceptum; sed qui præter præceptum facit, peccat. Et propter istam latitudinē, quia necessitas proximi visa quandoque ad mortale, qñque ad veniale, quandoq; ad nullum obligat peccatum: Ioan. Euang. dixit, Quomodo charitas Dei manet in illo? & non manifeste asseruit charitatem Dei non manet in illo. Quamuis assertiue intellecta verba illa, secluſa superfluitate bonorum, de extrema necessitate accipienda sint, quoniam tunc tantum debita negatur subuentio in notabile dam num proximi uergens; & propterea fit contra charitatem proximo debitam. Extra hanc autem necessitatem, aut subuentio nō est ad hoc debita, aut non est illatiua damni notabilis proximo, & sic non fit contra charitatem debitam, sed aut præter eam, aut nec præter, nec contra illam.

Et quum contra hoc arguitur: primo, quia secūdum hoc charitas nunquam, aut raro haberet locum operandi, negatur sequela, quoniam charitas etiam sine præcepto operari potest & frequentissime eleemosynę opus operatur. Et quum dicitur secundo, quia quilibet vellet sibi extra necessitatē extremam subueniri; cōceditur, sed negatur sequela, ergo subuentio est in præcepto.

Non enim omne quod volumus nobis fieri, cadit sub præcepto, vt alii nobis faciant: quilibet enim uellet nunquam sibi mendacium dici, non tamen propterea sequitur, ergo quilibet mentiens facit contra præceptum. & sic de aliis. Augustę die 7. Octobris. 1518.

Quę-

QVAESTIO IIII.

Num indulgentia absoluendo ab iniunctis pœnitentijs absoluat a pœna debita peccato apud diuinam iustitiam.

QVæritur vtrum indulgentia absoluēdo ab iniunctis pœnitentiis, absoluat a pœna debita peccato apud diuinam iustitiam. Et uidetur quòd non.

Primò, quia iniunctæ pœnitentiæ ab hoīe, sicut non obligant nisi in foro ecclesiastico, ita earum absolutio non est nisi in foro ecclesiastico.

Secundò, quia pœnitētia volūtaria, de qua Christus dicit, pœnitentiam agite, est de præcepto Christi & de essentia pœnitentiæ spiritualis, ac omnino de necessitate salutis: & consequenter non est in potestate sacerdotis cuiusque dimittere illam. Est enim mortificatio passionum & crux portanda post Christum.

Tertiò, quia potestas ligandi atque soluēndi par est: sed Papa non potest ligare nisi ad pœnam canonicam; ergo non potest absoluere nisi a pœna canonica.

Quartò, Satisfactio sacramentalis non dr̄ satisfactio, quia satisfacit pro culpa simpliciter, sed quia satisfaciat secundum statuta ecclesiæ: ergo absolutio ab illa nō est absolutio a satisfactione simpliciter. Antecedēs probat̄, qa dicendo pro culpa satisfit p pœnam mortificationis proprie, & huiusmodi.

In oppositū autem est cōmunis ecclesiæ sensus.

Ad euidentiam huius sciendum est, quòd pœna canonica (hoc est iniuncta a sacerdote in confessione sacramentali) & pœna satisfactoria pro culpa secundum diuinam iustitiam, non se habent sicut duæ pœnæ, sed se habent sicut pœna indeterminata & pœna determinata. Sicut etiam præceptum de confessione faciendaeditum a Deo & ab ecclesia, non præcipit duplicem cōfessionem, sed se habet ecclesiæ præceptum ad diuinum vt determinatum ad indeterminatum. Illud enim idem quod præcipit Deus, præcipit ecclesia: sed Deus præcipit, quod confiteamur non determinando tempus, ecclesia idem præcipiendo determinat, scilicet in singulis annis: vnde vna & eadem est confessio præcepta a Deo & ecclesia, & proculdubio vnica confessione implet, qdlibet præceptum Dei & ecclesiæ; ridiculum quippe esset semel confiteri, ut obediatur Deo & iterum vt obediatur ecclesiæ.

Simile quid est videre in proposito: nam pro peccato commisso (puta periurio) tenetur ex diuino præcepto homo satisfacere; sed non determinate per istam vel illam pœnam: nam potest satisfacere per eleemosynam, vel per ieiunium, vel orationem. Et pro eodē peccato tenetur ex iniunctione sacerdotis imponentis satisfacere per determinatam pœnam, puta ieiunium septem annorū. Nec tenetur pœnitens ad duas pœnas: alteram satisfactoriam apud Deum & alteram satisfactoriā ecclesiæ: sed implendo iniunctam ab ecclesia, satisfecit Deo & ecclesiæ; vel pro tota pœna debita illi peccato (si imposita a sacerdote adæquat debitam secundum diuinam iustitiam) vel pro parte illa quę correspōdet impositæ, si pœna imposita minor est illa quæ secundum diuinam iustitiam determinanda erat. Nec hęc uoluntarie dicimus: sed euidenter monstramus discurrendo per omnes actus præceptosab vtrisque, s. Deo & ecclesia: ut patet in præcepto de obseruatione festorum & præcepto de obseruatione ieiuniorum. Vnum enim atque idem est quod a Deo ecclesiaque præcipitur, ab illo indeterminate, & ab ista determinate, & dum ecclesiæ obeditur, nō remanet homo obligatus ad Dei præceptū iterum implēdum circa illud. Et simile est in aliis. Quocirca Deo ecclesiaque idem præcipiente, vnus atque idem actus fit debitus duplici vinculo, scilicet Dei & ecclesiæ. Et propterea putari potest, q̄ si iniuncta pœnitentia relaxatur per indulgentiam, non remittitur pœna satisfactoria simpliciter, & absolute, sed solum vt est debita ex vinculo ecclesiæ. & propterea remanet, vt est debita ex vinculo diuinę iustitię. Sicut quum papa relaxat ieiuniū alicui personæ, non concedit illi, quòd non impleat Dei, seu naturę præceptū de ieiunio, sed quòd non arctetur ex vinculo ecclesiastici præcepti ad ieiunium. Et fm hanc viam sicut ligat sacerdos ad pœnam nouum adijciendo vinculum determinādoque per qualem quantamque pœnam satisfacere debet pœnitens: ita absolueret per indulgentiam tollendo uinculum ecclesiæ, & determinationem ad talem pœnā. Fallitur autem opinio hęc in hoc, quòd non discernit inter absolutionem per viam indulgentiæ & absolutionem per viam licentiæ. Absolutio enim per viam licentię cōmunis est omnibus principibus ecclesiasticis & secularibus, cum quilibet potest soluere, quæ ligauit, licentiam præbendo, vt non teneatur iussa a se adimplere, & de huiusmodi absolutione verificatur licētia ieiuniorum & similium. Sed quod non sit absolutio p indulgētias, patet ex eo, quod innititur illi priuilegio Christi, Quodcūque solueris super terram, certum est enim absolutionem concessam per hoc priuilegium, non esse illam, quæ cōmunis omnibus principibus est, ad quam nō est opus priuilegio, sed statim vt quis est princeps habet illam. Amplius absolutio per modum licentię, extēdit se indifferenter ad singula positiui iuris: pōt enim ita relaxare obseruationem vnius præcepti iuris sicut alterius, vt patet. Absolutio autē Petro concessa ex priuilegio Christi habet pro materia ea, quæ regni cœlorum sunt (dicente Christo, Tibi dabo claues regni cœlorum) & specialiter culpæ (vt patet ex verbo Christi: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis) & pœnas pro culpa, vt patet ex verbo Christi Matth. 18. Vbi quum dixisset, Si ecclesiam nō audierit, sit tibi velut ethnicus, subdit, Amē dico vobis, quęcunque alligaueritis super terram, &c. Amplius, si indulgentię non essent nisi relaxationes vinculi a sacerdote vel canone impositi, decepta esset vniuersitas fidelium, credētium nō solum vinculum, sed ipsas pœnas remissas esse. Alio ergo modo absolutionem per indulgētiam fieri, ex eo cōuincitur, q̄ indulgentia vere acquisita, tenēt cōis ecclesiæ & doctorum sensus satisfeciſſe hominem illum, ac si pœnitentiam correspondentem illi indulgentię perfeciſſet. Et hoc enim manifeste sequitur, quòd indulgentię absoluendo ab iniunctis pœnitentiis absoluunt non solum a vinculo per sacerdotem, aut canonem appositō: sed etiam a pœna temporali debita secundum diuinam iustitiam peccato, quanta correspōdet illi acquisitę indulgentię. Nec est parui momēti ratio sumpta a communi sensu ecclesię & doctorum sacrorum: sed est tātę authoritatis, vt nō nisi temere liceat sentire oppositum. Et cōfirmatur sententia hęc: quoniam sic verè relucet operatio priuilegij Petro cōcessi. Quodcunque solueris super terram: absoluere enim a pœnis peccato debitis in foro diuinę iustitię, non principis, non iuris humani: sed diuinę est potestatis Petro cōmunicatę a Christo. Amplius, Clemēs 6. tradidit expresse,

expreſsè, quòd indulgentia remittit pœnam tẽporalem pro peccato debitam: vt patet in extrauagante ab orbe acceptata de Iubilæo quinquageſimo quoq; anno: & habetur in extrauagantium cõmunium titulo, de pœn. & rem. c. vnigenitus. Non licet autem contra apoſtolicæ ſedis doctrinam ſentire.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quod pœna iniuncta ab homine, ſeu canone eſt duplex: quędam ſimpliciter appoſita ab homine, vel canone, vt excõmunicatio, carcer, & huiuſmodi, & hęc non ligant niſi in foro eccleſiaſtico. Quędam verò ſunt appoſitæ ab homine ſeu canone, & appoſitæ ſolum quo ad quantitatem & qualitatem, vt ſuppoſitas pœnas euacuent. Et iſtæ obligant partim in ſolo foro eccleſię, pro quanto non tenẽtur niſi in hac vita implere illas qualitates: & partim ſimpliciter aquad Deum; pro quanto ſi non ſecundũ iniunctas qualitates ſatisfecit, tenetur ſatisfacere apud diuinam iuſtitiã in alia vita de tota illa pœna, quę euacuata fuiſſet, ſi ſecũdum iniunctas ſatisfeciſſet. Vnde ſicut pœnitentia ſacramentalis obligat in foro Dei, ita abſoluit in foro Dei.

Ad ſecundam dicitur, quod eccleſia poteſt abſoluere per indulgentias à pœnis debitis ex pręcepto, & vinculo diuino. Nec hoc facit eccleſia humana, ſed diuina authoritate ſibi conceſſa ex priuilegio, Quodcunque ſolueris. Petrus enim ut vicarius, & miniſter Chriſti agit authoritate Chriſti. Nec mirum ſi poteſt abſoluere a pœna debita ex pręcepto Chriſti, & ad quam obligat interior pœnitentia, & quę eſt de neceſſitate ſalutis, quia poteſt abſoluere a culpa, quę tantum excedit pœnam ut Iudæi dixerũt, Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus Deus. Sacerdos enim miniſterialiter abſoluit a culpa, & remittit peccata confitentium ſibi dicente Chriſto: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et multo magis põt Chriſti miniſter abſoluere a pœnis: quũ. n. culpa & pœna impedimẽta ſint regni cęlorum (quia & nihil coinquinatum intrabit illud, & abſterget Deus omnem lachrymam, nec dolor erit vltra, &c.) ad claues regni cęlorum ſpectare neceſſe eſt vtrunque impedimentum tollere: alioquin aperire regnum cęlorum fidelib. non ſufficerent. Conſtat autem ſufficere in patiente diſpoſito, & reliquis concurrentibus requiſitis. Quocirca pœna ad quam peccator ex Dei præcepto tenetur, & quam pœnitentia interior operatura erat pro peccato, & quę de neceſſitate ſalutis æternæ habendæ implenda erat, per indulgentiæ abſolutionem vere acquiſitam ſublata, & deſinit talis homo ad illam obligari, & ex diuino præcepto: & ex pœnitentia interiori, & ex fine ſalutis æternæ, quia iam ſatisfecit per aliam viam, ſ. per abſolutionem indulgentiæ, & hoc Chriſti authoritate per ſuum miniſtrũ rite exquuta. Quod autem dr̃, quòd pœnitentia; ad quam tenetur peccator, eſt crux Chriſti, & mortificatio paſſionum, iam a priſcis ſolutum doctorib. dicentibus, quòd pœnæ in quantum ſunt medicinę paſſionum, non ſupplentur per indulgentias: & propterea debemus etiam indulgentiis acquiſitis pœnitentiam agere, vt medicinam paſſionum noſtrarum; Inquãtũ uerò ſunt ſatisfactiuæ pro peccatis cõmiſſis, ſic ſuplẽtur per indulgẽtias. Et ſimiliter eſt diſtinguendũ de cruce poſt Chriſtũ portãda, & ſimilib⁹.

Ad tertiam dicitur, quòd propoſitio aſſumpta (ſcilicet poteſtas ligandi atque ſoluẽdi par eſt) eſt cũ grano ſalis intelligenda, quia etſi eſt par quantum ad materiam (quia utrobique Dominus dixit, Quodcunque, ſicut enim dixit, Quodcunque ſolueris, Petrus enim miniſterialiter abſoluit a culpa, ita dixit, Quodcunque ligàueris) non tamen eſt par quo ad modum. Nam & peccata ſacerdos miniſterio authoritatiuo tollit, ita quòd ſoluendo facit de peccatore iuſtum, non poteſt tamen miniſterialiter ligando facere de iuſto peccatorem. Ex hoc enim patet, quod alio modo ſoluit quam liget Petrus quantum ad culpas: & ſimiliter fas eſt, vt alio modo pontifex liget, quam ſoluat pœnas. Abſoluit enim miniſterialiter & per ſacramentalem abſolutionem, & per indulgentias a pœnis ſecundum diuinam iuſtitiam debitis: ligat autem ad pœnam ſicut ad culpam. Nam ſicut ad culpam ligat, vel nõ remittendo, vel præcipiẽdo aliquid, cuius tranſgreſſio conſtituit peccatorem: ita ligat ad pœnam, vel non remittendo, vel agẽdo, vnde per ſeipſum quis incurrat debitum pœnæ apud diuinam iuſtitiam. Sub hac autem diſtinctione dicitur ad maiorem, quod ſi ſermo ſit de poſſe quibuſuis modis papa poteſt ligare ad pœnam canonicam, & non canonicam, hoc eſt abſolute apud Deum, (vt patet ex dictis) & ſimiliter abſoluere. Si vero ſermo ſit de poſſe tali modo, ſcilicet directe imponendo vel tollendo, ſic minor eſt falſa: quia non æqualiter ſe habent quo ad modum claues in ligando & ſoluendo. Poteſt enim directe abſoluere quod non poteſt directe imponere, vt in culpa.

Poteſt & nihilominus ad minorem aliter reſpõderi dicendo, quòd in canonica pœna quę in foro pœnitentiæ iniungitur in ſatisfactionem, claditur pœna q̃ in foro pnię iniungit̃ in ſatisfactionem, claudit̃ pœna debita peccato coram diuina iuſtitia: quoniam eadem eſt pœna ſuppoſita, & qualificata ab homine uel canone, vt patet ex dictis. Et propterea ſicut ſacerdos ligando ad pœnam canonicam, ligat ad pœnam ſimpliciter veſtitam qualitatibus appoſitis ab homine uel canone: ita abſoluendo ab huiuſmodi pœna canonica, abſoluit & a pœna ſimpliciter. Nam abſoluendo a pœna qualificata per hominem uel canonẽ, abſoluit & a pœna & a qualitate: qui enim abſoluit a toto, abſoluit a qualibet illius parte quia toto includitur pars. Et ſic dato quòd non liget niſi ad canonicam, nec abſoluat niſi a canonica, adhuc habetur intentum, quod ligat & abſoluit in pœnam ſimpliciter debitam in ſatisfactione pro peccato. Põt & tertio dici ad eandem, quòd quia actus & potentia diuidunt ens, & quodlibet genus entis, & ad idem propterea genus ſpectat homo in potentia & homo in actu & album in potentia & album in actu: & ſic de aliis: ideo etiam pœna canonica diuiditur in canonicam in actu, vel in potentia, & utraque infra genus canonicæ pœnæ clauditur. Et quod eccleſia non ſolum poteſt ſuper pœnas canonicas in actu, ſed etiã ſuper pœnas canonicas in potentia. Immo de facto eccleſia per canones pœnitentiales & per arbitrium confeſſorum, nihil aliud facit quam quòd pœnas debitas ſimpliciter pro peccatis, quæ ſunt canonicæ in potentia facit canonicas in actu adhibendo illis formam canonicam, puta tot dies ieiunii, &cęt. Ac per hoc eccleſia ex hoc ipſo, quòd poteſt ſuper pœnas canonicas tam actu quam potentia, poteſt ſuper omnem temporalem debitam pro ſatisfactione peccatorum: quoniam omnes tales pœnæ ſunt canonicæ aut in actu aut in potentia: hoc eſt ſunt aut determinatæ per canones, aut determinabiles, ſunt aut iniũctæ per ſacerdotẽ, aut poſſunt iniũgi. Et ppręa licet Eccleſia in indulgẽtiis non conſueuerit niſi iniunctas pœnas remittere, ga ita ſonãt, poſſet tñ ẽt nõ iniunctas remittere:

sequitur enim hoc ex nunc probatis, & fulcitur au thoritate diui Th. aliorumque doctorum.

Ad quartam dicitur, quod ly simpliciter, in duo bus sensibus sumi consueuit. primo, vt equiualeat ad ly totaliter, secundo, vt excludat additionem, vt Aethiops non dicitur albus simpliciter, sed cum additione dr albus dentes, nō autem quia dicimur albi sine additiōe aliqua, dicimur albi simpliciter. In proposito ergo si Simpliciter sumitur, pro Totaliter, sic satisfactio sacramentalis quandoque satisfacit simpliciter, & quandoque non simpliciter: sed partialiter, quia quandoque adequat pænā debitam peccatis, & quandoque non, & hoc est manifestum. Si autem sumitur pro sine additione, sic satisfactio sacramētalis semper satisfacit simpliciter, dummodo pœnitens agat illam rectè dispositus: qa non solum satisfacit ecclesię, sed Deo pro tanta pœna debita peccatis, quanta correspondet illi satisfactioni sacramentali. Nec hęc voluntarie dicimus, sed probata efficaciter sunt ex supradictis. Augustæ die 29. Sept. 1518.

QVAESTIO V.

Num indulgentiis liberentur defuncti a pœnis purgatorij.

QVæritur vtrum ob plenariam indulgentiam concessam pro defunctis, & acceptatā a viuis pro certis defunctis, animę illorum defunctorum in purgatorio existentes liberentur totaliter a pœnis purgatorii. Videtur enim quod sic, quia indulgentię tantum donant quantum sonant: sed plenaria indulgentia sonat remissionem omnium pœnarum: ergo, &c.

Propterea, Indulgentia valet (ut dicunt doctores) per modum solutionis, ac per hoc indulgētia plenaria valet per modum solutionis plenariæ: sed facta solutione integra alicuius debiti liber est debitor ab vniuerso quod dēbat: igitur habita indulgentia plenaria liberaretur aīa à pœnis purgatorij.

Propterea, Doctorum sententia est, qꝫ concurrētibus tribus, s. authoritate in dante, pietate in causa, & gratia in recipiente, indulgētia valet; sed hic cōcurrunt omnia: ergo. ET confirmatur ex authoritate prędicationis ecclesiasticę: multi enim prędicādo hoc dicunt.

In oppositum autem est, qa ex hoc sequeretur, quod per indulgentias posset pontifex expoliare Purgatorium.

Ad euidentiā huius difficultatis suppositō (prout rei veritas est) indulgentias non nisi per modū suffragij prodesse defunctis, tria sunt præmittenda & postmodum respondendum quęsito. Primum præmittendum est de ista indulgētia in se, quid sit plenaria indulgentia per modum suffragij. Secundum est de modo seu via, quomodo perducatur indulgentia ad animas in Purgatorio. Tertium est de ipsarum animārum in Purgatorio dispositione ad percipientem indulgentiæ fructum.

Quò ad primum, à quid nominis inchoando, quia suffragium auxilium significat, & in proposito de ecclesiastico suffragio est sermo, modus suffragii modū ecclesiastici auxilii denotat: ita quòd indulgentia per modum suffragii significat indulgentiā per modum ecclesiastici auxilij: hoc est per modū, quo nos per pia opera nostra suffragamur, seu auxiliamur defunctis. Nequit autem intelligi modus iste suffragii nisi ecclesiæ suffragia perspecta fuerint: qñ ad horum similitudinem indulgētia suffragij modum induit. Et quum trifariā nīs operib. suffragemur defunctis (vel morēdo bonis operibus, de congruo tamen, defuncti alicuius liberationem a Purgatorio, vel impetrādo nostris orationibus illam, vel satisfaciendo nostris passionib⁹, seu pœnalibus operibus pro illis) & indulgentiam supponamus fieri ex thesauro superabundantium in ecclesia passionum, seu pœnalium operum, cōsequens est, si singulis reddenda sunt, vt indulgētia quæ pœnarum solutionem ecclesiastica authoritate collatam sonat, quum ad modum ecclesiastici suffragii determinatur, non cuiuscunque ecclesiastici suffragii, sed satisfactorii suffragii modum induat. NAm quum indulgentia, in quantum indulgentia, non sit nisi meritoria, neque impetratoria, sed satisfactoria: consentaneum rationi est, vt non induat modum suffragij meritorij, neque modum suffragij impetratorij, sed modum suffragij satisfactorij: ita quòd indulgentia per modum suffragii, est cōcessa ex thesauro ecclesiæ opus satisfactorium per modum ecclesiastici suffragij satisfactorij: hoc est per modum, quo nostra satisfactoria suffragia opē ferunt. Hæc de primo.

Quo ad secundum, quia scilicet via indulgentia per modum suffragij perueniat ad animas in Purgatorio, in promptu est, unde manifestum fiat. Ex hoc enim ipso, quòd indulgentia modum ecclesiastici suffragij satisfactorij induit, una eadem est uia per quam ecclesiæ suffragia satisfactoria pro defunctis facta (ut ieiunia, peregrinationes, & alia huiusmodi) ad defunctorum animas perducuntur, & p quam indulgentia per modum suffragij ad illas peruenit. Et uia hęc non est uia iustitiæ, sed via gratię seu misericordiæ: quoniam vniuersa ecclesiæ suffragia diuinam efflagitant gratiam; qua hæc accepta sint pro animabus illis purgandis, quibus suffragari intendimus. Quod ex duob. ad propositum spectantibus declaratur. primo ex hoc, quòd pœnę nostrę (ut diuus Thom. docuit) sunt alterius & deficientis rationis a pœnis animarum separatarum, sicut pœna pecuniaria est alterius ac deficientis rationis à pœna seruitutis. Hinc enim fit, ut sicut seruitus pecunia non redimitur secundum iustitię rigorem, sed secundum Domini acceptationem: ita pœnę animæ separatę pœnis nostris non redimuntur secundum iustitię rationem, sed secundum diuinę misericordiæ dispensationem. Secūdo ex hoc quòd alter est forus noster, in quo nos patimur, & alter ac latior, in quo animæ separatę puniūtur: noster est forus mitis, quasi canonicus vel ciuilis, ille rigorosus, quasi sanguinis & criminalis. ET propterea si quis hic ob debitam pecuniam in seruitutem redactus esset (ut olim fiebat) aut clericus in forum sanguinis decidisset: sicut non sufficeret ampliuspecunia ad redimendum illum, nec pœnæ canonicę sufficerent ad redimendam clerici uitam: ita non non sufficiunt passiones nostrę ad satisfaciendum pro pœnis animarum in purgatorio, quæ tamen nostræ passiones sufficissent ad satisfaciendum p eorundem relictorum pœnis in hac uita soluēdis, antea scilicet quam in pœnas alterius rationis essent translatę in foro irę ac rigoris diuinæ iustitiæ: qualis est forus, in quo puniuntur animæ separatę, spectant enim illarum pœnę ad statutum pœnarum inferni. Nec putes propterea ecclesiæ suffragia satisfactoria pro defunctis esse uana, aut incerta, sed scitò esse utilia & certa: sicut etiam utilia sunt & certa suffragia ōrationum pro illis, quæ constat diuinæ misericordiæ inniti. Bene siquidem nobiscum, & cum illis agitur, si diuina gratia acceptatę, ecclesiæ suffragia satisfactoria ad releuamen animarum,

quæ

quę in alia vita puniuntur, deducuntur. Nō est no bis via iuris aliqua adeundi forum illum ad alicuius redemptionem, sed gratia opus est. Manifestius quoque fit quod dicimus locum habere in indulgentijs pro defunctis, ex differentia inter modum, quo conceditur defunctis, & quo cōceditur viuis: nam defunctis conceditur per modum suffragij: viuis autem per modum absolutionis, vt patet extra, de pæn. & rem. ca. quod autem. Vbi videre potes, ꝙ ecclesiasticus princeps vtobique authoritatiue habet actum dispensandi thesaurum ecclesię, sed respectu viuorum superaddit actum absolutionis: respectu verò defunctorum nullum addit, prie loquendo, actum: latius tamen loquendo, addit actum modificatiuum ad suffragia ecclesiastica. Et merito sic fit: quoniam nos, qui viuimus, sumus subditi pontifici, & pœnæ nostræ ad forum præsentis vitæ spectant; & propterea seruatis seruādis, indulgentia ad viuos defert viam iustitiæ per iudicis actum, s. absolutionem. Existētes autem in Purgatorio (vtpote extra ecclesiæ presentis forū) à papa absolui non possunt, sicut nec ligari, & ideo indulgentia, quàm authoritatiue ex thesauro ecclesię confert illis per modum auxilij, ad eorū sub leuationem mittit confidens in diuina misericordia quòd acceptabitur ad subleuamen eorum, qui in foro ire & furoris Domini puniuntur, purgādi. Est simile acsi sit princeps ciuitatis alicuius, ex ærario publico liberaturus omnes ciues ære alieno grauatos, quorum aliqui sub suo dominio, alij in alieno iam propterea seruituti additi essent. In hoc enim casu princeps ex publico ærario authoritatiue nummos dispensaret pro istis & illis: sed degentes sub sua iurisdictione etiam iudicialiter absolueret a debito; ad degentes autem alibi seruos non posset nisi per modum auxilij subuenire cū pecunia illa, & alterius gratiam ac absolutionem expectare. Simili mō ecclesiasticus princeps ex thesauro ecclesiæ viuorum ac defunctorum pœnas pro peccatis debitas soluturus vtrisque thesauri ope dispensat: sed viuis applicat absoluendo illos, defunctis autem applicat auxiliando, hoc est vt ecclesię satisfactiua suffragia ad defunctorum liberationē dirigendo. Notanter autem dico, ecclesiæ, quoniā satisfactiones ex thesauro ecclesiæ dispensari intelliguntur, si proprie loquendum est, non ita ut sint istorum, quibus conceduntur, tanquā ipsimet opera illa fecissent, aut illi, qui fecerunt fecissent specialiter pro istis: sed tanquam ecclesię communia suffragia appropriantur singularibus personis. Est siquidem inter sacramentorum & indulgentiarum efficaciam differentia ad propositum, in hoc quod remissio pœnæ per sacramentum fit ex intentione ipsius Christi, cuius est sacramenti operatio, ita ꝙ iste suscipiens sacramentum releuatur à tanta pœna, ac si ipse passus fuerit patiente Christo, ut sacramentum Baptismi testatur, docente hoc Apostol. ad Rom. 6. & diuo Th. in 3. par. q. 69. Per indulgentiam autem, remissionem pœnæ consequimur, tāquam ecclesia pro nobis illa passa fuerit, quoniam abundantia passionum Christi, & Sanctorum ecclesiæ dispensationi credita, intelligitur donata ecclesię, vt commune ipsius ecclesiæ bonum, ac per hoc per ecclesię rectores, vt ipsius ecclesię sunt, ex intentione ecclesiæ applicanda his vel illis. Deuenerunt siquidem passiones istæ ad thesaurum ex ecclesię intentione Christi & sanctorum ad commune ecclesię bonum in generali, & commissa sunt, ut ex intentione ecclesiæ ad hos vel illos. Et hoc ex

A plicatur in forma indulgentiarum pro defunctis, quum per modum suffragij proculdubio ecclesiæ conceditur. Deducitur igitur indulgentia ad defūctos nō iustitia, sed gratię diuinæ acceptatione duce. Hæc de secundo.

Quò ad tertium prima fronte apparet, quòd indulgētię sicut & alia communia ecclesia suffragia omnibus in Purgatorio existentibus pro quibus fiūt, prosint quoniam omnes tales inter ualde malos & valde bonos medij sunt, quibus secundum Augu. doctrinam ecclesię prosunt suffragia. Si tñ diligentius perspexerimur, oppositum apparebit, sectando Augustini doctrinam in Enchridio, & in li b. de Cura pro mor. agen. recitatam à Grat. 13. q. 2. Videtur enim quod ecclesiæ suffragia saltem spe
B cialia, & similiter indulgentię, quæ ut specialia suffragia subrogantur, illis solis defunctis prosint qui in hac vita meruerunt, vt Purgatorio hæc illis prodesset. Et quoniam fructus, quem ex suffragiis animæ quæ purgantur, percipiunt, ad præmium accidentale spectat, quum sit pœnę temporalis remissio, consequens est quod non ad essentiale, sed accidentale meritum pertineat mereri in hac vita, vt suffragia prosint in alia uita. Et si his adiunxeris, ꝙ huiusmodi accidentalia merita non sunt omnibus in gratia decedentibus ad Purgatorium ducendis, perspicuum erit, quod non omnibus in Purgatorio indulgentiæ & alia specialia suffragia prosunt, qa non omnes hic meruerunt, ut hæc illis possint prodesse, quamuis omnes hic meruerint, ut hæc il
C lis possint prodesse, quia hoc spectat ad meritum essentiale. Eodem enim merito, quo meruerūt vt tam æternam tandem eis exhibendam, meruerūt, vt Sanctorum communione iuuari interim, & tādem frui possint. Videntur autem ad accidentalia hęc merita spectare, deuotio magna ad claues ecclesię indulgētiæ donatiuas, misericordia, solicitudo ad satisfaciendum pro peccatis, studium ad suffragandū defunctis, & similia. Et confirmatur quod dicimus authoritate diui T. dicentis in 3. par. q. 52. ar. 8. ad primum, ꝙ in descēsu Chri ad inferos nō solum liberati sunt illi, quorū tēpus purgationi ad
D uenerat, sed illi qui ob specialem in hac vita deuotionē ad Chri aduentū, meruerunt, vt Chro visitā te liberarent. Vbi uidere potes accidentali merito in hac uita tributū, ut pænæ remissio ī Purgatorio accelerata fuerit. Dicēdū ergo vī, ꝙ oēs, qui in Purgatorio sunt, pūt ecclesię suffragijs & indulgētijs iuuari, sed de facto specialib. suffragiis & indulgētiis non oēs iuuantur, sed illi soli, qui hic meruerunt, vt illi iuuarentur. Cōibus aūt suffragiis pie puto oēs iuuari; plus tñ & minus ꝑm diuinæ dispositionis gratiam. Nam qui in hac uita defunctos obliuioni dant, satisfaccreque propriis peccatis negligunt, & sui ita sunt, vt vix cum gratia discedant, a
E lienos a fructu omnium suffragiorum ibi credidere im, quamuis multa pro eis hic fiāt, diuina vlciscēte iustitia, huiusmodi duritiam cordis atque incuriam. Hęc de tertio.

Ex omnib. aūt prēmissis facile patet respōsio ad quęsitum. Liquet nanq; nō omnes animas in Purgatorio oportere liberari propter plenariā indulgentiam illis concessam, tum quia multę earū sunt forte de illarum numero, quæ hic non meruerūt, vt huiusmodi indulgentię illis prodessent: tū quia non constat, si huiusmodi indulgētia per modum suffragii coram diuina acceptata sit gratia pro illa anima.

Ad primum ergo argumentum dicitur, quòd

indulgentię tantum donant, quantum ſonāt: apud tamen aures doctas, apud quas indulgentia plenaria ſonat remiſſionem omnis pœnæ pro peccato actuali iniunctę. Et ſi extenderetur ad nō iniunctā, ſemper ſubintelligeretur modus ſuffragij, qui non minuit rationē plenarię, ſed apponit modum, quo indulgentia plenaria ſit auxiliaris tantum.

Ad ſecundum dicitur, quòd indulgentia plenaria in præſenti foro eſt abſolute indulgentia: & iō ualet per modum ſolutionis plenariæ. Sed indulgē tia plenaria relata ad forum alterius vitæ, quia ut ſic induit modum ſuffragii, valet per modum ſolutio nis plenariæ, ſuffragando tantum: ac per hoc expectando diuinæ gratiæ acceptationem. Et propterea licet indulgentia plenaria ſolueret: nihil tamen fie ret niſi abſolutio acceptet a principe, cui' intereſt.

Quamuis poſſit etiam dici vltra plenariam ſolu tionem requiri, quod ad debitorem perueniat fru ctus ſolutionis, qui poteſt impediri ex hoc, q̄ debi tor non meruit in iſta uita quod hęc plenaria ſolu tio ei proſit, ut declaratum eſt.

Ad tertium dicitur, q̄ concurſus illorum trium propoſito nihil officit: quoniam non eſt hic ſermo de indulgentia ſimpliciter, ſed de ipſa per modum ſuffragii, qui modus licet non mutet indulgentiā, nec ipſius plenitudinem tollat: mutat tamen mo dum perueniēdi ad eos, quib. prodeſt, qm̄ ponit mo dum perueniēdi per viam gratię. Hoc enim, ut de claratum eſt, importat modus ſuffragij.

Ad confirmationem autem de prędicatoribus dicitur, quod prędicatores eccleſię perſonā agunt dum prędicant Chriſti & eccleſię doctrinā. Dum autē ex proprio ſenſu aut cupiditate dicunt ea quę neſciunt, non agunt eccleſię perſonam, & ideo nō eſt mirum ſi in iſtiuſmodi verbis errant. Romę 20. Nouembris 1519.

CAPVT VI.

Num papa authoritate clauium det indulgentiam animabus in Purgatorio.

VTrum papa authoritate clauium det indul gentiam animabus in purgatorio. Et uidē quod non. Primo, quia poteſtas Petro data non niſi ſuper terram eſt, dicente Domino. Quod cunque ſolueris vel ligaueris ſuper terram.

Secundo, quia ipſe ſtylus literarum indulgentię pro defunctis expreſſe habet, q̄ per modum ſuffra gij indulgentia animabus datur: conſtat autem ſuf fragium non ſpectare ad poteſtatem clauium, ſed ad ſuffragantium auxilium.

Tertio, quia hęc poteſtas non habetur ex ſacra ſcriptura nec ex ſacris canonibus: ergo, &c.

In oppoſitum videtur authoritas literarum apo ſtolicarum.

Ad euidentiam huius ſciēdum eſt, quòd quum actus clauium ſit aperire, conſequens eſt, ut actus clauium regni cœlorum Petro conceſſarum ſit aperire regnum cœlorum, proculdubio ingreſſuris in illud, quos cōſtat oportere eſſe membra Chriſti. Aperiri ſiquidem regnum, quum nihil aliud ſit q̄ tolli impedimenta ingreſſus ad illud, ſicut duplicia ſunt impedimenta, ita dupliciter aperiri inuenitur regnum cœlorum. Sunt enim quædam impedimē ta naturę, hoc eſt ex peccato originali, & quędam impedimenta perſonę ex peccato actuali. Et quo ad impedimenta peccati originalis, aperuit Chri ſtus per ſeipſum regnum cœlorum per paſſionem mortemque ſuam (in qua etiam portas abſtulit: ut pote nunquam claudendas) & per Baptiſmum, in quo cœli aperti ſunt. Quo ad impedimenta vero perſonalia (quę, ſcilicet ex peccatis noſtris actuali bus ſunt: ut culpa & pœna pro actualibus debita) per Petrum aperire regnum cœlorum ſtatuit. Et propterea ſicut ad poteſtatē clauium Petri ſpectat tollere perſonalem culpam per ſacramentum pœ nitentię: dicente Domino, quorum remiſeritis pec cata, remittuntur eis: ita ad clauium Petri poteſtatē ſpectat tollere perſonalem pœnam, quæ ſcilicet, p actuali culpa eſt debita. Vtraque. n. impedit ingreſ ſum hominis ad regnum cęlorum: alioquin claues non ſufficienter aperirent, dum non ſufficerent ad tollendum utrunque genus perſonalis impedimen ti ad regni cęlorum ingreſſum. Et pericliteretur illa vniuerſalis a Domino data authoritas, Quodcunq; ſolueris ſuper terram: nam ſi pœna excipitur actua li peccato debita, iam non ad quodcunque ſoluen dum extenderetur clauium ſubiunctus actus per di cta uerba. Clauium igit Petri actus, cum ſit apire re gnum cęlorum Chriſti membris, tollendo pſonalia culpæ & pœnę impedimenta, conſequens eſt, vt quia indulgentię authoritate eccleſiaſtica datę ſer uatis ſeruandis tollunt pœnam pro actualib. pecca tis debitam, ad poteſtatem clauium pertineant. Et ſi his iunctum fuerit, quod indulgētię omnes eiuſ dem rationis ſunt quo ad cauſam & effectum (qa omnes ſunt ab eccleſiaſtica poteſtate diſpenſante theſaurum meritorum Chriſti & Sanctorum, quatenus ſatisfactoria ſunt; & omnes tollunt pœnam aliquam temporalem pro actualibus peccatis ſm diuinam iuſtitiam debitam] conſequens erit qđ indulgentia quæ pro defunctis conceditur, ad pote ſtatem clauium ſpectet: ad quam ſpectat cōcedere indulgentiam pro uiuis. Et confirmatur hoc ex ipſo Romanæ eccleſiæ ſtylo in literis indulgentiarū pro defunctis: duo enim ibi dicuntur, & q̄ apoſto lica authoritate indulgentia pro aīab. in purgato rio concedit, & q̄ indulgētia ipſa p modū ſuffra gii opituletur animabus in remiſſionem ſuarū pœ narum. Docet enim per hoc Rom. Eccleſia: quod apoſtolica ſedes theſaurum meritorum Chriſti & ſanctorum pro animabus in purgatorio diſpenſat authoritate clauium: ſola enim clauium poteſtas eſt āpoſtolica authoritate ſuper aperiendo cœlorum regno ex meritis Chriſti & ſanctorum animab. pur gatorii, tollendo earum pœnas impediētes illas ab ingreſſu regni cœlorum, ut patet.

Et quod ad animarum in purgatorio pœnas re laxandas indulgentiam conceſſam trāsfert per mo dum ſuffragii, & non per modū abſolutionis: quo ſcilicet abſolutionis modo indulgentiam impedit viuis, ut patet extra. de pœ. & re. c. quod autem. Vn de patet quod indulgentia conceſſa viuis & defun ctis, hoc hēt commune, quod utraque ex poteſtate clauium diſpenſante theſaurum meritorum pęna lium Chriſti & ſanctorum in remiſſionem pœnę temporalis pro actualibus peccatis debitę cōcedit: ſed modus, quo peruenit indulgētia ad utroſque, diuerſus eſt, quia ad uiuos, qui illam conſequuntur veraciter, per modum abſolutionis peruenit: defun ctos aūt, qui etiam illam veraciter conſequuntur, p modum ſuffragii liberet.

Ad primam ergo obiectionem concedit, quod papa nō poteſt authoritatiue abſoluere animas exi ſtentes in purgatorio, ſed aliud eſt abſoluere autho ritatiue illas, & aliud eſt diſpenſare authoritatiue theſaurum Chriſti & ſanctorum pro illis, ut p mo dum ſuffragii abſoluātur illæ, hoc enim papa faciēs non excedit fines iuriſdictionis ſuę, quia non ſol uit authoritatiue per hoc ſub terra.

Ad

Ad secundam dicitur, quòd stylus literarum apostolicarum continet quidem modum suffragii, sed non tantum: quoniam continet cum hoc authoritatiuam concessionem indulgentię. Et per ambo monstrat & authoritatem dispensandi, & modum suffragii in perueniendo ad animas in purgatorio.

Ad tertiam dicitur, quod hæc potestas satis habetur ex sacra scriptura, dum ex ea habentur claues Petri: & ex conditrice canonum Romana ecclesia explicatum est, quòd modis diuersis claues aperiũt regnum cœlorum Christi membris viuis & defunctis, vt patet ex dictis. Augustę die 15. Octob. 1518.

TRACTATVS DECIMVSSEPTIMus de Contritione, vnica quæstione contentus.

QVAESTIO I.

Num quando quis sui peccati mortalis recordatur, teneatur habere de eo contritionem.

QVæritur, vtrum quoties recordatur quis sui peccati mortalis, teneatur habere cõtritionem. Et est ratio dubii tum, quia partẽ affirmatiuã multi tenere uidentur ex verbis S. Tho. in 4. dist. 17. q. 13. ar. 1. q. 4. dicentis: Ad contritionem tenetur hõ qñ peccata memorię occurrunt, quum præcipue in periculo mortis existit, aut in aliquo articulo.

Tũ quia sicut quoties occurrit peccatũ mortale vt a se cõmittendum, tenetur hõ refutare commissẽ, ita quoties vt a se cõmissũ tenet illud detestari.

Tum quia nec per momentum licitum est stare in peccato mortali: ac per hoc statim vt occurrit tenetur illud fugere: iuxta illud ecclesiastici 12. Quasi a facie colubri fuge peccata.

In oppositum autem est. Tum quia sequeretur, quod quotiescunque aliquis & de commisso peccato occurrente sibi atteretur, peccaret mortaliter; quia non haberet contritionem. Tũ quia efficax rõ non apparet precepti ad contritionem pro tali tẽpore, scilicet memoriæ peccati.

Ad euidentiam huius dubitationis præmittẽdũ est q̃nõ est hic qõ de peccato mortali semel cõtrito, qñ hoc iam deletũ prima cõtritione est. & sicut peccatũ semel rite confessum non tenetur hõ iterũ confiteri, eadem rõne de peccato semel contrito non tenetur hõ iterũ conteri. Non. n. iudicat Deus bis in idipsum (vt dicitur Naum primo) tã quo ad vindictã exteriorem, quam p̃ confessorẽ exercet, q̃ quo ad vindictam interiorem, quam per actum ipsius pœnitentis conterendo peccatum, exercet; sufficit enim semel contritio, quod non placeant sibi cõmissa a se peccata. et hoc siue cõtritio fuerit de aliquo mortali siue in generali: dummodo fuerit cõtritio illa sufficiens ad salutẽ vsq; ad tempus confessionis, qñ singula detestando in confessione contetur in speciali. Est autem contritio generalis sufficiens ad salutem ad confessionem, illa, qua hõ dolens de omnib. offensis Dei mutat liberare cor ad præponendum Deum omnib. ẽt proprię uitę, intẽdens congruo tempore confiteri. Et est sermo de cõtritione ipsius peccati f'm se, non f'm suum effectum; qui est retardatio a felicitate, rõne cuius totũ tempus præsentis uitę est tempus cõtritionis: quia tempus peccato occupatum irreparabile effectum est p̃ fœlicitate. Nec est hic qõ de contritione in veritate, hoc est dolore charitate informato, quoniã, quum nemo sciat vtrum amore, vel odio dignus sit, si exigeretur certitudo veræ cõtritionis, semper esset homo perplexus, aut nũquam cessaret obligatio contritionis, quod est falsum. Sed est quęstio de contritione quantum est ex parte pœnitentis, hoc est quod quantum est ex parte conditionem requisitarum ad contritionem ex parte pœnitentis est vera cõtritio q̃uis nesciatur, an sit charitate informata: quia nescitur præsentia charitatis. Et similiter est quæstio de peccato mortali a se cõmisso nunquam contrito, siue secundum veritatem, siue secundum æstimationem.

Quibus præmissis sciendum est, præceptum habendæ cõtritionis & esse per se primò affirmatiuũ & claudere in se præceptum negatiuum. Nam præcipit actum contritionis habendum, & per hoc est affirmatiuũ, & precipit non esse retinendum odiũ Dei, in quod ex peccato mortali incurritur, & per hoc est præceptum negatiuum. Et propterea primò tractandũ est de vinculo eius, quatenus est affirmatiuum, & deinde quatenus est negatiuum, & demũ quatenus est ex vtroq; mixtum. Præceptorum igitur affirmatiuorum natura quum sit obligare quidem semper, sed non ad semper, sed ad determinatum tempus, hoc est tempus necessitatis (vt Diuus Tho. in 4. sent. dist. 17. q. 3. ar. 1. q. 4.) consequens est vt præceptum de contritione habenda non obliget nisi ad tempus vrgens ad contritionem, quod constat esse tempus tam mortis (quia summa est tũc necessitas contritionis: quoniã nõ remanet amplius tempus pœnitendi) quam tempus ante sacramenti cuiusque susceptionẽ, aut administrationẽ; qñ nisi tunc esset contritus, mortaliter peccaret suscipiẽs sacramentum, aut exercens actum, quem sine peccato mortali oportet exercere. Tempus autem occursus, quia. s'. memorię occurrit commissum peccatum etiam practicè (puta vt detestandum, seu cõterendum) nulla apparet ratione esse tẽpus necessitatis; qñ cum tali occursu stat hominem se habere circa cõmissum peccatum neutraliter, ac si nõ meminisset, ac si dormiret. Nam occurrente peccato commisso, vt materia detestationis habendæ a me, possum tripliciter me habere, vel consentiendo in detestatione, vel aspernãdo detestationem, vel nec amplectendo, nec contemnendo: sed vel nullum actum voluntatis circa illam exercendo: & tunc esem neuter, vel habẽdo actu velleitatis circa illam, puta quia vellem habere cõtritionem, quamuis in veritate non velim, quia non intẽdo abstinere, &c. Si occurrẽs ergo memoria nõ necessitat hominẽ ad articulum aliquem, quo oporteat ipsum actum aliquẽ exercere (quo pacto tps necessitatis cõstituit & si rationẽ præceptorũ affirmatiuorum perspexerimus, apparebit occursum non cõstituere tps necessitatis: nam in precepto Baptismi quãtumcũq; memoriæ occurrat Baptismus, vt suscipiẽdus cum commoditate oblata, non propterea obligatio fit pro tunc ad Baptismum. Et similiter in præcepto confessionis, & in precepto eleemosynæ de superfluo, non tenetur quis tunc cõfiteri, aut eleemosynam dare, quando memoriæ occurrit cum cõmoditate parata, vt patet ibidem ex Diuo Tho. Si ergo in aliis affirmatiuis præceptis occursus exercendi actus commode, non constituit necessitatis tẽpus, consequens est, vt nec in precepto contritionis habendæ occursus peccati, vt conterendi cõstituat tẽpus necessitatis. Oportet enim oppositum dicentẽ rationem reddere, quare a cõi regula occurrẽtis actus, & materiæ cum reliquis paratis in præceptis

affirmatiuis excipiatur occurrens contritionis cum
ſua materia actus: vt, ſcilicet ipſe ſolus habeat vim
conſtitutiuam temporis vrgentis ad ſeipſum exercẽ
dum,reliquis hanc uim non habentib. Et quia nul
la apparet exceptionis ratio, ſequamur generalem
regulam communem huic & aliis præceptis affir
matiuis. Negatiua vero præcepta obligant ſemper
& ad ſemper:prohibent enim mala,quę nullatenus
committenda aut incurrenda ſunt. Et licet omnia
negatiua præcepta conueniant in obligatione ad
ſemper,quo ad eſſe illicitum:differentia tamẽ quę
dam inter ipſa præcepta extenſo præcepti nomine
eſt in obligatione ad ſemper quo ad actum peccati. Nam negatiua præcepta de actibus peccatorum
obligant ad ſemper non ſolum quo ad eſſe illicitũ,
ſed etiam quo ad actum peccati: quia prohibent a
ctum peccati,puta mẽdacium,adulterium blaſphe
miam & ſimilia:quę non ſolum ſunt illicita,ſed qñ
adſunt peccati actus committitur.Nullus enim trã
greditur præcepta hæc,non mentieris,non adulte
rabis,non blaſphemabis, niſi qui mentit, adulterat
aut blaſphemat actu exteriori, vel ſaltem interiori.
Negatiua autem præcepta de habituali ſtatu pecca
ti obligant ſecundum ſe ad ſemper ſolum quo ad
eſſe illicitum,& nõ quo ad actum peccati, quia nõ
prohibent actum peccati,ſed perſeuerantiam in ſta
tu peccati talis vel ſimpliciter. Præceptum aũt,verbi
gratia,de non retinendo alienum inuito Domino,
dupliciter intelligi poteſt,primo,de detentione ha
bituali,qui non eſt actus;ſed effectus peccati, & ſic
non eſt præceptum prohibens actum aliquẽ.quod
patet ex eo,quod q abſtulit etiam ſi dormiat, reti
net alienũ inuito Dño:ſed prohibet pſeuerãtiam in
ſtatu peccati talis.Similiter & præceptũ de non reti
nendo habitualiter odium erga Deũ,nõ ꝓhibet ali
quẽ actum,puta actũ odii diuini,ſed ſuppoſito, ꝙ
hõ peccando mortaliter odio habuerit Deum, ac
per hoc perſeueret vſque ad contritionem in ſtatu
diuini odii nõ ſolum paſſiue, quia altiſſimus odio
hẽt peccatores,ſed quod peius eſt,actiue, quia per
ſeuerat in ſtatu peccati mortalis includẽtis in ſe di
uinũ odium pp cõtrarietatem ad dilectionẽ chari
taris,prohibet perſeuerantiam in ſtatu peccati mor
talis ſimpliciter:quo fit,vt quia ſtatibus,ſicut habiti
bus,non meremur,nec demeremur, ſed actib. nul
lum nouum peccatum contra hoc negatiuum præ
ceptum incurratur,niſi ſtatus talis de nouo accepte
tur,puta ſi de nouo conſentiatur in perſeuerantiã
talis ſtatus.Secundo,de detẽtione actuali,quę nihil
aliud eſt,quam conſenſus efficax in detentionem
habitualem,ſeu quę eſt effectus peccati,& ſic præce
ptum eſt prohibẽs actũ peccati;& conſtat ꝙ obliga
ti ſemper & ad ſemper,ſicut reliqua negatiua,& ſic
proprie habet vim & nomẽ præcepti, qñ præcepta
proprie de actibus ſunt. Diſcutiẽdo uero præceptũ
cõtritionis,vt mixtum eſt.affirmatiuo & negatiuo
ſicut præceptum de reſtitutione,inuenimus,quòd
obligat ad ſtatim habendã contritionẽ,ſicut præce
ptum de reſtitutione obligat ad ſtatim reſtituendũ.
Et rõ eſt,quia tempus huiuſmodi actuum dilatum
annexam habet contrarietatem ad virtutem. Reſti
tutio enim dilata annexam habet retentionem alie
ni inuito Domino,quæ cõtrariatur iuſtitię,& ſimi
liter contritio dilata annexam habet retentionem
diuini odii,quę contrariatur charitati.Nec propte
rea huiuſmodi mixta præcepta exorbitant a cõmu
ni regula præceptorum affirmatiuorũ, ſed ſequunt
eã obligando tm ad tempus neceſſitatis, nam im
plicatio ihibitę cõtrarietatis ad virtutẽ,determinat

F tẽpus neceſſitatis ad ſtatim:tẽpus quippe neceſſita
tis exercendæ affirmationis eſt tempus ad actionẽ
illam vrgens,ſic quod niſi fiat,incurritur peccatũ.
Sicut igitur præceptum de reſtitutione propter im
plicitam detentionem alieni obligat ad ſtatim re
ſtituendum; ita præceptum de cõtritione propter
implicitam detentionẽ odij contra Deum obligat
ad ſtatim cõterendũ.Et hęc ꝓculdubio,eſt veritas.

Sed exurgit difficultas, quando peccatur cõtra
hoc præceptum. Dicere.n. vt prima facie apparet,
quod contra præcepta affirmatiua obligantia ad ſta
tim peccetur ſtatim (puta cõſummato furto, ſi nõ
ſtatim fiat reſtitutio, peccatur contra præceptum
G reſtitutionis,omittendo ſtatim reſtituere: & ſimi
liter conſummato peccato mortali, agitur contra
præceptum contritionis,ſi non ſtatim contritio ha
betur) irrationabile videtur: quia huiuſmodi præ
cepta obligant ad ſingula ſtatim, & nõ ad primum
ſtatim tantũ,vt patet ex eo,quod tranſacto primo,
ſtatim,nõ abſoluitur a vinculo præcepti,ſed rema
net ſemper obligatus ad ſtatim, donec adimpleat
præceptum. Si autem obligant ad ſingula Statim,
ſequitur quòd infinities peccat mortaliter,non re
ſtituendo qui furatus eſt,& nõ reſtituit ſtatim, iux
ta infinitas moras temporis intermedij inter furtũ
& reſtitutionem,ſi tandem ſit.Magis autem ratio
H ni cõſentaneum eſt, vt cõtra huiuſmodi præcepta
tunc ſolum peccetur ex præteritione temporis,
quando non ſolum omittitur, ſed committitur a
ctus peccati determinantis præceptum affirmatiuũ
ad Statim.

Pro cuius clariori notitia aduertẽdum eſt, quòd
tripliciter inuenitur concurrere tempus vrgens ad
exercitium præcepti affirmatiui. Primò,vt actus il
lius menſura ſimpliciter & abſolute, ſicut tempus
diei feſti determinat præceptum de audiendo Miſ
ſam,& Quadrageſima ieiunij præceptum.Secũdò,
vt actus illius menſura ex præparatione ad alium:ſi
cut tempus præcedens ſuſceptionem, vel admini
I ſtrationem ſacramenti determinat præceptum con
tritionis: non enim tempus illud vrget abſolutè ad
conterendũ,ſed ſi ſuſcipiendum,aut adminiſtran
dum eſt ſacramẽtum.Tertio vt actus illius menſu
ra ex connexione alterius actus: ſicut tempus ſigni
ficatum per ly ſtatim, determinat præceptum reſti
tutionis,quia actus differendi reſtitutionem habet
annexum actum voluntariæ detentionis alieni in
terim. Inter hæc autem tempora differentia vna ad
propoſitum inuenitur,quod ſi tempus vrget ad a
ctum,vt illius menſura abſolutè, aduenięte illo tẽ
pore,ſi omittitur actus, ita quod omiſſio vt volun
taria priuatè (quia ſcilicet potuit,& ſciuit exercere
K actum illum puta audire Miſſam, & non audiuit)
incurritur peccatum omiſſionis cõtra præceptum
illud.Si vero tempus vrget ad actum, vt menſura
illius ex ordine ad alterum actum,aduenięte quo
cunque tempore,niſi ille alter actus,propter quem
tempus vrget exerceatur,nõ fit contra præceptum:
quantumcunque enim aliquis ſit adminiſtraturus
ſacramentum niſi adminiſtret illud, aut proponat
adminiſtrare illud in contritione, nunquam agit
propterea contra præceptum contritionis,vt patet.
Et ſimili modo eadem ratione quantumcũque ali
quis non conteratur ſtatim niſi ad hoc deueniat
quod commiſſionis peccato incurrat detẽtionem
diuini odij, non peccat mortaliter quamuis perſe
ueret in ſtatu peccati mortalis:ſicut qui non ſtatim
reſtituit,niſi ad hoc deueniat,quod commiſſionis
peccato incurrat detentionem alieni, non peccatũ

de

de nouo mortaliter. Contra precepta namque hec de non retinendo odium Dei, vel alienum, quum sint negatiua, commissionis peccato oportet ꝓgatur, ac per hoc si propterea peccatur contra præcepta affirmatiua de restituendo vel conterendo: quia contra hec negatiua agitur, non est omissio affirmatiui, nisi adsit commissio puta negatiuum. Et hec absque oī scrupulo veritas amplectenda est.

EX his autē patet quid dicendum sit ad motam quæstionem principalē, patet nāque ꝙ preceptum contritionis non determinatur secundum se ad tē pus memoriæ, sed ad statim. ET propterea nisi memoria afferat vrgentem causam ad actum actualis detentionis odii Dei, non occurrit noua omissio contritionis, sed antiqua perseuerat. Nulla autem apparet ratio, quare memoria, aut occursus cōmissi peccati ut detestandi, constituat nunc tempus necessarię commissionis ad detinendum odium Dei magis, quàm si non occurreret, nisi forte aut ad diuinæ inspirationis sequelam dicatur occursum obligare, sed aliud est præceptum de sequela inspirationis diuinę, aliud de restitutionis aut contritionis tempore, aut occursum seu memoriam tanquā approprians materiam constituere dr̄ tempus agēdi, quia tēpus agēdi est, qñ materia est pñs: sed aliud est loqui de necessitate agendi, aliud de commoditate, seu congruitate agendi. Approximatio.n. ad agens liberum, non constituit tempus necessitatis, sed commoditatis ad agendum; nos autē, ut patet ex dictis, tempus necessitatis agendi, ita ꝙ nisi agatur, nouum peccatum incurritur, querimus. Vnde restat, ut recordatio peccati commissi, quantumcūque practica, non obliget ad contritionē, sicut nec in præceptis aliis occursus materiæ obligat ad actum. Et hoc loquendo de memoria ſm se, nam si sit sermo de memoria scūdum suum effectum quem vt in pluribus habet, quia scilicet parit aut detestationem, aut approbationem peccati commissi occurrentis, sic obligat ad detestationem, quæ tamen potest esse attritio, vel contritio, ne in approbatione lapsus fiat.

Ad primam autem obiectionem in oppositū dicitur, quod vox dicentiū, quòd homo tenetur conteri qñ recordat̄, verificatur ſm id quòd vt in pluribus vr̄ accidere, qa. ſ. cōiter practica memoria in nō dolente parere approbationē vr̄ Diui aūt Tho. verba si exacte librentur, non dñt hominem teneri ad contritionem qñ recordatur, sed vnum qñ, determinant per alterum qñ. Nam dicūt, quādo peccata memoriæ occurrunt, quum in periculo mortis existit, aut aliquo articulo vbi apparet quod tempus memoriæ determinatur per tempus periculi mortis, vel per tēpus alicuius articuli, &c. Nec obstat quod apponitur, ly prēcipue, quoniam ly prēcipue, principale denotat periculi mortis respectu alterius partis disiunctiuæ, scilicet aut alicuius articuli, &c. periculosius enim omittitur contritio in periculo mortis, quia non restat locus pœnitentiæ. Vel ly præcipue denotat principalitatem rationis obligatiuæ ad contritionem, ita quòd tempus memorię est quędam ratio conterēdi, sed quia nō est sufficiens ratio obligandi ad conterēdum, ideo additur principalis ratio obligādi, dicendo quū præcipuè periculum, aut articulus, &c. & redit eadem conclusio. Approbat autem hanc doctrinam communis peccatorum attritio, qua fatentur sibi displicere commissi peccata, & dicunt suam culpam, & confitentur quādoque citra absolutionem, & velleitatem habent status sine peccato. Hi enim actus boni sunt & dispositiui ad pœnitentiam, adeo ut ecclesia tales confessiones sūscipiendas dicit, extra de pœn. & re. quod quidem, & tamen semper peccarent mortaliter, omittendo contritionem, si tempus memoriæ, esset tempus cōtritionis quum isti actus non sint sine memoria peccatorum. Nec obstat, quòd isti contriti nolunt, suscipere ab solutionem, dicentes se esse impœnitentes, quoniam narrare se habituali voluntate esse perseuerātem in statu peccati, non est peccatum, quoniam non approbatur, sed narratur impœnitentia, nec proponit tūc meretrix peccare, sed narrat tunc miseriam status sui cum voluntate illius. Nolle autem absolui, actus bonus est in dispositio tunc ad absolutionem.

Ad secundam obiectionem dr̄, ꝙ etiam quādo peccatum occurrit, vt committendum, sufficit nō consentire, nec tenetur homo dissentire.

Ad tertiam dr̄, ꝙ licet nunquam sit licitum stare in statu peccati, nō tamen de nouo semper peccat perseuerans in statu peccati, vt patet ex dictis. Romę, 4. Martii. 1518.

TRACTATVS DECIMVSOCTAVVS. de confessione, in quinque quęstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num confessurus peccata sua, id potissimum debeat cogitare, quid faceret, si non esset præceptum confitendi, an etiam uellet confiteri, & exinde iudicare cor suum.*
2 *Num præsumptionis sit confiteri omnia uenialia et mortalia.*
3 *Num circunstantia diei festi sit necessario confitenda.*
4 *Num fides ad fructuosam absolutionem necessaria sit.*
5 *Num sacramentalis absolutionis effectus sit remissio culpæ.*

QVAESTIO I.

Num confessurus peccata sua, id potissimum debeat cogitare, quod faceret, si non esset præceptum confiteri, an etiam uellet, & exinde iudicare cor suum.

VTRVM confessurus peccata sua id potissimum debeat cogitare, quid faceret si non esset prēceptum confitēdi, an ēt uellet confiteri, & exinde iudicare cor suum. Et uidetur quod sic, quia nisi paratus sit confiteri secluso prēcepto, tn non ex amore nouæ vitæ, sed ex timore præcepti confiteretur.

Ad euidentiam huius considerandū est, quod actuum humanorum eligibilium duplex est differentia. Quidam.n. ſm se boni sunt, & iō eligibiles, ut diligere Deum, bene facere proximo, & alia huiusmodi. Quidam vero sunt propter aliud boni, & similiter ꝑp aliud eligibiles, vt iemnare, peregrinari, & huiusmodi, hęc enim nullus sanę mentis eligeret, nisi propter aliud puta mentis elcuationem, carnis donationem, diuinum cultum & huiusmodi. Actus autem iste de quo est quæstio, scilicet proponere sibiipsi quid faceret, si non esset prēceptū de confessione, constat quod non est sub primo genere bonorum. Tum quia actus iste ad malum & bonum est secundum se, est enim uia ad bonum si ad uoluntatem bonam terminatur, & est uia ad

malum, si ad voluntatē malam terminatur. Tum quoniam actus iste non propter se, sed propter discussionem præparationis personæ exercentur ad inueniendum, an sit impræparatus homo ad confitendum etiam secluso præcepto. Restat ergo, vt si est eligibilis, sit propter illud eligibilis. In his autē, quę propter aliud eligenda rectè sunt, oportet duo considerare, alterum est, vt consona sint fini bono, alterum est, vt consonent eligenti. Videmus enim medicinas, vel quia non consonant morbo pellendo, vel quia proportionatę nō sunt complexionibus infirmorum, secundum rectam rationem repelli, &c. Et quidem, quod actus iste, scilicet proponere sibiipsi quid facerem si, &c. dissonet à dispositione infirmorum (quales credimus communiter esse cōfessuros peccata sua) ex eo patere potest, quod actus iste nihil aliud est, quàm tentatio periculosa. Multi enim sunt casti, qui si tentarentur, virginitatem perderent: & multi abstinent, qui si tentarentur, non abstinerent, & sic de alijs. Non conuenit autem infirmis periculum: ergo actus iste non consonat dispositioni confitentium. Quod dissonet etiam à fide, scilicet bono conscientiæ ex eo patet, quod licet tentari vtile sit ad bonum virtutis, tamen tentari à seipso dissonantiam importat secundum rectam rationem: quia est seipsum exponere absque necessitate periculo peccandi. Et confirmatur hoc, tum quia imitari debemus in actibus nostris Deum. Deus autem neminem tentat: vt Iacobus dixit, non ergo debeo meipsum tentare. Tum quia in cęteris vitiosum esse cōstat tētare seipsum: ergo & in hoc. Antecedens patet: quia male faceret quis, si proponeret sibi quid faceret, si mulierē in lecto, &c. haberet, & similiter si regnum mundi vno mendacio posset comparare, & alijs similibus conditionalibus seipsum tentaret. Tum quia officium Diaboli est tentare: & huiusmodi conditionalibus deijcere mentem humanam. Amplius tentare se huiusmodi conditionalibus est superfluum: ergo peccatum. Antecedens probatur: quia perfecti non egent hac se tētatione discutere: quoniam ipsorum charitas est adeò radicata, vt dicere cum Paulo possint, Quis nos separabit à charitate Christi? certus sum enim, quod neque mors neque vita &c. Infirmis autem sufficit si testimonium habent conscientiæ suæ quòd Deum super omnia ament opere & veritate: hæc enim notitia humano more sufficit hominibus ad accedendum ad sacramenta ecclesiæ, quamuis non in hoc iustificentur. Et hæc in communi dicta sunt de huiusmodi tentationibus conditionalibus. quas opera Diaboli esse testatur infinita multitudo peccatorum, quæ fierent, si huiusmodi cōditionales sibi homines proponerent in varijs & diuersis materijs: inciderē enim in vellejtates innumeras, quæ procul dubio essent peccata mortalia, vt de se patet. Vnde laudabiliter refertur prudens cuiusdam responsum ad cōditionales huiusmodi propositas, Scio quid facere deberem, sed nescio quid facerē. Optimè dixit: quia nescimus, an diuina nobis tunc manus adesset super caput nostrum.

Ad propositam autem conditionem specialiter descendēdo, apparet quod multò vanior est. Tum quia præceptum de confessione facienda, est de secūdo ordine diuinorum præceptorum, scilicet de bono, quia præceptū: ac per hoc sublato præcepto, non teneret quis confiteri. Sunt enim diuina præcepta duplicis ordinis. Quędam de prohibitis, quia mala, & præceptis, quia bona, vt sunt præcepta de dilectione Dei & dilectione proximi: hęc enim sunt præcepta, quia bona sunt. Et similiter de furto & falso testimonio, sunt enim hęc de prohibitis, quia mala sunt. Alia verò sunt de bonis, quia præcepta, vt p̄ceptū de Baptismo, Baptismus n. nisi institutus esset nō esset de genere bonorū, & potuit institui a Deo, ita quodcunque aliud sicut Baptismus; sed ex quo institutus est, bonus est. Et similiter sunt præcepta de malis, ꝙa prohibita, vt sunt contra sacramentis: non baptizari enim, & nō communicare, & huiusmodi, non sunt mala, nisi quia prohibita sunt a Deo post temporum curricula, scilicet aduenięte Christo, vt de se patet. Vnde si præcepta hæc secundi ordinis nō essent, sicut stultè, inaniter, & superstitiosè ageret, si quis ad Baptismum propter æternam salutem iret: ita si quis cōfiteretur, & alia quæ nunc sunt sacramenta ageret. Et si conditionalem restringat, quod sacramento confessionis præsupposito, null⁹ esset obligatus sub præcepto ad illud, nunc dicitur quod inanis quoque est ista tentatio, quid tunc faceret: nam consentiens in hoc quod non confiteretur, in nullo peccaret: quia non confiteri nō est prohibitum, quia malum: sed malum, quia prohibitum: & ideo sublata prohibitione nō remaneret mali ratio in nolle cōfiteri. Non solum ergo cōfessurus peccata sua non teneretur ad tentandum se tali propositione, quid faceret, si non esset præceptū confessionis: sed debet alienus esse ab hac tentatione, & si fuerit sibi ab alio illata, prudenter sperare illam, vt prædictum est.

Ad obiectionem autē in oppositum negatur sequela, cum hoc. n. quod secluso præcepto, nō confiterer, stat, quod ex quo video Deum hoc præcipere, amo & præceptorem, & præceptum, & finē præcepti, & amore moueor ad implendum illud. Nec hoc eget probatione: quia ex se clare patet, & experientia testatur multa nos paterno præcepto imposita ex amore implere, quæ nisi præcepta essent, nō faceremus, vtpote vel nescientes Patris voluntatē, quę per præceptum innotuit, vel scientes paternam amicitiā, non offendi si illud omitteremus, vt esset in proposito si cōfessio esset nō sub præcepto, sed sub consilio. Falsum ergo signum ad discussionem amoris assumeretur ex hoc in similibus. nō operaretur quis sine præcepto: sed & in his quæ sunt fm se bona vel mala, & ideo præcepta vel prohibita, nō est tali discussione ideo examinādum: qm̄ sufficit homini habere cor paratum ad implēdum diuina præcepta ex amore Dei nō curando si Deus nō præcepisset, & alia huiusmodi incitamēta ad malum. plena est. n. sacra scriptura, qā est amandus, ꝙ sunt seruanda, & nunquam in ea legi præceptum mandatum, aut cōsultum, seruare præcepta Dei, si Deus non præciperet. Augustę die octauo Octobris, Anno Domini 1518.

QVAESTIO II.

Num præsumptionis sit confiteri venialia, & omnia mortalia.

QVęritur vtrum sit præsumptionis confiteri venialia & omnia mortalia. Et videtur quòd sic. Primò, quia impossibile est, vt quis omnia mortalia cognoscat, ad impossibile autem nemo obligatur.

Secundò, quia in primitiua ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur, vt patet primę ad Corinth 2. Si quis inter vos est fornicator, aut auarus, aut idololatra, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. et illud ad Gala. 5. manifesta sunt opera carnis, &c.

Tertio,

Tertio, quia nulla sunt opera nostra etiam bona, quin sint peccata damnabilia, si Deus in iudicium intret nobiscum iuxta illud, Non intres in iudiciū cum seruo tuo Domine; quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Item, Omnis homo mendax: ergo, &c.

Quarto, quia dum uolumus omnia peccata cōfiteri, nihil misericordiæ Dei relinquere uolumus ignoscendum: quia non confidere in eo, sed in cōfessione nostra cupimus, & securi esse uolumus, nec eius timere iudicium.

Ad euidētiam horum, scito duo hic uerti in dubium: & an omnia mortalia, & an omnia uenialia confiteri, sit præsumptionis. Et de primo quidē clare patere potest, quod non præsumptionis, sed necessitatis ac uirtutis est confiteri omnia sua peccata mortalia. Nam ex sexdecim conditionibus ad confessionem requisitis secūdum communem doctorum sententiam, una conditio necessaria est, quòd sit integra quo ad peccata mortalia: non esset autem integra, si quædam mortalia essent confessa, & quędam non. Est aūt huius rō: quia peccata mortalia quęcunque simul in uno hoīe sunt, sic se habent, ꝙ sunt connexa ex parte auersionis a Deo, ita quod unum non pōt remitti sine reliquis omnibus: iuxta illud Aug. Impium est a Deo, dimidiā sperare veniā. Et propterea sicut in prima pœnitentię parte, quę est contritio, necessarium est, ut oīa mortalia concludantur (oportet. n. hominem conteri de omnibus mortalibus, & non de aliquo tantum) ita in secunda, quę est confessio, oportet oīa contineri mortalia; sic enim integre homo submittit se ministro Christi in confessione, sicut submisit se integre Deo per contritionem. Et ne alicui liceat sentire contrarium, affero textum rotundum de pœ. re. omnis utriusque sexus. Vbi expresse præcipitur quod quilibet omnia sua peccata solus confiteatur proprio sacerdoti. Et quū ly oīa non distribuat pro uenialibus (ut tota ecclesia attestatur) restat ut distribuat pro mortalibus, quæ sunt materia necessaria cōfessionis, ut ēt ibi glossa dicit. Restringere autē ly omnia, ad manifesta tantum, temeritatis est: quia sine rōne & sine authoritate, & contra communem sententiam doctorum, rōnique consentanea fit restrictio ista. Imo in Concilio Floren. sub Eugenio 4. declarata est ista particula, Omnia quorum memoriam habet.

De secundo autem, s. confessione uenialium, cogitari uix potest, quòd sit actus p̄sumptionis: quū clarè liqueat, quod accusare se in confessione de uenialibus, est actus & humilitatis, & iustitię uindicatiuę in ipsum seu pœnitentię. Et licet non sit actus præceptus, est tñ consultus: consilium autem nō datur de actibus præsumptuosis, sed de actibus uirtutum, s. de bonis supererogationis. Testatur autem sic esse communis bonorum religiosorū consuetudo: nam communiter de venialibus confitētur, & crebrò, magnę autem præsumptionis est arguere approbatos mores tot religiosorum ac religiosārum. Laudabilis siquidem mos hic ultra uim satisfactiuam, acquisitiuam gratiæ ex uirtute sacramenti, habet uim cōseruatiuam hominis in gratia Dei: nā qui minima negligunt, paulatim defluunt.

Ad primam autem obiectionem dicitur primò quòd ecclesia non præcepit, quod quilibet cognoscat, sed quod confiteatur omnia sua peccata mortalia, quorum memoriam hēt: hoc. n. constat non esse impossibile. Dicitur secundo negādo, quod sit impossibile hominē omnia mortalia cognoscere: peccatum quippe mortale, quum sit uoluntarium, non secundum primos motus, sed secūdum rationem deliberatam, nullam habet in se causam quare sit impossibile, ut cognoscat ab eo, qui commisit illud. Si enim impossibile est, ut omnia cognoscantur, aut hoc est, quia sunt cognoscibilia supernaturalis ordinis (ut de gratia & diuinis dī) & hoc non: aut quia sunt adeo minimę entitatis, ut cognosci nō possint, & hoc non; tū qa aliqua nos cognoscere conceditur: tum quia non est quęstio de cognitione, quid est, sed de cognitione an est, nam sufficit pœnitentem cognoscere, quod ipse commisit talem actum, puta rapinam, licet nesciat diffinitiue quid sit rapina, tum quia actus humani deliberati contra Dei legem non sunt tam minimę entitatis. Aut hoc est, quia sunt in quolibet infinita peccata mortalia, & hoc esse falsum patet, ex eo quòd a primo die, quo quis habuit usum liberi arbitrii, usque ad quemcunque diem suę confessionis, non fuerunt exercitati a quocunque infiniti actus deliberati: ut patet. Aut hoc est, quia sunt infinita non simpliciter, sed illi qui commisit: & hoc etiam non esse necessarium ex eo patet, quòd multi sunt, qui diarium operum suorum scribunt: ac per hoc finita sunt eis omnia deliberata opera sua cōtra legem Dei. Non est ergo impossibile hominem cognoscere oīa sua peccata mortalia; vel sic quod sciat hęc esse mortalia, vel in ambiguis, quod sciat se cōmisisse tale, de qua dubium est, an sit mortale. Et scientia hęc sufficit, & requiritur ad confitendum omnia mortalia, quorum memoriam habet, & communis est omnibus pœnitentialibus bene instructis. Obligat enim ecclesia ad confitendum omnia peccata mortalia, quorum memoriam quis habet, facta secundum humanas uires collectione omniū suorum mortaliū, sive sint manifeste mortalia, sive sint ambigue mortalia, tenetur enim omnia cōfiteri certa pro certis, & ambigua pro ambiguis. Sic absque nostra voluntaria glossa, sane patet planus sensus canonis omnis utriusque sexus, sic testatur communis mos pœnitentium atque confessiones audientium, omnes enim ambigua pro ambiguis confitentur. Nec satisfacere credimus confessioni eum qui opinatur se consensisse in sacrilegiū, licet non sit certus si non confitetur de illo consensu ut opinato.

Ad secūdam autem obiectionem dicitur, quod ex neutro illorum textuum habetur, quòd in primitiua ecclesia, sola manifeste mortalia confiterentur homines: nam textus illi non loquuntur de cōfessione, ut clare patet.

Ad tertiam dicitur, quod opera nostra bona possunt dupliciter considerari. Primo, ut ex nobis sūt: & sic licet dicātur damnabilia, pro quāto indigna sunt Deo & fœlicitate ęterna: non tamen sunt dānabilia ut peccata mortalia: qm̄ in ueritate etiam, ut ex nobis sunt, non sunt peccata mortalia: sed indigna diuīna retributione.

Et propterea dicitur, nō intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quantum est ex se. Et ad hunc sensum multa similia inuenies scripta. Alio modo considerantur opera nostra ut sunt ex Deo in nobis operare per suam gratiam, & destinante in vitam, & sic sunt merita ex condigno ęternę fęlicitatis. Nec sunt damnabilia, sed sunt remunerabilia etiam secundum diuinam iustitiam, ut patet ex verbis Apostoli, Reposita est mihi corona iustitię quam reddet mihi Dominꝰ in illa die iustus iudex:

non

non ſolum autem mihi, ſed & his, qui diligũt ad- F uentum eius, vbi vides ſecũdum iuſtitiam à Deo iuſto iudice reddendam coronam diligentib. ipſum Deum. Non ſunt igitur ignota nobis omnia noſtra mortalia, quia opera noſtra ſunt damnabilia quantum eſt ex nobis. Oportet enim inſpicere ad opera noſtra bona ſimpliciter, vt ſunt in veritate qualificata, puta à charitate, & gratia informata, &c. non ſecundum quid puta vt ſunt ex nobis) quando iudicari debet, ſi ſunt peccata, vel nõ: quamuis ad beneficia diuinæ gratiæ, reuerentiam diuinam, gratiarum actiones, laudeſque diuinas exercendas conſiderata, omnia noſtra vt ſunt ex nobis multum profint, & non ſolum in nobis ſed G etiam in beatis conſideratio hæc creaturæ vtilitatem ſeu nullitatem efficiat. Propterea enim de ſpiritibus beatis canit Eccleſia Tremunt poteſtates. In Auguſta Vindelicorum, die 29. Septembris 1518.

QVAESTIO III.

Num circunſtantia diei feſti ſit neceſſario confitenda.

QVæritur vtrum circunſtantia diei feſti ſit neceſſario confitenda. Et videtur quòd ſic. Quia circunſtantia repugnans ſpeciali præcepto, eſt ſpecialiter explicanda ſecundum omnes, ſed tempus feſtiuum repugnat præcepto de obſeruatione feſti: ergo. Minor probatur, tum authoritate Ambr. ſuper illud Lucæ 11. Archiſynagogus indignans, quia ſabbato curaſſet, lex enim inquit, in ſabbato non hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, ideſt peccatis grauari prohibet. Tum authores S. Tho. in ſecunda ſecundæ. q. 122. art. 4. ad tertium. Magis, inquit, facit contra hoc præceptum qui peccat in die feſto, quam qui aliquod corporale opus licitum facit: affertque ad hoc authoritatem Auguſtini in lib. de Decem Chordis.

In oppoſitum eſt multorum modernorum opinio, tenens circunſtantiam temporis feſtiui non eſſe neceſſario confitendam, niſi in contemptum feſti peccatum fuerit.

Reſpondeo in hac quæſtio. duæ ſunt opiniones. Vna eſt tenentium partem affirmatiuam, & hi mouentur ex ratione, quam tangit S. Thom. ſcilicet, quia quum in feſto prohibeatur omne opus ſeruile, & peccatum mortale ſit magis opus ſeruile, quàm opus corporale (puta arare) magis quam contrarietur peccatum mortale ſanctificationi ad quam ordinatur feſtum, quam opus corporale, vtpote per ſe & directe excludens illam, conſequẽs eſt quod vtriuſque prohibitio ſub præcepto comprehendatur. Aliorum vero opinio oppoſitum ſentit, & hi mouentur ex eo, quod ex ſolo ſenſu literali ſecundum Dionyſ. & Auguſt. poteſt trahi efficax argumentum. Opera autem ſeruilia prohibita in feſto ad literam ſunt opera corporalia, qui ſerui diſtinguuntur à liberis, & non peccata niſi myſticè, vt San. Thom. expreſſe dicit in 3. ſenten. diſtinct. trigeſimaſeptima, articulo quinto, quæſtione 2. ad 2.

Et quoniam hæc opinio rationabilior eſt, ideo ad eius euidentiam ſciendum eſt, quòd quum obſeruatio feſti ad literam partim ſit moralis & partim ceremonialis, oportet aut ex morali, aut eccleſiaſtico præcepto innaſci quicquid obligationis in ea eſt. Ex morali quidem præcepto quod obligatio talis non proueniat, patet ppea quia nulla certa tpis pars eſt, quã cultui diuino exteriori naturalis rõ dedicãdã cẽſeat, q̃uis. n. morale ſit ĩ hoc p̃cepto quod aliquod tempus Dei cultui exteriori deputetur: non tamen quod hoc, vel illud tempus. Vnde quum ſingulæ partes temporis poſſint ab hac dedicatione abſolui, quandocunque peccatum committatur, nunquam tempus aliquod diuino dicatum cultui polluitur, aut impeditur à diuino cultu: poteſt ſiquidem alio tempore debitus cultus exolui. Et eadem ratio eſt de opere corporali: ſolum enim peccatum omiſſionis debiti cultus, ex præcepto morali accideret. Ex eccleſiaſtico autẽ mandato non prohiberi ſpecialiter peccata in die feſto, ex eo habetur, quod eccleſia non plus prohibet, quam id, quod ex literali ceremonia antiquæ legis in Sabbato prohibeatur: imo minus, vt Sanctus Thomas placet. Ex præcepto autem hoc ad literam ceremoniale triplex erat, ſcilicet certum tẽpus, puta dies ſeptem, & certus cultus, ſcilicet memoria creationis mundi in ipſa quiete (quaſi quies ipſa eſſet profeſſio quædam diuinæ quietis à creando) & determinatio operum, à quibus ceſſandum eſſet, ſcilicet ab operibus ſeruilibus. Ex nullo autẽ horum peccatum ſpecialiter prohiberi conuincitur: ſed oppoſitum potius ratione ſuaderi poteſt. Tum, quia vt allegatum fuit; ad literã opera ſeruilia tm̃ ſunt opera, ad quæ ſeruos deputatos habemus. Tũ, quia ex hoc, quod aliquod certũ tp̃s dedicatur cultui Dei exteriori, nihil aliud ſequit, phiberi niſi H id qđ repugnat tali cultui illo tempore exhibendo, & hoc aut ratione cultus, aut ratione temporis. Sed nec macula, nec actus peccati mortalis repugnat aliquo modo cultui exteriori exhibendo in die feſto: nõ ergo cadit ſub hoc ſpeciali præcepto. Quòd enim macula, ei non contrarietur, patet, alioquin quilibet peccato mortali exiſtens, tranſgrederetur præceptum hoc ſingulis dieb. feſtiuis, quod ſuperſtitioſa adinuentione non eſt inducendum, cum his, qui credunt contritionem eſſe in præcepto in die feſto. Tum, quia finis præcepti nõ cadit ſub præcepto. Tum, quia præceptum de interiori cultu Dei (quo fide ſpe, & charitate colitur) ſub hoc præcepto non cadit, ſub quo cultus exterior includitur, & determinatur: ſed eccleſia videtur interioris cultus tempus determinaſſe, quando I tempus ſacramenti pœnitentiæ, & Euchariſtiæ decreuit. Tum, quia nec Doctorum ſanctorum, nec eccleſiaſtica doctrina, aut conſuetudo hoc habet, quod tamen ſi eſſet præceptum de iure eſſet poſitiuo, vt dictis patet.

Quòd vero actus moralis etiam non repugnet tali cultui, probatur ex eo, quòd ſi cultui Dei exteriori certo tempore ſtatuto repugnaret peccatum mortale illo tempore commiſſum, hoc non eſſet quandoque ſic, & quandoque non, ſed vniuerſaliter: ſed aperte videmus, quod ſub præcepto, quo Deus quotidie colendus clericis horis canonicis ſtatuitur, non comprehenditur prohibitio ab actu peccati mortalis quocunque tempore, ergo nec in K propoſito. Vterque ſiquidem cultus exterior eſt, & eundem habet finem. Et habens aliquid morale, & aliquid ceremoniale, ſcilicet certum tempus, & certum cultus modũ, nec minus facer eſt ſecundus primo, aut minus ſub præcepto cadens. Nec obſtat ſi dicatur non eſſe aliquam certam horam diei ſub præcepto taxatam ad horas canonicas, ſicut totus dies feſtus deputatus eſt cultui diuino. Hoc enim nihil adimit efficaciæ proceſſiui facto: cuius vis non conſiſtit in determinatione temporis actu iam præcepta, ſed poſſibile, vel ſuppoſita, ac ſi eſſet. Si enim eccleſia certas horas ſub præce-

pto

pto deputaret horis canonicis exoluendis, non propterea abstinere ab actu peccati mortalis sub tali præcepto comprehenderetur, sed satisfieret temporibus debitis horas exoluendo: sicut modo satisfit intra diem deputatum dicēdo, quantumcunq; alias peccetur. Vnde quum ecclesia ceremoniale legis præceptum mutādo impleuerit, pro die septimo Dominicum diem, & pro cultu Missam, & quietem in memoria resurrectionis Dominicæ determinando, & ab operibus seruilibus non sic arcte consueuerit abstinere, consequens est, quod nō iudicat speciali præcepto quietem à peccato in die festo, sed opere corporaliter seruili. Et cōfirmatur, quia quum ecclesia non iudicet de actibus interioribus (in quibus solis plerunque committitur peccatum mortale) sat est sub eius prohibitione cōprehendi illorum impedimentorum amotionem, q̄ ecclesiastici fori sunt: quia vniuersaliter non sunt nisi opera seruilia corporaliter. ET quamuis magis repugnet satisfactioni, quę est finis huius præcepti peccatum mortale, quàm op⁹ corporale licitū f̄m se, quia tñ sanctitas ipsa interior, quę finis est, sub præcepto hoc non cadit, cōsequēs est, q̄ nec exclusio ipsius, quę per peccatū mortale fit, sub hoc præcepto comprehendatur: si. n. affirmatio non præcipitur, ex ipsa non conuincitur, quod eius oppositæ negatio prohibeatur, quamuis prohiberi possit.

Ad ea verò quę in oppositum obijciuntur, respondetur. Et ad authoritatem Amb. dr̄ cum S. T. quod sensum mysticum, & non literalem tangit.

Ad authoritatem ipsius S. Th. dr̄ dupliciter. Primò, q̄ loquitur de præcepto quò ad suum finem, qui sub præcepto non cadit, & non de ipso præcepto absolute: in tātum. n. dicit repugnare huic præcepto peccatum mortale, inquantum excludit sanctitatē & applicationē ad diuina, quæ est finis præcepti. Secundò, quod loquit̄ de præcepto hoc indistincte, s. & literaliter & spiritualiter intellecto, vnde eodem cōtēxtu de operibus seruilibus corporaliter & spiritualiter, doctrina tradit. Et tamē cōstat ibidē in rñsione ad primum cessationem à peccato sub sensu spirituali huius præcepti claudi: & sic non numerari inter præcepta decalogi, sed tātum secundum sensum literalem, q̄tum ad id q̄ cōtinet de iure naturæ. Ex hoc aūt q̄ aliquid repugnat præcepto huic mystice, non potest trahi efficax argumētū, sed rōnabilis exhortatio, vt & à peccādo i festis abstineat̄ (ne de nobis dicat̄, Populus hic labijs me honorat, cor āt eorū lōge est à me) & cōmissa cōfiteant̄ in fine cōfessionis ppetrata, p magna, vel tāta parte in dieb. festis, quatenus reprehensi tpa sacra reuereant̄. Mediolani, die 14. Aprilis, M.D.

QVAESTIO III.

Num fides ad fructuosam absolutionem sacramentalem necessaria sit.

QVæritur vtrum ad fructuosam absolutionem in sacramento pœnitentiæ exigatur fides, qua pœnitens credat certissime se esse absolutū a Deo. Videtur quod sic. Primò, quia oportet fidem habere in uerbum Chr̄i, Quodcunq; solueris sup terr. Secundo, quia si per impossibile confessus non sit contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluat, si tamen credat se esse absolutum, verissime est absolutus: tanta res est fides in uerbum Chr̄i. Probatur assumptum ex ecclesiastica historia, quia beatus Athanasius ludens cū pueris, Baptizauit eos, sicut uiderat fieri a sacerdotib. & Baptizatos eos iudicauit beatus Alex. episcop. Itē quidam minus, ut placeret īperatori, ludicro Baptismo est Baptizat⁹.

Tertio, quia non sacramentum, sed fides sacramenti iustificat: secundum illud Aug. Sacramentū abluit, non quia fit, sed quia creditur.

Quarto, quia plus est a confitēte requirendū an credat sese absolui, quā an sit uere contritus: quia cōtritio nunquā est uera satis: q̄ si esset uera, nō tñ certa, & si certa, nō tñ satis: fides aūt & uerbū Christi sunt certissima uerissima, & sufficientissima.

Quinto, quia non solum attritus absque obice actualis peccati vel propositi, sed etiam contritus accedens ad sacramentum, a gratia consequēda est alienus, nisi crediderit in absolutionē: ga sacramēta essent in mortem, & damnationem ēt contrito.

Sexto, quia ad sacramentum pœnitentiæ accedit homo petēs a Deo remissionem peccatorum: scriptum est autem, Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis: & fiet vobis. Et Iacobus dicit; Postulet autem in fide, nihil hęsitans: ergo.

In oppositum est communis ecclesię sensus.

Ad euidentiam horum sciēdum est nouitatem superexortam esse, quòd huiusmodi fides adeo exigatur, vt plus quam contritio requirenda sit, & dānandi sint omnes, qui nolunt confidere sese absolutos, donec certi sunt se satis contritos. Fundatur autem phantasia ista, primo super communissimis Scripturæ authoritatib⁹ de fide ac spe in verbo Dei: puta, Memor esto verbi tui, ī quo mihi spē dedisti: & similia infinita. Secundo super communib. de efficacia sacramentorum, scilicet quod fides est, quæ in sacris operatur. Tertio, super specialis Christi verbi ad propositum pertinentis efficacia certissima, Quodcunqne solueris super terram, &c. Ex huiusmodi siquidem efficacię certificatione deducitur oportere confitentem credere se absolutum, si sacerdos absoluat, siue erret, siue non erret, sicut ēt certus est se esse baptizatum, etiam si sacerdos erraret, ipsum baptizando. Adiungunt, quod dicendo, Quodcunque solueris, dedit potestatem: dicendo, Erit solutum, excitauit fidem de effectu.

Nouam autem hanc inuentionem alienam esse ab ecclesiastica doctrina, facilè patet distinguendo de duplici fide, quam habere possumus: scilicet vel acquisita, vel infusa. Nam si sermo est de fide infusa (quę est vna de theologalibus uirtutibus) cuius plena est sacra scriptura, sine qua impossibile est placere Deo, & per quam Sancti vicerūt regna, operati sunt iustitiam, constat, quod illa est necessaria ad sacramentum pœnitentię: quoniam ipsius non nisi Christi fideles baptizati capaces sūt. Sed hmōi fides, licet ad sacramēta se extēdat, vt patet in Symbolo, non tamen extendit se ad hęc singularia: puta quòd hoc sit sacramētum, & in quod in hoc sit effectus sacramenti: verbi gratia, tenemur credere unū Baptisma in remissionē peccatorum: sed non tenemur credere, quod iste sacerdos abluit Ioseph adultum Iudęum, dicens, Ego baptizo in nomine PATRIS & filii & Spiritus sancti, sit Ioseph uerè cōsecutus gratiam Dei & characterē, quia ex intentione baptizantis vel baptizati pōt occultè fuisse simulatio talis, quod non intenderit ille facere, quod facit ecclesia, aut Ioseph non intenderit suscipere Baptisma, vt tēporibus nostris de facto contigisse sibi quidam Iudęus coram me cōfessus est, & hęc quo ad characterem. Quo ad gratiam uerò, quia pōt eē, quod Ioseph cum pposito deliberato fornicationem committēdi Baptisma susceperit, ac per hoc gratię Dei obicem posuerit. Similiter posset dari exemplum de EUCHARISTIA: quamuis. n. teneamur ex fide credere in Hostia ritè consecrata, eē verū corpus

pus Christi,non tamen ad fidem infusam spectat credere,an ista Hostia sit rite consecra ta: tum propter intentionem ministri, tum etiam propter incertitudinem materię,& similes particulares defectus humanos.Rō aūt vniuersalis, quare sub fide infusa non cadunt huiusmodi particularia, est,qa fidei infuse(utpote diuinæ veritati innixæ)nō pōt subesse falsum;est.n.non minus circa verum, quā quæcunque scientia acquisita, quę non nisi verorum est.Esset autem quādoque circa falsum,si extenderet se ad hæc particularia,vt patet ex infinitis similibus,quæ possunt afferri in medium. Nō spectat igitur ad fidem infusam credere absolutionis effectum in hoc particulari,puta in meipso,sed ad fidem ipsam infusam pertinet credereabsolutionē ab ecclesiastico ministro rite factam,efficacem esse & in suscipiente digne gratiam operari. Hac siquidem fide nullus potest errare,sed credēdo effectū in me vel in illo determinate,possum errare, quia potest adesse impedimētum aliquod ex parte mei seu illius.Sicut in alijs sacramentis credimus & verbo Dei & sacramentis:& specialiter efficaciam certissimam illius verbi,Quodcunque solueris super terram,in subiecto dispositō:sed non hēmus infusam finem,quod in me effectum sortiatur, quod ego sim subiectum dispositum, quia potest in me inueniri impedimentum ignotum. Ex quo autem non dēt subesse falsum fidei(quę nō nisi verorum certissimorum est)excitatur,imo certificatur fides infusa per illud verbum. erit solutum in cœlis, de effectu absolutionis in subiecto dispositō, & non in me,qui forte non sum dispositus: & sic fides esset falsi.Erronea igitur inuenitur opinio dicta de fide infusa intellecta:quia sequitur, ꝙ infusæ fidei posset subesse falsum.

Si autem dicta opinio intelligatur de fide acquisita,erronea quoque inuenitur:nam licet acquisita fides circa huiusmodi particularia versetur(tali nā que fide credimus hanc Hostiam rite cōsecratam esse,& hunc rite baptizatum,& similia) sed hęc fides non est illa qua in verbo Christi confidimus,q̄ in sacramētis operatur, quia credimus efficax esse Christi verbum,Quodcunque solueris super terram:& reliqua,quę fidei sunt Christianę.Et ꝓpter ea ex illis authoritatibus,quæ de fide infusa loquūtur,non potest acquisita fides concludi:nec potest fides ista de obiecto (s. me esse absolutum etiam per absolutionem in effectu coram Deo)esse certa infallibiliter:quia quilibet est dubius in hac vita, secundum communem legem nescit,an sit in gratia Dei.Nec aliquis est qui certus sit se esse sufficienter dispositum per gratiam Dei,quæ per absolutionē conceditur:iuxta illud Iob 10. Et si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Amplius,fides ista potest esse in schismatico vel hęretico alias bene confitente:esset igitur iste verè absolutus, si erraus sacerdos ipsum absolueret,& cōsequenter iste simul esset in gratia Dei(quia verè absolutus corā Deo)& in peccato mortali,quia hæreticꝰ,uel schismaticus,quod est impossibile. Amplius,fides ista est,quantum credis,tanquam habes,cum fides ista sit opus humanum (quia ista est acquisita) consequens est ut in opere suę fidei confidentia suę pœnitentiæ consistat:qđ est alienū a Chriana veritate. Amplius,Quū nec ex sacra scriptura,sacris canonibus,ecclesię traditiōe,sacrisque doctoribus,dispositionis istius necessitas in sacramento pœnitentiæ habeatur,& rationi aduersetur, non uidetur prę-sumptione,aut ignorantia ista excusari.

Ad obiectiones infinitas de fide,ut respondeas, habeto prę oculis hanc distinctionem;s.uel ex parte sacramentorum,vel ex parte suscipientis. Et dicito,quod fides certissima est, & esse debet etiam de effectu sacramenti particulari in me, quantum est ex parte sacramenti:sed ex parte mei suscipientis licitum est dubitare de illius effectu in me. Et hoc est quod ecclesia docet dum in orationibus post communionem petit sacerdos, quod susceptum sacramentum non sit ad reatus pœnam, non ad iudicium, &c. Consequenter etiam docet omnem quantumcunque credētem post confessionem & absolutionem dicere,Domine nō sum dignus,&c. & non aduertere ad distinctionem hanc quæ est, vt puto,causa dictæ nouitatis.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd in verbo Dei & Christi sufficiēs fides habetur, quum quis credit omnes articulos fidei. nec fides infusa, qua credimus in Deum, &c. est de effectu horum verborum in me:vt dictum est.

Ad secundam dicitur, quod peccat argumētum secundum non causam,vt causam,quo ad sacramētum Baptismi. Nā non ideo illi fuerunt uere baptizati, quia credebant se baptizatos, imo credebant fortè nihil recipere de gratia: sed iō Baptismus iocosè factus est uerè Baptismus, quia intētio iocosa non ad Baptismū,sed ad exercitium Baptismi refertur. Simile est.n. delectandi causa Baptizare & Baptizari,sicut si auaritię causa quis Baptizaret,aut Baptizaretur, vtrobique.n.est uerum Baptisma,quia delectatio & auaritia non Baptismi; sed quod iste exerceat,vel suscipiat Baptismum, causa est. Secus autem esset,si intentio iocandi ad Baptismū referretur, sic quod non Baptizare, sed similitudinem Baptismi exercere,aut suscipere,intenderet ioci aut auaritiæ gratia: tunc enim nullum esset Baptisma. Quod autem assumitur, quod non contritus si absoluitur credens se absolui, est uere absolutus, nisi sit ita attritus, ꝙ saltē virtute clauiū de attrito fm quosdā fiat contritus: impossibile est. Nam ex eo ꝙ ponitur incōtritus,& uirtute clauium nō factus de attrito contritus, oportet ꝙ aut sua fide acquisita sit iustificatus,quod est erroneū,aut quod simul sit incōtritꝰ,& absolutꝰ apud Deū, ꝙ est īpossibile.

Ad tertiam dicitur, quod sacramentum abluit, non quia fit, hoc est non secundum substantiam facti:sed quia creditur,hoc est secundum uirtutem creditam in eo,& non quia creditur a suscipiente, effectus suus in eo certissimè ab hoc.Et nota quod non dixit, quia credit minister aut suscipiens, sed impersonaliter quia creditur, hoc est propter rem creditam:nam nisi intendat quis facere quod facit ecclesia, non Baptizaret. In hoc autē quod est imitari in illo actu ecclesia,īcludetur res credita; quāuis nec a suscipiente,nec a Baptizante:vt patet,si infidelis Baptizaret infantem,aut adultum,dicētem, Valeat quantum ualere potest.

Ad quartā dr, ꝙ assumptū non solū falsū, sed & presumptuosum est valde,contra vniuersalis ecclesiæ ritū:contritio.n. est summè necessaria.Ista autē fides acquisita de effectu sacramēti in se ipsa est impossibilis; quia semper est,& debet esse ambigua, nec est requirenda a confitente:qui nisi crederet se absolutum,absolutioni se nō submitteret.Nec obstat,quòd contritio sit incerta: iussit.n. Deus ipse, vt cum nostra hac incertitudine accedamus ad sacramenta.Qđ aūt dicit,quòd nunquā est uera,satis falsum est, ut patet in multis cum uera & sufficienti contritione confitentibus, quamuis incerta eis.

Et

Et quum subditur, ꝙ fides Christi est verissima & certissima & sufficientissima, respondetur ꝙ talis est de rebus subiectis fidei infuse, sed non de imptinentibus ad ipsam, vt sunt ex parte nostri singulares singulorū effectus sacramentorum. De his.n. nec certa, nec incerta est fides infusa: quia non est eorū: est.n. fides infusa de gratia per sacramenta certisi mè conferenda suscipientibus dignè illa, ut in Cōcilio Florent. sub Eugenio IIII. determinatum est. Et ex Apostolo assumptū est, dicēte, Qui māducat, & bibit indignè, iudiciū sibi māducat, & bibit. Vbi ēt Apostolus, ſm quid reputare se hō debeat dignum uel indignum, præmittit dicens, Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat. Vbi ex subiunctis, quod si nosmetipsos iudicaremus, non utique a Domino iudicaremur, patet ꝙ probare seipsum est seipsum iudicare, contra se vindictam exercere: quod vocatur contritio cōi usu ecclesię & doctorum. & propterea falsum ac temerarium esse constat, quod plus est a pœnitente requirendum, si habeat credulitatem de effectu in futuro sacramenti, quā de illius cōtritione: probare.n. seipsum (quod est conteri) iussit Apostolus, iubet ecclesia, exigunt omnes communiter confessores. Credere autem se pœnitentem omnino effectum habiturum nouitatum exigit dogma.

Ad quintam dicitur, quod duorum, quę ibi tanguntur, primū, quod attritus non ponens obicem, non consequitur gratiam absolutionis, nisi credat (vt iam patet ex dictis) voluntarie dicitur, apponē do nouellum, & impertinens accidens pro dispositione necessaria ad gratiam Dei per absolutionem sacramentalem. Secundum aūt, quod contrito in damnationem sunt sacramēta, nisi credat se absolui, non est rñsione, sed correctione dignum: qm sacramentum pœnitentię ab ecclesia sufficiēter traditum per confessionem, contritionem, & satisfactionem, damnabile constituit sine quarto, s. certa fide effectus in suscipiēte. Hoc enim est nouam ecclesiam construere.

Ad sextam de oratione dicitur primo, quod rō digreditur ad accidentia, quę sunt extra essentiam sacramenti: oratio.n. constat quod a sacramentis distinguitur, imò ponitur sub satisfactione, quę est tertia pars sacramenti pœnitentiæ. Veruntamen de oratione ipsa etiam dicēdum est, quod fides de effectu orationis dupliciter haberi pōt. Primo ex parte ipsius diuinæ misericordiæ, gratię, & potentię, prouidentiæ, promissionis, &c. & sic fides dēt esse in oratione absque hæsitatione aliqua, Alio mō ex parte eius, q orat vel pro quo oratur: & sic nisi piè qñque dubitaret de effectu petito, plerunque fides inueniretur falsa, ut patet in Paulo orante, qui absque hęsitatione credendo, quod acciperet id quod peteret, iuxta Domini doctrinam, Rogauit ter, ut stimulus carnis a se discederet, & non est consecutus effectum petitum, vt patet 2. ad Cor. 12. Hic.n. patet quòd fides, quod accipiamus quicquid petimus, nō refertur ad rem petitam accipiendam simpliciter & absolutè, sed quantum est ex parte diuinę misericordiæ, &c. alioquin esset quandoque falsa, & Pauli fides fuisset falsa: potest.n. aliunde ex parte nostri ratione fieri, vt illud non accipiamus. Vnde Saluator de hac fide docens prę mittit, habē te fidem De, & subdit, Amen dico uobis, &c. ostēdens per hoc, quòd firmitas nostrę fidei de effectibus particularibus debet esse de illis, quantum est ex parte Dei & nō ex parte nostri. In Augusta Vindelicorum 26. Septembris, 1518.

QVAESTIO V.

Num sacramentalis absolutionis effectus sit remissio peccatorum.

QVæritur vtrum sacramentalis absolutionis effectus sit remissio culpæ. Et uidetur quod nō. Primo, quia solius Dei est remittere culpam, ut omnis Scriptura & ecclesia fatetur.

Secundo, quia culpa est remissa a Deo proponē ti confiteri antequam penitēs a sacerdote absoluatur: iuxta illud, Dixi, Cōfitebor aduersū me iniustiam meam, & tu remisisti impietatē peccati mei:

In oppositum est, quod sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, secundum communem ecclesię doctrinam.

Ad euidentiam huius quæstionis, scito antiquā esse hanc quæstionem, & in 18. distinct. 4. sententiam tractari. Vbi quia obscurę satis sunt authoritates antiquorum doctorum applicatę ad hoc, Magister sent. concludit sacerdotem euangelicū absoluere, hoc est declarare absolutum a Deo, & ad ecclesiæ communionem admittere. Nouitia autem quædā opinio addit super hoc effectu pacem animi; quoniam ante absolutionem inquieta est anima de remissione suorum peccatorum, accepta aūt absolutione cū fide, quod uerè absoluatur, sit secura aīa de remissione peccatorum percepta, & in pace qe scit, tantique fit fides de gratia præsenti ministerio sacerdotis, quod peccatū maneret, nisi remissū crederet: non.n. sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere remissum.

Verum si Domini uerba diligentius perspecta fuerint quum potestatem sacramentalem dederit: aliter sentiendum est, non.n. dixit. Quorum declaraueritis remissa peccata, sed dixit, Quorum remiseritis peccata: & similiter dixit, Quodcūque solueris, neque dixit, Remittūtur eis, aut solutum erit, quo ad ecclesiam: sed solutum erit, in cęlis, & remittuntur eis, simpliciter & absolutè. Ideo si verba Dñi sunt uera in sensu proprio, conuincunt ecclesię ministros habere potestatem remittendi peccata authoritate Christi: par.n. ratio est, quòd verba hæc Domini ad sacramentum pœnitentiæ spectantia in proprio sensu uerificentur, & quòd uerba eiusdē sacramentum Eucharistiæ pertinentia (scilicet hoc est corpus meum) in proprio sensu uerificentur. Nulla.n. est ratio quare ista in proprio sensu uera esse fateamur, & illa a proprio sensu aliena faciamus: præsertim quum maius miraculum sit, quod de pane fiat corpus Christi ministerio sacerdotis. Vnde si verba Eucharistiæ a sacerdote plata, ut uera sint, compulerunt ut fateamur hoc. i. contētum sub hac specie, est corpus meum, scilicet Christi: non min' compellitur ad verificandum hęc Domini verba, (Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis) in sensu proprio, credere quod sacerdotis ministerio remittuntur peccata, absoluūtur peccatores a culpis suis. Nec enim minus operatorius esse debet sermo Christi os sacerdotis, dicētis, Absoluo te a peccatis, quā eiusdem Christi sermo per os sacerdotis dicentis, Hoc est corpus meum. vterque igitur operatorius est eius, quod significat seruatis seruandis, s. concurrentē ex parte ministri authoritate (nō enim quilibet homo, sed sacerdos ordinariam vel delegatam authoritatem habēs est minister sacramentalis absolutionis) & ex parte pęnitentis debita dispositione, ut scilicet sit absolutione dignus. Alioquin extremus rediret errora Hier. dānatus, vt pro nostro arbitrio dānare innoxios

xios & absoluere noxios possemus, sicut etiã in sacramento altaris non quamcunque materiam, sed panis triticei tantum, consecrari per illa uerba, non diaconi, sed sacerdotis ministerio prolata concessum credimus. In cuius signum Dominus quũ daret potestatem remittendi, retinendique peccata, præmisit, Accipite Spiritum sanctum subiungẽdo. Quorum remiseritis peccata, &c. tanquam diceret, Spiritu sancto dirigẽte, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & non spiritu uestro instigante. Mouet & dirigit proculdubio Spiritus sanctus ad absoluendum uel ligandum, quum seruatis vndiq; seruandis minister Christi absoluit, uel ligat. Credẽdum est igitur & confitendum, quod effectus sacramentalis absolutionis ritè factę (scilicet a debito ministro, debita forma, supra dispositam materiam, s. peccatorum confitentem dignum absolutione) est peccatorum remissio, quã authoritatiuè quidẽ solus Deus fecit: ministerialiter aũt minister ipse Christi sacramento mediante efficit. Sic. n. ad literam impletur illud, Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis: nõ quod prius ecclesia remittat, quàm Deus, tanquam Deus ecclesię iudiciũ sequatur. Non enim dicit, Quorum remiseritis peccatã, remittuntur eis, in futuro: sed remittuntur in pñsenti, ad denotãdum, quòd ipsa per ministrum remissio est vna atque eadem cum remissione, quam facit Deus. Illam quippe unam & eandem remissionem peccati, quam sacerdos ministerialiter fecit, & efficit Deus authoritatiuè: sicut eandem cõuersionem panis in corpus Christi, quam sermo Christi per os sacerdotis operatũ, efficit Deus authoritatiue. ET licet olim dubia fuerit hęc qõ, hodie tñ determinata est in Concilio Florent. sub EUGENIO 4. Vbi dicitur, Effectus huius sacramẽti est absolutio a peccatis. Absolutio, inquit, nõ declaratio, nõ pax. ET rursus, effectus sacramenti huius, dixit, non effectus solius Dei. ET hinc patet, quòd sacerdos absoluendo seruatis seruandis, & in veritate absoluit a peccatis, & per viã sequelę declarat pœnitẽtẽ absolutum, & certificat (humana tñ coniectura) peccatorem de peccatorum remissione. Remanet. n. sẽper secundum communem legem peccator ambiguus de consecuta ad Deum remissione, quia sem per restat ambiguum nobis, an ex uel cum infusa charitate sacramentum susceperit pœnitẽtię. Quocirca nouitia opinio relata, non opinio, sed error est, pro quanto efficaciam adimit sacramento pœnitentię sine credulitate effectus in seipso, & nulli conferri veniam remittente sacerdote dicit, Nisi credat sibi remitti: & quod intolerabilius est, nec intelligibile, manere, s. peccatum ẽt remissione facta, & gratia donata, nisi credat pœnitẽs peccatum remissum. Indigna nempe sunt hęc non solum eruditorum, sed quorumlibet Christianorum auribꝰ. ET quo ad illorum impugnationem seruandum est illud Philosophi, Quoliber proferente contraria, solicitum esse, stultum est. Constat. n. Baptismum remittere peccata absque tali susciptentis credulitate, vt patet in infantibus. Constat omnes ferè tremore Domini refertos semper dubios de diuina in se gratia, & pœnitentię & Eucharistiæ sacramenta susc̃ipere, & sic ambiguos pseuerare. Imò & hoc sacri doctores laudant; & eius oppositum præsumptioni communiter adscribitur, aut ignorantię.

Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd diuersus remittendi modus omnes huiusmodi authoritates manifestat. Solus. n. Deus peccata remittit authoritatiue: cum quo stat, quod minister euangelicus authoritate a Deo concessa, peccata remittat ministerialiter, mediante Christi sacramento ad hoc ab ipso Christo instituto.

Ad secundam dicitur, quòd sacramentalis absolutio dicitur operari remissionem peccatorum dupliciter, vel in voto, vel in executione: Nam qui ante confessionem, remissionem consequitur, ex sacramentali absolutione in uoto consequit (iuxta illud, Dixi, confitebor, & tu remisisti) proculdubio mediante confessione, ad quam tendens, Dixi, Cõfitebor: alioquin non oportuisset dicere, Dixi, confitebor: sed sat fuisset dicere, Dixi aduersum me iniustitiam meam Domino. Et siquidẽ ante absolutionem consequitur pœnitens remissionem peccatorum, per sequentem absolutionem augetur gratia remissiua peccatorum: si uero non prius consequutus est veniam, consequitur per absolutionem, sitñ (vt dictũ est) dignus absolutione tunc est. Nec hęc ex proprio arbitrio dicimus, sed ab vniuersa ecclesia accipimus, cõfitente vnum Baptisma in remissionem peccatorum, per omnia similiter intelligẽdo ut diximus, s. q̃ Baptisma in execuutione remittit peccata in illo, in quo inuenit peccata non remissa ex Baptismo in uoto, & digne ad Baptismũ accedit: in quo autem remissa ex seipso in uoto inuenit, gratiam auget. Hęc enim varietas non ex defectu sacramẽtorũ, sed ex uaria dispositione participantium sacramenta prouenit. Augustę, die primo Octobris. 1518.

TRACTATVS DECIMVSNONVS de Excommunicatione, cuius est unica.

QVAESTIO I.

Num excommunicatio priuet a participatione interiori fidelium.

VTrum excommunicatio priuet a participatione interiori fidelium. Et videtur quod non.

Primo: quia excommunicatio non tollit plus q̃ Ecclesiastica authoritas, iurisdictionis potest conferre, est. n. excõmunicatio actus potestatis nõ ordinis, sed iurisdictionis: quam non dedit Christus maiorem in auferendo, quam in concedẽdo, quum ipse sit magis pronus ad inferendum bona q̃ mala: sed ecclesiastica huiusmodi potestas non potest dare fidem, spem, & charitatem, per quas q-libet fidelis participat interius aliorum fideliũ bona: ergo non potest tollere huiusmodi participationem interiorem.

Secundo, quia excommunicatio communiter se habet ad iustam & iniustam, est enim utraque efficax ad ligandum, quia, ut Greg. dicit, & hẽtur 11. q. 3. sent. PASTORIS siue iusta, siue iniusta, est timenda: sed excommunicatio iniusta non priuat excõicatũ cõione interiori, sed solum exteriori, ergo excõicatio simpliciter non priuat nisi externa cõione fidelium. Et confirmatur, q̃ in sacra scriptura nunquã inuenit excommunicatio nisi pro priuatione ab externis actib. seu cum sola extrinseca pœna, vt patet discurrẽti per epistolas Ioannis & Pauli, in quibus nihil aliud inuenitur prohibitũ nisi extrinseca cõmunio, nam quum tradebantur satanæ, solum extrinsece vexabantur, ut patet ex eo, quod ibi dicit, Vt spiritus saluus fiat, 1. ad Cor. 5. Non nisi uoluntarie. ergo dicitur, quod excõmunicatio priuet spiritualibus suffragiis ecclesiæ.

In

In oppositum est Magister sent. in 8. dist. 4. quem communiter doctores in hoc sequi videntur.

Ad euidentiam quæst. huius sciendum est, quòd oportet extremum utrunque vitare, ne in errorem incidamus. Tria siquidem inueniuntur in cõmunione fidelium, quatenus fideles sunt. Vnum est communio extrinseca in simul orando, vt fit conueniendo in ecclesia ad Missarum, aliorumque diuinorum officiorum solemnia. & hoc est vnũ extremum. Aliud est Sãctorum communio, quæ fit per charitatem vnientem Christi membra secundum fidẽ formatã capiti Christo, & reliquis Christi membris similibus: & hoc est alterum extremũ. Tertium est communio fidelium secundum communia suffragia, quæ in ecclesia ex institutione ecclesię fiũt, vt patet in orationibus & Missis: & hoc est medium. Dupliciter ergo contingit in proposito errare, vel dicendo ꝙ excommunicatio aufert solam intrinsecam communionem, vel dicendo ꝙ excommunicatio tollit directe omnem communionem, vtrunque enim est falsum: vt patet. Veritas autem est, ꝙ excõmunicatio tollit extrinsecã quo ad communia suffragia communionem fidelium, & supponit ablatam communionem Sanctorum per charitatem. Pro quorũ intellectu (quia de externa communione non est dubium) uidenda est primo differentia inter dictas duas communiones internas: & monstrandum est deinde, ꝙ altera earũ per excommunicationem aufertur. Communio fidelium quum consistat in conferẽdo & recipiendo: oportet ꝙ interna etiam communio consistat in collationibus & recipientibus. Et collatio quidẽ fit meritis, orationibus, atque suffragijs apud Deũ adiuuantibus & intercedẽtibus pro alijs. Receptiõ autem fit suscipiendo ex aliorum ope, uel gratiam, uel gratię augmentum, uel protectionem diuinæ assistente à malis præseruantis, uel ad bonum promouentis, & huiusmodi. Verum collationes horũ spiritualium auxiliorum ex duplici oriuntur causa, nam quandoque oriuntur ex charitate immediatè: ut quum in charitate constitutus ex priuata intentione orat, operatur, affigitque se pro alio, & impetrat illi uel gratiam, uel gratię augmẽtum, uel adiutorium contra tentationes, & huiusmodi. Vel ex charitate mediante institutione, uel actione ecclesiæ ut quum ex Missis diuinisq; officijs aliquis adiutor ad bonum operandum, uel ad malum uitandum: hæc enim ex charitate, sancta matre ecclesia instituẽte sunt, & pro communi ecclesię bono ordinata: & pro singulis eius membris agit ea, iuxta singulorum fidem deuotionemque offerentium. Et ad hoc collationum genus, spectat sacramentorum collatio, quę Christi fidelibus dispensantur: quoniam actione ecclesiastica conferuntur. Quocirca inter communionem internam secundum charitatem immediate & communionem internã mediate ecclesię institutione, seu actione, ex parte receptorum non est differentia secundum substantiam: seu secundum magis & minus, nisi quo ad gratias sacramentales: quoniam omnia illa spiritualia dona, quę ego possum recipere ex una communione, possum recipere ex alia, & econtra: excepta (ut dictum est) sacramentali gratia, ut puta charactere in sacramento confirmationis, & similiter in sacramento ordinis: hęc enim non potest quis accipere ex communione solius charitatis: sed oportet interuenire communionem secundum ecclesiasticam sacramenti actualem susceptionem. Cõmunio siquidem in sacramentis in uoto tantum, stat infra limites communionis charitatis: sed communio in sacramentis secundum rem, ad cõmunionem actionis ecclesiasticæ spectat. Et hinc patet, quod recepta differunt secũdum magis & minus: quia constat, quod maior gratia habetur, quum sacramenta actualiter sumuntur, quàm cum in voto tantum. Ex partem autem collationis inuenitur, magna differentia secundum substantiam, quoniã interna communio charitatis immediate, in meritis, orationibus, suffragiisque priuatis consistit. Cõmunio autem charitatis ad intima penetrans mediante ecclesię actione, seu institutione in meritis, orationibus, suffragiisque cõmunibus (hoc est in ipsius ecclesię & sacramentis & sacramentalibus) vt in actionibus consistit. Orat enim ecclesia, suffragatur, meretur, sacramenta dat & sacramentalia, ex charitate proculdubio: & his efficit apud Deum, non solum ecclesia, sed singuli fideles bonum gratię, aut augumentum, protectionem & reliqua bona habeamus, nisi obicem ponamus. Ad primam communionem spectat illud, particeps ego sum omnium timentium te. ad vtramque simul spectat articulus fidei, s. Sanctorum communionem, quoniam ad illum spectat communio in sacramentis. Prima communio non est proprie nisi existentis in charitate: secunda autem ad Christianos etiam in peccato mortali existentes se extendit: nam & pro peccatoribus ecclesia orat (& frequenter exaditur) etiam proteruis, ex hoc quod Missas celebramus pro conuersione peccatorum. Hęc autem dicta sunt adeo nota, vt nulla egeant probatione: qm̃ ex ritu ecclesię apparet eorum veritas.

His autem prẽmissis manifestum est, quod excõmunicatio: quia extra ecclesię communionẽ ponit, ab actionibus, in quibus ecclesiasticæ charitatis communio consistit vt actionibus, seperat, & consequenter a receptionibus, quæ ex illis actionibus proueniunt, segregat. Et quia inter hęc multa sunt interiora bona animę, consequens est, vt excommunicatio a communione multorum internorum bonorum seperet excommunicatũ. Quod autem excommunicatio extra ecclesię communionem ponat quo ad actiones ecclesię (ex qua cętera pendent) manifestatur ex eo, quod ecclesia nõ orat pro excommunicatis. Constat enim quod nõ licet celebrare pro excommunicatis: immo; ut Bernardus dicit, vide quam mala sit excõmunicatio, quod in Parasceue ecclesia pro Iudeis & Paganis orat, sed non pro excommunicatis. Probaturque hoc radicaliter ex euangelica doctrina: constat. n. ꝙ ecclesia non orat secundum communem legem nisi pro fratribus nostris; sed excommunicati non sunt nostri fratres: ergo, &c. Minor patet ex eo qđ Saluator noster Matt. 18. (vbi excommunicandi authoritatem ecclesię dedit) dixit de excommunicato, Sit tibi sicut ethnicus s. Gentilis. Vbi manifeste apparet, quod excommunicatio ex fratre facit nobis sicut Gẽtilem: unde Aug. dicit; Noli illum iam reputare in numero fratrum tuorum: ergo. Amplius, Si excommunicatus extra ecclesiam ponitur quo ad externa tantum, sequitur quod excommunicatio non egeret authoritate Christi: quoniam quilibet princeps, quelibet ciuitas, quælibet communitas potest extra suam communionem ponere. Constat autem Christi authoritate excommunicationem fieri, Matt. 18. vbi subiungit, Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terrã (glo. uinculo anathematis) ubi Chryso. dicit, Vide qualiter duplicibus colligauit necessitatibus: & pœna, quę

quæ ſuis membris confert: ſed ipſa eccleſia ſua inſtitutione, & actione confert membris ſuis communes orationes, ſuffragia, & huiuſmodi. ergo hæc tollit excommunicando, & ad hæc admittit reconciliando. Maior patet ex eo, quòd excommunicatio eſt ſuprema pœna eccleſiæ: non eſſet autem ſuprema, ſi non tolleret totum, quod eccleſia dedit: quoniam adhuc maior ſupereſſet pœna, ſi adhuc reſtaret ſeparandus excommunicatus ab his, quæ dedit, & dat continue ipſa ſuis membris. Minor probatur, quia eccleſia inſtituit Miſſas non ſolum pro eccleſia in communi, ſed pro ſingulis, vt patet in can. Miſſæ. vbi dr̃, pro eccleſia tua ſancta catholica, quo ad primũ, & omnib. orthodoxis, atque catholicæ, & apoſtolicæ fidei cultoribus, quo ad ſecundum. Inſtituit etiam in Memento pro aliquibus ſingularibus orari, inſtituit horas canonicas, & orationes pro fidelibus, vt patet. Hæc omnia eſſe ſuffragia, & ab eccleſia, in perſona eccleſiæ qui dubitat, non eget ratione, ſed ſenſu. Et ſic patet excommunicatum eſſe alienum ab actionibus communibus, quibus eccleſia communicat ſuis fidelibus. Et patet conſequenter alienum quoque eſſe à fructu illarum actionum: hoc enim manifeſte ſequitur. Et quia fructu actionum illarum ſunt adiuuari ad gratiam, vel gratiæ augmentum, ad bene operandum, ad declinandum à malo ad reſiſtẽdum diabolo, & cætera. ideo patet, quòd à multis internis bonis excommunicatio ſeparet. Et cõfirmatur authoritate Auguſt. de verbis Apoſtoli, ſermone 18. Omnis Chriſtianus, qui à ſacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo, quia ſcilicet extra eccleſiam diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vbi habes quomodo extra eccleſiam intelligit Auguſt. non eccleſiam materialem, non extrinſecam communionem, ſeu extra Chriſtum. Replicãdo autem dicit, quaſi Diabolo traditur, quia non traditur Diabolo poſſidendus, ſed corripiendus. Ad idem eſt authoritas Hierony. Quorum dimiſeritis peccata, & cætera, ideſt, quibus eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua regni cœleſtis clauſa erit. Et habentur 11. quæſtione 3. ambæ authoritates. Ex quibus patet, quòd excommunicatio ab internis bonis excludit (quæ regni cœleſtis ianuam aperiunt) pro quanto priuat excommunicatum à communibus eccleſiæ ſuffragijs: per quæ interna bona diuina miſericordia ſuauiter omnia diſponere ad nos deſcendunt.

Ad obiectionem ergo primam in oppoſitum dicitur, quòd licet omnia ſuffragia ex charitate prodeant, non tamen omnia eodem modo à charitate ordinata procedunt. Sed quædam procedunt immediate per ſolas priuatas intentiones ſeu actiones fidelium, & horum communio ſpectat ad charitatem, & iſta non tolluntur directe per excommunicationem, ſed præſuppoſitiue tolluntur per eam, quia excommunicatio nõ incurritur abſque mortali peccato tollente charitatem, & conſequenter communionem iſtam. Quædam autem ſuffragia procedunt ex charitate per eccleſiæ actionem, vt ſunt communia ſuffragia, quæ in perſona eccleſiæ fiunt, & horum cõmunio ſpectat ad fideles omnes ab eccleſia nõ præciſos: ſunt enim hęc communia fidelibus omnibus etiam exiſtentibus in peccato mortali, vt probatum eſt. Et hæc differẽtia inter hominem fidelem exiſtentem in mortali peccato abſque excommunicatione, vel cum excommunicatione, quòd non excommunicatus adiuuatur a pia matre communibus eccleſiæ ſuffragijs, excommunicatus autem non adiuuatur per illa, ſed ſibiipſi relinquitur vt gentilis, iuxta Domini præceptum, non tamen omnino deſerit illos mater Eccleſiæ, quia requirit illos, vt reſipiſcant, nec ſalutem eorum ſicut nec Paganorum negligit vt Aug. vbi ſupra ſubiungit. Et ad hanc ſolicitudinem vltra perſonale onus ſpectat, quòd eccleſia obligat clericum excommunicatu ad horas canonicas, ſicut & omnes excõmunicatos ad ieiuniũ ab eccleſia inſtitutum. conceditur igitur quod excommunicatio non niſi præſuppoſitiuè tollit cõmunionem charitatis: ſed cum hoc ſtat, quòd directè tollit communionem ſuffragiorum cõmunium eccleſiæ, ac per hoc internorum bonorum, quæ ſunt illorum ſuffragiorum fructus, quia iſta non ſpectant ad communionem charitatis immediatè, de qua ſola dictum eſt, Particeps ego ſum omnium timentium te, quamuis hęc verba verius intelligenda ſint in perſona veri membri eccleſiæ non præciſi ab ea: hic enim verè dicit, Particeps ego ſum, &c. quia omniũ ſimpliciter eſt particeps. Ad ſecundam dicitur, quòd propriè loquendo excommunicatio iniuſta quo ad ipſam, (puta pro non crimine,) non eſt excommunicatio ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſecundum quid tãtum, hoc eſt in foro iudiciali. Et quod non ſit ſimpliciter excõmunicatio, patet ex illa vniuerſali, Iniuſtum iudicium non eſt iudicium, excommunicatio enim quoddam iudicium eſt. Et manifeſtatur facile, ga excommunicatio actus iudicis eſt, actus autem iudicis eſt ius dicere, conſtat autem, quòd dicere iniuſtum non eſt dicere ius. Et ſimiliter excommunicare eſt ius tale dicere, iniuſta autem excommunicatio eſt iniuſtum tale dicere: non igitur eſt excommunicatio, ſi iniuſta eſt, ſecundum ſubſtantiam excommunicatio. Secus autem eſt de iniuſta ex parte motiui, puta, quia ille poteſt excommunicari ex ſuo crimine, ſed tamen ego non moueor niſi ex odio ad excommunicandum. Hæc enim excommunicatio eſt iuſta ſecundum ſe, quamuis ſit iniuſta ex parte motiui, & ideo eſt verè excommunicatio, & omnes excõmunicationis effectus ſecum fert. Sed excommunicatio ſecundum ſe iniuſta, non fert ſecum excõmunicationis effectus, niſi ex foro exteriori: non eſt enim ſic excommunicatus priuatus ſuffragijs eccleſiæ ſecundum veritatem, quia nõ eſt vere excommunicatus in cęlo, quia non eſt eccleſiæ non auditor, ac per hoc non ſicut ethnicus. Vnde Aug. de verbis Dñi Matth. 18. cępiſti habere fratrem tuum tanquam publicanũ, ligas illum in terra, ſed vt iuſtè alliges, vide: nam iniuſta vincula diſrumpit iuſtitia. Parere tamẽ excommunicationi debet, ab extrinſeca cõmunione ſe abſtinendo, quia in foro extrinſeco ligat. Et hoc eſt quod Gregorius docet, dicens quòd ſentẽtia paſtoris ſiue iniuſta, ſiue iniuſta eſt timenda. Secus autem (vt communiter dicitur, & bene) eſſet, ſi ſententia eſſet nulla, hoc eſt inualida etiam in foro exteriori, ita quòd inter excommunicationem iniuſtam, & nullam non eſt differentia, quia illa excommunicatio ſit, & iſta non, (neutra enim eſt excommunicatio abſolutè) ſed quia illa eſt excommunicatio in foro exteriori, hæc autẽ in nullo foro, & ideo nulla dicitur. Et eſt quando continet errorem intolerabilem vel in facto, puta ſi excommunicatur quis, quia non tenet concubinam,

vel

vel in iure, vt si excommunicetur post legitimam appellationem ab eodem, & huiusmodi; vt habes in gl. dicti c. Non ergo communiter se habet excõmunicatio ad excommunicationem iustam & iniustam: sed ly iniusta est conditio diminuens rationẽ excommunicationis: sicut homo non se habet communiter ad hominem verum & pictum. Et propterea non est de natura excommunicationis iudicandum, secundum quòd saluatur iniusta, sed simpliciter & absolute, prout est in sua integra rõne & efficacia quam solum significat excõmunicatio, proprie & formaliter loquendo, quoniam actus est iudicis dicentis ius. Ad confirmationem dr, quod ex sacra Scriptura hẽtur excommunicatum, priuatum esse spiritualibus bonis & regno cœlorum Matth. 18. Ex eo enim, qđ ecclesię fit ut Gentilis priuatur ecclesię suffragijs; sicut Gẽtilis expers eorum est. ex eo autẽ quod ligatus est in cęlo, priuatur bonis soluentibus uincula cęlestia. Habetur quoque idem ex ipsa forma excommunicationis: nam ea quæ extra fiunt ab ecclesia sunt signa eorũ quæ sunt intus, si error non interuenit. Et propterea ex hoc ipso, quod ecclesia ab ecclesiastica communione exterius separat hominem excommunicando, significat illum ab interna communione ecclesię separari. In cuius signum in primitiua ecclesia etiam sensibiliter potestati dęmonum excõmunicati tradebant, quasi a Christo excisi. Nec est verum quod in primitiua ecclesia sola externa pœna excõmunicati mulctabantur, sed ultra internas addebãtur externæ pœnę a Diabolo: sicut ultra interna bona in primitiua ecclesia boni uisibiliter visitabanꝰa Spiritusancto, Loquẽte linguis, &c. Nec obstat quod dr, Vt spiritus saluus fiat, qm̃ hoc spectat ad finem. cõstat aũt quod excõmunicatio priuat etiam suffragiis ecclesię, & relinquit hominem sibi ipsi, ut resipiscat, ut spiritus saluus fiat: est enim velut medicina quædam in capit. quum medicinalis. de sen. excom. li. 6. Augustę, die vigesimonono Octobris, 1518.

TRACTATVS VIGESIMVS de iniunctis pœnitentiis vnica quæstione contentus.

QVAESTIO I.

Num pœnitentia iniuncta a confessore si non impleatur in hac vita, exoluenda sit in alia.

QVæritur, vtrum pœnitentia secundũ canones imposita a confessore, si non impleatur in hac uita, exoluenda sit in alia uita. Et uidetur quòd non: quia nec canones pœnitentiales, nec sentẽtię hominis intelligũtur imponi, nisi in hac uita, ut patet discurrendo. Et confirmatur. quia mortui sunt extra territorium humani iuris: constat autem impunè posse non parere extra territorium ius dicenti.

In oppositum enim est cõis ecclesiæ sensus.

Ad euidentiam huius sciendum est, quòd pœna ritè imposita, quę in hac quęstione nuncupatur pœna canonica duo in se continet. Alterum est id qđ pro culpæ satisfactione debetur: quoniam nisi pœnitens remaneret debitor ad satisfaciendũ diuinę iustitię nulla deberet ei pœna imponi. Claues enim ecclesię sicut non soluunt in ueritate nisi dignos absolutione, ita non ligant secundum rei ueritatẽ nisi alligatione dignos: sic enim & nõ aliter confessor exhibet se Christi ministrum, utendo claue potestatis. Vnde ad discernendũ dignos ab indignis data est ei altera clauis, sauthoritatis discretiuę. Alterum est id quod confessor apponit, quòd se hẽt ad primum sicut determinatum ad indeterminatũ, & sicut qualitas ad; subst antiam, seu accedentale ad substantiale. Nam ad satisfactionem pro peccato, substantialiter exigitur, quod pœna sufficienter exoluatur: an autem tali, vel tali pœna satisfactio fieri debeat pro indeterminato habeẽ donec a Deo vel homine determinetur puta quod ieiunet, peregrinetur. & huiusmodi. Et quoniam possunt etiam hę determinationes mutari (vt patet quum imposita pœnitentia commutatur, & substantiale debitum satisfactionis, quod erat quasi vestitum priori qualitate pœnitentiæ induit ex commutatione nouam qualitatem puta, si prius erat sub forma orationis, & postea mutatur in formam eleemosynæ, ideo ut accidentale ad substantiale, & ut determinatio ad determinabile se hẽt qꝰ apponit a confessore ad id, quod pro peccati satisfactione exoluẽdũ restat. Importat ergo canonica pœna, non solas qualitates appositas ab homine secundum canones, nec solam suppositam pœnam peccato debitã: sed vtrunque. Ita quod inter pœnam debitã pro satisfactione peccati simpliciter & absolute & pœnam canonicam, hęc est differentia, quod illa primo significatur nuda: secundo autem, hoc est per pœnam canonicam, significatur vestita per determinationes a confessore canonicè appositas.

Quocirca ad propositam quæstionem respõdendum cũ distinctione est, vt vterque extremus error vitetur. Nam si dicatur, quod pœnitens non remanet post hanc vitam obligatus, errabunt multi inferentes ex hoc qꝰ mors absoluit oẽs a pœnis debitis pro peccatis, dummodo hic fuerint impositę a confessoribus, & acceptatę, quamuis non exoluerint omnes: hoc enim clare constat esse erroneum. Et rursus si dicatur, quod pœnitens remanet obligatus post hanc vitam, errabunt forte aliqui, sumentes ex hoc alterum extremum scilicet, quod mortui tenentur ad ieiunia, peregrinationes, &c. quod est ridiculum.

Dicatur ergo secundum distinctionem iam dictam & probatam, quod pœna canonica nõ remanet exoluenda quantum ad qualitatem ab homine appositam, & ex hoc sequitur, quod non teneãtur ad ieiunia, & alia huius uitæ, opera mortui. Remanet autem quo ad substantialem pœnã & iõ sequit, quod post mortẽ tenentur exoluere quod hic non soluerunt. Ratio autem quare remanet quo ad substantiale, est quia satisfactio substãtialis erat debita ex ipso peccato, secluſa impositione canonis & sacerdotis, & nunquam est soluta in hac uita. Ex hoc enim conuincitur primo quod aut nunquam exoluetur, & sic peccatũ remanebit absque satisfactione (quod est impossibile in his qui saluantur) aut quod exoluetur post hac vitam, quod est verissimũ & a catholica ecclesia confessum conuincitur. Secũdo, quod non est eadem ratio de remansione post hanc vitam pœnitentiæ sacramentalis quo ad substantiale. & de aliis pœnis, vel operationibus impositis a iure humano, vel ab homine puta quod dicamus horas canonicas, quod ieiunemus in Quadragesima & hmõi. Manifesta siqdẽ est diuersitatis ratio, ex hoc quod pœnitentia sacramẽtalis claudit in se pœnam debitam simpliciter pro satisfactione peccati, ratione cuius remanet, quia pœna simpliciter

pliciter debita peccato, non hic tm̃, sed aut hic, aut in futuro exoluenda est, si in patriam celestem ingressus patebit. pœnæ aũt & opera alia solummodo præsentis uitæ exercitationes debitas continẽt, & ideo cum uita præsenti totaliter spirant.

Et per hoc patet responsio tam ad primam obiectionem, quam ad secundam: utraque. n. loquitur de vinculo canonũ, quo ad id quod ex solo humano uinculo pendet. Pœnitentiam autem sacramẽtalẽ remanere constat non ex canonis vinculo, sed ex eo ꝙ ipsa clauditur pœna simpliciter peccato debita hic, aut in futuro, tam hominis, quam canonis arbitrio secluso. Augustę, die 30. Septembris 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSPRIMVS de Sigillo Confessionis unica quęstione contentus.

QVAESTIO I.

Num confessor teneatur occultam seruare deliberationem, confitentis se omnino occisurum regem, aut Pontificem summum.

QVeritur vtrũ confessor teneatur occultam seruare deliberationem cõfitentis se omnino occisurum Regem, aut Pontificem summum. Vr. n. ꝙ non. Tum quia confitens non hẽt contritionẽ, aut attritionẽ de tali deliberatione, & cõsequẽter nõ est occultãda a sacerdote, sicut nec a Deo occultatur. Tũ quia peccatum cadens sub sigillo confessionis est commissum, non committendum: cum confessio non sit de futuris. Sed homicidium est futurum; igitur licitum est reuelare vt caueat.

In oppositum autem est authoritas Theologorum in 4. dist. 21. ibi. n. communiter tenẽt, quòd in nullo casu etiam infectionis hęresis licet reuelare peccatum in confessione detectum, ut patet in S. Th. Sco. & Petro de Palude.

Hęc qõ mota est occasionaliter qdem pp quendã reuerendissimũ dm̃ Cardinalẽ, qui hoc percõtatus iussit, vt scriberẽ, cõplectiuè aũt propter opinionem Panorm. in c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. Vnde duo facienda sunt. Primo fundabitur illius opinio. Secundo confutabitur, ostendẽdo quid sentiendum & sic satisfiet obiectis.

Quo ad primum, Panorm. ex quibusdam Innocentii uerbis in eodem c. motus, dixit, quod confessor potest reuelare ne eueniat tantum malum: dixitque hoc sentire Innocentium: fundatque se suprationibus in principio adductis. Sed vt melius ueritas elucescat, fundatur opinio ista sic iuxta uerba Innocentii, Illa tantum cadunt sub sigillo confessionis, quæ a pœnitente, in quantum pœnitens est, dicuntur. Sed obstinatio sua ad occidendum, non dr̃ ab eo, in quantum est pœnitens: quia implicat eẽ obstinatum & impœnitentẽ respectu eiusdem: ergo. Præterea, ex parte peccati; & idem redit, Illa tantum cadunt sub sigillo cõfessionis: quę reuelãtur vt occultabilia sacramento confessionis. Sed obstinatio ad futurũ homicidium non reuelatur, ut occultabilis per sacramentũ: quia implicat proponere, ut absolubile, & ut pertinax: ergo. Et similiter potest fundari ex parte confessionis. Quia. s. ad illa im̃ se extendit sigillum, ad quæ se extendit ministeriũ confessoris actu nel potentia: sed ad obstinationẽ nullo modo se extendit: ergo. Hęc de primo.

Quo ad Secundum. Ista opinio tripliciter errat, primò à veritate: ex triplici enim capite ostẽditur, talem obstinationem sub sigillo cadere confessionis. Primò, quia eiusdem rationis est confiteri peccatum vt absoluendum, & confiteri impedimentum prohibẽs absolutionem, vt patet ex eo, quòd ad eundem iudicem & in eodem foro spectat nosse vtrunque, quid absoluendum sit, & an adsit impedimentum aliquod, aliquin non posset nisi casualiter rectè absoluere. Sed obstinatio in peccato, reuelatur & cognoscitur vt impedimentum prohibens absolutionem; ergo eiusdem rationis fori, & iudicis sunt; sed constat peccatũ reuelari à pœnitẽte ministro Dei, ergo & obstinationem. Et per hoc patet defectus fundamẽti opinionis aduersæ, qm̃ pœnitens inquantum pœnitens non solũ dicit ea, quorum pœnitenti, sed impedimenta veræ pœnitentię, & sic dicit se obstinatum. Et similiter nõ solum quod ꝓponitur vt occultabile per absolutionem, sed quod apponitur vt impedimentum absolutionis, infra ordinem occultabilium clauditur. Et similiter ad ministeriũ confessoris pertinet non solum absoluere, sed impedimẽta absolutionis cognoscere. Secundo, quia sermones, circunstantia, & vniuersaliter quicquid dictum pandit hoc peccatum cõmissum & confessum huius personę, cadit sub sigillo cõfessionis. Sed manifestare homicidium ab hoc committendum, pandit peccatũ iam cõmissum, & cõfessũ, s. voluntatẽ, qua deliberauit se homicidiũ cõmissurum; ergo cadit sub sigillo cõfessionis. Et ex hoc ruit secunda rõ in principio adducta ex Pan. Non. n. vidit, quod in confessione illius obstinationis reuelantur duo connexa, s. cõmissum propositum, & committẽdum factum, & quod similiter in reuelatione qua faceret confessor, non solum reuelaret committendum factum, sed commissum propositum. Tertio, quia si obstinatio huiusmodi posset reuelari, ergo quãtum est ex natura sacramenti, nulla obstinatio de mortali caderet sub sigillo confessionis, & tunc ergo non esset Deus violati sigilli cõfessionis, quicunque reuelaret aliquem obstinatum in odio, in luxuria, in superbia, &c. quæ sunt manifestè contra communem ecclesię doctrinam. ergo Et ꝓpterea S. T. vbi supra hanc opinionem erroneam reputauit in responsione ad primum.

Errat secundò à communi Theologorum doctrina in quarto vbi supra, vbi ẽt si aliquis obstinatus in hæresi cum periculo infectionis aliorum cõfiteretur, occultãdus de necessitate sacramenti dr̃. Et rõ est, quia cõfessio immũda nihilominus confessio est sacramẽtalis, sicut & Baptismus immundus verum sacramentum est. Et tãtò detestabilior est error iste, quanto, materia hæc theologalis non canonica est, nisi per accidens quia canoni inserta sicut ẽt materia de Trinitate. Errat tertiò ab ipso Innocẽtio, cui hanc imponit opinionem; ut. n. ex plana verborum Innocẽtij serie apparet, duę ibi distinctiones ponuntur, altera de confessione, altera de fine confitentis. De cõfessione quidẽ: quia primò ponit confessio sacramẽtalis, secũdò cõfessio per modũ secreti, s. Dico tibi hoc ī pœnitẽtia seu in cõfessione. De fine aũt, quia aut pp partem pœnitẽtię suscipiendam, & orationum suffragia & cõsilium aĩę suæ, aut propter auxilium, vel cõsilium nõ aĩę, sed ad alia. Et dicit ibidẽ Innocẽtius de cõfessione primo mõ pp finẽ spiritualẽ, ꝙ confessor tenet occultare, & ꝙ nõ placet sibi rñsio dicentium, quòd nõ reuelant vt ministro. Deide addit de cõfessiõe

secundo

secundo mõ propter finem secularem,& dicit, ꝙ tenetur manifestare non obstante confessione. Ex quibus apparet,quòd oppositum concludit eius, quod Panormitanus somniauit. Nec prima ratio in principio adducta de incontritione aliquid valet.Quia(vt patet ex dictis) & sufficit ꝙ manifestet vt impedimentum contritionis,& cõfessio immũda verè sacramentalis confessio est,&cęt. Vnde tu simplex confessor caue à sũma angelica in hoc passu,quia nesciens quid diceret, scripsit sibi placere opinionem Pan.Romę die 13.Septemb.1504.

TRACTATVS VIGESIMVSSECVNDVS.

De Pollutione ex auditione Confessionis proueniente, vnica Quæstione contentus.

QVæritur, vtrũ confessor cognoscẽs ex his quę audit in confessione,seq in seipso emissionẽ seminis sibi displicentẽ,peccet mortaliter audiendo,vel ꝓsequẽdo tales cõfessiones. Et vr̃ ꝙ sic.Primo,quia omnis volũtaria seminatio extra matrimonium est peccatum mortale:sed hæc est huiusmodi:ergo. Probatur minor quia in potestate istius stat auferre cãm pollutionis talis:volũtaria.n.est auditio talium,vt patet.

Secundò,Quia sicut tentatio carnis ex his prouenies, non excusat à peccato veniali (dicente Aug. quod nõnullum peccatũ est cum caro cõcupiscit aduersus spiritum) ita seminatio ex eisdẽ prouenies non excusatur a mortali:est.n.hmõi seminatio secundum se mortalis, sicut tẽtatio venialis.

Præterea,si excusaretur à peccato mortali, hoc esset quia sic esset voluntaria causa, quod nõ esset volũtarius effectus.Sed hoc est impossibile in causis,ad quas naturaliter sequitur effectus, & sequela est cognita:quicunque.n.vult antecedens,vult cõsequens,necessarium naturali necessitate & cognitum,quãuis diuersimode,quia antecedens directè consequens vero indirectè.

In oppositum videtur,& est multorum opinio, quia ex retractione confessoris ab hmõi, sequeret scandalum cum pluribus inconuenientibus: puta ꝙ bonus confessor non posset vacare saluti animarum:imo quod curatus,qui tenetur ad audiendas confessiones,teneretur omittere curam ouium:& quandoque(puta in Pascha)esset perplexus,audiendo,vel omittendo,propter præceptum,quo alligatur pœnitens,&c.

Ad euidentiam huius dubitationis,primo manuducendus est intellectus ad conclusionem.Deinde intenta responsio ratione firmanda est. Et sic demum satisfiet obiectis.

Quò ad primum scito,quod aliquid est dupliciter voluntarium.primo in seipso:cũ.s.aliquis uult illud facere,puta dormire.Alio modo in sua cã,puta cum aliquis vult bene comedere & bibere,quę sunt causa somni,q̃uis nõ hoc velit vt dormiat.voluntariũ aũt tm̃ in causa, nõ refert quo ad bonitatẽ vel malitiã moralẽ, an ī somno,an ī uigilia fiat: ex quo.n. f̃m causam tm̃ habet rationem voluntarii, in eo quoq; tm̃ oportet habere rationẽ boni, vel mali moralis,& si in cã tm̃ consistit moralitas, cætera erũt p accidẽs, & consequenter per accidẽs erit,vtrũ ī somno,vel in uigilia effectus expleatur. Ex hoc aũt sequit quod q̃n pollutio est voluntaria in sua causa tantum,nõ refert vtrũ pollutio sequat ī vigilia,vel sõno,ac p hoc;si talis pollutio in sõno non esset peccatum mortale, nec auferret uirginitatem, si etiam eueniat in uigilia non auferret uirginitatem,nec erit mortale peccatum.Cum autẽ in quęstione proposita seminatio non sit uoluntaria f̃m se ipsam,sed in sua tantum causa,idem est iudicium de tali pollutione,si cognoscitur quod sequitur statim & vigilando,& si cognoscatur,quod sequeretur nocte sequenti dormiendo. Ad hoc q̃ omnis uenit, ꝙ si talis pollutio in somno non esset peccatum mortale,nec in vigilia,& si in uigilia,q̃d & in somno. Nec obstat hic si dicatur quod hoc non sequitur, quia in somno homo non põt peccare, quia hoc non est verum nisi de peccato uoluntario f̃m seipsum, & quo ad actum electionis seu imperii;quia.s. non potest tunc illud imperare vel eligere. Peccatum autem uolũtarium in causa & in seipso potest homo committere in somno ut exequens.Mulier enim quę ideo obdormit,ut a cõ sanguineo quasi nescia opprimatur,ī cestus rea est, & virginitatem utraque perdit,si ab eo dormiẽs cognoscitur : electus est.n. tunc somnus, vt medium conueniens ad perpetrandum peccatum. Nec minus reus est vtens seipso dormiente ad peccãdum, quam vtens ministri alicuius opera ad explendum homicidium, quod contingit compleri dormiẽte eo qui p̃cepit. Pari igitur,imo eadem existente rõne boni,uel mali in somno vel uigilia in proposito cũ constet ex S.Tho.in 4.sent.dist.9. quod pollutio in somnis accidens,cum f̃m se non est uoluntaria, secundum causam consideranda iudicandaq; est, & quod pollutio proueniẽs in sõno ex cogitatione disputatoris, vel p̃dicatoris de materia venerea non est peccatum,proueniens vero ex cogitatione tali & delectatione absque consensu est peccatũ veniale: sequitur quod si pollutio secundum se non voluntaria in vigilia ex eisdem cõtingat causis, eodem quoque mõ, aut non sit peccatum,aut sit ueniale. Nec obstat si dicatur, quod sequela futura in sõno nescitur,aut non cõsideratur, sequela aũt, q̃ tũc est,in vigilia,& scitur & consideratur. Quoniã sequela in somnis sciri põt:tum quia naturalis cã est vt in pluribus,multiplicata enim imaginatione neorum, naturalis est causa seminationis,vt experiẽtia testatur: tũ ex propriæ naturæ cognitione,tũ quia si sciret aliquis sequelam futuram in somnis, non propterea peccaret. Et idem est iudicium de consideratione;põt.n.quis considerare hoc actualiter:& si consideraret,non propterea peccaret.Nõ enim causa quare talis prædicator, aut disputator nõ peccat aut nõ nisi venialiter peccat,assignatur: quia nescit talem sequelam, aut quia non aduertit, sed quia cogitatio talis nullum peccatum est,delectatio vero sine consensu veniale. Et confirmatur quia aliter non redderetur rõ de disputatore & p̃dicatore absolutè:sed tali,scilicet ignorante aut inaduertẽte:cum tamẽ de eis absolutè sit sermo.Ex his igitur patet iam hoc demonstratum esse,quod huiusmodi pollutiones,quę secundum se non sunt volitæ, sed displicent,siue in somno,siue in uigilia, tãtum habent boni vel mali,quantum in sua causa sortiũtur.Si ergo auditio talium in confessione uel extra sine peccato est,ipsa quoque sequens pollutio sine peccato est:& similiter si cum peccato ueniali ipsa quoque venialis est:si cum merito,ipsa quoque cũ merito est. Cum igitur confessor non solum qui tenetur,(vt curatus,)sed quolibet vacãs animarum saluti,sine peccato q̃que, & quandoque cum veniali tantum,& quandoque cum merito audiat talia,interroget,respõdeatque, consequens est,ut pa-

tiendo talem pollutionem quandoque non ſolum non peccet, ſed mereatur, ac per hoc non uirginitatem perdit, ſi virgo eſt, nec eccleſiam polluit, ſi in eccleſia hoc accidit, quemadmodum nec perſonã ſuam ſacram polluit; ſicut nec ſi in ſomnis hoc pateretur. Hęc de primo.

Quo ad ſecundum; iam habetur ex dictis una ex communibus ratio, ſcilicet quod uoluntarium in cauſa tantum, menſuratur in bonitate & malitia mortali ſecundum bonitatem, uel malitiam cauſæ tantum; ſed hęc pollutio, (de qua eſt quæſtio,) eſt uoluntaria in cauſa tantum: ergo, &c. Cum igitur cauſa quandoque non mala, quandoque bona ſit moraliter, reſtat ut pollutio ipſa mala moraliter nõ ſit. Ex propriis autem probatur dicta cõcluſio, &c. Voluntarium indirecte, id eſt quia eſt in poteſtate uoluntatis, non imputatur uoluntati ex eo quia poteſt facere & nõ facit, ſed ex eo, quod poteſt & debet facere, & non facit; vt patet in prima ſecundæ Sancti Thomæ quæſtione ſexta articulo tertio, in cor. art. vbi ſic dicit in forma, Voluntarium dicitur qđ eſt a uoluntate. Ab aliquo aũt dicitur eſſe aliqd dupliciter, vno modo directe, quod ſ. procedit ab aliquo, inquantum eſt agens, ſicut calefactio a calore. Alio mõ indirecte, ex hoc ipſo qđ nõ agit, ſicut ſubmerſio nauis dicitur eſſe a gubernatore, inquantum deſiſtit a gubernando. Sed ſciendum, quod non ſemper, id quod ſequitur ad defectum actionis, reducitur ſicut in cauſam in agens ex eo, quod non agit, ſed ſolum tunc cum poteſt & debet agere & non agit. Si enim gubernator nõ poſſet nauẽ dirigere, vel non eſſet ei commiſſa gubernatio nauis, non imputaretur ei nauis ſubmerſio, quæ per abſentiam gubernatoris contigeret, &c. Hæc ille in forma. Volũtarium igitur indirecte, id eſt quia eſt ei poteſtatę uoluntatis, non imputatur uolũtati ex eo quia poteſt facere & non facit, ſed ex eo quod poteſt & debet facere, & non facit. Sed in propoſito pollutio hęc non cadit ſub uoluntario niſi indirecte (quia. ſ. uoluntas non diuertit ab auditione, q̃ eſt eius cauſa) & voluntas quãuis poſſit, non tamen debet diuertere a tali actu auditionis, cogitationis &ſimilium: ergo hoc non imputatur uoluntati. Declaratur minor, quia nullus artifex debet omittere inchoationẽ, aut proſecutionem operis propter defectus conſequentes ex neceſſitate materiæ: æulte. n. a liquis omitteret conſtructionẽ ferræ aut gladii ex eo, quod rubiginem contrahat; propterea quia ex ferro fiunt: & ſic de aliis. pollutiones autem & ſtimuli carnis in propoſito contingunt ex neceſſitate materię: ex eo. n. q̃ res venerea eſt materia purganda, lauanda, diſportanda, predicanda, cogitanda, exinde naturali ſequela, ſequitur commotio carnis, &c. Teſtatur autem hoc nõ ſolum experientia, ſed doctrina tertii de anima, vbi in capit. de motiuo principio uult Ariſt. quod quandoque intellectu non pręcipiente, ex imaginatione moueatur pars aliqua corporis, &c. Non igitur debet homo propter defectus cõtingẽtes ex neceſſitate materiæ venereæ omittere non ſolum neceſſaria, ſed utiles cogitationes, locutiones, auditiones, &c. nã alioquin oporteret aut Angelos, aut uiros ualde priuilegiatos tantum, de huiuſmodi diſputare, audire, &c. cuius oppoſitum eccleſiaſtica habet conſuetudo, & ratio docet.

Animaduerte tamen in re hac quatuor, primũ in mente, ſecundum in imaginatione, tertium in ore, & quartum in corpore. In mente quidem, ne ex auditione huiuſmodi multiplicetur tentatio F in mente, aliud eſt, enim tentare in mẽte, & aliud in carne tantum, hæc enim (vt dictum eſt) ex neceſſitate prouenit materiæ, & contra voluntatem ſuſtineri preſupponitur; illa autem ad volũtatem curit, & ad conſenſum trahit. Si. n. aliquis ex his periculo conſenſus proximus ſit, omittere debet tã inchoationem, quam proſecutionem: quoniam ad mortale peccatum nulla ratione properãdum eſt. In imaginatione verò, ne timeat commotione carnis: quoniam ſicut imaginatio lapius pedum, facit labi (quia excitat motum circa partes imaginatas) ita imaginatio huiuſmodi commotionũ, quę magna eſt in timẽtibus cãt illas, euenitque actualiter timentibus, vt vnde credunt obuiare commotionibus, inde excitent. Et hoc dico de timore hẽnte G pro obiecto huiuſmodi commotiones: timor aũt habens pro obiectio Dei offenſam cum eleuatione ab imaginatione talium, vel iuuat contra huiuſmodi commotiones. Vnde huiuſmodi confeſſores ſaluti animarum vacare ſic dẽnt, vt de hmõi commotionib. quas patiuntur quantum pñt non cogitent, quamuis ſentiant, ipſa enim cogitatio in cã eſt. In ore aũt, ne ſuperfluas faciãt interrogationes in hac materia: & quantum poſſunt celeriter hæc pertranſeant, agentia nanq; naturalia magis videntur agere ex mora, quam ex magnitudine virtutis. In corpore demum, ne putent omnem effluxum humoris eſſe ſeminationem: eſt enim prætervrinam & ſemen, tertius quidam humor, qui ex calefactione ſeu ex inflamatione carnis fluit, de quo H niſi cum rebellione carnis veniret, non magis curãdum eſt quàm de ſudore uidetur. Nunc autem non ratione ſui, ſed tentationis cauenda eſt, non tamen tanquam pollutio: vnde non excedit limites peccati venialis. Hæc de ſecundo.

Quò ad Tertium, Pro ſolutione obiectorũ memor eſto duarum diſtinctionum iam poſitarum, altera eſt de voluntario in ſeipſo, & voluntario in ſua cã tantum. Altera eſt de voluntario in ſua cauſa tantum, aut quo ad conditionem electam in cã, aut ex neceſſitate materiæ eiuſdem. Seminatio eñ voluntaria in ſeipſa extra matrimonium eſt peccaI tum mortale; voluntaria autem ſecũdum cauſam & non quatenus eſt electa, ſed ex neceſſitate materiæ, non eſt peccatum, imo meritoria quandoque.

Et per hoc patet reſponſio ad primum & tertiũ. Idem enim eſt iudiciũ de cauſa & effectu & antecedente & conſequente. Quamuis etiam poſſit ad vtrunque argumentum aliter diſtingui de voluntario in cauſa, ſeu indirecte: quia quoddam eſt quod voluntas poteſt, & dẽt in ſua cauſa uitare, quoddã eſt quod poteſt quidem, ſed non dẽt, & quòd primum eſt peccatum, ſecundum non. Et quia pollutio in caſu propoſito eſt voluntaria in cauſa tantũ ſecundo mõ, ideo quamuis ſit quodammodo voluntaria, non tamen eſt voluntaria imputabilis.

Ad ſecundum uero dicitur, quod licet omni cõ K cupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum ſit cum peccato, non tamen habet rationem peccati ex hac parte, qua procedit ex cogitatione utili, & quãdoque meritoria, unde hæc cauſa excuſat quantum eſt ex parte ſui, & à mortali pollutione, & à ueniali tentatione. Sed quia pollutio aliunde non habet rõnem mortalis, ideo ſimpliciter reſtat ſine mortali, cõcupiſcentia autem carnis aliunde poteſt habere rõnẽ venialis, & ideo non concluditur, quod cõcupiſcẽtia carnis interueniens ſimpliciter non ſit ueniale peccatum. Et hęc de q. hac dicta ſufficiant. Florentię in ſancto Marco, die 13. Octob. 1519.

TRA-

TRACTATVS VIGESIMVSTERTIVS.

De purgatorio, in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num in purgatorio possit esse meritum.*
2 *Num omnes animæ in purgatorio existentes sint certa de sua salute.*

QVAESTIO I.

An in purgatorio possit esse meritum, &c.

VTrum in purgatorio possit esse meritū aut charitatis augmentum. ET uidetur ꝙ sic. Primo, quia vna ex pœnis purgatorii est timor ex imperfecta charitate procedens, qui desinere non potest nisi charitate perfecta, quę foras mittit timorē, 1. Io. 4. Probatur assumptū, qa horror mortis, qui imperfecte annexus est charitati, peccatum est: quia qui uoluntarie non moritur, non obedit Deo vocanti nisi inuitus, huiusmodi autem horror animam sequit in purgatorio proportionaliter.

Secundo, quia animę in purgatorio sunt in uia, impossibile autem est esse statum in via in qua nō progredi reuerti est: ut Hier. dic.

Tertio quia uirtus in infirmitate perficitur, primæ ad Corinth. 12. in purgatorio autem est maxima infirmitas.

Quarto, quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ad Ro. 8. igitur & his qui sunt in purgatorio.

Quinto, quia impossibilis est vlla creatoris perseuerantia nisi accipiat magis atque magis, igitur non perseuerarent in charitate, qui sunt in Purgatorio, nisi magis ac magis acciperent.

Ad euidētiā huius sciēdū est, ꝙ quia status purgatorii est a nobis remotus, & parū de eo in scriptura sacra hētur, oportet nō ex opinatis sed ex certis īuestigare ꝙ quęrimus. Certū aūt est in primis, ꝙ statꝰ ille medius est inter nostrum & beatorum statum, dum nos omino in via, beati omnino in termino ꝼelici, illi uero, qui in purgatorio sunt, non totaliter in uia, aut extra uiā, & similiter nō totaliter in termino, aut extra terminū sunt. ET quidem ꝙ non totaliter in via sint, ex eo patet, ꝙ extra uiam commune ad inferos, & superos, non pñt incurrere amplius supplicium eternum. Et similiter ꝙ nō totaliter sint extra viam, ex eo patet, ꝙ adhuc non peruenerunt ad patriam cælestem, pro qua assequēda purgantur. ET hinc patet quoque, quod non sunt totaliter in termino, ad quem continua purgatione appropinquāt nec sunt totaliter extra terminū, in quo sunt sic diuina confirmatione fixi, ut ab illo diuertere nequeant. Hęc de Purgatorii statu, vt certa cōmunique ecclesię sensu confessa habemus: ex quibus clare patet an Purgatorium sit ut uia, vel ut terminus quo ad meritum. Sed qm̄ status purgatorii non est per se, sed per accidens medius inter nostrum & patrię statum (vt patet ex hoc ꝙ mediū per se est in quod oportet ex altero procedentem extremo, primo peruenire quam in extremum, ut patet 5. Phy. & 10. Meta. constat autē, ꝙ ex hac peregrinatione multi in cęlestem patriā peruenerunt absque trāsitu per Purgatorium (nō igitur est purgatorii status per se medius inter nostrum & beatorum) & propterea ex rōne medii si processerimus, A facile fallemur: contingit. n. in his quę sunt per accidens ēt sapientes falli. Quocirca oportet uidere penes quid est medium Purgatorium, ut sic veritatē quęsiti sciamus: inuenimus autem ab ecclesia diffinitum Purgatorium esse medium quo ad satisfactionem pro actualibus peccatis, tunc tātum quando hō in charitate decedens non plene satisfacit ꝓ illis in hac uita, ita quod si homo in charitate decedens satisfecit hic, non transit ꝑ Purgatorium, & si non satisfecit hic, transit per Purgatorium. Ex qua determinatione iuxta regulam non Topicorum, sed Posteriorum Analyticorum; si affirmatio est causa affirmationis, negatio negationis, & econtra in causis propriis habemus quod purgatorium per B se & proprie non est nisi ad satisfactionē debitā ꝓ actualibus peccatis exoluēdam. Nā affirmatio satisfactionis adhuc debitæ in decedēte in charitate, est causa affirmati transitus per Purgatorium: & negatio debitæ satisfactionis in decedēte in charitate est causa negati transitus in purgatorium. Habetur autem hęc determinatio in Cōcilio Flo. sub Eugenio 4. inter definita pro cōcordia Græcę & Latinę ecclesię, ubi sic legitur, Si uero pœnitentes in Dei charitate decesserint, antequam dignis pœnitentię fructibus de commissis satisfecerint & omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purC gari. Vbi apparet affirmationem debitę pro actualibus peccatis satisfactioni esse causam purgatoriæ pœnæ, & subditur, illorumque animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas ēt quę post contracti peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eiusdem exutæ corporibus, prout superius dictum est, sunt purgatę, in cælum mox recipi & intueri clare ipsum Deum trinum & unū sicuti est. Vbi patet negationem debitæ satisfactionis poni cām negationis purgatorio pœnæ, dum & baptizatos sine adiūcta decedentes culpa: & eos, qui in suis corporib. satis fecerunt mox in cęlum recipi, & intueri clare Deum sicuti est diffinitur. Ex his siquidem patet, ꝙ D nec pro fomite purgando: (qui ēt in baptizatis remanet) nec pro reliquis quibuscunque, nisi satisfactione debita pro commissis uel omissis, pœnę sūt purgatoriæ. ET similiter nec pro merito augendo, qm̄ satisfacere ꝓ peccatis, nec meritum nec cum nouo merito oportet esse: quia nihil aliud est quā exoluere pœnas debitas. Credendū est igitur & pro determinato habendum, quod animæ in purgatorio non sunt in uia quo ad meritum. Et confirmatur authoritate Aug. in Ench. c. 110. de purgatorio loquendo dicētis, ꝙ illis prosunt ecclesię suffragia qui hic meruerunt, vt eis prodessent. Et rursus: hic omne meritum comparatur. Et rursus, nemo speret quod hic neglexerit, cum obierit a Domino se promereri, quo possit post hāc uitam reuelari quisE piam. Ex quib. absque alia probatione patet, quod ponere meritum post hanc uitam, contradicit sententię beati Aug. apertissime. ET in literis apostolicis, ubi datur indulgētia pro defunctis, dicitur de illis, Quo magis aliorum egent suffragiis, & quo minus sibiipsis proficere valent. Consonat aūt hoc ēt rōni rectę: quia ex eo ꝙ constat illos, qui in purgatorio sunt, non posse demereri (alioquin posset damnari) consequens est, ut non possint mereri.

Quo circa consequēter ad determinationem ecclesiæ loquendo, dicendum est ex similitudine in naturalibus, quod quemadmodum naturalia corpora extra propria loca genita, (puta si lapis genitus sit in loco superiori) hēnt determinationē sui ad

proprium locum, a quo impediuntur propter ali- F
quod prohibēs motum: ita decedentes in charitate
habent determinationem ſui ad cęleſtem patriam,
ad quam ſtatim irent, niſi prohibens pœna debita
temporalis pro peccatis adeſſet. Et propterea ſublata pœna, uel per propriam exolutionem, vel per alio
rum ſuffragia, ſtatim cælum adit; ſicut graue remo
to prohibenti, tēdit deorſum. ET ſicut nihil acqui-
rit graue ex remotione prohibentis (ſed iuxta pri-
ſtinam grauitatem tendit ad proprium locum) ita
aīa ex remotione prohibentis, iuxta fortitam prius
charitatem, in cęleſtis patrię manſionem ſibi pata-
tam intrat. ET hæc exemplariter ſint expoſita: & vt G
nouitii intelligere poſſint, qualiter anima in mor-
te ſortitur diffinitionem ſui ſtatus quo ad meritū
& demeritum; & cum hoc ſtat quod impeditur a
conſequutione regni cęleſtis propter debitam pę-
nam: quę abſque merito exoluitur, & aufertur a ſuf
fragantibus, velut a remouente prohibens. Conſo-
nare ſiquidem diſcurſum hunc determinationi ec
cleſiæ de purgatorio pro ſola ſatisfactione neceſſa-
rio, cuilibet exercitato facile patere poteſt. Quod
tanto magis approbandum eſt, quantò illi oīa con
ſonare videntur, quæ de purgatorio habentur, legi
tur. n. 2. Mach. 2. Sancta ergo & ſalubris eſt cogita-
tio ꝓ defunctis exorare, vt a peccatis ſoluātur. Sol-
ui. n. uinculi abſolutionem importat; detinentur H
enim pœnalibus vinculis ſuorum peccatorū. Nec
obſtat ſi in textu hoc non inuenitur: quia maior eſt
eccleſię authoritas, ex Hie. hoc docentis. Purgato-
rii quoque nomen ideo accidit, quod a peccatorū
pœnalib. immunditiis animam purget, ut idonea
ſit ciuis cęleſtis patrię. Et quia ſtatus augmenti cha
ritatis ad ſtatum meriti eiuſem ſpectat (nā augmen
tum charitatis terminat illius meritū) eadem rōne,
qua charitas in Purgatorio extra ſtatum eſt meriti,
a ſtatu quoque augmenti excluditur.

Ad primum in oppoſitum dī, ꝙ cōceſſo in pur-
gatorio timore non damnationis, ſed durationis
magnæ futurę pœne (vtpote quia incerti ſunt de
affuturis ſuffragiis diminutiuis penarum) non ꝓ-
pterea ſequitur quòd oporteat charitatem augeri
ad excludendum timorem: qm̄ poteſt aliunde ti-
mor auferri, ſcilicet ex certificatiōe tēporis & quā-
titatis pœnæ.

Sed argumentum falſum aſſumit, ſ. ꝙ timor oīs
aut ille ex imperfecta procedat charitate, pōt. n. cū
perfectiſſima charitate ſtare timor: vt patet de timo
re Chriſti. Nec obſtat, quòd perfecta charitas foras
mittit timorem, quoniam non uniuerſaliter, ſed
particulariter intelligitur ſm̄ glo. de timore, ſ. ſeruili, vel initiali inquātum initiali. Falſum quoque eſt,
quòd horror mortis ſit peccatū: qm̄ naturalis eſt:
& ſi cum imperfecta charitate ſit, non tamē ex illa, K
ſed ex naturali fuga mortis. ET licitum eſt inuolun
tariè voluntate naturali mori. Et ſimiliter voluntariè voluntate rationali mori dicēdo cum Chriſto.
Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Vbi monſtrat
ſe nolle mortem, & ſubmittere tamen ſe voluntati
Dei, talis autem eſt diſpoſitionis quicunque in cha
ritate decedit. Huiuſmodi autem uoluntas natura-
lis fugiens naturaliter pœnas, comitatur animam,
ſi ad Purgatorium accedit, & facit animam triſtari
de pœnis, quia triſtitia eſt de his, quę nobis nolētib⁹
accidunt: ſecundum Aug. Nec unquam ſeparatur
ab anima, niſi ipſa poſſet ſeparari a ſeipſa, ſed actus
eius (puta triſtari, timere) ceſſant ceſſantibus eorū
materiis ſeu cauſis, ſ. malis pœnæ. ET ideo non opor
tet creſcere ꝓpterea charitatem: ſed deſinere obie-
cta triſtitiæ & timoris, quæ ſtante æquali charitate
tolli poſſe conſtat. Quamuis etiam ſi anima ſecum
aliquod timoris, vel alterius paſſiōis peccatū defera
ret, non propterea oporteret nouum in illa meritū
ponere ad delendum illud peccatum, ut patet Mat.
12. in gloſſa ſuper illo verbo, Neque in futuro, dicē
te, Quędam culpę paruę, ſ. in futuro laxantur, quę
quidem poſt mortem grauāt, ſed & dimittuntur, ſi
homo bonis actib. in uita, vt ſibi dimittātur prome
ruit. Hęc ille.

Ad ſecūdum dī, ꝙ animæ in purgatorio eo mō
quo ſunt in via, progrediunt, ſunt enim in uia quo
ad ſatisfaciendum, & cōtinue progrediuntur exol-
uendo per ſe vel per alium.

Ad tertium dicitur, quòd ad literā apoſtolus lo-
quitur in hac peregrinatione, in qua virtus in infir
mitate perficitur, non directe (infirmitas. n. nō eſt
virtus perfectiua) ſed occaſionaliter. Nō eſt autem
in purgatorio huiuſmodi occaſione opus, vbi non
eſt ſtatus perficiendi.

Ad quartum dicitur, ꝙ diligentib. Deum omnia
cooperantur in bonum cæleſtis beatitudinis, & ſic
omnia in purgatorio cooperantur in bonum cęle
ſtis patrię, quia in maiorem appropinquationem
in illud.

Ad quintum dicitur, quod ly magis ad magis
poteſt referre, vel ad rem acceptam, vt ſit ſenſus, ni
ſi maiorem rem accipiat, & ſic falſum aſſumitur,
conſeruatur enim res ſine augmento ſui. Vel ad ac
ceptionem, vt ſit ſenſus, niſi maior extenſiue ſit ac
ceptio, & ſic eſt verum, nam niſi conſeruatio conti
nue extendatur, deſineret res eſſe, omnia. n. in nihi
lum redigerentur, niſi ea manus omnipotentis cō
ſeruaret, inquit Gregor. Vnde ex hoc non habetur
augmentum charitatis, ſed conſeruatio eius. Augu
ſtæ die 17. Octobris 1518.

QVAESTIO II.

Num omnes animę in Purgatorio ſint certæ de ſua ſalute.

QVęritur. Vtrum animę omnes in Purgatorio
ſint certæ de ſua ſalute ęterna. ET uī quòd nō. I
Primò, quia pœnę inferni, & Purgatorii ſunt eædē,
ac per hoc tantus eſt pauor, & horror aliquarum
aīarū, ut impediat eas, vt neſciant in quo ſtatu ſint.

Præterea, Quia multæ defunctorum animæ ap
paruerunt neſcientes ſtatum ſuum, tanquam Deus
ſic eas iudicauerit: ſuſpenderit tamē promulgatio-
nem ſententiæ reſpectu illarum.

Tertio, Quia nulla ratione, aut authoritate Scri-
pturæ: aut Eccleſię inuenitur, quòd omnes animę
in purgatorio ſint certæ de ſua ęterna ſalute, &c.

In oppoſitum eſt communis eccleſię doctrina.

Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt,
quod quum quælibet anima a corpore ſeparata ui
deat ſeipſam, & omnes ſpecies ſeu habitus in ſeipſa
exiſtentes (quoniam directe intuitus eius ferturin
ſeipſam non impeditam a corpore, ut in hac uita
contingit) conſequens eſt, ut anima exiſtēs in pur
gatorio uideat charitatē, ſeu gratię habitum in ſeip
ſa exiſtentem, ac per hoc ſciat, quòd eſt in ſtatu gra
tiæ, & cōſequenter eſt certa de ſua ſalute æterna. Et
cōfirmatur, quia in omni anima ſeparata, quę pur-
gatur, remanet fides & certa cognitio; quā hic ha-
buit. quod omnes in Purgatorio ſunt de numero
electorum: & ſcit ſe eſſe in purgatorio: ergo eſt cer
ta de ſua ſalute. Probatur quòd ſciat ſe eſſe in pur-
gatio, quia retinet certam fidem, quam hic habuit,
ſecundum ꝙ non datur quartus gradus animarū
ſeparatarū baptizatarum, ſed aut beatæ, aut dānatę,

aut

aut purgandæ sunt statim post mortem: & scit se esse baptizatam, & extra hanc vitam corpoream, & non beatam nec damnatam, ergo purgari ad æternam salutem. Et confirmari idem põt ex parte spei: remanet siquidem in omnibus animabus purgatorii virtus non solum charitatis & fidei, sed etiam spei, non otiosę, sed tunc maxime accensæ ad suum obiectum, quod est beatitudo ęterna. Et quum spes sit certa expectatio futurę beatitudinis, quam in dãnatis impossibile est esse, sequitur idem quod priº.

Ad primam ergo obiectionem dicitur primo, quòd licet aliquæ pœnæ sint communes inferno & purgatorio, non tamen eodem modo ex parte patientium: quia patiẽtes in inferno, diuersissimo mõ sunt dispositi a patientib. purgatorie, vt patet. Quia qui purgantur habent voluntatem rectam & conformem Dei voluntati, amantes iustitiã Dei & sperantes in Deo ac Iesu Christi salute, damnati verò oppositomodo se habent. Et propterea ignis cõis inferis & purgandis non eodem modo susciputur a damnandis & purgandis, & ad modorum diuersitatem spectat horror: in inferno enim horror est & diuinæ iustitię & pœnarum propter peruersam voluntatem eorum, in Purgatorio verò dolor quidem pœnarum, sed non horror est: quia amant diuinam iustitiam, & libenter sustinent pœnas propter diuinam iustitiã. Dicitur secundò ꝙ sicut horror maxime in damnatis non impedit eos a perceptione sui status, multo minus impediret purgãdos a perceptione sui status: non enim horror maior in Purgatorio quam in inferno est.

Ad secundum dicendum, quòd doctrina ecclesiæ non inhæret incertis uisionibus, quales sunt istæ, quas ecclesia non approbauit & forte fuerunt somnia, aut extases, aut syncopę, aut illusiones dæmonum ad noua dogmata inducenda.

Ad tertium patet ex dictis, ꝙ certa ratione habetur omnes animas in Purgatorio certas esse de sua æterna salute. Augustæ 25. Septembris, 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSQVARTVS.

De pœnarum timore, in duas quęstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num imperfecta charitas, necessario deferat secum post mortem timorem pœnalem.*

2 *Num iustus timendo pœnam, peccet.*

QVAESTIO I.

An imperfecta charitas, necessario deferat secum post mortem, timorem pœnalem.

VTrum imperfecta charitas necessario deferat secum post mortem, timorẽ pœnalem. Et uidetur ꝙ sic: quia imperfecta charitas, quandiu hõ est in hac vita, habet secum timorem, qm̃ de sola perfecta charitate scriptum est primæ Io. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, sed ex sola morte non perficitur, ergo necessario fert secum timorem: sed timor pœnã hẽt ut ibidem dicitur: ergo.

In oppositum est, quia si sic esset, oporteret vt q libet imperfectæ charitatis trãsiret per purgatoriũ, qm̃ nullus ingreditur cœlum cum timore pœnali, sicut nec cum quacunque alia pœna.

Ad euidentiam huius sciẽdum est, quòd quia de statibus vitæ futuræ id tenere debemus, quod scripturæ sacræ, aut Ecclesiæ authoritate dicimus, ideir co oportet hic supponere ecclesiæ diffinitionem, scilicet, quòd si aliquis baptizatº moriatur, antequã culpam aliquam committat, ipsum in cœlum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnũ, sicuti est, vt sub Eugenio 4. in Concilio Floren. patet. Ex qua diffinitione sequitur, quòd charitas imperfecta non necessario fert secum post mortem, timorem pœnalem; quoniam cõstat baptizatum hodie Ioannem adultum, & statim absque commisso peccato aliquo defunctum, non oportere habuisse charitatem perfectam. Imo communiter baptizati sortiuntur charitatem imperfectam, quia incipiũt, & deinde proficiunt, & demum sunt perfecti: charitas enim meretur augeri, & aucta meretur perfici secundum August. Non consonat igitur ecclesiasticæ doctrinæ charitatem imperfectam ferre secum necessariò post mortem timorem pœnalem, a ratione quoque dissonat huiusmodi necessaria connectio. Habes quoque ex dicta diffinitione Floren. Concilij, animas non retardari a visione Dei & beatitudine, ex hoc quod quandiu vixerunt in corpore fomitem cum imperfecta charitate habuerũt: nã si rerardarentur, non statim baptizati, qui post non peccauerunt, beati migrantes essent. Nam quum timor seruilis, a quacunque minima charitate excludatur (quoniam per charitatem filij sumus Dei, & non per Spiritum seruitutis in timore: sed Spiritũ adoptionis filiorum Dei accepimus, in quo clamamus Abba pater ſm Apostolum) timor quicũque alius compossibilis charitati non necessario ponitur in actu ex sola imperfecta charitate, sed oportet aliam positiuã causam apponere: putà aliquod malum imminens. Sed stat ꝙ homini imperfectæ charitatis nihil imminentis mali occurrat post mortẽ: puta quia est in statu, in quo satisfecit plenè pro omnibus peccatis suis: ergo charitas illius nullum pœnalem secum ducit timorem: sed statim perficit perfectione patrię cęlestis. Et sic licet in toto tempore præcedente charitas cõpassa fuerit aliquem timorẽ: ratione tũ status illius hominis (quia. s. nulli culpæ nulliusq; pœnæ malo pro peccato subiacere, tũc inuenitur) in primo instanti quo non viuit hic, sed ibi charitas illa perficitur perfectione patriæ, vt dictum est, & non nisi timorem illum secum retinet, qui permanet in seculum seculi.

Ad obiectionem dicitur, ꝙ glos. ibidem exponit de timore seruili, qui nec cum perfecta, nec cũ imperfecta charitate manet. In cuius signum textus dicit vtrunque, & quod timor non est in charitate, & quod perfecta charitas foras mittit timorem. Aliter exponitur primum de timore seruili, & secundum de timore filiali. Aliter & altius posset exponi de timore simpliciter, & charitate simpliciter, vt sit sensus, Timor non est in charitate: quia. s. nõ necessario comitatur charitatem. Et ratio redditur, quia perfecta charitas (quę scilicet est perfectio & pfecta simpliciter (foras mittit timorem: quia timor pœnam habet. Charitas autem simpliciter sine omni etiam passibili malo & pœnæ & culpæ est: charitas enim quã sit vna ex perfectionibus simpliciter, cõmunis est Deo, & creaturis, & in solo Deo inuenitur perfecta, sicut & sapiẽtia & bonitas; in quo nullum compati timorem siue naturalem, siue reuerentialẽ, manifestum est. Et hæc expositio licet sit quo ad textũ illum noua, est tamen in se vera, & non aliena a textu illo incipiente ibi, Deus charitas est, &c. & ex charitate Dei perfectionẽ charitatis in nobis imitandã

proponente & docente. Sed ad propositum sufficit expositio duplex inducta ex glo.

Ad id verò quod dicitur, quòd per solam mortem charitas non perficitur, respondetur quòd sola mors nō perficit charitatem: sed solus Deus gloriosus inueniens hominē in morte liberum à culpa, & pœna peccatis commissis debita perficit charitatem, lumen gloriæ illi infundendo, & ad uisionem fruitionemque suæ maiestatis illum admittēdo. Aug. die 14. Octob. 1518.

QVAESTIO H.

An iustus timendo pœnam peccet.

VTRVM Iustus timēdo pœnam, peccet. Et uidetur sic: primò, quia iustus, nihil timere debet nisi solum Deum. Tum secundo, quia timor pœnæ est ex amore sui, qui est peccatum: charitas. n. non quærit quæ sua sunt: primæ ad Corin. 13. ab Apost. vituperantur 2. ad Tim. 3. Homines seipsos amantes: & infinitè ad hoc sunt authoritates. Tū tertiò, quia ratio suffragatur, quia odio hēns pœnam plus amat suam quietem, quam Dei iustitiam & voluntatem: hoc aūt constat esse iniquum. Quartò, quia timor omnis ex diffidentia est: iuxta illud, Confidite, nolite timere, & similia: diffidentia autem peccatum est: ergo, &c.

Ad euidentiam huius quæstionis sciendum est quòd timor & dolor conueniunt in materia hac, scilicet malo pœnæ, vt patet, & vtrunque est de his, quæ nobis nolentibus accidunt (vt Aug. dicit) quamuis differenter: quia dolor de præsenti, timor de futuro est malo. Vnde sicut contingit rectè & non rectè dolere de præsenti malo pœnæ, ita contingit rectè & non rectè timere futurum malum pœnę: nā si dolor, quantuncunque magnus sit, voluntatem hominis a diuinis præceptis, non auertit, rectè tristamur & dolemus de malo, quod patimur. Et vtrunque clare videmus in Domino Iesu: qui ait, tristis est anima mea vsq; ad mortem. ET rursus, O vos omnes qui transitis per viam, videte si est dolor similis sicut meus. Et similiter timor futuri mali pœnę quantuscunq; sit, si non auertit hominem à diuinis præceptis, rectus est. & hoc ēt est videre in domino Iesu, qui cæpit pauere & tędere, Mar. 14. Tūc autem tam dolor, quam timor malus est, quando hominē abducit a Dei mandatis, vt patet in his qui dolore & timore fidē negant, vel quicquam aliud mandatorum omittūt. EX quibus clare patet, quod nec dolor de præsenti malo pœnę, nec timor de futuro, est secundum se malus; alioquin nunquā esset rectus. Nec dissoluat ab homine mortali quantuncunque perfectissimo, alioquin non inuentus fuisset in Christo omnium perfectionum fonte. Et hinc prouenit quod timor pœnæ qñque vituperatur, & quandoque non, sed naturę testis est bonæ. Et propterea iustus timendo pœnam infra limites naturę ac rectæ rōnis, nullo modo peccat, nisi Christus peccauerit, quod est blasphemia.

Ad obiectionem primam in oppositum dr, q naturalis timor mali pœnæ infra limites rationis rectæ cōsistens, non est timor alterius, quam Dei ut infligentis pœnam, quoniam non est malum pœnę in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Timor. n. solius Dei, vt punitoris, non excludit timorem rectum pœnarum, vt patet.

Ad secundam dicitur, quod amor sui duobus modis in sacris literis sumitur. primò pro amore sui secundum id quod est ex naturalibus, siue gratuitis Dei donis, & sic amor sui est de pcepto naturæ. Et ad huius sui amoris imitationē pcepit Deus, Diliges proximū tuū sicut teipsum, & fm hoc Apostolus dicit, Nemo vnquam carnem suā odio habuit, & Dns, Dedi dilectam animam meā in manus, &c. Alio modo sumitur pro amore sui fm id quod ex peccato hēt: puta pronitatem ad malū, auersionē a Deo, & hmōi, & sic amor sui non est rectus: debet enim homo odisse in se quicquid mali hēt, inquantum est malum, amor enim non nisi boni est.

Quocirca si timor ex amore sui secūdum Dei in se dona naturalia, vel gratuita procedit, & infra rōnis rectæ limites, sistit, nullum peccatum est, sed testis est bonæ naturæ, bonitatisque diuinorum effectuum amabilium. Si autem prouenit ex amore sui secundo modo, sic est peccatum: sicut & ipse sui amor, qui est fundamētum ciuitatis diabolicæ. Vnde prudentis lectoris erit discernere quādo scriptura canonica, vel doctorum loquitur de amore vel odio sui primo modo, & qñ secundo modo, & sic non falletur. Quod. n. dr, Erunt homines seipsos amantes, de amore sui, quantum ad id quod peccati est refertur, & sic de aliis vituperatis amoribus sui. Quod autem dicitur, Charitas non quærit quæ sua sunt, multiplicetur a glos. exponitur. Primo referendo communiter ad ea quæ ipsius charitatis esse pñt materia, & exponit apponendo ly tantum: hoc est, charitas non tantum quærit quæ pro ipsa in habente ipsam sunt: sed etiam, quę pro aliis sunt: secundo exponendo de temporalibus bonis, & sic vel non repetit ablata, vel non est amatrix pecuniarum. August. autem in regula exponit de eisdem temporalibus; quia communia propriis non propria cōmunibus anteponit. Ex quibus omnibus patet, quod in nullo obstat hæc authoritas dictis.

Ad tertiam dicitur, q maior est vniuersaliter falsa: Christus. n. testatur & se nolle mortis pœnam, & se tamen plus velle Dei voluntatem quàm suam, quum dixit, Veruntamen non sicut ego volo, quo ad primum: sed sicut tu vis, quo ad fm. Et similiter accidit in omnibus recte tristibus & timentibus: habent. n. simul nolle seu odium respectu malorū ex amore naturali quietis, a malis (quo ad hoc Aug. dixit, q sunt de his quę nobis nolentibus accidunt) & velle respectu diuinæ voluntatis, iustitiæ & præcepti: alioquin non sisteret tristitia aut timor infra limites rectę rationis. Et proprerea falsum esse liquet q odio habens pœnam & appetens non pati, plus amat se & suam quietem, quàm Dei iustitiam, præceptum aut voluntatem.

Ad quartam dicitur falsum esse, q omnis timor sit ex diffidentia: quamuis enim timor, quia spei opponitur, minuatur ex confidentia, & ex diffidentia augeatur, non semper tamen ex diffidentia oritur, vt patet de timore Chri, in quo nulla fuit diffidentia. Et de timore Hiero. ad Eustochium dicētis, Ego ille qui timore gehennæ tali me carcere damnaueram, & tñ nunc maximè confidebat de Diuina gratia. Vnde autē oriatur vniuersaliter timor, alterius est negotij: sat est q non est opus culpabilem semper esse. Augustæ die 12. Octob. 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSQVINTVS, De obligatione, & obseruatione præceptorum tam in Religione, quàm extra, in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num quodlibet præceptum obliget ad mortale.*
2 *Num religiosus factus episcopus ad obseruantias regulares ex debito legali teneatur.*

QVAE-

QVAESTIO I.

Num quodlibet præceptum obliget ad mortale.

QVeritur Vtrum omne præceptum obliget ad peccatum mortale. Et videtur ꝙ sic, quia communis animi cõceptio est, quicquid sub præcepto positum est, ad mortale peccatum obligare, intantum, quod percunctantibus de aliquo actu an cadat sub præcepto, vbi responsum est affirmatiue, statim intelligitur obligatio ad mortale peccatum.

In oppositum autem est, quia sequeretur omnẽ actum cuiuscunque vitii esse peccatum mortale. ꝙ constat esse falsum. Et patet sequela: quia euitatio cuiuscunque vitii cadit sub præcepto.

Ad euidentiam huius dubii sciendum est, quòd præceptum contra consilium distinctum in hoc a consilio differt, quòd consilium est de bonis, quorum opposita non sunt mala, datur enim consiliũ de Virginitate, quã si quis noluerit seruare, nec peccat; ut patet 1. ad Cor. 7. & simile est de aliis. Præceptum autem de his bonis, quorũ omissio mala est mortaliter: soli.n. illi virtutum actus sub præcepto cadunt, quorum omissio peccatum est: ut patet discurrendo. ET propterea Apostolus ibidem dicit, de Virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, & subdit, quòd si nupserit virgo, nõ peccat. Habet ergo præceptum pro materia actum bonum, cuius oppositum est peccatum, & econtrario omne peccatum opponitur alicui commissioni vel omissioni præcepti. Quod ex eo patet, ꝙ trifariam diuisis actibus (quia aut præcepti, aut cõsulti, aut indifferentes sunt) neq; contra indifferentia, neq; contra consulta agendo vel omittẽdo peccatum incurritur: restat igitur vt quod peccatũ sit, opponat cõmissiõi vel omissiõi p̃ceptę. Quo fit, vt euidenter hinc sequatur, non quicquid clauditur sub præcepto, ♦ inclusum habere mortale: nisi quis putet omne peccatum esse mortale. Si.n. omne peccatum opponat alicui præcepto, & non omne peccatum est mortale, clare sequitur, ꝙ aliquod peccatũ est contra præceptum qđ non est mortale. Sed qũo hoc sit, declarandum restat. Scito ꝙ præceptorum moralium (de quibus solis est sermo) quædam habent pro materia bonos actus quorum cõtrarii cõtrariantur charitati: vt patet de præceptis fidei & iustitiæ. Sunt enim de credendo articulos fidei, & de tribuendo vnicuique quod suum est; quorum contraria (vt infidelitas & iniustitia) contra charitatem sunt illa contra dilectionẽ Dei, ista contra dilectionem proximi. Quędam verò habent pro materia actus bonos, quorum contraria non contrariãtur charitati: vt patet de præceptis abstinentiæ, affabilitatis, vrbánitatis, & similium. Sunt enim de obseruandis modis debitis in sumendo cibum, aut conuersando, aut iocando: quorum contraria, ut species gulę & rusticitatis non sunt contra charitatem Dei & proximi, quamuis mala & peccata in genere moris sint. Spectandũ est ergo ad charitatẽ, quũ discernendum est præcepti vinculũ ad mortale peccatum, quia solum per mortale peccatum charitas tollitur & omne peccatum mortale charitatem tollit. Si.n. præcepti violatio charitatem tollit, ad mortale peccatum obligat: si autem non tollit charitatẽ q̃uis tollat quãcunq; aliã uirtutẽ, ad mortale peccatũ non obligat. Charitas.n. est aĩæ vita: quæ quia per peccatum mortale tantum tollitur, ideo peccatum tollens ipsam, mortale appellatur, tolli autem charitatem solummodo constat per id quod contrariatur dilectioni Dei, aut proximi. Et propterea duo sunt genera moralium p̃ceptorum, quædam habentium uinculum peccati mortalis: & sunt illa sola, quę præcipiunt aliquam commissionem uel omissionem necessariam ad dilectionem Dei uel proximi. Necessariam aũt dico uel simpliciter: ut in quibusdam præceptis naturalis iuris: ut Deũ esse colendum, non esse adulterandum, & huiusmodi. Vel ex suppositione: ut in quibusdam præceptis diuini, vel humani iuris: ut, susc̃ipiendum esse Baptismum, obseruãdos esse tales dies festiuos, & hmõi; sunt.n. hæc necessaria ad salutem, quia sic instituit Deus, uel ecclesia. Quædam habentium uinculum peccati * uenialis tantum: & hæc sunt, quorum uio latio stat cum charitate Dei & ꝓximi. Siue sint de iure naturæ: vt, non esse mentiendũ, esse affabilẽ & hmõi: siue sint de iure positiuo: ut, benedicendam esse mensam a clericis, & huiusmodi. Peccãt enim violantes hæc præcepta, sed non mortaliter. Vñ patet, quod non omne præceptum habet uinculum peccati mortalis. Et si ad hãc distinctionem aduertissent priores, non concluisissent aliquid esse de cõsilio, ex eo ꝙ non esset in præcepto habente uinculũ peccati mortalis. Crediderim quoque ego multa nos habere hodie secundum animi communem conceptionem pro præceptis habentibus uinculũ peccati mortalis, quę si a patribus cum hac distinctione fuissent interpretata, non haberemus hodie hęc sub præcepto vinculi mortalis, vt est præceptũ de ieiunio, &c. Multa.n. sunt opinione mea, & infinita positiui iuris præcepta moralia absque uinculo peccati mortalis. Sub huiusmodi siquidem morali non mortali præcepto cadit tota regula beati Augustini ex eo ꝙ in principio dicitur: Hęc sunt quę ut obseruetis, præcipimus in monasterio constituti: & quòd monachi carnes non comedant. de consec. dist. 5. carnem. &c.

* Aliàs habe batur, morta lis, seu mora lis.

Ad obiectionem ergo in oppositum dicitur, ꝙ quia nominibus utendum est, ut plures vtuntur, Præcepti nomen dupliciter inuenitur. Primo scãm proprietatem significationis suę, & sic præceptũ in Politicis seu Moralibus distinctum cõtra consiliũ in duo secatur genera, ut declaratum est. Alio mõ per antonomasiam; & sic præceptum antonomasicè dicitur solum illud quod habet vinculum peccati mortalis. ET hinc orta uidetur ista communis vox. Romę, die 14. Februarij, 1518.

QVAESTIO II.

Num religiosus factus Episcopus ad obseruantias regulares ex debito legali teneatur.

QVæritur, an religiosus factus episcopus teneat ex debito legali ad obseruãtias regulares. Et vr̃ ꝙ non: quia in Decretis, 18. q. 1. c. unico, dicit, quod monachus factus episcopus electione canonica, est absolutus a iugo regulę professionis monasticę; constat.n. absolutum a iugo legis, non teneri debito legali ad legis obseruationem. ET cõfirmatur ex glo. ibidem dicente, quod non tenetur adiunia: similis enim ratio est de aliis.

In oppositum autẽ est authoritas & ratio S. Th. in Secunda secundę q. 185. art. 8. dicentis, quod tenetur ad omnia non repugnantia ep. scopo: quia dispositio non tollitur aduenięte perfectione, sed magis perficitur. ET cõfirmatur hoc, quia aliter sequeretur, quòd monachus episcopus gauderet beneficio capituli explicati, extra de obser. ieiu. ubi cõceditur in die natalis Domini esus carnium, etiã feria 6. eis, qui nec voto, nec regulari obseruantia sunt

sunt astricti ad abstinẽtiam a carnibus. Consequẽs autẽ ut falsum: quia constat exceptionem illã comprehendere monachos, quibus regularis institutio carnes inhibet, absque tamẽ peccati mortalis nota.

Ad euidentiam huius dubitationis sciendũ est, quod dupliciter aliquis tenetur ad aliquid obseruãdum, vel ex debito legali, uel ex debito morali tantum. Dico aũt tantum; quia debitum legale, claudit in se morale debitum, & addit supra illud legalitatem. Appellatur autem, & est debitum morale, vinculum ex recta ratione, debitum vero legale est vinculũ ex lege. Ita quod uis obligatiua in debito morali, ex sola recta ratione, vt a coactiua virtute proficiscitur: siue habeat aliũde occasionẽ, siue non. Tenetur enim quilibet ex debito morali ad non mentiendum; quia naturalis ratio sic dictat ueritatem sectandam, vt contrarium secundum se prauum diffiniat, & simile est de vinculo ad uitanda quelibet vitia. Tenetur quoque princeps ad obseruationem legis communis ex debito morali (iuxta illud, Patere legem, quã tu ipse tuleris: extra. de const. c. quum oẽs, & Dominicã reprehensionẽ, Matth. 23. Dicunt & non faciunt) quamuis non tenetur ad legis obseruationem ex debito legali: qm̃ lex non hẽt vim coactiuam supra principem. Verum huiusmodi debitum morale ex naturali ratione sola, ut a virtute coactiua uim hñs, occasionaliter ortum hẽt a lege extãte: nam nisi lex maneret in suo robore, rõ naturalis non obligaret principẽ ad illius obseruationem, sicut nec subditos, quos lex primo, & recta rõ secundo obligat, ut uis coactiua ad legis eiusdem obseruationem. Debitum aũt legale est, quod a lege* vt a coactiua virtute est: lex enim nisi habeat coactiuam uirtutẽ, lex non est, ac per hoc respectu illius supra quem non habet uirtutem coactiuam, lex non est simpliciter & absolutè, sed secũdum quid, sut directiua. Et propterea dicitur & bene, quod princeps solutus est legibus: quia scilicet lex simpliciter & absolutè non est supra eum: quia non ligatur coactiua uirtute legis. Et quia uis coactiua legum per legis actum punitiuum exercetur, vt proprium actum; quia pœna est proprium legis medium: per quod ad sui obedientiã inducit, ut S. Tho. docuit in prima secundæ. quæst. 92. art. 2. ideo illi soli subsunt uirtuti coactiuæ legis, qui legum pœnas incurrunt contrafaciendo, Qui autem suapte natura non ex priuilegio, legum pœnam nõ incurrunt, quantumcũque contra præcepta legum agãt, virtuti coactiuæ legis non subiiciuntur. Quocirca, quia religiosus factus episcopus non subiacet pœnis regulę aut statutorum regularium (quod ex eo patet, quod si puniendus est, non punitur secundũ regularia instituta, sed secundum sacros canones, sicut reliqui episcopi) consequens est, vt religiosus factus eps non teneatur ex debito legali ad obseruãtias regulares. Et quia censurarũ & peccati mortalis pœna ad uim coactiuã legis spectant, ideo nõ incurrit censuras aut mortale peccatum, si huiusmodi ex regula, aut constitutionibus tm̃ prohibeãtur, oppositum faciẽdo, quamuis peccet mortaliter aliquod trium essentialium votorum transgrediẽdo: quia ad illorum obseruationem ex voti uinculo, cessãte lege tenetur. Tenetur tm̃ ex debito morali religiosus factus episcopus ad suæ religionis regulares obseruãtias non cõtrarias, aut dissonas episcopo: quia ex ascensu ad perfectionis statum non dẽt deficere a fructu prioris uitæ: ut ratio sãcti Th. monstrat. Perderet autem, si ea, quæ etiam non cõferunt ad perfectionem episcopalẽ, per quæ ad illam peruenit, desereret: simile siquidẽ accidit istis regularibus bonis in episcopo, quòd accidit in naturalibus & disciplinabilibus dispositionibus. Videmus enim ad generationem ignis peruenire per calorem disponentem ad ignem, & propterea igne genito, calor non minor manet, aliter tamen, quia prius inerat per virtutem quasi coactiuam agẽtis, postea inest vt consequens naturam geniti. Et simi liter frequens meditationis studium ad doctoratum ducit, & ppea doctor nisi cancri more retrocedat ampli⁹ meditatur, licet aliter: quia pri⁹ quasi pedagogo cogente, postmodum tãquam actum connaturalem exercens. Ita & religiosus profitendo per regulares obseruantias, ad episcopalem pfectionem deducitur, qua adueniente, regulares obseruantię episcopum decentes magis assunt: aliter tamẽ quia prius tenebatur ad illas ex virtute coactiua legis: modo verò ex recta ratione dictante laborem vię nõ debere perire in termino, & quòd per eadem bona perfectio conseruari debet, per quę acquisita est.

Ex quibus patet, vtranque opinionem verum diuersimode dicere, & quòd tenetur ad regulares obseruantias, & ꝙ non tenetur. nam tenet ex debito morali, & non tenetur ex debito legali. Et hinc patere põt, ꝙ monachus factus episcopus, licite potest carnalibus vesci in sexta feria, quando natiuitas Domini illa euenit: quoniã a debito legali, quo sub iugo prohibentis regulę astringebatur, absolutus est, & debitum morale tunc non habet locum. Quia conuenientissimum est, inquit diuus Th. in 3. part. q. 40. ar. 2. vt qui cum aliquibus conuersatur se eis in conuersatione conformet: ita quod in cibo & potu conformiter se sicut alij habeat: constat enim monachum episcopum ad conuersandum cum ecclesia sua, & specialiter clericis translatum. Et hoc precipue locum habet in tanta solennitate; in qua & sancti uiri abstinentię detrahunt, decent enim tantam internę lætitię causam foris erumpere ad lętas mensas.

Ad primam ergo obiectionem pro parte negatiua ex decretis, dr̃, ꝙ monachus factus episcop⁹ absoluitur a regulari iugo quod coactionem importat, sed non absoluitur a morali debito operis regularis. Et similiter gl. verificãda est, ꝙ absoluitur a iugo ieiunij, & non a ieiunij debito morali. Ad obiectionem primam pro parte affirmatiua ex authoritate S. T. dr̃, ꝙ intelligẽdus est de debito morali, & nõ de legali. Quod patet tum ex rõne ibi reddita, q̃ nõ nisi debitum morale cõcludit, tum ex eo, quod iuxta illam doctrinam religiosus factus episcopus et Roman⁹, tenet ad regulares obseruãtias nõ dedecẽtes ipsum, & tm̃ constat ipsum non teneri debito legali, sed morali tantum ad huiusmodi. Rõ. n. literę illius nõ magis militat p̃ alijs episcopis, q̃ pro Romano, quũ iste teneat esse pfectior cæteris.

Ad secundam obiectionem dicitur, quod canõ ille Honorii 3. explicando restringens esum carnis in die natalis Domini ad eos, qui nec voto nec regulari obseruantia sunt astricti, intelligitur de astrictis ex debito legali ad regularem obseruantiam: & non de his, qui ex debito morali subsunt regulari obseruantiæ. Et ratio est, quia in qualibet scientia nomina sunt interpretanda fm̃ vsum illius sciẽtiæ, cõstat autem solos astrictos debito legali appellari in iure astrictos lege, & non astrictos legali debito appellari solutos à lege, princeps. n. solutus dr̃ legibus, qui tamẽ secũdum morale debitum subest legib. Et qđ magis uiget ad ꝓpositũ monachus epi-

* Alias &

episcopus à iugo regulę monasticæ professionis absolutus dr̃, c. statutum 18. q. 1. non comprehendi tur igitur monachus episcopus in iuris dispositione inter astrictos regulari obseruantia, sed inter absolutos à iugo regularis obseruātię, si iuris textum vnum secundum eiusdem iuris textum alium intelligere dēmus. Et tu lector memento scripta nostra de huius quęstionis materia in commentarijs super Secunda secundæ, ad hæc referre subtilius discussa. Rom. 13. Febr. 1518.

TRACTATVS VIGESIMVSSEXTVS.

De Sacri ordinis Collatione vnica Quæstione contentus.

QVAESTIO.

Vtrum in collatione sacri ordinis sufficiat tactus corporalis post completam prolationem uerborum, in quibus consistit forma.

QVeritur, an in collatione ordinis sufficiat tactus corporalis post cōpletam prolationem verborum, in quibus consistit forma. Et vr̃ quod sic. Primo, quia de facto ritus hic seruatur alicubi absq; reprehensione, vt à fide dignis dr̃. Porrigitur siquidem ab episcopo dicente semel tantum formę verba in numero plurali accipite potestatem, &c. calix p̃paratus, quotquot sunt ordinandi in sacerdotes, sigillatim accedunt ad contactum calicis episcopo non repetente, neque continuāte verba, sed deinceps silēte: absurdū est aūt damnare tantam multitudinem, ergo, &c.

Secundo, quia vbi est diuersitas opinionum, nō est diffinitiue asserendum, nisi liquide manifestata sit veritas, ergo multo magis ubi nihil inuenitur etiam opinatum, non est damnāda altera pars, sed quilibet sensui suo relinquendus. Sed de simultate cōtactus corporalis sacrorum ordinum susceptione, nihil apparet ēt opinatum, quin potius de cōtactu ipso corporali diuersæ sunt opiniones: vt S. Th. in 4. di. 24. dicit, Non sunt igitur damnandi, qui tetigerunt quidē calicem pręparatum, &c. quamuis non simul cum prolatione verborum.

Tertiò, quia si contactus & verborum prolatio deberent esse simul tempore, hoc esset quia verba formæ aliter non verificarentur. Sed hoc non accidit in proposito, nam in verbis imperatiui modi satisfit, si incontinenti obeditur secundum intentionem imperantis. Episcopo autem porrigenti & dicenti, tot ordinandis, Accipite, obeditur incontinenti secundum eius intentionem, qm̃ episcopus ēt explicite dicit, Ego intendo omnibus conferre ordinem sic successiuè venientibus: ergo, &c.

Respondeo. In hac difficultate: primo declarabitur veritas de necessitate contactus: secundo, de simultate contactus & verborum, tertiò satisfiet oppositis.

Quo ad primum scito, q̃ non opinatiuè, sed assertiue dicendum est, quod contactus corporalis necessarius est sacramento ordinis, nō solum quia simile est in cęteris sacramentis: in quibus adhibet extranea materia (Baptismus enim sine contactu aquę, confirmatio sine cōtactu manuum, vel chrismatis, & extrema vnctio sine contactu olei non fit &c.) sed quia propria ratio formę sacramenti ordinis hoc exigit, vt diuus Thom. in prędallegato loco docuit. Oportet siquidem verba, in quib. consistit forma ordinis uerificari sic, quod actus significati impleātur: alioquin inefficacia quęque sunt; sed in uerbis formæ percipitur actus susceptionis corporalis: ergo oportet impleri tale imperiū per corporalem acceptionem. Probatur minor: qa cū dicitur, Accipe, aut imperatur solus actus interior, aut cum exteriori acceptione. Non interior solus, quia de interioribus solis ecclesia non se impedit: ergo iunctus exteriori acceptioni. Et confirmatur: cum sacramenta consistant in rebus & uerbis sensibilibus (ut patet in principio 4. Sentētiarum) demōstrationes iussionesque sacramentales ad sensum impleri oportet. Propter quod sicut cum in forma Eucharistiæ dicitur, Hoc est corpus meū, oportet fieri demonstrationem non ad intellectum tantū, sed ad sensum: ita cum in forma ordinis dicitur, Accipe, oportet fieri iussionem ad sensum. Et sicut ibi oportet monstrare contentum sub his sensibilib⁹ speciebus panis, &c. ita hic imperari acceptionem sensibilem, quę contactu corporali perficitur, &c. Et hæc rō non solum infert quod oportet corporalem susceptionem interuenire in illis traditionibus imperatur explicitè acceptio alicuius rei corporalis, (puta cum dicitur, Accipe librum uel claues, &c.) sed etiā cum dicitur, Accipe potestatem, vel accipe spiritum sanctum: idem enim est vtrobique iudicium, quia idem est in vtrisque imperatū. Meminisse enim oportet, quòd sicut in consecratione sanguinis Iesu Christi, non demonstratur ex vi verborum id quod cōtinetur sub specie vini, qd̃ tamen deberet demonstrari sicut in consecratione corporis: sed demonstratur calix continēs illas species dicendo, Hic est calix, &c. & iuxta tropum metonymię ponitur continens pro contento, ad insinuandum, quod cōuersio fit in sanguinem, vt potabilem, ita in sacramēto ordinis iubetur ex ui verborum quādoque acceptio spiritualis rei (quia potestatis seu Spiritus sāncti) iuxta eundem tropum ponitur* quod dicitur pro eo quod fit, id est acceptio potestatis pro qua acceptio corporalis fit, loco ipsius acceptionis incorporalis, quę in rei ueritate imperatur. Oportet enim (ut dictum est) iussionem sicut & demonstrationem sacramentorum, ad sensum impleri, &c.

Alias qđ dicunt:

Amplius, Non minus oportet impleri quod fit in sacramento, quam quod dicitur. Sed in sacramēto ordinis si fit traditio calicis actiue, & non accipitur, constat quod non impletur quod fit. nulla. n. actio impletur sine passione, vnde episcopus & uerbo (vt dictum est) iuxta tropum prędictū, & facto, ipsa. s. porrectione calicis, vel actiua manuum impositione, imperat corporalem susceptionem. Propter quod sicut non sufficit episcopum manus imponere actiue tantum: sed oportet corporaliter tāgi ordinandum, & obedire, contactum corporalē sustinendo: quamuis ex ui uerborum spiritus sanctus accipiendus iubeatur in illa impositione: ita non sufficit calicem cū uerbis porrigere, sed oportet ordinādum obedire, ad corporalem tactum accedendo, quamuis ex ui uerborum potestas accipienda dicatur imperatiuè, &c. Confirmatur quoque hoc authoritate decretalis de sacram. non ite. cap. presbyter. Vbi expresse apostolica traditione tactum corporalem debere interuenire Grego. 9. dicit, &c. Non deest quoque authoritas S. Thomæ, & Petri de ꝑnor. & rubricarum librorum pontificalium, &c. Hæc de primo.

Quo ad secūdum scito, quod oportet corporalem contactum fieri cum prolatione uerborum, in

in quibus consistit forma simul tempore in toto, vel in parte, &c. quoniam nulla oratio verificatur, aut adimpletur, nisi significatū ponatur in tpe cōsignificato. Tempus autem consignificatum per orationem, quæ est forma sacramenti, non se extendit extra totum tempus prolationis eius: ergo intra tempus prolationis verborū, oportet acceptionem significatam impleri, &c. Maior est per se euidens: minor autem continet duo: vnum est quòd tempus consignificatum sit præsens: alterum verò ꝙ tale tempus præsens non extendatur extra tempus prolationis verborum: his enim duobus euidēter habitis, tota ratio clara erit, ac efficaciter inferēs intentum. Primum autem horū euidens fit ex conditionibus verbi imperatiui: nam inter præsens indicatiui, & præsens imperatiui, & futurum eiusdē (verbi gratia, accipis, accipe, & accipito) conuenientia est in significatione: singula enim acceptationē significant. In modo autem significandi differentia est, quoniam ly, accipis significat acceptionem indicatiuè, ly verò, accipe, & accipite, significat acceptionem imperatiuè. In tempore verò differentia est, sed aliter, quoniam tam ly accipis, quàm ly accipe, significant acceptionem in præsenti, ly verò accipito, significat acceptionem in futuro. Vnde inter ly accipis, & ly accipe, neque in significato, neq; in tempore est differentia aliqua, sed in modo tantum: quoniam dicendo, accipis, acceptionem præsentem in te indico: dicendo vero, accipe, acceptionem præsentem tibi impero, &c. Et ex hoc sequitur, quod sicut verum non est dicere, accipis, te in præsenti non accipiente (indicatur siquidem esse in præsenti quod non est) ita efficax non est dicere, accipe, te non in præsenti accipiente, imperatur siquidem esse in præsenti quod non est. Ex proprietate igitur consignificati temporis in forma sacramenti ordinis cōsistente in verbo imperatiuo præsentis tēporis, apparet quòd oportet impleri quod iubetur in præsenti tempore. Quòd autem tale præsens non extendatur vltra tempus prolationis verborum, probatur. Primò ex ipsa ratione tempore consignificati.

¶ Ad cuius euidentiam aduerte tria. Primum est quod differentia temporis uerborum non tenet se ex parte prolationis, neque ex parte proferentis sed ex parte significati, nam si ad tempus prolationis inspicias, ita mensuratur tempore præsenti accipiam, & accepi, sicut accipio, &c. similiter si ad intentionem huius, uel illius proferentis aduerteris, ita potest intēdere præsens tempus unius anni, mēsis, uel diei, &c. sicut huius, nunc, &c. sed si significationem uerbi perspexeris, & mensuram durationis eius consignificatam consideraueris, inuenies, quòd tempus consignificatum ut mensura ipsius actus significati ex ui talis uerbi intelligitur. Secundū est, ꝙ consignificatum tempus est, & dr̄ præsens præteritum, uel futurum in respectu ad tp̄us, quo uerbum ipsum significans profertur, quilibet.n. fatetur se falsum dicere si dicendo, credo, non hēat in se credulitatem quando hoc dicit. Et similiter si dicendo credidi, scit se nunquam nisi tunc, quando dicit habuisse credulitatem, falsum dicit, &c. Et uerba igitur præsentis temporis significant actum coexistentem ipsis uerbis quando dicūtur, & prętrita præteritum, & futura futurum. Tertium est, qd̄ licet secundum ueritatem nihil de tempore sit unquam præsens nisi instās, apud Grammaticos tamē tempus præsens dicitur, & consignificatur, quod cuicunque parti orationis coexistit, propter quod in sacramentorum actionibus apud Theologos effectus quidem quia in instanti fit, in fine prolationis uerborum fit. Actus autem sacramentalis tam actiuè, q̄ passiuè in quacunque parte mensurante prolationem uerborū coexistat, sufficit. Ex proprietate igitur consignificati temporis euidēter patet, quod tempus præsens consignificatum in forma sacramentorum non extenditur ultra mensuram prolationis eorum. Et cōfirmatur, quia sicut in ecu charistiæ consecratione cū dicitur, Hoc est corpus meum, ly est, non consignificat tempus extra prolationem uerborum, ita in sacramento ordinis, cū dicitur, accipe non consignificatur tempus extra mensuram prolationis uerborum, utrobiq; .n. est uerbum præsentis temporis, & non differunt nisi in modo, indicatiuo, scilicet, & imperatiuo. Mensura autem non ex parte modi sed temporis se tenet, & propterea eadem est utrobique ratio. Et ex hoc habes non solum, quod ex proprietate uerbi se tenet, sed quod talis rigorosa proprietas in sacramentis ecclesiasticis seruatur intenditur & exigitur, idē enim esse de omnibus iudicium debet. Et cōfirmatur, quia nisi tempus præsens cōsignificatum intelligatur pręcisè terminari cum prolatione verborū, nulla esset certitudo quātum hoc pręsens duraret, & sic posset aliquis semel dicendo decem millibus hominum, Ego uos baptizo &c. & per totū diem effundere aquam super singulos, & essent baptizati, quod constat esse falsum. Hęc de secundo.

¶ Quo ad tertium, ad primum in oppositum dicēdum est, quod non est mirum, si Spiritussanctus permittit aliquos Episcopos errare in istis, quoniā manifesta apparet in eis demeritoria causa, quia .s. non submittunt actus suos rubricis pontificalibus, sed sensum proprium sectantes, euanescunt in cogitationibus suis: & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Episcopi tamen mutantes numerum singularem in pluralem, & dicentes pluribus simul tangentibus, accipite in nullo errant: sicut nec baptizans plures simul aspergendo & dicendo, Ego vos baptizo, &c. illi quoque qui inter dicendum semel verba formæ pluribus successiuè tangentibus porrigunt, dicendo, accipite, satisfaciunt sacramento: quia etiam si vni tantum tradant dicendo: accipe: non exigitur quòd à principio formæ vsque ad finem semper adsit contactus: sicut etiam in Baptismo non oportet ablutionem vnius durare, quandiu durant verba formæ: sed sat est si in aliqua parte verborum durante fiat hic ablutio, fiat ibi contactus, &c. Illi autem qui ante vel post prolationem verborum tangunt, nihil suscipiūt: sicut nec essent baptizati, qui ante vel post prolationem verborum abluerentur.

¶ Ad ſm vero dicitur, quod autoritas rubricarum pontificalium, expresè statuentium contactum & eius simultatē cū prolatione & rationes autoritatesque supradictæ, excludunt huiusmodi opiniones, & determinant.

¶ Ad tertium autem iam patet, quod non saluatur veritas seu efficacia orationis imperatiui præsentis tpis, nisi illo tpe præsenti fiat quod imperatur: & ꝙ sacrorum efficacia certa exigit tempus pręsens, non ab libitum ministri, sed secundum naturam ipsius sacri intelligi. Vnde intentio Epi etsi in his, quæ iurisdictionis sunt, possit prędens ampliare: in his tñ, quæ ordinis sunt, non potest, sed oportet ipsum in captiuitatem reducere intentionem suam in obsequium Christi, & ecclesiæ, &c. Nec obstant his dicta doctorum sentiētium, ꝙ sacerdotes noui

in

in sua ordinatione formam consecrationis Eucharistiæ proferunt, & omnes referunt intentionē suā ad instans quo terminatur prolatio formæ consecrationis Eucharistiæ ab episcopo. Hoc.n. non est intelligendum, quòd fiat ex vi intentionis nouorū sacerdotum, quasi ipsi possint suspēdere effectum verborum in aliud tempus, hoc.n. non minus possent p̄fecti sacerdotes. Sed q̄a sic fit in ecclesia a spiritu sācto gubernata, vt oīum cōsecratio efficax inueniri possit, humana rō tentauit suadere, adhuctñ non persuasit, sed in captiuitatem ducto intellectu actus fit. Et hęc sufficiant. Pisis, Die 20. Nouēb. 1509.

A tantū in his, quæ a Christo & Apostolis habemus. Et confirmatur vltimò vtrunque horum ratione. Si ordo sacerdotalis ex natura sua impediret matrimonium contrahendum (ita quòd contrahere esset peccatum) aut dirimeret cōtractum, sequeretur quòd in nullo casu quantæcunque necessitatis, aut vtilitatis per ecclesiam militantem posset dispensāri cum aliquo sacerdote, q̄ contraheret matrimonium. Hoc cōsequens est & contra Theologos, & contra Canonistas & contra authoritatem, qua de facto vtitur Rom. ecclesia. Consequentia autē manifestè patet ex exercitatis in Philosophia saltem rationali: quoniam quod est secundum se prauum, nulla ratione potest fieri licitum. Hæc de primo:

B

TRACTATVS VIGESIMVSSEPTIMVS, de Dispensatione Matrimonii in Occidentali ecclesia, quæstione vnica contentus.

QVAESTIO I.

Vtrum summus Pontifex possit dispensare cum sacerdote occidentalis ecclesię, vt accipiat uxorem.

QVeritur vtrum summus pont. possit dispensare cum sacerdote Occidentalis ecclesiæ, ut accipiat uxorem.

Videtur enim quod nō. Primò, quia traditum alteri non potest absque iniuria ab eo tolli: sed corpus sacerdotis occidētalis traditum est diuinis obsequiis in castitate, ergo, &c.

C

Præterea, Secundum S. Tho. in 2.2.q.88.art.2. dicitur, quòd summus Pontif. non potest dispensare religiosum ad contractum matrimonii: ergo nec sacerdotem.

In oppositum est, quia castitas annexa est ordini sacerdotali ex statuto ecclesię, ergo per eā pōt tolli.

In hac quæstione iuxta tria, quę apparēt in sacerdote Occidentali, discutienda sunt tria, vt plenius satisfiat, & cuiusdam reuerendissimi domini Cardinalis votis, & Parisiis nuper exorta quęstio clarius appareat.

D

Vidēdum est igitur primo de sacerdotio absolute, quomodo se habeat ad matrimonium: secundo de annexo voto continentiæ: tertiò de statuto ecclesię. Ex his enim, & non aliunde impediri contingit sacerdotem a matrimonio.

Quo ad primum ergo duo dicuntur: Alterum affirmatiuum, scilicet quòd sacerdotium impedit matrimonium contrahēdum: alterum negatiuum, scilicet quod non dirimit contractum. Et primum quidem intelligendum est de congruo, quoniam nec ratione, nec authoritate probatur, quòd absolute loquendo, sacerdos peccet contrahendo matrimonium, quin pōtius & ratio ad oppositum ducit: quoniā, ut patet in trigesimaseptima distinctio. 4. senten. nec ordo inquātum ordo, nec ordo sacer inquantum sacer est impeditiuus matrimonii: & in ecclesia occidentali olim diaconi poterant contrahere matrimonia, ut dicitur c. diaconi. dist. 18. Manifeste quoque in 31. dist. in canone, alter. dicitur, q̄ Orientales in sacramentis constituti copulātur matrimoniis. Nec admittenda est glossa exponens, copulantur; ideſt, copulato utuntur, quoniam manifeste series textus de contractu matrimonii loquitur, ut confirmat etiam aduersatiua subiuncta, scilicet quòd Occidentales non sortiuntur coniugia, & cætera.

E

Secūdū verò dictū intelligēdū est, q̄ nō dirimit matrimoniū cōtractū siue ante, siue post: Et hoc (ut dixi) seclusis omnib. legibus ecclesiasticis, stando

De efficacia autē solennis voti, diuersa est Theologorum opinio. Scot. nanque & Pet. de Pal. in 4. distinct. 38. putant eandem vim habere simplex & solenne votum quo ad Deum, ac per hoc nullum, ex natura sua dirimit matrimonium contractum. Potestq; eorum positio fundari super hoc q̄ si solēne votum ex natura sua dirimeret matrimonium post cōtractum, nullo casu posset dispēsari. S. Th. autē & Ricar. vbi supra tenent votum solēne dirimere ex propria natura matrimonium ea rōne, q̄a ponit ipsum Deum, seu ecclesiā in possessionē proprij corporis. Addit tamen in 2.2. S. Tho. 88. aliam rationē ex parte cōsecrationis, quia, s. quod semel sanctificatum est Deo non potest in alios vsus conuerti. Nec valet responsio Scoti ad primam rationem, soluentis eam per interemptionem, dicendo q̄ non plus ponit in possessionē votum solēne quam simplex, eo quod nihil intrinsecum voto habet solēne, quo careat simplex, vt patet in actu interiori voluntatis cuius est vouere. Hæc inquā derisio derisibilis est, quoniam manifestè patet, quod vouens uotum solenne non solum promittit; sed mutat de facto statum, ac per hoc vouens solenniter vt sic, acceptat interiori actu mutationem status, promittēs viuere de cętero in illo, &c.

Videtur

Videtur autem mihi rationabilior via S. Tho. si tamen recte intelligatur. Puto enim quod ad mẽtẽ eius, & secundum veritatem distinguendum sit cũ ipso in Secunda secundę, vbi supra ꝙ solemne votũ est duplex. Quodam per se solenne, vt professio religiosorum, & quodam per accidens solenne, vt votum castitatis annexum ordini sacro. Est autem rõ huius differentiæ, quia solennitas siue consistat in exhibitione, siue in consecratione, per accidens cõiungitur voto suscipientis ordinem sacrum. Qm̃ talis exhibet seipsum, & consecratur non ad castitatẽ sed ad actus ordinis. Religiosus vero benedicitur, & exhibet se ad religionis statum, qui importat per se negationem proprię voluntatis, corporis & bonorum. Hac verò distinctione stare duas dico propositiones. Altera est, quod votum annexum ordini sacro, per se non dirimit matrimonium contractũ, & rõ est, quia est solenne per accidens. Nec ẽt per accidens fit ibi exhibitio corporis ꝓprii ad aliquid repugnans matrimonio, sed promissio tm̃ vt patet in c. nullum. dist. 28. Altera est, quod votum religionis per se dirimit matrimonium contractũ, tum quia in eo fit exhibitio corporis ad statum repugnantem matrimonio, tum quia tanta uis est, vt soluat matrimonium prius legitime cõtractum & non consummatum, non ex statuto ecclesię, sed ex propria natura. ET hanc rõnem bene notabis cõtra Doct. discrepantes a S. Th. ipsimet. n. vtunt voto ꝓfessionis quia morte ciuili, cum ad matrimonium prius contractũ disputatio trahitur, cum vero ad sequens matrimoniũ dirimendum sermo conuertitur, dñt professionẽ non plus efficacię habere, quã votum simplex, manifeste insinuantes viris doctis doctrinæ suæ ruinosum fundamentum. EADEM siquidem rõne & efficacia, qua professionis uotum dirimit prius contractum, eadem dirimit post contractum, imo minor vis requiritur ad dirimẽdum consequens matrimonium, q̃ antecedens, vt patet in ordine sacro dirimẽte consequens matrimoniũ & non antecedens. Non. n. post cõtractum matrimoniũ per verba de præsenti, si quis inuita vel cõsentiẽte sponsa sacerdos fiat, propterea solutum est matrimonium, sed illa non põt alteri nubere cum tñ constet, quod si religiosus fuisset factus, soluta esset a vinculo coniugali. Nec obstat, quod in li. 6. de voto & voti redempt. dr̃ ꝙ solennitas voti per solã ecclesię constitutionem est adinuenta. Hoc enim verum est quemadmodum ẽt consecratio calicis per solam ecclesię constitutionem adinuenta est. Cum hoc nanque stat quod quemadmodum nec consecratio calicis in solo ecclesię statuto consistit sed in diuina benedione, ita solennitas quoque voti in diuina benedictione consistit, vt in 2. 2. q. 88. dicitur iuxta illud Num. 6. Inuocabit nomẽ meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Et rursus, sicut calix iam consecratus ex propria natura repugnat profanis vsibus, sic professus solenniter, ex ꝓpria natura repugnat proprietati rerum, & actibus venereis, & cęteris.

Cum his tamen teneo, quod apud S. Th. põt ecclesia dispensare in utroque uoto, s. religionis & ordinis pro aliqua maxima necessitate. ET quod ecclesia quidem possit, nolo aliter probare, quàm ex facto, quia scilicet summi Pont. Regem Aragonum (vt PET. de Palu. refert) dispensauit, imo cõpulit, vt religione dimissa vxorẽ duceret, &c. propter regni illius dispositionẽ. quod aũt hoc sit de mente s. Th. manifeste cõcipi põt ex initio & fundamento positiõis suæ in cõtrariũ ī secũda secũdę, loco allegato.

Ibi siquidem volens concludere, quod papa nõ pot sit dispensare cum religioso, pro radice positionis assumit authoritatem Decretalis, dicens. Sed quia Decretalis, cum ad monasteriũ manifestè dicit, &c. & deinde vt conformaret se Decretali, adinuenit illam adaptationem de cõsecratione, vt ibi patet. Ex quibus omni passione semota, quilibet perspicacis ingenij elicere potest, quod si tempore suo summꝰ põtifex dixisset oppositum verbo vel facto (vt postmodum fecit) quod ipse quoque accommodasset rationem in obedientiam sedis apostolicæ. ET propterea illa opinio nõ est sua, nisi pro quanto sustentabitur ab illa Decretali.

Potest igitur ad rationes supra tactas, quæ videntur concludere in dispensabilitatem voti solẽnis religionis responderi. Et ad illam quidem de consecratione, potest cum aliis dici, quod semel sanctificatum Deo, non potest in alios vsus passim conuerti, sed bene in magnæ necessitatis articulo. Liceret siquidẽ bibere in calice consecrato, vbi aliquis non posset aliter bibere, &c.

Ad aliã verò de exhibitiõe, eodẽ modo dici põt, ꝙ quãuis res alteri tradita dono, non possit regulariter ab eo auferri põt in casũ necessitatis, quo ablatio esset magis vilis, quam possessio propter cõmune bonum, quod præeminet bono particulari.

Ad aliam verò, quę adducta est pro fundamento positionis aliorum doctorũ, dici potest, quod magna differẽtia est inter aliquid esse per se tale, & posse per se tale quid. Quod cñ est per se tale, nullo casu, nullaque dispensatione põt non esse tale, sed qđ potest per se in aliquod, contingit impediri, vt effectum intentum non producat, vt patet in agẽtibus naturalibus. Dico ergo in proposito, quod votum religionis est potens per se in hunc effectum, id est dirimere matrimonium sequens, contingit tamen (& hoc rarissimè) vt intentum effectum non habeat propter cõcursum alterius causæ, scilicet ecclesiæ authoritatis, & publicę vtilitatis non paruæ. Hęc de secundo.

Quo ad tertium (scilicet de ecclesię statuto) constat iam, quod hodie ex ecclesiastico statuto tam ordo Sacer, quam votum professionis in aliqua approbata religione, impedit matrimonium contrahendum, atque dirimit contractum. Et quoniam ordo Sacer non dirimit post contractum ex natura sua, nec ex natura voti impliciti (quia non est solenne nisi per accidens, vt patet ex dictis) sed ex statuto ecclesiastico, idcirco cum summus põtif. possit ad libitum relaxare statuti vinculum, sequitur necessario; quod si Sacerdos Occidentalis cõtrahat matrimonium de licentia summi pontif. absque vlla rationabili causa, quod matrimonium ipsum est vere matrimonium, & contrahentes sunt vere cõiuges, & proles est uere legitima. Quamuis contrahendo tale matrimonium sic peccet mortaliter vterq; cõtrahens, cõtra votum castitatis agens absque rationabili, aut dubia saltem causa licentiatus, & consequenter nec ipse pontif. a mortali excusaretur, sed si causa rationabilis dispẽsandi in voto castitatis absit, contrahens dispensatus tute contrahit, ac cõtracto vtitur. ET hinc patet, quòd cum rationabilis causa dispensandi in voto castitatis possit esse nõ sola vtilitas publica ciuilis aut ecclesiastica, sed aliqđ aliud maius bonum nunc & hic, & ab hoc, & cætera, quã seruata castitas, consequens est quod summus pontifex non solum potest, sed etiam salua conscientia potest dispensare cum Sacerdote Occidẽtali, quod contrahit etiam cessante causa publicæ vtilitatis.

Et

Et propterea sumptuosa fuit quorundam determinatio dicens absolute, quòd absque tali causa papa non potest. Cum tamen, vt ostendimus, papa absq; causa vlla possit, peccando tamen, & cum causa rationabili quacunque absque peccata, & vtrobique matrimoniũ est validum. Romæ die 12. Apr. 1505.

TRACTATVS VIGESIMVSOCTAVVS.

De Matrimonio, vnica quæstione contentus.

QVAESTIO VNICA.

Num matrimonium legitimè contractum inter Christianos per verba de præsenti, possit ante carnalem copulam dirimi authoritate Papæ absque religionis ingressu.

QVæritur, vtrum matrimoniũ legitimè cõtractum inter christianos per verba de præsenti, possit ante carnalem copulam dirimi authoritate papę absque religionis ingressu. Et arguitur quòd nõ. Primò, ex ipsius natura, quandocunque est aliqua res transiens, ad cuius positionẽ per se ponitur aliquid concomitans, impossibile est poni rem illam transeuntem, & non poni illud concomitans, quia quod conuenit alicui per se, cõuenit necessariò & inseparabiliter. Sed sacramẽto matrimonij coniungitur indiuisibilitas & inseparabilitas personarum, qua fiunt coniuges, quod probatur, quia hoc ponitur in diffinitione matrimonij. ergo si matrimonium positum est actu, & trãsit, impossibile est qn restet inseparabilitas. sed nulla dispensatio potest supper impossibile, ergo.

Secundò ex parte institutionis. Matrimoniũ est de iure diuino, vt pote institutum à Deo in paradiso (dicente, crescite, & multiplicamini) secũdum quod est officium naturę, & à Christo, ꝓm quod est sacramentum ecclesię sicut cętera sacramenta, vnde Mat. 20. dicitur. Quos Deus cõiunxit, homo nõ separet, & ad Eph. 5. sacramentum magnũ in christo & ecclesia. papa autem non potest supra ius diuinum, ergo.

Tertiò ex parte ipsius sacramenti, Non minoris efficacię est sanctificatio veri sacramenti sanctificatione consecrationis ecclesiasticę. Sed res consecrata, puta calix non potest dispensatione papę desinere esse cõsecratus, quandiu est calix, ergo vir & mulier sancticati coniuges ipso sacramento matrimonii, non possunt quandiu viuunt desinire esse coniuges. Et confirmatur quia sicut papa nõ potest facere, ꝙ hostia semel consecrata desinat esse consecrata, ita non potest facere, quòd vinculũ matrimonii semel cõtractum desinat esse inter personas, inter quas est contractum.

Quartò ex parte talis sacramẽti, Matrimonium inquantum sacramentum significat coniunctionẽ spiritualẽ Christi & ecclesię, vt patet per magistrũ sent. in 4. distin. 26. Sed coniunctio spiritualis inter Christum & ecclesiã est inseparabilis, quoniã scriptum est Mat. vlti. Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usque ad cõsummationem seculi. Ergo matrimonium inquantum sacramentum, est inseparabile. Et cõfirmatur hęc ratio authoritate San. Tho. in 4. dist. 33. q. 2. art. 1. ad tertium, dicentis, ꝙ matrimonium ex quo institutum est ut sit sacramentũ, est indispensabile, nisi forte à Deo. Et cõfirmatur, quia tria sunt bona matrimonii fides, & proles & sacramentum, id est indiuisibilitas.

Quintò ex authoritate. Quia ista uidetur cõmunis sententia Theologorum.

In oppositum est authoritas Canonistarũ, vt patet in c. ex publico. de cõuersione coniugatorum.

In hac dubitatione intendo Theologaliter veritatem inquirere & concludere præcipuè secũdum doctrinam S. Thom. vnde tria agenda sunt. Primò ostendetur in quo stat ratio ambiguitatis. Secundò ipsa ratio tractabitur. Tertio satisfiet oppositis.

Quo ad primum, sciendum est, ꝙ cum matrimonium dupliciter consideretur, scilicet vt est officiũ naturæ, & vt est sacramentum ecclesiæ) si attendamus in omnibus & singulis cõditionibus, quas habet, secundum ꝙ est naturæ officium, quæstio hæc clara est, quia constat matrimonium esse dissolubile ẽt post consummationem, vt patet de coniugio infidelium. Vnde a præsenti disputatione resecanda sunt quæcũque spectant ad matrimonium, inquantum est naturæ officium. Et propterea rationes omnes ex institutione in paradiso, & ex traditione mutuæ potestatis in corpus propriũ, & ex cõmixtione carnali, & inseparabilitate his annexa, non coniuncunt intellectum ad confitendum indispensabilitatem, hæc enim omnia ad matrimonium, secundum quòd est naturę officium, spectant, & de naturę iure sunt, recipere tamen dispensationem in aliquo casu patet, & 1. ad Cor. 2. & a S. Tho. in 3. distin. 33. quæst. 2. art. 1. & 2. Si vero consideremus matrimonium, secundũ quod est ecclesiæ sacrm, tunc distinguere oportet singulas eius cõditiones. Sunt autem hæ quatuor, s. sacramentum tantum, res & sacramentum, res tantũ significata & contenta, & res significata & non contenta, vt patet ex 4. sent. sacramentum tantum, vocantur actus sensibiles, quibus contrahitur matrimonium, non absolutè (sic enim spectant ad naturæ officium) sed ex diuina institutione signum & causa sunt inuisibilis gratię. Res & sacramentum vocatur ipsum vinculũ coniugij, nõ absolutè, (quoniam sic spectat ad naturę officium) sed vt ex institutione significat aliquod sanctũ (puta coniunctionem spiritualem inter Deum, & animam) & disponit ad gratiam. Res tm̃ significata, qđ cõtenta, est gratia gratum faciens, quę in hoc sacramento confertur ad sancte posse vti coniugio. Res autem significata & non contenta triplex assignat, scilicet coniunctio spiritualis per charitatem inter Deum & aiam, & cõiunctio ẽt ꝑ charitatem inter Christum & ecclesiam, & cõiunctio per vnionem personalem inter verbum & humanam naturam, quæ vocatur cõformitas in natura Christi ad ecclesiam. Si igitur ex nullo horum habetur indispensabilitas, dissolubile erit: si autem ex his habetur inseparabilitas, dispensari non potest. Si diligenter autem inspiciamus, nihil inuenitur in omnibus his supra ea, quæ ad naturæ officium spectãt, nisi signũ & signatum, & causa & causatum: hęc enim tantum addit sacramenti ratio supra naturæ officium. Et ex parte quidem causæ & causati, manifestè patet non haberi omnimodam inseparabilitatem matrimonij; quoniam nihil in hoc sacramento causatur indelebile, cum non imprimat characterem, sed sit iterabile etiam viuentibus coniugibus, vt patet si alter religionem profiteatur: gratia quoque hic causata amitti potest, imo quãdoque fit sacramentum hoc sine gratia, cum scilicet celebratur in peccato mortali in contrito. ex ratione igitur signi & signati oportet inseparabilitatem hãc esse, si ex sacramenti vi sit. et siquidem sacramẽtum hoc, primo significatum habet inseparabile, oportet inseparabilitatem

tem sequi: si autem primarum eius significatum, non est inseparabile, ipsum quoq; separari potest. Notanter autem dixi primo seu primarium eius significatum, quoniam didici à S. Tho. vbi supra, ꝙ contra prima præcepta sacramenti, non admittitur dispensatio, nisi fortè a Deo. Prima autē præcepta signi circa primarium significatum constat attendi. sicut vniuersaliter prima p̄cepta cuiuscunque gradus, vel officij circa principalem illius finē. Ad hoc igitur tota quæstio hæc reducitur, ad sacramentum matrimonij significat primò aliquid indissolubile. Et hæc de primo.

Quo ad secundum, duos ego in hanc rem inuenio dicendi modos, Magister siquidem senten. in 4. dist. 20. expressè tenet, ꝙ matrimonium contractum, est signum coniunctionis spiritualis inter Christum & ecclesiam. Et quoniam coniunctionē hanc constat esse inseparabilem, oportet secundū ipsum, & eius sequaces, ꝙ matrimonium ratum etiam non consummatum, sit omnino indispensabile. Hanc opinionē videtur sequi omnes Theologi, qui partem negatiuam quæstionis tenent, ponentes tertium bonum matrimonij (quod sacramentum dicitur) indissolubilitatem coniugij, & non absolutè, sed inquantum signum indissolubilitatis inter Christum & Ecclesiam ponit.

Sed hæc opinio salua tantorum virorum reuerentia, falsa videtur, quod dupliciter ostenditur. Primò, Si matrimonium cōtractum ac ratum, sacramentum esset coniunctionis inter Christū & ecclesiam, sequeretur ꝙ maritus relictæ ante cōsummationem matrimonij esset vere bigamus, hoc est falsum: ergo. Probatur sequela, quia ratio bigamię est defectus sacramenti, quia, s. nō est vnicus vnius, sicut Christus vnius vni tantum vnius est ecclesię. Hic autem defectus manifestè adest secundo coniugio, si matrimonium ex solo contractu, sacr̄m est coniunctionis Christi & Ecclesiæ. Falsitas consequentis patet ex determinatione ecclesiæ, extra de bigamis, capitulo debitum. Et scito, ꝙ sumpta est hęc ratio ex illa decretali, & conuincit me, qm̄ à destructione consequentis ad destructionē antecedentis est optimus & necessarius processus. Et attestatur eidem ipse Magister sent. quoniam sicut tenet antecedens, ita etiam affirmauit consequens in 27. dist. 4. Vnde à nobis sicut non sustinetur in consequente, ita nec in antecedente tenendus est, quin potius ecclesia determinando oppositum consequentis, determinauit oppositum antecedentis, connexa quippe sunt hæc. Vnde inaduertenter loqui videntur, qui in materia bigamiæ dicunt bigamiam non fieri ante consummationē plurium coniugiorum, & in materia matrimonij dicunt, matrimoniū non consummatum sacr̄m esse cōiunctionis Christi & Ecclesiæ, hæc enim (vt supra ostensum est) habent contradictionem implicitam. Secundò, si matrimonium solo cōtractu significat coniunctionem inseparabilē inter Christum & Ecclesiam, sequeretur ꝙ nec etiam per ingressum religionis naturaliter solueretur, hoc est falsum, ergo. Consequentia probatur, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona. Violatio autem sacramenti coniunctionis inter Christum & Ecclesiam malum non est paruum, cum sacrilegiū sit. Et fieret per huiusmodi ingressum, quoniā solueretur matrimonium, & consequenter sacrū signum, & consequenter daretur intelligi, quòd significatū esset solubile. Falsitas autē consequentis ex eo patet, ꝙ nō dispensatiuè, sed regulariter licet cuilibet ante consummatum matrimonium ire ad religionem: imò ſm S. Tho. dātur coniugib. duos menses ante cōsummationem ad hoc, & (vt in c. ex publico. de conuer. coniug. patet) Papa non dispensando, sed sequendo ecclesiæ morē determinat matrimoniū solui per religionis ingressū. Sunt ēt contra hoc authoritates, quæ infra afferentur.

Alij igitur sequentes determinationem prealle-
gato c. de bigamis factam, dicunt, ꝙ matrimonij sacramentum, quo ad significationem, nō est cōpletum vsque ad carnalem copulam inclusiue: ita quòd matrimonium contractum significet coniunctionem Dei ad animā per charitatem, consummatum vero cōiunctionē Christi ad ecclesiam. Et inquantum prima coniunctio est solubilis, secunda non, ideo matrimonium contractum tm̄ solui potest, consummatum aūt minime: vnde Dominus Matth. 19. non dixit, Quos Deus coniunxit homo non separet, nisi post illa verba, & erunt duo in carne vna. Et Apostolus ad Ephes. 5. non dixit, Hoc sacramentum magnum in Christo, & ecclesia, nisi post illa verba, Et erunt duo in carne vna. Et ideo Leo Papa (vt referunt Magister in 2. dist. 1. & Gratianus 27. q. 2.) ait, Societas nuptialis ita est à principio instituta, vt præter cōmixtionē sexuū non habeat Christi, & ecclesiæ sacramentum. Hęc ille. Vbi clare videas assertum à tanto doctore, qđ probare laboramus nos S. Tho. quoq; in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. q. 2. expressè dicit duo notāda ad propositum. Primum est in rn̄sione ad primum, ꝙ quia matrimonium contractum significat coniunctionem spiritualem inter Christum, & animā, & hæc est solubilis, ideo religionis ingressus aufert sacramentum. Secundum est in rn̄sione ad tertium, qđ quia matrimonium contractum tm̄ non est perfectum, ideo non habet omnimodam indissolubilitatem. Ex his em̄ confirmātur omnia dicta. Et colligere potes hāc rationem sic, Si matrimonij sacramentum non consummatū esset, indissolubile authoritate Papæ, hoc esset, quia omnimoda indissolubilitas esset de rōne eius, sed hoc est falsum, ergo. Probatur falsitas cōsequentis, quia aut est de rōne eius, inquantum est officium naturæ, aut inquātū est sacramētum, sed neutrum est, vt probauimus. ergo. Potest quoque idem probari sic, De sacramētis ecclesię illud tenendum est, quod Rom. eccl. tenet, sed Rom. ecclesia dispēsat de facto Apostolicis literis super hmōi matrimonia contracta, ergo. Minor patet in Martino 5. & Eugen. 4. quorum bullas super hoc refert Archiepiscopus Floren. se vidisse. & nostris temporibus pluries hoc factum vī. Nō deest ēt naturalis ratio, quod sit dispensabile. Videmus enim in vniuerso tria genera rerum, quædā enim sunt necessariæ simpliciter, quas. s. impossibile est aliter se habere, vt sunt motus cœlestes, & q̄dam sunt contingentes simpliciter, vt res voluntariæ, & quædam necessariæ non simpliciter, sed vt in pluribus, vt naturalia istorum inferiorum. Et inter hæc manifesta est hæc differentia, quod necessaria non possunt impediri, contingentia possunt fieri, vt libet. necessaria vero, vt in pluribus possunt quidem impediri, sed raro. Cum autem indissolubilitas sacramenti matrimonij non sit de genere contingentiū (vt patet, quia non potest ad libitum dissolui) nec sit de genere necessariorū simpliciter (quia potest qñque impediri, vt patet si, alter coniugum ingrediatur religionem) restat, vt sit de genere necessariorum, vt in pluribus. Et vere sic est, essentia namque matrimonij annexam habet indiui-

diuisibilitatem possibilem impedire ex concursu alterius causæ. Et hoc dupliciter, vel causæ quasi eiusdem ordinis, & hæc est professio regularis, uel superioris ordinis, & hæc est autoritas apostolica cum causa aliqua rationabili. Verum autem discordia orta inter coniuges huiusmodi sine spe remedii, sit rationabilis causa dispensandi, crediderim quod sic, consensu coniugum accedente. Tū in fauorem animarum, ne scilicet in adultera adolescentes ruant, aut permanere quasi cogantur dū separati perpetuò manerent. Tum ad euitanda homicidia, quæ à desperatis cōiugibus facile procurari possunt, præsertim, cum hac de causa Moyses libellum repudii permiserit. Tum ad bonum pacis restituendum inter eos: sublato hoc uinculo, quod causa discordiæ est præsertim quia coniugii finis unitas est. hæc de secundo.

Quo ad tertium respondetur ad primam obiectionem, & dicitur, quòd in diffinitione matrimonii non ponitur indiuisibilitas simpliciter, id est omnino, sed quantum est ex se, id est nisi impediatur. Et propterea posito matrimonio, ponitur indiuisibilitas personarum sic non omnino, indiuisibilitati autem sic non repugnat impediri.

Ad secundum uerò iam patet ex dictis, quòd institutio refertur ad sacramentum perfectum in significando, & non inchoatum tantum. Quàmuis posset etiam dici, bene, quòd Deus non instituit matrimonium indissolubile omnino, sed quantū est ex se, ut dictum est. Et ideo Papa nō dispensat contra institutionem diuinā, sed utitur potestate sua, qua potest impedire aliam causam impedibilem institutam etiam a Deo.

Ad tertium dicitur, ꝙ coniuges non aliter sanctificātur hoc sacramento, quam p gratiam gratū facientem, & repræsentationē Christi & animæ p charitatem vnitorum. Vnde cum utrunq; sit separabile, nulla est hic sanctificatio habens effectum perpetuū. Vnde quamuis non possit fieri ꝙ coniuges nō fuerint sanctificati, pōt tamen auferri utraque sanctitas ab eis. Et propterea non est simile de eis, & de calice consecrato, a quo non potest cōsecratio auferri. Nec est ppea minoris efficaciæ sacramentū q̄ sacramentale, qm̄ longe maius est facere sanctum formaliter, etsi amitti possit illa sanctitas, quam facere sanctum ministerialiter, & secūdum quascunq; alias hmōdi denominationes. Vnde sacramenta omnia, quia gratiam conferunt, magis sanctificant cæteris consecrationibus, licet non ita diuturnos habeant effectus propter uariam dispotionem subiecti, effectus.n. consecrationum & benedictionū non exigunt nisi constantiā subiecti, gratia autem & significatio ultra substantialē constantiam subiecti, exigunt immutationem voluntatis, & status, & propterea mutatis his desinūt. Ad confirmationem autem dicitur, quod peccat supponēdo id quod probare debet, & quod in dubiū vertitur, hic.n. nihil aliud dubitatur, nisi an vinculum ex sacramento matrimonij cōtractum semel, sit inseparabile à personis, quæ contraxerunt, & argumentum hoc supponit, quia supponit, quod se habeat ad personas sicut corpus Christi ad species panis semel consecrati, quod constat se habere inseparabiliter. Vnde neganda est similitudo, quia vinculum matrimonij non habet necessariam cōnexionem cum personis, sicut corpus Christi ad Hostiam, necessaria nanque connexio est, quę impedit dispensationem.

Ad quartum patet respōsio ex dictis, negamus, scilicet significari cōiunctionem Christi ad Ecclesiam per contractum matrimonij. Posset quoq; dici, ꝙ coniunctio spiritualis Christi ad Ecclesiā pōt considerari dupliciter. Primò secundum suam rationem, & sic est solubilis: quia est coniunctio per charitatem viæ, Secundò, secūdum extrema, inter quę est, scilicet Christum & Ecclesiam, & sic est insolubilis. Et quia primo modo vnio spiritualis consideratur per se, secundo per accidens, ideò potest dici quòd vnio illa est solubilis, vnio autem in cōformitate naturæ est omnino insolubilis, quoniā est secundum esse diuinum hypostaticum. Hæc responsio licet quo ad solubilitatem sustineri possit, non tamen euadit inconuenientia de vnitate, & ppea non est totaliter ei innitendum. Ad confirmationem verò ex autoritate S. Tho. dicitur, quod loquitur de matrimonio consummato, ut manifestè patet, & ex articulo præcedente in responsione ad secundum conuincitur. Ad alteram autem confirmationem de bono sacramenti dr̄, ꝙ propriè & formaliter loquendo, sacramentum quod est tertium bonum matrimonij, inuenitur quidē in matrimonio contracto, sed imperfectè, quia nō nisi causaliter, inchoatiuè & impedibiliter, ut patet ex supradictis. In consummato autem inter fideles inuenitur formaliter, completè, & vt necessarium simpliciter, & propterea consummato repugnat dispensatio, ut S. Thom. docuit.

Ad autoritates tenentium oppositum nescio quid dicam, nisi ꝙ si diligentius hæc animaduertissent, fortè sententiam mutassent. Romæ, die 24. Ianuarij, 1507.

TRACTATVS VIGESIMVSNONVS.

De reddendo debito inter coniuges, altero eorum existente adultero, vnica quæstione contentus.

QVAESTIO.

Num vxor teneatur sub peccato mortali abstinere à carnali commercio viri publici concubinarij.

QVæritur, an vxor teneat̄ sub peccato mortali abstinere à carnali cōmercio viri publici concubinarij. Et vr̄ ꝙ sic. vir tenetur ad abstinendū se ab uxore publicè adultera, ergo econtrario. Antecedens patet in Scriptura, quia patronus est turpitudinis, qui crimen celat uxoris, ut in c. quemadmodum. de iureiurādo, dr̄, & in sacris canonibus extra de adult. c. si uir. & 32. q. 1. c. 1. & c. si quis vxorem. & sacris Doct. in 35. dist. 4. sent. Consequentia autem probatur, quia vir & vxor ad paria iudicantur circa fidem, libertatem, & debitum matrimonij.

In oppositum autem est, quia vxor non tenet̄ ad correctionem uiri, sicut econtrario, quia vir est caput mulieris ut dicitur primæ ad Corinth. 1.

Ad euidentiā huius sciendū est, ꝙ actus cōiugij, quum f̄m se licitus sit, ad hoc ꝙ reddatur illicitus ex alterius crimine, oportet vinculū aliqd nouum in innocētē deriuari ad hoc ut teneatur abstinere. Crimē aūt mariti publici adulteri, quadruplicitēr potest considerari, primò inquantum offensiuum vxoris: secundo inquantum emendabile pro bono ipsius mariti, tertiò inquantum punibile pro non cōmuni, quartò inquantum quandam mali speciem in cōiugem ducit. Si primo modo sumatur crimen propositum, ipsum quidem uirum in lege coniugii errantem fidem uiolando priuat iure exi-

re exigendi,non petendi actum coniugij. Iustum quippe est, vt iniuriam faciens matrimonio, & à fide recedens, ius cogendi alterum ad seruandum sibi promissum perdat, simplici tñ petitione actũ coniugij postulare non prohibetur à volente sibi consentire,sicut in alijs debitis, quãuis extinctis iure põt creditor petere a voluntario debitore, q nõ vult iuris rigore vti. Sed ex hac rõne vxorẽ offensam in nullo ligat,non est.n.addenda afflicto afflictio, sat est q quatenus offensiuum est, ipsam affligat. Si secundo modo, vxor innocens nõ tenetur ad abstinentiam actus coniugij, nisi vt habet rõnẽ remedij curatiui criminis viri,& hoc quia non tenetur ad hoc nisi rõne p̃cepti de correctione fraterna,ac iuxta mandatum Dñi Matth.18. Si peccauerit in te frater tuus, &c. si monitio verbis facta p se,vel alios non sufficit,(quum ipsa non possit verbere virum adducere ad pœnitentiam,sicut econtrario) tenetur adhibere pœnalem medicinã,abstinendo ab eo,& denuntiare Ecclesiæ, si hoc nõ suf ficit. Sed qñ præceptum de correctione fraterna non habet locum,vbi non est spes pœnitentiæ,qñ finis eius est bonũ ipsius peccatoris,) ideo, si vxor non sperat pœnitentiam per hoc remedium, non tenetur ad illud faciendum, & tanto minus si credit q peior fiet.Si tertio modo,sic quum procurare bonum cõe in huiusmodi fiat per viam accusationis, non tenetur vxor ex solo crimine adulterij viri, quum hoc non sit in corruptionem spiritualem,vel corporalem boni cõis, nisi annexam hæret corruptelam fidei Christianæ,vel proditionem patriæ,& huiusmodi.Si quarto modo,tunc pro tãto habet speciem mali, (vt communiter affirmatur,) quod innocens misceatur adultero publico, pro quanto videtur illius peccato cõsentire,correctionem debitam non apponendo. Constat autem, quòd si non est spes pœnitẽtiæ per huiusmodi abstinentiam, correctio hæc non est debita fm veritatem,& quòd si notum est, quod vxori hoc valde displicet, & propterea ducit in amaritudine animam suam, (vt communiter accidere videtur) cessat ratio apparentis mali & scãdali actiui in vxore. Ex omnibus igitur considerationib. opportunis concluditur,quod vxor innocens, & in amaritudine animæ posita de viri adulterio publico, non sperans per abstinentiam actus coniugij emendationem viri, non tenetur ad abstinendum ab eo, sed licitè potest matrimonio vti:tam petendo,quã reddendo.

Et ad obiectiones in oppositum dicitur, quod nec vir tenetur ad abstinendum, nisi subsit spes correctionis futuræ & rationę scandali. Sed quia ad virum spectat corrigere vxorem etiã facto,ideo tenetur ad vtendum omnib.remedijs vtilibus sibi tamen conuenientibus, puta ad verberandum eã, segregandumq̃ à practica, & huiusmodi, inter quæ remedia computatur abstinentia à thoro illius,quando creditur expediens.Tenetur quoque magis ad euacuandum à se scandalum actiuum, quia non facilè creditur vxorem publicè adulterari sine tacito consensu viri. Propter hæc nanque duo omnes authoritates allatæ dãnant virum nõ separantem se ab adultera,vt patronum turpitudinis.Nec sacri canones intelligendi sunt condidisse nouum ius, sed applicasse doctrinam diuini iuris ad materiam matrimonij. vnde & patrocinium peccati & patrocinatus turpitudinis, & huiusmodi quæ diuini iuris sunt, afferunt. Et hæc de quæstione hac sufficiant.Romæ die 14. Martij, 1513.

F

G

H

I

K

TRACTATVS TRIGESIMVS.

De vsu sacrarum Scripturarum ab Ecclesia vnica quæstione contentus.

QVAESTIO VNICA.

An apostol. sedes in sacris canonibus abutatur verbis sacræ Scripturæ.

SAncta Ihesu Christi cogente, quæritur an Apostolica sedes in sacris canonibus abutatur verbis sacræ Scripturæ. Et videtur quod sic.Primò, quia Clemẽs sextus in extrauaganti,vnigenitus,de pœn.& re. abutitur authoritate Prou.c.7. dum ad thesaurum, ex quo fiunt indulgentiæ, applicat eam dicens, quod est thesaur°,quo qui vsi sunt,participes facti sunt amicitiæ Dei. Constat enim quod per indulgentiarũ gratiam non fit homo particeps amicitiæ Dei,sed solummodo satisfacit pro pœna debita.

Secundò quia Pelagius Papa in Decre. dist. 21. capitu. quamuis probat sedem Apostolicam esse prælatã cunctis ecclesijs Euangelica voce Matt. 16. Tu es Petrus,& quodcunque solueris,&c.Et tamẽ constat per illam Domini sententiam non esse Petrum prælatum ceteris.

Tum quia verba illa dicta sunt Petro in persona omnium, sicut ipse Petrus respondit pro omnib. Vnde & sacri doctores intelligunt ibi non vni,sed vnitati æqualitatis omnium dictum.Quodcunque ligaueris, &c. Tum quia ipse Dominus replicauit in plurali eandem sententiam, Quæcunque alligaueritis,Matth.18.Tum quia Dominus dicit,Quod vni dico omnibus dico,Mar.13.

Tertiò,quia extrà de consti.cap.translato. affertur authoritas Apostoli, Translato sacerdotio,necesse est vt translatio legis fiat. Et decretalis sententia est, sacerdotium est translatũ à Moyse in Christum,& à Christo in Petrum,sic interpretantur Iuristæ:& Ponti.permittit seu approbat. Constat autem impium esse dicere sacerdotium translatũ à Christo in Petrum, abusiuè ergo apostolica sedes in suis decretalib. sacram Scripturam affert, vimque illi non infert.

In oppositum. est ipsius Apostolicę authoritatis dignitas.

Quæstio hæc mota est charitate vrgente, ne hi, qui minus eruditi sunt legentes vulgatas has iniurias Apostolicę sedi illatas, putent veras esse. Et si forte hi,qui nouitatibus istis studeant, dicant sapere ad sobrietatem, aut saltem cohibeant linguas suas.Deducet siquidem pastori & doctori omniũ Christianorum Ro. Pontifici iam si quandoque transumptiuè vteretur aliqua authoritate Scripturæ,vt crebro doctores sacri faciunt, detrahere non modo contumelias irrogare publicè scribendo,q abutitur sacra Scriptura,quod vim infert sacro eloquio:Nunquam hoc ab Aug.Hier.Ambr.alijsque sanctissimis Doctoribus didicimus, Si quis,inquit Iacobus Apostolus, putat se religiosum esse non refrænãs linguam suam,&c.huius vana est religio. Reducendus quippe est potius aut intellectus, aut sermo in captiuitatem in obsequium Christi ĩ suo Vicario,qñ vñr nobis minus consona eius verba, modo fides salua sit,nec ponamus os in cęlũ,præsertim q humanum sæpe fallitur iudicium, & q vnus putat abusiue dictum, alter intelligit proprie dictum. Et quia accidit in proposito, nulla siquidẽ inductarum auctoritatũ abutũtur sacri Canones

nones, sed in proprio sensu illarum qualibet vtun A cœlorum: ac per hoc Pelagius Papa non abusiue
tur, vt sigillatim manifestabitur, ideo paruulū hūc sed propriè vsus est authoritate illa, ad probādum
laborem non subterfugi: Petri sedem à Domino voce & sensu ceteris esse
prælatam. Nec fuit Pelagius primus, qui hac eadē
Clemens in primis VII. non abusiuè, sed ꝓprie authoritate vsus est ad idem probandum, quoniā
vtitur authoritate Scripturæ: quoniam thesaurus, Anacletus martyr sub Traiano hoc idem dixerat,
de quo loquitur Scriptura, est thesaurus diuinę sa- vt habes in decreta. dist. cap. fecrosan. Ad primam
pientię: est enim thesaurus meritorum Christi, qui obiectionem respondetur, quòd Petrus dicitur re-
ipsa diuina sapientia, & fons sapientiæ. Et quicūq; spondisse pro omnibus, quia Dominus commu-
thesauro hoc uero vsi sunt, efficaciter consequen- niter interrogauit, Vos autem quem me esse dici-
do indulgentias, cum perseuerantia sine qua quo- tis? sed sicut reuelatio, teste Domino, soli Petro di-
cunque thesauro vanè vtimur, verè participes fiūt citur facta: ita responsio non ex consilio aliorum,
amicitię Dei consummatæ. Cuius nullus potest es- sed ex diuina reuelatione à solo Petro facta est. Sed
se particeps, quādiu obnoxius est pœnę alicui pro quia omnibus placuit responsio pro omnibus re-
quocumque peccato; quoniam Dei amicitia con- spondisse dicitur: frequentissimè siquidem acci-
summata non nisi in cœlesti patria habetur in quā dit quòd multis collegis præsentibus quod unus
nihil pœnæ subiectum ingredi potest. Quia igi- B optimè dixit, tanquam si ab omnibus fuerit dictū,
tur indulgentię tollunt ab homine impedimenta habetur: laus tamen solius est illius qui sapienter
diuinę amicitiæ consummatę, verè & propriè di- respondit. Sacri autem doctores accipiētes hæc ver-
citur thesaurus indulgentiarum esse, quo qui utun ba non pro vno, sed pro vnitate non obstant: quia
tur, participes fiunt amicitiæ Dei. Nec ualet ar- vera sunt. Nec aduersantur dictis, quia de vnitate
gumentum, Thesaurus diuinæ sapientiæ fuit an- ecclesiastica loquuntur, quę est vnitas ordinis, ca-
te indulgentias, & illo quis potest vti sine indul put vnum habens. Imò interpretatio hęc, Pelagi
gentiis, ergo indulgentiæ non spectant ad illum; sensum confirmat, quoniam verba illa dum vnita
quoniam thesaurus diuinæ sapientię cōtinet mul tem Ecclesię respiciunt, caput vnum designant, per
ta in se diuinæ sapiētiæ opera, ut sunt actus sapien quod vnitas Ecclesię claues habeat regni cœlorū,
di secundum Deum, & merita Christi ut meritoria, & ordine quodam à Petro ad alios in partem soli-
& eadem vt satisfactoria, & multa alia. Et ut C citudinis assumendos potestas absoluendi atque
thesaurus ipse prior indulgentiis, non dependet ligandi deriuetur. Et propterea non vnus Petrus in
ab indulgentiis: sed econtra indulgentię depen- persona, sed in omnibus successoribus suis, nec u-
dent ab illo. Et potest aliquis uti thesauro illo diu- nus Petrus cum successoribus solus susscepit cla-
ersimode, propterea potest quis uti illo sine in- ues, vt solus retineat, sed unitas Ecclesiæ per vnum
dulgentiis & per indulgentias. Et similiter potest susscepit, dum Petrus susscepit communicandas in
aliquis fieri particeps diuinę amicitię consumma- vnitate Ecclesię. Quod autem affertur in argumē-
tæ, & sine indulgentiis & per indulgentias. Non to de unitate æqualitatis, falsum est, nec est sanctō-
docet siquidem Romana ecclesia indulgentias es rum sententia de unitate equalitatis sed Ecclesiæ,
se medium, sine quo non possit diuina amicitia quem constat esse vnitatem ordinis. Et aduerte, ꝙ
consummata haberi: sed esse medium, per quod non solum glossa ordinaria, sed Cyrillus inter pri
potest haberi, tanquam remouens prohibens, ut scos Patres Orientales nulli secundus in libro The
declaratum est. sau. de Petro & successoribus in Rom. Eccles. hoc
intelligit, vt in cath. au. Matth. 16. habes. Ad secun-
Quod autem secundo obiicitur de authoritate dam verò obiectionem dr̄, quod Dñs non repli
euangelica, perspicaciter intentum Pelagio Pontifi D cauit de clauibus regni cœlorum, quum omnib.
ci absque abusu suffragatur: nam quod illa Domi communiter dixit. Quæcunq; alligaueritis, in hoc
ni verba ad solum Petrum dirigantur, ex multis ha discernendam, relinquens excellentiam Petri su-
betur. Primò ex hoc, quod eidem facta est promis- per alios, Et rursus ordo ipse, dum primo soli Pe-
sio, cui exhibita est promissa res; sed solum Petrum tro, & deinde communiter alii loquitur, insinuat
constat a Domino constitutum caput Ecclesiæ, ut quod prius Petro, deinde alijs Episcopis authori-
patet Ioan. ultim. vbi Dominus post resurrectio- tas conuenire debebat absoluendi atque ligandi.
nem Petro, ut distincto ab alijs Apostolis, dixit. Ad tertiam autē, Quod vni dico, omnibus dico,
ꝓasce oues meas, fecit enim comparationem Pe- respondetur, quod Dominus non dixit, Quod v-
tri ad alios, dicens Diligis me plus his? & statim ni do, omnibus do. (non enim omnibus discipu-
ipsius, non ipsius & aliorum martyrum; pastora- lis dedit apostolatus dignitatem, nec etiam omni-
lis officii fructum subdidit, Quum esses iunior, & bus dedit dignitatem septuaginta duorum) in pro
cætera. Et hoc ibidem confirmat Chrysostom. Pre posito autem non est quæstio de Dicere, sed de
teriens, inquit, Dominus alios Apostolos, ad Pe E Dare, tibi inquit Dominus, Dabo claues, &c. Vnde
trum dixit, Si amas me, &cæter. Secundo ex eo, patet extra propositum esse, quod vni dico, omni-
quòd Dominus dixit, Beatus es Simon Bariona, ga bus dico, quòd de doctrinali dicere ad literam vo
caro & sanguis, &ceter. certum est enim, quòd ex luit celestis Magister intelligi, vt instructio, quam
hoc Dominus nō beatos dixit omnes Apostolos, vni impendebant omnibus impensam nuncu-
nec quod singulis pater reuelauerit quod Petro re petur.
uelatum est. Et confirmatur, quia inter discipulos
erat tunc Iudas, qui non erat beatus nec in re, Ad tertium argumentum principale de authori
nec in spe, quum esset fur: vt Ioann. Euangelista. tate Pauli Apostoli dicitur, quod decretalis illa
testatur. Tertio patet ex hoc, quod Dominus in- nec somniauit vnquam quod sacerdotium sit trās
choauit sententiam a Petro, ut ab aliis distincto di latum à Christo in Petrum, quum Petrus non ni
cendo, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super si Christi sacerdotii minister sit, & Christi uicariū
hanc, &c. constat autem quod nec de Andręa, nec esse decretales clament. Vnde nulla culpa est Pon
de Ioāne, nec de Iacobo, &c. verificat, Tu es Petr⁹. tificis sicut iuristæ male eam intellexerunt, nisi
Verba igitur textus Euangelii manifestant, quòd quis adeo desipiat: vt Pontifici imputet omnes

errores doctorum, quia non reprobat eos. Admiratione profecto dignum esset, quòd in Papam, in decretalem, sensum alienũ retorquent arguentes isti, nisi manifestior lapsus, testimonium eorum studio perhiberet, subdunt enim plusquam octingentorũ annorum Christianos totius Orientis, & Africæ nunquam sub Romano Pont. fuisse. Nam si Chalcedonensem synodum (unam ex quatuor quas sicut sanctum euangelium Greg. excipit) perlegissent Patrumque decreta ac gesta librassent, uidissent cõtigua omnium omnium ætatum testimonia, primatum Roman. Ecclesiæ præferentia, falsissimum que esse Africæ Orientisque Christianos Ro. eccl. subditos non fuisse. Ad quod pr,o nunc sufficiant duo testes ante annos mille fere. Alter est ex Græcis Cyrillus, s. in libro Thes. vt habes in cathena au. Matth. 16. dicens, Secundum hanc Domini promissionem ecclesia apostolica Petri, ab omni seductione hæreticaque conuentione manet immaculata, super propositos episcopos, & sup oẽs primates ecclesiarum & populorum in suis põtificibus in fide de plenissima & authoritate Petri. Alter ex Latinis, Gregorius scilicet ad Ioannem Episcopum Syracusanum scribens, Constantinopolitanam Ecclesiã, quis eam dubiter sedi apostolicæ esse subiectam, vt habes in Decr. dist. 22. de Constantinopolita. Magũ tię die 22. Martij, 1519.

TRACTATVS TRIGESIMVSPRIMVS, Ad Leonem decimum Põtificem maximum de septemdecim Responsionib. ad diuersa præcipua obiecta, quæ pro Martini Lutheri assertionibus facere uidebantur.

IN XVII. RESONSIONES TRACTATVS TRIGESIMIPRIMI.

SVMMARIVM.

1 *De expositione quinque articulorum Lutheri reprobatorum. Primus articulus est. Verum est prouerbium, & omnium hominum doctrinis de contritione adhuc traditis præstantius, quod summa pœnitentia est non amplius peccare, et quod optima pœnitentia est noua uita. Secundus, Nemini remittuntur peccata, nisi credat sibi remissa esse, quando Presbyter remittit, &c. Tertius Error illorum magnus est qui uadunt ad communionis sacramentum sub hac confidentia, quod sunt confessi, et quod cognoscunt esse se sine peccato mortali propter preces et præparatoria præmissa, &c. Quartus. Thesaurus ecclesiæ unde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi et Sanctorum. Quintus, Si Papa cum magna parte ecclesiæ haberet hanc vel illam opinionẽ & non erraret, tamen nec peccatũ est, nec hæresis contra sentire (præsertim in re nihil pertinente ad ãiæ salutẽ) donec alterũ per generale Cõciliũ reprobetur vel approbetur.*

2 *Quid sentiendum de sex propositionibus, in laudem beati Ioseph a quodam Theologo prædicatis. Prima, quod Ioseph fuit magni meriti, & pater putatiuus Christi, qui Christum ipsum palpauit, & eo familiariter vsus est. Secunda, quod Ioseph sanctus fuit verus uir uirginis Mariæ, iuxta illud. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ. Tertia, quod fuit uerum matrimoniũ inter Virginem gloriosam, & sanctũ Ioseph, quod nõ potuit esse nisi per mutuam corporis donationem, quæ fuit inter Ioseph & Virginem. Quarta, quod istud matrimoniũ fuit priuilegiatũ, quoniã in isto matrimonio virgo nõ dedit usum corporis licet per matrimoniũ dederit corpus edocta à Spiritusancto, ubi regulariter per cõtractũ matrimonij datur corpus, & usus copulæ carnalis. Quinta, quod Virgo Maria dando corpus suum Ioseph dedit et sanguinem totius corporis, ex quo sanguine fuit cõpletum corpꝰ Christi. Sexta, quod hęc propositio est uera. Ex sanguinibꝰ Ioseph fuit formatum corpus Christi, i. ex sanguinibus proprijs Virginis Mariæ a Ioseph sancto datis per contractum matrimonij fuit formatum corpus Christi.*

3 *An matrimonium contractum a iuuene, postquam religionem post discretionis annos ingressus est animo mutandi omnino uitam, & intra nouitiatus tamen annũ egressus est ad secularem vitam & habitum sit validum.*

4 *An adulter ipso facto sit priuatus iure exigendi debitũ a coniuge innocente.*

5 *Ad quatuor dubia. Primum, An iuridice inquisitus de aliquo crimine teneatur, & debeat nominare complices, si non sunt infamati, & ante correptionem fraternam. Secundum. An si ipse tales nominauerit, possit iudex contra tales procedere ad inquisitionem. Tertiũ, An iudex sciens defectum alicuius a tribus, vel quatuor non per modum iudicij, possit ipsum cogere ad dicendum veritatem. Quartum, An infamatus de aliquo possit de omnibus inquiri.*

6 *An ijs, qui ex Iudæis originem ducunt, si in nullo culpabiles inuenti, nec aliter suspecti, nisi ratione originis sunt possit negari ingressus religionis, & si fuerint nouitij, negari possit professio absque peccato mortali: an sit hoc contra præceptum charitatis.*

7 *An N. ingressus religionem quandam mendicantium, in quodam illius conuentu regularis uita, cum animo deliberato perseuerandi usque ad mortem in illa particulari religione, & in illo particulari conuentu in seruitiũ Beatæ Virginis, cui Ecclesia illa dicata est, post quam multos menses ibidem degit, possit ob scelera ibidẽ impunita ad seculum intra probationis annum redire.*

8 *An is qui in choro sic diuinum officium persoluit, quod sui chori versus submisse sibiipsi soli dicit alterius uero chori uersus audit tantummodo, satisfaciat præcepto Ecclesiæ de persoluendis canonicis horis.*

9 *Ad tres quæstiunculas: primam. An usura soluta, ab accipiente sine necessitate pecunias mutuo, sit reddenda illi, qui soluit. Secundam, An pertinaci ẽt usque ad mortem in aliquo veniali, non ex contemptu sed quia est ueniale, sit deneganda absolutio de cæteris peccatis. Tertiam, Quomodo intelligatur delictum publicum, vt sine peccato possit reuelari, an quia potest probari, an quia fuit de eo conuictus coram iudice, aut quouis alio modo.*

10 *An possit annua pensio ex beneficio Ecclesiastico debita, pro certa summa pecuniæ semel persoluenda, vẽdi.*

11 *An Petrus consignans centum florenos apud Paulum mercatorem, ut eis pro parte lucri capitali saluo, assignet quinque, florenos residuo lucri sibi reseruato, licite contrahat, & restitutionem illorum in foro animæ non teneatur.*

12 *Ad v. dubia primum, an sit simpliciter de necessitate salutis pœnitentem cõfiteri de singulis peccatis numeraliter in eadem specie, quando potest ea sigillatim ad memoriam reducere. Secundum, Quando circunstantia loci sacri sit necessario confitenda. Tertium, An si tam uenditor, quàm emptor sciat naturam rei & ualorem, nullum subsit peccatum si res vendatur pro maiori vel minori pretio. Quartum, An principes terrarum per cõsuetudinẽ possint sibi licite appropriare feras. Quintum, An dicti principes possint ita districte prohibere d'ctarum ferarum captionem, ut nullus subditus possit eas capere, quin grauiter siue puniatur, etiam si*

etiam si capiat eas, vt se à damno præseruet, quod inferunt in bladis, vel huiusmodi.

13 *Ad 7. dubia, primum, Quomodo stent hæc simul, licet vendere Iudæis res quibus ipsi vtuntur in suis sacrificijs, & non licet cooperari ad reædificationem synagogæ Iudæorum. Secundum, Quomodo stent hæc simul, occultissima per accidens subiacent ecclesiæ censuris, & author homicidij occultus non est sub iudicio humano, quia persona est occultissima. Tertium, An hæc sibi inuicem repugnent, nullo modo licet inducere ad minus malum etiã paratos, & licet inducere, vt peccent minus. Quartum, Quomodo hæc se compatiantur, Excusantur qui omnino cœnaturis tempore ieiunij exhibent cœnam, & non licet exhibere vinum volenti omnino se inebriare. Quintum, Quomodo hæc, Sicut in aliis iniurijs sufficit restituere, & non oportet petere veniam, ita nec in contumelia, & quãdo translatio non est omnino voluntaria, oportet non solum reddere pretium agri, sed aliquid correspondens illi conditioni inuoluntarij, sicut semper in restitutionibus faciendum est. Sextum, Cur neque in textu, neque in Commento totius Secundæ secundæ, tractatur de famoso murmurationis vitio. Septimum, Quid importet scrupulum conscientiæ, quo stante licite operamur oppositum.*

14 *Ad quinque dubia. Primum, Cur permittitur simul stare bonitatem substantialem, & veniale peccatum. Secundum, Quomodo verificetur, quod non oportet restituere cum damno in re superioris ordinis, quum ex hoc videatur sequi mulierem, quæ ex adulterio suscepit prolem, non teneri ad se prodendum, quantumcunque veri hæredes inde damnificentur. Tertium, An hoc sit solidum fundamentum vtentem malicia alterius, semper petere debere aliquid absque peccato præstabile. Quartum, An sicut votum abstinentiæ vxoris, sic & votum continentiæ viri irritari possit, sic vt vxor secura sit atque tuta. Quintum, An sit mens diui Thomæ in 4. sent. dist. 18. quæst. 2. art. 1. quæst. 4. quod excommunicatio iniusta priuat suffragijs ecclesiæ.*

15 *Ad duo dubia. Primum quomodo sustinetur, quod votum est de meliori bono, id est bonæ supererogationis, & quod religiosæ personæ venereis vacantes agant contra votum. Secundum, An is qui ad occidendum hominem peragit, quoties interrupta cogitatione intereundum renouat voluntatem peccandi, toties nouum peccatum committat, an totum sit vnum numero peccatum, &c.*

16 *Ad duo dubia primum, Quomodo sit vnus conceptus mentalis entis. Secundum, Quomodo hæc stent simul, analogum non absoluitur ab his, quibus analogum dicitur, & ens habet conceptum vnum simplicem, ad quem omnia prædicamenta, & transcendentia addunt in quem resoluuntur, qui est primo notus.*

17 *Ad quinque articulos circa emptionem rerum raptarũ in bello iniusto. Primus est, An huiusmodi rapta etiam difficillime reparabilia sint iudicanda tanquam habita pro derelicto.*

Secundus est, An capta a priuatis, possint licite emi post diem seu certum tempus, vt nonnullæ leges admittũt.

Tertius est, An in huiusmodi casib. in ementibus scienter tota resolutio sumenda sit ex intentione vtilitatis propriæ, vel Domini, &c.

Quartus est, An dictum cuiusdã doctoris dicentis sic probabiliter credo, quod totaliter emens paratus reddere vero Domino, si comparuerit credens tamen quod non comparebit, & consequenter sperans pro se habiturũ, non peccat, quia verisimiliter potest de veri Domini voluntate præsumere, sit in conscientia tutum & alijs diuulgandum. Quintus est, An emat recte quis ex proprietate calices, & huiusmodi sacra dedignatus, quod mauent apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti ecclesiæ habito pretio, & an Dominus talium sit censendus omnino ignotus stante notitia regionis, puta Hungariæ.

PEtri Apostoli vestigijs inhærentes, parati sumus rationem reddere omni poscenti nos de ea, quæ in nobis est fide. Quibusdam proinde Christi fidelibus viris probis, piè trepidantibus circa quinque articulos in apostolicis literis contra Martinum Lutherum inter reprobatos contentos, opem luminis ferre volentes, aperire intendimus, quare reprobati meritò fuerint, subnectendo sigillatim dictos articulos cum dubitãtium obiectionibus, prout ad nos delati sunt, & cuiusque rationem reddendo.

RESPONSIO I.

Super quinque Martini Lutheri articulos, Primus Lutheri articulus. Vera pœnitentia est, non amplius peccare, & nouam prorsus ducere vitam.

PRimus igitur articulus est. Verum prouerbiũ & omnium hominum doctrinis de contritione adhuc traditis præstantius, quòd summa pœnitentia est, non amplius peccare, & quòd optima pœnitentia est noua vita.

Obijcitur, in hoc articulo omnes sancti Patres videntur consentire cum Luthero, & ideo necer ror potest esse hic, nec hæresis.

Respondemus hunc articulum meritò reprobatum tam secundũ illius articuli sensum, quàm secundum quòd a Luthero prolatus est. Et siquidem si ad proprium sensum verborum spectetur, falsus comprobatur, nam nec summa, nec optima pœnitentia est, qua non fit remissio peccatorum: promulgauit enim Saluator pœnitẽtiam Christianam esse remissionem peccatorũ, Luc. vlt. Oportet, inquit, prædicari pœnitentiam in remissionẽ peccatorum. Hæc autem duo in articulo posita (videlicet, Non amplius peccare, & noua vita) constat non sufficere ad pœnitentiam in remissionem peccatorum, quandoquidem exigitur præter hæc, & dolor de præterito peccato (Petrus enim post peccatum commissum fleuit amarè) & recursus ad diuinam misericordiam cum publicano, Deus, propitius esto mihi peccatori. Vnde Eccl. 21. dicitur, Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed pro pristinis deprecare vt dimittantur tibi. Vbi & etiam Aug. notauit, nõ sufficit dicere, Ne adijcias iterum, sed adiuncta est deprecatio pro pristinis remittendis. Non est igitur summa pœnitentia, non amplius peccare, nec est optima pœnitentia, noua vita, quæ dolorem pro peccatis, & deprecationem pro pristinis in se nõ claudit. Et videtur quòd præcipitem daret pœnitentem hic articulus, nam secundum eundem summè & optimè pœniteret auarum, si ab auaritiæ actibus cessaret, & libe ralem deinceps vitam ageret. Et similiter accideret intemperato, si à passionibus intẽperatis cessaret, & deinceps continenter viueret, & sic de alijs, hoc enim significat non amplius peccare, & noua vita. Et si hęc summam optimamque pœnitentiam constituunt, inanis fides nostra tam de necessario fletu peccatorum, quàm de recursu ad Deũ pro remissione eorundem inuenitur. Meritò igitur secundum ipsius sensum articuli reprobatus est.

Si autem idem spectetur articulus vt a Luthero manauit, reprobatus quoque rationabiliter inuenitur, nam huiusmodi prouerbium allatum com-

probatur à viro negante duas partes pœnitentiæ, scilicet contritionem & satisfactionem, & ad hoc p huiusmodi prouerbium tendit vt tam necessitatē contritionis, quæ præcipuè consistit in dolore pro peccatis, quā satisfactionis tollat, vt patet in libris suis & alijs eius articulis damnatis. Non consonat ergo dictus articulus sanctis patribus tam secundū seipsum, quàm vt à Martino manauit, quamuis si in sanctis Patribus huiusmodi sententia inueniretur, pie esset interpretanda, & ad bonum sensum reducenda.

ARTICVLVS II.

His proculdubio remitti peccata certum est, qui sibi remissa esse credunt presbytero illis remittente.

SEcundus articulus est, nemini remittuntur peccata, nisi credat sibi remissa esse, quando presbyter remittit.

Obijcitur, Hic articulus synceram videtur continere veritatem, vtpote quæ stabilimento fidei innitatur.

Respondemus credere sibi esse remissa peccata absoluente sacerdote, contingit dupliciter, vel q̄tum est ex parte sacramenti, vel quantū est ex parte ipsius, qui absoluitur. Credere primo modo necessarium est ad remissionem peccatorum, nam hoc credere est actus fidei infusæ, sine qua impossibile est placere Deo. Credere autem secundo modo, non est necessarium ad remissionem peccatorum, quoniam potest pœnitens, qui absoluitur, pie dubitare de propria dispositione, an scilicet dignè suscipiat illud sacramentum. Verebat, inquit Iob, omnia opera mea, & Isaiæ 14. dicitur, Vniuersę iustitiæ nostrę quasi pannus mēstruatæ. Et cum hac pia dubitatione, stat quod dignè suscipiat sacramentum absolutionis, & consequatur remissionē peccatorum, quoniam huiusmodi pia dubitatio non contrariatur stabilimento fidei infusæ, sed firmitati fidei acquisitæ, ad quam constat, quòd spectat credere de seipso an sit, vel non sit sufficienter dispositus. Sequitur igitur articulum comprobari falsum ex hoc, quod alicui remittuntur pecata, q̄ non credit, sed piè dubitat ex parte proprię dispositionis remissa sibi esse peccata absq; prejudicio stabilimenti fidei Christianę, quę non est de hoc obiecto, scilicet mihi esse remissa peccata, sed de hoc, quod est, remissa esse peccata mihi indignè suscipienti sacramentum pœnitentiæ. Sicut non est fides Christiana, quod sub hac Hostia est corpus Christi, sed quòd sub hac Hostia concurrentibus vndique omnibus requisitis necessariò ad sacramentum eucharistię, est corpus Christi. Non continet igitur hic articulus synceram veritatem, sed merito reprobandus fuit, vtpotè falsus.

ARTICVLVS III.

Vana est illorum fiducia, qui ad communionis sacramentum antecedunt, putantes se sine mortali accedere cum sint confessi, & cæteris externis actibus dispositi.

TErtius est, Error illorum magnus est, qui vadunt ad communionis sacramenta sub hac confidentia, quòd sunt cōfessi, & quòd agnoscūt esse se sine peccato mortali propter preceps & prę paratoria præmissa, &c.

Obijcitur, Et hic articulus nititur firma fide, & ob id non videtur erroneus, nedum hæreticus.

Respondemus, etsi ad sacramentum communionis accedere cum dicta fiducia tanquam iustificatrice magnus error est, contra apostolicam doctrinam dicentem, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, accedere tamen cum eadem confidentia tanquam perseueratricè à peccato indignè accessus ad sacramentum Eucharistiæ nullus est error, sed consilium apostolicum. Docens siquidem idem Apostolus, quo pacto qs ad dictum sacramētum non indignè accedat, nec ad iudicium sibi māducet & bibat, inquit, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Vbi manifestat eum qui probauit seipsum, & securè ad sacramentum accedere, ita q̄ nō est reus, & corporis, & sanguinis Domini, nec ad iudicium sibi manducat & bibit. Et quoniam populus Christianus frequenter vtranq; Apostoli doctrinam audit, & vt vnusquisque potest de seipso testari, quilibet ante communionis sacramētum probans seipsum contritione, confessione, oratione, &c. vtitur hac fiducia tanquam præseruatricè à peccato indigni accessus, & non tanquā à peccato indigni accessus, & non tanquam iustificatrice, ideo articulus iste Lutheranus tanquam pernicioſus sanctæ fiduciæ Christianæ plebis, & scandalosus, & inimicus apostolicæ doctrinæ reprobatus est.

ARTICVLVS IIII.

Indulgentiarum Thesaurus, non sunt merita Christi.

QVartus articulus est Thesaurus ecclesię vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi, &c.

Obijcitur, In hoc articulo nulla authoritate Lutherus potest conuinci, hoc tamen facere decretum est, & bullam confirmare.

Respondemus prænotando non vno atq; eodē modo, nec æqualiter conuinci authoritate posse Christianorum hominem de ecclesiasticis mysterijs, sed licet quædam plus, quædam minus explicata inueniantur in sacra Scriptura, conuinci tamen omnia authoritate affirmamus. Exempli gratia. Sacramentum Baptismi authoritate conuincitur, quia tam materia, quàm forma eius in sacra explicatur Scriptura, sacramentum vero confirmationis quamuis nec materia, nec forma, nec institutio illius in sacra explicetur Scriptura, conuincitur tamen ex authoritate, quia Apostoli imponebant manus, & ecclesia vtitur, & simile est in multis alijs. Proinde si in articulo de thesauro indulgentiarum, Lutherum non posse conuinci authoritate dicitur quia non ita explicitè sicut Baptismus in sacra habetur Scriptura, verum dicitur, sed deliratur, & quærendo æqualem certitudinem in omnibus Ecclesiæ mysterijs. Si autem piæ quæritur authoritas, qua Lutherus potest de Thesauro indulgentiarum conuinci, non est difficile respondere, dicendo conuinci posse Lutherum authoritate sacræ quidem Scripturæ radicaliter, vniuersalis vero ecclesiæ implicitè, Romanæ autem ecclesiæ & multorum sanctorum Doctorum explicite. Ex sacra quidem Scriptura habetur thesaurus superefluentium passionum Christi & Sanctorum, quatenus satisfactoriæ sunt. Et quòd Christus quidem plus patiendo satisfecerit, q̄ exigat satisfactio omnium illorum, quib. quandoque applicatur passio Christi, & f'm se liquidum est, & ex sententia Ioannis Euangelistæ habetur, Ipse est, inquit propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed pro peccatis totius mundi. Constat enim

ex eo,

ex eo,quòd passio Christi quo ad effectum nō satisfacit pro peccatis totius mundi,quòd tota illa satisfactionum multitudo, quæ posset satisfacere ꝓ his,qui pereunt superabundat.De passionibus vero Sanctorum, quòd scilicet plus passi sunt multi eorum, quam satisfacere pro proprijs debuerint peccatis, testatur Beatus Iob dicens, Vtinam appenderentur peccata mea,quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Simile est autem iudicium de Iob & multis alijs sanctis,præcipue martyribus, qui tot superauerunt tormenta, & Beatissima Virgine, quæ quum pro nullo proprio satisfactura esset peccato, sustinuit tamen, iuxta Simeonis verbum, vt suam Christi gladius pertransiret animam,vnde plusquam martyr iure dicitur.Nec inueniri tantum thesaurum iustum ex sacra habemus Scriptura, sed ex eadem quoque habemus thesaurum istum ea intentione à Christo & Sanctis conditum,vt ecclesiæ vtilitati prodesset,testante hoc Apostolo ad Coloss.quum ait, Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius,quod est Ecclesia Simile est autē iudicium de Paulo, & alijs sanctis plus patiētibus, quàm satisfacere debeant pro proprijs peccatis. Nec huic tam sanctæ sententiæ obuiat alia eiusdē Apostoli sententia,qua ait, Non sunt cōdignę passiones huius temporis ad superuēturam gloriam. Nam passiones sanctorum, quatenus meritoriæ sunt,& ad præmium respiciunt, sunt proculdubio non condignæ,& remunerantur à Deo supra condignum,& hoc explicatur quum dicitur, ꝙ non sunt cōdignæ ad gloriam superuenturam. Eędem tamen passiones Sanctorum quatenus satisfactoriæ sunt,sæpè superabundant, quotiescunque scilicet plus patiuntur pro Christo sancti, quàm sit pœna debita pro proprijs peccatis actualibus. Ex hoc enim ipso,quòd ipsimet incapaces sunt huiusmodi superbundantium satisfactionum, vt satisfactoriæ sunt (quia carent peccato, pro quo satisfaciant) relinquuntur superabundantes, ac per hoc, vt Apostolus promulgauit, pro corpore Christi, quod est ecclesia, relinquuntur.

Conuinci igitur potest Lutherus ex authoritate sacræ Scripturæ, & quòd in ecclesia Dei est thesaurus meritorum Christi & sanctorum, quatenus superabundanter satisfactoria fuerūt, & quod hic thesaurus est pro corpore Christi, quod est ecclesia.Et si his adiunxeris, quòd vniuersalis ecclesia probat indulgentias, vt pia matris Ecclesiæ dona succedentia loco satisfactionis pœnitentialis, quæ est tertia pars sacramenti pœnitentiæ, perspicuum fiet,quòd indulgentiæ inueniuntur apud diuinam iustitiam satisfactrices pro pœna actualibus peccatis debita,quam exoluisset apud eandem diuinam iustitiam pœnitentialis satisfactio. Ex hac autem vniuersalis ecclesiæ approbatione oportet alterum horum fateri,aut quòd indulgentiæ ex sola authoritate huiusmodi vim satisfactiuam habent,aut quòd ex dicto thesauro fiant. Et primum quidem horum, quoniam tanquam absurdum non admittitur, restat vt ex dicto thesauro indulgentiæ vim satisfactiuam habeant, quòd authoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ omnium ecclesiarū magistræ expressum est pluries.Nec desunt authoritates Sanctorum,Thomæ,Bonauenturæ,&c.Intelligat ergo eruditus quisq; falsum esse quod nulla potest Lutherus authoritate conuinci de thesauro indulgentiarum.

ARTICVLVS V.

Papam posse errare hanc vel illam opinionem habendo uel ipsum,uel cum maiori parte Ecclesię, non est hæresis.

QVintus articulus est,Si Papa cum magna parte ecclesiæ haberet hanc, vel illam opinionem, & erraret, tamē nec peccatū est, nec hæresis contra sentire (præsertim in re nihil ptinente ad animæ salutem) donec alterum per generale Concilium reprobetur, vel approbetur.

Objcitur, Qui hunc damnarunt articulum,sentiunt papam esse supra Concilium generale, quòd nunquam vlla bona authoritate Scripturæ probari potest, ut aperte declarat Patriarcha Antiochenus in libello de comparationē Pon. Maximi ad sacrosanctum Concilium.

Respondemus, falsò creditum ab objcientibus est damnationem huius articuli procedere ex opinione superioritatis papæ ad Concilium: nulla siquidem cura huius quæstionis habita, damnatio huius articuli procedit aliunde ex hoc scilicet, quòd summus Pontifex habet authoritatem determinandi quæstiones fidei.Quam authoritatem in summo residere Pontifice sacri canones clamant, Hiero. ad Damasum testatur dicens, Quòd si hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio cōprobatur,quicunque me culpare voluerit, se imperitum vel malcuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit. Et Dominus aperuit dicens Petro,Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua,& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Articulus siquidem iste propter latēs venenum in ly, donec alterum per generale Concilium,&c. reprobatus fuit, vtpotè dogmatizans, summi Pontificis diffinitiuam in quæstionibus fidei sententiam non ligare, sed contra sentire, nec peccatum,nec hæresim esse,hoc enim refert ly,dō nec approbetur, uel reprobetur per Concilium generale. Et quoniam magistra rerum experientia testatur, multas hæreses damnatas à sede esse apostolicæ sine generali Concilio, idcirco articulus iste meritò reprobatus est.

Hæc sunt pater beatissime, quæ inter tot aduersas corporis valetudines obedientię tuę gratia ex prompto animo sub apostolatus tui cēsura protuli. Tacitus objcientibus,ut neminem accusato,cuiusque in pectus,liberum habeat veritatis aditum. Romę die 6 Iunij, 1521.

RESPONSIO II.

Super quædam dicta in laudem S. Ioseph. Ad reuerendissimum Dominum Nicolaum de Fliſco S.Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.

QVidam magister in Theologia in commendationem sanctissimi Ioseph, & in laudē eius,dixit dum sermonem haberet ad populum Latino sermone, quę sequuntur.

Primò,quòd Ioseph fuit magni meriti, & pater putatiuus Christi,qui Christum ipsum palpauit,& eo familiariter vsus est.

Secundò,quòd Ioseph sāctus fuit uerus uir Virginis Mariæ, iuxta illud, Iacob autem genuit Ioseph uirum Marię.

Tertio,quod fuit uerum matrimoniū inter uirginem gloriosam,& sanctum Ioseph,quod nō potuit esse nisi per mutuam corporis donationem, quę donatio fuit inter Ioseph ,& virginem.

Quarto, quod istud matrimonium fuit priuilegiatum : quoniā in isto matrimonio uirgo nō dedit vsum corporis, licet per contractū matrimonij

dederit corpus, edocta à spiritu sancto, vbi regulariter per contractum matrimonij datur corpus & vsus copulæ carnalis. F

Quintò, quòd Virgo Maria dando corpus suũ Ioseph, dedit & sanguinẽ totius corporis, ex quo sanguine fuit completum corpus Christi.

Sextò dicit, qp hæc propositio est vera, ex sanguinib. Ioseph fuit formatum corpus Christi, quam propositionẽ ita exposuit, ex sanguinib. proprijs Virginis Mariæ Ioseph sancto datis per contractũ matrimonij fuit formaliter corpus Christi.

Reuerendissime Dñe Dñe protector, vidi schedulam a dominatione vestra reuerendissima mihi transmissam, sex dictorum a quodam magistro in Theologia in commẽdationem sancti Ioseph. ET respondeo quòd in tertio, quarto, quinto, sexto vnum est non perspicacissimè dictum, quia non plenè discussa est differentia inter copulam coniugalem & copulam carnalẽ. Si enim hæc nota fuisset, non dictum esset hic, quòd verum matrimonium esse non potuit sine mutua donatione corporis, nam per copulam coniugalem nõ donatur corpus coniugi, sed potestas vtendi corpore coniugis, iuxta illud Apost. 1. Corinth. 7. Vir nõ habet potestatem sui corporis, &c. Vbi nota, quòd dicitur corporis sui non alterius, dicitur & potestas in alio. Non datur ergo corpus quo ad vsum per coniugalem copulam, sed potestas vtendi tantum, sed per copulam carnalem datur corpus quo ad vsum. ET ex hoc fundamento patet, quòd minus perspicaciter in quarto dicitur, quòd regulariter per contractum matrimonij datur cõiugi corpus, & vsus, &c. Constat enim falsum esse, quia nõ per contractum absolutè, sed adiuncta cõsummatione datur corpus, & vsus: imò si puella contrahat verè matrimonium animo ingrediendi religionẽ, si Deus dederit sibi Spiritum bonum, verum contrahit matrimonium nec perdit ex hoc virginitatẽ mentalem, quia consentire in copulam coniugalem, non est consentire in copulam carnalem, nisi in potentia, quæ est conditio diminuens, vt patet. I ET propterea Beata Virgo non perdidit virginitatẽ mentalem ex consensu in copulam coniugalem, nec exposuit se periculo perdendi propter priuilegium diuinę reuelationis, sicut modo propter statutum ecclesiæ concedentis duos menses sponsis ad consummandum matrimonium, vel ingrediẽdum religionem, contrahentes matrimonium nisi intendant consummare, nec se exponunt periculo perdendi virginitatem, nec perdunt virginitatem mentalem. EX eodem fundamento patet minus perspicaciter in quinto dicto dictum esse, quòd sanguis Beatæ Virginis datus est Ioseph, & absurdè dictum in sextò, quòd corpus Christi fuit formatum ex sanguinib. Ioseph, quoniam sanguis Beatæ Virginis non fuit datus Ioseph, ac per hoc non fuit Ioseph etiam vt datus, vt patet ex dictis. K Quamuis habeat, & aliam dissonantiam ex hoc, quòd sanguis non dicitur alicuius simpliciter, nisi sit ipsius vt pars, quæ scilicet est, aut fuit pars eius (eo modo, quo sanguis dicitur pars animalis) & non ex eo quod est alicuius possessiuè, vt ager aut seruus, aut quia potest vti eo, sicut equus conductus. Videtur ergo mihi, quod vltimum dictum sit simpliciter falsum, reliqua vero quo ad supra dicta minus perspicacia, & breuiter quod sententiam teneat, linguam cohibeat, qui hæc dixit. Nihil tamen contra aut præter fidem hic apparet.

RESPONSIO III.

Quantum ualeat matrimonium contractum a iuuene post religionis ingressum, & egressum.

SVMMARIVM.

Si quis iuuenis contrahat matrimonium post religionis ingressum, vel post egressum, dummodo tacite uel expresse non fuerit professus in termino anni probationis, validum est matrimonium.

MAgnifice Domine salutem, & commendationem. Ad casum mihi propositum, An scilicet matrimonium contractum à iuuene, postquam religionem post discretionis annos ingressus est, animo mutandi omnino vitam, & intra nouitiatus tamẽ annum egressus est ad secularem vitam & habitum, sit validum. Breuiter respõdeo, quod absque dubio matrimonium illud est validum, quia vt expresse dicitur in 6. de voto. capit. 1. solum votum, vel sacri ordinis, vel professionis tacitæ vel expressæ, dirimit post contractum matrimonium, Constat autem ex capitulo non solum, de regularibus, libro 6. quod iste casus distinguitur contra casum professionis tacitæ, vel expressæ per notam disiunctionis. Vel, ergo iste casus non habet vim professionis tacitæ vel expressæ, quo ad matrimonium dirimendum. Textus autem in oppositum soluuntur facile ad literam, quia capitulum non solum, & in fauorem animæ nouitij, & propter ius religionis noluit prohibere fratres ab impeditione istius, ne redeat ad seculum, cum etiã si votum simplex in seculo de ingressu religionis fecisset, religio contra ipsum agere posset. Capitulum vero beneficium, ibidem (quod tantum ponderatis) non obstat, quia renuntiatio beneficij, quam iste nouitius ex facto suo præsumitur facere, dum manifestat omnino vitam velle mutare, tunc sufficit ad hoc vt beneficium possit alteri cõferri, quæ tamen non sufficit ad professionem tacitam, vel expressam, ista ergo duo non parificantur, nec æquiparantur in textu.

Sed nec quo ad vocationem beneficij hi casus æquiparantur, quia in professione tacita, vel expressa est vera renuntiatio, hic autem est præsumpta, quare, &c. Bene vale. Caietæ, die 22. Octob. 1505.

RESPONSIO IIII.

De iure petendi debitum matrimonij ab adultero.

Ad R. Patrem Fratrem Cherubinum de Florentia diuini verbi concionatorem.

QVestio proposita est, an adulter ipso facto sit priuatus iure exigendi debitum à coniuge innocente.

Et est ratio dubij diuersa, vt videtur, sententia doctorum.

SVMMARIVM.

Adulter, quamuis non sit ipso facto priuatus iure exigendi debitum a coniuge innocente, in foro tamen conscientiæ, eo iure priuandus est.

IN hac dubitatione præaduertenda sunt tria. Primum est quod non est ambiguitas aliqua nisi in foro conscientiæ: nam in foro iudiciali constat non statim esse priuatum adulterantem coniugẽ. Secundum est, quod etiam in foro cõscientiæ tam quando adulterium vnius publicum est, quàm quando occultum est notum, tamen est certitudinaliter innocenti absolutus est, si vult innocens, à vinculo reddendi debitum, ac per hoc adulter nõ potest exigere actum matrimonij, quamuis possit petere illum. Exigere siquidẽ importat coactionẽ, & est in proposito petere actum matrimonij, vt debitum, petere autem nudam petitionem actus

significat:

significat: petimus enim ēt, quæ gratiosè concedenda putamus.

Tertium est, quod tota hæc difficultas consistit, quando adulterium commissum latet innocentē coniugem. Et est ratio pro parte affirmatiua, quia statim quod alter coniugum in adulterium declinat reliquus innocens f'm rem est absolutus à debito reddendo, & solum deficit sibi notitia facti perpetrati. Cadulterij. Si namque sciret factum, constat quod esset absolutus: notitia enim non absoluit, sed factum ipsum ex notitia sua, disponente sic iure naturali, & diuino. Naturali quidem propter uiolatam fidem: diuino autem propter authoritatem Domini, Matth. quinto, vbi excipitur B fornicationis causa in præcepto de non dimittendo vxorem. Pro parte vero negatiua est communis (vt videtur) animi conceptio. s. quòd adulter occultus post pœnitentiam potest exigere debitū ab innocente, ex hoc namque arguitur, quod non statim innocens coniux fuerat absolutus à debito, ac per hoc, nec adulter priuatus iure exigendi. Manifestatur autem hoc sic: Post pœnitentiam occulti adulterii, innocens in eodem statu est, in quo erat ante pœnitentiam adulterii: quoniam pœnitentia alterius non fecit ipsum de absoluto ligatum. Si ergo post pœnitentiam alterius tenetur secundum rem reddere debitum, ēt ante tenebatur secūdum C rem sequitur, quòd etiam post pœnitentiam illius non tenetur secundum rem.

His præmissis narrandum est primo, quid appareat veritatis pro altera parte, deinde inuestiganda est causa. Quum ergo coniugium societas quædā sit, ex aliis natura, vel voluntate contractis fœderibus, sumere possumus negatiuam partem esse, scilicet, quòd non sit statim priuatus, sed priuandus iure exigendi. Inter parrem siquidem, & filiū naturale ius est, sic vt si filius patrem etiā occulte offendat, non teneatur pater hæredem illum habere. similiter inter patrem, & filium adoptiuum simile ius est: inter socios quoq; negociatores violata ab altero fide reliquus non tenetur. In his tñ omnib. & similibus apparet, quòd licet cuilibet, qui fidem violauit, vti iuribus societatis illius: filius siquidem tam naturali, quàm adoptiuo iure post crimen in patrem grauissimum latens, Patris potest etiam foro conscientiæ hæreditatem adire, & similiter connegotiator, modo damnū non intulerit, quia obligaretur ad restitutionem. Quo sit, vt adulter occultus, quāuis violati fœderis reus sit, non prohibeatur à matrimonij iure: sed prohibendus: sicut in supradictis similibus priuandus est violator fidei iure illo.

Et quoniam hæc ita esse mihi videntur, rō reddenda est. Occurrit aūt mihi vna cōis horum ratio, & est, quòd pœnæ illę, quę in potestate patris, E vel iudicis sunt ita constitutæ, q̄ iudice, vel patre sciente, & eodem modo se habente, vt prius aliquis non punitur, non incurruntur ipso facto, cō stat autem tales esse pœnas priuationum iurium, de quib. est sermo: ergo. Maiorem propositionē differentia pœnarum clarificat: pœnę nanque ecclesiasticarum censurarum non sunt ita in potestate iudicis, aut patris, vt iudicis, vel partis, vt prius perseuerantia excusēt contra facientem ab incursu censurę, pœnę autem alię siue conuentionales, siue à iure, nisi pars, aut iudex sciens velit, non ligant. Minor autem clara est, quia si innocens coniux sciat adulterium alterius, & pater offensam filii, &c. eodem modo se habeant cum eis, vt prius non sunt A priuati. Consonat autem hęc ratio specialitati pœnæ consequentis incestum cum consanguineis cōiugis: ad huiusmodi enim incestum comitatur ipso facto priuatio iuris exigendi: nec est in potestate patris non imputare crimen hoc ad hanc pœnā, nec etiam est in potestate iudicis, quamuis possit dispensare. Ad adulterium autem simplex, priuatio consequens est in potestate patris. s. offensi coniugis, vt patet. Differentia igitur inter vtrumque adulterum est: quod ille sic incestuosus est priuatus ipso facto, iste autem adulter est non priuatus, sed priuandus: alioquin nihil speciale de adulterio sic incestuoso diceretur. Et hæc positio non dissonat forte ab aliquo doctorum: nam illi, qui videntur pro parte affirmatiua, ad hoc tendunt, vt, scilicet adulter priuandus sit ab altero innocente in foro conscientiæ, quum dicunt, dignus est, vt non seruetur fides, ei vel aliquid huiusmodi, alii autem pro parte negatiua volunt, quod non ipso facto sit priuatus, & vtrunque est verum.

Ad rationem autem pro parte affirmatiua, negatur, quòd secundum rem innocens ipso facto sit absolutus: est enim ipso facto habens ius, quo seipsum posset absoluere in foro conscientiæ, si sibi constaret de facto. Romæ, die 20. Decembris, 1513.

RESPONSIO V.

Ad eundem.

De Nominandis complicibus à Reo in aliquo iudicio, & de eorum sententia.

LIteris tuis frater charissime perlectis, in quib. quędam dubia soluenda mihi proposuisti, respondere distuli aliquot diebus, occupatus in aliis: verum ne omnino charitati tuæ deessem, in hodiernum diem censui eximendum ab aliis.

SVMMARIVM.

Non tenetur de aliquo crimine inquisitus complices in crimine nominare, uel accusare, nisi ipsorum crimen fuerit inquisiti criminis per se circumstantia, & in damnum publici, uel aliorum boni, & iudex ex zelo sui officij iuridice procedat. D

AD primum itaq; dubium, an iuridice inquisitus de aliquo crimine, teneaī, & dēat nominare complices, si non sunt infamati, & ante correctionem fraternam, & similiter ad secundum, an si ipse tales nominauerit, possit iudex contra ia les procedere ad inquisitionem, & eorum rationem (quia consuetudo secularium iudicum habet, quod tormentis complices requirunt, & quod contra nominatos procedunt: in oppositum tamē est ordo fraternæ correptionis, & occultum complicis peccatum. Responderi vnico verbo potest, quod hæ quęstiones decisæ videntur extra de confessis. cap. cum monasterium. Vbi dicitur, quod secundum vtriusque iuris statuta de se confessis, super aliorum conscientiis interrogari non debēt, crimine lęsæ maiestatis excepto: & quod si cōtingat aliquos nominari, tales nominati nulli sunt pœnæ subdendi, si tamen infamia huiusmodi nominati laborant inducenda est purgatio tribus sui ordinis adiunctis sociis. Quia tamen multæ fiunt exceptiones ab ista regula, & multi multa dicunt, vt diffusè habes à Panorm. super dicto cap. videtur mihi in primo dubio, q̄ triplici distinctione vtendum sit in proposito, prima est, si nomen complicis est, vel non est circunstātia actus proprij illius, qui inquiritur. Secunda, si crimen de quo inquiritur, pendet in perniciem publici boni, seu aliorū.

Tertia

Tertia est, si iudex ex solius illius causæ ritu, & meritis procedit, aut ex zelo proprij officij. Nam si nomen complicis esset circunstantia propria actus, quã quilibet iudex cognoscens de aliquo actu habeat ex meritis illius causæ esset iudicare de illius circunstantiis, tunc iudex potest inquirere, & tenetur inquisitus confiteri complicem, sicut quando in foro pœnitentiali pœnitens non potest aliter exprimere peccatum suum nisi nominando complicem, debet reuelare complicem, puta cum quis cognouit propriam matrem. Constat aũt inter circunstantias annumerari, quibus auxiliis aliquis fecit. Difficile tamen apparet accidere casum, in quo nomen complicis sit circunstantia proprii actus in foro iudiciali, nisi per accidens, puta quia probabiliter aliunde iudex dubitet, quod reus fateatur id, quod non commisit, vt euadat forte tormenta, quoniam tunc ex nominatis complicibus cognoscere potest, an verum dicat: sicut alijs circunstantiis, puta loci, vel temporis. Sed hoc ex parte iudicis licitum videtur: sed ex parte rei, qui scit se verum dicere, non debet infamia alterius occulti testari culpam suam, ex quo complicis non est actus sui circunstantia, quantum est ex parte ipsius actus perpetrati. Similiter si crimen pendet adhuc in perniciem Reip. eccle. aut aliorũ priuatorũ: puta, quia sunt multi corruptores fidei, aut conspiratores, aut latrones, aut subuersores aliorum debet iudex ex officio inquirere, & reus homini perseuerantes in malo pernitioso omnino occultos (de his sermo est) debet reuelare, nisi forte probabiliter crederet correctione fraterna eos amplius nõ peccaturos, quod non facile credendum est de religiosis, præsertim huiusmodi scelerib. irretitis, sed dubitandum potius vr, quod fingent se emendare. Et propterea tutius in huiusmodi casib. prælato potẽti per se, vel alium, & volenti saluare, non perdere oues suas, & curam famæ proximorum solito habere, vt pastorem decet, complices, siue non complices tales reo notos reuelare. Si autem crimen in detrimentum aliorum non pendet, non tenetur reus occultos alios reuelare, sed ordinem fraternæ correctionis præponere. Illud præoculis est semper habendum, quod quemadmodum, in communi præcepto inquisitionis, si quis scit, &c. subintelligitur seruato iuris ordine, ita cum quis inquiritur in genere de complicibus, subintelligitur secundum iura reuelandus, quia non potest pius prælatus, seu iudex præcipere. Et propterea non peccant prælati, seu iudices de complicibus inquirendo, si intentio infra iuris limites consistit. Et similiter non peccant, inquisiti si omnino occultos tacent, aut dicunt se non habere complices alios, habendo occultos tantum, quia responsionum verba intelligenda iuxta sensum interrogationum sunt: intentio tamẽ oportet, quod sit infra iuris limites.

SVMMARIVM.

Contra nominatos à Reo aliunde prorsus occultos non est procedendum.

IN secundo autem dubio, si aliunde omnino occulti sunt, qui nominati sunt, non est procedendum contra eos: quoniam talis reuelatio non sufficit ad accusandum, nec ad denuntiandum, nec ad infamandum, seu clamorosè insimulandum: propterea omnis via procedendi, quæ in tribus dictis inchoat, aufertur.

Ad id vero, quòd de consuetudine opponis seruari, quia consuetudines patriarum consistunt in facto, ipsi viderint si ita est. Non tamen credo ita esse, nisi in quibusdam criminibus exceptis, & hoc propter sequaces Bartoli, & quod nihilominus aliqua interueniant iudicia contra sic nominatos.

SVMMARIVM.

Non potest iudex quempiam cogere, ut dicat defectum quem non iudiciarie nouerit.

AD tertium autem dubium vtrũ iudex sciens defectum alicuius à tribus, vel quatuor non per modum iudicij, possit ipsum cogere ad dicendum veritatem, respondeo, quòd quæstio hæc decisa est extra de accusat. capit. inquisitionis. Vbi expressè dicitur, quòd si non extat infamia, vel clamorosa insinuatio, non debet fieri inquisitio, etiam si duo, vel tres iurati dicant se vidisse delinquentem, aut alicui libellum secreto tradant. Vnde patet, quòd nõ potest prælatus cogere talem ad dicendum veritatem.

SVMMARIVM.

Non nisi de crimine cuius præcessit publica infamia potest quis inquiri.

AD quartum dubium, vtrum infamatus de aliquo possit de omnibus inquiri, vt tenet Petrus de Palu. in 4. sentent. respondeo, quòd non potest inquiri de illis de quibus non laborat aliqua infamia: iuxta dictam decretalem dicẽtem. Super illis solummodo fieri inquisitio debet, de quibus clamores aliqui præcesserunt. Dictum autem Petri de Palu. (cum bona reuerentia dictum sit) tantum valet, quantum sua ratio, scilicet, quia iudicare de occultis non propter peccatorem prohibetur. Hæc enim ratio falsum assumit, quia occulta ex ipsa ratione, qua occulta sunt, ab humano iudicio exempta sunt, & proportionaliter occulta in tali iudicio, seu processu ab illo exempta sunt suapte natura.

Hæc sunt pater venerandæ, quæ mihi occurrerunt scribenda ad tua dubia, non plus authoritatis habitura sunt, nec cætera mea, quàm ratio eorum mereatur. Bene valde, & Deum pro me ora. Romæ, die 5. Nouembris, 1518.

RESPONSIO VI.

De negando religionis ingressu, & professione Iudæis alias idoneis ad hæc.

Ad R. Patrem F. Matthiam de pace sacræ Theologiæ Salmaticensem Regentem.

SVMMARIVM.

Tametsi in quibusdam locis mortale peccatum nullum sit negare religionis ingressum natis Iudæis, alias ad religionis ingressum, & professionem idoneis, hoc tamen illaudabiliter faciunt.

REuerende pater salue: Humillimis paternitatis vestræ literis perlectis, quibus petis an illis, qui ex Iudæis originem ducunt, si in nullo culpabiles inuenti, nec aliter suspecti nisi ratione originis sint, possit negari ingressus religionis, & si fuerint nouitii, negari possit professio absque peccato mortali, an sit hoc contra præceptum charitatis. Respondere, vt par est, volens paucis me absoluã, eo quòd cum sapiente sit sermo. Actus recipiendi ad religionis statum, vt à prælatis ipsarum religionum egreditur, & terminatur ad aliquem indeterminate, licet habeat rationem debiti (quoniam religiones institutæ sunt non solum propter præsentes, sed etiam futuros) vt tamen terminatur ad hanc, vel illam conditionem personarum, vel hãc aut illam personam, caret debiti ratione, nisi necessitas aliqua debiti rationem inducat. Et de persona quidem determinata, patet ex hoc, quòd charitas

fitas nõ arctat ad diligendum seu benefaciendum alicui particulari non alias cõiuncto, nisi in articulo necessitatis, vt testantur præcepta charitatis tã in corporalib. de eleemosyna, quàm in spiritualibus de correctione fraterna. Vnde & D. Thom. in quolibetis dicit, quod habens de superfluo, non tenetur obuianti pauperi, ac petenti eleemosynã dare, quia licet teneatur superfluum elargiri, non tñ dare, huic. Et in Secunda Secundæ de correctione fraterna dicit, quod cadit sub præcepto, secundum quod est necessaria ad fratris emẽdationem. Constat autem quemlibet idoneum ad religionis statum cõiter inuenire alibi gratiam, si ab vna religione refutatur. De conditione vero personarum patet ex hoc, quòd religionis p̃lati statuto possunt cauere, vt genus aliquod hominum sine eorũ culpa ad religionẽ non admittatur, vt testatur statutũ de non recipiendis illegitime natis. Nec multum refert inter recipere huiusmodi ad habitum, & receptos ignoranter reiicere ante professionem, qm̃ non minus libera est religio intra annũ probationis, quàm nouitius, quum annus probationis in fauorem vtriusq; datus sit, nec vlla pollicitatio implicite fiat magis hinc, quam inde. Constat autem ex sacris canonibus, vt patet extra de regu. ca. statuimus, nouitium posse libere intra annum probationis redire ad priorem statum: igitur religio potest nouitiũ libere à se excludere. Et confirmatur, quia quemadmodum nouitius si perfectis nouiter censuris in iure latis contra religiosos, & inhabilitatib. mendicautium, quas tamen in sæculo præscire potuisset, relicta religione potest ad priorem statũ redire: ita religio cognita origine nouitij prius indiscussa potest illum refutare. Quum igitur natio eorum, qui ex Iudæorum genere sunt, conditionem habeat quibusdam minus gratiã propter tot eiusmodi publicam apostasiam, in Hispania si religionis alicuius prælati statuto, vel opere eos recusent recipere ad habitum, vel ignorãtes receptos nolint ad professionem admittere, nullum ex hoc mortale peccatum ex suo genere incurrunt.

Et quamuis ita esse mihi videatur: irrationabile tñ mihi videtur, perpetuum statutum aut opus huiusmodi refutationis respectu illorum, qui nulla alia suspicionis nota sunt effecti, nisi quod originẽ ex Iudæis traxerunt. Tum, quia salus nostra ex Iudæis est, ex quibus natus est Christus ſm carnem, & Apostoli, & plurimi patres fidei, & ingrati inuenimur, sui generis filios repellendo. Tum, quia occasio daretur Iudæis, vt ad fidem non conuertãtur dum intelligunt conuersorum filios in generatione, & generatione repulsos à religione. Tum, quia religionis status est talis, vbi ipsi potius si in aliquo dubitant solidari in fide, quàm alios inficere possunt. Hæc sunt Pater reuerende, quæ mihi occurrunt respondenda, in die Sancti Matthæi Apostoli, Senis. 1514.

RESPONSIO VII.

De vinculo perseuerandi in religione, cum quis hoc proposuerit.

SVMMA.

Ingressus religionem cum proposito perseuerandi in illa vsque ad mortem non tenetur in ea uiuere nisi huic deliberato proposito fuerit adiuncta aliqua implicita promissio.

CHarissime Fili, quæstioni tuæ ob occurrentis de facto casus necessitatem interpositis aliis respondendum duxi. In casu ergo proposito, cum scilicet N. ingressus est religionem quandam mendicantium, in quodam illius conuentu regularis vitæ, cum animo deliberato perseuerandi vsque ad mortem in illa particulari religione, & in illo particulari conuentu in seruitium beatæ Virginis, cui ecclesia illa dicata est, & postquam multos menses ibidem egit, ob quorundam scelera ibidem impunita, ad seculum intra annum probationis redijt. Scito ex duobus capitibus procedi posse, primo, ex assumpto habitu cum deliberatione perseuerandi vsque ad mortem: secundo, ex intentione particulari ad hunc conuentum, frustrata ob inopinatum successum malæ vitæ inuentæ in conuentu illo. Et vt à primo incipiamus, quæstio ista petita fuit ab Innocentio 3. vt patet extra de regu. & tran. ad religio. in capit. consulti. & ab ipso distincta, & postmodum à Grego. 9. in cap. statuimus, magis explicata.

Est autem eorum sententia, quod suscipiens religionis habitum volens absolute vitam mutare, ad religionem tenetur. Quod potest bene, & male intelligi. Si enim per voluntatem absolute mutandi vitam intelligatur deliberatum propositum perseuerandi vsque ad mortem, & nihil aliud, male intelligitur: si autem per voluntatem absolute mutandi vitam, intelligatur deliberatum propositum perseuerandi vsque ad mortem cũ promissione implicita huiusmodi perseuerantiæ bene intelligitur. Quod patet dupliciter.

Primo ex eo, quòd votum requirit tria: propositum, deliberationem, & submissionem: ita quod absque promissione nullum est votum.

Secundo ex eo, q̃ ratio quare talis volens absolute mutare vitam, tenetur ẽt ad rationem, expressè assignatur in dicto cap. quia ipse renuntiat anno probationis in fauorem suum, sic suscipiendo habitum. Ex hoc enim habetur, quod volũtas illa est voluntas renuntiantis probationi, & facientis hodie, quod post probationem erat facturus, quod nihil aliud est quam promittere perseuerantiam vsq; ad mortem, quod est vouere religionem. Et si hãc distinctionem vis plenius intelligere, finge in religione duos modos distinctos sensibiliter, & notorie omnib. esse regulariter institutos ad ingressum religionis: alterum cum anno probationis, & alterũ sine vlla probatione, & finge rursus duos iuuenes ambos cum proposito deliberato perseuerãdi vsq; ad mortem, ingredi ad religionem illam, sed alterum per illum modum, cui adiungitur annus probationis, & alterum per reliquum modum, cui nulla adiungitur probatio. Et discernes voluntatẽ vnius à voluntate alterius in hoc, quòd iste secundus cum deliberatione promissionem imo exhibitionem sui habuit, ille non, & videbis, quod de primo non verificatur, quod vult absolute mutare vitam, sed de secundo tantum. Suscipere igitur habitum nouitiorum (siue sola benedictione distinguatur ab habitu professorum, siue aliter) cum deliberato proposito perseuerandi vsq; ad mortem, ita etiam quod vellet hodie esse finem anni, vt posset tunc profiteri, nõ obligat hominem ad religionem in particulari, aut in communi: sed liberum relinquit, vt redeat ad seculum. Dixi autem nouitiorum propter suscipientem voluntarie habitum professorum, sciendo quid hoc importat: talis enim facto exhibet seipsum religiosum professum, & quia voluntas conformis est facto suo voluntario, in voluntate non solum est deliberatio, sed promissio ac exhibitio cum renuntiatione probationis. Nihil tamen scrupuli, in re hac accidit, si nouitius

tius continue gestet habitum veterem benedictũ pro altero, etiam si libẽtius deuotionis causa, quia benedictus creditur gestator : quoniam habitus professorum vbi sola benedictio distinguit, penes benedictionem, quæ fit proprie professionis tempore, attenditur, vteo dicto capit. statuimus, sumitur.

Et licet hæc ad propositi casus claritatem sufficiant: vt tñ desiderio tuo, an ẽt si interceſſisset promissio, teneretur, respondebo iuxta secundum caput. Scito quòd si simplicis voti promissio comes fuisset, duo consideranda essent.

Primo ex parte intentionis, distinguendo inter intentum, & attractiuum, quia stat, quòd attractiuum alicuius ad particularem religionem & ecclesiam, sit deuotio ad aliquam figuram beatæ Virginis conuersatio cum quibusdam religiosis, grata amœnitas loci, & huiusmodi, intentum autem nõ sit ad hoc limitatũ: quum. ſ. intendit esse sicut sunt illi religiosi, qui possunt ad arbitrium prælati ſm regularia statuta inde mitti ad alios cõuentus: hoc enim testatur intentionem non esse limitatam ad hunc conuentum solũ. Et si intentio alicuius fuisset limitata ad vnum solum conuentum, cuẽtus ille inuentorum scelerum cõsiderandus est, an sint crimina communia, an paucorũ, an cum spe prouisionis, an sine spe prouisionis. Si eñ impune scelera communiter licet committere, nec spes humano more sit superuenturæ prouisionis, non obligatur iste ad obseruandam voti sui legem, quam cõstat in tali euentu non esse inuentam. Votum. n. religionis quasi ad tutum portum tendens non debet esse uinculum detentiuum hominis in tali perenni periculo: scriptum est enim, Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, &c.

Hæc sunt fili chariſsimè, quæ mihi videntur ad quæstionis tuæ solutionem dicenda: tuum erit applicare ad particulare factum, & meliori, vbi opus est, iudicio vtendo, de N. casu iudicare. Bene vale, & Deum pro me ora. Romæ die 11. Nouẽbris, 1512.

RESPONSIO VIII.

De modo exoluendi, & dicendi horas canonicas in choro. Ad eundem.

QVæstioni tuæ frater chariſsimè ans is, qui in choro sic diuinum officiũ persoluit, quod sui chori versus submisse sibi ipsi soli dicit, alterius verò chori versus audit tantummodo, satisfaciat præcepto Ecclesiæ de persoluendis canonicis horis, respondere eo pacto proposui, vt quia diuersi diuersa dicere videntur, vtriusque partis rationes pensentur, & sic veritas eluceſcat.

Opinio igitur dicentium, ꝙ in casu proposito satis fit Ecclesiæ, fundatur super hoc, quòd nullus in choro, vel comitatus soluens diuinum officium tenetur dicere totum : sed sufficit medietatem dicere & medietatem audire, secundum alternationẽ versuum hinc, & inde: vt cõsuetudo Ecclesiæ testatur: sic autẽ fit in proposito, quia iste vnius partis versus dicit, & alterius audit: ergo satisfacit. Sed contra istam rationẽ militat : quia vtitur eo, quod est per accidens loco eius, quod est per se.

SVMMA.

Persoluens officium sic, vt in choro vnum versum dicat, & alterum audiat, non satisfacit diuino officio, sed tenetur secrete dicere.

AD cuius euidentiam claram scito, quòd præceptum ecclesiæ est, vt quilibet dicat totum officium, vt patet extra de celebratione missarum. cap. presbyter. Sed quoniam aliquem dicere totum officium cõtingit dupliciter. ſ. cõicando eum alio in officio, & sine cõione cum altero: ideo duobus modis satisfit diuino officio. ſ. persoluẽdo sine alterius communione, & tunc, quia cum alio non communicat, totum solus dicit, & communicando cum altero, & tunc alternando, totum quilibet cõmunicans dicere censentur, dum quilibet communicans in persona communicantis secum dicit id, quod dicit. Vnde in hoc modo dicendi officium, scilicet alternatim, aliquid concurrit per se, scilicet communio dicentium, quo fit, vt quodlibet ab altero dictum sit cũmune alteri, & aliquid per accidens, scilicet, quod iste partem dicat, & partem audiat. Constat autem, quod quum aliquis sic partem suam dicit, non vt communem, sed vt propriam, non communicat in ea cum altero: talis autem est dicens partem sui chori sic submisse, quòd sibi soli dicit. Non communicat igitur iste in proposito casu cum altera parte chori: ac per hoc non satisfacit. Et confirmatur, quia etiam in choro dicere partem suam non qualitercunque, sed vt cõmunem, est pars chori. Dato ergo, ꝙ ecclesia non præcepisset dicentibus officium cum aliquo, nisi dicere partem suam, adhuc sequitur, quod iste nõ satisfacit in proposito, quia non dicit id officij, quod dicit, vt partem ex quo id, quod dicit, vt partem communis officij sibi, & alii, sed vt propriam sibi, quia non communicatur alij per audibilitatem. Et confirmatur, quia si sufficit medium dicere, & medium audire, possem medium matutinale officium solus in camera dicere, & deinde audire alium legentem reliquum, quod est ridiculum. Concludendum ergo mihi videtur absque ambiguitate, quod in casu proposito iste non satisfacit officio. Et hæc intelligenda sunt de toto officio : nam in aliquo particulari versu deficere, non est contra præceptum. Romæ, die tertio Nouembris, 1514.

RESPONSIO IX.

De vsura, & in veniali pertinacia, & publico delicto.

REceptis literis vestris reueren de pater, inueni tria in illis dubia à me requisita.

Primum est, an vsura soluta ab accipiente sine necessitate pecunias mutuo, sit restituenda illi, qui soluit. Et est ratio dubij, quia videtur hic iniustitia esse etiam ex parte dantis.

Secundum est, an pertinaci etiam vsque ad mortem in aliquo veniali, non ex contemptu, sed quia est veniale, sit deneganda absolutio de cæteris peccatis.

Tertium est, quomodo intelligatur delictũ publicum, vt sine peccato possit reuelari, an quia potest probari, an quia fuit de eo conuictus coram iudice, an quouis alio modo.

SVMMA.

Restituenda est usura accipienti pecunias mutuo sine necessitate.

Non neganda est ceterorum peccatorum absolutio penitere non uolenti etiam in mortis articulo de peccato, quod ueniale est.

AD quæ prout paternitas vestra exposcit, breuiter respõdendo, dicitur, quòd vsura sic soluta procul dubio restituenda est ei, qui soluit: qm̃ ex parte dantis non est iniustitia secundum ipsam dationem, sed secundum causam tantum, puta si propter pompas faciendas accepit mutuũ sub vsuris, datio enim ipsa secundum se non habet vnde sit illicita. Liquidum quoque est, quòd pertinaci

proposito

propoſito, cum venialium ordinem non tranſcendat, nec venialia remiſſionem mortalium impediant, nec vnum veniale connexionem cum aliis venialibus habeat, impendenda eſt abſolutio cęterorum peccatorum.

Ad id vero, quòd tertio quæritur, dicitur quòd per ſe publicum (quod per accidens vero infinitis modis inueniri poteſt) eſt, quod ex ſe habet, vnde in cõem notitiam perueniat. Vnde non cenſendũ eſt publicum aliquid ex hoc, ꝙ probari poteſt, cũ hoc nõ adhuc habeat, vnde ex ſe in cõem notitiam veniat, quamuis hoc habere poſſit: ſed bene conſtituitur in eſſe publico ex hoc, quòd confeſſus eſt iudicialiter, niſi per accidens à iudice inhibeatur executio publicationis. Contingit enim non ſolũ prædicto, ſed multis modis humana delicta deuenire ad prædictam publicationem, vt puta ſi delinquatur in communi hominum præſentia, loco ſcriptura, & in aliis huiuſmodi: quibus contingentibus ſine detractionis vitio poſſunt delicta hæc tãquam publica dici.

Hæc ſunt doctiſſime pater, quæ pro reſpõſione occurrunt, quæ tu ipſe optime inuenire potuiſſes, ſi voluiſſes. Bene vale, & ora Deum pro me. Florentiæ in ſancto Marco 16. Octobr. 1509.

RESPONSIO X.

De annua penſionis venditione ex beneficio eccleſiaſtico debita.

SVMMA.

Annuæ penſionis pecuniam recipiens, uel certam pecuniarum ſummam, ut liberetur ab onere exigendi, &c. non incurrit ſimoniam.

AMantiſſime Frater, quæſtioni tuæ an poſſis annuam penſionem tibi ex quodam beneficio eccleſiaſtico debitam abſq; Simoniæ vitio pro certa ſumma pecuniæ ſemel perſoluenda vendere, reſpondendo dico nullam interuenire in hoc cõtractu Simoniæ labem: quia annuæ penſionis ius pure tẽporale eſt, nihil ſpiritualitatis habens. Quod ex duob. patet eo, quod ſolos fructus beneficij eccleſiaſtici reſpicit: nam annua penſio non eſt beneficium eccleſiaſticum, proprie loquendo: ſed beneficiũ ex quo tibi annua debetur penſio illius eſt, qui tibi debet annuam penſionem de fructib. propter quod ſolus ipſe beneficium hoc habens, tenetur ad diuinum officium horrarum canonicarũ: tu enim ex penſione hac non teneris ad diuinum officium, vt pote nõ propterea habens aliquod eccleſiaſticum beneficium. Ex eo, quod poteſt etiam laicis concedi: ſicut & conceduntur eis decimæ eccleſijs debitæ. Vt enim D. Tho. in 2.2.q.100.artic.4. ad tertium dicit, cum concedit Papa decimas eccleſiarum laicis, non intelligitur concedere ius ſpirituale decimarum, ſed temporalem actionem circa fructus decimarum. Et ſimiliter eſt dicendum in propoſito, quod conceſſio annuę penſionis nõ eſt niſi pure temporalis rei donatio, ac per hoc poteſt licite pro certa ſumma pecunię beneficium ab onere pẽſionis liberari. Nec obſtat, quod in bullis penſionis appoſitum eſt, quod ſi non annuam ſoluerit penſionem beneficium ſit tuum ipſo facto: quoniam hæc, & ſimilia non ad ipſius penſionis naturam, ſed ad pœnam non ſoluẽtis ſpectant: iudicium autem de contractibus non ſecũdum adiunctas accidentes pœnas, ſed ſecundum eorum naturas attenditur. Et hęc accipe ceſſante fraude, quam ſcio in te non habere locum. Nam ſi quis in fraudem Simoniæ, vnico contextu renuntiat beneficio, reſeruat ſibi penſionem, & extinguit penſionem pro tanta ſumma, non ſolum apud Deum (qui venditionem beneficij palliatam inſpicit in corde) ſed ẽt in foro humani iuris ab æquo iudice damnaretur: ſicut in ſimilibus damnantur contractus in fraudem vſurarũ. Bene vale. Romæ die 16 Februarij, 1518.

RESPONSIO XI.

De recipientium & ſoluentium pro locatis pecunijs quinque pro centum ſaluo capitali ad magiſtrum Conradum Roenlim.

SOlicitudini Tuæ pater reuerendæ deeſſe nequaquam poſſum, cùm ex fonte pietatis illam procedere uideo. Quæſtionis igitur in qua meum poſcis iudicium, propterea ꝙ nuper in partibus Germaniæ eſt exorta, caſus de verbo ad verbũ eſt ille: Vtrum Petrus conſignans centum florenos apud Paulum mercatorẽ, vt ei pro parte lucri capitali ſaluo aſſignet per annum quinque florenos, reſiduo lucri ſibi reſeruato, licitè cõtrahat, & ad reſtitutionem illorum in foro animæ non teneatur.

Et eſt ratio dubij: quia iſte contractus, vt proponitur, eſt manifeſtè illicitus, ſed ut exponitur, dicitur licitus. Exponitur autem, quod contractus iſte includit uirtualiter tres contractus: primò contractum ſocietatis negotiatiuæ inter Petrum ponentem centum florenos, & Paulum ponentem induſtriam: ſecundo cõtractum aſſecurationis capitalis inter eoſdem Paulo aſſecurante Petrum dẽ ſuo capitali: non enim licet minus Paulo, quàm cuicunque alteri aſsecurare Petrum: & propterea ponitur hic capitale ſaluum. tertiò contractum uẽditionis & emptionis lucri ſperati inter eoſdem, Petro uendente lucrum ſperatum Paulo pro certo pretio ſcilicet quinque pro centum. Et iſte ſimiliter contractus nõ eſt minus licitus Petro cum Paulo, quàm inter Petrum, & quemcunque tertium: & propterea determinatur hic certum lucrum, ſcilicet quinque pro centum.

Hic eſt caſus ut proponitur & exponitur. In quo tria dicenda occurrunt: primò ꝙ contractus iſte falſo exponitur: ita ꝙ non eſt capax iſtius expoſitionis: ſecundò qualiter deberent adiungi alij duo cõtractus primo: tertiò quid abſolutè reſpondendum eſt quæſtioni.

SVMMA.

Conſignans pecunias apud mercatorem, ut ei pro parte lucri capitali ſaluo aſsignet per annum puta, quinque aureos reſiduo lucri ſibi reſeruato, illicite contrahit, & in foro animæ, & conſcientiæ ad reſtitutionem tenetur.

QVo ad primum declaratur, quod contractus iſte falsò exponitur: quia iſte cõtractus ſecundum ſuã formã manifeſtè eſt cõtractus ſocietatis: & ſi includit alios duos, aut includit eos ex natura ſua, aut ex cõditionibus appoſitis. Nõ ex natura ſua: quia cõtractus ſocietatis eſt contractus diſparatus ab illis alijs: ſunt nanq; oẽs iſti contractus uelut ſingulares quædã ſpecies non ordinatæ ſicut numeri aut figuræ, nec ſicut cauſa & effectus uirtualiter incluſi in cauſa, vt patet ex hoc quòd ſinguli ſeorſum ſine alio inueniri poſsũt, nõ includit ergo iſte ſocietatis contractus alios duos ex natura ſua. Nec ex cõditionibus appoſitis, quia iſta cõditio, Saluo capitali non infert contractum aſsecurationis. Probatur, quia cõtractus aſsecurationis capitalis eſt contractus commutationis: ac per hoc debet fieri dato aliquo honeſto pretio pro aſsecuratione: alioquin cõmutatio non eſt: in propoſito autẽ caſu nihil omnino datur, aut ꝓmittitur à Petro

tro pro assecuratione: non igitur ex illa conditione appositа, scilicet saluo capitali, habetur contractus assecurationis capitalis, vt expositor fingit. Similiter altera conditio, scilicet assignet quinque florenos pro parte lucri, residuo lucri sibi reseruato, nõ infert contractum uenditionis & emptionis lucri, sperati incerti: quoniam contractus uenditionis & emptionis lucri sperati incerti est etiam cõtractus commutationis, & debet ita fieri cum Paulo sicut fieret cum tertia persona. Constat autem, quod tertia persona non emeret à Petro lucrum speratum ex centum hoc modo, scilicet ut ipsa tertiа persona nihil in præsenti acciperet, sed solam spem habendi lucrum ultra quinque pro centum, & ex ista sola spe obligaret se ad dandum Petro singulis annis quinque pro centum ex lucro illorum cẽtum. Et circa hoc non oportet aliam probationẽ afferre: quoniam mercatores ipsi locupletissimi testes sunt, quòd quilibet initurus hunc contractum, pretium aliquod ultra illam spem exigit pro sua obligatione & periculo. Et quia in casu proposito ista certificatio sperati lucri absque pretio aliquo imponitur Paulo, manifestè patet quod non interuenit hic contractus emptionis & uenditionis sperati lucri, sed solus contractus societatis cum illis conditionibus, falso ergo exponitur contractus iste. hæc de primo.

Quo ad secundum, licet dicti tres contractus in ueritate in casu posito nec formaliter, nec uirtualiter sint, quia tamẽ fieri posẽt distinctè & seorsum dicti contractus cum appositis pretijs dicendũ occurrit quomodo licitè, vel illicitè fieri possunt.

Dupliciter autem contractui societatis possunt dicti duo contractus coniungi, scilicet ex pacto, & sine pacto. Et siquidem cõtractus societatis habeat hæc pacta annexa, scilicet ut Paulus teneatur assecurare capitale & certificare lucrũ sine aliquo pretio, manifesta est iniquitas, nec eget declaratione aliqua: quoniam ex dictis satis patet, quod esset societas hæc leonina. Si uerò contractus societatis habeat hæc pacta annexa, scilicet ut Paulus teneatur assecurare capitale, & certificare lucrum pro eodẽ pretio, quo tertia persona assecuraret, & certificaret, adhuc Paulus iniuste aliquantulũ grauaretur, quantum est ex ratione iustitiæ: quoniam contractu societate habente suam æqualitatem nõ debet secundum iustitiæ rationem super adiungi Paulo hoc grauamen, scilicet quòd teneatur assecurare capitale & certificare lucrum illo pretio, quo alius faceret: quoniam constat, quòd ex æqualitate societatis ad hoc non tenetur, licet gratiosè posset hoc facere, sicut non est licitum ex pacto obligare accipiẽtem mutuò, vt teneatur remutuare: quamuis hoc gratiosè possit & debeat facere. Dixi autem secundum iustitiæ rationem: quia si ex quasi condicto communi pacta hæc in consuetudinem deducta, vt licita essent (sicut pactum de retrouendendo introductum cõmuniter est in detestationem fraudis usurarum) tolerari possent ista pacta ratione huiusmodi consuetudinis, quæ tamẽ non esset introducenda: quia in fauorẽ est fraudis usurarum. Aperitur enim per hæc pacta uia palliandi usuras cum damno uirorum industriorum: quia hæc pacta subeunt, quia egent pecunijs, vt possint de suis industrijs uiuere: & minus malum est eis hæc pacta subire, quam cum manifesto interesse inuenire pecuniam eis opportunam.

Sine pacto autẽ si dicti contractus superueniant contractui societatis, ita vt cõtractus societatis fiat libere ex omni parte cum debitis conditionib. societatis, & sociorũ, sed seorsum ac disparate superaddãtur isti contractus, vt Petrus à cura solicitudineq; se exoneret, & à timore fraudis se liberet, dicdum occurrit, quòd cõtractus assecurationis capitalis, & contractus certificationis lucri ita possunt licite fieri inter Petrum, & Paulũ socios: sicut inter Petrum, & tertiam personam possent licite fieri, adhibitis, scilicet honestis pretijs secundum dictum sapientum in illa arte, illo tẽpore, in illo loco, cum tali persona, & breuiter consideratis individualibus conditionibus, quæ scientifice determinationi non subsunt. Constat nanque, quod tali tempore, vel propter talem personã, vel propter talem in loco vix inueniretur assecurator, aut certificator lucri non solum quinq; pro centum, sed nec in minimo. Et propterea non videtur absque vsurarũ fraude fieri si promiscue præsupponatur cum qualibet persona, aut in quolibet artificio lucrum certificandum quinque pro centum, aut capitale saluum. Experientia siquidem testis est multos ex vitio personæ, multos ex temporis euentu, &c. deficere. Hæc de secundo.

Quo ad tertium, satis patet ex dictis, quod absolute loquendo in quæstione casus propositi, tam vt proponitur, quàm vt exponitur, iniustum est societatem hanc inire, & Petrum teneri in foro animæ, ad restitutionem, si huiusmodi societatem cum Paulo de facto contraxit: quoniam eum inique grauauit, de facto conditiones vsurarias apponendo capitalis salui, & lucri certi, vt manifestum esse puto ex dictis.

Hæc sunt pater amantissime, quæ mihi occurrunt pro solutione quæstionis propositæ. Rogo, vt oretis Deum pro me. Romæ, die prima Aprilis, 1515.

RESPONSIO XII.

In quinque dubiorum solutiones distributas ad eundem.

ACcepi reuerende pater schedulam quinq; dubiorum: nescio cuius viri notabilis scrupulosæ conscientiæ petentis à me satisfieri: quum tamẽ P.V. doctissima optime illi satisfacere potuisset, si mihi hanc sarcinam imponere voluisset. Vt ergo charitati vestræ, & illius conscientiæ non desim, quamuis conualescens, respondere curabo repetẽ te reuersuro latore responsionem breuem.

SVMMA.

Non opus est pœnitenti conteri singulis peccatis numeraliter in eadem specie peccati.

EStigitur primum dubium, an sit simpliciter de necessitate salutis pœnitentem conteri de singulis peccatis numeraliter in eadem specie, qñ potest ea sigillatim ad memoriã reducere. Et est ratio dubii, quia hoc videntur cõiter doctores in 4. sententiarum sentire. Ad hoc dubium breuiter dr, ꝙ licet quidã videãtur hoc sentire quantũ ad integritatem satisfactionis (ita ꝙ sicut sigillatim in singulis peccatis mortalib. adimpleuit voluntatem suã contra Deũ, ita si integre satisfacere debet oportet, ꝙ sigillatim toties detestetur crimina sua) si quis tñ diligenter consideret, nec ad contritionem, nec ad confessionem, nec ad satisfactionẽ exigitur huiusmodi numeralis dearticulatio peccatorum. Et dẽ contritione quidem patet ex veteri testamento (quia in quacunque hora ingemuerit peccator omniũ iniquitatũ eius non recordabor) & ex nouo, quia dimissa sunt mulieri peccatrici peccata multa, qñ dilexit multum. Impossibile siquidem est, in quacũq;

hora

hora ingeminiſcimus, relinquendo peccatorum multitudinē copioſam, omnia dinumerare, & ratio dimiſſionis peccatorum non deteſtatio multiplex,ſed multa dilectio redditur.Et vtriuſque ratio eſt, quia momentanea contritio virtualiter extendens ſe ad omnia crimina commiſſa, ſufficit ad ſalutem,& tanta poſſet eſſe quod ſufficeret ad omnimodā ſatisfactionem,vt de Latrone creditur.Non minus quidem ſatisfacit debitor centum quadrantum, ſi dat vnum aureum valentem centum quadrantes, quàm ſi daret centum quadrantes numeraliter. De confeſſione vero clarum eſt, quod vnico verbo poteſt confiteri centum millia peccatorum, nec oportet ſigillatim ſingula numeraliter dicere.De ſatisfactione autem eadem eſt ratio,quę de contritione dicta eſt: vnum ſiquidem opus pęnale magnū multis paruis æquialet, & tanto melius eſt, quanto maioris eſt virtutis vnum magnū opus quam multa parua facere, vt patet in Ethicis. Sētentia igitur doctorum in quarto verificatur in hoc, quod oportet de ſingulis, aut formaliter, aut virtualiter, conteri.

S V M M A.

Circunſtantia loci per ſe eſt neceſſario confitenda.

SEcundum dubium, qñ circunſtantia loci ſacri eſt neceſſario confitenda ſecundum doctrinā S.Thom.& ſecundum veritatem.Ad hoc breuiter dr̄, quod tunc tantum qñ actus peccati cōmiſſus directe cōtrariatur ſanctitati loci,ideſt,ei ad quod ſanctificatus eſt locus, verbi gratia: Locus conſecratus eſt ad ſepulturam, vel ad cultum diuinum, & ex conſequenti ad libertatem confugientium, depoſitarum rerum,& huiuſmodi: qñ fit ergo cōtra iſta, tunc & non aliter, venit confitenda circūſtantia loci ſacri neceſſario.

S V M M A.

Tam venditor, quàm emptor ſciens naturam rei, & valorem ſi res maiori, vel minori prætio veneat, quàm valeat, peccat.

TErtium dubium eſt,ſi tam venditor, quā emptor ſciat naturam rei,& valorem, an nullum ſubſit peccatū ſi res vendatur pro maiori, vel minori pretio.Et eſt ratio dubij,quia ſcienti,& volenti non fit iniuria, & ſi in caſu ſubſit peccatum, declaretur vnde oriatur peccatum illud. Ad hoc breuiter dr̄, ꝙ ſi res venditur pretio,quod eſt extra totam latitudinem iuſti pretij,nec aliqua hic interuenit donatio, vt præſupponendum eſt, ſine dubio peccatū eſt. Nec oportet quærere aliam originem huius peccati,quàm inæqualitatem rei ad rem.ſ.p̄tij ad rem emptam:in hoc enim conſiſtit ipſa iniuſtitia oppoſita commutatiuæ iuſtitiæ. Occaſiones aūt peccandi, cum poſſint eſſe diuerſæ, & fuit per accidens, extra artem relinquentur. Cōiter tñ neceſſitate compellente id fieri vr̄, quæ cauſat inuoluntatium mixtum. Nec eſt ſimile,ꝙ pro ſimili adducitur de puella pauperrima, quæ nubit viro ſeni diuiti non niſi neceſſitate paupertatis cogente ducta:matrimoniū enim non eſt contractus in æqualitate rei ad rem conſiſtens, ſed ſocialis cōiunctio: ad quam per accidens ſe habent diuitiæ,& paupertas, & cōſequenter metus,ſeu fuga paupertatis,&c. ſpectantia ad id. Fit ergo ſatis iniuria caſus poſitio ſcienti, & volenti voluntario mixto.

S V M M A.

Poſſunt principes per conſuetudinem ſibi terrarum ſuarum feras appropriare.

QVartum dubium eſt,an principes terrarū per cōſuetudinem poſſint ſibi licite appropriare feras.Et eſt ratio dubij,quia authoritate legis naturæ feræ durante earū naturali libertate appropriātur cuilibet occupanti,vt patet inſti.de re.diui.§.ferę.Et conſuetudo contra naturæ ius vr̄ irrationabilis, & ſimiliter præſcriptio ab huiuſmodi introducta, non videtur iuuare principes.

Ad hoc dr̄, ꝙ quum proprietas rerum ex iure ſit poſitiuo, & conſuetudo ad ea ſe extendat, quæ iuri ſubſunt poſitiuo, conſequens eſt, ꝙ ſicut lege poſitiua appropriari poſſunt alicui ferę, & ita conſuetudine poteſt huiuſmodi appropriatio fieri. Et hoc manifeſtum eſt in piſcib.dum venduntur iura piſcandi.Et conſtat, ꝙ populus habens dominium alicuius ſyluæ,poſſet legē ferre, quòd ſolus rector poſſit ibidem venari.Nec in hoc præiudicium fit iuri naturæ,non ſunt feræ cōes, niſi negatiue, hoc eſt,quia nullus eas appropriauit. Cū quo clare ſtat, ꝙ à ſuperueniente iure legis, vel conſuetudinis poteſt appropriatio fieri:ſicut de reliquis.Nec eſt contra allatā legem, quæ loquitur de feris,quæ in nullius bonis aliquo iure ſunt,dictas enim ferras conſuetudo in bonis principis poſuit.

S V M M A.

Citra damnum tamen tales principes tantam iuriſdictionem habet.

QVintum dubium, an dicti principes poſſint ita diſtricte prohibere dictarum ferarum captionem,vt nullus ſubditus poſſit eas capere, quin grauiſſime puniatur etiā ſi capiat eas, vt ſe à damno præſeruet, quod inferunt in bladis vel huiuſmodi. Et huic annectitur aliud, an confeſſores principum poſſint eos abſoluere ſi nolūt huiuſmodi ſtatuta reuocare.

Ad hoc dicitur,quòd licet principes poſſint huiuſmodi venationes prohibere,nō tñ poſſunt prohibere in damnum aliorum:imò tenentur ad reſtitutionem principes de damnis illatis à ſuis feris ex hoc, quòd non permittunt alios venari: ſicut habens bouem cornupetam ſibi notum,& non prouidens, tenetur de damnis ſubſequutis. Et ex hoc patet quid debeant facere confeſſores talium principum: cum enim iniuſtitia ſit peccatum mortale de genere ſuo, & ſtatutum hoc ſit iniquum, nō debent ipſos abſoluere:niſi deſiſtant à peccato.Bene valete,& pro me orare.Romæ,die 2.Maij,1514.

RESPONSIO IX.

In quorundam locorum contradictorium ſuper comment. Secundæ ſecundæ explanationes diſtributa ad eundem.

LIteris tuis,pater venerande,petentibus quędā in cōmentarijs noſtris ſuper Secunda ſecūdę tanquam dubia,ſeu obſcura declarari, diſtuli hucuſque reſponſionem ob impedimenta imbecillitatis,& occupationum aliarū. Nactus vero nunc aliquid otij ſatisfaciendum charitati tuæ duxi, vt nouitiis quibus hæc obſcura videntur, magis eluceſcant.Breuiter tamen, quia res clarę ſunt.

Primum igitur dubium propoſitum eſt,quia in quæſt.10.artic.4.dictum eſt, quod licet vendere ludæis res, quibus ipſi vtuntur in ſuis ſacrificiis, in quæſt.autem 169. articu.2. ad quartum dictum eſt non licere cooperari ad reædificationem ſynagogæ Iudæorum.

S V M M A.

Licet Iudæis vendere ea, quibus ipſi vtuntur in ſuis ſacrificijs, dummodo non ſint per ſe ſuperſtitioſa.

FAcile reſpondetur, in primo loco ſermonem fuiſſe de his rebus,quæ non per ſe ordinantur

ad

ad superstitionem Iudaicã, sed de rebus indifferen tibus, quib. tamen ipsi Iudæi abutuntur ad superstitionem suam. In secundo autem loco sermo est de synagoga, quæ præsupponitur per se ordinata ad superstitionem Iudaicam. Et: propterea eadem vtrobique seruata est sententia, vt patet legenti vtrunque.

Secundum est, In q. 11. artic. 4. dicitur, quod occultissima per accidens subiacent ecclesiæ cẽsuris. in q. vero 69. artic. 1. dicitur, quod author homicidij occultus, non est sub iudicio humano, quia persona est occultissima.

S V M M A.

Occultissima vitia subiacent ecclesiæ censuris, quanquam humano iudicio non subdatur, vt se prodat.

Soluitur, & hoc facillime, remittendo ad locũ secundò allegatum, vbi expresse dicitur, quòd occultissimus author notorij incendii nõ subest humano iudicio, quo ad hoc, vt teneatur se prodere: subest tamen humano iudicio, quia potest excommunicari, vt ibidem dicitur.

Tertium est. In q. 78. art. 4. dicitur, Nullo modo licet inducere ad minus malum etiam paratos: in q. autem 85. artic. 8. in 5. causa duelli, videtur dici, quod licet inducere, vt peccent minus.

S V M M A.

Tametsi ad minus peccandum quempiam inducere non liceat ad peccatum tamen minus inducere sanctum est.

Soluitur hoc dubium declarando differentiam, quam non penetrarunt mouentes hoc dubium. Aliud est enim inducere ad totum hoc, scilicet minus peccandum, & aliud est inducere solummodo ad ly, minus.

Primum numquam est licitum, & hoc in primo loco dicitur.

Secundum est non solum licitum, sed sanctum, imo Angelorum officium, & hoc in secundo loco dictum est. Et hinc fit, vt adulterum cum aliter non valemus retrahere, ad simplicem fornicationem licite prouocemus, non hortando, vt fornicetur, sed si suæ vult satisfacere voluptati, alieno non iniuretur toro. Nec tamen oportet huiusmodi conditionales semper exprimere, sed sufficit qñ que eas mente retinere, ut pro loco, & tẽpore sapiens iudicabit: hoc enim non est inducere ad malum maius, vel minus, sed est secundum rem retrahere à malo maiori. Fitq; frequentissima exercitatione hoc à redimentibus vexationem suam, vt fecerunt illi decem viri apud Hieremiam.

Quartum est, In q. 147. dicitur: Excusantur, qui omnino cenaturis tempore ieiunii exhibent cœnam, & doctor Sanctus dicit non licere exhibere volenti omnino se inebriare.

S V M M A.

Volenti se inebriare ministrare vinum non licet, sicut exhibere cenam cenaturi tempore ieiunij.

Soluitur hoc, dicendo quod exhibens cœnam, ministrat homini, non vitio: exhibens autem vinum, manifeste ministrat vitio. Quod patet ex differentia inter vacantem cenæ, & vacantem ebrietati: nam vacans cœnæ, vacat actui humano, & deformitas uitii, solummodo se tenet ex parte circunstantiæ cenantis. puta quia quando nõ debet, cenat: Vacans autem ebrietati, vacat actui per se sẽ deformi: ebrietas enim præsupponitur per se prauã.

Quintum est: in q. 72. ar. 3. dicitur. Sicut in aliis iniuriis sufficit restituere, & nõ oportet petere ueniam, ita nec in contumelia. in quol autem, q. illa, an in usura transferatur dominium, cõtrarium uidetur dici. Vbi habetur, quando translatio non est omnino uoluntaria, oportet non solùm reddere pretium agri, sed aliquid correspondens illic conditioni inuoluntarij: sicut semper in restitutionibus faciendum est.

S V M M A.

Non oportet in cæteris iniurijs ut in contumelia ueniam petere propter quòd ibi subest aliqua honoris gratia.

Soluitur hoc, dicendo quod petere ueniã dupliciter concurrere potest: vno modo, vt pars restitutionis. Et sic si cõtingat ad restitutionem honoris oportere ueniam petere, ita necessaria est venię petitio, sicut necessariũ est quodliber aliquid requisitum ad integritatẽ satisfactionis. Et hoc nunquam negatum est: quoniã semper affirmata est integra satisfactio, quæ procul dubio intelligenda est cum omnibus requisitis ad eius integritatẽ: ac per hoc cum petitione ueniæ si ex parte restitutionis honoris exigitur. Alio modo petitio ueniæ concurrit, vt res cõtra restitutionem distincta. Et sic dictum est, quòd non est necessaria: quoniam sicut in cæteris iniurijs sufficit integram habere satisfactionem, & non oportet petere ueniam, ita & in contumelia: quia enim petitio uenię ultra restitutionem honoris annexam habet submissionem petentis ueniã, ad quam submissionem non facile quilibet flecti potest, ideo prudentis viri consilio relinquitur si casus accidat, in quo integritas restitutionis honoris debiti contumeliam passo exigat petitionem ueniæ.

Sextum dubium est: cur neque in textu, neque in commento totius Secundæ Secundæ tractatur de famoso murmurationis uitio.

S V M M A.

Amissa est in parte vitij murmurationis tractatio, quia circuit omnia uitia, vt quid imperfectum, & in eorum explanationibus habita de ipsis est aliqua ratio

Ad quod dicitur, quod murmuratio non est genus aut species alicuius uitij, sed circuit multa uitia, vt imperfectum quid in multis speciebus uitiorum: & propterea non debuit specialis de murmuratione fieri tractatus: cum de generibus & speciebus uitiorum tractatum est. Neque tamen silentio inuoluta est, quoniam murmuratio ut imperfectũ quid sonat in uitijs verborum (puta contumelia, detractione & susurratione) tractata intelligitur inter imperfectas contumelias, susurrationes, & detractiones, & similiter quatenus sonat imperfectũ quid in uitijs actionum uel passionum, intus uel extra (vt inobedientiæ, impatientiæ vel præsumptionis) tractata quoque intelligitur cum imperfecta inobedientia, impatientia, &c.

Septimum dubium est, quid importat scrupulus conscientiæ, quo stante licitè operamur oppositum.

S V M M A.

Putans sibi hic & nunc hoc operari magis licitum esse, quàm illicitum, quamuis ignoret num licitum, vel illicitum sit, is non peccat operando sicut peccaret ex conscientia si sciret, & dubitaret de licito tunc operando quòd non malum & illicitum esset, quod licitum per rationem nouit.

Ad hoc quæsitum dupliciter uidetur ab aliis respon-

sponderi. Quidam enim distinguendū putāt quan
titatem ambiguitatis: ita quod quum quis scrupu-
lum hēt de aliquo actu exercendo (puta an liceat
pulsare in die festo, si sic fluctuat, qđ plus aut æquè
credit esse illicitū) scrupulus est, quo stante nō licet
sibi pulsare in die festo: si verò plus credit licitum
esse, cum hęsitatione tñ liciti, scrupulus (inquiunt)
est quo stante licitum est illi pulsare in die festo.
Quibusdam autem videtur ad rationem licitę ope
rationis exigi fidem certam excludentem omnem
hæsitationem: alioquin periculo peccandi contra
conscientiam exponeret se operans cum formidi-
ne alterius partis. Et apud istos scrupulus, contra
quem licet agere, non est hęsitatio aliqua de oppo
sito: sed consistit potius in quadam apparentia.

Mihi autem occurrit dicendum quod siue scru-
pulus occurrat ex parte appetitus (vt contingit ti-
mentibus peccare in aliquo actu, & nesciunt quare)
siue ex parte rationis, vt contingit iis, qui ex ali-
qua rōne magna, mediocri vel leui fluctuāt, distin
guere oportet de modo, an hmōi hæsitatio seu va-
cillatio sit modo speculatiuo, vel modo practico:
hoc est, an dubitet de licito, vel illicito secundū se,
vel vt est rō operis sui hic & nunc. Nam si quis du-
bitaret, an pulsare in die festo sit licitum vel illicitū,
& tamen non dubitaret sibi tunc esse licitum pul-
sare, iste non peccaret pulsando, quantumcunque
magna esset dubitatio apud eundem de actu pulsan
di ꝑm se, an sit licitus vel illicitus, & similiter quan-
tumcunque esset maximus timor de eodem. Et per
oppositum si quis esset certissimus de actu pulsandi
secundum se, quod est licitus in die festo, & tamen
fluctuaret de exercenda nūca se pulsatione, ita qđ
rō applicādi se ad pulsandum cum ambiguitate ap
plicat, illicitè quis pulsaret: intellectus siquidem
speculatiuus nihil dicit de operādo. Et si certitudo
speculatiua exigeretur non solum rudes, qui sola
certitudine adhæsionis alienę doctrinę sunt contē
ti, sed doctores aliorum passim periculo se expone
rent: eo quod innumera sunt dubia, quorum alte-
rā partem sic amplectūtur, vt absque scrupulo ope-
rentur, & tñ an veritatem speculatiuè euidenter ha
beant, non pertinaciter asserunt. Difficile.n. inquit
Arist. est nosse se scire: quia difficile est discernere
ac scire an ex propriis, &c. sciatur. Et diuersitas ipsa
opinionū circa aliquod unum nata est reddere in-
tellectum speculatiuum nutantem. Non est ergo in
hoc quæsito spectandū ad hæsitationem magnam
vel paruam, ad fidem certam vel incertā, de licito
vel illicito absolutè, sed ad rōnem operādi in singu
lari. Sit.n. applicatio ad operandum certa est, quicqd
tam in rōne qua in appetitu fluctuat, scrupulus est,
quo stante licitè oppositum operamur: si aūt appli
catio ipsa ad opus fluctuat circa rectum vel obli-
quum moris, scrupulus est conscientiæ, cōtraquē
illicitè agitur, & obliquitas mortalis incurritur. Rō
autem horum est, quia in proposito conscięntia nō
significat sciętiam, sed applicationem cognitionis
ad opus, exercendum: & propterea scrupulus con-
scientiæ, qui per se opponitur conscientiæ in ipsa
applicatione consistit, & eadem ratione scrupulus
omnis ad ipsam applicationem non se extendens,
conscientię non opponitur. Hinc enim fit, ut vacil
latio conscientię in applicatione consistens defor
men reddat actionem, quoniam fit applicatio mo-
do, quo non debet; debet enim potentia rationalis
determinari ad vnum, si rectè exire debet in actū,
alioquin discrimini exponitur utriusque oppositi,
si fluctuante illa quis utitur. Fluctuans.n. quantum
sapit fluctuationis, tātum sapit indeterminationis,
ac per hoc indebiti modi operandi. Et hoc ambæ
supradictę opiniones forte intendebant. Prima.n.
ad hęsitationem intellectus in se vī respexisse; secū
da autem de fidei certitudine, vt est ratio operis, in
telligenda est. Bene vale, & ora pro me. Romæ, die
9. Februarij, anno salutis, 1521.

RESPONSIO XIIII.

*In quorundam locorum in Commento, Secunda secundæ si-
bi inuicem oppugnatum conciliationes distri-
buta ad eundem.*

PVlsas venerande Pater, frequenter mīe pijs dubi
tationibus, non vt discas, qui alios gloriosè do
ces & verbo & scripto, sed vt explicem potius sen-
sum meum. Vnde charitati tuæ satisfacere, cu-
piens propositis quæstionibus breuiter respondē-
re curaui.

SVMMA.

*Potest quispiam in peccato ueniali existens substantialiter
bonus esse non tamen meretur peccando in ope-
re substantialiter bono.*

QVæris ergo primò, cur in commentarijs nr̄is
super Secunda Secundę, quæstione 33. arti-
culo secundò, responsione ad tertium, & quæstio-
ne 83. articulo quinto, in finem permittitur simul
stare bonitatem substantialem atque veniale pec-
catum. Inde nāq; consurgere vī, vt iustus in bono
quolibet opere ob aliquam accidētem imperfectio
nem simul mereatur, & peccet venialiter, vt Lutera
ni nouiter dogmatizant.

Huic quæsito respondetur primùm, non esse in
commentariis nostris scriptum, vnum atque eun-
dem actum numero esse simul bonum bonitate
essentiali & malum venialiter, vt patet intuenti. Nā
in primò loco allegato peccatum veniale dr̄ omis
sio: bonitas aūt essentialis saluatur in animo seu in
virtutis habiut. in secundò quoq; loco bonitas po
nitur in actu orationis, peccatum aūt veniale in o-
missione. Deinde dr̄, ad rem potius spectando quā
ad verba, ꝙ magna est differentia inter has duas cō
binationes, s. bonitatem substantialem cum pecca
to veniali, & meritum cum peccato veniali. Nā pri
ma conbinatio frequenter simul concurrit in eo-
dem numero actu, dum sæpe facimus actus mora
liter bonos ex suo genere, cum aliqua circunstan-
tia moraliter mala, vt cum quis reddit mutuum,
non tamen ea hilaritate qua debet, & sic de alijs. Se-
cunda autem combinatio numquam simul inue-
nitur in eodem actu: quoniam nullus peccando
meretur vitam æternam. Est enim tantæ vis pec-
catum veniale, vt tollat ab actu quem afficit meri-
tum ęternæ vitæ: quamuis non tollat æternæ vitæ
meritum à persona: multi enim sancti viri absque
hoc quòd perdunt æternę vitæ meritum, peccant
venialiter: verum per illos actus qui peccata sunt
venialia, non merentur uitam æternam. Hinc cla-
re patet, ex hac & sana doctrina non sequi, quòd
iustus in quolibet suo bono opere peceet. Nam
etsi posset in opere in aliquo bono ex genere pec-
care, in nullo tñ opere meritorio potest peccare.

SVMMA.

*Mulier suscipiens ex adulterio prolem, non tenetur se prode
re; etsi inde veri hæredes damnum patiantur.*

SEcundò quęris ex eisdem commentarijs q. 62.
artic. 6. circa responsionem ad tertium, ubi dr̄.
Non oportet restituere cum damno in re superio
ris ordinis, &cæ. quod videtur ex hoc sequi mulie-
rem, quæ ex adulterio suscepit prolem, non teneri
ad se prodendum, quantumcūq; veri hęredes inde

damnificentur; quod tamen sententiæ notabilium virorum refragatur.

Huic obiectioni respondetur, mulierem quæ ex adulterio genuit & propterea veri heredes damnificantur, non teneri ad damnificandam seipsam in fama, & quantum in se est, veros hæredes a dãno hæreditatis præseruet. Q̃m quemadmodum cessante iudiciaria coactione non tenetur homo perdere vitam aut libertatem, vt satisfaciat debito pecuniario, ita nec tenetur mulier hmõi perdere famam, aut uitã pro euitando damno alieno in re pecuniaria. Et si hoc aliquibus (vt dicis) viris notabilibus graue videtur, mirandum potius mihi videtur de ipsis; cũ decretalis de pœ. & remiss. ca. officiis, expresse dicat, mulieri, quæ timet uiro suo hoc indicare, non esse denegandam pœnitentiã. Constat. n. quòd certitudo de perdenda fama pẽsanda est, sicut timor, &c. cum non solum melius sit nomen bonum, quàm diuitiæ multæ; sed tolerabilior sit mulieris seruitus, aut mors, quàm eius infamia, si communi consanguineorum voto creditur.

Tertio quæris ex eisdem comm. q. 78. circa art. 4. & nescio quo opusculo nostro; vbi dicitur, vtentẽ malitia alterius semper petere debere aliquid absq; peccato præstabile si solidum est hoc fundamentum. Nam videtur quibusdam hoc non oportere, ob id quod apud Augusti. licitè petitur iuramentum ab eo, qui per falsos Deos iurat: ita quod, si p verum Deum iurare vellet, non admitteretur iuramentum, vt proinde petitur inquantum per falsos Deos iurat: ergo petitur, quod sine peccato fieri nequit: ergo potest etiam peccatum licitè peti, dũmodo nullum agatur præiudicium salutis.

S V M M A.

Vtentem alterius malitia non licet petere de peccato, cui non obstat idolatras nonnunquam peti posse per Deos suos iurare.

Ad hmõi obiecta rñdetur, solidissimum esse iactum fundamentum, s. nunquam licitum esse petere peccatum, & implicare contradictoria: petere peccatum, & non agere in præiudicium salutis: quoniam ipsum petere peccatum, est peccatum. Q̃od ex eo patet, quod quidquid licet petere, licet etiam appetere: cum petere actus humanus sit appetitu rationali, qui voluntas est, procedens. Sed constat quod non licet appetere peccatum alterius quantumcunque parati: scriptũ est. n. de charitate, quod non gaudet super iniquitate. ergo non licet petere peccatum alterius quantumcunque parati. Augustin. autem, vt patet in epist. ad Publicolam, nõ dicit, Barbari iuramentum, si vellet iurare per vnũ Deum, non esse admittendũ: sed vtentem fide Barbari firmata iuramento per falsos Deos non cõmunicare peccato illius, quo per falsos Deos iurat, sed fidei, i. fidelitati, qua dicta fiunt. Vnde petens iuramentum ab idololatra, petit opus sanctum quod ille potest si vult absque peccato præstare, quia nihil aliud petit nisi fidem iuramento firmatam, quod ille præstare potest si vult credendo in vnum solum verum Deum & iurando per illum, sed ex sua infidelitate opponit ipse iniquitatẽ iurando per falsos Deos. Falsum ergo opponitur, dicendo q̃d si vellet iurare per verum Deum, iuramentum non admitteretur, nisi fortè obiiciẽtes referant hoc ad irrisoriam iurationem, quasi idololatra non ut iuramẽto, sed vt vana & superstitiosa iurandi adinuentione, illo vteretur iuramento p̃ Iesum Christũ. Iuxta hũc. n. sensum, fateor quod non admitteretur, non ex defectu Christianorũ, sed ex defectu idololatrarum exhibentiũ hoc nõ vt iuramentũ. Sed ex iusta refutatione si accideret, non sequitur, ergo petendum esset, vt iurarent per falsos Deos, sed, ergo petendum esset, vt iurarent, & non irriderent veram fidem. Et tunc, vt prius dicebatur, non petitur nisi iuramentum: quamuis sciatur, q̃ iurans iniq̃tatem apponet iurando per falsos Deos.

S V M M A.

Non potest uir uxoris uotum continentia irrita re sicut uotum abstinentiæ.

Q Varto quæris ex eisdem commen. q. 88. circa ar. 8. An sicut votum abstinentiæ vxoris, sic & votum continentiæ vir irritare possit, sic vt vxor secura sit atque tuta.

Huic quæstioni respondetur, non esse eandẽ rõnem de vxoris voto circa abstinentiam, & circa cõtinentiam quò ad irritationem à viro: q̃m potestas irritandi vota vxoris, spectat ad virum, quatenus gubernator est, & vxor est illi subdita. Circa actus autem continentiæ, vir & vxor ad paria censentur: & præterea non spectat ad potestatem viri irritare votum continentiæ vxoris, quod non potuit facere, nisi quantum ad petitionem debiti, secundum quam libera est, nec viro subditur.

S V M M A.

Sententia excommunicationis iniusta priuat ecclesiæ suffragijs, quoad specialem ecclesiæ intentionem pro illo orantis & ea facientis, non autem quoad eius communem intentionem pro suis membris bona operantis.

Q Vinto quæris, an sit mens S. T. in 4. sen. dist. 18. q. 2. ar. 1. q. 4. prout quidam sibi imponunt, q̃ excõicatio iniusta priuet suffragijs ecclesię, cuius contrariũ in quadã q. speciali nostra legisse dicis.

Ad hanc ambiguitatem respondetur, duos esse modos, quibus communia ecclesiæ suffragia participãtur à Christi fidelibus. Primus est per coem ecclesiæ intentionem qua communia iuffragia p̃ ecclesiæ membris communiter fiunt. Secundus est per specialem alicuius fidelis, & præcipuè ministri ecclesiastici intẽtionem, qua communia suffragia diriguntur pro isto particuri, vt cum aliquis dicit, vel facit dici Missam pro ista singulari persona. Excommunicatio autem iniusta habet suum effectũ in priuando suffragijs ecclesiæ, hoc secundò mõ: quia timenda est, nõ solùm ab excõmunicato: sed ab alijs ac per hoc alij prohibentur celebrare speciali intentione pro illo, & pari ratione alia communia suffragia pro illo specialiter agere. Et iuxta hũc sensum intellige diuum Thomam dicentem excommunicationem iniustam habere effectum. Primò autem mõ excommunicatio iniusta non priuat excommunicatum suffragijs Ecclesiæ, quia rõnabiliter interpretamur communem Ecclesiæ intentionem in suffragijs communibus esse conformem diuinæ dispensationi secundum veritatẽ, & non f̃m apparentiam, aut errorem humanum (descendit. n. imitatiuè militans Ecclesia à cælo) cõstat autem quod excõmunicatio iniusta ex errore humano procedit, ac per hoc sub communi intẽtione ecclesiæ, qua excommunicati priuantur cõmunibus suffragijs apud Deum, nõ comprehendi tur priuatio excommunicatorum iniustè: non. n. intendit addere afflictionem afflicto: & quos cogitur ex humano iudicio, excommunicando priuare vno mõ, non propterea intendit priuare vtroq; modo. Et sic intelligẽda sunt quę alibi scripsimus, quòd excõmunicatio iniusta non priuat communibus Ecclesiæ suffragijs.

Hæc mihi occurrerunt amantissime pater, ad quæ-

quæsita tua scribenda, quæ satisfecerint, gratie referantur Deo: finaliter suppleat perspicacia tua. Bene vale, & ora pro me. Romę, die 2. Iunii, 1522.

RESPONSIO XV.

De natura uoti, & unitate numerali peccati, actus exterioris.

Ad priorem sancti Miniatis.

CHarissime frater, acceptis literis tuis cõsulenti bus me de duobus, considerans solutionem huiusmodi dubiorum multis profuturam, statim respondere inter tot occupationes curaui.

Primum igitur dubium natum ex ratione voti est. Quomodo sustinetur, quod uotum est de meliori bono, i. bono supererogationis, & quod religiosæ personę uenereis uacantes agant contra uotum: qñ quidem cognoscere non suam, seu alienã secundum se malum est, & abstinere ab huiusmodi bonũ est non supererogationis, sed necessitatis.

Alterum dubium est: An is qui ad occidẽdum hominem pergit, quoties interrupta cogitatione inter eundum renouat uoluntatem affectumque occidendi, toties nouum peccatum committat, an totum sit vnum numero peccatum, an aliquanta mora, & quanta distinguat hæc peccata. Per quid enim, inquis, indiuiduatur voluntatis actus.

SVMMARIVM.

Quanquam uotum sit de meliori bono, potest tamẽ uoti materia esse quicquid necessario seruandum nobis est, & ex hoc religiosi uenereis illicitis utẽtes agunt contra uotum.

ADprimam dubitationem facile dici posset, quod propria quidem voti materia est bonũ supererogationis, communis tamen voti materia est ẽt bonum necessitatis, non quatenus necessarium, sed quatenus uoluntarium est, unde & Iac. Gen. 28. legitur uouisse habiturum se dominũ in Deum. Et multi uouerunt se suscepturos Baptisma seu Chri fidem, ut Gallicanus, & Clodoueus. Et si quis voueret se non cõmissurum adulterium, si cõtrafaceret, non solum adulterii, sed fracti uoti reus esset. Vnde religiosæ personę non solum abstinentiã à cõiugio, sed ab actu venereo vouisse dici pñt, testante hoc animi sermonisque conceptu ac usu: credimus nanque, & fatemur oẽs castitatis votum in oĩ esse religione. Cõstat autẽ quod castitas continentiam non solum à coniugio, sed à cæteris uenereis significat. & sic votum castitatis non solum castitatem supererogationis, sed omnem respicere potest & respicit.

Perspicacius aũt dici põt, ꝙ quia per uotum religionis persona diuino cultui dicatur, ac per hoc fit alterius Dei, s. specialiter quo ad abdicationem ẽt licitorum uenereorum a se, ut cogiter quæ domini sunt, ideo non solum si coniugem de facto accipiat, sed ẽt si ad alterius uxorem accedat, uel qũolibet aliter veneris operam det, sacrilegium cõmittitur, dum persona diuina violatur. Et hoc in suo simili patet. Mulier cum nubit, nihil aliud sibi illicitum cõiugali fide reddit, nisi libertatẽ alterius coniugii. Cognosci. n. a quocunq; nõ suo oĩno ei illicitum erat, nupta tñ non solum alterum de facto cõiugium cõtrahit, sed si cuicunq; alteri consenserit, adulterii rea est, propter dictam rõnem, quia s. persona sua iam est alterius. Sicut igitur stat, quod fides coniugii nõ respiciat ad propriam materiã nisi debitum coniugale huic & nõ alteri coniugi (alteri. n. personę coniũgi oĩno illicitum ex se est) & tñ cum quacunque persona alter coniunx coeat, adulterium cõmittit, ita stat ꝙ uotum religiosi, ut propriam materiam respiciat, absit nentiam a coniugio, & tamen quomodolibet religiosus cocat, sacrilegium committit. Et utrobique (ut dictum est) eadem est ratio, quia utrobique persona sit alterius quo ad partem generatiuam, ac iniuria semper fit illi alteri, scilicet Deo, vel coniugi. & sic quemadmodum fides coniugalis redundat in omnes actus venereos extra coniugium, sic votum religionis in omnes actus venereos simpliciter.

SVMMARIVM

Vnus numerus peccati actus est, quamuis interioris actus uoluntatis interrumpatur.

ADsecundam uero dubitationem dr̃, quod ibi est unum tantum numero peccatum, tanto grauius, quanto pluries firmatum.

Ad cuius euidentiam non oportet inspicere per quid voluntatis actus indiuiduet, sed per quid peccatum sit vnum vel plura. Multi enim actus voluntatis sunt unum numero peccatum, ut patet, cum quis actum intentionis, fruitionis, electionis, &c. & ad delectabile vnum habet: peccatum autem formaliter, cum deordinationem actus uolũtarii importet, ubi est una numero deordinatio, ibi est unum numero peccatum. Cum autem aliquis actualiter pergit ad occidendum, cõstat quòd in eo est actualiter uoluntarium deordinatum in specie homicidii, ita quòd & uerum est, quod hic actualiter peccat in spẽ homicidii, & qđ uolũtas eiꝰ est actualiter peccans tali peccato: alioqn non uoluntarie iret ad occidendum. Interrumpẽdo autẽ interiores actus circa idem non fit noua deformitas, sed multiplicantur actus voluntarii, ita quod prius erat voluntarium imperatum, modo est imperatum & elicitum; sed quotquot multiplicantur, in eandem incidunt deordinationẽ voluntarii, quã inueniũt augendo illam. Ita quod quemadmodum lumen aduenies diaphano iam illuminato, nõ constituit aliud lumen, sed sedit in identitatem cum eo quo inuenit, quamuis secundum se constitueret lumen nouũ: ita quilibet actus elicitus circa homicidiũ impergente ad illud cedit in identitatem actualiter inuẽti voluntarij homicidij, quãuis secundum se cõstetueret nouum peccatum homicidii. regulare quippe est, ꝙ accidens eiusdẽ spẽi in eodem identificatur inuento.

Hęc sunt, amantissime frater, quæ mihi circa uestra dubia occurrunt. Superest, vt vna cum fratribus tibi creditis ores pro me, & bene ualeas. Florentiæ: die 27. Augusti, 1508.

RESPONSIO XVI.

De conceptu entis ad M. Franciscum Ferrariensem.

AMantissime pater ex acceptis vestrę solicitudinis literis percepi libellum nostrum de Analogia nominum vos perlegisse duoque dubia de conceptu entis mentem uestram tenere, soluiq; a me familiariter flagitastis. Ego autem quãprimũ compleui expositionem librorũ de Anima (cuius fini incumbebã; cum uestras recepi) respondere curaui, ne præclaro ingenio tuo deessem. Primum igitur dubium fuit ad hominem, meipsum. s. quia in commentarijs de ente & essentia, sustineo vnum conceptum mentalem repræsentatiuum entis, & in trac. de Analogia nominum uideor hoc negare. Secundum autem est ad diuum Thomam, quoniã ego in præfato libello sustineo Analogum non absolui ab his quibus Analogũ dicitur, & diuus Th. in q. de ueri. q. j. art. 1. docet ens habere conceptum unum simplicem, ad quem omnia prædicamenta & transcendẽtia addunt, in quem reſoluuntur: qui

est primo notus. Hæc. n. inuicem sibi aduersari videntur, qñquidem si ens absolui non pōt a naturis rerū, non erit simplicissimus, nec primo notus, nec in quē ultimo resolutio fiat, & ad quē oēs addunt.

Ad euidentiam horum & specialiter primi, recolito, quòd quidquid est imago alicuius similis alteri, est etiam imago illius alterius, quatenus primo assimilatur, ac per hoc omnis conceptus creaturæ est conceptus Dei, sicut omnis creatura aliqua est similitudo Dei. Hinc ergo fit, quod cum vnum proportionabilitate vt sic, habeat singula membra similia proportionabiliter, oportet quod habeat etiā vnum conceptum mentalem repræsentatiuum illius unius proportionabiliter. Nec huius oppositū teneo in tract. de analogia nominum, sed cōceptus iste vnus numero in mente secundum esse subiectiuum, est vnus analogia secundum esse repræsentatiuum, nec repræsentat vnam solam naturam, sed ultra vnam, quam determinatè repræsentāt (a qua est impressus) repręsentant implicite cæteras similes illi primo repręsentatæ secundum id, in quo ꝓportionabiliter eis similis est; idem enim est iudiciū de similitudine rerum inter se & conceptus mentalis & rerum. Quemadmodū. n. osſis natura similis est naturæ spinę in sustinendo carnes animaliū (in quo analogātur) ita conceptus mentalis ossis, vt sustinens carnes, est similis ossi & spinæ, sed ossi determinatè, spinæ autem implicite, sicut etiam ipsum os non est simile spinæ determinatè, sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus quo analogum habet vnum conceptū mentalē, ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum hoc pacto habet conceptum in mente a rebus impressum. Alter autē modus super ipsius intellectus opere, quo natus est adunata diuidere, fundatur, & est tunc conceptus similis vnus numero in mente repræsentans analogum quidem determinate, nullum autem eorum quæ fundant analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura, quam repręsentabat & loco illius naturę concipit pronomen aliquod referens, natura fundantes analogiam indeterminate, verbi gratia. Si conceptus ossis, est os sustinēs carnes, intelligens loco ossis ponat quid, & dicat ꝙ sustinet carnes. tunc enim manifeste repræsentatur analogum explicitè, implicitè autem tantum naturas fundantes analogiam. Est autem inter hos duos conceptus, non solum dicta ex radicibus differentia: sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi: secundus autem ad id nominis, neuter tñ perfectè repræsentat Analogum. De quo scilicet perfecto, seu adęquato explicite conceptu Analogi interprætandum est, cum a me vel ab alio scriptum inuenitur, quòd non potest Analogum vnum numero mentalem conceptum habere, sed vnum Analogia tñ. Et quoniam conceptus mētales sunt imagines rerum repræsentatarū (nisi sint fictitii,) quēadmodum in mente conceptus adęquatus Analogi non est vnus, sed exigit repræsentationē omnium fundantium Analogiam: ita significatum Analogi adęquatum & perfectum non potest sic abstrahi, vt obijciatur, repræsentetur aut concipietur, absque fundantibus rebus. Et sicut in mente duplex conceptus imperfectus reperire, ita res significata, ext ra pōt obiici dupliciter, imperfecte scilicet; vel in vno explicite, in quo cætera obiiciuntur indeterminatè vel in nullo explicite, sed omnia implicite, in solo formalissimo significato explicite. Nec prędicta cō trariantur doctrinę S. Tho. ens enim primo notum ordine generationis est secundum conceptum imperfectum: ordine autem distinctæ cognitionis est secundum conceptum perfectum. Ens quoque habere conceptum simplicissimum, consonat dictis, quum simplicitas compositioni opponatur, & vnum Analogia non sit unum cōpositione aliqua, non habet ens & hoc, quòd Analogum, compositionem admixtā. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si subſtantiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio quæritur, resoluetur in ipsam naturam subſtantiæ, quatenus esse fundat: quod est simplicissimum, cui & addit ipsa subſtantia, & addunt transcendentia. Et si in conceptum confusum, quod est, resolues: quod etiam est simplicissimum, cui etiam prędicta addunt: Sed occasio errandi multis est, quia in resolutione distincta quęrunt resoluere in vnum Analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita quòd quęrunt in Analogia, quasi vnum numero terminum, sicut in vniuocis, cum tamen terminus in Analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita quod & singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos & mentales, & omnia in conceptū obiectiuum & mentalem, simplicē, & vnum proportionabiliter. Ita quòd (ut unico verbo rem absoluam) ens esse primo notum: in quod fit omnis resolutio, in quod omnia addunt, per modum Analogi interpretandum est, cū quo stare potest, quòd secundum perfectum adæquatumque cōceptum non abstrahit a naturis ꝑdicamentalibus, sicut nec aliquod Analogum a fundantibus Analogiam. In hoc pendet tota vis claritatis rei huius; ut semper animaduertatur secundum Analogorum morem hæc dici.

Plura nunc non mihi occurrūt ad propositum dicenda: sed prolixior fui acutissimo ingenio tuo: quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale, & pro me orare digneris. Romæ. die 27. Februarii. 1509.

RESPONSIO XVII.

De rebus in bello iniusto raptis, ad Fratrem Thomam Ragusinum ordinis prædicatorum.

Dilecte Filij pijs precibus tuis satisfacere volens, consideraui in literis tuis quæstionem distinctā in quinque articulos circa emptionem raptarū rerum in bello iniusto.

Primus est, an huiusmodi rapta etiā difficillimè reparabilia, sint iudicanda tanquam habita pro derelicto. Ad quem respondetur negatiue: quia nec ueri dñi (quamuis non possint recuperare res suas) abdicauerunt a se dominium illarum: nec ex conditione rei, loci aut temporis derelicto huiusmodi consurgit, ut in thesauris, & similib. Distinguendū tamen esse inter rem & rem, videmus Romæ, qñ ferę, vectes, & id genus reliqua publicè exposita, Romæ nullum inueniētia dominum, quia nullus scit descernere feras suas ab alienis (quum ēt uendentes lateat cuius fuerint) pro derelictis habentur per accidēs & licite emuntur publice. Dixi per accidēs: quia discernere nemo potest cuius fuerint. & publice, ac promiscue quilibet emit, quamuis non dubitetur, quòd pars direptionis Romanę fuerint: hęc enim signa derelictionis sunt.

Secundus est, an rapta a priuatis, possint licite emi post diem seu certum tempus, ut nonnullę leges admittunt. Ad quem respondetur negatiue in foro conscientiæ, quamuis ciuiles leges impunitatē concedant ad euitandas lites. Et ratio illicitæ emptionis

nis in utroque articulo est, qua emitur res aliena sine consensu ueri domini.

Tertius est, an in huiusmodi casib. in ementibus scienter tota resolutio sumēda sit ex intentione utilitatis propriæ, vel domini, ita quòd ementes pro sua totaliter vel principaliter utilitate, sint malæ fidei possessores, ementes autem pro domini principaliter emolumento rectefaciant, pretiumque repetere possint. Ad quē rndet, q̄ p̄ se loquendo nulli licet emere rem alienam sine consensu ueri dñi, & si quis emit; ēt bona fide tenet ad restituendum rē emptam, quam hēt, vero domino, nec pōt pretium solutum petere a uero domino, quia tenetur ad restitutionē nō rōne iniustæ adeptionis, sed rōne rei alienæ, quæ apud ipsum est. Nec hoc est uertendū in dubium loquendo per se, & proprie, Dico aūt, proprie: quia magni refert emere vel redimere, nā emere huiusmodi aliena non licet, redimere autem licet, sed redimit is solus, qui uice ueri domini redimit occupatam ab aliis rem illius, unde non redimit, nisi qui personam ueri domini induens, significatus est uero domino, ut rem suam recuperet redemptionis pretio soluto. Nec solum licet, sed pri⁹ est redimere uiliori pretio huiusmodi res. Emere autem proprie & per se nō licet. Dico autem p̄ se, accidens potest esse licitum, ut si cognoscam res raptas fuisse consanguinei mei, impotentis redimere & destituti oī spe recuperandi res suas, & presumēs gratum esse consanguineo meo, quod ego fruar rebus sic irreparabilibus, emam illas. Sed eorum, quæ contingunt per accidens, non est certa regula.

Quartus est, an dictum cuiusdam doctoris dicētis sic, probabiliter credo, quod totaliter emens paratus reddere uero domino, si comparuerit, credēs tamen quod non comparabit; & consequenter sperans pro se rem habiturum, non peccat: quia uerisimiliter potest de ueri dñi uoluntate presumere, rē in conscientia tutum, & aliis diuulgādum. Ad quē patet ex dictis responsio, s. q̄ nec p̄ se explicitū (qm̄ rōne rei alienę tenetur ad restituendum vero domino sine pretio, quandiu res est apud eum: nec ilsa adeptio caret iniuria, ex eo quod notum emendi est, quòd res est aliena) nec per accidens apparet aliquid speciale excusans adeptionem, quoniam cōmunia tantum proponuntur in articulo.

Quintus est, an emat recte quis ex pietate calices & huiusmodi sacra dedignatus, quod manēt apud infideles, daturus propria authoritate ea occurrenti ecclesiæ, habito pretio. Et huic adiungitur, an dominus talium sit censendus omnino ignotus, stante notitia regionis puta Vngarię. Ad quam respondetur, quod hoc est unum per accidens reddens licitam emptionem. Zelus enim Dei humanis omnib. preferendus efficit, ut licite quis hæc redimat de manibus infidelium redditurus, etsi non illi ecclesiæ calicis dominæ, quę nescitur, attamen ecclesiæ Christi significando ecclesiæ cui datur, ut quantum in se est, & publicet & teneat pro ecclesia cuius erat, & est restitutio pretio redemptionis. Et quamuis non cēsenda sit ecclesia omnino ignota, cuius regio scitur est tamen maior presumptionis locis ex hac religiosa causa uni ecclesiæ de alia quā mihi de cōsanguineo meo, qm̄ vnica dom⁹ est uniuersa p̄ orbē sparsa Christi ecclesia. Hæc sunt, fili charissime, quæ mihi occurrerūt respōdenda. Bene vale, & ora pro me. Romæ die 27. Nouembris, 1529.

Primi Tomi opusculorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Xysti finis.

TOMVS SECVNDVS
OPVSCVLORVM THOMAE DE VIO CAIETANI, CARDINALIS SANCTI XYSTI CVIVS SVNT TREDECIM VTILISSIMI TRACTATVS.

1 *De conceptione beatæ virginis.*
2 *De Eucharistiæ sacramento.*
3 *De celebratione missę.*
4 *De valore orationum dictarum ab audientibus missam in die festo.*
5 *De præcepto eleemosina.*
6 *De monte pietatis.*
7 *De cambijs.*
8 *De usura.*
9 *De simonia.*
10 *De usu spiritualium rerum in peccato mortali.*
11 *De noto.*
12 *De solutione maleficij opera malefici ad hoc parati.*
13 *De psalmo beatæ Virginis.*

TRACTATVS PRIMVS
De conceptione beatæ Mariæ Virginis ad Leonem decimum Pont. Max. in quinque capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *De duplici uia discernendi ea quæ fidei sunt, vel ei aduersantur.*
2 *Quæstio de conceptione, quomodo non sit de necessario credendis.*
3 *Quæ de conceptione sententia fidei aduersetur.*
4 *Sententia tenens beatam virginem fuisse in originali conceptam, quam probabilis existat.*
5 *Quantum valeant argumenta quæ tenent oppositum.*

CAPVT PRIMVM.

De duplici via discernendi ea qui fidei sunt. vel ei aduersantur.

EAustum felix q; sit, Leo 10. Pont. Max. q̄ de supremo potestatis tuæ ope prima offerendæ tuæ beatitudini lucubratiū culæ cā sese obtulit. Definitio secretorum Christianæ fidei, q̄ nosse soli Deo natura conuenit, in medium uenit, propositū est, vt decernas in Lateranēsi synodo vtrū Deus beatissimam Virginem Mariā a peccato originali p̄serauerit, an mundauerit. Quocirca duo occurrunt scribenda. Primò, viæ decernendi ea quæ sunt fidei, modique quibus aliquid huiusmodi credendum decernitur, explicabuntur: deinde iuxta singulos

modos per uias ipsas sermonis egressus dirigētur.

Duę sunt uię, quibus decerni pōt religioni Christianæ quid credendum sit, altera ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria est diuina reuelatio facta in primis authoribus sacræ Scripturæ contenta in canonicis libris Bibliæ, traditionibusque Apostolorum in symbolo & aliis, quæ constat Ecclesiam per Apostolos suscepisse, ut sacramenta. Reuelatio deinde facta apostolicæ sedi siue cū synodo, siue sine synodo. Hęc enim differentia ad solemnitatem, & congruitatem spectat iudicii apostolici de his quæ sunt fidei, & non ad necessitatem; vt uniuersa testatur Ecclesia, Hæreticos indubiè tenens, qui ab apostolica sede damnatam hæresim sectantur. Reuelatio demum facta sacris doctoribus, his præcipuè, quorū & uita & doctrina approbata est ab ecclesia. Sed est inter hæc distantia multa: quoniam reuelationi contentę in sacra Scriptura, & decretalibus fidei inhæremus tanquam necessariis: ita quòd se hæreticum comprobat quicunque pertinaciter alicui horum aduersatur. Reuelationi autē factæ sanctis quorum doctrinam ecclesia suscipit, tanquam probabilibus inhæremus, vt diu. Augus. Thomasque scripserunt, & magistra rerum experientia cōtinua testatur. Nec refert in sacra Scriptura & aliis, an aliquid sit reuelatū explicitè (vt creatio mundi, incarnatio Verbi Dei, & alia hmōi) an implicitè vt sunt omnia illa quorum oppositа non possunt sustineri cum veritate sacræ Scripturæ & aliorum quę certa fide scimus: nisi p ingenio, labore, rōne, & intellectu opus est, vt manifestētur hæc quę implicitè dicuntur contineri esse necessariò connexa illis in quibus contineri dicuntur. Quo fit, vt in istiusmodi rebus antequam constet quid necessariò cōnexū sit certis & indubitatis fidei traditionibus, vnicuique liceat qđ rōnabilius sibi vī amplecti, sine pertinacia tñ. Et hinc rōnibus locus datur ad ea, q̄ sunt fidei, vt. s. afferantur rōnes ostendentes consona, aut dissona esse fidei, quę in dubiū uertuntur. Propter quod oportet omnes rationes ad ea, quæ sunt fidei non ex solo naturali lumine, sed ex lumine diuinæ reuelationis in prædictis cōtentæ procedere, & diuina reuelationē in p̄dictis cōtenta resoluere. Et ideo non ratio, sed diuina reuelatio, non cuicunque, sed prædictis facta est, cui fides nostra innititur: & secundū eam oportet decernere quicquid in fide decernendum est. Extraordinaria uero uia, qua potest aliquid decerni in fide, esset, si miraculo, quod uerè miraculum esset, Deus attestaretur aliquid ad fidem spectās. Sed hic esset opus cautela magna: tum ex parte operū mirorum: quoniam Angelus Satanæ transfert se in Angelū lucis: & signa & prodigia facere multa potest, q̄ nos vere miracula a solo Deo factibilia putaremus, vt opera sanitatis, & elementorum, & similium. Vnde & Antichristus facturus dicitur tot miracula in oculis hominum, ut si fieri posset, etiā electi fallerentur. Tum ex parte illusionum, ut cōtingit in prestigiis. Tum quia signa Apostoli 1. ad Corint. 14. & beato Gregorio in homilia 10. data sūt infidelibus, nō fidelibus, ecclesiæ uerò tanquā fideli, non infideli data est reuelatio prophetica & apostolica. Vnde uia signorū etsi est a Domino data Marci, ult. propter infideles & ab ecclesia approbata quo ad fidem personalem, scilicet dicentis se missum a Deo, vt in c. ex iniuncto. extra de hære. tamen nisi coram Ro. Ecclesia euidentissime fieret, uerum & indubitatum non mirum, sed miraculū expresse ad testificandum hoc esse uerum, nō deberet Romanus pontifex determinare aliquā fidei ambiguitatem ex hac vita. Et rō est, qa habemus a Deo ordinariā uiā decretorū fidei in tm ut si Angelus de cœlo oppositū huius ordinariæ uiæ diceret, nō eēt ei credendū, vt Apostolus dicit ad Gal. 1. Accedit ad hæc, q̄ miracula q̄ ab ecclesia suscipiuntur in canonizationibus Sanctorum, q̄ tñ maxime authētica sunt, quum humano testimonio innitant (eorum. s. qui testantur) non omnino certa sunt: quoniam scriptum est: Omnis homo mendax: licet sint certa more humano, fidei autē Christianę certitudo non humano more certa esse dēt, sed infallibile omnino dēt hre testimonium: quale nullus homo, sed solus Deus prestare potest. Vnde & Petrus Apostolus celestis uocis in trāsfiguratione Domini a se auditæ proprio testimonio tāquā humano vtens, subiungit. Et habemus firmiorem p̄pheticum sermonem, subiungendo q̄ non voluntate humana prophetia allata est. diuino ergo testimonio, non humano certitudo haberi dēt in decernendo iudicialiter res fidei.

Ex dictis autem patet, non solū decernendi uia duplex; sed & modus duplex, quo credendum esse decerni potest. Nam quædam decernuntur credēda tanquam necessario credēda, ita quod contrarium sentiens est hæreticus; quædam uero tanquā p̄babiliter & pie credenda, ita quod contrariū sentiens non est hæreticus, vt de assumptione beatæ Virginis cum corpore, & sanctificatione eius in utero matris, & aliis huiusmodi cōmunis ecclesiæ pietas probabiliter credit. Ratio autem quare oīs uia tam ordinaria, quam extraordinaria decernendi ca, quę sunt fidei, sola reuelatio diuina est, in prōptu est: quia scilicet ea, quæ sunt fidei, lumē humanæ mentis excedunt, & ex solo diuinæ uoluntatis beneplacito dependent huiusmodi singularia. Scriptum est autem, quod quæ sūt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis, & quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei, & cui uoluerit Spiritus reuelare. Hæc de primo.

CAP. II.

Quæstio de conceptione q̄ūo non sit de necessario credenda.

Dictis autem viis incedendo, vt propositū deinde fuit, manifestatur primo, qd' neutra pars quæsiti ut in dubium uertitur, est necessario credēda. Et ratio est, quia neutra in sacra Scriptura certisque fidei dogmatibus necessariis explicite habet, & utraque pars sustineri potest cum veritate sacræ Scripturæ reliquisque necessario creditis a Christi fidelibus. Et de parte quidem illa, quæ tenet beatā Virginem a peccato originali mundatam, certum est q̄ fidei consonat, tum qm̄ uniuersales propositiones de peccato originali in oībus purè hominibus, in sacra Scriptura hñr: ut patet ad Ro. 3. & 5. & 2. ad Cor. 5. tum quoniam uniuersali redemptioni Christi in sacra Scriptura traditæ consonat, tū qm̄ innumera sacrorum doctorum & sanctorū multitudo hāc partem explicite tenuit, ut infra patebit. De parte autem altera credente. s. beatam Virginē præseruatam a peccato originali, licet quidam scripserint, quod contrariatur sacrę Scripturæ & determinationi ecclesiæ, quidam autem quod nō: mihi tamen theologorum minimo distinguendum uidetur circa sensum huius opinionis. Nam pōt dupliciter intelligi. Primo, ut beata Virgo sit præseruata totaliter a peccato originali, ita quod fuit exempta ab omnibus ad dictum peccatum spectātibus. Secundò, ut beata Virgo sit præseruata a sola macula peccati originalis per infusionem gratiæ personalis.

nalis. Est aũt inter istos duos sensus maior distãtia, qua inter cœlũ & terrã. Nam cum aĩa alicuius hominis qui generatur, incurrit originale peccatum, non solum macula originalis peccati contrahitur, sed in primo instanti, in quo anima rõnalis creando infunditur, & infundendo creatur, prius ſm naturæ ordinem caro seu materia, cui aĩa infunditur, est infecta; vtpote genita ex cõmixtione vtriusque parentis. & ꝓpterea aĩa, quæ infunditur illi carni, cõtrahit maculam ĩ seipsa originalis peccati, qa infunditur carni ĩfectę: neq; solã maculã ex carnis infectione contrahit persona in vtero genita, sed multa alia, ſ. reatũ clausæ cęli ianuæ, fomitem peccati, & pœnam mortis temporalis; ita quòd infecta caro, cui infunditur, anima est, in qua fundatur rõ non potentiæ contrahẽdi originale peccatum, sed rõ contracti in propria persona debiti, ꝙ contrahatur in anima rõnali sua peccatum originale, & secundum maculam, & secundum reatum pœnarũ spiritualis & temporalis, immo est talis carnis infectio peccati originalis initiũ inexistẽs in persona, q̃ tunc simul concipitur, & cõcepta est. quocirca positio dicens beatam Virginem prẽseruatam totaliter a peccato originali, dicit ipsam non contraxisse carnẽ suẽ infectam: ac per hoc non solum sine macula peccati conceptã & reatibus & fomite: sed ẽt sine debito in propria persona habẽdi hęc. positio uerò dicens beatam Virginẽ p̃seruatã solum a macula peccati originalis, & iis quæ macula sunt inseparabilia (vt est reatus æternæ pœnę damni) nõ negat beatam Virginem carnem habuisse infectã: ac per hoc in propria persona debitum contrahendi maculam originalis peccati, & quoad maculam, & quo ad reatus omnes & fomitem: sed præseruante Dei gratia, non redundauit in animã illius macula peccati originalis, licet redundauerit & fomes, ligatus tamen, per gratiam & reatus clausę ianuæ uitæ æternæ, & mortis temporalis: quia hæc pœna, ſ. mortis, erat naturę ex parte carnis; illa, ſ. clausæ ianuę erat naturę ex parte temporis: quia ſ. Christus adhuc non aperuerat per suam mortem ianuas paradisi clausas per originale peccatũ: & similiter fomes ex parte carnis se tenet.

CAP. III.

Quænam de conceptione sententia fidei aduersetur.

INter has igitur opiniones hęc mihi videtur quo ad fidem differentia, quòd positio dicens beatã Virginem esse præseruatam à peccato originali & reatibus, &c. est contraria fidei catholicæ: quoniã repugnat his, quæ in sacra scriptura & alijs documentis fidei certis & necessarijs continẽtur. Oportet nanque de beata Virgine firmiter credere, quòd Christus est mortuus pro ipsa, & quòd ipsa est mortua morte peccati: quoniã in sacra scriptura habetur ista conditionalis, Si Christus est mortuus pro omnibus, omnes mortui sunt; vt patet; secundæ ad Corinth. 5. cap. Constat enim quòd omnis conditionalis vera est necessaria: & quòd à destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet argumentum. Formata ergo ratione clare apparebit, Scripturam esse falsam, & fidem nostram procedendo sic: Si Christo mortuus est pro omnibus, omnes mortui sunt: sed per istam positionem, Non omnes mortui sunt, quia beata Virgo non est mortua morte peccati: ergo Christus non mortuus pro omnibus: quod est manifesta hęresis. Non potest hic locus glossari, quod omnes distribuat generaliter, & quod patitur exceptionem, & similia: quoniam constat quod in hac propositione illud signum, Omnes distribuit pro omnibus sine ulla exceptione: quorum hęreticum constat esse, dicentem Christum non esse mortuum pro omnib. sua ulla exceptione. Nec etiam põt negari, quin de morte peccati sit sermo in consequenti, vnde Augustin. in 6. contra Iulianũ, tractans hæc uerba Apostoli, concludẽdo dicit hæc uerba. Cõsequẽs ergo esse voluit ut oẽs intelligantur mortui, si pro oĩb. mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat vt in peccato mortuos esse oẽs, pro quib. mortuus est Christus, nemo neget, nemo dubitet, nisi qui se negat, aut dubitat esse Christianum. Hæc ille. Vnde cũ opinio illa neget B. Virginem mortuã morte peccati, ac per hoc Christum non mortuu esse pro ipsa, sustineri iudicio meo nõ põt. Et ne longi⁹ protrahatur, hoc oportet summarie ante oculos habere, ꝙ istę quinq; propositiões sunt omnino cõfitendæ, scilicet, Christus nfortuus est pro beata Virgine: beata Virgo est aliquo modo mortua morte peccati: beata Virgo est reconciliata Deo per Christum; beata Virgo est redempta per mortem Christi, beata Virgo etiam post sanctificationem sui, nõ nisi per Christi mortem aditum habuit paradisi apertum. Quib. adduntur aliæ aut per se notæ (.ſ. quòd omnis reconciliatus fuit inimicus, & ꝙ B. Virgo mortua est morte temporali) aut determinatè per ecclesiam, scilicet, omnis homo redemptus a Christo fuit uerè captiuus, & mors est pœna peccati originalis. Primam. n. harum refert Augusti. ad portam de origine animæ a papa Zozimo decretam, dicẽs, In epistola Zozimi sic legitur: nullus, nisi qui peccati seruus est, liber efficitur: nec redemptus dici põt, nisi qui vere per peccatũ fuit ante captiuus, sicut scriptum est, Si vos filius liberauerit, uerè liberi eritis. Et subdit, In his uerbis Apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata certa & clara est fides catholica, vt nefas sit illa dubitare Christiano. Hæc ille. Secundam vero, ſ. quod mors est pœna peccati originalis, constat decretam esse a cõcilio Miletano: vt patet de consecr. distin. 4. cap. placuit, Vnde patet quòd distinctio illa de redemptione præseruatiua, vel liberatiua, quo ad homines reprobata est, per Rom. Ecclesiæ determinationẽm, quamuis S. Bernard. super canticis sermone 22. illam vsurpauerit quo ad Angelos. Sunt & aliæ vniuersales propositiones certæ & indubitatæ, scilicet per vnum hominem peccatum transit in omnes, & per peccatum mors, ad Rom. 5. Et omnes in Adam peccauerunt, ad Ro. 3. Et quisquis hominẽ alium esse putat cui necessaria non fuerit remissio peccatorum, excepto vno Mediatore, contrarius est sacræ Scripturæ, inquit Aug. in li. de perfectione iustitiæ. Et solus Christus habuit similitudinem carnis peccati. Et alię huiusmodi, quę aut nullo modo, aut vix possum saluare ab huiusmodi opiniõe, si tamen opinio nominanda est, quum videatur manifestus error in fide. Vnde Xystus 4. in extrauaganti, graue nimis. de hac positione non se impediuit, sed solum de præseruatione beatæ virginis a macula peccati originalis, vt expresse patet legenti illam. Damnanda ergo videtur specialiter positio', quæ assereret beatam Virginem totaliter præseruatam a peccato originali, ut scilicet nihil eius incurrerit, quamuis neminem adhuc sciam hoc tenuisse.

In secundo autẽ sensu intellecta opinio de præseruatione beatę Virginis, scilicet quòd præseruata est a macula peccati originalis, & non ab infectione carnis, ac per hoc nec a debito in pro-

pria persona illius maculæ, nec à fomite & pœnis, non est contraria sacræ Scripturę, nec determinationi ecclesiæ, nec aliqbus necessario creditis, quoniam beata Virgo preseruata ex speciali preuentione gratię à macula originalis peccati, & habens cætera quę diximus, non est extra latitudinem mortuorum inimicorum, indigentium remissione peccatorum, captiuorũ, habentium carnem peccati, obnoxiorum morti & clausuræ cœli. Et cõsequenter nõ est extra latitudinẽ eorum pro quibus Christus mortuus est, reconciliatorum, liberatorum, redemptorum, mundatorum, introductorum denique per Christi mortem in vitam ęternam animæ & corporis. Et in promptu ratio est: qa ex eo quòd habuit carnem infectam cum fomite ligato & reatibus, egebat futuro remedio per incarnationẽ & mortem Iesu Christi exhibendo. Et ex eo quòd in propria persona habuit debitum contrahendi maculam originalis peccati imò initium, vnde redundare in animam suã debebat originalis peccati macula, gratia illa quę preueniendo sanctificauit eam, ligãdo etiam fomitem habuit rationẽ gratię mundatiuę, reconciliatiuę, redemptiuę, &cę. Liberans nanque animam à macula non actualiter habita, sed ex propria carne tunc debita, & in eadem carne tunc initiata, non extra latitudinem liberantium à peccato, mundantium à sorde, redimentium à captiuitate. Neque enim vno modo tantum quodlibet horum dicitur, sed latitudinem habet. Dicitur nanque captiuus non solum qui totaliter in captiuitatem est redactus: sed q cœpit in sui aliqua parte duci in captiuitatem & obnoxius est captiuitati. Et similter dicitur mors peccati, nõ solum ipsa actualis mors, sed debitum & initium in propria persona habendi illam. Et similiter dicitur à peccato originali mundatus, non solum qui à contracta actuali macula mũdatus est: sed qui à macula quidem in debito & initio in propria persona fundato, & relinquis tot quasi partibus peccati originalis actualiter contractis mundatus est: & sic de alijs. Nec putet quisquam de mea hæc phantasia me proferre, sed videat diuum Tho. in Prima secundę, quęst. 81. art. 3. (vbi inter alia tractat etiam illud ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum trãsiit in omnes, & per peccatum mors, sustinentem q per mortem sufficit intelligere debitum, seu rarũ in propria persona mortis, quamuis nunquam actualiter aliquis moreretur. Ex quo habetur (q cũ Apostolus duo simul dicat) scilicet q in omnes peruenit peccatũ & mors sicut secundu scilicet mors sufficienter saluatur, exponendo mortem vel in actu vel in debito in propria persona, ita & primum scilicet peccatum, saluatur exponendo peccatum in actu, vel in debito in propria persona. Dixit aũt toties in propria persona: quoniam si debitum aut initium peccati originalis nõ ponitur proprium illius, qui concipitur, sed commune, iam non saluaretur, q illa persona esset mortua, redempta, reconciliata, &c. Nec esset formalis differẽtia inter errorem Iuliani contra quem scribit Augus. ponentis per gratiam redemptionis Christi filios Christianorum preseruatos à peccato originali, quod habebant in debito communi. sed esset materialis differentia, quia ille gratiam preseruationis cõmunem Christianorum filius potuisset, hic autem poneretur propria vni. Saluatur quoq; manifeste in hac positione singularis prerogatiua Iesu Christi, q solus cõceptus est sanctus, & non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: non solum ea ratione, quia ipse exvi, seu natura suę conceptionis, quę natiuitas in utero uocatur, sanctus nascebatur (iuxta uerbũ Gabrielis ad beatã Virginẽ. Qd ex te nascetur, sanctũ) sed ẽt quia beata Virgo concepta est cum carne infecta, sed cum anima sancta ex gratia impediente redundantiã infectę carnis in maculam aiæ. Saluãtur & oẽs uniuersales propositiões in Scriptura & ecclesię determinationibus ut facile puto apparere exercitatis ingenii ex dictis. Nec obstat dictus si obiiciatur qđ reatus & fomes dicti consequuntur infectam carnẽ mediãte macula in aĩa: ac per hoc si macula non est subsecura, nec ista sunt secura, immo videtur quod sine maculę incursu, iniustè aĩa rea remaneat, quum pœnæ proprię culpæ originalis tñ sint pœnæ. Hoc inquam non obstat; quia mediatio maculę, licet sit ordinaria, non tamen est sic necessaria, vt impedita macula oportet impeditam esse consecutionem aliorum omnium: sufficit. n. q omnium horum communis radix, s. infecta caro, sit in instanti illo, quo anima infunditur infectæ carni. Nec est iniustum quòd habenti culpam in proprio debito & initio, actualis culpæ incursus impediatur & reatus pœnarum naturæ remaneant: quoniã extra propriam culpam originalem omnino non est qui in proprio debito & initio illam habet.

Et quoniam in hoc sensu prædicatur hodie beata Virgo preseruata a peccato originali ab his qui dicunt ipsam sine originali peccato conceptã, ita quod per peccatum originale intelligũt maculam peccati originalis, ut patet ex prædicta bulla, seu extrauagãti Xysti quarti edita in fauorem huius opinionis de preseruatione a macula originalis peccati. & ex studio Scoti in 3. sent. dis. 3. q. 1. ad hoc tendentis, ut a culpa, offensa inimicitiaque animã beatæ Virginis in conceptione præseruaret: a qua pueri nunc per Baptismũ, & olim per circũcisionẽ liberi sunt effecti. Et ex defensionibus Francisci de Maironis in 3. sent. dis. 3. q. 2. in quibus conatur saluare sanctitatẽ formaliter, cuius sola est anima susceptiua in beatæ uirginis conceptione præoccupantem peccatum originale: idcirco, quum de duabus opinionibus de conceptione beatę Virginis erit reliquus sermo, an mundata, an præseruata fuerit ab originali peccato, de ipsa macula originalis peccati intelligendus est, Quocirca coercendę sunt pdicatorum linguæ, scriptorumque manus in hac quæstione, & neutram debent dãnare partem ut erroneam, ut fidei, vt sacræ scripturæ, aut ecclesię determinationi contrariam: sed sobriè scribere & loqui debent, & nõ plus sapere, quam oportet, iuxta apostolicę sedis præceptum a Xysto quarto editum.

CAPVT HIII.

Sententia tenens beatam Virginem fuisse in originali peccato conceptam quam probabilis existat.

QVum igitur neutra pars sit necessario credẽda, oportet uidere, altera an utraque sit probabilis. Quod enim pars illa quæ tenet beatã Virginem esse a peccato originali mundatam, probabilis sit, ex eo patet quod tot sancti doctores, & tot illustres doctores in Theologia, & in iure canonico, qui scripserunt, hanc partem non in communi, sed in singulari nominatim de beatissima Virgine Maria loquentes docuerunt. Et ne fingere videar, nominatim sanctos in suis locis afferre censui, ita ut eorũ nõ solum noĩa & loca, in quibus hæc scripserũt, sed uerba afferantur. Occurũt ergo qndecim sãcti.

Sanctus Aug. super psal. 34. dicit, Adam est mortuus propter peccatum, Maria ex Adam mortua est propter peccatum, caro autem Domini ex Ma-

ria

ria mortua est propter delenda peccata. Et in libro secundo de Baptismo parvulorum dicit, Solus ille homo factus manens Deus peccatum nullum umquam habuit, nec sumpsit carnem peccati, quamuis de materna carne peccati. Et in lib. 10. super Genesim ad literam dicit, Corpus Chri quamuis ex carne fœminæ assumptum sit, quæ de illa carnis peccati propagatione concepta fuerat: tamen quia nō sic in ea conceptum fuit, quomodo fuerat illa cōcepta, ideo ipsum non fuit caro peccati sed similitudo carnis peccati. Sanctus Ambrosius super, Beati immaculati, dicit, Venit Domin⁹ Iesus, & in carne, quę peccato in matre fuerat obnoxia, militiam virtutis exercuit.

Sanctus Ioannes Chrisostomus super Matthæū dicit, Quamuis Christus non esset peccator, naturam tamen humanam de peccatrice susceptit.

Sanctus Eusebius emissenus episcopus in secundo sermōe Natiuitatis Domini, qui incipit, Nostis charissimi, ait: A peccati originalis, nexu nullus immunis existit, nec etiam ipsa genitrix Red.

Sanctus Remigius super Psalmum, Deus Deus me⁹ respice, dicit, Beata Virgo Maria fuit ab omni macula peccati mundata, ita vt ex ea conciperetur sine peccato homo Christus Iesus.

Sāctus Maxim⁹ in sermone de assumptione beatę Virginis dicit, Beata Virgo gloriosa fuit in vtero matris sanctificata ab omni contagione originalis culpæ antequam nasceretur, & per Spiritum sanctum mundata.

Sanctus Beda in homilia super, Missus est. (& hē tur in glossa ordinaria) dicit spiritussanctus supueniens in Virginem mētem eius ab omni vitiorum sorde castificauit, & ab omni æstu concupiscentię carnalis cor eius temperauit atq; mundauit.

Sāctus Anselmus in libro, Cur Deus hō, c. 16. dicit, Licet ipsa Christi conceptio munda sit, Virgo tamen ipsa vnde assumptus est, in iniquitatib. concepta est, & in peccatis concepit eam mater eius.

Sanctus Bernar. in Epistola ad Lugd. dicit, Beata Virgo post cōceptum in vtero iam existēs sanctificationem accepisse creditur, quę excluso peccato sanctam fecerit natiuitatem, non conceptionem.

Sāctus Erardus episcopus & martyr in sermone natiuitatis beatæ Virginis dicit, O felix puella, quę concepta in peccato purificatur ab omni peccato, & filium concipit sine peccato.

Sanctus Antonius de Padua ordinis minorū in sermone de natiuitate beatę Virginis dicit, Beata Virgo fuit in utero matris à peccato per gratiā sanctificata, & sine peccato nata.

Sanctus Thomas de Aquino in 3. par. q. 27. ar. 2. dicit, Beata Virgo Maria, quia fuit concepta ex commixtione parentum, originale peccatum contraxit.

Sanctus Bonauentura ordinis Minorum in 3. sen. di. 3. q. 1. art. 2. dicit. Dicendum est q̄ beata virgo fuit cōcepta in peccato originali, & quod eius sanctificatio subsecuta est peccati originalis cōtractionem. Hic modus dicendi est communior, & rōnabilior & securior. Communior, quia fere oēs id tenent. Rationabilior quia esse naturæ præcedit esse gratię, &c. Securior quia magis consonat fidei pietati, & sanctorum authoritati, &c.

Sanctus Bernardinus ordinis Minorū in sermonum suorum opere tertio incipiente, Ignis à facie eius exarsit, in tractatu de beata Virgine, sermone quarto, incipiente, Sicut sol oriens mundo, dicit, Tertia fuit sanctificatio maternalis, & ista remouet A culpam originalem, confert gratiam, & remouet pronitatem ad peccandum tam mortaliter, quam venialiter, & hęc fuit in Virgine matre.

Sāctus Vincentius confessor in sermone de cōceptione Virginis dicit Beata virgo Maria fuit in originali peccato concepta, sed eadem die & hora statim post animationem fuit per sanctificationē a peccato contracto mundata.

Præter dictos autem sanctos multitudo magna antiquorum conuenit dicens in indiuiduo beatā Virginem conceptam in peccato originali, quorū dicta aut in fonte, aut in libris domini Ioannis de Turre Cremata, & magistri Vincentii de Castro nouo, de conceptione Beatæ Virginis compilati, unde sumpta sunt inuenire quilibet potest.

B Hi sancti atque doctores probabilem valde reddunt fidem credentium, beatam Virginem in originali peccato conceptam.

Et Quia authoritates istę non de humano genere, aut Christianis in communi, sed de beata Virgine in indiuiduo expressa loquuntur, ideo glossa illa, qua Sanctorum authoritates intelligendæ, dicūtur de lege cōi, & non de priuilegio singulari, locum hic nullum habet, tum quia glossa huiusmodi de lege communi, aut priuilegio locum habere potest, quando est sermo in communi, seu uniuersali (propter qđ non attulit uniuersales propositiones Sāctorū solum Christum a peccato originali excipientium) sed quando est sermo de aliquo singulari indiuiduo nominato, locum nō habet glossa, quod intelligatur de lege communi: nisi hoc (scilicet sermonem esse, quantum est ex lege communi), specificetur, vel ex ignorātia, aut malcuolentia, aut dissimulatione hoc procedat, quę ola longe a sanctis, & eorū authoritatibus allatis esse constat. Tum quia ex eo quod sancti doctores B. Virginem in particulari explicant, subiacere legi cōi in conceptione cū peccato originali, & excipiūt ipsam B. Virginem a cōi lege, aliorū in durationē peccati originalis (qa dñt ipsam ex priuilegio sanctificatā in vtero) constat q̄ sancti & doctores antiqui B. Virginis priuilegia seruati nullum de præseruatione eius a D macula originalis peccati priuilegium admiserūt.

Excludunt quoq; dictæ authoritates glossam aliam, (. de facto, vel ex debitis, vel (& in idem redit) quantum est ex se, vel ex causa extrinseca. Quasi sancti intenderint quod beata Virgo incurrerit peccatum originale nō de facto, sed de debito: hoc est qa debuit cōtrahere originalem maculam, sed nō contraxit de facto, similiter quòd quātum est ex se, beata Virgo contraxisset peccatum originale, sed de facto non contraxit ex causa extrinseca, Deo, scilicet præseruante per suam gratiam. Hanc, inquam, glossam excludunt, Tum quia ly de debito, & ly quantum est ex se, est conditio fm quid aut diminuens: qm̄ habens aliquid quātum est ex se, uel de E debito non hēt illud simpliciter & absolutè, sed si solum ex debito hēt, secundum quid hēt: & si solū quantum est ex se hēt, non hēt illud, sed oppositū illius. Sancti autem & doctores dicunt quod beata Virgo habuit peccatum originale sine ulla conditione secundum quid, aut diminutione, ac per hoc simpliciter & absolute. Tum quia non deerant uocabula sanctis & doctoribus, quibus debitum originalis peccati in beata Virgine, & non peccatum ipsum explicarent. Tum quia petendum est ab iis, si verba ista, beata Virgo fuit concepta in peccato originali, & similia, non explicant quod ipsa de facto contraxit originale peccatum, quibus uerbis

uti

vti debebant sancti, & doctores ad hoc explicãdũ. F In his nanque explicatur persona B. Virginis nominatim, vt subiectum originalis peccati: explicatur tempus conceptionis, explicatur originale peccatum, explicatur factum per lv concepta est, contraxit, & similia, quid vltra debuit apponi? Et si ista hic non significant, consequens est, vt dicentes oppositum. s. Beatam Virginem non esse conceptam in peccato originali, non significant hoc, quod dicunt. Fatuæ ergo atque temerariæ sunt huiusmodi non extensiones, sed corruptiones authoritatum, locutionumque Latinarum.

Repellunt ẽt dictę authoritates glossam de conceptione ante infusionem animæ, vel in ipso instãti infusionis animæ, quasi Sancti, & doctores intẽdãt, ꝙ beata Virgo fuit concepta in peccato originali, quo ad conceptionem ante infusionem aĩæ, & non quo ad conceptionem in infusione animæ. Tum qm̃ sancti, & doctores ita loquuntur de conceptione beatæ Virginis in peccato originali, sicut de conceptione aliorum hominum per commixtionem seminum genitorum. cõstat aũt, ꝙ sermo semper est de conceptu in infusione animæ: ergo. Tum qm̃ ante infusionem animæ non habet locũ peccatum originale, qm̃ sine anima rationali non inuenitur culpa originalis. Tum qm̃ loquuntur de beata Virgine, cõstat autem quòd ante infusionem animę nõ erat beata Virgo: Restat ergo, vt sola illa stultitia pro glossa Sanctorum, & antiquorũ doctorum admissione digna sit. s. si Sancti, & prisci doctores nunc essent diceret oppositũ. Hanc ergo glosi. ita verã putauerim, quẽadmodũ verũ puto, quod si Christus nunc in terris conuersaretur, mutaret doctrinam fidei suæ, vt cõformaret se populis, &c. Stant igitur solidæ allatæ Sanctorum, & doctorum authoritates ad sustinendum beatam Virginem conceptam esse in peccato originali, & propterea rationabilem probabilemque esse partẽ illam constat.

CAPVT V.

Quantum ualeant argumenta tenentium Beatam Virginem ab originali fuisse præseruatum.

Alterius autem partis (.s. ꝙ beata Virgo preseruata est de specialissima gratia à macula peccati originalis) probabilitas affertur ex nouẽ: ex authoritate doctorum multorum, ex determinatione synodi, ex occultu ecclesiastico, ex indulgentia concessa, ex cõmunitate sequacium, ex scãdalo piarum aurium, ex pietate opinionis, ex reuelationibus nouis, ex miraculis. Quæ sigillatim examinanda sunt pro veritatis honore.

Doctores tenentes beatam Virginem esse p̃seruatam sunt numero infiniti, si ad modernos spectemus. Paulo ante tñ aliqui, licet pauci fuerint, vt Scotus, Franciscus de Maironis. Et beatæ Brigidæ reuelatum dicitur beatam Virginem præseruatam esse ab originali peccato.

Sed hæc probabilitas valde exigua est: tum, quia K est contra tot Sanctos, & nullus est inter istos Sanctus. Sanctæ aũt Brigidæ e regione ponitur Sancta Catharina de Senis, quæ dixit sibi reuelatum esse oppositum, vt refert Archiepiscopus Florentinus in 1. par. Summæ suæ, titu. 7. cap. 2. circa finem.

Et maiori fide digna vr̃ Sãcta Catharina, quia canonizata est sicut ceteri sancti: sancta vero Brigida canonizata est tempore schismatis, quo nullus habebatur certus, & indubitatus Papa, à Bonifacio in sua obedientia nono. Tum, quia in ijs, quæ sunt fidei, magis sentiendum est cũ antiquis, quàm cum modernis. Tum quia ipse Scotus, qui primus doctor, aut inter primos introducit hanc opinionẽ, timet hanc opinionem sequi. Nam in 3. sent. dis. 3. q. 1. post tractatas de conceptione Virginis cũ peccato, aut sine peccato originali opiniones dicit, Quod autem horum factum sit, Deus nouit, si authoritati ecclesiæ, vel authoritati Scripturæ non repugnet, videtur probabile quod excellentius est attribuere Mariæ.

Quod aũt noui sint omnes doctores, hanc opinionem tenentes patet, ex eo, ꝙ magister sent. de Sanctorum testimonio in re hac dicit in 3. dist. 3. Sanè dici potest, & credi oportet iuxta Sanctorũ G attestationis conuenientiam, ipsam (.s. carnẽ Christi) prius peccato fuisse obnoxiam sicut & reliqua virginis caro: sed sancti Spiritꝰ operatione ita mundatam, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo, Hæc ille. Et S. Bonauẽtura in 3. sẽn. dist. 1. q. 1. loquens de authoritate sanctorum dicit, Nullus aũt inuenitur dixisse de ijs, quos vidimus, & audiuimus auribus nostris beatam Virginẽ fuisse ab originali peccato immunem in sui cõceptione. Et Adam angelicus in 3. sent. dist. 3. dicit, Si credendum est dictis sanctorum, tenendũ est, beatam Virginem fuisse conceptam in peccato originali, & nullus sanctorum inuenitur dixisse cõtrarium. H Hæc ille. Et ipse Franciscus de Maironis, in 3. dis. 3. q. 2. ar. 4. dicit, quòd non obstante ꝙ B. Virgo fuerit præseruata à peccato originali, propter dicta tamen sanctorum possumus dicere ꝙ aliquo modo peccatum originale cõtraxit. In quib. verbis ipsemet ostendit, ꝙ dicta sanctorum cogunt ad confitendum peccatum originale in beata Virgine. ipse enim labor istorum ad glossandum dicta sanctorum testatur, ꝙ sancti contrariam suæ opinionis sonant. Quamuis vanus sit eorum labor, nisi ad authoritates sanctorũ, quæ in cõi de humani generis originali peccato loquuntur, referatur. Illæ nanq; I quæ de originali peccato in Beata Virgine indiuiduo contracto loquuntur, glossari nequeunt, vt patet ex dictis. Propterea non est mirum, si nullus Sãc. nullus illustris doctor antiquus pro hac parte afferatur, nisi fortè à falsarijs. Vnde authoritates quorundam sanctorum, (.s. Aug. quum de peccatis agitur de Maria propter honorem Dñi, nolo hĩe quæstionem. Et Anselmi, decuit, vt mater Domini ea puritate niteret, &c. Et s. Thom. in 1. sent. Immunis fuit ab omni peccato, &c. & si quæ sunt similes quæ pro hac opinione afferuntur) licet scholastica disputatione non sint indignæ, à iudicio tamen veritatis procul esse debent, quoniam non dictis facilè veras glossas & expositiones rationabiles habentib. extorqueri debet hęc singularis veritas, sed debent afferri authoritates sanctorũ, & antiquorũ non in genere, sed in specie peccati originalis maculam negantes à beata Virgine, non tpe conceptionis Iesu Christi, sed tpe conceptionis proprię, K vt nos fecimus pro opposita opinione, prætermittendo cõmunia. Constat nihilominus allatos ties sanctos expresse docuisse beatam virginem cum peccato originali conceptam, vt patet ex allegatis.

Determinasse quoque dicitur Basil. synodum in sessione 36. pro hac opinione in hęc verba, Nos diligenter inspectis authoritatibus & rationib. &c. doctrinam illam asserentem gloriosam virginem præueniente & operante diuini numinis gratia, singulari nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, tanquam piam, & consonam cultui ecclesiastico, fidei catholicæ, rectæ rõnis & sacrę Scri-

pturæ

pturæ ab omnibus catholicis approbandam foret tenendam & amplexandam diffinimus & declaramus, nullique de cætero licitum esse in cõtrarium p̃dicare seu docere. Hæc ibi Anno Domini, 1439. 15. Cal. Octobris.

Sed isthæc determinatio multo minus prodest quam prima: tum quoniam congregatio illa Basi. tunc temporis non erat synodus, nec Concilium, sed erat scihsmatica: vtpote scissa à capite Ecclesiæ Eugenio quarto: vt patet ex ordine sessionum: nã in 34. sessione, 7. Cal. Iulij deposuerunt de facto Eugenium. Et post in sessione 36. 15. Cal. Octobris sequentis determinarunt de conceptione. Vñ hinc non nisi synagogæ Satanę authoritas afferri põt; q̃ licet etiam ipsa verba allata contraria dictis Sãctorum, vt in suprà allegatis patet, manifestent, vniuersalis tamen ecclesia adorans tunc & post continuè vsque hodie dictum Eugenij: & Nicolaum quintum eligens ac suscipiens superstite antipapa Basil. conciliabuli Amadeo locupletior testis est. Quocirca allegare Basilienſem synodum pro tempore illo, quo fuit schismatica, perinde est ac si allegaretur Pisanum nupetrime contra Iulium secundum celebratum cõciliabulum: quod vidimus omnes, & manibus tetigimus fuisse scismaticum. Tũ quoniam dicto conciliabulo è regione opponitur verum ac venerandum Cõcilium ex Ferraria in Florentiam translatum Grecorum & Latinorum sub prædicto Eugenio quartò: vbi inter dogmata fidei traduntur hæc verba, Firmiter credit, profitetur, & docet sacrosancta Ro. Ecclesia, neminem vnquam ex viro fœminaque conceptum à diaboli dominatu fuisse liberatum, nisi per fidem Mediatoris Dei & hominum Iesu Christi Domini nostri: qui sine peccato conceptus, natus, & mortuus, humani generis peccata delendo, solus sua morte prostrauit, & regni cœlestis introitum, quod primus hõ peccato proprio cũ omni sua successione perdiderat, reseruauit. Hæc ibi. Quę pro tanto inducta sunt, vt appareat, quòd illo tempore, quo res in quæst. erat, vniuersalis ecclesia solum Christum excepitur ab originali peccato, quod non erat dicendum, si beata quoque Virgo excipienda esset.

Ecclesiasticus deinde cultus affertur, quod iam per omnes fere Ecclesias Latinas festum cõceptionis nõ sanctificationis celebratur, insinuando per hoc, quòd non sanctificata est à peccato originali: sed concepta est sine illo beatissima Virgo.

Sed hęc probabilitas dupliciter deficit. Primò, quia multæ ecclesiæ sunt per orbem diffusę celebrãtes in illo die sanctificationem non conceptionẽ. Et in hoc Ecclesia vnumquenque in suo sensu abũdare permittit. Secundò, quia constat quòd quibuscunque catholicis celebratur hoc festum, celebratur ratione sanctificationis beatę Virginis in vtero matris, siue illam sanctificatio fuerit præueniens, & quasi præoccupans peccati originalis actualem incursum, vt opinio ista dicit: siue fuerit mundans ab originali peccato iam contracto, vt altera dicit opinio. Quocirca omnes conueniunt in sanctificatione beatæ Virginis; & quòd fuit in vtero & q̃ est rõ celebritatis iuxta illud, Tu solus sanctus, Mariam sanctificans. Licet differant in effectu sanctificationis an s. preseruauerit, an mũdauerit à macula. Et propterea rationabiliter ab omnibus deberet celebrari dies conceptionis sub nomine sanctificationis, vt nomen consonaret rei.

Indulgentia verò concessa nihil confert huic opioni sicut nec festi celebritas: quia ad honorẽ beatæ Virginis ob gratiam propriæ sanctificationis in vtero fertur, relinquendo ambiguũ an præseruans à macula, an mundãs fuerit gratia illa vt dictũ est.

Quòd autem iam cõmunis facta sit hodie ista opinio (ita vt omnes ferè catholici Latinæ ecclesię arbitrentur obsequm se p̃stare Deo in huiusmodi sequela opiniõis) ex eo reddit opinionẽ ꝓbabilẽ, qa probabile est q̃ multis videtur. Sed ꝓbabilitas hęc vulgarem authoritatem non excedit, & eisdẽ contra ponitur, quod probabile in veritate est, qđ videtur sapientibus qui ut patet ex supradictis, cõtrariam secuti sunt opinionem. Vulgus autem ꝓbabile in apparentia non in ueritate constituit.

Quia scandalosa deinde dĩ opposita opinio, & piarum aurium offensiua à multis etiam vniuersitatibus Theologorum, probabilis redditur ista opinio. Sed quoniam vniuersitates contra tot Sãctorum & communem priscorum doctrinã in his, q̃ sunt fidei, præsumptuosæ sunt, & scandalum hoc non actiuum, sed passiuum insipientium esset, declarata eis veritate, ideo nihil ex hoc probabilitate sortitur opinio hæc nisi apud ignorantes.

Pietas denique huius opinionis magna esse dicitur, quoniam pium valde est credere, quod beatæ Virgini quicquid gratiæ conferri potuit sub Christo tamen collatum est, quoniam illi dixit Angeli, quod erat plena gratia, &c. hæc radix zelo quidem innititur, sed non secundum scientiam: propter q̃ à fide ad deuia multa abduceret, iuxta hanc siquidem vocatam pietatis regulam liceret eras credere quod beata Virgo fuit concepta de spiritu sancto, & tñ sub Christo, quia propterea non esset Deus & homo. Possemus quoque dicere, quod beata virgo erat in hac uita simul viatrix & comprehendẽs, & tamen sub Christo, quia non in tam alto beatitudinis gradu. Possemus etiã adhuc dicere, quod ipsa fuit Deus & homo, & tamen sub Christo, quia Christus masculus, & ipsa mulier. Christus vniuersalis redẽptor per suam mortem, ipsa non. Et multa forte alia erronea aliquis ex tali pietate deduceret. De solo namque vnigenito Dei credimus, q̃ non ad mensuram datus est spiritus: beatę autem Virgini, & reliquis sanctis, secundum mensurã donationis Christi plus & minus, prout uoluit, datũ credimus. Si tamen restringatur ad actualem munditiã a peccati macula dicta propositio, & dicatur quod pium est credere, quod beatæ Virgini quicquid gratiæ, sub Christo tamen conferri potuit ad actualem munditiam a peccati macula collatũ est, fateor, quod pia esset credulitas ista, nisi sãctorum authoritates obstarẽt. Quod Scotus timuit, sed minus docti non timent: propterea fortassis, quia ad pauca respicienter de facili enuntiant.

Nouæ autem reuelationes contra tot sanctos, & antiquos doctores, Angelum satanæ in Angelum lucis transformatum, aut phantasias, vel etiam figmenta ingerere uidentur. Hæc siquidem cum uocatis miraculis, quæ in hac causa afferuntur ꝓ mulierculis non pro sacra sunt synodo, vnde nec censeo digna de quibus uerba fiant.

Ex omnibus autem dictis facile est colligere, q̃ neutra pars propositæ quæstionis in sensu quo uertitur in dubium, est necessario credenda, & qđ altera (s. dicens, beatam Virginem esse mundatam ab originali peccato) est probabilis, altera uero scilicet dicens, beatam Virginem esse præseruatam a macula originalis peccati, est tolerabilis, & apud sic affectos uel assuetos, aut uere Theologiæ sanctorũ parum aut nihil habens probabilis.

Hæc

Hæc sunt, beatissime pater, quæ sanctitati tuę, cu ius correctioni atque iudicio hęc, & reliqua a me tam scripta, quam scribenda submitto, offerēda oc currunt. Vnde euidenter cernitur pars credens, bea tissimam Virginem ab originali peccato mundatā in sinu Sanctorum doctoru m priscorum quiescēs nihilque sibi timens a sacrosancta synodo (quam quidem a Spiritu sancto, quo inspirati locuti sunt sā cti Dei homines contrarie in fide sententiæ prodi re nequeunt) quin potius sperat, si decernendum aliquid est, seipsam tanquam probabiliorem, & sanctorum ac Doctorum dictis consonam appro bandam exemplo Viennen. synodi sub Clemente quinto, quæ de baptismi effectu decreuit partem probabiliorem, dictis sanctorum & doctorum con sonam. Pars verò reliqua credens, beatam Virginē a macula originalis peccati præseruatam, multitu dine sequacium & fauoris amplitudine conspicua apparet. Supereſt igitur P.S. ut inter quindecim sanctos) Augustinum, Ambrosium aliosque quorum expressa sunt nomina) nec non innumeros Docto res antiquos ex una: & pauidum in causa hac Scotum, Francisci de Maironis, Petrum Aureoli (con tra tamen patres sui ordinis) modernos, & promi scui uulgi clamores ex alia, medi⁹ tu arbiter a Christo datus, in hac sancta Lateran. synodi religionis Christianæ, uel ueritatem firmiter amplectandi tradere, vel a publicis locutionibus & scandalis cō sulere digneris: memor illius oraculi, non in multitudine, nec in communione Dominus. Vale felix semper Augustæ. Romæ anno salutis 1515.

Tractatus de conceptione beatæ mariæ virginis editi per Thomam de Vio Caietanum Cardinalem Sancti Xysti, finis.

TRACTATVS SECVNDVS THOMAE de Vio Caietani Card. S. Xysti De Errori bus contingentibus in Eucharist. Sacramento in duodecim capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo Ioannis 6. Dominus non modo de fide forma ta in ipsum habenda, sed de ipsius spirituali manduca tione in Eucharistię sacramento, locutus fuerit.*

2 *Quod Dominus, Ioannis sexto dicens, Caro non prodeſt quicquam, non exclusit ab eucharistiæ sacramento car nem suam, nec veram corporis sui spiritualem mandu cationem.*

3 *Quod falsum sit Theologos opinari in Eucharistię sacra mento corporaliter, & perceptibiliter sumi corpus Christi.*

4 *Quomodo non falso, sed vere existimant Theologi fidē venire hominis iudicio & electione, & extendi usque ad sensibilia.*

5 *Quod sibi inuicem minime aduersantur hæc in Euchari stiæ sacramento uerum Christi corpus esse, & spiritua liter tantum manducari.*

6 *Quomodo non docuerunt Theologi non esse cogitādum de mysterio Eucharistiæ.*

7 *Quomodo catholicè sint exponenda verba ipsa forma Eucharistiæ.*

8 *Quomodo non falsum, sed verum sit deleri peccata per hoc sacramentum Eucharistiæ.*

9 *Quomodo eucharistiæ sacramentum sit sacrificium, & in missa offerri sit institutum à Christo, uel Apostolis.*

10 *Quomodo non sit idolatria adorare sanctum eucharistiæ sacramentum.*

11 *Quod nullus unquam sanctorum doctorum uerbis suis fouerit Christi corpus esse in eucharistiæ sacramento ut in signo.*

12 *Quod non duæ, sed una tantum sit salutis uia his, qui fidē habent de eucharistię sacramento.*

PRIMVM caput est, quod Dominus Ioā. 6. non loquitur de Eucharistia, Tum quia loquitur de fide & fiducia hominum in Christo, Tum quia ibidem dicitur, Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Constat aūt multos sumere Eucharistiæ sacramentum, & non manere in Christo per fidem charitate formatam.

Circa hoc aduerte erudite lector, aliquid dici verum, & aliquid falsum. Verum quidem est, quod in cap. 6. Ioan. Dominus loquitur de fide formata charitate in ipsum habēda: vnde & prius loquitur de credenda diuinitate sua, & deinde de credenda morte sua pro uita mundi. Falsum autem dicitur, pro quanto excluditur a sermone illo fides sacramenti Eucharistiæ.

Ad cuius euidentiam memento, quòd tria inue niuntur in Eucharistia: scilicet sacramentum, qđ adoramus, & manducatio sacramentalis, quæ est communis bonis & malis, dicente Apostolo 1. ad Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè, Vbi clare patet indignos manducare & bibere sacramē tali manducatione & potu: hoc est, sumūt ho stiā sacram ut sacramentum, non ut panem, sumunt enim credendo illud esse sacramentum corporis Christi. Tertiò interuenit manducatio spiritualis, quę est propria bonis, quæ fit per fidem formatam charitate: quæ est refectio animæ secundum vitam spiritualem, secūdum vitam, de qua dicitur, Viuo ego, iam nō ego, viuit verò in me Christus. ad Gal. 2. His autem tribus inuentis circa sacramētum Eucharistiæ, ex eo ꝙ in hoc capite Dominus non loquitur de vno eorum (scilicet de sacramentali māducatione) non verè infertur, quod excludantur re liqua duo, stat enim quod de reliquis duobus loquatur, de sacramento ipso, & de manducatione spirituali sacramenti. ET quidem quod loquatur, de manducatione spirituali, uerba ipsa sonant dicē do, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Manducare enim spiritualiter Eucharistiæ sacramentū, est p fidem formatam charitate in Christo manere, & e conuerso Christum in ipso manere. Quòd de sa cramento quoque ipso loquatur, apparet, Tum ga in futuro loquitur, dicens, Panis, quem ego dabo. nondum siquidem instituerat sacramētū Eucharistiæ, quum hæc diceret in synagoga Capernā, con stat enim quòd sacramentum Eucharistię institutum est Hierosolymis in nocte, qua tradebatur, tū quia distinguit manducare & bibere, dicens, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitam in vobis. Si nāque de fide solius mortis suę pro uita mūdi loque retur, sat fuisset explicare mortem suam pro uita mundi per separationem carnis a sanguine, quę in cruce facta est: sed vbi non solum carnis & sanguinis separationem pro uita mundi, sed carnem prę cipit manducandam, & sanguinem bibendū, si uitam vellemus hīe in nobis ipsis insinuauit, ꝙ sacra mentū erat instituturus corporis & sanguinis sui per modum cibi & potus: ita quod nisi spiritualiter manducauerimus & biberimus carnem, & sangui nē in cruce immolanda & in sacramēto cōtinēda

non

non haberemus vitam in nobis. Significatur siquidem per hoc, quòd de necessitate salutis tenemur credere etiam Eucharistiæ sacramentum.

Accedit ad hæc quòd Ioã. Euangelista (cuius studium fuit scribere altissima Christi mysteria, minus ab alijs Euangelistis explicata) tractans cœnam Domini, nihil de sacramento Eucharistiæ scripsit: quia sacramentalem vsum alij Euangelistę expresserant, spiritualem autem cum illius effectu, ipse hic describserat dicens, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam ęternã, &c. Nisi enim tanti sacramenti rationem Ioannes habuisset, non tanta fuisset vsus diligentia ad distinguendum actus manducandi, & bibendi, ad declarandum vtrunq; coire in vnam in presenti (scilicet manere in Christo, & econuerso) ad declarandum effectum perpetuum vtriusq; vitam ęternam, ad declarandam vtriusque necessitatem, Nisi manducaueritis, &c. Hęc enim omnia collecta prę se ferunt, quòd de manducatione & potatione spirituali nõ solum mortis Christi, sed sacramenti mortis Christi sub specie cibi & potus, Euangelista scribebat.

Ex his omnibus collatis cum textu euangelico, videre facilè potes, erudite lector, quod licet verũ sit & quòd de fide formata Christi filij Dei ac mortis eius pro vita mundi, & quod non de manducatione sacramentali est sermo in cap. 6. Ioan. non tamen verum est excludi à capite illo fidem formatam seu manducationem spiritualem sacramenti Eucharistię. Hęc de primo.

CAP. II.

Quod Dominus, Ioannis 6. dicens, Caro non prodest quicquam, nullo modo exclusit ab Eucharistiæ sacramento corporis sui veram ac spiritualem manducationem.

SEcundum caput est, quòd Dominus Ioan quoque 6. dicens, Caro non prodest quicquam, exclusit à sacramento Euharistię ueram suam carnẽ: quia sensus proprius est, Caro comesta nõ prodest quicquam. Et hunc esse naturalem sensum, patet ex eo q̃ Iudęis quęrentibus, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Dominus dixit, Caro non prodest quicquam. EX hoc. n. q̃ quęstio & sermo de manducatione erat, consequens est vt de carne relata ad manducationem dictum sit, Caro non prodest quicquam: quod est dicere, Caro comesta non prodest quicquam. Hinc enim sequitur, quòd caro in hoc sacramento non comedatur, quòd nulla sit in hoc sacramento caro (vtpote quę nihil prodest) nulla debet in hoc sacramẽto de carne quęstio esse: quia caro non prodest quicquam.

Circa Hoc caput, quia pro fundamento firmissimo totius erroris assumitur, & milies repetitur, aduerte primò non esse naturalem sensum literę, Caro non prodest quicquam, glossare, Caro comesta non prodest quicquam: quoniam expresse contradicit euangelico contextui. Nam ibidem, eodemq; contextu Dominus dicit, carnem suam comestam dare vitam ęternam: ait enim, Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam ęternam. Non solum ergo contra sensum, sed contra verba Domini est glossa ista, Caro comesta non prodest quicquam. At si quispiam excusset glossam dicendo, quòd mens glossatoris est non de comestione spirituali, sed de comestione carnali glossare, habes tunc intẽtum: quia uerba Domini sic glossata non excludũt carnem Christi ab hoc sacramẽto, quoniam Ecclesia non docet carnem Christi carnaliter manducari in hoc sacramento. Si enim caro carnaliter comesta excluditur à sacramento, optime excluditur: sed non potest propteteà inferri, Ergo vera Christi caro excluditur à sacramento: quia caro Christi uera spiritualiter concludẽda est in hoc sacramento: & comesta spiritualiter in hoc sacramẽto, dat uitam ęternam. Et usque adeò spirituali comestioni hoc tribuimus, ut fateamur, q̃ quantuncumq; caro Christi sumatur in sacro nisi spiritualiter manducetur, non prodest quicquam.

Aduerte secundo, q̃ germanus sensus dupliciter potest explicari: & vtroque modo in unam & eandẽ ueritatis sententiam redit. Vbi nota, quod Christus non loquitur in istis uerbis plus de carne sua, quam de aliena, sed simpliciter & absolute de carne: non enim dicit, Caro mea nõ prodest quicquã. sed, Caro non prodest quicquam. Rursus Christus loquitur de carne, à regione distinguendo carnem à spiritu: ut contextus testatur euangelicus, dicens, Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquã proculdubio ad uiuificandum.

Alter itaq; modus intelligendi est, Caro sola nõ prodest quicquam: ita q̃ ly sola excludat spiritum. Ac si dictum sit, Caro sine spiritu nõ prodest quicquam ad uitam æternam, quia spiritus est qui uiuificat. ET hęc glossa fundatur, tum super uerbum, Caro, absolute prolatum: constat enim carnem simpliciter & absolute sine spiritu: nihil conferre ad uitã ęternam, Tum super distinctionem carnis contra spiritum à Domino inductam. Firmatur quoque hęc glossa: quia applicata ad propositum inuenitur quadrare. Tũ quia de carne Christi, quæ descripta est dans uitam ęternã manducata, modo aperitur, q̃ sine spiritu nihil prodest ad uitam æternam. Et uere sic est, quia caro Christi quantumcunque crucifixa pro nobis nihil prodest sine spiritu adoptionis filiorum Dei. Tum quia Iudæis quærentibus, Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum, directe respondetur, q̃ non de sola carne fuit sermo, quum dictum est, caro mea uere est cibus: & Nisi manducaueritis carnem filii hominis, &c. quia caro sola non prodest quicquã ad uitam æternam: sed de carne comitata spiritu: quia Spiritus est qui uiuificat: ut sic intelligere possent, quòd eius caro quidem esset manducanda, sed spiritu interueniente, sed Spiritu faciente manducationem: nam efficiente Spiritu manducationem carnis meæ erit quod dixi, Qui manducat meam carnem, habet uitam ęternam.

Alter modus est, q̃ caro non est nomen substantiale, sed carnalis officii hoc in loco, & significat cibum carnalem. Ita q̃ sensus est, Cibus carnalis nõ prodest quicquam. ET sic sensus ex eodem procedit fonte: quia scilicet de carne absolutè, non de carne sua specialiter dicit, Caro non prodest quicquam, & caro distinguitur contra spiritum: & vbi de manducatione est sermo, & dicitur, Spiritus est qui viuificat caro non prodest quicquam: sensus est, quod carnalis cibus non prodest quicquam, spiritualis autem cibus est qui uiuificat. ET hoc directe respõdet quęstioni Iudæorum qui non de substantia, sed de modo quęrebant, Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Præsupponebant carnem, & quærebant modum. respondet Dominus quod modus non est carnalis, sed spiritualis: quia caro, id est cibus carnalis, non prodest quicquam ad vitam ęternam, spiritualis autẽ cibus est, qui uiuificat animam.

Quòd enim in scriptura sacra caro sumatur quãdoque

doquē non pro ſubſtantia carnis, ſed pro officiis carnalibus, patet in Apoſtolo primæ ad Corint. 15. dicente, Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere nō poſſunt. Conſtat enim quod non excluditur a regno Dei ſubſtantia carnis & ſanguinis (Quoniam reſurgemus, ſicut Chriſtus, carnem & oſſa habentes) ſed carnalia officia. Quod autem in hoc loco caro non ſumatur pro ſubſtātia carnis, ex ipſomet euangelico cōtextu patet. Nam ibidem Dominus dixit de ſubſtantia carnis ſuę, Qui manducat meā carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam ęternā. Hinc enim clarè patet, quod ſubſtantia carnis eius ſpiritualiter manducata prodeſt multū, & uiuificat: utpote dans uitam æternam. Non ergo de ipſā ſubſtantia carnis dictum eſt, Caro non prodeſt quicquam. Quod autem de carnali officio ad literam ſit intelligendum, patet tum ex eo, quod Iudæis carnaliter quærentibus, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum, directè reſpondetur, quod caro, ideſt carnalis non prodeſt quicquam, ſed ſpiritualis facit uitam ęternā, ut per hoc intelligere non poſſent quod quū dictū eſt, Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & Caro mea verè eſt cibus, &c. non de carnali cibo, ſed de ſpirituali fuit ſermo. Tum quia ſicut Nicodemum alloquens Dominus de generatione ſpirituali, poſtquam dixerat. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſāćto nō pōt introire in regnū Dei, ſtatim ſubiunxit ad excludendam generationē carnalem. Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt: ita Iudæis quærentibus, Quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuā ad manducandum: dixit, ſpiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquam; ſignificans quod cib? carnalis non prodeſt niſi carni, cibus autem ſpiritualis eſt qui uiuificat. Et ſi unico uerbo utrunque modum exponendi placet complecti, dic, Caro carnaliter non prodeſt quicquam ad uitam animę, ſpiritus autem prædicta uiuificat.

Ex his omnibus habes erudite lector, quod licet uerum ſit, quod de carne relata ad manducationē Dominus loquatur, dicens, caro non prodeſt quicquam: falſum tamen eſt, quod loquatur de carne comeſta; ſed loquitur de carne, ut cibo carnali. Falſum quoque eſt, quòd hæc uerba excludantur ab Euchariſtia uera Chriſti caro. Et ſi pteruos ex euangelicis verbis vis conuincere, petito, an caro Chriſti manducata ſpiritualiter, profit ad uitam ęternā: ſi prodeſt, ergo uera Chriſti caro comeſta prodeſt; ergo ex hoc, quod Dominus dicit, Caro non profit quicquam, non excluditur quin caro Chriſti ſpiritualiter manducata profit. ſi non prodeſt, quia caro non prodeſt quicquam, ergo falſum eſt quod Dominus ibidem dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet uitam ęternam. Hęc de ſecundo.

CAP. III.

Quod falſum ſit Theologos opinari in Euchariſtiæ ſacramento corporaliter & perceptibiliter ſumi corpus Chriſti.

TErtium caput eſt, quod Theologi pretendunt corporaliter & perceptibiliter in Eucharistia ſumi corpus Chriſti; iuxta coactam confeſſionem Berengarii, de conſecratione, diſtinct. 3. ca. Ego Berengarius.

Circa hoc caput conſtat falſiſſimum eſſe, quod Theologi dicunt, corpus Chriſti corporaliter & perceptibiliter ſumi: quoniam & ſpiritualiter & nō percipiendo (ſiue ſenſu, ſiue intellectu) ſed credendo dicunt corpus Chriſti ſumi in Euchariſtia: ſacramentales autem ſpecies corporaliter & perceptibiliter ſumuntur.

Verba autem confeſſionis Berengarii ex ratione dicendi interpretanda ſunt. Quia enim Berēgarius errorem, quem iſte ſuſcitare conatur, ſecutus eſt: (ſcilicet quod in ſacramēto Caro Chriſti erat ſicut in ſigno tantum, & eccleſia catholica fatetur carnē Chriſti non ſignificari, ſed contineri in hoc ſacramento) ideo patres in concilio decreuerunt in deteſtationem talis erroris, quod confiteretur Berengarius, corpus Chriſti ſenſibiliter ſumi manibus ſacerdotum, tractari, & dentibus conteri: ut intelligerent Chriſtiani per hęc uerba, quod fideles ſumendo Euchariſtiam, ſumunt non ſolum ſacramentum (hoc eſt ſacrum ſignum carnis Chriſti, ſed ſumunt etiam ſpeciem continentem carnem Chriſti, quod hæretici iſti negant, & impugnant. Et non intelligebant patres nec uolebant intelligi, quod caro Chriſti in ſeipſa ſentitur, tangitur, conteritur dentibus, hoc enim nec ſomniant Chriſti fideles: Tota itaque differentia in hoc conſiſtit, quod qui prius confitebatur Chriſtum manducari in ſigno tantum, coactus eſt a fide catholica confiteri carnē Chriſti manducari non ſolum in ſigno, ſed in continente ſacramento Euchariſtię. Hæc de tertio.

CAPVT IIII.

Quomodo non falſum, ſed uere exiſtimam Theologi Fidem uenire ex hominis iudicio & electione, & uſque ad ſenſibilia extendi.

QVartum caput eſt, quaſi Theologi errent in duobus. Primo qđ putant fidem ex hominis uenire iudicio atque electione. Secundo, quod fidem ad res ſenſibiles extendunt, quum nullus credat quod ſentit, aut uidet.

Circa hoc caput ſcis erudite lector, falſum eſſe, quod Theologi dicant primum, quoniā cum Paulo Apoſtolo ad Eph. 2. fatentur fidem donum Dei eſſe, quod quia non conferē inuito, ſed uolēti, ſeu diſpoſito ad illud uoluntaria electione chriſtianitatis, ideo diſpoſitiue uerificatur fidem pēdere ex hominis electione.

Secundum autem dictum noſti poſſe bene, & male intelligi. Nam ſi intelligeretur fidem extendi ad res ſenſatas tanquam ad res creditas, falſum eſſet: cōſtat enim, quod quæ creduntur, non ſentiuntur. Sed in hoc ſenſu non dicunt Theologi fidem extendi ad ſenſibilia, nam fatentur cum Paulo ad Heb. c. 11. quod fides eſt eorum quæ non apparent. Si autem intelligitur, quod fides extenditur ad res ſenſibiles tāquam ad extrema rerum creditarum, optime dicitur, & peſſime reprehenditur, nā multę res creditæ conſiſtunt in coniunctione rerum ſenſibilium cum rebus inſenſibilibus, ac per hoc quum oporteat credere coniunctionem rei ſenſibilis cum re inſenſibili, neceſſe eſt tunc fidē extēdi ad rem ſenſibilē tanquā ad alterū extremū coniunctionis creditę. Et patet quod dicimus in myſterio incarnationis. Fide credimus, quod Verbum caro factum eſt, & conſiſtit myſterium hoc in coniunctione Verbi ad carnem ſenſibilem, nec poteſt credi iſta coniunctio, niſi credulitas extendatur ad carnem. Ita quod ſi uiderimus Chriſtum hic præſentem, non crederemus carnem, quam uideremus, ſed crederemus cōiūctionem diuinitatis cum carne, ac per hoc extēderetur fides noſtra ad carnem uiſam, non quatenus uidetur, ſed quatenus eſt extremum inuiſibilis cōiunctionis cum Deitate. Vſi habes clare, quod qui negat fidem ſic extendi ad

ſenſi-

sensibilia, negat fidem Christianã esse de mysterio Verbi incarnati. Sic autem est in proposito: qm̃ nõ credimus, sed videmus species sacramenti eucharistiæ, credimus autem præsentiam corporis Christi sub illis speciebus, ita quòd coniunctio ineffabilis illarum specierum ad corpus Christi, sub fide cadit: & non species ipsa, quæ palpatur, & uidetur. Hæc de quarto.

CAPVT V.

Quod sibi inuicem minime aduersantur hæc in Eucharistiæ sacramento, verum Christi corpus esse & spiritualiter tantum manducari.

QVintum caput est, ꝙ simul stare non possunt hęc duo, in sacramento Eucharistiæ esse verũ Christi corpus, & spiritualiter manducari, quia spiritus & corpus adeo a se distant, vt neutrum possit alterum esse: & dicere corporalem carnem spiritualiter manducari, nihil aliud est quam dicere spiritũ esse corpus, & econuerso.

Circa hoc caput, quia ridiculũ est argumentum, manifeste videre potes, prudens lector, quòd digreditur a re ad modum rei. Nullus ita insanit, ut dicat spiritum esse corpus: sed dicimus corpus Christi habere modum essendi spiritualem in hoc sacramento: quia est quidem in sacramento uerũ corpus, sed nõ per modũ corporis in sacramẽto existit, ꝑ modũ quidem corporis existit in cęlo, in sacramento autẽ non existit per modum corporis: non existit occupando locum: sed spirituali modo incomprehenso ab intellectu humano, sicut etiam incomprehensus est modus vnius verbi Dei ad humanitatem assumptam: sicut etiam incomprehensus est modus, quo vnus Deus est trinus in personis. Credimus. n. hæc omnia, quamuis non cognoscamus illa. Et similiter manducatur verum Christi corpus in sacramento, sed non corporaliter, sed spiritualiter. Et hoc est dictum, quòd manducatio corporalis nõ masticat Christi corpus, quamuis conterat sacramẽtales species corporis Christi, sub quibus continetur vera caro Christi, sed spiritualis manducatio, quæ per animam fit, ad Christi carnem, in sacramento existentem pertingit. Hæc de quinto.

CAPVT VI.

Quomodo docuerunt Theologi non esse cogitandum de mysterio Eucharistiæ.

SExtum caput est quòd Theologi docuerunt, vt non cogitent Christiani in mysteriis Eucharistiæ, ut eo pacto veritas non prodiret in lucem.

Circa hoc caput, ridiculum fere est respondere: Quia constat Thologos iuxta qualitatem personarum consilia dare: & idiotas ac simplices hortari ut sufficiat eis credere tam ea quę sunt Trinitatis, quam ea quæ sunt huius sacramenti & prædestinationis & similia: iuxta illud, Altiora te ne quæsieris: uiros autem idoneos ad capiendum mysteria fidei hortari ad meditandum & sciendum ex sacris literis mysteria fidei & sacramẽti Eucharistię. Hæc de sexto.

CAPVT VII.

Quomodo catholice sint exponenda verba ipsa formæ eucharistiæ.

SEptimum caput est, ꝙ in verbis consecrationis, Hoc est corpus meum, verbum, est, non est intelligendum secundũ propriã significationem: sed vsurpatur extra propriam significationem, ita ut sumatur est, pro, Significat: & est sensus, Hoc significat corpus meum, Vnde corpus Christi non est in hoc sacramento nisi sicut in signo. Vbi quatuor dicuntur. Primum, quod in sacra scriptura pluries vsurpatur, Est, pro, significat, vt patet Gen. 42. & Matth. 13. & Luc. 8. Secundo redditur ratio, quare cogimur intelligere in verbis consecrationis, Est, pro, Significat, quia oportet alterum duorũ dicere, aut quòd Christus falsum dixit, dicendo, Caro nõ prodest quicquã, ꝙ est impium, aut quòd est, sumitur pro Significat. Et patet sequela: quia si est sumitur propriè, esset in hoc sacramento vera Christi caro vtilis ad vitam æternam, & sic falsum dixisset Christus, caro nõ prodest quicquã. Tertio assignatur alia ratio ad idẽ ex fide: quia quicquid corpus est, vel quod percipi aut rangi potest, nullo pacto ad fidem pertinet. Quartò assignatur ratio ad idem, quia omnia quadrant, intelligendo Est, pro, Significat. Quadrat enim quod Dominus dixit, Hoc facite in meam commemorationem. Quadrat. n. qđ Paulus dixit: Quotiescunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Quadrat & quòd in primitiua Ecclesia describitur fieri, primæ ad Corinth. 11. de conuentu Christianorum in Ecclesia ad cœnam Domini, &c.

Circa hoc caput, singula sigillatim notãda sunt. Quod igit in primis dicitur, in scriptura sacra vsurpari quandoque Est, pro, Significat, verum dicitur: sed in hoc erratur, quòd non discernitur diuersus loquendi modus. Scriptura siquidem quandoq; loquitur metaphorice, & qñque proprie. Et quum sermones sunt metaphorici, tunc Est æquiualet ad Significat: puta: Petra autem erat Christus, Ego sum vitis vera, Ego sum ostiũ, & similia, In his. n. vis sermonis similitudinarij cogit ad intelligendum esse, Est, erat, sum, fui, nõ ſm proprietatem; sed secundũ similitudinem. Et in hoc genere constat contineri omnes textus scripturæ, quos iste allegat: vt patet intuenti. Quum autem non secundum similitudinem, sed secundum proprietatẽ scriptura loquitur, nunquam Est, esse, erat, fuit, trahitur extra propriam significationem, sed ſm proprietatem suæ significationis intelligitur. In proposito autem constat, Christũ non loqui de corpore suo, similitudinarie, sed de vero & proprio corpore suo, dicendo, Hoc est corpus meum, vt etiam ipsi aduersarij confitentur. Erratur ergo vsurpando hic est, pro Significat, ex eo quod in loquutionibus metaphoricis & parabolicis Est vsurpatur, pro significat.

Quum aũt secundo affertur ratio, quia caro nõ prodest quicquã, ampliore instructione non eget. Monstratũ siquidẽ est in secũdo c. ꝙ per illa verba Caro nõ prodest quicquam, Dñs nihil aliud signãt, nisi ꝙ caro sola, seu carnalis cibus, nõ prodest quicquam ad vitã æternam. Cum qua veritate optime quadrat hæc etiã veritas, quod hoc, i. substantia sub his accidentibus est corpus meum: quoniã corpus Christi in hoc sacramento contẽtum, nec est cibus carnalis, nec prodest sine spiritu.

Quũ verò tertio loco affertur ratio ex parte fidei, dicẽdo, ꝙ quicquid est, corpus nullo pacto spectat ad fidem: mirum est tam manifestam falsitatẽ ingeri. Plenum est symbolum fidei, quòd credim⁹ Christum crucifixum, mortuum & sepultũ, quòd ascendit in cœlum, credimus carnis resurrectionem: hęc omnia corpora sunt, Quomodo ergo dicitur, ꝙ ad fidem nullo pacto spectat quicquid corpus est?

Quum demum quarto afferẽ, quod oĩa quadrãt scripta de hoc sacr̃o, &c. aduerte venenum. Verum siquidẽ est, quod sacr̃m hoc est memoria recordatioque mortis Christi: imo quod plus est, quod est signum corporis Christi. Scis enim plebis buccis

Theo-

Theologos in 4. sent. sonare, q̃ species sacramentalis est signum geminę rei, s. corporis Christi naturalis, ut rei cõtętę & significatę, & corporis Christi Mystici, vt rei non contentę, sed significatę. Hęc. n. omnia vera esse affirmamus, sed iste homo ab affirmatione signi, memorię & huiusmodi, infert negationem carnis Christi contentę. Quasi non stẽt simul, quòd in sacramento hoc sint ambo, signum scilicet & signatum: quæ tamen constat verissime stare simul: sed iste homo ex ueritate non integra excludit aliam veritatem. Et per hoc patet, q̃ conuentus Corinthiorum ad cœnam Domini & annuntiatio mortis Christi, & id genus reliqua, vera sunt, affirmant quòd verum est. sed non negant alteram veritatem de existentia corporis Christi in eodem sacramento.

Vbi etiam libẽt intueri, q̃ conuentus Corinthiorum ad cœnam Domini, ab Apostolo Paulo monstrat, q̃ non erat conuentus ad gratiarum actionẽ tm̃, ad panem significatiuum tãtum, sed ad verum corpus Christi sacramentaliter sumẽdũ, alioqn nõ dixisset, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Et quare subdit, Non diiudicans corpus Domini, si ad signum tantum corporis Domini conueniret sumendum, nõ esset reus corporis & sanguinis Domini indignè sumens: q̃a constat non esse reum corporis & sanguinis Domini qui indigne panem in ecclesia sumit, qui panem benedictum (ut in multis ecclesiis fit) comedit, q̃ diuinis interest officiis, vt Christianus. Et tamen ad hæc omnia cõuenientes in ecclesia, profitemur nos esse Christianos: ptinere ad corpus christi mysticũ: vtpote christianos sicut apud illos hęreticos cõuenientes ad cœnam Domini, profitẽtur se esse de corpore Christi mystico. Vnde ex ipsa Apostoli doctrina circa illum conuentum, docemur conuentum ad cœnam Domini plus importare, quam ad panem significatiuum: dum instruimur, quod reus erit corporis & sanguinis Domini, qui indigne sumit. Quęratur ab istis, quibus verbis debuisset vti Apostolus ad significandum uerũ Christi corpus, si hæc non sufficiunt: quibus verbis Christus vti debuit, si illa non sufficiunt, Hoc est corpus meum? Confunde demum istos quęrendo ab eis, Si hęc Christi & Pauli verba non sat sunt ad docendum, verum Christi corpus esse in sacramento Eucharistiæ, dicite, quæso vos, quib. verbis vtendum erat, ut exprimeretur verum Christi corpus esse in hoc sacramento? Si hęc Christi verba (Hoc est corpus meum) proprie imo propriissime significãtia substantiam demonstrata sub accidẽtib. panis esse corpus Christi, non sufficiunt, si locutio secũdum proprietatem sermonis non sufficit, nullus sermo sufficiet, Si metaphoricus fuisset sermo, varius esset sensus, si circumlocutione vsus fuisset, minor inueniretur veritatis explicatio: omnis enim sermo alius a proprio, minor est proprio. Dicite, quęso, quibus verbis Paulus manducationem sacramentalem ueri Christi corporis debebat explicare sic dicendo, Qui manducat, & bibit indigne, iudicium sibi mãducat, & bibit & sanguis non diiudicans corpus Domini, explicando, Reus erit corporis & sanguinis Domini, non explicauit? Hæc enim tam clare significant, vt clarius explicari nequeat. Reus, inqt, erit corporis & sanguinis; non signi corporis, aut sanguinis. Erũbescant ergo.

Circa claram intelligentiam uerborũ consecrationis, Hoc est corpus meũ, rẽcolito primo, quòd verba hæc sortiuntur veritatem suam in fine prolationis, & non ante. Et hoc non est proprium huic locutioni, sed est cõe ei, & omnibus locutionibus enunciatiuis. Et ratio est, quia veritas locutionis enunciatiuæ comitatur significationem eius: cõstat enim quòd non prius locutio enuntiatiua est vera, quam significet: ac per hoc antequam habeat completam significationem, nec est vera, nec falsa. Constat quoque, quòd vsque ad finem prolationis non completur significatio orationis, & consequenter nõ est vera nec falsa ante finem prolationis. Et hinc est, quòd si sacerdos non finiret verba hæc, non conficeretur sacramentum. Recolito secundo quod verba hęc non solum significant verum: sed etiam efficiunt veritatem, quam significant. Significãt enim hoc esse corpus Christi (quod est verissimũ prolatis his verbis in persona Christi: in cuius persona constat sacerdotẽ affirmare, hoc est corpus meũ) efficiuntque hoc esse corpus Christi. Et significationem quidem verba ipsa sonant (efficiẽtiam autem exercere fides Christiana cõfitetur: credimus enim verba hæc esse conuersiua panis in corpus Christi. Et ad hoc sola fides sufficit.) Collige consequenter verificari in fine prolationis horum verborum duo simul, scilicet esse & fieri, id est hoc fieri, & esse corpus Christi. Nam significationi verè respondet esse, id est hoc esse corpus Christi, uel autem efficacię respõdet fieri, id est hoc fieri corpus Christi. ita quòd simul & semel in eodem instanti uerificatur hoc fieri, & esse corpus Christi. Quod si quis philosophiæ naturalis expers mirabile reputet aliquid simul in eodem instanti fieri, & esse, habes in prontu canonẽ philosophicum de efficientijs instantaneis, quibus idem simul in eodem instanti fit & est tale, ut patet de acre, qui instantanea illuminatione simul in uno instanti & fit, & est diaphanus actu.

His præmissis patet primo, q̃ in istis uerbis, Hoc est corpus meum, pronomen Hoc, neq; demõstrat panem, neq; demõstrat corpus Christi: quia demõstrationi panis repugnat ueritas essendi: nam sensus est, hoc, id est, iste panis, est corpus meum, q̃ constat esse falsissimum. nam nec in fine sermonis, nec postea, nec antea iste panis est corpus Christi: quoniã nunquam panis est corpus Christi. Quanuis enim sacramento confecto, & ipso durante, uerum sit, q̃ id quòd fuit panis est corpus Christi, nunquam tn̄ uerum est q̃ panis est corpus Christi. Demõstrationi autẽ corporis Christi repugnat uerum fieri, seu ueritas efficientiæ: quoniam corpus Christi non fit corpus Christi. Si. n. pronomen hoc demonstraret corpus Christi esset sensus, Hoc, id est corpus meũ, est corpus meum, quod constat non fieri per hæc uerba, sed esse uerissimam ante ista uerba prolata. Verè ergo significationi uerborũ repugnat, quòd pronomen, Hoc, demonstret panẽ: quia panis nunquam est corpus Christi. Et vere efficientiæ eorundem uerborum repugnat, q̃ pronomẽ, hoc, demõstret corpus Christi: quia corpus Christi nõ fit corpus Christi, non conuertit̃ in corpus Christi. Oportet igitur per pronomen, hoc, demõstrari id quod congruit vtrique, scilicet & esse & fieri: ut illud demõstratũ simul & semel & fiat & fit corpus Christi. Quod (ut prisci Patres docuerunt) est indiuiduum substãtiæ absque determinatione naturæ tam panis quã corporis Christi. Nec hoc uoluntarie asserunt: sed quia pronomen, hoc est demonstratiuũ substantiæ, proculdubio singularis, ideo affirmant demonstrari substãtiam indiuiduam. Et quia non plus exigit uis pronominis (quum etiã apud grammaticos significet substantiam sine qualitate, id est, sine determina-

terminatione naturæ) & huiusmodi demonstratio quadrat tam respectu fieri, quam respectu esse: ideo concludunt q̃ pronomẽ hoc, in his verbis de monstrat substantiam, quę sub illis est accidentib. non explicando naturam panis aut corpus Christi. Quadrare autem hanc demonstrationem tam ad fieri, quam ad esse, clarissime patet. nam per hæc verba in fine prolationis substantia contenta sub his accidentibus fit corpus Christi: & rursus verissimũ est in fine prolationis, q̃ substantia cõtenta sub his accidentibus est corpus Christi. Vbi manifeste videre potes iuxta hũc sensum verificari & ueram significationem uerborum, & eorundem veram efficiẽtiam: quia per hæc verba in persona Christi prolata (scilicet hoc. i. hęc substantia, est corpus meum) hæc substantia fit, & est corpus Christi.

Ampliato & magnificato hæc, eo quòd nulla in hoc sensu interuenit extorsiò, nulla improprietas, nulla mendicitas, sed sistitur infra proprietatem verborum & fidei Christianæ confessionem. Hæc de septimo.

CAPVT VIII.

Quomodo falsum non sit, sed uerum, deleri & remitti peccata per hoc sacramentum Eucharistiæ.

OCtauũ caput est, quod falsa est fides sacramentum hoc delere peccata; quia sola mors Christi nostra delet peccata.

Circa hoc caput errorem facile deprehendes si uim ratiõis inspicias. Ex hoc enim, quòd sola mors Christi nostra delet peccata, non sequitur, Ergo applicatio mortis Christi ad nos non delet peccata. Sicut namque ex hoc, q̃ solus artifex facit sphęram, non excluduntur instrumenta artificis, quib. sphęram operatur, ita ex hoc quòd sola mors Christi delet nostra peccata non excluduntur sacramenta ecclesiæ quæ sunt instrumenta, quibus mors Christi applicatur ad nos, alioquin delere oportet ex symbolo, Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Si enim ex hoc, quòd sola mors Christi delet nostra peccata, excluderentur sacramenta: Baptismus quoque excluditur a deletione peccatorum. Et sicut secundum ueritatem non excluditur Baptismus, ita nec alia sacramenta excluduntur a deletione peccatorum. Nihil ergo valet iuducta ratio. Hæc de octauo.

CAP. IX.

Quomodo Eucharistiæ sacramentum sit sacrificium, et in Missa offerri sit institutum a Christo, vel ab Apostolis.

NOnum caput est, Falsa est fides tenens, quod eucharistia sit sacrificium. Tum quia sacrificiũ Christi semel in cruce oblatum sufficit in æternũ, ut patet ex doctrina Pauli Apostoli ad Heb. 10. Vna enim sanctificatione consummauit in ęternum sanctificatos. Et ca 9. Per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta æterna redemptione inuenta. Tum quia falsum est Christum offerri in eucharistia, nam Christus non offertur in sacrificium nisi moriatur, nisi sanguine intercedẽte. ut patet ex doctrina Pauli Apostoli etiam ad Hebręos nono dicẽtis, neq; ut sæpe offerat semetipsum, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, &c. Constat autem Christum in hoc sacramento non mori, nec posse mori. Tum quia nec a Christo, nec ab Apostolis instituta est Missa.

Circa hoc caput, aduerte errari in hoc, q̃ existimat sacrificium altaris esse diuersum sacrificiũ à sacrificio q̃ obtulit Chr̃s ī cruce: quum tñ in veritate sit illudmet, sicut est illudmet corpus Christi, & ille A met sanguis Christi, in altari, & in cruce, & in cœlo modo. Differentia autem est in modo offerendi, ga tunc oblatum est corporaliter, modo offertur spiritualiter, tunc est oblatum in re mortis, nunc offertur jn mysterio mortis. Et hoc intellige referendo oblationem tam ad rem contentam quam significatam in sacrificio hoc, Quod dico; quia si ad species sacramẽtales refertur, oblatio corporalis & sensibilis manifeste est. Nec ꝓpterea spiritualis hęc oblatio fit, quod insufficiens fuerit sacrificium Christi, sed vt in sacris misteriis Christus eiusque sacrificium iugiter recolatur, iuxta Christi mandatũ. Hoc facite in mei commemorationem. Vnde patet rõnes allatas ex doctrina Pauli ad Hebr. ad æquiuocũ B afferri, quoniam Paulus Apostolus loquitur de corporali oblatione Christi, quam fatemur esse unam & sufficientissimam in eternum, quum aũt de Eucharistiæ sacrificio est sermo ad spiritualẽ oblationem Christi transitur. Et bene nota, q̃ non dicimus spirituale corpus Christi offerri in sacrificio altaris, sed dicimus spirituali oblatione offerri naturale Christi corpus in sacrificio altaris.

Et hęc erudite lector intellige spectando ad rem contentam in hoc sacrificio, corpus, scilicet & sanguinem Christi: nam si ad mortem Christi sacrificium altaris referatur, signum tantum, & non res inuenitur: nam neque mors Christi neque status C mortis Christi est secundum se: sed Christus viuit, & regnat in cœlo, & consequenter in sacrificio hoc non continetur, sed significatur mors Christi. Intelige sane iterum duo. Christus in hoc sacrificio significatur, & continetur: mors verò eius significatur quidem, sed non continetur. Vnde non oportet, & quoties hoc sacrificium offertur, verificare, quod Christus moritur, sicut oportet verificare q̃ Christus in eo continetur, in eo offertur, in eo tanquam res existens contenta & oblata.

Significatur autem Christi mors hoc sacrificio non solum quia verba consecrationis illam explicãt, (dicendo, Qui pro vobis, & pro multis effundetur,) sed etiam quia sanguis seorsum a corpore cõ D secratur: ipsa enim separatio sacramentalis significat separationem realem sanguinis a corpore Christi in morte ipsius.

Quum autem obiicit, sacrificium altaris non eẽ institutum a Christo neq; ab Apostolis, aduerte, q̃ ex verbis Pauli Apostoli in epis. ad Cor. 1. colligitur Christum instituisse hoc sacrificium, & tempore Apostolorum fuisse in vsu non solum vt sacramentum, sed ut sacrificium. Inquit siquidẽ Apostolus: Ego enim accepi a Domino qd̃ & tradidi vobis, qm̃ Dominus Iesus in qua nocte tradebat, &c. Ex hoc enim q̃ Paulus dicit se tradidisse Corinthiis, anteq̃ scriberet eis primam epistolam, quòd accepit a Domino de eucharistia, duo dicimus. Alterum est, q̃ E multa Apostoli tradiderunt ecclesiis seruanda, quæ tradita fuisse ab Apostolis nõ est scriptum in sacræ scripturæ libris. Ecce uides hic quod nisi subsecuta fuisset hæc epistola, nesciremus Paulum tradidisse Corinthiis id, quod accepit a Domino de eucharistia, & tamen in rei ueritate ipse tradiderat. Corinthiis ante epistolam doctrinam eucharistiæ, quam acceperat a Domino, ut ipse testatur.

Alterum est, quod id quod acceperat a Domino tradiderat Corinthiis de eucharistia, est illud, cuius in precedenti capitulo meminerat tanquam ritus iam in ecclesia Corinthiorum vsitati dicendo, Fugite ab idolorum cultura: calix benedictionis cui benedicimus: nonne cõmunicatio sanguinis Chr̃i

est?& panis,quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam vnus panis,& vnū corpus multi sumus:omnes qui de vno pane & vno calice participamus. Videte Israel secūdum carnem,nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Quid ergo quod idolis immolatum sit aliqd aut quod idolum sit aliquid? sed quod quæ immolant Gentes,dæmonijs immolant,& non Deo, no lo autem vos socios fieri dæmoniorum,non potestis calicem Dñi bibere,& calicem dęmoniorum, non potestis mensę Dñi participes esse, & mensę dæmoniorum. In quibus verbis,in quo textu & cō textu clarissimè patet,quod Apostolus supponit ritum ecclesiæ,qui tunc& nō seruabatur,s.quòd sumentes Eucharistiam sumunt de sacrificio altaris, & ex hoc ipso quòd sumunt de sacrificio,de īmolatis Deo,monet Corinthios vt fugiant culturam idolorum,afferens ex veteris ritu legis, q̄ edentes hostias,erant altaris participes,& similiter Gētiles dęmoniis immolantes,mensæ dęmoniorum sunt participes,&c. Habes ergo ex hoc singulari textu, q̄ calix & panis Domini tempore Apostolorum in sacrificij vsu erant, nisi quis adeò desipiat, vt imptinenter hæc omnia ab Apostolo tam accurate allata putet. Et hic textus iunctus ei, quod dixit apostolus,Ego enim accepi à Domino,quod & tradidi vobis,sufficit ad testimonium prohibendum q̄ Christus instituit nō solum hoc sacramentum,sed etiā hoc sacrificium,& quòd Apostoli docti à Christo tradiderunt Ecclesiæ hoc sacrificium.

Si extra sacram scripturam alijs scriptoribus credendum est,inuenimus Iac.fratrem domini Missæ celebrationem addidisse,vt sexta synodus refert de conse.d.1.ca.Iacobus. Inuenitur tempore Thelesphori papæ(qui VIII.computatur à Petro) Missas celebrandas esse nocte natiuitatis Dñi, vt patet de conse.di.1.c.nocte. Nota hic,non institutionē sed testimonium sexte synodi de additione facta à Iacobo fratre Domini circa Missam:quia nō Romanus Pont.non Latina Ecclesia,seu Greca,sed oriē talis tempore Agathonis Papæ,& Constantini Iunioris Imp. Constantinopoli congregata centum quinquaginta Patrum,testatur Missam à Iac.Apo. ordinatam,si vnius historici scriptoris testimonio creditur,certè indubia dētur fides centum quīquaginta Patrum testimonio. Taceo quòd etiam ut dictum est tempore Telesphori papæ qui octauus à beato Petro papa recensetur,quādo ecclesia Romana nullo temporali gloriabatur imperio, sed triūpho martyrum inuenitur sacrificium missę in nocte natalis Domini offerendum: vt patet de cons. d.1 c.nocte. Et si gestis martyrum authenticis apud Ecclesiam fides ab istis datur, habes ante Constantini tempora (quum Ecclesia Romana non gloria temporali, sed martyrio floreret) sacrificiū Eucharistię viguisse, vt patet ex verbis Laurentij ad Xystū. Quo sacerdos sancte sine diacono properas? tu nū quam sine ministro sacrificium offerre consueueras. Ecce quod Xystus sacrificium offerre consueuerat, proculdubio Eucharistiæ. Vnde de se diacono subdit Experire vtrum idoneum ministrum elegeris: cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem.

Aduerte hic demum quòd etiam si nihil esset scriptum, ipsa successiua traditio non vnius partis mūdi, sed vniuersalis ecclesię toto orbe diffusæ sufficiens testimonium præberet, sacrificium hoc institutum esse à Christo,& traditum ab Apostolis, ut patet ex eo quod authoritas ecclesię sufficit ad maiora. Ex authoritate siquidem ecclesię habemus omnes libros sacrę Scripturæ: nam Euangeliū Ioānis nescirem magis, quā Bartholomei nisi me authoritas Ecclesiæ admoneret: & sic de alijs. Si sacrificium hoc Latina tātum ecclesia haberet, aut de nouo in ecclesia Dei esset introductum, esset fortelocus suscipioni, quòd adinuentio fuit Romana: sed vbi Greci, Latini, Barbari, &cæt. hoc semper habuerunt sine initio alicuius medij remporis: et si Scriptura testimonium deesset, sufficere dēret: quanto ergo magis, cū tot scripti testimōijs? Hęc de nono.

CAPVT X.

Quomodo non sit idolatria, adorare sanctum Eucharistiæ sacramentum.

DEcimum caput est, quòd idolatria est adorare Eucharistiæ sacramentum, Tum quia pura Chri humanitas non est adoranda. Tum quia solus Deus, quem nemo vidit vnquā, adorandus est: adorantes autem Eucharistiam, adorant quod vident. Tum quia non legitur, Apostolos adorasse Eucharistiam in cœna.

Circa Hoc caput, facile patet error primæ rationis, quia in sacramento hoc non adoratur humanitas Chri pura, sed adoratur Christus verus Deus & veram habēs carnem assumptam. Et per hoc idē patet error secundæ rationis, quia non adoramus accidētia illa panis & vini, quæ videmus, sed Christum contentum sub accidentibus illis.

Circa id verò quod tertio affertur, quia non legitur, Apostolos adorasse Eucharistiam in cœna, duo dicito. Primum, q̄ non legitur eos adorasse Christum præsentem in cœna, quid mirum si non legitur, adorasse sacramentum ipsius Chri? Si ppea q̄ non legitur, Apostolos Chrm adorasse in cœna, argumentum valet, ergo nec à nobis Chrs est adorandus. Deinde dicito, nō ualere argumētum vniuersaliter, nō legit hoc factum ab Apostolis, ergo nō est faciendū. Nusquam.n.in sacra scriptura legimus, eos condidisse symbolum fidei: & tñ fecerunt illud, nusquam.n.legitur in sacra scriptura approbasse eos euangelium Lucę & Marci, & tñ abillis credimus approbatum. Hæc de decimo.

CAPVT XI.

Quod nullus vnquam Doctorum ao sanctorum uerbis fuit fouet Christi corpus esse in Eucharistiæ sacramento ut in signo.

VNdecimum caput est, quod Tertulianus, Augustinus, Origenes, Hilariusq; fouent, q̄ in eucharistia corpus Christi est, ut in signo, &c.

Circa hoc caput (in quo iste homo multa affert, quę facile ab erudito quoque ex supradictis cōprobantur inutilia ad errorem istius) aduerte, quòd authores isti vbi quandoque affirmant sacramētum esse figuram, aut signū corporis Christi, aut aliqd huiusmodi, vera dicunt, non tamen propterea negant cum hoc signo inueniri etiam rem signata figuratam & contentam Christi carnem. Ratione siquidem specierum sacramentaliū appellauerunt & appellant doctores sacramentum hoc signum, figuram, & id genus reliqua, non tamen propterea negant rem contentam sub tali signo.

Vbi etiam aduerte, quod sapienter sacri doctores frequentiam sacramentorum postponunt virtutibus, quia virtutes sunt bona propria bonis hominibus, sacramenta uero communia sunt bonis & malis. Hæc de undecimo.

CA-

CAPVT XII.

Quod non duæ, sed una tantum sit salutis via his, qui fidem habent de Eucharistiæ sacramento.

DVodecimũ caput est: quòd si fides esset de eucharistia, essent duę viæ salutis: vna fidei in Christum, altera fidei in sacramentum.

Circa hoc caput scis erudite lector, ridiculum esse, Non enim duæ sunt artes in artifice; altera operã di aurea, altera utendi instrumentis ad faciendum aurea opa. Non sunt duæ fides: altera ad Christum, altera ad instrumenta Christi, quibus mediantibus nobis suam uirtutem salutiferam applicat. Sacramẽta siquidem ecclesiæ instrumẽta sunt Christi ad nostram salutem ab ipso instituta, Et qui fidem sacramentorum negat, deleat ex Euangelio, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu non potest introire in regnum Dei. Hæc de duodecimo anno, 1525.

TRACTATVS TERTIVS, DE Missæ celebratione, in duas quæstiones diuisus.

QVAESTIO I.

Vtrum sacerdos sumpta ablutione, licite possit sumere reliquias Eucharistiæ in calice vel extra remanentes.

QVæritur Vtrum sacerdos sumpta ablutione, licitè possit sumere reliqas Eucharistię, in calice vel extra remanentes. Et vr. ꝙ non.

Primo ga uere non est ieiunus ieiunio naturæ, qm̃ sũpta ablutio uinum vel aqua est, quoniam utrunque soluit ieiunium naturæ.

Secundò, Quia si hoc liceret, cum ita sit pfecte corpus Christi in qualibet particula relicta, sicut in tota hostia, pari ratione posset nnã aliã hostiã cõsecratã sumere, ꝙ constat esse illicitũ. Et rursus pari rõne posset aliã missam celebrare, ꝙ nõ esse licitũ patet ex ritu ecclesiæ in nocte natalis, Domini, &c.

Tertiò, Si liceret sacerdoti post ablutionem sumere reliquias Eucharistiæ, liceret quoque communicantibus: sed hoc non licet, ut patet: ergo &c.

In hac dubitatione scito primo diuersas esse opiniones. Quidam enim (de quorũ numero est Sco. in 4. sent. di. 8.) putant non licere post sumptã ablutionem reliquias Eucharistiæ sumere propter primam rationem: quidam autem sentiunt oppositũ.

Et qm̃ hæc opinio rõnabilior atque ecclesiæ ritu conformior est, iõ declaranda firmandaque est. Scito ergo, quod unum (ut patet 5. Met.) cum multipliciter dicatur, quantum ad propositum spectat, dr̃ dupliciter. s. simplicitate & pfectione. Qd̃ nõ solum est verum in rebus, sed in actibus, nam non solum aliqua res est una simplicitate (ut albedo) & aliqua pfectiõe (ut caleeus cõstãs ex omnib. ad ipsum regsitus) sed aliqua opatio est una simplicitate, vt visio: & aliqua pfectione, ut prãdere cõstãs ex multis operationib. regsitis ad prãdiũ, ut sumere panem, carnem vinum &c. Qui igit̃ examinãt actus sacerdotis sacrificiũ offerẽtis & sumẽtis, ꝓm naturam actuum simplicium, coguntur consequẽter dicere: quod sumpta ablutione non pñt sacerdotes sumere reliquias. Qui autem actus sacerdotis secundum naturã actuum perfectorum cõstãtium ex plurib. ad sui perfectionẽ, discutiunt, dñt ꝙ sicut oblatio corporis & sanguinis est unũ perfectũ sacrificiũ, &

A sumptio eorũdẽ sub speciebus panis & vini est vna perfecta relatio constans ex cibo & potu: ita tota sumptio eucharistiæ, reliquiarum, & ablutionis est unus consummatus actus: ac per hoc reliquię tunc sumptæ ad eundem numero actum perfectum spectant, non ut necessario requisitæ ad integritatem illius, sed ut partes materiæ.

Quòd aũt actus sumptionis Eucharistiæ & actus ablutionis, computari debeant, non tanquã diuersi simplices actus, sed pro vnico actu: ritus ecclesiæ co-
B gит omnes confiteri, ex hoc, quod non saluari rectè aliter possunt difficultates accidẽtes in huiusmodi sumptionibus, & sic optimè saluãtur. In primis nõ potest aliter saluari, quomodo reliquiæ Eucharistię adhærentes palato, vel dentibus, possint licitè post ablutionem deglutiri. Et patet ratio, quia sumptio cibi vel potus, quo ad ieiunium naturæ, & quo ad veram comestionem & potationem, nõ est absque deglutione. Cum igitur in casu hoc nõ sit ieiunus, quomodo hoc saluabis, nisi dicendo quod totum pro vnico actu computatur? Nec officit intentio, si quis dicat, quod non est simile de reliquijs in cali-
ce, patena, & in ore: quia istæ sunt semel sumptæ, il-
C læ non. Nam satis est in proposito, quod oportet ac ceptari ab omnibus hoc, quod actus isti nõ iudicantur vt diuersi secundũ se, sed computãtur pro vnico, adhuc enim Eucharistia etiam tota remanente in ore, etiam ablutione sumpta, licitè sumitur absq; dispensatione ieiunij non alia ratione, nisi quia totum pro vnico actu computatur. Nam si singuli actus seorsum acciperentur, non posset ille ieiunus Eucharistiam verè sumere, id est deglutire: sumptio enim in ore solum, non est sumptio, sed inchoatio eius: quia non est comestio, neque potatio. Non po-
D test quoque deinde aliter saluari quomodo in patena sceue, quando hostiæ pars in vino posita remaneret in calice, sumpto vino, sumi a ieiuno rectè potest, nisi totum pro vnico actu computando: secundum enim simplices actus iã non ieiunus sumeret. Nõ potest quoque saluari, quomodo distinctis hau-
stib⁹ sumpta etiam prima ablutione, licite sumitur a non ieiuno (quod tamen oportet) nisi totum pro vnico actu computãdo. Quòd autem oporteat ari-
mam ablutionem, si statim sumitur, sumi a nõ ieiuno, ex eo patet, quòd statim adhuc est ibi verus sanguis Christi. Cum enim semper in calice maneat aliquid humiditatis post sumptum sanguinem, & illud non sit sine subiecto si vinum fuisset, proculdubio retinet adhuc vini speciem, & cum non tam cito corrumpatur, restat vt in secundo haustu sanguis Christi adhuc sumatur mixtus vino: qui non nisi a ieiuno sumendus est, sicut nec pars hostiæ mixtæ
E vino, &c. Non põt quoque aliter reddi ratio, quare liceat ablutionẽ sanguini mixtã statì duob. haustib. sumere, & particulã hostiæ post primũ haustum in calice remanentẽ oporteat relinquere. quare. n. magis licet sanguinis reliquias vino mixtas, q̃ hostiæ post primũ ablutionis haustũ sumere? Nõ põt aliter saluari differentia in præfatis casib. inter hominem sumpta ablutione, & hoiem, qui prius tantundem bibisset. Et tñ qui bibisset, ab omnib. iudicatur inhabilis ad sumẽdas etiam reliqas: hic autem, qui ablutionem sumpsit, in omnib. prædictis casib. absq: dispẽsatione excusatur. Nec hoc est aliunde, q̃ ex hoc quòd ablutio non computatur contra reliquias.

Quòd vero reliquiæ eucharistiæ ut partes materiæ se habeant, ex ritu Ecclesiæ, & ratione apparet. Ex ritu quidem quia non dicitur bis cõicare, qui post sumptam hostiam sacram particulas reliquas

sumit, etiam si credens se nihil amplius acceptu- F
rum, adoratum iuit ante ablutionem, vt in religio-
ne fit. Et tamen si aliam hostiam sumeret, quan-
tumcũque ieiunus, iterum communicaret, nisi for
te, vt reliquias communionis susciperet, quod con
firmaret intentum: quia scilicet ratio reliquiarum
haberetur. Ex ratione autem; quia sicut in aliis reb⁹
duplices assignantur partes, s. speciei, & materiæ, ita
in Eucharistia vt partes speciei sunt species, sacramẽ
tales panis & vini. hæc enim in diffinitione cadũt,
vt partes verò materię sunt particulæ specierum pa
nis & vini, quæ etsi in diffinitione non ponerẽtur,
sicut nec semicirculus in diffinitione circuli, ad in-
tegritatem tamen materiæ spectant. Vnde quamuis
Eucharistiæ sacrificium sumpta hostia & sanguine, G
perfectum sit essentialiter, adhuc tamen perficien
dũ restat quo ad partes materiæ, quæ reliquiæ sunt.
Et quoniam ablutio necessario immiscetur his par-
tibus, ideo sumptio ablutionis & partium huiusmo
di pro vnico actu rationabiliter computantur.

Ex prædictis igitur, tu studiosè collige quid est
in hac difficultate, super quod rationes fundari, &
difficultates solui possint: & est quod sumptio reli-
quiarum Eucharistiæ, & ablutionis earũ pro vnico
actu computantur. Oportet etiam hæc duo simul
concurrere, scilicet rationem reliquiarum, & ratio-
nem ablutionis earum ad hoc, vt ad vnum spectent
actum: propter quod nõ est idem iudicium de alia
hostia, & de reliquiis, nec de potatione præcedente H
& de ablutione: nec de ablutione quam pro reueren
tia sumunt communicãtes sub specie panis, & ablu
tione sacerdotali: quoniam ista est ablutio reliquia-
rum extra manentium, illa non, sed aut pro intus
tantum manentibus, aut pro reuerẽtia. Et quoniam
ablutio sacerdotalis non est ablutio specierum san-
guinis tãtum, sed corporis: idcirco reliquię corpo-
ris & sanguinis post sumi possunt. Et quoniam par-
ticulæ hostiæ remanẽtes in patena vel corporali de
numero reliquiarum sunt, quamuis non ablutæ, su
mi sicut ablutæ possunt alioquin particula hostiæ
ex stridore frigoris forte parietibus interioribus ca
licis inhærens nõ abluta sumi non posset cum ablu I
tis, quod est ridiculum. Ex quo. n. saluatur ratio tam
reliquiarum quàm ablutionis reliquiarum, quamu-
is non omnes sint actu ablutæ, omnium sumptio
pro eodem actu computatur, &c.

Ex his patet responsio ad obiecta. Nam ad primũ
dicitur, quod ieiunium naturæ debet præcedere to
tum actum sumptionis sacramẽti, & non singulas
eius partes, &c. reputatur. n. ieiunus totum sumere,
qui ieiunus cepit, vt dictum est.

Ad secundum patet responsio: quia licet quo ad
rem sacramẽti, scilicet corpus & sanguinem Chri
sti idem sit de toto & partibus iudicium, non tamẽ
quo ad species ipsas, quæ sunt sacramentũ tantum,
vt ritus Ecclesiæ conuincit.

Ad tertium autem dicitur, quod communicans
statim ut ablutionem reuerentialem acceperit, refe K
ctionem suam compleuit. Nec est amplius de nu-
mero discumbentium, unde est mirum, si non po
test sumere reliquias. Sacerdos autem qui ablu-
tionis reliquiarum sumendis uacat, adhuc est in
actu refectionis: propter quod non est mirum si li-
cet sibi reliquias sumere. Et simile est iudicium
de sumentibus particulas hostiarum sacrarum in
uino calicis: potest enim post primum haustum
remanentes reliquias secundo & tertio haustu assu
mere, & hærentem sacerdotis digitis particulam
fugere, quandiu sumendis uacat reliquiis, & ablu-
lioni earum. Et hæc dicta sufficiant. Pisis, die 20.
Nouembris, 1509.

QVAESTIO II.

Vtrum sacerdos celebrans pro pluribus satisfaciat pro singulis.

QVæritur. Vtrum sacerdos obligatus ad cele
brandum pro aliquo, & accipiens eleemo-
synam ab altero ut celebret pro eo, satisfa-
ciat, dicendo vnam tantum Missam pro utroque.

Et uidetur quod non. Primo, quia effectus misse
pro quo habendo Missa petitur & promittitur, est
finitus. Finitum autẽ diuisum, minus habetur a sin
gulis, quam si totum haberetur ab uno. Quicquid
igitur datur secundo, adimitur a primo, & sic neu- G
tri satisfit. Assumptum, scilicet quod effectus Misse
sit finitus, Probatur ex eo, quod pro eodem dicun
tur plures Missæ.

Præterea, Cum idem sit iudicium de duobus &
de valde multis, imo de omnib. si potest Missa pro-
missa uni satisfacere proaltero, satisfactiua ergo est
pro omnibus: & sic Ecclesia non bene instituisset
Missas pro aliquib. determinatè; sed debuit omnes
pro omnibus offerre, ut bonũ commune sine de-
trimento particularium procuraret, communis
mater omnium.

Præterea, Si satisfacit hic sacerdos unica Missa p
pluribus, pari ratione satisfacit etiam unica Missa
pro quatuor missis promissis eidem, accepta ab illo
eleemosyna pro quatuor missis. Hæc autem cõstat
esse falsa; damnaretur enim ab ecclesia, qui unica
Missa dixisset se satisfecisse pro missis beati Gregorii
quæ sunt triginta: ergo, &c.

In oppositum est: quia uirtus Misse est infinita:
quia est uirtus Iesu Christi in seipso. Infinitum au
tem põt quibuscunque applicari, & ab eis participa
ri absque ullo singulorum damno: ergo, &c.

In hæc quæstione, quia Missa continet duo, s. ora
tionem & sacrificium Eucharistiæ, primo de sacrifi
cio (quod est præcipuum in Missa) deinde de ora-
tione dicendum est. Rursus, quia effectus vtriusque
est multiplex, s. meritũ, impetratio & satisfactio si-
gillatim definiendum est. Rursus, quia effectus du
pliciter oritur, s. ex opere operato, & ex opere ope- I
rante, ut perfecta habeatur de quæsito notitia, singu
lis examinatis decernetur quid simpliciter respon
dendum sit quæsito.

Sacrificium igitur Missæ dicit duo. Est nanque
sacramentum & sacrificium: & inquantum sacra-
mentum, non est ad propositum: quia effectus eius
est respectu sumentis tantum. Inquantum uero sa-
crificium est ad propositum, & distinguitur ex par
te operis: operantis, & ex parte operis operari. Et sũ-
ptum hoc sacrificium secundum opus operatũ cõ-
sideratur dupliciter, s. secundum seipsum absolute:
& secundum seipsum applicatum huic: si. n. consi-
deratur hoc sacrificium secundum opus opatũ ab-
solutè, sic est immolatio Iesu Christi, ita quod res
oblata est Iesus Christus. Et quantitas huius sacrifi- K
cii est infinita, ita ꝙ est impetratiuum, meritorium,
& satisfactiuum infinitè, unde effectus eius infinit⁹
est sicut & passionis Christi; est enim Deo acceptius
quam sint exosi omnes peccatores, &c. Verũtamẽ
sicut infinitas effectus Christi crucifixi est secundũ
sufficientiam, & non secundum efficientiam, & se
cundum naturam causæ uniuersalis, indeterminatæ, scilicet & non determinatæ ad hunc aut illum:
ita hoc sacrificium est ex suiipsius natura infinitę
sufficientię, & indeterminatæ efficaciæ. Et sicut effi
cacia passionis Christi determinatur ad hũc ꝑ hoc

vel

vel illud sacramentum, ita efficacia huius sacrificii per hanc vel illam deuotionem.

Et quoniam deuotio pertinet ad applicationem sacrificii, ideo loquendo de huius effectu sacrificij ex solo opere operato secundum se patet nullum habere particularem effectum in quocunque homine, sed tantum in ordine ad Deum habet acceptabilitatem, gratiarum actiones, commemoratione, & si quid est huiusmodi. Vnde in hoc videtur, communis multorum error, quòd putant hoc sacrificium ex solo opere operato habere certum meritum, vel certam satisfactionem, quę applicat huic vel illi: hoc enim non esse verum, iam patet. Et confirmatur, quia cum ex opere operato sit infinitę virtutis, etiam in satisfaciendo non esset maior ratio ex se, quare magis tantam & non maiorem satisfactionem daret.

Si autem sumatur hoc sacrificium ut aplicatum isti vel illi, sic effectus eius est finitus iuxta quantitatem deuotionis offerentium, vel eorum, pro quib. offertur: ita quod quia in applicatione huius sacrificii duo sunt, scilicet applicatio ipsa ad hunc vel illum, & effectus particularis in hoc uel in illo, duo quoque actus concurrunt ad hanc determinationem, intentio, ſ, & deuotio: intentio enim applicat hoc sacrificium huic vel illi, deuotioni autem effectus respondet: unde intentio propria est sacerdoti, deuotio autem communis est ei & aliis. Vnde & in canone Missæ sacerdos actum intentionis applicatiue huius sacrificii exercēs, dicit, Tibi offerimus pro ecclesia tua sancta Papa nostro, &c. & Memento Domine famulorum famularumque, &c. & omnium circunstantium. Deinde actum deuotionis subiungit, Quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, Hoc enim non solum ad circunstantes, sed alios refertur: ex his insinuans applicationem huius sacrificii non solum intentione, sed deuotione adiuncta perfici, ita quod quanta est horum deuotio, tanta applicatur eis ex illa infinitate satisfactio.

Et ratio est: quia in sacrificiis & oblationib. quātitas deuotionis magis pensatur, quā quantitas rei oblatæ. ut patet de uetulæ oblatione Luc. 21. & ex authoritate Gregor. in homil. Ambulans Iesus iuxta mare Galilææ dicentis, Non perpendit Deus quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur.

Et quoniā ex parte rei oblatæ, est infinitas in hoc sacrificio, & per unicam deuotionem non exhauritur, nec minuitur, cōsequens est vt non solum pluribus, sed infinitis deuotionibus vnicum sacrificium sufficienter respondeat, cuilibet certam patiendo satisfactionem. Nihil igitur adimitur alicui facienti se offerri hoc sacrificium, ex quantitate effectus huius sacrificii secundum se & applicari ad ipsum, ex hoc, quod aliter procurat eandem pro se dici, nec econuerso: sed unicuique respondet tantundem, quantum si pro se solo diceretur; quia vnicui quę sufficienter, & efficienter iuxta quantitatem deuotionis suæ.

Et cōfirmatur hoc ex ipso canone Missæ, in quo non solum generaliter pro ecclesia, pro principib. & omnibus Christianis: sed specialiter pro his qui in Memento cogitantur, & omnibus circunstantibus offerri dicitur hoc sacrificium. Cōstat nanque, quod non est determinatus numerus cogitandorū in Memento: & multo minus determinatus est numerus circunstantium, & ꝙ nullus ex alterius consortio minus habet de effectu Missæ: & quod hæc nō referuntur ad orationem, sed sacrificium: quoniam ibi expresse dicitur, pro quib. tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis. Et quod non solum pro impetratione, sed pro satisfactione offertur, quoniam expresse dicitur, pro redemptione animarum suarum, redemptio enim a malis est, & ut ipsum nomen testatur, satisfactio per modum solutionis est: sicut Christus redemit non soluendo pretium Deo patri. Potest igitur sine cuiusquam detrimento pro infinitis sacrificium hoc offerri, & satisfacere iuxta singulorum deuotiones.

Caue tamen hic ne fallaris: putans ex hoc sequi, quòd vna Missa tantum satisfacit si dicatur pro vno quantum pro pluribus. Hoc enim non sequitur ex dictis, quoniam non diximus, quòd effectus huius sacramenti respondet intentioni, sed deuotioni. Non enim quantum intendo ex hoc sacrificio satisfacere tantum satisfacio, sed quantam deuotionē habeo, tantum, ex illo haurio. Vnde si ego offerēs hoc sacrificium, habeo deuotionem tantam, quod ei respondet in hoc sacrificio unius anni & intēdo celebrare pro satisfactione vnius, ille reuelabitur satisfactione vnius anni. Si autem intendo satisfacere pro duobus æqualiter quilibet reuelabitur pro medio anno tantum, si pro tribus, pro tribus, pro tertia parte anni, & sic de singulis. Et similiter etiam dico de satisfactione respōdente deuotioni Martini, qui facit celebrari eādem Missam, quod si pro uno fit totā sortitur ille, si pro pluribus, diuiditur inter eos. Et similiter dico de quotcunque aliis facientibus eandem Missam celebrari. Semper enim satisfactio cuilibet deuotioni respondens est finita, & si ad plures per intentionem applicetur, diuiditur, & minus a singulis participat. Et sic verificatur Theologorum sententia, dicentium effectum huius sacrificii finitum & diuisum minorari in eis quib. applicatur. Intelligitur enim (ut patet ex dictis) non in ordine ad plurium deuotiones: sed vti participatum ab hac vel illa deuotione.

Ex his ergo patet, quòd Missa rogata a pluribus plus satisfacit, cæteris paribus, quam rogata a paucioribus. quia ex pluribus deuotionibus offert: & si militer Missa rogata, pro aliquibus, plus valet illis, quam si ex sola deuotione sacerdotis pro illis diceretur: quia ibi effectus est iuxta deuotionem ēt rogantium, hic non. Et ex hac doctrina (quam accepi ex tertia parte D. Th. q. 79. ar. 5.) soluuntur oēs difficultates accidentes in hac materia, quod ad valorem sacrificii. Hinc saluatur infinitas sacrificij ſm se, & finitas effectus in vnoquoque; & authoritas doctorum & ritus ecclesię in celebrando pro particulari, & maior fructus in vno, quā in pluribus & consuetudo tam offerentium pro una Missa) ut in parochiis accidit) quam celebrantium pro pluribus petentibus eandem sine fraude, ut in solennitatib. accidit. Si autem considēretur hoc sacrificiū ex parte operis operantis, sic etiam quantitas effectus eius attenditur secundum quantitatem deuotionis offerentium. Sed quoniam ex hac parte nō est quæstio, nec ex ista parte petita, aut promissa intelligitur Missa (sola enim intentio sacerdotis applicatiua sacrificii ad hunc petitur & promittitur cōmuniter) ideo pertranseo.

Et ad secundam partem Missæ, quæ est oratio, de scendendo, dicendum occurrit, quod oratio cū sit actus religionis, cuius est cultum Deo exihere (ut ex 2. 2. q. 83. patet: per orationē enim mens ipsa Deo offertur: ut Diony. Greg. & S. Tho. dicuntur) ex proprio genere infra latitudinem sacrificij continētur:

iuxta illud Oseæ ult. Reddemus uitulos labiorum nostrorum. & ad Hebr. ult. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini eius. Addite tñ aliqd speciale ex propria ratione, inquantū est petitio: propter quod distinguitur de oratione, inquātum est meritoria, vel satisfactoria, vel impetratoria, vel consolatoria. Et quia nullus meretur de condigno nisi sibi, & similiter, quia consolatio spiritualis est effectus in ipso orante ex attentione & meditatione propria procedens, nulla est hic difficultas de oratione, inquantum meritoria & consolatoria, vbi de oratione secūdum eius communicabilem effectū est quæstio. Impetratoria aūt uis, fidei principaliter innititur ex parte nostri: iuxta illud Mar. 11. Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis. ex parte uero Dei innititur suæ misericordiæ. Et quoniam nec fides de vno petito minuit fidē de alio obtinendo, nec liberalitas diuina circa vnum minuit ex alterius largitiōe: iō oratio, inquantum impetratoria, non minus, si pro pluribus quàm pro vno fiat, valet: sed magis pro quanto ex maiori fiducia diuinæ largitatis, & ampliori charitate procedit. Inquantum aūt satisfactoria, vim habet ex duobus, s. ex deuotione (sicut & alia sacrificia) & ex pœnalitate orantis sicut cætera opera pœnalia. Et qm̄ de omni sacrificio verū est, quòd satisfacit iuxta quantitatem deuotionis offerentiū (vt patet ex authoritatibus adductis) vel eorum, pro quibus offertur (ut patet ex responsione ad secundum, in q. supradicta tertiæ par.) ideo idem est proportionabiliter iudicium de satisfactione orationis & sacrificii Eucharistiæ, non quo ad quantitatē oblati, sed quo ad quantitatem deuotionis & satisfactionis illi respondentis, & propterea sicut dictum est, istud posse pro pluribus offerri, ita & orationem. Quo ad pœnalitatem autem resultantem in orante, cum sit personalis, & oratio de genere suo non sit opus pœnale, nulla etiam apparet difficultas in proposito: quia non petitur propriè a sacerdote afflictio (vt in ieiunio) sed intentio applicādi orationes ad impetrandum pro se primò, & ad satisfaciendum: quoniam dum petitur oratio, tale sacrificium, s. petitorium postulatur. Ex his autem patet quid dām sit etiam de ipso sacrificio Missæ, inquantum impetratorium uel meritorium. Nec restes dubius propter meritum congrui. qm̄ cum consistat in quadam condecentia (ut. s. nobis faciētibus q̄ in nobis est, Deus faciat q̄ ipsum decet] vis meritoria de congruo in sacrificijs, & postulationibus attenditur secundum deuotionem & fidem offerentium, vel eorum, pro quibus offertur. Et iō multitudo nihil nocet singulis ex hac parte: sicut de aliis dictum est. Et per hęc patet q̄ affirmatiuè respondendum est quæsito.

Vnum tamen dubium restat in p̄dictis, an appellatione deuotionis eorum, pro quibus offertur, veniant defuncti & remoti, nihil scientes de hac Missa, quę offertur pro omnibus secūdum eorū deuotionem: quoniam si omnes intelliguntur, par erit conditio procurantis, & non procurantis Missam: omnino enim secundum suam deuotionem erit eius particeps: Si verò nō omnes intelliguntur, nō erit vniuersaliter verum, qd̄ hoc sacrificium valeat secundum deuotionem eorum pro quibus offerē: pro omnibus enim offertur. Sed hæc ambiguitas ex ipso concursu deuotionis ad sacrificia, soluitur. Concurrit nanque deuotio, vt causa quędā determinatiua sacrificii ad hūc effectum: vñ Greg. in authoritate allegata, affect⁹ deuotionē ponit vt cām, dicens quod perpendit Deus ex quanto profertur. Vnde deuotio quantificans effectum sacrificii non se tenet ex parte accipientium effectum, quāuis indisposito talium ad impediēdā receptionē talis effectus sufficiat: sacrificium enim non operatur per modum agentis vt sacramenta, seu per modum oblationis; sed tenet se ex parte concurrentium ad tale sacrificium causaliter, quomodolibet sit causalitas ista, puta petendo, ministrando, consulendo, adiuuando, fauendo, &c.

Quo fit, vt defunctis secundum præcedentem eorum deuotionem in communibus, vel in specialibus, & secundum deuotionem viuentium pro eis offerentium, viuentibus verò circunstantibus, tanquam seruitoribus ad minus, vniuersis autem tanquam communicantibus in tali oblatione iuxta eorum deuotionem prosit. Quum enim sacerdos oret, & offerat in persona Ecclesiæ, & quilibet fidelis sit membrum Ecclesiæ, consequens est, vt quilibet per sacerdotis actus oret, & offerat: & sic causaliter concurrat ad sacrificium, ac per hoc quælibet Missa singulis fidelibus prodest etiam satisfactoriè iuxta eorum deuotionem, quam habent in communibus Ecclesię orationibus & sacrificiis: sicut habentes deuotionem in orationibus & Missis alicuius personæ participes fiunt illarum iuxta suam deuotionem ex generali communione sanctorum. Nec propterea æqua est rogantis & non rogantis conditio: sicut non est magis & minus deuoti æqua conditio: sicut non est æqua vno tantum & vno & altero modo facientis sibi aliquid debitum conditio. Rogare enim & eleemosynam pro hoc tribuere, corporaliter venerari, & huiusmodi, &c. maioris sunt deuotionis, & faciunt vt non ex communione sanctorum tātum, sed ex tali actu etiam hoc assequatur.

Ad primum argumentum in oppositum iam patet responsio ex dictis, quòd effectus, scilicet Missæ est finitus cuilibet secundum suam fidem, quo ad impetrationem, & secundum suam deuotionem, quo ad satisfactionem propterea vtrunque dicitur in canone, Quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. Est tamen infinitus in multitudine: quia infinitis potest respondere, singulis suas satisfactiones finitas, & impetrationes patiendo.

Ad secundum dicitur, quòd canon Missæ testatur Missas ita ab Ecclesia ordinatas pro particularibus, vt tamen semper pro omnibus viuis & defunctis explicitè celebrentur, vt patet intuenti, Vnde prouida simul & pia Mater voluit, vt ex deuotione sua omnibus sacrificium prodesset, & specialiter capitibus, & ex deuotionibus priuatis his vel illis prodesset, & sic sine fraude, & sine cuiuscunque damno excitat priuatas deuotiones pro se vel aliis, vt iuxta eorum deuotiones fructus referant speciales. Est etiam alius fructus ex specialibus Missis: quoniam enim naturaliter vnicuique amabile est proprium bonum, & quòd commune est negligitur, excitamur magis. Adiungitur quoque non parui pendendus effectus in sacerdote, qui & de propria deuotione offert pro particularibus a quibus susceperit eleemosynas, vel quibus afficitur.

Ad tertium dicitur, q̄ si offerētes, & pro quibus offertur haberent tantam deuotionem in vna Missa quātam hīt in triginta, vna missa satisfaceret pro triginta. Sed quia non est sic (manifeste enim patet

petentem

petentem hꝛe maiorem deuotionem in triginta & meritò, quia maior honor exhibetur Deo in plurib.q̃ in vna cęteris parib.) ideo qui promittit dicere, triginta, tenetur dicere triginta. Et hæc de hac qõne dicta ſufficiant. Romæ, 1510. die 1. Dec.

TRACTATVS QVARTVS.

De valore orationum dictarum ab audientibus Miſſam in die feſto, vnica quæſtione contentus.

Num ad Canonicas horas obligatus, aliquam earum infra Miſſam exoluens ad quam ex die feſto obligatur, ſatisfaciat vtique.

QVæritur, an obligatus ad canonicas horas exoluẽs earum aliquam infra Miſſam ad quam in die feſto obligatur, ſatisfaciat vtrique. Vꝝ nanque ꝙ non. primò ex numero cultus, quia cultus Miſſę diſtinguitur contra cultum horarum canonicarum. Nam ſicut tenetur quis ad primam & tertiam, vt duos cultus, ita tenetur ad Miſſam, & horas vt diuerſos cultus, ac per hoc ſicut non poteſt ſimul duas horas exoluere, ita nec Miſſam & horam. Et confirmatur, quia homo tenetur intereſſe Miſſæ attentè, ſicut tenetur exoluere horas attentè. Cuius ſignũ eſt, ꝙ ſi quis ex propoſito per notabilem partem Miſſæ non curaret attendere ſecundum ſuum modum, ſed mentem ad alia diuerteret, non ſatisfaceret præcepto de miſſa, quia non diceretur intereſſe Miſſæ pluſquam dormiens.

Secundò ex tempore, quia ſicut eccleſia totum diem feſtum determinauit ad cultum Dei per ceſſationem a ſeruilibus, ita partem temporis, ſ. qua Miſſa celebratur, determinaſſe videtur ad cultum Dei poſitiuum, ac per hoc non licet occupare Miſſæ tempus ad quemcunq; alium cultum propriũ exigentem tempus, vt eſt quælibet canonica hora.

In oppoſitum autem eſt, quia obligationes iſtę ſunt de compoſſibilibus ſimul, quia Miſſa exigit ſolam præſentiam, & hora exigit quòd attente dicatur, conſtat autem, ꝙ vtrunque poteſt ſimul fieri. Quod autem ad Miſſam ſufficiat præſentia, patet ex eo, ꝙ aliter tam ſurdus & cęcus, quam multitudo maxima vni præſens Miſſæ, & vbi ſacerdos ſubmiſſe dicit (vt in Germania) non ſatisfaceret præſens Miſſæ, quod falſum reputatur.

Præterea in huiuſmodi Miſſa, præſentibus licitum eſt orationes vocales priuatas dicere, ſaltem quum ſacerdos non auditur, iuncta pęnitentia eſt, quam quis non poſſit dicere, vt priuatam orationem: ergo pari ratione vtrunq; licet. Et confirmatur, quia duob. dicentibus Miſſam, Tertiam, aut Pſalmos pęnitentiales, altero pro debito horę, ſeu pęnitentię, altero ex ſua deuotione, & vtroq; pari attentione dicente, aut neuter minuit debitũ Miſſę, & hꝛ intentum, aut vterque violauit debitum Miſſæ, quod omnes negant, aut alter tñ, qui debitor erat horæ, aut pęnitentię, & tunc niſi voluntariè hoc dicatur, oportet reddere rationẽ dꝛiæ, quũ conueniant ambo in oratione dicta, & illius quantitate, & in attentione. Si dicatur, quod quia differunt in rõne debiti, quia alter debet, alter nõ, ideo ille non ſatisfacit, & iſte ſic, hæc dꝛia nihil facit ad propoſitum, quia ratio debiti per accidens ſe habet ad impediendum, vel non impediendũ cultũ Miſſæ. Si enim huiuſmodi oratio impedit cultum Miſſæ, ita impedit, ſi ſponte, quàm ſi ex debito dicatur, & ſi non impedit ita poteſt ſolui ex debito ſicut ſponte: tota enim ratio illiciti ſi eſt, pendet ex hoc, quòd vnum impedit ſeu tollit aliud tanquam ſibi incompoſſibile.

Præterea, Quum de hoc ſint contrariæ opiniones, & contingit aliquem de facto exoluiſſe infra Miſſam in feſto horam, aut pœnitentiam, ſi non licet erit iſte reus omiſſionis aut miſſæ (& ſic erranit irreparabiliter) aut tot horarum, & ſic commiſit tot peccata mortalia omiſſionis, quod eſt durum. Et propterea, quæ eſt maior ratio, quòd ſit reus amiſſionis horarum, quàm Miſſarum aut ecõ uerſo, quum alterum impedierit.

Ad euidẽtiam huius quæſtionis primo præmittendum eſt, quid ſub præcepto cultus Miſſæ comprehenditur quantum ad populum. Secundo declarandum eſt in quo ſtat difficultas. Tertio reſpõdendum quæſito.

Quo ad primũ, quia Miſſa principaliter importat ſacrificium, & ſecundario doctrinã (vnde pars doctrinalis vocatur Miſſa catechumenorum, puta q̃ ad eruditionẽ ordinatur, ſacrificiũ vero vocatur Miſſa ſine additione aliqua) ideo ſicut miniſtris p̃cipitur, vt ſacrificiũ offerãt: ita populo p̃cipitur, vt interſit corpore, & mente. Si enim ſola corporalis præſentia ſufficeret, poſſet quis ſe p̃ſentem ſacrificio facere, & voluntarie dormire, & rurſus poſſet mentem ad q̃cunq; voluntarie diuerrere: quorum vtrunq; eſt abſurdũ. Præceptum enim eccleſiæ hominibus factum de intereſſendo ſacrificio, intelligendum eſt more humano, vt. ſ. interſint vt rõnales. Ita ꝙ ſicut clericos præceptum de horis canonicis dicendis obligat, vt dicant ore, & mẽte, hoc eſt propoſito, ſeu aĩo vacandi Deo, quia p̃cipitur cultus diuinus homini, vt homo, hoc eſt, vt rationali: non colit aũt ratione vtens, qui aĩum ad alia ſpõte diuertit (quia ratio ipſa dictat oppoſitum) ita populus ex hoc, quod obligatur ad Miſſæ cultui intereſſendũ tenetur corpore, & mente intereſſe: hoc eſt cum animo vacandi Deo: quantum Deus dederit.

Eſt aũt in miſſę cultu inter ſacerdotem, & populũ conuenientia, & differentia. Conueniunt ſiquidem duob. ſ. in attentione, & materia. ſ. Miſſa: nam vterq; tenetur attẽdere Miſſæ, & de ſacerdote quidem clarũ eſt. De populo autem vltra dicta, declaratur ex quatuor. Primo ex eo, quòd ipſi dicitur, Orate fratres, &c. vbi mandatur petitio, vt pateat. ſ. ſacrificij acceptationem. Secundo ex eo, quod eidẽ dicitur, Surſum corda: vbi indicitur oratio: hoc eſt mentis eleuatio ad inſtans ſacrificium. Tertiò, ex eo, quod idem dicitur, Gratias agamus, &c. vbi inuitatur ad gratiarum actionem. Quarto ex eo, quòd inſtitutio Miſſæ habet, vt populus & audiat, quæ doctrinæ ſunt, & dicat quæ laudis ſunt: ad populũ enim (iuxta Patrũ inſtituta) ſpectat hymnũ cantare. Sanctus, Sanctus, &c. dum ſacerdos agit ſacra myſteria. Cõis eſt igitur vtriq; attentio ad Miſſam. Sed differunt in exteriori occupatione, quia ſacerdos eſt exteriori operatione occupat⁹ circa Miſſam tam dicendo quam faciendo: populus autẽ ſecluſo auditu eorum, quæ alte dicuntur, cum intelligũtur, ab exteriori occupatione vacat, & in ſola attentione ad Miſſam relinquitur. Et qñ imperfectorũ (qui ſola mente circa Miſſam occupati nõ ſufficiunt) magna eſt multitudo, inde fit, vt licite populus aliquã vocalem orationem, dũ ſacerdos diuina facit, aut ſecreto dicit, & pari ratione dum alte dicit, ſi non intelliguntur, q̃ dicuntur, aſſumat ad excitandam, aut conſeruandam mentẽ attentã, ſeu vacantem Deo durante ſacrificij tempore. Hęc

enim in adminiculo humanæ imperfectionis ad vacandum mente tanto sacrificio: fieri pie intelligũtur: melius enim, imo recta via esset vt sola mente aut quasi sola mente circa tantum sacrificiũ occuparentur præsentes, petendo vt sacrificium gratum sit pro Ecclesia, pro se, pro defunctis, &c. gratias agẽdo Deo de tanto beneficio passionis Christi & præsentiæ ibi, &c. Nec propterea laqueum injicimus animabus: quoniam sicut clericus obligatus ad horas & sacerdos celebrans, si præter intentionem euagatur, excusatur ab intentione: ita & populus: satisfit enim huic p̃cepto ex proposito, quo qlibet vadit ad Missam, vt satis faciat q̃ Ecclesia ordinauit, dummodo voluntarie postea non ponat obicem, diuertendo aduertenter mentem ad alia notabiliter: quia modicum pro nihilo reputatur. Hæc de primo.

Quo ad secundum difficultas consurgit ex eo, quòd hinc licitum est populo assumere quãcunq; orationem ad habendam mentem Deo vacantem tẽpore sacrificij: ac per hoc non prohibetur ad hoc assumere orationem votiuam, aut pœnitentialem, aut etiam horam canonicam: quum nihil horum habeat aliquid in se repugnans ad finem, ad quem assumitur: imo quodlibet horum ad sacrificium Missæ optime ordinatur. Inde autẽ obstat, quoniã si sic fieret, ex duobus cultibus debitis non soluere- H tur nisi vnus tam quo ad attentionem, quàm quo ad tempus: nam, quum in Missa dicuntur Psalmi pœnitentiales, licet dicatur Missa & dicantur Psalmi: vnica tamen attentio est, qua quis attendit Missæ & Psalmis: & similiter vnicum tempus est, quo persoluitur vtrunque: quum tamen duo disparati cultus (quales sunt propositi) exposcant suas duas attentiones (sicut quælibet duæ disparatæ materię exigunt suas disparatas formas) & similiter exigãt duo sua tempora. Vnde fraus cõmitti videtur quo ad numerum cultus, secundum attentionẽ & tempus, ex duabus debitis attentionibus persoluendo vnam, & ex duobus temporibus soluendo vnum. I Hęc de secundo.

Quo ad tertium duo occurrũt pro responsione ad q̃situm dicenda. Primum est. Nõ licet in Missa p̃cepta dicere orationes aliàs p̃ceptas. Probatur, tum quia disparati cultus debiti sunt in sua disparatione exoluendi, alioquin non suauiter exoluuntur. Tum quia oppositum faciẽdo interuenit confusio attentionum & temporum dum duæ attentiones confunduntur in vnam, & duo tempora in unum. Tum quia minus soluitur, quoniam pro duabus attentionibus soluitur una, & pro duobus temporibus dicatur Deo unum. Tum quo ad horas, quia priuata authoritate non licet unum publicum cultum subordinare alteri publico cultui disparato: q̃ tamen fieret si una hora canonica diceretur infra Missam: quia assumeretur ad habẽdam mentem uacantem Deo tẽpore sacrificii. Et sic uerificatur opinio tenens, quòd non possunt hęc infra missam præceptam dici. Non tamẽ per hæc intelligat, quin dum cantatur Kyrie, possit licite sacerdos lectis legendis dicere horas canonicas: quoniã tunc non tam Missa quàm missę solennitas agitur: & ipse nihil omittit Missę, sed est tempus, & per accidens vacans, & idem est iudicium de ministris & aliis in choro, qui graduali lecto, dum cantantur, horam persoluunt residuam.

Secũdum est, Si infra p̃ceptam Missam aliqua oratio aliàs p̃cepta dicitur, utrique satisfit, quamuis minus bene, ut dictum est. Et loquor quando F secreta dicuntur, uel quando sacerdos nõ auditur, aut non intelligitur: Et similiter loquor de satisfacere, quantum ad uitãdum peccatum mortale omissionis vtriusque, non autem quantum ad meritũ: quia nullus peccando uenialiter, meretur vitã ęternam. Et propterea si peccatum est dicere hæc infra præceptam missam, tollitur meritũ, quod haberẽ per talem actum, si recte fieret. Hanc itaque conclusionem non pono, eo quod illius rõnem affirmatiuam videam, sed quia non video vnde sit falsa: vt patet discurrendo per singula. Rationes enim quæ inferunt præcedentem conclusionẽ, quamuis sufficere videantur ad concludendum esse illicitũ exoluere vtrunque debitum simul, non tamẽ sufficiũt G ad concludendum, non valere solutionem utriusque si de facto fiat. Quod enim multa debita ex diuersis p̃ceptis possint simul, & unico actu Deo exolui, non est dubium: nam si quis uouisset exponere se martyrio, & antequã implendi uotum tẽpus transeat, occurrit casus, in quo quis ex præcepto confitẽdæ fidei tenetur exponere se martyrio, non est dubium, q̃ exponens se satisfacit & p̃cepto uoti reddẽdi, & præcepto Christi de martyrio, & præcepto de satisfactione pro peccatis commissis. Potissima igitur ratio in oppositũ est, quia disparati debiti, cultus non exoluuntur ut sunt (ut s. diuersi & disparati sunt) si simul exoluuntur. Sed hæc recepit distinctionẽ; qñ disparati cultus sunt duplices. Quidam, quorum materiæ sunt simul incõpossibiles, vt duę horę canonicę & similes quorũ. s. vterque exigit occupationem exteriorem, & hos oportet disparatos solui vt sunt. Quidã uerò quorum materię simul cõpossibiles, quia alter non requirit occupationem exteriorem: & possunt utroque modo exolui, & disparatè, & simul subordinando vnum alteri. Et tunc licet non exoluantur, ut sunt totaliter disparati, exoluitur tamen disparata materia, quia vtraque materia, Missa. s. & pœnitentialis oratio, exoluitur. Et hoc sufficit. quia nullibi hoc p̃ceptum inuenitur vt non valeant, nisi exoluentur, vt totaliter disparati. Et sic quando populus nõ occupatur exterius circa Missam, potest orationẽ pœnitentialem vel uotiuam assumere ad mẽtem Deo vacantem habendam tempore sacrificii, sicut põt quancumque aliam assumere, & sic cultui utrique facit satis. Q̃d uerò de duabus attentionibus & tẽporibus obstare apparet, euaditur ex eo q̃d licet p̃ceptum sit, q̃ quilibet cultus exoluatur attentè, nõ tamen inuenitur præceptum, quod oẽs duo cultus duabus attẽtionibus exoluantur. Et ꝓpea si duo cultus possunt sub vnica attentione exolui, nulla conuincitur præcepti transgressio. sat enim est, q̃d qui libet exoluitur attentè. Et idem dicitur de duobus K temporibus, nullum enim inuenitur præceptũ de duobus temporibus; propterea si multi posśt sub eodem exolui tempore, nullum præceptum violatur. Et similiter dicitur, quod licet minus quantum ad numerum attentionum & temporum exoluat, non tamen hmõi minoratio destruit valorem cultuum debitorum. Et similiter licet male faciat aliquis subordinando priuata authoritate horã canonicam Missę, non tamen propterea euacuat alterũ cultum. Et sic verificatur altera opinio.

Vnde patet responsio ad primum argumẽtũ. Conceditur enim, quod peccatum est simul hæc exoluere: si tamen fiat, valet.

Et idem dicitur ad secundum, addendo q̃d non est simile præceptũ de festo præcepto de Missa: quia illud datur directe de tẽpore, & ideo tempus oportet

tet in illo precipue considerare: in quo tamen licet dicere votiuas & penitentiales orationes, quia tempus festiuũ habet interminatam materiam positiuam, in qua homo occupari debet: & libertati Christianæ relinquitur, in quo sancto opere, siue alias debito, siue non, quis se in festo occupet. Illud vero datur directe de cultu Missæ, & tempus missam mensurans per accidens respicitur: Si enim tempus Missę per se præciperetur, quum hẽat materiã determinatã, s. Missam, non satisfieret vtrique cultui, quia non satisfieret utrique tempori, ut patet.

Rationes autem ad alteram partem allatę non concludunt, quod liceat utrunque simul exoluere. Prima enim soluitur, quia suauis exolutio exigit duas disparatas attentiones in duobus disparatis cultibus. Missa enim exigit solam presentiam, sed non solius corporis, sed etiam mentis: ut declaratũ est.

Ad secundam dicitur, ꝙ non est par rõ, quia hic sunt duo cultus disparati debiti, ut sunt, non sic autem est in spontaneis orationib. Et per hoc respondetur ad confirmationem. Et quum instatur, quia ratio debiti est per accidens ad impediendum, respondetur, quod non ideo illicitum interuenit in hoc casu, quia unus impedit alium, sed quia unum occupat attentionem & tempus & suauitatem alterius, quod per se oritur, ex hoc, quod uterque est debitus seorsum suauiter.

Ad ultimum dicitur, quòd non interuenit mortale peccatum, & si reatus omissionis esset, omissa esset oratio assumpta, quia principale, quod est Missa, intelligeretur non uiolari per adiunctam orationem alias debitam, quia ad vacandum Deo sacrificii tempore assumpta intelligitur.

TRACTATVS QVINTVS DE Præcepto eleemosynę ad mentem S. Thomæ, in sex capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Operis ratio ac intentio, atque falsæ quorundam opinionis super mentem diui Thomæ circa necessitatem largitionis eleemosynarum relatio & possibilis origo.*
2 *Quàm falsa fuerit æstimatio eorum qui imponũt D. Th. quod negauerit necessitatem eleemosynæ.*
3 *Verborum D. Th. ex quibus reprobata opinio pulluauit explanatio.*
4 *Quorundam obiectionum solutio ponitur, quæ falsam sẽtentiam D. Tho. impositam cofirmare uidebantur.*
5 *Solutio obiectionum in primo capite positarum pro fundamento illius falsæ opinionis.*
6 *Expositæ opinionis S. Thomæ ex sanctorum, & illustriũ uirorum authoritate confirmatio.*

CAPVT I.

Operis ratio ac intentio, atque falsæ quorundam opinionis super mentem diui Thomæ, circa eleemosynarum largitionis necessitatem relatio & possibilis origo.

CHaritas Christi urget me, ut propter fratres meos & ꝓximos meos loquar pacem: hoc est, ordinis tranquillitatẽ in eleemosynarum largitione necessario seruandam intuitus: siquidem sũ ob quorundam scripta minus bene doctrinam sancti Thomæ intelligentium multos facile piclitari. Et quamuis omnis quæstio de peccato mortali, periculosam habeat a uero deuiationẽ, & ea maxime timenda ac cauenda sit à veritate declinatio, qua latiori quis se credit via: tum quia proni sunt sensus hominis ad assensum præbendum his, quę libẽter sequuntur: tum quia facile est viam latam ingredi quum multorum sit, & peccati expers vix esse possit: in hac specialiter quæstione tãto maius imminet periculum, quanto vltra prædictas causas uiri celebres, quorum consilio confessores regunt, sanctum Thomam docuisse id quod in re hac falsum esse ostendetur, asserunt. Sane Abbas Siculus in iure Canonico doctor famosus super sẽdo Decretalium de iureiurando cap. si vero. & frater antoninus Archiepiscopus Florentinus veterib. Christiani gregis pastoribus non minor, in secunda parte suæ Summę titulo primo, c. 14. de inhumanitate s. & quidam frater ordinis Minorum qui Summulam fecit Rosellam nomine, in de eleemosyna, & mutuo: non malitia, sed minus perspicaci intellectu in hac re ducti imponunt sancto doctori ex secunda secundę, q. 32. erroneam & procul ab humanis finibus opinionem circa eleemosynarum largitionis necessitatem. Aiunt, quod, secundum S. Th. ibidem homo tenetur de necessitate salutis facere eleemosynam, nisi concurrentibus his duabus cõditionibus simul, s. quòd dans habeat aliquid superfluum, nedum naturæ, id est vitę, sed personę, id est decentiæ status, tam sibi, quàm suis (quorum scilicet ei cura incumbit) & quòd appareat pauper patiens extremam necessitatem, alias licet bene faciat quis eleemosynã faciendo, non tamen tenet.

Concipere autem poterunt hunc sensum ex sãcto doctore propter duo. Primo ex eo, quod art. 5. 32. q. vbi disputat, an dare eleemosynam sit sub pcepto, in corpore articuli determinans hanc quæstionem, dicit hæc verba. Quia pręcepta dantur de actibus uirtutum, necesse est, quod hoc mõ donũ eleemosynæ cadat sub præcepto, secundum quod actus est de necessitate virtutis: s. secundum quod recta ratio dãtis requirit, ꝑm quam est aliquid cõsiderandum ex parte dantis, & aliquid ex parte ei, cui est eleemosyna danda. Deinde subdit, quæ sũt ista consideranda, & dicit, quòd sunt superfluitas, non solum naturæ, sed personę ex parte dantis, & extrema necessitas ex parte pauperis, & subdit deinde, alias autem eleemosynas dare est in consilio. Ex his enim videt haberi, quòd ad hoc ꝙ eleemosyna cadat sub pręcepto, oportet simul concurrere aliquid ex parte dantis, scilicet superfluitatem, & aliquid ex parte recipiẽtis, s. extremã necessitatẽ.

Secundò, ex eo quod in sequenti articulo determinando dicit, quod quando occurrit extrema necessitatis alicuius priuatę personæ, vel etiam aliqua magna necessitas reipublicę, laudabiliter aliquis permitteret id, quod ad decentiam sui status pertinere videtur, vt maiór necessitati subueniret. In his enim verbis expresse dicit, quod concurrente altero prædictorum tantum, s. extrema necessitate alicuius, nõ habens de superfluo persona. i. decentię status sui laudabiliter eleemosynam facit. Quod si laudabiliter, igitur non de præcepto, sed de consilio est eleemosynam dare, nisi vtraque supradicta conditio concurrat. Confirmatur hoc: quia ante hæc verba loquens de necessario personæ pmittit hæc uerba: De hmõi ergo dare eleemosynã est bonũ, & nõ cadit sub pcepto, sed sub cõsilio. Hæc ille.

CAPVT II.

Quam falsa fuerit eorum æstimatio, qui imponunt D. Th. ꝙ negauerit largitionis eleemosynarum necessitatem.

QVod autem prædicta expositio non sit secũdum mentem & doctrinam S. Thom. liquet primò ex eo, qđ S. Th. in 4. sen. dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 4. ex-

expresse determinat oppositum. Tenet enim has duas conclusiones. Prima est, Habens superfluum naturę,& personę tenetur de pręcepto erogare pauperibus illud superfluum, etiam si non patiatur extremam necessitatem. Secūda est, Patienti extremā necessitatem tenetur de pręcepto habens superfluū naturæ, licet non personæ, subuenire. Superfluū naturę & personę dicitur, qꝫ secundum statum presentem nō est necessarium sibi, vel his, quorum sibi cura incumbit crassa pensatione: attentis tamen futuris casibus, qui probabiliter futuri æstimabuntur, & non omnibus, qui possunt cōtingere: hoc enim ad consilium non pertinet, vt dicitur tertio Ethic. Extrema autem necessitas vocatur, non quando aliqs iam spiritum efflare cernitur, & subsidium recipere non potest: sed cum apparent signa probabilia futuræ necessitatis extremæ, nisi subueniatur, nec apparet nec in promptu est qui ei subueniat. Determinat autem has conclusiones adeo clarè, vt inficiari impossibile sit. Sunt siquidem verba eius ibidē ista, Quum eleemosyna sit actus virtutis, oportet quod aliquo modo cadat sub præcepto: quia præcepta legislatoris ad virtutem inducere intendūt. vt dicitur secūdo Ethic. reducitur autem ad hoc præceptum, Honora parentes. Honor autem ille secundum August. ad reuerentiam & subuētionem in necessariis pertinet, & nomine parentum omnis proximus intelligitur: sed præcepta affirmatiua non obligāt ad semper quamuis semper obligent, sed obligant pro loco & tempore & secundū alias determinatas conditiones. Quum autem vsus diuitiarum sit ordinat⁹ ad subueniendum necessitatibus præsentis vitæ, quę quidem subuentio debet esse ordinata, patet quod qui diuitiis non vtitur ad subueniendum necessitatibus præsentis vitæ, vel inordinatè vtitur, a virtute recedit. Ordo autem subuentionis talis debet attendi, quantum ad duo. Primo ex parte eorum, quibus subuenitur, vt primo sibi postea sibi coniunctis subueniat, deinde extraneis. Secundo, ex parte necessitatis talis debet esse ordo, vt prius absolutis necessitatibus subueniatur, quàm alicui necessitati conditionatæ, quę est quum quis indiget aliquo ad sui status decentem conseruationem. Et ideo præceptum legis ad hoc obligat, vt illud quod superest alicui post subuentionem perfectā, sibi & sibi cōiunctis, puta familię, quam gubernare debet, respectu vtriusque necessitatis in eleemosynas expendat ad subueniendum aliis respectu vtriusque istarum necessitatum: sicut etiam natura id quod sibi de alimento superfluit ab actu nutritiuę, in quo attenditur necessitas absoluta & actus augmētatiuę in quo attenditur quasi necessitas cōditionata parata ad conseruationem speciei, generatiuæ virtuti subministrans. Et similiter præceptum legis obligat, quod etiam necessitati extraneorū absolutæ, primo subueniatur, quā proprię, vel propinquorum conditionatæ: & ideo dicitur communiter, quòd dare eleemosynā de superfluo cadit in præcepto, & similiter dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate. Dare autem de eo quod est necessarium necessitate secunda, nō autē de eo quòd est necessarium necessitate prima: quia hoc esset contra ordinem charitatis. Hæc ille. Vbi apparet, quam aperte supradictas conclusiones asserat atque confirmet, & consequenter manifeste cuique liquere potest, quod doctrinæ suæ consona non est opinio illa sibi imposita ex secunda secūdæ. Quod si aliquis dixerit hoc, quod dixi in 4. senten. retractata ab ipso S. Tho. in secunda secūdæ, aduertat se in errorem lapsum propter septē. Primo, quia non est consuetudinis suæ, vt opinionem quam alibi non solum sequutus est, sed probauit retractet absque memoria, vel suæ olim opinionis, vel illorum, qui sequuntur eam: vel ipsius opinionis. Secūdò, ex eo, quod ista sententia nō solum sua, sed cōmunis antiquorum fuit: vt ipse refert in supradictis verbis. Quis autem vnquam inuenit S. doct. reprobare suam olim, & communem aliorū opinionē, si non illius opinionis meminerit, ac aliqua eam rationę refellerit. In hac siquidem. 2. 2. q. 88. art. v. opinionem, quam in 4. sent. dist. 38. q. 1. ar. 4, secutus fuerat circa dispensationem uoti per professionem solennizati reprehendens, expresse eius minuit. In tertia quoque parte, q. 9. ar. 4. opinionem, quam tenuit in 4. sent. dist. 14. ar. 3. circa scientiam animę Christi retractans, explicite seipsum reprehendit.

In tertia similiter parte q. 70. art. 4. opinionem q̄ in 4. sent. dist. 1. q. 2. ar. 4 circa gratiam circūcisionis secutus est, reprehendens, expresse etiam seipsum mutasse opinionem asserit. Alibi quoque similiter facit: sed sufficiat hęc tria adduxisse, ut ostendatur mos eius. Si ergo hæc est eius consuetudo, quomodo hoc in loco suam & communem ipso teste sententiam reuocat, nullam penitus innuens illius memoriam. Tertiò, patet hoc idem ex eo, quod non sine suæ gloriæ macula potuit intendere retractionem suæ olim & cōmunis opinionis verbis adeo obscuris & extorte exponendis, absque, ut dictum est, suæ intentionis populatione.

Hoc siquidem & est contra promissionem a se factam in proemio totius Summę: ubi dilucide secundum quod materia patietur, se prosequi cuncta velle spondet. Et est contra tanti doctoris prouidētiam, quis enim (nisi desiperet) in re tam ardua verbis oppositum præ se ferentibus uteretur, potens claris uti? Nunquid timebat hic seipsum ac alios reprehendere & alibi æquanimior factus est? An forte diuites odio habebat, vt ueritatem eos cœlare vellet? Quarto, ostenditur hoc idem ex verbis S. Tho. in secunda secundę, ibidem: concludendo. n. ait, Si ergo dare eleemosynam de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate, alias autem eleemosynas dare est in consilio. Quum enim S. Tho. Latina scripserit lingua, & dilucide, is sensus ex istis est sumendus verbis, quē verba ipsa significant. Accersito autem quencunq; optimum grammaticum, & proponat sibi quid intelligendum sit ex istis verbis, Prœceptum est, ut fiat hoc, & fiat illud, respondebit certe, quod præcipiuntur: & quod scilicet hoc fiat, & quod illud fiat. Quū autem verba S. Th. talia sint, quare non talis sumendus est sensus. Dixit enim, In prœcepto est dare eleemosynā de superfluo, & dare eleemosynam ei qui est in extrema necessitate. Duo ergo grammaticaliter intelligendo præcipit, cum dicit, & quod detur eleemosyna de superfluo, & quod detur eleemosyna patienti extremam necessitatem. Quinto, confirmatur hoc idem ex uerbis S. Tho. in eadem secunda secundę. q. 66. ar. 7. in co. vbi air, Res, quas aliqui superabundanter habent, ex naturali iure debentur pauperum subsistentationi: unde dicit Ambr. & habetur in Decretis di. 47. Esurientium panis est. quē tu detines, nudorum indumentum est, qd tu recludis; miserorum redēptio & absolutio, est pecunia, quam tu in terra effodis.

Sed quia multi sunt necessitatem patientes, & nō potest ex eadem re omnib. subueniri, committitur arbitrio unicuiscuiusque dispensatio propriarum rerum, vt ex eis subueniat necessitatem patientibus.

Hæc

Hæc ille. Vbi cernere potes primam cõclusionem. Secunda autem ex his, quæ addit ibi in corpore, & in responsione argumentorum, elici potest. Sextò confirmat hoc idem ex verbis S. Tho. in eadem Secunda secundæ, quæst. 87. ar. 1. ad quartum, vbi ait, Tertiæ verò decimæ, quas cum pauperibus comedere debebant, s. in veteri testamento, in noua lege augentur, per hoc, quod Dominus non solum decimam partem, sed omnia superflua pauperib. iubet exhiberi, secundum illud Lucæ 11. Quod superest date eleemosynam. Hæc ille. Vbi apertè cernis iussisse, non consuluisse Dominũ Iesum superflua erogari pauperibus s̃m doctrinam S. Th. Septimo confirmatur hoc idem ex verbis S. Th. in eadem secunda Secundæ. q. 118. ar. 4. ad secundum, inquirẽs enim ibi an auaritia semper sit peccatum mortale, arguit secundo loco ad partem affirmatiuam sic, Minimum in auaritia est, quod aliquis retineat sua inordinatè; sed hoc videtur esse peccatum mortale dicit enim Basilius, Est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quam tu conseruas, indigentis argentum, quod tu possides, quocirca tot iniurias, quot exhibere valeres: sed iniuriari alteri est peccatum mortale, quia contrariatur dilectioni proximi: ergo multo magis omnis alia auaritia est peccatum mortale. Deinde respondendo huic argumẽto ait. Ad secundum dicendum, quòd Basilius loquitur in illo casu, in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel propter superfluitatẽ habitorum. Hæc ille. In quibus verbis clarissime utranque conclusionem posuit. qũo ergo in Secunda secundę retractauit quod dixit in 4. sen. si in tot locis in Secunda secundæ expresè confirmat quod determinauit in quarto. Caue ergo ne de cætero talia S. doctori imponas.

CAPVT III.

Verborum D. Thomæ ex quibus reprobata opinio pulluauit explanatio.

VErum Quia non sat est falsam expositionẽ destruere, nisi vera apponatur, ideo declaranda sunt verba eius, quæ illi minus bene intellexerunt. Verba eius in loco allegato (s. in secunda secundę q. 32. ar. 5. vbi inquirit, an dare eleemosynam sit in præcepto) sunt ista. Quum dilectio proximi sit in præcepto, necesse est omnia cadere sub præcepto, sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet: vt proximo non solum velimus bonum, sed etiam operemur, secundum illud 1. Ioan. tertio. Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Ad hoc autem vt aelimus & operemur bonum alicuius, requritur quod eius necessitati subueniamus: quod fit per largitionem eleemosynarum: & ideo eleemosynarum largitio est in præcepto. Sed quia præcepta dantur de actib. virtutum: necesse est qđ hoc mõdonum eleemosynæ cadat sub præcepto, secũdum quod actus est de necessitate virtutis, s. quòd recta ratio requirit, secundum quam est aliquid considerandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui est eleemosyna danda. Ex parte quidem dantis considerandum est, ut id quod in eleemosynas est erogandum, sit superfluum secundum illud Lucę 11. Quod supereſt, eleemosynam date. Et dico superfluum nõ solum respectu suiipsius quod est supra id, quod est necessarium indiuiduo: sed etiam respectu aliorum, quorum cura sibi incũbit, qa prius oportet quod vnusquisq; sibi puideat, & his quorum cura sibi incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniatur, respectu quorum dicitur necessarium personæ, secundum quod est necessarium importat, sicut & natura primò accipit tibi, quod est necessarium ministerio nutritiuę: superfluum aũt erogat ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Ex parte autem recipiẽtis requiritur, quod necessitatem habeat: alioquin non esset ratio, quare ei eleemosyna daretur. Sed cum nõ possit ab aliquo uno omnibus necessitatẽ habentibus subueniri, non omnis necessitas obligat ad præceptum, sed illa sola, sine qua is, q necessitatem patitur, sustentari non potest, in illo. n. casu locum hẽt quod Amb. dicit: Pasce fame morientẽ si non paueris, occidisti. Sic ergo dare eleemosynã de superfluo est in præcepto, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate, alias autẽ eleemosynas dare in consilio est sicut, & de quolibet meliori bono dantur consilia. Hæc ille. Ex quib⁹ talis est accipienda sententia. Eleemosynarum largitio est in præcepto: quia dilectio proximi non solum secundum affectum, sed effectum, est in præcepto. Tunc aũt est in præcepto, qñ est necessaria virtute charitatis, ita quod sine tali eleemosynæ donatione charitas manere nõ põt, quia est actus eius. Tũc aũt est de necessitate charitatis, qñ recta rõ ad hoc necessitat. Necessitantia autem s̃m rectam rõnem ad eleemosynæ actum sunt duo, aliquid s. ex parte dantis, & aliquid ex parte eius cui eleemosyna est danda. ex parte quidam dantis necessitans ad eleemosynæ actum est superfluitas bonorum non solum naturæ, sed personæ, iuxta Chr̃i præceptum, & naturæ processum. Ex parte autem eius: cui eleemosyna est danda necessitans ad eleemosynæ actũ est necessitas, seu indigentia, non quæcũque (quia ab vno etiam habente superflua non potest omnib⁹ necessitatibus apparentibus subueniri) sed extrema iuxta verba Amb. Vnde & dare eleemosynam de superfluo est de præcepto ratione superfluitatis, & dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate, est ī præcepto ratione necessitatis extremæ: aliàs autem est in consilio. Quòd aũt iste sit verus sensus, patet ex eo, quod secundum istum sensum nulla extorsio est literæ, nullum sequitur incõuenięs, nulla discordia inter principia & cõclusiones, nulla contradictio inter dicta eius hic, & in alijs locis supra allegatis: sed omnia inueniuntur consona, non solùm supradictis, sed etiam alijs dictis S. T. In quæstionibus siquidem de malo, q. 13. ar. 2. ad quartum, exponens supradictam authoritatem Basilij ait, Basilius loquitur in casu illo, quando aliquis tenetur bona sua pauperibus erogare, puta si sit ei superfluum secundum illud Luc. 12. Quod supereſt, dare eleemosynam. In quolibetis quoq; quolibet. 7. vel 8. apud aliquos codices, q. 6. ar. 2. vbi quærit vtrum ille, qui non dat pauperi petenti, si hẽat de superfluo, peccet, ponit eandem primam conclusionẽ in hæc verba: Circa hoc distinguendum est; supposito enim, quod aliquis habeat de superfluo, & respectu indiuidui, & respectu personę, quod tenetur pauperibus erogare, aut videt in paupere petente euidẽtia signa extremæ necessitatis, aut non: si videt, certũ est, qđ tenetur dare, & peccat non dãdo. in hoc. n. casu loquitur Amb. Pasce fame morientẽ; si non paueris, occidisti. Si verò non appareat, tũc non tenetur dare pauperi petenti: quia quanuis teneat dare superfluũ pauperibus, non tñ tenet oĩb. dare, nec huic dare, sed tenetur distribuere, secundum qp sibi visum fuerit opportunum. Hæc ille. Ex quibus prima conclusio euidenter apparet.

Fun-

Fundantur autem hæ conclusiones super rationes multas. Quum enim bonum consurgat ex cã integra. malum autem ex particularibus defectib⁹ (vt Dio. dicit 4. ca. de Diu. nom.) charitas ipsa erga proximum indigentem conseruari non potest, nisi ex parte vtriusq; omne corruptiuũ tollatur: contrariatur autem dilectioni proximi (vt ex dictis & dicendis patet) ex parte dãtis superfluum personę indigentib. negare, ex parte verò pauperis extrema necessitas non adiuta: & ideo quodcunq; illorum inueniatur, charitas non soluatur, & consequenter malum culpæ mortalis consurgit: & hæc est ratio quam tetigit S. T. in q. 32. loco præallegato, cum dixit, quod actus eleemosynę est de necessitate virtutis, secundum q̃ recta ratio requirit, secũdum quã aliquid est considerandũ ex parte dantis, & aliquis ex parte eius, cui danda est eleemosyna. Amplius; Quum ordo charitatis sit in præcepto (vt testatur S. Tho. in secunda secundæ, q. 44. art. vltimo,) & ex charitate diligenda sit vita corporalis proximi: secundum omnes plus tenemur diligere uitam proximi, quam bona nostra exteriora, sicut plus aĩam proximi, quam corpus nostrum. Sed decentia status est quoddam bonum exterius: igitur tenemur de necessarijs ad decentiam status nostri subuenire vitæ corporali illius qui est in extrema necessitate. Et similiter cum charitatis ordo exigat, vt decentiam status proximi superfluitatibus nostris prępo namus (quoniam tale bonũ charitas ꝓximo vult) hoc autem malum abiicit, tenemur ex supfluo naturæ & personæ aliorum necessitatibus subuenire. Et hæc est ratio, quã adduxit S. Tho. in 4. sen. ubi supra. Amplius: Cum virtuti duo sint extrema cõtraria, s. superabundantia & defectus, (vt dr 2. Eth.) charitas autem licet secundum se extremo super abũdanti careat (quia ut inquit Bernar. Charitatis modus est absque modo esse: ex eo quod obiectũ non potest tantum amari, quantum est amabile) utrunque tamen extremum habet secundum exteriores operationes, ut ex Secunda Secundæ q. 26. art. 7. habetur: vñ & ex superabundantia & defectu exteriorum operum corrumpitur. Ad excessum autẽ in proposito pertinet plus de corporalibus bonis, q̃ oporteat attribuere tã sibi, q̃ alijs, ga amicabilia quę sunt ad alios, sũt ex amicabilibus, quæ sunt ad se, vt dicitur 8. Eth. Defectus verò est minus corporalibus bonis uti quàm oporteat & ad sui, & aliorum sustentationem. Quum autem superflua naturę & personę habens, nec indigentibus dispensans, plus sibi, quam oporteat huiusmodi bonorum applicet, aliter superflua nõ sunt, manifestum est, quod in charitate extremum contrarium secundum superabundantiam incidit, sicut & ille, qui in superfluis & voluptuosis conuiuiis plus aliis, quàm deceat, tribuit, & consequenter uterque peccat mortaliter. Similiter quum negans necessarium personæ patienti extremam necessitatem, minus aliis, quam oporteat, cõmunicet huiusmodi bona (quia dẽntur exteriora bona ordine naturali sustentationi uitæ humanæ primo, deinde cæteris commoditatibus) patet quod in extremum secundum defectum declinat, sicut & ille, qui sui ipsius ob suã miseriam corporali saluti subuenire negligit, vnde & vterque a charitate recedit, & consequenter morta liter peccat. Et hæc est ratio, quam S. Tho. in quoli beto 6. quæst. 7. Amplius, Quum de iure naturali omnia sint communia, & ius gentium res appropriauerit quò ad vsum, procurationem & dispensationem, vt dicit S. T. secunda secundę, quæst. 66. arti. 2. constet quoque quod a iure gẽtium nihil inordinatum vim sumit (quoniam a natura vt rõnalis est oritur) impossibile est ea, quę huic superfluũt quo ad naturam & personam, eius esse quo ad usum (vsus. n. superfluorum inordinatus est, aliter superflua non sunt) licet istius sint quo ad procurationẽ & dispositionem. Si autem ex iure gentiũ eius nõ sunt quo ad vsum, indigentibus ex iure naturali debentur; dispensanda tamen secundum arbitriũ possidentis, cui (vt dictum est) dispensationem iusgentium appropriat. Contra ius ergo naturale est superflua naturæ & personæ indigentibus non largiri. Similiter licet necessarium personæ sit habentis, etiam quo ad usum, simpliciter loquendo, in casu tamen, quo extrema necessitas alterius appropriat, ut superfluũ censetur eius usus respectu ist⁹ patientis extremam necessitatem, & iuris naturalis vis exigit, ut tanquam superfluum patienti debeat. Non enim ratio, a qua ius gentium deriuatur, ita necessarium personæ appropriat huic quo ad vsũ, quin indicet in casu necessitatis alteri deberi ob iuris naturalis vim. Cuius signum est: quia si ab isto possidente necessarium personæ in tali casu non dispensetur patienti extremam necessitatem, laudabiliter ab eo auferri põt, ut extremis necessitatibus subueniatur. Est igitur & contra ius naturale, non subenire extremę necessitati de necessario personæ. Et hęc est ratio, quam tetigit S. Tho. in 2. 2. q. 32. in hoc art. in responsione ad secundum, & est sumpta ex verbis Basilii & Amb. Ille enim exponẽs verba Diuitis, Lucę 12. dicentis, Congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea; ait, Dic mihi quę tua. unde ea sumens in uitam tulisti? sicut qui præueniens spectacula, prohiberet aduenientes sibi, appropriando, quod ad communem vsum ordinat, similes sunt diuites quod communia, quæ præoc cupauerunt, æstimant sua esse. Si enim quilibet suę necessitatis sufficientia recipiens, relinqueret supfluum indigenti, non esset dives, nec pauper. Cæterum si fateris ea tibi diuinitus prouenire, an iniust⁹ est Deus, inæqualiter res nobis distribuens? cur tu abundas, ille uerò mendicat, nisi vt tu bonę dispensationis merita consequaris, ille verò patientiæ brauijs decoretur? Nonne spoliatores, qui dispensanda suscepisti, propria reputando? est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quàm in conclaui cõseruas; discalceati calceus, qui penes te marcescit: indigentis argentum, quod tu possidet inhumatum; quo circa tot iniurias, quot dare valeret. Ambr. autem eadem parabolam tractãs, vt in Decretis habetur distinct. quadragesimaseptima sicut Hier. ait, Proprium nemo dicat quod est commune: q̃d plus quam sufficeret sumptui, etiam violenter obtentum est. & subdit, Quis enim tam iniustus, quã qui tam multorum alimenta non suum vsum, sed abundantiam & delitias facit? neque enim minus est criminis habenti tollere, quam quum possis & abundas indigentibus denegare. Concludẽdo igitur secundum veritatem & S. Tho. doctrinã, duas diuisim radices necessitatis ad eleemosynæ opus producendum dicimus, superfluitatem scilicet naturæ & personæ ex parte dantis, & extremam necessitatem ex parte indigentis.

CAPVT IIII.

Quarumdam obiectionum solutio ponitur, quæ falsam diui Thomæ positam sententiam confirmare videbantur.

ANtequam autem satisfiat motiuis uñ orta credit illa falsa expositio, alias quasdã obiectiões con-

contra determinatam veritatem ad illius falsæ ex positionis robur afferenda censui.

Quadrupliciter igitur instat, primò sic: Quū eleemosyna sit ad alterum, oportet coniunctim vtriusque conditiones considerare, & non diuisim; sicut & de iustitia dicitur 5. Ethic. vnde & S. Th. in hoc art. ait, quod nulla est rō, quare eleemosyna alicui detur, quantuncunque alias habeat superflua, nisi iste egeat: ergo copulatim oportet intelligere, qđ duo sunt consideranda ad præceptū eleemosynę. s. superfluitas, & extrema necessitas. Secundo, quia si non coniunctim intelligatur, sequitur deficiēs doctrinai & quodāmodo impossibilis adimpleri. Deficiens quidem: quia dicit, quod habens superflua, tenetur largiri eleemosynaliter, & non dicit cui, & similiter quod patiēti extremam necessitatem sub præcepto subueniendū est, & non dicit a quo. Impossibilis uerò qñque, quia in aliqua patria nullus est pauper, & tamen aliquis habebit de superfluo. Tertio, quia post art. istum quæris S. Th. utrū corporalis eleemosyna sit danda de necessario: ex hoc enim arguitur sic. Si præcedenti art. iam determinatum, est qp patienti extremam necessitatē teneamur dare de necessario personę, quid opus erat dubitare vtrum sit dāda eleemosyna de necessario? Quarto, quia S. Th. in quolib. 6. q. 7. seu art. 12. in responsione ad primum, dicit hæc verba, Non semp peccat mortaliter quotiescunque non dat pauperi: qui superfluum hēt, sed quando necessitas imminet. Quando autē sit talis necessitas, qp obliget ad mortale, non pōt ratione determinari: sed committitur prudentiæ. Et in responsione ad secundū dicit, Dare omnia sua pauperibus, cadit sub præcepto secundum animi præparationem, ut. s. homo sit paratus hoc facere, si necessitas immineat. Minor tamē necessitas requiritur ad superflua eroganda, quam ad omnia exhibenda tamen hoc totum ratione uniuersali determinari non potest, sed cōmittitur prudentiæ ut dictum est. Ex his enim uerbis uidetur qp superflua erogare secundum S. Tho. non sit in præcepto nisi tempore necessitatis.

Ad hęc respondetur. Et ad primum dicitur, qp aliud est loqui de exequutione præcepti eleemosynæ, & aliud de obligatione eius. Licet enim ad exequendum eleemosynæ præceptum exigātur duo, scilicet superfluitas naturæ, & personæ ex parte dantis, & indigentia naturę uel personæ ex parte eius cui est eleemosyna danda, sed superfluitas naturæ ex parte dantis, & indigentiæ naturæ, ideſt extrema necessitas ex parte patientis (quia alter non est ratio, quare danda sit eleemosyna) obligatur tamen quis per se loquendo, ex hoc solo qp superfluū naturę & personæ habet illud distribuere. Solo autē dico, excludendo non omnem sed extremam alterius necessitatem, quam hic S. Th. superfluitati cōbinat: oportet enim quod si uni supersit, alteri deficiat, ut Basilius dixit. Et similiter ipsa extrema necessitas alicuius quantum est ex se, obligatiua est ad hoc ut sibi subueniatur. Per accidens autem est, qp hic, uel nunc quis non teneatur, puta quia latent eum indigentes. Vnde quia S. Th. radices præcepti inuestigabat, & non exequutionem, iō disiunctim intelligendus est (vt probatum fuit) aliter in maximos incidetur errores. Et subtiliter aspiciat qs, videbit quod & ad ipsam obligationem p̄cepti duo cōcurrunt, scilicet superfluitas naturę, uel personę ex parte dantis, & necessitas naturæ uel personæ ex parte patientis: quoniam præcepta moralia dantur de his, quæ ut plurimū eueniunt, vt pluries Arist. in

A Eth. dicit. Communiter autem imò potius semp, superfluitas vnius est indigentia alterius: sed quia non ex parte indigentię est obligatio ad mortale, nisi sit extrema, neq; ex parte superfluitatis est præceptum, nisi sit vltra personæ dignitatem, ideo sūmarie loquens S. T. ea quæ, complens rōnes præceptorum assumens, ad aliaque loca tanquam ad cōmentaria, quę se scripsisse nouerat remittendo, assumpsit, & concluſit dicēs duo præcipi. & dare de superfluo, & dare extremam necessitatem patiēti.

Ad secundum dicitur, quod doctrina sufficiēs est, & quia summarie tradita, & quia alibi explicata est, & quia facile subintelligi potest, cui danda

B sunt superflua (indigenti s. & patienti extremā necessitatem) & à quo subueniendum est, ab eo, s. qui nouit & potest. Posse autem quemlibet superfluū naturæ habētem, clarum est. Nec est verum, quod quandoque impossibile sit hoc obseruare, quoniā secundum Euangelicam doctrinam pauperes semper habebimus nobiscum, & dato quod non appareret aliquis indigens obseruaretur præceptum, futuris pauperibus thesaurizando. Dicitur secundo quod quia ut dictum est sermones morales sunt secundum subiectam materiam, quæ ut pluribus hoc habet, ideo si in aliquo particulari casu aliqd occurrat quod impedire uidetur obseruationem

C præcepti, nihil vigoris ipsi præcepto adimitur.

Ad tertium sufficienter respondetur quantum ad propositum spectat, querendo ab obiicientibus ad quid sanctus doctor in 4. sent. dist. 14. post articulum adductum, in quo expresse has conclusiones determinauit, mouit illammet dubitationem (an s. eleemosyna danda sit de necessario) in eadem q. art. 4. Causa enim quam redditurus sunt, quare hoc fecit in 4. est illa quare hoc fecit in Secunda Secundæ, & quum in 4. uideant, quòd talis articuli quæstio non repugnet ueritati huius prioris determinationis, nec superflue addita sit, fatean tur falax assumpsisse signum in secunda secundę ad suam expositionem probādam. Est autem in promptu cā,

D quare vtrobique talem articulum adiecerit, quia specialem s. præ se fert difficultatem necessariorū distributio, quam enim audis necessarium, distribuendum non videtur. Vnde licet ex præcedenti articulo facilè deduci potuisset conclusio ista, qp necessarium personæ erogandum est patienti extremam necessitatem, tñ tota quæstio, an s. licet necessarium erogare, nota non erat, quare, &c.

Ad quartum dr, quod oportet intelligere respōsionum terminos secūdum quod in argumentis oppositis assumpti sunt. In illis autem argumentis non est sermo nisi de necessario naturæ & supfluo naturæ, vt patet in primo ex præcepto Ioannis. Baptistæ Luc. 3. quod inducitur s. Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti, duæ enim tunicæ sunt

E superfluum naturæ, non personæ, ut glossa ibidē dicit, & Petrus de Palude in 4. di. 15. & ratio cōuincit, tum propter temporum uariationem naturalem secundum calidum & frigidum, serenitatem, & intemperiem, tum propter communem humani generis morem. Vnde verba illa, quæ in solutione primi dicit, confirmāt secundam conclusionē supra determinatam, quia necessarium personæ quod est naturæ superfluum, in articulo necessitatis extremæ erogandum dicit sub peccato mortali.

Secundum autem argumentum replica est contra hanc responsionem hoc modo. Dare omnia ēt necessaria naturæ, est in præcepto in articulo necessitatis, quod tamen simpliciter est in consilio,

ergo

ergo dare superflua naturæ quod est in præcepto, obligat extra articulum necessitatis. Tenet consequentia, quia præceptum obligat plusquam cõsilium, ergo male responsum est, quod præceptum illud de duabus tunicis, & similia intelliguntur in articulo necessitatis. Et ad hoc respondet, qđ vtrũque est in præcepto secundum præparationem aĩ pro articulo necessitatis, sed articulus necessitatis habet latitudinem. Necessitas enim obligans ad necessaria naturæ communicanda, est non quæcunque extrema necessitas pauperis, sed illa, qua quis ẽt vitam propriã tenetur discrimini exponere pp illum. si enim pro fratrib. mori aliquando est in p̃cepto, consequens est q̃ priuare se necessariis uitæ adminiculis, committendo se diuinæ prouidentiæ in aliquo casu præceptum sit. Necessitas autem ad superflua obligans naturæ communicanda, est minor, sufficit enim ad hoc, quòd pauper non habet vnde sustentari queat. Vnde ex hac responsione secunda conclusio iterum cõfirmatur. sicut & per corpus illius articuli.

CAPVT V.

Solutio obiectionum pro fundamento illius opinionis in primo cap. adductarum.

AD ea verò, quæ in principio pro fundamento illius expositionis adducta sunt, respondetur. Et ad primũ quidem rñsio ex dictis aperta est. Iam .n. declarauimus & probauimus, quomodo duo considerandа sunt secũdum rectam rationem ad necessitatem virtutis eleemosynariæ.

Ad secundum verò dr̃, quòd ly laudabiliter, põt dupliciter sumi. Vno mõ, vt distinguitur contra Necessario, & sic idem sonat laudabiliter quod bene, sed non de præcepto, sed de consilio. Alio mõ vt distinguitur contra vituperabiliter, & sic idem sonat quod uirtuosè. in proposito S. Tho. accepit laudabiliter secundo modo, & non primo. Et nihil aliud voluit dicere, nisi q̃ in illis casibus trib. quos enumerat non inordinatè, sed virtuosè quis necessaria personæ largiretur. Ex hoc autẽ quod virtuosè hoc fieri dicitur, non sequitur, ergo non de præcepto: quoniam actus virtutis communis est præceptis & consilijs.

Et quia hoc verbum arbitror fuisse occasionẽ errandi alijs & falsam fouisse expositionem, propterea q̃ creditũ est q̃ S. Th. vteretur ly Laudabiliter, primo mõ: iõ ostendo q̃ secundo mõ accipit Laudabiliter ex quattuor. Primò ex ar. tit. ac S. Th. more: quum enim consueuerit diuinum eius ingenium quæstionibus respondere sermone formali, propter quod vniuersaliter profundæ sunt eius sẽtentiæ, & occultę minus perspicacibus; & ti. ar. non sit, an de necessario fieri eleemosyna debeat sub p̃cepto vel consilio, sed an de necessario dare liceat eleemosynam, sua non intererat respondendo differere, q̃ hoc sit in consilio vel præcepto. sed q̃ hoc sit contra virtutẽ vel f̃m virtutem, licet ad p̃fectiorẽ doctrinã potuisset post subiũgere: & hoc nõ solum est f̃m virtutẽ, sed ẽt in præcepto. Quod dixit. Ergo laudabiliter virtuosè exponendum est, si difficultati motæ formaliter rñsum esse fateri volumus. Secundò, ex prima parte corporis illius articuli, ait enim ibi, q̃ nõ licet dare de necessario naturæ, nisi ad sustẽtationem reipublicæ, vel ecclesiæ in aliquo casu necessitatis. Tunc enim laudabiliter inqt, seipsum, & suos mortis exponeret periculo, qa bonum cõe proponẽdum est proprio. Ex hoc arguit sic, certũ est, q̃ in aliquo casu tenet̃ qs de p̃cepto, nõ solũ mortis periculo se exponere, sed etiã mori pro fratribus: ergo quum S. Thom. dixit laudabiliter hoc fieri in aliquo casu non accipit, Laudabiliter, vt distinguitur contra necessario, seu de præcepto, quia falsum dixisset, quum in præcepto hoc esset non sit dubium in aliquo casu, accipit igitur, Laudabiliter, idest uirtuosè. Quod si hinc acceptas glossam, quare non infra in proposito nostro? nulla siquidem est quæstionis aut styli disparitas. Tertio, ex regula generali, ex qua excipiens profert hęc verba. Quum enim distinxisset necessarium in necessarium naturæ & personæ, & de necessario naturæ regulam tradidisset, quod non licet dare ex eo eleemosynam, & exceptionem feciſſet, ad necessarium personæ tranſiens, ipsum absolutè considerans (vt quæst. exigebat) duas regulas tradidit. Prima est, quod dare de necessario personæ, simpliciter scilicet & absolute considerando ipsum, est bonum sub consilio tantum, non præcepto. Secunda autem quasi aduersatiuè addita est, quod inordinatum est dare tantum de necessariò personę, quod de residuo non possit conuenienter vita peragi. Et ab hac secunda regula excipit tres casus, ingressum religionis, facilẽ reparationem, & extremã necessitatem priuatæ personæ, uel magnam reip. quia in his laudabiliter necessaria personæ erogantur. Ex his verbis videre quispiam potest clara luce, quod laudabiliter posuit contra inordinatum. Regula enim erat, q̃ necessarium personæ nimis a seipso subtrahere est inordinatum. Exceptio autem est, quod in tribus casibus hoc fit laudabiliter, id autẽ est dictum laudabiliter, vt distinguitur cõtra inordinatè & contra vituperabiliter. Quarto patet hoc idem ex 4. sent. dist. 15. q. 2. ar. 4. q. 1. ibi enim tractans hunc articulum, eandem regulam tradit, & eosdẽ tres casus excipit ab illicitis. Constat autem quod ibi iam determinauerat, q̃ non solum licitum, sed præceptum erat dare de necessario personæ ultimam necessitatem patienti, nihil ergo obstat prædeterminatæ sententiæ, quod id quod præceptum, dixerat post laudabile aut licitũ dicat, exigẽte hoc noua difficultate, quia formaliter sibi vult responderi. Laudabiliter igitur. i. uirtuosè se dixit dari eleemosynam de necessario in articulo necessitatis.

Et per hæc patet, qualiter intelligenda sint verba illa, q̃ ad confirmationem dicebantur, scilicet dare eleemosynam de necessario personæ, est bonũ, & non cadit sub præcepto, sed consilio. Quum .n. hæc verba in eodem sint articulo, accipienda sunt, vt quæsitum formaliter determinat. Queritur aũt ibi, an non liceat de necessario dare eleemosynam in tali casu, sed vt dictum est, quia ipsum necessarii nomen erogationem excludere videtur, quæritur an considerando id quod necessarium est alicui absolutè & simpliciter, liceat eleemosynam de eo dare. Ad hoc autem quæsitum facta distinctione de necessario naturæ & p̃sonę, subtiliter & optimè quo ad necessarium personę dictum est, quòd licet sit bonum, est de consilio tamen, non de præcepto. ex hac tamen responsione non sequitur, ergo in nullo casu uel in casu extremę necessitatis hoc non cadit sub præcepto, quæsita enim aliter a sapientibus determinantur solitariè sumpta, & aliter coniuncta alicui casui, siue fini. Si enim queras, an occidere hominem sit bonum, optimè respondebit q̃ non; q̃ si addas in casu, quo iustitia exigit, respondebitur quod hoc est in præcepto. Similiter si queras an exponere se mortis periculo, sit bonũ, optimè respondebitur quòd non, quòd si addas propter actum virtutis, dicetur q̃ hoc quandoque

cadit

cadit sub præcepto, & similiter de aliis euidenter apparet, quòd aliam responsionem sibi uendicãt, solitariè q̃sita, & alia cõiũcta cũ aliquo alio. Vñ ad insinuandum S. Th. q̃ dare de necessario personæ solitariè sumptum bonę affectionis est, dixit quod sub consilio, non præcepto cadit. Ad insinuandũ autem, quod hoc in aliquo casu sub præcepto cadit, supra dixerat, & infra dicit, & alibi, vt est allegatum, quod de necessario personæ extremæ necessitatis sub præcepto tenetur quis subuenire. Patet igitur ex dictis, quòd S. Tho. sententia est, quòd duo sunt præcepta circa eleemosynam faciendam, s. dare de superfluo naturæ & personæ indigentibus q̃busuis, & dare de necessario personę patiẽti extremam necessitatem.

CAPVT VI.

Expositæ opinionis S. Thomæ ex multis illustribus doctoribus antiquis & modernis confirmatio.

ET quia hoc videtur multis forte nimis graue, & S. Thom. quem prius imitabantur sequendum, non putabunt, & coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, vt omnino inexcusabiles reddantur, apponendos censui multos illustres doctores eandem tenentes sententiam, licet non paruipendendum sit verbum illud S. Th. in 4. quando ait esse hanc communem sententiam.

Primam ergo conclusionem, scilicet quod hñs superfluum naturæ & personæ, tenetur aliis subuenire ratione superfluitatis licet pauper non appareat in extrema necessitate, tenent in primis Basi. & Amb. in verbis supra adductis. Augustꝰ. quoque ad Macedonium vt habetur 14. q. 4. c. quid dicam, idẽ sentit in his verbis, Nonne omnes qui sibi uidentur gaudere conquisitis, eisque vti nesciunt, alienũ possidere conuincimus, hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur, hoc autem iure q̃d iustè, & hoc iustè, q̃ bene. omne igitur quod male possidetur, alienum est, male autem possidet, qui male vtitur. Hæc ille. Vbi apparet superfluum naturę & personæ alienum esse quo ad vsum, & consequenter dispensandum, aliter iniustè possidetur, quia hñs non rectè vtit illo. Eandem confirmat sententiam Hier. dist. 42. c. hospitalitatem, dicens, Alienа rapere conuincitur, qui sibi ultra necessaria retinere probatur. Hæc ille. Theophilus quoque super illa verba Luc. 18. Facilius est camelum, tractans an hæc domini sententia impossibilitatem ostendat circa diuitum salutem: affirmansque impossibilitatem, ait, Reuera ita est, aliud enim est diues, & aliud œconomus, nam diues est, qui sibi reseruat diuitias, œconomus verò siue dispensator, qui ad opus aliorum. Porrò attendatur, quod diuitem quidem impossibile dicit saluari, possidẽtem uerò diuitias difficile, quasi dicat Diues, qui captus est a diuitiis, & famulatur eis, non saluabitur, habens verò illas, qui scilicet eis dominatur, vix saluabitur, causa humanæ fragilitatis. Hæc ille. Vbi manifestè damnantur omnes reseruãtes sibi diuitias, ideſt superflua, & qui eis famulãtur. Quod autem talis famulatus excludens vita æterna, sit ipsa custodia superfluorum, apparet ex verbis Chry. ibidem dicentis, Non prohibet ditari, sed opibus famulari, vult vt in necessariis vtamur eis, non vt custodiamus, nam famuli est custodire, sed domini dispensare. Si conseruari eas vellet non tradidisset eas hominibus, sed fineret eas in terra iacere. Apparet etiam ex uerbis Domini, Mat. 6. Non potestis Deo seruire & Mammonę, ubi Hieron. exponens quid sit seruitus diuitiarum, ait, Audiat hic auarus, audiat hoc qui censetur vocaõulo Christianus, non posse simul diuitiis, Christoque seruiri, & tamen non dicit, Qui habet diuitias, sed, Qui seruit diuitijs, qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit, vt seruus, qui autem seruitutis excussit iugũ, distribuit eas ut dominus. Hæc ille. Vbi expresse apparet, quod est impossibile superflua custodire, non dispensando & Christum amare, diuitiis. n. amatis, se odio haberi necessarium esse, ibidẽ dicit Dominus. Beda quoque super illud Luc. 11. Quod superest, date eleemosynam, ait. Neque enim ita facienda iubetur eleemosyna, vt teipsum consumas inopia, sed ut tui cura corporis expleta, inopem quantum vales, sustentes. Hæc ille. Vbi iuberi exposuit sustentationẽ inopum post necessaria nobis.

Inter posteriores verò doctores Petrus de Palude in 4. dist. 15. q. 3. expresse ponit hoc cadere sub p̃cepto. Richardus quoque in 4. dist. 15. q. 2. hoc idem confirmat. Durandus autem & Romanus & ibidem, quasi mortale pauidi timent.

Secundam autem cõclusionem (q̃ scilicet dare eleemosynam existenti in extrema necessitate de necessario personę sit in p̃cepto) Ambr. dist. 86. c. pasce. confirmat dicens, Pasce fame morientẽ, si non pauisti, occidisti. Greg. quoque in homilijs suis ait, Quia enim in lege scriptum est, Diliges proximũ tuum sicut te ipsum, minus proximum amare cõuincitur, qui non cum eo in necessitate illius ẽt ea quę sunt sibi necessaria, partitur, idcirco de diuidẽ dis cum proximo duabus tunicis datur p̃ceptum. Hęc ille. Vbi euidenter apparet, q̃ necessaria, nõ cõmunicata necessitatibus absque dubio extremis, minorem debito dilectionem Christi conuincũt, & consequẽter charitatis extinctionem, q̃ diminutionem non patitur. Basilius ẽt super illud Luc. 3. Qui habet duas tunicas, ait. Hic autem docemur, quòd ex omni eo quod affluit supra p̃oprij victus necessitatem, tenemur erogare illi, qui non habet propter Deum, qui quęcunq; possidemus, largitus est. Hęc ille. Vbi clare sonat intentam sententiam. Iuniores quoque, s. Petrus de Palude, Richardus, Duran. & Romanus in 4. sent. dist. 15. intrepidè asserunt teneri quemlibet de necessario personæ subuenire extremæ necessitati pauperis. Nõ absque temeritate ergo a tot doctoribus ac rõnibus subtrahet se quispiam, volens magis hominibus placere, quã ueritatem sequi. Quòd si mihi illud Rosellæ obiecceris, q̃ scilicet diuitum confessiones audiri non possent, & cõfessores damnationem incurrerent, audi Dominum Iesum Christum in Euangelio, diuitibus dicentem, Facilius est camelum trãsire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Confessoribus autem, Si cęcus cę co ducatum prębeat, ambo in foueam cadunt.

Et sic patet regula generalis, circa eleemosynarũ necessariam largitionem: applicatio autem eius ad particularia scientifica determinationi non subest, sed prudentię committitur, quę circa particularia uersatur. Est autem magna opus circunspectione, vt concludatur hunc habere superflua, oportet siquidem considerare statum, filios, filias, seruos, alũnos, hospites, conuiuas, diuisionem, munificentiã, magnificentiam, & si qua sunt huiusmodi, & habere semper præ oculis, quòd necessarium personæ non consistit in indiuisibili, multis enim adiũctis, non apparebit superfluum, & multis subtractis, nõ censebitur quis indigẽs. Et hęc de eleemosynę prę cepto dicta sufficiant. Anno Domini 1496.

TRA-

TRACTATVS SEXTVS, De Monte pietatis, in quindecim capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit Mons pietatis, quæ eius capitula, & quid discutiendum.*
2 *Ex quibus & quomodo procedendum est ad huius veritatis inuestigationem.*
3 *In genere, & in qua specie virtutis, vel vitij operationes istæ locentur.*
4 *Conditiones iusti commutatiui & distributiui.*
5 *Prima opinio dicentium, nihil vsuræ aut iniustitiæ inueniri in contractibus Montis pietatis stando infra limites iustitiæ commutatiuæ.*
6 *Examinatio prædictę opinionis cum determinatione quod in his contractibus committatur multiplex iniustitia.*
7 *Secunda opinio examinatur, soluendo duo dubia concernentia dicta in præcedenti capitulo.*
8 *Solutio rationum arguentium, quod contractus prædicti secundum commutatiuam iustitiam sint iusti.*
9 *Determinatio, quod in prædictis contractibus committitur vsura.*
10 *Opinio dicentiũ iusta esse capitula Montis pietatis secundum formam iustitiæ distributiuæ.*
11 *Examen prædictæ opinionis determinans, quomodo hic sit distributio.*
12 *Determinatio quod secundũ iustitiæ distributiuæ formam multiplex in hoc Monte iniustitia committatur.*
13 *Opinio dicens in Monte hoc nullum esse propriè mutuum; sed societatem potius quãdam pijssimis capitulis ad commune bonum vnitam.*
14 *Examen prædictæ opinionis determinans iniustitiam nihil minus inueniri in capitulis Montis secundum uiam, quam secundum alias supradictas.*
15 *Excluſio quorundam extraneorum dictorum concludens vltimo in tantam sententiam.*

CAPVT PRIMVM.

Quid sit Mons pietatis quæ eius Capitula, & quid discutiendum.

MONS Pietatis in multis iam Italiæ populis erectus, & nunc discutiendus, vocatur summa quędam pecunię ad perpetuum vsum pauperũ deputata, hoc modo. Compatientes diuini verbi prędicatores aliqui inopiæ multorum pauperum quorum facultates (quia non semper in promptu habere contingit, vnde suis prouideant necessitatibus) ab Hebræorum vsuris vorantur, induxerunt populum, vt pietatis intuitu oblatione voluntaria quisquis quod sibi placeret, offerret quatenus ex multis oblatis vna quædam fieret nũmorum summa, conseruanda integrè ad hoc, vt pauperi cuique mutuari possit, vnde sibi prouideat. Et quoniã charitate plena res est hęc fructuosa fuit prędicatio, adunataque est pecunia multa sub communibus custodibus reposita, quæ Mons pietatis dicitur, Quumq; modũ conuenientem & perpetuum humano more rectores ciuitatis statuere vellent, quo pauperibus prædicta pecunia distributione perpetua & æquali mutuari possit, statuerũt bonos ciues ad hoc exequendum cum his capitulis.

Primò, ꝙ custodiãt dictam pecuniam, & stent parati ad mutuandum egentibus tot aureos (puta tres ad summũ) & intra tm̃ non plus tpis (puta annum) restituẽdos, & hoc vt bonum possit esse cõmunius.

Secundò, ꝙ pignora ab accipientibus mutuum sumant, & suo periculo custodiãt in domo ad hoc conducta; & restituentibus intra annum reddãt, nõ restituentium verò publicè vendant, & ex vẽditione pecuniam exigerent reddendam domino venditi pignoris, deducto prius eo, quod Mõti debet, & horum omnium & totalis suæ administrationis rationes scriberent, & redderent. Et hoc totum fit, vt perpetuari possit Mons, & futuris pauperib. ꝓdesse.

Tertiò, ꝙ vltra pecuniam mutuatam exigant secundum numerum librarum singulis mẽsibus tot denarios a prædictis debitoribꝫ, ita quotquot libras aliquis multo susceperit a Monte, tot denarios singulis mensibus, quibus illas retinet, dare teneatur. G Et hoc non vt aliquid vltra sortem monti accedat: sed pro recompensatione operarum custodum, & ministrorũ, qui publico pauperum bono in supradictis cum se periculo & labore deseruiũt, & expensarum quæ pro pẽsione domus, & emptione librorum, & ceteris ab eisdem fiunt. Hæc sunt capitula Montis pietatis. Quorum duo prima; quoniam per se notum est esse sancta, tertium examinandum restat, an sit licitum aut illicitum: & sic illicitum, an vsuram sapiat.

CAPVT II.

Ex quibus & quomodo procedendum est ad huius veritatis inuestigationem.

H OPortet autem huius dubitationis, sicut & cuiusque alterius veram solutionem ex eius proprijs principijs indagare. Quum autẽ quæstio hęc moralis sit, & ab homine naturaliter scibilis, nõ est ex authoritate diuina aut humana, sed moralis philosophiæ principijs tantum procedendum. Ex authoritate siquidem diuina in canonicis sacrę scripturæ libris contenta quędam per se ponuntur credenda: & hæc sunt quæ humani excedunt vires ingenij (quoniam fides est argumentum rerum non apparentium) vt puta quod Deus sit trinus, & alia huiusmodi. Quædã quasi per accidens: & hæc sunt multa ratione naturali cognoscibilia tam credẽda, quam operãda, vt citius, communius, & tutius veritas humano generi innotescat, ut puta quod Deus I sit & quod sit vnus, quod adulterium est malũ, &c. In neutro autem horum genere præsens cõtinetur quæstio, scibilis siquidem naturaliter est, & nullibi in sacra scriptura decisa inuenitur. Ex traditis autẽ in ea si solui debet, oportet ad morales venire ꝓpositiones: nisi inquantum creditas, sed lumine naturali notas. Hoc autẽ est ex principijs moralibus non ex diuina ꝓcedere authoritate. Authoritas vero humana tam canonica, quàm ciuilis duo similiter tradit operum genera. Quædam ideo bona, quia mandata, vel mala, quia prohibita, & quædam ideo præcepta, quia bona, vel prohibita, quia mala. In horũ primo ordine constat hos, de quibus agimus, actus non contineri: in secundo autem claudi, nullibi explicire habetur. Implicite autem probari non potest ex iuris principiis, inquantum humana sunt authoritate firmata: sed oportet recurrere ad philosophiam moralem, vt ex eius rationibus naturali lumine fultis ostendatur, an hoc sit secundum se malum, aut bonum.

Ex hoc autem, ꝙ nulla authoritas quæstionem hanc propriam sibi vẽdicat, euidenter quatuor patere possunt. Primò, quod prędictis quęstionis decisio, nec canonici, nec ciuilis iuris doctores, nec purum Theologum secũdum quod Theologia vltra philosophicas disciplinas est simpliciter necessaria, exposcit, sed moralem philosophũ. Secundo, quod

sapientes

sapientes in hac parte nec hēndi nec vocandi sunt doctores prędicti: sed ponentes potius falcem in messem alienam. Gratiæ tamen sunt eis habendę, qui secundum iura, quantum licuit, quęstionem hanc ventilarunt. Tertiò, quod non est mirum, si tot huiusmodi homines in re hac min⁹ bene dixerint: quoniam tractant fabrilia fabri. Quarto quod ex eo quod tot & tales dixerint vel dicturi sint in re hac suas opiniones, aut decisiones, nemo hęc intelligens dēt, aut potest conscientiam suam eis credere, sicut nec corporeæ infirmitatis periculū aromatarijs, nisi stulte committeret.

Nec obstat quod agere de contractibus & vsura, ad iura spectet, & ad papam, & principem decernere · hoc enim verum est quo ad contentiosa fori exercitia & humana iudicia. Inter homienes siquidem summi Pontificis est vsurarum ambiguitates determinare, & non simpliciter. Dupliciter enim aliquid ad ecclesiasticum iudicium spectat, s. per se & simpliciter. Et sic summi Pontificis iudicio subsunt ea tantum, quæ sunt fidei: eo quòd ipse est cōstitutus à Christo doctor & rector fideliū, inquantum fideles sunt, & non hominum, inquātum homines sunt, & sibi promissa est omni veritas de necessarijs ad salutem fidelium: & non omnis veritas naturaliter scibilis, aut moralis. Aliquid verò subditur Ecclesiæ iudicio per accidens, & ſm quid, si illud necessarium certa ratione nescitur, aut si rō verè scita ab aliquibus, non capitur ab alijs, &c. & de horum numero constat ex dictis quæstionem hanc esse. Et propterea sicut in his, quę sunt fidei summi Pontificis authoritas omnibus pręest rōnibus: ita in his scibilibus supra tam ipsum, quā quēcunque alium iudicem, ratio naturali lumine roborata locum obtinet: contra quam sola authoris naturę authoritas statuere, aut decidere aliqd pōt. Et quoniā solius veritatis amore opus hoc agitur, & materia moralis est, vt omnib⁹ amabilis veritas reddatur, nemo opinans nominabitur, aut mordebitur quouis modo, sed opiniones discutiemus, benedicta suscipientes, minus autem bene, ordinantes, & ſm vires fraternitate & charitate emēdātes.

CAPVT III.

In quo genere, & in qua specie uirtutis, aut uitij operationes ista locentur.

HVmana opera uirtutis, aut vitij susceptiua, in duo secantur genera. Quædam enim sunt, quorum bonitas vel malitia in ordine ad operantem consistit. vt concupiscere, irasci, timore, audere & vniuersaliter humanæ passiones. Talium siquidem rectitudo sufficienter habetur, ipse operās in seipso aliqualiter se habet, puta si passio secundum rationem refrenetur, &cæt. Alia autem sunt, quorum propria & per se primo bonitas aut malitia consistit in ordine ad alterum, licet ad completam virtutis bonitatem etiam in ordinem ad operantem bona esse oporteat, ut reddere depositum, restituere accommodatum, & vniuersaliter operationes, quæ iustitię subiacent. Ad horum siquidem rectitudinem propriam, id est ad hoc ut iusta opera sint, sufficit quòd alteri æqualiter commensurata sint, puta quod restitutio acceptionis æquetur. Non enim refertur qua quis intentione depositum reddat, aut debitum persoluat, si operis iustitiam inspicimus, licet plurimum interfit, si iustitię virtutem operanti attribuere uolumus, Propter quod hoc est singulare in iustitiæ operibus, quòd iusta operari possunt carentes iustitiæ virtute, cæterarum autem virtutum opera nemo absque uirtute illa explere sufficit. Quod ideo, ut ex dictis patet, accidit, quia cętere uirtutes perficiunt hominem in his, quæ sunt ad se. Iustitia uero in his, quę sunt ad alterum, vt in quinto dicitur Ethic.

Quum autem clara luce liqueat opera hæc, de quibus præsens agitur quæstio, in numero eorum, q̄ ad alterū sunt cum æqualitatis ciuili debito cōtineri, eorum bonitatem, vel malitiam ex ipsa ratione iusti, quo ad alterum est secundum æqualitatem ciuiliter debitam, considerare oportet. Et ob hoc omnes rationes quæ in re hac adducuntur, ex rectitudine uoluntatis & pietate intentionis communitatis & ministrorum defectiuæ sunt, non. n. attingunt ad opus secūdum se, an iustum uel iniustum sit. Et quoniam iustum non humana lege positum (quoniam illud non est ad propositum, eo quòd non habet locum nisi in differentibus) sed naturale, id est ex ipsa rei natura æqualitate aliqua alteri commensuratum in duas secatur species scilicet secundum iustitiam commutatiuam & secundum iustitiam distributiuam, oportet non latere, secundum quam iusti speciem opera hęc examinare oportet, nō. n. eodem modo iustirō in vtraque inuenitur. Quamuis autem primo aspectu ad cōmutatiuam iustitiam omnia huiusmodi opera spectare uideantur (quia uel restitutionis, vel recompensationis, vel locationis actus sunt) quia tamen secundum multos distributiua admiscetur iustitia, idcirco primo secundum formam iustitię commutatiuæ, deinde secundum admixtam distributiuam, & demum quandam singularem opinionē examinando procedemus.

CAPVT IIII.

Conditiones iusti commutatiui & distributiui.

QVia uero ignoratis rationibus terminorum, impossibile est intelligere cætera, prelibandum est quid ratio iusti in commutationibus exigat, & similiter quid ratio iusti in distributionibus requirat, ad hæc enim aspicientes, oportet reliqua examinare. In ciuitate, quum totum quoddam sit triplex debiti ratio, sine qua iustum nō inuenitur, considerari potest, scilicet ad partem, totius ad partes & partium ad totum. Primus ordo dirigitur a iustitia commutatiua, secundus a distributiua, rertius a generali, quæ legalis alio nomine dicitur, de qua in quinto Ethicorum dicitur, quod neque hesperus neque Lucifer est ita fulgens, aut admirabilis. Partes siquidem ciuitatis sunt singulares personę, quarum & res & opera & personas commutare adinuicem oportet, vt quod vni deest, absque dantis damno ab altera habeatur. Bonum similiter vel malum commune necesse est singulis proportionaliter distribuere, singulorumque bona ad cōmune bonum ordinanda esse nemo dubitat.

Sed omissā pro nunc tertia hac iustitia (quoniā vt post patebit, non est ad propositum) sciendum est, quòd iustum secundum iustitiam commutatiuam requirit tres conditiones. Prima est, quod ibi sit datio & acceptio ex parte utriusque extremi, aliter commutatio non esset, & commutatiuæ iustitię, qui directiua commutationum est, propria deesset materia. Secunda est, quod sit inter partem ideſt singulares personas, aliter a distributiua, aut generali iustitia non distingueretur, unde seruitiū communitati exhibitum, recompensatur ab ea, ut singularem personam induit, sicut & uendit & emit, vt persona singularis. Tertia est, q̄ seruet̄ equalitas arithmetica, id est quantitatiua, vt scilicet quā-

tum fuit seruitium, tanta sit merces, & quanta læsio, tanta vindicta, &c. aliter commutationes iustę, non essent. Mutuanti. n. quatuor nisi quatuor restituerentur, iniustitia esset, & simile est in aliis.

Iustum autem secūdum iustitiam distributiuā, tria similiter exigit. Primò, quod ibi sit distributio quæ propria iustitiæ distributiuę materia, ut ex eius nomine patet. Secundo, quod sit inter totū & partes, ita quòd a toto ad partes terminet, aliter debiti ratio & distributio in unum non coirent. Distributio nanque petitionem sonat alicuius, quòd nisi totius esset, partibus debitum, ut distribueretur, nō esset. Vocamus autem totum communitatem uel principem vt sic, partes autem ipsos ciues. Tertiò, G quod seruetur æqualitas geometrica. i. proportionalis, ut scilicet talis sit proportio eius quod datur de communibus bonis vni personę ad id qđ datur alteri, qualis est inter personas ipsas, ideſt, vt quantum vna persona præcedit alteram in illa repub. tantum quod uni datur excedat id, quod datur alteri. Aliter æqua non esset distributio, quia bōni totius partibus debiti tāto plus alicui parti debetur, quanto pars illa principalior est in illo toto, quæ principalitas in diuersis politiis secundum diuersa attenditur, scilicet secundum uirtutem aut diuitias, aut aliquid huiusmodi.

CAPVT V.

Prima opinio dicentium nihil usuræ aut iniustitiæ inueniri in contractibus Montis pietatis, stando infra limites iustitiæ commutatiuæ. H

HIs igitur præmissis illorum occurrit opinio, q terminos cōmutatiuę iustitię nō egrediendo contractus omnes huius Montis, nec usuræ nec iniustitiæ aliquid sapere credunt. ET quoniam hi duabus incedunt uiis, illa primo adducenda est quę hos contractus adeo non secundum se iustos dicit, vt si de cuiusque priuatæ personę intentione recta constaret, sicut de pia communitatis & Montis intentione modo constat, cuilibet liceret pecunias suas cum supradictis contractibus pauperibus mutuare.

Vt autem huius ambiguitatis veritas clarius elucescat, ex quo non refert secundum hanc uiam, I quis mutuet, publica scilicet an priuata psona, nec refert cuius sit quod mutuo datur, an, s. mutuantis sit an alterius, ponamus ī terminis casum discutiēdum, prę̄supposita recta intentione mutuātis, quā tamen præsupponere non est opus, quia cōtractus secundum se iustitiam quærimus, quæ in æqualitate commutationis consistit quacunque id intētione fiat. Sit ergo Petrus mutuans indigentium exponens 10000. ducatos, conducatque ministros scriptores, & custodes pignorum, sine quibus mutuum nulli dare vult, exigatque unum denarium pro qualibet libra singulis mensibus, a singulis accipientibus, & retinentibus mutuum, suppositoq tanta quantitas pecuniæ requiratur ad mercedem debitā ministris, & custodibus, &c. Dicit itaque his stantibus hæc prima opinio tria. Primo, quod hic sunt tres cōtractus, scđo quod in his nulla inuenit usura, tertio quod in his nulla inuenitur iniustitia.

Primum horum declaratur distinguendo contractus. Est siquidem hic primo contractus mutui inter Petrum mutuantem & Ioannem pauperem. Est deinde contractus pignoris inter Ioannē pauperem & ipsum Petrum, seu ministros eius qđ idē est, quia in mutuantis persona pignus suscipiūt. Est & tertio cōtractus locationis, quo ministri operas suas locant ad scribēdū, custodiendū & excutiendum pignora, &c. pauperes mercedē eis debitam re F tribuunt, vnum denarium pro libra soluendo.

Secundum uerò, scilicet quòd hic nulla sit usura probant ipsius usuræ ratione dupliciter.

Primò quia usura est quando aliquid vltra sortē ex mutuo quæritur, ita quod mutuum sit non occasio aut causa sine qua non, sed ratio & causa propter quam aliquid pecunia æstimabile vltra sortem percipitur. Constat autem ex distinctione contractuum, quod hic nihil propter mutuum vltra sortē quæritur, sed tantum propter locatas operas ministrorum, cuius euidens signum est, quòd si ministri gratis hęc facere uolunt donātes singulis illos denarios, nemo turbabitur.

Secundò, Quia si ista ministrorum merces esset usuraria, a quocunque redderetur, esset usuraria: nō enim refert, an fœneratori usuræ dentur ab accipiēte mutuum, vel a principe vel a quocunq; alio. Sed constat quòd prædictis ministris absque ullo scrupulo potest tanta merces pro iis laboribus a communitate uel prīcipe reddi, ut Mediolani, & Brixię, Veronæ fit, ergo non est usura.

Tertium autem, scilicet quod hic nulla sit iniustitia, declaratur sic. Si hic esset iniustitia aut esset iniustitia ista ex parte ministrorum, ut ideo iniustitia sit exactio ista, quia ipsi gratis tenentur operas suas impendere. & hoc non, quia non sumus in casu extremę necessitatis, aut superfluitatis tantæ q teneantur ad hoc. Aut ex parte modi accipiendi, ut ideo iniusta sit acceptio, quia taxatur vnus denari⁹ pro libra singulo mense, & hoc non, Tum quia multorum sapientia & bonorum uirorum sententia cōsideratis particularibus circunstantiis via hec æquissima iudicata est; particularium autem iudicium prudentibus viris committendum est secundum moralem philosophiam. Tum quia huic modo suffragatur, comm ensuratur enim hoc modo soluto periculo & labori ministrorum. Quanto maioris pretii pignus, aut maiore tempore retinetur, tāto plus periculi custodes subeunt & curę & laboris si excutienda, vt sæpe accidit, pignora sunt. Aut ex parte pauperū, ut iniusta sit hæc exactio, quia a non debente soluere exigitur, & hoc non, propter duo. Primo, quia si pauper non tenetur ad hoc cum aliquis ad hoc teneatur, debet assignari quis est, qui ad hoc obligetur. Ipse Petrus mutuans non tenetur, quoniam damnum incurrere non tenetur ex hoc, quod beneficium mutui impendit, quinimo si aliquod damnum ex hoc incurreret, posset a paupere accipiente mutuum illius recompensationem eligere, ut ab omnibus doctoribus concorditer dicitur. Princeps quoque aut cōmunitas ad hoc non tenetur, Tū quia sumus extra extremæ necessitatis & superfluitatis, q eleemosyna nō est in pcepto, tum quia principes, etsi teneant pauperū curā hēre K & eis subuenire, non tū tenentur hoc modo subuenire, ut de se patet. Si ergo nullus inuenitur, qui ad hoc teneatur, restat q paup ipse teneat. Scđo, qa morale principium est, q ille dēt onera rei sustinere, in cui⁹ fauorē res agit, cū aūt cōstet, q ministrorū opera propter pauperes fiat, ut habeant uñ suis prouideant necessitatib. consequens est, quod ipsi pauperes debeant ministrorum operas recōpēsare.

CAPVT VI.

Examinatio propositæ opinionis cū determinatione, quod in his contractibus committatur multiplex iustitia.

QVod autem prædicta opinio in multis a veritate deficiat, non ex opinabilib. sed ex per se notis principiis moralibus deducendum est.

Assumamus itaque duo principia in cõmutationis contractibus per se euidentia. Alterum affirmatiuum, scilicet ille tenetur mercedem reddere in cuius fauorem opus agitur. Alterum negatiuum, scilicet, nullus tenetur mercedẽ reddere pro opere facto in alterius fauorẽ. Hæc principia stando infra limites iustitiæ commutatiuę per se nota sunt, quoniam ex seipsis æqualitatem iustitiæ clare continẽt, & ideo indisciplinati esset quærere eorum probationem. Sub his autem principiis oportet subsumere propositiones minores, quas difficile esset intellectu penetrare nisi prius operationes ministrorum interuenientes in contractibus istis distingue rentur, & sigillatim discutere quæ in eius fauorẽ fiat, hac. n. decisione habita, statim tota rõ integre patebit. Sed hanc decisionem absque errore habẽdam, oportet ex his, quæ per se inueniuntur in operatione qualibet, & non ex his, quæ per accidens insunt, & ex propriis & immediatis cuiusque cõditionibus, & non ex communibus & remotis sententiam proferre. Propter quod non est, in hac cõsideratione immiscendum, quod hoc uel illud opus in fauorem cõis, aut aliud huiusmodi, finis siquidem cõmunis & remotus est uniuersitatis bonum in particularibus cõmutationibus. Iam enim stabilitum superius est, ꝙ iustum secũdum iustitiæ commutatiuæ formam attenditur secũdum æqualitatem commutationis huius personæ ad illã personam, & non secundum ordinẽ ad cõmunitatẽ.

Ex per se ergo & proximis considerabimus, distinguamus ĩ primis operas has ministrorũ, dicẽtes ꝙ harũ operarũ q̃dã sunt quasi ꝑ se cõiter intẽtæ, & hæ sunt illæ, quæ usque ad uenditionem pignorũ interueniunt. quædam uero sunt specialiter, & per accidens intentę: & hæ sunt subhastatio & uẽditio pignorum, & his annexa, quæ ex mora quorundã debitorũ accidũt. Distinguendo aũt sigillatim prima opera, dicimus ea esse hæc, s. custodiã pecuniæ, præparationẽ ad mutuandum actum mutuandi, sumere pignus scribere hæc, cui annectuntur expensę pro libris, &c. custodiam pignorum: cui coniungitur conductio domus pro eorum conuersatione, & tandem restituere pignora. Horum aũt pars maior & periculosior in fauorem fit Petri mutuantis, aut vniuersitatis pauperũ: custodia. n. pecuniæ, acceptio pignorũ, eorũ custodia, scribere hæc expẽsæ pro libris cõductioq; domus (in quibus totum periculum est) ad alterius uel utriusque ordinãtur securitatẽ. Reliqua autẽ paucula, s. ꝑparatio ad mutuandum, & ipse actus mutuandi & restitutio pignoris ad huius pauperis ordinantur se utilitatẽ.

Et ut clarius eluceścant hæc, videamus singula. Custodia in primis pecunię, in illius fauorem proxime fit, cui custodiẽda reponitur: pecunia autem hæc custoditur duobus, s. petro mutuanti, cuius est directum dominium huius pecuniæ: & uniuersitati pauperum, cuius est quasi dominium utile eiusdem. Nulla enim alia ratione hanc pecuniã oportet conseruari, nisi ut Petrus sit securus, si quãdo vel let rehabere pecuniam suam, & vniuersitas pauperum sit certa, quòd cõmunis sit etiam futuris pauperibus utilitas ista. Acceptio similiter pignorum, quum ad conseruationem & securitatem capitalis proxime ordinetur, constat quod in fauorem ipsius petri & uniuersitatis pauperũ fit. Et simile omnino est de ipso actu scribendi, & expensis pro libris. Hęc enim omnia nulla alia ratio fieri cogit, nisi ob integritatem & secũritatem pecunię. Ioãnes enim pauper mutuum accipiens, non curat quod hęc rescribantur, aut quod pignus ab eo exigatur: sed hæc omnia pecuniæ dominus securitati suæ cõsulens fieri uult.

In custodia autem pignorum considerandum est, ꝙ sicut pignus habet in se duo; s. quòd sit pignꝰ & quòd sit talis res, (puta uestis) ita in ipsa pignorũ custodia distinguendum est, quòd ipsa est custodia pignoris, & quod est cura talis rei. Si considere tur formaliter pignorum custodia, manifeste patet quod in fauorem petri mutuantis, & uniuersitatis pauperum fit, quia proxime ordinatur in securitatem pecuniæ rehabendæ. Vnde quia contractus pignoris secundum veritatem est in fauorem accipientis, ideo accipiens ipsum tenetur ad restitutionem eius. si etiam perdidit illud, ut conuincitur ex illo morali principio restitutionum posito a San. Thomain 2.2.q.62. quod aliquis tenetur ad restitutionem non solum ratione rei acceptæ, sed etiam rõne acceptionis tenetur restituere, etiam perdita re. Et in hoc differt accipiens depositum ab accipiẽte pignus, quòd ille deposito, non tenetur ad restitutionem, quia obligatur ad reddendum depositũ ratione rei acceptæ, & non ratione acceptionis, ꝙa depositum datur in fauorem deponentis: iste autẽ scilicet accipiens pignus, quia tenetur & ratione pignoris accepti, & ratione acceptionis (quia pignꝰ datur in securitatem petentis ipsum) obligatur ad restitutionem non solum quandiu pignus habet, sed etiam si non habet, suo enim periculo tenetur naturali iure illud custodire, sicut qui accommodatum accipit eadem ratione, & cæt. Si autem consideretur cura talis rei, quæ est pignus, puta excussio uestium & huiusmodi solicitudo, sic quia hoc accidit pignori, de sui ratione non exigitur, quod sit in tali materia, sed sufficit sibi quod sit tanti pretii, ut secura sit pecunia rehabenda, ideo non est eadem ratio de solicitudine exercenda, & de ipsa custodia. Hęc nanque cura quamuis in fauorẽ utriusque, dantis. s. & accipientis cedat dum pignoris domino res sua illęsa seruatur, & huic creditori pignoris pretium conseruatur, unde possit mutuatam rehabere pecuniam, simpliciter tamen & per se fit in fauorem domini pignoris, ꝙa mutuans licet exigat pignus, non tamẽ exigit qualitatem pignoris, imo hanc onerosam conditionem refugit naturaliter. Vnde pacisci posset cum domino pignoris talis, ꝙ ipse non uult solicitudinem hanc, sed quod Dominus ipse mittat tempore curæ rehabendæ ad excutiendas vestes suas: & alia huiusmodi. Nec obstant, quòd si nullo interueniente pacto vestes in pignus acceptas contingit lædi, retinens ipsas tenetur satisfaciendum domino pignoris. Hoc enim non prouenit ex eo quod retinens tale pignus teneatur per se ad curam eius, sed ex eo ꝙ per accidens iste tenebatur ad hoc, quia s. non fuit protestatus, manifestando Domino pignoris, quod talis pignoris curã refutaret. Implicitè enim obligatur quilibet sumens pignus qualecunque ad eius curam, expensis tamen domini nisi aliud pro testetur. Domus autem conductio inquantum deseruit custodiæ pecunię & pignorum, & in fauorem est Petri mutuantis, & vniuersitatis pauperum. Inquantum autem pignorum expensioni & curæ utilis est, in horum pauperum fauorem. Reliqua autem tria opera, scilicet actus mutuandi, & pignora restituendi, & paratum esse ad mutuandum, in fauorem manifeste fiunt Ioannis pauperis, Sed prima horum, scilicet actus mutuãdi, & restituendi pignus sub mercede non cadunt, qm̃ actui mutuãdi respõdet actꝰ

restituendi acceptum mutuum,& actus restituēdi pignus respondet actui dandi ipsum pignus, sicque par pari refertur. Tertium autem sub mercede esse per se patet, pecunia siquidē æstimabilis est obligatio ad paratum esse mutuandum. Opera uerò in altero diuisionis membro posita, s. quæ speciali ter respectu quorundam accidunt, (ut uenditio pignoris,& cætera annexa, non opus est discutere, in cuius fiant fauorem, quoniam propter morā debitoris ab ipso soluenda sicut & expensæ, quę post eius moram fierent in citatione coram iudice, & libus,&cęt.

Ex omnibus igitur his colligendo, cum pateat unum tantum actum mercenarium proprie,& per se ordinari uniuersaliter in fauorem cuiusque singularis pauperis, s. obligatam præparationē ad mutuandum, ex supradictis principiis facile veritas intenta deduci potest, consistens in quinque conclusionibus. Prima est negatiua, s. nullus pauper tenetur ad reddendam mercedem debitam ministris huiusmodi pro custodia pecuniæ uel pignoris, ꝓ opere scribendi libros ratiocinii, aut pro domo ad hęc conducta. Patet ista ex illo principio negatiuo quo dicitur, quod nullus tenetur mercedem reddere pro opere facto in alterius fauorem. Ex dictis enim iam constat ista opera non esse facta in fauorem Ioannis pauperis, sed alterius puta, petri mutuantis, uel uniuersitatis pauperum, uel utriusque. Secunda est etiam negatiua, s. Non omnis pauper accipiens mutuum, tenetur ad reddendam mercedem ministris pro cura pignorum, aut domo ad hęc utili. Patet ista ex eodem principio, quia non omnis pauper offert pignus tale, id est, onerosum, & consequenter non omni pauperi exhibetur hoc seruitium, ac per hoc nec à quolibet reddēdam esse mercedem iustitia exigit commutatiua. Nec obstat, si quis fingat omnes teneri ad hoc: qa licet hic non det mihi pignus excutiendum, ego tamē qui ignorabam quale pignus esset allaturus, iam cōduxi excussorem in seruitium eius & aliorum paratū. Ignorantia siquidem hęc non suffragatur, quoniā probabilem cognitionem quę in huiusmodi certitudine par est, Mons habet, quod pauperum indigentium mutuo alii afferent pignora excutienda, & alij non, ut quotidiana experientia testatur. Et consequenter conducendus est sibi excussor pro quibusdam, ab illis mercedem recepturus, si iustitiæ commutatiuę equalitas seruari debet. Tertia est affirmatiua, s. Petrus mutuans, siue uniuersitas pauperum tenetur ad satisfaciendum ministris ꝓ operibus in prima conclusione positis. s. custodia pecuniæ & pignoris &cę. Patet ista ex affirmatiuo principio, quo dr, quòd ille tenetur mercedem reddere, in cuius fauorem opus agitur. Patet equidem ex dictis, quòd opera ista in utriusque uel alteri⁹ horum fauorem per se fiunt, non Ioannis pauperis. Quarta etiā est affirmatiua, s. Quilibet pauper mutuum sumens tenetur satisfacere pro obligata præparatione ministri ad mutuandum, & illi pauperes tenentur ad satisfaciendum pro cura pignorū onerosum & particula pensionis domus inquantum deseruit ad hoc, qui pignora talia afferunt. Patet ista ex eodem principio: patet enim ex dictis obligatam præparationem ad mutuandum in fauorem singulorum pauperum esse: & excussionem pignorum in fauorem Dominorum. Quinta conclusio principaliter intenta, [quę ex prędictis aperte sequitur) est ista: Iniustè exigitur à quolibet paupere unus denarius pro libra singulis mensibus, ꝓ mercede reddenda supradictis ministris & cętera. Clarissima est ista: quia cum iniuste exigatur ab aliquo id, ad quod nō tenetur ad omnia soluēda, sed ad unum, s. obligatam præparationem ad mutuandum, consequens est, quòd iniuste exigatur à quolibet merces pro omnibus ministrorum operibus reddenda.

CAPVT VII.

Secunda opinio examinatur, soluendo duo dubia concernentia dicta in præcedenti capite.

ANtequam Soluantur obiectiones ad oppositum factæ & examinetur, an usura hic inueniatur, quo circa supradicta relicta soluenda sunt: ferendaque horum solutioni est secunda opinio, quia eius decisio simul apparet. Restat igitur dubium primò, an Petrus mutuās an uniuersitas pauperum, an uterque simul teneatur ad satisfaciendū ministris pro alijs operibus pro quibus Ioannes pauper non obligatur. Sed si prędicta diligenter inspiciantur, patere pōt, ꝙ non Petrus mutuans, sed uniuersitas pauperum tenetur ad hoc. Adductū. n. iam est principiū, dicēs quod ille, in cuius fauorē res agitur, tenetur ad mercedem reddendam: constat autem, ꝙ custodia seu conseruatio pecuniæ in tegrę ad q̄ cætera hæc opera ordinantur non in Petri fauorem, sed pauperum uniuersitatis sit, qui Petrus non propter se custodiendam pecuniam deponit, ipse. n. per seipsum custodiret pecuniā propriā nisi pauperū utilitas exponendam pecuniam suam custodibus ex poscceret. Patet etiā hoc idem ex eo, ꝙ pecunia hæc non custoditur periculo Petri offerentis, quoniam restituenda est sibi non solum rōne rei acceptæ, sed ratione acceptionis, & iā dictum est, ꝙ qñ aliquis tenetur ad restituendum ratione acceptionis, etiam re perdita tenet. Petrus igitur gratis offerens pecuniam mutuis, licet non donet, non tenetur, sed pauperum uniuersitas.

Et tunc surgit secundum dubium, cur iniuste dicatur exigi à Ioanne paupere particula quedam eius, ad quod uniuersitas pauperum tenetur, cum Ioannes sit pars totius pauperum uniuersitatis, sicut autem uniuersitas tenetur ad integram satisfactionem, sic pars eius ad partem. Quinimo impossibile est, ꝙ alter uniuersitas pauperum satisfaciat, quoniam præter pauperum res nihil habet.

Sed ad hoc quoque dubium ex dictis rñsio facile haberi potest, iniustam siquidē esse huiusmodi exactionem ratio īdicat commutatiuæ iustitiæ, infra cuius latitudinem stando, à parte exigi non potest id, ad quod totum tenetur, eo ꝙ totum ut extremum est, commutatiui iusti partis rōnem habet, idemq; est à parte exigere fm iustitiam cōmutatiuam id, ad quod totum secundum eam tenet, ac si exigeretur ab una parte id quod pars alia tenetur quod iniustissimum esse constat. Ex prędictis autem sufficiēter habetur, quod omnes huiusmodi operationes secundum iustitiæ commutatiuæ formam modo examinantur. Quid autem dicendum sit secundum iustitiam distributiuam, si locū in hac re hebet, proprio loco dicetur. Sat sit tunc scire, ꝙ iniustè exiguntur hęc à Ioanne paupere, si infra iustitiæ commutatiuę limites res agatur, ut opinio prima dixit.

Ex præmissis autem patere potest defectus alterius opinionis defendentis contractus secundum iustitiam commutatiuam, licet non ita ample sicut prior. propius siquidem accedens scđa hæc opinio ad casum Mōtis pietatis, & nō curās an singulari ꝑsonæ liceret pecuniā propriā tali mutuo exponere,

casum

casum in terminis ponens, licet in cæteris concordet cum præcedenti, in hoc tamen differt, q̃ Petrũ ponit abdicantem a se proprietatem & dominum pecuniæ mutuandę, sicut & illi qui Monti pietatis pecunias offerunt, donãt. Et sic casus omnino idẽ cum Monte pietatis est iste. Petrus uocato populo cum eius rectoribus offert donatione libera & irreuocabili 10000. ducatos, ad hoc vt inde perpetuo pauperibus mutuetur, hac donatione facta statuuntur post modum a populo & rectoribus ministri, &c. vt supra in isto dicit casu, cum dominium pecuniæ nec Petri, nec alicuius alterius sit (cuius signum est, q̃ absolutè loquẽdo, quicũque eã distraheret, iniuste hoc faceret vtpote contra expressam intentionem piam donantis, qui non nisi ad hoc donauit) consequẽs est, q̃ obligatio ad mercedem reddendam ministris, ad singulos deriuetur pauperes. Communitas enim ad hoc non tenetur, cũ extra casum necessitatis extremæ & superfluitatis res hæc agatur, & ut dictum est, non tenetur ad habendum determinatum modum subueniendi. Patet siquidem huius opinionis defectus ex consideratione principiorum supradictorum, nihil enim minus iustitiæ in hoc accidit casu, quam in præcedenti. Tum quia Ioannes pauper ẽt hic non tenet ad mercedem reddendam, quia nõ fit opus in suũ fauorem, & nihil refert, an hoc opus fiat in fauorem Petri mutuantis, an communitatis, an uniuersitatis pauperum, an etiam ipsius Dei. Sufficit nanque Ioanni pauperi ad hoc, quod ipse non teneat, ista negatio, s. quod opus hoc non fiat in suum fauorem, quia in hoc casu communi probatũ fuit. Principium enim negatiuum adductum, est quod nullus secundum iustitiam commutatiuam tenetur ad mercedem reddendam pro seruitio alteri impenso. Alterum autem esse etiam ipsum pauperum collegium a singulis pauperum, in primo Politicorum patet, & infra iustitiam commutatiuam stando, probatum est prius.

Tum quoniam vniuersitas, siue collegium pauperum ad hoc tenetur etiam in isto casu, & consequenter iniuste a singulis pauperibus mutuum accipientibus hoc exigitur. Eadem siquidem rõ, qua vniuersitatem pauperum ad hoc teneri prius dicebatur, hic locum hẽt, quoniam non ratione domini ipsius pęnę ad hoc tenebatur, sed ratione quasi vtilis dominii, i. quia pecuniæ securitas, & integritas in suum per se & proxime fiebat fauorem, q̃ in hoc casu manifestius fieri apparet. ẽt iõ uniuersitas ipsa pauperum ad satisfaciẽdum ministris pro operibus illis, quæ non sunt in fauorem Ioãnis pauperis, tenetur. Est igitur multiplex secũdum istam viã in contractibus his iustitia.

CAPVT VIII.

Solutio rationum, arguentium quod contractus prædicti secundum commutatiuam iustitiam sint iusti.

OBiectionum autem in oppositum adductarũ prius conuenit illas soluere, quę iniustitiam ab his contractibus auferre conabantur, & postmodum illos examinare, quę de usura eorum agebãt. Dupliciter igitur hic inueniri iniustitiam ex dictis patere potest, scilicet ex parte modi exigendi, & ex parte pauperum a quibus exigitur. Ex parte siquidem pauperum, quia ipsi non tenentur ad satisfaciendum ministris, nisi quo ad aliquid tãtum. Nec est inter modica deputandum id, in quo aggrauãtur, quoniam ut ex dictis liquet, non tenetur forte quilibet pauper ad tertiam partẽ soluẽdã eorum, quæ ab ipso modo exiguntur, vniuersaliter. n. non tenetur nisi ad satisfaciendum pro obligata præparatione ad mutuandum, quod cum omnibus suis appenditiis si mercedis nunc exactę tertiam partẽ sibi vendicat, sufficientem recompensationem habet, unde cum grauetur Ioannes pauper in duabus partibus, nõ in modico grauatur. Imo si immediatè, vel tertia, vel quarta uel decima parte grauari eũ necesse esset, iniustitia esset nõ inter modica reputanda, tũ quia decima pars aliquid notabile esse potest, incerta siquidem est eius quantitas, quoniam secundum Montis diuitias plus & minus poterit mutuari, &c. tamen quia iniustitia modica non reputatur, nisi quando per accidens incurritur: in, ꝓposito autem ex intensione cõmittitur unde iniustitiæ mortale peccatum non euitatur.

Ad id autem quod obiiciendo quæritur, quis teneatur ad hoc si Ioannes pauper non tenetur, dico duo. Primo, quod de iuris rigore tenetur uniuersitas pauperũ, cui pecunia conseruatur per pignora, &c. ET teneretur ipse Petrus mutuans si nõ in fauore vniuersitatis pauperum pecuniam custodiendã exponeret, aut donaret. Et ad id, quod in contrarium adducitur, s. q̃ nullus mutuans tenetur aliqđ damnum incurrere ex hoc, quòd beneficium mutui impendit, quinimmo potest si quod damnũ ex hoc incurrit, secundum omnes doctores exigere, dico q̃ hoc commune dictum est summè uerum, sed male applicatur ad propositum, quoniam expensę istæ non causantur ex beneficio mutui, licet occasionentur & remote ex mutuo proueniãt, sed causantur ex contractu pignorum, quod formaliter est in fauorem mutuantis. Dixi notabiliter, q̃ occasionantur & remote proueniunt expensæ istæ ex contractu mutui, & non dixi, ex beneficio mutui causantur, quia mutuum non est causa, sed occasio harum expensarum non proximè sed remotè, nec hẽt rõnẽ occasionis huiusmodi, inquãtum est in fauorem accipientis mutuum. Propter quod rõ ista concludit oppositum sui intenti, eo q̃ sicut iniquum est mutuantem ex hoc, q̃ mutuat damnificari, ita iniquum est dãtem pignus ex hoc lædi, æqua. n. est utriusque conditio per se loquendo. Vnde exemplum quod adducunt, qđ opinionẽ hanc plurimum fouisse videtur, ad propositũ non est. Dicunt. n. Si Petrus Mediolani existẽs Ioãni petenti ibidem pecuniã mutuo, frater dicat, Pecuniam quam petis Genuæ habeo, mittamus tuis expẽsis pro illa, & sic mutuum gratis accipito, constat q̃ Petrus non exigit iniuste a petente mutuum expensas illas, quia non tenetur incurrere dãnum hoc ex hoc quod mutuat, ergo a simili, neque in his contractibus iniustum est expensas exigere. Ad propositum, inquã, nõ est exẽplum hoc, quia clarè patet q̃ expensæ istæ fiũt ad hoc ut pecunia ad mutuum petentem perueniat, & consequenter in eius fauorem per se & proxime ordinantur. in proposito autem nostro expẽsas istas non ordinari per se in fauorem Ioannis pauperis mutuum accipiẽtis, ex dictis clarissime constat.

PROPTER quod aduertant cuiusque ordinis uiri, vt exemplis non fallantur, quoniam multa in eis dissimilia inueniuntur, quorum quodlibet, quia non facile est cuilibet discernere, duo subiungẽda duximus ex quibus cætera facilius diiudicari possint. Creditur enim primo, quòd sicut Martinus q̃ mutuat Bernardo indigẽti, accepit pecunias a fœneratore, & expensas fecit, ut pignora per famulos tutè deuehantur, licitè põra Bernardo paupere exigere nomine interesse hmõdi expẽsas, & usuram,

quam ſoluit, ſic in propoſito fieri poſſit a petro : F ſeu communitate qui ad has expenſas cogitur ex alio opere facto in fauorem Ioānis pauperis, ſ. mutuo. Creditur quoque ſecundò, quòd ſicut a petente mutuum licite poteſt mutuans exigere ſecuritatem, & ſi accipiens mutuum, chirographo eū facere tutum eligat, notarioque mercedem reddat, nō iniuſtè grauatur, & tamē chirographum fit in fauorem mutuantis, ita in propoſito petens pignus nō iniuſtè grauat Ioannem pauperem circa expenſas, ex quibus nihil ſibi utilitatis accreſcit. ſed ſola indemnitas Montis ſeruatur.

Sed in his & huiuſmodi plurima eſt diſſimilitudo. Et primum quidem exēplum à Montis natura G differt, quod expenſas illas Martinus facit, & Bernardi perſonam induit indigentis ſubſidio tali, quaſi ſibi pignora accommodans, ut mutuum in ueniat, & ideo non eſt mirum, ſi expēſas tales Bernard. tenetur ſubire, nihil enim minus tenetur, q̄ ſi ipſe per ſeipſum à fœneratore mutuum ſumens expenſas illas feciſſet propter hæc accidentia. In caſu verò Montis, nec Petrus, nec communitas in p̄ſona Io. pauperis expēſas has fecit, ſed collegii pauperum, vt ex dictis patet, & ideo Io. pauper iniuſte grauaē in huiuſmodi expenſis. Circa ſecundū vero exemplum ſciendum eſt, quod vt dr̄ in 4. Met. niſi cuique quæſito rn̄deatur formaliter omnis certi- H tudo deſtruetur, eo q̄ extra rationem formalē vagantib. infinita occurrunt circa quodlibet. Vñ in propoſito ſolicitè ſemper attendendum eſt q̄ formaliter queratur, aut ratiocinando adducatur. Aliud. n. eſt petere ſecuritatem rehabendę pecunię, & aliud eſt petere talem ſecuritatem, ſ. habentem expenſas annexas, puta Chirographum: quemadmodum etiam ſuperius diſtinctum eſt, quod aliud eſt loqui de pignore, & aliud de tali pignore. Petēs autem ſecuritatem nihil petit in ſui fauorem, hēns annexum damnum eius, à quo petit illam, ſicut nec petens pignus. Vnde ſi accidat, quod petitam ſecuritatem aut pignus ego dare non poſſim, niſi I cum aliqua expenſa, quam qualitas ſecuritatis, aut pignoris à me electa parit, ego ipſe damnum mihi hoc infero: ſicut in exemplo adducto contingit. Non. n. ex ſecuritate petita, ſed ex qualitate ſecuritatis à me oblata expenſę iſtæ per ſe prouenium̄t. Et ideo teneor ego notario mercedem reddere: ſicut & expenſas illas ſubire, quę ex pignoris emaneant accidentibus. Petens verò ſecuritatem talem (puta chirographum (cum in fauorem ſui petat rem habentem expenſas annexas, & iniquum ſit ex eo qđ in fauorem ſui agitur, alterum damnificari iniuſtè grauat eum, euidenter patet, quod Montis natura ab hoc exemplo diſtat in hoc, quod hic petens ſecuritatem, nihil petit, ex quo p̄ ſe oriatur expenſa K aliqua: in Monte aūt volens pignus, vult ſibi a Io. paupere ſolui pro cuſtodia alijs, ad quæ ipſe teneā naturali iure, aut quæ ipſe fieri vult non in Ioannis pauperis fauorem, ut ex dictis patet. Omnes ergo iterum atque iterum monitos eſſe rogo, quatenus caueant ne exemplis inhæreant, quoniam multa latent in eis accidēntia, ex quibus etiam ſapientes contingit falli.

Secundò dico, quod non ſufficienter arguēdo probatur, communitatem aut principem nō teneri ad ſoluendam miniſtris mercedem. Licet enim rectè concludatur, quòd nō teneātur ſimpliciter, non tamen ex hoc concluditur, quin teneantur ex ſuppoſitione, id eſt ſuppoſito quòd hūc modum mutuandi ſtatuant. Et licet vt dictum eſt, vniuerſitas pauperum de iuris rigore, nō communitas aut princeps ad hoc teneatur, quia hęc omnia ad commutatiuam iuſtitiam ſpectant, & abſque publica authoritate facta iniuſta non eſſent: æquitas tamē à iuſtitia non multum remota exigit, quod princeps aut communitas ex publico ærario pauperibus etiam hoc modo ſubueniat.

Modus autem accipiendi, q̄ etiam iniuſtitiam contineat, manifeſtatur. Cum duo genera operum ſint, pro quibus hæc à paupere exiguntur (ſ. illa, pro quibus nō tenetur) vel quia nullus pauper ad hoc tenetur (puta pro cuſtodia pignorum) vel quia hic non tentur, puta pro excuſſione pignorum (quam ferreas virgas in pignus dedit,) de modo exigendi mercedem, pro iſtis non oportet probare, quod ſit iniuſtus, quia ſi exactio eſt iniuſta, modus eius iuſtus eſſe non poteſt. Sed & modus exigendi, p̄ his, ad quæ Ioann. pauper tenetur, ſ. pro obligata præparatione ad mutuandum, iniuſtus oſtenditur: ex eo quod obligatæ p̄parationi miniſtri ad mutuādum nec ratione periculi, nec ratione laboris, aut cuiuſuis occupationis, aut damni commēſuratur diuturnitas temporis, quo mutuum acceptum tenetur, vt quantitas acceptæ mutuo ipſius pecunię. Niſi quis diceret damnum incerti ex eo, quod nō poteſt tam frequenter mutuum iterare, ac pro hoc ceſſat miniſtri merces a pluribus ſuſcipienda. Sed ſubtiliter conſideranti apparebit, quod ex hoc nō habetur quod oportet mercedem iſtam quantitati mutui & tempori quo retinetur, commenſurare, ſed quod oportet conſideratis omnib. certum ſalarium ſibi ſtatuere, & illud ſummarie ac ueriſimiliter, calculatis prudentium arbitrio pauperib. uenturis ad ſuſcipiendum mutuum, ſoluendum æqualiter taxare, eo q̄ æqualiter ad omnes huiuſmodi ſe obligat: ſic enim merces miniſtris debita reddet abſque ambiguitate & iniuſtitia aliqua. Nec incōuenit contingere pauperem pluries indigentē pl⁹ ſoluere minus paupere, quoniam merces hæc redditur non mutuo, aut quantitati pecuniæ mutuatæ ſed obligatę p̄parationi a dmutuādū, q̄ equaliter oēs reſpicit, & pauper pluries ſumens, duorū rōnem hēt. Nec eſt opus prudentum virorum iudicio iſta tantū ſubmittere, quia ſcientię ſubiacent, ſed eorum arbitrio, ut dictum eſt, relīquitur quantitas ſtipendij miniſtris debiti, & taxatio quantitatis pecunię à ſingulis ſoluendę equalitate ſuppoſita, & alia huiuſmodi ſingularia.

CAPVT IX.

Determinatio, quod in prędictis contractibus committitur uſuræ.

RElīquum quò ad hāc partem eſt, vt videatur, an in iuſtitia, quæ in his inuenīt contractib⁹, vſurę rōnem habeat, qđ ex duob. conſiderādū eſt.

Primò ex eo, q̄ uſura duobus modis committitur, ſ. augendo ex mutuo capitale, & exigendo recompenſationem damni, quod non propter mutui beneficium incurritur. Neque enim minus vſuram ſapit uelle ab accipiente mutuam recompenſationem damni, quod ab hoſtibus uel latronibus paſſus eſt, quam velle ad augendas opes aliquid vltra ſortem. In propoſito autem, cum iam pateat, Montem pietatis, ſiue vniuerſitatis pauperum, & breuiter volentem ſibi pecuniam Montis integre, & ſecure ſaluari quicunque ſit ille, exigere a Ioanne paupere mutuum petente expenſas, quæ non in illius fauorem fiunt, conſequens eſt, quòd exigat recompenſationem damnit, quod non ex mutui beneficiorum incurritur,

ſed

sed propter pecuniæ rehabendæ securitatem. Nec obstat aliqualiter, quod damnum ex hoc mutuo emergit, saltem occasionaliter, nihil siquidē refert, vnde damnum hoc proueniat, aut a quo inferatur dummodo ex eo, quod fit in fauorem Ioan. pauperis ut sic, non causetur: ista enim negatio sufficit ad quod iniuste exigatur ab eo, & consequenter quod usurarie, ex quo ut dictum est, non refert ad vsurā damnum indebitum a pendēte mutuum exigere, aut lucrum quærere.

Secundò ex eo, quod non minus usurarium est, mercedem alteri debitam non ex seruitio impenso ad mutui beneficium ut sic, ab accipiente mutuum exigere, quàm quodcunque aliud lucrū ultra sortē petere, neque. n. ab usura remotius est grauare iniuste accipientem mutuum ad soluendum aliquid ultra sortem alteri, quacūque ex causa quā sibiipsi mutuanti. Constat autem, quod hic grauatur iniustè Ioannes pauper, dum accipit mutuum ad soluendum ministris pro operibus, pro quibus non tenetur, quanquam nihil ad Montis mutuantis argumentum exigatur. Non igitur subterfugi potest, quin usuraria sit exactio ista, secundum iustitiæ commutatiuę formam loquendo.

Ad euidentiam uero solutionis obiectionū in oppositum diligenter attendendum est, quod hic sunt duo, s. reddere mercedem ministris, seu (quod idem est) ipsos ministros accipere mercedem pro locatis operibus, & hoc est iustissimum & quia oī equitate plenum, quia eius causa est locatio operū suorum. Alterum est exigere huiusmodi mercedē a Ioanne paupere, & hoc iniustum & usurariū est, quia eius nulla causa alia est, nisi mutuum, quoniā operæ illæ collatæ non sunt Ioāni pauperi, ut propter illas ab eo exigi merces possit.

Vnde prima ratio peccat, assumendo quod hic nihil ultra sortem quæritur propter mutuum, sed tantum propter locatas operas, quoniam secundū veritatem ex mutuo, exactio ista causatur, vt ex dictis patet. Vel (& in idem redit) verbaliter respōdendo dicatur, quòd exigere ꝑpter locatas operas pōt contingere dupliciter. Vno modo propter locatas operas in fauorem accipientis mutuum, & tunc bene sequitur, ergo non propter mutuum; quia locatio operarum in huius accipientis mutuum fauorem facta, causa ꝓxima est, quod ab eo iustè merces hæc exigatur. Alio modo ꝓpter locatas operas non in fauorem huius accipientis mutuum, sed alterius quicunque sit illa, & tunc malè infertur: ergo nō ꝑ mutuum: qm̄ causa proxima huius exactionis est vel mutuum, vel locatio operarum: sed locatio operarum causa secūdum iustitiam esse non pōt, eo ꝙ operæ non sint in fauorē huius accipientis mutuum locatæ, igitur mutuū huius exactionis causa proxima est, ac per hoc vsura cōmittitur. Nec obstat id qđ confirmando subdebatur, s. ꝙ si ministri donare hoc volunt, Mons non turbabitur. Ex hoc enim nihil aliud haberi potest, nisi quòd Mons lucrum ex hoc non quærit, sed non habetur quin Ioannes pauper grauetur ex accepto mutuo ad mercedem reddendā ministris, ad quam non tenetur sicut si pauper ab aliquo mutuum sumat, cum onere, ꝙ rustico cultori vineæ mutuantis mercedem reddat, vsura non deficit ex eo ꝙ rusticus potest illi pauperi absque mutuantis turbatione donare mercedem propriam.

Secunda autem ratio concludit, mercedem ministrorum nō esse usurariam, & hoc proculdubio verum est: quoniam iusta & sancta est: sed nō ꝓbat quin mercedis exactio a Ioan. paupere, qui non tenetur, sit vsura: dēt enim merces illa exigi ab eo, ꝙ tenetur dare illam, & non ab hoc paupere. Et ideo si reddatur merces talis ab eo qui tenetur, iustitia est, vel charitas si pietatis intitu ab aliquo, qui non tenetur. Si autem exigatur ab eo, qui non tenetur, clarè constat, quod quamuis merces sibi debetur, iniusta tamen exactio est, quia hic non tenetur. Et si adiunxeris, quod exactio non nisi propter mutuum mandatur, vsuraria manifestè apparebit: qđ in casu isto cōtingere iam patet. Est igitur infra iustitię cōmutatiuę terminos loquendo, multiplex iniustitia & vsura in capitulis Montis pietatis.

CAP. X.

Opinio dicentium, iusta esse capitula Montis pietatis secundum formam iustitiæ distributiuæ.

Sunt igitur alij subtilius naturam Montis huius speculantes, qui infra iustitię commutatiuæ limites standum non credunt, sed iustitiam distributiuam insertam dicentes secundum eius formam, iustitiam in his capitulis saluari defendunt. Hi casum Montis pietatis illum esse approbantes, qui in cap. 7. positus est, in quo s. Petrus vocato populo donat 1000. ducatos non consumendos, sed mutuandos, perpetuo tempore pauperibus, &c. ut supra non inferunt iustitiam distributiuam ipsis contractibus mutui, vel, pignoris, uel locationis operarum sed inuentioni mercedis reddendæ operariis. Si namque superius dicta adunentur, ad hoc deuentum est quoḑ pauperum vniuersitas tenetur reddere mercedem ministris Mōtis: & ideo ipsa vniuersitas pauperum ex quo in cōmuni nihil possidet, inuenire volens, vñ soluere possit mercedem hāc ministris sibi deseruientibus, onus hoc distribuendū esse in suas partes pauperes. s. statuit. Vñ ipsa mercedis redditio in iustitiæ commutatiuę terminis relinquitur, sed intentio mercedis reddendæ secundum iustitię distributiuæ formā fieri secundum hanc opinionem potest, & de facto in Monte hoc fit.

Dicit igitur duo hæc opinio. Primò, quòd secūdum distributiuam iustitię formam in vniuersitate pauperum inuenienda est merces reddendæ ministris. Secundò, quod inuentio ista iuste secundū iustitię distributiuę ęqualitatem in capitulis huius Mōris ordinat̄, ita ꝙ nullus pauper iniustè grauet̄.

Primū probatur dupliciter. Primò, quia cum vniuersitas pauperum teneatur de suo satisfacere his ministris, suum autem nòn sit nisi altero mō, vel quia in cōi aliquid hētur, vel quia suarum est partium, & in proposito vniuersitas non possideat aliquid in communi, restat vt de his, quę partium sunt, satisfacere debeat, partes autem pauperū esse patet. inter eos igitur oportet pecuniam hanc inueniri. Et cum constet, quod communia onera iustè distribuenda sunt, cōsequens est quod ꝫm iustitiā distributiuę inuentio hęc fieri dēt. Secundò, quia sicut bonū totius partib. est debitum, & iō ꝓportionaliter eis distribuēdū, ita & malum totius partes quoq; ꝓportionaliter sustinere tenentur, onera aūt oīa inter mala computant̄, onus igit̄ huius mercedis soluēdæ partes vniuersitatis pauperū ꝓportionaliter sufferre tenent̄. Hoc aūt est inueniri pecuniā istā in vniuersitate pauperū ꝫm iustitiæ distributiuę formam, qđ erat probādum. Secūdum aūt, s. quod de facto nulla iustitia in mō distribuendi hæc onera inueniatur, probatur etiam dupliciter. Primò, ga in hac vniuersitate bonū est ipsa subuētio & reuelatio pauperū, malū verò est onus sol-

uendi mercedem, æquum autem est, ut qui plus boni percipit, plus et mali sentiat: cui igitur maior fit subuentio, is magis onus solutionis subire det. Et sic statutum est in hoc Monte, ut.s. cui plus & maiori tempore mutuatur, plus onus soluendi ministris sentiat. Secundo, quia æquum est, ut cõmunium onerum illis plus imponatur, qui maiorem occasionem subeundi talia onera vniuersitati præbent. Illi autem quorum pignora maiori tẽpore & periculo custodiuntur, sunt hmõi, quoniam maiorem mercedem tenetur reddere vniuersitas ministris pro custodia illorum, quam aliorum, ergo illi, qui diutius pignora ibi tenent, similiter illi, qui pretiosiora offerunt pignora, ex hoc quod maius mutuum sumũt, debent amplius grauari, quòd in capitulis Montis pietatis continetur. Non est ergo iustitiæ distributiuæ uiolatio in capitulis istis.

CAPVT XI.

Examen prædictæ opinionis determinans quomodo hic sit distributio.

VT eodem autem ordine ostendatur opinionẽ hanc deficere, Primum dictum examinando oportet ex communibus animi conceptionibus incipere, & ostendere quomodo rõ distributionis hic saluatur. Quia ergo ut dicitur in 5. Eth. iustum in distributionibus consistẽtur omnes secundum dignitatem quandam oportere esse, ita quod sicut iustitia commutatiua dignitatem personę non cõsiderat nisi inquantum in quantitatem rei redundat, ut puta cum considerat dignitatem principis percussi, quia percussio ex hoc criminosior est, ita iustitia distributiua quantitatem rei non põderat, nisi inquantum redundat in dignitatem personę, vt puta cum manufacit uirtutis egregium actum, ex hoc quod dignior persona illa ex tali opere redditur, ex hoc inquam consequens est qđ distributionis ratio absque dignitate non inueniatur. Dignitatem autem dicimus non quodcunque bonũ hominis, sed illud, ex quo homines sortiuntur, qđ partes sint totius uniuersitatis, siue illud sit uirtus, vt politia aristocratia, siue rerum abundantia, aut nobilitas, vt in olicratia siue libertas, vt in democratia, siue quodcunque aliud. Et cum talis partium dignitas ad commune aliquod opus, quod totius proprium est, ordinetur, oportet si hanc pauperũ vniuersitatem in communitatem quandam erigere velimus, inuenire & quid sit totius opus, & secũdum quid partium dignitas attendatur: est autem hic opus totius perpetua commoditas mutui inueniendi, propter hoc.n. omnia fiunt, & hoc sequit mediatè pecuniæ mutuandæ (quæ Mons dicitur) integra cõseruatione. Dignitas uero indigẽtia est: id.n. in qualibet communicatione dignitas dr, pp quod aliquis dẽt admitti, & iniuste repelli putatur, vt discurrendo per omnes supradictas politias apparet. Sola autem indigentia existente, meretur qs de hoc esse collegio, & iniuste expelleretur, suppositis semper his quæ secundum legem ordinata essent, puta quod tantum pauperes ciuitatis admittãtur, igitur indigentia pro dignitate in hac uniuersitate habetur. Indigentiam autem dicimus nõ quãcunque, sed talem q̃.s. de pignoribus possit securũ facere Mõtem. Hic est modus, quo uniuersitas pauperum uelut communitas quædam distributionis est auctrix & capax. Qui licet sit sustentabilis, clari' tamen & verius distributionis forma in ea saluaẽ dicendo quod sicut si militibus vltra debita stipendia propter res bene gestas pro republica distribuẽda statuatur quædã pecuniæ summa, distributionis F iustus modus erit, vt quãto melius hic illo egit, tanto mai' sit quod huic, eo quod illi detur, & sic modus & forma distributiuæ iustitiæ seruatur absque tot difficultatibus. Ita si pauperib' multis onera distribuẽda sunt, vt hic accidit, sufficit quod distributionis iustæ forma seruetur, quę exigit, æqualitatẽ proportionis, vt dictum est, quæ tunc tantum seruatur cum equalibus æqualia' & inæqualibus inæqualia imponuntur.

Et quoniã siue hoc, siue primo modo ponatur distributio in pauperũ vniuersitate, non refert quo ad præsentem q. idcirco concedatur distributionẽ inueniri in inuentione mercedis reddendę operarijs Montis, à quocunque distributio ista mandet, G siue à principe, siue à communitate, siue ab ipsa pauperum vniuersitate.

CAPVT XII.

Determinatio, quod secundum iustitiæ distributiuæ formam multiplex in hoc Monte iniustitia committatur.

REstat ergo considerandum secundum, san distributio isto modo facta iusta sit. Vbi premittendum est, quòd licet in distributionib. cõmuniter minus seruetur iustum etiam absque conscientiæ periculo, quam in commutationibus, eo quod comparationes personarum sunt odiosę, & paucis bonum tollunt quod cæteris bonis communibus præstat, statuta tamen distributionum dispositiua tanto iustiora esse oportet, quanto facilia H ab eis declinare quodammodo cogimur. Si enim ipsa statuta à iusto declinare inciperent nimia post modum in distribuẽdo elongatio à medio fieret, sicque iustitia corrumperetur. Et ideo diligenter oportet distributionis huius statuta examinare, ne lex iniusta sui obseruatores ad iniustitiã deducat.

Sciendum est igitur, qp aliter bonum, aliter malum distribuendum est inęqualibus partib. alicuius totius. Bonum siquidem distribuẽdum est sic, vt digniori maius bonum detur. Et ratio est, quia bonum totius quod est debitum alicui parti, tãto maius est, quanto pars illa maiorem principalitatẽ habet in toto, & tanto minus quanto pars minorẽ habet dignitatem in toto. Malum autem econuerso distribuendum est vt.s. digniori parti minus malum, & minus digno maius malum imponatur. Et huius ratio est, quia ex quo minus malum habent rationem boni, vt dr in 5. Ethic. quia eligibilius est quàm maius malum, eiusdem ratio est, quod alicui debeatur plus boni & minus mali, & consequenter parti principaliori, cui debetur maius bonum, dẽtur etiam minus malum & proportionaliter parti viliori, cui minus bonorum dẽtur, plus malorũ imponẽdum est. Et loquimur semper de bono & malo totius quod partibus distribuendum est.

Suadet quoque hanc distributionis esse equalitatem naturæ operatio, quæ alimentum distributa membris ad principalia mẽbra digniores partes, & ad viliora viliores transmittit: infirmitatem autem si potest à principalibus membris ad uiliora K propelli, experientia continuę docet. Vnde si in pauperum uniuersitate, quæ super indigentia sunt data, bona distribuẽda essent quanto aliquis esset magis indigens, tanto maius bonum sibi deberetur, eo quòd maiorem principalitatem hẽt in tali toto, sicut magis diues maiorem principalitatem habet in politia, quæ fundat supra diuitias, quæ olicratia vocat. Et cõsequẽter quãto aliquis est magis indigẽs tãto minus mali cõis sustinere dẽt. Et quia onus hoc mercedis soluẽdæ inter mala cõnumeratur, oportet qp secundum iustitiæ distributiuę formam

mam magis indigens minus ſoluat. Magis autem indigentem inter pauperes eſſe conſtat, qui maiori eget mutuo,& minus cito poteſt ſoluere.Nō ergo iuſte ſtatutum eſt, quod plus mutui ſumētes & maiori tempore retinentes,plus teneātur ſoluere. Nec impeditur concluſio huius proceſſus,ſi quis cauillationibus forte adinuentis non ſuſcipiat id,quod tamen probatum eſt,ſcilicet uniuerſitatem hanc ſup indigentia fundari,aut quod iſta non ſit vere communitas quędam. Stat enim vis rationis in hoc ꝙ diſtributio onerosa non debet commenſurari indigentia,ita quod quanto quis plus eget, tantò plus communis oneris ſuſtineat, hoc enim probatione non eget.Sub hoc autem principio,ſiue vera diſtributio,ſiue modus diſtributionis hic ſaluetur, ſubſumitur quòd iſta diſtributio eſt onerosa , quòd manifeſte patet ergo non debet quanto quis magis eget,tanto plus grauari.Sed ſecundum capitula huius Montis quantò pauper magis eget magis grauatur,quod manifeſte patet,quia magis grauatur diutius plus mutui retinens, hic autem eſt magis egēs. ergo. Committitur etiam vltra hæc iniuſtitia hic dupliciter,& ea ſcilicet,ad quæ aliqui tantum ſecūdum iuſtitiam commutatiuam tenentur,omnibus imponendo,ſ. mercedem pro excuſſione pignorū, & ea,ad quæ omneſęqualiter tenentur,ſcilicet mercedem pro obligata præparatione ad mutuandum imponendo inęqualiter , quoniam omnia in unū adunando,ad formam ſeu modum diſtributionis, & quæ commutatiuæ iuſtitię ſunt confunduntur, & quæ diſtributiuæ ſunt uiolantur.

Ex his autem facile eſt ſoluere rationes in oppoſitum.Prima ſiquidem peccat,primo in medio termino,in quo nota vis ratiōis. Aſſumit enim æquū eſſe,vt qui plus boni totius percipit,plus etiam eius mali ſentiat,hoc autem falſum eſſe monſtratū eſt. Iniquum quippe ſecundum iuſtitię diſtributiuæ formam eſt,vt is plus communis mali ſuſtineat,ꝙ plus boni ſuſcipere debet,ꝙa vt dictum eſt: minus malum quoddam bonum eſt.Sed aduerte diligenter,ꝙ dicentes plus:aut minus boni,vel mali,de q̄titate abſoluta ipſius boni,vel mali loquunt, & nō de quantitate proportionali. De hac enim loquendo æquale malum, & æquale bonum omnibus partibus de communib. dandum eſt: quia iuſtum in diſtributionibus in æqualitate proportionali conſiſtit,ut ſuperius ex 5. Ethi. diximus. Et quia paruum malum magis lædit mobilem partem, quā magnū uilem,vt patet in membris corporis, & in propoſito plus pauperculus læditur ex ſolutione duorum ſolidorum,quam artifex minus egens ex ſolutione quatuor,ideo non uſquequaque falſum eſt illud aſſumptum,ſæquum eſt,vt qui plus pcipit boni,plus ſentiat mali,ſed ut iam patet, etiam ſic non eſt pro opinione illa.Secūdo peccat in eo,quod ſubſumit, ſcilicet ſubuētio mutui eſt bonum commune huius uniuerſitatis pauperum.Reuelatio nanque pauperis ex accepto mutuo ex ipſo mutui beneficio cauſatur.Mutuum autem ad iuſtitiam commutatiuam adeo ſpectat, ut id iuſtitiæ diſtribuitiuę attribuere rediculum ſit niſi forte diſtributio mutui ſtatueretur,quod hic non fit.iniuſta deinde lex eſſet , ſi qua ſtatueret,quod ex ſubuentione,quam ex mutui beneficio quis percipit,aliquid pecunia æſtimabile mutuandi daret,& ſimiliter cuicunque alteri, cui ex ulla cauſa non tenetur.Ex hac ſiquidem cauſa nulli ciuiliter obligatur:quamuis amicabiliter debeat.Si mutaretur quoque argumentum, & eſſet ſermo non de ſubuentione p mutuū,ſed de cōmo ditate perpetua mutui inueniēdi, quam totius commune bonum eſſe dictum eſt,nō poteſt adhuc concludi iuſtitiam ſeruari: quoniam ſi penes commoditatem illam , diſtributio oneris agenda eſt, cum commoditas illa omnibus mutuum ſumētibus æqualiter reſpondeat , inæqualiter diſtribui ſolutionis onus neqnaquam deberet : licet , vt ex dictis pater,iniquum ſit,malum diſtribui , ſicut & bonum .

Secunda vero ratio, quæ metitur onus ſoluendi iuxta datam ſoluendi occaſionem, facilè ſoluitur, dicēdo,ꝙ aut occaſionis vocabulo propriè vtitur, aut communiter, vt etiam cauſam occaſionem vulgariter dicimus. Si propriè loquatur falſum eſt, ꝙ huiuſmodi occaſionibus commenſurandæ ſint diſtributiones boni aut mali cōmunis, quod debetur partibus,vt patet in omni politia : ſecus autē de gratuitis dicendum eſſet remunerationibus . Si autem occaſionem pro cauſa ponit,tunc falſum ſubſumitur: cauſa enim harum expēſarum eſt vniuerſitas ipſa, quæ pignoribus tute vult pecuniæ Mōtem ſaluari. Et ex hoc clarius patet veritas primi mēbri: quia pauper ipſe occaſio valde remota eſt, & nō niſi ipſa mediāte,& cauſante vniuerſitate quę ſoluere tenet, vtpote non concurrens ad hoc niſi pp mutui petitionem,ex qua occaſionem ſumit mutuans, ꝙ pignus vult,ex quo deinde prouenit,ꝙ vniuerſitas teneatur ſoluere.Patet igitur ꝙ occaſionib⁹ huiuſmodi nulla iuſtitia diſtributiones ęquari debent.Ex his autem formari alia poteſt ratio ad principale intentū talis . In hac pauperū vniuerſitate quatuor ſunt, commoditas perpetui mutui habendi,reuelatio ex mutuo ſuſcepto,remota occaſio non data,ſed ſumpta,alicuius expenſæ & indigentia : nulli horum diſtributio oneris huius iuſtè commēſuratur in hoc Monte , vt patet ex dictis : ergo in capitulis Montis iuſtitia diſtributiua non ſaluatur.

CAPVT XIII.

Opinio dicens, in Monte hoc nullum eſſe propriè mutuum, ſed ſocietatem potius quandam,puſſimis capitulis ad ad commune bonum vnitam .

SVrrexit propter has fortè rationum anguſtias opinio alia,nedum hæc capitula:ſed alia quę ab omnibus repulſa videtur communitatibus pietate plena defendere volēs.Hęc quantum ad propoſitū ſpectat,tria dicit. Primò,ꝙ hic eſt contractus ſocietatis poſitiuæ & perpetuo cōſeruatiuæ. Secundò,ꝙ nō eſt hic cōtractus mutui propriè,ſed temporalis vſus cōmunis depoſiti. Tertiò,ꝙ hic eſt contractus locationis operarum ad cuſtodiam pignorum,&c. Primum declaratur explanando naturā huius Montis ſic: Pauperes ciues conuenientes media interceſſione prædicatorū,&c. a diuitibus & a ſeipſis quandam pecuniæ ſummam dono obtinent non diſtribuendam, ſed perpetuo vſui eorum per modū mutui conſeruādam,eiuſque cuſtodiæ ac prædicti vſus diſpenſationi,& pignorū cuſtodiæ,curæ & cæteris, vt ſupra, pro ſecuritate cōmunis pecuniæ miniſtris quidam a pauperum patribus præponūtur,reddendaque ſtatuitur eorum operibus merces a ſingulis pauperibus,vt ſupra ſcilicet vnus denarius pro libra ſingulis mēſibus,&c. Hæc eſt pauperum ciuium ſocietas,deponens ſummam illam ſub communibus cuſtodibus per modū mutui eius pauperib⁹ diſpenſandam, & reddens mercedem cuſtodibus debitā, &c. Et quia in ſocietate iſta nunquam,intenditur diuiſio capitalis communis,ſ. depoſiti,nec ſecūdum totum,nec ſecūdum partem,ſed potius procurare augmentum,& pro conſeruatione illius tuta quili-

bet

bet aliquid soluit puta duos denarios pro libra,&c. ideo hic est cõtractus societatis non diuisiue,sed positiue,& perpetuo conseruatiue. Secundum vero,ſ. ꝙ non sit hic contractus mutui, probatur ex parte rei,quæ mutuari dicitur,& ex parte extremorũ, inter quæ mutuum dicitur. Vbicunque nãque est proprie mutuum,ibi & res mutuata aliena est a iure petentis mutuum,& mutuans omnino a petente mutuum distinguitur. Sed hic neutrum istorum inuenitur: quia pecunia quæ mutuatur,communis est eis quibus mutuatur,& mutuãs est ipsum cõmune depositum, seu ipsa societas, quæ a pauperibus societatis membris nõ omnino distinguitur: ergo nõ est hic proprie mutuũ. Maior propositio assumpta, quo ad vtranque suam partem ex ratione iustitiæ commutatiuæ in mutuis patet: quia iustitia cõmutatiua nõ est inter totum,& partes: & mutuum nõ est,nisi de eo quod alterius partis,i. singularis personæ est, & cõsequenter omnino alienum ab hoc petente mutuum: vnde quando pauper a Monte mutuum propter penuriam vocabulorum petit, temporalem vsum communis depositi secundum veritatem petit non mutuum. Et ex hoc vlterius manifestè sequitur, ꝙ vsura hic, nõ est,quæ mutuũ explicitè vel implicitè comitatur. Tertium autem,quod scilicet hic fit, contractus mercenarius inter ministros & pauperes, & consequenter, quòd pauperes iustè teneantur reddere eis mercedem,&c. vt per se notum relinquitur.

CAPVT XIIII.

Examen prædictæ opinionis determinans iniustitiam nihil minus inueniri in capitulis Montis secundum hanc viam, quàm secundum alias supradictas.

QVoniam autem opinio hęc tanquam singularis communiter derelicta vr, duo in eius examine facienda occurrunt,ut,ſ. primo ostendamus malum formatum esse ab ea casum Montis pietatis,& propterea communiter minus eius dicta recipi. Deinde admisso casu,quod iniustitiam non euitet,manifestandum est,quod contractus iste non sit socialis,vt ex Pauli secundi Pont. Max. literis ad perusinum legatum habetur, ubi monet ne ultra stipendia ministris debita aliquid accrescens habeatur,ne forte usuræ labes aliqua incurratur, In contractu enim sociali ex hoc, quod socii ad communis boni augmentum tendunt,ridiculum est,in dubium apud sedem maxime apostolicam uerti, an sit usura. Qd̃ et sit contractus mutui,ex literis pluribus plurium Romanorum Pontificum patet. Sẽper enim mutuari dicunt pecuniam pauperibus a ministris Montis:& distributionem mutuo sic annectunt,vt vere mutuum restet,quoniam mutuari secundum quandam distributionem dicunt, ut,ſ. plus egentibus,si constat,plus mutuetur,infra tamẽ statuti latitudinem. Nec sufficit fugiendo dicere,ꝙ penuria uocabulorum huius causa est. Tum quia in promptu uocabulorum temporalis usus, communis depositi vel boni erat. Tum quia expresse in literis huiusmodi pecuniam collectam Montem pietatis uocari dicit:& deposita pecunia apud eos, quĩmutuaturi pauperibus sunt,appellatur. Si enim mutuum uere non interueniret,mutui nomen qñ que mutatum quoque esset,& saltem circumlocutione aliqua non esse mutuum insinuatum esset: pſertim quia omnes forte huiusmodi litere emanarunt ad instantiam eorum,qui usuram in hoc Mõte non esse contendunt. Qua enim faciliore & magis apparente uia excludi usũra potuisset,quam mutuum non interuenire declarando? Sed quid in pro-

F babilib. moror? probatur ratione nõ esse huiusmodi contractum facilem absque mutuo,ut dicitur: Vbicunque iustum est secũdum æqualitatem simpliciter rei acceptæ ad datam,ibi vere est iustitia cõmutatiua: sed contractus ille,qui mutui vocatur, inter Montem & Ioannem pauperem est iustus secũdum æqualitatem simpliciter pecuniæ redditæ ad acceptam: ergo est contractus iustitiæ commutatiuæ. Sed iustitia commutatiua non vertitur inter totum,seu totius bonum ut sic, & partem, sed inter partem & partem, ita quòd etiam totum, ut extremum commutatiuæ iustitiæ partis rõnem habet, ut ex dictis patet,quæ ex S. Tho. expresse habentur: G ergo contractus iste non est inter Montem inquantum est totum,siue commune bonum, & Ioannẽ pauperem inquantum totius partem, sed est inter totum,inquantum partis rationem habet,& Ioannem pauperem unum de populo,&c. & consequẽter est vere contractus mutui. Admisso autem talis societatis contractu,quæ si non est,posset tamẽ fieri,iniustitiam omnino ibi committit; sic declaraſ. In contractibus istis,de quibus est sermo, aut standum est infra limites commutatiuæ iustitiæ, aut infra limites iustitię distributiuæ, aut utriusque, aut neutrius. Si secundum iustitiæ commutatiuæ puræ H formam agimus,cum constet, quòd totum apud eam,vt pars reputatur,id ad quod totum tenetur,a parte exigi non potest: & consequenter quamuis societas pauperum teneatur soluere mercedem ministris,iniuste tamen ab hoc paupere exigitur: quia non in eius fauorem fit. Et breuiter eodem modo hic conuincitur iniustitia & usũra,quo superius infra iustitiæ commutatiuæ terminos probauimus inueniri. Si secundum iustitiam distributiuam puram procedendum esse creditur,quoniam contractus locationis operarum non est inter ministros & singulos pauperes, sed inter ministros & societatẽ pauperum,ut superius dicebatur, manifestus error statim patet,quoniam locatio operarum, & eius merces,& similiter acceptio pecuniæ, quæ mutua I ta dicitur,& eius restitutio, fingi non potest quin equalitatem commutatiuæ iustitię requirant. Si aũt utriusque iustitiæ forma miscetur,secundum ueritatem idem est casus iste cum eo,quem superius secundum distributiuæ iustitiæ modum disputauimus,& concluſimus iniustum esse. In hac siquidẽ societate distributio non aliter,quam ibi miscetur: nisi quod ista opinio ponit ipsam pecuniam per modum mutui etiã distribui in usum,&c. Sed hoc nihil penitus variat casum quo ad rationem iusti uel iniusti,quia in societate ista aut omnes habẽtur æquales,aut non,si omnes æquales, ergo iniuste vnus plus alio grauatur onere solutionis, ad quam societas tenetur, quoniam secundum dignitatem K iustum in distributionibus attenditur. Si inæqualitas inter eos ponitur,cum non nisi ratione indigẽtiæ ponatur,quia plus egenti plus mutuandum statuitur,infra latitudinem tamẽ aliquam, puta 10. ducatorum, tunc manifeste redit iniquitas illa in distributionibus,qua plus accipiens communis boni plus cogitur sentire communis mali,& distributio communis oneris commensuratur singulorum indigentiæ. Et manifestius accidit hic iniustitia, quæ in gabellis pro rebus quæ deferuntur ad usum, innenitur. Vtrobique enim iniustum ex natura rei inuenitur ex eadem causa, quia scilicet supportatio communis oneris commensuratur necessario vsui, vsus autem necessarius commensuratur indigentiæ,& sic de primo ad ultimum æqualitate seruata

oneris

oneris communis distributio indigentiæ ciuium & pauperum commensuratur, quod est iniquum. Refugit enim omnis auris, quod tanto quisque communibus grauetur, quantum magis propriis indiget. In hac enim societate quis magis eget, ut propriis possit prouidere necessitatibus, tanto ma jus mutuum sumit, & diutius retinere cogitur, & tanto plus exigitur ab eo pecuniæ debitę a societate pro seruitiis sibi impensis, ut patet. Et ne iterum dicta repetantur, eodem est modo hic in iustitia distributiua, sicut superius eisdem rōnibus. Si autē neutrius iustitiæ formā introduci oportere qs putet, sed iustitiam legalem tantum, quæ cōmune bonum per se respicit, & ad illud omnia dirigit, cū fraterna quadā societate errat in primis, ad fraternam societatem cōfugiens: quoniam operationes hic interuenientes secundum genus suum ad iusti tiam non ad amicitiam, &c. spectant, quoniam sūt operationes ad alterum cum ciuili debito ęqualitatis, in quibus ratio iusti consistit. Nec fraterna voluntas omnia communia volens, hic apparet, nisi apud mētis propriæ parum compotes: quj oē volūtariū iudicāt simpliciter uolūtariū. errat dein de, quia sub iustitia legali seu gñali nō cadūt nisi in dria, & q̄ aliarū sunt uirtutū & uitiorū. Expsse nanque in 5. Ethi. habet, quod omnis particularis boni tas aut malitia sub iustitia legali cadens, sub aliqua alia uirtute aut vitio necesse est contineatur. cum ergo constet, quod actus hi indifferentes non sint, & non sint omne bonum aut omne malum, oportet quod sub alia uirtute aut uitio comprehendantur. Et si huic iunxerimus supradicta, quod scilicet spectant ad iustitiam, oportet ad commutatiuam uel distributiuam descendere, ut secimus. secundū quas iam patet, iniustitiam euitari in capitulis huius Montis non posse.

Ad rationes ergo, quibus probatur quod hic non interuenit mutuum, dicendum est, quod inter assumpta & casum est implicatio contradictionis, repugnat enim, quod sit contractus rei inter totum ut sic, & eius partem, & quod sit secundum ęqualitatem rei ad rem. Si nanque est secundum ęqualitatem rei ad rem, ergo est iustitia commutatiua: ergo inter partem & partem: ergo non inter totum ut sic, & partem. Et similiter si est inter totum vt sic, & partem, ergo est secundum dignitatem partium in toto; ergo non secundum æqualitatem rei acceptæ aut datæ. constat autem, quod hic seruatur æqualitas rei ad rem, dum a paupere mutuum restituitur, & tamen secundum istam opinionem inter totum ut sic & partem contractus est: implicatio igitur accidit. Est autem causa defectus in huiusmodi ratione, quia non discernitur inter per se & per accidens. Accidit enim Monti, inquantū pecuniam reddendam tribuit pauperi, vt suis prouideat necesitatibus, quòd totum sit: hoc enim sub partis ratione facit. & ideo mutuās hic est omnino alius a mutuum sumente, si formaliter considerentur: quoniam singularium personarum quo ad hoc locum tenent. et similiter accidit pecuniæ inquantum sic Ioanni pauperi mutuatur, q̄ communitatis, aut communis societatis, aut cuiusque alterius aut nullius sit: sufficit enim, quòd Ioannis pauperis sic non sit, quod ad eius restitutionem integre non teneatur. Accidit quoque defectus: qa inter totum & partes necessaria discretio omittit; huiusmodi enim totum specie a parte differt: & quod toti debetur, parti non debetur. Et similiter ad quod totum tenetur, pars non tenetur, loquendo semper secundum æqualitatem rei ad rem, quę hic est; quoniam pro seruitiis societati impensis, non in fauorem huius, qui accipit mutuum vt sic: sed totius perpetuæ societatis tenetur ipsa ad mercedem reddendam ministris (ut supra patuit) & restituit sic ac conseruari pecuniam vult.

Accidit & tertio defectus in hac via: quia non distinguit inter aliquid fieri in fauorem pauperis mutuum sumentis, proxime & remote. Quod. n. in fauorem communis perpetuæque societatis fit, non nisi remote fit in huius pauperis fauorem, vt ex dictis patet. Nullo igitur modo capitula huius Montis pietatis iniustitiam subterfugere possunt.

CAPVT XV.

Exclusio quorundam extraneorum dictorum concludens ultimo intentam sententiam.

PEragratis omnibus his opinionibus, quę aliqd ad propositum ex moralibus rationibus adduxerunt, restat primo nominanda tantum opinio dicens, Montem hunc pietatis cum suis capitulis non mutuum facere, sed rem quandam diuinam esse. & hominibus ineffabilem, & propterea rationibus huiusmodi, quæ humanos scrutantur actus, non omnino committēdum esse iudicium huius Montis, &c. Nos. n. cū sua diuinitate veluti loquētes, in aere relinquere oportet. Remanet deinde eis satisfaciendum, qui contractus huius Montis ab apostolica sede approbatos dicunt, aut audiunt; ac per hoc rationes sophisticas putant, etiam si solue re nesciant. Sciant igitur hi Montem quidem pietatis ab apostolica sede approbatum, sed non illius capitula: vt exemplo literarum approbationis cōiicere potui. Appellatur autem Mons pietatis (vt in eisdem dicitur) summa illa pecuniæ pie collecta, & sub custodibus deposita ad perpetuam releuationem pauperum mutuo mediante. Vbi nota quod Mons ipse est simpliciter approbatus & erectus ab ipso summo Pontifice. Eius autem capitula supradicta sunt approbata cum hoc adiuncto, scilicet sacris canonibus non contraria: unde si qua capitula sunt sacris canonibus contraria, approbata non sunt. Hęc autem esse ea, quę iniustitiam continēt, nullus dubitat. Non sunt igitur approbata capitula illa quæ iniusta esse superius mōstratum est. propter quod si ita est non paruum peccatum fuit, facere imprimi summi Ponti. bullas truncatas absque illa particula, scilicet sacris canonibus non cōtraria. Laqueus siquidem est animarum: in quem ego incidissem, vel saltem absque suspensione non fuissem, nisi viua voce audissem sic haberi in originalibus, & calamo scriptam particulam illam in bullæ Mantuanæ copia vidissem. Ex hac quoque eadē radice satisfit illis, qui ex priuilegiis & indulgētiis concessis a Romano Pontifice illis, qui ad Montis conseruationem, aut augmētum manus porrigūt adiutrices, arguunt. Iam enim patet, quod Mons ip se sanctus est, & in ordine ad illum hęc omnia cō ceduntur. Annexa tamen mala ex hoc non approbantur; sed potius tolerantur ad euitationem maioris mali quo per publicos vsurarios res pauperum vorantur.

Ex rationibus ergo propriis iustitiæ commutatiuæ, & iustitiæ distributiuę, clarum iam cuilibet patet, nō solum quod nullo prædictorum modorum iniustitiæ macula abest a capitulis Montis huius, sed etiam quod quocunque alio modo casus formetur, iustitiæ æqualitas nō seruatur. Nec oportet omnem sigillatim obiectionem excludere: quoniam ex supradictis (quæ ex Ethicis Aristotelis & doctri-

doctrina S.Th. adeo sumpta sunt, ut si sigillatim allegatio fieret, omnia plena allegationibus essent) cuilibet in moralibus exercitato facile ex omnibus satisfacere, ut omnes ueritatem cognoscant, quæ a prima est veritate. Cui honor & gloria sit ex hoc opusc. Papæ in S. Apollinare completo hodie, idest die 13. Iulii 1498. per infinita secula seculorũ, Amẽ.

Tractatus Thomæ de uio Caietani sancti Xysti de Monte Pietatis finit.

TRACTATVS SEPTIMVS, De Cambiis in octo capita diuisus, ad Dominum Andream Brixiensem Brixiæ priorem.

1 *De tribus generibus cambiorum.*
2 *De opinionibus dicentium, in cambijs realibus esse mutuum.*
3 *De opinionibus dicentium, in cambijs realibus esse contractum permutationis.*
4 *De opinione singulari circa cambia.*
5 *De natura artis campsoriæ.*
6 *Quomodo oporteat numismatum commutationes fieri ad ad hoc, ut rectitudo seruetur.*
7 *An talia cãbia proposita sint uere cambia, et iustificata.*
8 *De aliis cãbijs propositis ex parte accipientium cambia.*

CONcessum mihi his diebus otium, venerande amantissimeque pater, ad edendum promissum paternitati tuæ tractatum de cãbiis, inuitans post auditos campsores, pleraſque diuersorũ de his opiniones, ac diutinam meditationem, ad scribendum tandem impulit. Tanta siquidem est rei huius obscuritas & inuolutio, ut in consuetudine non absque fautoribus, & inde doctoribus plurimis, modernis tamen sistentibus (antiquis siquidem proposita difficultas hæc non fuit) tacendũ potius uideretur. Verum ubi plures dies lectioni meditationique iam dedissem, & infidelis promissionis reatus occurreret, diuina fretus ope, tria de cambiis tractanda censui. Discernenda sunt primo dubia a certis. Adducendæ sunt deinde opiniones aliorum de dubiis. Firmandum est demum quid uidetur de his sentiendum.

CAPVT PRIMVM.

De tribus generibus cambiorum.

CAmbiorum modi quamuis multi sint, quo ad differentiam tamen certi uel dubii, trifariam ea diuidere sufficit. Quædam siquidem sunt, quorum iustitia clara est. Quędam vero, quorũ iniustitia similiter aperta est. Et quędam, quæ an sint iusta, vel iniusta, in dubium inter doctores vertitur.

Iustificata siquidem sunt, quę fiunt in tribus modis. Primò, quum in cambio minuto campsor moderate lucratur secundum patriæ consuetudinem. Vocatur autẽ cambium minutum, cum campsor pro aureo ducato monetam dat consuetam in patria illa expendi, vel econuerso, aliquid minus dando, quàm recipiat. Hoc enim continet naturalem equitatem, ex eo quod industriæ & operę campsoris rõ habenda est. Quum enim cæterarum artium ministros liceat in commutationibus propriis laboris industriæque mercedem componere, campsoribus, qui commutationibus numismatum deseruiunt, id quoque licere non est dubium. Propter quod non irrationabiliter id dicunt opinantes tale luerum campsoribus tantum licitum, ita quod priuatus homo si cambire debet ducatum aureũ, nihil debet lucrari. Commutatio nanque numismatum patriæ non uagatur quo ad ualorem (quemadmodum cæterę commutationes) sed determinata est, puta quod ducatus aureus valet duodecim marcellos. Et sicut in cæteris commutationibus æqualitatem uiolare iniustum est, ita in commutatione numismatum. Vnde nisi vel propter mercedem seruitii, non in numerando pecuniam ut quidam putant (quoniam contingit sæpe minus numerare campsorem, quam accipientem, & actus numerandi non est proprie mercenarius, sed solitus gratis concedi, ut usus libri, & numerationi campsoris respondet numeratio dantis aliam monetam) sed in arte campsoria, Reipublicæ ministrando, vel propter incommodum; quod quis incurreret ex ablatione talis generis pecuniæ a se, vel qualitatem numismatum (ut infra declarabitur) non licet plus in cambio minuto accipere, quam detur. Quorũ nullum locum habet uniuersaliter in singularibus hominib. non campsoribus. Secundo quum campsor moderate lucratur, ex eo quòd Petrus habens certam summam pecunię Mediolani, dat eam campsori, qui faciat ęqualem summam Romę dari sibi uel alteri. Si enim ex hoc campsor mercedem exigit, iusta est exactio, campsor. n. translatoriis in hac parte locum tenet, nec est ęquum, vt merces suo seruitio subtrahatur. Tertio, quando campsor lucrat ex eo quod monetam alicubi minus valentem cõgregatam transfert in locum, ubi plus ualet. Hęc. n. est negotiatio numismatum: ex qua primo ortum habuisse vr ars cãpsoria, ut vr i. pol. Et est licita sicut cęteræ negotiationes ad augendas opes licent.

Iniusta uero absque dubio cambia illa sunt, quę his duobus modis fiunt.

Primò, cum campsor lucratur, aut lucrari intendit, ex eo ꝙ Petro egenti Mediolani dat certam sũmam pecunię sub nomine cãbii de Lugduno vel Londris: & tamen secundum ueritatem ibidem restitutio facienda utrinque scitur, siue fiant literæ cãbii, & non præsententur, siue non fiant literę. Interuenit siquidem hic manifeste solo nomine cãbiũ & secundum rem mutuum cum lucro, aut spe lucri, secundum quod diuersimode fit.

Secundo (& in idem redit) cum campsor, ut lucratur, dat Mediolani Petro egenti cẽtum ducatos recepturus ab ipso Petro ibidem hinc ad mensem tantum, quantum valebunt tunc Venetiis: secundum cursum cambiorum decem libræ grossorũ, quę equiualent centum ducatis regulariter, sed in cursu cambiorum Venetiis quandoque excedunt, & quandoque exceduntur. Hic enim secundum ueritatem est contractus mutui, Cambii nomine palliatus, & sic cum spe lucri cõtra illud Luc. 6. mutuũ date nihil inde sperantes. Et celebratur communiter cum probabili coniectura, quod erit ibi lucrũ, qui communiter solent tunc ualere plus decem libræ grossorum, quamuis quandoque, sed raro minus valeant, & propterea est hic usura. Nec potest excusari, nisi in casu in quo Petrus egeret illis centũ ducatis, & campsor haberet in promptu verum cãbium agendum cum illis centum pro Venetiis illo modo, & ad instantiam Petri illos sibi eo pacto daret. Et hoc si contractus talis ueri cambii est licitus, de quo infra erit sermo.

Dubia autem cambia, quędam sunt ex parte cãpsorum,

psorum, quędam ex parte accipientium cambia. Ex parte quidem campsorum sunt, quæ dupliciter fiunt; aut, ſappretiando numiſma extraneũ, de quo reſtitutio fienda eſt, minus quam ualeat communiter in loco ubi debet fieri reſtitutio: aut appretiando numiſma proprium quod datur, magis quàm ualeat communiter in loco, vbi reſtitutio debet fieri: ad hos enim duos modos, qui valde propinqui ſunt: & in idem redeunt, omnia cambia ſicca reducuntur pro quibuſcunque locis fiant. Ad primum enim modum ſpectat cambium Lugduni in quo Petro indigenti marca auri, quę communiter ualet ibi 60. ſcutos, campſor Mediolani dat 60. ſcutos, nõ ſecundum valorem ſcuti Lugduni, ſed ibi communiter valeat ſcutus 30. groſſos, appretiatur hic 28. & ſic dat ſibi tantam ſummam pecunię, quæ aſcẽdat ad 60. ſcutos ad rationem 28. groſſorum pro ſcuto.

Ad ſecundum uero modum ſpectat cambium tam Londrenſe, quàm Brugenſe. in quo petro egẽti Ianuæ dat campſor Ianuæ 1000. ducatos, non ſecundum ualorem ducati currentem Brugis aut Lõdres, ſed cum ibi ualeat ducatus 50. groſſos, appretiatur Ianuæ. 52. ita quod pro quolibet ducato tenetur accipiens cambium reſtituere Brugis, vel Londres 52. groſſos. Cætera autem cambia ex parte campſorum ſimilia ſunt. Nec fiat uis ſi in iſtis exemplis uera quantitas monetarum non recitatur: quoniã exempla ponimus, ut addiſcentes intelligant. Auget autem cambiorum prędictorum ambiguitatẽ incerta temporis ratio. fatentur enim campſores, quod quanto tempus reſtitutionis eſt diſtantius, tanto minus appretiatur moneta in primo modo, & tanto magis in ſecundo modo.

Ex parte autem accipientium cambia, ſex modis uariantur cambia ſecundum differentiam eiuſdẽ, vel diuerſæ monetæ, & differentiam certi uel dubii aut accidentis lucri, hæc enim uidentur aliquam p ſe differentiam in cambiis facere. Contingit primo modo quod Petrus dat Mediolani campſori cẽtũ ducatos Florentinos aureos, & uult totidem florẽtinos Florẽtiæ. Contingit ſecundo, quod Petrus p dictis ducatis uult Florentiæ monetam argẽteam puta groſſos florentinos, ſed tot quod æquiualeant florentiæ ducatis 100. Florẽtinis aureis. Contingit tertiò, quod Petrus pro dictis ducatis uult bonam monetam auream, uel argenteam florentię, ſecundum quod tempore ſolutionis (puta in nundinis) cambia ualebunt florentię. Et quolibet horum contingit dupliciter fieti, ſi impliciter, ut propoſitum eſt, & cum adiuncto aliquo certo lucro ita, ſ. quod Petrus uult non ſolum prædictos centum ducatos florentiæ modo dicto, ſed ultra hoc uult ſibi dari quatuor alios ducatos. Et quoniam de his nõ principalis eſt quæſtio, ſed de illis quæ ſe tenent ex parte campſoris communiter, ideo de illis erit ſermo diffuſus, de iſtis autem in fine tract. dicetur. Et ne nugatio, aut æquiuocatio accidat legentib. uocenẽ in ſequentibus cambia nunc diſcutienda cambia realia, quamuis a multis cambia ſicca, aut per literas nuncupentur.

CAPVT II.

De opinionibus dicentium in cambijs realibus eſſe mutuum.

QVoniam autem ſecundum diuerſa prę ſuppoſita diuerſimode inueniuntur doctores locuti de huiuſmodi cambiis, & ex aliis principiis procedunt ſupponentes huiuſmodi cambia mutui contractum ſapere, & ex aliis procedunt negantes hic mutuum interuenire, ideo ſigillatim diſcutiendæ ſunt ſingulorum rationes.

Vnde eorum occurrunt primo opiniones, qui afferunt, aut ſuſcipiunt contractus cambiorum realium ſecundum ueritatem eſſe contractus mutui, licet cambia vocentur. Sunt autem contrariæ horũ opiniones: dum quidam dicunt talia cambia eſſe iniuſta & uſuraria, quidam uero quòd ſunt licita. Et illi quidem, qui aſſerunt vſuraria, licet multis rationibus moueantur, hoc tamen habent pro fundamento: quia vſurarium eſt mutuare ſub ſpe & pacto veriſimilis lucri, vt patet: conſtat autem omnes campſores ſpe lucrandi hæc cambia exercere, & iõ pacta ſupradicta adiicere, ut veriſimiliter lucrum euenire poſſit, quamuis non ſemper eueniat, ut ipſi met fatentur. Vſurarium eſt igitur hæc cambia facere. Quod autem uere ſupponatur hic eſſe mutuum, probant ex eo, q̃ contractus iſte dat pecuniã quæ eſt inuendibilis cum translatione Dominii, & recipit pecuniam, has autem eſſe conſtat conditiones ad mutui contractum ſufficientes, muniturq; opinio hæc authoritate Gof. & Hoſt. in ſumma de uſuris, & Archiepiſcopi floren. in 2. & 3. parte Summę, ubi etiam dicit multos uiros doctos & timoratos fuiſſe huius opinionis.

Acceptantes autem mutuum hic eſſe, & tamẽ abſque uſura cambia fieri, fundantur ſuper ratione interesſe, & operarum locatarum. Et quo ad intereſſe quidem: quia etiam in contractu mutui licet ſeruare ſe indemnem, conſtat autem quod mutuans Ianuæ centum ducatos aureos, damnum incurreret ſi Brugis reſtituuntur ſibi totidẽ aurei, uel eis æqui ualens ibi præciſe. Tum quia plus daret, quam reciperet, ex eo quod ducatus aureus plus ualet Ianuę, quam Brugis. Tum quia oportet ipſum ſubire expenſas deletorum pecunię, ut Ianuę rehabeat, ubi contractus mutui celebratus eſt. ergo licitum eſt æſtimare ducatum aliquid plus, ut mutuãs nullum damnum incurrat, & hoc, in iſtis cambiis accidit. Quo ad locatas uero operas, quia cum nullus debeat propriis ſtipẽdiis militare, & campſor & miniſtri publicæ utilitati deſeruiant in opere licito in mutuis faciendis prædictis, conſequens eſt quod propriam mercedem reportare debent, quemadmodum miniſtri Montis pietatis. Et quia induſtrię accidentis operi licito, ratio eſt habenda, aliquid ẽt mercedis ei dari debet: quo fit, ut omnibus penſatis talis excreſcentia ſit licita.

Sed reuera neutra harum opinionum ueritatem aſſequitur. Primæ enim fundamentum ruit, qm̃ (vt infra patebit) hic non eſt contractus mutui. Secunda autem & falſum aſſumit; & conſequenter non loquitur. Falſum quidem aſſumit, dum dicit in his cambiis illud plus ſumi, ut uitetur intereſſe, hoc. n. campſores teſtantur eſſe falſum, & dicunt quod nõ ut damnum euitent, ſed ut lucrentur huiuſmodi cambiis inſiſtunt, & quod ſi accipientes cambia obligarent ſe ad reſtituendum precisè quantum accipiant in loco ubi accipiunt, ipſi non mutuarent, quia lucri cauſa artem hanc exercent.

Et ex hoc patet, quod nec pro intereſſe ſtipendii miniſtrorum plus ſumitur. Si enim campſores ex cambiis nihil aliud quererent, quam ſe ſeruare indemnes, cambia non ingrederẽtur, ſed pecunias ſuas ſecum tenerent, aut aliter exponerent, ut ipſimet teſtantur.

Conſequenter autem non loquitur, quoniam non eſt licitum artem mutuatiuam in ciuitatibus exigere & miniſtros ſtatuere, laborum induſtriæq; ra-

ratione habita, inde etiam sustentatorium lucrum quærere, quoniam hoc esset vsurariam artem facere moderatam, vt patet. Ministris autem Mõtis pietatis quomodo & qualiter liceat mercedem reddi, & a quibus oportet reddi in tractatu speciali de hoc diffuse diximus. Hic autem satis sit nosse, & quod non est simile, quia in cambiis intenditur lucrum, & quod experientia teste non licet artẽ facere mutuatiuam, ut operarum periculorum, & industriæ rationem habendo, plus forte recipiatur, unde ipse cum familia sustentetur, sicut in artibus & negotiationibus licet. Est igitur usura in his cambiis, si contractum mutui implicant. Propter q̃ Gof. & Host. sub mutui nomine casum tractantes (cum scilicet mutuatur: ut restituatur alterius generis monetacũ spe lucri) usuram esse dixerunt.

CAP. III.

De opinionibus dicentium in cambijs realibus esse contractum permutationis.

EMersit ergo propter predicta forte aliorum opinio, dicentium in his cambis non esse contractũ mutui, sed innominatum, scilicet do ut des, uel si nominari debet, esse contractum permutationis. Et horum contrariæ quoque sunt opiniones aliis asserentibus hæc cambia licita, & aliis illicita. Et illi quidem, qui dicunt esse licita, studium suum adhibent non tam ad probandam eorum iustificationem, quam corũ naturam extra mutui rationẽ esse. Et quamuis multiplicent rationes, ex tribus tamen conditionibus separant cambia hæc a mutuis.

Primo ex periculo. Mutui enim natura periculũ mutuatæ sortis in accipientem mutuum transfert: cambium uero reale, damni periculum campsori relinquit, si minus forte contingat accipere, ut qñdoque (licet raro) contingit.

Secundo ex diuersitate rei restituendæ & loci, nam mutui ratio exigit, ut eiusdem generis & bonitatis res restituatur, & ibidem. Nec sufficit reddere æquiualens, aurum enim pro auro & triticum pro tritico restituendum est, & adducitur ad hoc text. iuris ciuilis. ff. de sol. l. Paulus: In cambiis autem realibus fit permutatio monetarum diuersorum generum & in diuersis locis.

Tertio ex modo contractus, quia in cambiis realibus est uenditio uel contractus similis uenditioni, dum ducatus venditur 52. grossis flandrensib. & æstimatur vna moneta cum alia quod licere patet extra, de censi. cap. olim causam. & cap. cum canonicis, in mutuo autem nihil horum fit. Quum igitur contractus mutui non sit, sed permutatiuus & negotiatiuus, pro licito relinquitur, spes enim lucri in his non damnatur, & industriæ laborum, & periculorum, expensarumque ratio habenda est.

Dicentes uero cambia hæc nullo modo licere, & tamen mutuum non implicare, quamuis non inuenerim: ex dictis tamen ab his, qui absolute cambia hæc damnauit, aut dubitant illicita esse, triplex ratio colligitur. Prima ex eo, quod cambia hęc in fraudem usurarum introducta videntur, cum per mutationem monetarum campsor non intendat, sed necessitatib. indigentis nolens gratis mutuare, nomine, permutationis monetæ mutuum palliat, ut lucret, p̃sertim cũ plerumq; cõtingat in eadem fieri moneta restitutiones, & hoc in cambiis infra Italiam & periculum, quod raro accidit, ponderandũ nõ sit in cõitatib. quę regulandę sunt f̃m cõiter euenientia. Secundo ex eo, quod ratio temporis in contractu emptionis & uenditionis haberi nõ potest, in huiusmodi autem cambijs, vt patet in casu posito, quanto distantius est solutionis tempus, tãto plus sibi solui paciscitur campsor. Tertio, quia etiam in contractu venditionis, vendere plus quã nunc aut hic valet, non est licitum, nisi vendens intendebat vsq; ad tempus illud seruare, vt in c. nauiganti. extra de vsuris. aut intendebat ad illum locũ deferre, vt dicit Rayn. Inno & Io. And. & Io. Cald. campsores autem non intendunt seruare. aut trãsferre pecuniam: sed paratam ad huiusmodi cãbia tenent. Quid de his sentiendum sit, in decisione manifestum erit. Nunc autem ad aliam properãdũ est opinionem.

CAPVT IIII.

De opinione singulari circa cambia.

POst prædictas opiniones egregij cuiusdam doctoris in Theologia opinio singularis occurrit tenens huiusmodi cambia esse licita, & tria singulariter dicens.

Primum est, q̃ contractus iste, quem innominatum vocant, nomen habet: quoniam ut S. T. dicit in secunda secundæ, q. 77. negotiatio tripliciter fit, aut commutando res pro rebus, vt vinum pro tritico, aũt res pro pecunia, aut pecunia pro pecunia. Et quum primus contractus vocetur vulgo barato, secundus vocetur venditio, &c. & tertius cambium, ita quod cambium est permutatio pecuniæ pro pecunia.

Secundum est, quod in cambiis non considerat̃ pecunia, vt pecunia, seu vt mensura est, sed ut res quædam est. Constat enim secundum omnes vtroque modo posse accipi pecuniam, vt patet de locantibus pecuniam ad ostentationem. Et quod campsores pecuniam ut rem considerent, ex S. Th. authoritate probat in secundo de reg. prin. dicẽtis, quod numisma potest accipi, ut in mensura, & ut quædam res est, & hoc modo utuntur eo campsores. Fabricatque super hoc fundamento doctor ille uendibilem esse pecuniam a campsoribus, utpote rem quandam, & eius pretia uariari sicut aliarũ rerum, iuxta temporũ locorumque diuersitates, &c.

Tertium est singulariss̃imum, quod licitum est campsoribus plus accipere, quando tempus solutionis distantius est. Distinguit siquidem accipere plus ratione temporis dilati dupliciter uno modo quod sola temporis dilatio excessum pretii operet & hoc dicit esse usurarium. Alio modo, quod res in dilato tempore considerata pretium augeat in commutationibus, & hoc dicit esse licitum. Et dat exemplum in emptionibus rerum in futuro assignandarum. Si quis enim hyeme emit lanas assignandas sibi in uere, minus quam ualeant in hyeme, eo quod lanæ tempore ueris creduntur minus valituræ, iustè emit: eo quod res in tempore illo sũpta pretium minuit. Si autem minus emeret, quia nũc anticipat solutionem, usuram committeret, quia propter solam temporis moram pretiũ uariatur. Subditque, campsores non plus accipere ratione dilati temporis, sed ratione rei in dilato tẽpore consideratæ. Quoniam verbi gratia, marcha auri soluenda in nundinis Ianuarii, non ideo minus emitur a campsoribus Mediolani mense octobri, quam Nouembri, quia longius distat secundũ tempus: sed quia marcha illa considerata in tali tẽpore, minus æstimatur communiter a negotiatoribus & magis in tempore proximiori. Et merito, ut dicit, quia cum negotiatoris finis sit commutãdo lucrari, nec ideo emat, ut empta habeat, sed ut iterum commutet cum lucro, licitum est sibi considerare

siderare quãto tempore pecuniam occupatam in re empta tenere oportet, carius enim emitur quod cito distrahitur, quàm quod lõgo oportet tempore retinere, ne pecuniæ mortuæ teneantur. Signum autem, quod campsores non rationem temporis dilati, sed rei in tempore habeant, est q̃ non semper secundum temporis approximationẽ pretium crescit: sed quandoque instantibus nundinis contingit pretium minui, adeo vt minus vendatur tunc marcha auri in proximo assignanda, quam fuerit vendita tribus mensibus ante.

Sed hæc opinio (cum bona venia) multipliciter à veritate deficit, quamuis bono zelo ad veritatem accedere conetur. Primum in primis dictum secũdo non consonat: quoniam nomina formaliter sũpta intelligi oportet, vt 4. Met. tradit Aris. alioquin periret certitudo a locutione: quoniam extra formale significatum infinita sunt, vt ibidem dicitur. Vnde si cãbijs pecunia consideretur vt res, nõ ut pecunia, vt dixit, contractus iste non debet permutatiuus pecuniarum vocari: nec debet in tertio loco contractuum à S. T. dictorũ reponi, sed primo.

Secundum deinde dictum verum non sonat, & S. Thom. verba male interpretari videtur. Verba siquidem eius in secundo de Reg. prin. cap. 14. sunt ista; Numisma quamuis sit mensura & instrumentum in permutationibus, tamen per se aliquid esse potest: puta si confletur, erit aliquid, videlicet aurum vel argentum: ergo semper non ordinatur ad permutationes. Et hoc etiam habet ueritatem in aliis speciebus pecuniarum, imò amplius, ut in campsoria, quæ non proprie ordinatur, ut sit mensura rerum venalium, sed magis ad permutationem numismatis. Ex quibus verbis non habetur: quod pecunia consideret à campsoribus, non vt mensura, sed ut res: sed habetur q̃ pecunia non vtuntur cãpsores vsu primario: propter quem est inuenta, s. vt mensura seu pretium sit rerum venalium; sed vsu secundario, ad quem est translata, inquantum tamen pecunia, s. vt permutetur cum alia pecunia uterque siquidem vsus conuenit pecuniæ per se: & secundus campsorius conuenit, vt infra patebit ex primo Politicorum.

Quid autem de tertio dicto sentiendum sit in decisione dicetur. Hæc igitur sunt quæ hactenus de cambiis dicta sunt.

CAPVT V.

De natura artis campsoriæ.

VT autem natura cambiorum vniuersaliter & faciliter percipi possit, tali ordine procedẽdum credimus, vt s. primò de ipsa arte campsoria dicaẽ & quid sit, & quam licita sit: deinde de conditionibus requisitis ad eius actus rectitudinem tractetur: & demum ad cambia prædicta descendendo videatur, an artis sint campsoriæ, & quid in eis licitum, aut illicitum est, obiectiones factas soluendo. Sic enim de huiusmodi cambijs sermone completo, ad alia ꝓposita procedi libere poterit. Principium autem ad declarandam campsoriam artem oportet sumere ex primo Politicorum, eius uestigia sequendo.

Sciendum igitur inde est, q̃ rei vsus per se est duplex: s. proprius & communis: seu primarius & secundarius. Est autem proprius cuiusque, siue naturalis artificialis rei vsus ille, ad quem ex ipsa rei natura primo ordinatur, ut vestis ad vestitum, panis ad esum, vinum ad potum, &c. Communis autem siue secundarius est, quo res inquantum talis, alteri tamen à primo fine applicatur, ut commutatio re

A spectu calcei aut tritici, & aliorum huiusmodi. Calceus. n. cum uenditur, inquantum calceus consideratur, non enim pro simplici pelle uenditur: non tamen propter uenditionẽ est calceus: sed propter calceationẽ: & sic de alijs. Quemadmodum ergo cæterorum, sic & numismatis duplex est vsus: vt ibidem dr. Primus est commutatio pro rebus venalibus necessarijs, s. ad uitam humanam, s. tritico, panno, aromatibus, &c. propter huiusmodi. n. commutationes numisma inuentum esse constat, dum ea quæ uni patriæ desunt, aliunde hẽri non possent, nisi datis pro eis æquiualentib. & multum incommodi esset, res semper trãsferre æquales: ob hoc. n. aurum, argentum, ęs, & quicquid hmõi est facile portatile & utile statuerũt cõmutãdi reb. adæquatũ iri, & ꝑpea numisma dr mẽsura rerum uenaliũ. Refertur enim ad naturalia, ad vsum necessaria, ut mensura ad mensurata: propter quod charactere insignitum est, in testimonium qualitatis & põderis: sicut & cæteris mensuris publicis consueuit signum imprimi, testans earum iustificationem. Secundus aũt numismatis vsus est cõmutatio ꝑ alio numismate, vt ducati aurei pro carlinis. Nõ. n. ꝓp hoc factum est; & tñ hanc commutationem subit, non intantum aurum aut æs absolute, sed inquãtũ numisma, vt cõtinua experiẽtia docet. Orta aũt videtur hæc commutatio ex inæqualitate numismatũ, dum vel ad supplendam rei naturalis æqualitatẽ, ad numisma maius paruula numismata addebantur, vel habenti maius minora erãt commodiora, aut econuerso. Lucrum aũt ex numismatũ commutatione primo quidem, vt philosophus q̃dem dicit, casu eueniſſe videtur, dum accidit aliq̃d puta aureũ numisma, plus alicubi æstimari, sicque pro illo plura ærea dari ibi, quã dentur ibi, vñ ductũ fuit. Humana deinde industria artificiosè circa hmõdi numismatum commutationes lucri uias composuit: sicque ars campsoria contexta est. Vñ nihil campsoria est, quam negotiatio in commutatione numismatum: materia siquidem & actus & finis eius sufficienter in hoc explicantur, ut patet.

Quãuis aũt a Philosopho cãpsoria uituperetur, & rõne materiæ, quia tantũ numismata tractãt, a proprio numismatis vsu diuertens, & rõne finis: q̃a lucri gratia, quod fine caret, & utriusque simul: q̃a pecuniæ, ut instrumenta œconomicæ & politicæ habendæ quærendęque sunt non propter se, sicut nec quodcũque aliud organũ per se appetiñ. Si tñ ex hominis campsoris fine honestetur (vtpote ad familiæ, & status sui decentem sustentationem ordinata) licita est, quemadmodum, & aliæ negotiationes. Potest enim id, quod solitariæ consideratum consonum non videtur, ex adiuncto fine honestum reddi, vt patet de hominis occisione, quæ absolute repellenda est: si tamen addatur propter iustitiam, &c. præcipienda est: sicut econuerso ars ex se honestissimum finem habens, vt medicina sanitatem, vituperabilis ex fine medicantium reddi potest, dum lucri causa medentur. Quum ergo experientia teste pareat, quòd multa necessaria ciuitatibus plurimis deessent, nisi mercatores essent, & ipsi non commode possint absque cambiis negotia sua exercere, necessarium, & honestum est campsoriam in ciuitatibus esse, non quatenus pure campsoria est, sed quatenus œconomicæ, quę ministra est, vt ex dictis patet. Et si campsores nedum possunt seruare se indenes, sed etiam lucrari, & industrię rationem habere, quum negotiationi licitæ utili Reipublicę illam apponant.

CA-

CAPVT VI.

Quomodo oporteat numiſmatum commutationes fieri ut rectitudo ſeruetur.

NOn ſolum autem oportet declarare quid rectitudo cambiorum in communi exigit, ſed in ſpeciali quomodo in hoc, vel illo modo rectitudo ſeruanda ſit, dicendum eſt, omiſſis tamē ſingularibus, quæ ſcientificatæ determinationi nō ſubſunt. Quum ergo cāpſoria circa commutationem numiſmatum uerſetur, neceſſe eſt iuſtitię cōmutatiuæ canones in ea ſeruari, ſicut & in cæteris commutationibus.

Ex quinto uero Ethi. patet ꝙ uniuerſalis regula commutationum eſt, ut ſeruetur ęqualitas rei ad rem: ut, ſcilicet æquale ſit datum accepto & econuerſo, unde ſi commutatio numiſmatum iuſta eſſe debet, æqualis ualoris oportet eſſe commutanda numiſmata. Et quoniam hoc pluribus modis cōtingit ſeruari, ſm differentiam numiſmatum, & locorum & temporum, iō poteſt æqualitate ſalua lucrū prouenire campſoribus. Quod quomodo contingat, videri pōt, ſi prædictas differentias ſcrutati fuerimus. Numiſma igitur cum ubique duplex eſſe cō ſueuerit, ſ. inexpēdibile ibidem, & non expendibile ibidem, contingit dupliciter cambium fieri. Aut dando numiſma expendibile, pro non expendibili, aut pro expendibili. Et utrunque horum contingit dupliciter, aut dando numiſma melius commodius, & magis amatum cōmuniter, pro minus bono, commodo & amato, ut aureum pro argenteo vili, vel æreo, &c. aut ecōuerſo. Et quodlibet rurſus horum poteſt fieri pro eodem vel alio loco, & ſimiliter pro eodem vel alio tempore.

Et quia ſimplicia priora, & certiora compoſitis ſunt, a primis inchoandum eſt, nulla locorum aut temporum diuerſitate admixta, ſed in ſola talium numiſmatum commutatione ſiſtēdo. Si igitur cōmutandum eſt unum numiſma expendibile cum alio expendibili, quātum eſt ex parte commutationis, oportet numiſmata commutanda ęqualis ualoris eſſe, qm utrumque lege aut conſuetudine certū habet pretium. Nec ſaluaretur in commutatione equalitas, ſi ex aliqua parte exceſſus eſſet. Contingit tamen ex parte æqualitatis numiſmatum in ſe uel ordine ad campſorem, quod ſit hæc commutatio iuſta, numiſma minoris pretii abſolute dando. Ex hoc eſt quādo campſor dat bonam monetam pro mala non falſa: aut defectiua, ut ducatos aureos ꝓ argenteis, quæ uix argenti nomen merentur. Tunc enim licet cāpſor det minus in aurea pecunia, quā accipiens det in illa moneta: ęqualitas tamen ſeruatur ex eo, quod centum ducati in moneta tam uili, ut patet, ſi conſtanda eſſent numiſmata, & ex utilitate, quæ poteſt ex illis percipi in faciendo ex eis uaſa, & ex utilitate expenſionis ſecundum locum & tempus: bona enim numiſmata quāuis antiqua aut extranea, libēter acceptātur: & ex periculo qm malę monetæ, utpote exoſæ facile poſſunt a principibus inexpēdibiles reddi, & de facto in prouinciis bene ordinatis & non orbatis redduntur. Nec obſtat determinatio ualoris monetarum per legem, illa reſpicit numiſma, quo ad per ſe primum uſum eius, qui eſt commutatio pro uenalibus. Lege ſiquidem vel conſuetudine ſtatuitur, quod aureus ducatus & nonaginta ſolidi in commutationibus œconomici & politicis æquiualeant, in qb. pecuniæ pro reb. cōmutanē. Cōmutatio aūt numiſmatū, arbitrio ſapientū iuxta eorū qualitatē, aut abundātiam, &c. dimittit, ut experientia teſtatur. Similiter quoq; ſeruatur æqualitas, ſi quis commutans numiſmatā minus dat pro eo ꝙ danda à ſe numiſmata cōmodiora ſibi erant: ſicut ēt licet vendere rem carius, q̄ abſolutè valeat, ex eo ꝙ vendenti commodior eſt. Vnde habens ducatum aureum, ſi à volente commutare paruam monetam pro illo, ſolidum vnū exigat, qa ille ſibi commodior, non peccat. Qui tamen nō vult abſque lucro commutare ducatos Ianuenſes pro aliis ducatis æquè pretioſis, & ſibi cōmodis, quia petēti cōmutationē cōmodiores ſunt Ianuenſes ad deauranda ſua vaſa, peccare vī, eo ꝙ uendit alterius cōmodū. Et quia in iſtis non ex campſorū expenſis aliquid plus accipitur, ſed aliunde (vt patet) ideo cuilibet ex iſtis cauſis licet in hmōi cambiis minus pecuniæ dare, quàm accipere. Campſori autem ultra hęc licitum eſt in cābio minuto (etiam ſi meliorem & commodiorē, quàm det accipiat) aliquid plus accipere propter expenſas, &c. ut ſuperius dictum eſt.

Si autem fiat cōmutatio numiſmatis expendibilis pro nō expendibili, notabile pōt inde lucrū prouenire: ex eo quod non ſolū haberi pōt ratio materiæ & commodi, ſed ēt extraneitatis: qua fit, vt tales pecuniæ in tali commutatione multum à numiſmatis ratione declinantes, quaſi ut res quędā commutare. Duplici enim exiſtente pretio numiſmatis (ſcilicet inquantū eſt talis res, puta aurū, & inquātū numiſma) & ſecūdo excedēte primū, ex hoc ꝙ aliqua pecunia alicubi inexpēdibilis eſt numiſmatis pretium ibi perdit, magiſq; ut res q̄dā commutāda venit: quam tm campſor in locis, vbi numiſmatis pretium obtinet, procurās habere ipſam cōmutando, multū lucrari poteſt. Et qm pretia rerum prudētis arbitrio relinquuntur, erit in hac commutatione ęqualitas ſeruanda, penſata quantitate extraneitatis, & aliis conditionibus, vt ſapiens determinabit.

Loci aūt differentia tripliciter pōt oībus prędictis cōmutationibus admiſceri. Campſori.n. exiſtente & dante ſuas pecunias Mediolani, & recipiente alias alibi, aut contractus commutationis fit pro Mediolano aut pro alio loco, ubi accipiēs cambium habet pecunias (puta Lugduno) aut pro vtroque ſimul.

Si contractus fit primo modo, ſ. Mediolani & Mediolano, tūc cū accipiens cābiū ex ui talis cōtractus teneat Mediolani dare pecunias, quas cōmutat, nulla diuerſitatis locorū rō habēda eſt, ſed tanquā cambiū manuale agēdū eſt, eorū, q̄ ſupra dicta ſunt, rōnē habendo. Ex eo tm ꝙ accipiēs cābiū uult ſe liberare ab obligatione, & onere & periculo deuehēdæ pecunię ex loco vbi hēt Mediolanū, & cāpſor uult hæc ſubire, licitū eſt mercedē exigere. Sed hoc potius ad contractus locationis, & cōductionis ſpectat, q̄ cābij: & ideo iuxta eorū canones reguletur, ſi accidat. Quod tm rarò credo euenire. Si uerò contractus fit ſecundo mō, ſ. Mediolani quidē, ſed pro Lugduno, tunc nulla Mediolani rō habenda eſt: ſicut nec in contractu emptionis, quo abſentes merces ꝓ loco, in quo ſunt, emuntur. Oportet.n. loci ſicut & tēporis pro quo cōtractus fit, rōnem habere, non in quo fit, ſi pro alio loco aut tpe tm contractus fit, ut nunc proponitur. Et hoc ſiue certificetur Mediolani cōmutatio cōiectando ueriſimile pretiū loci, pro quo fit, Et quāuis talis modus cambij nūquam fortè fiat, fieri tamen poſſet hoc modo, quòd Petro habenti Venetiis Venetā monetam, & egēti Mediolani centum ducatis, campſor Medio. det 100. ducatos

aureos

aureos recepturus de illa moneta Venetiis tantũ, quantum Venetiis pro illis commutator in cambio manuali, & non in cursu cambiorum, quę fiunt pro locis distantibus. Sicut etiam triticũ existens in villa emitur ab his, qui sunt in ciuitate tanti, quanti venditur in villa, vbi assignatur, & non quanti venditur assignandum Mediolani.

Si autem contractus fiat tertio modo, vt cõiter accidit.s. Mediolani pro Mediolano, & Lugduno simul, tunc vtriusque loci simul, ac per hoc distantię eorum, periculorum expensarumque intercedentium adhibenda est ratio, sicut & in contractu emptionis. Constat enim, ꝙ aromata Alexandrię, assignanda Ianuę, empta atque soluta, vt Ianuam deuehantur, longe minus valent, quam si manualitet Ianuę assignarentur, quia res conducenda à tãta distantia, cum tot periculis, & expensis, &c. lõge minor est Ianuensibus, seipsa conducta, & tot periculis expensisq; libera. Et hoc modo in contractu commutationis numismatum pro locis diuersis celebrato, numismata ipsa sic expedit, & oportet adæquare, vt loci conditiones in ordine ad alium locum ex vna parte computentur. Sicq; fiet, vtsi centum ducatis aureis Mediolani, trecenti argentei Lugdunenses adæquarentur, Lugduni assignati ducenti, & nonaginta forte adæquantur, cõcurrentibus etiam aliis supradictis rationib. & forte pauciores. Viliora siquidem sunt conducenda cum periculis, & expensis, quam manualiter habita. Nec obstat, quòd campsor Mediolanensis habet fratrem, aut factorem Lugduni, aut omnino erat Lugduni tantam summam pecuniæ expensurus pro aliis suis negotiis, hæc enim omnia per accidens se habent ad contractus naturam, in cuius æqualitate iustitia consistit. Quid enim ad cõtractus commutatiuos, in quibus æqualitatem rei ad rem fieri oportet, si ex industria mea, aut casu ego affines habeo in diuersis locis, aut ministros fere gratis inuenio, & exinde viarum ministrorumque expensas lucrans diues fit, dummodo rerum conditionib. pensatis æqua fiat cõmutatio.

De temporis autem differentia, bimembris tantum distinctio consideranda est. s. præsentis tantũ, aut futuri tantum, vtriusque enim simul ratio habita nullã diuersitatem pretii in commutationib. facit, vt infra patebit. Potest ergo in commutatione numismatum iuxta tempus contractus æquales sumi. Et hoc siue fiat manuale cambium, siue non, & siue in eodem loco sit æquiualens reddendum siue alibi, locorum tñ ratione habita. Vnde potest campsor dans aureos, & recepturus aliã monetam, vel econuerso, certificare quantitatem reddendæ pecunię, ac si tunc manualis commutatio fieret. Potest & futuri temporis, quo. s. assignatio reddẽdę pecunię erit, rationem habere. Et hoc dupliciter, aut incerte cõmutationem relinquendo, vt. s. pro cẽtum aureis nunc datis teneatur accipiẽs post duos menses dare tot argẽtos, quot post illos duos menses equiualebunt centum aureis, aut certificando commutationem, vt. s. habitu respectu ad futuras cõmutationes post duos mẽses stabiliatur non commutatio commensurata illis, ita ꝙ parũ plus aut parum minus verisimiliter credantur cõmutãda esse talia numismata. Vt si creditor, quòd hinc ad duos menses, quum assignanda erit pecunia ab accipiente cambium mille aureis æquiualebunt mille argentei, vel mille, & 20. potest ex nunc certificari commutatio, ꝙ pro centum aureis datis teneatur accipiens assignare tunc mille, & decem, argenteos, siue plus, siue minus tunc cõtingat cõiter assignari. Putent aut hęc ex aliis cõmutationib. Vt in cõtractu emptionis rei assignãdę futuro tpe manifestũ est, & habetur expresse extra de vsuris c. Nauiganti, in secundo casu, in ista enim commutatione numismatum tempus assignandi numismatis attenditur. Nec aliquid plus, aut minus summi diximus, ex eo ꝙ prius cãpsor sua numismata dat.

Vtriusque autem temporis simul differẽtia nullam diuersitatem vr̃ in quibuscunque commutationib. facere, sicut vtriusque loci, qm̃ res in tẽpore futuro danda non est deterioris conditionis ex hoc ꝙ absens à præsenti, & reducenda ad præsens, sicut res in loco distanti ex hoc ꝙ reducẽda ad locum præsentem. Nec subiacet periculis, & expensis, industriæ aut ministris, ut ad p̃sens ꝑm tp̃s fiat, sicut ꝑm locum. Nisi quis dicat, ꝙ subiacet periculo perditionis, quia potest mori debitor, aut interim pauper effici, &c. Sed hæc pericula pro nihilo in commutationibus reputari patet, tũ ex eo, ꝙ aut tam rara sunt ꝙ consilio non subsunt (vt de statu deiectione dicitur infra tam breue tempus) aut talia sunt, ꝙ etiam si accideret adhuc tuti essent creditores, vt de morte, & huiusmodi patet. Tũ quia ex mutuis & alijs commutationibus, experientia teste patet, huiusmodi pericula non consideranda esse, non. n. qui mutuat, aut uendit licite aliquid, plus exigit pp hmõi pericula, q̃ in tp̃is dilatione p̃senti accidere vendẽdo ad tp̃s, aut mutuando. Et quia breuitas & prolixitas tp̃is, differentiæ sunt tp̃alis dis stãtię, cõsequens est, ꝙ nec in cãbijs nec in alijs cõmutationib. ex quãtitate tp̃is aliqua cõditio rei cõmutãdæ accedat p̃ se, ex qua possit vilior aut precio sior iuste estimari. Notanter dico per se quoniã p accidens cõtingit res equalis bonitatis eodẽ tpe assignãdas diuersa notabiliter habere pretia, & iuste, vt si triticum assignandũ mense Iulii, Ianuario p̃cedente emere iuxta æstimationem cõem pretii assignationes tp̃is futuri, & deinde mense Martij subditis exortis bellis credatur multo plus uendendũ, fiet aliquid pretiũ pro eodẽ tpe ab aliis ementibus, & si in mẽse Maii cõtingebat bella augeri, aut spicas grandinib. p̃cuti, & si augebiter pretiũ pro illo tpe. Sed hoc non operatur tp̃is prolixitatis, aut breuitas, sed euẽtus incidẽtes, ex qb. res æstimar̃ vilior aut p̃tiosior, vt de se patet. Vnde singularis illa opinio, dicens, in commutationibus prolixitatis tp̃is ratione haberi posse, nõ ratione temporis: sed quia res in tempore prolixiore cõsiderata minus valet, &c. à veritate deuiat in hoc, qm̃ res nec ex eo ꝙ in tempore, nec ex eo, ꝙ in tãto tempore sumpta cõmutatur, æstimatur vilior aut p̃ciosior, sed ex tali euentu in tpe, puta bello, penuria, aut abundantia, &c. Ex hoc vero, ꝙ pecunię diutius occupatæ sunt tenendæ in hac commutatione, res commutanda nec pretiosior, nec uilior communi pretio reddit, ut S. Thom. expresse dicit in secunda secũdæ. q. 78. arti. 2. ad primum asserentes, ꝙ mercator uendens rem aliquam ad tempus, non potest uendere plus communi pretio ex hoc, ꝙ pecunias suas mortuas tãto tempore tenebit. Et si hoc licitum diceretur, iam usura non esset damnata in venditione ad tempus, &cętera. Quod autem merces carius emantur, quæ carius commutandę sunt, proposito non obstat, quoniam celerior uenalitas estimata, a maiori vsu, aut necessitate illius rei procedit. Res autem quanto magis necessaria, aut vsitata alicubi, tanto est ibi pretiosior, & ideo merito ibi carius à primo venditur, & à mercatore

emitur reuendenda. In rem igitur commutandam redundantem conditionem aliquam sub tempore, ex qua res cõmuniter precio ior, aut vilior æstimetur, & non quanto tempore pecunia occupetur, commutationum natura pensat, quæ æqualitatem rei ad rem exigit, sic longissimo adiunctio tempore, ac si manualiter commutatio perficeretur. Propter, quòd campsoribus non licet mensurare tempus medium inter dationem, & acceptionem, aut rem seu pecuniam prolixiori tempore dandam vilius æstimare quamuis liceat in dando æqualitatem commutationi statuere, iuxta præsentem æstimationem de futuri temporis commutationibus, quæ secundum diuersos euentus temporibus diuersis varia est, sicut & in cæteris commutationibus.

CAPVT VII.

An cambia proposita, sint vere cambia, & iustificata.

FAcile aũt ex prædictis videre licet, an p̃dicti cõtractus a campsoribus nuper inuenti, de quib. quæstio præsens est, sint vere cambia, & iuste fiãt. Cum enim cambij contractus consistat in commutatione numismatum, & in propositis casibus nulla alia commutatio nisi numismatum fiat, consequens est, quòd prædicti contractus ex sua forma vere cambia sint, diuersorum tamen graduum. Quadrifariam namque numismatum cõmutatio in huiusmodi cambijs fit. Aut totaliter, vt fit in cambio Burgensi, & Londrensi, in quo totaliter alia est moneta data ab accipienda. Aut partialiter, vt fieri contingit, quamuis non semper in cambio Lugdunensi, in quo marcha auri accipitur in tribus monetis, scilicet scutis aureis, & argenteis, &c. & contingit, quòd dans dat etiam scuta. Aut quasi nihil, vt fieri contingit in cambiis infra Italiam, in quibus numisma datum ab accipiendo parum, aut nihil quandoque differt, propter proximitatem locorum, & cõmunicationem in nummis. Aut omnino nihil, vt fieri contingit in Italia, & forte extra, quando nulla ratione habita qualitatis numismatum, sed sola quantitate datæ, & accipiendæ pecuniæ in alio loco pensata cambium dicitur fieri, vt cũ Petro habenti Romæ pecunias suas, & egenti Mediolani centum ducatis campsor dat Mediolani mille ducatos pro mille, & decem. Verbi gratia assignandis sibi Romæ.

Et in primis quidem trib. modis, cum commutatio numismatum semper interueniat, licet plus, & minus contractus cambii saluetur. In quarto autem modo, cambii nomen non nisi æquiuoce saluari videtur: nulla siquidem ibi numismatum cõmutatio in pactum ducitur, manifeste patet, quòd contractus commutationis numismatum nõ est, qui si manualiter fieret, nullam numismatum cõmutationem requireret, sicut nec cõtractus venditionis est rerum distantium ille, qui si manualis commutatio fieret, venditio non esset, vt patet. Constat autem, quòd si campsori Mediolani pro datis mille, & decem ducati, nulla esset commutatio numismatum, nisi quia alij numerò essent dati ab acceptis, quod est extra propositum. Propter quod videtur, quòd contractus iste mutui sit, sed cambij nomine palliatus ac per hoc non licet lucrari campsori ex eo, sed se tantum seruare indemnem, vt superius de mutuantibus pro locis remotis declaratum est.

Si quis tamen diligenter contractum contraheret, videbit, nec mutui, nec cambij proprie cõtractum esse, sed contractum quasi emptionis, & venditionis, per quandam analogiam ad cambia pertinentem. Quamuis enim in contractu hoc numisma pro numismate non commutetur, commutatur tamen numisma præsens cum numismate distante localiter. Et numisma in hac commutatione materialiter & vt res q̃dam accipitur: commutatur eñ, vt res tãti prætij præsens cum re æquali distante, habita vtriusque ratione loci. Constat autem, quòd res distans à Mediolano vilior est Mediolanensib. seipsa Mediolani sita, propter expensas, & pericula, & cætera ad vendendum ipsam requisita. Vnde quemadmodum emitur pecunia in naui fluctuante constituta, minus, quàm absolute valeat, quia non emitur inquantum pecunia, sed inquantum res tanti pretij sub tali periculo cõstituta, & sicut pecunia debita Ioanni à malo debitore emitur à Petro minus, quàm valeat, quia res est sub tali labore possidendi constituta, sic pecunia absens, inquantum res subiacens periculo & expensis delationis emitur, minus, quàm absolute in se valeat. Et propterea, nec mutui cambij contractus iste est proprie, sed ad cambium quodam modo reducitur, pro quanto res præsens, & res absens, quæ commutantur, numismata sunt. Et, quia hic contractus per modum conditionis omnibus supradictis adest, ideo pensandus est in cæteris.

Iustitia vere in his cambiis tunc erit, quando nec excessus fiet in æstimando, sed pensatis conditionibus numismatum ex qualitate, & distantia, & aliis ad rem facientibus, & industrie ratione habita, æqua fiet commutatio. Seruabitur autem hoc, quando secundum communem æstimationem commutatio regulabitur, aut sapientum in hoc arbitrium imitatum fuerit, nec temporis prolixitas aut breuitas pensabitur, sed semper in veri æstimatione pretij stabitur, siue cito, siue tarde pecunia assignanda sit. Si enim hoc defuerit, vsura est ratione impliciti mutui, sicut in venditione plus iusto pretio ad tempus. Si autem primum deesse contigerit, vsura quidem non est, sed iniustum lucrum, & restitutioni obnoxium, sicut quando res plus iusto pretio venditur. Vnde proposita cambia, si seruatis his duabus conditionibus necessariis ad iustificationem etiam ceterarum commutationum celebrantur, iuste fieri possunt.

Ex his autem patet non licere campsoribus, aduenientibus nundinis Brugensibus, vel Londrensibus, debitori tunc ex accepto prius cambio dilationem solutionis concedere vsque ad sequentes nundinas, & ex hoc plus recipere, quàm prius deberet, aut pacisci sibi deberi: sicut in sequentibus nundinis cambia current, hic enim est contractus mutui cum spe lucri solo cambij nomine fultus, & prolixitatis temporis ratio manifeste habetur. Campsoribus quoque pro Lugduno, vel alio loco, iuxta prolixitatem, aut breuitatem temporis medii inter dationem & acceptionem marcham auri, aut reddendam quamcunque monetam plus, & minus æstimantibus æterna ex hoc paratur damnatio, vt pote vsurariis.

Nota tñ diligenter hoc in loco, quòd sufficiẽs

signum

signum iniusti contractus, nõ est minus dare pro cambio multo interiacente tempore vsq; ad nundinas, & plus dare quãdo proximæ sunt nundinę, quoniam consuetudo hæc quamuis prima facie introducta uideatur pro habenda ratione tẽporis medij, quo accipiens pecunias Mediolani redditurus in nundinis Lugduni utitur illis pecuniis acceptis: perspicacius tamen scrutantibus occurrit, ꝙ consuetudo hæc introduci potuit propter inuentionem, aut non inuentionem campsorum tenentium loca, quasi uenditorum: uel propter multitudinem, aut paucitatem eorum. Propter quod sciẽdum est, ꝙ in huiusmodi cambiis accipientes Mędiolani pecunias pro assignanda marcha auri Lugduni in nundinis, qui sunt quasi uenditores marchę auri absentis, loco & tempore communiter cũ suo damno cambium hoc faciunt: scientes semp quantum damni ex tali uenditione incurrant. Ex hoc autem prouenit consequenter, quòd nullus, simpliciter loquendo, inuenitur quasi uenditor in huiusmodi cambiis: sicut nec in quacunque alia commutatione, in qua certum est & uenditorem damnificari. Nec propterea censenda est illicita cõmutatio: quia scilicet uenditor nocumẽtum incurrit: quia dummodo res absens, uel præsens uendatur iusto pretio, contractus est licitus, quæcumque pars inde nocumentum incurrat. Ex hac quoque eadem radice, prouenit, ꝙ tunc autem inueniũtur quasi uenditores in istis cambiis, quando mercatores egent pecuniis, & uolunt potius tales inire uenditionis contractus cum aliquali damno, quam a maiori lucro uel commodo abstinere, ꝙ ex accepta pecunia paratum, vel acquirendum sperant. Vnde nisi esset huiusmodi indigentia pecuniarum cum intermedio tempore, quo negotiationibus suis ꝓuidere ex acceptis pecuniis possent illi q̃ sunt quasi uenditores, nullus unquam inueniretur quasi uenditor in istis cambiis. Quemadmodum ergo tempus intermedium est occasio, ꝙ inueniantur quasi uenditores, ita multum tempus intermedium est occasio multorum uenditorum communiter, & paucum tempus multorum emptorum. Ac ꝓ hoc multo interiacente tempore, propter abundãtiam venditorum rationabiliter minus datur a soluentibus, qui sunt quasi ementes marchas absentes, & modico interiacente tẽpore, propter abundãtiam emptorum plus ab eisdem quasi ementibus soluitur. Adeoque dicuntur abundare quandoque emptores propter nundinãs, ut nihil lucrentur, immo cum damno suo cambium faciant, quia non inueniuntur uenditores, & hoc contingit quando friget negotiatoria ars. Vnde cum contractus cãbiorum huiusmodi abstracta ipsa temporum differentia liciti sint, vt ex dictis & dicendis patere potest, & hæc temporis differentia damnari non possit: quia prędicto modo saluari potest, restat ꝙ si pensata loci absentia, &c. alias iuste fiat talis numismatum cõmutatio iniusti iudicari non debent contractus tales. Quòd si plenius uis conspicere, finge lanas vel quamlibet aliam rem absentem loco uendi, & emi in huiusmodi contractibus. uidebis enim clarius ueritatem: quoniam cum numismatum commutatio tractatur inter nummos hinc & inde mẽs posita, semper ad mutui contractus declinare consueuit. Vtrum autẽ de facto moderatum sit lucrũ, ꝙ ex huiusmodi cambiis reportatur, scientifice nõ subest decisioni, quæ ad singularia non descendit. Illud tum ratione cõsentaneum uidetur. quod moderatum censendum sit lucrum, quod communis consuetudo approbat, vt scilicet cambia fiant, Secundum quia tunc currunt pro locis illis communiter. Pensanda autem diligenter & applicanda subtiliter hæc sunt pro cambijs Bruges, &c. Londres, &c.

Nec obstant prædictis rationes ad propositum in tertio capitulo adductæ. Falsum siquidem supponit prima, quod cambia fiant in fraudem vsurarum: imò pro communi bono mercatorum sunt introducta. Nec ex eo, quòd Petrus non mutuaret pecuniam qui commutare propter spem lucri est paratus, peccat: quoniam nec opus, nec intentio deformitatem continet, quia non tenetur ad mutuum, & iustis commutabilibus vacat.

Secunda uerò ratio concludit, non illicitos contractus, sed illam temporis conditionem non posse apponi sine vsuræ vitio sicut etiam in venditione ad tempus.

Tertia aute cambia hęc nõ subtiliter scrutatur, quia campsor ementis rem in futuro assignãdam magis, quam vendentis rem conseruandam, aut transferendam locum tenet in vtroque mõ cambij: quoniam etsi in secundo modo uideatur vẽdere ducatum ex hoc, quod æstimat ipsum quinquaginta duobus grossis, secundum tamen veritatem, emit tot grossos Flandrenses Brugis assignandos vno ducato. Illa siquidem ęstimatio ducati cõcurrit ibi, vt modus computandi facilius quantitatem ducatorum, & grossorum cõmutandorũ, & non vt ducati venalis prętium. Est autem interpretatio hæc merito admittenda, ex eo quòd ipsi cõtractum realis, seu veri cambij dicunt se facere, qui tali modo interpretandus est, vt iustitiam contineat: cambij siquidem nomen sensum hunc admittit. Quid ergo de cambijs his & de recitatis opinionibus seniendum sit, ex dictis manifestum est. Nunc ad reliqua cambia ex parte accipientium proposita transeamus.

CAPVT VIII.

De alijs cambiis propositis ex parte accipientium cambia.

RElIqua igitur in fine primi capituli proposita cambia examinando, distinguendum videtur, & dicẽdum quid de facto sit, & quid possit fieri. Aliter siquidem hæc cambia fieri ex eorum uerbis percipitur, aliter fieri posse.

Considerando ergo ꝙ fit, omnia illa cambia ex parte non campsorum, sed Petri dantis pecuniam campsori alibi sibi assignandam, iniusta esse uidẽtur, per se loquendo: cum enim campsor non accipiat pecuniã à Petro in fauorem sui, sed Petri cui assignanda est alibi, nulla æquitas censet campsorẽ ex hoc damnum aliquod pati. Pateretur aũt in his cãbijs damnum ad minus duplex. Primum est, ꝙ seruitium suũ, quo pecunias Mediolani acceptas Florentiæ, perinde ac tuto delatas assignat, irremuneratũ remanet, & tñ seruitiũ mercenariũ est. Secũdum est, ꝙ plus dat aut dabit cãpsor, vt sperat Petrus, q̃ acceperit, qm̃ ducati Florẽtini minus valent Mediolani, vbi danť campsori q̃ Florentię, ubi assignanť. Vñ campsor, si se indẽnẽ quo ad hoc seruare dẽt, dẽret mittere eos Florẽtiã, & sic expensarũ dãnũ maius incurrere: alioqn expẽdẽdo eos extra Florentiam, constat, quod plus dat, quàm acceperit. Et hoc duo in tribus primis modis locum habent:

habent: in alijs autem tribus in quibus vltra prædicta Petrus vult quatuor ducatos vltra illos centum.

Tertium damnum campsori adiungitur. Dixi autem hæc esse illicita secundum, quod fiunt, quia huiusmodi homines exigunt hæc à campsoribus, vt dicitur, propter vsum pecuniæ, cum dant, in tempore medio à datione vsq; ad assignationem. Dicunt enim campsori. Tu lucraberis cum his pecuniis interim, & negotiis tuis eas accommodabis, & propterea volo, & ego aliquid commodi. Sicque lucrum ex industria campsoris non ex pecuniis prouenies iniuste pensando lucrari volũt non absque vsura. Dixi autem, per se loquendo, G quoniam per accidens contingit, absq; culpa hęc fieri, vt in tertio casu quibusdam videtur, si Petrus ex abusione mercatorum, & campsorum nescire potest quantum ducati sui Florentiæ valent, & sic egens pecuniis suis ibi, coniectat iustum pro ut cambia valebunt tunc: non ex spe lucri, & sic cum consueuerint ad primam petentium vocem campsores seruitium suum gratis impendere, ne forte volentes transferre pecunias cambii contractum secum velle inire deposcant, & sic æqualem promittunt Florentiæ summam pecuniæ, videtur posse transire. Quamuis enim hoc faciant campsores propter vsum pecuniæ, quia tamen eorum seruitium in his onerosum non est, quia omnino omittunt pro aliis negotiis, & cambiis, & ministris soluunt, parum, & consuetum pro nihil haberi, videtur sicut de vsu libri in pignus dati, Sanctus Thomas dicit. H

Si autem de cambiis his loquamur, vt fieri possunt, quia scilicet Petrus posset emere Mediolani à campsore centum ducatos Florentinos assignandos Florentiæ, vel commutare numismata, attenta qualitate numismatum, & distantia locorum (vt de contractibus campsorum dicimus) tunc omnia cambia prædicta iustificari possent: quoniam contingit interdum centum, & duos emi albi centum, vt ex dictis patet. Nec obstat, quòd I Petrus non intendat pecuniam absentem præsentem facere, sed potius præsentem absentare, quoniam ex industria Petri hoc prouenit, quod absentaturus pecuniam suam, exponit eam tali commutationi numismatum, aut contractus emptionis rei assignandæ in illo loco, ut sic ubi damno suo transtulisset eam simpliciter, per talem negotiationem transferat cum lucro. Nec est hæc industria damnabilis tamquam in fraudem inuenta, sed laudabilis, tamquam adinuentiua uiarum iustarum, & utiljum simul, unde Prouerb. capitu. undecimo. dicit. Simulator decipit amicum suũ, iusti autem liberabuntur scientia, & quoniã multos contingit esse uolentes transferre pecunias suas K de loco ad locum, & audientes alio ex huiusmodi translatione lucrari saltem propter uarietatem monetarum, & nescientes distinguere contractum simplicis translationis ab huiusmodi contractibus commutationum, & confusè intendentes licite lucrari non ex usu pecuniæ quam dant campsori, sed ex cambio, ex quo creduntalios lucrari non uidetur, quòd isti sint damnandi, sed in meliorem partem eorum potius contractus sint interpretandi. Ex hoc enim, quod ex cambio dicunt uelle lucrum iam contractum, quem nesciunt se uelle inire, insinuare uidentur: præsertim si arguãt, ideo se hoc lucrum uelle, quia si ipsi campsores econuerso contractum talem cum eis facerent, ma F ius lucrum exigerent. Ex hoc enim iam manifeste patet, quod cõtractus campsorios supradictos inire intendunt, & tanto iustius, quanto mitius, quàm campsores. Accedit ad hęc, quòd non uidetur uerum, quòd de facto communiter uolentes suas pecunias transferre cum luero, dicant se hoc pro usu pecuniæ uelle: sed forte aliqui mali sunt hoc dicentes, uel (quod uerius puto) uerba illa ignoranter à quibusdam dicuntur, credentib. se rationabilem causam assignare. Et siquidem ignorantes assignantes huiusmodi rationem, intendant contractum cambii inire, propter hoc lucrum referre quamuis in ratione assignanda errent: iniustum tamen non faciunt. Sicut si quis credat se in contractu uenditionis, & emptionis licite lucrari propter tempus, quo pecunias suas occupatas tenet, & tamen non uendit, aut emit, nisi iusto pretio. Signum autem ad cognoscendum, qui sunt, qui hoc intendant, potest accipi duplex.

Primum est, si in animo habent, nullo pacto usurariis contractibus se immiscere: secundum uero est, si assignant aliam rationem tangentem cõtractum licitum, puta quòd ita eis licere credunt, sicut campsorib. Et hæc de cambiis dicta sint. Mediolani in conuentu S. Mariæ Gratiarum, Anno salutis 1499. die 9. Decembris.

Hęc sunt pater uenerande, quę mihi de cambiis sentienda uidentur, saluo semper omnium melius sentientium iudicio. Tu ergo perspicaci ingenio, quo polles, dicta scrutando perlege, & si uotis rẽ parem feci omnipotenti Deo, diuoq; Thomę gratiæ referantur: Si autem, da ueniam: ego enim secundum ingenioli mihi præstiti uires, quod potui, feci, bene vale. Finis.

TRACTATVS OCTAVVS
De vsura, in sex quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num in vsura transfertur dominium.*
2 *Num mutuans sub spe aliquid vltra sortem habendi, non aliter mutuaturus, absque omni tamen conuentione sit vsurarius mentalis.*
3 *Num vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem.*
4 *Num omnia bona vsurarij, sint obligata eis à quibus vsuræ extortę sunt.*
5 *Num altero hęrede vsurarij non potente restituere, alter teneatur insolidum.*
6 *Num quando licet petere damnum lucri cessantis possit peti totum lucrum cessans.*

QVAESTIO I.

Vtrum in vsura transferatur dominium.

QVAERITVR, Vtrum in vsura transferatur dominium. Et videtur, quòd sic. Primò, quia cum homo sit dñs rerum exteriorum per voluntatem, ex voluntaria translatione rei suæ in alterum, transfertur dominium: sed accipiens mutuum sub vsuris voluntarie transfert plus forte in alterũ. ergo. Si dicatur, ꝙ vsuræ solutio nõ est simpliciter voluntaria, & ideo non transfert dominium. Contra, Voluntarium mixtum quale est in vsuras, est voluntarium simpliciter

pliciter, quamuis non sit omnino voluntarium, quia habet aliquid inuoluntarii ad mixtum, vt patet tertio. Ethicorum, & ex eo, quòd si quis taliter voluntarie consentiret actui peccati (puta stupro) non excusaretur à peccato mortali, quod non potest nisi voluntarie committi: quamuis enim male libenter, omnibus tamen consideratis voluntarie hoc eligit.

Præterea, In his, quæ traduntur metu mortis, transfertur dominium. ergo & in vsura. Consequentia probatur, quia ibi tanto minus est de voluntario, quanto metus mortis maior omissione, vel defectu rerum exteriorum inducente ad accipiendum mutuum sub vsuris. Titulus quoq; habendi, & possidendi iniustior est in extorquēte aliquid metu mortis, quam in extorquente per vsurarium mutuum. Si ergo ibi transfertur dominiū, necesse est hic quoque transferri.

In oppositum est S. Thom. in Secunda secundæ quæst. 77.

Respondeo. In hac dubitatione sunt tres opiniones.

Prima est tenentium in vsura transferri dominium. & hi mouentur rationibus adductis habetque opinio hæc antiquos sectatores, vt S. Thom. in quarta distinctione decimaquinta. dicit. Sequique eam videntur. Scotus in quarta distinctio. 15. quæstione 2. articulo 3. & Petr. de Palud. ibidem & glos. 14. quæst. 4. si quis vsuram.

Secunda est tenentium in vsura transferri dominium aliquorum, scilicet eorum quorum vsus non est eorum consumptio. Sed, quia hæc distinctio nulla ratione fulcitur, ideo dimittenda est nouitas hæc. Non enim ex qualitate rei per vsuram extortæ, oriri potest ratio transferendi, vel non transferendi dominium cum res data, materialiter concurrat in huiusmodi contractibus, & trāslatio dominii ex voluntate, & iustitia dependeat.

Tertia autem opinio est dicentium in vsura nō transferri dominium & hæc habet omnis generis sectatores. Tenent autem eam S. Thom. & Bonauentura, hic quidem in quarta distinctione decimaquinta illa vero in Secunda Secundæ, quæstione 77. articulo tertio, vbi in calce corporis articuli dicit hæc verba. Si quis domum, vel agrum alterius per vsuram extorsisset, non solum tenetur restituere domum, vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos, quia sunt fructus rerū, qualius alius est Dominus, & ideo ei debentur.

Et quia hæc opinio iudicio meo rationabilior est, ideo intendo probare eius veritatem tripliciter Præmotando primo, quòd traditio rei, & translatio dominii illius rei non sunt inseparabiliter connexæ. Contingit enim rem puta vestem alteri tradere absque translatione dominij, quia potest multis rationibus tradi in depositum, scilicet, vel in pignus, & cætera. Contingit, & dominium rei, puta vestris alteri tradere absque ipsius vestris traditione, vt patet cum donatur alteri res à tertio occupata. Ex hac autem separabilitate manifeste habetur, quòd ad voluntariam traditionem rei non sequitur necessario voluntaria translatio dominij illius rei. Ad quòd enim non sequitur translatio dominii, fieri non potest, vt sequatur translario dominii voluntaria. Constat autem, quòd voluntariam traditionem rei, dominii translatio non sequitur, vt patet cū traditur in depositū Non comitatur igitur necessario voluntaria tranA slatio dominij voluntariam traditionem rei. Hoc ergo stante arguitur sic: In vsura aut transfertur dominium ex ipsa voluntaria vsuræ exhibitione, aut ex adiuncta voluntaria translatione dominij, aut ex vtroque simul: sed nihil horum hoc efficit: ergo. Diuisio est sufficiens, quoniam homo est dominus rerum exteriorum per uoluntatem, & in proposito necesse est si dominium transfertur, voluntate soluētis vsuras hoc fieri. quoniam constat lege, aut quacunque aliena voluntate hoc non causari. Voluntate autem soluentis hoc fieri, duplici tantùm uia potest: aut per exhibitionē rei, aut per ipsam translationem domini. Aut. n.
B transfertur dominium eo quòd soluens vsuras voluntariè dat vsurario plus sorte, aut quia intendit transferre dominium illius excrescentiæ à se in vsurarium, vel propter utrunque. Sed quòd dominium non transferatur ex vi uoluntariæ traditionis illius excrescentię, ex dictis patere potest. iam enim patet, quòd ad hoc nō sequitur necessario translatio dominij. Ex hoc enim quòd vsurario do vnum ducatum pro vsura, nihil aliud necessariò conuinci potest, nisi quòd uoluntariè illum ei assigno: nec potest ex hoc conuinci, quòd trado illum ad hoc, ut sit suus. Et si quæratur. Ad quid ergo das ducatum illi? in promptu responsio est: ego quidem do, quia mutuare aliter non
C vult. Et confirmatur: quia sicut soluens vsuras, cōsentit in solutionem ducati: & tamen non cōsentit in eam, in quantum iniusta est quia nullus patitur iniustum uolens: (ut dicitur in 5. Ethic.) ita consentit in nudam traditionem ducati absque hoc quòd consentiat in translationem dominij illius. Quòd verò in soluente vsuras non sit intentio transferendi dominium, patet ex eo quòd in huiusmodi partim inuoluntariis traditionibus quantò minor abdicatio iuris proprij saluari potest, tanta censenda est & non maior: ut patet de proiiciente merces proprias in mare, orta tempestate. Quamuis enim proiectio talis sit uoluntaria, non tamen habentur res proiectæ pro derelictis: sed intendit proiiciens, si res casu saluātur, ut sua s
D habere. Vnde & delatas à maris impetu in terram si quis acciperet, tenetur domino petenti, & ostenti suas esse, liberè tradere. Cōstat autem quòd minus abdicat à se ius quod habet in re: dans eā retinendo sibi dominium, quàm transferendo dominium, & reseruando sibi tantùm ius repetendi: quoniam primum claudit secundum, & non econuerso. Constat quoque ex dictis, quòd vsuræ solutio uoluntaria saluari potest absque intenta abdicatione domini: quia aliud est uoluntariè dare, & aliud est uoluntariè dare ad hoc, ut sit suum. Non igitur est intentio, aut voluntas transferendi dominium in soluente vsuram. Et
E confirmatur: quia cùm contra vsurarios omnia iura clament, interpretanda sunt omnia, quantum veritas permittit in odium eorum, & si res hęc penderet sub dubio, contra vsurarios declinā dum esset. Liquet autē ꝙ translatio dominij multum fauet vsurariis: ergo non est censenda, nisi ratio ad hoc cogat, ex supradictis autem apparet rationem ad oppositum esse: ergo. Et per hæc sufficienter patet tertium membrum, quod scilicet in vsura nō transfertur dominium propter vtrunque simul, scilicet voluntariam assignationē rei, & intentionem transferendi dominium.

Secundo principaliter probatur idem sic: Si in

vsura transferretur dominium, extorquens agrum F
vsurarie non tenetur ad restitutionem omniũ fructuum, sed satisfaceret restituendo agrũ, vel eius pretium, sed hoc est falsum, & contra omnes. ergo in usura non transfertur dominium. Consequentia (in qua sola consistit tota difficultas) declaratur ex differentia, quæ est inter æqualitatẽ seruandam in recompensatione rei fructificantis, quando translatum est dominium, & æqualitatem seruandam in recompensatione eiusdem, quando non est translatum dominium. Cùm enim ager transit de domino in dominum, quocunque titulo id fiat, sufficienter satisfit primo domino, si datur sibi tantum, quantum ualet substantia agri, pensata uirtute fructificatiua, & aliis conditionibus, quæ in contractu uenditionis eius pensandæ fuissent: nec plus exigit iustitia commutatiua, quoniam seruata æqualitate rei ad rem completa est ratio iustitiæ. Quando uerò ager mutat quidem possessionem, sed non dominum secundum ueritatem, non sufficienter satisfit domino eius, dando pretium agri, sed oportet omnes fructus perceptos, & qui potuissent à diligenti cultore percipi, restituere, quia sunt fructus agri, cuius alter est dominus. Si ergo in usura translatum est dominium agri per usuram extorti, sufficienter fieret restitutio dando agrum tantum, vel pretium æ- H
quale, pensata substantia agri & eius uirtute fructificatiua, non autem fructibus perceptis quoniam usurarius percepit fructus de re sua. Et confirmatur hoc ex ratione, qua constat, quod fructus perceptos ex agro empto ex pecunia usuraria non tenetur quis restituere: quia sunt fructus agri sui. Hæc enim eadem ratio cum efficax sit, in vi istius uniuersalis tenet, nullus tenetur restituere alteri fructus agri sui proprii, nisi enim uel is hæc uerificaretur, ratio ex particularibus conficeretur, & consequenter rueret. Si ergo agri per usuram extorti transfertur dominrũ in usurarium, sequitur quod non tenebitur ad restitutionem fructuum, quos I
per uiginti forte annos percepit, quod erat deducendum. Si dicatur quod in translatione dominii omnino uoluntaria (qualis est uenditio, &c.) verum est, quod sufficit reddere æquiualẽs agro: sed in translatione inuoluntaria aliqualiter (qualis est usuræ solutio) non sufficit reddere pretium agri, sed oportet, fructus quoque perceptos restituere. Hoc non euadit: quoniam tota differentia ex hac ratione assignatur propter omnino voluntarium, & inuoluntarium mixtum. Ex hac autem differentia nihil aliud oritur nisi, quod vbi translatio non fuit omnino voluntaria, oportet non solum reddere pretium agri, sed aliquid correspondens illi conditioni inuoluntarii: sicut semper in restitutionibus faciendum est. Nec habetur ex ea, K
quod teneatur restituere fructus: qua enim ratione potest vnquam conuinci, quod teneatur aliquis restituere alteri fructus agri proprij? Si dicatur, quod restitutio fructuum facienda est non ratione dominii, sed ratione damni, quod patitur ille, à quo ager extortus est per vsuram, damnificatus siquidem est non solum in agro, sed in fructibus percipiendis, & ideo quamuis vtrorumque translatum sit dominium à se, competit tamen repetitio. Hæc responsio falso innititur fundamento, scilicet, quod damnificatus in agro sit damnificatus in omnibus fructibus percipiendis, sic, quòd restitutio debet adæquare, & agrum, & fructus. Tum, quia hoc non habet locum, quando transfertur rei fuctificantis dominium, quia statim translato dominio rei, omne damnum, aut emolumentum futurum domino rei cedit. Tum, quia etiam quando non transfertur dominium vniuersaliter verum non est.

Ad cuius euidentiam, subtiliter, & breuiter, tangendum est, quare, & quando aliquis teneatur ad restitutionem fructuum, & quando & quare non. Hoc autem ex duobus principiis regulantibus restitutiones haberi potest.

Primum est, quòd sufficit restituere simpliciter secundum est, quòd aliter restituendum est damnificato in his, quæ erant eius in actu, & aliter in G
his, quæ erant eius in potentia. Ex his enim habetur, quòd si ponatur, quòd Petrus rapuerit agrũ Martino, quem subito combusserit ac inutilem totaliter reddiderit, & idem Petrus rapuerit similem, & æqualem agrum Ioannis, quem conseruauerit fertilem, & elapsis decem annis Petrus vtrique satisfacere velit, non tenetur tantum dare Martino, quantum Ioanni: sed Martino sufficit reddere tantum quantum valebat ager tempore rapinæ, & combustionis (subintellecta semper satisfactione iniuriæ, & interesse) Ioanni vero oportet reddere, & agrum, & fructus per decennium perceptos. Quia qunm sufficiat reddere simplum H
quòd simplum ablatum est, & à Martino sit ablatus tantum ager cum fructibus in potentia, qui in potentia fructificatiua agri pensaretur, quando venderetur ager, sat est reddere tantum quantum valebat ager fructificatiuus. Quia vero à Ioanne non tantum ablatus est ager, sed fructus actu producti per decenniũ occupati sunt, qm̃ fructus agri nascuntur domino agri, non satisfieret Ioanni, si æquale agro, & potentiæ fructificatiuæ restitueret, sed oportet æquale fructibus actu perceptis reddere. Statim enim vt producuntur fructus, sunt actualiter sub dominio eius qui est agri dominus, quamuis non possideat, & ideo oportet tanquam I
res, quæ fuerunt actu alterius restituendo recompensare.

Ex his autem omnibus id quod intendimus euidenter habetur, quod, si fructus restitutioni obnoxii non sunt, nisi quia sunt fructus rerum quarum alius est dominus, ita quod dominium fructuum non quodcunque, sed actuale exigitur ad hoc, quod fructus agri sint sibi restituendi. Sed si in vsura transfertur dominium, nec actuale nec potentiale proxime dominium fructuum remanet apud eum, a quo extortus est ager, quia nõ remanet actu dominus agri, qui est dominus in potentia proxima fructuum producendorum. Nulla igitur ratione usurarius tenebitur ei omnibus K
fructibus perceptis: sed sat erit, si vel pretium agri tantum reddet, vel secundum hæc ultimo tractata, si satisfaciet quo ad tractatus præceptos ad arbitrium boni viri: sicut damnificans aliquem in his, quæ habet in potentia. Vtrumque autem horum est contra omnes doctores, & veritatem. Fatendum est ergo absolute, quòd in vsura non trãsfertur dominium.

Et per hæc patet responsio ad obiecta. Ex dictis siquidem in prima ratione patet solutio vtriusque primi quidem, quia plus requiritur ad translationem dominii, quam voluntaria traditio illius rei: exigitur enim, quod voluntarie tradat eam alteri ad hoc, vt sit sua, quod

soluens

soluens usuras non facit. Et per hoc idem negatur assumptum secundi: mericulosus enim quãuis uoluntarie det pecuniam propriam inuasori, non tñ ad hoc, ut sit sua, sed ipse uiderit. Et ideo non transfert dominiũ illius a se. Medio. die 2. Aprilis. 1500.

QVAESTIO II.

Vtrum mutuans sub spe aliquid ultra sortem habendi, non aliter mutuaturus absque omni tamen conuentione, sit usurarius mentalis.

QVæritur vtrum mutuans sub spe aliquid ultra sortem habendi, non aliter mutuaturus absque omni tamen conuentione, sit vsurarius mentalis.

Et uidetur quod sic. Primò, quia spes principalis alicuius muneris habendi ex mutuo vsuram parit: iuxta illud Luc. 8. Mutuum dare, nihil inde sperantes, & communem sententiam doctorum, sed in casu proposito inuenitur talis spes: ergo.

Præterea, Taliter mutuans, male agit; ut patet extra de vsuris, capitulo consuluit: & ut ibi dicitur, tenetur ad restitutionem. Constat autem quod nulla alia prauitas hic interuenit nisi propter aliquid vltra sortem speratum ex mutuo, quod pertinet ad vsurariam prauitatem: ergo talis mutuans est usurarius mentalis.

In oppositum est commune hominum iudiciũ excusans eum, qui non uult amplius mutuare amico, qui noluit sibi remutuare, sed vult mutuare alteri amico, a quo sperat, quod accidente casu remutuabit sibi. Talis enim manifeste, sperat obsequium a manu mutando: & sic nisi crederet illud futurum non mutuaret: ut patet ex eo quod non vult priori amico amplius mutuare, quia noluit sibi remutuare, & tamen secundum communem sentẽtiam nõ peccat. Non est ergo vsurarium mutuare sub spe aliquid vltra sortem consequendi.

Respondeo, Ista quæstio mota fuit coram Vrbano 3. ut in decretali allegata patet, nec fuit aperte decisa, sed gloss. ibidem distinguit de duplici spe, principali scilicet, & secundaria, & dicit, quod spes principalis constituit vsuram non autem secundaria.

Subtilius autem dicendo, occurrit ex dictis San. Th. in q. de malo, quæs. 15. ar. vlt. ad decimumtertiũ notandum quod dupliciter aliquid potest a mutuãte sperari. Vno modo quasi debitum ex aliqua obligatione tacita uel expressa, & sic quodcunque munus speretur, illicite speratur.

Alio modo, vt gratuitum & absque aliqua obligatione præstandum, & sic quodcunque munus speretur, licite speratur. Licite autem sperari a mutuante dico, quodlibet munus gratuite & amicabiliter retribuendum sibi ab eo, cui mutuat, etiam si alia nollet mutuare. Et hoc probatur dupliciter: ratione, & authoritate. Ratio siquidem huius est, quia licitum est ex mutuo affectu beneuolentię spe etiam principali intendere. Ex uero autem amore, & solo ipso su fficienter emanat gratuita, & amicabilis recompensatio, & propterea eiusdem rationis est sperare amicitiam & sperare gratuitam remunerationem. Vnde si mutuans spe principali affectus beneuolentiæ, nihil illicite sperat, consequens est, quod mutuans spe gratuitæ remunerationis nihil illicite speret.

Et confirmatur: quia quum gratuita remuneratio sit mutuanti debita secundum naturale ius, & ipsa sola speretur in proposito, nec in ciuile deducatur, consequens est, quod nihil ultra sortem & debitum speretur, & quod sicut rationabiliter a mutando desistit desperans de restitutione mutuandę sortis, ita rationabiliter quoque desistit desperans de amicabili affectu.

Vtrunque horum mutuanti naturali iure debetur, quamuis differmiter: quia primum ciuili etiam obligatione reddendum est secundum, naturali gratitudine tantum.

Authoritas autẽ ad hoc habetur, dña assignata à S. Tho. inter spem in usura & simonia, s. quod quia in simonia id quo datur, est Christi, & non dantis: ideo nullum munus debet sperari. In usura uero mutuans dat id quod suum est, ideo potest sperare aliquam amicabilem recompensationem. Ex hac siquidem differentia patet, quod de se principali loquitur, sine qua, s. res non fieret: aliter differentia nulla esset: nam cõstat quod etiam in traditione spiritualium, oculus siniſter seu spes secundaria potest dirigi circa aliquam remunerationem temporalem.

Quum ergo queritur an mutuans sub spe aliquid ultra sortem habendi aliter non mutuaturus, omni tamen conuentione & petitione cessante sit coram Deo vsurarius. Absolute quidem responderi potest quod usurarius est quia quæstio talis sic præsuppositа sonat spem mutuanti inesse, ut ex mutuo aliquid habeat ultra sortem quod est illicitum. Sed si addatur tit. quæstionis ly amicabiliter, aut gratuite s. ut s. quæratur, an mutuans sub spe alicuius muneris amicabiliter consequendi, alias non mutuaturus, &c. sit vsurarius) dicendum est qđ nõ, quia nihil speratur ex mutuo vltra sortem, sed ex affectu amicabili. Vnde breuiter posset cum distinctione ad quęstionem motam dici, quod, aut talis mutuans sperat aliquid ultra sortem ex mutuo, & sic usuram committit, aut ex effectu amicabili eius cui mutuat, & sic non peccat.

Et per hæc patet responsio ad obiecta. quoniam mutuum dants, phibentur nihil inde, ideſt ex mutuo sperare. Et in decretali illa dicuntur male agere: quia nisi ex mutuo ad quid sperarent emolumẽti, non mutuarẽt. Ex dictis autem patet hoc esse verum, nec obstare determinationi, qua dictum est licitum esse sperare aliquid gratuitò consequendũ. Mediolani, die 6. Aprilis, 1500.

QVAESTIO III.

Vtrum usurarius mentalis teneatur ad restitutionem.

QVeritur, utrum usurarius mentalis teneatur ad restitutionem.

Et uidetur quod sic. Omne alienum restitutioni obnoxium, sed omne lucrum usurarium est alienum vel quia non est translatum dominium, uel saltem quia competit repetitio: ergo.

Præterea, Extra, de usuris c. consuluit. dicitur, q vsurarii mentales ad ea, quæ taliter sunt accepta restituendum in animarum iudicio efficaciter sunt inducendi: ergo ad restitutionem tenentur.

In oppositum autem est, quia nullus tenetur ad restitutionem eius, quod nullo modo occulte aut manifestè extorsit per se uel alium, quamuis intendat extorquere: sed usurarius pure mentalis nihil directè, vel indirectè extorquet, quamuis hoc intendat: ergo non tenetur ad restitutionem eius, qđ sibi ultra sortem datum est secundum spem suam.

Rñdeo in hac dubitatione prætermittendu est, F quis & quotuplex sit vsurarius mentalis: deinde respondendum est, quæ sit. Ad vsurarium mentalem tria requiruntur.

Primo, quòd intendat præter mutuatã sortem aliquid lucri: aliter vsuræ ratio non saluaretur.

Secundo, quòd talis intentio sit talis, quod sine ipsa non mutuaret: spes enim secundaria vsurarium non facit.

Tertio, quòd illud lucrum non intendatur quasi gratuite & amicabiliter habendum, sed vt ex obligatione propter mutuo præstitum dandũ, vt eñ in alia quæst. ex doctrina S. Thom. diffinitum est, spes habendi aliquid vltra sortem gratuite, & amicabiliter vsuram non facit, sed licita est. Et sic vsurarius mentalis est, qui intendit ex mutuo aliquid vltra sortem gratuite dandum aliter non mutuaturus.

Quamuis autem proprie loquendo duplex tantum sit vsurarius mentalis (de quo est quæstio) exteno tamen vocabulo triplex inuenitur.

Primus est, cui lucrum speratum succedit modo sperato, idest non gratuite, sicut & ipse sperabat non gratuite sibi dandum.

Secundus est, cui lucrum speratum succedit nõ modo sperato, sed meliori, quia scilicet lucrum, quod sperabat ex obligatione dandum, gratuite H sibi datum est.

Tertius est, cui lucrum speratur datur propter aliquam tacitam eius petitionem. Et quia vsurarius tertio modo, est non pure mentalis propter exteriora signa, quibus tacite petit aliquid vltra sortẽ ex mutuo, & hoc parum differt à perfecta vsuræ ratione, quo pacto aliquid plus exigitur, & ideo de hoc non est præsens quæstio, constat enim talem teneri ad restitutionem. Quia etiam vsurario mentali primo modo lucrum, quod datur, non datur omnino voluntarie, & praua intentione ab eo speratur, communiter, & bene dicitur etiam talem teneri ad restitutionem. Sed de vsurario secundo modo (cui, scilicet gratuite donatur quod praua intentione sperat) I diuersa doctorum videtur esse opinio Ioan. Andr. in Mercurialibus, regula, pactum. Innoc. Host. & Panorm. in capit. consuluit. de vsuris, & glos. in cap. mandato. de simonia. dicentibus talem obnoxium restitutioni. Richardo vero, & Scoto in 4. distin. 15. cum sequacibus hoc negantibus. Et illorum quidem ratio duplex est. Prima, quia omne lucrũ vsurarium est lege vtriusque testamenti prohibitum, & restituendum indistincte à Theologis dicitur. Constat autem tale lucrum, quamuis dono datum esse vsurarium ex eo quod mutuum fuit vsurarium ex prauitate intentionis. Secunda, quia cõtractus à principio vitiosus effectum sortitur vitiosum, contractus autem talis mutui est vitio vsuræ deprauatus ex intentione lucri consequendi ergo effectum inde secutum, scilicet lucrum dono datum, vitiosum necesse est K esse, & consequenter restitutioni obnoxium. Istorum autem ratio super donatione libera illius lucri fundatur, adstruuntque hoc exemplo furti mentalis, dicentes, Si alicui intendenti furari aliquid, illud à Domino donetur, licite accipitur absque obligatione ad restituendum. Simile enim quid patet accidere in vsurario mentali: intendit namque iniuste habere lucrum, melius tamen sibi succedit quia donatur. Dicentium quoque vsurarium mentalem teneri ad restitutionem, alii asserunt restituendum esse ei, qui donauit, quia regulare est, quòd lucrum vsurarium reddendum est ei à quo habitum est. Alii autem affirmant dandum esse tale lucrum pauperibus, non illi, cui dedit: quoniam ex quo sponte dedit, repetitionis ius à se abdicauit: ex quo vero vsurarius iniuste accepit retinere illud non potest, ac per hoc pauperes Christi succedunt.

Et quoniam (vt ex inferius dicendis patet) opinio dicens talem vsurarium non teneri ad restitutionem, ueritatem assequitur: ideo declaranda sunt tria.

Primo, quòd non tenetur restituere illi, qui dedit: secundo, quòd tenetur restituere pauperibus: G tertio, quòd absolute non tenetur restituere.

Primum declaratur sic: Restitutio secundum communem Theologorum doctrinam non ideo est necessaria, vt ab illo, qui lucratus est, lucrum auferatur, sed in commutationibus inuoluntariis, ut damnum passo satisfiat, & in commutationibus uoluntariis, ut illi, qui minus habet, quam debet habere, reddatur, quod est sibi debitum. Sed in casu proposito ille, qui dedit, nec est dandum passus, quia nullus patitur iniustum uolens, nec minus habet quam sibi debeatur, quia libere donauit, donum autem, est datio irredibilis: ergo sibi non est restitutio facienda.

Secundum declaratur dupliciter. Primo, quia (ut patet ex theologis in quarto sentent. distinctione decimaquinta) duo sunt genera lucri illiciti, pauperibus erogandi, Alterum prohibitum secundum se, ut simoniacum, & cætera. Alterum prohibitum secundum suam causam tantum, ut meretricem. Constat autem lucrum propositum, nec esse prohibitum secundum se, (quia datio non est iniusta quum sit libera donatio) nec secundum suam causam, quia supponitur libere, & sponte hoc donari, & non ex obligatione mutui accepti, ergo nulla ratione pauperibus est erogandum.

Secundo si pauperibus erogandum esset, hoc non esset ob aliud, nisi propter iniustam accipientis intentionem, sed ex hoc non sequitur obligatio ad restituendum: ergo. Declaratur minor, quia suscipiendo illud lucrum secundum ueritatem dono datum, aut credit illud donari, & tunc patet etiam receptionem esse iustam, quamuis prima mutuantis intentio fuerit praue, & adhuc perseueret, sicut quod etiam si non donaretur uellet aliquid lucri. Aut credit illud non donari, sed male libenter sibi dari, & tunc cum secundum veritatem illud donetur, & donum licite accipi possit, iste iniustè accipit non ideo, quia agat contra aliquod ius, sed quia agit contra conscientiam dictantem sibi, quod receptio hæc sit iniusta: quum (vt dictum est) secundum veritatem sit iusta secũdum se, & in promptu sit, vnde possit discerni, quod iuxta sit: ex eo namque quod nec directe, nec indirecte ipse aliquid petijt, & ille sponte offert, conijcere poterat quod libera donatio erat. Ex hoc autem solo, quod acceptio est contra conscientiam nulla ratio suadet nasci obligationem ad non retinendum illud acceptum, nisi durante tali conscientia: potest nanque postmodum conscientia erronea deponi, & incipere iuste possideri, quod cum peccato retinebatur. Si autem talis conscientia deponi non posset ab aliquo, reddendum esset non pauperibus, sed illi, qui dedit, quia non est accepta donatio, qua non credit esse. Aut neutrum credit, vel quia non cogitat, vel dubius est, & tunc quicquid sit de peccato, eisdem rationibus

nibus habetur, quod ad restitutionem nõ tenetur, quum non sit deterioris conditionis in hoc tertio casu, quam in secundo. Tertiò autem declaratur soluendo simul ratione alterius opinionis. Vbi sciendo, quòd aliquid esse lucrum vsurarium dupliciter contingit, scilicet per se, & per accidens. Vsurariũ per se, integratur ex duobus, quorum secundum sequitur ex primo, s. ex eo quod est pretium rei iã solutæ, vel non ex tantis, & quod est aliquo modo inuoluntarium, hæc enim est natura vsuræ, vt patet exercitatis. Vsurarium autem per accidens est, quod secundum se has non habet cõditiones, sed secundum quòd stat sub intentione, vel opinione alicuius, & propterea contingit esse voluntarium ac per hoc non esset vsurarium, f'm qđ vsurarium lucrum species est lucri inuoluntarij. Quum autẽ restitutio ex natura lucri nascatur, quod secundũ se alteri debitum est, vt reddatur (quia est actus iustitiæ commutatiuæ, cuius terminus & obiectum est id quod secundum se est iustum, quod opponitur ininsto secundum se, non secundum accidens) consequens est, quod lucrum usurarium p accidens non est restitutioni obnoxium, sed tantũ lucrum secundum se usurarium. Et quia in casu proposito lucrum perceptum non est usurarium per se (quia nec datur pro mutuo nec inuoluntariè, sed ex affectu gratuito sponte donatur) sed est usurarium per accidens propter intentionem, s. corruptam suscipientis, consequens est quod tale lucrum non sit restitutioni obnoxium. Et quoniã sciẽtia est de his, quæ sunt per se, ideo sermo Theologorum dicens indistincte usuram esse restituendam intelligitur de usura per se, non per accidens qualis est in proposito, Lucrum siquidem usurarium per se est effectus ipsius prauę intẽtionis adiunctæ mutuo, & datur non omnino uoluntarie. Quod autem sponte dono datur, quamuis ex praua intentione suscipientis usurarium per accidẽs sit, non illius prauæ intentionis effectus est, sed ex gratuito effectu donantis procedit, & ideo restitui non oportet.

Et per hoc idem fundamentũ patet responsio ad obiecta in principio, quia licet usurarium per se sit alienum, non tamen usurarium per accidẽs, quale est istud. Decretalis quoq; illa de lucro usurario per se intelligenda est, non de eo quod est per accidens. Mediolani, die 8. Aprilis, 1500.

QVAESTIO IIII.

Vtrum omnia bona vsurarij sint obligata eis a quibus vsuræ extortæ sunt.

QVæritur vtrum omnia bona vsurarij sint obligata eis à quibus vsuræ extortæ sunt.

Et videtur quod non. Quia obligatio realis transit cum re, sed multæ res vsuriariorum possunt alienari absque aliqua obligatione eas cõcomitante, vt patet de bonis patrimonialib. non ergo oĩa bona vsurarij sunt obnoxia vsuris reddẽdis.

Præterea, Si omnia vsurarij bona essent obligata nec genere vsurarij posset accipere dotem ab eo qui habet alias, vnde posset restituere, nec aliquis posset aliquid ab eo emere simpliciter, & creditoribus competeret actio super illis rebus, & sic multi illaquearentur etiam bona fide indecentes. Hęc autem omnia absurda sunt: ergo, &c.

In oppositum est glossa, extra de vsuris in cap. tua nos, & in 6. cap. quanquam.

Respondeo in hac quæstione sunt duæ opiniones, vt refert Pan. extra de vsuris, in cap. quum tu, & in c. tua nos. Communis siquidem antiquorum canonistarum opinio fuit, quod omnia bona vsurarij sunt tacitè obligata eis, à quibus vsuræ extortæ sunt. Ioannes autem And. & Host. & ipse Pan. & Moderni tenent oppositum, quia nullo iure ꝓbatur talis obligatio, & quia aliter multi illaquearentur.

Sed si diligenter consideraυimus, inueniemus vtranque opinionem aliquo modo verum dicere. Sciendum est ergo triplicia bona posse habere vsurarium, s. extorta per vsuram, & empta ex pecunia vsuraria, & alia quæ omnino munda sunt ab vsuris, puta matrimonialia. Obligatio quoque alicuius rei est duplex, realis & personalis. Obligatio realis est, quæ conuenit rei ex iure, quod habetur super re illa particulari. Obligatio vero personalis in proposito est quæ conuenit rei, non ratione sui, sed ratione personæ cuius est. Differunt autem hæ obligationes tripliciter. Primò in radice iam tacta: quia, s. realis oritur ex ipsa re, quæ alteri obnoxia est vt patet de re furto ablata. Personalis vero redundat in rem ex persona Domini obligati ad satisfaciendum, puta ad reddendum creditoribus 1000. ducatos, quos accepit. Secundò, quia realis semper comitatur rem ad quemcunque, & quodcunque res transeat, vt patet de re rapta, personalis vero non semper comes est rei, sed quandoq; res liberatur ab illa obligatione, perseuerante tamen obligatione in domo eius. Quum enim domus, verbi gratia, non est obligata creditori, inquantũ hæc res, sed inquantum est debitoris, statim vt desinit esse debitoris, desinit esse obligata, cessat enim obligationis ratio. Ex hoc autem differunt tertio, quia res obligationem realem habens annexã, nec vendi, nec emi aut quocunque alio modo alienari liberè potest, obligata autẽ ratione personæ, alienari liberè potest, quandiu apud personam illam remanet vnde creditori satisfacere possit. Patet hæc in bonis furis, non tamen furto ablatis, & in cæteris debitis.

His igitur stantibus deduco duo. Primò, quod bona per vsuram extorta sunt obligata eis, à quibus extorta sunt obligatione reali. Secundò, quod bona cætera siue empta ex pecunia vsuraria, siue non, sunt obligata vsurario obligatione personali, non reali. Primum patet ex eo: ꝙ vnaquæque res occupata ab altero habet realem obligationem ad dominum suum: sed res per vsuram extortæ occupantur ab vsuriario absque translatione dominij: vt aliàs diffinitũ est: ergo sunt reali obligatione obnoxiæ eis, à quibus extortæ sunt. Cõfirmatur quoque hoc ex iure fructuum. Res. n. ex sui natura non fructificans possessori, sed alteri, illius alterius actioni reali subiecta est: alioquin enim ex sui natura non fructificaret illi: sed res per vsuram extortæ si fructificant non vsurarijs, sed illis, à quibus extortæ sunt, fructificant non ex aliquo pacto aut contractu superaddito, sed ex natura rerum: ut patet: ergo. Secũdum verò quo ad omnes partes à S. Tho. quoque in Secunda secundæ, quæst. 97. arti. 3. ad secũdum, habetur, & ratione probatur. Quod enim non sit in eis obligatio realis patet ex eisdem medijs negatiuè sumptis: quia, scilicet talium bonorũ vsurarij sunt verè domini, & eis fructificãt. Quòd verò personalem habeant obligationem annexã, patet & ex eo quod passi vsuram habent actionẽ super omnibus bonis vsurarij, si vsurarius soluere renuit, sicut quilibet aliis creditor: non enim deterioris est conditionis is, cui vsura restituenda est aliis creditoribus. Et ex eo quod secundum Theologorum

logorum sententiam, filius illius, cuius bona non F
excedunt vsuras reddendas, nullus potest tota con
scientia vxorem accipere cum dote: hoc autem
nulla alia ratione dicitur, nisi quia supponitur om
nia bona illius obligata esse eis à quibus vsuræ ex
tortæ sunt. Et sic tam antiquorum, quam moder
norum opinio saluari potest, vt illorum sermo
de personali, horum vero de reali obligatione ac
cipiatur.

Ad obiecta vero, quamuis ex dictis possit pate
re responsio, quidam tamen unicam distinctionē
addendam censent, scilicet de titulo lucratiuo, &
oneroso dicentes, quòd si bona vsurarij transeunt G
ad alterum titulo oneroso (puta emptione, vel do
te, &c.) quòd transeunt absque obligatione ali
qua: si vero transeunt titulo lucratiuo, quod re
manent obligata. Alij vero huic distinctioni aliam
superaddunt de bonis exemptis ex pecunia vsura
ria, & bonis aliter habitis, & credunt distinctionē
illam de duplici titulo locum habere in bonis em
ptis ex pecunia vsuraria, & hoc ex officio iudicis,
& non in aliis bonis.

Et quoniam nulla necessaria ratione hæc firma
re videntur, dicendum est sequendo Theologos
(quorum est de vsura determinare) quod loquen
do de bonis non per vsuram extortis, sola tempo- H
ris distinctio consideranda est, scilicet aut tempo
re quo res vsurarij ad me aduenit, quocumque ti
tulo vsurarius remanebat potens, ad restituendū,
aut non. Si remanebat potens, res transit absque
aliqua obligatione: si remanebat impotens, tran
sit cum obligatione. Et sic ego teneor ad satisfactio
nem pro illa parte, quocumque titulo ad me res
deuenerit, & mihi imputandum est, si ab illo emi,
vel dotem accepi, cuius erant tot debita, quod a
dæquabant, vel excedebant bona propria. Nec
distinguo inter empta ex pecunia vsuraria, & alia
bona, quoniam idem esse iudicium de eis, & de
aliis ratio suadet, ex quo uere habet eorum domi
nium & fructus: & S. Tho. vbi supra dicit hæc sicut I
alia bona obligata esse. Et ideo in decre. cum tu, ex
tra. de usuris. Alex. 3. non mandat ipsa restitui, sed
uendi ut prætium habeatur, ex quo possint usuræ
reddi. Mediolani die 41. Aprilis, 1500.

QVAESTIO V.

Vtrum altero hærede usurarij non potente restituere, alter teneatur insolidum.

QVæritur vtrum altero hærede usurarii non
potente restituere, alter teneatur in solidū.

Et uidetur quod sic. Primò quia hoc sen
rit glo. in cap. tua nos. de usu. & eam communiter
sequuntur doct. vt Panor. ibidem dicit.

Secundò, quia filii tenentur ad restitutionē sicut
parentes sui si uiuerēt: vt in prædicta decre. dicitur: K
sed parentes tenentur secūdum totam facultatem
suam: ergo filii tenentur secundum totam hæredi
tarem: sed absque consumptione mediæ hæredita
tis quandoque restitutio integra fieri potest: vt pa
tet in magna hæreditate, & paucis paruisque usu
ris, ergo altero hærede non soluendo alter tene
tur insolidum.

In oppositum est generalis regula soluendorum
debitorum, scilicet quod hæredes tenentur secun
dum hæreditatis portiones tantum.

Respondeo quod canonistæ (vt allegatum est)
tenēt partem affirmatiuā: aut quia credunt omnia
bona vsurarij esse tacitè obligata eis, à quibus vsu
ræ extortæ sunt, ac per hoc quilibet hæres tenetur
ratione hæreditatis obligatę, aut quia putant hoc
esse practicādum in fauorem defuncti, vt eius ani
ma citius liberetur, quamuis non credant de iuris
rigore esse necessarium. mihi autem secundum
Theologalia principia videtur oppositum. & ra
tio est, quia sufficit restituere simplum, quod sim
plum ablatum est. Constat autem, quod in diui
sione hæreditatis admixtæ vsuris diuiditur simul
& æs alienum, ac per hoc secundum portiones hę
reditarias fiunt, & vsurarum, vt scilicet succedens
in duabus partibus hæreditatis, suscipiat esse duas
partes lucri vsurarij, &c. Si igitur vnus restituere
vult, sat est quod tantum reddat quantum hæredi
tauit: vel vt melius loquar quantum hæreditasset
secundum propriam portionem hæreditatis. Di
co autem hoc, quia etiam si nihil vsurarum ad hę
redem peruenit, nihilominus tenetur secundum
portionem hæreditariam, quia personam patris
induit secundum suam portionem, & consequen
ter eius obligationem participat. Et confirmatur,
quia nullus tenetur ad restituendum pluſquam
obligetur: sed obligatio paterna diuiditur in hæ
redibus proportionaliter, sicut hæreditas: quem
admodum & ius exigendorum; nō ergo tota ob
ligatio ad alterum transit hæredem, & consequen
ter non tenetur insolidum.

Nec obstat si dicatur, quod regulariter hæredes
vsurarij tenentur secundum hæreditarias portio
nes: sed in casu, quod alter efficitur impotens ad
soluendum, & vires hæreditariæ in altero suffi
ciunt, alter tenetur insolidum. Hoc enim esse vo
luntarium ex eo patet, quod quum ex iure succes
sionis, & hæreditatis præceptæ manifestum sit, nō
teneri nisi secundum portionem hæreditariam,
ex hoc quod alter in mora restituendi fuit, non
debet alter grauari, alioquin sequeretur, quod si
alter hæres in principio successionis, secūdum por
tionem suam restituisset altero nolente satisface
re, & postmodum impotente reddito, quòd ille
innocens tunc tenetur satisfacere etiam pro por
tione cohæredis, quod est manifestè absurdum,
& contra rationem, quia quum hæreditas secun
dum iustitiam adeunda sit, deductor ære alieno,
consequens est quod ille, qui portionem hæredi
tatis sibi debitę percipit, proportionaliter satisfa
cturus quo ad æs alienum, etiam secundum iuris
rigorem nullo reatu astrictus remaneat. Non ergo
tenetur alter insolidum cohærede impotente ef
fecto, & hoc per se loquendo, posset enim per ac
cidens contingere, quod teneretur insolidum, si
in diuisione, aut successione hæreditatis induxisset
cohæredem ad retentionem vsurarum.

Rationes autē alterius opinionis facile soluun
tur, quum enim obligatio omnium bonorum
vsurarij, ad vsuras restituendas non sit realis, sed
ratione personæ (vt superius dictum est) conse
quēs est quod diuisa persona vsurarij in hęredes,
diuisa quoque proportionaliter transeat ad hære
des obligatio illa, ac per hoc nullus hæres tenetur
ex hoc, nisi secundum suam portionem. Et nota
quod obligatio illa bonorum quodammodo au
getur, & quodāmodo minuitur in diuisione hę
reditatis. Minuitur quidem pro quanto diuiditur
sicut hæreditas. Augetur verò pro quanto singu
læ partes illius obligationis singulos hęredes sic af
ficiunt, vt transeant in omnia eorum bona etiam
aliunde habita, ita quod omnia bona cuiusque hæ

redis

redis vndecunque illa aduenerint, sunt obligata ratione personæ ad satisfaciendum pro illa parte obligationis, ex quo illam obligationem in se semel hic hæres suscepit, hereditatem adeundo. Hęc enim est natura tacitæ obligationis bonorum ratione personæ, vt omnia bona illius inquantum illius sunt, non absolutè afficiat. Practica autem quæ in fauorem animæ creditur exercenda, nullum fundamentum iustitiæ habet, sed eleemosynariæ largitatis tantum: non enim debet cogi aliquis ad id, ad quod non tenetur,

Ad primum ergo horũ, quæ in principio obiecta sunt, dicitur quod quum glo. fundetur super obligatione totius hereditatis ad restitutionẽ vsurarum, & ex hoc non sequatur conclusio sua, scilicet quod alter teneatur insolidum, admittenda non est glossæ authoritas, nulla sufficienti ratione fulta, sed sola turba sequacium. De qua non est curandum, quia voluntariè sequuntur glossam, negando eius fundamentum (vt moderni) vel errãt in fundamento, vt antiquiores, quemadmodum in præcedenti quæst. dictum est.

Ad secũdum vero dicitur, quod filij tenentur, sicut & pater, obligatione, scilicet personali omnium bonorum suorum. Sed in hoc est differentia, quod pater est tota illa persona, ac per hoc habet totam obligationem, quilibet autem hæres est pars illius personæ, & consequenter partem tantũ obligationis subit, & ideo quemadmodum viuente patre omnia sua bona erant tacitè obnoxia ratione personæ eis à quib. extortæ sunt vsuræ quo ad omnes vsuras extortas, sic diuisa hæreditate cuiusque hæredis bona omnia sunt tacitè obligata ratione personæ eisdem quò ad partem vsurarum iuxta portionem hæreditariam. Nec aliud potest concludi ex decretali illa. Mediolani, die 18. Aprilis, 1500.

DE PETITIONE lucri cessantis.

QVAESTIO VI.

Vtrum quando licet petere damnum lucri cessantis, possit peti totum lucrum cessans.

QVæritur, vtrum quando licet petere damnum lucri cessantis, possit peti totum lucrum cessans.

Et videtur quod sic. Primò, quia hoc videtur decisum in cap. nauiganti, de vsuris in fine, ubi excusatur uendens rem seruandam tanti, quanti vendẽda creditur tempore statuto: hoc enim nihil aliud est, quàm totum lucrum speratum in futuro ex nunc percipere.

Præterea, Secundum doct. creditor propter moram debitoris potest petere interesse lucri cessantis: sic quod potest petere tantum quantum verisimiliter ille lucratus fuisset cum illa pecunia, si est mercator industrius. Hoc autem est totum lucrum cessans petere, ergo.

In oppositum est differẽtia inter interesse damni emergentis, & lucri cessantis: quia illud est æqualiter compensandum, hoc autem non.

Respondeo, Quòd quia contingit scire in vniuersali, & ignorare in particulari. 1. Posse iõ quũ communis animi conceptio & Theologorum & Canonistarum sit, quòd inter habere aliquid in actu & habere illud in potentia multum refert, sic magna debet esse differentia inter recompensationem eius, quod habetur in actu, & illius quod possidetur in potentia. Contingit tamen, quosdam non aduertentes, quod lucrum cessans sit de numero eorum, quæ habentur in potentia, & veritati & sibijpsis contradicere, dum asserunt posse peti totum lucrum cessans, quando damnum lucri cessantis recompensandum venit. Manifestè siquidem pater lucrum cessans nondum actu haberi, sed in potentia tantum esse, vel fuisse, ac per hoc multipliciter possibile impediri, vnde absque dubio quamuis licitum sit quandoq; petere damnũ lucri cessantis, non tamen est licitum petere totũ lucrum cessans, sed secundum propinquitatem & elongationem potentiæ ab actu, & alias particulares circunstantias ad arbitrium boni viri recompensatio facienda.

Ad primum ergo in oppositum dicendum, q̃ decretalis illa non habet rationem lucri cessantis, sed temporis, pro quo res venditur. Quum enim regulare sit, quod pretium rei venalis statuitur secundum tempus, pro quo fit venditio, nõ in quo ille qui erat seruaturus suas merces, & tamen nũc vendit. supponitur quod vendat pro tempore, pro quo intendebat vendere tunc, tunc vero contractum celebrare cum rei exhibitione, & ideo potest vendere quanti creditur tunc videnda. Quamuis autem etiam Decretalis hoc non dicat: sed solum quod potest vendere amplius, quàm tempore contractus valeat.

Ad secundum dicitur, quod doctores illi imitandi in hoc non sunt, quia sibijpsis etiam contradicunt. Vnde in multis particularibus casibus, (quod hic non oportet enumerari) quando doctores dicunt, quod licet plus forte accipere ratione interesse, quia negationibus licitis aut agris emendis pecunia exposita esset, nõ intelligas, quòd liceat petere tantum, sed aliquid ad arbitrium sapientium. Mediolani, die 24. Aprilis, 1500.

TRACTATVS NONVS.

De simonia in tres quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num emptio ecclesiasticorum beneficiorum sit simoniaca, quia prohibita, quia simoniaca, hoc est, vtrum sit in eorum emptione simonia de iure diuino, aut positiuo.*

2 *Num emens, & acquirens episcopatum, non intendendo soluere promissam pecuniam, sit simoniacus.*

3 *Num vacante sede, & quærentibus omnibus pontificatum per fas & nefas propter ambitionem & auaritiam, & Ecclesiæ ruinam, liceat viro probo, & digno quærere pontificatum adhibendo promissiones, & exhibendo temporalia & beneficia, &c. pro suffragijs propter hunc finem, vt in sede positus Ecclesiæ prosit, & illam reformet.*

QVAESTIO I.

Vtrum emptio beneficiorum ecclesiasticorum sit simoniaca, quia prohibita, vel prohibita, quia simoniaca, hoc est vtrũ sit in eorũ emptione simonia de iure diuino, aut positiuo:

QVæritur, vtrum emptio beneficiorum ecclesiasticorum sit simoniaca, quia prohibita, vel prohibita, quia simoniaca, hoc est, vtrum sit in eorum emptione simonia de iure diuino, aut positiuo.

Videtur enim, q̃ sit iuris positiui. Primo, quia titulus

titulus præbendæ annexus est ecclesiasticis ordinibus à iure positiuo, vt patet ex eo quod in primitiua ecclesia erant pastores, & ordines absque præbendis, imo vsq; ad Vrbanum primum ecclesia Romana dicitur absque reditibus vixisse.

Secundò, quia quandocunque sunt duo cõiuncta alterum spirituale, & alterum temporale, emere illud totum ratione temporalis non est illicitum secundum se, vt patet de vasis sacris, & decimis, &c. sed in beneficijs est vnum spirituale (puta ordo aut cura animarum) & alterum temporale, s. præbenda: ergo licet hæc emere ratione præbendæ: sed omnes, qui emunt, non nisi ratione præbendæ emunt: ergo nullus committit simoniam, nisi forte agat contra ius positiuum.

In oppositum videtur communis Theologorum sententia.

In hac quæstione tria agenda sunt. Primò ponentur opiniones. Secundò, examinabuntur. Tertiò, respondebitur obiectis.

Quò ad primum tres sunt hic opiniones, duæ extremæ, & vna media. Prima extrema est, quod simonia in beneficijs vniuersis est tantum prohibita iure positiuo. Et consequenter quum Papa sit supra ius positiuum, ipse non solum censuras, sed peccatum euadit simoniæ vendendo ecclesiastica beneficia, quamuis non euitet peccatum scandali & acceptionis personarum in huiusmodi. Et hanc opinionem sequuntur gl. in c. ex parte de officio deleg. & ibidem Ant. de But. Imo & Cardinalis in c. 1. de simonia. Secunda opinio extrema est, quod simonia in omnib. beneficijs ecclesiasticis est prohibita iure diuino, ac per hoc quum Papa diuino subdatur iuri, peccatum simoniæ incurrit hæc vendendo, quamuis iuris positiui pœnas euadat. Et hanc videntur commmuniter Theo. sequi. Ratio huius opinionis ponitur à S. Tho. secunda secundæ, quæst. 100. art. 4. quia scilicet beneficia ecclesiastica non possunt esse sine spiritualib. antecedentibus, & causantibus ipsa. Ex hoc enim sequit, quòd venditis præbendis etiam spiritualia venditioni subijciantur. Tertia autem opinio media est, quod simonia in beneficijs quibusdam est prohibita iure diuino, & in quibusdam iure humano. In habentibus siquidem administrationem ordinis, vel executionem clauium, simonia prohibetur diuino iure, in non habentibus autem horum (vt sunt administrationes hospitalium, &c.) simonia iure tantum humano committitur. Et consequenter in illis Papa inuoluitur vitio simoniæ si vendit, & in istis non. Et hæc est opinio Panor. in c. 1. de simonia. & in repetitio. quia vero in capit. extirpandæ, de præb. Et fundatur hæc opinio super duobus. Vnum est quod ordo est de iure diuino, quod probat, qui erat in veteri testamento. Alterum est, quod in connexis vendito vno, venditur reliquum, quod probatur infra, q. 3. si quis obiecerit. Ex his enim arguit, quod in horum venditione venditur executio ordinis, ac per hoc quodammodo ordo ipse, quod est in se simoniacum. Nec potest dici, quod annexum temporale tantum vendatur, quia neutrum inuenditum relinquitur. Hæc de primo.

Quò ad secundum, quia omnium opinionum rationes ex duobus pendet, scilicet distinctione eius, quod est ex iure positiuo ab eo, quod est ex iure diuino, & connexione eorum, ideo tria sunt perscrutanda. Primò, quod in his ecclesiasticis beneficijs sit ex iure diuino, & quid F ex iure positiuo. Secundò, an id quod est in eis ex iure positiuo, sit venale. Tertio, an connexio talis efficiat, vt vno vendito, utrunq; necessario vẽdatur. Ijs enim elucidatis, opiniones omnes radicitus examinatę erunt, & veritas simul totius quæstionis apparebit.

In ecclesiastico beneficio duo sunt, clericatus ad minus, & præbendæ titulus. Clericatum esse ex iure diuino constat, tum ex eo quod clericatus nihil aliud est, quàm addictio ad ministrandum sacrificijs diuinis, vnde & à sacerdote nomen accepit, quia in sortem Domini, qui clerici sunt, electi G sunt. Fuerunt enim omni tempore clerici. Ante legem quidem primo generi clerici erant, vnde & primogenituræ ius sacrum erat. Sub lege autẽ tota tribus Leui sanctificata est ad diuina officia. Tum ex eo quod spirituale quoddam est, omnis enim clerici officium in spiritualibus actibus consistit, vt patet discurrenti. Vnde in prima tõsura ex vtraque parte precioso corporalis in capite fit, s. ſm partem superiorem, in qua fit tonsura, & secundũ partem inferiorem, per quatuor singulos, in qua inciduntur capilli, ad significandum, quod à temporalibus vndique præcisi, ad superna, quæ spiritualia sunt, ministri deputantur. Tum authoritate H S. Tho. in secunda secundæ q. 100. ar. 4. qui officiũ clericale non spirituali annexum, sed spirituale esse a Deo dicit, vt ideo beneficium ecclesiasticũ spirituali annexum, censeatur, quia clericali officio coniunctum est. Spiritualium autem author Deus est, quamuis ex institutione ecclesiæ sit modus faciẽdi clericos. Et ex hoc patet, quod opinio Panormitani diminuta est, enumerando executionẽ ordinis & clauium, & prætermittendo officium clericale. Quamus enim in spiritualibus sint gradus, & ordo sit spiritualior clericatus & claues sint magis spirituales multis ordinibus, omnia tamen in spiritualium genere sunt, & omnia inuendibilia sunt, quia totum genus spiritualium est materia I repugnans venalitati, vt pulchè in eadem quæst. ar. 4. ostendit S. Th. Est ergo in omnibus ecclesiasticis beneficijs vnum spirituale & omnino inuendibile, scilicet officium clericale.

Alterum vero, scilicet prębendæ titulus multa in se continet. Præbenda enim duo dicit, s. stipendium clericale, & certam determinationem talis stipendij secundum quantitatem (puta 1000. ducatorum) secundum tempus (puta annum) secundum locum, puta ex fructibus talis territorij, &c. Et consequenter in præbendę titulo possunt considerari quatuor: primo ius stipendij, secundò stipendium: tertiò ius talis, & tanti stipendii in tali loco, &c. & quartò ipsum tale & tantum stipẽdiũ K ibi, &c. De quibus sigillatim est dicendum. Ius stipendij proculdubio ex diuino est iure & spirituale, quia eo ipso est, quo officium clericale. Ex hoc enim quod aliquis diuinis est addict⁹ ministerijs, ius habet vt sustentetur a populo, pro quo Deo ministrat. Vnde si sacerdotibus Aegypti ex publico prouidebatur vt dicitur Gen. 47. & trib. Leui, qa ius hoc habebat, partem inter fratres suos nõ accepit, & vt dicitur 1. Cor. 9. Qui altari deseruiunt, de altari participant, & rursus, Quis militat suis stipendiis vnquam. Stipendium vero ipsum temporalis res est, sed diuino iure debitum, vt probatum est, iniquum quippe esset, vt assistentibus in Deo pro nobis, & oportuna non daremus. Ius autem talis aut tanti stipendii, ex iure prouenit positiuo, si tale ius a primo iure aliud est, si enim idem est

cum

cum primo, quum primum sit ex diuino iure, & spirituale, hoc quoque erit ex diuino iure, & spirituale. Quod autem non sint duo iura (vnum, s. respectu stipendij, & alterum respectu quantitatis, & qualitatis stipendij) sed vnum tm̃, probatur dupliciter, ratione. s. & authoritate. Ratio est: Quia ita se habet ius clericale ad beneficiũ ecclesiasticum, quemadmodum ius sacerdotis ad curam habendam animarum: imò magis & arctius cõiungitur ius clericale cum præbenda, quam ius sacerdotis, cum animarũ cura, quia ibi est rõ debiti, hic non: clerico enim debetur stipendium, sacerdoti autẽ non debetur cura animarum. Sed sic est, quod per hoc quod sacerdoti ex iure positiuo datur cura talis Ecclesiæ, aut authoritas audiendi confessiones, non cõfertur ei nouum ius, sed iuri, quod habet à Deo, determinatur ab ecclesia materia, circa quam operatur. Non enim sacerdos parochialis habet duas authoritates (alteram à Christo, & alteram ab ecclesia) sed vnam tantum à Christo, qua sacerdos potest absoluere, & ligare indeterminatè. Et quum ab ecclesia determinatur, quod psonæ talis loci, aut voluntariè subijciantur ei potestas illa determinatam iam habens materiam potest exerceri, quæ prius ex defectu propriæ materiæ exerceri non poterat: ergo à fortiori per hoc, quod clerico confertur certa præbenda, non confertur ei nouum ius, sed determinatur iuri, quod à Deo habet certa possessio. Ita quod ius clerici à Deo est indeterminatum, nec magis exigit hoc quam illud stipendium: sed ecclesia dando certos reditus, determinat illud, assignando illi propriam materiam. Vnde non sunt duo iura in clerico respectu beneficij: sed vnum tantum, & à Deo indeterminatè datum quo ad materiam, & ab ecclesia postmodum determinatum. Et confirmatur hæc ratio ex multis similibus, s. præcepto de sanctificatione festorum, & de concessione facienda, & decimis soluendis, &c. Hæc enim omnia ex iure diuino sunt indeterminatè, & ab ecclesia sunt quo ad determinationem temporis, quãtitatis, modi, &c. Et tamen non sunt duo præcepta de custodiendis festis (vnum ex iure diuino, & alterum ex iure positiuo) sed vnum tantum de iure diuino indeterminatè, & ab ecclesia determinatum, & similiter est de alijs. Quemadmodum ergo in præceptis indeterminatè datis à Deo & determinatis ab ecclesia, non multiplicamus præcepta, ita in iure indeterminato à Deo, & determinato ab ecclesia, non multiplicatur ius, sed vnum restat in seipso. Authoritas est S. Th. in quæst. præfata ad tertium, vbi dicit, quod ius accipiendi dicimus esse spirituale. Constat enim idem esse iudicium quo ad propositum de iure decimarum, & præbendarum, quia vtrobique est aliquid ex iure diuino, s. quod aliquid indeterminatè detur, & aliquid ex iure positiuo, s. quod illud aliquid sit decima pars aut qd̃ sit tale, vel tantum, hic vel ibi, &c. Si ergo ius decimarum est spirituale, & tamen decima est de iure positiuo, quo ad determinationem (vt patet, & S. Tho. expresse dicit in secunda secũdæ, quæst. 87. art. 1.) consequens est, quod ius præbendæ est spirituale, & de iure positiuo non sit, nisi quo ad determinationem temporis quantitatis, &c. Eorum igitur, quæ in clerico beneficiato sunt, omnia de iure diuino sunt, nisi quartum, s. determinatio stipendij. Ex iure siquidem positiuo à prælatis ecclesiæ actum est, vt annua stipendia, & tantæ quantitatis, &c. in illa autem sint ecclesia, & tali ministro applicata sint, &c. Et sic patet primum quod discutiendum erat.

Secundum autem (quid, s. sit hic veniale, & qd non) ex his facile haberi potest. Quum enim spirituale venditionis materia esse nõ possit, & ius omne clericale tam respectu stipendij indeterminatè, quam respectu talis & tanti stipẽdii spirituale sic sequitur necessario, quod ius præbendę venale nõ sit, & si venditur, simoniacum est, non quia prohibitum, sed quia in se est simoniacum. Ipsum autẽ stipendium, seu ipsa præbenda, quum sit purè temporalis res, vendi potest. Vnde S. Tho. in præfata quæst. 100. dicit, quod quum Papa concedit decimas militibus, non concedit eis ius spirituale accipiendi decimas, sed tantummodo res temporales quæ decimæ appellantur.

Ex his autem patet tertium propositum, an. s. connexio ista excludat venalitatem. Est enim hic duplex connexio, s. iuris præbendę ad clericatum, & ipsius præbendæ ad hunc clericum. Et prima qdem connexio venalitatem omnino excludit, tũ ex natura à connexorum, quia vtrunque est spirituale, vt patet ex dictis, tum ex natura cõnexionis: iam enim patet, qp ius præbendæ non est connexum, quasi aliena res coniuncta, sed est connexũ per identitatem aut quasi identitatem cum ipso clericali officio. Notanter autẽ dixi, aut quasi idẽtitatem, qm̃ forte ius præbendæ se habet ad clericatum, vt passio ad subiectum, & non vt omnino idem. Vnde S. Tho. in quæst. præfata beneficium ecclesiasticum annexum clericatui, & pendere ab eo dixit. Sed in proposito nihil refert, cuiusdẽmodi rationis est, obiectum & passionem vendere, vt Iaspidem & proprietatem eius. Secunda autem est connexio venalitatem & compatitur, & excludit diuersimode. Compatitur quidem respectu ipsius clerici actiue, quia potest ipse vẽdere, & locare fructus beneficij sui. Excludit autem respectu eiusdẽ passiue, quia, s. non potest sibi vendi propter duo. Primò, quia vendi non potest res à non Domino, nullus autem prælatus, nec summus Pontifex est Dominus fructuum percipiendorum, reddẽtus enim omnium ecclesiarum quamuis sint Papæ, vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius, vt Domini & possessoris, inquit S. Th. vbi supra, ar. 1. ad septimum. Secundò, quia cõferendo alicui clerico beneficium, & vendendo sibi fructus percipiendos, nihil aliud est quam vendere illi executionem proprij, & spiritualis iuris, paria autẽ sunt vendere ius & illius executionem. Vnde & duo peccata hic concurrunt, iniustitiæ, quia venditur clerico, quod est suum, prius enim intelligitur habere titulum, qui dicitur gratis dari, & deinde executionem, quę habentis iam titulum ipso iure est. Et simoniæ, quia vendi conuincitur exequutio temporalis iuris.

Ex prædictis autem patet solutio quæstionis. Liquet siquidem ex rationibus adductis, quod emptio ecclesiasticorum beneficiorum quæ clericatui sunt annexa, & non solum illorum, quæ habẽt administrationem clauium, aut executionem ordinis, est prohibita, quia simoniaca, & non simoniaca, quia prohibita, quia emptionis materia est res spiritualis, quæ venalitati omnino repugnat, quod quia non aduerterunt alii domini Canonistæ, errauerunt.

Et confirmatur hæc conclusio, quia emens beneficium proculdubio intendit emere ius talis pbendæ. Vnde, si Papa vellet sibi vendere fructus absque

absque iure præbendæ, aut non emeret, multò minus solueret. Sed ius talis præbendæ est spirituale, sicut & ius decimarum. ergo velint nolint res spiritualis est, quæ venditur & emitur. Et consequenter simonia, non quia prohibita, sed in se committitur. Hæc de secundo.

Quo ad tertium satisfaciendum est obiectis. Et ad primum (quod est fundamentum totius erroris) dr primò, quod peccat fm non causam vt causam. Dependentia namq; ex iure positiuo nō est causa venalitatis, sed negotia spiritualitatis, vnde spiritualia, quæ ex iure positiuo pendent, venalia non sunt, vt patet de consecratione sacrorum vasorum & vestiū, & de benedictione nuptiarū, &c. Oportet ergo pro fundamento assumere quod titulus præbendæ est res tpalis, & non quia est de iure positiuo, vt possit fm se materia venditionis esse. Secundò dr, ꝙ aliquid esse de iure positiuo cōtingit dupliciter. Vno modo quo ad substantiam rei, vt sunt officia temporalia, & alia huiusmodi. Alio modo quo ad determinationem tm̄. Prima quia sunt totaliter ab homine, venalia sunt, alia verò, quia fm spiritualem eorum substantiam sunt, & ab ecclesia tantum modificationem, & determinationem recipiunt, venalitati repugnant. Rursus, prima ecclesia potest annullare, vtpote totaliter sua opera secunda verò potest mutare, & aliter determinare. Vnde quamuis in potestate ecclesiæ sit separare à iure clericali determinationem præbendæ, quam acceptauit & statuit, si tamen sustinet, ex quo spiritualis iuris determinatio est, vendi non potest. Quemadmodum in potestate ecclesiæ est subtrahere consecrationem virginum quā determinauit, si tamen sustinet, vendi non potest nisi simoniacè.

Ad fm etiam dico duo. Primò, quod loquēdo de iure præbendæ, falsum supponitur quod sit res temporalis. Secundò, quod loquendo de ipsa præbenda temporali, distinguēdum est de connexione, quia connexio rei tpalis cū spirituali (vt S. Th. ibidem dicit) contingit dupliciter. Vno modo, quod temporale se habeat ad spirituale, vt ad consequens, ita quod tpale ordinatur ad spirituale aliquod exercitium, & in his connexum potest vendi rōne tpalis, vt patet de calice. Alio modo vt tēporale se habeat ad spirituale, vt ad præcedens, ita quod tpale oritur, & conseruatur ex spirituali, & in his connexum non potest vendi rōne tpalis. Tale autem est beneficium ecclesiasticum. qm̄ ex clericatus gradu, quo addictus quis est ministerijs diuinis, ius innascitur præbendæ, & stante illo, præbendæ stipendium debetur diuino naturalique iure. Ratio autem diuersitatis huius inter hęc duo connexorum genera assignatur ibidem, quia in istis in quibus temporale dependet ex spirituali, intelligitur vendi spirituale, in illis non. Et rō est, quia paria sunt vendere effectum, & vendere causam eius in fieri & conseruari (quum ex tali causa omnino pendeat effectus) sed non est par vendere rem & ordinem ad vsum illius, modo præbenda, (vt dictum est) pendet ex spirituali in fieri & esse, calix autem & similia nō pendent ex spirituali vsu, ad quem sunt sacramenta. Romæ die 28. Decembris, 1504. inchoante.

QVAESTIO II.

Vtrum emens, & acquirens episcopatum non intendendo soluere promissam pecuniam, sit simoniacus.

QVæritur, vtrum emens, & acquirens episcopatum, non intendendo soluere promissam pecuniam, sit simoniacus.

Et videtur quòd non. Tum quia peccatum principaliter consistit in voluntate, voluntas aūt istius non fertur ad simoniam. Tum quia non sequitur actus completus, traditio scilicet temporalis pro spirituali.

In oppositum autem est, quia hic interuenit acceptio spiritualis, scilicet episcopatus ex pactione procedens, & consequenter simonia, vt patet ex diffinitione simoniæ assignata per Host. in titulo de simonia.

Ad euidentiam huius dubitationis duo sunt videnda. Primò, an secundum rem sit hic simonia. Secundò, an secundum ecclesiæ iudicium sit hic simonia, sacris canonibus punita & excommunicata.

Quò ad primum, quum actus exterior ad genus moris non nisi propter actum interiorem spectet, quum simonia vitium morale sit, oportet primò ipsum intus inuenire. Et quum non circa passiones, sed actiones liberas versetur, in volūtate oportet eam studio inquirere. Vnde & in eius diffinitione dicit ꝙ est studiosa voluntas, &c. vbi igitur deest omnino emendi voluntas. ibi emptio secundum veritatem non est. Sed in proposito casu, hic non intendit emere, nulla ergo est fm rē emptio, sed emptionis tantummodo simulatio. Et quia emptio & venditio correlatiua sunt nec claudicare possunt, consequens est quod nulla sit hic venditio fm rei veritatem, quamuis sit venditionis affectus, cum opere subsequuto, ijs quantum est ex parte vendentis. Neque enim intelligi potest, vt vendat quis nulli ementi, quamuis fieri possit, vt velit & credat quis se vēdere emere simulāti. Vbi autem nec emptio nec venditio fm veritatem, est & fm apparentiam, ibi nec simonia fm veritatem est, sed fm apparentiam tm̄, si de spiritualib. agit̄, vt in proposito. Et qm̄ pœnę iuris iustitiæ sunt cōtra ipsa vitia secundum veritatem, non secundū apparentiam tm̄ (non enim apparentes simoniaci, sed simoniaci suspenduntur & excommunicāntur: apparentia enim est conditio diminuens, sicut pictura, non autem homo pictus est homo, & ita nec apparens, simoniacus) idcirco in hoc casu nulla incurritur censura. Nisi quis dicat propter effectum intentionis cum opere subsequuto, venditorem tanquam simoniacum punitum censuris iuris, iuxta dicta extra de biga. nuper, &c. à nobis. Sed illud videtur singulare ius, non enim qui facit aliquid quod credit prohibitum censuris excommunicationis & irregularitatis, &c. contemnens illas, incurrit easdem, & tamen in eo est affectus intentionis cum opere subsequuto. Quamuis autem simulator hic à propria simonia, & pœnis illius excusetur, non excusatur tamen à peccato mortali multiplici. Primò participationis cum simonia mentali vendentis, dando ad hoc operam efficacem. Secundò infamiæ propriè, sufficienter siquidem mentitur se simoniacum, quòd si cōtra proximū ageret, detractionis vitio non careret, quanto magis contra seipsum, quem plus proximo diligere tenetur? Tertiò scandali, manifestè siquidē dat occasionem scandali alijs, vt patet. Quartò mē dacij, dum fingit quod non habet in corde, quod secundum se prauum (vt dicitur 3. Ethic.) nec vlla potest intentione rectè fieri. Quod quamuis veritati perniciosè opponatur, ac per hoc officiosum videatur, secundum tamen veritatē propter prædicta pernicioſum est. Hæc de primo.

Quò

Quò ad secundum, sciendum est, quod nō vertetur hic in dubium, an in iudicio ecclesiæ stare tur testibus, & non excusationi istius simulatoris, qua diceret se finxisse, quoniam liquidum est, quod secundum eam quæ exterius acta sunt, ecclesia iudicaret. Sed quod multis ingerit dubitationem, est quia non est consummate perfectus actus exterior. Interuenit siquidem hic vltra pactionem datio, & acceptio spiritualis, sed deficit datio, & acceptatio temporalis, s. pecuniæ promissæ pro spirituali. Videntur enim Canonistæ omnes dicere, quòd ad hoc vt incurratur simonia punita ab ecclesia, requiritur actus exterior, non tantum interior aut pactio, sed cum intentione, & pactione executio: an autem completa vel incompleta, non dicunt quantum vidisse me memini. Sciendum est igitur, quod tria numerata. (s. intentio, pactio, & executio) ita se habent ad simoniam punitā ab Ecclesia, ꝙ quodcunq; horū defecerit non incurritur verè simonia punita. Si. n. intentio deficit, vera simonia nō est. Et si intentio est absq; alijs, mentalis tantum est. Et si intētio cum pactione absque executione est secundum Tancre. (vt refert glo. in c. tua nos. de simonia) videtur ista simonia punita, quia sola pactio apud ipsum facit simoniam: Et satis rationabiliter videtur hoc dici, quia vbi est intentio cum pactione, ibi est vera venditio & vera emptio spiritualis, &c. & consequenter vera simonia, & est exterius subiacens iudicio Ecclesiæ. Vnde nulla apparet ratio, quare pœnas iuris statim pactione facta simoniaci incurrere non debeant. Et confirmatur, quia simonia in contractu emptionis, & venditionis consistit in rei veritate, executio enim nihil aliud est, quam ponere in possessionem rei iam emptę, & promissi pretij. Vnde nulla ratione cogente, sed sola authoritate veterum, creditur requiri tertium, s. executionem. Quod ex Host. diffinitione apparet: inquit enim quod simonia est acceptio, vel datio spiritualis ex pacto temporalis, &c. proueniens. Vbi manifestè paret, quòd in simonia punita ab ecclesia pactum locatur, vt causa, ipsa vero executio locatur vt substantia simoniæ. Fatendo ergo quod hæc tria requirantur, restat videre, an executio incompleta, & claudicās ex altera parte. s. temporalium sufficiat. Et breuiter ex trib. colligo quod sic. Primo ex prædicta diffinitione Host. quæ communiter acceptatur, ī ea enim dicitur, quod acceptio siue datio spiritualis ex pactione rei temporalis, est simonia punita ab ecclesia: ergo. Secundò ex communi Doctorum, scilicet quod quando concurrit ex pacto, collatio spiritualis, est simonia punita, nec vllus vnquam addit, quod requiratur acceptio etiam temporalis. Tertiò ex c. si quis. de simonia, vbi expresse iudicatur simoniacus conferens ordinem ex pacto rei futuræ.

Sed tunc insurgit dubitatio, an sit etiā simonia punita, si claudicat executio ex parte spiritualis, puta ille dedit ex pacto temporale (puta pecuniā,) & hic accepit: sed non dedit adhuc spirituale, puta episcopatum. In hoc siquidem casu nulla īteruenit datio aut acceptio spiritualis: sed intentio, & pactio vtriusque, executio autem solius temporalis. Audirem libenter decisionem. Crediderim tamen ergo, ꝙ non incurrantur censuræ ex defectu executionis. Nec est eadem ratio de claudicatione ex hac parte, & ex illa, quia spirituale tenet principalem locum, & est ratio & radix totius repugnantiæ ad venalitatem, & ideo penes illius executionē videtur attendi executio simoniaca. Quia ergo in casu nostro ecclesia præsupponit simoniacam intentionem, & constat de pactione, & de acquisitione spirituali, & deficit tantum executio temporalis pro spirituali iudicabit. Ecclesiam simoniā esse sacris canonibus vetitam & punitam, & vtranque partem excommunicatam. Hæc de secundo.

Nec oportet aliter respondere ad in principio obiecta, quia satis patent ex dictis. Romæ die 4. Ianuarij, 1504.

QVAESTIO III.

Vtrum uacante sede, & quærentibus omnibus pontificatum, per fas & nefas propter ambitionem, & auaritiam ac Ecclesiæ ruinam, licet viro probo, & digno quærere pontificatum, adhibendo promissiones, & exhibendo temporalia & beneficia, &c. pro suffragijs, propter hunc finem, vt in sede positus ecclesiæ prosit, & illam reformet.

QVæritur, vtrum vacante sede, & quærentib. omnibus pontificatum per fas, & nefas propter ambitionem & auaritiam ac ecclesiæ ruinam, liceat viro probo, & digno quærere pontificatum, adhibendo promissiones, & exhibendo temporalia & beneficia, &c. pro suffragijs, propter hunc finem, vt in sede positus ecclesiæ prosit, & illam reformet. Est autem ratio dubitandi, quia vtrinque rationes sunt.

Quòd enim hoc sit licitum, quadruplici ratione videtur. Primò, quia cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum, constat autem finem huius operis sanctum esse: ergo

Secundò, quia non magis obligant iura prohibentia huiusmodi promissiones, & emptiones, quam votum & iuramentum: sed constat quòd quando votum, & iuramentum seruata in publicæ vtilitatis damnum redundant, seruanda non sunt quamuis aliàs iusta & sancta essent, ergo nec huiusmodi leges seruari debēt in tali casu, in quo ecclesiasticæ reip. ruina imminet manifestè.

Tertiò. Quia si hic interueniret aliquod peccatum, hoc non esset nisi simonia: sed simonia hic non est, probatur quia in beneficijs ecclesiasticis simonia est de iure positiuo, vt multi canonistæ asserunt. Constat autem quòd nullum ius positiuum contra communem ecclesiæ vtilitatem ad eiusque ruinam seruandum est, quoniam omnia, (vt Bernardus inquit) statuta tandiu seruanda sunt, quandiu contra charitatem non militant: ergo, &cætera.

Quartò. Quia vniquique licet redimere vexationem suam, & proximi, & præcipuè publicam: sed in hoc casu nihil aliud fit, nisi quòd redimitur vexatio propria, & publica totius Ecclesiæ: ergo licet.

Pro oppositā autem parte est, quia non sunt facienda mala, vt veniant bona: sed emere spirituale est malum: ergo non est faciendum propter quodcunque bonum.

Ad euidentiam huius quæstionis quatuor agam. Primò ostendam distinctè in quo stat difficultas. Secundò, quia difficultas stat in duob. respondebitur quo ad vnum illorum. Tertiò, quo ad alterum. Et quarto satisfiet rationibus in contrarium.

Quò ad primum, sciendum est, quod operationum humanarum quinque sunt genera. Nam prima diuisione distinguuntur in bonas, malas & differentes. Et rursus bonæ distinguuntur in omnino bonas, & in bonas non omnino, & malæ quoq; distinguuntur in secundū se prauas, & in

solitariè

solitariè malas. Vnde sunt quinque genera: duo bo
narum, & duo malarum, & vnum indifferẽtium.
Omnino bona opera sunt, quæ non solum bona
sunt, sed non possunt malè fieri, vt interior charitatis actus proprius: non enim potest quis Deum ama
re ex charitate, & tamen malè: vt patet. Bona autẽ
nõ totaliter sunt, quę licet in seipsis bona sint, pos
sunt tamen mala intentione fieri: vt dare eleemo
synam, colere Deum exterioribus sacrificijs, &c.
possunt enim hæc propter inanem gloriam fieri. Mala
vero secundum se praua sunt, quæ nulla possunt
intentione bene fieri: ut mentiri, adulterari: & alia
huiusmodi. Mala autem solitariè vocãtur illa ope
ra, quæ si sola nuda que considerantur, nocumen-
tum aliquod important: quæ tamen possunt tot
circunstantijs vestiri, ut bona & sancta sint: ut occi
dere, mutilare aut priuare hominem rebus suis.
Hæc enim si sola considerantur, cum vnde bona
sint non habeant, mali rationem prætendunt, pro
quanto mala proximorum afferunt: & tamen si
hæc fiant propter bonum publicum ab habente
autoritatẽ, seruato iuris ordine, &c. iusta & sancta
redduntur. Indifferentia demum opera sunt, quæ
secũdum suam speciem nec boni nec mali ratio-
nem habent: vt leuare festucam de terra. His aũt
stantib. liquet, qđ actus iste, de quo disputauimus,
licet dare aliquid temporale pro episcopali sede
habenda, secundum se non est in genere bonorũ
nec indifferentium quum sit prohibitus. Sed du
bium est, an contineantur in genere malorum q̃
sunt ꝼm se praua, an ĩter ea quę sunt mala solitariè.
Si enim est ꝼm se prauus, nulla intentione, nullaq; cir
cunstantia poterit fieri licitus, de talibus enim ma
lis intelligitur illud Apostoli, Non sunt facienda
mala, vt veniant bona. Si autẽ nudè sumptus spe-
ciẽ habet mali honestabilem per adiunctas circun
stantias, poterit aliqua intentione, & ratione re-
ctus reddi, quamuis sit prohibitus, quia vt plurimum malè fit. Vt autem manifestetur, in quo genere cõtineatur, prius distinguere oportet in quot
speciebus locari potest operatio proposita. Potest
siquidem reponi in specie duplici, s. emptionis,
vel quasi emptionis, & in specie redemptionis. In
specie quidem emptionis, aut quasi, inquantũ da-
tur vel promittitur pecunia pro suffragijs haben-
dis. In specie verò redemptionis, inquantum pro-
mittitur vel datur pecunia pro redimenda vexa-
tione ecclesiæ aut propria. Vnde ad hæc duo vni-
uersa quæstio ducit, an scilicet emptio talium suf-
fragiorum aliquo casu sit licita, vel an hic habeat
locum redemptio vexationum, altero enim ho-
rum modorum oportet saluare actum istum, si li-
citus est. Vnde si emptio est illicita, & redẽptio nõ
haberet locum, non video tertium modum quo
quis fingeret actum istum bonificari posse. Hæc
de primo.

Quò ad secundum dico, quod actus iste est si-
moniacus. Quod probo sic: In episcopatu sunt
multa appetibilia, vt habes à S. Tho. in secunda se-
cundæ. quæst. 185. pura cura animarum, excellen-
tia gradus, sufficientia temporalium, &c. quæ quã-
tum ad propositum spectat, ad duo reducuntur, s.
ad titulum pastoralem, & titulum præbendæ com
putando cum præbenda omnia temporalia, hono
rem, gloriam, &c. Aut iste vir probus & dignus
pontificatu, intendit directè ad acquisitionem au-
thoritatis pastoralis, aut ad titulum præbendæ. Si
intendit directè emere suffragia pro titulo præbẽ-
dæ, tũc insurgunt diuersæ Canonistarum opinio-
nes, credentibus quibusdam hoc esse simoniacũ,
quia prohibitum, alijs vero prohibitum quia si-
moniacum. De qua difficultate erit quæstio spe-
cialis post, quia in proposito constat, quod nõ re-
fert, quæ harum opinionum sit vera. Ex casu nan-
que proposito patet, ꝙ iste non directè intendit
ad acquisitionẽ temporalium: sed directa & prin-
cipalis intentio eius est acquirere episcopalem po
testatem, quæ possit reformare ecclesiam. Si ergo
intendit directè ad pastoralem authoritatem ma-
nifestè & statim liquet, quod inrẽdit directè, eme-
re suffragia pro spirituali authoritate habenda, &
consequenter ꝼm omnes committit simoniam,
non iuris positiui sed diuini. Authoritas nanque
qua cura habetur animarum, qua præsul populo
prodest, quave conseruari, ac reformari eccleśia-
sticum corpus potest, est spiritualis, & à Christo
data à Petro, quum dixit, Pasce oues meas. Et con
firmatur, quia ista duo obiecta. s. pastorale officiũ,
& titulus præbendæ opposito modo se habent re-
spectu intentionis, & respectu emptionis. Respe-
ctu nanque intentionis vituperatur titulus præbẽ-
dæ quia auaritiæ, aut ambitionis esse videtur affe-
ctus episcopatus propter annexa temporalia. Cõ-
mendatur autem pastorale officium, quia chari-
tas est velle aliorum incumbere saluti. Sed respectu
emptionis magis vituperatur pastorale officium,
quam præbenda, quoniam illud est materia nullo
modo vendibilis, hæc autem aut est aliquo modo
vendibilis, aut magis appropinquat ad naturã re-
rum venalium. Vnde emptio in casu proposito,
quamuis videatur habere in se quandam pietatis
speciem ex intentione bene vtendi pastorali au-
thoritate, est tamen secundum genus suũ grauius
simoniæ peccatum, quam intendentis emere suf-
fragia propter annexa temporalia, quia actus em-
ptionis cadit super materia magis repugnante. Et
quia omnis actus moralis transiens super materia
sibi repugnante est secundum se prauus, conse-
quens est, vt actus iste sit secundum se prauus, ac
per hoc nulla possit rectitudine intentionis bene
fieri. Hæc de secundo.

Quò ad tertium, an, s. redemptio vexationis hic
habeat locum, distinguo, quia aut est sermo de re-
demptione vexationis proprie. Et de hac dico, ꝙ
non habet locum, quoniam ꝼm S. Tho. & cõiter
Doctores, in consequutione beneficiorum redẽ-
ptio vexationis propriè nõ habet locum ante ius
acquisitum, constat aũt ꝙ hic non est acquisitum
pontificatus ius. Aut est sermo de redemptione ve
xationis ecclesiæ. Et de hac dico, quod esset habere
locum in proposito, si vna circunstantia amouere-
tur, quia ecclesię debetur bonus & dignus pastor:
nec est dubium quod sit illi ius quæsitum de hoc,
& quod electores tenentur sibi prouidere de tali
capite, & excellentis esset charitas, si volentibus
electoribus caput pernicioſum eligere, pecuniam
quis eis daret, ne tam immane sacrilegium cõmit-
terent, sicut volẽtibus materiale templum spolia-
re, pecunia laudabiliter datur, ne hoc faciant, & i-
cidentes in latrones, licitè offerunt pro vita aut li
bertate redimenda pecunias, & si iuramẽto se ob-
ligent ad aliquid eis dãdum, tenẽtur seruare pro-
missum. Tanto autem magis in casu nostro licirũ
& laudabile est pecuniã dare & promittere, quan
to vita omnium Christi omnibus rebus temporali-
bus præponenda est, quum pro his dominus ani-
mam posuerit, cæteriſque ponendam mandauerit
non solum exteriorem substantiam, sed vitam quã

opor-

oportuerit. Circunstantia autem auferenda est velle sedem episcopalem pro seipso, siue pro quocunalio in particulari, cui ius quæsitum non est. Hæc namque circunstantia reliqua polluit. Et ratio est, qua redemptio uexationis, ut eius nomen sonat, non importat acquisitionē boni, nisi iure debiti: & exclusionem mali iniuste illati, aut inferendi. Ecclesiæ autem vexatio satis redimitur, si malum nō eligunt, si bonus, & dignus non autem hic uel ille eligetur. Quocirca quamuis liceat & sanctum sit, auaris electorib. aliquid dare, & bonum & dignum in communi eligant, quia eiusdem rationis est dare, ne malus eligatur, & ut bonus eligatur, propterea ꝙ minus bonum quam opus sit, mali rationem hēt, non tamē dare licet, ut iste vel ille bonus & dignus eligatur. Et propterea quum in casu proposito ꝙrat pontificatus a uiro digno pro seipso, cōsequens est quod hic nō quærit redimere uexationem ecclesię, sed suam, & quia hoc non licet, igitur casus iste nūquam est licitus.

Sed insurgit tunc dubium, quia dicere quispiā potest, quod in tali casu sunt duo actus disparati, s. datio pecuniæ, & petitio pontificatus pro se, & ꝙ pecunia datur pro redimenda uexatione Ecclesiæ non propria, & seorsum petitur pontificatus pro se digno propter utilitatem Ecclesiæ & pastum ouiū Christi. Fateor ingenue, quod si sic fieret, quod liceret, & ab excellentissima hoc caritate procederet.

Aduertenda tamen sunt hic tria. Primò quod in casu proposito non est sic: quia acquisitio pōtificatus pro se proponitur cadere sub conuentione pecunię datæ aut dandæ: quando autem actus isti sūt diuisi, oportet quod seorsum fiat redemptio vexationis Ecclesiæ & seorsum petitio pontificatus fiat rogando absque omni conuentione. Vinculum tamen iuramenti addere liceret, si tamen in æque bonum dignum, aut meliorem non mutaretur sentētia, non enim licet ponere obicem spiritu sancto & ecclesię libertati ad æque bonum, aut saltem ad melior em. Secundò, quod quia sæpe mens sibiipsi mētitur, ut Greg. dicit in pastorali, & fingit sibipsi de bono opere amare quod nō amat, solertissimè, solitissimè & cautissimè scrutandum est, quo quis animo mouetur; & vt idem Gre. (in hom. Pent. dicit) de dilectione Conditoris & proximorum propter eum non mens tantum, sed manus requiratur. Si enim quis in minorib. constitutus coacernauit diuitias, nec proximis egentibus distribuit, quomodo nunc tam repente tanta affluit caritate, ut pro sola Ecclesię vexatione redimenda omnia dare uelit. Signum autem infallibile ad sciendum quid ipsum moueat, est si in ueritate daret omnia illa q̄ dat pro redimēda ecclesiæ uexatione, etiam si alius fieret Pontifex æque bonus aut melior. Nam si nō daret, conuincitur quo pro seipso aut illo sublimando soluit, & non tantum pro ecclesiæ redemptione. Tertiò quòd in casu proposito fit mentio non solum de pecunia, sed de beneficiis ecclesiasticis. Non enim etiam pro sola redemptione vexationis ecclesię licet dare bñficia ecclesiastica indignis, quales supponuntur esse auari electores.

Dare enim ecclesiasticum beneficium indigno, est actus secundum se prauus & nulla potest excusatione, aut intentione recte fieri.

Vnde sicut non licet dicere mēdacium pro saluanda ecclesia, ita non licet dare ecclesiasticum beneficium indigno. Quare concludendo casus iste, vt proponitur, omnino est illicitus: potest tamen, diuidendo actum repemptionis ab actu petitionis, licitè fieri, pecuniam non ecclesiastica beneficia dando. Hæc de tertio.

Quò ad quartum respondendum est obiectis. Et ad primum dr̄, ꝙ illa maxima tenet in non malis: ita quod cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est, si non sit de genere secundum se prauorum. Non enim furari est bonum, si fiat propter eleemosynam largiendam; quia est secundum se prauum. Sic autem est in proposito quia talis si ēmptio est secundum se praua: vt patet ex ex dictis.

Ad secundum dr̄, ꝙ ratio illa deficit in duobus. Primò quia hic loquimur de actu secundū se malo, iuramentum aūt & votum tunc non sunt implenda, quando sunt respectu minus boni: aliud est enim prætermittere minus bonum & aliud est cōmittere se malum. Secundò quia simonia ista vt patet ex dictis est directè respectu spiritualium, ac p hoc totaliter sub iure diuino tantum. Vota autem & iuramenta partim ex iure diuino, partim humano pandent, & ideo maius est vinculum huius prohibitionis, quàm voti & iuramenti:

Ad tertium dicitur, quòd hic non est sermo de simonia respectu tituli præbēdæ, de qua est dubiū inter Canonistas: sed respectu spiritualis potestatis directæ, quæ non vertitur in dubium.

Ad quartum iā ex dictis patet, quomodo liceat ecclesiæ vexationem rēdimere: quomodo potest hic interuenire, & quomodo non. Romæ die 26. Decembris, 1504.

TRACTATVS DECIMVS
De usu spiritualium, cuius est unica quæstio.

QVAESTIO I.

Num quilibet vtens spirituali in peccato mortali peccet mortaliter.

QVæritur vtrum quilibet utens spirituali ī peccato mortali peccet mortaliter.

Videt̄, ꝙ sic. Primò, quia indigne exequens officium prælationis, peccat, ergo par est de aliis spiritualib. officiis ratio.

Secundò, quia minister debet cōformis esse principali agenti, Deus autem & Ecclesia, cuius sunt ministri Officiales spirituales, sancti sunt, ergo &c.

Tertiò, quia docere sacram scripturam ex officio, siue prædicādo, siue legendo, siue corrigendo, &c. peccatum mortale dicitur, ergo, &c.

In oppositum est, quia sequeretur ꝙ qui tenetur ad horas canonicas, & cantores in choro, & p̄lati dando licentiam vni fratri eunti ad emendū panē, si essent in peccato mortali, peccarent mortaliter; quod non solum durum, sed dissonum satis est.

In hac quæstione quæ propter verba diui Thomæ mota est, primo rem tractabo: Secundo ad verba sancti Thomæ descendam.

Quo ad primum sciendum est, quod ex duplici capite pendere potest, quod peccator exercens spiritualem actum secundum, se licitum, propter finē debitum &c. peccet. Primò ex parte sanctitatis ipsius actus. Secūdo ex parte sanctitatis officij, seu potestatis qua utitur. Et siquidem actus sanctitatem attendamus, cum constet quod non quilibet sanctus actus male agitur a peccatore (vt patet de oratione voto, iuramento, eleemosyna, &c.) distinguere oportet. Similiter cum constat, quòd non quod-

libet sacrum officium male exercetur a peccatore F (vt patet de officio clericali officiando ecclesiam, & in exactione decimarum: ius decimarum spirituale esse constat a S. Tho. in 2. 2. q. 67. ar. 3.) distinguere quoque hic oportet. Etenim quoniam potē tia est propter actum, distinguatur cum S. Th. ex 3. parte q. 64. ar. 3. actus sanctus in duo genera. Quidā enim sancti sunt, quia consecratione aliqua sancti ficati, & hi proprie sunt actus sacramentorum.

Quidam uero sunt sancti, quia sunt secundum se mundi, & ad Deum ordinati, & hi sunt omnes actus uirtutum. Et proportionabiliter officia, seu potestates duplicis generis sunt, nam quædam in consecratione consistunt, ut patet de potestate iu- G risdictionis ecclesiæ.

His præmissis pono duas cōclusiones. prima est. Quilibet existens in peccato mortali utens sacro of ficio secundum actum sanctum id est consecratione aliqua sanctificatum, peccat mortaliter peccato sacrilegii. Et ratio, est quia quātum est in se, polluit sancta, quamuis incontaminabilia secūdum se sint sacramenta. Et hæc conclusio communiter conce ditur, habeturque in 4. sent. dist. 5. & in Tertia parte q. 64. ar. 6. Secunda est. exercens in peccato mortali actus sanctos, id est iustos, quoscunque, non cō secratos tamen, nō peccat mortaliter, per se loquē do. Et probatur hæc conclusio, primo, quia si hoc H esset peccatum, esset sacrilegium: sed hic sacrilegiū esse non potest, cum sacrum proprie nullum sit. Et si dicatur quod licet non sit sacrum aliquod ex par te actus, est tamen hic sacrum aliquod ex parte offi cii, puta prælationis, vel ministri Christi & Ecclesiæ. Nihil obstat, quia cum potentia sit propter actum, nullus potentia, ut sacra, utitur, qui sacrum actum non exercet, sacrilegium autem tunc tantum com mittitur, quando contra sacrum, ut sacrum est, agi tur. Secundo, quia si in huiusmodi exequutionib. peccatoris esset per se peccatum mortale, non esset in quibusdam sic & in quibusdam nō, sed aliquod uniuersale oportet inuenire, cui hoc per se conueniat.

Et si diligentius attendamus distinctionibus factis, ad hęc oportet venire: oportet nanque aut ex I sanctitate actus tantum (puta tangere corpus Chri sti) aut ex sanctitate officii tantū (vt exigere suas dēcimas) aut ex sanctitate utriusque peccatum morta le oriri. Sed ex sanctitate actus tantum hoc non est etiam si consistat in sanctitate consecrata quia licet peccatori tangere corpus Christi, leuando ipsum de luto: & baptizare in casu necessitatis sine solennitate. Nec ex sanctitate officii tantum quia oportet actum ipsum esse sanctum, alioquin Episcopus aut Curatus exigendo debita subsidia, si esset in pec cato mortali, de nouo peccaret, qa officii sui actū exequitur, hoc autem est ridiculum. Ergo ex sanctitate utriusque. Et cum non ex sanctitate large sumpta, qm̄ sic non liceret peccatorem clericum ora- K re, quoniam officii sancti opus est sanctum, relinquitur, quod ex sanctitate strictè in consecratione consistente ratio peccati sumatur. Dixi autem, per se loquendo, quoniam etiā orare in peccato mortali, est peccatum mortale per accidens ut patet in celebrando Missam, in peccato mortali. Hæc de primo.

Quo ad secundum uerba diui Tho. in 4. di. 5. & dist. 19. ar. 1. q. 2. & in secunda secundæ q. 33. art. 3. & q. 60. ar. 2. ad tertium. & in Tertia part. q. 64. art. 6. & specialiter ad primum consona non uidentur. Nā in sententiis dure nimis loqui uidetur, & prælatū expresse dicit peccare corripiendo, & omne aliud proprii officii exequēdo, si est in peccato mortali. In summa expresse dicit peccatorem corrigere absque nouo peccato, si humiliter hoc facit, & similiter iudicem non peccare arguendo & iudicando, & utrunque super eadem Aug. authoritate fundat. Si enim peccatorem prælatum ista facere esset secū dum se peccatum mortale nulla humilitas stans cū peccato mortali, faceret, ut esset licitum vt hic docemur. Et in tertia parte vbi supra docuit nos illam distinctionem de duplici sanctitate tam actus, quā ministri. Et per illam ostendit, q̄ peccatores ministrantes Deo in operibus charitatis non peccant, & tanti eam facit, vt vtatur ipsa iuxta illam regulā. Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est cā negationis, & econuerso, dum ex negatione sancti tatis consecratę, infert negationem peccati in mini stro peccatore: & ex affirmatione consecratæ sanctitatis, infert affirmationē peccati in ministro pec catore. Et quia sup hoc tota hęc decisio fundatur, optima cēsenda est. procedit enim ex per se causa.

Ex quibus credo ego, quod dicta in sententiis ad doctrinam in summa traditam tanquam resolutio nem sint reducenda, & non econuerso. Vnde cum omnes actus in arguendo allati sint sancti, quia sūt actus virtutum, & non consecrati, ut patet discurrendo in singulis, eos in peccato mortali exercens, H per se loquendo, non mortaliter peccat, nisi predicatio excipiatur; quia est actus Sacerdotis aut Diaconi, quamuis hæc exceptio nō necessaria uideat, quia p̄dicatio non est actus ordinis, per se loquendo: & consequenter cum non sit nisi secundo mō actus sanctus, idem videtur de ipso & aliis iudiciū: nō tñ ex equo: quia precipuus est pastoris actus: dicente Christo in institutione pontificatus Petro: Pa sce oues meas. Et confirmatur hoc de prædicationis ministro, quia in synagogis Iudæorum & tēplo etiam non sacerdotes, aut Leuitæ prædicabāt, alioquin non fuisset Christo permissum predicare. & Act. 13. non fuisset a principib. synagogæ requisitū, & concessum, q̄ Paulus prædicasset in synagoga. Cum hoc tamen stat quod forte prædicare ex officio (sicut episcopus prædicat) cum solennitate, sit mortale: sicut baptizare ex officio, vt S. Tho. dixit.

Ad rationē ergo primā (quæ in 4. sent. mouit au thorem) dicitur quod indigne pro nunc sumit du pliciter: s. priuatiuè, & cōtrarie & quod indigne pri uatiue exequens non semper peccat, sed non mere tur id quod priuata dignitas adimit. Indigne autē contrarie faciens aliquid, peccat: sed tūc hoc re stat probandum, quod prelatus exequens officium suum quo ad actus charitatis & iustitiæ, scilicet cor rigere, docere, &c. indigne agat contrarie. Quid. n. cōtra sanctitatem horum actuum facit persōnæ ma cula non dico manifesta aut scandalosa, sed absolute ipsa macula peccati? Certe nihil video, nisi quod priuat illos actus bonitate meritoria, quod non est de nouo peccare mortaliter. Nec author ibidem ex hac ratione concludit peccatum mortale, sed pec tum tantum, vt patet intuenti. Hanc autem rationē ipse modificauit in tertia parte quasi addens, quòd tunc est indignus contrarie, quando est respectu a ctus sancti, id est consecratione mystica sanctificati. Et in secunda secundę ad propositum idem, scilicet de correctione fraterna, explanauit quòd reddit ip sum correctore indignum, sic quòd quoddam im pedimentum correctioni proximi confert non ta men tale, quòd per humilitatem peccatoris nō pos sit suppleri seu honestari. Vnde actus iurisdictionis

quo-

quoruncunque prælatorum & superiorum, & act' per accidens ministrorum ordinis & uniuersaliter non consistentes in consecratione aliqua a peccatoribus exercitati non pariunt per se nouum peccatum mortale. Ministratio autem sacramentorū, & eorum susceptio puritatem a mortali crimine exigit. Verum scito quod nec uere contritus nec credens se contritum quia diligenter & si non sufficienter discussit seipsum censetur in peccato mortali quo ad hæc existere, alioquin quilibet qui peccauit mortaliter, exponeret se piculo peccādi mortaliter, cum ad ministrandum, aut ad susscipiēdum sacramenta accedit, cum nemo sciat, utrum odio vel amore dignus sit: & hoc expresse sentit S. Tho. in 4. dist. 9. &c.

Et per hæc patet responsio ad obiecta. Rome die 24. Aug. 1500.

TRACTATVS VNDECIMVS. de uoto non nubendi, & de nouitiis, in tres quæstiones diuisus.

SVMMARIVM:

1 *Num votum non nubendi æquiualeat voto castitatis.*
2 *Num emissurus professionis votum possit absolute renuntiare propinquis hæreditatem, quam probabiliter dubitat male adepto ære infectam.*
3 *Num per uotum, quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatæ Virginis sit acquisitum ius illi ecclesiæ.*

QVAESTIO I.

Num uotum non nubendi æquiualeat voto castitatis.

QVæritur vtrum uotum non nubēdi æquiualeat uoto castitatis.

Et uidetur quod non. Primò, Quia minus non æquiualet maiori. Sed votum castitatis maius est, q̄ nō nubendi, sicut seruare castitatem plus est quam non nubere. ergo.

Præterea, quorum conuertibilium quicunque destruit unum destruit & reliquum: sed cōmittens fornicationem agit contra uotum castitatis, & nō contra uotū nubēdi. ergo hæc duo nō cōuertunt.

Respōdeo, Quòd hæc q̄stio duplicē sensum habere pōt. Primò, utrū hæc duo uota simpliciter æqualeāt. Secundò vtrū æqualeant quo ad dispensabilitatem aut incommutabilitatē, ita q̄ nulla authoritas possit in alterum quæ non potest in reliquū.

Et in primo quidem sensu licet prima fronte pp argumenta adducta uideatur quòd nō equiualeāt, tamen considerantibus apparet, quod distinguendum est de uoto.

Potest enim dupliciter sumi, ut placet Theologis in 30. dist. 1. Vno modo proprie: alio modo cōmuniter. Voti siquidem proprie sumpti materia tummodo est bonum supererogationis, eo q̄ de ratione uoti est, quod sit de meliori bono. Voti uero communiter materia est etiam bonum, ad quod quis alias tenetur, non inquantum huiusmodi, sed inquantum uoluntarium ut patet de uoto in Baptismo emisso. Si ergo loquamur de uoto castitatis proprie, cum sub tali uoto non cadat, nisi castitas supererogationis, quæ nihil aliud excludit nisi coitū matrimonialē (quia ad seruandā extra matrimonium castitatē q̄libet ex præcepto tenetur) cōsequēs est tale uotum, & uotum non nubendi æquialere. Si uero loquamur de uoto castitatis communiter, cum sub tali uoto claudatur omnis castitas, consequens est q̄ tale uotum, & uotū non nubendi non æquialent. sed longe maius est uotum castitatis.

In secundo uero sensu quid tenēdum sit, ex modo dictis concludendum est. Quidam. n. quia sedi apostolicæ ultra illa tria uota peregrinationis, duo tantum inueniuntur reseruata, s. religionis & castitatis, & reseruationes non sunt ampliandæ, sed potius restrigendæ (quasi odiosa prælatis, quorum authoritas restringitur, & uotum castitatis omnē coitum s̄m communem loquentium usum excludere intelligitur) credunt hæc uota non esse æque incōmutabilia: sed in uoto non nubēdi Episcopum, in uoto uero castitatis solum Papam dispēsare posse.

Sed opinio hæc a ueritate longe est: quod tripliciter probatur. Primò: qa hæc duo uota equialēt quo ad id quod per se & simpliciter in uoto castitatis, absolute loquendo, inuenitur. sub uoto enim castitatis, absolute loquēdo, cadit castitas supererogationis per se & simpliciter; ut pote tanquam ad quod institutum est: castitas autē ad quam omnes necessario tenentur, non cadit nisi forte secūdum quid: constat aūt quod in voto non nubendi claditur tota castitas supererogationis. Relinquitur igitur q̄ eiusdem rationis est dispensare utrunque. Secundo, quia uotum castitatis intantum est reseruatum papæ, inquantum est ab eo dispensabile. Non est autem dispensabile, nisi quo ad castitatē supererogationis: in qua eiusdem rōnis est cū uoto non nubendi. Ergo hęc duo vota inquantum dispensabilia non solum equiualent, sed sunt idem: nihil. n. aliud dispensando in uoto castitatis cōcedit papa, nisi nubere, & pro nullo alio obtinendo uult se adiri sedes apostolica ab habentibus uotum castitatis nisi pro coniugio. Vnde dicere, votum non nubendis non esse reseruatum, ut uotū castitatis, est propriam ignorare vocem. Tertio, quia nisi aliūde ad oppositum q̄nque cogamur, uerba iuris proprie interpretāda sunt. Alioquin nulla posset expositio certa haberi; sed oīa ambigua essent, dum proprie vel improprie intelligi dubitaretur. Voti autē nomen, ut ex dictis, & ex suo proprio fine, ad quē inuentum est, patet, obligationē ad ea, quæ supererogationis sunt, proprie importat: nulla. n. est necessitas uotiuæ obligationis ad ea, ad quæ ex præcepto tenemur. Vnde applicatum ad materiam uenereā, dicendo uotum castitatis, obligationem ad abstinēdum a uenereis, quę licuissent, propria significatione insinuat. Quum ergo reseruatum apostolicæ sedi dicitur, proprie sumitur. Sic autē equiualere, imò idē esse q̄ uotum non nubendi, ostensum est. Relinquitur ergo quod utrumque apostolicæ sedi eadem ratione & reseruatione reseruatum est. Nec sit hic aliqua reseruationis ampliatio: nec uocabula extra communem usum doctorum trahuntur, quāuis uulgares loquantur.

Ad utranque autem rationem in oppositum simul dicitur, quod nihil aliud concludunt, nisi qđ votum castitatis large sumptum, & uotum nō nubendi, non æquialent simpliciter: quod (ut ex dictis patet) non cōtrariatur determinationi nostrę: qua diximus, quod uotum castitatis proprię, & uotum non nubendi, simpliciter æquialent: & qđ uotum castitatis, absolute loquendo, & uotum nō nubendi, quo ad dispensabilitatem uel indispensabilitatem æquialent. Mediolani, die 18. Decembris, 1500. In sancta Maria Gratiarum.

DE NOVITIIS.

QVAESTIO II.

Num emissurus professionis uotum possit absolute renuntiare propinquis hereditatem, quam probabiliter dubitat male adepto ære infectam.

QVeritur, utrum emissurus professionis uotum, possit absolute renuntiare propinquis hæredi tatem, quam probabiliter dubitat male adepto ære infectam.

Et uidetur quod sic. Primo, qa unusquisque põt libere uti iure suo, etiam si inde alterius damnum sequatur. Ius autem renuntiandi competere constat alii nouitio, qui nondum adiit hæreditatem, potest igitur iure huiusmodi uti.

Præterea, Nullus tenetur constituere se debitorẽ alteri, nisi propter aliquam acceptionem, aut rem acceptam. Constat autem quod in hoc casu nouitius adhuc nullo modo concurrit ad aliquem acceptionis modum, nec res peruenit ad eum, quam uis sit in potentia proxima ad perueniendum ad ipsum: Et adeundo hereditatem infectam, constitueret se debitorem his, a quib. res iniustæ extortę sũt, ergo non tenetur ipsam acceptare.

Et confirmatur, quia hereditati grauatę debitis nouitius indubie posset renuntiare, & non se constituere debitorem, ergo hẽditate obnoxia multis restitutionibus idem poterit: neque enim magis ad hæc, quam ad illa tenetur, imo secundum quosdam solutio debitorũ ex mutuo vel emptione, &c. præcedit restitutionem male ablatorum.

Præterea, In professione religionis homo moritur mundo, ac per hoc debet abdicatis omnibus solicitudinibus seculi huius in nouitatem se vitę transferre. Constat autem quod restituendi in se onus suscipit, continget multa opus esse solicitudine reb. præsertim dubijs extantibus: tum uidendo, & examinando ratiocinia multa antiqua & difformia: tum in rerum venditione, ut possit ex prætio singulis satisfieri, tum in creditorum infinitorum inuestigatione, & alis quamplurimis, quæ cum religiosi animi quiete non stant.

Oportet ergo, si renuntiare non potest aut professum solicitari circa ea, quæ mũdi huius sunt, multo tempore aut paternam obligationem obicem sibi esse ad professionis holocaustum offerendum. Quorum utrunque uidetur inconueniens, quum B. Matthæus qui rapere solebat aliena, teste Beda, relictis omnibus secutus legatur Dominum, Lucę 5. sic quod ut gloss. dicit, etiam rationes incompositas dereliquit: ergo.

In oppositum est, quod ius naturæ expressum a Domino, Matt. 7. Quæcunque vultis vt faciant uobis homines, hæc eadem illis faciatis, inuiolabiliter seruandum est. Constat autem, quod ipse nouitius si esset in statu creditorum, a quibus res iniuste extortæ sunt, vellet regulata uoluntate sibi satisfieri a bene dispositis ad restituendum, & non remitti ad mundanos, qui naturaliter abhorrent restituere: ergo & ipse debet hoc facere aliis.

Respondeo Cum distinctione, & dico quatuor, primo, quod si propinqui, ad quos post renuntiationem perueniret hæreditas, sunt tales quod indubiè credantur restituturi, quando, quantum, quibus, & c. debetur, potest nouitius absolute renuntiare insinuando illis propinquis dubitationem, quã habet, & unde eam concepit, &c. Secundò, quod si propinqui prædicti sunt tales, quod indubie credãtur nunquam, aut quasi nunquam restituturi, non potest nouitius absolute renũtiare. Tertio, quod si propinqui medio modo se habent, s. qp dubitetur, an restituẽt uel ne, non põt nouitius absolute renũciare. Quarto, quod in his duobus ultimis casibus, & uniuersaliter in omnibus casibus extra primũ, tenetur nouitius sic prouidere, ut absque dubio credatur restitutio futura tempore debito, &c.

Ad quorum euidentiam aduertendum est, qp renuntiare hæreditati duo importat: unum explicite scilicet nolitionem hæreditatis, & alterum implicite, s. diuersionem hæreditatis ad alium, vel alios. Renuntiante enim aliquo, hæc duo semper se inseparabiliter comitantur, sic quod renuntians, directe hæreditatem nolle se fatetur, & ex hoc naturali necessitate sequitur, quod ad alterum hæreditas declinet.

Et si in renuntiationis quidem actu sola nolitio cõsideret hæreditatis, difficile & forte impossibile est, impedimentum aliquod afferre uetans talẽ nouitium a libera & absoluta renuntiatione: quoniam nec præcepta restitutionis ad hoc ipsum cogunt, quum ad ipsum adhuc se non extendant, qa nõ cõprehendit sub aliquo nouem generũ psonarum ad restitutionem obligatarum secundum Doctores in illis uersibus, iussio, consiliũ, &c. ut patet discurrẽti per singula, Nisi quis crederet, quod nolendo hæreditatem, fieret nõ obstans detẽtioni rei alienę, quã possit non renuntiando obstare: ac per hoc cõbnõxius fieret restitutioni. Sed hoc non vr necessarium quia, ut S. Tho. in 2.2.q.51.ar.7. ad tertium dicit, tuc solum non obstare obligat aliquem ad restitutionem, quando presupponit obligationem ad obstandum in eo, qui non obstat: in hoc autẽ nouitio nulla præsupponitur obligatio, sed quæritur an in eo sit. Nec apparet aliquod præceptum charitatis ad hoc obligans, sed (ut obiiciẽdo tactũ est) apparet op positum ex eo quod cuilibet licitũ est uti iure suo, & nullus omnino expers tam facti, q̃ rei tenet se inuoluere nouis q̃stionib. & obligationibus, vt alteri satisfiat. Si uero in renuntiationis actu consideret declinatio hæreditatis ad alium uel alios quamuis prima facie uideatur, qp quicqd hinc sequatur, ponderandũ non sit: eo quod renuntians nõ est autor talis diuersionis, nec intẽditeã, sed ordinatio cursu comitatur intẽtũ a renuntiante, s. nolitionem hæreditatis, diligenter tamẽ cõsideranti videri facilè põt declinationẽ istam esse, etsi nõ principaliter secundario tamen intentam à renunciante: quoniã scit principali suo intento annecti declinationem hæreditatis ad tales, & potest impedire connexionem talis declinationis, renuntiando alijs, vel modificãdo, &c. Attenta ergo in renuntiationis actu diuersimode hæreditatis ad tales propinquos, verificãdi habetur via per quatuor supradictas conclusiones. Quum enim huiusmodi hæreditatis declinatio ex uoluntate libera renuntiantis procedat, non vt casualis, sed ut per se secundo intentus effectus ut patet ex se & ex dictis & ex hac dependeat detẽtio aut restõ alieni æris hæreditati immixti, quoniam ex ista declinatione ius hæreditatis acquiritur, & dominiũ facti respectu æris alieni: et si ad auaros diuersio fit, perseuerabit detẽtio alieni. si uero ad bonos uiros fiet restõ, cõsequens est, quod talis diuersio debeat sic a renũtiante eius authoritate modificari, quatenus nullius ius ex illa violetur: alioquĩ ipse reatum iniustitiæ euadere nõ põt. Et cõfirmat quia renũtians, inquãtũ est autor talis diuersionis,

quanuis

quamuis implicite, positiue tamen disponit de hereditate infecta. Constat autem, quod ordinans & disponens de hæreditate infecta, immunem ab injustitia non se seruat nisi prudenter & fideliter disponat de ære alieno restituendo; nec protestatiõe aut renuntiatione aliqua excusari põt. Tenetur igitur hmõi nouitius ad sic prouidendum, ut restitutio fiat: alioquin vt mutus subtractione p̃cepti, ad quod tenetur in dispositione hæreditatis infectæ, ad restituendum ipse tenebitur. Nec refert in proposito, an certum aut dubium uerisimile sit de infectione hereditatis: quoniam quẽadmodũ disponens de hæreditate tenetur, quę constat aliena esse ordinare, vt omnino instituantur: sic tenetur de dubiis bonis ordinare, vt certitudo habeatur, etsi aliena comperiantur, reddantur; quia ad hoc tenetur ipse si hereditatem in se susciperet. Quia igit hmõi liberæ renuntiationi nihil obstat, nisi restitutio alieni quam ante professionem fieri nõ posset supponitur ob sui intricationẽ: consequens est qđ renuntiatio licita sit, si annexam habet debitã prouisionem restitutionis agendæ: siue hoc fit propter cognitam fidelitatem bonorum propinquorũ succedentium post liberam renũtiationem, ut prima cõclusio dixit: siue hoc fit propter multas cautelas & fideles executores electos, & alias hmõi circunstantias in modificata renuntiatione, vt quarta cõclusio proposuit. Et quia oppositorum eadem est disciplina, ex eisdem principiis patet illicitum esse absolute renuntiare, quando ex hoc scitur, aut dubitatur ad tales restitutio æris alieni deuoluenda, qbus exosa est restitutio: ut secunda & tertia conclusione dictum est. Nec est in dubium uertendũ, an fideliter restituent coheredes, qui pro portione sua infecta non curant satisfacere; voce etenim Domini dicitur Matt. 7. a fructibus eorũ cognoscetis eos.

Ad argumenta ergo in oppositum pro quanto inferre intendunt licitum esse absque distinctione aliqua absolute renuntiare, respondendum est.

Ad primum ergo dicitur, quod nouitio nõ cõpetit ius absolute & libere renuntiandi hæreditati infectæ in omni casu: sed tunc tantum quando ex tali renuntiatione hæreditas deuoluitur ad nõ detentores alieni, ut ex dictis patet.

Ad secundum dicitur, quod quum in renuntiatione interueniat dispositio quædam rei alienę hereditati immixtæ, nisi talis dispositio debitis circunstantiis fulta sit, damnificarentur ex hoc illi, qbus res debet restitui: ac per hoc acceptio quædã alienæ rei suboriretur in ipso renuntiante, obligans ipsum ad restitutionem: acceptionis siquidem nomine omnis damnificatio intelligitur in hac materia. Vnde tenetur nouitius non debitorem se cõstituere, sed sic ordinare, vt satisfiat: non propter aliquã præcedentem acceptionem, sed ne in ipsa dispõne alienæ rei, acceptio interueniat. Ad confirmationẽ uerò dicitur, quod ideo grauamen debitorũ parui penditur, quia creditoribus consueuit etiã a detentoribus alieni satisfieri, & propter contractuũ cautiones, & propter suorum quinternorum fidẽ seruandam, & alia huiusmodi. Vnde si contingeret ex renuntiatione ad tales hæredes deuoluendam esse hæreditatem grauatã debitis, quos crederetur non soluturos, & propter potentiam, vel aliquid aliud non posse cogi (ut pluries contingit circa grauamẽ legatorum ad pias causas) eadem esset regula seruanda, quę circa restitutionem male ablatorũ dicta est.

Ad tertium dicendum, qđ nouitius perplexus non remanet in hoc casu: sed absoluere se absque multa difficultate potest ab huiusmodi solicitudinibus, etiam quando habet propinquos auaros adhibendo necessarias cautelas in renuntiatione. Qđ potest multipliciter fieri vel renuntiãdo aliis, quos nouit non detenturos alienum, uel renuntiando qdẽ auaris propinquis, sed substituẽdo alios hẽredes, nisi intra certum terminum sub certis iudicibus discussum sit, quid restituendum sit, & restitutum vel renuntiando quidem auaris propinquis, sed ordinando, quod hæreditarias ad eorum manus peruenire nullatenus possit quousque tales electi ab ipso renuntient, num inquisierint, examinauerint, iudicauerint & restituerint quicquid restituendum est. Et quoniam nemo militat propriis stipendiis, legare debet huiusmodi iudicibus & executoribus cõdignam & honorabilem mercedem, ut accendant ad fideliter cuncta paragenda. Et sic horum aliquo vel quouis alio modo recte disposita renuntiatione Christum nudum nudus sequi profitendo poterit. Matthæus enim non ante restitutionem pauperem Christũ pauper sequutus est, quum Zachæus Luce 19. legatur restitutionem pollicitus. Nec Euãgelista de vsu rerum simpliciter, sed de affectu quidem simpliciter: de vsu uero pro tũc dixit, Relictis omnibus sequutus est eum: nam postmodum conuiuium magnum fecit in domo sua sumptibus propriis: glossa quoque illa eodem est intelligenda modo. Mediolani, die vigesima nona Septembris, 1500.

QVAESTIO III.

Vtrum per uotum quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatæ Virginis sit acquisitum ius illi Ecclesiæ.

QVæritur, utrum per uotum quo quis promittit offerre aliquid alicui particulari imagini beatę Virginis sit acquisitum ius illi ecclesię.

Et videtur quod sic. Primò, quia per promissionem acquiritur ius illi, cui fit promissio, vnde potest agere contra eum, qui promisit, si non seruauit promissum, sed in talibus votis fit promissio non soli Deo, sed etiam tali Ecclesiæ implicitè vel explicitè. ergo per tale votum acquiritur i' illi Ecclesiæ. Minor patet ex eo, quòd sic vouens intendit se obligare non solum ad offerendum Deo tale quid, sed ad offerendum tali Ecclesię vel imagini. Si dicatur, quod illa promissio non est acceptata à prælatis illius Ecclesię, & ideo non acquiritur illis ius. Contra hoc est: Tum quia est acceptata implicite: quoniam quemadmodum cõstat Deum acceptare promissionem sibi factam, ita ecclesiã. Tũ quia acceptatio non exigitur ad hoc quod acquiratur ius in huiusmodi: ut patet in legatis factis ecclesiis. Preterea, Si per tale uotũ non esset acquisitum ius ecclesiæ, non posset ecclesia ipsa agere contra uouentem: sed ecclesia agit cõtra non seruantes talia vota: vt patet extra de censibus, c. ex parte. & ab Inn. & ab Abba. ibi, & gloss. 12. q. 1. can. scimus. & Arch. ibi. Ergo.

In oppositum est Gulielmi, & Summæ pisanę sequacium que opinio.

Respondeo, Quidam tenent vel absque ratione aliqua, vel propter rationes adductas, quòd tali voto acquiritur ius illi ecclesiæ, cui res offerenda vouendo decreta est, & propterea talia uota esse incõmutabilia, ac per hoc mortaliter peccare commutantes huiusmodi uota. Alij verò oppositum sentiunt, dicentes hæc vota esse commutabilia, sicut cætera, quando. s. necessitas uel utilitas id exposcit. Et horũ, iudicio meo, opinio vera est, & cõformis

Theologorum antiquorum sententiæ. Vera quidē: quia cum ex uoto nulli ius aliquod acquiratur nisi ex obligatione uouentis: obligatio autem uouentis ex sola eius promissione oriatur, secundum q̄ in uoto inuenitur promissio, iudicanda est obligatio & iuris acquisitio. Cum autē in voto sint duo, scilicet promissio, & res promissa, & cōtingat qñque rem promissam vnam aliam promissionem esse (ut patet in voto professionis) necesse est duo esse genera votorum: quædam vna promissione contenta, quedam duplici promissione munita. Et vota quidem illa quæ vnicam tantum cōtinēt promissionē soli Deo cui promissio illa necessario fit, ius acquirunt, talia aūt sunt omnia vota, gbus Deo G tantum aliquid promittimus. Vota autem quę duplicem implicant promissionem, alteram ut materiam voti, alteram vt essentiam voti, duobus ius acquirunt, & creaturis illis quibus aliqua boni promissio fit, & creatori cui vouetur implenda promissio creaturis illis facta. Talia autē sunt uota, quibus sanctis aut prælatis aliquid pollicemur ut S. Th. in 2.2.q.78.artic.5.docuit. In eiusmodi siquidem votis, promisio obedientiæ prelato, tāquam quoddam supererogationis bonū est res promissa Deo, & materia voti, promisio autem, qua Deo, ad id nos seruandum obligamur, essentia voti est, & actus latriæ. Et quoniam promisio rationis actus H est, expectationem pariens in eo, cui fit promisio, non potest fieri nisi rationem habentibus: & cōsequenter nulla promisio sub voto cadere pōt, nisi quæ Creatori aut rōnali creaturæ fiat. Ac per hoc ex voto nulli pōt ius acquiri, nisi Creatori aut creaturæ rationali: sola enim promisio in uoto ius parit. Cum ergo in huiusmodi uotis, quæ fiunt alicui imagini Crucifixi aut beatæ Virginis, &c. nulli fiat promisio nisi Deo, & Sancto alicui, nulli cōsequēter acquiritur ius nisi Deo & sanctis. Eiusdem autē authoritatis est dispensare uel commutare promissiones factas Deo & suæ curię cælesti: cum non sit minor authoritas ecclesię in concernentibus celestem curiam, quam in spectantibus ad eius principem, nec aliqđ damnum ciuibus cœlestibus prouenire possit, quibus Deus ipse est omnia: uñ oīa I hmōi vota commutabilia sunt, habita rōne glorię illorum Sanctorum quibus promissum aliquid erat. Nec contēdat aliquis implicari in his votis promisionem prælatis illis ecclesiæ, ex eo quod res, quam vouens promittit offerre illi ecclesiæ, intelligitur prelatis ecclesiæ promissa. Hoc enim falsum esse ex eo constat, q̄ in huiusmodi votis locus in quo implendum est votum, non cadit sub uoto, vt persona, cui fit promisio, sed vt circunstantia rei promissę sicut tempus & quantitas, & alia hmōi. Nihil enim aliud huiusmodi uotis agitur, nisi qđ promittitur Deo talis res, tali tempore, & in tali loco offerenda. vbi patet nullam promisionem prælatis ecclesię esse materiam uoti, sed tantummodo rem talibus circunstantijs uestitam. Nec refert an tales circunstantię sint locus, tēpus, quantitas, &c. an sint personę humanæ. Si quis. n. uouerit nutritum se tales pauperes Christi vno die, quamuis teneatur hoc facere, potest tamē eius commutationem procurare & obtinere, sicut & aliorum supradictorum: quia personæ illæ non concurrunt in illo voto, vt quibus fit promisio aliqua, sed ut circūstantia eleemosynæ offerendę Deo vt dicit S. Thomas in 4. dist. 38. q. 1. ad quintum.

Nec oportet ī huiusmodi uotis obliquos nomi num casus ponderare; an .s. uouens dixerit secum. F Promitto Deo & beatæ Mariæ offerre cereum in tali Ecclesia, an dixerit, Promitto Deo & tibi beatę Mariæ talis Ecclesiæ offerre cereum, ut credatur p hanc diuersitatem in secundo casu acquiri ius illi ecclesiæ, quia imago illius ecclesiæ significatur ibi concurrere, ut persona, cui fit promissio. Hoc. n. friuolum esse ex duobus patet. Primò quia imagi nē vouens non alloquitur, nisi secūdum id quod repræsentat, s. beatam Virginem in cœlo regnātē, & cùm non promittat nisi ei, cui loquitur, ipsi soli promittitur: & si cætera cōcurrunt, ut circunstātiæ rei promissæ. Secundò quia omnia, quæ implicitè in voto inueniuntur infra voti limites, secundum voti rationem interpretāda sunt, nisi ex intentione vouētium aliud habeatur. uoti autem ratio Deo promissionem fieri exigit. Aliā aūt promissionē ut materiam habere tunc tm̄ promittitur, quando alicui creaturæ rationali promissio seruanda, uoto vel promissioni adiungitur, ut ex dictis patet. Constat autem ex intentione vouentium, qui non nisi vouere intendunt (quod promissionem supernæ curiæ creditur importare) q̄ omnia ut circunstantiæ rei promissæ intelligantur, & ex sola superna curia concurrit vt persona cui fit promissio.

Conformis autem Theologis opinio ista est: quia indistinctè cōmuniter Theologi scripserūt, omne uotum esse commutabile in uotū religionis. Constat autē id de quo est ius acquisitum alicui ecclesiæ: non posse commutari in uotum religionis. Non. n. satisfit pensioni debitæ ecclesiæ cathedrali, si debitor ingreditur religionem, nec ab obligatione soluendi legati, aut cōtractus, ingressus religionis absoluit. Nec acceptāda est cuiusdā glossa, dicentis hoc intelligi de uotis psonalibus, non aūt de votis realibus: voluntaria. n. est. Admirandum quippe est ualde, si restringendum dictū cōmune foret, cur eorum aliquis explicitè vel implicitè nō restrinxerit. Imò Richardus omnia ad realia uota extendi vult, unum tm̄ excipiens: s. de notabili subsidio Terræ Sanctæ: in quo Papā cōsulendum dicit. S. Thomas quoq; in secunda secūdæ, quæst. ult. expresse sentit quod obligatus uoto simplici religioni imperfectiori, teus fracti uoti non est, si perfectiorem religionē ingredit: qa in maiori claudit minus. Ex hoc apertè insinuāt, per totum nō esse acquisitum ius religioni illi imperfectiori: si enim acquisitum ius alteri religioni esset, nō posset absq; violatione uoti proprio motu aliā religionem perfectiorem ingredi: qm̄ in his, quæ alterius ius concernunt, locum non habet propositio dicens, qđ in maiori clauditur minus. Non. n. qui debet centū alicui ecclesiæ, si soluat cētū quinquaginta alteri ecclesiæ, vbi sanctius uiuitur, &c. absolutus est à debito. Si igitur ex uoto simplici non acquiritur religioni ius personæ uoto promissæ, cōsequēs est, q̄ nec aliarum rerū. Non acquiritur igitur ius aliqđ ecclesiæ ex eo q̄ aliquid ibi ad offerendum uouetur (siue ad ornatum, siue ad subsidium, siue ad quodcūque aliud commodum ecclesiæ spectet) tenetur tamen uouens implere quod uouit, & ibi offerre, ubi se oblaturum uouit; alioquin si absque dispensatione uel commutatione uotum integrè non seruaret, mortaliter peccaret.

Et per hæc patet responsio ad primum. Falsum est enim, quòd in his uotis fiat aliqua promissio prælati ecclesiæ, iam enim patet, quòd cum dupliciter promissio possit in uoto inueniri, scilicet,

cet formaliter & materialiter, de illa, que est essentia voti, constat quod creatori tantum fit: materia autem voti si promissio esse debet oportet qđ creaturæ rationali fiat. Et si indispensabilis aut incommutabilis, oportet quod fiat creaturæ rationali militantis ecclesiæ, cui ex commutatione damnū & præiudicium fieret: quod hic non accidere ex dictis liquet.

Ad secundum dicitur secundum Theologiam loquendo (ad quam spectat de votis tractare) quod ecclesiam posse agere contra uota huiusmodi non seruantes, potest dupliciter intelligi. Vno modo, vt ecclesia agat pro iure suo contra eum qui uouit: & sic nec iure probatur, nec rationi consonat, quod agere possit: quia nulla sibi pollicitatione facta, nullum sibi exigendi ius congruit. Ex Decretali siquidem illa hoc non habetur; quoniam ibi agitur cōtra eos, qui iam antiqua obseruatiōe se debitores Ecclesiæ constituerunt ex uotis emissis: concurrit que ibi obligatio uotiua quasi per accidens: ex qua cunque siquidem causa longis temporibus continue persoluissent certam frumenti mensuram, eadem qō emergisset. Authoritas autem Innocentii, Abbatis, Archidiaconi & glo. non est maior rōnibus super quibus fundantur quas constat non concludere acquisitum esse ius ecclesiæ alicui. Innocētius enim opinans monasterium posse agere cōtra eum, qui vouit ingredi illud: fundat se super hoc, q uotum obligatorium. Ex hoc autem non sequitur, quod illud possit agere: sed ille cui promissio facta est, Deus scilicet. Abbas uero super uerbis illius Decretalis: ſ. Cogendi, Exigenda. Sed ex his nihil habetur ad propositum: quia, ut patet, textus loquitur quando ecclesiæ erat ius acquisitum ex ipsa uouentium antiqua obseruatione. Glossa uerò illa, quia uniuersaliter, absolute & imperialiter loqtur, dicens, quod ex nulla pollicitatione potest qs conueniri, nihil obstat. Quamuis super nulla rōne fundatur, si ad hoc adducatur propositum. Archidiaconus uerò prędicta sequitur. Posset quoque & forte melius dici, quod doctores isti licet dicant, q ecclesia possit agere; non tamē iō, quia habeat ius acquisitum, sed potius propter obligationem uouentium; vt patet ex rōnibus suis. Alio modo contingit ecclesiam agere, vt vices Dei gerit, cui est facta promissio. Et hoc modo Episcopus quidem ex officio agere potest contra non seruantes talia uota: aliæ uerò ecclesiastice personæ possunt indirecte agere, suggerendo in fauorem diuini cultus. ut ga hoc medium est inter posse conueniri ab ecclesia, vt illi dicebant, & non posse conueniri, ut alii sentiebant: ideo non est mirum, si diuersa senserunt: ad medium enim ex extremis uenitur. Mantuæ, die 13. Martii. 1500.

TRACTATVS DVODECIMVS
De maleficiis, cuius est unica quæstio.

QVAESTIO I.

Num liceat maleficium soluere opera malefici ad hoc parati utendo.

QVæritur utrum liceat maleficium soluere opera malefici ad hoc parati utendo.

Et uidetur quod sic. Quia necessitate exigente, licet uti iniquitate alterius ad commodum proprium ut patet in petēte mutuum ab usurario. Sed hic nihil aliud interuenit, nisi uti iniquitate alterius parati, &c. ergo est licitum. Et confirmatur: quia nō minus malum est iurare per idola; quàm simplex maleficium, sed secundum Aug. ad Publicolam, licitum est uti iuramento alterius per idola in pacis fœdere componendo: ergo licitum quoque erit necessitate vrgente uti maleficio alterius.

In oppositum est cōis sententia Theologorum.

Respondeo, quamuis præsumptuosa quædā ac temeraria opinio senserit licitum esse non inducere ad maleficiū faciendū: sed necessitate extante vti iniquitate parati ad maleficiū faciendum pp rōnē supradictam: indubiè tñ ab oībus fidelibus opposi tū tenendū est. Tum pp diuinum pceptū promulgatum Leuit. 19. & 20. & Deut. 18. Prohibetur siquidem in his locis recursus ad magos ariolos, diuinos, &c. Constat aūt q tales sunt parati ad hmōi sacrilegia & hoīes, ut plurimum necessitate aliqua consueuerunt declinare ad eos. Authoritate ergo diuina dānantur recurrentes ad eos, qui parati sūt maleficia agere, & mortis pœna puniēdi dñr & abominabiles Dño. Illicitum est igitur uti iniquitate sortilegorum maleficorum hmōi ad suum cōmodum, quacunque id necessitate, voluntarie tamen fiat. Tum propter rationem.

Ad cuius euidentiam sciendum est, non semper licere vti iniquitate alterius parati ad peccandum, sed tunc solum qñ pōt hoc fieri absque participatione in crimine: qñ autem hoc contingat, hic sumendum est. Duo sunt genera operum, quæ male exerceri possunt a paratis ad peccandum. Quędā sunt, quę deformitatem peccati habent necessariò annexam: sic q ab hic non possunt, etiam si uellēt, absque peccato fieri, vt patet de meretricio actu. Quædam verò sunt, quæ fm se bona uel non mala sunt, quę tñ ex uoluntate operantium sp habēt annexum peccatum: vt patet de mutuo vsurarii: mutuare.n. non exigit peccatum, sed vsurarius paratus est annectere sp mutuo usuræ uitium. Ex hoc autē sequitur alia dria, q primos actus nullus pōt petere aut cōsentire, vt ab alio fiat, quia sunt fm se mali: & Ro. 1. dicitur. Digni sunt mote non solum qui talia agunt, sed ēt qui consentiunt facientibus. Secundi uero generis actus licite potest quis petere, & eis consentire: qñ deformitatem peccati non ex se trahunt: sed uoluntatem alterius adiunctam sustinent. Ex hoc autem sequitur tertia differentia, q. ſ. in primis actibus non licet uti iniquitate alterius, quia hoc fieri nō potest absque propria. In secundis verò licite potest quis uti iniquitate parati ad hoc: quia ipse, petit actum bonum, puta mutuū, sed ille adiungit iniquitatem sibiipsi.

Duobus quoque modis contingit maleficium a maleficiis solui. Primo, per simplicem dissolutionē seu destructionem maleficii prius facti: puta dissoluendo ligaturam capillorum cum aunulo ligneo, &c. Et hoc absque dubio licitū est, nec est opus malefici, vt maleficus est, sed hominis scientis impedimētum boni proximi sui. Quoniam hic nulla euenit demonum inuocatio, sed sola dissolutio signi, quo durante Diabolus statuerat malum cōseruare alterius. Scdo, per inuocationē dęmonum, seu aliud maleficium. Et hoc est absque dubio peccatū mortale: & est opus malefici, inquantum malefic. Et ga tale opus non ex voluntate malefici, sed ex necessitate deformitatem peccati sibi coniungit, iō non solum agentes, sed petentes & consentientes, peccato se subiiciūt. Et ideo quamuis liceat debita prudentia adhibita, ire ad maleficū, & rogare

ut factũ maleficium destruat simplici dissolutio- F
ne non tamen licet ire ad eum, petendo ut alio ma
leficio aut inuocatione dæmonum primum de-
struat. Nec ẽt licet absolutè ire ad maleficum, & ab
solute petere, ut succurrat maleficiato. Tũ quia ma-
lefici opus, ut sic petitur, quando absolute petitur,
sicut cum quilibet alius artifex exposcitur. Tũ quia
particulare opus necesse est petere, & non uagè re-
linquere arbitrio viri diabolici petitionẽ propriã.

Et per hæc patere potest responsio ad obiecta. Tunc enim tantum licet uti iniquitate alterius ad proprium commodum, &c. quãdo petens petit actum bonum, vel non malum, sic ꝙ potest a rogato fieri absque peccato: quemadmodum contingit G
& in acceptione mutui sub usuris, & in postulatione pacti pacis cum infidelibus. Ille enim petit mutuum, quod potest gratis concedi: & hic petit fed⁹ pacis, quod potest ab illis principibus fieri, & stabiliri absque peccato, ueniendo ad fidem, & iurando per uerum Deum quamuis sciatur, neutrum id uelle facere absque peccato, quia parati sunt ex bonis petitis sumere occasionem peccandi. Sed a maleficis id qđ petitur, fieri non põt absque peccato: qm̃ subuentio dęmoniaca petitur necessario ab his, qui non possunt aliter subuenire, quàm per dæmonũ inuocationem. Mediolani die 16. Martii, 1500.

TRACTATVS DECIMVSTERTIVS, De Spasmo beatæ virginis Mariæ, cuius est vnica quæstio. H

QVAESTIO I.

Num quod de spasmo glorioſissimæ Virginis Mariæ matris Dei dicitur, sit canonicum.

SVpplicantibus quibusdã, indulgentiamque petentibus in festo spasmi beatæ Marię, & eius octauis, quod celebratur a dominica in passione usque ad dominicam palmarum inclusiue, iussum est, ut ego consulerem, si id, quod dicitur de spasmo sit canonicum, cui præcepto pro eo ac debui consestim obtemperans: quid mihi videtur, & qua rõne, scribere curaui, quatuor dicturus. Primo quid intelligatur rõne spasmi beatæ Mariæ. Secundò, si illud fuit spmasmus proprie dictus. Tertio, si fuit spasm⁹ vulgariter. Quarto respondebitur directe quæsito. I

Quo ad primum, cum Saluator noster tempore passionis exiuit a domo Pilati in Caluariæ locum, baiulans sibi crucem (ut dicitur Ioan. 19. & tres alii euangelistæ, ut patet Matt. 27. & Marci 15. & Lucæ 23.) narrant Simonem quẽdam Cyrenensem angariatum, ut portaret crucem Domini, euidenter elicitur qđ Saluator noster adeo debilitatus erat qđ crucem solus toto itinere portare nequit. Sed præter hæc, quæ ex euangelio habentur, scriptum inuenimus, non tamen authentice, quod Saluator noster ante angariatum Simonem, sub cruce cecidit. & quod beata virgo mater eius compatiens, etiam cecidit spasmata, & quod ad perpetuam memoriã ædificata est ecclesia ibi uocata sancta Maria de spasmo. Festum igitur spasmi beatæ Mariæ significat festum illius tristitiæ in illo casu habitæ, & tantæ assertæ, quod fuerit spasmus. Hæc de primo. K

Quo ad secundum, Spasmi nomẽ dupliciter sumitur. Vno modo proprie, ut sumitur a Physicis. Alio modo uulgariter, ut communiter idiotæ consueuerunt dicere, aliquem cecidisse in spasmo, Pri⁹ ergo de spasmo proprie dicto uideamus, si in beata uirgine fuit. Videtur enim quòd in ea fuit uel esse potuit: quia posita causa, ponitur effectus: sed excellens dolor quandoque est causa spasmi secundum Auic. in tract. de Spasmo. igitur cum dolor Christi beatæ virgini fuerit maximus: ut patet p Damascenum in li. 3. dicente, ꝙ dolores, quos mater domini euitauit in partu, passa est in passione filii: tunc enim impletum est illud Simeonis, Lucæ 2. Et tuã ipsius animam pertransibit gladius: ergo potuit cãre spasmum proprie dictum. Sed si diligentius consideretur, neque literæ, neque rationi hoc cõsonat. Dissonat quidem rationi Beatam Virginem ægritudinem aliquam passam fuisse. Tum quia similis debeat credi filio per oĩa, quantũ fas est: de filio aũt testatur Chrysostomus, quod non fuit conueniẽs ipsum aliquo morbo languescere. Tum quia hoc prẽstitum videtur Ioanni Euangelistæ, dicente Hieronymo in prologo Euangelii Ioannis, quod positus est ad patres nr̃os tã extraneus a dolore mortis, quàm a correptione carnis inuenitur alienus: spasmum autem propriè constat esset morbum cõtrahentem neruos: non igitur conuenit ipsum assere re in beata Virgine. Dissonat quoque a litera euangelij: nam Ioan. 19. dr̃, quod beata Virgo stabat iuxta crucem: & si spasmum (id est neruorum tam diram contractionem) in itinere passa est, quomodo tam cito liberata ad crucẽ uenit, nec sedet, sed stat, presertim nõ subtracta, sed potius crescente cã doloris spasmẽtis? Nec curẽdum est ad miracula, sed quod verisimile ac rationi consonum dicendum. Nec large putes Euangelistam dicere stantem, quasi dixisset manentem. Tum quia euangelista replicat, subdens: cum vidisset Iesus matrem & discipulum stantem. Tum quia consuetudo literę euangelistæ est quando rem gestam narrat, proprietatem situs designare: vt patet Ioannis primo de Ioanne Baptista, Stabat Ioannes, &c. & Io. 4. Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. hora autẽ erat quasi sexta, &c. & Luc. 18. Duo homines ascenderunt in tẽplum, vt orarent, unus Pharisęus & alter Publicanus. Pharisęus stans hęc apud se orabat, &c. & infra. Et publicanus à lõge stans: & infra. Stãs autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et nisi nomina propriè interpretemur, oĩa confusa erunt, vt philosophus docet in 4. Met. Tenẽdum igitur indubie mihi videtur, quod nec neruorũ cõtractio, nec morbus alius in beata Virgine fuerit. Et quanuis dolor ingens spasmum cãre possit, non tamen necessariò causat. potest enim & non causare spasmum: vt patet in saluatore nostro: cui⁹ dolor fuit maximus absque spasmo. Hæc de secundo.

Quo ad tertium: quia nominibus est vtendum, vt plures vtũtur secundum Philosophum, 2. Topi. non inconuenit etiam de spasmo, vt vulgus loquitur, tractare. Dicitur igitur vulgò spasmatus aliquis cediſſe cum præ doloris magnitudine syncopem seu extasim patiens cadit: occurritur enim tunc ad sustinendum, & aqua in vultum aspergitur. Et iuxta hunc sensum, crediderim ego dici beatæ Marię spasmum. Huiusmodi autem doloris modum in beata Virgine fuisse ex magnitudine suæ tristitiæ credi potest. Sed reuera neque illo modo spasmus in beata Virgine fuit: cũ. n. fuerit gratia plena, Luc. 1. oportet corporales defectus de ea negare, qui plenitudinem perfectionemque gratiæ impediũt. Cõstat aũt qđ dolor extra se personã faciens: exercitiũ rõnis impedit pro tunc erat tẽpus maximè actuali ter ſm rationem considerandi passionem Christi.

Igitur

Igitur huiusmodi dolor gratię perfectionem secundum actualem cōsiderationem rationis turbasset, quod est valde inconueniens, non fuit igitur huiusmodi casus in beata Virgine. Et confirmatur, quia gratius erat Deo, quod beata Virgo compateretur ei secundum rationem, quam secundum partem sensitiuam, quia illa pars est nobilior, & pprie meritoria, & per se grata. Oportuit ergo, ut dolor beatæ Virginis ita esset summus, quod tamen pars sensitiua regularetur, & subderetur rationi eius uigilanti. stante autem rationis exercitio, ac dominio actuali super partem inferiorem non accidit dolor extra se faciens personam & casum. Quare spasmus uulgariter dictus longe a beata virgine uidetur fuisse. Hæc de tertio.

Quo ad quartum ex supradictis motus, dico ad quæsitum id, quod de spasmo dicitur, non esse canonicum multipliciter. Tum quoad radicem, quia non est authentica. Tum quo ad veritatem significatam per nomen: quia Spasmi nomen nec propie propter dignitatem corporis, neque vulgariter sūptum propter dignitatem animæ uerificatur. Tum quo ad tempus, quia vestigiis sanctorum Patrum in hærendo Dominica in Passione, & Dominica in Ramis palmarum etiam si festum Annuntiationis beatę Virginis cuenit, non celebratur, sed transfertur: sunt enim priuilegiatæ Dominicæ illæ. Et tamen isti non quandoque, sed perpetuo, præfatis dieb. uolunt noua festa celebrare, & consequenter antiqua delere. Octauæ quoque si iuges illo tempore permittuntur, Missæ Quadragesimales, aliaque uetusta officia cessare possunt. Accedit ad hæc, quòd cœna Domini sacramenta corporis & sanguinis Christi instituta nascantur, & Ecclesia tamen transtulit festum corporis Christi in aliud tempus, quoniam circa corporis Christi uenerationem illo tempore occupata, distrahi in alia quamuis bona non debet. Vnde si festum doloris beatæ Virginis celebrandū est, in aliud iudicio meo, tempus & nomen mutandum est. Hæc sunt reuerendissime domine, quæ mihi uisa sunt in re hac dicenda. Apostolicæ tamen sedis censuræ omnia submitto. Romæ, die 17. Iulii 1506.

Secundi Tomi opusculorum Thomæ de uio Caietani, Cardinalis sancti Xysti, Finis.

TOMVS TERTIVS
OPVSCVLORVM THOMAE DE VIO CAIETANI, S. R. E. CARDINALIS DIGNISSIMI TITVLI SANCTI XYSTI, CVIVS SVNT QVINDECIM VTILISSIMI TRACTATVS.

SVMMARIVM.

1 *De ui cultus diuini & orationis efficacia.*
2 *De unione verbi cum natura humana.*
3 *De causa & origine mali, & cur homines plura & maiora mala inuaserint magis quàm cætera animalia.*
4 *De immortalitate animarum.*
5 *De modo quo animæ patiuntur ab igno corporeo, & de corporum cruciatu.*
6 *De ecclesia & Synodorum differentia.*

TRACTATVS PRIMVS in sex orationes diuisus.

ORATIO PRIMA.

De ui cultus diuini, & orationis efficacia, coram Alexandro sexto Pont. max. Dominic. Prima Aduentus. Anno salutis, 1508. habita.

RESpicite & leuate capita uestra. Luc. 21. cap. Ingenii mei vires mensus S. ac B. pater, mihi ipsi satis esse ad dicendum coram maiestate tua, pollicitus non sum: Noui siquidē quanta mentis acie, quanta orandi arte, & consuetudine, quanta disciplinarum omnium ubertate opus sit, ut in hoc celeberrimo orbis Senatu dignus quis ad orādum habeatur. Nec adduci potui, ut mea huc sponte conscenderem, sed malo parendo tanto me discrimini credere quàm minus auscultando in tuto silentii portu me commorari: præsertim quòd non aduentitium, sed proprio annexum officio munus explendum est. Verum quia etiam ignorantibus quid agere debeamus, hoc supereſt refugii, ut oculos nostros ad Patrem luminum dirigamus, eius opē quo uberius impetremus, reginam cœli una, precor adcamus. Aue Maria, &c.

EXcitaturus Torpentium corda fidelium Dominus ac Redemptor noster prodigia illa tremenda commemorauit, quibus vniuersus cō quatietur orbis: & ubi cunctorum animos insenti pauore soluendos respexit, tremefactis discipulis, orationis protinus patefecit auxilium. Respicite, inquit, mentis procul dubio lumine, ad quam maxime spectat oratio, & leuate capita uestra, intellectū & affectum ad superiora erigite: his namque partibus suis, duabus ueluti librata alis, tribunal Altissimi mens petit humana, cuius nimirum ascensum proprie orationem appellamus. Ea de re a Dominicæ exhortationis instituto nequaquam diuertens, de vi orationis aliquid in medium afferendum cēsui quod & tanto consensu indignum non sit: & mentis utranque partem uel mediocriter oblectet.

Apud maiores nostros, eosdem studiosissimos viros, non negligenda illa ambiguitas quę excitata iampridem fuit: quis uotorum mortalium precum ue ad Deum proprius fructus sit, quorsum orationes, obsecrationes, cœremoniæ, sacrificia, omnisque Dei optimi maximi cultus.

Epicurei siquidem, Stoici, peripateticorumque nonnulli (diuerso quamuis calle) contra Deum hominumque commercia progressi sunt: in eam tamen sententiam conuenere, ut eorum, qui diuinis rebus operam dant, spem omnem deludant: frustrari namque exectationem lacrymarum, oblationum, uenerationum, & id genus humanorū officiorum omnium asseuerant. Aegyptii uero, supplicationibus, processionibus, reliquoue diuinarū

rerum

rèrum cultui eam tribuere poteſtatem, quo ipſum rectorem mouere, atque in alterutram partem flectere poſſe crediderint. Chriſtiana autem religione Spirituſſancti uirtute fundata, & ſplendore pariter illuſtrata, orationum effectus tam pulchre moderata eſt, ut neque diuinæ prouidentiæ quippiam ademptum autumet, neque mobilem eā quo uis pacto fateatur. Quocirca pro huius tantæ difficultatis ueritate diſputanda, prouinciam ſuſcipiēs, primum quod oratio in numero cauſarum, deinde quod in effectiuarum ordine, demum quòd in ſuprema earum ſede locanda ſit, differere conſtituí.

Omnipotens Deus etſi ſolus quæcunque facta infectaue ſimul non impleant, efficere poteſt, quēadmodum tamen diffundendæ bonitatis ſuæ gratiæ, res omnes, quæcunque ſint, exiſtentia donauit: ita res ferè cunctas omni relegata inuidia ad ſuprema deitatis participationem aſciuit, dum agendi eis uirtutes liberali largitione conceſſit & tanto fœdere ſecundas ſibi cauſas deuinxit, ut nec illius immenſitas quantulamcunque efficaciam abſorbendo conſumeret, aut præueniēdo impediret, nec harum interuentus, illius ad ultima quæque aditum obſtrueret. Illapſus.n. quidā diuini nominis adeo intimè fit, ut cœlum ac terras campoſque liquentes, Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaque aſtra, Spiritus intus alat, totamque infuſa per artus, Mens agitet molem, & magno ſe corpore fundat. Diſtribuit quoque ea lege totam agētium ſeriem in tres ordines (corruptibilium, cœleſtium & immaterialium,) ut & inferior ſuperiori obtemperet, atque extra qn potius ſupra oēs, ipſe toti⁹ orbis princeps moderator præſideat, neque.n. fas eſt aliis primam connumerare cām, quaſi partis cuiuſdam naturam locum teneat: qñ totius bonitatis fons origo cuſtodia, conſummatioque ſola ipſa exiſtit. Quamobrē p̄clare Ariſtoteles gloriоſum Deum ſummum bonum uniuerſi, nō in ipſo clauſum, ſed extra ipſum tradidit. Nec ipſius ſola natura, cuiuſcumque naturalis ordinis legibus eſt abſoluta, verum diuinas ēt quaſdam participationes fatemur exemptas. Credimus modum quēdam rerum eſſe, quas etſi impartiri pleriſque intellectu p̄ditis nō ambigimus, cōnaturales tñ alicui nulla authoritate fieri poſſe p̄dicamus, docemus, demōſtramus, ſunt autem gratia, charitas, lumē gloriæ, & id genus multa. Quæ idcirco ſup̄ omnem eleuantur naturā & creaturam, & quæ creari poſſet, quia diuinum aſſequuntur ordinē, ueluti deitatis (ſi fas eſt dicere) proprietates. Eodem quippe naturę uinculo, quo ultimæ præparationes cōſequenteſque uires propriis connexæ ſūt formis, & partem eſſe oportet naturæ & comitum communicationem, eodem inquam uinculo, quę memorauimus, excellentiſſimæ illi naturæ coniunguntur diuinæ, nec minus uis omnis ſeipſam excedens illius fieri conſors poteſt eſſentiæ, quam rerū harum fiat participatio inſignis, nec deitatis capax eſſe quiſquam magis pōt, quā earundem perfuſiōe red datur. Has itaque creaturarum eminentiſſimas qualitates naturalium cauſarum ordines tranſcendere ea fatendum eſt rōne, ut inter cauſas ſecundas annumeratæ, primatum obtineant. Vniuerſo itaq; agentium principiorum ambitu, quo diſſeruimus mō diſpoſito, quē promiſimus orationum cauſandi uim, diuerſos cauſarum gradus inueſtigando perſcrutemur. Familiaribus quidem nobis rerum principiis producendum ſi quis eſt, calore reſolui, frigore comprimi, humido fluere, ariditate ſiſti, raritate extendi, denſitate conſtringi, affectionibus reliquis ſubijci, fluxa atque oppreſſa pugnantium inter ſe virtus exigit. Mēs autem, cuius orare proprium eſt, quātum hęc aſpernetur, his præſtet, horum infra ſe ſubiecerit poteſtatem, nec illos quidē latet, quibus Philoſophia, ſenſuum, quoque opere ab his libera eſſe monſtrauit, ſed quibus in ſemetipſis vel hoc aduertere datum eſt, quod immutati cōtemplemur. Paulò ſuperius artium genus, organorum ſeries ſecreto vehit nexu: hiſque ademptis otioſi redduntur opifices. At qui optimam elegerint Mariæ partem, exterioribus ſeſe negantes, publicas priuataſque actiones ſolicitudineſque recuſant. Bonorum deinde officiorum virtutis, morū, totiuſque animi ornatus, q̄ indita à natura ſemina ſunt intra ſingulos quoſq; continentur: neque fieri pōt, vt altero voluptates à ſe abdicante, per ſimoniam ſectante, ira moderāte timorem depellente, ius vnicuique reddente, diſciplinæ cuiuſuis operam dāte, mentēque quōlibet excolente, continēs, temperatus, manſuētus, fortis, iuſtus doctuſve efficiatur. Diuinarum verò obſecrationum vis, in auguſto orantis angulo non arctatur, ſed ad extrema quæque diffunditur, omnia perluſtrat cunctorum fines attingit, penetrat, pertrāſit. Sydera quoq; poteſtas quintæ itegratur eſſentię à terminis aſtrorū, curſu, luce, occulto ve influxu perficitur. Supplicationes verò ſacras cœleſtis naturæ, motus, luminis influxuſque expertes vtroque patet eſſe mō: agere .n. noſtro iſthęc cęleſtiū more nemo (niſi deſipiat) credit. Agi autem ſuperiorum corporū afflatu opinantes intellectiuam animę portionem (vt princeps Phyſicorum ait) à ſenſitiua ſeparare neſcierunt. Intelligentiæ denique (quas Angelos appellamus) aut abſque orbis motu efficere poſſunt nihil, aut certè ſolis localibus (vt Theologis placuit) præſunt mutationibus. At precibus puro de pectore emanātibus hominum ſubdi omnia, obſequi, ſubterfugereque nihil earum imperiū, veritas teſtatur. Quic quid orantes petitis, credite inquit, quia accipietis, & eueniet vobis. Quapropter ſi naturales, facti uę, actiuę, cęleſtes ſpirituales ſque, cauſæ noſtrarum intra ſe non cladunt orationum potentiam, ſoluſque ſupernaturalium diuinarumque ordo ſuperſit, in hoc rerum faſtigio humanorum precum ſit cauſæ ſunt, reponendam eſſe dignitatem mentem que quis non videt? Verum cùm alt iſſima ſit iſta hæc rerum ſeries, Creatorique ſoli cognata, fieri quo pacto poteſt, ut obſeruantiæ huiuſmodi (humana quidem facta) noſtro ſubditæ arbitrio, in tā excelſo rerum cacumine locāde credātur, Incredibile autem diſſonumque ne cuipiam hoc eſſe uideatur, humana uota bifariam perſpicienda ſunt, ut hominis nuda opera atque iterum ut cęleſtis gratiæ afflatu decorata. Noſtra ſi conſpecta fuerit, cōgenitam boni cupiditatem ad bene beateque uiuendi facultatem prę ſe ferunt, & veluti ſemina terrę commēdata, Sole, imbre, rore, cultuque reliquo pullulant, creſcunt, floreſcūt atque fructificāt, non ſecus latens in homine ſpiritus, frequenti officio, diſciplina, ſtudio, diligentiaque ex cultus quicquid virtutis exculpi poteſt, proferet, fouebit, alet, atque perficiet.

Et quia natura ſuperuacanea abhorret, nec ratio ſuadet alterius opem quærere vbi porſis ipſe perficere, nulla ad huc ſupplicandi neceſsitas, nulla tot precum vtilitas apparet. Quo fit, vt poſthabendi penitus non ſint magno excellentique ingenio præditi Philoſophi, ſi ad uulgares compeſcendas inſolētias, ad effrænē moderādā audaciā, ad bonos in-

inſerendos mores, cultum iſthunc adhibendum tradiderunt. Inſitas ſcrutari vires, ſingularem dehominis ſalute clementiſſimi Dei ſolicitudinẽ, ex qua noſtrarũ petitionum oritur efficacia, promiſſamque ęternæ uitę beatitudinẽ, quæ eiſdẽ fructũ pbet, ignorarunt: abſconditenim hæc Deus pater arcana a ſapientibus & prudentibus huius ſeculi, quæ ſuis erat paruulis quandoque reuelaturus. Ornata autem humana mens gratia, fide, ſpe, charitate, cæteriſque perfuſa cœleſtibus habitibus: primæ ſummæque bonitatis amore rapitur, illius intuitũ concupiſcit, inhiat, anhelat. Et quia oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quod prępara uit Deus diligentibus ſe, & non modo debilis, infirmus, deficiens omnium hominum & Angelorum conatus, verum etiam nullus fore comprobatur, hinc potentiſſimi Dei inuocanda eſt manus, hinc implorandum auxilium, hinc expetendus ducatus, hinc miris quidem ueris tamẽ modis & immoto conſilio diuina exoratur clementia & orationum noſtrarum non petit efficacia. Quemadmodum enim generi animantium inanimatarumque rerum omnium eſt a natura tributus appetitus quidam inquirendi boni: id tamen aſſequi nequaquam poteſt, niſi ſecretis abhibitis adminiculis ab eo qui operatur omnia in omnibus, eiuſque ducatur: ita ſane concitata in nobis per Spiritum ſanctum ſummi boni deſideria, expletum iri humili intercedente poſtulatione congruit. Expoſcit nãque diuinitatis perſpecta lex ab optimo omnia nedum prona ad bonum fieri, ſed opem ſortiri, quaſeſe ad id diuerſo ferant gradu: ſi enim effuſa diuinæ bonitatis quantulacunque ſimilitudo res omnes conſtituens, atque decorans ſecum affert, niſi contingens quidpiam præpediat innati cuiuſque appetitus finem uoluptatemque naturæ, quanto magis impreſſa ſanctiſſimę Trinitatis imago ineffabili gratiæ ſplendorem coruſcans conferet, ut quẽ a facie Domini concepimus, & parturiuimus Spiritum ſalutis, propriis nexibus quandoque paria mus. Commonentis præterea officium eſt, ſi quos ad optandum, aggrediendũ, agendunque impulerit eorundem electione, aggreſſu, actione vti, cœpta que, quo ad eius fieri poteſt, perficere, propterea quidem qua ratione mouentur ſingula, eadem & quieſcunt. Natura etenim lata, natura aſſequuntur, natura manent, vi autẽ expulſa ui trahuntur vique obſiſtunt. Fecit autem ſapientiſſimus Deus nos ad ſe, & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in ſe. Scimus namque, quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit, & intra noſmetipſos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectantes redemptionem corporis noſtri. Suum igitur erit pios, quos inſeruit affectus, quibus ad eum ſuſpiramus, quos petẽdo accedimus. non excludere ſed admittere, fouere, beare. Cur rationalis creaturæ ſublimitas ſcribiſ, prædicatur, extollitur, ut diuinæ naturæ conſortes ut filii Dei nominemur & ſimus, ſi Dei cooperatores non ſumus? Si ad capeſſendum paratum nobis ab origine mundi æternitatis regnum opera nra efficiunt nihil, miſerabiliores profecto non modo nationibus, ſed uiliſſimis etiam quibuſque rebus ſi lii Dei ſunt, ſi reliquorum formæ, actiones & fines paritate congaudent: eis verò acceptæ naturę ad qętem obtinendam omnis actio ſubtracta ſit. Quorſum diuinę amicitiæ munus humano collatum eſt generi, ſi amicorum iura ſeruare non poſſunt? ſi cuiuſque hominis apud Deum nulla eſt authoritas? ſi quod optat quis optimum, ſi æqua eſt petentis atque non petentis conditio, & par vtriuſque facultas? Preſtarem nempe obſecrantem non id infert, vt aliquid velit aut malit immutabilis Deus: ſed vt opera noſtra fiat, quod aliàs factum non fuiſſet, ſed vt accommode cauſæ efficiẽdis adhibeantur rebus. Secundarum quippe cauſarum leges non norunt, nõ ideo negant vanas eſſe, quod ſummi opicis potentiam augeant aut voluntatem mutent: ſed quia ſtatus ordo ſeruatur ga effectus cognatus etiam habent cauſas, quia à ſummo bono deſcendunt conſono gradu rerum perfectiones. Ita nanque ſapientia attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Proĩ de quæ ſeruorum Dei paupertatem, cælibatum, ſeruitutem, ieiunia, vigilias, ſolitudinem, orationes, cæteroſque ſupernæ vitæ gratia ſuſceptos labores deſcipiunt, & cãre nihil contendunt, detendat una eſſe ſingula hominum ſtudia, accuſent auidos agricolas, arguant ſolicitos negotiatores, milites, omnium, artium opifices, & varijs literarum diſciplinis opera dantes, damnent ipſam denique naturam, quæ ſicut ad vitæ ſtatus glorięque commoda poſſidenda, laborãdum eſſe ſuggerit, ſi ad felicitatem habendam orãdum eſſe docuit fidelisſimo naturæ, teſtimonio, omnium nationum omniũ, prſus ſeculorum ritu comprobãte, neque enim vel noua vel ſingularis obſecrationum eſt religio, ſed ętate, tẽpora, quitateſque ſi recenſeas, vetuſtiſſimã hãc obſeruationem toroque orbe terrrarum diffuſam, tametſi diuerſo cultu, ſemper inuenies. quod autem indeficiens apud omnes perſeuerat, à natura inditum, aut immobiliori aliqua cã inſtitutum eſſe, omnium philoſophãtium ſchola confirmat. Non vana itaque nec parua poteſtate donati ſum⁹, quando interpellandæ nobis diuinæ maieſtatis facultas conceſſa eſt, quãdo noſtrę orationes, noſtri exempli efficiuntur cauſæ deſiderij, hoc de primo quidem diuiſionis membro diximus.

Deinceps vt erat propoſitum, ad quod genus cãrum referenda ſit oratio, paucioribus abſoluamus. Quamuis P. B. arguta dicta, quæ diſſerui mus, ſcioli plerique putent, retundere tamen quàm aſſentire malunt. Cauſarum inquiunt, genus quadrifariã diuiſum cùm ſit, veſtra iſthęc religio, ſi earum continetur ambitu, quam denique ſubit cãndi rõnem finis, forma & materia eorum, quæ in ſacrificij obtenta creduntur, ab humana longè ſunt opera, efficiens verò cùm oporteat rem aliquam dare factis, & hominum vota nil oratione tribuãt impetratis, procul eſſe ab agentium finibus fatendum eſt. Deficiunt præterea numquam aut certe raro, rerum per ſe actiua, oratur autem plerũque expectatione vana fortuita. igitur, aut nulla huiuſmodi cult⁹ vis eſt. Animaduertiſſent profecto hi argumentationum ſuarum, quàm friuola ſit ratio, ſi mentis oculos ad geminam coniecciſſent ſectionem. Alteram agentis in diſponens, adiuuans, conſulens, & perficiens, alteram modi agẽdi in imperium, ſuffragiũ, atque miniſterium. Relucet in his agentis nomine etiam ſuffragantem admitti, nec enim duntaxat dicitur dare qui tribuit, ſed & qui interpellat, ut deẽ. Nec ab re, ut enim prępicipiens effectiuum eſſe conſtat (quia obtemperãtem executorem ad agendũ promouet) ſic & petens qui actorem ad faciẽdum flectit, quia & apud grammaticos idem imperatiuus & deprecatiuus eſt modus. Nec indignum rationali cenſeas creatura, quod reliquis quietum eſſe ex propriis viribus ſit à natura collatum, ipſi autem tam humili actione alienam opem implorare

rare necesse sit. Meminisse enim oportet, quam in ardua difficultate de cœlestibus motibus disserens author peripateticorum protulit sententiam: Meliorem inquit fore ęgrotantis fortunam compluribus auxiliis persectam assequi sperantis ualetudinē, quam paucioribus exiguam. Librandas rerum naturas ex hoc uoluit, non quia potiundi boni potentia est maior, sed quia bonum potiundum est maius. Non minor itaque rationalis est creatura, quòd externo destituta auxilio optimum in tota natura consequi non valet: sed eo altiorem conscēdit, gradum, quo excellentior & omni cogitatu superiori li fœlicitas proposita atque parata est. non officit ēt quod nostris optatis plerumque oratio non respōdet: causarum enim non quouis modo: sed rite dispositarum lex est nunquam aut raro deficere. Vegetabilium quippe semina non aliter, quam vadis mandata sulcis suo tempore opportunaque diligētia exulta obtinent: ut sæpe fructus afferant. Sol cū homine hominem, cum Leone Leonem, cum singulis animantib. singulorum genera semp fere generat, mō quędam non desint preparationes. Quo circa si Dūm precantes, nulla affectio causarū more, efficaces saltem frequenter redderet, merito causalis eos ordo a se abdicaret: sed cum eorum tātus sit uigor, ut totus adsit orationis effectus, non sine quo incassum ligant, sed cum quo fructum referāt expectatum: iure inter effectiuas causas locum sibi uendicant. Accepimus uero petentes pie perseueranter, pro se necessaria ad salutem obtinere non sæpe, sed semper efficere quod cupiunt pie quidem petēdum est: alioquin licet multiplicauerimus orationes, petimus, & non accepimus; eo quod male petamus, qui enim declinat aurē suam, ne audiat, oratio eius erit execrabilis, & cum eis qui displicet impetrandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Dedit equidem postulantib. regem in furore suo, & respexit in orationem humilium, q noluntatem timentium se facit, & deprecationem eorum exaudit. Perseueranter autem, qm̄ pr̄ misericordiarum & Deus totius consolationis rogari instantissime vult, ne oblata aut illico impetrata uilescant, & nosipsos ad percipiēda promissa deuotionis igne accensos præparemus. Clausis ostiis intempesta nocte se pueriscq; suis somnum capientib. euāgelicus amicus post negatū mutuum, post increpatam molestiam improbitate pulsantis victus, quotquot opportuni fuerant, panes elargitus est, pro se vero qnquidem obstare eius petimus aut oramus scelera, ne etiam Sanctorum preces admittantur, Hieremiæ contestatus est Dominus: Tu inquit, noli orare pro populo hoc nec assumas pro eis laudē, & orationem, & non obsistas mihi quia non exaudiam te.

Et rursus. Si steterint Moyses, Iob & Samuel corā me, non est anima mea ad populum istum. Necessaria demum ad salutem eternam petendam sūt, qd enim reliquorū oremus, sicut oportet nescimus: nouit aūt cęlestis Medicus, qd ægris salubre sit, & idcir co sæpe non tribuit qd uolumus, ut tribuat qd malle mus. Si. n. nos cum simus mali nouimus, bona data dare filiis nostris, nec credentib. se petere panem, ouem, dat piscem, lapidem, scorpionē, aut serpentē porrigimus, quanto magis pr̄ nr̄ cœlestis quæ abfutura videt, clemētius negat, quam indulgeat. Iacobus & Ioannes individui Christi comites, dextram læuamque regni sedem petitum mittūt, & audiūt, Nescitis quid petatis. Paulus vas electionis stimulū carnis suæ angelum Sathanę ęgre ferens ter Domino rogato pro illius ablatione exauditus non est: quia si illo caruisset, saluus esse non potuissent. Efficit ergo semper optatum, mō suis partibus constet oratio: reliquum est, vt in suprema sicut premi simus, reponatur. Tanti nos fecit munificentissimus Deus, vt ex infimo genere vota hmōi in altissimo post se cārum solio, omni ei creatura subacta statueret, declararet, factiq; cōprobaret. Oratione namque terra operta est & deglutiui Dathā & operta cōgregatione Abiratio rursus clausa est. Inordanis vnda perpetem suum meatum rētorsit: aer mensibus sex & annis tribus serenitatem seruauit: ignis à castrorum cōbustione cessauit. Oratione grādo, tonitrua, pluuia, muscæ, ranæ, locustæ fugatę sunt, Rebecca à sterilitate soluta, Maria à lepra mūdata, execati & rursus illuminati Syri, Ezechiæ quinti adiuncti sunt anni, vita fructi pueri reuixerunt. Orationes Moyses Amalecitarum profligationem, Sāson extremum robur, Salomon sapientiam, Daniel visorum reuelationem, Hester assueri gratiam, Mardochæus populi liberationem, Susanna intentatę morti vltorem obtinuit. Oratione sol commoratus in cœlo lengiorem triumphāti populo diem præstitit, soli recessus in decimum pertrāsitæ viæ gradum, Esaiæ vaticinio testis affuit. Oratione immanissimus draco, cui permissum est animas seducere, in angustum deserti carcerem detentus est, dæmonum genus apostolicæ authoritati resistens ejicitur. Angelus Dñi centum octaginta quinque virorum milia interemit, Michael Iudęi presidium tulit, Gabriel Danielem solatur, Raphael Tobiæ lacrymis affuit: sed quid per creaturas uagor? Creator nempe ipse humillimi famuli sui oratione deceptu m se fatetur. Dimitte, inquit, me ut irascatur furor meus. O humilis lacryma, quāta est potentia tua, vincis inuincibilem, & superas Omnipotentem. Tua sunt hoc Deus optime opera, qui seruos tuos tam ineffabiliter magnificas; quippe cum eorum interpellationibus desiderijsque uniuersam subiecceris creaturā, tu amicos tuos tam admirabili gloria decorasti, vt quicquid à natura, virtute, fortuna, spiritu, atque à temetipso expectādū est hoc totum illorum votis commiseris. Vere misereris Domine, & nihil oditi eorum, quæ fecisti, quādoquidem cæci illius in Christum tuū adhuc caligātis sententiam (qua dixit, Nos scimus, qp̄ peccatores Deus nō exaudit) dum Nabuchodonosor, Achab, Publicani, Petrique preces admittis, confutasti & ad flagitiosos quosq; exorādi munus ostēdisti. Habet itaque ecclesia tua B. P. sacrum cultum non vanum, aut fortuitum, sed inter cās effectiuas supremi ordinis omnia suadictione concludentē. Nec in vacuum obsecro tātam Dei gratiam, largitatemque recipiamus, regnum tuum Domini Iesu est oratione comparatum: dicente ad illum patre, Postula à me, & dabo tibi Gētes hæreditatem tuā, & possessionem tuam terminos terræ. idē est eiusdem oratione confirmatum, dicente ipso ad Petrum. Ego rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: propter quod Romana Ecclesia immaculata fide perseuerat. Collapsum ergo idem præceps ad prope ruinam cum uideamus, experiamur, sentiamusque, sursum respiciamus, & leuemus capita nostra. Oremus mente, oremus & spiritu, ne vox illa repetatur, populus hic labijs me honorat; cor autā eorum longe est à me; cui debetur omnis honos & gloria in sęcula sæculorum, Amen.

ORA-

ORATIO II.

De unione uerbi cum natura humana, coram eodem Alex. 6. dominica prima Aduentus; anno Salutis 1502. habita.

VIdebunt filium hominis cũ potestate magna & maiestate. Lucæ 21. c. Admirabile sacramẽtum, quo filius Dei se nostra cum humanitate coniunxit, Dionysius Areopagita B.P. profundi⁹ sensit, quam a nobis explicari possit. Silentium tamen ob hoc nobis non induxit, sed mysterii altitudinem commendauit. Quamobrem studiosas mẽtes, quæ ad difficillima quæque perscrutanda sese rapiunt, prouocauit ad huius tantæ rei contemplationem non minus salutarem, quam difficilẽ. Tali concitatus desiderio statui apud me ipsa unione uerbi cum natura hominis aliquid tam subtiliter, tamque modeste differere, vt tanto loco dignum quippiam afferrem, & professioni meæ uideretur aptissimum. Attamen primum Mariæ numen, ut præsens nobis adsit, humiliter imploremus, dicentes Aue Maria, &c.

CVm ad ædificationem perpetui templi solius atque omnipotentis Dei, in quos B.P. & reuerẽdissimi Domini tanquam columnę positi statis, illud immutabile fundamentum iaceretur. Verbũ ęp in principio erat Deus, caro factum est admiratione pariter & stupore cõmoti sunt plurimi, subtiliusque inuestigare molientes, quomodo unus atque idem verus Deus, & uerus homo esse possit, ad philosophiam sese contulere. Cumque illa prospexissent, quod omnis secundum substantiam, aut secundum accidens sit, utramque perscrutati, diuersa vtrinque obstacula offenderent. Etenim si substantialis est ipsa Dei hominisque coniunctio, aut diuinitas erit humanitatis forma, & perinde, ut Apollinaris sõniauit, tertia quædam natura ex vtriusque commixtione conflata est. Si uero accidentalis affirmatur, siue diuinam dicamus, Verbum habitare in illo homine, veluti in templo, siue vt indumẽtum connexum (quemadmodum duas hypostases in eandem personam cõponentes cõcedere oportet Nestorianam impietatem a finibus ecclesiæ iãpridem a patribus explosam reuocaremus. Quo fit, vt nodosa nimis quæstio Christianæ religionis professoribus obiecta videatur. An forte satis erit nobis pertransire crassa (ut aiunt) Minerua: & ruditer arbitrari talem fuisse illam unionem, qualem Deus uoluit, aut qualem ecclesia credit. Sed si hæc fides sufficit, uana est admonitio principis Apostolorum, qua nos paratos esse iubet de ea, quæ apud nos est inconuulsa fide, omni poscenti nos rationem reddere. Quo itaque fœdere Verbum caro factum sit, quantum a sanctis patribus accepimus, & nobis tribuere dignatus est qui omnem hominem ad se humiliter properantem adiuuat & illuminat, paucis mihi prosequẽdum restat. Et quoniam omnis de aliqua re institutio a diffinitione debet proficisci, vt intelligatur quid sit id de quo disputatur, in primis præhibandum reor, qui sit uniri in natura, quidve in persona. Vniri in natura dicuntur, q̃cunque e diuersò venientia ad vnius naturæ integritatem perficiendam concurrunt siue informatione quadam, ut anima & corpus hominem integrant: siue continuatione qualibet a natura instituta, qualem animalis membra præ se ferunt, siue quibus alia enascentium conuersatione rerum id euenire contingat. Cum autem ex philosophia, nedum a sacris literis, didicerimus diuinitatem & in seipsa omuis compositionis expertẽ: & in cuiusuis alterius coheretionem uenire non posse, vtpote, cuiuslibet imperfectionis ratione illi repugnante, assumptio hominis a Dei uerbo unionem in natura repellit: uniri uero in persona illa dicuntur, quorũ vna eademque existit a Græcis hypostasis appellata: a nobis autem substantia indiuidua. Addidi autem, indiuidua: quoniam consuetudo Latinorum, & quæ communis est substantiam usurpat: At vnio hæc secundum personam non unorũm modo intelligi potest. nam quodlibet accidens ab eo, in quo est, constat secundum personam indistinctum esse: partes uel integritatis uel essentiæ cuiuscunque hominis, quantum ad personam attinet, eædem sunt cum eo, cuius partes esse dicũtur. Verum cum diuino uerbo fas non sit quippiam accidere, & ordo rerum nequaquam patiatur humanitatem, quæ ad substantiam spectat accidentis essentiam subire, intelligi nullo modo potest, vt humana natura deuicta Deo personaliter sit: quemadmodum accidens subiecto suo inhęresceit. Quod si ad alterum modum recurras, quo partes atque membra personę copulãtur, incidis in Scyllam cupiens vitare Charybdin. Deum enim aut hominẽ partis deffinitionẽ subintrare fatendum esset: quorum utrunque riderent philosophi, alterum orthodoxa detestaretur ecclesia. Quid ergo? succumbemne nobis erit? minime gentium. Perspicacius quidem intuentibus uideri potest quod membra cuiusque hominis & partes sunt & organa: partes quidem, quoniam totum integrant; organa uero, quia ad officia muneraque propria accommodantur. Organa autem dixerim non quæcunque, sed connexa. Habẽt siquidem artifices & alia instrumẽta a seipsis abiuncta, quæ à prioribus tantum distãt, ut nequaquã valeãt alter alteri manus aut oculos, quemadmodum ensem aut calamum commodare, propterea quod nostra isthæc membra nobiscũ subsistunt, illa uero remota a nobis sunt, & existũt per seipsa. Nec partes & quæ diximus coniuncta organa, tã mutuo inter se connectuntur vinculo, ut neutra possint ab alterutris separari; qñquidem & si nullum intelligatur genus partium, possunt nihilominus huiusmodi instrumenta remanere. Nam & sensoriæ quæque partes non eo quod partes cõpares hñt, organa sunt, sed qñ ad suas apte sũt functiones: vnde si senex oculum solum iuuenis assumeret, uideret utique sicut iuuenis, & si quis prẽterea corpus totum animę organum dixerit, nullus erit error. Quocirca modus quidã relinquit, quo personalis aliqua coniunctio definiri potest, nulla se uel partium, vel accidentium natura commiscẽte, quando organum implicitum asseueranimus cuipiam tributum esse personæ, atque hoc nimirũ pacto nostram naturam Dei uerbo unitã citra omnem dubitationem confitemur. Et quoniam in tota earum quæ apud nos sunt, uniuersitate rerum, nihil tã simile uerbo Dei, quàm intellectiua anima reperitur, ab ipsa exẽplo qualicunque sumpto, ea q̃ diximus, fortasse subobscura pendantur. Cernere libet nostram animam, prẽter quod corporis est forma, utroq; potiri instrumenti genere: dum & sui corporis ciusque partium perinde ac congenitorũ organorum utitur ministerio, & externa adminicula perficiendis adhibet operibus; hominis n. corpus coniunctum intellectiuæ aĩæ organum putandum est non ob id esse, quia ipsa illud informat & perficit: sed ob eam potius cãm, quod idem cum ipsa sortium est subsistere. Enimuerò si sola ui intelligentię adimeretur animę, hoc ipsum quod corporis

poris perfectio est, retineret nihilominus secum il- F lud idem corpus, quatenus instrumentum coniū-ctum: vt Platonici omnes, Peripateticorum vero illi, qui vnus hominibus dedere intellectum, affirmant. At si incredibile aut ambiguum adhuc cuiquam videtur, vt spiritualis aliqua substātia corporeum habet quippiam eiusdem secum ēt participans, quo proprias absoluat actiones, & tñ eius forma non sit, ad seipsū redeat, seipsū intueatur, desese ipso dubitet. Nōne intellectus hoīs ad explicādos eorum que intelligit, conceptus lingua vtitur, quę corporalis est, & eadem omnino persona cum illo constans, & tamen intellectus nullius corporis G est actus? Quemadmodum itaque intellectiua anima miris quidem, veris tamē, modis geminum habet instrumentum iunctum & abiunctum: non secus profecto glorioſus Deus vniuerso creaturarū genere veluti organo vtitur separato, dum per secretum, intimumque illapsum se rebus immiscēs, ad suę voluntatis arbitrium deducit omnia, & cuncta in singulis, & singula in cunctis operatur. Illā autem humanitatem, quæ in Christo permanet, tāquam organum coniunctum assumpsit; atque ad illa magnifica & excellentissima solius Dei opera, redemptionem generis humani, sanctificationem peccatorum, æterni regni aditum, & id gen⁹ multa accommodat, agit, exercet. Quare prędare H Ath vnionem animæ ad corpus, non vt materiā, sed vt instrumentum proprium intuitus dixit, sicut anima rōnalis & caro vnus est homo, ita De⁹ & homo vnus est Christus. Cùm igitur vnio omnis (vt primo loco dicebamus) vel secundum personam sit, vel secundum essentialem procul à proposito repulerimus, superest vt personalem vnionem hanc asseremus. Rursus cum personalis vnio interdum penes substātiam constare possit, interdum autem penes accidens, & quæ accidentis est similiter prætermissa sit, vtique substantialis remanebit. Postremo, quia & hæc in eam, quæ ascisci partes: & in eam quæ organis contenta est distīcta reperitur, constet vero partium proprietates vtriq; I repugnare naturæ: consentaneum est, vt diuinitas atque humanitas Christi in vnam coeant non naturam, sed personā: non accidentaliter (vt ita loqui liceat) sed substantialiter, non vt partes, sed vt altera humanitas, q̄ veluti instrumentum quoddam (vt sæpe dictum est) adiunctum diuinæ personæ sit atque ita sane adiunctum, vt corpus illud verū Dei corpus. & anima illa vera Dei anima vere atq; constāter possit appellari. Nec officit quicquā nobis, q̄ coniuncta organa ad integritatem naturæ eius, cuius sunt, spectare videātur, non enim oportet id cō tinue verum esse, vt sexti digiti quacūque ex cā cō geniti exemplo probari pōt. is enim de speciei humanæ integritate non est, & tamen organum con K nexum est hominis habentis illum. Cæterum, quo nullus hæsitandi locus excellēti cuiquam ingenio relinquatur, nihil obesse scito, q̄ ipsum Dei verbū sola vi intelligentię ad assumptā naturam refert: hoc. n. minoris refert quam curandum sit. Relatio namque sola non tātum habet momenti, vt hominē Deū faciat, verum suū inspiciēdū est, ex quo oritur fundamentū. Quod hoc in loco si attēderis, in eo cōsistit, q̄ filius Dei ad idem oīno esse personæ substātia quo suæ naturam hoīs cōplexus est: hæc. n. eiusdem esse indiuisio est, qua Deus hō est. quæ & tāta tamque singularis hētur, vt in tam numerosa rerum conditarum multitudine nullam diuus Bernardus repererit, quam non fateretur ab ea excedi, cum docente Au. didicerimus potiorē vnionem obtinuisse hominem in filio Dei, q̄ (mirabile dictu) ipsemet filius in patre, cum quo tam singulariter vnus Deus. Hæc est quæ prodigijs omnibus adeo præstat, vt ne dicam cætera mirabilia Dei opera (quę vel tenuiter inspecta laudamus, miramur & obstupescimus) sed miraculo vniuersa quæ fieri posse credimus longo supereminet interuallo, q̄nquidem hō, qui natus est in ciuitate carnis nostræ idem ipse est Altissimus, qui fundauit eā. Hoc est magnum illud, atque apostolicum sacramentū quo secundus Adā tanq̄ sponsus procedens patrē reliquit & matrem, q̄n forma susceptā seruili splendorem maiestatis obtexit, & synagoga dimissa nouę sponsæ inhæsit, factique sunt duo, Deus inqnā & homo in carne una. Hæc est ardentis simulque incombusti rubi flagrantia qua Deus noster qui ignis consumens appellari voluit quam asciuit humanitatem, absque consumptione continet atque illustrat. Nec secus quam ros in vellere abditur, & tanquam lapis sine manib. humani operis de monte uirgineæ altitudinis abscissus creuit in montem maximum, omnia implentem, quando vniuersa & quæ in terris, & quæ in cœlis sunt, instaurat, magnificat: beat. Hæc demum est quæ mortalitatē nostram abiectam atque prostratam supra ne dicam H sydera; sed Angelorum quoq; altitudinem efferēs diuinitatis consortiū adeo nobis impartiuit, ut nūc quidē essemus & appellaremus genus electū, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis eius qui de tenebris nos in admirabile lumen suū vocauit, & demum quando apparuit, similes ei simus immortales, impassibiles, nullius egentes, sancti, glorioſi, beati. Agnosce ergo quisquis Christianæ professionis cēseris, dignitatē tuā & diuinæ iam consors factus naturæ noli in ueterē utilitatē degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis corporisque membrum sis. Etenim si præoculis nostram hanc tentam præstantiam in proptu haberemus, & ad illam mores nostros metiremur & cogitatus, quam parata & expedita esset nobis via ad bñ beateque viuendum. Quicunq; nēpe I salutis suæ curā non negligit, in vnionis gratia qua Christo insitus est standum, aut ad eam redeundū sibi fore facile prospicit. Nam quia nos insani per impietatum nostrarum iniquitates ab vno vero sū moque bono resilientes euanueramus, in multa dissisti, per multa inhærentes multis, nutu: denique Dei nostræ perditionis miserentis, venit Emanuel vnus, & se nobiscum effecit unum, ut a multis exonerati, applicaremur ad unum, amarem⁹ vnum, frueremur uno, persisteremus in vno, qui cum patre & sancto spiritu uiuit & regnat Deus. Amen.

ORATIO III.

De causa & origine Mali, & cur homines plura & maiora mala inuaserint magis quam cætera animalia coram Al. 6. Dominicæ quadragesimæ ann. salutis 1502. habita.

DVctus est Iesus in desertum a spiritu ut tentaretur à Diabolo. Propositū hodie singulare duellum, S. ac B. P. admirandum vniuersæ creaturæ spectaculum exhibet. Vnigenitus nam q; omnipotentis Dei, idemque Deus omnipotens trabea nostræ mortalitatis indutus non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati progrediēs, alter pugillū mediam veluti in arenam, & rotius orbis theatrū prosilijt, contra principem tenebrarum pugnaturus. Quis non miretur, quis non stupeat? quis non omnibus prope sensibus deficiat? Magnitudo rei & scaturiētium multitudo mysteriorum rōnis uirtutem

tem oẽm circunfundit. Cum autẽ cuncta mens nõ ualeat humana cõprehendere, & quæ percipere darum est enumerare singula orationis modus nõ libenter sinat, ad unum illud oculos inieci meos nõ aliorum potissimum, sed q̃ exilibus ingeniis, quale meum fateor, & tractatu facilius, & ad nostrã maxime respiciat naturã. Cum.n. ituor Saluatori nostro, eidẽque Deo optimo, creaturã suã, quã bonã sanctãque condiderat, obuiam fieri, culpam suadere, & nequitiæ suæ uenenum ad fontẽ usque bonitatis extendere tentare, id mõ uertatur in ao Deus omnipotens maximus author oium eorundẽque & singula bona, & cũcta valde sunt bona, vñ igitur malũ rebus adiunctum est? quis malum mũdo inseruit? Operæpretium itaque esse arbitror, quã breuissimè discutere prius unde malum in uniuerso sit, deinde quam ob causam hominum genus præ cæteris plus mali occupauit. Veruntamẽ nostro ut aspiceret instituto, Mariam summi boni parentem adeamus. Aue Maria.

MAli originẽ inuestigare tentãtib⁹ illo quã primũ occurrit qõnis nodus, Malum an ab alio productũ, an vero ex seipso subortũ sit. Si ab alio, a bono igitur, aliud nẽpe a malo, non nisi bonũ est. Quo aũt pacto a bono malum manare põt, cũ pugnent inter se, nec solum contraria, sed contrariorum quoque cãæ sint? Si ex semetipso malũ est, Manichæi redit error, nec vnus uniuersi est princeps, vt Stoici & Peripatetici rõnibus affirmarunt, sed duo rerũ prima principia, alterum quidẽ bonorũ, alterum uero malorum, ut Pythagorici finxisse visi sunt, confiteri necessarium esset. Implicite autẽ huius difficultatis nexũ, qui sibi absolui explicarique desiderat, eorum q̃ sunt, geminã aduertat esse naturã. Altera quidem ad proprium boni ita disponit, vt tñ ab eius cõsecutione deficere possit: qualia sũt ea omnia, quę in hoc ultimo orbe frequenti & alterna generatione atque corruptione uariant. Altera uero, ad quorum numerum cęlestia pertinẽt corpora, infallibili rõne proprium bonum consequũtur. Nascitur autẽ hæc rerũ disparitas ex ea qua proceditur diuersitate mutabilitatis atque cõstantiæ. Illud quippe rerum genus cui opportuna quaque principia ad ultimum sue nature adipiscẽdum mutabilia sunt, fraudari profecto suo bono põt. Cui autem vel obtinendi necessaria oia præsto certoq; assunt, hoc a suo desiderio decidere, ẽt si fingere liceat, impossibile esse vr. Plantæ etenim & semina idcirco ab intento germine inueniuntur quidem defecisse, quod per impedimenta obuiantia naturalis eorum profectus interceptus est. Sol uero ab instituto nunquam diuertit ob eam causam, quod inuariabili ordine natus est moueri. Oritur & hæc diuersitas ex priore dria scdm potentiam, & eam quam Græci endelechiam, nos uero actum atque perfectionem appellamus: variabilitas quippe connexionis cuiusque ex potentia surgit, inflexibilitas vero ex illa rei consummatione firmatur: quæ potentiam omnẽm ad quouis repugnans procul abegit. Nunquam.n. obirent animalia: si tanta esset pfectio uitæ: quæ omnem moriendi potentiam excluderet. Sunt tamen non pari rõne tantæ inæqualitatis prima principia actus & potentiæ. Ille.n. primã sedem tanta sibi authoritate uẽdicat, vt antecedẽs omne secundum quodcunque genus abiiciat. Hęc autem & prius se fundamentum consequi non recusat: possibilitatis nanque cuiusque radix cẽsetur ex nihilo esse, ut nostri, uel non ex se esse (ut Philosophi tradunt) cum potentia mater est defectus,

A Quem ex se esse, pullulare aere proferamus exemplum, quemadmodum enim aer, quia non ex se lucet, quidquid luminis habet, alio utique illustrante habet. quotusquisque vero fulgoris gradus illi defuerit, ex hoc ipso prouenit, quod nullum ex seipso aspirat lumen. Haud aliter creatura quælibet: qa nõ ex se existit quidquid perfectionis possidet, alio largiente quocunque sortitur: defectus autem omnis, qui affuerit, propterea aduenit, quod nihil ex se est. Quamuis autem cuiuslibet possibilitatis ipsum nihilum radix sit, non omnia tamen, quę in nihilum reuertentur, nisi illa manus omnipotentis
B tueretur, huiusmodi habent potentias, sed sua cuique pro naturæ atque proprii finis rõne accõmodata est. Quocirca licet ea, quæ suaptè natura ad singulare aliquod bonum prona sunt, diuerso calle ex nihilo prodierint, dum alia id boni tanto sibi fœdere copularunt, vt nullus sit relictus contrario aditus, alia uero ab illo nihilo vnde ueniunt, tam parũ discesserũt, quod non modo ad destinatum finem tendere: sed in contrarium possunt inter ea remea re, quæcunque tamen ad uniuersale bonum capescendum facta sunt, qualia sunt cuncta intelectu prędita, vno eodemque interuallo ex nihilo profi ciscũntur, quandoquidem eorum nullum ad finẽ proprium necessario pertingit, sed omnia ingenito
C possunt arbitrio & ad proprium se agere bonũ, & in aduersam partem reniti, pergere, peruenire. Diuinitatis nanque cum proprium sit, uniuersum bonum esse, ipsam quemet sibi legem existere, & habere denique rõnem eandem, quam & uoluntatem, reliqua natura quæ intellectus rõnis est particeps, libertate donari haud alia valuit quam quæ ex nihilo potuit exire; hæc autem cum particulare quoddam bonum assequitur, & alterius legi cui uniuersum bonum est, naturale subiicitur, & uoluntatem ex se defectricem afficit. Eiusdem.n. rationis est, esse creaturam liberam absque potentia diuertẽdi ab eo, ad quod destinata est, uniuersum bonũ, & creaturam vniuersum bonum esse, quod profecto non
D solum non fieri, sed ne cogitari potest. Quid enim tanta quidem uiget libertate, ut a bono discedere nequeat, cum bonum omne uoluntas possit appetere, totam bonitatis naturam, eãdemque immobilem in semetipso habeat necesse est, nam aliter pro ea parte, qua minus hẽt, aut mutabilis est, posset plane decedere. Quamobrem Areopagita Dionysius, malũ particulari bono comitẽ alligauit indiuiduũ. Quum igitur malum ex naturali boni defectu, ex mutabilitate, mutabilitas ex possibilitate, possibilitas ex finitate, finitas demum suboriatur ex nihilo: consequens est, ut quæcumque mala sunt, idcirco
E sint, qm̃ illa quæ malis subiiciuntur, ex nihilo ueniunt. Et cum potestati non subiaceant diuinæ, ut creaturæ sint, & non ex nihilo ineuitabile est, quin malum sit: si tamen subsistere mundus dẽt. Verum inter malum naturæ atque moris tñ interest, ut illud quidem & posse & esse necessarium sit, hoc autem posse similiter necessarium, facere autem libertatis fuerit. percũctantibus itaque unde malum, ex se ab alio, iam liquet malum quidem posse quatenus in malum tendit, nec ex se, quia ex nihilo exurgit, nec ab agente authoreque aliquo, siue uolente, siue nolente, aut per se, aut per accidens prouenire. Quemadmodum non frigescere, ignem inseparabiliter comitatur: nulla tamen causa petenda est, q̃ ignem efficiat non frigidum. Malum uero ipsum a bono nascitur, sed per accidens, dum quædam bona appetuntur, quibus mala implicita sunt aliorũ.

Nullus

Nullus enim operatur aspiciens malum, sed ad bo F
num ipsum, aut saltem apparent bonū agentis omnis studium contendit. Nemo profecto lacesitus tanto unquam furore ultionem experiit, vt alterius malū primaria optione eligeret: sed dum bonis q̄busque nostris, utilia, delectabilia, honestaue sunt, acquirendis tuēdisque operā damus, aduersa quæque declinanda, refellenda, destruendaque occurrunt. Hęc est origo atque uia, qua malū mundo obrepere cępit, extremasque eius partes ambas iam penetrat, lustrat, occupat. Sed de mali origine hactenꝰ.

Deinceps ut promisimus, quare tanta mali inūdatio homines præ cęteris inuaserit, paucioribus G
absoluamus. Singularis humanæ naturæ miseria atque calamitas S. P. flenda potius quam disputanda esset. Celum.n. & terrā, & mixta quæque cōspiciēs, intueor rerum omnium species ad proprios certatim fines cōtendere, intētis bonis potiri, uel in nullis, aut certè in paucis singularibus desiderium falli & impedimentum perpeti. Humanum autē genus omne, terra vorago vitiorum, quæ uere mala sunt, sic cōplexa est atque absorbuit, ut Rara auis in terris, & nigro simillima cygno Vir bonus & sapiens qualem vix repetit ullum Millibus è cūctis hoīum consultus Apollo. Cur solum humanū genus Deus optimè tot actantis malis respersisti, aut certè inuo H
lui passus es? Nunquid oīa certo fine gubernas hominumque solos despicis actus? nūquid totius huius operis abiectissima pars homines sumus? Hecci ne est imago tua Dñe? Vbinā illud prophetæ tui de tua erga nos misericordia admirantis, & tāti homines feceris, q̄ eorū pedibus cuncta subieceris, oues & boues vniuersas, quin & pecora campi? Si cęteris animantibus prestamus, quanta obsecro, & qualis excellētia hęc, si communem nobis, & illis optimi appetitionem congenerasti, & illa ferè omnia finē assequuntur, nostrum autem pauciſſimi uoti compotes euadunt.

Bifariam aliquid accidere rebus factis ex philoso phia didicimus, ex electione ipsius artificis, ut accomodum quippiam sit ad boni aliquid, & rursus ex I
materiæ necessitate, quæ cōstat ueluti ex purpura, tinea, & ex ferramētis quibusque corrodens emergit rubigo. Quapropter sicut faber serram factur⁹, duram ferri eligit materiam, & ad secandum idoneam, quod autem rubiginem contrahat, tantum abest, ut optet, vt quo ad possit, studeat propulsare, haud aliter plasmaturus Deus hominem, q̄n animæ actiones instrumento indigebant pro tangendi sensu nobilissimo (ob idque moles carnes, bene aptos mente, docilesque uidemus) oportuit tale effingere corpus, q̄d earum qualitates, q̄ tactu percipiuntur, medium temperamentum haberet. Com K
positum proinde oportuit fieri hominem ex intellectuali & sensitiua natura, & spiritu & carne, nerōnali appetitu atque sensibili. Electa nimirum sūt ambo, vt sensibilibus bonis pariter & intelligibilib⁹ certa quadam rōne frueremur. Nunc autem cum simulatque editi in lucem & susceptisumus, sensibilibus assuescimus bonis, cū vtilibus, tum delectabilibus, atque itaque hæc sensuum blandimēta naturali nobis necessitudine iūcta frequēti usu adeo familiaria fiunt, & tam uehementer nos impellūt, vt & insignem mentis nobilitatem obnubilent, & putemus nos sensitiua natura primo constare, cō sectamur propterea blandientem libidinem, nullū habentem modum nullumque finem, & toto impetu paulatim ferimur, imò rapimur in istas sēsuū oblationes. Delecta hæc non sunt, ut in homine essent, sed ex connexione partiū pullularunt: hinc siquidem caro concupiscit aduersus spiritū, & spirit⁹ aduersus carnē, hinc Apostolus q̄ritur, Video ēt legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. & rursus Non q̄d volo bonum, sed q̄d nolo malū hoc ago. Hinc manifesta carnis opera fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, auaritia, veneficia, inimicitiæ, æmulationes, cōtēntiones, iræ, rixę, dissentiones, sectę, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cōmessationes, & id genus multa, quibus non sat est animum inficere, nisi ēt corporis mala tot tantaque secū ferant, vt nobisipsis experiamur nullā fere hoībus ęgritudinem accidere, quæ ex animi huiusmodi pturbarionibus originē non traxerit, ob eāque cām cæteris animalibus, creditoribus & grauioribus molestiis, infirmitatibus, morbis & ærumnis infestatur, & quatitur genus hominum. In sola igit nostra natura, mirū nō est si tanta vtriusque mali rubigo residet, quando sola ex sensu & intellectu constat, & eo uinculo, vt sensus, & quæ illius sunt manifesta, facilia domesticaque nobiscum coalescāt, intellectus aūt & eius bona obscura, ardua, alienaque appareāt. Accedit ad hæc, q̄d, sicut a sanctis patribus accedimus, aduersarius noster Diabolus circuit quæritans quē deuoret, & menti falsa suggere re, & suas delicias sensibus suadere, & si qua sūt spiritualiū bonorum desideria vel extinguere, vel inficere non desistit. Adsunt nobis fortasse longi⁹ aut ignota exēpla petenda? audacissimam. n. bestiam illam & infensam Dūm Iesū paulo ante audiuim⁹, quam importunissimè aggressam. Et primò quidē esurientem ad ea quæ carnis erant, sola tamen externa suasione inuitauit, non enim decebat immaculatum agnum, qui venerat tollere peccata mūdi, interna carnis pugna tentari, cum (ut diuus ait August.) nonnullum peccatum sit cum caro concupiscit aduersus spiritū. Deinde religionis sanctimoniaad egregiam popularis famæ extensionem prouocans, si illæsus per aera descenderet, quæ mundi sunt subministrauit. Demum ratus, quod si peccare licet, regnandi gratia maximè licet, omnia regna terrarum pollicitus est. Et sic dum res gesta geminatos hostes intimos s. & externos & habere nos admonet, causam simul affert quare rempublicam humanam malis crebrescentibus labefactatam singulariter videmus.

Nec propterea virtutis nomen tāquam impossibile pauendum nobis est, & via desperanda salutis: bonorum enim officiorum omnium semina à natura nobis indita sunt, & aduersantia quęque valemus pro nostro integro arbitrio superare. Adijce q̄ intus & extra ad vtriusque generis inimicos supplātandos, magna & munitissima præsidia posuit. Conditor omnipotens & glorioſus victor noster. Exteriora quidem arma illamet, quibus ipse vsus est, ad vtendum contulit, sacrorum nempe librorū doctrinam, nulla siquidem ratione alia quam sola Scripturę authoritate certamen totum ad victoriā vsque perduxit, compertum suo experimento id esse monens, vt quicquid credendum, agēdum, omittēdumq; occurrit, hoc sacri eloquij lāce librādum esse cēseamus. Interius verò auxilium tribuit quandoquidem antequam duceretur à Spiritu sāto, vt tētaretur à Diabolo, aquarum fluenta benedictione proprij Baptismatis consecrauit, & deinceps cū primū in nouā creaturā sacro fonte regeneramus, suæ gratię & charitatis aliarumq; oīum virtutū munerib. sic protegit, vt omnia nequissimi

tela

tela igneò ueneno armata, facilè possimus obrum pere, retorquere, & extinguere. Minimam nanque charitatem diuus Tho. edocet ad omnium generũ exquisita tentamenta sufficere: Quis nos, inquit Apostolus, separabit a charitate Christi: tribulatio, an angustia, gladius, an fames: certus sum, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate, quæ est in Christo Iesu, qui cum Patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula. Amen.

ORATIO IIII.

De immortalitate animorum coram Iulio 2. Pontifice maximo Dominica prima Aduentus anno Salut. 1503. habita.

PRope est regnum Dei Lucę 21. Postquã rerum humanarũ atque earũ, q̃ intra nos sunt, diuinarũ culmine, potita est beatitudo tua, sanctissimè Pater, agnosco hoc orãdi munus eadẽ spectãte felicitate mihi sorte obtigisse. Ea propter oẽs aut expectare catologum quendã laudum tuarum a me recensitum iri, aut inuidere arbitror mihi fortunam meam. Magnorum. n. oratorum animi excelsa virtute tuarum fastigia commendare gestientes optassent uehementius hunc sibi locum dari, quo tam in latum campus totius effundere liceret eloquentiæ. Hos ego tantum abest vt reprehẽdam, ut ingentes quoque gratias piis eorum affectibus, sanctitatis tuæ nomine, agẽdas putauerim. Attamẽ ab ista procul valde sententia meum consilium distraxit, spectans. n. ad magnanimitatem tuam, quã præclara facinora luculentius ostendunt quamve mortales oẽs pleno ore congratulantes prędicant, auram istam popularem uentosamque orationẽ, quam animi magnitudo vti cætera quæque caduca atque fluxa spernit, omittendam censui. Verum maximam de immortalitate animorum difficultatem, & eam penitus explicatã (si tamen ita dici sine arrogantia licet) maiestati tuæ offerendam attuli. Ad primum siquidem mortalium principem, pastoremque animarum prima oratio a prima religione, prima de hominum re iure habetur. Verũ quo tam arduum negotium dignius tractemus, diuæ Mariæ numen imploremus, Aue Maria, &c.

Principio veluti basim quandam atque totius orationis fundamentum id firmiter ab omnibus teneri uelim, ad cognitionem latentium substantiarum, occultarumque rerum, propriis earum effectibus deducentibus, nos rite sanèque puenire. Effecta nanque si tollas, nullus notitiæ de arcanis relinquitur locus, cum (ut inuisibilia mittamus) de corporibus cœlestibus, de Sole, de Luna, deque reliquis astris, sublatis officiorum suorum actionib' quis uel tenuem coniecturam caperet? Quis ignẽ leuem, terram grauem, illum calidum, hanc frigidam dignosceret, si ascensus atque discensus, si calefactio frigefactione nunquam fuissent sensibus explorata? Hinc igitur maximus ille philosophiæ parens Arist. exorsus, Si animus inquit, aliquã hẽt operationem propriam, fieri poterit eũdem a corpore quoque separatum nihilominus manere atque uiuere, si nullam sibi vendicat, sed omnem, vt ita dixerim, supellectilem hẽt cum corpore communem, cum ipso quoque corpore intereat opus est. Hoc itaq. iacto fundamẽto, subtilius est inquirendum, an aĩus p̃ se solũ agat quicquam. Et q̃m si quippiam solus perficit, præcipue est contemplationis opus, ad hoc vniuersã deducit qõ, nunquid intelligere solius animi sit, an uero animi simulatque corporis? Vt adtem quod quęrimus, clarius, facilius, tutiusque inuestigemus, rebus omnib. distributa pariter & accommodata officia legere atque accuratius distinguere operæpretiũ duxi. Quatuor esse actionum genera philosophi tradidere, quarum duæ extremæ sunt, reliquę autem mediæ. Et illarum quidem vnum genus est, quod in solo corpore materiaque versatur, quales sunt affectiones, quæ à calido frigidoque, humido, sicco, duro, leni, atque his similibus proficiscuntur. Alterũ verò est quod a rerum sensibilium mole eleuatum, ad spiritualium naturam solũmodo refertur. Nostram autem intellectionẽ ad neutrum horum genorum pertinere facile cõstat, nec enim cum intelligimus affectus quosmodo dicebam patimur corporales, quin potius si intenta mentis acies nimis fuerit, quanquam extrinsecus illa nobis admoucãtur non sentimus. Neq; rursus tam alta petimus, vt corporeis imaginibus non immisceamur: oportet. n. intelligentem phantasmata speculari. Inter mediorum verò genorum alterum, quod mali est propinquius (in quo & actiones sensuum cõtinentur) ab eiusmodi affectionibus liberum est, sed corporeo organo expletur, audientes nempe vel videntes & si non frigemus aut æstuamus, quibusdã tamen corporeis intercedentibus portionib. sonos, colores, odores ceteraque sensata percipimus. Reliquũ autem spiritualibus actionibus affine, quomodo solum ab elementaribus qualitatibus sed à corporeo quoque instrumento lesę eleuat, obiectis tamẽ non corporibus, sed corporum imaginibus (quæ phantasmata philosophi appellant) naturali quadã necessitude deiunctum est. In hoc profecto actionũ genere nostram intellectionem locari quisquis ueri iudicis naturam nouit, nequaquam ambigit, experimur nãque nosmetipsos intelligere discernereque non genus hoc aut illud, sed uniuersam corporum naturam. Decernere autem recte non contingit aliter, quam si is qui arbitratur, omni uacet affectu. Probant hoc quotidianæ cõtrouersię: quibus sedandis iudicem ad neutram partem propensum exquirimur atque laudamus. Probant interni mores affectus passionesque quibus manifestum fit neminem omni hora sapere, sed qualis vnusquisq; inuenitur, talis & finis uidetur. Probant naturæ experimenta: vt. n. vere discernamus quid amarum, q̃dve dulce sit, nullo affectuũ sapore gustum seruare oportet: ægro nanque ideo cuncta videnť amariora, q̃n cholerica amaritudo sensoriũ infecit. Nec dissimile reliquis sensib. accidit: una siquidem omnis iudicii communis est ratio, ut si q̃ iudicat, a rebus iudicandis alienus, nam si illarũ aliqua inhæserit, aut totum sibi iudiciũ inflectit, aut falsum facit aliarum afferre censurã. Quocirca q̃n uniuersa ac singula quę materiæ concreta sunt intellectu nos discernere, atque hęc ipsa spiritualib. distinguere experimento cõprobamus, necesse est ut noster hic animus animis vniuersæ naturæ corporeæ natus arbiter ab omni sit corpore alienus. Vnde pręccare Anaxagoras atque Arist. intellectũ oportere esse immixtum dixere, tametsi diuersis rationibus ducerentur, ille enim vt libero expeditoque imperio cũcta disponat: hic autem vt recto sanoque iudicio omnia discernat. Nec audiẽdi sũt nobis qui acriori se ingenio prædito existimãtes, organũ quidem hoc est quandam corporis portionem menti non assignant ab vniuerso tantum hominis corpore eadem adiungi ratione, q̃ attulimus, aiũt nõ satis probatũ iri. Tã irrationabilis est istorũ cauillatio, ut nisi uelĩ eos nosse eũ me scire

atque a ſententia ea dimotum, referendam putaſſem minime. Dicant obſecro iſti, ſi intellectum ab omni parte corporis oportet eſſe liberum, ut omne poſſit corpus diiudicare, quo pacto uni toti corpori merſus, vniuerſæ rei corporeę æquus erit iudex: ſiue enim pars ſiue totum, modo corpus aut corporeū aliquid ſit, cui intellectiuam vim quiſpiā affixerit ad certam trahit, flectit definitque cognoſcendorum corporum ſpēm: quę non ſolum ampliſſimam illā de omni mole corporea cognitionē prohibet, impedit, atque obſtruit, verum intellectū quoque ipſum conſenſu miſcet, ſolaque uocabuli differentia alterum ſecernit ab altero. Quod ſi abſonum ualde eſt, quandoquidem nihil diſtaremus ab animantibus, oportet, ut intellectus exercitium ſolius animi eſſe fateamur, & non animi corporiſque cōe cōmodum ſentire. Quæcunque autē ſpēs operationum quippiam, ſola efficit, retinet ac ſuffert ſuſtinentis alius alicuius adminiculo nō eget. Alteri nāque ſi inniteretur, eoque ſubmoto labeſceret, nequaquam ſola eam actionem contineret: ſed communē magis reciperet cum eo, ſine quo ſubſiſtere non poſſet. Quòd ſi alieno fulcimēto diuinæ huic formæ opus non ſit, ſua tātum uirtute ſubſiſtere quis dubitabit? Alterum. n. ex duobus fateri oportet aut illam per ſeipſum ſtare, aut hærere, & ſiquidem per ſe conſtat, in portu, ut aiunt, nauigamus. Si autem ſubuenitur, qūo contemplationē ſuam in ſuo tātum ſinu complecti, fouere, gerereque ualet? Si ſpecies itaque omnis, quæ propriā ſibi vel unam uendicat operationem, communi Philoſophorum ſententia conſtans atque perennis eſt, inficiari profecto nemo poterit, quin noſtra mens (quam dum contemplamur, per ſe ſolam agere cōprobauimus) per ſe quoque ſolam eſſe manereque poſſit ac uiuere. Immortalem ergo animū eſſe hactenus a propria actione probauimus.

Deinceps eiuſdem ſempiternitatem a naturali eius deſiderio monſtrandam curabo. Si cuiquam P.B. à natura inditum eſt, vt ſemper eſſe deſideret, rem hāc Philoſophi pariter & Theologi perpetuā fore, ea potiſſimum rōne ſunt arbitrati, quod naturę appetitus inanis eſſe non pōt, quare ſi noſter animus ſuapte natura ſempiternam cupit uitam, eum immortalitate vigere nemo dubitabit. Quod autē ita ſit a natura inſtitutus ut optet ſe ſemper fore, manifeſtum ſic fiet. Appetitionū, duo ſūt genera, alterum rebus omnibus commune, quo vnumquodque ad accommdum iuuans profuturūque fertur. Alterum eorum quæ cognitione pollent, prium quo metuunt, cupiuntque, dolent gaudētque & mille aliis variantur affectibus. Vtrunque tamen protuendo eſſe contēdit, quandoquidem nulla prorſus res eſt, quæ ſe eſſe non amet.

Quemadmodum autem communis ille appetitus, non uno tantum inuenitur modo in his, quæ certis finiuntur ætatibus, & in his quę nunquam deſinunt, quādoquidem quę ſeneſcunt, effundere deſideriū in omne tempus non audent, quorum aūt uigor tēporis diuturnitate non lenteſcit, perſeuerare ſp eadem magnopere concupiſcunt, haud ſecus appetitus alter, quem cognoſcentiū diximus eſſe propriū, diuerſa ratione reperitur in his, quæ ſenſu tm mouētur, atque his, quæ intellectu pſtāt. Illa enim quoniam ſolum quod adeſt, aut imminet, apprehendunt, in longū appetitiones non ſuſpendūt, hæc aūt quia uniuerſa uarietatū, mutationum, temporumque uolumina contēplatione pariter & prouidentia excellant, reliquum eſt, vt parē

F vim appetendi ſortita non hoc tantum aut illo tēpore, ſed in æuum deducere uitam cupiant. At ſi ambiguum, ſubobſcurum, aut leue teſtimonium hoc habetur, & objicitur, noſmetipſos intellectu quidem præditos non dubitamus, ſempertamen viuere, aut natura appetimus minimè, aut morientes falimur. Eleuate obſecro pauliſper mentis oculos conſtantiſſimas uniuerſalis naturæ leges intendite, ſanctiones ſpectate duas. Alteram qua æqualia pariter congenerantur omnibus, durandi deſiderium & permanendi robur, ita quandiu quodq; duraturum eſt, tandiu eſſe deſideret, & quanto tēpore expetit exiſtere, tantiſper permanſurum ſit.
G Altera, qua appetitus omnis quo unumquodque eſſe perſeuerare que ſubinde concupiſcit, aut ad q̄dam temporis menſuram clauditur, aut ultra quā cunque temporis longitudinem ſe extendit, comparata ſunt hæc in his, que de cœlo naturę ſcripſit interpres. His autem iunctum ſi fuerit, quod intellectualis ſpiritus deſiderium tendat ad eſſe nō hac aut illa ætate concluſum, ſed ab omni tempore elenatum, quoniam intellectus apprehenſum ſolum modo cupit bonum, quod ab omnium temporū differentiis, quia vniuerſale eſt, conſtat eſſe abſolutum) conſequens eſt ut is, quo intelligimus & ſapimus, animus, in vniuerſum tempus effuſum habet
H viuendi deſiderium cum pari robore, cuadere qpe quia non poteſt, quin aut certo tempore, aut sēper eſſe deſideret, cum definito non ſubſit tempori, reliquum eſt, vt ad ſempiternum ſe extendat. Immortalem perinde eſſe nō hominem, ſed ſeipſum noſter animus propria appetitione quę praua falſa que eſſe nequit: teſtatur, clamat, demonſtrat, ipſi⁹ quippe animi propria eſt cupido hęc, ueluti ipſius cupidinis parens intellectiua cognitio: nos autem ſemper uidere nequaquam optamus, niſi quemad modum uolare interdum cupimus. Sed quid diutius quæ domi ſunt verſamus, nonne, & quæ extra à nobis ſunt, cæleſtem hunc timorem, & diuinum noſtrum profitentur animum. Ex illo quippe naturæ uultu, quem dixere chaos, rudem, indigeſtāque molem, res omnes eo ordine propagatas, eo
I fœdere diſpoſitas atque connexas eſſe perſpicim⁹, ut ab imis ad ſuperiora conſcendentibus perfectionum incrementa ſenſim apparcant ſuccreſcere, & quæ coniuncta ſunt, alterum alteri paulum admodum præſtare. Cōſurgunt ſiquidem ueluti depreſſi quidam gradus aut numeri rerum ſpecies, & ab his, quæ ſingulis proxime ſunt, nullo diſtant inter uallo: atque idcirco adeo ſimiles cognataſque habent habitudines, naturas, actiones, atque figuras, quæ ſibi mutuo contiguæ ſunt, vt non facile plerū que ſit illa diſtinguere. Peragratis autem uniuerſis corporum, plantarum, animarūque naturis, ad ho
K minem cum uenitur, idem grauis aſcēſus, quo ſenſim, pedetentimque procedebatur, nequaquā ſeruatur, ſed rurſum repente natura trahitur, & ad alteram, eamque remotiſsimam contignationē elevatur. Maiori namque interuallo homo a ſuprema animantium ſpecie quam ſummum animal ab infimo non modo uiuentium, ſed abiectiſſimorum quoque corporum genere diſtat. Ne autē hoc abſq; rōne dicere videamur, citēr nra, alienaque gña cōdōnes, actioneſque. Gña in primis, qūquidē cętera oīa, ex materię trāſmutatione, ficiſcunt, nra aūt mēs de foris uenit. Cōſuetudines deīde illa. n. tenui, pauca quib. indigēt, ab ipſa natura ſimulatq; edunt in lucē, accipiūt, īdumētorū vice cortices, teſtas, curia, ſpinas, pēnas, ſquāmas; uellera: p armis

autem

autē corſiua, vngues, dentes, rictus, roſtra, aculeos, morſus, calces, venena. Homo autem pro uniuerſis his, & alijs quàm plurimis & varijs & magnificis ſtudioſas facileſque ſolar manus accepit. Actiones demum, quia ſingulis ſpeciebus alijs, definitus eſt agēdi modus: homo autem tot tamque diſſimilibus vtitur vijs, ut hic ſolus ſit hominibus operandi modus, ſine vllo certo agere mō. Alia, ſola ſalus iuuat, hominem verò tam ſenſu quàm ratione apprehenſa, etiam ſi nil aliud vtilitatis acceſſurum ſit delectant. Alia, de prole ciboque ſolicita pugnant; hō autem famam extendere factis auidus, nomen & gloriam ſoboli, ſaluti, vitæq; anteponit. Alia poſtremò à conſono illis bono raro deficiunt. homo autem (prohdolor) ſuum verè bonum ſæpiſſimè amittit. Vnde igitur tanta diſtātia inter hominem cæteraſque naturas? vnde ſolitæ pedetentim ſcandere, tantus repente naturæ ſaltus? vnde quæ conſueuerat per ſimiliora in ſimillima duci, in tam diſparia ſtatim eleuata conſpicitur? Nullam profecto cām aliam reddidiſſe ſat erit, niſi animū è ſummo rerum faſtigio veniſſe dixerimus: qui in alterū rerum ordinē naturam transfert, ſupremis infima iungit, caduca immortalibus inſerit, orizonta æternitatis & temporis conſtituit: ſic nempe omni admiratio diſparitatis cedit, ſi ex duabus naturis ſpiritu & corpore, intellectu & ſenſu, immortali & corruptibili hominem conſtare nō dubitamus. Quas ob res ſi animi noſtri (de quo agimus,) facultas certi aliquid comperire poteſt, & veritatis quippiā de ſeipſo perſpicere, ſi fortiſſimis argumentis fides ulla adhibenda eſt, ſi rōne inueſtigata & ad ſenſuum vſque exploratione deducta humanę ſententiæ qdem tribuunt, ineruditi, indocilis, tardi, hebetis, ſtupidique eſt immortalitatem animorum in problema reuocare neutrum. O quam ſibi melius cōſulerent iſti qui ſe rerum occultatum ſcrutatores profitentes, quæ natura in ſole expoſuit, effundunt atque obtegunt, ſi ſuam cæcitatem ſilentio opprimerent: meliores nanque haberentur philoſophi, dū tacerent, quam imperitiores, dū tā inepte garriūt.

Sed quid nobis cum re temeraria animarum. P. B. ſortiti ſunt ſumus mundum, purum, ſplendidū, diuinum theſaurū, pfecto pretioſiſſimum in uaſis iſtis fictilib. reconditū? Mundū iuquam accepim⁹, qñ quidem non ob merita (vt Origenes fabulatur) corporeis uinculis eſt addictus, neque vt luteum vificando corpus eiuſdē ſordes cōtrahat, ſed ut naturæ fœdere uitam influat, cupiditates, libidine, reliquoſq. aut tollat, aut moderetur effectus, humana quantum par eſt, diſponat, æterna intēdat, ad ea cuncta dirigat, & ſe totum dedat. Accepimus præterea purum pariter & ſplēdidum, vt quia illuſtriū ſpirituum ultimus, fulgorem micantiſſimæ lucis cum alijs non ſuffert, obumbratum materiæ tenebris lumen vel oculo nōctuæ ſimilis inſpiceret, intelligibilia colligeret, atque uniuerſa natura aſcita ſeipſum omnia faceret. Accepimus denique diuinū, ut ſummū bonū intelligeret, intelligēdo amaret, amando poſſideret, poſſidendo frueretur. Seruemus igitur obſecro, ſeruemus depoſitum quale accepimus, curemus ne temporalium contagione polluatur. Timeamus propheticum illud, hō cum in honore eſſet, non intellexit, cōparatus eſt iumēntis inſipiētibus, & ſimilis factus eſt illis. Excolamus uirtutum ſemina nobis indita, tenebrarumque operibus procul reiectis, induamur Dominum Ieſū Chriſtum quo fœlici immortalitate, atque immortali fœlicitate tandem perfluamur. Dixi.

ORATIO V.

De modo quo animæ patiuntur ab igne corporeo, & de corporum cruciatu, coram Iulio II. Dominica prima Aduentus, anno 1504. habita.

A Reſcentibus Hominibus præ timore & expectatione eorum, quæ ſuperuenient vniuerſo orb. Lucæ 21. Si humanæ mentis imbecillitatem & abyſſum caliginis, quas in ſe rerū uarietas recōdit, animo reuoluerimus, B. P. nihil ferè eſt, de cuius explorata cognitione placere nobis, & gloriari valeamus. Non. n. ea ſolum, quæ procùl à nobis natura repoſuit, ſed illa quoque quæ in promptu habem⁹, quę ipſi ſentimus, ambiguitatis nebula offuſa ſunt. Hoc quī aduertit & ſapit, ſic difficillima quæque cunctabundo ingenio ſtiloque attingit, vt preclare ſecum actum putet, vbi de occultis rebus probabile potuit quippiā abſtuliſſe. De ſubterraneis igitur pœnis reproborum, dęmonum, hominumq; ſiue animas, ſine corpora poſtremo cruciaturis, dicturum hodie me eo animo quęſo, audite, vt cum rōni maximè conſentanea patefecero, malitis utcunque concipere, quam velle ſenſu vel certa demonſtratione callere. Quòd ſi vires ſiue corporis ſiue animę huic pronuntiationi ſuccūbet, aut impares erūt date præcor veniam valetudinario. Diuæ itaq. Mariæ tribunal ſolita prece veneremur. Aue Maria.

EXcellentiſſimum illud genus rerum quæ ſolo ſpiritu conſtant, & intellectu uigent, an pœnas aliquas ſubire dignum ſit, quoue pœnarum genere affligi poſſint, diuerſus authores uarias legimus attuliſſe ſententias. Quorum opiniones recenſere & à fide aut veritate diſcrepātes ſine interuallo refellere ea rōne conſtitui, ut purgatis erroribus, credibilis magis veritas fiat appareatque. Plurimi Philoſophorum intellectualis naturæ præſtantiam mentientes, ab uniuerſo pœnarum genere tam humanas animas, quā angelicas omnes ſubſtantias liberarunt, ea potiſſimum rōne perſuaſi, q̄ malum omne citra orbem Lunæ (infra quem dun taxat poteſt aliquid præter intentionē obuiare) concluſum eſt, neutramque proinde illarum naturarū poteſt inuoluere, quæ a corporibus uniuerſi ſunt ſegregatę. Horum error facile deprehenditur ſi recti operis rō, ſi creatæ uoluntatis natura in mediū deducta fuerit. Rectum quippe opus, & opus eſt & & rectum, quare a duobus neceſſe eſt proficiſcatur principiis, quorum altero opus, altero rectum ſit, illud voluntas, hoc lex eſt. Quocirca illa quidem voluntas, quæ ſimul uoluntas & lex eſt, errare poteſt minime: quæ verò voluntas tantū eſt, non lex, nec legi immobiliter hęrēs, a rectitudine declinare ſuapte natura ualet. Cum autē liberi arbitrii vniuerſa lex, perfectam omnis boni rationem in ſe claudat (quandoquidem ad omnia liberi arbitrij appetitio extenditur) & nec fieri nec cogitari valeat, ut creata uoluntas omne bonum ſit, aut congenita natura poſſideat, conſequens eſt, ut ipſo ſummo bono excepto, reliqua libertatem ſint flexibilem ad bonum & malum ſortita.

Pōt igit in ſeparatis ab vniuerſa corporea mole ſpiritib. malū culpa ineſſe, & qm̄ iuſſiſti Dñe, & ſic eſt vt oīs inordinatus anim⁹ ſibiipſi ſit pęna, oportet malū quoq; pęnæ eis ineſſe. Ex propria igit officina confutatis Philoſophis, aliis pœnis affici poſſe autumant Angelos, verum oēm eorum ærumnā in mœrore amiſſæ felicitatis cōſiſtere arbitrati ſūt. Hos gemina peccati malitia ſtatim arguit. Vt. n. peccantes duo mala faciunt (dū Deū reſpuunt; fontē

aquæ uiuæ,& cisternas propriarum affectionũ sibi F
fodiunt dissipatas)par est duplici etiam vt in pœna
dolore conterantur, & damno contemptæ fœlici-
tatis & supplicio inuoluentis calamitatis. Alii ani-
marum supplicia asseuerantes, finxerũt nasci ea ex
terribilibus corporum quorundam imaginibus.
quas aspicientes, perinde aiunt pauore concuti ac
dormientes,aut phræneticos, quos inania uel in-
somnia terrent,uel phantasmata alligant, tribuũt
siquidem separatis animis organum quoddã cœle
stis naturæ, quo terrificas formas concipiant ad se
cruciandas. Fabula quippe hęc est quasi reditũ ani
mis ad compares stellas pollicita. Et quanquã tam
ineptè composita sit,vt digna non habeatur,quam
vt philosophia nedum diuina sapientia coarguat,
dedit tamen quibusdam ex nostratibus occasionẽ,
etsi non stultius cogitandi,a ueritate tamen nihilo G
errandi minus. Quantum enim puduit peritos ui-
ros has ineptias sectari, tantum de nouo suo com
mento gloriati sunt, asserentes non sensibilibus,
sed intelligibilibus corporis figuris mẽtes torque-
ri. Verũ hoc Philosophorũ Theologorũque scho
la confutat eo, q intelligere omne per seipsum dele
ctabile est. Argutos aũt eorum intellectus decipi,vt
tristitia putent:quę uerè nõ sunt tristitia, aperta fi-
ctio est. Nonnihil denique eorum eo igne cremari
mentes astruere conantur, verum ne puerilis sn̄a
videretur,nescio quem habitũ illas induerunt,quo
fieret,ut ignis vstionem persentirent. Voluntariè
profectò sunt hæc conficta & vana,nulla rõne nul- H
laque authoritate constantia.

At qui in Philosophię gymnasio, sacrarumque
literarum ornatissimo domicilio versati sunt,duo
pœnarum genera spiritibus infligenda docuerunt,
alterũ iacturæ summę beatitudinis alterum detru-
sionis teterrimo ignis carceri. Et quoniam damnũ
in aperto est,de igneo ergastulo libet parumper dis
serere. Detrusum iri dicimus abiectissimo loco nõ
modo illustres dæmonum animarumque substan
tias,sed insignes quasque earum vires, intellectũ,
liberum arbitrium,actiuamque potestatem. Coer
centur aũt uinculis,catenisque igneis,non eo qui-
dem modo,quo corporeis nexibus præpenditur,
sed quemadmodum humanus animus terraceo I
huic corpori tãto fœdere implicitus est, ut suo ar
bitrio inde emigrare non possit,& tamẽ illum spi-
ritum esse,hoc autem corpus nemo dubitat, non
secus spiritus illi tartareo deuinciuntur ignis. Sed
tantum refert,quod noster animus hoc, in quo te
netur,corpus,uiuificat,illi uerò spiritus, quibus al-
ligantur corporibus,vitam minime præbent. Per-
spicua autem detrusio hęc nobis fiet,si modum or
dinęque, quo corpori spiritus iungitur ac deuinci
tur,in medium deduxerimus. Spiritus omnis præ-
ter Deum certo loco suapte natura cõi physicorũ
consensu põt definiri. Definitum autem etiam no
lentem detineri naturę vigore noster animus testa
tur. Quòd si tanta est naturæ uis,vt iunctũ corpori K
spiritum manere coget,quantò magis omnipotẽs
conditoris naturæ authoritas addictum loco spiri
tum detinere etiam inuitum potest? Definitur igit
non natura,sed vi detentus in loco spiritus,natura-
lem libertatem ac dignitatem, qua nulli subiicitur
corpori,qua omne corpus euincit,qua omni cor-
pori p̃æminet præsideque infelicissimus perdidit,
& perdidisse miserrimè mœret, atque mœrendo
ineffabiliter cruciatur. Afflictatur intellectus,quan
do suæ captiuationis ærumnã non recogitare sub-
inde non põt. Cumque simul multa meditari ne-
queat, ab aliorum omnium, quę leuamen afferre
possent,consideratione prohibetur. Et quanquam
meditatio pœnæ pœna non sit,cũ liber quis medi-
tatur solum nihil aduersi sentiens aut metuens, at
tamen vbi præsens doloris obiectum, vbi suã uim
exercet in mediamem,vbi denique meditatio ipsa
coacta est,nihil acerbius animum quam eiusmodi
consideratio afficere põt. Afflictatur uoluntas, qp-
pe ab omni delectabili depulsa id ferre cõpellitur,
qđ dedignatur,respuit,abhorret,quã maximè odit
Dei iustitiam, cui p̃cipuè inuidet diuinam celsitu-
dinem magnificari in propria & ea abiectissima pę
na,dolet,gemit, corroditur. Afflictantur denique
actiuæ potentiæ, siquidem dire igni addictæ nulla
aut certè modica p̃nt exercitatione sese subiectis
admouere rebus. Quod eo intolerabilius est, quo
tanta eis vis inest,ut commouere nutu singula pos
sent. Accidit ad hęc q iugis perennisque est eis defi
nitus carcer & dolor, ita ut nulla valeat minuere
aut molire aduentans conditio, sed sp vti ab initio
acerbissimè mœrere opus est: neque.n. detrusi spiri
tus obliuione mederi,meditatione uacare, affectũ
deponere,sese adhortari,facere (ut aiunt) de neces
sitate uirtutem vsquaque valent. Nulla eis clemẽtię
aut uarietatis spes, nulla in prætereuntis temporis
cuentu expectatio,sed quas luunt pœnas,nunquã
terminandas aut minuendas certissime sciunt, im
mo inuiti ad mœroris culmen clara luce uident.
Hæc paucissima de spirituum pœnis attingerimus.

Deinceps de corporum cruciatu aliquid affera-
mus. Corporeum ignem esse,P.s.apud inferos cor-
poribus infestum ex nostris quidem imprudenter
negarunt,scripturas aut sacras,quę illius meminę-
runt,metaphoricè asserunt interpretãdas, non mi-
nus quam cum tineã,vermen, flctumque adterren
dos flagitiosos minantur, quemadmodum ecõtra
cibum,potumque,& humanas mille delitias iustis
& sanctis in beatitudine pollicentur.

Quidam uerò opinionem hanc tanquam abso
nam respuentes, in aliam vulgarem magis quã sa-
pientem inciderunt. Verum.n. affirmãtes ibi ignẽ
fore,falsò tamen æstimauerunt eius incendio cor-
pora affici,calore æstuare,citra consumptionem ar
dere,& nihil tandem a nostro, quo utimur, igne,
in actione differre.

At hi,qui & vi rõnis,& lumine cœlesti perfusi se
creta rerum diuinaque mysteria indagarunt, me-
diam uiã sectati sunt. Aiunt nanque corporeum ve
rumque illic ignem flagrare,citra corporis tñ cale-
factionem; eius vim atque incendium irrepere in
neruos,in medullasque scuire, fibrasque illas arri-
pere ac torquere,è quibus dolor nascitur. Corpo-
reum quippe ignem credimus, Tum quia corpo-
ralis pœna nullo aptius mõ,quã per corpus infligi
tur. Tum quia in exponendis sacris eloquiis ea est
lex,ut q propriè intelligi põt, ad metaphoricũ sen
sum a literali expositione minimè transferatur,nã
secus nulla definiri posset Scripturæ certa interpre
tatio. Cum autem in pœnam reproborum paratũ
ignem Saluator noster fuerit cõminat⁹,possimusq
eum aptissime sic accipere, tãquam perspicue
locutum,ut quid parabolicè dictum putamus, &
dum in scirpo quærimus? Ignem Saluator noster
commitatus est, verum ignẽ intelligere prohibet
nihil,corporeũ ergo ignẽ fateri oportet. Non cale
factum aũt iri illic corpora, sed ignẽ illũ spirituali
pariter, & sensibili afflictione corpora uexaturum
rõne dicimus. Primi orbis motu iuxta Euangeli-
cam lectionem transeunte, reliqua oĩs corporalis

affectio

affectio atque alteratio ab illo utique dependēs de
finet, & quemadmodum cœlestis corporis, cui pri
mus ille inerat motus sensibilis quędam supererit
actio qua lucet, illuminat, atque videtur (quam no
stro vocabulo intentionalem appellamus) haud se-
cus in cæteris quoque corporibus eas aptitudines
atque affectiones æstimandum est remansuras, qui
bus videri, tangi, audirique possint. Duo enim hæc
genera actionum corporibus inesse, neutrumque
ab altero pēdere, in his quæ de anima præclarè scri
psit Arist. didicimus. Quocirca ignis omnis gemi-
nam in corpora nunc exercet actionem. Alteram,
qua calefaciendo urit, & id à cœli motu pendet. Al
teram, qua speciem non calidam tactui imprimen
do sentitur, quemadmodum annullus aurē figu-
ram non auream cæræ imprimit, & hæc ab altero
actionis genere, quod paulo ante cœlo inesse dice-
bamus, pendet. proinde nunc vtraque actione, &
agit & offendit, quiescente autem cœlo illa dun-taxat vacabit, quæ à motu proficiscitur. Reliqua verò
perpetua remanebit, hæc nimirum posterior in re
proborum corpora exercebitur, sęuiet, affliget. Nec
est doloris huiusmodi ratio quęrenda alia, quam
excellentia sensibilis sensus organo admoti, habet
enim quilibet sensus ex his, quæ in rerum natura
sensibilia consistunt, vnum aliquod sibi proprium
ac peculiare, quod philosophi obiectum appellant
vt visus colorem, auditus sonum, olfactus odorē,
quo cum tanta conciliatione atque necessariæ cōiunctionis vinculo deuincitur, vt sine eo agere pos-
sit nihil, ut quandiu suæ facultati & potentię apte
congruit, est quę maximè accommodatum, iucū-
dissimos fructus carpat naturalis amacitię. Vbi ve
rò sensibile in immensum excedit qua dissoluta a-
micitia, quæ mutua quadam proportione, certeq;
rationis temperamento posita erat, sensum ipsum
protinus irritat, lacessit, vexat, torquet. Stridens e-
nim sonus turbat auditum, visus aciem, lux immē
sa retundit ac dissipat, & si regentem manum præ
algoris magnitudine, ad ignem uehementem pro
pius admoueris, protinus intimum irrepit atque
cruciat incendium, ut hominem prope conficere
videatur. Vnde quæso tunc ille dolor? num ex ca-
lore? nequaquam, tā enim nihil aut parum admo-
dum caloris inhęsit, ut si altera manu attrētes, plus
frigere sentias, quàm calescere, immoderata itaq.
uis sensibilis, huiusce doloris relinquitur causa. Pa
timur igitur atque summo dolore sensibili crucia
mur, cum vehemēter calida absque eo, quod calea
mus tangendo sentimus cum sensus susceperit excel
lentis sensibilis speciem sine materia. Talem fate-
mur esse apud inferos corporum cruciatum. Hoc
tantum pacto credimus reproborum corpora ab
igne pati, & tamen non calefieri, nec cōsumi. Nec
quicquam obest id quod rectè dici solet, sensuum
passiones eos efficere, non offendere, sed eo educe
re, quo maximè euadere postremo valeāt. volebat
sane authoritas illa ostēdere quantū hæ spirituales
sensuū passiones ab his, q̄ circa corpus fiunt, altera
tionib. differant. Tanta siquidē est inter eas distan
tia, q̄ hę semper imperfectionis aliquid secū vehunt,
illas aūt puras atq; synceras cōingit aduenire, q̄uis
non semper oī sese existimant admixtione mali.
Obiectorum n. incompactiones ac incongruæ di-
sparitates, sensib. ipsius ut dicebamus maximè ad-
uersantur atq; officiūt. Quo circa in promptu cā
est, cur glorificato corpori dolorē excellēs sēsibile
nō īfert. Dote nāq. īpassibilitatis, prectū uehemētiā
obiecti nequaq̄ admittit. Corporalis itaq. cruciat⁹
nulla deest cā apud inferos, subtracta uulgari hac vi
sione, quam calētes experimur. Et ut summam rei
uno uerbo complectar, corporeum supplicium in
hoc completur, q̄ malum & id corpori admotum
passibili sensu percipitur, hęc ubi sunt, dolere opus
est secundum sensitiuæ animæ partem, quam affe
ctiuam dicimus, Ea propter tam ingens tangibilis
excessus, quantus in igne est, malus cum sit corpo-
rei tēperamento: dum passibilem reproborum sē-
sum inuadit, acerbissimo dolore afficit, vexat cru-
ciat. Neque audiendi sunt, qui nescio quā turbatio-
nem sensoriæ harmoniæ addere, atque interpone
re voluerunt. Temporalis. n. est commotio omnis:
sentire autem omne siue accommodatum, siue ex-
cedens, absque mora contingit. Quare intēperatū
immensumque sensibile suapte natura sensui non
aduersaretur, nisi simul atque coniunctim alteri ū al
teri officeret: neque vnigenia cōtrarietas foret, si in
momento non consummaretur. Attestatur plenè
his, quę diximus dissimilium pœnarum alteratio:
etenim quo nā alio pacto ab aquis niuium ad calo-
rem nimiū, rursusque ex hoc illas sine dolore, in-
terstitio aut mitigatione transibunt. Si. n. æstum at-
que algorē corporaliter sentirent, nō solas spiritua
les vexationes excipientes, sæpissime dolore uaca-
rent. Perennis autē atque continuus erit dolor; q̄n
iuges ac uiuaces aderunt causæ, & homo ipse sine
morte passibilis erit, alterum reparata natura, alte-
rum culpa exigente. Si igitur ignem illum tartareū
uerè corporeum esse non ambiginus, si unum at-
que eundem dæmonibus hominibusque reprobis
paratum credimus, consequēs est, ut utique corpo-
reo addicti sint igni. Sed tanti refert quod spiritus
carceris afflictione; corpora autem sensibilis quo-
que intentionis effusione continuè, perpetuo, acer
bissimeque torquebuntur. Arescentibus itaque ho
minibus præ timore: tam diræ gehennę manifestā-
dæ vniuerso orbi, nobiscum bene actum erit, si ti-
mor Domini initium fuerit sapientiæ, si ceu seta fi-
lium amorem honesti bonarum artium, optimo-
rumque officiorum introduxerit. Non. n. accepi-
mus spiritum timoris in seruitute, sed Spiritum fi-
liorum, in quo clamamus, Abba pater. Sit receptō
ris nostri læua sub capita nostrarum actionum, ut
demum dextera amoris illius amplexetur nos, cū
tradiderit regnum Deo & Patri, qui uiuit & regnat
gloriosus in secula. Amen. Dixit.

ORATIO VI.

*De Ecclesiæ & Synodorum differentia coram Iulio se-
cundo in secunda sessione Concilij Lateranen. 17.
Calen. Iunij. 1512.*

CVm animaduertem, Iuli secunde Pontifex ma
xime, reliquas omnes ecclesiasticę reipublicę
consuetudines actionesque singula esse singulis ec
clesiasticę partibus accommodatas. generales uero
synodos uniuersalem Ecclesiam penitus respicere,
eamque tanquam finem sibi proprium attendere:
existimaui me facturum rem & utilem & omnib⁹
gratam, si hodierno die primū de ecclesia ipsa, de-
inde de synodis huius temporis, illarumque dfia
ac diuersitate dicerē. Sed cūm his diebus ex hoc lo
co uiri doctissimi, qui hoc oratorio munere ma-
gna cum laude perfuncti sunt, de his ferè rebus ver
ba grauiter sapienterque fecerint: ego qui ingenio
illis & doctrina inferior sum quo meis uiribus mi
nus confido, Pater sancte, eo humilius atque pro-
pensius tuam humanitatem, & clementiam mihi
propitiam esse, & summisse oro, & suppliciter po-
to. Sed quoniā nihil est, quod homo de semetipso

sine auxilio opeque diuina possit polliceri, ad glo F
riosam ipsam virginem Dei matrem, primum co-
uertam orationem meam Aue maria, &c.

CVm dilectus Christi discipulus & euangelista, multa nobis ex prophetica illa mysticaque ui sione nuntiare instituisset, de Deo, de agno, de Dei agnique gloria, deque venturis præteritisque temporibus ac rebus diuinitus retulit: atque is etiam Christianam rempublicam & ecclesiā eō templatus, in hunc modum ipse aut per ipsum po tius sanctus Spiritus locutus est. Vidi ciuitatem sā ctam Hierusalem, nouam descendentem de cælo. Magna profecto & diuina maximaque insuper atque omnem humanæ rationis terminū exuperan G tia Ioannes uidit. Vidi, inquit, ciuitatem, vidi Hierusalem, vidi illam nouam, ac de cœlo descenden tem. Quæ est ista ciuitas, quā Io. uidit? quæ est ista, quam magister discipulo, Christus Apostolo, Spi ritus sanctus euangelistę ac uati figuris & allegoriis reuelauit? Certè ciuitas hæc Christianæ reipu. vrbs est quę non vallo aliquo terreno, non caduco mu rorum mœniumque ambitu cincta est, sed multi tudine copiaque innumerabili clausa est ac permu nita. Quamuis enim huius mundanę sapientiæ an tistites, certo quodam & præscripto ciuium nume ro ciuitates constitui oportere arbitrati sint, ni miamque & nimis late diffusam multitudinē sum mouerint, neque inter centies centena millia ut ip H si aiunt commercium fieri posse ullum existima uerint, solum tamen Christianum genus tanta, tā que mirabili à Deo optimo max. cognitionis, ne cessitudinis, societatisque copula deuinctum aut coniunctum est, ut in unitate maximam multitu dinem, vnius vrbis ambitu spatium amplissimum in vna deniq; ciuitate totū orbē cōplectatur. Nam cùm in condēda constituenda qualibet ciuitatem duo in primis requirantur, primum ut partib. suis omnibus ipsa constituatur respub. Deinde ut hæc partes inter sese ciuili amicitia quadam & consen sione conspirent licet cognoscere, quomodo pri uatis publicisque in rebus ambabus his partib. no stra hæc Christiana ciuitas excellat. Quod. n. ea par tes omnes perfectis simę reipub. habeat atq. conti neat, ea in primis sacramēta appellamus, ostēdunt: I quę tantæ sunt efficaciæ & virtutis, partim vt ho minum generationes matrimonio progagēt, par tim vt Deos filios Baptismate gignāt, tum genitos cōmunicatione corporis Christi alant & vegetent, deinde diuina Chrismatis virtute corroborent: vbi corroborauerint, potestate atque authoritate Ecclesiasticis ordinibus augeat mox aliquo errore lapsos confessione restituāt, & postremò humanis culpi abluendi olei vnctione perungāt. Preter hęc autem diuina, & præclara munera multa hēt alia hæc ciuitas cumulatissimè, habet nanque Apostolos, habet Euangelistas, habet Prophetas, habet Pa- K storęs, Doctores, Martyres, habet sermones scientię, sermones sapientiæ, genera linguarum, interpretationes sermonum, discretionem spirituum, gratiam sanitatum, fidem, vaticinia, miracula, & eam cœlum claudendi, rursum aperiendi potestatem, vt quidquid in terris ligauerit, quidquid soluerit, denique in continuo in cœlo dissolutum vel ligatum sit. Et quanquam hæc magna maximamque sunt, satis tantum non fuit tot tantaque ecclesiam habuisse, nisi & Angelorum reuelationes, illuminationes, defensionesque habuisset. Quibus omnibus actiones nostræ contemplationisque studia non tueri modo ac defendere, sed propensius etiam & augere, & ornare, & perficere conatur. Ciuitas igitur hæc diuina illis reip. partibus illustrā, quibus nulla vnquam alia uel melioribus uel orna tioribus illustrata est. Quod autem ciues ipsi arcti in hac copulatiusque quam in ciuili alia communitate deuinciantur, vel hinc patet manifeste, qđ hi iam non ciues sunt aduenæ, sed ciues sanctorum, sed domestici Dei, sed membra Christi, & ita vni ciusdemque mystici corporis membra sint, & quē admodum sunt, mutua sese communicatione ac societate confoueant. Cū igitur hæc ciuitas ex perfectissimæ reipubl. partibus perfectissimis constituatur, ipsiusque ciues interiore & cognatiore, quam oēsaliæ societates genere colligentur, patet certè, hanc urbē aliis esse digniorē, perfectiorem, excellentiorem, ipsamque præstare omnibus honore, decore, & (quod maximum est) humana beatitudine ac fœlicitate. Quamquam. n. cuiusuis ciuitatis proprium esse vī, sufficienter ex se beneque ac beatè viuere, nulla tamen alia nisi hæc nra hoc ipsum habere cumulatè ac largiter pōt, sed ne imitari quidem. In aliis nanque finis ciuilis amicitiæ, & societatis est optima inter se hominum coniunctio, in hac vero nostra, ī qua hæredes Dei omnes, cohæredes autem Christi sunt, ad Deum ipsum, ut proprium Christiani generis finem cuncta referūtur. Hęc cum ita sint, rectè Christi Ecclesia, non tā H ciuitas ab Apost. Christi, quam ciuitas sancta a uiro sanctissimo commemoratur.

Id autem patres, ut nunc vos alloquar, mox extrema oratione ad hunc summum Pontificem caput omniū reuersurus, id inquā patres qua & ego quoque ratione demonstrauero, quæso intelligite. Sanctitas ipsa, vt a diffinitione incipiamus, vtque Dionysio Areopagitæ placet, immaculata libera, perfectaque mūditia est. Proinde tametsi hoc sum mis antiquorum nostrorumque rōnibus firmatū sit, in Deo uniuersorū authore & gubernatore, omnium rerum naturas, excellentias, dignitatesque cōstere, Deus tamen ipse præ his omnibus propriam ita sibi uendicat sanctitatem, ut etiam summi philosophi Dei substantiam munditia & sancti tate definirent. Nam cū inuisibilia Dei per ea, quæ fa sunt, sempiternā quoque eius uirtutem ac diuinitatem intellecto conspicerent, uellentque, Dei naturam & uoluntatem, ac quidquid in Deo, est vnica aliisque rebus incommunicabili proprietate, non uirtutis quidem, non diuinitatis aut reliquis tantę maiestati consentaneis nominibus vsi sunt, sed munditię & sanctitatis significationibus. solā. n. deitatis substantiam, à totius potentiæ macula & labe liberam remotamque eē perpēdentes illamq; ob id esse dicentes actum purum, eandē certè ipsā diffinitione hac mundissimā eē sanctissimamque dixerunt. Nec mirum si talis tantaque sanctitas tā tum in mentibus hominum & nominis habuit & maiestatis, quādo quidē intelligētiis ēt beatis, quas angelos dicimus, hymnū carmēque Deo propriū constituit. Angeli namque atque Archangeli, Cherubin quoque & Seraphin repetitis ingeminatisq; vocibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamēt. quo fit, ut Dei quoque in ciuitatē (in qua magnus Dñs est) debeat sanctitudo. Atque hanc partem, quę pau cis demōstrari pōt, breuissimè ostēdā. Omnibus rebus, tum natura, tū arte cōstitutis hoc principio attributum ingeneratumque est, vt cum aliæ aliis iungendæ sunt, pari mutuaque dispositiōe ac similitudine conueniant, hoc ipsæ formę secundum materiæ recipiētis merita distributę testāt, hoc ad ppria

pecu-

peculiariaque munera obeunda aptè appositeque
A nostrorum membrorum habitudines manifestat, denique hoc cõfirmant innatæ materiis ipsis (vt ita dicã) patiẽtiæ, quibus ipse res hominũ artificio subiectæ obtemperant. Hæc nanque oĩa & reliqua id genus, siue natura siue arte cõponenda, sint nisi primũ amica inter se consensione conueniãt, componi, cõiungiue nõ pñt. Cũ igitur sanctitas & munditia propria Deo sit, illique conueniat maximè, cũque coniungendas res ipsas habiles inter sese ad coniunctionem esse oporteat, nemini dubiũ esse puto ecclesiasticam ciuitatem, quæ Deo coniũctissima est, puram, mundam, sanctam, immaculatamque existere. Veritate etenim prima, qua confir
matur, ac in qua fundatur, & errorum omnium B
expers pura mente perseuerat, & dilectione perpetua, qua ipsa in Christo, & Christus in ipsa manet usque ad seculi consummationem ab omni uitiorum sorde & contagione remota est, atque ita uirtute bonitateque perficitur ac valatur, ut neq. mors neque vita neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia illã possit a Christi amore separare. Recte igit ciuitas hæc nostra (qñquidem omnium cœlestiũ virtutũ præcipua) adeo pollet sãctitate omnibus ac cęteris mundi dignitatibus, potestatibus imperiis antecel
lit, satis esse arbitror ciuitatis demonstratam san- C
ctitatem. Quæ ciuitas, quia sancta est, iure optimo a sancto Spiritu nomen illi impositum est p̃clarissimum, is enim hãc sanctam ciuitatem Hierusalem appellauit, qđ profecto nomen ob hanc causã adepta est, quod Hierusalem non modo pacem ipsam, sed ea ẽr quæ pacis sunt, innuere, sanctorum interpretatione tradatur. Tria igitur in hoc sunt, nam & hoc Hierusalẽ atque pacis optimum est, & id uerum huius ciuitatis nomen, & postremo huic ciuitati ita proprium, vt nulli prꝫterea alteri verè cõuenire possit. Optimum certe est, nam optima res pax est, adeoque magna & diuina, vt vniuersa creatura hanc appetere, & per quã desiderare videatur.
Cum enim pax ipsa (Aug. teste) tranquillitas ordi- D
nis sit, & tranquillitas ordinis tunc sit, cum secluſis contrarijs quibusque ordo cõquiescit, constat res omnes (siquidem naturaliter fines suos appetant, & impedientia cuncta sommopere contendant) pacem appetere, pacisque & qetis fructus, vt adipiscantur, summa ope laborare. Quod autem Hierusalem pacisque nomen verum nostræ ciuitatis nomen sit, is testis bonus est, qui dixit. Et factus est in pace locus, Dei sci. qui & huiusce vrbis finis pacem posuit, & tantam in ea voluit propagari abundantiam pacis, vt ciues ipsi non modo cum Deo pacis authore & principe: non mõ inter se omnes pacẽ haberent, sed singuli etiam pacis trãquillitatisque abundantia, & intelligendo in veritate, & appeten
do in ipsa bonitate conquiescerent. Ea verò pax, E
hæc vrbs Hierusalem, hoc sanctissimum Dei homi numque domicilium, non quidem impiorum ho minum est (qui quomodo nõ vera bona flectant, ita nec veram pacem inquirunt) sed illorum est, patres, qui pacifici sunt, qui pacis domum vnanimes inhabitant, qui pacem his qui prope & his qui longe sunt, annuntiant, qui his, ad quos diuertunt, pacem deferunt, & cum hospitio recepti non sunt, redeuntem ad se pacem ipsi recipiunt. Illorũ est hęc sanctissima Hierusalem, quæ ex viuis lapidibus cõstruitur, de qua Dauid loquitur, & cuius portarum serræ ac claustra à Domino confortãtur. Hæc est illa Hierusalẽ, patres, in qua sicut paulo añ inter diui
nas res perfectum est, rex pacificus pacẽ relinquit nobis, pacem suam dat nobis. Sed non quomodo huius mundi homines dãt, ipse dat nobis, hi enim pacem dant, ut molestia careãt, sed pax ibi uera nõ est ubi nec uera concordia est, nec corda hominũ coniuncta, sed disiuncta sunt.

Ea autem pax, quam Christus dat, & quæ in testamento pacis & in Hierusalem inuenitur, ea est, Patres amoris vinculum, tranquillitas animi, simplicitas cordis cõsortium diuinitatis. Quis vnquam uidit vel audiuit talia? quid fuit tam singulare, tam nouum, tam inuisitatum? pax Christi non modo nostra corda & nostras intelligentias custodit, sed omnem etiam & humanum & angelicum sensum exuperat, omnisq; homo sanctus vocatur, qui scriptus, & qui relictus, & qui residuus fuerit in Hierusalem. Hãc itaque præclaram in mutatione mundi rerum nouitatem uidens Ioannes ciuitatem hanc non solum sanctam, non solum Hierusalem, sed nouam etiam Hierusalem Spiritu sancto dictante appellauit. Noua est enim, nam qui in throno sedebat, & qui de thesauro suo noua & uetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit nanque ut neque langueſceret aut veteraſceret vnquam, neque senio cõficeretur. Ex quo fit, ut hæc longe fit, origine, dignitate atque authoritate eminentior Hebræorum synagoga, quæ per antiquæ legis vetustatem consumpta cultum & notitiam ueri olimque promissi Dei filii solita pertinacia atque animi obstinatione repudiauit. Nam cum in synagoga ipsa in hodiernã vsque diem uetus homo sit, uetus fermentum, pristina conuersatio, in nostra certe hęc Hierusalem omnia noua sunt nouum cor, noua lex, nouus homo, noua conspersio. Quæ enim maior nouitas esse potest, quam Deum hominem esse, & rursus hominẽ Deum eũdemque verum Deum hominem, clauis confixum, spinis coronatum, & innumeris affectũ cõtumeliis, nõ aliis ipsum armis, quam cruce, quã morte, quam vulneribus infernum vicisse, cœlos ascendisse, ad Patris dexteram cõsedisse, propterque suum nomen ac legem trucidatos, & gloria & honore & fœlicitate perpetua affecisse? Quid? o illius discipuli rudes, pauperes, abiecti, obscurique homines, cum vniuersus ferè terrarum orbis ignorantię tenebris inuolueretur, & erroribus ac superstitionibus, sceleribusque obtemperaret (tot atque tantis vt dæmones omnium gentiũ dominarẽtur, ac summopere ab hominibus colerentur) hunc tamen ipsum mundum immundum Christi discipuli hi ex infima plebe viri contra synagogæ Pontifices, contra mundi Imperatores, cõtra humani generis hostes, contra leges, consuetudines, opiniones, non armis, non opibus, non vi aut ferro vicerunt, sed fide tantum, spe, & charitate superarũ, purgauerunt, illuminauerũt. Tam autem propria est nostræ ecclesiæ diuina atque sempiterna nouitas hęc, vt nulla hominũ ætas fuerit, nulla vnquã ciuitas aut resp. quæ non ab hac Christiana ecclesia cũcta acceperit, quæ filiorum Dei adoptionis perpetuę exiſtũt. Nam (vt a D. Thoma præclarè scribitur) summum illud Dei beneficium quod nostri gratiam appellant, & quo Dei filij efficimur, id a Deo nouũ Testamenti est, vt a mũdi creatione sancti sanctæq; oẽs quatenus naturę diuinę participes fuerũt, eatenus sub nouo Testamento cõprehendantur, ad quod veteris omnia sunt referẽda. Verum cum hoc fieri nequiuerit, vt excellens hæc diuini humanique consortii nouitas ex terra terreniſque rebus oriretur (quod. n. natum est ex carne, caro est, & quod natũ est ex spiritu, spi-

ritus est) par certe & consentaneum rationi fuit, vt F de cęlo ciuitas hęc sancta & noua Hierusalē descenderet. Descendit nanque de cęlo vrbs hæc noua, cuius fundamenta nec in poetarum figmentis, nec in humanæ sapientiæ persuasibilibus verbis, neque in cuiusuis mortalis aut creatæ volūtatis appetitu seu opinione iacta sunt, sed quæ in montibus sanctis, hoc est in patriarcharum figuris, in prophetarum testimoniis in præconiis Apostolorū, in suppliciis martyrum, in admirandis Christi operibus, in sanctorum proborumq; hominū purgatissimis mentibus, in virtutis denique & Spiritus ostensione inconcussa ac firma perseuerant. Descendit autem de cęlo non gressibus corporis, sed imitatione ac similitudine. Illius nanque exēplo, quæ in cęlis est reip. beatissimę, huius, quæ in terris est, regimen constituit Deus, vt illud non penes omnes aut multos, sed G penes vnum Christi vicariū & dominici gregis pastorem consistat. Nam sicut in Hierusalem illa que in cęlis est mater nostra, vnus tantum Dominus est Iesus Christus, ita in hac Hierusalem illius filia, quæ Christi sanguine irrigata & matris est illustrata splēdoribus, vnus tātum princeps est vicarius Christi, & Pontifex maximus, cui omnes descendentis Hierusalem ciues & incolæ, nō solum vt separatim singuli, sed etiam vt simul vniuersi obedire debeant: quemadmodum qui in superna sunt Hierusalē sancti, cum singulatim, tum vniuerse diuinumque ac simul omnes, vni omnium creatori subsunt, parent & obtemperant. Vt verò præclarissima hæc sunt? At H dicet forte quis, Cum his temporibus duæ nobis ecclesiæ & duæ synodi proponantur (vna Romana, Pisana altera) vtrū ambæ de cęlo descēderunt? Alteram. n. earum tantūmodo descendisse necesse est, siquidē Christi sponsa vna est. Sinite me hoc in loco Patres, respirare paulisper, nam quid a vobis in hac re constituendum sit, paucis dicam.

Quinque Christi ecclesiæ conditiones, nobis (vt audistis) sanctus Euangelista proposuit, illā enim in primis esse ciuitatem deinde sanctā Hierusalē, post tum nouam esse, & de cęlo postremò descēdisse affirmauit. Illam igitur synodum & in terris ecclesiā militantem, quam de cœlo credimus descendisse consentaneam esse præscriptis conditionibus, & in I cœlo triumphantis ecclesiæ formalis, proculdubio reperiemus. Eam verò, quæ a supernorum imitatione prolapsa in præceps, ab illis deflectit viam, non vtique de cœlo descendisse, quin potius ab inferis ascendisse iudicabimus. Hoc quando ita se habet, non descēdit de cœlo, Patres, Pisana nuper Patrum illorum ecclesia, non descendit de cœlo infaustus vbique & inuisus cętus, non tātum è cęlo facinus. Non descendit inquam, sed ruit. Quamobrē, quia non obseruat ea, quæ cœli sunt, non imitatur quæ cęlorum regni tradūtur. At quare hoc rursus? quia prorsus altera est a reuelatis Apostolo conditionibus. Vt autē eas cōgruo ordine percurramus, quis vestrum putabit, Patres illum cōuentum, qui vnius K tantummodo nationis est (si tamen vnius est, & nō dimidiatæ, vel nullius potius gētis legitima coitio) quis putabit illum vniuersam coegisse synodū eius ciuitatis, ad quam fortitudo gētium venit, ad quam multitudo maris conuertitur, ad quam omnes per circuitum orbis terrarum congregantur, cuius, minimus in mille est, & paruulus in gentē fortissimā? Tantum enim abest, vt ecclesia in illa Pisana vera Dei ciuitas sit, quantum abest vt sancta & legitima sit tantumque recedit a candore sanctitatis, quantū ad errorum sordes accedit, accedit autem plus tanto, quanto magis & Petrum ecclesię, & Papam Cōcilio, & suo conciliabulo summum, verum certūque Christi vicarium subijcere conatur. Quod tamen nil aliud est, mea sententia, quam naturæ ipsius rationisq; ordinem peruertere, & filios patri, & membra capiti, pastorique ipsi suarum greges ouium præficere. Sed & illud perspicuum est, Hierusalem nomen illi ecclesię nequaquam conuenire: propterea quod nec pacem habet, nec ordinis tranquillitatem, quodque tam excellentem ecclesię ordinem subuertere cōnititur vtpote quæ contra Romanam ecclesiam togata armataque bella cōmouerit: quæque ad quęcunque diuerterit, non modo pacem illis non attulerit, sed spem omnem pacis funditus euerterit, quę singulatim omnia commemorarem, nisi intelligerem nimio etiam plus quam vellem esse manifesta. Nō igitur Pisarum synodus, synodus Hierusalem est, sed ciuitas ac turris Babel potius: quæ in terra Senaar confusionem fecit, & concordiam ædificantium disiecit. At dicent nonnulli: Saltem vna ex multis, & quarta ex quinque præscriptis conditionibus Pisano cœtui conueniet: nouitas scilicet. Quid. n. tam nouum & inusitatum ac mirabile est, quam esse qui conētur efficere, vt miles duci, & filius patri, domino seruꝰ impediret, oues pastori; denique pedes & cætera membra capiti. Fateor equidē & ego quoq; noua hæc esse, sed tamen aliena prorsus ab illa sempiternæ sanctissimæq; ciuitatis nouitate. Multū enim inter hanc illamque interest nouitatem: nomen vtriusque commune est, sed res & significatio diuersa. Hæc enim Hierusalem nouitas a spiritu sancto est, & æterna est; at illam Pisanam vnica tātum obedientia & Ecclesiæ pars tunc efficit, cum schismaticis illius tempore, res ita maximi Pontifices habebantur, vt nullus eorum aut certus quidē, aut absq; ambiguitate verus Petri successor existimaretur. Hæc itaq; nunc Pisana nouitas Constantiæ tunc ortum habuit, & euanuit, Basileæ repullulauit, & exposa est, atq; his etiam temporibus (si vos viri eritis) interibit quemadmodū sub Eugenio 4. summo maximoque huiusce sedis pontifice repressa est. Neque enim de cœlo descendit, atq; ob id diuturna non est, neque vnius principatū amplectitur, qui & in illa triumphante Ecclesia est, & hanc militantem conseruat quenque synodus Pisana amplecti deberet, si è cęlo descendisse, & nunquam multitudinis regimini (vti facit) inuiti. Lōge igitur ab hac Christi Pisarum ecclesia discrepat, hæc enim fidelium est, illa cauillantium, hæc domesticorum Dei, illa aberrantium, hæc Christianorum hominum, illa vero eorum, qui Christi vestem cōscindere, & à mystico Christi corpore, mystica Christi membra seiungere non verentur. Habetis patres, quid de Pisana synodo communiter constituendum sit, nunc de nostra Laterana, & de sensu animi mei pauca dicam.

Cum ecclesia Pisana de cœlo non descenderit (vti iam vidimus) & alteram ex propositis descendisse necessarium sit (hoc enim posuimus paulō ante) patet ecclesiam nostram, quam Lateranen. synodus perfecta refert, diuinam illam esse ciuitatem, quæ habet sanctitatem propriā, pacisq; abundantiam, & æternæ nouitatis azymos & synceritatis panes, quæque cum vno summo vnius Christi vicarij principatu, de cęlo descendit. Hæc rametsi magno nobis esse debeant argumento, Concilium nrm rectū, sanctum atq; legitimū esse, huc accedit primū, quod concilium hoc à Rom. Pontifice indi-

indictum, inchoatumque est, deinde quod præclara nostrorum maiorū Cōcilia non imitatur mō, sed eorum etiam multa Apostolici splendoris præsentia exciperat, quòdque eidem postremò ppea quia præsentia hac illustratur. Dominus promittit Spiritum veritatis omnem illi veritatem esse patefacturum. Quę cùm ita sint, nequaquā illis assentior Patres qui solo Concilij nomine audito, rem sanctam, & vtilem continuo arbitrabantur effectam esse. Propterea q̄ qui aptius & callidius fallere consueuerunt, hi prauis rebus honesta vocabula prætēdere sunt soliti. Et tamen Concilium illud probo, q̄ suis partibus omnibus absolutum perfectumq; est, quòdque illa habet que, & necessaria consilijs sunt, & à sacrosanctis requiruntur atque expectantur. Expectantur autem multa hoc tempore, & requruntur: atque hæc potissimum ecclesię videlicet reformatio, morum prolabentium restitutio, exorti iam schismatis oppressio, conuersio infidelium, reuocatio hereticorum, roboratio optimarum legū atque sanctionum quæ ad salutem vniuersę fidei Christianæ pertineant. Atq; illa etiam quæ passim deprauata & deformata cernimus, vt ecclesiasticæ dignitates bene meritis tribuātur, virtutes premijs honorentur, vitia aut seuere puniantur, aut saltem ab honoribus & præmijs arceantur. Hoc enim nostrum Lateranense Concilium, quod pia origine & ab authore suo sanctè & legitimè ĩchoatum est, si ad proprium quoque & cognatum finem corrigendi atque emendandj quæ detorta sunt prætenderit, nulla erit ratio, quare qui cōtradicere, aut vllo pacto opponere se voluerint, temerarij, amētes scelerati insuper & nefarij homines non meritò existimentur. Quare si Concilium hoc nostrum eū finem exitumque habere desideratis, quē sanctissima semper florentissimaque Concilia habuerūt, de his Patres quæ iam dixi prouidendū est diligenter, atque de hoc celeriter omni cura diligētiaque constituendum, q̄ neque hodierno die dissimulare possum, neque silētio vllo pacto præterire. Iactā tur. n. voces quæ etiam ad aures meas perueniunt percussum pastorē, oues dispersas, Pisanā synodū summo Pōtifice & in terris Deo potestate authoritateque interdixisse. Maximis ecclesiam, patres, & dissensionibus inuolui & nouis quibusdam vexari & perturbati malis iampridem vidimus. sed hęc tāta, tam exitiosa, tam periculosa haberi Concilia à Patribus illis, quæso vnquam putauisset? Nunc quicquid est, quantum ad vos delatum dedecus, & facinus admissum sit videtis, memoria tenetis, patres: legistis enim quam plurima. Quid aliquando viri clarissimi & sapientissimi in Calcedonensi synodo Contra Ephesinam secundā & illius principem Dioscorum: quid in Constantinopolitana (q̄ octaua fuisse dī) contra Fotium omniū discordiarum satorem decreuerunt, propterea q̄ Ephesinus cœtus grauiter errauerit, Dioscorus in Leonē orbis Episcopum scripserit: Fotius autem non solum absq; Romani pontificis authoritate Cōciliū congregauerit (quòd quidem alienum est ab homine Christiano) sed in Nicolaum etiam summum Pōtificē anathema protulerit. Quemadmodum igitur conuētus Pisanus Fotium & Dioscorū est secutus delinquendo, ita vos consulēdo atque animaduertēdo, celeriter synodum Calcedonensem illamque Constātinopolitanā imitemini incumbite, patres, ad ouium gregem, ad pastoris authoritatem, salutemque ecclesiarum omnium respicite, prouidete q̄ ipsum & facile factu est, & fieri dēt prouidete pa-

A tres, ne quis talia posthac vnquam non mō perpetrare, sed ne cogitare quidē, aut desiderare possit.

Verum ne sanctissimo Concilio nostro in tot aduersis rebus ad communem salutem & conseruādam & amplificāda legitima presidia desint, qn potius (quod omnium votis expetitur, desiderijsq. postulantur) ad debitum finem perueniat, ad te cōuertor. Iul. pontifex, maxime, quod ea abs te peto, quæ tuę virtutis, tuę dignitatis, tuę potestatis propria sunt, Antea enim cum in singulis rebus insiste bamus, alios ordines ecclesię inferiores sumus allocuti, nunc de summa rerum dicturi breuiter, sū
B mum principem, & caput omnium appellamus, Te itaque, Pater beatissimè, obsecro atq; obtestor (tua. n. post Deum maxima est potestas, tuū est imperium, tua rei gubernatio, Christianę fidei defensio) obsecro inquam & obtestor, hoc omni studio cures atque efficias, vt hæc synodus Latēranensis per te congregata, quemadmodum ecclesia q̄ refert de cœlo descendit vt Ioānes vidit ita cum illa rursus ascendat in cœlum, hoc enim vniuersi totis deuotisque animis deprecamur. Assequetur autem hoc te volente, teque imperante, si tu ipse pater sancte, omnipotentis Dei cuius vices in terris non solum honore dignitatis, sed etiam studio voluntatis gerere dēs potentiam, perfectionē, sapien
C tiamque imitaberis, Atqui vt in primis potētiam imiteris, accingere, Pater sancte, gladio tuo, tuo inquam accingere, binos enim habes, alterum tibi reliquisque huius mundi principibus communem, alterum tibi ꝑprium, atque ita vnum, vt illum ali' nemo nisi à te hr̄e possint. Hoc itaque gladio tuo qui ecclesiasticæ potestatis est accingere potētissime, & accingere super femur tuum, id est super uniuersas humani generis potestates. Cumque accīctus fueris, tum intende contra errores, contra hæreses, contra dissentiones, denique contra inferni portas, errorum, hæresum, & dissentionum authores, nec intēde solum, sed etiam procede & regna.
D Procede in primis, & prospere procede, gētes quæ bella volunt, dissipando, tum regna sacerdōs & rex quæ pacis sunt cogitando, inquirendo, persequendo: is nanque idem quem imitari dēs, & Rex regū est, pacisque princeps & Dominus dominātiū, rexque pacificus. Hanc aūt summam potentiam tuā, diuina perfectio comitetur, pfectio hæc misericordia est, qua pater ille cœlestis & perfectus, Solem suū oriri facit super bonos & malos, pluitque super iustos & peccatores. Nā si tanta vbique misericordia præstabis, vt non mō amicos, sed inimicos ēt
E ac hostes ad tui nominis reuerētiam, ad Apostolicæ sedis cultum, ad Christi ecclesiæ vnitatem, ad huius Concilij manifestam professionem uenire compellas, rectè pater sancte, Dei professionē imitaberis humano more. Nulla. n. de virtutib. oībus, nec admirabilior, nec excellētior misericordia est, nulla principi ꝑpria, nulla potētię summæ cognata magis atque amica est. Hæc te præ regibus terræ excellentissimum, hæc te vniuersis populis adorādum, Deoque in super te & gratum & amicum & similimū reddet. Verum cū multos multarum nationum gētiūque viros clarissimos per Dei tuāq; misericordiā ad hāc synodum venturos accessurosque existimemus, una se: ibi ad hanc rem offert diuina sapientia, quæ à fine ad finē fortiter attigit, & disponit oīa suauiter, Huius nuper exemplo, à fine ad finē tū attigisti fortiter pr̄ sancte, cū in dicto Cōcilio hoc atq; inchoato, vniuersos ad bñ de Chria na reip. sperādū excitasti. Disponēs autem suauiter

pro-

prouidendo ſapienter, ne vocati à te iuſtè, quæri F poſſint, ſe, vt par erat, in re tanta expectatos non fuiſſe. Quare poſtquam hodierno die (quod bonum, fauſtum, felixque ſit) de ſingulis, quæ ad huiuſce ſanctiſſimæ ſynodi conſeruationem, & ſtatū ſpectare videbuntur, conſtitutum fuerit, tum de his quoque conſtituatur nationibus, quæ quū intellexerint Romæ, & à Romano Pontifice Concilium ſynodumque haberi, & deſiderari ſe atq; expectari, cunctæ proculdubio nobiſcum vna ad Chriſtianæ religionis diſciplinam, ad apoſtolicæ authoritatis maieſtatem, ad commune fidelis populi ſalutem, ad habentium rerum reſtitutionem, ad totius prætereà eccleſiæ defenſionem, & rem, conuertentur. Sic nanque hoc ſacroſanctum Concilium in cœlum aſcendet, cum catholica eccleſia quam refert, & quam Ioannes ciuitatem eſſe, ſanctam eſſe Hieruſalem nouamque eſſe, atque de cœlo deſcendiſſe contemplatus eſt. Dixi.

Sex Orationum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis Sancti Xyſti, Finis.

TRACTATVS SECVNDVS

De Dei glorioſi infinitate intenſiua, vnica quæſtione contentus.

Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis Sancti, Xyſti, ſubtiliſſima de Dei glorioſi infinitate intenſiua.

Vtrum Deus glorioſus ſit infinitæ virtutis.

QVAERITVR Vtrum Deus glorioſus ſit infinitæ virtutis.

Et arguitur, quòd non. Primo, Quia aut Deus mouet cœlum effectiue, & immediate, aut non effectiue, ſed vt finis tantum, vel effectiue, & mediate. Si primo modo, eſt infinitæ virtutis, ergo motus cœli eſſet in non tempore, quod I eſt contra ſenſum. Conſequentia patet ex 8. phyſi. tex. 79. & primo de cœli, text. 52. & ſecundo cœli. commen. 58. & alibi, &c. Si ſecundo modo, aut tertio, & eſt infinitæ virtutis, ergo habetur in rerum natura vna virtus, quæ ſi moueret effectiue, & immediate, motus fieret in non tempore. Tunc vltra, ſed poſſibile eſt virtutem illam infinitam mouere effectiue, & immediate: ergo poſſibile eſt ex ea ſequi motum in non tempore, quod eſt impoſſibile ſimpliciter. Prima conſequentia ex antedictis eſt euidens. Affirmatio vero vltimi antecedētis patet ex eo, quòd virtus infinita, nec eſt allegata cauſalitati finali motus, nec mediate cauſalitati K effectiue eiuſdem quin poſſibile ſit ipſam ab his abſolui, alioquin infinita virtus non eſſet.

Si dicatur, quòd hæc ratio ſupponit Deum agere naturaliter, ideſt non quantum vult, ſed quantum poteſt & quod hoc non eſt neceſſarium, quia Deus eſt natura intellectualis cuius proprium eſt agere, ſecundum intellectus ſui diffinitionem, vt artifices facere videmus, & conſequenter Deus tāta velocitate mouet, non quin plus poſſit, ſed quia ſic explanandæ ſuæ arti expediri videt. Contra hoc primo. Quia ſaltem habetur intentum ſm Ariſt. & Auer. cæterosq; Philoſophos, tenētes Deum, licet intellectualem, naturali tñ neceſſitate agere. Demonſtratio ſiquidem poſita, in primo cœli tex. 90. ad oſtentandam vnitatem mundi, manifeſte ſuppoſuit hoc, vt patet ex dubio ibidem moto ab Alex. & Auer. & S. Tho. & cæteris. Venatio etiam numeri intelligentiarum iuxta numerū motuum cœleſtium in 12. Meta. tex. 43. hoc idem ponit, Numerus enim motorum non adæquatorum, non poteſt ex motuum numero efficaciter concludi, cū poſſet facilè quiſpiam dicere, plures motus ab eodem excedente motore fieri incōueniens quoque reputatur ad Ariſt. 8. Phy. tex. 70. quod virtus finita & infinita poſſint æquali tempore mouere, quod tamen ex hac reſpōſione ſequeretur. Auer. quoque 8. Phi. comm. 15. & primo cœli, com. 21. & Auic. 6. Meta. hoc idem ſentire videntur. Secundò, Quia vt dicitur primo priorum, & primo cœli G textu 19. id ad quod ſequitur falſum impoſſibile, eſt ſimpliciter impoſſibile, ſed ad virtutem infinitam poſitam in rerum natura, licet agentē liberè ſequitur falſum impoſſibile, ſ. poſſe fieri ab eo motum in non tempore, ergo ipſam eſſe in rerum natura, eſt ſimpliciter impoſſibile. Probatur minor. Tum quia non eſt impoſſibile, Deum velle vti tota virtute ſua, vt inductiuè patet in omnib. agentibus. Et vt dī in primo cœli. tex. 102. ab vniuerſali manifeſta per inductionem in omnib. ſenſibilib. non eſt reſiliendum. Tum quia conſiderata tantū virtute diuina infinita, non conſiderato modo agēdi, quī eſt poſterior, ſ. agere per libertatem, ſequit H motum fieri in non tempore, quamuis non de facto, tamen quantum eſt ex ratione potentiæ motiuæ. Conſtat autem non ſolum eſſe impoſſibile illud ad quod ſequitur de facto poni aliquid impoſſibile in rerum natura, ſed etiam illud ad quod ſequitur aliquod impoſſibile ſimpliciter. Vnde hoc poſſet exemplificari ſic. Quemadmodum poſitio tua duo dicit, ſcilicet quod eſt virtus infinita, & quòd agit liberè, ſic conſequenter ergo deduco duo. Ex primo quidem, quòd fieret motus in non tpe, ex ſecundo autem cp de facto hoc falſum eſt.

Ex quibus ſimul infertur, quòd ad infinitam virtutem licet agentem liberè, ſequitur aliquod falſum impoſſibile, & conſequenter ipſam inueniri eſt impoſſibile.

Secundò arguitur ſic, Omni potentiæ actiuæ in natura reſpondet aliquod impoſſibile ex potentia paſſiua, & econuerſo, vt dicitur in primo cœli. com. 124. vel ſaltem reſpondet aliquod poſſibile manifeſtatiuum totius illius virtutis actiuæ vt ſic, aliter fruſtra eſſet, cū potentia ſit propter opus 2. cœli, tex. 17. Sed virtus diuina motiua eſt infinita per te, ergo ſibi reſpondet ſaltem poſſibiliter aliquis motus manifeſtatiuus infinitatis illius, hoc autem eſt impoſſibile, quia aut ille motⁿ eſſet corporis infiniti, quod impoſſibile eſt inueniri, aut corporis finiti in non tempore, quod eſt impoſſibilius, aut eſſet corporis finiti in tēpore æterno, vt eſt motus cœli & hic non concludit infinitam virtutem motoris, ſed immutabilem & immaterialē, alioquin omnes motores cœlorum eſſent infinitę virtutis. Et cōfirmatur quia quātitas virtutis actiuę ex effectus quātitate cognoſcitur, vt dicitur in primo cœli, tex. 116. Vnde cum Deus non poſſit producere effectum infinitum, vt communiter tenetur, & a Philoſophis & a Theologis, conſequens eſt cp virtus diuina non ſit. Et cōfirmatur ſecundo ex quarto Phyſicorum text. 131. ſic, Si impoſſibile eſt eſſe motiuum, & econuerſo, & ſimiliter, ſi impoſſibile eſt eſſe mobile velocitate infinita, impoſſibile eſt eſſe motiuum velocitate infinita, ſed impoſſibile eſt tale mobile inueniri, ergo & motiuum infinitæ virtutis.

Tertio

Tertiò arguitur a credentibus se arguere ex commentario 38. secundi de cœlo, vbi Auer. dicit ꝙ si motor nō haberet potentiam terminatam, ergo neque naturam terminatam, & sic intelligerentur ex sua natura motores infiniti, & non intelligerentur ex suo esse res propriæ ei, & cætera. Ex illo enim cōmento arguunt, ꝙ infinita virtus est ens impossibile inueniri in rerum ordine, quia si ponatur, sequeretur, inquiunt, quiddam, ꝙ totum non esset maius sua parte: accepta enim virtute illa infinita, & diuisa secundum intellectū in duas quasi partes: ex quo quanta est virtualiter, cum quælibet pars infiniti sit infinita, & vnum infinitum non sit maius alio, consequens est quod tota virtus infinita est equalis cuilibet suarum partium: quod est impossibile. Et ad hoc deducit ibi Auer. cū dicit, ꝙ si esset motor infinitus, intelligerentur ex sua natura motores infiniti. Alij verò eandem inde volentes deducere conclusionem, dicunt ideo esse impossibile ens habens virtutem infinitam: quia infiniti proprium est occupare totum: & ideo si daretur infinitum secundum virtutem, occuparet omnem virtutem: nec compateretur secum aliquam aliam virtutē, & sic periret ordo vniuersi. Et quia infinita natura contineret, & occuparet infinitas naturas, natura autem est primū principium motus: ideo dixit, ꝙ intelligerentur ex sua natura infiniti motores. Potest tamē difficilius, & ad mentem Auerrois: ibidem argui sic, Causa finitatis intensiuæ est distinctio formarū: & hæc est communis formis materialibus, & immaterialib⁹: ergo finitas illa est cōmunis omnibus formis. Antecedens probatur: tum quia distinctio formarum mouentium est causa finitarum proportionum ad mobilia: nisi enim esset diuersa natura mouentis solem, a natura mouētis Saturnum, non posset reddi ratio suarum commēsurationum ad mobilia propria. Tum quia constitutiua formarum, ex quibus oritur earum distinctio, sic se habere necesse est, ꝙ vnum aliquid claudit positiuum, ꝙ reliquum non claudit, & ecōuerso. Ab infinito autem nullum positiuum excluditur: ac per hoc periret multitudo, & differentia motorum.

Quarto arguitur sic. Si Deus esset infinitæ essentiæ, sequeretur, ꝙ nullū ens esset perfectius alio: hoc est falsum, ergo. Consequentia probatur supponendo, quod perfectio attendatur penes accessum ad summum: quod etiam habetur in proposito ex decimo Metaphysicorum commēto 7. vbi dicitur, ꝙ primus motor est mensura omnium substantiarū. Hoc. n. stante deducitur consequentia sic: Eorum quorum nullum est alio propinquius summo, nullum est alio perfectius: sed si Deus est infinitus, nullum aliorum entium est sibi propinquius alio: quia a quolibet distat in infinitum: ergo inter entia alia a Deo non datur perfectius, & minus perfectum.

Quinto arguitur authoritatibus. Et primo Auer. 8. Physicorum com. septuagesimonono, vbi negat primum motorem esse infinitum. Secundo, in secundo, cœli, commento allegato trigesimooctauo, & trigesimonono, vbi subdit quod infinitas intensionis impossibile est quod inueniatur in formis, inquantum sunt formæ. Et confirmatur hoc idem in commento septuagesimoprimo: & in de substantia orbis, cap. tertio, &c.

Aristoteles quoque in secundo cœli, textu septuagesimoprimo: testimoniū huic parti perhibet, dū dicit, quod si addereretur stella orbi erratico, vltimus orbis esset in labore. Constat enim vt ibidem, & in commento 58. declarat Auer. quod vltimum orbē A reuoluere alios, est motorem eius hoc facere, quē omnia desiderant: quem constat esse Deum, & consequenter nihil aliud est dicere, vltimus orbis est in labore, quam Deus est in labore. Hoc autem non sequeretur, si Deus esset infiniti vigoris, ergo.

In oppositum est authoritas Arist. octauo Phys. textu commento vlt. vtentis infinitate pro medio termino ad concludendum Deū esse incorporeū.

In Hac quæstione tria sunt agenda. Primò declarabitur titulus. Secundò probabitur pars affirmatiua. Tertiò respondebitur rationibus in oppositum.

B Quo ad primum, Cum finiti & infiniti ratio q̄titati congruat, vt dicitur primo Physi. tex. 15. & q̄titas diuidatur in successiuam & permanentem, & hæc in quantitatem molis & perfectionis, suppona musque Deum esse incorporeum, & immortalem, &c. consequens est, quòd nec de quantitate durationis, nec molis quæstio præsens sit; sed de quantitate perfectionis, an infima sit.

Quia vero infinitum negationem clandit, non est putandum priuatiue teneri, sed, ut communiter & uere dr, negatiue, qm̄ nō quæritur, utrum Deus non habeat opus perfectionis terminos, quos sua vel alicuius alterius natura nata est habere, sed simpliciter queritur vtrum nullos habeat perfectionis terminos. Et licet mutuo se consequantur infinitas

C virtutis, & infinitas essentiæ: diuersa tamen quæsita formaliter sunt, & diuersa habent propria media. Propter quod diuus Thomas in 7. q. 1. partis, tractat infinitatem essentiæ, Dei & in quæst. 25. infinitatem suæ potentiæ.

Vnde quæstio nostra de infinitate virtutis inquirens, si infinitatem essentiæ quasi pertrāsibit, arguēda insufficientię non est. Vertitur ergo hoc in loco in dubium, an virtus, seu potentia Dei glorioſi sit tantæ perfectionis quod nullus perfectionis limitibus angusteſ, an non. Verbi gratia, applicando quæstionem ad virtutem motiuā, an virtus motiua Dei glorioſi sit tātæ perfectionis, ꝙ quantum ex se, nul

D lo limite claudatur, sed quacunque velocitate data possit facere maiorem, an concludatur aliquo termino, puta quod ultra uelocitatem 24. horarum non possit facere maiorem. Et hæc de primo.

Quo ad secundum, quia non est intentionis præsentis discutere difficultatem hanc, nisi inter Peripateticos: & horum duos tantum, principem, s. eorum, & Auer. a quibus Metaphysicalia media propria ad infinitatem substantię diuinæ, aut nō habemus, aut sic, vt nefas videatur mordaci multorum imperitiæ exponere, ideo duabus tantum viis ꝓpositum ostendetur. Vnum tamen de ipsa diuina es-

E sentia premittendo. s. quod est ipsum esse per essentiam, & totam essendi virtutem præhabens, superexcedensque nobilitas omnium rerū, quæ fuerunt, & quæ sunt, & quæ possunt esse, etiam simul sumptarum. Quod enim sit ipsum esse per essentiam, Aristot. 2. Met. text. 4. & Auer. 12. Metap. com. 51. testantur.

Quod uero ipsū eē pessentiā, totā essendi uirtutē phabeat, apud sapiētes penetrātes terminos, in dubium uerti non pōt: sed cōis animi conceptio est, quemadmodum incorporalia nō esse in loco. Exprimit quoq; ab Auer. in com. 21. 5. Meta. vbi dr, in Deo cōtineri nobilitates oīum generū, cuiusq; sigdem rei nobilitas, fm aliquam essendi rōnem est.

Confirmaturque ab eodem in 12. Meta. com. 18. & 36. ubi dicit, in primo motore oīa cōtineri actu. & in com. 61. quod autem omnium nobilitates simul sūptæ deficiant a nobilitate prima, ex eo patet,

quod

quod cum ipsa ita sit summum ens, quòd cæterorũ nobilitates claudat in se nobilissimo modo: tanto omnibus prestat, quanto eorum in se naturas nobiliori habet modo.

Hẽt.n. omnia in se per modum sui, qui est purus actus omnino. Vnde ridiculum est, quod quidam non sunt veriti scribere, s. quod cum dupliciter possit intelligi, Deum habere in se perfectiões omniũ vno modo sic, ut habeat in se unam simplicem essentiam prehabẽtem omnia, ut pura actualitas, alio mõ sic ut habeat in se gradus perfectionales correspondentes singulis perfectionibus contentis. Si secundo modo verificaretur, tunc Deus esset perfectior, cæteris simul sumptis: si vero primo modo, non concluditur, Deum esse perfectiorem omnib. simul, sed singulis. Et quia primo modo uerificat, ideo ex his non habetur, Deum esse perfectiorem omnib. simul sumptis. Ridiculum inquam est, qa puerile est in philosophia, æquare perfectiones particulares perfectionibus uniuersalib. Non enim est possibile secundum rem, neq; ſm intellectum, etiã data fingendi licentia, vt aliud sit melius ipsa bonitate per essentiam aut magis ens ipso esse per essentiam, aut magis viuens, aut intelligens, &c. quam ipsa vita, & ipse intellectus per essentiam. Si ergo Deꝰ secundum vnitatem est huiusmodi, quomodo potest aliquid eo perfectius fingi. Vnde Arist. 12. Met. tex. 39. notanter concludit Deum esse viuum, & sapientem, &c. vt Platoni attributum dogma confutaret, quod nobilitas entium diuisit, ponens aliud esse per se unum, & aliud per se ens, & aliud per se vitam, &c.

Vnde sicut Leo Platonicus esset perfectior non solũ singulis, sed oĩb. Leonib. simul, quatenus Leones sunt, etsi infinities, infiniti Leones particulares essent, omnes per se a Leonis nobilitate deficerent: sic oĩa entia per participationem, a primo per essẽtiam ente necesse est deficere. Quod etiam ex causalitate equiuoca primi super oĩa, manifeste patet.

Hac igitur primi entis nobilitate prehabita, ostẽdendum est, an uirtus eius sit infinita intensiue.

Prima ergo via ex fine 8. Phys. sumitur sic, Aristo. vt Auer. com. vlt. inquit, concludit in secunda figura, Deum non esse virtutem in corpore sic: Nullum corpus aut virtus in corpore est infinitum: primus motor est infinitus: ergo primus motor non est corpus, nec virtꝰ in corpore. Probatur maior, quia virtus infinita aut esset in corpore infinito, & hoc non datur, aut in corpore finito, & hoc ostensum est esse impossibile. Minor vero quia mouens tempore infinito est virtutis infinitæ; primus motor est huiusmodi: ergo. Iste est processus Arist. in quo manifestè vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert siue sic, siue aliter formei processus Aristot. quoniam quocunq; modo formetur, in idem redit, vt patet in textu.

Quidam autem peruertentes textum, dicunt, qđ Aristot. sumit quidem pro medio infinitam virtutem, sed virtus infinita põt esse dupliciter. Vno modo intensiuè, & sic non accepit Aristot. Alio modo secũdum durationem, & sic intellexit. Ita quod maior est. Nulla virtus in corpore est infinita secundũ tempus, &c. Sed contra hos ex hoc processu arguitur sic. Præmissæ alicuius syllogismi probatæ anterioribus syllogismis, in eo sensu sunt sumendæ, in quo fuerunt concluse in præcedẽtibus rationibus, ista patet de se. Sed præmissæ syllogismi facti in tex. vlt. fuerunt probatæ per alias rationes factas, vt ibidẽ fatetur etiã Aristoteles: ergo accipiendæ sunt in sensu, in quo probatæ sunt. Constat autem quod præmissæ illę probatæ sunt loquendo de infinitate intensiua, ergo accipiendę sunt, vt loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus & vltima tãtum propositio restat declaranda. Quæ sic declaratur. Maior huiꝰ syllogismi fuit cõclusio probata in text. 79. quo ad hoc quod virtus infinita non potest esse in magnitudine finita, & fuit conclusio probata in tertio Physicorum longo processu, quo ad hoc, qđ magnitudo infinita non datur. Sed in tex. 79. nõ potest inficiari, quin loquatur de virtute infinita intensiue, ergo prima præmissa loquitur de virtute infinita intensiue. Minor uero est cõclusio probata ab Arist. in hoc textu ex conclusione tex. 78. Probat. n. hic primum motorem esse uirtutis infinitæ, quia mouens tempore infinito est virtutis infinitæ, ut ibi probatum fuit.

Ad illum enim textum expresse in hoc loco se remittit Aris. dicẽs ꝙ impossibile est a finito moueri aliquid ſm tps infinitum, vt monstratũ est nunc. Constat. n. quod nullibi ꝓbatũ est nisi in tex. 79. aptissime aũt liquet ẽt cæcis quod in tex. 78. nõ est sermo nisi de finita virtute intẽsiuè, ergo altera ẽt præmissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duxi adducere demonstrationem Arist. in tex. 78. & 79. vt ostẽdam ibi sermonem haberi de finitate & infinitate intensiua.

Rationes. n. adeo aptæ sunt, vt ostẽsione hac non egeant, exigitur tamẽ ad hoc, vt videãtur. Et ne suspensum quẽpiam reddamus, donec librum Phys. viderit, fideliter ipsas demonstrationes adiunximus. Demonstratio ergo habita tex. 78. ad ostẽdẽdũ quod motus in tẽpore infinito non põt fieri a virtute finita, est ducẽs ad impossibile. Et accepit primo ab aduersario eius positionẽ, scilicet quod sit ita quod A virtus ut centum, moueat mobile cẽtũ cubitorum in C tempore infinito. Deinde adiungit huic propositionem possibilẽ, scilicet quod D virtus vt decem, quæ est decima pars virtutis, vt centum moueat E mobile decem cubitorum, quod est etiam decima pars primi mobilis, in tempore Z. Et tunc arguitur sic, Hoc tempus, in quo mobile decẽ cubitorum mouetur a uirtute vt decẽ, nõ est equale tempori illi, in quo mobile centum cubitorum mouetur a uirtute ut centum, sed minus eo. Quia demonstratum est in 6. quod cęteris paribus totum mobile, seu mobile maius, maiori tempore eget ad pertranseundum aliquod certum signum, quã pars eius seu mobile minus ad sensum patet. Vel secundum Auer. (& in idem redit) quia maior potentia mouet maiori tẽpore, scilicet maius mobile respectu alicuius signi pertranseundi, seu quod idem est condividendo tẽpus mobili, aliter nõ esset uerum: quia ut dicitur in 7. Physic. text. 36. media potentia mouet medium mobile in æquali tẽpore per æquale spatium. Cum ergo illud tempus sit infinitum, restat quod hoc sit finitum. Sit ergo tempus Z decẽ horum. Et tũc arguitur sic, si augeatur uirtus ut decem donec consumat, aut adæquet uirtutẽ ut centum, & similiter augeatur mobile 10. cubitorũ donec consumat vel æquet mobile cẽtum cubitorũ, necesse est proportionaliter augeri tẽpus Z decem horarum, donec consumat aut adæquet tempus, in quo virtus ut centum mouet mobile centum cubitorum, quia necesse est æquales virtutes mouere æqualia mobilia tempore æquali. Sed infinitum non potest consumi, nec aliquid potest ei multipliciter æquari, ergo tẽpus quo virtus ut cẽtum mouet, impossibile est esse infinitum, quod erat probandum.

Demon-

Demonstratio autem posita in tex. 79. probans qđ in magnitudine finita nō potest esse virtus infinita, est etiam ad impossibile. Et primo supponit tria. Primum est quod maior virtus motrix facit æqualem motum in minori tempore. Secūdum (quod ex primo sequitur) est, quod infinita virtus facit plus in æquali tempore, quàm finita. Tertiū est quod omnis motus est in tempore. Quibus stantibus arguitur sic. Si in magnitudine finita esset virtus motiua infinita, sequeretur quòd in æquali tempore æqualiter mouerēt virtus finita & virtus infinita: hoc autem est impossibile, ergo. Consequentia declaratur ibidem sic: Sit A tempus vnius horę in quo virtus infinita mouet, & sit B tempus mille horarū, in quo virtus finita: puta vt centum mouet. Tunc cū quanto virtus motiua fit maior, tanto tēpus in quo movet, fiat minus per suppositiones, augeat virtus motiua, vt centum, in tanta proportione, quanta tēpus vnius horæ exceditur a tempore mille horarum, & tunc manifestè patet, quod in æquali tēpore æqualiter mouebit uirtus illa finita in mille dupla proportione ad virtutem vt centum, & virtus infinita, qđ erat impossibile deducendum. Ex his iam manifestè patet, qđ nunquam fit sermo dē infinitate durationis, sed semper de infinitate & finitate intensiua, vt qui his oblatis hoc non uidet, non egeat medio sed sensu intellectuali. Et cōfirmatur, Præmissæ istius ultimi syllogismi intellectæ, ut dicunt, de infinitate durationis, aut assumuntur ab Arist. ut per se notę, aut probatæ. Non ut per se notæ; quoniam sunt aut falsæ, aut maximè dubitabiles: tum quia Sol habet virtutē motiuā tpe infinito motu alterationis; tum quia totū corpus cęleste mouet actiuè motu locali sphęram ignis, & supremum aeris tpe infinito, & ñ cōstat q hęc sunt corpora, nec fm ueritatem apparet aliquid cogens, nisi loquentes ad dicendum, q uirtus corporea actiua est necessario finita secundū durationem. Vnde assumens ut per se nota ea, quę sensus perhibēt esse falsa, plurimum peccasset. Nec ut probatæ: quia nullibi inueniuntur in hoc sensu probatæ, ergo.

Et quoniam quęstionem hanc non aggredimur ea ratione, ut sciamus quid senserit Arist. quoniam hoc a philosophia extraneum est; sed ut sciamus, quia ratione hoc conclusum sit, & in processu prædicto ambiguitas magna est circa probationem minoris (quæ est quæstionis huius in obiectum) ideo uidendum hic est quam efficaciter minor illa probetur. Est autem ratio dubitandi, quia commento textus septuagesimo octauo, scilicet mouens tempore infinito est infinitum, ex qua probatur minor textus vltimus, scilicet primus motor est infinitus: loquitur de mouente tempore infinito ex parte mobilis, ut patet ex ratione probante ipsam, condiuidit. n. tempus mobili. Minor autem ista loquitur de mouente tēpore infinito ex parte magnitudinis, seu spatij super quod fit motus, ut patet in motu cęli. Primus enim motor nō aliter mouet tēpore infinito, nisi quia mouet cęlum tempore infinito. Constat autem quod nec tēpus, nec motus cœli habet infinitatem ex parte mobilis; sed ex parte spatij infiniti pertransęundi. Cōstat autem, quod ad mouendum tempore infinito primo modo, requiritur uirtus infinita, ut patet ex demonstratione Arist. text. 78. & hoc siue uirtus illa sit corporea siue incorporea, permanet uerum, & quod ad mouēdum tēpore infinito secundo modo, non requiritur uirtus infinita, ut patet de motore orbis Lunæ, qui est uirtutis finitæ, & sufficiens est mouere motu ęterno.

Eodem siquidem vigore, quo semel potest mouere suum orbem, potest infinities iterare motum illū: quia est inalterabilis & immutabilis uirtutis: ut dicitur in 8. Phys. text. 85. semper similiter se habēs in se & ad mobile, semper idem faciet.

Et ut clarius percipiatur modus quæstionis, sciēdum est ex 6. Phys. longo processu, quod tempus motus conducitur mobili, & condiuiditur magnitudini, super quam est mot⁹. Et similiter dupliciter infinitum esse contingit, uno modo ex parte quātitatis mobilis: alio modo ex parte quantitatis spatii. Mobili quidem condiuiditur tempus, & ex eo infinitatur, quia si aliquod certum signū in aliquo spatio designatum sit pretransęundum, prius pertransitur ab una parte mobilis, quam ab alia: & si p. transęundum est a pluribus mobilibus inæqualib⁹ vno decem cubitorum, & altero uiginti, &c. & cæteris paribus quæratur quantum erit tempus mēsurans transitus istos: manifestè patet quod si mobile decē cubitorum transit illud signum in vna hora, quod mobile viginti cubitorum pertransibit illud in duabus: sicut ēt illud met signum prius transit medietas mobilis, quam totum. Oportet. n. seruata æqualitate motus, quāto mobilē est maius, tardius pertransire signum illud. Verbi gratia: Si primus orbis & orbis Lunæ æqualiter mouerētur, signatum punctum Orientis orbis Lunę tanto citius pertrāsiret, quanto minor est primo orbe. Ita quod quando orbis Lunæ peregisset suum trāsitum, forte adhunc nec millesima pars primi orbis punctum illum orientis transisset: & idem est in motu recto. Vnde si infinitum est mobile, infinitum est esse tēpus, in quo datum signum pertransęūdum est. Magnitudini uerò condiuiditur tps, & ex ea similiter infinitatur: quia finitum mobile prius transit vnā partem magnitudinis quam aliā, & sic cæteris paribus quanto maior fuerit magnitudo pertransęunda, tanto maius erit tempus mensurans motū; & si infinita infinitum, vt in motibus processiuis manifestum est. Nec refert in proposito, an magnitudo seu spatium coincidat rōne materię in idē realiter cum quantitate mobilis, ut in motu cęli cōtingit. Non. n. est aliud spatium pertrāsęundū a primo corpore, quam quantitas ipsius. vt Auer. dicit in 2. cœli, com. 46. Patet. n. quod cœlum prius pertransiret partem spatii quæ est ab Oriente ad Meridiem, quàm illam, quę est a Meridie ad Occidens, nihilominus quàm si ibi esset realis distinctio quantitatis spatii & quantitatis mobilis. Similiter non refert in proposito, an quantitas spatii quantitatem temporis augeat, ex quantitate suarum partium nunquā ab illo mobili pertransitum, ut contingit in motu recto & prima reuolutione circulari: an ex quantitate earundem partium, quæ pluries pertransęūdę sunt: ut contingit in reflexione motus recti, & in secunda reuolutione circulari, & deinceps. Spatiū enim idem secundo pertransęundum, alterius spatii æqualis primo rōnem habet, & perinde quātificat & extendit tempus, acsi alterum equale primo esset (seu ut melius loquamur) acsi esset altera pars totalis spatii æqualis primæ parti, & similiter est de omnibus reuolutionibus circularibus.

Ex his igitur patere possunt tria. Primum, q tempus, quo mouetur cœlum perpetuo, est infinitum non ex parte mobilis, sed magnitudinis seu spatii: quia cœlum corpus finitum est, & ideo tempore infinito mouetur, quia spatium ab Oriente in Occidens infinities peragit.

Secundum, q tps, quo probauit Arist. in tex. 78.

non

non posse fieri motum a uirtute finita, est infinitū F
ex parte mobilis, quoniam manifeste ibi fit diuisio
temporis secundum diuisionem mobilis, dum au-
gendum proportionaliter dicitur secundum aug-
mentationem mobilis & motoris, ut contra pro-
teruos syllogizetur sic. Quantitas temporis aucta
& diminuta proportionaliter secundum augmen-
tationem & diminutionē potentiæ motoris & q̄-
titatem ipsius mobilis, est quātitas se tenens ex par-
te mobilis, patet ista ex terminis, & ex 7. Physi. text.
36. sed quantitas hęc tēporis, de qua loquitur Aris.
est huiusmodi, ut patet de se, & Auerrois, in com.
expresse asserit cum cęteris expositoribus: ergo.

Ex his autem liquet tertium principaliter inten
tum, quod s. processus Arist. non sufficienter vī. p. G
basse minorem, s. primus motor est virtutis infinite:
sed æquiuocationem videtur commisisse in me
dio termino, qui est mouens tempore infinito, dū
in maiore prosyllogismi, quę sunt conclusio tex.
78. sūmitur pro tempore infinito infinitato se te-
nente ex parte mobilis, cum dicitur, Omne mo-
uēs tēpore infinito est uirtutis infinitæ, & in mino
re sumit pro tempore infinito infinitate se tenēte
ex parte spatii, cum dicitur.

Sed primus motor mouet tempore infinito. Re
stat igitur ambiguitas non parua in hoc processu.

Omissis autem opinionibus pluribus, quæ a di- H
uersis de ui huius demonstrationis dictæ sunt, Sco.
enim in quolibet. q. 7. ad primum credens secundū
Arist. primum motorem infiniti vigoris intensiue
dixit hoc, cōcludit ex eo, quod mouet a se, ga quod
mouet a se, est a se, & consequenter habet plenitu-
dinem actiuitatis & entitatis, quæ absque infinitate
intensiua non est. Aegidius vero in 8. Phys. credens
idem, dixit hoc concludi ex eo quod totus motus
infinitus est proprius effectus Dei, quia quod pōt
infinitum motum, quo ad suam totalitatem, potest
nihil minus in ipsum, tam si sit unius mobilis abso
lute, quam si sit unius mobilis infinities iterati, &
consequenter est uirtutis infinitæ: quia a propria
causa effectus recipit mēsuram, speciem. His inquā
omissis, quia absque probatione dicta sunt, quod
mihi uidetur, scribendum est. Mirum enim & (ut
melius dicamus) extraneum valde est, quod Arist. I
medium terminum tacuerit, & tantum studium ap
posuerit circa id, sine quo sua rō ex tacito medio
tenet, ut Sco. dixit. Non enim in 8. Phys. aliud me-
nium assumitur, nisi mouere tempore infinito: &
de hoc magna solicitudo fuit, quod exigat uirtutē
id finitam. Constat autem q̄ hoc abstrahit a moue
re a se, vel non à se, & quod motioni a se accidit, q̄
sit in infinito tempore, nihil. n. minus concluderē-
tur, si esset in tempore finito, vt ipsemet fatetur.

Nec ualet ratio dicens, quod infinitas non depē
dens, sed prima est proprium medium ad uirtutē
infinitam, quia secundum hoc primitias motus es
set proprium medium, siue ille motus sit finitus, si K
ue infinitus, & sic idem quod prius. Vnde finitas, &
infinitas motus vndique per accidens concurrunt,
& sic Arist. s. scientiarum artifex, tacuisset ea q̄ sunt
per se in medio termino, s. primitatem motus, &
solicitus fuisset circa ea, quę sunt in eo per accidēs
scilicet infinitatem temporis, cuius oppositum v-
bique docuit faciendum. Aegidii vero deductio
quamuis ueritatem a longe tangere videatur (vt in
sequentibus patebit) veritatē tamen assequuta nō
est, quia ex eo quod totius motus cœli ponitur ef-
fectus alicuius cāæ p se, nō est ab eo nisi sequax de-
ducta infinitas intensiua illius causæ, sed assumptæ
sunt proportiones voluntariæ vel remotæ, vtpote
quod proprius effectus a per se causa recipit speciē,
& mensuram. Ex hac enim nō habetur, quod tota-
litas infinitatis extensiue necessario fiat per se ab in-
finitate intensiua: sicut nec ex hac effectus infinitus
fit a causa infinita, cum nō appareat, quare ipsa to-
talitas, quod vnitas infiniti motus non possit per se
intendi, & fieri a virtute finita immobili ad conti-
nuandam & conseruandam perpetuo inferiorum
successionem, &c. vt dicitur in secundo de genera-
tione. tex. 57. & 12. Metaph. cōmento 306. Latius igi
tur quod mihi in re hac apparet, prosequēdum est:
eo qđ difficultatem moram directè discutit, & ad
principale propositum propriam uiā docet, & Ari-
stot. tam menti quàm verbis consona videtur. Præ-
mittendum est ergo primo quod perpetuitas mo-
tus sicut, & alia quantitas dupliciter imaginari pōt,
qđ fiat ab aliqua virtute. Vno modo per se primo:
secundo modo nō per se primo. Et ne in æquiuoco
laborem⁹, illud dicitur fieri per se primo ab aliqua
virtute, in qđ pōt virtus illa ex propria ratione: in il-
lud autem dicitur posse aliqua virtus ex propria rō-
ne, in quod pōt ex perfectione clausa infra latitudi-
nem propriam illius virtutis. Et per oppositū illud
debet fieri nō per se primo ab aliqua virtute, quod
quidem fit ab illa virtute ex aliqua cōditione anne
xa illi virtuti, quæ est extra latitudinem illi⁹ virtutis
formaliter sumptæ, verbi gratia, & est exemplū de-
seruiēs, ppositō. Virtus calefactiua vt octo B. ignis
durantis centum annis, potest in duos effectus, sci-
licet & calefacere vt octo, & centū annis continua-
re hunc calefactionis motum: sed primum potest
ex rōne propria inquantū est virtus calefactiua tan-
tæ perfectionis, scilicet vt octo: hæc enim perfectio
intra latitudinem virtutis calefactiuæ claudituꝛ. Se-
cundum vero non pōt ex propria ratione, alioquin
omnis virtus calefactiua vt hoc octo posset, quod
patet esse falsum in D. igne durante per diem tan-
tum, sed potest ex annexa sibi duratione centū an-
norum; quàm patet esse extra rationem virtutis ca-
lefactiuæ, & cuiuscunque alterius virtutis motiuæ
formaliter sumptæ. Ideo enim B. ignis potest conti
nuare calefactionem per cētum annos, quia virtus
eius durat centum annis, vt de se patet. Tunc ergo
perpetuitas motus dicitur fieri per se primo ab ali-
quo, quādo ex perfectione infrà latitudinem poten
tiæ agentis causa causatur, tunc autem nō per se pri
mo, quando non ex ratione propriæ potentiæ agen
tis, sed ex conditione illius fit. Ex hac autem distin-
ctione ex parte effectus manifeste patere potest alia
distinctio ex parte causæ. Potest siquidē dupliciter
imaginari aliquam uirtutē esse cōtinuatiuam mo-
tus tempore infinito. Vno modo per se primo, id
est ex ratione propria ut exposuimus, & alio modo
nō per se primo, sed ex annexa eius cōditione, ut ēt
exposuimus. Differūt autem uis perpetuitatiua mo
tus per se primo, & uis perpetuatiua non per se pri-
mo, ex assignatis rōnibus adhuc dupliciter. Primo
in hoc qđ uis perpetuatiua per se primo respicit infi
nitatem durationis, ut per se primo effectum, & per
se primo terminum: quia ex propria latitudine in
illam pōt; sicut uis calefactiua respicit calefactionē,
seu calorem, ut per se primo effectum & terminū.
Vis autem perpetuatiua non per se primo respicit
infinitatem durationis, nō ut per se primo effectū,
sed ut conditionem proprij effectus.

Secundo in hoc, quod illa respicit quantitatē du
rationis vt per se propriū effectum: quia infinitas
durationis quędā quantitas durationis essentialiter

est

est oēm quātitatis durationē in se claudens. Ista aūt non nisi per accidens quantitatem durationis respicit, s. vt cōditionē necessariò comitem sui proprii effectus, quia nō ex propria ratione, sed ex annexa conditione hoc facere supponitur. His verò prælibatis, oportet secundò tres conditionales stabilire: ex quarum veritate propositi ratio habebitur.

Prima cōditionalis est: Si A per se primo mouet tempore infinito; A est uirtutis infinitæ intensiue: declaratur ista, quia stādo infra latitudines uirtutis per se respicientis quantitatem durationis ut proprium effectum, quæ pōt vocari virtus quantificatiua motus, intelligendo de quantitate durationis, valet argumentum. Ad cōtinuandum aliquo tempore requiritur aliquanta virtus, ergo ad maius tēpus, maior virtus. ergo ad infinitum infinita. Et fundatur hec cōsequentia super illam regulam. Sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maximum ad maximum. Quare absque dubio vniuersaliter & necessario tenet in his, quę se respiciūt p se primò, ut S. Tho. in 3. contra Gen. c. 39. dicit. Fundatur etiam super illud principium Metaphysicum. Cuiusque potentiæ propria latitudo proportionabiliter rādet propriæ latitudini sui per se primo effectus. Quod patet inductiue in omnibus: ergo uirtutis quantificatiuæ motus, si esset propria latitudo, respōderet proprię latitudini quātitatis durationis: sed propria latitudo quantitatis durationis attenditur penes extensionem durationis, qa duratio nō augetur per intēsionem, ut qualitas, sed extēsionem, ut quantitas; ergo uirtus quantificatiua q̄tò maiorem posset quantitatem durationis producere, tantò maior esset, ergo si infinitam infinita. Vnde ꝓportio virtutis quantificatiuæ, seu cōtinuatiuę motus, ad quātitatem per se durationis est sicut proportio uirtutis calefactiuæ ad quantitatē per se caloris. Et nulla est differentia ꝓportionum, quamuis sit differentia rerum subtractarum ꝓportionibus, quia quantitas per se caloris est quantitas intensiua, quantitas uero durationis est extensiua. Quod tñ, ut ex dictis patet, proportionem nō uariat eo quod hoc est materiale, & per accidens. Formale.n. est, vniuersaliter loquendo, quod latitudo cuiusque potentiæ actiuæ respondeat latitudini ꝓprie sui per se primo effectus. An uero latitudo ꝓpria effectus attendatur secundum extēsionem, vel intensionem, accidens esse cognoscitur ab exercitatis in metaphysica: & iō eadē rōne ꝓportionis tenet cōsequentia supradicta, qua tenet ista. Ad ꝓducendum aliquantum calorem requritur aliquanta virtus calefactiua, ergo ad maiorem maior, ergo ad infinitam infinita. Si qs autem dixerit, supradicta principia non habere locum, nisi quando quantitas per se effectus est quantitas intensiua. cum Philosophia abhorreat uoluntarium, oportet huius restrictionis rōnem reddere. Nulla autem rōne sulta apparet hæc respōnsio, nisi forte dicatur, quod qa magnitudo uirtutis non est, nisi secundum quantitatem perfectionalem, iō non respondet nisi quantitati perfectionali effectus; quātitas aūt pfectionalis non est quantitas durationis. Non.n. quanto maior duratio, tanto perfectior effectus fit, sed ęqualis perfectionis est ignis durans per horam, & p duas horas, & per tempus infinitum, ut dr primo Ethicorum cap. 7. Sed hæc rō in hoc deficit, & quasi æquocat, quoniam dupliciter contingit loqui de quātitate durationis, uno modo secundum se, alio modo ut est conditio aliarum rerum.

Si cōsideret ut est cōditio rerū, puta hoīs, aut albedinis: sic cum sit extra rationes formales rerum, non auget propriam perfectionem alicuius rei: nō enim est perfectior calor durans centum annis, q̄ durans vno die. Et hoc modo est sermo de quantitate durationis in 1. Ethic. vt patet ibi ex com. Auer. & S. Tho. & consequenter hoc modo verificatur, quod quantitas durationis non est quantitas perfectionalis, nec sibi proportionatur virtus actiua alterius effectus.

Si verò consideretur primo modo, scilicet secundum se, sic cum bonum diuidatur in decem prædicamenta, sicut ens, vt in 1. Ethico. Ibidem dicitur: & quantitas durationis sit quędam entis species: quandam etiam bonitatē secūdum se necesse est ponat. Ac per hoc manifestè patet, quod si duratio aliquā perfectionem secundum se ponat, maior maiorem ponet, & infinita infinitam: sicut etiā quantitas molis aliquam perfectionē dicit, alioquin inter entis species non esset, & maior maiorem, & infinita infinitam: non minus in suo ordine, quam calor infinitus, & tñ quantitas molis maior & infinita dicitur secundum extensionem. Quòd ergo quantitas durationis sit quantitas perfectionalis, pōt dupliciter intelligi, s. vt cōditio aliorum, & sic est falsum: quia est extra latitudinem rationis formalis cuiusque alterius rei. Alio modo secundum se, & sic ipsa quantitas durationis est quædam perfectio vendicans sibi quantitatem perfectionalem secundum suam extensionem, quemadmodum calor vendicat sibi eā secundum suam intētionem. Vnde ad rationem in oppositum dicēda sunt duo. Primò, quod nō oportet quantitatem durationis esse quantitatem pfectionis; sed habere illam infra suam latitudinem: sicut nec calor est quantitas perfectionis, sed habet illam. Secundò quod falsum est, quod quātitas durationis secundum se non ponat quantò maior maiorem perfectionem, quamuis nō ponat maiorem perfectionē huius, puta caloris vel hominis. Et qa sermo in predicta cōditionali habitus, nō est nisi de quantitate durationis secundum se: consequens est quod firma stet veritas illorum principiorum etiā in his effectibus, quorum propria quātitas est quantitas extensiua. Talia enim maiorem semper pōnūt ex augmentata extensione perfectionē suæ speciei. Manifestè autem patere possunt omnia quæ de pfectione quantitatis durationis diximus in hac solutione ex quantitate molis: applicando distinctiones factas & cætera dicta ad ipsam, vt facile est cuique exercitato deducere. Vnde potest formari ad principale. propositum ratio talis. Magnitudo virtutis respondet proportionaliter magnitudini per se effectus: sic quòd aliquanta virtus, ad effectum aliquantę perfectionis, requiritur, & maior ad effectū aliq̄tæ perfectionis, & infinita ad infinitæ perfectionis effectum: sed duratio est effectus aliquantæ perfectionis: ergo ad faciendū per se primò aliquantam durationem requiritur aliquanta virtus, & ad maiorem maior, & ad infinitā infinita: cum maior duratio maiorem dicat perfectionē, & infinita infinitā.

Rogoque omnes iterum atque iterum, ne auertendo mentis intuitum ab eo qđ est per se, ad id, qđ est p accidens, fallaī, innitentes supra adductæ glosæ, absque ratione dicendo quod si ad effectum aliquantæ perfectionis requiratur aliquāta virtus; ad effectum maioris perfectionis intensiuæ requiritur maior virtus, non autem ad effectum maioris perfectionis extensiuæ, qualis est maior & minor duratio. Hæc.n. glos. ut ex dictis patet, optima est, loquendo de causa per se primò illius effectus, cui utraque

quantitas

quantitas conuenit, intensiua, intra propriam latitudinem, & extensiua extra, sicut est calor, &c. Vniuersaliter autem loquendo de quantitate causæ in ordine ad proprium effectum, & eius quãtitate infra latitudinis suæ limites clausa, nulla opus est distinctione: eo quod eadem rõ saluatur in proportione causæ & effectus, siue secundum propriam rationem augeatur intensiue, siue extensiue, rõ. s. maioris pfectionis secundum propriam rõnem suæ speciei. Non.n. tenet illa regula in effectib. quantitatis intensiuę alia rõne, nisi qa quanto effectus per se primò alicuius est perfectior infra latitudinem ꝓpriam, tãto perfectiorem causam exigit. Propter hoc.n. ex maiore quantitate extensiua caloris producti nõ cõcluditur maior uirtus calefactiua, sed intensiua tantum. Illa.n. auget perfectionem caloris extra propriam latitudinem caloris: ista autem intra. Hęc autemmet rõ saluatur in effectib. quantitatis præcisè quantitate extensiua, quoniam eorum propria perfectio augetur infra propriam latitudinem secundum extensiuam augmentationẽ. vnde vniuersaliter loquendo, effectum esse perfectionem intensiue vel extensiue, accidit effectui pfectiori secundum propriam latitudinem suæ rõnis formalis, quod per se cõsideratur in hac rõne. & est rõ vtriusque eorum, quod perfectiorem cãm exigat & concludat, sicut esse album vel nigrum accidit colorato, & est rõ eorum, quod sint visibilia. Falli autem multos contingit in re hac ex eo, quod cæteris entibus a quantitate manifeste videmus, ꝙ sola augmentatio intensiua effectus per se concludit maioritatem virtutis per se primo actiuã illius, & nullam perhibet sensus uirtutem actiuam per se primo quantitatis: propter quod nunquam intellectui oblata apparet augmentatio virtutis ex intẽsiuo cremento effectus. Quidquid.n. sit de uirtute actiua per se primo quantitatis, siue permanentis, siue successiue, discernẽdum est intellectuum acumine, ut dictum est inter entia, quorum propria perfectio consistit in intensione, & quorum ꝓpria perfectio consistit in extensione, qm in illis extendi est extra limites rationum formalium suarum, & propterea non concludit maiorem perfectionem virtutum actiuarum illorum entium.

In istis autem extendi est infra rõnes formales eorum, & est ipsum eorum intendi, & iõ idem exigit & cõcludit in uirtute eorum actiua ꝓ se primo ꝙ in illis infert intendi, si inuenitur uirtus ꝓ se primo, actiua q̃titatis. Vnde nõ obstat proposito si qs dicat nõ dari in rerum natura hmõi virtutem q̃ficatiuam motus; nobis.n. sat est veritas cõditionalis quæ permanet etiam antecedente & cõsequente impossibili.

Similiter puerile est, si quis putet dictum ꝓcessũ iõ non tenere in effectib. q̃titatis extẽsiuæ, sed intẽsiuæ, qa in extẽso quod addit licet pfectio quædã sit, non includit in se minus extẽsum. & aliquid ultra, intẽtius autem includit in se remissum, & aliqd vltra perfectionis addit. & ideo hoc requirit maiorem virtutem, illud vero æqualem. Puerile inquam dixi, qa sic hẽt maius fm extensionẽ ad minus, puta spatium duarum horarum, ad spatium, vnus aut bicubitum ad cubitum, sic maius intensiue ad minus, puta calor ut quatuor ad calorẽ vt duo, vtrobique sigdem maius claudit minus, & aliquid perfectionis propriæ rationis formalis addit.

Constat autem ex dictis, quod in prædicto processu nulla est ratio exigens, aut supponens aliam similitudinem proportionum inter intensum & extensum, nisi maioris ad minus: Argumentum.n. semper est hoc modo. Potens per se primo in aliquantum, est aliquantæ virtutis, ergo potens in maius est maioris: ergo in infinitum est infinite. Nihilominus diligenter aduertẽti apparebit qd' quẽadmodum in extenso pars addita priori non includit priorem, & ideo sursum non infert maiorem virtutem: ita in extẽso gradus, verbi gratia, additus nõ includit priores, nec est maioris perfectionis gradus quartus albedinis, quam sit primus, nec ex perfectione maiore quarti gradꝰ sursum infertur maior vis calefactiua: sed ex eo quod totum calidum, puta habens quatuor gradus caloris, est perfectius, quam calidum vt duo, quemadmodum etiam arguitur ex eo, ꝙ totum extensum est perfectius.

Friuolum quoque omnino est, si quis admittat prædictum processum tenere quo ad effectus quãtos quantitate permanente, non autem successiua. Oporteret enim abradere principia tradita in sexto & septimo & octauo Physic. de virtutibus motiuis & earum proportione; cum motus & tẽpus, & de quibus est ibi sermo, successiua entia sint. Stat ergo veritas primæ conditionalis.

Secunda autem cõditionalis est ista. Si A mouet tempore infinito vnum motum continuum, &c. A est mouens immobile, & accipimus mouere ꝓprie, vt distinguitur cõtra mutare. Et rursus accipimus, mouet, vt motor, nõ vt instrumentum motoris, primum propter illuminationem, secũdum ꝓpter corpus celeste trahens secum ignem: quem nihil minus traheret, si idem ignis numero perpetuò cõseruaretur, secundum totum & partes, & etiam propter primum orbem trahentem secum alios. vt multis placuit, quãuis nõ sufficienter. Probatur ista cõsequentia 8. Physic. 85. ex proposito, & duodecimo Metaphysic. text. 45. ex hoc quod motor motus nõ semper eodem modo se habet aut in se, aut in ordine ad mobile: id autem, a quo semper prouenit idem eodem modo se habere necesse est vtroque modo, vt patet: ergo.

Ex his autem duabus cõditionalibus verificatis antequam veniamus ad tertiã iam patere potest distinctio superius præmissa cum suis mẽbris in speciali. Liquet enim tã quod perpetuitas motus duabus attestatur causis, scilicet infinitate virtutis per se primò causantis ipsam, aut immobilitate motoris, & consequenter quod diuersimodè ab illis dependet, & illas infert: quoniam infinitatem non infert nisi in virtute per se primò (seu ex propriæ latitudinis perfectione) illam causante. Immobilitatem verò virtutis infert in omni uirtute causante ipsam. Et meritò: quia immobilitas est extra latitudinẽ perfectionis virtutis tam motiuæ quã quãtificatiuæ motus. Infinitas autem rationis formalis cuiusq; intra ipsius latitudinem clauditur. Gradualitas.n. alicuius speciei (puta caloris) etiam si in infinitum crescat, caloris naturam non exit. Immobilitas vero conditio est extra totam latitudinem caloris. Siue.n. intelligatur calor, ut quatuor siue ut mille, siue vt infinitus, nunquam peruenietur ad hoc quod sit immobilis infra limites caloris stando. Et quod de calore exemplificauimus, de cęteris uirtutibus actiuis, formaliter sumptis, siue secũdum rem sint in materia, sine non, intelligi uolumus, oportet enim Philosophum formaliter loqui. Vnde distinctio iam probata in terminis specialibus repeti potest sic. Perpetuitas motus dupliciter potest imaginari, quod fiat. Vno modo a uirtute per se primò ipsam causante, & sic oportet, quod fiat a uirtute infinita intensiuè,

vt

vt patet ex prima conditionali. Alio modo à virtute non per se primo ipsam causante, sed per se primo causante talem motum & secundario causante eius perpetuitatem, vt illius conditionem, & sic oportet, quòd fiat a virtute motiua immobili, quæ ex perfectione suæ virtutis causat talem motū puta Saturni, & ex immobilitate eiusdem semper perseueret idem faciens. Vt sic cōditio virtutis sit causa conditionis effectus sicut in primo modo propria perfectio ipsius virtutis est causa propriæ perfectionis effectus, & propter hoc Arist. 8. Physi. in text. 78. infinitatem temporis motus adscripsit infinitati virtutis, & in tex. 85. adscripsit immobilitati motoris, vt iaceret fundamenta, & ad primum motorem, & alias intelligentias inuestigandum, vt ibidem D. Tho. notanit. Ex primo enim primum motorem 8. Physic tex. vlt. & 12. Metaph. text. 41. concluſit. Ex secundo vero numerū intelligentiarum text. 43. & 44. Non enim ibi inuestigatur numerus infiniti motoris (vt quidam rudes, & cæci dicunt) sed numerus motoris inalterabilis, & immobilis, vt patet ex fine tex. 41. & ex ipso textu 43. vbi semper est sermo de immobilitate motoris tēpore æterno, &c.

Tertia igitur conditionalis, cuius antecedens supponit Arist. cum suis sequacibus est ista, Si cœlum mouetur tempore infinito, primum mouens ipsum infinitæ virtutis intensiue. Et aduerte differmitatem inter hanc consequentiam, & priores. In priorib. enim inferebatur, A mouet, &c. ergo, A est infinitæ virtutis, vt in prima, vel ergo A est virtutis immobilis; vt in secunda. In hac vero non inferimus, ergo mouens cœlum: nec, ergo quilibet motor cœlestis: sed, ergo primum mouens est virtutis infinitæ intensiue. Probatur ista sic: Cœlum mouetur tempore perpetuo: ergo ab aliqua virtute per se primo, & directe potente in sempiternitatem motus, talis est infinita intensiue, vt patet ex veritate primæ conditionalis probatæ: ergo inuenitur aliqua virtus infinita intensiue. Aut igitur ista virtus est in quolibet motore cœlesti, aut in primo tantum. Non in quolibet: tum quia nō oportet, tum quia neuter ab altero dependeret insempiterne mouere: fatuum enim est ponere infinitum, vt sic dependere: tum quia aliquid conueniret pluribus primo. s. mouere sempiterne, quod est impossibile, vt monstratur, primo Poster. ergo in primo motore tātū. Totus processus clarius est & firmus, si prima cōsequentia probabitur. Cuius vis cōsistit in ista categorica, Sempiternitas motus causatur ab aliqua virtute, per se primo intendente, & potente ipsam. Hac igitur propositione probata, nihil remanebit huius rationis probandum. Probatur ergo primo, quòd hoc sit possibile: deinde quod sit de facto.

Primum probatur, quia si esset incōueniens, aut impossibile, sempiternitatem motus causari ab aliqua virtute actiua per se primo, hoc non esset, nisi vel quia duratio motus, cuius species est sempiternitas, non est res separabilis a motu, sed simul est, & non est, & fit & non fit cū motu: ac per hoc sufficienter fit a quolibet mouēte, sicut & motus, vel quia duratio motus passio motus est eo, quod tempus, vel dr in 4. Physi. text. 130. & 12. Meta. text. 29. aut est idem motus, aut eius passio. passioni autem non debetur aliud agens quam productiuum subiecti, vt patet inductiue. Vel quia, vt superius tactū est duratio motus non est, nisi conditio eius, conditionibus autem rerum non debetur propria virtus actiua: sed sat est conditiones actiuas sequi. Preter enim hæc tria non apparet ratio, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatem vendicare sibi virtutem per se primo eius actiuā: sed nihil horum impedit. Inseparabilitas siquidē duarum rationum formalium, etsi concludat, quod producens vnam in rerum natura producat alteram, non tamen concludit, quod à quocunq; producatur per se primo vna, ab eodem producatur per se primo & altera. Quamuis enim esse ens sit inseparabile ab esse tale, uel tale ens, & per hoc habeatur, quod causans tale ens causet etiam ens: nō tamen sequitur, ergo si est causa per se talis entis, inquantū tale, ergo & inquantū ens, vnde Arist. in 6. Metaph. in principio venatur principia, & causas entium, inquantum entia. Durationem autē passionem esse motus etsi verum sit quo ad aliquid, puta quia sub tōne tpis diffinitur per motum, & inseparabiliter concomitatur ipsum tanquam posterius suum prius, non tamen est verum simpliciter, quia cōstat quòd verè, & simpliciter passio alicuius sic producitur consecutiuè ad productionē subiecti vtà virtute per se primo productiua subiecti, secluso quocunque extrinseco, sufficienter emanet. Duratio aūt siue sempiternitas motus nō emanat à virtute motiua, vt sit ratione ipsius virtutis, sed consequitur conditionem extrinsecam ipsius virtutis, s. durationem eius, vt patet inductiuè. Non est igitur passio propriè loquendo sed potius conditio inseparabilis. Nec ex hoc quod talis conditio potest poni in esse ex conditione virtutis motiuæ, concludi potest, ergo superfluè quæritur alia causa, quoniā non quæritur causa ad hoc, vt fiat absolutè: sed ad hoc vt per se primo fiat.

Non. n. superfluè quæritur à quo p se primo fiat animal, quamuis sciamus ipsum fieri à generante hominē & bouem. Nec inconueniens aliquod sequitur, si tam nobilis cōditionis motus, qualis est sempiternitas, specialis causa quæratur, & non sat sit credere, quod fiat vt conditio præcisè, nihil. n. contra principia naturalia, aut metaphysica, aut q̄cunque alia apparet sequi, imò inuestigatio hæc consequens est processib. Arist. in 6. & 7. & 8. Phys. vbi causas motus aptauit s̄m diuersas proportiones ad eius durationem. Non est igitur impossibile aut inconueniens, sempiternitatem motus talem esse effectam, quod possit produci ab aliqua virtute per se primò. Quod autē hoc sit de facto, probatur primo, quia vt dr 2. Phy. tex. 26. & 8. tex. 30. semper ponendum est id quod est aut causat p se, ante id quod est aut causat per aliud. Cōstat aūt quod causans sempiternitatē motus, quia immobile causat eam per accidens, seu per aliud à virtute sua actiua, ergo debet præcedi ab eo quod ex propria perfectione suæ virtutis actiuæ sempiternitatem facit, hoc enim tantum est quod per se primo illam causare potest.

Secundò, quod sempiternitas motus cœlestis est effectus dignissimus, vt eius effectus ostendit, scilicet perpetuitas omnium generabilium & corruptibilium, ad quam tota sphæra actiuorum, & passiuorum, & singula in ea contenta secundum vires conantur, & pro ea agunt, quicquid agunt, vt Auer. dicit 2. Cœli, com. 17. & Alber. Magn. ibid. confirmat. Irrationabile est autem effectum adeò nobilem in rerū natura absque per se primo causa actiua fateri. Et confirmatur, Quia cum in motu cœlesti sint conditiones, scilicet sempiternitas, & determinata velocitas, quę in sui rationē claudit

dit tempus, vt patet in 4. Phys. tex. 96. & sempiter- F
nitas eius sit nobilior determinata velocitate, vt
ex effectibus, & de se patet, & 12. Metaph. com. 41.
habetur, vbi certa velocitas finitati virtutis, sempi-
ternitas vero infinitati attribuitur motoris absq;
potentia omnino: secundo quoque cœli tex. 17.
dicitur quod sempiternitas est proprium diuini-
tatis opus, & Platonicis confirmantibus, ibidem
à S. Thoma cognouimus entia tantum sempiter-
nitatis, quantum diuinitatis sapere, & determina-
ta velocitas absque dubio habet causam per se pri
mo ipsam causantem apud omnes Philosophos,
quæ dementia esset sempiternitatem cœlestis mo
tus causa per se primo priuare. Relinquitur, igitur G
ratio tota, & stabilis & efficax, cum etiam fugiendi
via concessa nō sit. Duobus enim modis poterat
quis tantum laborem fine priuare. Vel dicendo
quod sempiternitas motus non habet causam per
se primo actiuam, quod esse nefas ostensum est.
Vel dicendo, quod habet quidem, sed illa est virtus
infinita, immobilis. Et hoc ostensum est esse igno-
rantiam propriæ vocis, quia nulla virtus per se pri
mo actiua alicuius, est actiua illius ex aliquo extra
propriam rationem formalem, alioquin esset acti
ua illius, circunscripto omni alio, quod implicat.
Impossibilitas autem, & vniuersaliter immobili-
tas, vt de se patet, & superius declaratum est, extra
latitudinem est cuiusque rationis formalis virtu- H
tis actiuę formaliter sumptę, vnde dicere quod vir
tus A sit per se primo actiua sempiternitatis, & di
cere quod ideo est actiua sempiternitatis, quia est
immobilis, & semper manet eodem modo: est
ignorare propriam vocem.

His ergo præmissis ad motum dubium contra
processum Arist. redeundo, dicimus quod quia
sempiternitas motus exigit per se in primo moto-
re seu in eius propria potentia actiua infinitatem
intensiuam, & hoc non habet ex eo, quod ponitur
in motu infinito ex parte spatij infinities iterati,
sed inquantum est secundum se effectus quidam, I
cui accidit quod hoc, vel illo modo soluetur, iō
ex propria ratione sempiternitatis motus siue sal-
uetur in motu infinito per se, siue infinito per ac-
cidens, concludi optimè potest absque æquiuoca-
tione infinitas intensiua primi motoris potentis
per se primo in sempiternitatē. Vnde attenta sem-
piternitate motus formaliter, & relata ad virtutē
actiuam per se primo illam respicientem, quam-
uis æque bene concludatur infinitas intensiua il-
lius virtutis, siue hoc siue illo modo ponatur, Ari-
stot. tamen à notioribus doctrinam subtilissimā
tradens, deduxit in textu 78. ex sempiternitate mo
tus posita in motu infinito ex parte mobilis, infi-
nitatem intensiuam potentiæ, & in textu vltimo
ex eadem sempiternitate motus posita in motu K
infinito ex parte spatij conclusit infirmitatem pri-
mi motoris. Insinuans nihil obstare rationi sum-
ptæ si ex sempiternitate formaliter accepta ī quo-
uis motu saluari ponatur. Propter quod in tex-
tu 78. non posuit mobile infinitū, sed tempus tan-
tum, vt doceret, quod non concludebat ibi infini
tatem potentiæ ex infinitate mobilis, sed ex pro-
pria ratione infinitatis temporis, & in tex. vlt. se-
cundum vtranque translationem non sat fuit
Arist. subsumere, quod primum mouens mouet
motu perpetuo, aut tempore infinito, sed subsum-
psit vtrunque simul, vt ostenderet, quod non ar-
guit absolutè ex hoc quòd mouet perpetuo (cum
hoc sit commune omnibus motoribus cœli,) sed
ex eo, quod sic mouet tempore perpetuo, vt ipsam
infinitatem tēporis per se primò causet, alioquin
nugatio commissa esset in illa minore, quam ne-
fas est Aristoteli imponere.

Formaliter ergo dubium soluendo dicimus,
quod medium ad probandam illam minorem, s.
primus motor est virtutis infinitæ & hoc, mouēs
per se primo tempore infinito, ita quod maior
syllogismi sumpta tex. 78. est ista, Mouens per se
primo tempore infinito, est virtutis infinitæ. Mi-
nor vero sumpta in textu vltimo est ita, Primus
motor mouet per se primo tempore infinito, er-
go primus motor virtutis ifinitæ, vbi nulla æqui-
uocatio intercuenit. Et maioris probatio ex infini-
tate temporis saluati in motu infinito ex parte mo
bilis, non obstat, sed magis attestatur processui,
quia proportio virtutis per se primo respicientis
durationem motus, ad finitatem, & infinitatem
temporis, absolutè declarata, & concluſa est ibi in
materia clarius eam repræsentante, s. in motu infi-
nito per se, vt ex notioribus fieret doctrina. Differt
autem deductio hæc à subtilissima deductione,
quam D. Thomas 8. Phys. docuit in duobus. Pri-
mo in medio termino. Cum enim medium Arist.
sit mouens tempore infinito, nos vero supra ly
mouens. Secundò in minore, quia apud nos, mi-
nor est vera de facto quo ad operationem primi
motoris, apud illum vero minor est vera quo ad
virtutem primi motoris. Non enim de facto pri-
mus motor mouet tempore infinito per se, sed
oportet eum esse tantæ virtutis, quod quantum
ex parte virtutis suæ, posset mouere tempore infi-
nito per se, quia causæ per se oportet respondere
effectum per se. Primus autem motor est causa p
se infinitatis motus, ergo siue sit possibile tempus
infinitum per se inueniri, siue non oportet, primū
motorem tantæ virtutis esse si est per se causa infi-
nitatis motus. Conueniunt tamen hæ deductio-
nes in conclusione (quia vtrobique concluditur
infinitas intensiua primi motoris) & in radice, qa
vterque processus ponit primum motorem esse
per se causam durationis infinitæ ipsius motus.
Sed ille processit ex eo quod causæ per se oportet
esse tantam virtutem vt possit in effectum per se,
quod fundatur super secundo Phys. tex. 36. Iste ve-
ro, quod causam per se primo alicuius, oportet, p-
portionaliter augeri secundum augmentum pro-
prium effectus sui, cuius fundamenta superius di-
cta sunt.

Et vt multis philosophantibus complaceamus
qui volunt potius cum Auer. errare quam cum
alijs verum sequi: ostendendum super hoc idem
Auer. docuisse. In 12. siquidem Metaphysic. com-
men. 41. postquam concluſit iuxta demonstratio-
nem 8. Phys. quod virtus infinita requisita ad mo
uendum tempore infinito corpus cœleste, nō est
in magnitudine, quia moueret in non tempore,
mouet statim dubium communiter tactum a do
ctoribus 8. Physic. scilicet, cur si ponitur virtus in-
finita in magnitudine: sequitur motus in nō tem
pore, quæ est ratio difformitatis. Et statim respon-
det, quod hoc ideo est, quia motus cœli fit à duo-
bus motoribus, quorum alter est finitæ motionis,
& est anima cœli, & alter infinitæ, & est poten-
tia omnino sine materia, & quod motus cœli à
motore finito habet, quod sit in non tempore,
& à motore infinito, quod sit tempore perpetuo.
Vbi à plano sensu literæ non diuertendo, manife
stè patet, quod ipse est opinatus primū motorem
esse

esse infinitæ virtutis intensiue,& propter istam infinitatem causare per se primo sempiternitatem motus cęli, & in hoc differre à ceteris intelligentijs,quæ cum sint immobiles,possunt virtute propria causare perpetuitatem motus,per accidens tamen,vt ex dictis patet.Et quia prędicta verba Auer. alijs locis eiusdem contradicere videntur (vt adduximus arguendo ad oppositum) ideo à diuersis diuersimodè exposita,vel poti⁹ extorta sunt, prout quilibet voluit non se Auerroistam, sed Auerroim suum facere,vnde oportet expositiones eorum afferre, vt firmetur veritas. Quidam igitur dixerunt,quod Auerrois intendit quod sit finitus intensiuè primus motor,infinitus autem in duratione,non tantum formaliter, sicut alij motores: sed etiam causaliter, quia sempiternitas motus ascribitur fini ipsius motus,qui est purus actus omnino,& per hoc differt à cæteris motoribus. Et hi diuisi sunt in duas vias. Nam quidam eorum dicunt quod illa distinctio motoris ī finitum, & infinitum, est distinctio realis, quidam vero quòd est distinctio rationis in primum motorem secundum quod est finis,& ipsummet secundum quod est agens,& secundum quod agens mouet in tempore, quia est vigoris finiti intensiuè, secundum vero quod finis, perpetuat motum, & ideo dicitur infinitus in duratione causaliter. Alij vero dixerunt, quod primus motor non est virtutis finitæ nec infinitæ intensiuè,quia non est virtutis actiuæ,sed dicitur infinitæ causaliter, causalitate finali,vt dictum est. Alij autem dixerūt, quod illa verba Auerrois examinanda & glossanda sunt secundum determinationes factas in de substantia orbis,&c. vbi magis ex proposito tractauit rem hāc, vbi manifestè negauit infinitatem intensiuam. Sed quòd omnes huiusmodi responsiones erant manifestatur.Et primo quod loquatur de infinitate intensiua,probatur primo sic. Quandocunque aliqua distinctio proposita habens plures significationes,& alterum oppositorum declaratur ab ipso distinguente quo ad quid nominis, secundum quam intēsionem sumitur, reliquum debet sumi secundum oppositam intensionē.Patet ista: alioqui periret omnis certitudo diuisionum, & syllogismi diuisim,&c.sed Auer. diuisit motorem cęli in motorem finitæ motionis, & infinitæ motionis,& descripsit alterum membrum, scilicet motorem finitæ motionis per finitatem intensiuè,vt patet quia ibi expressè subdit.Dicere finitatem,est dicere proportionē motoris ad motam rem:ergo reliquum membrum, ſ. motor infinitæ motionis est describendum secundum intentionem oppositam,ſ.ꝙ dicere infinitatem est dicere improportionem, & sic erit motor infinitus intensiuè. Secundo sic: Termini quæstionis & responsionis secundum artem demonstratiuam non differunt, sicut nec quæstio differt à conclusione in terminis,sed in modo. Constat autem ꝙ motor infinitus de quo est sermo in quęstione,est infinitus intensiuè,quoniam est ille, de quo dicitur in 8.Phy. tex.79. ꝙ mouet in non tempore: ergo finitas, & infinitas de qua est sermo in responsione, est etiā intensiua.Tertio sic,Quęlibet responsio à sapiente data, debet sumi in sensu in quo quæst. motæ respondet, sed ista non respondet quæst. motæ,nisi intelligatur de infinitate intensiua:ergo,&c.Declaratur minor, quæst. est virtus infinita requisita ad mouendum tempore infinito,posita in magnitudine,infert motum in non tempore, & posita extra magnitudinem,non.Huic autem quæsito non satisfit dicendo, ꝙ hoc ideo est, quia ibi sunt duo motores separati & ambo finiti,sed alter actiuè,& alter vt finis, & ex motore vt finis est sempiternitas,ex motore vero vt agens est,quod motus sit in tempore.Hoc enim siue verum, siue falsum sit,est impertinens quæsito,& solicitudo superflua. Tota enim quæstio est quare à virtute separata,nō sequitur motus in non tempore, sicut à virtute posita in magnitudine. Et constat ꝙ est sermo de virtute actiua.Hæc autem quæstio, vt nouitij possint percipere (sicut & quælibet alia) aliquid certum supponit scilicet infinitate infinitatem virtutis siue in magnitudine, siue extra. Et quærit dubium quare si illa sit infinita virtus ponitur in magnitudine,mouet in non tempore,& extra non. Quæratur ergo ab istis primo: Qualis est illa infinitas virtutis,quæ supponitur intensiua, an durationis: si intensiua,habetur intētum: si durationis, quęst. & nulla & ridiculosa est. Nulla quidem quia a virtute actiua infinita in duratione posita in magnitudine,non sequitur motus in non tempore,vt patet de virtute alteratiua solis à qua res aliqua alteratur, & tamen in tempore. Nec potest dici quod illud est verum tantum de virtute motiua vnico motu locali tantum,quoniam expressè Arist.in 8. Phy.tex.69.vnde hoc sumptum est, dicit hoc verificari in omnibus virtutibus motiuis quocunque motu.Ridiculosa autem,quia puerile est quærere, quare à virtute finita in vigore,infinita autem duratione separata materia, prouenit motus in tpe, & non in toto tempore.Quis enim est adeo rudis vt ignoret finitatem, & infinitatem intensiuā virtutis, sequi velocitatem certam, vel incertam motus,& non finitatem & infinitatem durationis:Vltimum igitur refugium horum est,quod quæstio illa neutram infinitatem determinatè supponit, sed infinitatem in communi, quoniam ex motu perpetuo neutra infinita determinatè concluditur,sed in communi concluditur, quod oportet virtutem motiuam tempore perpetuo esse infinitam. Vnde dicunt quod quæstio Auerrois est, cū sit ꝙ virtus motiua tempore infinito sit infinita, abstrahendo ab hac & illa infinitate, quare posita in magnitudine infert motum in non tempore, & extra magnitudinem,non.Et responsio est supponēdo, ꝙ si aliqua virtus posita in magnitudine, debet mouere tempore perpetuo, oportet quòd sit infinita intensiue,ex 8.Physicorum, textu 78.& consequenter mouet in non tempore, ex tex. 79. & addendo quod si aliqua virtus motiua tempore perpetuo ponatur extra magnitudinem,& illa est necessariò infinita secundum durationem, & distinguitur in motorem & agens, & sic est finitæ motionis,idest,mouet in tempore, & motorem, vt finis, & sic est infinitæ motionis,idest,mouet ī finito tempore,quod virtuti positæ in magnitudine conuenire non potest. Non enim potest distingui in motorem vt agens,& vt finis,& ideo oportet, quod virtus motiua tempore infinito, si est in magnitudine,moueat in non tempore extra magnitudinem,nō. Sed verè isti innituntur telis aranearum.Deficiunt enim dupliciter, scilicet in re ipsa,& in expositione Auer. In re ipsa quidē,quia falsum est, qđ virtus motiua tpe infinito, si ponitur in magnitudine,est infinita intensiuè, si extra magnitudinem,non.Quæratur enim ab ipsis (ne in æquiuoco laboremus) de quali infinitate tpis est sermo. Distincta est enim superius ex 6. Physi-

quia est duplex, ex parte mobilis, & ex parte spatij, seu per se, & per accidens. Si est sermo de virtute motiua tempore infinito ex parte mobilis, nulli dubium est, quod illam oportet esse infinitam intensiuè. in tex. enim 78. non est sermo de tali virtute: sed de prima, vt ex dictis patet. Amplius: Cū Philosophus obedire debeat rationi, oportet reddere causam, quare cum ad mouendum B mobile certa velocitate, puta motu vnius horæ, requiratur tanta virtus intensiuè, puta vt centum ad continuandum illum motum tempore perpetuo sufficiat ex parte virtutis motiuæ, quod semper perseueret in eodem vigore, quare, inquam, est G quòd virtus talis si ponatur extra magnitudinē, sequitur quod sit infinita intensiuè? Hoc enim neque ex parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur, & tamen hoc est super quod isti fundantur. Quod si dicatur quod hoc oritur ex hoc, quod illa virtus actiua semper remanere debet ī eodem vigore, hoc puerile est, quia ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quòd illa virtus oportet, quod ponatur in magnitudine inalterabili, & incorruptibili. Ex hoc autem, quod virtus actiua ponitur inalterabilis, & incorruptibilis, infinitæque durationis siue in quanto, siue extra, non habetur maior perfectio intensiua, vt de se patet in H primo Eth. cap. 7. ab Arist. & Auer. dicitur. Et datur exemplum de albo, quòd ex hoc, quod ponitur perpetuum, non sequitur, ergo est albius, quia differentia maioris, & minoris rationis non infert differentiam secundum magis & minus. Vnde ridiculum est, quòd quidam inter Philosophos se locantes dicant, quòd ideo non potest esse virtus motiua actiuè tempore perpetuo in magnitudine, quia oportet ipsam esse durationis infinitæ, & per hoc infinitatem intensiuè. Deberent enim inferre, ac per hoc inalterabilem & incorruptibilē, ad quod sequitur infinitas intensiua.

Pudet autem adducere quorundam fatuitatem dicentium, ꝙ processus non fit ab Auer. & Arist. I ad concludendum, primum motorem esse incorporeum absolutè, sed ad concludendum, ipsum esse incorporeum, i. non immersum materiæ, ad esse quæ est tantum apud eos in generabilibus, & corruptibilibus. Rationis siquidem Arist. à tex. 78. vbi inchoat, teste ipso Arist. ibi cum Auer. tractatus intendentis ostendere impartibilitatem primi motoris, vis est ex natura quāti & extensi siue corruptibilis siue non, vt patet, & in tex. vlt. rationem formans ex efficacia probatorū, & non aliter concludit primum motorem impartibilē, vnde hoc est simpliciter error nimis fatuus. Amplius, Hoc dictum, s. quòd virtus motiua actiuè tempore ꝑpetuo si est in magnitudine, est infinita intensiuè, si extra, non oportet vel ex rationibus formalibus terminorum intelligibiliter deducere, vel sensibilibus assumere. Sed iam ostensum est ex rationib. K terminorum hoc nō deduci, sed oppositum quo ad primam partem, & sensibilia idem testantur: ergo hoc est volūtariè dictum. Ex sensibilibus enim habemus, ꝙ virtus alteratiua Solis est motiua actiuè, & est in magnitudine, & tamen non est infinita intensiuè, nec alterat in non tempore. Nec potest dici, ꝙ quia sermo est de virtute actiua motus localis, ideo instantia non militat. Tum quia eadē est ratio quo ad mouere in non tempore, & infinitatem intensiuam de virtute alteratiua, & motiua secundum locum, & vniuersaliter motiua si ponantur in magnitudine, vt dicitur 8. Phys. tex. 79. F vt iam adductum iterum est. Tum quia si idem alterabile semper supponeretur alterationi Solis, tunc Sol vnum numero motum perpetuum posset continuare, nulla facta augmentatione suæ virtutis quidquid sit de antecedente huius conditionalis, & sic virtus finita intensiuè, infinita durationē, mouet in tempore infinito vnum motum cōtinuum & non in non tempore, vnde quod de facto non sit hoc, est per accidens, quantum est efficacia virtutis. Accidit enim tantæ virtuti, quod ad vnum plura subijciantur, &c. & nihil minus posset in vnum semper, quam plura. In expositione autē verborum Auerrois errant, quia ex huiusmodi sensu non habetur responsio ad quæsitum. esset enim responsio, quòd ideo virtus motiua tempore infinito posita in magnitudine moueret in nō tempore, & posita extra magnitudinem, non: quia virtus extra magnitudinem distinguitur in motorem vt agens, & motorem vt finis, in magnitudine autem, non. Ex hoc autem quomodo haberi possit quælita differentia, centum iuga boum non deducerent.

Quartò principaliter probatur, quòd de infinitate intensiua sit sermo Auer. ibidem, ex eo, quòd ibi dicit, quod motus cœli inquantum est ab anima cœli, sortitur determinatam velocitatem: inquantum vero est à primo motore, sortitur sempiternitatem. Ex hoc enim arguitur sic: Aut intendit, quòd motus cœli habeat sempiternitatē à primo motore effectiuè, aut finaliter. Si effectiuè, cū in hoc ponat differentiam inter primum motorem, & animam cœli, tripliciter potest hoc imaginari.

Primò, quòd anima cœli, aut non efficiat aut non sufficienter possit efficere sempiternitatē motus, & ideo attribuatur primo motori tanquam causæ sufficienti, & hoc conuincitur demonstratiuè esse falsum supponendo animam cœli esse virtutem motiuam immobilem, vt patet ex 8. Phys. tex. 85. & ex supradictis. Secundò quòd anima cœli dependenter illam faciat, primus autem motor independenter, & ideo attribuitur primo motori, vt eius causæ actiuę independenter. Et hoc conuincitur esse contra Auerroim ibi, aut loquimur de communi dependentia, qua omnia entia alia à primo, & actiones eorum dependent à primo, & sic non saluatur commentum, ponens differentiam inter sempiternitatem, & determinatam velocitatem motus cœli in hoc, quod illa est à primo motore, hæc ab anima cœli, tali enim dependentia cōmuni tam sempiternitas, quàm determinata velocitas est à primo motore mediante anima cœli. Aut loquimur de singulari dependentia, qua in faciendo talem effectum, scilicet sempiternitatem motus anima cœli dependet à primo motore. Et hoc conuincitur esse impossibile, tenendo primum motorem finitum intensiue, & deducitur sic, Motore sufficiente ex his quæ in se intrinsece sunt, applicato mobili disposito, circunscripto quocunque alio, excepta communi dependentia ad primū, necessariò prouenit effectus proprius illius motoris. Patet ista ex terminis, alioquin nulla esset via ad probandam consecutionem causæ ad effectum, & econuerso. Sed anima cœli est actiuum sufficiens ex suis intrinsecis respectu motus æterni: ergo circumscripto quocunque alio excepto communi influxu primi, potest in motum æternum, ergo nulla est opus speciali dependentia. Probatur minor ex eo, ꝙ anima cœli habet

ex

ex ſuis intrinſecis duo requiſita ad faciendum ſempiternitatem motus, ſcilicet tantam virtutem intenſiuè (puta vt mille) & immobilitatem, quilibet enim motor habēs hæc duo, poteſt ſempiternum facere motum, quamuis non per ſe, vt dictū pluries eſt. Tertiò, q anima cęli licet ſufficienter, tamen per accidens facit ſempiternitatem motus, primus autem motor facit eam per ſe, & ideo attribuitur primo motori, vt eius cauſæ actiuæ per ſe primo intendenti illam. Et ſic hr intentū: quia, vt ex prima conditionali probata patet, ex hoc ſequitur, ergo primus motor eſt virtutis infinitę intenſiuè. Et in rei veritate iſta vr mens Auer. in illo loco. Loquitur enim de actiua cauſalitate, vt quæſtio mota oſtendit, & non intendit ſubtrahere ab anima cęli cauſalitatem actiuam ſempiternitatis: ſed perfectam cauſalitatis, cuius nulla virtus finita eſt capax, vt patet ex dictis. Vnde cauſam actiuā per ſe determinatæ velocitatis poſui animam, ſempiternitatis vero primum motorem. Si finaliter, hoc poteſt dupliciter imaginari. Primò, vt ſit ſermo de dependentia communi, quia cauſantur in genere cauſæ finalis à primo. Et hoc eſt contra Auer. ibidem, quoniam hoc modo non ſaluatur ſua dria inter terminatam velocitatem motus, & eius ſempiternitatem: hoc etenim modo vterque effectus dependet finaliter à primo motore. Secundo, vt ſit ſermo de aliquo ſpeciali modo dependēdi, in genere tamen cauſæ finalis. Et quantum verba eorum ſonant, videntur dicere, q quodam ſingulari modo ſempiternitas eſt a primo fine, quo non eſt determinata velocitas, ſic q ſempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, q iſta ſufficienter fiat ab agente, illa autem nō niſi adiuncta cauſalitate finali primi motoris. Sed quia facile eſt dicere diſtinctionē in qualibet re quamuis ardua, & inexercitati eſt admittere illam in aere, ideo q̄ramus ab iſtis, quomodo ſit iſta differentia: Hoc enim nō poteſt niſi tripliciter imaginari, ſ. aut ſic, q ſempiternitas careat cauſa actiua, & finali tantū attribuitur. Et hoc eſt ridiculum, qm̄ non eſt intelligibile, quòd aliquid effectiuè producat motum, & non producat eius durationem, maximè cum ipſe, quod eſt duratio illa (vt 12. Metaph. tex. 29. dr) aut eſt ipſe motus, aut eius paſſio. Conſtat autē, q hæc ab eodem ſiunt actiuè ſecundū rem, quamuis non eodem modo, poteſt enim eorum, quæ ſunt, idem realiter vnum per accidens, produci ab agente inferiori, & alterum per ſe, vt patet cum Socrates generat Platonem, tunc enim licet fiat Plato p ſe, fit tamē corpus vel miſtum per accidens, vt dr in primo Phyſi. tex. 76. aut ſic quòd ad determinatam velocitatem cauſa actiua ſufficit abſque finali, ad ſempiternitatem autem, non. Et hoc ēt eſt ridiculum, quia finis eſt cauſa cęterarum cauſarū, nullusque eſt effectus naturæ aut artis abſq; fine. Aut ſic, quòd ad determinatam velocitatem cauſa actiua cum fine cōi ſufficit, ad ſempiternitatem autē non, ſed requiritur ſpecialis rō dependētiæ ad primum motorem vt finem. Et hoc eſt iterum loqui in aere, niſi huiuſmodi ratio aſſignetur. Nec appareat alia rō, quàm illa, quæ in eodem com. 41. ex intentione Themiſtij ſubditur. ſ. quòd motor qui mouet ad conſequendum aliquid, vel conſeruandum aliquid tranſmutabile neceſſe eſt, quòd quādoque ceſſet. Motor autem qui mouet propter aliquid ſemper in actu, & immutabile, qua ratione mouet vno tpe, mouet ſemper. Et ſic hr ſpecialis ratio dependentiæ ſempiternitatis ex fine, quę nō habetur in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propoſitum, nouitiorum eſt. Cum enim omnes animæ cęleſtes prima intentione operentur propter ſe (vt dr 12. Meta. com. 36. & ſecundo Cœli. com. 17. & 21.) & ipſarū natura ſit immutabilis in actu, & earum opera ſint ſicut opera artium, (vt dr 12. Meta. com. 44.) & finis ſit principium in operabilibus, vt dr in 2. Phy. tex. 88. Quemadmodū ex actualitate immutabilis finis ſumunt animæ illæ rationem ſempiternitatis in ſuis operib. ita ex alijs conditionib. nobis ignotis ſumunt rationem tantæ velocitatis, & quare magis ab Oriente moueāt verſus hemiſpherium ſuperius, & alia huiuſmodi. Hęc n. omnia fiunt pp melius, vt ex ſecundo Cęli, tex. & com. 34. hr. Et ex fine neceſſe eſt bonitatem eorum fieri, cum naturalia agātur pp finem, vt dr 2. Phy. tex. Vnde ex hoc non magis habet, q ſempiternitas ſpecialiter dependeat à primo, quā certa velocitas, vtrunq; enim eorum habet hoc modo ſpecialem rationem dependentiæ ex fine. Amplius, Cum ratio ſempiternitatis motus ſufficienter ſumatur ex his finis conditionib. ſ. q ſit in ſe actu, & habitu & mouente, immutabilis, & hæc ſint communia omnibus motoribus cœlorū reſpectu propriarum eſſentiarum, nihil propriū primo motori dixiſſet Auer. ſed totum q dixit cōuenit omnib. animab. cęlorum in rōne finis, nec pōt dici, q dictum Auer. cōe quidem eſt omni motori ſeparato in rōne finis, ſed appropriatur primo pp dependentiam aliorum à primo, & in rōne finis, quia ſic non ſaluatur dria inter ſempiternitatē & velocitatē, vtraque enim pp independentiā primo eſt attribuenda fini. Quòd ſi tanquā ad vltimum refugium recurrendo dicatur, q ſempiternitas motus dependet à primo fine quodā ſingulari modo ignoto nobis, & hoc cognoſci ex hoc, q oēs motores cęleſtes conueniunt in ſempiterne mouere, non aūt in velocitate motus (hoc. n. ideo eſſe credēdū eſt, quia rōnem ſempiternitatis habent reſpiciendo primū, velocitatē vero reſpiciendo propria.) Hoc eſt contra Auer. qui expreſsè dicit in ſecundo Cęli, com. 58. q motores inferiores ſumunt rōnes ſuarum velocitatum, ſm q magis deſiderant aſſimilari primo. Et loquitur nō ſolum de motu diurno, ſed ēt in circulo obliquo. Deinde hoc non eſt ſufficienti rōne firmatum, q enim conueniant oēs in ſempiternitate motus, vt dicit Auer. in ſecundo Cęli, cō. 38. & 71. & alibi, eſt quia conueniunt oēs in hoc, quòd ſunt motores immateriales Et ideo hoc non oportet conijcere, quòd ſit ex ſingulari modo dependendi à fine, cū clare pateat, quòd finis cōis cum immaterialitate motoris ſufficiat, nec locus eſt conjecturis in manifeſtis. Amplius: Velocitas de qua ibi loquitur Auer. vt patet in com. nihil aliud quam talitas, in qua oēs motores cęli conueniunt, ſicut & in ſempiternitate, nullus. n. mouet in non tpe. Reſtat ergo, q de infinitate intenſiua ſermo Auer. ibidem ſit. Et licet euidentiores ſint prædictæ rōnes ſi duo motores ſm rem in primo orbe ponantur, efficaces tñ ſunt etiam ſi duo ſm rationem, vnus autē ſecundum rem ponitur, vt patere poteſt cuilibet eas explicare ſcienti. Vnde oēs expoſitiones commenti p̄dicti falſæ apparent. Vltima aūt ordinem librorum Auer. non penſauit. Cum enim conſtet ex ſecundo cęli com. 3. q tunc iam fecerat libellū de ſubſtantia orbis, & ex plurib. commentis, quæ tunc etiam fecerat ſuper libros Phyſ. & ex 12. Metaph. com. 65. q iuuenis erat quando fecit ſup lib.

de Cœlo & ſperabat in com. 352. ſe perfecturum Aſtrologiã, & quod ſenex ſcripſit ſuper Metaph. manifeſtè liquet, ꝙ omnia dicta Auer. ſunt examinanda ad 12. Metaphyſicæ eius, & non econuerſo, quoniam opus illud teſtamentum eius eſt.

Secunda autem via ad oſtendendam infinitatẽ virtutis Dei glorioſi ſumpta ex S. Tho. breuior eſt. Et ſupponit Deum eſſe cauſam actiuam alicuius ſubſtãtiæ, ſiue mundi, ſiue primæ intelligentiæ ſiue omnium incorruptibilium, ſiue ab ęterno, ſiue in tempore, nihil enim horum refert, dummodo concedatur per ſimplicẽ emanationẽ (quã nos creationẽ dicimus) Deum aliquid ꝓduxiſſe. Hoc autem nunc ſupponatur: Tum quia cõiter excellentes viri hoc concedunt etiam de mente Ariſ. & Auer. Tum quia expreſſe contra Argazelem pluries Auer. h. d. Tum quia hoc exigeret ſpecialem quæſtionem, quam alibi tetigimus. Acquieſcentibus ergo huic ſuppoſito, hæc via paratur, iuxta quam arguitur prælibando rationes terminorũ, ſ. ꝙ virtus creatiua eſt virtus actiua effectus ex nulla potentia paſſiua: ſiue ſit creatiua ab æterno, vt Plato, & Ariſt. cum ſequacib. poſuerunt, ſiue in tpe vt fides Chriſtiana determinat. Cæterę autem virtutes actiuæ ſunt effectuum ex aliqua potentia paſſiua præſuppoſita, vt patet in naturalib. & artificialib. Arguitur ergo ſic, loquendo ſemper de quantitate virtutis ſeu perfectionis: Omne quantũ excedens aliud quantum, ſic ꝙ quantuncunque exceſſum creſcat, nunquam inter ipſa eſt aliqua proportio, eſt neceſſario infinitum intenſiuè. Iſta patet ex terminis, qm̃, vt dr̃ in 8. Phyſ. tex. 79. ſi excedens eſt finitum addendo ſemper quãtum ad exceſſum, qm̃ que æquabitur & excedetur. Sed virtus creatiua eſt aliquantæ perfectionis, & ſic excedit virtutem factiuam rerum ex potentia ſubiecti, ꝙ quantumcunque augeatur non eſt inter eas proportio: ergo virtus creatiua eſt infinita intenſiuè. Probatur minor quo ad vltimam partem (quæ ſola eget probatione) ducendo ad impoſſibile, quia ſequeretur ꝙ virtus tantum actiua ex aliqua potentia, & virtus actiua ex nulla potentia poſſent eſſe æquales, quod eſt manifeſtè impoſſibile. Tenet cõſequentia ſupponendo vnum, ꝙ probatione non eget, ſ. quòd quanto aliquod actiuum poteſt educere rem de remotiori potẽtia ad actum, tanto eſt virtuoſius. Ad ſenſum enim patet quòd ad educẽdum calorem de potentia aquæ, maior virtus requiritur, quam ad educendum ipſum de potentia aeris. hoc igitur ſuppoſito arguitur more Ariſtotelico ſic. Sumatur virtus productiua alicuius, (puta Bouis) ex nulla potentia, & ſit A. Sumatur quoque virtus productiua Bouis ex aliqua potẽtia puta C. & ſit virtus illa B. Tunc ſic: Iſtæ duæ virtutes, ſ. A & B per te habẽt aliquam proportionẽ, ſit ergo proportio cẽtupla, ita quòd A excedat B non plus, quam in centuplo. Et tunc ſumatur potentia paſſiua in centuplo magis elongata ab actu quam ſit C, & fit illa D. Cum ergo oporteat tanto virtuoſius eſſe agens quanto elongatior eſt potentia ab actu, neceſſe erit virtutem actiuam Bouis de potentia D, eſſe in proportione centupla ad B, ac per hoc eẽ æqualẽ ipſi A. Et ſic virtus productiua ex aliqua potentia, & virtus productiua ex nulla erunt æquales, quod eſt impoſſibile. Imò etiam eodem proceſſu põt deduci, ꝙ illa ſit etiã maior, qđ eſt impoſſibilius. Nec põt inficiari quiſpiã hũc proceſſum ex eo, ꝙ non põt ſumi in rerũ natura potentia remotior ab actu quacũq; potẽtia data, oportet. n. ſic dicentes negare proceſſum Ariſt. 4. Phyſ. tex. 72. vbi aſſumit plenum ſubtilius quocũq; pleno, & 6. Phy. tex. 15. vbi aſſumit modũ velocirẽ quocunq; motu, & breuiter deſtruere doctrinã traditã ī lib. Phy. Saluaẽ. n. efficatia horũ & ſimiliũ proceſſuũ ex rõnib. formalib. terminorũ, & ex veritate conditionalium, quicquid. n. repugnat veritati cõditionalis, eſt falſum & ipoſſibile, vt Auer. dicit in 8. Phy. tex. 78. Vñ propoſito ſufficit veritas conditionaliũ, puta ſi virtus aliqua produceret ex potentia in centuplo remotiori, eſſet in centupla proportione, &c. Stat ergo rõ firma, quãuis quidã neſcientes, aut nõ volentes eã formare, ſoluiſſe ſe arbitrati ſunt, vt de Scoto patet 1. diſt. 4. Qui ideo credidit ſe ſoluiſſe, quia S. Tho. non ſolicitus circa terminos, qui in autenticis rõnib. ſolent ſubintelligi, fecerat maiorẽ hmõi: Eorũ, iter q̃ nulla eſt ꝓportio, alterũ eſt infinitum, ſoluit Scot. ꝙ hæc nõ eſt vera, vt patet de puncto & linea, & tamen punctum non eſt infinitũ. Propter quod notanter nos poſuimus in maiore vtrunque eſſe quantũ, vt has pueriles cauillationes effugerem⁹. Et hæc de ſcdo.

QVAESTIO.

Num Deus moueat vt finis, vel vt agens.

REſtat igitur argumentis in oppoſitũ rñdere. Ad primũ ergo (quod tres difficultates tangit, vnam principaliter, & duas ex conſequenti) tali eſt ordine dicendum, quòd duas annexas difficultates, ſ. an Deus moueat vt finis tantum, vel vt finis & agens, & ſi vt agens, an mediatè, vel immediatè, pertranſibimus dicendo, quia eſt.

Tertiã vero principalẽ, ſ. an ex poſitione virtutis infinitæ intenſiuæ in rerũ natura neceſſario ſequatur motus in nõ tpe, pertractabimus dupliciter, ſ. ſm Auer. & ſimpliciter. Quamuis igitur multi ex ſecundo cęli, tex. 64. Vbi in ſummo gradu pfectionis vniuerſi locatur id, qđ ſine actione optimũ poſſidet, & ex 12. Metaph. tex. 30. vbi dr̃, ꝙ Deꝰ mouet ſicut amatũ & deſideratũ, credant Deũ nõ eſſe cãm agentẽ, ſed finalẽ, & verius tñ dicunt ſentiẽtes vtroq; modo Deum eſſe cãm, vt Simplicius arguit ex primo cęli tex. 30. vbi Ariſt. dicit, Deum nihil agere fruſtra. Si. n. ad hoc inconueniens ſolicitus fuit Ariſ. deducere, ꝙ Deus nihil agit fruſtra, ergo ſupponebat Deum agere ꝓp finem, ridiculũ enim eſſet deducere ad hoc inconueniens de cauſa actiua. Auerrois quoq; in de ſubſtantia orbis, manifeſtè reprehendit dicentes oppoſitũ eſſe de intentione Ariſt. & in 10. Metaph. com. 7. expreſsè dicit, ꝙ Deus mouet nõ tñ vt finis, ſed vt motor. Quod ẽt firmat in 12. com. 7. & in com. 44. vbi etiã poſtmodum Auicennã ponentem Deũ eſſe tñ finem, arguit, ꝙ oportet primi principis eſſe actionem, quæ cum hoc, ꝙ ſit ſibi propria, ſit cõis cęteris, qualis eſt motus diurnus. Et in ſecundo cœli. com. 17. dicit, ꝙ omne habens actionem in ſe, habet actionẽ in alio, & in com. 21. dicit, quod omne quod inuenitur ꝓp ſe prima intentione, inuenitur ꝓp aliud ſecunda intentione, niſi illic eſſet natura non innata ad largiendũ. Et breuiter totus Auerrois plenus eſt hac ſententia, vel formaliter, vel radicaliter, vt puta quòd in ſeparatis à materia cauſalitatis finalis, & ſufficiens eidem conueniunt, vt dicitur 21. commen. & 35. & 38. & 55.

Nec obſtat ꝙ Ariſt. dixit, Deũ mouere vt amatũ, non enim dixit hoc cum dictione excluſiua, imo ex hoc magis hr̃ propoſitum, ſuppoſita illa vniuerſali Auer. quam modo diximus. Id vero qđ ex ſecundo cęli adducitur, admiratione dignũ eſt,

qua

qua fronte ab Auerroistis adducatur, cum Auerrois ipse ibidem in comment.46.expresse dicat,ꝙ in illo summo gradu habente optimū sine actione,datur latitudo includens omnes intelligētias, ita ꝙ apud ipsum omnes intelligentiæ sunt in illo primo gradu, & non tantum Deus, & tū constat apud eos etiam, ꝙ cæteræ intelligentiæ agunt ad extra. intendit enim ibi Arist. apud Auerroin intelligentias quatenus intelligentiæ sunt hīe optimū,(quod est felicitas speculatiua) sine omni dependentia ab exteriori actione, nō sicut in nobis iuxta illud 12.Met.tex.39.deductio aūt qualis optima,&c.& esse in primo gradu.Quatenus vero animæ sunt,optimū assequi per motum,& in secūdo locari ordine simul cū corporib. quorū sunt animæ. Vnde Deum mouere non solū finaliter, sed actiuè dicimus. Et quamuis ex multis commētis videatur haberi,ꝙ Deus mouet immediatè, quia in com.44. & 12. Met. reprehenduntur ponentes Deum esse priorem motore primi orbis, & in cō. 38.expresse dr̄,ꝙ primus motor mouet sine medio,& in com.48.numerantur substantiæ immateriales fm numerum motuum celestiū expresse, supponendo nullam esse,quæ nō mouet, vt tamē ex dictis superius patere potest,in cō.41. & 12. expresse dicit motum celi componi ex duob.motorib.Et ideo sciendum est, ꝙ ista sibi inuicem non contradicunt, qm̄ cum sint in hac re opiniones extremæ,vna Auicennæ,dicentis Deum nihil agere ad motum celi, nisi fm ꝙ prima causa operat̄ per secundas: sed primum motorem esse primam intelligentiam productam à Deo, quæ cū anima celi mouet. Alia eorum, qui dicunt Deum solum mouere primum celum. Auerrois via incessit media,vtrunque declinans extremum, & ideo nunc hoc nūc illud excludit extremum, quāuis pluries Auicennā impugnauerit.Est igitur apud eum primus motor Deus gloriosus, non tū mouet solus.

Sed quia in motu primi celi sunt duo (sempiternitas mot⁹,& certa velocitas,puta 24. horarū) posuit vtrunque horū hīe per se primo causam actiuam & propriam: sempiternitatis quidem Deū, certæ vero velocitatis animam celi. Et hic sensus rndet planè expositioni illius contenti absque extorsione.Et sic Deus non est prior motore toti⁹, imo facit per se motum totius quo ad nobilissimam eius rationem,quæ est sempiternitas,& hoc modo Deus non est anima alicuius orbis. Et ideo dixit ibi Auer. quod est potentia non in materia, & per hoc volebat quod differret ab anima cœli. Et hoc modo saluatur quod cō. 44. dicitur, quòd illud quod intelligit motor corporis cœli de primo motore,est aliud ab eo quod intelligit motor orbis Saturni. Et sic numerus īmaterialium substantiarum secundum numerum motuum saluatur,quia ex motuum numero inuentus est numerus motorum aliorum à primo, quia iam ex infinitate motus stabilitus erat.Nullam enim substantiam immaterialem ponimus nisi ex motu cōclusam: sed prima ex infinitate motus, cæteras ex numero motuum regularium, & perpetuorum existentiū motores immobiles. Et hoc consonat textui Arist.expresse quærenti numerum motorum immobiliū, nō numerum motorum infinitorū, vt per hoc insinuaret qđ de alijs primo loquebat, quamuis primus quoq; sit immobilis.Est siquidē sermo Arist. & Auer. & ibidem contra ponentes substantias immateriales absq; aliqua propria motione alicuius corporis, vt patet ibidem, quod nos non diximus.Et breuiter hoc modo omnia dicta Auer. inueniuntur consona, & merito, quia vero omnia cōsonant.Vnde Heliæ Hebræi labor,quòd vanus fuerit patet. Putauit enim, quòd ex hoc, ꝙ Deus dicitur motor effectiue primi cœli sequeretur, ergo mouet solus primum cœlum. Iam enim liquet, Deum proprium & motorem primi orbis, quo ad sempiternitatem sui motus actiue causandam. Mouet ergo Deus celum effectiue vt motor proprius, & mediante anima cœli. sic vt vtriusque proprius effectus motus cœli sit diuersimode, & sic quo ad duo prima patet, quid tenendum sit.

De tertio autem (in quo tota stat difficultas p̄sens) ambiguitas magna vr̄: diuisi siquidem sunt Peripatetici circa id. Quibusdam enim apparet, ꝙ ex hoc antecedente, datur virtus infinita in natura sequitur necessario, ergo motus in non tempore.Quibusdam vero vr̄,quod distinctione opus sit in re hac, & hi in tres distincti sunt vias.Alii putāt, quod distinctione modi agendi.s.libere, vel necessario opus sit. Alii vero,quod distinctio modi essendi illius virtutis infinitæ. s. an habeat esse materiale, an immateriale, ad hoc sufficiat. Alii autem duas distinctiones necessarias credunt ad saluandā infinitam virtutem in rerum natura, scilicet modi essendi (quæ modo dicta sunt) & modi agendi scilicet mediationem, vel immediationem, ita ꝙ omnes huiusmodi opiniones sunt quatuor,& primam quidem postponentes (quia ex discussione aliarum quid veritatis habeat patebit, & eius fundamenta sunt, quæ arguendo adduximus) ad secundam nos transferamus opinionem, quia tria dicit. Primo, quod ex hoc antecedente,virtus infinita est in magnitudine,necessario sequitur, ergo mouet in non tempore, quod implicat contradictionem. Et in hoc conueniunt cum Arist.8. Physic.text.29.omnes Peripatetici: licet differāt in modo deducendi consequentiam.Scot. em̄ in 1.sent. distin.2. q.2. ad vlti.dicit, quod ex eo, quod in antecedente assumitur virtus infinita, subintelligendo, agat,necessario sequitur, ergo actio sua est in non tempore: alioquin in æquali tempore agere contingerit virtutem infinitam, & finitam, iuxta deductionem Aristot.ibi. Ex eo vero, quod in antecedente additur ly in magnitudine (idest extēsa) sequitur,ꝙ si agit,agit circa corpus, & consequenter, ꝙ sit ibi aliqua resistentia, & sit etiam diuersa approximatio partium passi ad agens ac per hoc sequitur, ergo actio illius virtutis est mouere, quoniam hæ duæ causæ, scilicet diuersa approximatio partium, & resistentia, faciunt successionem esse in motu, & sic ex toto antecedente simul. s. virtus infinita in magnitudine sequitur motus in non tēpore. Sed hæc deductio manifeste peccat, quia ex hoc, quod aliqua virtus est extensa, & agit in corpus,non sequuntur illę duę causæ successionis, sed vna tantum, scilicet diuersa approximatio partium passi ad agens: sed ex omnibus his absque resistentia non sequitur, ergo illa actio est motus Et hæc omnia non egent probatione, quia manifeste patent de virtute illuminatiua. Hæc enim est extensa, & agit in corpus, &c. & tamen non est motus proprie (de quo loquimur) vt distinguitur contra mutationem.S.Thom.autem quia Aristo. stot. non fuit solicitus ibi de vtraque parte consequentis deducenda, supponit cum Auerroe,& cęteris expositoribus (quantum vidisse me recolo,) quòd subiectum illius antecedentis, scilicet ly vir

tus seu potentia supponit pro virtute motiua, propriè sumendo motum, ita quòd antecedens illius consequentiæ secundum veritatem est hoc, virtus motiua infinita est in magnitudine. Ergo. Et quòd hoc sit mens Aristot. patet ibi, ex eo quòd probando suppositionem vnam, scilicet quòd maior virtus facit æquale in minori tempore, dicit vt calefaciens, aut dulce faciens, aut proijciens, & omnino mouens. vbi manifestè patet, quòd de virtute motiua loquitur. Patet etiam ex fine intento, ad nihil enim aliud inducebat demonstrationem illam, nisi ad inuestigandam impartibilitatem primi motoris, quem constat mouere propriè. Vnde impertinens erat proposito tractare de omni virtute extensa, quamuis ex ista negatiua, non potest dari virtus motiua infinita in magnitudine, habeatur ex consequenti, quòd nulla virtus in magnitudine est infinita, quia quum sit virtus, aut substantialis, aut accidentalis, & accidentalis infinitas inferat infinitatem substãtialem, & omnis virtus substantialis in magnitudine, si est simplex, sit principium alicuius motus naturalis (vt patet in primo cœli textu septimo) & simplicibus existentibus finitis impossibile sit mixtum fieri infinitum, manifestè deduci potest ex negatione infinitatis virtutis motiuę in magnitudine, negatio infinitatis omnis virtutis extensæ.

Facit tamen vim S. Thom. in ly magnitudine, ex hoc quòd virtus extensa non est intelligens, virtus autem extra magnitudinem est intelligens, vt patet de tertio de Anima, commento quinto, virtus autem motiua non intelligens mouet tãtum quantum potest. Ac per hoc tenet consequentia Arist. Quia si est virtus motiua infinita, & cũ hoc mouet tantum quãtum potest, sequitur, ergo mouet in non tempore, vt patet ex deductione Arist. ibidem. Secundò dicit quòd ex hoc antecedente, virtus infinita est (etiam loquendo de motiua) nõ sequitur necessariò, ergo mouet in non tempore, quia potest illa virtus esse agentis liberi, in cuius potestate est actio, & modus agendi. Et quum hoc arguitur esse contra Arist. & Auer. & omnes Philosophos, Scot. cum sequacibus non reputat hoc inconueniens. imò dicit in 2. sent. dist. 1. quæst. 3. eos sibiipsis contradicere, ponendo Deum agere necessariò.

Mihi autem videtur hoc non esse contra Aris. eo quòd nulli imponendum est quòd nec dixit, nec necessariò sequitur ex dictis eius. Deum autẽ non esse agens liberum, nullibi dixit Arist. nec ex dictis eius sequitur necessariò. Demonstratio siquidem posita in primo cœli. tex. 49. sufficienter saluatur supponendo omnes intelligentias differre specie, quòd mouere quantum possunt, vt assimilẽtur Deo glorioso, cuius proprius effectus est sempiternitas, siue liberè, siue necessario illã causet. Numerus quoque intelligentiarum eisdẽ suppositionibus stantibus optimè inuestigatur ex numero motuum, sunt enim omnes motores adæquati. Inconueniens etiam quod dicitur in textu 79. scilicet virtutem finitam, & infinitam mouere æqualiter, manifestè ibidem adscribitur virtutibus mouentibus naturaliter, & breuiter quæcunque alia ad hoc adduci possunt, facilè saluari videtur absque hoc. Nolo tamen propterea Aristot. attribuere, quòd posuerit Deum agere libere, sed opinionem suam ad nos non peruenisse tantum, contra Auer. tamen illam responsionem esse non dubito, vt ex commento quarto, duodecimi Metaph. deducere facile esset, & commento 21. secundi de cęlo manifestè habetur.

Sed quoniam ex principijs philosophiæ nõ necessario sequitur, Deum agere necessario, idcirco quum soli rationi obediendum sit, quòd secũdo loco contra hoc obijcitur, soluendum est. Quum ergo dicitur, id, ad ꝙ sequitur falsum impossibile, est simpliciter impossibile, &c. negatur minor. Et ad primam probationem dicitur, quòd quamuis nõ sit impossibile, Deum velle vti tota virtute sua, est tamen impossibile, Deum velle vti tota virtute sua, in hoc effectu, qui est velocitas motꝰ. Nec hoc est ex defectu virtutis, aut voluntatis, sed quia hoc non est factibile, vnde Deus vtitur tota virtute sua per se causando sempiternitatem motus, & creando, & cætera.

Ad secundam vero dicitur præmittendo quatuor. Notandum est enim primo, quod aliud est arguere ex potentia motiua infinita & aliud est arguere ex potentia motiua infinita habẽte talẽ modum essendi, scilicet in magnitudine, vel extra, vel modum operandi, scilicet necessario, vel liberè. Primum siquidem antecedens abstrahit ab omni modo essendi & operandi, secundum vero modum essendi vel operandi coassumit. Constat autẽ quòd multa possunt deduci ex aliqua ratione formali, & modo essendi vel operandi simul, quę nõ possent deduci ex illa ratione formali absolutè. Notandum est secundo, quod ex aliqua ratione abstractè, seu absolutè sumpta, dupliciter aliquid deducere consueuerunt Philosophi. Vno modo necessario, sicut ex ratione motꝰ deducitur, quod oportet esse in tẽpore, alio modo non repugnanter, sicut ex ratione motus deducitur, quod quocunque motu dato, potest dari velocior, &c. Et inter hæc tantum refert, quod consequens aliquid necessario, comitatur ipsum, in quocunque ponatur secundum omnem modum essendi illius: cõsequens vero aliquid non repugnanter, nõ oportet comitari illud in aliquo, imo stat quod repugnet ei in quocunque modo essendi, vt patet in exemplis adductis.

Notandum est tertio, quod tripliciter potest imaginari, quod potentia motiua infinita exeat in actum secundum, vel quod moueat A mobile certa velocitate, ita quod non possit velocius illud mouere: sed illud mouere sibi adæquatum.

Vel quod moueat infinita velocitate, id est, in non tempore, non est enim intelligibile, quod aliquid actualiter moueat infinitè velociter, & tamẽ in tempore, quia ex quo actualiter mouet tempus illius motus, certum est secundum se, signetur ergo, & tunc procedatur iuxta tex. 79. octaui Phy. & venietur ad hoc, quod motus infinitæ velocitatis erit in æquali tempore cum motu finitæ velocitatis (vtpote à virtute finita facto) quod est impossibile. Idem est ergo mouere actu ĩfinite velociter, & mouere in non tempore. Vel medio modo, scilicet quod nunquam moueat tanta velocitate A mobile, quin possit illud velocius mouere. Hęc autem tria aliter se habent ad potentiam motiuam infinitam absolutè, & aliter ad eam in magnitudine. Ad potentiam siquidem motiuam infinitam in magnitudine, duo extrema comparantur immediatè, ita quod respectu talis virtutis nõ datur medium inter mouere in non tempore, & mouere certa velocitate.

Ad potentiam vero motiuã infinitã absolutè, extrema hæc sunt mediata, ita quòd stat, quòd mo

uear

neat sic velociter, quòd tamẽ semper velocius mo
uere possit. Et ratio difformitas est, quia virtutis ex-
tensæ quantum est posse, tantum necessario est fa-
cere, vt patet inductiue, & consequenter si est infi-
niti posse, ergo habet adæquatum facere. aut ergo
hoc est certa velocitate mouere, aut in non tempo
re: mouere enim sic, quòd velocius possit, non a-
dæquatum virtuti patet. Virtutis vero motiuæ in-
finitæ absolute non oportet quantum est posse, tan
tum est facere, quia abstrahit ab hoc, quòd faciat
secundum totum posse, aut partem, & tantum, vel
tantum, & ideo non necessario sequitur, quod si
exeat in actum, quòd exeat in opus adæquatũ. No
tandum est quarto, quòd aliter agendum est ex in
finita velocitate ad infinitam potentię motiuę ab-
solute, & aliter econuerso. Ex infinita siquidem ve
locitate, determinate infertur, ergo potentia moti-
ue est actu infinita, quia impossibile est aliter talẽ
effectum saluare. Ex infinita vero potentia motiua
nihil aliud potest inferri, nisi, ergo potest infinita
velocitate mouere, quia si aliquanta virtus motiua
potest mouere aliquanta velocitate, maior potest
maiora, & infinita. Sed quia posse mouere infinita
velocitate cõtingit dupliciter, vno modo sic, quòd
possit facere motum infinitæ velocitatis in actu:
alio modo sic, quòd possit semper facere maiorẽ
velocitatem quacunque facta velocitate, ideo non
potest ex infinitate potentiæ motiuæ absolute in-
ferri determinate, ergo est actu infinita velocitas,
sicut econuerso.

His autem præmissis, dico quatuor.

Primo, quòd ex hoc antecedente A est virtus
motiua infinita in magnitudine, optime sequitur,
ergo mouet in non tempore, quia si non, ergo mo
uet adæquate certo tempore ex tertio notando, &
tunc sequitur iuxta deductionem Aristot. ergo
virtus finita, & infinita secundum totum posse
mouent æqualiter.

Secundo dico, quòd ex hoc antecedente, A est
virtus motiua infinita non sequitur necessario, ẽr-
go A mouet in non tempore, dicentibus enim,
quod non, subinferri non potest, ergo mouet adę
quate in certo tempore, datur siquidem medium,
scilicet, quod permittitur mouere A mobile tanta
velocitate (puta decem horarum) non tam adæ-
quatè, sed potest semper velocius, vt patet ex tertio
notando. Quod non potest dici, si virtus illa est in
magnitudine. & ideo Aristot. fundans demõstra-
tionem suam super illa distinctione, aut mouet in
non tempore, aut certo tempore, loquendo de a-
dæquata operatione assumit ab aduersario virtu-
tem motiuam esse in magnitudine, quia de tali
constat, quod oportet supponere aliquam veloci-
tatem esse illi adæquatam, quod non oportet ve-
rificari de virtute motiua absolute, quia abstra-
hit ab his.

Tertio dico, duòd ex hoc antecedente A est po-
tentia motiua infinita, non sequitur non repugnã
ter, ergo motus in non tempore. Probatur hoc
ex illo principio: impossibile in se ex rationib. ter-
minorum, ex nullo deducitur possibiliter, ex quo
non sequatur necessario. Hæc enim est differentia
inter consequens possibile, & impossibile ex ter-
minis, quòd possibile ex aliquo antecedẽte oritur
possibiliter, ex quo non oritur necessario, vt patet
de velocitate motus respectu motus, & mobilis.
Impossibile vero nisi habeat connexionem ne-
cessariam cum antecedente ex illo oriri non po-
test, & hoc ideo est, quia impossibile ex terminis
est impossibile simpliciter, & omnino. Tale autem
ex nullo oriri potest, nisi ex alio impossibili, ad
quod conditionaliter sequatur, quod sine necessa-
ria connexione fieri nequit. Constat autem, quod
motus in non tempore claudit contradictionem
ex terminis: si est enim motus, ergo in tempore, &
si in non tempore, ergo non est motus. Et ex an-
tedictis patet, quod hoc impossibile non sequi tur
necessario ex infinita potentia motiua: ergo nec
sequitur impossibiliter.

Sed accidit hic dubium ex triplici capite.

Primo, quia id, quod sequitur necessario ad ali
quid cum aliquo speciali modo essendi, sequitur
permissiue, & possibiliter ad illud absolute, verbi
gratia, quod sequitur necessario ad animal, ratio-
ne sequitur possibiliter ad animal: sed motus in nõ
tempore sequitur necessario ad virtutem moti-
uam infinitam habentem esse in magnitudine, vt
patet: ergo sequitur possibiliter ad virtutem mo-
tiuam absolute.

Secundo, quia quum hoc argumentum valeat,
Si aliquanta virtus motiua potest mouere aliquan-
ta velocitate, ergo maior potest maiore, & infini-
ta, infinita, & vlterius valet, aliquanta virtus mo-
tiua potest mouere tanta velocitate, ergo potest fa
cere tantam velocitatem actualiter, & maior simi-
liter maiorem: quare non valet, ergo si est infinita
potest infinitam facere actualiter. Nulla enim ra-
tio apparet difformitatis, & tamen oportet, si ten-
denda sunt prædicta, negare vltimam consequen-
tiam, quia, vt patet ex dictis, posse facere velocita-
tem infinitam actualiter est idem, quod posse mo-
uere in non tempore.

Tertio, quia & si assignata sit ratio quare infi-
nitæ potentiæ absolute non oportet assignare adę-
quatum facere, quia scilicet abstrahit à modis ope
randi: non tamen habetur, quare infinitæ poten-
tiæ motiuæ absolute repugnet mouere secundum
totum posse. Si enim non repugnat dato, quod ex
ea non sequatur necessario, nec possibiliter, ha-
betur intentum, quia si hoc sibi non repugnat, er-
go est sibi possibile: possibili autem posito nul-
lum sequitur impossibile. Ex hoc autem sequere-
tur, quod moueret in non tempore, vt patet: ergo.

Ad primum horum dicitur, quod maior est sic
modificanda. Illud, quod sequitur necessario, ad
aliquid cum aliquo speciali modo essendi cõpossi
bili primo, sequitur permissiue ad illud absolute:
sic enim est vera, & non aliter. Si enim aliquid iun
gatur cum aliquo sibi incompossibili ex terminis
id, quod sequitur ad coniunctum, vtrique partiũ
repugnat, verbi gratia. Ad hominem aereum se-
quitur habere perfectissimum sensum tactus non
medium inter contraria, quod vt patet, non se-
quitur ex ratione nominis absolute, nec aeris. Sic
autem est in proposito, quia virtutem motiuam
infinitam esse in magnitudine, implicat contra-
dictionem, partesque coniuncti non sunt com-
possibiles, vt ex iam dictis patet, & effectus ne-
cessario sequens monstrat, scilicet motus in non
tempore.

Ad secundum dicitur, quod ratio difformitatis
inter vltimam consequentiam & priores est, quia
in omnibus prioribus proportionaliter adaptatur
propria causa proprio effectui. In vltima aũt non
secundum veritatem, sed solam apparentiam, nõ
enim proprius effectus virtutis potentis infinita ve
locitate mouere, est actualiter mouere infinita ve-
locitate: sed nulli certæ velocitati obligatum esse

suum

ſuum mouere, quantum eſt ex parte motiuæ potē- F
tiæ. Hoc autem ſaluatur, ſi ſic poſſit uelocius moue
re actualiter, ut ſemper poſſit uelocius mouere, ut
patet. Et ſi queratur quum uirtuti potenti mouere
uelocitate vnius horę p ꝓprio effectu aſſignet mo-
uere actualiter in una hora & duplæ potentiæ potē
ti mouere in medietate horæ proprius effectus di-
catur mouere actualiter in medietate horæ, quare
uirtuti potenti mouere infinita velocitate proprius
effectus non aſſignetur mouere actualiter infinita
velocitate. Reſpondetur, quòd hoc iō eſt, qa qñcū-
que quantitati virtutis pōt dupliciter attribui quā-
titatis operis, & altero mō eſt impoſſibile propter
implicationem contradictionis in ipſo opere, alte- G
ro uero eſt poſſibile, dicendum eſt, effectus ꝓprius
illius eſt ille, in quo ſaluatur modus poſſibilis. Ver-
bi gratia, & eſt exemplum theologicum, dicimus
ꝙ virtus creatiua Dei eſt infinita, non ſolum ex par
te modi agendi, ſed ex parte creabilium, non tamē
ſaluatur infinitas in creabilibus, ſic ꝙ Deus poſſit
creare aliquod infinitum ens: ſed ſic, quia quacun-
que creatura facta poteſt facere perfectiorem. Quū
ergo in propoſito inter virtutem motiuam quan-
cunque finitam, & infinitam reſpectu uelocitatis
motus hęc ſit differentia, quod finitę virtutis quan
titati vno modo & illo poſſibili, reſpondet quan-
titas velocitatis in effectu. ſ. faciendo illam actu: infi H
nitæ uirtutis quantitati duobus modis quantitas ve
locitatis rñdere vī, ſ. faciendo infinitam in actu, vel
mouendo abſque obligatione ad certam velocita
tem, & primo modo infinita velocitas effectus rō-
nem habere non poteſt, quum ſit de genere impoſ
ſibilium ex terminis, ſecundo modo infinitæ po-
tentiæ proprius effectus.

Ad tertium dicitur, quod infinitæ potentiæ mo
tiuę abſolute, repugnat mouere actualiter ſm totū
ſuum poſſe quo ad velocitatem motus, non autem
quo ad durationem eius, quia operatio talis eſt de
genere operationum impoſſibilium ex terminis.
Et id quod multos in materia iſta decipit, eſt, quia
aſſumitur talis motio vt operatio quædam, & qua- I
re infinitæ potentiæ motiuæ repugnet, quærunt
quum tamen, vt ex dictis patet, non ſit de genere
operationum, ſicut alterare cęlum. Nec ex his im-
ponas mihi, quod dicam infinito poſſe non poſ-
ſe attribui adæquatum operari actualiter. Hoc cm̄
ex dictis noſtris diligenter inſpectis non habetur.
ſed tantum ꝙ infinito poſſe motiuo, non poteſt re
ſpondere adæquatum operari actualiter, quo ad ve
locitatem motus.

Ex hoc enim non ſequitur vniuerſalis negatiua,
ergo nen poteſt reſpondere adæquatum operari:
ſtat nanque quòd reſpondeat infinitū operari quo
ad durationē motus, & quo ad operationes imma K
nentes, ſ. intelligere & amare. Vnde ad quæſitum
cum diſtinctione dicendum eſt, quòd infinita po-
tētia motiua poteſt referri ad motus velocitatem,
& ad eius durationem. Et primo mō repugnat ſibi
mouere ſecundum totum ſuū, poſſe qa iſta non eſt
operatio, ſed quiddam plus quam chimericum.
Secundo modo, non repugnat, imò de facto con-
uenit, vt ex dictis patet.

Quartò dico, ꝙ ex hoc antecedente A eſt virtus
motiua infinita agentis liberi, non poteſt inferri er
go mouet, aut poteſt mouere nō tempore, dicam
enim in illo tempore mouere poteſt tanquam adę
quato effectu, ſed mouet ſemper certo tempore ſi-
cut eligit, nō tamen ſic quin quantum eſt ex ratio-
ne virtutis, poſſit velocius mouere. Quum. n. ex rō
ne potentiæ motiuæ infinitæ abſolutè, nihil aliud
ſequatur, niſi ꝙ quia tanta potentia poteſt mouere
tanta velocitate, & maior maiore infinita poteſt in
finita velocitate mouere, & hoc contingat duplici
citer, ſ. aut quod poſſit exire in actum ſecundum
faciendo infinitam velocitatem, aut ꝙ ſic ſemper
poſſit, vt nūquam exeat in actum ſecundum, faciē
do aliquam velocitatem, quin poſſit adhuc facere
maiorem, & ex ratione potentiæ motiuæ infinitæ
abſolutè nō neceſſario ſequatur, quod poſſit exire
in actum primo mō, & ex hoc quod eſt agentis li-
beri, neceſſario ſequatur ꝙ exeat in actum ſecūdo
mō, ſi dēt exire in actum, cōſequens eſt, quod non
ex infinita potentia motiua agentis liberi abſolutè
cōſiderata, nec ex ipſa ſumpta cum tali mō agendi
deducatur neceſſariò, ergo motus in nō tempore.
Et cōſequenter quum omnis cōditionalis nō vera
ſit neceſſaria, iſta condōnalis eſt vera, ſi datur vir-
tus motiua infinita agentis liberi, poſſet dari mot⁹
in non tempore. Et ſic patet ad ſecūdam probatio
nem illius minoris, quid dicendum ſit, ſ. quod fal-
ſum eſt, quod ex ratione infinitæ potentię motiuę
abſolutè ſequatur, ergo motus in nō tempore. Ter
tium, quod habet hęc ſecunda opinio eſt, qđ non
poteſt aliter ſaluari infinita potentia in rerum na-
tura, niſi ponendo ipſam agere liberè, eo quod ali-
ter ſequeretur motus in non tempore. Sed hoc nō
eſt dictum commune, vnde nō videtur tutum ſeq
illud, præſertim, quia (vt ex dictis & dicendis appa
ret) à multis illuſtribus viris ſaluatur, etiam ſi Deus
non ageret liberè.

Tertia verò opinio quam S.T.8. Phy. protulit in
lucem: dicit, ꝙ ſola diſtinctio modi eſſendi, ſ. in
magnitudine, vel extra ſufficit ad ſaluandam virtu
tem motiuam infinitam abſque motu in non tem
pore quicquid ſit de modo operandi. Ita ꝙ ſecun-
dum eam quamuis iſta conditionalis ſit vera, ſi vir-
tus motiua infinita eſt in magnitudine daretur mo-
tus in non tempore; iſta tamē eſt vera, ſi motiua vir
tus infinita eſt extra magnitudinē, daretur motus
in non tempore. Et fundamētum huius eſt: quia ve
ritas primæ cōditionalis fundatur ſuper tribus. Pri
mò, ſuper infinitate motiuę potentiæ, ex qua habet
ꝙ poſſit mouere infinita velocitate. Secundo, ſuper
modo eſſēdi eius in magnitudine, ex eo ꝙ habetur
quòd quantum eſt poſſe, tātum eſt operari. Tertiò,
ſuper hoc quòd effectus non eſt dignior ſua cauſa:
ex quo habetur, ſi aliqua virtus eſt in magnitudine
eius adæquatum opus poteſt recipi ī magnitudine.
Ex his enim tribus conſurgere veritatem illius con-
ditionalis patet ex eo, quòd quodcunque horū triū
deſit, conditionalis non eſt uera. Si enim deeſt infi-
nitas potentiæ motiuæ, nunquam deducetur mo-
tus in non tempore: ſimiliter ſi non ponitur in ma
gnitudine, ſeu operari tantum quātum poteſt, nun
quam deducetur motus in non tēpore: & nihil mi
nus, ſi non ponitur quòd operetur in paſſo capaci
adęquatæ operationis illius potentiæ, nunquam ſe-
queretur motus in non tempore: quem conſtat nō
ſequi niſi ex motione adęquata potētiæ motiuę in-
finitæ. In operationibus ſiquidē tranſeuntibus non
ſolum impeditur operatio, & eius quantitas ex par
te potentiæ actiuæ, ſed ex parte paſſiuæ: Cōſtat autē
quòd proprium paſſiuum motiuę virtutis, eſt mo-
bile in actu, quod oportet eſſe actu quantum & cor
pus, &c. vt patet 6. Phyſic. tex. 32. & ideo niſi ponat,
quòd adæquata motio virtutis motiuæ infinitæ aſ-
ſumptæ in antecedente poſſit recipi in corpore in
actu, ſeu in magnitudine (idē. n. ſunt in propoſito)

non

non potest deduci, ergo mouet in nõ tempore, & quia hoc non poni potest absolute, quia est impossibile, ideo oportet poni, vt sequens ex antecedente aduersarij: habetur autem, vt iam diximus ex illo, quia causa non est indignior effectu. Ex his autem patet, quare secunda conditionalis, scilicet si virtus motiua infinita esset extra magnitudinem, daretur motus in non tempore non est vera, quoniam deficit sibi tertia conditio: non enim oportet virtutis existentis extra magnitudinẽ dari adæquatum opus in magnitudine. & ratio est, quia virtus immaterialis comparatur ad omnia quanta, vt vniuersale ad particulare non in prædicando, sed potius in essendo, & causando, nec est rationabile, vt materiale possit totam immaterialium virtutẽ adæquare. Vnde ad maiorem horum euidentiam considerandum est, ꝙ motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in magnitudine, & extra, diuersimode cõparetur. Illi quidem, vt effectus proprius causæ particulari, & propriæ, huic vero, vt effectus particularis causæ vniuersali (quemadmodum liquefactio ceræ virtuti Solari) quia motus est effectus in corpore, & consequenter fit à virtute corporea, sicut ab vniuoco, à virtute vero immateriali, sicut ab æquiuoco, & vniuersali. & ideo sicut ridiculum esset ex quãtitate virtutis Solaris inferre quãtitatem huius particularis effectus, vt adæquantem virtutem solis, ita rationabile est quantitate virtutis immaterialis inferre quãtitatem huius effectus particularis, qui est velocitas motus tãquam effectum adæquatum. Considerandum rursus est, quòd inter potentiam motiuam infinitam in magnitudine, seu absolute, & potentiam motiuam infinitam incorpoream hoc interest, quòd illa, aut nihil aliud per se dicit, nisi principium motus, vt patet si sumatur absolute, aut si aliquid aliud addit, nihil addit eleuãs ipsam supra rationem proprii principii motus, vt patet si sumatur in magnitudine. Ista autem est hoc, quòd immaterialis ordinis ponitur, supra rationem proprii principii motus eleuatur, sicut & supra corporalia. Propter ꝙ ex hoc ipso, quòd ponitur extra magnitudinem, sequitur, quòd pon per se primo respiciat motus velocitatem, qui est corporeus effectus, quemadmodum faciũt virtutes corporales, sed altius quid per se primo aspiciat, & secundario, & quasi per accidens motum. Vnde fit, vt infinitas virtutis motiuæ si esset in magnitudine, motus velocitate necessario manifestaretur: infinitas autem virtutis motiuæ existentis extra magnitudinem non, quia scilicet infinitas potentiæ in magnitudine est per se primo particularis principii motiui, infinitas vero potentiæ extra, est per se primo rei eleuatę supra ordinem principiorum motiuorum particularium ac per hoc latius quid respicit, vt adæquatum motum quam velocitatem motus. Imaginandum est enim, quod res illa infinita extra magnitudinem, quamuis habeat in se vnde possit mouere: hoc tamen opus non per se primo respicit ad illa, sed aliquid altius, quia vt pluries dictum est, motus per se primo est actus corporis, virtus autem illa eleuata est sicut supra corpora, ita super omnia corporalia per se primo, quod dico propter ens, & bonum, & alia huiusmodi, quæ etsi sint corporalia, non tamen per se primo, & ideo non oportet, si virtus illa est infinita, velocitatem infinitam posse ab ea prouenire. Ex duobus ergo falsificatur secundum S. Tho. conditionalis ista.

Primo ex eo, quòd virtutem extra magnitudinem non oportet habere adæquatum facere suæ virtuti, quum agat per intellectum, vt dictum est in secunda opinione.

Secundo ex eo, quod considerata virtute infinita extra magnitudinẽ non considerato modo operandi, sequeretur, ergo daretur motus in non tempore, quia non posset fieri motio quo ad velocitatem adæquatam virtuti motiuæ, quia moueret corpus in actu, puta cœlum, quòd non esset capax motionis adęquatæ illi virtuti, nec absolute, quia hoc implicat: nec ex hypothesi datę, quia infinita potentia non est concessa in magnitudine, sed extra.

Contra hanc autem opinionem, dupliciter obiicitur.

Primo, quia si sola incorporeitate virtutis motiuæ infinitæ habetur sufficiens ratio falsitatis secũdæ conditionalis, manifeste sequitur, quod nõ refert, si ponatur, virtutem illam motiuam necessario, dummodo ponatur incorporea: fiant enim ista duo simul, non enim est impossibile virtutem immaterialem esse necessario motiuam, vt Arist. & Philosophi tenẽt de animabus orbium. Ex hoc autem quæratur in quanto tempore moueret virtus infinita extra magnitudinem mouens secundũ totum posse, & signetur illud tempus, & tunc procedatur iuxta text. 79. octaui Physic. deducendo ad impossibile, quod æqualiter moueant virtus finita, & infinita.

Secundo, quia hoc est expresse contra Auer. in secundo cœli. commen. 18. & 71.

Ad primum horum dicitur, quod istę duę conditionales distant sicut cœlum, & terra. Si infinita potentia motiua esset extra magnitudinem, moueret in non tempore, & si infinita potentia motiua existens extra magnitudinem, moueret secũdum totum suum posse, moueret in non tempore.

Secunda enim est vera, quia in antecedente eius iam ponitur ipsam secundum totum posse actualiter mouere, & consequenter habere mobile talis motionis subiectum quum motus sit actus mobilis, ac per hoc in hac conditionali saluantur tres antedictas conditiones. In alia vero non habetur ex hypothesi antecedẽtis, mobile capax totius posse, & ideo est falsa ex defectu tertiæ conditionis. De illa autem conditionali, super quam firmatur argumentum, si esset extra magnitudinem infinita virtus motiua, necessario daretur motus in non tempore: dicẽda sunt duo. Primo, quod est impertinẽs propositio: quia nõ habetur ex dictis S. Tho. Multũ eñ refert posita uirtute infinita incorporea, loqui de ipsa, & consequentibus ad ipsam vt sic, abstrahẽdo à quibuscunque alijs, quæ nõ necesario ipsam infinitam & incorpoream comitantur: & loqui de ipsa, addendo sibi specialem modum agendi, s. necesario. Primo enim modo est sermo S. Thom. & non secundo, & primus nihilominus modus nihil ponit incompossibile, secundus vero forte adunat incompossibilia, quia quãuis virtuti incorporeæ non repugnat esse necesario motiuam, & velocitatiuam motus, repugnat tamen forte virtuti incorporeæ, infinitæ, vnde non oportet de illa conditionali solicitum hic esse. Si tñ de veritate eius ꝙratur, dicendum secundo videtur, quod est falsa eadem ratione, quia scilicet ex hypothesi antecedentis habetur, quod in mobili posset recipi adæquatus effectus illi virtuti. Vt enim iam infinities tactum est, motus in non tempore est quoddam impossibile ex terminis, & non sequitur nisi ex aliqua

qua hypothesi impossibili, quam requirere illa tria F
monstratum est. Et quum contra arguebatur, ergo
moueret in aliquo certo tempore, signetur illud,
&, cætera, & respondetur, quod quia ex parte mo-
toris nulla poset certitudo velocitatis determina-
ri, quia nec ex libertate, nec ex finitate potentiæ, &
in non tempore mouere non sequitur ex hypo-
thesi: oportet dicere, quod si moueret, moueret
ea velocitate, cuius mobile esset capax, puta
si esset mobile non violentabile, & capax mo-
tus 24. horarum, tanto tempore moueret illud,
& non minore. Et si contra hoc dicatur: signetur
tempus illud: intrepide assignetur, puta vna hora,
vel decem: hoc enim non refert. Et si procedatur G
deinde ad hoc, quod eodem tempore mouebit idē
mobile virtus finita, & infinita, dicetur hoc non
esse inconueniens, qñ aliunde prouenit, quàm ex
virtute motiua. Inconueniens siquidem est, quod
virtus finita, & infinita ex proprijs meritis consi-
deratæ moueantur æqualiter, sed quando aliunde
hoc prouenit, puta ex libertate agentis (vt secun-
da opinio dicit) vel ex parte mobilis, vt modo di-
citur, vel ex meditatione alterius motoris, vt vlti-
ma opinio Auer. dicet, nullum inconueniens est.

Sed sunt in hac responsione adhuc duo dubia.

Primum est, quia ex eo, quòd in antecedente po
nitur, virtus infinita motiua, ponitur consequen- H
ter mobile adæquatum. Motiuum enim ad mobi-
le refertur: vnde dicitur quinto Metaphysicorum
cap. de aliquid, & sic tertia conditionalis est vera.

Secundo est, quia licet tale, vel tale mobile certam velocitatem sibi determinet: non tamen mobile in communi, & ideo comparando illam virtutem infinitam separatam necessario agente ad mobile in cōmuni, restat dubium, an moueret in non tempore, an certo tempore.

Ad primum horum dicitur, quod ratio illa te-
net quando vis motiua est eiusdem ordinis cum
mobili: tunc enim ex suppositione tanti, necessā-
rio supponitur adæquatum proportionaliter pas-
siuum. Quando autem supponitur tantum actiuū I
altioris ordinis non oportet tantum passiuum sup
ponere, quia quum passiuū non respiciat nisi me-
diante actione transeunte (quam facit, vel facere
potest in eo) & virtus altioris ordinis, scilicet vni-
uersalis immaterialis, non oportet, quòd habeat,
aut habere possit aliquam actionem in passo cor-
poreo sibi adæquatam: consequens est, quòd non
necessario supposita tanta virtute motiua imma-
teriali supponatur mobile adæquatum proportio-
naliter. Vnde licet motiuū dicatur ad mobile vni-
uersaliter, tantum tamen non dicitur ad tantum
mobile vniuersaliter, sed qñ motiuum est eiusdē
ordinis cum mobili.

Ad secundum dicitur, quòd quamuis docuerit K
Aristot. in Physicis motorem in communi mobi-
li comparare, & quicquid contra dicit talibus in
proportionibus esse impossibile: non tamen didi-
cimus comparare mobili in communi motorem
contractum: qualis est iste, de quo loquimur, mo-
tor enim est separatus à materia. Vnde tali moto
ri attribuendum est tale mobile, puta cœlum, &
non mobile in communi. Constat autem, quod
tale mobile aliquam sibi certam velocitatem de-
terminat, vt dicitur secundo cœli: textu trigesi-
mono. Et si curiosè quæratur quid dicendum sit
ad aliud quæsitum. Dicendum est, quod si ille mo
tor applicaretur corporali mobili absolute, quod
moueret nulla certa velocitate. Et si dicatur, hoc
est impossibile, concedatur, quia etiam antecedēs
est impossibile, nec est à nobis vnquā concessum.

Ad alteram obiectionem, qua dicebatur hanc tertiam opinionem esse contra Auerr. dicitur dupliciter.

Primo, quod non est verum nisi per accidens. Auerrois enim ideo dixit, quod si anima cœli esset infinitæ virtutis, moueret in non tempore, quia supponebat ipsam necessario mouere: vnde ex mo do agendi suppositō tenet apud ipsum consequētia. Sanctus Thomas autem loquitur de virtute infinita incorporea, abstrahendo à modo operādi: ideo in hac opinione nō sunt contrarii per se. Etsi dicatur, saltem habetur, quòd secundum Auer- G
roim illa tertia conditionalis est vera. Dicitur se-
cundo, quod hoc est verum: non tamen propte-
rea est relinquenda: quoniam maior est autoritas
rationis, quam sit Auerrois, & omnium philoso-
phorum simul. Et puerorum non philosophorum
est sequi dicta alicuius credendo, quod non dixit
hoc absq; magna, & sufficiēti ratione, & relinque-
re argumenta ad oppositum necessaria, aut prope.

Quarta opinio ab Auerroe duodecimo Meta-
physicorum, conclusione quadragesimaprima ex-
planata: duabus distinctionibus censet agere posi-
tionem, dicentem virtutem motiuam infinitam
absque motu in non tempore.

Prima est modi essendi, vt scilicet ponatur im-
materialis, & non in magnitudine.

Secunda est modi operandi, vt scilicet moueat
mediate, & nō immediate. Supponitur enim om-
nia immaterialia agere naturali necessitate, & sic
dicit, quòd ideo non sequitur motus in tempore,
si ponatur primus motor virtutis infinitæ, quia il-
le mouet mediante anima cœli, modificante in ef-
fectu velocitate, scilicet motus, infinitatem primi.

Sed hæc opinio à Sancto Thoma, & Aegidio octauo Physicorum arguitur insufficientiæ à Sco-
to autem primo sentent. distin. 8. quæstio. vlti. ra-
tione vltima arguitur falsitatis. Insufficiens quidē
dicitur à Sancto Thoma, quia quum Aristot. sex-
to Physic. duos effectus attribuerit infinitati virtu-
tis, scilicet mouere tempore infinito, in text. 78.
& mouere in non tempore, in text. 79. & Auerr.
ponendo infinitam virtutem, ex mediatione mo-
toris finiti dicat impediri motum in non tem-
pore, & non impediri motum in infinito tem-
pore: imo dicit, quod quia ille primus motor est
infinitæ motionis, ideo mouet tempore infinito,
& quia ibi est alius motor finitus, ideo mouet in
certa velocitate. Restat assignanda ratio quare me-
diate mouere non impedit infinitatem temporis:
sicut impedit infinitatem velocitatis: quod Auer.
non fecit. Ab Aegidio vero, quia si Deus moueret
immediate, non propterea moueret in non tem- K
pore quia motus in non tēpore est de genere im
possibilium. Falsa autem dicitur, quia virtus infi-
nita habet omnē perfectio-nem causæ efficientis,
quam habet ipsa cum causa secunda proxima. &
ideo sequitur, quod immediate potest causare
omnem illum effectum in cœlo per se, quem po-
test cū anima, ergo & causat, si necessario agit quic
quid potest, vt supponitur, & vltra, si causat illud
immediate, ergo in non tempore, quia virtus infi-
nita agens secundum vltimū virtutis suæ, & im-
diate non potest agere in tempore.

Ad horum autem primum dici potest, quod quamuis difficile sit redddere illius quæsiti ratio-
nem: non tamen est impossibile. Difficile qui-
dem,

dem, quia ratio eius non potest sumi ex eo, quòd infinitas temporis sit effectus possibilis, infinitas vero velocitatis impossibilis. Ex hoc enim non habetur quare mediatio impedit sequelam huius, & non illius, licet habeatur quare illud possit fieri, & non hoc. Nec potest sumi ex eo, quòd aliter attribuitur infinitæ potentiæ infinitas temporis, & aliter infinitas velocitatis, scilicet quòd illa attribuitur infinitæ potentiç, siue in magnitudine, siue extra: hæc autem in magnitudine tantum, quoniam dato, quod hoc sit verum, apud Auerroim reputatur falsum, vt patet ex dictis, & ideo solicitus fuit de virtute immateriali infinita, quare non mouet in non tempore, & posuit mediationem motoris. Nec potest sumi ex eo, quod virtus velocitatiua in infinitum non est communicabilis, virtus autem continuatiua in infinitum est communicabilis, B quoniam hoc est falsum loquendo de virtute per se continuatiua in infinitum, qualis est virtus primi motoris.

Impossibile autem non est, quia potest sumi ratio ex eo, quod ad hoc, vt infinitas temporis perueniat ab infinita virtute, sufficit per se primo respici ab illa, quod mediatio mototis non aufert, mediatio enim causarum non aufert perfeitatem causalitatum.

Non enim ex hoc, quòd Sol, & homo generant hominem tollitur perfeitas causalitatis Solis respectu proprii effectus, quem habet in homine: ad C hoc autem, quod infinitas velocitatis proueniat à virtute infinita, exigitur, quod virtus illa absque vlla modificatione attingat motum. Hoc autem motoris mediatio tollit, quia virtus primi motoris modificata in secundo, & non in sua illuminatione attingit motum. Et sic ex vi mediationis satisfieri videtur quæsito, & sufficiens reddi responsio data. Ad Aegidium vero dicitur, quod illa ratio nõ excludit, quin illa conditionalis sit vera, Si Deus virtutis infinitæ moueret immediate, moueret in non tempore, supposito eo, quod supponit Auerrois, scilicet agat secundum totum suum posse: vn de impossibilitas consequentis nihil aliud conclu dit, nisi quod antecedens est impossibile: cuius op D positum probandum erat ab Aegidio, si ex impossibilitate consequentis reprehensione dignus censebatur Auerrois.

Ad secundum autem dicitur, quod aliud est loqui de perfectione causæ ad modum causandi, nec licet ex perfectione causæ ad modum causandi inferendo digredi, sed committitur sophisma figuræ dictionis. Vnde ex hoc, quod primus motor est non minus perfectæ virtutis quam ipse cum anima cœli simul, non licet inferre, ergo eodem modo potest solus facere, quod facit cum anima cœli, quia aliud est posse, aliud posse tali modo. Et similiter non licet inferre, ergo potest immediate E facere quicquid potest facere cum medio, quia immediate agere ad modum agendi pertinet. Et si q̃ratur, vt arguendo dicebatur, vnde potest reddi ratio, quod virtus infinita sit alligata tali modo mouendi, scilicet mediate, diceret Auer. quod non est ex defectu potentiæ, sed ex essentiali ordine cõnexioneque causarum, & effectuum vniuersi, vt in eo saluetur vtrunque, scilicet, & perfeitas causalitatis primi, dependentia, quæ aliorum ab eo, & distinctio causarum effectuumque cum illarum efficacia, & istorum dependentia ab illis. Nihil enim horum necessario saluaretur in vniuerso, ordoque vniuersi necessitate careret, si primus motor infinitæ virtutis non esset necessaria connexione con A iunctus mediis causis in causando. Et si contra hoc instetur, quia, vt dicitur in prima propositione libri de causis, causa prima plus influit & prius in effectum quam secunda, ergo si est infinita, & agit naturaliter, in primo signo totum effectum totaliter causat, quod sic non remanet ad quid actio causæ secundæ terminetur. Responderi potest, q̃ ex hoc, quod causa prima plus, & prius natura influit, quam secunda, non habetur, ergo totaliter causat ipsum quantumcumque ponatur infinita, & naturaliter agens, accipiendo ly totaliter, ex parte causalitatis. Tum, quia non causat ipsum omni modo, quem effectus exigit ad sui factionem naturalem, nec ex eo, quod totus effectus causatur ab vna causa, habetur, aliæ causæ nihil faciũt, quia faciunt idem realiter alio modo. Non enim ideo dantur plures causæ essentialiter ordinate eidem, quia aliquid eius fiat ab vna, & aliquid ab alia, sed vt totus effectus secundum quamlibet sui rationẽ habeat propriam, & per se primo causam, quamuis totius à qualibet fiat secundum, vt superius dictum est. Tum quia infinitas causæ primæ nõ largitur necessario nisi efficaciam causalitatis eius in suo ordine. v.g. Quantumcumq; ponatur solis virtus infinita, ex hoc non habetur, quod ipse absque homine posset procedere hominem, sed quod effectum proprium in homine efficacissime sortiretur: ita quantumcumque ponatur diuina virtus infinita & necessario agens, ex hoc non subtrahuntur actiones secundorum agentium, sed ponitur ipsam omnibus coagere, ad omnia, quæ illa agunt alio modo, & saluatur aliquem effectũ (puta sempiternitatem) habere per se causam, & proprium effectum primi esse intimum, & primum in quolibet effectu. Illud autem, quod ibi dicitur, quod in primo signo effectus totaliter est à prima causa, &c. imaginarium magis, quam philosophicũ quid sonat, non enim alia ratione Philosophi (secundum quorum intentionem loquimur) dicũt primam causam plus, & prius influere in effectum causæ secundæ, quam secundam nisi, quia per se primo effectus primæ causæ communioris & intimioris ac prioris rationem habet in effectu, vt patet in propositione adducta, & eius commento. sicut v.g. causans per se vitam in homine, magis, & prius dicitur influere in hominem, quàm causans per se animalitatẽ in eodem, quia illud est intimius prius, & communius. Ex hoc autem non habetur, quia in illo priori totus effectus secundum omnẽ rationem habet sufficientem causam per se, & q̃ aliæ superfluant, etiam si dans vitam, esset virtutis infinitæ, dato etiam quod speciali causalitate attingeret hominem, quod tamen est erroneum in philosophia, quia causa prima non attingit effectũ causæ secundæ, nisi mediã actione causæ secundę, quamuis magis, & prius propter rationem dictam. Colligendo ergo responsionem ad primum argumentum principale, dicimus tripliciter responderi posse, vel tenendo, primum motorem mouere libere, vel non considerando, hoc tenendo, ipsum esse immaterialem, vel teneudo ipsum mouere mediate. Et, quod nulla harum Aristot. repugnat, Auer. autem sola prima, quamuis tertia ab ipso habeatur.

Ad secundum argumentum principale dicitur, quod tenendo viam Auer. de necessaria connexione virtutum agentium, &c. manifeste patet, quod non ponitur in rerum natura aliquid possibile

secundum

secundum potentiam actiuam, quin ponatur secũ dum potentiam passiuam, & ꝙ infinitati potentię diuinę respondet potentia passiua cœli ad sempiternitatem motus; nec est alius effect⁹ ī motu possibilis ex illa virtute accepta, secundum omnes cõditiones necessario ipsa comitantes in rerum natura. Tenendo autem alias responsiones, iam patet responsio dupliciter. Primo admittendo, qđ omni potentiæ actiuæ respondet passiua: sed nõ quo ad omne quod esset assolute, possibile ex illa virtute fieri, & sic potentiæ infinitæ motiuæ respondet potentia cœli quo ad sempiternitatem motus, non autem quo ad omnem gradum velocitatis, qui posset fieri ex illa virtute absolutè. Et huius ratio ex dictis haberi potest: quia potentiæ actiuę uniuersali altioris ordinis non oportet respondere passũ corporeum capax totius eius uirtutis quo ad omnia, quia non per se primo respicit effectum particularem: ut dictum est, & est philosophiæ principiis satis consonum. Secundo potest dici, quod licet omnipotentię actiuæ respondeat possibile, nõ tamen potentia passiua, ut patet de productione intelligentiarum a Deo: siue ab æterno, siue in tempore. Et hoc propter rationẽ dictam. Nec tamen oportet respondere aliquod unum possibile adequatum, sed, ut ex dictis patet, uirtuti infinitæ respondet infinitum possibile, non sic quod possit produci aliquod infinitum nisi duratio, sed sic qđ nullis finibus possibilium producibile ab ipsa arctatur, sed quocunque producto potest perfectius producere quantum est ex ratione uirtutis actiuæ. Et hoc modo quantitas virtutis in effectu manifestatur: & non primo modo tantum. Quod vero in ultima confirmatione dicitur, proportionaliter intellectum propositum magis confirmat, quam impugnat, quia quemadmodum mobile infinita velocitate potest dupliciter intelligi (uno modo sic quod possit actualiter infinita velocitate moueri, alio mõ sic, quod quacũque uelocitate motuum potest uelocius moueri & primo modo impossibile est ponere mobile, secundo uero est possibile, ita est de motiuo, quod scilicet impossibile est dare motiuum infinita uelocitate primo modo, sed secundo tantum; quod etiam oportet esse infinitæ virtutis. Et aduerte, quod de facto ſm philosophos huic argumẽto dicendum est, quod potentiæ infinitæ respondet in rerum naturam effectus infinitus, scilicet tempus infinitum motus cœli per se productum, & potentia passiua cœli ad hoc. Et quòd hoc est sufficiens manifestatiuum infinitatis; vt patet ex dictis. Cætera autem pro uere philosophantium quietem dicta sint.

Ad tertium principale dicitur, quod licet solo tertio modo arguatur ibi secundum mentem Auer. & nec etiam illo modo habeatur intentum, attamen singulis ordinate respondendum est, pręmissa prius intentione illorum uerborum secundum ueritatem. Intendit igitur Auer. loquens de proximis motoribus orbium non excludere infinitatem uigoris a Deo, qui nullius orbis est anima, sed concludere infinitatem uigoris non sequitur ad motorem tempore infinito, ex hoc quod motor infiniti uigoris hẽt necessario infinitam potentiam, & consequenter infinitã naturã.

Ex hoc enim sequitur quod si motor tempore infinito necessario esset infiniti uigoris, & haberet & potentiam & naturam infinitam. Et quũ plures sint motores tempore infinito, sequeretur vlterius quòd ex positione plurium motorum cęlestiũ tempore infinito, non haberentur propria naturis motorum, sed hoc tantum, quòd sunt motores infiniti. Et sic vlterius sequeretur, quòd nõ esset ibi multitudo motorum, nec diuersitas proportionũ motorum ad mobilia, sed motus in non tempore, &c. Et tenent consequentiæ vt ibi: quia tunc illi motores conuenirent in natura, & potentia infinita intensiuè, quemadmodũ modo de facto conueniunt in immobilitate, ex qua habetur quòd possint continuare motum tempore infinito. Et sic non esset vnde differrent adinuicem. Hæc est sententia Auerrois ibidem, vt patere potest cuilibet exercitato, ex qua non habetur primum motorem esse vigoris finiti. Ad primum ergo modum arguendi ibi tactũ, dicitur quòd nõ sunt in eo tot verba quot errores. Consequentia primò nihil valet. Propositio deinde dicens, quod quælibet pars infiniti est infinita, licet sit vera de parte aliquota, non tamen iuuat cum alia coassumpta, scilicet infinitum nõ est maius alio infinito. Patet enim in quantitate permanente, quod si ponatur linea infinita vtrinque versus oriens, & occidens, & secetur in directo pũcti meridiei, quod vtraque pars est infinita, & tota est maior vtraque parte. Et similiter in quantitate successiua, si secetur in termino decimæ horæ huius diei totum tempus æternum, vtraque pars est infinita, & tamen totum tempus est maius qualibet earum. Falsum est ergo comparando infinitum simpliciter infinito secundum quid, quale est pars aliquota infiniti, quod vnum non sit maius alio: & quia talis est comparatio in proposito nostro patet nihil concludi. Et vt ostendatur quantus error in hoc sophismate lateat, adhuc declaratur, quod etiam comparando infinitum simpliciter stat vnum esse maius alio. Numerus enim reuolutionum Lunæ est maior numero reuolutionum Saturni (& loquimur de motu proprio) & tamen vterque est infinitus secundum ponentes motum æternum. Antecedens patet, quia singulis reuolutionibus Saturni respondent amplius trecentasexaginta reuolutiones lunares: quoniam ille singulis triginta annis vna complet; illa vero vigesimooctauo, quoque die vel circa suam peragit. Vnde Diuus Thomas præclarè docet in tertia parte, quæstione decima, articulo tertio, ad tertium, quod non est proprietas infiniti non excedi simpliciter, sed non excedi in illo ordine, in quo ponitur. Et fundat hoc super text. trigesimoseptimo, & trigesimooctauo, tertij Physicorum, vbi dicitur, ꝙ infinitum non est substantia, sed vt accidens quærendum, accidentis autem proprium est qualificare id, cuius est accidens. Et propterea quemadmodum infinitas adueniens alicui, puta diebus, non infinitat nisi numerum dierum: ita impossibilitas infinitatem consequens non ponitur nisi ordine duorum. Et propterea infinitis diebus simpliciter, non possunt dari plures dies, sunt tamen multo plures horæ illorum dierum quam ipsi dies. Et similiter infinitis horis non dantur plures horæ: sunt tamen multo plura minuta illarum horarum quam horæ ipsæ. Nefas quoque esse videtur, conditiones totius, & partis in impartibili summe perfecto, ac per hoc vocato quanto virtualiter, requirere: quum non maius quid sit totum hoc: Deus bonus, sapiens viuus quam hoc solum, scilicet Deus, aut e conuerso, siue ponatur finitæ uirtutis siue infinitæ: quia non est æqualis: sed eadem est perfectio rei illius, & omniũ quæ eius sunt. Ad secũdum vero modum arguendi

di dicitur, quod sicut tactus quantitatiuus, quia secundum extrema est, expellit id, in quod fertur: tactus autem virtualis, quia interiora penetrat, magis conseruat, & firmat, & contrarius non tacto: ita infiniti corporei proprium est, sic omnia occupare, vt omnia excludat, nihil secum compatiens: infiniti vero virtualiter, & proprium est sic omnia implere, vt ea faciat virtuosa, & cooperantia, & modificantia illuminationem suam in effectibus. Vnde ex infinitate virtutis non excluduntur alia actiua, sed magis ponuntur, vt superius quoque dictum fuit. Ad vltimum autem dicitur, quòd dupliciter potest poni distinctio formalis. Vno modo sicut aliqua participantia aliquid, propriis constitutiuis diuersificantur: sicut homo differt ab equo, & albedo à nigredine. Alio modo sicut aliquid per essentiam distinguitur ab aliis, quæ sunt talia per participationem: sicut homo separatus distingueretur à singulis hominibus. Distinctio primo modo est causa finitatis vtriusque extremi, & de hac est sermo Auer. ibidem.

Secundo modo non infert finitatem nisi vnius extremi, scilicet participantis tantum. Illud autem quod est per essentiam, ex hoc ipso, quòd pura est ab aliis distinguitur absque aliquo finitante, & cõtrahente. Et licet ab infinito nullum positiuum excludatur virtualiter, multa tamen excluduntur formaliter: quibus participantia ipsum ab ipso distinguuntur, excellentiori modo omnia præhabente.

Ad quartum principale dicitur, quòd consequentia nihil valet. Et ad probationem, concessa suppositione, negatur minor: scilicet quod distantium ab aliquo infinitum, alterum non sit altero propinquius illi, vt patet manifeste, & in quantitate permanente, & successiua. In permanente quidem, si ponatur linea infinita ex parte Septentrionis, constat, quòd tam pars intercepta sub Tropico Cancri, & circulo Aequinoctiali, quam pars intercepta inter circulum Aequinoctialem, & Tropicum Capricorni, in infinitum distat à quantitate lineæ infinitæ versus Septentrionem, & tamen dubium non est quin pars sub Tropico Cancri sit propinquior: quia minorem viam actura esset, si ad infinitam attingendam mouerentur. In successiua vero, quum tam dies hesternus, quàm hodiernus in infinitum distet ab æterno tempore præterito: constat tamen, quod propinquior hesternus fuit hodiernus, & hodiernus, quàm crastinus. Alioquin mundus quotidie non esset maioris durationis, nec aliquid antiquius altero simpliciter, quæ sunt contra sensum. Est autem ratio quare stat inter aliqua esse distantiam infinitam, & tamen vnum altero magis distare, quia distantia illa non est infinita vtrinque, sed ex vna parte tantum: sicut contingit in proposito, & in distantiis adductis. Tunc enim, & ex parte infiniti habetur ratio infinitæ distantiæ cæterorum ab illo, & ex parte finitorum habetur ratio maioris appropinquationis ad primum, vt patet in exemplis adductis, quia enim tempus præteritum est infinitum, ideo infinita distantia est à parte inter singulos dies, & ipsum: quia vero hodiernus dies finit hinc tempus elapsum, ideo est infinita distantia à patre post. Et consequenter ex ista parte potest accipi ratio, quare est propinquior æterno elapso, quàm dies crastinus. Et similiter est de distantia inter Deum, & creaturas. Ex parte siquidem Dei infinitæ distantiæ ratio habetur: ex parte vero creaturæ distantia finitur. Et ideo hinc sumitur, quod vna est propinquior altera primo enti infinito. Vnde posset cum distinctione dici ad minorem, quòd distantia infinita est duplex, scilicet infinita vtrinque, seu simpliciter, & infinita secundum quid, seu ex altera parte tantum, & quod quamuis primo modo sit vera, secundo tamen est falsa, & sic est ad propositum.

Ad quintum principale dicitur breuiter, quod omnes authoritates Auerr. in hac re, excepta illa octaui Physicorum, quia dicitur non esse virtutis finitæ, nec infinitæ: loquuntur de motoribus proximis, idest animabus cœlorum, vt ipsemet Auerr. in comment. 41. duodecimi dicit: quum post distinctionem infiniti à finito subdit, quod proportio inter motorem, & mobilem in cœlestibus, est propter motorem finitum, & quod propter ipsum dixit Aristote. in secundo Cœli, quod primus orbis esset in labore, & cætera. Vel & clarius (licet in idem redeat) dicendum, quod ideo sæpe Auer. negat dari motorem infiniti vigoris, sic, quòd possit semper velocius mouere: non ex defectu potentiæ primi motoris, sed ex ordine essentiali causarum, & effectuum, & finitate motorum proximorum. Ex his enim fit, vt quemadmodum negatur nono Metaphysicorum comment. septimo: Deum posse producere muscam, non ex defectu potentiæ, sed ex ordine essentiali causarum, & effectuum exigente talem effectum fieri mediante corpore cœlesti mobili, ita nihil minus negari simpliciter ab ipso potest, quod motor aliquis possit semper velocius mouere, non ex defectu potentiæ primi motoris, sed quia non potest mouere nisi mediante anima cœli, in qua modificatur virtus eius. Et sic nullus motor restat potens maiorem velocitatem facere: quamuis primus sit vigoris infiniti. Illud vero, quod in comment. 69. octaui Physicorum dicitur, scilicet quòd motor immaterialis, nec infinitus dici potest: quamuis sonet quid falsum, & ridiculosum, & propterea reprehensum sit à multis. Quidam extorquentes intelligũt ea ratione dictum de solo Deo, quia non est virtutis actiuæ, sed tantum mouet vt finis. Quidam vero, quia non est virtutis actiuæ respectu velocitatis motus, de qua ibi est quæstio, sed tantum sempiternitatis motus.

Ego autem nolens Auerroim Tomistam facere, neque me Auerr. sed veritatem solam sequi (quantum cognoscere potero Deo concedente) puto id tunc voluisse Auerr. quod sæpe mentem meam pulsauit: tamquam de Aristotelis officina veniens, scilicet, quòd virtutes immateriales non sunt quantæ virtualiter, & consequenter, nec finitæ, nec infinitæ. Non simpliciter, sed eo modo, quo sunt quantæ virtutes corporales, scilicet, quod non sunt proportionales motibus, vt scilicet quãto maior motus, tanto virtus immaterialis maior: quemadmodum est in corporalibus, sed sunt altioris ordinis virtutes. Et hoc modo saluari videtur processus Aristotelis octaui Physicorum, quia quum sufficienter excludatur ex textus 78. & 79. quòd nulla virtus corporea potest mouere tempore infinito ex eo, quod talem virtutem oportet esse infinitam, & ad hoc sequeretur motus in non tempore, & de facto supponatur virtutem motiuam cœli mouere tempore infinito: restat quod virtus illa sit extra ordinem virtutum corporearũ quarum nulla potest hoc facere, quia nec finita, nec

nec infinita. Et consequenter habetur, quod sit impossibilis, & nec finita, nec infinita etiam de virtuali quantitate loquendo, eo modo quo virtutes corporeæ: alioquin eodem modo posset argui de virtute corporea, sicut de incorporea. Et secundum hoc quum in textu vltimo octaui Physicorum dicitur motorem cœli esse potentiæ infinitæ, purè negatiue teneri debet, id est, non finite. Hanc credo fuisse tunc mentem Auer. quam tamen quia vidit postmodum non esse veram (vt ex supradictis examinãdo rationem Arist. & commentum 41. deduci ab exercitatis potest ex medio termino Arist.) ideo in 12. Metaph. commutauit in melius, admittendo ibi finitatem & infinitatem virtutis & proportionis.

Et sic sit finis præsentis quæstionis, anno Salutis, 1499. die decimo Septembris, Papiæ, in conuentu sancti Apollinaris. ad Dei glorioſi laudem & honorem, & eorum temeritatem retundendã, qui philosophiam suo ingenio metiri præsumentes, non verentur dicere virtutem infinitam non esse in rerum natura, quia est ens impossibile secundum principia philosophiæ. Iam enim patet, quòd nullo philosophiæ principio negato, non solum sustentatur, sed etiam ex sensibilibus probatur. Erubescant ergo.

TRACTATVS TERTIVS.

De potentia neutra, & de natura potentiæ receptiuæ in duas quæstiones diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Num in rebus naturalibus detur potentia neutra.*
2 *Num potentia receptiua actuum supernaturalium sit naturalis.*

QVAESTIO I.

Vtrum in rebus naturalibus detur potentia neutra.

IVXTA primum articulum primæ quæstionis remansit tractãda quæstio de potẽtia neutra. Vnde quæritur. Vtrum in rebus naturalibus detur potentia neutra.

Circa quam difficultatem quatuor agẽda sunt. Primò declarabitur titulus quæstionis. Secundò ponetur opinio Scoti. Tertiò probabitur opposita opinio. Quartò respondebitur obiectis.

Quo ad primum. Res naturalis sumitur hic vt distinguitur contra artificiales. Inueniri vero in rebus naturalibus, sumitur pro inuentione reali in singularibus naturalibus simpliciter. Et hoc ad differentiam eorum quæ dicuntur in abstractione, sicut contingit de proprietatibus quantitatis vt sic & alijs similibus, quæ tamen in rerum natura actualiter non inueniuntur. Potentia in proposito sumitur pro potentia receptiua. Neutralitas inclinationem naturalem respectu vtriusque actus, scilicet huius & oppositi negat, nõ simpliciter, sed in potentia receptiua vtriusque. Dico autem hoc quoniam dupliciter contingit imaginari potentiam aliquam neutram. Primo per negationem potentialitatis ad vtrunq; quemadmodum colorabile, nec ad grauẽ, nec ad acutũ sonũ

F est in potentia. Et sic non vocat potẽtia neutra, sed potẽtia nulla: colorabile.n.no ẽ receptiuũ sonorũ. Alio mõ per negationẽ inclinationis in potentia receptiua utriusque: sicut si poneremus aliquam superficiem receptiuam albi & nigri, & tamen ad neutrum inclinatam, & proprie vocatur potentia neutra. ergo sensus quæstionis, an inueniatur aliqua singularis potentia in rebus naturalibus, receptiua alicuius actus, & tamen nec ad illud nec ad

G nens q̃ potentia receptiua relata ad actum, aut est naturalis, aut violenta, aut neutra. Naturalis quidẽ si naturaliter inclinetur in illum; violenta uerò, si ille sit contra eius inclinationem naturalem: neutra uerò, si neque inclinetur ad istam formã, quã recipit, neque ad oppositam. Exemplum primi, vt motus deorsum lapidis. Exemplum secũdi, motus sursum eiusdem. Exemplum tertii: superficies respectu albedinis & nigredinis. Etenim manifeste patet inueniri in angelis talem potentiã eo q̃ potẽtia passiua quæ est in angelo ad essendum in loco neutra est. Quod probatur dupliciter: tũ quia tale passum non inclinatur naturaliter ad istã formam vel oppositam: tum quia si esset in aliquo loco violenter. Et probatur sequela per Auicen.

H nono Metaphy. uolentem quòd si motus cœli esset naturalis, terminaretur ad quietem naturalẽ, & motus ab illa esset uiolentus. Posset quoq; multipliciter argui pro hac opinione: sed quoniã stabiliendo oppositam, habetur solutio omnium, ideo hæc sufficiant de secundo.

Quo ad tertium propono vnam propositionem, & unam distinctionem ex quibus probabitur intentum. Propositio igitur est hæc: Omnis potentia rei naturalis respicit per se primo & naturaliter aliquem actum. Probatur quo ad primam partem, quia, vt dr. 9. Metaph. tex. 13. potentia diffinitur per actum. Actus nanque definiens potentiam, proculdubio est per se primo respectu ab illa: quoniam neque actus per accidens, neque actꝰ per se secundo, illi æquiualet. Quo ad secundam verò partem, s. naturaliter, probatur: quia ex secundo Physicorum tex. 78. vnumquodque sicut agitur, ita aptum & natum est agi, & econtra: sed potentia fit à natura, & est propter actum, vt patet 9. Metaphy. tex. 15. & 16. ergo potentia naturaliter fit, & est propter actum, ergo propter actum quem per se primo respicit, & sic omnis potentia naturaliter respicit suum per se primo actum. Totus processus clarus est ex allegatis & traditis in

I

secundo physicorum quomodo natura agit propter finem, & quo pacto ea quæ a natura aguntur propter finem naturaliter inclinantur in finẽ, &c. Distinctio uero est, quod potentia receptiua potest comparari quatuor modis ad actus. Potest.n.

K colorabile, verbi gratia, comparari ad colorem, ad species coloris, ad contrarium coloris, & ad disparata, s. sonos. Si comparetur ad colorem, sic cõparatur naturaliter & per se primo; si ad speciem eius, naturaliter quidem, sed non per se primo, si ad contrarium uiolenter, si ad disparata, nulliter, nisi forte per accidens. Nec hęc egent probatione quoniam per se sunt nota ex terminis, nisi quis obiiciat actus, ad quos potentia se habet obedientialiter. Sed quoniam, de hoc erit sequens qõ nec hi locantur à Scoto sub potentia neutra, iõ nihil p-

posito

posito obstant. Ex his aũt deducitur opposita opinio, ſ. ꝙ omnis potentia in rerum natura relata ad actum receptibilem in ea, aut est naturalis, aut uiolenta: quòd nulla est neutra. Omissa pro nunc potẽtia obedientiali, vt pote non spectante ad præsens propositum. Probatur autem hæc conclusio sic; Omnis potentia receptiua alicuius actus, aut respicit illum per se primo, aut per se secundo, aut contrarium his: sed tam actum per se primo respectũ, quam per se secundo, respicit naturaliter, & contrarium eis respicit violenter: ergo oĩs potentia receptiua alicuius actus est naturalis, aut uiolenta. Minor est per se nota. Et maior probatur sic; Si narretur quartum genus actuum receptibilium in aliqua potentia, illud esset actus disparatus ab eo, quẽ per se primo respicit illa potentia: sed hoc esse non põt: ergo potentia non põt recipere nisi illa tria numerata. Quòd autem hoc sit impossibile patet inductiuè. Colorabile.n. nullam habet potentiam ad sonos, neque calefactibile ad colores, & sic de aliis. Et probatur rõne, quia potentia unius generis non est ad actus alterius: ut patet 12. Metaphy. in tractatu de principiis prædicamentorum. Et quoniam rationi hæc consonant, ideo hãc sequamur viam. Et hæc de tertio.

Quo ad quartũ rñdetur, ꝙ distinctio illa trimẽbris est uoluntaria quo ad tertiũ membrum. Nec id quod adducitur de superficie, iuuat: quoniam aliud est de superficie absolute, & aliud de superficie Physica tali rerũ natura inuẽta. Superficies enim absoluta nõ solũ abstrahit ab albo & nigro, sed ẽt ab oĩ sensibili, & rursus aliqua superficies est quæ repugnat colori omni vt patet de superficie cæli. Itaque loquendo de superficie tali, i. colorabili, dicitur ꝙ vt sic non est indifferẽs ad album & nigrũ per exclusionem inclinatiõis naturalis, sed per exclusionem maioris ad unum quam ad aliud: quoniam huiusmodi superficies respicit naturaliter colorem, & omnes species eius, sed colorem per se primo, speciem uerò per se secũdò. Et simile est de materia prima respectu diuersarũ formarũ substantialium: ipsa quidem per se primò respicit formã per motum, aut mutationem acquisibilem quouis modo: per se aũt secundo respicit hanc & illã formam. Et sic naturaliter inclinatur in oẽs: & indifferens est ad omnes aut multas, non per exclusionẽ maioris inclinatiõis ad unam, quã ad aliam. Ad id uerò qd' adducitur de potẽtia locabili in Angelo, dr, ꝙ falsum supponit, ſ. in Angelo esse potentiam passiuã, respectu ipsius vbi. Vt.n. in tractatu de Angelis dictum est, Angelum esse in loco, non est ipsũ recipere aut pati sed virtualiter tangere locum. Vñ non oportet solicitari nisi de actiua potentia Angeli: quam constat esse naturalẽ, liberè tñ exercitã. Quãuis ea quæ adducũtur a Scoto ad probandum suum intentum de Angelo, non cogant: qñ hæc consequentia formaliter non valet. A est naturaliter in vno loco, ergo est uiolenter in aliquo alio: ut patet de singulis partibus orbis lunæ. Quælibet enim est naturaliter in Occidente, & similiter in Oriẽte, & tñ nullibi violenter, & mutat locũ subiecto & rõne. Nec confirmatio ex Auic. conuincit: quoniã non nisi de motu vere naturali verificatur dictũ eius. Motus.n. cœli naturalissimus est ex parte principii passiui: ita ꝙ ex hac naturalitate reducitur rõ quare in eo nullus est labor mouenti; ut patet scd̃o cœli, tex. 3. quamuis ex parte principii actiui sit aĩalis. Vnde hoc magis ad oppositum intenti Scoti videtur: quoniã sic motꝰ Angeli ẽt naturalis ex parte principij passiui absque sequela inconuenientium, sicut de motu cœli dicimus. Hæc de quarto, & de tota quæstione.

QVAESTIO II:

Vtrum potentia receptiua actuum supernaturalium sit potentia naturalis.

IVxta eundem articulum quærendum erat, vtrũ potentia receptiua actuum supernaturalium, sit potentia naturalis.

In qua quęstione quatuor agẽda sunt. Primò declarabitur titulus. Secundò recitabitur opinio Scoti. Tertio examinabit. Quartò rñdebitur q̃sito.

Quo ad primum, potentia receptiua hic sumit formaliter, ut receptiua est, qnicquid sit de ipsa, vt elicitiua actus. Actus supernaturalis dicitur, quem non potest secundum naturæ cursum adipisci: ut gratia, charitas, visio Dei & reliqua huiusmodi. Potentia naturalis vocatur non subiectiuè, i. potentia naturæ, sed formaliter id est, potentia naturaliter inclinata. Ita quod sensus quæstionis est, Vtrũ potentię in rebus naturalibus inuentę, in quibus recipiuntur actus supernaturales, naturaliter inclinentur ad illos. Hæc de primo.

Quo ad secũdum, Scotus in primo, q. i. prologi, & in q. 4. dist. 49. in pluribus locis tenet affirmatiuã partem quæstionis. putat nanque, quod potentia comparari potest ad actum recipiendum, & agens impressiuum actus & quod in prima comparatione nulla est supernaturalitas, sed potentia est vel naturalis vel violenta, vel neutra. In secunda autem comparatione est differentia naturalitatis à supernaturalitate: quoniã si comparatur ad agens naturaliter impressiuum, est naturalis, si nõ naturaliter impressiuum, est supernaturalitas. Confirmatque positionem suã ex hoc, ꝙ potentia receptiua actꝰ supernaturalis, seipsa est receptiue capax illius, naturaliter perficitur per illum, cum habet, & naturaliter appetit illum. Ex his manifeste sequitur, ergo naturaliter inclinatur in illum: &, ergo est potẽtia naturalis respectu illius. Singula autem assumpta probantur. Primum quidem, quia nullo eget potentia animæ medio ad recipiendam charitatem, & similiter intellectus respectu luminis glorię, &c. Secundum uero, quia potentia naturaliter perficitur per actum, qui est eius perfectio. Tertium autem, quia vnumquodque appetit naturaliter suam perfectionem, sed maxime naturaliter appetit maximã perfectionem, ex primo Metaphysicę. sed actus supernaturalis, ut visio Dei, &c. maxima est perfectio, ergo, &c. Sumus igitur secundum hoc in naturali potentia ad supernaturales perfectiones: non possumus tñ acquirere eas nisi supernaturaliter; quia oportet acquisitionem hanc ab agente supernaturali, ſ. Deo glorioso causari. Hæc de secundo.

Quo ad tertium, tria minus bene dicta in prefata opinione uidentur, ſ. principalis conclusio, & eius probatio, & usus uocabulorũ. Male in primis utitur ly supernaturale, dum omnem actionẽ Dei ad extra supernaturalem uocat, quia Deus est agẽs non naturale, sed liberum. Constat nanque, quod alia est distinctio naturalis contra supernaturale, & alia naturalis contra liberum. Primò nanq; mõ anima Scoti producitur naturaliter: secundo autẽ, non. Vnde nisi uocabulis abuti uelimus ad placitum cuiusque, supernaturale est, quod supra facultatem ordinis creaturis debitis in eis est. Omnes enim naturalia à supernaturalibus distinguimus frequenti vsu per hoc, quod aliquid sit secundum debitum naturæ ordinem, & aliquid fit

ſupra illum. Ratio deinde aſſumpta manifeſtè aut F
falſa eſt, aut petit principium. Quum.n.dicit, quòd potentia naturaliter perficitur per ſuum actum; & ſimiliter appetit ſuam perfectionē: aut ly ſuum ſignificat ſuum per informationem actu uel potentia, aut ſuum per naturalem proportionem ſeu inclinationem. Si primo modo, falſa eſt maior: graue enim eſt exiſtens ſurſum, non naturaliter, ſed uiolenter, perficitur per eſſe ſurſum, & tamē eſſe ſurſū eſt actus & perfectio eius per informationem. Si uero ſecundo modo, petitio eſt principii in minore: hoc.n.eſt probandum, ſ. quòd potētia naturalis habeat actum ſupernaturalem, ut ſuum hoc modo. Quod quoque dicitur de immediata receptione, ad propoſitum nihil infert; æs.n. immediatè eſt receptiuum figurę Mercurii, & tamen nō naturaliter. Concluſio demum principalis uoluntaria relinquitur, & irrationabilis oſtenditur probādo oppoſitam. Hæc de tertio. G

Quo ad quartum, concluſio reſponſiua quæſito eſt, quod potentia ad actus ſupernaturales, non eſt naturalis, ſed obedientialis. Et probatur triplicīter. Primò ex parte actus, ſic: Actus ſupernaturalis dupliciter inuenitur, ſcilicet ſecūdum ſe, ut gratia, & ſecundum talem modum ſciendi, ut uiſus cæco datus. Viſus.n. ſecundum ſe naturalis actus hominis: ſed quòd cæco in inſtanti detur, ſupernaturale eſt. Charitas uerò, & talia, ſunt ſecundum ſe actus ſupernaturales; adeo ut implicet contradictionem connaturales eſſe, aut fieri alicui creaturæ factæ vel H
factibili, ut ēt ipſe Scotus in ſecundo diſ. 23. fatetur. Si ergo in natura nulla eſt naturalis potentia ad actum ſupernaturalem ratiōe modi; ut ſic, a fortiori nulla eſt naturalis potentia ad actus ſupernaturales ſimpliciter. Sed in natura nullam eſſe naturalē potentiam ad illos actus patet ex frequēti uſu, quo naturalē potentiā ad miracula negamus. Et ex hoc ſequitur, ꝙ ſupernaturalitas inueniſ, nō ſolū cōparādo potentiam ad agens, propter ſupernaturalē acquiſitionem actus, ſed ēt comparando potentiam ad actum, propter ſupernaturalitatem actus in ſe.

Secundo, ex parte potentię ſic: Omnipotentiæ paſſiuæ naturali, reſpondet aliqua potentia actiua proxima: ergo reſpondet potentia actiua naturalis. Antecedens eſt maxima aſſumpta ab Ariſt. 3. de Anima text. 17. ad probandum dari intellectū agēI
tem. Fundatur enim ſuper hoc, quòd in omni natura, vbi eſt patiens, oportet ponere agens. Et certum eſt quòd de proximo, non de primo agēte loquitur: alioquin diſtributiuam non feciſſet, dicēs, in omni natura, &c. Et per hoc excluditur reſponſio Scoti, dicentis, quòd ſufficit ſi detur primum agens. Conſequentia autem probatur: quia potentia ſupernaturalis non eſt proximum actiuum naturalis potentiæ, vt ex terminis patet: naturale.n. ſoli naturali cognatum eſt.

Tertiò ex parte ſubiecti. Quum enim quidditatiua cognitio alicuius ſit ſufficiens rō omnium proprietatum eius, & ex ea ſoluantur omnes difficultates contingentes rei, vt in quarto Phyſ. dicitur, cōſequens eſt, quòd cognita quidditatiue re aliqua, cognoſci ex ea poſſint omnes eius naturales potētiæ, & quum potentię cognitio ex actu pendeat, vt dicitur 9. Meta. conſequēs eſt, quòd actus, ad quos ſunt naturales potentiæ, cognoſcantur, & cum huiuſmodi actus ſint ſupernaturales apud Scotum, ſequitur de primo ad ultimum, quòd ex cognitione quidditatiua alicuius naturalis cognoſcuntur ſupernaturalia: quòd eſt manifeſte falſum. Et cōfirmatur: quia certe ſcimus hanc maiorē, ꝙ nulla naturalis potentia eſt fruſtra: ergo ſi ſcimus hanc minorem quòd in materia vel anima, vel quacunque alia re eſt naturalis potentia ad actum ſupernaturalem, oportet cōcedere quòd ſcimus ſupernaturalia illa debere eſſe, & ſic ſciemus reſurrectionem mortuorum futuram, & gratiam iuſtificantem impium, &c. quòd eſt ridiculum. Nec euacuat hanc rationem reſponſio Scotica, dicens, quòd anima ſecundum illam rationem eſt ignota. Cognitio nanque quidditatiua alicuius, nihil naturale illius incognitum relinquit qm̄ continet formaliter, vel virtualiter omnem illius notitiam. Nec euadit dicēdo ꝙ ſubſtantia non pōt a nobis pro ſtatu iſto qddita tiue & proprie cognoſci; qm̄ qcqd ſit de hoc, habetur intentum, ſ. quòd ex quidditatiua rerum naturalium cognitione, ſiue habeatur pro ſtatu iſto, ſiue non, poſſit ſcientia haberi de ſupernaturalib. & ſic reuelatio de gratia, beatitudine pollicita, reſurrectione, & aliis huiuſmodi, ad quæ naturalis ponitur potentia receptiua non fruſtra, erit neceſſaria ſecundum quid, ſ. pro ſtatu iſto, & non ſimpliciter, ꝙ eſt manifeſte falſum. Hæc de quarto. Finis.

TRACTATVS QVARTVS.

De ſubiecto naturalis Philoſophiæ unica quæſtione contentus.

QVAESTIO I.

An ens mobile ſit ſubiectum in Philoſophia naturali.

QVeritur, an ens mobile ſit ſubiectum in philoſophia naturali.

Et uī ꝙ non. Primò, Quia aut ens mobile ſignificat ſubſtantiam mobilem, aut accidēs mobile aut tertiū cōe utrique. Si primū, cū ſubſtantia mobilis, & corpus mobile ſint idē cōuertibiliter, ſequit, ꝙ poneret ſm rem corpus mobile ſubiectū philoſophiæ, ꝙ eſt contra tenentes ens mobile. Si ſecundum, hoc eſt manifeſte contra omnes, & veritatem. Si tertium, tūc ſequeretur, quod ens diceret tertium conceptum abſtrahibilem a ſubſtantia & accidente, quod eſt contra Thomiſtas.

Secundo: ſubiectum ſcientię debet eſſet unius rationis formalis, alioquin non haberet quod quid eſt, & conſequentet nec eſſet principium ſcientiæ: quia, vt dī in 1. de anima, in tex. 11. principium omnis demōſtrationis eſt quod quid eſt. Nec haberet aliquam per ſe primo paſſionem, quia ei, quod nō eſt in ſe natura vna, quicquid per ſe vnum conuenit, conuenit ratione partium, & conſequenter nulla paſſio conuenit ei primo, ens autem mobile dicit aggregatum ex duabus rationibus formalibus: ergo non eſt ſubiectum.

Si dicatur, ꝙ illa duo ponūtur ad circumloquendum vnam rōnem formalem, quēadmodum moris eſt ponere paſſiones loco differentiarum, contra, Rō ſubiecti in ſcientia debet eſſe primo & maxime nota in ſcientia, eo ꝙ tota ſciētifica cognitio ex illa dependet; ſed ſi circunlocutione eget, non eſſet huiuſmodi: implicatio ſiquidem eſt in adiecto, dicere ꝙ eſt rō formalis in ſcientia, ꝙ circumloquitur illam paſſionis noīe, vt potè occultā, ergo, &c. K

Tertiò: ſi ens mobile eſſet ſubiectum philoſophiæ naturalis aut philoſophia naturalis eſſet pars Metaphyſicæ, aut eſſet ſubalternata illi, vtrumque eſt falſum, ergo. Tenet conſequentia, quia aut

ens

ens mobile addit supra ens conditionem per se di uidentem ens, aut accidentalem enti. Si primo mō, sequitur ꝙ ens mobile a Metaphisico considerandum est, quia in primo Posteriorum cap. 22. dr, ꝙ eiusdem scientiæ est considerare subiectum aliqd & partes subiectiuas per se, & consequenter esset philosophia naturalis, cui ascribr ens mobile, pars Metaph. Si secundo modo, sequitur quod philosophia naturalis Metaph. subalternaretur, eo quod dicitur in primo posteriorum, cap. 8. descendere de genere in genus secundum quid, id est, secundum conditionem accidentalem (ut communiter exponitur) est solius scientiæ subalternatę conditio ab Aristotele tradita.

Quarto sic: Subiectū in scientia debet esse illud, ad cuius rationem formalem omnes resoluuntur passiones & conclusiones illius scientiæ, ut de se patet: sed passiones & consequenter cōclusiones physicæ resoluūtur ultimo in philosophia naturali ad quod quid est substantiæ, seu corporis naturalis, eo quod omnia accidētia physica causantur ex substantia naturali, ergo substantia naturalis seu corpus naturale ponendum est subiectum.

In hac dubitatione primo distinguam opiniones. Secundo declarabitur opinio sancti Thomæ. Tertiò simul ipsa confirmabitur & contra alias opponetur: Quarto respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primum sciendum est de subiecto adequato phyl. naturalis (de quo hic est sermo) quosdam loq in re hac naturaliter, quosdam uerò innaturaliter, pp ꝙ hi a nra resecandi sunt disputatione quam inter philosophos agimus. Supponūt enim intelligentias mobiles esse, & philosophiam naturalem infra sensibilia non arctantes, cōe aliqnid sensibilib. & separatis a materia, quatenus mobilia sūt, subiectum philosophiæ dicunt, operiuntque errorem suum Theologicę pietatis nomine.

Contra hos enim non oportet naturalem disputare, apud quem indubitatum principium est, substantias abstractas immobiles esse, & terminū considerationis philosophicæ esse animam humanam partim abstractam; partim non, ut dr secundo physicorum, tex. 26. & ultimum, quod potest naturalis de intelligentiis attingere, & declarare ga sunt, ut Auer. dicit primo physicorum, cōmento ultimo. Quanta tamen sit quorundam horum temeritas, silentio inuoluendū non est, cum præsumatur propriam opinionem Theologiæ sententiam asserere, sicque Theologicæ facultatis expertibus, in philosophia tamen nutritis, deridēdi Theologiam occasionem præbent. Nō est. n. ex sacra scriptura, nec ex Theologis sanctis ab ecclesia approbatis traditum, quod Angeli sic mouerentur, vt motus continui subiectum sint; sed potius oppositum, vt in Theologia discussum a Sanctis est. Vnde si Peripateticos arguendos censent gloriētur ex Scotica officina hos se errores deprehendere, non ex Theologia.

His ergo omissis ad naturales transeamus:, Quorum opinio nō est vna, dum alij mobile, alij ens, alij vtrunque ex subiecto physicæ resecandum putant. Et illi quidem qui neutrius nomē recipiunt, secunda & quarta ratione ad oppositum facta mouētur; & sensibilē seu naturalem substantiam subiectū fore cēsent. Qui vero ens tantum abijciūt, corpus mobile subiectum philosophiæ ponunt: Et hi adhuc diuisi sunt, dum quidam mobile, passionē significare cōcedunt, quidam autem rationem formalem corporis physici supponere contendunt. Mobile autē

A tātum abijcientes, sunt qui ens naturale subiectum dicunt. Sunt ergo quinque opiniones naturaliter loquentium, scilicet Thomistarum tenentium ens mobile, & Albertistarum dicentiū corpus mobile, & modernorum multorum, dicentium substantiā naturalem sensibilem: & quorundam ētmoderno rum asserentium corpus physicum seu naturale, & eorum qui ens naturale subiectum credunt.

Quo ad secundum. Cum ens mobile complexionem quandam nominum contineat singula distinguenda sunt. Et primo quidem circa mobile triplici opus est distinctione.

Prima est quod cum mobile motum respiciat, sicut motus sumitur dupliciter, scilicet proprie, ut distinguitur & contra mutationem in 5. Physi. & ad tria tantum genera esse dicitur & communiter, vt continet in se & motum proprie dictum, & mutationem, s. generationem & corruptionē: ita mobile dupliciter sumi potest. In quæstione tamen ita sumitur communiter prout idem est quod mutabile physica mutatione.

Secunda est, quod aliquid pōt dici mobile, dupliciter, scilicet subiectiue; qā scilicet est subiectū motus: & terminatiuè, quod scilicet est terminus alicuius mutationis. Et quamuis prima facie mobile sonet subiectum motus, si tamen restringēdum est in proposito, magis tenendum est terminatiue quā subiectiuè, ut ex dicēdis apparet. iudicio tamē meo indistincte tenendum est non ea rōne ut sit commune ad omnia quomodocunque mobilia: contineatque ut partes subiectiuas materiā & formā, &c. quia hoc est contra S. Th. in primo physic. super tex. com. 6. vbi in diuisione literæ expsse dicit, quòd in primo libro Physi. agitur de principiis intrinsecis entis mobilis, scilicet de materia & forma: ex hoc aperte insinuans ens mobile, quod est subiectum philosophiæ, non esse totum uniuersales respectu materiæ & formæ, sed totum integrale seu essentiale, sed ea potius ratione ut scilicet illa notissima sui acceptio supponatur, quam ex sensu supponere oportet: perhibent. n. nobis sensus mobilia esse, an autem subiectiuè an terminatiue mutentur ea quæ moueri uidemus ratione, magis discernitur, quam ex sensu habetur.

Tertia est quod mobile æquiuocum est nomē ad aptitudinem, ad motum & ad fundamentum illius aptitudinis: sicut in risibile significaret aptitudinem ad ridendum, & rationalitatem, quę est eius fundamentum. Quid autem mobile in proposito significet, difficile est hac sola quæstione elucidare. Quamuis enim impossibile sit subiectum & passionem simul accipi pro subiecto in aliqua scientia, si quod totum aggregatum subiectum sit, qm oportet subiectam uni esse rationem formalem, & ex eo ꝙ quid est subiecti, & quid est passionis una rō formalis constitui nequit, nihil tamen prohibet aggregatū ex subiecto & passione, subiectum sic constitui, nt passionis quod quid est, sit rō formali subiecti in illa scientia. Et hoc modo intelligi pōt mobile passionem significare in proposito, ita ꝙ mobilitas quæ est passio, sit ratio formalis enti uel corpori, quòd sit subiectum philosophię naturalis, uñ solet fierj reduplicatio supra mobile, dicendo ens aut corpus mobile, in quantum mobile est subiectū Physic. Suadetur autem in proposito sic sumi mobile ex subiecto Mathematicæ, sicut enim physica est de entibus in eo ꝙ mobilia, ita Mathematica est de entib. in eo ꝙ quanta. Constat autem Mathemeticæ sic esse subiectum ens quantū, ut quan-

titas ipsa quæ substantiæ materialis passio seu proprium accidens est, ratio formalis subiecti Mathematicæ sit. Erit ergo Physicæ subiectum ens aptũ moueri, sic aptitudo ad motum, ratio formalis subiecti sit. Et confirmatur hoc magni Alberti authoritate: qui in 1. Physi. sic distinguens corpus in Metaphysicum, Mathematicum, & Physicum, mobilitatem quam rationem formalem subiecti dicitur posteriorem corpore quãto naturaliter dicit. Nec obstat quod eiusdem scientiæ est considerare de passione & subiecto eius, quoniam hoc intelligitur quando tractatur de passione ut passio est, non autem quando passio primum subiecti locum tenet: ut patet de quantitate in Mathematica, quæ de substantialibus principiis subiecti eius, a quo fluit, non se impedit. Similiter nõ obstat quod perfecta cognitio de re nõ habetur absque quod quid est subiecti: hoc enim non est sic accipiendum, ut omnis cognitio citra illam sit imperfecta, ita quod non sit euidens & scientifica, sed vt absq; ꝙ quid est subiecti, cõsummata omnimodaque notitia de re haberi non possit. Quod Physicæ accidere non incõuenit, quoniam Mathematicæ hoc conuenire certum est: Mathematicus enim ignorat an quantum sit substantia vel accidens, & quantitas subiectum &c. & tamen certissimum est omnium, ut dicitur in secundo Methaph. textu & commento ultimo.

Sed contra hanc viam est, quod secundum eam ad Phylosophum naturalem non pertineret considerare aliquod prædicatum quidditatiũ cuiuscunque substãtiæ, nisi forte aliqua substãtia sit, de qua quidditatiue prædicaretur aptitudo ad motum. & consequenter philosophia naturalis non esset substantia, sed esset de accidente, quemadmodum Mathematica. Si enĩ mobilitas, id est aptitudo ad motum quæ passio ponitur entium naturalium, ratio formalis subiecti physicæ acceptatur, non licebit Physico de ratione adæquati subiecti eius differere, quia illa prior est, ac per hoc descendendo a mobilitate in communi ad talem mobilitatem in specialibus partibus Philosophiæ naturalis, non licebit ad quod quid est talis uel talis descendere, sed quemadmodum adæquati subiecti mobilitatis ꝙ quid est omissum fuerat, pari ratione specialia qd quid erat esse subiectum talium mobilitatũ omittenda sunt, quoniam nulla pars alicuius scientiæ tractat de aliquo priori propria rõne formali. Nec uideo quomodo possit huic rationi satisfieri, nisi tenendo Metaphysicę est considerare quod quid est in particulari. Quod quia nõ credo verum, idcirco puto melius tenere, quod mobile in proposito non significat ipsam aptitudinem ad motum si est passio, sed eius fundamentum. Cum.n. ista aptitudo, quam mobilitatis nomen sonat, quibusdã entibus repugnet, s. separatis a materia, & quibusdãnõ, s. materialibus, & de entibus materialib. puta hoĩe & boue non reputetur prædicari substantialiter, consequens est, quod aliquid præcedat in eis, ex quo ipsa aptitudinem hãc sortiantur: & hoc fundamentum mobilitatis est. Notanter autem dixi non reputetur: quia cõi voci satisfacere volẽs distinctionem hanc mobilitatis pertractaui. 10. siquidem Metaphysicorum textu vltimo sub dubio relinquit, an corruptibile sit substantia, an in substantia, i. an sit de substantia rei, aut eam sequatur: vt exponit Auerrois. Corruptibilitas autem quędã mobilitatis species est, vel mobilitas ipsa. secundum illud octaui Phy. tex. cõ. 25. in omnis corruptio est. motu S. Thom. etiam ibidem inter substantialia F prędicata corruptibile ponere videtur. Arist. quoque in primo Physi. tex. 8. idem sentire videtur; dũ dicit quod ad naturalem non spectat probare mobilitatem: hoc enim non esset verum, si mobilitas esset passio præuenta a formali rõne subiecti philosophiæ naturalis: posset enim per illam rationem a naturali philosopho probari. Nisi forte quis dicat dictum Ari. non esse verum per se, sed per accidẽs, qa, s. est passio notissima. Sed hoc non est tutum, tũ qa non est sermo per accidens consuetus Arist. tũ quia saltem defendere mobilitatẽ pertinet ad philosophum naturalem, & non ad Metaphysicum. si cut & quamlibet passionem subiecti proprii quilibet artifex defendere dẽt. Nec obstat, quòd sit passio per se nota de adæquato subiecto, qm̃ per se notum, & non per se notum, faciunt quidem differẽtiam quo ad probari vel non probari posse aliquid ut patet in secundo Physi. tex. com. 6. non tamen faciunt differentiam quo ad defendere uel nõ defendere, quoniam si occulta tuẽda sunt, manifesta magis sunt tuenda, modo non sint principia, sed ex principis, qualis est mobilitas, si passio ponit. Quic quid autem de hoc sit mobilitas, quæ est ratio formalis subiecti physice, nõ passio, sed ꝙ quid erat esse est entium naturalium, & præuenit naturalitatẽ & mobilitatem passionum eorum si concedatur, illam quidem, quia relatiua proprietas est, istam vero, quia passio dicitur.

Circa vero ly ens, hoc tantum distinguere oportet, quod dupliciter entis nomine uti cõsueuimus. Primo, pro omni eo quod habet esse quocunque modo, & sic hic non capitur.

Secũdo, ꝑ eo quod ꝑprie esse dr̃, hoc aũt in his, q̃ fiunt, est id quod ꝑprie fit, eius siquidem esse proprie, cuius est fieri. Id autem quod ꝑprie fit, ut 7. Metap. tex. com. 28. patet, est compositum, siue substãtiale, ut homo, siue accidẽtale, ut hõ musicus. Et sic sumit in ꝓposito. Vñ colligẽdo dicta ad hoc ꝙ aliquid sit pars subiectiua entis mobilis, quod subiectũ physicæ dicimus, exigitur & ꝙ sit ꝑprie ens, & quod sit mutabile physica mutatione. Et ꝑpterea nec materia prima, nec forma substantialis aut accidentalis ens mobile est, sed entis mobilis principia hæc omnia sunt. Est ergo ens mobile cõmunius quam sit corpus mobile, & quàm substantia naturalis siue sensibilis, quia cõtinet sub se omnia materialia composita, q̃ solum mutabilia sunt siue sint substãtialia, siue accidentalia, siue f̃m formam absoluta, siue secundum vbi. Et est ens mobile abstractius quid quocunque prædictorum, quanto ens aliquem gradum cõcomitans prius est illo, dato ẽt ꝙ ad composita accidentalia se non extenderet. Nec obstat cõtradictio per ly mobile, qm̃ sicut substantia rõnalis abstractius qd est, quam animal rationale, sic ens mobile abstractius & prius qd est, quam substantia mobilis. quamuis enim ex parte ly mobile æqua sit abstractio, ex parte tamẽ ly ens, & ly substãtia abstractius est ens mobile. Vñ quẽad modum cõcedens substantiam rõnalem, adhuc disputandi locum haberet, an illa rõnalis substantia esset corpus an animal, & cætera, & cõtinue ab abstractiori ad minus abstractum quæstio deseẽderet, dum a substantia rõnali ad corpus rõnale, & a corpore ad corpus animatum, & cætera veniretur, sic subente mobili qõ remanet, an illud sit substantia, an corpus, & cætera. Cum igitur in re mutabili cõsiderari possit, & ꝙ sit corpus mutabile, & ꝙ sit substantia mutabilis, & ꝙ sit ens mutabile, diui Thomæ sententia est naturalia rationem subiecti philosophiæ

losophiæ naturalis induere primò, non quatenus sunt corpora mutabilia, aut substantiæ mutabiles, sed quatenꝰ sunt entia mutabilia, ita quòd ens mobile licet complexionem nominum contineat, incomplexum & tamen & per se vnum quod quid est significat, sicut ens per se. Quemadmodum .n. diuiso ente in per se & in alios, si simplicibus vocabulis careremus, substantiam ens per se nominaremus, & accidens ens in alio, & tñ vnam formalem rationem significaremus, non aggregatam ex pluribus: ita diuiso ente in transmutabile & intrãsmutabile, carentes simplici vocabulo, ens transmutabile seu mobile vocamus alterum membrum quod vnius est quidditatis, & illud philosophiæ naturali subiectum esse adæquatum dicimus. Hæc de secõ.

Quoad tertium, cum ens mobile duo nomina complectatur, & vnum significet, primo ostendendum est, qꝑ eius significatum est adæquatum Philosophiæ subiectum: deinde qꝑ his nominibus conuenientissimè significatur.

Primò probatur tripliciter. Primò sic. Adæquatum subiectum primarum passionum naturalium est adequatum subiectum philosophiæ naturalis: sed ens mobile, & non substantia aut corpus naturale seu mobile, est adequatum subiectum primarum passionum naturalium; ergo, & c. maior est pse nota. Minor verò probatur accipiendo transmutabilitatem, seu quod idem est, mutabilitatem pro prima passione Physica, vel saltẽ una de primis, aut eis equiualente: vt ab omnibus supponitur. Tunc sic: Adæquatum subiectum transmutabilitatis hẽt materiam, formam, & priuationem pro adæquatis principijs, sed tantum ens mobile habet hæc pro adequatis principijs: ergo nihil aliud ab ente mobili est subiectũ adæquatũ trãsmutabilitatis, & consequenter primarum passionum naturalium: quod erat probandum. Maior huius prosyllogismi est ex eo euidens, quòd oportet ista tria in oĩ materia esse adæquata sibi inuicem, s. passionem & subiectum & propria passionis principia, vt patet de risibilitate, & homine, & animali rationali: constat autem ex primo Physicorum per longum processum, transmutabilitatis principia prima esse materiam, formam, & priuationem: oportet igitur eius, ad quod tanquam ad adequatum subiectũ primò sequitur transmutabilitas, esse adæquata ptincipia, materiam, formã, & priuationem. Minor patet ex his, quæ in 12. Met. à textu 19. vsque ad tex. 29. dicũtur, s. qꝑ materia, forma, & priuatio ad genus substãtię non arctãtur, sed materia, forma, & priuatio generis substantiæ sunt principia propria substantiæ mutabilis: & materia, forma, & priuatio in genere quantitatis sunt propria principia quanti mutabilis: & materia, forma, & priuatio in genere qualitatis sunt principia propria qualis mutabilis.

Si dicatur quod quemadmodum principia propria substantiæ continent propria principia cæterorum generum, quia sunt causę eorum (vt ibidem docet Arist.) sic substantia mutabilis continet omne quantum & quale mobile, & transmutabilitas substantiæ omnẽ aliam. Et propterea licet materia forma, & priuatio excedãt substãtiã mobilẽ formaliter, non tamen uirtualiter. Hoc licet sit subtiliter dictum, vim tamen rationis non excludit propter duo. Primò: quia falsum est qꝑ principia propria substantiæ mutabilis sint principia principiorum cæterorum generum mutabilium. Quanuis enim sit verum & expressuum in 11. Met. cap. supra dicto, qꝑ per se principia essendi in genere substãtiæ sunt principia principiorum essendi in cæteris generibus id est, qꝑ materia & forma substantię sũt causæ materiæ formæ in quãtitate & qualitate, &c. Veritati tñ aduersatur; quòd per principia trãsmutabilitatis substãtialis sint principia principiorum transmutabilitatis aliorum generum. Priuatio .n. in genere substantiæ, quæ est per se principium nõ substantię, sed transmutationis substantialis, nõ est vniuersaliter, & consequenter nec per se principiũ priuationis, quæ est principium transmutationis accidentalis, vt in corpore celesti patet, vbi ens mobile secundum locum habet omnia propria principia, s. materiam, formam & priuationem: cœlum autem substantialiter nõ habet nisi duo principia, quæ sunt essendi per se principia, siue ibi sit materia: quę est pura potentia: siue simplex corporeitas pro materia, & intelligentia & forma, nullo enim modo est ens mobile substantialiter. Secundo, qa dato, quod esset talis inclusio virtuali, adæquatum tamen subiectũ transmutabilitatis, & similiter adequatum principiatum ex materia, forma & priuatione, non substantia mobilis, sed ens mobile, qm quando aliqua proprietas vniuersalis secundum prædicationem habet subiectum adæquatum secũdum prædicationem, in quo reperitur causa, secũdum quam inest quibuscunque proprietas illa, illud tale est eius subiectum secũdum quod ipsum. Nec est requirendum pro primo subiecto illius, illud ad quod per uiam resolutionis proprietas illa & eius principia reducuntur, alioquin periret doctrina tradita in libro Post. capitulo de vniuersali. Docemur .n. ibi sistere, quãdo adequatum subiectum secundum prædicationem inuenimur, & causam in eo, per quã sibi cæterisque illa passio inest. Nulla etiam posset poni proprietas communis alicui analogo ad substantias & accidentia, cum accidentia & eorum proprietates & principia in substãtijs uirtualiter includãtur. Nisi ergo uelimus abuti uocabulis & rationibus eorum, quod in se est subiectum adæquatum transmutabilitatis in seipso adæquate, claudit propria principia trãsmutabilitatis. Sed nec substãtia mobilis, nec corpus mobile claudit in se illa: quoniam propria principia transmutabilitatis uniuersalis seu in communi, sunt materia forma, & priuatio in communi, quæ genus substãtiæ transcendunt. Enti autem mobili adequantur: quicquid .n. ex materia, forma, & priuatione constat, ens mutabile est: & econuerso, eo qꝑ priuatio machinatur ad malum. Ens igitur mobile est proprium, & primum mobilitatis subiectum.

Secũdo, probatur propositum, & directè arguit contra ponentes corpus mobile sic. Coniunctio omnis mobilis cum ratione corporeitatis, nõ supponitur in naturali philosophia, sed in 6. Phy. probatur, ergo nõ corpus mobile, sed ens mobile est subiectum Philosophię naturalis. Antecedẽs patet in tex. 32. sexti Phy. ubi probatur quod omne mobile est corpus. Consequentia vero patet tum ex eo quod si corpus mobile ponitur adequatum subiectum, oportet supponi mobilitatem coniunctam esse corpori, aut ut rationem formalem, aut ut passionem: tum ex eo quod oportet supponi corpus coextendi ipsi mobili: alioquin non supponeretur subiectum adæquatum scientiæ. Vtrunq; autem horum impossibile est supponi ignorata vniuersali cõiunctione ipsius mobilis, cum corpore, ut de se patet. ergo. Et hæc est ratio S. T. in primo phy. nũ quam. n. dixit ipse, quod philosophus naturalis, probet corpus mobile esse, ut cõmuniter sibi imponi-

tur, quia non intelligitur (corpus enim mobile esse, qui dubitant, non egent medio, sed sensu, quo vel seipsos moueri percipiant) sed dixit quod probat omne mobile esse corpus. Et vt plenius huius rationis vis percipiatur, aduertendum est primo, q̃ subiectum adequatum scientię resoluentis suas cõclusiones in principia per se nota (qualis est philosophia naturalis) oportet & quod sit subiectum primarum passionum, ac per hoc q̃ sit principium essendi, & consequenter cognoscendi secundum naturã cæterorum, & q̃ sit principium cognitionis in nobis, siue ad latẽtes, pprietates & occulta principia a posteriori, siue a priori procedatur: qm̃ subiecti cognitio omnibus præsupponitur, &, vt dicit Auer. in 2. Phy. com. 29. nec a priori, nec a posteriori probari potest in scientia, & innatum est nobis, quòd oportet semper a notioribus nobis procedere, vt in primo Phy. com. 4. dicitur. Sicut ergo prima rõ superius facta procedit ex ordine naturæ, sic ista procedit ex nostro ordine cognoscendi. Et ꝓpterea S. Thom. dixit, quod ad audientes probat̃, omne mobile esse corpus: insinuãs per hoc, cognitionis magis quam rei ordinem. Aduertendum est secundò, quòd quamuis aliud sit omnem mobilitatem esse coniunctam corpori, & aliud cognosci omnem mobilitatem esse coniunctam corpori: ad hoc tamen quod corpus mobile ponatur subiectum adæquatum, nihil refert quod horum deficiat, quoniam sicut deficiente coniunctione illa secundum rem, corpus mobile prohiberetur ex parte rei esse subiectum, ita deficiente coniunctione illa in esse cognito, ex parte cognitionis, quæ ꝑhaberi dẽt, impeditur. Non sufficit aũt p̃ supponi aliquod mobile esse corpus (quod ad sensum patet) sed oportet supponere omne mobile esse corpus, tum quia ad hoc, quòd cõplexum aliquod, vel cõplexe significatum induat rõnem subiecti adæquati in scientia, oportet id quod est vt formale, & sic & supponatur p̃ se cõiũctum alteri, vt passio vel rõ formalis, alioquin frustra de materiali parte cõplexi illius qõ fieret, cum ea quæ sunt per accidens, variabilia & extra quæstiones scibiles sint. Hoc autẽ sicut impossibile est esse, nisi omne tale illi insit; ita est impossibile supponi nisi oẽ tale inesse illi supponatur. qm̃ oĩa hæc, sicut in naturę ordine præexigunt de omni, ita & in cognitionis ordine. Vnde si naturalis scientiæ subiectum est corpus mobile, oportet in hac sciẽtia quæ de mobili in eo quod mobile tractat, supponere mobile, quod vt formale se habet coniunctum esse corpori per se, vel ut passionem, uel ut rationem formalem. Neutrum autem horum fieri potest, nisi supponatur omne mobile corpori cõnexum esse: imaginari. n. nõ põt, ut propria passio aut rõ formalis credatur esse alicuius, id quod cõi illo dubitatur. Tũ qa ad hoc vt aliquod cõplexum, uel complexe significatum habeat rõnẽ adæquati subiecti alicuius scientiæ, nõ minus oportet id quod ut formale ponitur adęquari scientiæ, quam id quod ut materiale sumitur coexistẽdi illi formali, alioquin si materiale rationem formalis contraheret, scientia, quæ adęquatæ rõnem formalẽ respicit subiectũ suũ excederet; nihil aũt refert, ut dictum est, coextentionem talem non esse, aut non supponi. Si igitur corpus mobile in eo quod mobile, adæquatum subiectum ponatur Philosophiæ naturalis, oportet Philosophiam, quæ de mobili, in eo quod mobile est, supponere, corpus euacuare mobile, alioquin adæquatum sibi subiectum q̃ is haberet, non tamẽ supponeret, & consequen-

ter subiecti rationem non haberet. Hoc autem impossibile est supponi, quamdiu nescitur, an omne mobile sit corpus, ut de se patet. Potes autem rationem hanc iuxta S. Thomam, sic colligendo formare. Nulla scientia habens subiectum complexum, aut complexe significatum, probat eam coniũctionem partium subiecti, sine qua complexum illud subiecti rationem induere non potest, alioquin scientia construeret sibiipsi subiectum, quod de nulla scientia speciali dicere licet. Hęc enim maior æquatur maiori S. Tho. breuius assumentis, nulla scientia probat, id est, construit, vel cõponit sibiipsi subiectum: loquendo enim de subiecto complexo, æquiualet dicere, nulla scientia componit aliquid, ut sit suum subiectum: & dicere, nulla scientia probat suum subiectum, apud formaliter terminos speculantes. Sed Philosophia naturalis, si corpus mobile ponitur subiectum, construeret subiectum suum, &c. Patet minor ex dictis, quia probat uniuersalem coniunctionem mobilitatis cum corpore, sine qua corpus mobile subiecti rationem habere non põt. Omissa autem verborum solicitudine, directe syllogizandum est sic: Nullũ coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in aliqua scientia, est subiectum adæquatum illius. corpus mobile est coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in Philosophia naturali, ergo corpus mobile non est subiectum in Philosophia naturali. Maior iam patet ex eo q̃ omne coniunctum, quod ponitur adæquatum subiectum, supponit. & per se coniunctũ saltẽ ex parte formalis, & coextensum rõni formali adequanti sciẽtiã, sed cuius coniunctio dubitat̃, de oĩ non supponitur coniunctũ per se, nec coextensum rationi formali: ergo. Minor ex sexto Physic. patet tex. com. 32. vbi probatur vniuersalis cõiunctio mobilis cum corpore & processu Philosophię naturalis, maximè in secundo Physic. & secundo tractatu primi de cœlo, vnde habetur vniuersalis cõiunctio corporis cum mobili.

Sed remanẽt duæ contra rationẽ hanc obiectiones excludendæ. Prima est, quia nõ videtur verum, quod in sexto Physi. probet̃, omne mobile esse corpus, eo q̃ in tex. 32. probatur tantum omne mobile esse diuisibile. Constat autem, q̃ si probatur passio alicuius de mobili: nõ propterea probatur ratio formalis subiecti illius passionis: sic autem se habẽt diuisibilitas & corporeitas, vt patet. Secunda est; quia videtur hæc secunda ratio aduersari primæ, in hac siquidem dicitur omne mobile esse corpus: in illa verò dicitur ens mobile communius esse, & corpore & substãtia mobili. Ad primum horum dicitur, quòd quia non cadit in intellectu humano, quòd aliquid supponatur esse corpus. de quo dubitetur esse diuisibile, nisi apud antiquos attributos errores, ponentes corpora indiuisibilia, quia diuisibilitas ipsa sic comes est corporeitatis & in esse, & in cognosci, vt prius absque posteriori nunquam cognoscatur: experimur enim nõ aliter nos cognoscere aut supponere corpus, nisi vt quantum quoddã quantitate molis: ideo si in Philosophia nõ supponatur omne mobile esse diuisibile, a fortiori supponi nõ potest esse corpus; quia coniunctio mobilis cũ corporeitate, dum dubitatur, cum diuisibilitate nõ potest cognosci nisi ratione aut sensu. Ex sensu autem constat, quod nõ habetur, ratio autem ad illam nulla inuenitur. Et si ex demonstratione illa 6. Physico. non acceptatur probatum, saltem tanquam necessario consequens cõclusionem formaliter cõclusam, relinquitur maius inconueniens, q̃ scilicet omne

mobile

mobile esse corpus, longe remotius est a Philoso- A
phię principio; vtpote 3. cœli. & 1. de generatione.
Peripatetici tamen ibidem vtranque concludi pro
positionē indistincte intelligunt. unde Auer. in pri
mo cœli: com. 5. dicit, Probatum est in 6. Phy. q̄ oē
mobile est corpus; &c. Ad secundum verò dicitur
q̄ licet ens sit communius corpore (quia de mul
tis predicatur quidditatiue, de quibus corpus non
prædicatur quidditatiue) non tamen est sic com
munius quod alicui insit, cui corporeitas coniun
cta non sit: omne enim ens mobile est corpus, vel
claudit in se corpus. Potest & secundo dici (licet in
idem redeat) quod in 6. Phys. probatur oē mobile
esse corpus. i. corporeum aliquid. Probando enim
mobile esse diuisibile, nihil aliud probatur, q̄ mobi B
le esse ens corporeū; siue illud sit corp⁹, siue corpo-
reū aliquid. Corporeum aūt conuertitur cum ente
mobili, dato quod corpus cum eo non conuertatur.
Et eodem modo potest argui contra ponentes
substantiam naturalem aut mobilem. Omne enim
naturale aut mobile esse substantiam, cū oporteat
supponi, aut haberetur ex sensibus, aut ex naturali
Philosophia, aut ex Met. Ex sensu quidem non ha-
betur. Ex naturali autē Philosophia si haberetur,
concluderet hoc non posse supponi in ipsa: si autē
a Metap. tractatur, ut Auer. dicit 2. Phy. com. 4. hoc
etiam concludit illud non posse esse subiectum in
Philosophia naturali: quæ scientia ex se est euidens
absque Metap. Habet enim subiectum & principia C
propria ex sensibus per se nota, & non accipit ea po
sitione, quamuis a Metaphysico defendi habeant si
impugnentur; vt in primo Phys. tex. com. 12. dicit.

Tertiò probatur idē authoritate, & primo Ari.
in 3. Phy. ubi in diffinitione motus non posuit cor
pus aut substantiā, sed ens in potentia, &c. Ex quo
arguitur sic. Id est subiectū Philosophię, quod po-
nitur in diffinitione primorum accidentium natu
lium: quia tale est proprium subiectum eorum, ut
patet in 7. Metap. tex. 17. sed non corpus nec substā
tia, sed ens in potentia secundum quòd in potētia
(quòd idem est q̄ ens mobile, vt patet in 3. Phy. tex.
6. & 9.) ponitur in diffinitione primorum accidē
tium. s. motus &c. ergo ens mobile est subiectum D
Philosophię naturalis.

Et cōfirmatur hoc idem ex 1. Phy. tex. 11. ubi sup-
ponendum dicitur in Philosophia omnia aut quæ
dam moueri, & non oīa aut q̄dā corpora, &c. Secū
do authoritate Auer. q. 6. nō solicitus de uocabulis
in 3. Meta. com. 1. ens mobile. & in 12. eiusdē com.
5. corpus mobile, & in procœmio Phy. res sensibiles
subiectum Philosophiæ nominauerit, & propterea
non verba sua in hac re, sed sensum ponderari uo-
luerit: in secundo tamē Phy. expresse docet aliquod
prius corpore subiectum esse Philosophię natura-
lis, dum dicit com. 3. Et sciendum est; quod subie-
ctum istius libri est natura & principia naturalia, E
cum sint communia omnib. rebus naturalibus, &
ideo in hoc libro non diffiniuit corpus neque alia
de quibus considerat naturalis sicut fecit in primo
cœli & mundi. Ex quo habetur q̄ apud ipsum cōsi
deratio de corpore mobili differtur vsque ad librū
de cęlo & mundo, ubi ab eius diffinitione inchoa
tur: ut patet in tex. com. 2. Et rursus habetur subie-
ctum Physicæ esse cōe corpori & aliis, de quibus cō
siderat naturalis, vt prima rōne assumpsimus. Non
ergo corpus mobile, sed aliquid prius eo cōe natu-
ralibus omnibus est subiectum philosophię, quod
ens mobile esse ex prima ratione liquet; Est ergo si
gnificata rō per ens mobile subiectū philosophiæ

naturalis, non autem significata per substantiam,
aut corpus naturale, vel mobile, vel sensibile. Quod
aūt illis uocabulis conuenientissimę significetur,
sic patet. Mobilis uocabulum in primis conueniē
tius sumitur, quam sensibilis, quoniam admisso
ente sensibili adhuc non est naturalis Philosophus
liber a Parmenidis & Melissi inuectione: concedē
tes enim ens sensibile, negabant mobile: suppositō
autem ente mobili, Philosophiæ principia incon-
cussa manent. Similiter conuenientius est, quam
naturalis nomen, tum quia redit idem inconue-
niens. Nam supposito ente naturali, adhuc Phil. na-
turalis liber non incedit, nisi mobile addat, ut ipse
Arist. testat in 1. Phy. tex. 11. contra Parmen. & Meli.
concedentes ens naturale, subdens, Nobis autem
subiiciātur, omnia aut quædam naturalia moueri.
Tum quia subiectum notissimè dēt supponi, & cō
stat diffinientia notiora esse diffinito, unde cum
motus naturam diffiniat, quod clare significatur p
ens mobile, obscure importatur per ens naturale,
hoc enim si declarandum est, ad motum oportet
venire. Tum qa nominib. utendum est ut plures,
2. Top. vsitatissimum aūt est naturæ nomen ad cu-
iuscunq; rei q̄ qd est, & naturale ad omne non ar-
tificiale, siue de genere mobilium sint siue non.

Et propterea si ens naturale supponeretur, ens
non artificiale intelligeretur subiectum in philoso
phia naturali: quod est falsum.

Et sic inficiationi locum daret uocabuli equiuo
catio, q̄ si distinguendum esset, & ens naturale, i. ha
bēs in se principium motus supponendū, cur non
potius absq; glossa & distinctiōe ens mobile a prin
cipio dicis clarius exprimendo? p̄sertim q̄ 2ᵉᵖ hys.
principium anticipandum esset, ut glossa illa intel-
ligeretur. Entis autem nomen clarius propositis, ex
dictis patet. Hęc de tertio.

Nunc Quarto supereſt argumentis in oppositū
satisfacere. Et ad primū quidem dicitur, quod ens
significare tertium quid commune secundum ana
logiam substantiæ & accidentis, non est contra S.
Thomam, nisi secundum analogię naturam igno-
rantes. Vnde nullum inconueniens est. ens mobi-
le commune esse secundum rōnem formalem, nō
unam simpliciter, sed unam analogice entibus mo
bilibus omnibus, s. substantiis, quantis & qualibus,
& cæteris. Quamuis etiam ratio ad oppositum nō
concludat contra tenentes, ens mobile extra sub-
stantiam non inueniri, quia homo ipse inquātum
est ens mobile, aliud est a seipso, inquātum est sub
stātia mobilis. Et propterea non sequeret, ergo po-
nendo ens mobile subiectum, ponit substātia, aut
corpus mobile, quoniā differunt formali ratione.

Ad secundum dr̄, dupliciter. Primo, quòd mobi
litas communiter supra, (vt de ea in hac loquimur
quæstione) non est passio sed substantiale prædica
tum sicut & materiale, & possibile, iuxta ea quę su
pra adducta sunt. Quæ p̄t etiam ratione confirma-
ri, ex eo quod possibile substātiale p̄dicatum est en
tium, a materia sumptum, non enim hō est ens pos
sibile per aliquam proprietatem ipsum consequen
tem, sed per intrinseca sua.

Mobilitas aūt apud naturalē idē sonat qd̄ possi-
bilitas apud Phys. vt exercitatis in istis sciētiis, non
authoritatibus notum est. Sed qa hoc non est a p̄-
decessoribus discussum, & ut nouum non facilè ac
ceptabitur, sic debiliter firmatum, iō secundo dr̄, q̄
si mobilitas sit passio, adhuc subiectum philos. cō-
ceditur ēē unius rationis formalis circūlocutæ p ly
ens mobile. Et ad instantiā contra hanc rūsionem

respondetur tripliciter. Primò q̃ quamuis in scien F
tiis a priori procedentibus subiectum debeat esse primo & maxime notum, quoad quid rei, non tñ hoc oportet in scientiis a posteriori doctrinam facientibus qualis est naturalis Philosophia, vt Commentator dicit in prooemio, & in commentariis primi Physicorum com. 2. Sufficit. n. quod primo & maximè notum, quoad an est, & quid nominis, ut ex primo Poster. patet. Huic autem nihil obstat talis circumlocutio. Secundo dicitur, quòd notitiã subiecti debere esse maximã, põt dupliciter intelligi. Vno modo respectu cognitionum possibilium haberi de illo. põt. n. idem cognosci probabiliter & demõstratiuè, per cõia & propria, & cætera. Et hoc modo de subiecto nõ oportet supponi a nobis ma G
ximam cognitionem, ut patet inductiue etiam in Mathematicis. Alio modo respectu aliarum cognitionum, quę in illa scientia acquirũtur. Et hoc modo est uerum: & conceditur q̃ cognitio ista, quam habemus de illa ratione formali in isto circumlocuto, est maior omni cognitione, quam acquirim⁹ in Philosophia naturali. Et si contra hoc instetur: quia multorum notitiã acquirim⁹ in Philosophia naturali quæ per intima eorum cognoscim⁹ & nominamus, perfectior autem est cognitio per intima, quam per passionem, sicut ratio illa cognoscitur. respondetur, quòd pfectio cognitionis, de qua est sermo in primo Poster. vñ sumitur, quòd subie H
cti cognitio dẽt esse maxima, non attenditur penes aliud quã euidentiam. Vnde maius & minus in cognitione in proposito, penes euidentiæ latitudinẽ attendere oportet. & propterea aliud est cognosci intimius & aliud euidentius. Cum enim omnis cognitio acquisita in sciẽtia, siue pertingat ad intima alicuius quæsiti, siue non, hẽt euidentiam ex cognitione subiecti, sicut ex principio necesse est cognitionem subiecti esse euidentiorem, consequenter maiorem cæteris. Et uerè sic est in proposito: ga cognitio entis mobilis, quam circumloquendo supponimus, est ex sensibus euidens: quæcunque autẽ alia acquisita est discursu syllogistico ex istius euidentia certa: propter quod autem unum quodque & illud magis est, vt dicitur primo Poster. Tertiò dr, quòd si Philosophia haberetur à nobis sub per I
fecta rõne scientiæ, qua est in se, proculdubio subiectum oportet omnino eẽ primò & maxime notum vt arguendo dicitur. Quia autem non sic est, tantum imperfectionis sciẽtiæ nostræ admiscetur, quantum subiecti cognitio cõpatitur: ex hac enim incompleta cognitione subiecti, minus plena est cognitio subsequentium, difficultasque in soluendis quæstionibus non parua.

Ad tertium dicitur negando consequentiam, q̃cunque via teneatur. Non. n. eiusdẽ scientię est cõsiderare aliquod subiectum, & per se partes eius subiectiuas, aut per se modos quoscunque; sed eos tã- K
tum, qui genus, scilicet illius subiecti, non egrediũtur. Mobile autem extra gen⁹ scibile Metaphysicæ est: quoniam a materia sensibili non abstrahit. Accidentalem autem conditionem entis mobilitatẽ esse, ut subalternatio requirit, nullo modo est possibile, ut ex his, quæ scripsimus super cap. 13. primi Poster. patet: quia accidentalitas illa perfeitatem & extraneitatem simul respectu illius subiecti exigit, quod respectu entis nõ est possibile: cum nihil extraneum sit ab ente, ut dicitur tertio Metaphysicorum textu undecimo. Nec mihi obiiciatur quòd sanctus Thomas in tractatu de natura generis dicit Philosophiam naturalem propter accidentalitatem huiusmodi subalternari Metaphysicę; quia tractatum illum fortè nunquam uidit sanctus Thomas. Stylus. n. eius nõ est: & multa ibi sunt, quæ doctrinæ eius non consonant.

Ad quartũ dicitur, quod plus requiritur ad hoc, quòd aliquid sit subiectum, quàm quòd ad ipsum fiat resolutio: alioquin principia subiecti ad quæ vltimo fit resolutio, esset subiectum. Oportet ergo q̃ ad eius rationem formalem fiat resolutio, tanquã adæquatum primarum passionum subiectum; ad substantiam autem mobilem non fit mobilium resolutio, sicut ad adæquatum mobilitatis subiectũ, sed sicut ad primum clausum in adæquato mobilitatis subiecto, qđ est ens mobile. Post resolutionẽ siquidem passionum communium in analogum subiectum, potest analogum ipsum in se resolui, posterius reducendo: ut in tractatu de nominum analogia diffusè diximus.

Et hic sit finis huius quæstionis in conuentu sanctę Marię gratiarum in Mediolani suburbio, anno Salutis 1499. die 6. Nouemb. Summe igitur amantissime mi frater Vincenti, solicitudinis hospitalitatisque tuæ fructum, & quo præstas ingenii acumine, discute dans veniam minus consentaneis, memor quod nihil in ullo unquam genere cultũ repentinumque sit. Vale.

HTRACTATVS QVINTVS

De nominum analogia, in vndecim capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit analogia, & quis sit eius primus modus.*
2 *Analogia attributionis quid sit, & quibus modis fiat & quæ eius conditiones.*
3 *Analogia proportionalitatis quid & quotuplex sit, & quomodo proprie analogia dicatur.*
4 *Quomodo analogũ nomen ab analogatis distinguatur.*
5 *Qualis sit abstractio analogi ab analogatis.*
6 *Qualis sit prædicatio analogi de suis analogatis.*
7 *Qualis analogatorum secũm analogi nomen definitio.*
8 *Qualis sit in analogo comparatio.*
9 *Qualis sit analogi diuisio, & resolutio.*
10 *Qualiter de analogo sit scientia.*
11 *De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum & usum.*

CAPVT PRIMVM.

Quotuplex sit analogia, & quis sit eius primus modus.

Enuitatus & ab ipsius rei obscuritate, & a nostri æui flebili profundarum literarũ penuria, de nominum analogia in his vacationibus tractatum edere intendo. Est siquidem eius notitia necessaria adeo, ut sine illa nõ possit Metaphysicam quispiam discere, & multi in aliis scientiis ex eius ignorantia errores procedant. Qđ si ullo usquam tpe accidit, hac etate id euenire clara luce uidemus: dum analogiam, uel indistinctionis, uel ordinis, uel conceptus pcili unitate, cum inæquali participatione constituunt. Ex dicendis namque patebit opiniones huiusmodi a veritate, quæ ultro se offerebat, per abrupta deuiasse.

Analogię igitur uocabulum proportionem seu proportionalitatem, ut a Græcis accepimus in proposito sonat. adeo tamen extensum dictũque est, ut multa nomina analoga abusiue dicam⁹, & multarum distinctionum adunatio si fieret, cõfusionẽ pareret.

pareret. Ne tamen rectum, obliqui iudicio priuet, & singularitas in loquendo accusetur, unica diuisione trimembri omnia cõprehendemus, & a minus proprie analogis ad verè analoga ꝓcedemus.

Ad tres ergo modos analogię analoga omnia reducuntur, s. ad analogiam inæqualitatis, & analogiam attributionis, & analogiam proportionalitatis. Quamuis secundum veram uocabuli ꝓprietatem & vsum Arist. ultimus modus tantum analogiam constituat, primus autem alienus ab analogia omnino sit.

Analoga secundum inæqualitatem vocantur, quorum nomen est commune, & ratio secũdum illud nomen est omnino eadẽ, inæqualiter tñ participata. Et loquimur de inęqualitate perfectionis, vt corpus nomen, cõe est corporibus inferioribus & superioribus. Huiusmodi aũt analoga Logicꝰ vniuoca appellat, Philosophus uero ęquiuoca, eo quod ille intentiones cõsiderat nominum, iste autem naturas. unde & in 10. Metaph. text. com. ult. Arist. dicit quod corruptibili & incorruptibili nihil est cõmune vniuocum, despiciens unitatem rõnis, seu conceptus tantum. Et in 7. Phisi. tex. com. 13. dicitur iuxta genus latere æquiuocationes, quia huiusmodi analogia cum unitate conceptus non dicit vnã naturam simpliciter, sed multas complectitur sub se naturas ordinem inter se habentes, vt patet inter species cuiuscunque generis specialissimas, & subalternas magis. Omne enim genus analogũ hoc mõ appellari potest, licet non multum cõsueuerint nisi generalissima & his propinqua, sic vocari, ut patet de quantitate & qualitate in prædicamentis & corpore, &c. Hanc analogiam S. Th. in primo sent. dist. 19. vocat analogiam secundum esse tantum, eo quod analogata parificãtur in oratione significata per illud nomen commune, sed non parificãtur in esse illius rationis.

Perfectius siquidem esse habet in uno, q̃ in alio cuiuscunque generis ratio, vt in Metap. pluries patet. Non solũ enim planta est nobilior minera, sed corporeitas in planta est nobilior corporeitate in minera: & sic de aliis. Perhibet quoque huic analogiæ testimonium Auer. in com. 212. Metap. dicens, cũ unitate generis stare prioritatẽ & posterioritatẽ eorum, quæ sub genere sunt. Hæc ꝓ tanto analoga vocanꝫ, ꝙa considerata inæquali ꝑfectione inferiorum per prius & posterius ordine ꝑfectionis de illis dr̃ nomen illud commune. Et iã in vsum uenit, ut quasi synonyme dicamus aliquid dici analogicè, & dici ꝓ prius & posterius. Abusio tñ uocabulorũ hæc est: qm̃ dici ꝓ prius & posterius, superius ẽst ad dici analogice. In huiusmodi autem analogis, qũo inueniantur unitas, abstractio, prædicatio, comparatio, demonstratio, & alia huiusmodi, nõ oportet determinare, quoniam vniuoca sunt secundum veritatem, & vniuocorũ canones in eis seruandi sunt.

CAPVT II.

Analogia attributionis quid sit, & quibus modis fiat, & quæ eius conditiones.

ANaloga autem secundum attributionẽ sunt, quorum nomen est commune, ratio autem secundum illud nomen est eadem secundum terminum, & diuersa secũdum habitudines ad illud. Vt, Sanum commune nomen est medicinæ, & vrinę, & animali, & ratio omnium inquantum sana sunt, ad vnum terminum, sanitatem scilicet, diuersas dicit habitudines. Si quis enim assignet quid est animal, inquãtum sanum, subiectum dicet sanitatis, urinam verò inquantum sanam, signum sanitatis; medicinam autem, inquantum sanam, causam sanitatis proferet. Vbi clare patet, rationem sani esse nec omnino eandem, nec omnino diuersam, sed eandem secundum quid, & diuersam secundum quid, est enim diuersitas habitudinum, & idẽtitas termini illarum habitudinum.

Quadrupliciter autem fieri potest huiusmodi analogia secundum quatuor genera causarum. vocando pro nunc causam exemplarem, causam formalem. Contingit siquidem multa ad vnum finẽ, & ad vnum efficiens, & ad unum exemplar, & ad unum subiectum secundum aliquam vnam denominationem, attributionem, diuersimode habere ut patet ex exemplis ipsius Arist. Ad causam. n. finalem pertinet exemplum de sano in 3. Met. tex. com. 2. ad efficientium uero exemplũ de medicinali ibidem positum, ad materialem autem analogia entis ibidem subiuncta, ad exemplarem demum analogia boni posita in 1. Eth. c. 7. Attribuuntur autẽ analogiæ huic multæ conditiones, ordinate se consequentes, scilicet quod analogia ista fit secũdum denominationem extrinsecam tantum, ita quod primum analogatorum tantum est tale formaliter, cętera autem talia denominantur extrinsece. Sanum enim ipsũ animal formaliter, est: vrina uero & medicina, & alia huiusmodi sana denominantur non a sanitate eis inhærente, sed extrinsece ab illa animalis sanitate significatiue vel causaliter, &c. Medicatiuum quoque, a medicinali arte deriuatum, medicum formaliter denominat. Instrumenta vero & quæcunq; alia medicatiua dicunꝫ, extrinseca denominatione ab illa arte dicuntur. Sola etiam substãtia formaliter est ens, quasi esset subiectum, & habens esse: cętera autem entia ideo dicuntur, quia illius entis mẽsuræ, dispositiones, actiua, &c. sunt. Boni quoque ratio in bono per essentiã saluata quo exemplariter cætera denominantur bona, in solo primo bono formaliter inuenitur, reliqua autem extrinseca denominatione secundum illud bonũ bona dicuntur. Sed diligenter aduertendum est, ꝙ hæc huiusmodi analogiæ conditio, s. quod non fit secundum genus cauſę formalis inhærentis, sed semper secundum aliquid extrinsecum, cꝫ formaliter intelligenda, & non materialiter, i. non est intelligendũ per hoc quod oẽ nomen quod est analogum per attributionem, est commune analogatis, sic quod primo tantum conuenit formaliter: cęteris aũt extrinseca denominatione, (ut de sano & medicabili accidit) ista. n. uniuersalis est falsa, ut patet de ente & bono, nec haberi potest ex dictis, nisi materialiter intellectis. Sed est ex hoc intelligẽdum, quod omne nomen analogum per attributionem ut sic, vel inquantum sic analogũm commune est analogatis sic, quod primo conuenit formaliter, reliquis autem extrinseca denominatione. Hoc siquidem verum est, & ex formali intellectu pręcedẽtium manifeste sequitur. Ens enim quamuis formaliter cõueniat omnibus substantiis & accidentibus, &c. inquantum tamen entia omnia dicuntur ab ente subiectiue ut sic, sola substantia est ens formaliter, cætera autem entia dicuntur, quia entis passiones uel generationes, &c. sunt, licet entia formaliter alia ratione dici possint. Et simile est de bono. Licet enim omnia entia bona sint bonitatibus sibi formaliter inhęrentibus, inquantum tamen bona dicuntur bonitate prima effectiue aut finaliter, aut exemplariter, omnia alia non nisi extrinseca denominatione bona dicũtur, illamet bonitatę, qua Deus ipse bonis formaliter in se est.

Et

Et ex hac conditione ſtatim infertur alia. ſ. quod illum unum ad quod diuerſæ habitudines terminantur in huiuſmodi analogis, eſt vnum non ſolũ rõne ſed numero. Quod dupliciter intelligi poteſt ſecundũ quod analogata dupliciter ſumi poſſunt, ſcilicet uniuerſaliter & particulariter. Si enim ſumũtur analogata particulariter, illud unum neceſſariò eſt vnum numero uerè & poſitiuè. Si aũt ſumantur uniuerſaliter, illud vnũ neceſſario eſt vnũ numerõ negatiuè, ideſt non numeratur in illis analogatis vt ſic, quamuis in ſe ſit uniuerſale quoddã & non unum numero. Verbi gratia: ſi ſumanť hęc vrina ſana, hæc medicina ſana, & hoc animal ſanũ; hæc omnia dicuntur ſana ſanitate exiſtente in hoc animali, quam conſtat vnam numero uere eſſe. Socrates. n. dicitur ſanus, quia hanc habet ſanitatẽ: medicina, quia illam facit: vrina quia eandem ſignificat, &c. Si uerò ſumatur animal ſanum in communi, & vrina ſana in communi, & medicina ſana in communi: ſic formaliter loquẽdo, ſanitas a qua huiuſmodi ſana dicuntur, non eſt vna numero in ſe: eo quod cauſæ vniuerſales effectibus vniuerſalibus comparandę ſunt. Et ſimile eſt de ſignis, & inſtrumentis conſeruatiuis, & aliis hſmõi: ſed eſt una numero in iſtis analogatis. Non. n. numeratur ſanitas in animali, vrina & diæta: quoniam non eſt alia ſanitas in vrina, & alia in animali. Et ſequitur conditio iſta ex præcedenti, quoniã commune ſecundũ denominationem extrinſecam non numerat id, a quo denominatio ſumitur in denominatis, ſicut vniuocũ multiplicatur in ſuis vniuocatis: & ꝓpter hoc dicitur vnum ratione tantum, & non numero, in ſuis uniuocatis. Alia. n. eſt animalitas hominis, & alia equi, & alia bouis animalis nomine adunante in vna ratione.

Ex hac autem conditione infertur alia. ſ. qđ primum analogatum ponitur in ratione cęterorum ſm illud nomen analogum: quoniam cætera non ſuſcipiunt illud nomen niſi per attributionem ad primũ; in quo formaliter ſaluatur eius rõ. Cadit ſiquidem in rõne medicinę, & diætæ, & urinæ, &c. inquantum ſana ſunt animalis ſanitas: ſine qua intelligi cętera ſana non poſſunt. & ſimile eſt de aliis iudicium. Ex hoc autẽ ſequitur vlterius, qđ nomẽ ſic analogum unum certum ſignificatum cõe omnibus partialibus eius modis, ſeu omnibus analogatis non habet. Et conſequenter, quod nec conceptum obiectiuum, nec conceptum formalem abſtrahentem a conceptionibus analogatorum hẽt: ſed ſola vox cum identitate termini diuerſimodè reſpecti communis eſt. Ita quòd cum in hac analogia ſint tria: vox ſcilicet, terminus reſpectus diuerſi ad illum, nomen analogum terminum quidem diſtinctè ſignificat, vt ſanum ſanitatem: reſpectus autem diuerſos ita indeterminate & confuſe importat, vt primum diſtincte uel quaſi diſtincte oſtẽdat: cæteros autem confuſe, & per reductionem ad primum. Sanum enim reſpectus multos ad ſanitatẽ, puta habentis, ſignificantis, cauſantis, &c. ſic in vna uoce ſanitatem diſtincte importante confundit, vt reſpectum primum, ſcilicet habentis ſeu ſubiecti diſtincte ſignificet. Sanum enim abſolute dicimus ſanitatem habentem, ut ſubiectum; cæteros autem reſpectus indeterminatè importat & per attributionem ad primum; ut patet ex dictis. Et propter hoc tria de huiuſmodi analogo dicuntur, ſ. qđ commune eſt omnibus analogatis non ſecũdum uocem tantum: & quod ſimpliciter prolatum ſtat pro primo: quod non eſt prius primo analogato, in quod tota ratio formaliter ſaluatur. Primum quidem peculiarius ſignificat, & ſupra omnia analogata ſuperius ſignificatum non habet.

Diuiditur autem a S. Tho. analogia hæc in analogiam duorum ad tertium, ut vrinæ & medicinæ ad animal ſanum: & in analogiã unius ad alterũ, vt vrinæ vel medicinæ ad animal ſanum. Nec hẽt diuiſio iſta alia membra a ſupradictis: quoniam hoc circuit analogiam ſm oĩa genera cauſarum: ſed ad hoc facta eſt, vt oſtendatur differenter ſuſcipi nomen analogum, qñ ponitur primum analogatum ex vna parte, & cętera ex alia parte: & qñ ſecũdorũ analogatorum unum hinc & alterum inde ponit, ſm quodcũque genus cãæ analogia fiat. Primo. n. & cæteris ſic cõe eſt analogum, ut nihil eis priꝰ ponat aut ſignificet, & ꝓpea vocatur analogia vniꝰ ad alterum, ponendo oĩa alia a primo loco unius. Secundis aũt analogatis ſic cõe eſt nomen analogũ, vt aliquid eis prius ponat: primum. ſ. ad quod oĩa ſecunda attribuuntur. Et uocatur analogia duorũ ad tertium, vel multorum ad vnum. quia nõ inter ſe eſt attributio, ſed ad primum. Appellantur autẽ analoga ſm attributionem a Logico æquiuoca: vt in principio Prędicamentorum patet: ubi animal æquiuocũ dicitur ad animal uerũ & pictum. Animal. n. pictum non pure ęquiuoce, ſed per attributionem ad animal, uerum animal dicitur: & in rõne eius inquantum animal manifeſte patet uerum animal accipi. Quærenti enim, quid animal pictũ in eo quod animal, reſpõdebitur, imago animalis veri. A Philoſophis verò Grecis, nomina ex vno, uel ad vnum autem in uno & media inter æquiuoca & vniuoca dicuntur: vt pluries in Metap. patet & expreſſe in 1. Ethic. huiuſmodi nomina contra analoga diſtinguuntur, ut infra amplius dicetur. A Latinis aũt uocantur analoga uel æquiuoca a cõſilio. Hanc analogiã S. Th. in primo ſent. 19. uocat analogiam ſecundum intentionem, & non ſecundũ eẽ, eo quod nomen analogum non ſit hic commune ſecundum eſſe, i. formaliter: ſed ſecundum intẽtionem, i. ſecundum denominationẽ: vt enim ex dictis patet in hac analogia nomen cõe non ſaluatur formaliter niſi in primo, de cęteris autem extrinſeca denominatione dicitur. Hæc ideo analoga apud Latinos dicuntur quia proportiones diuerſas ad unum dicunt extenſo proportionis noĩe ad oẽm habitudinem; abuſiua tamẽ loquutio hæc eſt, quãuis longe minor, quam prima. Quomodo aũt de hſmõi analogis ſcientia, & contradictiones, & demonſtrationes, & conſequẽtiæ & alia hmõi de eis fiant, ex dictis & Ariſtotelis conſuetudine patet. Oportet enim ſignificationes diuerſas prius diſtinguere (propter quod ambigua apud Arabes hęc dicuntur) & deinde a primo ad alia procedere: ſicut à centro ad circunferentiam diuerſis proceditur uiis.

CAPVT III.

Analogia proportionalitatis quid & quotuplex ſit, & quomodo proprie analogia dicatur.

EX abuſiue igitur analogis ad proprie analoga aſcendendo, dicimus analoga ſecundum proportionalitatem dici, quorum nomen eſt cõmune, & ratio ſecundum illud nomen eſt proportionaliter eadem. Vel ſic, Analoga ſecundum proportionalitatem dicuntur, quorum nomen commune eſt, & ratio ſecundum illud nomen eſt ſimilis ſecundum proportionẽ: vt uidere corporali viſione, & uidere intellectualiter, cõi nomine uocãtur uidere: quia ſic intelligere rem animæ offert,

ut

vt uidere corpori animato. Quamuis autem proportio vocetur certa habitudo vnius quantitatis ad aliam ſecundum quod dicimus quatuor duplam proportionem habere ad duo & proportionalitas dicatur ſimilitudo duarum proportionum, ſecundum quod dicimus ita ſe habere octo ad quatuor quemadmodum ſex ad tria. utrobiq; enim dupla proportio eſt, &c. rranſtulerunt tamen philoſophi proportionis nomen ad omnem habitudinem cõformitatis, commenſurationis, capacitatis, &c. Et conſequenter proportionalitatem extenderunt ad omnem ſimilitudinem habitudinum. Et ſic in poſito uocabulis iſtis utimur.

Fit autem duobus modis analogia hæc, ſ. metaphorice & proprie. Metaporice, quidem, quando nomen illud commune abſolute unam habet rationem formalem, quæ in unum analogatorum ſaluatur, per metaphoram de alio dicitur: ut ridere unam ſecundum ſe rationem habet, analogum tamen metaphorice eſt vero riſui, & prato florenti, aut fortunæ ſucceſſui. ſic enim ſignificamus hæc ſe habere, quemadmodum homo ridẽs. Et huiuſmodi analogia ſacra Scriptura eſt, de Deo metaphorice notitiam tradens. Propriè uero fit quando nomen illud commune in utroque analogatorum abſque metaphoris dicitur, ut principium in corde reſpectu animalis, & in fundamento reſpectu domus ſaluatur. Quod ut Auerrois in com. ſeptimo primi Ethicorum ait: proportionaliter de eis dicitur.

Prẽponitur autem analogia hæc cẽteris antedictis dignitate & nomine. Dignitate quidem: quia hæc fit ſecundum genus cauſæ formalis inhærentis: quoniam prædicat eam, quæ ſingulis inhærent. Altera uero ſecundum extrinſecam denominationem fit. Nomine autem, quoniam analoga nomina apud Græcos (a quibus analogiæ uocabulum habemus) hæc tantum dicuntur: ut Ariſt. etiam colligitur, qui in Metaphyſica, nomina quæ dicimus analoga per attributionem, ex uno, uel ad unũ, uel in uno uocat, ut patet in principio 4. & in 7. tex. cõ. 15. In quinto autem Metap. ca. de uno in tex. 12. diffiniẽs unum ſecundum analogiam, ut ſynonymis utitur unum analogia & unum proportione, & diffinit eſſe ea, quæcunque ſe habent ut aliud, aperte inſinuans illam eſſe proprie analogorum diffinitionem, quam diximus. Quod tamen clarius in Arrabica habetur translatione, dicente, Illa quæ ſunt vnum ſecundum ęqualitatem, ſ. proportionalem, ſunt quorum proportio eſt vna, ſicut proportio alicuius rei ad aliam rem. vbi Auer. exponẽs ait. Et illa dicuntur vnum ſecundum proportionalitatem. ſicut dicitur, quod proportio rectoris ad ciuitatem & gubernatoris ad nauem, eſt vna. In ſecũdo quoque Poſte. c. 11. huiuſmodi nomina proportionalia analoga vocat. Et quod plus eſt in primo Eth. c. 7. diſtiguit ſupradicta nomina ad vnum aut ex vno, contra analoga, dum loquens de communitate boni ad ea quæ bona dicuntur, ait. Non aſſimilantur à caſu equiuocis, ſed certæ ei, quod eſt ab vno eſſe, vel ad vnum nomina cõtendere, vel magis ſecundum analogiam. Et ſubdens exemplum analogiæ dicit. Sicut enim in corpore viſus, in anima intellectus. In quibus verbis lectori non ſolum nomen analogiæ hoc, quod diximus, ſonare docuit, ſed prẽferenda eſſe in prædicationibus metaphyſicis hanc inſinuauit analogiam in ly magis: vt S. Th. ibidem propter ſupradictam rationem optime exponit. Scimus ſiquidem ſecundum hãc analogiam, rerum intrinſecas entitates, bonitates, ueritates, &c. quod ex priori analogia non ſcitur. Vnde ſine huiuſmodi analogiæ notitia metaphyſicales proceſſus abſque arte diſcuntur. Acciditque huiuſmodi ignorãtibus, quod antiquis neſcientibus logicam: vt in 2. Elenchorum dicitur. Nec fuit forte [illegible] Ariſt. tempore tam periculoſus caſus iſte, ſicut modo apud nos eſt: quoniam blaſphemare fere uidetur, qui metaphyſicales terminos analogos dicens ſecũdum proportionalitatem communes exponit. Cũ tamen Auer. dicat ſuper prædicto tex. Et dignius his tribus modis eſt; ut ſit nomen boni dictum de eis ſecundum uiam, quæ dicitur de proportionalibus. Vocatur quoque à S. Th. in primo Sen. diſt. 19 analogia hæc analogia ſecundum eſſe & ſecundum intentionem: eo quod analogata iſta nec in ratione communis nominis, nec in eſſe illi⁹ rõnis parificantur, & tamen tam in ratione illius nominis, quam in eſſe eiuſdem proportionaliter conueniunt. Sed quoniam, ut dictum eſt, obſcura & neceſſaria ualde res hæc, accurate diſtincteque dilucidanda eſt per plura capitula.

CAPVT IIII.

Quomodo analogum nomen ab analogatis diſtinguatur.

QVoniam autem analogia media eſt inter ęquiuocationem puram & vniuocationẽ, ex extremis medii natura declaranda eſt. Et quia in nominibus tria inueniuntur, ſ. uox, conceptus in anima, & res extra ſeu conceptus obiectiuus, ideo ſingula perluſtrando, dicendum eſt quomodo analogum ab analogatis diſtinguitur. Et a rebus incipiendo, quia priores conceptibus & nominibus ſunt, dicimus quod nomine æquiuoco diuerſæ res ſignificantur, quod ut ſic non niſi uoce adunantur. Vniuoco uero diuerſæ res ita ſignificantur, quod ut ſic ad rem in ſe ſimpliciter, vnam abſtractam & præciſam in eſſe cognitio ab eis adunantur. Analogo autem nomine res diuerſæ ita ſignificantur, quod vt ſic ad res diuerſas ſecundum proportionem unam vniuntur. Vocatur autem in poſito res non ſolum natura aliqua, ſed quicunque gradus, quęcunque realitas, & qđcunque reale in rebus inuentum. Vnde inter vniuocationem & analogiam hæc eſt differẽtia quòd res fundantes uniuocationem ſunt ſic ad inuicem ſimiles, quod fundamentum ſimilitudinis in una eſt eiuſdem rationis omnino cum fundamẽto ſimilitudinis in alia: ita quod nihil claudit in ſe uni⁹ ratio, quod non claudat alterius ratio. Ac per hoc fundamentum vniuocæ ſimilitudinis, in utroque extremorum æquè abſtrahit ab ipſis extremis. Res autem fundamentum ſimilitudinis in una diuerſæ eſt rõnis ſimpliciter a fundamento illius in alia quòd unius ratio nõ claudit id quod claudit ratio alterius. Ac per hoc fundamentum analogię ſimilitudinis, in neutro extremorũ oportet eſſe abſtractum ab ipſis extremis; ſed remanẽt fundamenta diſtincta, ſimilia tamen ſecundum proportionem: propter quod eadem proportionaliter uel analogicè dicuntur. Et ut omnibus poſſint prædicta patere, declarãtur exemplariter in uniuocatione huius nominis animal & analogia huius nominis, ens, homo, bos, leo & cætera animalia: quia habent in ſe ſingulas naturas ſenſitiuas ſeu proprias animalitates: quas conſtat diuerſas ſecundum rem eſſe, & mutuo ſimiles: ſic quod in quocũque extremo (puta homine, aut leone) conſideratur ſecundum ſe animalitas, quę eſt ſimilitudinis fundamentum, inuenitur æqualiter abſtrahens ab eo, in quo eſt, & ni-

& nihil includens in vno quod non in alio. & ideo F
& in rerū natura fundant fm suas aīalitates similitu
dinem vniuocam, quæ identitas generica vocatur,
& in esse cognito adunantur non ad duas vel tres
animalitates, sed vnam tātum, quæ animalis nomi
ne in concreto per se primo significatur, & vniuo-
cè uocatur communi nomine animal. Omnium si-
quidem eorum, secundum quod naturas sensitiuas
habent, indistincta omnino est ratio: quæ illius rei,
quam animalitatem vocauimus, adæquata est diffi-
nitio. Substantia autem, qualitas, quātitas, &c. quia
non habent in suis quidditatibus aliquid prædicto
modo abstrahibile (puta entitatem) quoniam su-
prà substantialitatem nihil amplius restat: ideo nul
lam substantialitatem vniuocātem inter se compa-
riuntur. Et quia cum hoc, quod non solum eorum
quidditates sunt diuersæ, sed etiam primò diuersæ, G
retinent similitudinem, in hoc, quod vnumquod-
que eorum secundum suam proportionem habet
esse: ideo & in rerum natura nō secundum aliquā
eiusdem rationis in extremis, sed secundū proprias
quidditates vt commēsuratas hic proprijs esse fun-
dant analogiam, id est, proportionalem similitudi-
nem. Et in intellectu adunātur ad tot res quot sunt
fundamēta, proportionis similitudine vnitas, signi-
ficatas propter illam similitudinē, entis nomine &
analogicè cōi noīe vocantur ens. Differenter ergo
res adunantur sub nomine Analogo & Vniuoco. I

Conceptus quoque mētalis non eodem modo
inuenitur in vniuocis & analogis: quoniam nomē H
vniuocum & omnia vniuocata vt sic, vnum tātum
conceptum in mente habent perfectè & adæquatè
eis correspondentem: quia fundamentum vniuoce
similitudinis (quod significatum formale est nomi
nis vniuoci) vnius omnino rationis est in omnibus
vniuocatis, ac per hoc in vno repræsentatio, omnia
repræsentari necesse est. In analogis verò, quoniam
fundamēta analogæ similitudinis diuersarum sunt
rationum simpliciter, & eiusdem secundum quid
(id est, secundum proportionem) oportet duplicē
analogi mentalem conceptum distinguere, perfe-
ctum & imperfectū, & dicere quòd analogo & suis
analogatis respondet vnus conceptus mentalis im
perfectus & tot perfecti quot sunt analogata. Quia I
enim vnum analogatorum vt sic, simile est alteri,
cōsequens est, quòd conceptus repræsentans vnū:
repræsentet alterum: iuxta illam maximam, Quic-
quid assimilatur simili vt sic, assimilatur etiam illi,
cui illud tale est simile.

Quia verò talis similitudo secundum proportio-
nem tantum est, quæ diuersam rationem in altero
fundamento habet, conceptus perfectè repræsentās
vnum analogatorum a perfecta repræsentatione al
terius deficit, & consequenter oportet alterius ana
logati alterum adæquatum conceptum esse. Vnde
& analogum vnum habere mentalem conceptum
& plures habere conceptus mentales, verum est di-
uersimodè: quamuis simpliciter loquendo, magis K
debeat dici, analogi esse plures conceptus, nisi lo-
quendo occasio aliud exigat. Dico autem hoc, quo
niam cum contradicēdus analoga omnino carere
vno cōceptu mentali sermo est, vnum eorum con
ceptum absolutè dicere non est reprehendendum.
Propter quod oportet solerti discretione lectorem
vti, quando inuenitur scriptū, quod analogata con
ueniunt in vna ratione. Est ergo differētia inter ana
logiam & uniuocationem quo ad conceptū men-
talem, ita quod vniuoci & vninocatorum, vt sic,
vnus est conceptus perfectè & adæquatè eis respon
dens, ut de conceptu animalis patet. Analogi verò
& analogatorum vt sic, plures necessariò sunt cōce
ptus perfectè ea repræsentātes, & vnus est cōceptus
imperfectè repræsentans. Nō ita quòd sit vnus con
ceptus adæquatè respōdens nomini analogo, & ina
dequatè analogatis; quoniam secūdum ueritatem
nomen illud vniuocum esset, sed ita quòd conce-
ptus vnus repræsentans perfectè alterum analoga-
tum vt sic, imperfectè repræsentās reliquum. Quo
ad vocem autem, non est inter analoga & vniuoca
differentia.

His autem prælibatis, intentum facilè patere po-
test, quomodo scilicet distinguatur analogum, pu-
ta, ens ab analogatis: puta, substantia, quantitate &
qualitate. Vniuocum, enim, puta animal, distinguī-
tur ab vniuocatis (puta homine & leone) quo ad
rem significatam seu cōceptum obiectiuum, & quo
ad conceptum mentalē sicut vnum simpliciter ab-
stractum &c. a multis simpliciter, &c. Analogum
verò quò ad rem seu obiectum conceptum distin-
guitur sicut vnum proportione a multis simplici-
ter, vel (& idem est) sicut multa & similia secundū
proportiones a multis absolutè, verbi grana, Ens di
stinguitur a substantia & quantitate, non quia signi
ficat rem quandam eis communem, sed quia sub-
stantia quidditatem tantum substantiæ importat,
& similiter quantitas quidditatem quantitatis abso
lutè significat: ens autem significat ambas quiddita
tes vt similes secūdum proportiones ad sua esse, &
hoc est dicere vt eaſdem proportionaliter. Quo ad
cōceptum autem mētalem adæquatum hoc quo-
que eodem omnino modo distinguitur. Secundū
conceptum verò mentalem imperfectum, quāuis
distinguatur sicut vnum simpliciter a multis simpli
citer, non tamen sicut vnum abstrahēs in repræsen
tando ab illis multis quemadmodum in vniuocis
contingit. Quoniam, vt ex dictis patet, conceptus
ille, puta, qualitatis, inquantum ens, alterius analo-
gati, id est ipsius qualitatis, secūdum quòd se habet
ad suū esse, est adæquatè repræsentatiuus, & a qua-
litatis quidditate non abstrahens, cæterorum verò
(puta quantitatis & substantiæ) imperfectè tantum
est repræsentatiuus, inquantum eis similis propor-
tionabiliter est.

CAPVT V.

Qualis sit abstractio analogi ab analogatis.

OPortet autem ex præmissis ostendere, qualiter
analogum abstrahat ab his, quibus commune
secundum analogiam dicitur, puta, qualiter ens ab-
strahit a substantia & quantitate. Insurgit siquidem
difficultas quædam in re hac, & ex parte rerum, &
ex parte conceptus. Ex parte siquidem rerum: quia
videtur analogi nominis res significata eodem, ab-
strahibilis & abstracta modo quo res vniuoco no-
mine significata, Quoniam cum (vt in 5. Meta. di-
citur) vnum in qualitate faciat simile, nulla apparet
ratio cur a quibusdam similibus sit vna res abstra-
hibilis, & à quibusdam non, licet euidens ratio sit,
cur ab his similibus, puta Socrate & Platone, abstra-
hibilis sit res magis vna, & ab illis, puta homine, &
lapide, minus vna. Vnde si substantia & quantitas
assimilantur in hoc quòd vtraque est ens, & conse
quenter in eis est aliquid unum, quod est funda-
mentum illius similitudinis, quod vetat ab eis ab-
strahi rem unam utrique communem? Ex parte ve-
rò cōceptus, quia videtur eodem modo cōceptus,
analogi abstrahere ab analogatis sicut vniuocū ab
vniuocatis, eo quod analogum nomē importat in
confuso singulas proportiones analogatorum, &

distinctè

distinctè non significat nisi proportionem in com A
muni: verbi gratia, ens non significat habens se ad
esse vel sic, puta vt substantia aut, vt quantitas; sed si
proportionale nomen est, significare videtur habẽs
se ad esse secundum aliquam proportionem, quæ-
cunque sit illa. Hoc autem constat esse æque abstra-
ctum a substantia, & a quantitate: & consequenter
per modum vniuoci in analogis abstractio conce-
ptus apparet.

Vt autem euidens fiat huius ambiguitatis deter-
minatio, sciendum est, quod licet abstrahere diuer-
sa significet, cum dicimus intellectum abstrahere
animal ab homine & equo, eo quod tunc significat
ipsam intellectus operationem attingentem in eis
vnum & non alia; nunc vero significat extrinsecam B
denominationẽ ab illa intellectus operatione, qua
res cognita abstracta denominatur. In vnum tamẽ
& idem semper tendit; quoniam semper sonat in-
telligi vnũ, non intellecto altero. Ideoq; nihil aliud
est agere de abstractione analogi ab analogatis, quã
inquirere & determinare, quomodo res significata
analogo nomine intelligi possit, non cointellectis
analogatis, & quomodo conceptus illius habeatur
absque cõceptibus istorum. Cum igitur ex supradi-
ctis, & ex ipso analogiæ vocabulo pateat, quod ana-
logo nomine non simpliciter vna res, sed res pro-
portione vna significatur, talis autem est quod res C
diuersæ, vt similes proportionaliter, facilè deduci
põt, quod res analoga potest quidem intelligi non
cointellectis analogatis, & consequenter abstrahere
ab eis. Sed non sicut in vniuocis res vna (puta natu
ra sensitiua, seu animal intelligitur nõ cointellectis
omni natura humana & equina, vt sic) sed sicut duę
res vt proportionaliter similes intelliguntur, nõ co
intellectis ipsismet duabus rebus secũdum suas pro
prias naturas absolutè. Ita quòd analogi abstractio
non consistit in cognitione vnius & non in cogni-
tione alterius: sed in vnius & eiusdem intellectione
absolutè, verbi gratia, entis abstractio nõ cõsistit in
hoc, quẽ entitas aperehenditur, & substantia aut quã- D
titas non: sed in hoc quod substantia, aut quantitas
apprehenditur, vt sic se habet ad proprium esse: se-
cundum hoc enim similitudo proportionaliter at
tenditur, & nõ apprehenditur substantia, aut quan
titas absolutè. Et simile est de aliis rebus analogis,
quales sunt ferè omnes Metaphysicales. Vnde con
cedi potest, rem analogam abstrahere, & nõ abstra
herere ab analogatis diuersimodè. Abstrahere qui-
dem, pro quanto abstrahit ab eis, quemadmodum
res vt sic, id est res similis alteri proportionaliter ab-
strahit a se absolutè sumpta. Non abstrahere vero,
pro quanto res vt sic accepta seipsam necessario in-
cludit, & absque seipsa intelligi non potest. Quod
de vniuocis dici non potest: quia res vniuoca, abs-
que aliis, quibus est uniuocè communis, intelligi- E
tur, sic quod eas in suo intellectu nullo modo a-
ctualiter includit, vt patet.

Obiectioni autem ad oppositum adductę ex ana
logę similitudinis natura, facile satisfit, dicẽdo, qđ
cum vnum multipliciter dicatur, non oportet om
nem similitudinem attendi secundum vnum sim
pliciter, sed quandoque sufficit, quod vnum secun
dum proportionem faciat simile. Vnum autẽ pro
portionaliter non est simpliciter unum, sed multa
similia secundum proportiones, a quibus ideo nõ
potest abstrahi res una simpliciter: quia similitudo
ipsa proportionalis tantum est & fundamentum
non est unum nisi propotionaliter. De ratione si-
quidẽ vnius proportionaliter, est habere quatuor
terminos: ut in quinto Ethic. dicitur. Quoniam p-
portionalitas, qua similitudo proportionum fit,
inter quatuor ad min⁹, quę duarum proportionũ
extrema sunt, necessario est, & cõsequenter unum
proportione non unificatur simpliciter, sed distin
ctionem retinens, unum pro tanto est, & dicitur,
pro quanto proportionibus dissimilibus diuisum
non est. Vnde sicut non est alia ratio quare unum
proportionaliter non est, unum absolute, nisi quia
ista est eius ratio formalis; ita non est quærẽda alia
ratio, cur a similibus proportionaliter non potest
abstrahi res vna, hoc enim ideo est, quia similitudo
proportionalis talem in sua ratione diuersitatem
claudit. Et accidit ulterius procedentibus, ut quæ-
rant id, quod sub quæstione nõ cadit: ut quare ho
mo est animal rationale, &c.

De abstractione quoque conceptus eodem di-
cendum est modo, abstrahit enim conceptus ana
logi nominis non sicut unum simpliciter, sed si-
cut unum proportione; seu simile secundum pro-
portiones a multis absolute. Sed quia obiiciendo
tangitur de abstractione conceptus analogi a spe-
cialibus conceptibus illius analogiæ, & abusiuè ana
logata ibidem vocantur partiales analogi rationes,
ideo diligenter cauendum est, ne apparẽtia in ob-
iectione tacta in illum errorem ducat, qui ibi tan-
gitur. Sciendum siquidem est, quod licet in analo-
gis secundum attributionem in hoc omnia analo
gata conueniant quod eandem formam omnino
respiciunt: ita quod non solum cõueniunt in vno
termino, sed in hoc quod est respicere illum. Erro-
neum tamen est, analogo per attributionem con-
ceptum vnum respectus in cõi ad illum tẽminũ
per abstractionem a tali & tali respectu attribuere:
verbi gratia, Animal inquantum sanum, urina in-
quantum sana, & medicina inquantum sana licet
conueniant, & in sanitate tãquam termino, cuius
animal est subiectum, vrina signũ, & medicinę cã,
& conueniant in hoc, quod respiciant sanitatem:
quodlibet enim eorum sanitatem respicit, licet di-
uersimode. Ab his tamen specialibus respectibus
non abstrahitur respectus in cõi ad sanitatem, im-
portatus sani nomine, in cuius respectu omnes spe
ciales respectus ad sanitatem, confusè & in poten-
tia claudantur. Falsum enim est, quòd sanum si-
gnificet hoc quod dico, respiciens, vel aliqualiter se
habens ad sanitatem. Tum quia sic sani nomẽ vni-
uocum vere esset ad vrinam & animal, &c. vt patet
ex vniuocorum diffinitione. Tum quia hoc est cõ-
tra intentionem dicentium, vrinã aut diætam sanã.
Percunctantibus siquidem, quid est vrina inquan-
tum sana, non respondetur, respiciẽs sanitatem; sed
omnes respectum illum specificant, respõndentes
signum sanitatis, & similiter de diæta respondetur,
quòd est conseruatiua sanitatis, &c. Tum quia con
tra omnes, & Philosophos & Logicos hucusque a
me visos hoc est. Sicut autem in prædictis analo-
gis prędictus cauendus est error: ita in analogis se-
cundum propositionem (quæ sola simpliciter ana-
loga sunt) similis cauendus est error, ex simili cau
sa apparentiæ firmitatem trahens. Quia enim ana-
logata conueniunt in hoc, quod vnumquodque
eorum commensuratum seu proportionatum est,
licet diuersimodè credi potest quod ab his specia-
libus proportionib⁹ abstrahatur proportionatum
in communi, & nomine analogo significetur. Ac
per hoc analogum habeat conceptum vnum, in
quo cõfusè & in potentia claudantur oẽs speciales
propositiones analogatorum, verbi gratia, vt quia

substan-

substantia proportionata est suo esse & similiter F
quantitas & qualitas, licet diuersimodè: ideo à substantia, quantitate & qualitate, diuersimode proportionatis suis esse, abstrahatur res siue quidditas proportionem habens ad esse, qualiscunque sit illa proportio, & hoc sit entis primarium significatum, in quo omnes speciales proportiones substantiæ, & quantitatis & qualitatis, &c. ad sua esse confusè claudantur & in potentia.

Sed hoc falsissimū est. Tum quia hoc quòd dicitur, scilicet res proportionata ad hoc q̄ sit, non
est res vna simpliciter etiam in esse obiectiuo, nisi G
chimericè. Tum quia proportionalia nomina vniuoca essent (vt ex vniuocorum diffinitione patet) & consequenter periret proportionalitatis rō, quæ extrema vnum simpliciter esse non compatitur, & sic essent proportionalia & non proportionalia: q̄ intellectus capere non potest. Tū quia contra Aristo. authoritatem in secūdo Post. inferius adducendam, & adductā ex primo Ethi. & S. Tho. & Auer. & Alberti expresè est. Vnde cōfusio, qua analogū tam secundum attributionem quam secundū proportionē importat speciales habitudines aut proportiones, nō est confusio plurium cōceptuum in vno communi conceptu, sed est confusio significa
tionum in vna voce, licet difformiter. Quoniam in H
analogia attributionis vox analoga primum distinctè significat, cætera autem confusè. In analogia vero proportionis, nomen analogum ad omnes suas significationes indistinctè se habere permittitur.

Cautum tamen & attentū oportet hic esse: quia cum analogi rationes dupliciter sumi possint, scilicet secundum se, & vt eadem & ipsæ vt eadem propter identitatis proportionalis naturā non abstrahant à seipsis: & tamen aliquid conuenit eis ratione identitatis, seu inquantum eadem sunt, q̄ non conuenit eis ratione diuersitatis (vt patet de communibus eis) videtur, quòd duo incomposibilia secundum apparentiam analogi rationibus cōueniant, scilicet quòd ipsæ vt eadem non abstrahant à seipsis, & q̄ ipsæ, vt eadem aliquid causent, & habeant, & quod non vt diuersæ, reduplicarique possint vt eadem, non reduplicatis, vt diuersæ sunt. Hæc enim non solum composibiliter, sed necessario simul sibi vendicat idētitas proportionalis: quoniam & extrema vniri omnino non patiens, ab eis omnino abstrahi non permittit: & extrema aliqualiter indiuisa & eadem ponens, vt eadem ea considerabilia & reduplicabilia exigit. Sicque fit, vt analogo secundum idētitatem in se clausam, ad diuersitatem rationum in se quoque clausam comparato, abstractio quædam (quæ non tam abstractio, q̄ quidam abstractionis modus est) inueniatur: pro-
pter quam non solum ab analogatis (putā substantia & quantitate) analogum, puta ens; abstrahere di
citur: vt supra diximus. Sed ab ipsis eius rationibus, seu à diuersitate ipsarū rationum eius puta ratione entis in substantia, & rationis entis in quantitates. Non quia quandam rationem eius commu
nem dicat: quia hoc est fatuum, nec quia illæ rationes omnino sint eędem, aut eas omnino vniat: qa sic non esset analogum, sed vniuocum, sed quia eas proportionaliter adunans, & vt easdem proportionaliter significans, vt easdem considerandas offert, annexa inseparabiliter diuersitate quasi secluſa, & identitate proportionali vnit, & confundit quodāmodo diuersitatem rationum. Sicque non sola significationum in voce confusio, analogo conuenit, sed confusio quædam conceptuum, seu ratio-
num sit in identitate eorum proportionali, sic tamen vt non tam conceptus, quàm eorum diuersitas confundatur. Et quoniam analogum tale identitatem præcipuè importat: & tali confusione frequenter vtimur, analoga nomina ab omni rationum eius diuersitate abstrahere dicentes (dū confusè pro omnibus supponere ipsum pluries exponimus) ideo non mediocri opus est vigilantia, ne in vniuocationem labi contingat. Abstrahit igitur analogum à suis analogatis (puta ens a substātia & quantitate) sicut vnum proportione à multis, seu sicut similia proportionalia à seipsis absolutè tam quo ad conceptum obiectiuum, quàm mentalem siue sit sermo de abstractione totali, siue de formali. Hæ enim abstractiones non differunt in eodem, nisi secundum præcisionem, & non præcisionem, vt alibi declarauimus. Vnde nihil aliud est dicere ens abstractum à naturis prędicamentorum abstractione formali, quam dicere naturas prædicamentales proportionales ad sua esse, vt sic præciss: à specialibus autem seu singulis analogiæ rationibus extremis, non tertio conceptu simplici, sed voce communi & identitate proportionali earundem, quodammodo abstrahit.

CAPVT VI.

Qualis sit prædicatio analogi de suis analogatis.

VIdebitur autem forte alicui ex his quòd prædicatio analogi de suis analogatis (puta entis de substantia, & quantitate, aut formę de anima & albedine, &c.) sit sicut prædicatio æquiuoci de suis æquiuocatis, ita q̄ non sit prædicatio superioris de inferioribus, nec communioris de minus communi, nisi sola voce, sed eiusdem de seipso. Non est enim analogo res vna significata, quæ in vtroque analogatorum saluetur: absque hoc autem prædicatio communioris, aut superioris non inue
nitur secundum intrinsecam denominationem, seu existentiam. Sic enim analogum secundū pro-
portionalitatem commune esse dictum est. Fouere I
quoque potest non parum opinionem hanc processus iuxta primum Topic. Aut scilicet analogum est prędicatum conuertibile, aut inconuertibile secluſa vocis communitate. Et cum constet non esse inconuertibile (quoniam substantia vt sic se habēs ad suum esse, quod ens de substantia dictum prędicat conuertitur cum substantia: & similiter quantitas sic commensurata suo esse, cum quantitate conuertitur, & sic de alijs) consequens est, quòd analogum tāquam superius, de analogatis prædicari nō possit. Superioris enim intentionem susciperenō potest, q̄ conuertibile esse comprobatur. Et quoniam secundum veritatem analogum vt superius prædicatur de analogatis, & nō sola uoce commune est eis: sed conceptu vnico proportionaliter: cu-
ius unitas ad hoc, quòd prædicatum aliquod supe
rioris rationem habeat, sufficit: quia superius nihil aliud sonat, quàm unum prędicatū ad plura se extendens: cum autem non per accidens, aut congregatione (sicut aceruus lapidum) sed per se, con
stat esse etiam unū proportione: ideo ad huius ueritatis claritatem ex extremis procedendo, sciendū est, quòd quia analogum medium est inter uniuocum & pure æquiuocum, cōsequens est, quòd analogum idem aliquo modo, & nō idem aliquo mo
do de suis prædicet analogatis. Et quia prædicat aliquod abstrahēs aliquo modo à suis analogatis (ut ex præmisso patet cap.) consequens est, quod comparetur ad sua analogata ut maius ad minora, seu superius ad inferiora, licet non omnino unum sę-

cundum

eundum rationem sit, quod eis imponit. Quod vt clarius pateat, figuraliter declaratur sic. Tam in æquiuocis quam uniuocis & analogatis, quatuor inueniuntur, scilicet quæ res ad minus, equiuocatæ, uniuocatæ, aut analogatę & duæ res, seu rerum rationes æquiuocationem, vniuocationem, aut analogiam fundantes, verbi gratia, In equiuocatione canis inueniuntur hæc quatuor, canis marinus, & canis terrestris, & ratio illius secundum nomẽ canis. In uniuocatione quoque animalis inueniũtur quatuor scilicet homo & Bos, & natura sensitiua hominis & natura sensitiua Bouis: quæ animalis uniuocationẽ fundant. In analogia similiter entis quatuor sunt scilicet substantia & quantitas, & substantia inquantum commensurata suo esse, & quantitas secundum quod suo esse proportionatur. Et licet prima duo, scilicet æquiuocata & vniuocata, & analogata eodem modo quantum ad propositum spectat in omnibus his distinguantur, quia vbilibet ex oppositis condistincta sunt: aliter tamen duo vniuocationem, æquiuocationem, & analogiam fundãtia, diuersimode unita aut distincta sunt. In æquiuocis namque rationes illæ, puta canis marini & terrestris, sunt omnino diuersæ secundum rationem, & propter hoc id quod prędicat canis de marino cane, nullo mõ prædicat de terrestri, & econuerso, & ideo sola voce communius, aut maius æquiuocatis dr̃, & est. In vniuocis verò res illæ puta animalitas in Boue & animalitas in Leone licet numero, & specie diuersæ sint, ratione tamen omnino eadẽ sunt, rõ enim vni⁹ est omnino eadem ꝙ ratio alterius, & ecõuerso; & propter hoc id quod prædicat animal de homine, idem omnino prædicat de Boue, & vniuocum dr̃ & superius homine & Boue.

In analogis autem res analogiam fundantes puta quantitas vt sic se habens ad esse, substantia ut sic se habens ad esse licet diuersæ sint & numero, & specie, & genere, ratione tamen eadem sunt nõ omnino, sed proportionaliter: quoniam vnius rõ proportionaliter eadem est alteri. Et propter hoc, id quod prædicat analogum, puta ens de quantitate, illudmet proportionaliter prędicat de substantia, & econuerso. Est enim illudmet proportionaliter id, quod in substantia ponit, & econuerso: & pp hoc analogum puta ens non sola uoce communius, maius aut superius analogatis est: sed conceptu vt dictum est proportionaliter vno. Ita quod analogum & vniuocum conueniunt in hoc quod vtrunq; communioris & superioris rationem hẽt. Differũt autem in hoc, quòd illud est superius analogice seu proportionaliter, hoc verò vniuoce. Et meritò, quia fundamẽtum superioritatis utrobiq; saluatur, vniuocationis autem nõ. Fundatur enim superioritas super identitate rationis rei significatę i. super hoc quod res significata inuenitur non in hoc tantum, sed illamet non numero, sed ratione, inuenitur in alio. Vniuocatio aũt super mõ identitatis omnimode, scilicet identitate rationis rei significatę, i. super hoc, quod ratio rei significatæ in illo, & in isto est eadẽ omnino. Quamuis n. in analogis hic identitatis modus nõ inueniatur, quem, in vniuocis inueniri pluries dictum est: identitas tamen ipsa rõnis ratione inuenitur, est nanque identitas proportionalis, identitas quædam. Et ideo non minus analogum puta ens est prędicatum superius, quam vniuocum, puta animal, sed alio mõ, analogum. n. est superius proportionaliter, quia fundatur supra idẽtitatem proportionalis rationis rei significatę, vniuocum autẽ pcisè & simpliciter, quia semper

A omnimoda idẽtitate rationis rei significatæ eius superioritas fundatur, Propter quod S. Tho. superioritatis fundamentum aspiciens in quinto Metaph. dicit, quòd ens est superius ad omnia, sicut animal ad hominem & Bouem.

Vnde obiectiones ad oppositũ adductæ, in hoc peccant, quod inter identitatem & modum identitatis non distingunt. Fatendum est enim, ꝙ ad hoc ꝙ aliquis terminus denominetur superior, aut cõmunior, oportet vt rem vnam & eandem in vtroq; ponat: sed sophisma consequentis committitur inferendo ex hoc, ergo oportet ꝙ dicat rem vnam & eandem omnino. Et est semper sermo de idẽtitate
B secundum rationem seu diffinitionem: Identitas. n. & vnitas continent sub se non solum vnitatem, & idẽtitatem omnimodam, sed proportionalem, quę in analogi nominis ratione saluantur. Negandum est igitur ꝙ in analogis nõ prædicatur idem de vno & alio analogato: quoniam vnum & idem proportionaliter de omnibus analogatis dicitur, & propte rea inter prædicata non conuertibilia numerandũ est. Quantitas. n. licet adæquet ens de quantitate verificatum secundum rationem omnino eandem, non tamẽ secundum rationem illam proportionaliter; qm̃ entis ratio nõ alia proportionaliter ad substãtiam & qualitatem se extendit. Verum quia analogum sonat idẽtitatem proportionalem, idem hu
C iusmodi rationibus formaliter respõdendo, nullo pacto concedendum est analogum conuerti cum aliquo analogato. Ad materiam tamen descendendo, potest intrepide dici, quòd quia analogum rationem vnam proportionaliter tantum prædicat, & vnum proportionaliter plura, & esse proportionibus similia, manifestum est, dupliciter posse secundum singulas rationes ad analogata cõparari. Vno modo absolute, & sic secũdum singulas rationes cum singulis analogatis cõuertitur: quia nulla omnino analogi ratio in duob⁹ analogatis inuenitur. Alio modo secundum identitatẽ proportionalem, quam habet vna cum altera, & sic cum nullo analogato cõuertitur; qm̃ oẽs analogi rationes indiuisæ sunt ꝓtionaliter, & una est altera
D proportionaliter. Et ga vt dictũ est analogũ hãc sonat identitatem, ideo formaliter & simpliciter loquendo, analogum inconuertibile & communius prædicatum, concedendum est esse. Non tamen genus, aut species, aut proprium, aut diffinitio, aut differentia, aut accidẽs vniuersaliter est. Nec propterea diminutus Arist. aut Porphy. fuit; quoniam prædicabile, quod simpliciter vnum est, docebant, ac per hoc inter æquiuoca analoga numerauerunt.

Ex prædictis autem manifeste patet, ꝙ analogũ non conceptum disiunctum, nec vnum præcisum inæqualiter participatũ, nec vnum ordine, sed conceptum vnum proportione dicit & prædicat. De or
E dine tamẽ in analogis incluso infrà tractabitur. Vn de cum dicitur de homine, aut albedine, aut quocunque alio, quod est ens non est sensus, ꝙ sit substantia vel accidens: sed sic se habens ad esse. Vtor autem ly, sic, quoniam de propriis nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus, disputare nolo ad præsens: quoniam Metaphysici negotij opus hoc est, & exemplariter hic de ente loquimur. Simile siquidem est de actu, potentia, forma, materia, principio, causa, & alijs huiusmodi iudicium.

CAPVT

CAPVT VII.

Qualis analogatorum ſecundum analogi nomen diffinitio.

APparere quoque poterit alicui, quod in ratione unius analogati (puta qualitatis) ſecundū analogi, puta entis nomen, alterius analogati, puta ſubſtantiæ, vel quantitatis ratio ſecundū idem analogi nomen cadere debeat, ſicut in analogia attributionis contingere dictum eſt. Fundamentum autem inde apparētia hæc ſumit, quia ratio vnius analogati, ut eadem proportionaliter eſt alteri, abſque illa altera exprimi complete nequit: Dictum eſt autem, quod analogo nomine rationes hæ importātur, ut eadem proportionaliter ſunt. Et confirmat hoc expoſitio ipſa analogię ab Ariſtotele, Auerroe & S. Thoma in primo Ethicorum poſita. Exponūt enim, quod bonum ſeu perfectio analogice dr̄ de viſu & intellectu, quia ſicut uiſus in corpore, ita intellectus in anima perfectio eſt. Conſtat autem, quòd non eſt intelligibile hoc ſe habere ſicut illud, niſi vtrunque extremorum percipiatur. Neceſſario igitur videtur, unum analogatorum ſecūdum analogi nomen per aliud diffiniendum eſſe.

Vt autem liqueat huius ambiguitatis ſolutio recolendum eſt analoga hæc dupliciter inueniri, ſ. proprie & metaphorice. Diuerſimode enim hęc ſa habent ad propoſitam quæſtionem. In analogia ſiquidem ſecundum metaphoram, oportet unum in alterius ratione poni, non indifferenter, ſed proprie ſumptum, in ratione ſui metaphorice ſumpti claudi neceſſe eſt, quoniam impoſſibile eſt intelligere quid ſit aliquid ſecundum metaphoricum nomen, non cognito illo, ad cuius metaphoram dicitur. Neque enim fieri poteſt, ut intelligam quid ſit pratū in eo, quod ridens, niſi ſciam quid ſignificet riſus nomen proprie ſumptum, ad cuius ſimilitudinem dicītur prātum ridere. Eſt autem huius rō radicalis, quia analogum metaphorice ſumptum, nihil aliud prædicat, quam hoc ſe habere ad ſimilitudinem illius, quod abſque altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiuſmodi analoga pri⁹ dicuntur de his, in quibus proprie ſaluantur, & poſterius de his, in quib. metaphoricè inueniuntur & habent in hoc affinitatem cum analogis ſecūdum attributionem ut patet. In analogia verò, in qua nō minis ſaluatur ꝓprietas, nullum analogi mēbrum per alterum diffiniri oportet, niſi forte gratia materiæ, ut S. Tho. in 2. q. de Veri. ar. 11. docuit. Sunt enim analogatorum rōnes ſm analogi nomē quodammodo mediæ inter analoga ſecūdum attributionem, & uniuoca.

In analogis enim ſecundum attributionem primum diffinit reliqua. In uniuocis verò neutrum alterum diffinit, ſed unius diffinitio eſt completa alterius diffinitio, & econuerſo. In analogis autem neutrum alterum diffinit, ſed vnius diffinitio eſt proportionaliter alterius diffinitio. Et loquimur sē per de ratione ſecundum nomen commune, verbi gratia, in diffinitione cordis, ſecundū quod principium animalis, nō ponitur fundamentum, ſecundum quod principium domus; nec ecōuerſo, ſed eadem proportionaliter eſt principii ratio vtrobique, vt Com. vbi ſupra dicit.

Duabus autem opus eſt diſtinctionibus vti in re hac, ea ſcilicet, quę in logica traditur de actu ſignato & exercito, & ea quæ a Metap. ut plurimum tractāt, de ordine rerum ex uno nomine ex parte rei & parte impoſitionis nominis. Ex prima ſiquidē diſtinct. ſcimus duo. Primo, quòd ſicut animal dictum de homine & equo importans vniuocationē in actū exercito, non prædicat de homine totum hoc, ſcilicet naturam ſenſitiuam eandem ſecūdum rationem naturæ ſenſitiuæ equi & Bouis, ſed naturam ſenſitiuam ſimpliciter, quā tamen ad hoc, qđ vniuoca ſit prædicatio, oportet eſſe omnino eandē ſecundum rationem naturæ ſenſitiuæ equi & Bouis, ita ens importans proportionalitatem in actu exercito, non prædicat de quantitate totum hoc, ſ. habens ſe ad eſſe ſic proportionaliter vt ſubſtantia, aut qualitas ad ſuū eſſe, ſed habens ſe ad eſſe ſic abſque alia additione: ꝙ tamen oportet ad hoc, ꝙ analoga ſit predicatio, idem proportionaliter eſſe cum altero, ſic ſe habere ad eſſe quod de ſubſtantia, aut qualitate ens prædicat. Secundo ꝙ ſicut ex declaratione, qua manifeſtatur animal eſſe vniuocū, quia dicit vnam, & eandem omnino rationem in omnibus, nō fallimur, nec cōfundimur, nec vagamur circa hominis & Bouis ſecundum animalis nomē rationem, ſed quieſcimus, intuentes ꝙ animal exercet, ꝙ declaratur ens, aut bonum, aut quodcunque aliud eſſe analogum: quia dicit rationes plures eaſdem proportionaliter, & importat hoc ſe habere quēadmodum proportionaliter ſe habet illud ad eſſe vel appetitum, &c. non debemus turbari, & inquirere in analogia nominis (puta boni) ratione ſignificationem iſtam, ſed ſat ſit, diſtinguēdo inter actum ſignatum, & exercitū inſpicere quod analogi nominis ratio id exercet, qđ analogi ratio & declaratio ſignificat. Ex his autem duobus patere iam pōt intentum, ꝙ. ſ. non oportet vnū analogię membrum per alterum diffinire, ex eo quod analogum ſignificat ea eſſe eadem proportionaliter: quoniam hoc in actu exercito ſignificat.

Ex ſecunda vero diſtinctione ſcimus, nō ſolum ꝙ præpoſterus eſt ordo rerum, & ſignificationum quandoque ſub nomine analogo, ita quod prior ſecūdum rem ratio, poſterior interdum ſignificatione eſt (vt de ente & bono, & aliis huiuſmodi cōmunibus Deo & creaturis accidit: ratio enim quam in Deo quodlibet horum ponit, ſignificatione quidē poſterior, re autem prior eſt) & propter alterum horum dicitur analogum prędicare de ſuis analogatis ſecūdum prius & poſterius, ipſam analogi rationē. Sed etiam ſcimus quod quando ratio, quam ponit analogum in vno, ex ratione, quā in altero ponit, expōnitur, non ideo fit, quia vnū in alterius ratione cadat: ſed quia vnius ratio poſterior altera eſt ſignificatione, & per priorem vtpote notiorem declaratur, vt S. Tho. in ſecundo articulo, quæſtione decimatertia primæ partis fecit, declarans, ꝙ dicendo, Deus eſt bonus, ſenſus eſt, id quod bonitatē in creaturis dicimus, prędexiſtit in Deo ꝓportionaliter, &c. Et eadem intelligēdum eſt ratione fiēri, ſi poſterior ſecundum rem per priorem declaretur. Non diffinit ergo analogum ſecūdum unam rationem ſeipſum ſecundum alteram licet exponat & declaret.

Obiectionibus autem in oppoſitum quamuis ex dictis ſatisfactum ſit, formaliter reſponderi poteſt, quòd cognoſcialiqua vt eodem proportionaliter, ſeu hoc ſe habere ſicut illud, dupliciter contingit. Vno modo formaliter, ideſt quo ad relationē identitatis & ſimilitudinis, & ſic abſque extremis cognitio hæc haberi non poteſt. Alio modo fundamentaliter, & ſic in ratione vnius non cadit reliquum, ſed ratio vnius eſt alterius ratio, omnino, vel ꝓportionaliter. Conſtat autem quòd analogum nomen (puta ens, aut bonum) non relationem identitatis aut ſimilitudinis ſignificat, ſed fundamentum: & ideo obiectiones, quæ iuxta primum ſenſum proueniunt,

cedunt, nihil concludunt contra intentum. Patet autem facillimè hæc esse vera exempla de vniuocis, ponendo & applicando ad identitatem vniuocationis. Significat nanque nomen vniuocum plura, inquantum eadem sunt vniuocè, seu secũdum rationem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorum absq; altero intelligibilis est, &c.

CAPVT VIII.

Qualis sit in analogo comparatio.

Difficultas etiam non parua (quæ multos inuasit ac superauit) de comparatione in analogo dilucidanda est. Creditum enim à quibusdam est, quod non posset analogia posita, sermo ille nisi extortè exponi, quo vnum analogatum magis aut perfectius tale secundum analogi nomen diceret, v. g. Substantia est magis, aut perfectius ens quam quantitas. Moti sunt autem ex eo, quod comparatio in vno communi, vtrinque facienda est etiam secundum grammaticos: quod in analogo nõ inueniri videtur. Et potest formari ratio pro eis talis: Aut comparantur analogata in vna communi eis ratione, aut in suis rationibus: non in ratione communi, quia illa analogum caret: nec in rationibus proprijs, quia tunc falsum est, substantiam esse magis ens, quàm quantitatem. Non enim minus aut imperfectius quantitas est sua ratio, quàm ens in ea ponit, quam substantia sua, & cætera. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia, saluari posse.

Succumbitur autem difficultati huic, quia proprium comparationis fundamentũ non consideratur. Fundatur. n. super idẽtitate seu vnitate rei, in qua fit comparatio, & non super modo identitatis aut vnitatis: sicut de intensione superioritatis p̃dictum est. Vnde cum analogum ex dictis constet rẽ unã licet proportionaliter, dicere, nihil prohibet, in ipso comparari analogata, licet non eo modo, quo uniuoca fit comparatio. Ad comparationem siquidem cum requirantur & sufficiant hæc tria, s. distinctio extremorum, & identitas eius, in quo fit comparatio, & modus essendi illius in extremis. s. æquè uel magis, aut minus perfectè: sub identitate autem seu unitate proportionalis vnitas seu identitas contineatur, consequens est, quod si in diuersis idem proportionaliter æquè uel magis aut minus perfecte esse habet, comparatio secundum illud proportionale fieri possit, comparatione non uniuoca, sed analoga: Sicut. n. quia natura sensitiua est in Boue, & illamet oĩno f̃m rationem est in hoĩe, & perfectius esse hẽt in homine, q̃ in Boue, homo perfectius animal Boue dr̃ uniuoca comparatione, sic quia sic se habere ad esse est in substantia, & hoc idem proportionaliter est in quãtitate, & imperfectius esse habet in quantitate q̃ in substãtia dr̃ substantia magis seu perfectius ens, quam quantitas analoga comparatione. Vnde S. Thom: in 7. ar. q. 7. de potentia Dei, tripliciter comparationem fieri docens, duos modos analogicæ computationis ponit apertè ex hoc insinuãs comparationem non solum super identitate numerali specifica, aut generica fundari, sed etiam proportionali. Modi autem cõparationis ibidem traditi sunt hi, s. f̃m solam quantitatem rei participatę, & sic unum album dr̃ altero albius. Vel extẽdendo pp præsens propositum, hunc modum ad omnem comparationem vniuocam, dicatur quod primus attenditur f̃m quãtitatem rei participatæ eiusdem omnino f̃m rationem, siue illa ratio sit specifica, siue generica vt calidum magis calidum altero dr̃, & homo perfectius animal Leone est. Secundus verò modus attenditur f̃m q̃ res aliqua in uno inuenitur participatiuè, alterum uerò est per essentiam, quemadmodum homo Platonicus longè perfectior homo esset nobis. Et abstractione intellectus vtendo, quemadmodum bonitas longè melior est quocunq; bono q̃ participatiuè bonũ dr̃. Tertius autem modus attenditur f̃m q̃ res aliqua in uno inuenitur formaliter, & f̃m se, in altero autẽ virtualiter, & eleuatum ad rem superioris ordinis. Quemadmodum dicimus, quod Sol est magis calidus quam ignis uel quod calor perfectius esse habet in Sole, quam in igne. Nec est dubiũ hos duos modos vniuocam comparationem impedire: vt S. Thom. ibidem dicit, & Aristoteles in 1. Ethico. de primo modo testatur, vbi bonum cõe nõ vniuoce, sed f̃m proportionalitatem dicendum docet, bonitati separatæ & bonis cæteris per participationem. Patet igitur ex his, eadem proportionaliter vt sic esse comparabilia, quamuis Physicè loquendo in sola specie, aut genere comparatio fiat.

Ad obiectionem autem in oppositum, dicitur quòd vtroque modo in analogis comparatio fit. Comparantur siquidem analogata (puta substantia & quantitas) in ratione vna & communi proportionaliter, quam analogi nomen (puta ens) dicit & addit supra analogata, ut ex dictis patet. Et cõparantur secundũ suas rationes, secundum tamen analogi nomen, quę earum sit perfectior, secundũ quod dicimus, substantia est perfectius ens quantitate, quia ratio entis in substantia perfectior est ratione entis in quantitate. Ita quod iuxta istam cõparationem est sensus, substantia habet perfectiorem secundum entis nomẽ rationem, quàm quãtitas, & non quod substantia est magis aut perfectius substantia, quàm quantitas sit quantitas, vt quidam somniare videtur. Vnde comparatio ista extenditur vsq; ad analoga secundum attributionem, licet in tali analogia non nisi abusiuè comparatio fieri possit. Dicimus. n. q̃ ens reale est magis & perfectius ens entẽ rationis, quod per attributionem ad illud, ens dicitur in 4. Metaphy. tex. 2. quia ens reale habet perfectiorem secundum entis nomen rationem. Iuxta quem modum si vsus, admitteret, diceremus, animal est magis sanum vrina, quia perfectiorem, secundum sani nomen rationem habet.

CAPVT IX.

Qualis sit analogi diuisio, & resolutio.

Qualiter autem analogum diuidendum sit, ex dicendis manifestum est. Potest siquidem trifariam analogi diuisio intelligi. Primò, vt diuidatur uox in suas significationes. Dictum est enim quod analogum plures rationes significat immediatè, & hæc diuisio conuenit sibi inquãtum æquiuocum quoddam est, Secundo, ut diuidatur significatum eius in quasi membra eius, eo modo quo ens, quod proportionaliter unum est, sic & sic proportionatum membra dici possunt. Dictum est enim quod analogum nõ ita diuersas rationes significat, quin significet unam rationem proportionaliter. Omnes nanque rationes analogo nomine immediatè significatæ eædem proportionaliter sunt. Ratio autem vna proportionaliter, cũ constituatur ex pluribus rationibus proportionalibus, eas secare potest. Hæc autem nõ est diuisio analogi in sua analogata, qm̃ rationes hæ in ipsius

analogi ratione intrinsece claudantur,& analogata ea sunt,in quibus rationes illæ saluantur,& non ipsæ rationes. Entis enim analogata sunt substantia & quantitas,& non rationes entis in substantia & quantitate. Rationes enim (vt dictum est) analogę sunt. Vnde tertio modo potest diuidi analogū diuidendo significatum eius in analogata per diuersos modos, quibus analogi rationem proportionalē analogata ipsa diuersimode suscipiunt. Ita quod diuisum est significatum vnum proportionaliter,diuidentia sunt modi fundantes,& faciētes in analogatis proprias proportiones, secundum quas fit analogia,constituta autem per diuisionē, vt partes subiectiuæ,sunt analogata ipsa, verbi gratia. Qñ ens diuiditur in substantiam,& quantitatē, diuisum est ratio entis nomine significata, q̄ omnes in se entis nomine significatas rōnes claudit, vt pote vna proportionaliter, diuidentia sunt substantiuum,& mensuratiuum, seu per se, & in alio, sicut ex quib. substantia, & quantitas habēt, quod diuersas entis rationes subintrent,partes autem subiectiuæ sunt substantia, & quantitas,quæ entis ratione analogantur.

Et quia hęc est propria analogi diuisio,idcirco distincte explicandum est,quomodo differat diuisio hæc ab vniuoca. Tripliciter siquidem differunt.

Primo ex parte diuisi, quia diuisione vniuoca vnum omnino secundum rationem secatur, hic autem vnum proportionaliter.

Secundo ex parte diuidentium,quia differentię secantes genus sunt extra genus,modi aūt secantes analogum, in ipsius analogi ratione claudūntur, quemadmodū ipsa analogia (vt in capi. de abstractione declaratum est) propter quod in 3. Metaph. tex. 10. ens genus esse negatur.

Tertio ex parte ipsarum partium subiectiuarū, quæ per diuisionē fiunt,quia partes diuisionis vniuocæ licet ordinem habeant ſm se (& originis, vt dualitas est prior trinitate, & perfectionis, vt albedo est perfectior nigredine) tamen secundum diuisi rationem, puta numeri aut coloris, neutra altera prior,aut posterior est,sed omnes æqualiter in diuisi ratione cōicant. Analogata vero,quæ analoga diuisione constituuntur,non solum secundum se,sed ēt in ipsius analogi,quòd diuiditur ratione, ordinem habent,& aliud prius,aliud posterius est, adeo vt in vno eorum tota ratio diuisi saluari dicatur,alio aūt imperfecte,& secundum quid. Quod non est sic intelligendum, quasi analogum habeat vnam rationem, quæ tota saluetur in vno, & pars eius saluetur in alio, qm̄ puerile est hoc. Sed cū totū idem sit, quòd perfectum, & analogo nomine multæ importentur rationes,quarum vna simpliciter,& perfecte constituit tale secundum illud nomen,& aliæ imperfecte & secundum quid,ideo dicitur,quòd analogum sic diuiditur,ꝙ non tota ratio eius in omnibus analogatis saluatur,nec ęqualiter participant analogi rationem, sed secundum prius & posterius. Cum grano tamen salis accipiēdum est analogum simpliciter saluari in vno,secūdum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel absolute (vt patet in diuisione entis in substantiā, & accidens) illa enim absolute loquendo dicitur ens simpliciter, hoc aūt secundum quid, vel in respectu,vt patet in diuisione entis in Deum,& creaturam. Vtrunque enim, licet ens simpliciter sit,& dicatur absolute loquendo creatura, tamen in respectu ad Deum, ens secundum, quid & quasi nō ens dicitur.

Circa resolutionem autem analogatorum sciendum est, quòd cum vniuersaliter primum in compositione sit vltimū in resolutione, & per diuisionē in ea,quæ actu in aliquo sunt resolutio fiat, eodē modo resoluenda sunt analogata in analogum,quo cętera resoluuntur. S. vtendo diuisione prædicta (q̄ vocatur diuisio in partes essentiæ, vel rationis) & à posterioribus secundum consequētiam ad priora procedendo,si longa esset resolutio facienda, Ad rationem autem analogi, cum deuentum fuerit,singulis analogatis in sua ratione secundum analogi nomen resolutis,cum illa analogi ratio ex multis constituatur rationibus,ordinem inter se,& proportionalem similitudinem habentib. vel ordinate ad primā resolutio fiet,veniendo semper ad similius,& propinquius primæ,& id in quo dissimilitudo est,relinquendo. Vel si non sic ordinatas inter se contingit esse rationes illas,ad primā omnes modo prædicto deducendæ sunt. Ordinē enim ad primā nulla subterfugere potest. Nec refert in proposito, an fiat resolutio ad rationem primam significatione,vel secundum rem. Intelligenda enim sunt hæc in suo ordine, scilicet significationum, aut rerum.

CAPVT X.

Qualiter de analogo sit scientia.

Vlsum est autem quibusdam de analogo scientiam esse non posse, nisi quemadmodum de æquiuocis scientia habetur eo,quod pluries rationes dicit,licet similes. Imo fallaciam æquiuocationis cōmitti in syllogismis in quibus analogo pro medio sumpto, cur tum analogatum subsumitur, nisi forte gratia materiæ bonus esset processus,asserunt eadem ratione. Nec posse ex vnius analogati ratione,secundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter esse, sed semper prædictum incidere vitium ratione prædicta confirmatum, verbi gratia,Si ponamus sapientiam esse analogice communem Deo, & homini, ex hoc quod sapientia in homine inuenta secundum formalem rationem præcise sumpta, dicit perfectionē simpliciter, nō concludere possum, ergo Deus est formaliter sapiens, sic arguendo, omnis perfectio simpliciter est in Deo, sapientia est perfectio simpliciter, ergo. Minor enim distinguenda est,& si ly sapientia pro ratione sapientiæ, quæ est in homine,stat,argumentum erit ex quatuor terminis, quia in conclusione sapientiæ stat pro ratione sapientiæ,quam ponit in Deo,cum cōcluditur,ergo sapientia est in Deo. Si autē pro ratione sapientiæ in Deo stat in minore nō cōcluditur ex perfectione sapiētiæ creatę Deum esse sapientem, cuius oppositum, & Philosophi, & Theologi omnes clamant.

Decipiuntur autem isti,Scotum (cuius est ratio hæc in quæstione 1. distin. 3. primi libri) sequentes, quia in analogo diuersitatem rationum inspicientes,id quod in eo vnitatis,& identitatis latet, non considerant rationes entis,analogi,vt superius etiā diximus,possunt dupliciter accipi. Vno modo secundum se inquantum ab inuicem distinguūtur, & ea quæ conueniunt eis, vt sic, seu ex hoc, Alio modo, inquantum eadem sunt proportionaliter.

Primo modo acceptæ vitiū æquiuocationis inducerent, si quis eis vteretur, vt patet.

Secundo autem modo eis vtendo, peccatum nullum incurrit eo,quod quicquid conuenit vni, conuenit ēt alteri proportionaliter,quicquid negatur de vna,negatur proportionaliter de alia, quia quicquid conuenit simili in eo,qđ simile,cōuenit

etiam

etiam illi, cuius est simile, proportionalitate ſp ſernata. Vnde ſi ex immaterialitate animæ concluditur eā eſſe intellectualē ex immaterialitate proportionaliter poſita in Deo, optimè concluderet Deū eſſe intellectualem proportionaliter, vt quantū immaterialitas illa excedit iſtam, tantum intellectualitas excedat illa iſtam, &c. Propter q̄ S. Tho. q. 2. de potentia Dei art. 5. analogata omnia ſub vna analogi diſtributione cadere dixit. Et meritò, quia vnitas analogi non eſſet in coordinatione vnitatum numeranda, niſi vnum proportionaliter, vnum eſſet affirmabile, & negabile, & conſequenter diſtribuibile, & ſcibile, vt ſubiectū & medium, & paſſio-

Vnde ad obiecta in oppoſitum dī, q̄ quia vt in 2. Elenchorum, c. 10. dicitur, æquiuocatio latens in huiuſmodi proportionalibus peritiſſimos etiam latet, ideo oportet huiuſmodi analogis nominibus vtendo ex parte vnitatis, ſemper modum proportionalitatis, i. ſub intelligi, aliter in vniuocationem lapſus fieret. Niſi. n. præ oculis haberetur proportionalitas, cùm dicitur immateriale omne eſſe intellectuale, tanquam vniuocè dictum acciperetur, & latens æquiuocatio non viſa obreperet.

Proportionalitate autē ſeruata de analogis ſciētiam eſſe, & diui Tho. proceſſus de bono & vero, & aliis huiuſmodi & quotidianum cōuincit exercitium. Teſtatur quoque demonſtratiuę artis pater Ariſt. in 2. Poſterio. ca. 11. incipiente, Vt habeamus autem propoſita, vel problemata analogum cauſam adæquatam eſſe alicuius paſſionis, & in mediū oportere quandoque à demōſtratore aſſumi, dum venationem propter quid docēs, inquit, Amplius, alius modus eſt ſecūdum analogiam eligere unū, idem. n. nō eſt accipere, q̄ oportet uocare ſepion, & os, & ſpinam. Sunt autem quę ſequuntur: & hoc tanquam natura una huiuſmodi exiſtente. Et in ſequenti cap. ait, Secundum autem analogiam eiuſdem, & medium ſe habet ſecundum analogiam. In quibus uerbum non ſolum docuit analogum ut medium aſſumi quandoque in demonſtrationibus, ſed etiam ipſius non eſſe unum in ſe expreſſe, & cum hoc habere paſſionem adęquatam, ac ſi unius eſſet naturæ.

Nec impedit analogia hæc proceſſum formalē ad concludendum de Deo & creaturis prædicatū aliquod eis commune, quoniam accepta ſapientię ratione, & ſegregatis ab ea per intellectum eis, quæ ſunt imperfectionis, ex hoc quod id, quod eſt ſibi proprium formaliter ſumptum, perfectionē abſq; imperfectione claudit: concluditur ergo ſapientiæ ratio non omnino alia, nec omnino hæc, ſed hæc proportionaliter eſt in Deo, quia ſimilitudo inter Deum & creaturam non eſt uniuoca, ſed analoga. Nec pari ratione poteſt concludi, Deum eſſe lapidē proportionaliter: quia ratio lapidis formaliter ſumpta quantumcunq; expoliata, imperfectionē aliquam claudit, quæ prohibet tam ipſam ſecundū ſe, quam ipſam proportionaliter in Deo reperiri, niſi metaphoricè, quemadmodum dictum eſt, Petra autem erat Chriſtus. Vnde dum fit huiuſmodi proceſſus, omnis perfectio ſimpliciter eſt in Deo, ſapientia eſt perfectio ſimpliciter, ergo &c. in minore ly ſapientia, non ſtat pro hac vel illa ratione ſapientiæ: ſed pro ſapientia una proportionaliter, i. pro utraque ratione ſapientiæ non cōiunctim uel diſiunctim: ſed inquantum ſunt indiuiſæ proportionaliter, & una eſt altera proportionaliter: & ambæ unam proportionaliter conſtituunt rationem. Significantur. n. analogo nomine. Inquantum eadem ſunt, vnde non oportet analogum diſtinguere, ad hoc quod contradictionem fundet, & enuntiationis ſubiectum, aut prædicatū fiat: ſed ratione identitatis proportionalis in ſe clauſæ, & quam principaliter dicit ex ſe ad hoc ſufficit. Cōtradictio enim dicitur cōſiſtere in affirmatione & negatione eiuſdem de eodem, &c. & non in affirmatione vniuoci de eodem vniuoco: identitas ſiquidem tā rerum quam rationum vt pluries replicatum eſt) ad identitatē proportionalem ſe extendit: Ex hoc autem apparet Sco. in 1. ſenten. diſtin. 3. q. 1. vel malè expoſuiſſe conceptum vniuocum, vel ſibi contradicere, dum uolens uniuocationem entis fingere ait, Cōceptum uniuocum uoco, quia ita eſt unus, quod eius unitas ſufficit ad contradictionem affirmando & negando ipſum de eodem: & ſic uniuocum uult eſſe, ens. Si enim identitas ſufficiens ad contractionem uniuocatio dicitur, conſtat quod ponendo ens eſſe analogum, & ſecundum proportionalitatem tantum unum ſatisfiet uniuocationi, quod Scoticæ doctrinæ aduerſatur, tenenti ens habere conceptum unum ſimpliciter, & omnino indiuiſum: ut de uniuocis diximus. Si autem non omnis talis identitas ſufficit ad uniuocationem, rectè igitur uniuocatio conceptus declarata eſt eſſe ea quæ ad contradictionem ſufficit, quaſi proportionalis identitas ad hoc non ſufficiat.

CAPVT XI.

De cautelis neceſſarijs circa analogorum nominum intellectum, & vſum.

QVIA uero Ariſtotel. in prędicta ex elenchis authoritate, doctiſſimos uiros circa horum nominum conceptus errare dicit ob latētem eorum unitatis modum: idcirco neceſſarium fore duximus in fine huius tractatus cautelas quaſdam tradere, quibus poſſit ſe quis ab errore multiplici in re hac præſeruare.

Cauendum eſt igitur in primis, ne ex uniuocatione ipſius nominis analogi reſpectu quorundā, credamus ſimpliciter ipſum eſſe uniuocum: omnia enim fere analoga proprię fuerunt prius uniuoca, & deinde extenſione, analoga cōmunia proportionaliter illis, quibus uniuoca & aliis uel alii facta ſunt. Sapientiæ enim nomen primò impoſitum eſt humanæ ſapientiæ, & uniuocum, omniū hominum ſapientiis erat. Deinde ad diuinæ naturæ cognitionem aſcendētes, proportionalemque ſimilitudinem inter nos ut ſapientes & Deum cōtemplantes. Sapientiæ nomen extenderunt ad id in Deo ſignificandum, cui noſtra ſapientia proportionalis eſt: ſicque uniuocum nobis analogum factum eſt nobis & Deo. & ſimiliter de aliis accidit. Falli autem contingit faciliter ex hoc, quia illi ratio prior, utpote notior, & familiarior, & prior quo ad nos ſemper profertur ab illuſtribus uiris & eorum ſequacibus, quando analogi ſignificatio quæritur, & dicitur eſſe tota analogi ratio pro qua ſimpliciter prolatum ſtat, & omnia analogata illam participare: ut patet cum ſapientiæ ratio redditur. Aſſignatur. n. differentialis eius conceptus pro ratione, ſecundum quam communis ponitur Deo & creaturæ, & ſimile eſt in aliis. Creditur enim ex hoc, quod ſit ipſa analogi ratio, & incautè uniuocatio acceptatur: non enim illa ratio eſt ratio analogi, ſed eius prigo quo ad nos, quoniam nō illa, ſed proportionaliter in altero analogato inuenitur, ut ex dictis patet.

Cauendum ſecundò eſt, ne nominis unitas aut diuerſitas rōnum, analogam vnitatem obnubiler,

hoc enim tanquam quoddam accidens, in re hac suscipiendum est. Nihil enim minus analogice idē sunt sepion, os, & spina, vnum non habentia nomen, quàm si vnum nomen haberent, nec magis idem essent, si vnum nomen haberent, & tamen si communi nomine ossa vocarentur, ita quòd defectu vocabulorum, vel rerum proportionali similitudine ossis nomen ad cætera extensum esset, crederemus eiusdem esse naturæ, & rationis ossa, & spinas, &c. Præsertim quia (vt dictum fuit) ad ea, quæ sunt proportionaliter eadem consequuntur passiones, tanquam si eorum esset natura vna.

Cauendum tertio est, ne vocalis vnitas rationis analogi nominis, mentem reuoluat. Ex eo nanq; (verbi gratia) quod principiū, dicitur esse id ex quo res fit aut est, aut cognoscitur, & hæc ratio in omnibus, quæ principia dicuntur, saluatur. Principio nomen vniuocum reditur. Erratur autem, quia ratio ipsa non est vna simpliciter, sed proportione, & voce: vocabula enim ex quibus integratur, analoga sunt, vt patet: neque enim fieri neque esse, neque cognosci, neque ly, & vnius omnino est rationis, sed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus, vt pote proportionalis saluatur, sicut & principij nomen proportionaliter commune dicitur.

Cauendum demum est, ne diuersa doctorū dicta de analogis, nos perturbent. Cōsiderandū quippe est, quod quia analogum medium inter æquiuocum, & vniuocum est, & medium extremorū naturam sapiēs, ad alterum comparatum, alterum induit, adeo vt quādo medio secundum id quod de vno extremo habet, vtimur illius extremi cōditiones ei attribuamus (vt in quinto Phys. text. com. 6. & 52. patet) ideo plerumque doctores vtentes analogo ex parte vnitatis, quā ex vniuocis participat, vniuocorum non solum conditiones (puta abstractionem, &c.) sed etiam nomen ei attribuunt: vtētes vero analogo ex parte diuersitatis, quam ex æquiuocis trahit, conditiones quoq; supradictis oppositas, & nomen illi imponunt æquiuoci. Et vt de multis pauca dicantur, Arist. in 12. Meta. text. 4. ens & verum vniuoca vocat, quia ex parte idētitatis illis vtitur, vt processus suus aperte ostendit. S. Tho. quoque pluries dicit in rōne alicuius analogi (puta paternitatis cōis diuinæ, & humanæ paternitati) omnia contenta esse indiuisa, & indistincta, & qd paternitas (verbi gratia) abstrahit à paternitate humana, & diuina, quia vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamen falsæ sunt aut abusiuæ prædictæ locutiones, & similes, sed amplę potius & largę, quemadmodum pallidum nigro contrarium est, & dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis, & rationis, in qua (vt ex dictis patet) non solum analogata, sed etiam singulæ analogi rationes vniuntur, & quodammodo confunduntur, vt pote abstrahentes aliqualiter ab earum diuersitate. Aristot. rursus in primo Phys. ex parte diuersitatis ente vtens contra Parmenidem, multiplex seu æquiuocum (vt ipsemet illum tex. sic exponendum specialiter in 2. Elenchorum tradit (vocauit, vnde & Porphyrius Arist. dicere ens esse ad æquiuocum accepisse videtur, vtens ente ex parte diuersitatis. Quod tamen Sco. in 1. distin. 3. q. 3. in Logica Aristo. non inueniri ideo dixit, quia prædictos tex. nō coniugauit. Propter quod ibidem quoque contra textum glossauit principium Arist. contra Permenidem in primo Physic. tex. 13. vt in Elenchis (vt dictum est) clare patet. Sanctus Thomas etiam ens prius non esse primo analogato, nihilq; Deo prius secundum intellectum esse dicit pluries vtens analogo ex parte diuersitatis rationum. Quælibet siquidem eius ratio secundum se, quia propriū analogatū in se claudit, & in sui abstractione illud secum trahens cum illo conuertitur (vt supra diximus) ideo prior secundum consequentiam, aut abstractior suo analogato negatur: ac per hoc primo analogato, & Deo nihil est prius, quia eius ratio secundum analogi nomen, quę ipso prior f'm se non est, sed conuertitur, cæteris prior rationib. Cum his tamen stat, quòd ratio illa in Deo, vt eadem est proportionaliter alteri rationi, secundum idem nomen superior, secundum consequentiam prior logice loquendo, fit, vt ex dictis patet. Dico autem logice, quia physice loquendo analogū, nec est prius secundum consequentiam omnibus analogatis (quia ab eorum propriis abstrahere nō potest: quāuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, vbi analogata cō sequenter se habent. Vnde siquis falli non vult, solerte sermonis causam coniectet, & extremorum conditiones medio applicatarum se recolat, sic enim facile erit omnia sane exponere, & veritatem assequi quæ à prima est veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur, & firmetur opusculo, completo in conuentu S. Apollinaris, Papię suburbio, die primo Septembris, 1498.

Præclarissimus reuerendissimi Domini, Domini Thomę de Vio Caietani, Cardinalis S. Xysti, de nominum analogia tractatus explicit.

TRACTATVS SEXTVS, De conceptu entis.

Responsio super aliqua quæsita de conceptu entis ad R. Fratrem Franciscum de Ferraria, Magistrum Studentium in conuentu Bononien.

AMantissime Pater, ex acceptis vestrę solicitudinis literis percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse, duoque dubia de conceptu entis mentem vestram tenere soluique à me familiariter flagitastis. Ego autem quā primū compleui expositionem librorū de anima (cuius fini incumbebam, cum vestras recepi) respondere curaui, ne præclaro ingenio tuo deessem.

Primum igitur dubiū fuit ad hominem me ipsum. s. quia in commentariis de ente, & essentia, sustineo vnum conceptum mentalem repræsentatiuum entis, & in tractatu de analogia nominum videor hoc negare.

Secundum autem est ad D. Tho. quoniam ego in præfato libello sustineo analogum non absolui ab his, quibus analogum dicitur, & D. Tho. in q. de Veri. q. 1. art. 1. ens habere conceptum vnū simplicem, ad quem omnia prędicamenta, & transcēdentia addunt, in quem resoluūtur, qui est primo motus. Hæc enim inuicem sibi aduersari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest à naturis rerum non erit simplicissimus, nec primo notus, nec in quem vltimo resolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam horū, & specialiter primi recolito, quod quicquid est imago alicuius similis alteri, ēt imago illius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creaturæ est conceptus Dei, sicut oīs creatura aliqua est similitudo Dei. Hinc ergo fit, quod cum vnū proportionaliter, vt

si

sic habeat singula membra similia proportionabiliter, oportet ꝙ habeat ēt vnum conceptum mentalem repræsentatiuum illius vnius proportionabiliter. Nec huius oppositum teneo in tractatu de Analogia nominū, sed conceptus iste vnus numero in mēte ſm esse representatiuum, nec repræsentat vnam solum naturā, sed vltra vnam quā determinate repræsentat (a qua est impressus) repræsentat implicite cęteras similes illi primo repræsentatę ſm id, in quo proportionabiliter eis similis est idem enim est iudicium de similitudine rerū inter se, & conceptus mentalis, & rerum. Quemadmodū enim ossis natura similis est naturæ spinæ in substinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mentalis ossis, vt sustinens carnis, est similis ossi, & spinę, sed ossis determinate, spinæ autem implicite, sicut ēt ipsum os non est simile spinæ determinate, sed quatenꝰ spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptū mentalem, ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum pacto habet conceptū à mente in reb. impressum. Aliter aūt modus super ipsius intellectus opere, quo natus adunata, diuidere fundatur, & est tūc cōceptus similis vnus numero in mente, repræsentans analogum quidē determinate, nullum autem eorū, quæ fundat analogiam explicite. Contingit aūt hoc, cum intelligens mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura, quā repræsentabat, & loco illius naturæ concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiā indeterminate. v.g. sic cōceptus ossis est os sustinēs carnes intelligens loco ossis, ponat, quod, & dicatur quod sustinet carnes, tunc enim manifeste repręsentatur analogum explicite, implicite aūt tātū naturę fundātes analogiam. Est aūt inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicib. differentia, sed ēt quia primus ad quid rei spectat analogi, secūdus aūt ad quid nominis neuter tamen perfecte repręsentat analogū. De quo. ſ. perfecto, seu adęquato explicite conceptu analogi interpretandum est, cū à me, vel ab alio scriptū inuenitur, quod nō potest analogum, vnum numero mentalem cōceptū habere, sed vnū analogia tm̄. Et qm̄ conceptus mētales sunt imagines rerū repręsentatarum (nisi sint fictitij) quemadmodum in mente conceptus adęquatus analogi nō est vnus, sed exigit repræsentationem oīum fundantium analogiam, ita significatū analogi adæquatū, & perfectum nō potest sic abstrahi, vt obiiciatur, repræsentetur, aut concipiatur absque fundantib. rebus. Et sicut in mente duplex conceptus imperfectus reperitur, ita res significata, extra pōt obiici dupliciter imperfecte. ſ. vel in vno explicite, in quo cætera obiiciuntur indeterminate, nullo explicite, sed omnia implicite, in solo formalissimo significato explicite.

Nec prædicta cōtrariantur doctrinæ S. Tho. ens enim primorum ordine generationis est secundū conceptum imperfectum ordine aūt distincte cognitionis est ſm conceptum perfectum. Ens quoque habere conceptum simplicissimum, cōsonat dictis, qm̄ cum simplicitas compositioni opponatur, & vnum analogia nō sit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc, ꝙ analogorum compositionem admixtam. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si substantiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio quæritur, resoluetur in ipsam naturam substantiæ quatenus esse fundat, ꝙ est simplicissimum cui, & addit ipsa substantia, & addunt trāscendentia. Et si in cōceptum confusum, quod est resoluens, ꝙ etiā est simplicissimum cui, & addit ipsā substantia, & addunt transcendentia. Et si conceptum confusum, ꝙ est resoluens, ꝙ etiam est simplicissimum, cui ēt prædicta addunt. Sed occasio errandi multis est, quia in resolutione distincta quærunt resoluere in vnum analogia sicut consueuit resolui in vnū vniuocarione. Ita quòd quærunt in analogia iquasi in vnum numero terminum, sicut in vniuocis, cum tamen terminus in analogia sit vnum proportionabiliter tm̄. Ita ꝙ & singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices obiectiuos, & mentales, & omnia in conceptū obiectiuū, & mētalem simplicem, & vnū proportionabiliter, ita ꝙ (vt vnico verbo rem absoluam (ens esse primo notum in ꝙ fit omnis resolutio, in quod oīa addunt per modum analogi, interpretandum est, cū quo stare potest, quod ens ſm perfectum adæquatumque conceptum non abstrahit à naturis prædicamentalibus, sicut nec aliquod analogum à fundantibus analogiam. In hoc pendet tota vis claritatis rei huius, vt super animaduertat secundum analogorum morem hęc dici. Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicenda, imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo, quo ex vnico verbo cōcepisses omnia, Bene vale, & pro me orare digneris. Romæ die 27. Februarij, 1519.

TRACTATVS SEPTIMVS
Solutionum quorundam locorum sibi inuicem aduersantium, in commentarijs Sancti Thomæ contentorum.

AD FRATREM IACOBVM Crecton Scotum, lectorem Theologiæ.

PEtitionibus tuis, fili charissime, deesse nolens, ad proposita duo dubia respondere curaui. Proponis primo dissonātiā dictorū nostrorū inter se, dum in Comment. 1. par. art. 1. q. 12. diximus creaturā rationalem, vt ordinatā ad felicitatem, & non absolute, naturaliter appetere visionem Dei in se: artic. autem primo. q. 82. respondendo quarto argu. Scoti diximus, quod ad naturaliter volendum finem vltimum in particulari, non sufficit indubietas, quoniam hæc est in quolibet fideli, sed exigitur euidentia, quæ solum conuenit Beatis.

Proponis secundo ambiguitatem circa quandā glossam nostram in eisdem comment. q. 47. arti. 3. ad tertium vbi dicente textu, Non est possibile esse aliam terram, quàm istam glossauimus, ly possibile, sumi pro possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis, secundum quam diximus, impossibile est mortuū resurgere, & non pro possibili secundum potentiam actiuam Dei, neque pro possibili logico. vī enim tibi, quod de possibili logico sit sermo, propter materiam subiectam, de qua ibi disputatur, & hoc propter tria.

Primo, quia propositio illa procedens, Mundus cōstat ex tota sua materia, sumpta ex philosopho, aut intelligit de totalitate individuali, & hoc non, quia quodlibet individuū perfectū isto modo constat ex sua materia. Aut de totalitate specifica, & sic oportet intelligi de impossibili absolute quū ipsi cet contradictionē habere totā materiam speciei, & non habere aliquā partem, quæ esset extra illud.

Secundò, quia idem dicitur iudicium de tertia,

& de alijs partibus mundi, sed esse duos Soles, implicat cõtradictionẽ, ergo sermo est de impossibili absolute. Manifestatur autem implicatio contradictionis, quia positis duobus Solibus, si materia vnius appeteret formã alterius, neuter haberet suã materiã, quia Sol cõstat ex materia satieta sua forma: si aũt materia vnius nõ appeteret formã alterius, sic different non solũ specie, sed genere. Tertiò, quia secundũ istã glossam, quũ dr, Non est possibile esse aliam terram, sensus esset, Non est potentia actiua in rebus creatis, q̃ possit producere aliã terram, hic autem sensus longe est à proposito, & quis vnquam de hoc debitauit? F

Ad primum dubium respondemus, quod ly naturaliter non secundũ eandem significationem in vtroque loco sumitur. Nam in qõne duodecima naturale attenditur penes naturam tanquam principium, ita quod naturalis appetitus appellatur, q̃ prouenit à principio indito secũdum supradictũ diuinæ gratiæ ordinem. Vt enim, locutio naturalis est homini à principijs naturalibus, ita appetere cœlestis patriæ fęlicitatem, naturale est homini ex principijs gratiæ, quia ex illis natum est prouenire. In quæstione autem 82. naturale attenditur penes modum, vt distinguitur contra liberalẽ, ideoque ibi dicitur: q̃ naturaliter id est non libere velle Deum in particulari, &c. solis Beatis conuenit, vnde nulla relinquitur inter dicta dissonantia. G H

Ad secundam autem dubitationem respondetur, clare constare ex textu, quod possibile sumitur secundum potentiam in rebus existentẽ, dum probatur in textu, ex naturali motu terræ ad centrum hoc, hæc enim probatio manifestat, de Physica potentia sermonem esse. Nam certum est, apud Theologos omnes, posse à Deo creari etiam terram extra istum mundum, & conseruari ibi in æternum.

Ad primam igitur obiectionem dicitur, propositionem illam, Mundus constat ex tota sua materia, intelligi de omni totalitate materiæ, possibili tamen potentia Physica, quoniam hoc sufficit ad probandum in philosophia naturali, quod constat ex tota sua materia simpliciter, hoc est sine additione aliqua. Et sic stant ista duo simul, quòd mũdus constat ex tota sua materia, & quod Deus potest per omnipotentiam suam similem materiam extra mundum creare, quoniam primum intelligitur de tota sua materia possibili Physicæ. Nec implicat contradictionem habere totam possibilem Physicè, & non habere aliquam partem, quæ per omnipotentiam diuinam fieret extra. I

Ad secundam autem dicitur, quod nulla appareret cõtradictio, ponẽdo plures Soles eiusdẽ speciei specialissimæ ex diuina oĩpotẽtia, & quod existentibus pluribus Solibus, neutrius materia appeteret alterius formam, quia vtriusque materia contenta esset sua forma, sicut modo materia existens in vna parte cœlestis corporis homogenei non appetit esse in alia parte, & similiter ĩ motibus partes sphęræ ignęæ contigua occidentali parti orbis Lunæ non appetit esse in Orientali parte eiusdẽ orbis. Et omniũ vna communis est ratio, quod in his, quæ sunt eiusdem rationis, vna est etiam ratio appetitiuæ quietis, ac per hoc quodlibet contentum est illa portione, quam habet, & merito, qm̃ priuatio, q̃ machinatur ad malũ, nõ est in certa materia, propter formam eiusdem speciei. Numquã enim Socrates corrumperetur, si materia eius non appeteret, nisi formam humanam, quoniam illam iam habet & sic de aliis. K

Ad tertiam dicitur, quod aliud est aliqua esse idem, aliud est aliqua consequenter se habere, Vn de licet ad sensum expositum consequatur illa alia propositio, Nulla est potentia actiua in reb. creatis, quę possit facere aliam terram, non tamen est idem quod sensus expositus, quoniam iuxta sensum expositum sermo est de potentia naturali, non descendendo ad actiuam, aut passiuam, & secundum huiusmodi potentiam affertur ratio de motu naturali, & non de potentia, vel impotentia generatiua terrę.

Hęc sunt, quæ velut à somno scientiarum speculatiuarum excitato occurrerunt respondenda. Reliquũ est, vt attendas tibi & lectioni, & orcs pro me, & bene vale. Romæ 23. Nouemb. 1522.

TRACTATVS OCTAVVS
De vinculo obedientię cuius est vnica quęstio.

QVAESTIO I.

Num homo teneatur superiori obedire in his, in quibus parendo oportet periculo mortis se exponere.

VTrum homo homini superiori teneatur obedire in his, in quibus oportet se exponere periculo mortis. Et videtur, quòd non.

Primo ratione, quia homo homini nõ est subditus, quo ad naturam, ac per hoc non tenetur vitam perdere ad mandatum alterius. Et confirmatur authoritate, quia S. Tho. in Secunda Secundę, quęst. 105. articul. 5. in corpore dicit, Tenetur homo homini obedire in his, quę exterius per corpus sunt agenda, In quibus tamen secundum ea, quę ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo, quia omnes homines natura sunt pares, puta in his, quę pertinent ad corporis sustentationem, & prolis generationem. Hęc ille.

Secundo, quia non tenetur homo s̃m charitatis ordinem ponere vitam corporalem pro quocũque exteriori bono, aut pro vita corporali alterius, quum plus teneatur diligere corporalem vitã suã, quam proximi, & contra aut supra charitatis ordinem non tenetur homo homini obedire.

Tertio, quia humana iura de actionib. humanis intelliguntur salua consistentia, imo incolumitate subiecti, vt patet de precepto iciuniorum, de diuinis officiis persoluendis, de obseruatione festorũ, non enim tenetur homo ad diuinum officiũ, aut ad obseruationem festorum, si non potest hęc sine non solum vitæ, sed sanitatis periculo seruare. Eximit ergo periculum vitę ab obedientia humana.

Quarto, quia timor cadens in constantem virũ, qualis est timor mortis, excusat ab omni iuris ac iudicii humani executione, ergo idẽ quod prius.

Ad euidentiam huius quęstionis sciendum est, quod non distinguere inter per se, & per accidens occasio est minus bene sentiendi, contingit enim etiam sapientes, inquit Aristot. falli in iis, quę sunt per accidens. Aliud est igitur subdi hominẽ homini in his, q̃ sunt naturę, per se loquendo, & aliud per accidẽs. Subiici naq; per se, est directe, & formaliter subiici, ita quod possint illa directe & formaliter

liter precipi. Subdi vero per accidens est per concomitantiã, aut sequelam ad illud, in quo per se subditur, subiici. Exemplum, Homo homini non subditur per se ſm intẽtiones motus animi, & ideo nõ potest superior præcipere directe & formaliter interiores actus animi, soli enim Deo hoc est proprium. Subditur tñ per accidens, inquantum interiores animi motus sunt exteriorum actionum rationes, sic enim concomitantur exteriores actiones, in quibus homini homo per se subiicitur. Et ideo superiores aliter iudicant hominem ex malitia, aliter ex passione, aliter ex ignorantia operantem. In proposito autem verissimum est hominem non subdi homini in his, quæ ad naturam spectant, sed hoc intelligitur per se, & formaliter, & ideo nullus potest alteri precipere vt se occidat, vt non comedat, vt non generet. Sed per accidens in his ẽt homo homini subditur, pro quanto hæc concomitanter se habent ad actiones inquãtum homo homini per se subditur, vt patet in laicis subditis, qui tenentur mãdante principe, præliari, & exponere se mortis periculo, vt experiẽtia testatur, quia potest princeps pcipere, vt tueãtur armis rempublicam, vt vlciscantur armis eandem, & huic annexum est periculum mortis: ideo ex tali annexione subduntur ẽt, quo ad vitam. Ratio autem hmõi debitæ obedientiæ est, quia de humanorum actuum subiectione iudicandum est ſm ea, q̃ insunt per se, & non ſm ea, quæ sunt per accidens: sicut vniuersaliter de cæteris cõditionib. humanarum actionum consideratio, & iudicium si nõ fiat per se, non recte iudicantur nisi diuinãdo, oportet ergo inspicere ad naturã operis humani, an sit per se de genere subditorũ superior homini, an sit de genere exemptorum à subiectione humana, vt fecit D. Tho. in loco allegato duo operũ genera per se eximens a subiectione humana opera. ſ. interiora animi, & opera naturę sustentandæ, & propagãdæ, Et aduerte q̃ ẽt nõ per se subiectæ operationes alteri homini, possunt per accidens fieri subiectæ alteri homini, vt declarauimus. Quum igitur constet, exteriores actus virtutum necessario ad cõe bonum politicum, vel domesticum subiectos esse homini superiori, quoniam, & leges humanæ huiusmodi actus principum, & superiores ad hos cogunt subditos, non sunt a suo subiectionis ordine eximendi, propter accidentia annexa, vt testantur præcepta de actib. fortitudinis exceptionẽ admittunt: q̃n est fortitudinis actib. annexum vitę periculum, vanus est omnis principatus ad præcipiendũ, quæ sunt fortis: vnde nil aliud est dicere, q̃ lex, aut princeps, aut superior non potest præcipere actus, quibus annexum est vitæ periculum, quam exterminare præcepta fortitudinis à potestate humana: quũ fortitudo circa mortis pericula sit, quod absurdum, imo ridiculum est, stet iudicium in his, q̃ sunt per se. Simile quoque facile apparet in actibus religionis: præcipit ecclesiastica ex Missam celebrare non nisi cum sacris vestib. cum altari, cum calice, si fiat exceptio de mortis periculo, sacerdos cõminata sibi morte celebrabit licite in diploide, habens tantum modo panem, & vinum, quis fatuus diceret hæc: Similiter episcopus conferet ordines sacros in diploide sine vllis ceremoniis, sola forma substantiali seruata ob comminatam sibi mortem q̃ est sacrilegium. Ex quibus quilibet sapiens potest percipere, falsum esse fundamentum, quòd humana lex & superior homo non potest pcipere actus virtutum vsq; ad mortis periculũ inclusiue, & q̃d subditi nõ teneantur obedire. Stetur ergo, vt dictũ est, in his, quæ sunt per se, censendo q̃ tam lex, quã superior homo potest præcipere omnes exteriores virtutum actus necessarios ad cõe bonũ illud cuius curam habet, ad quod subditos habet, & subditi tenentur obedire, non obstante quocunq; vitæ periculo annexo. Vnde quia prælatus potest pcipere subditis religiosis ea, quæ sunt ad mutua obsequia, inter quæ non infimum tenet locum cura infirmorum: ideo tenetur subditus obedire ad seruiendum ægris etiã infectis epidimiæ morbo, q̃n hoc periculũ vitæ cõcomitanter se habet ad opus, quod per se præcipitur scilicet seruitium infirmorum. Nec minus tenetur religiosus in his, & similibus obedire quam secularis, suo principi ad prœliandum, vbi est maximum mortis periculum cõcomitans. Et quoniam hoc clarum est, non me extendo amplius, sed ex his constat satisfactum esse primæ rationi in oppositum allatę, & authoritati S. Tho. verificantur siquidem formaliter, & per se: secus autem est quum concomitanter concurrit id quod est naturæ, seu vitæ ad illud, quod per se pręcipi potest.

Ad secundam verò rõnem de charitatis ordine, respõdeꝛ quod charitatis ordo hẽt, ut pro actu virtutis cuilibet exponat uitam suam corporalem, & miles p actu uirtutis. ſ. iustæ defensionis, aut iustæ vltionis, exponit uitam suam periculo, & seruiens infectis pro actu uirtutis. ſ. religiosi obsequii exponit se periculo mortis, & non pro nobis externis, aut corporali salute alterius. Constat autem hos & similes uirtutum actus debitos posse præcipi, nec contra, nec supra charitatis ordinem, sed secundũ charitatis ordinem quantum bonum animæ præstat corporali uita.

Ad tertiã dr̃, quod actus uirtuosi præcepti à iure positiuo relati ad uitæ periculum, non sunt uniformes. Quidam. n. sunt quorũ rectitudo destruit̃ ex uitæ periculo annexo, ut sunt actus abstinentiæ, qui si cũ crimine vitæ fiant, non sunt uirtuosi, q̃n recta abstinentiæ ratio medium sic exigit, ut non subtrahatur necessarium ad uitam, & de his verificatur, quod leges humanæ intelliguntur salua consistentia subiecti. Quidam uero sunt quorum rectitudo constituitur ex periculo uitę, ut actus fortitudinis, qui si discrimen vitæ effugerẽt, in uitium inciderent. Et simile est de reliquis actibus uirtutum necessariis ad cõmune bonum, ut sunt obsequia, officia, ministeria necessaria ad commune bonũ, in quibus est nõnulla fortitudo in sustinendo pericula uitæ superuenientia, sustinetur. n. in tñ eorum rectitudo ex periculo vitę, ut si huiusmodi periculum effugerent in uitium inciderẽt timiditatis, & in huiusmodi non subintelligitur salua consistentia subiecti. Quidã uerò sunt medii respicientes periculum uitæ omnino accidentaliter ut sunt multi religionis actus, puta audire Missam, seruare festa, & huiusmodi. Et horum duplex est differentia. Nam quidam sunt, qui ex supradicto virę periculo & licite omittuntur, & supererogatorie fiunt vt sunt actus prædicandi & corrigendi, qui quandoque (putà non cogente diuini iuris necessitate) possunt propter uitę periculum omittenti licitè, qa est licitum quandoque fugere, possunt & tũc nihilominus supererogare, uolenter predicare & reprehendere, & Ioan. Baptista arguit Herodem, sciebat enim Herodes crimen suum, ita q̃ non necessitatis, sed supererogationis erat Ioann. reprehensio. Quędam uero sunt, quę si fiant propter timorem

mortis: illicite omnino fiunt, vt celebrare Missam, F
absq; sacris vestib. calice, & altari, celebrare scienter coram excõmunicatis nominatim, & reliqua similia, quę si fiant propter timorem mortis, sunt illicita, qui non excusantur a toto, sed a tãto. Et horum omnium vna cõis est ratio, quia legis, & principis est præcipere actus virtutum necessarios ad cõe bonum, vt autem, declaratum est, a virtute recederetur, si mortis periculũ in prædictis exciperet. Ad quartam dicitur, q timor cadens in constantem virum, excusat iuxta prædictã distinctionem, quandoque a toto, vt in his, in quibus omissio, vel commissio ob mortis periculum a rectitudine nõ recedit. Et hoc gratia materiæ humanitatis pietate suffultæ plerunque forte a Iuristis extenditur. Quisquè autem excusat se à tanto coram Deo, quamuis coram humano iudice excuset a toto, vt in prædictis patet, & tunc moriendum est potius viro forti quam incurrere obliquitatem etiã venialem, Romæ die 27. Decembris.

TRACTATVS DECIMVS

De Missæ Sacrificio, & Ritu aduersus Lutheranos, ad Clementem septimum Pontificem Maximum, in sex capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quenam sit operis intentio.*
2 *Conuenientia, & differentia Lutheranorum cum catholicis circa sacrificium.*
3 *Ex institutione Christi Eucharistiam immolari.*
4 *Ex institutione Christi immolari Eucharistiam in remissionem peccatorum.*
5 *Obiectiones ex Epistola ad Hebræos contra sacrificium Missæ.*
6 *Responsio ad obiecta.*

CLEMENTI VII. PONT. MAX. I

Thomas de Vio Caietanus, Cardinalis Sancti Xysti, fœlicitatem.

MAndati olim P. Beatissime, vt tanquam instructor nuntij scriberem respondenda obiectis in libello de Cœna Domini, asserente corpus & sanguinem Christi in Eucharistia esse duntaxat, sicut in signo; oblato autem nuperrime mihi Libello Lutherano etiam de Cœna Domini affirmante in Eucharistia verum Christi corpus, & sanguinem, sed negante sacrificium Missæ. Contra vniuersas etiam schismaticorum Ecclesias, existimaui non esse expectandum mandatum, sed officij mei partes exequi, manifestando rationes errandi in hac noua hæresi. Suscipiat itaque decernendam Apostolatus tui censura lucubratiunculam hanc, & fælix vale.

CAPVT I.

Quę sit intentio.

VNicus magister omnium Dñs Iesus Sadducæos (qui ex sacris libris solos libros Moysi recipiebant) confutando ex libris Moysi, docuit nos, vt aduersus hæreticos abstineamus à testimoniis, quæ non recipiunt: sed sed illis vtamus sacris testibus, quos non refutant. Quocirca aduersus hæreticos, qui Lutherani vocantur, innitentes solis testimoniis sacrarum Scripturarum, scripturus de sacrificio Missæ, ex solis sacris Scripturis disputationem doctrinamque omnem perficere intendo: tum ne glorientur in solido fundari sacratũ Scripturarum fundamento, negationem sacrificij Missæ, tum ne minus docti putent ex ecclesiæ institutione, non Scripturæ authoritate, fulciri sacrificium Missæ: tum vt habeant Lutherani illi, qui ignoranter errant, vnde resipiscant. Vt autem clara fiat apud omnes veritas, primũ in quo conueniunt, & in quo differunt Lutherani à catholicis, deinde quid ex sacris Scripturis de sacrificio Missæ habetur, & demũ Lutheranæ obiectiones discutientur. E

CAPVT II.

Conuenientia & differentia Lutheranorum cum catholicis circa sacrificium Missę. G

COnsentiunt Lutherani Missam posse sacrificium memoriale appellari, ea ratione, qua in memoriam sacrificij oblati in cruce verum corpus Christi, cum vero sanguine Christi cõsecratur, veneratur, & sumitur, dicẽte Dño, Hoc facite in mei commemorationem. Negant aũt duo. Alterũ est, offerri corpus, vel sanguinem Christi Deo: quãuis enim affirmẽt in altari esse verum Christi corpus, negant tñ illud verum Christi corpus offerri Deo. Alterum est, esse in altari hostiam, seu sacrificium pro expiatione peccatorum, siue pro viuis, siue pro defunctis. Et fundant vtrunque super doctrinã epistolæ ad Hebręos vbi clare vnica oblatio corporis Christi in cruce semel facta sufficiens manifestatur pro peccatis totius mundi. Et propterea inferunt, quod quãuis cultus corporis Christi in memoriam passionis, & mortis Christi fuit institutus à Christo, oblatio tamen corporis Christi tanquam hostiæ pro peccato, est adinuentio humana cõtraria documentis sacræ Scripturæ. H

CAPVT III.

Ex institutione Christi eucharistiam immolari.

CAtholici autem agnoscimus in sacris literis scriptam esse institutionem immolationis eucharistiæ. Euangelistæ enim (specialiter Luc. ca. 22. specialiusque Paulus ad Corinth. 11.) tradunt post multas actiones Domini Iesu in cœna, eum mandasse, Hoc facite in mei commemorationem. Quę quia verba sunt Iesu Christi, libranda valde sunt tum pronomen, Hoc, tum verbum Facite, tum, In mei commemorationem. I

Ad intelligendum itaque demonstratũ per pronomen, Hoc, inspicienda sunt, quæ præmittuntur. Præmittitur aũt, quod Iesus accepit panem, gratias agit, fregit, dedit, dixit, Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur, vel sm Lucam, datur, Statimque subiunxit. Hoc facite in mei commemorationem, Pronomen itaque: Hoc quum non arctetur ad demonstrandum aliquod præmissorum, & ad aliquod premissorum nõ demonstrandum, consequens est vt demonstret vniuersitatem præmissorum. K

Verbum, Facite, multa fert mysteria. Nam non dicit, hoc dicite, sed, hoc facite, vt significaretur, quod id, quod mandat, non cõsistit in dicere, sed in facere, quodque dicere hic interueniens, non propter dicere, sed propter facere est, vt intelligeremus, quòd verba consecrationis sunt verba efficientia illud, quod significant. Et adiungendo. In mei commemorationem, distinguit facere à commemorare, vt significantius non dixerit, hoc commemorate, sed hoc facite in commemorationem mei. Mandat itaq; Dominus Iesus hoc, i. vniuersa præmissa, facere in memoriam sui, Actus ergo faciendi

ciendi hòc, mandatur relatus ad recordationem Domini Iesu.

Ex eo autem, quòd sub facere hoc, comprehenditur non solum facere corpus Christi, sed etiam facere corpus Christi quod frangitur seu datur, p nobis, manifestum est Dominum Iesum mandasse facere corpus meum, quod pro vobis frangitur & datur. Perinde autem est, Quod pro vobis frangitur, & datur, ac si diceretur, Quod pro vobis immolatur: neque enim aliter frangitur aut datur nisi pro quanto in cruce frangitur & datur (hoc est immolatur) pro vobis, facere autem corpus meũ, quod pro vobis immolatur vt sic, perinde est, ac facere corpus meũ, quatenus pro vobis īmolatur.

Vt autem hæc, quæ dicimus, penetres, aduerte q̃ si Dñs Iesus ob veritatem dũtaxat corporis sui significādam adiunxisset, quod pro vobis frangit, seu datur, sat fuisset dicere, quod in persõna mea videtis, seu quodcunque aliud ciusmodi. Sed absit à Dñi Iesu Christi nomine, sermo non formalis, quo adempto, omnis tollitur certitudo sermonis, vagaretur enim per infinita accidentia. Dicendo itaq;, quod pro vobis frangitur, seu datur, formali sermone significat, facite corpus meum, quatenus pro vobis offertur, & hoc ipsum facite in mei commemorationem.

Porro ex eo quod facere hoc in Christi memoriam, plus est quã consecrãdo facere corpus Christi, (quia est etiam facere corpus Christi, quod datur & frangitur pro vobis) & plus est, quam recordari Christi (quia est facere Christi corpus quod datur ac frangitur pro nobis in Christi recordationem) & dari ac frangi pro nobis, est immolari pro nobis (nam dari significat in genere offerri, frangi vero significat in specie modum offerendi, per fractionem, s.) dedit enim semetipsum Deo in cruce fractione manuum, pedum ac lateris pro pro nobis, consequens est quòd mandante Dño Iesu, hoc facite in mei commemorationem, mandatur hoc facite immolatitio modo in mei commemorationem, facere enim corpus Christi, q̃d immolatur, est facere illud immolando, seu per modum immolationis, nam sic duntaxat fit à nobis corpus Christi, quatenus immolatur, nam facto non fit à nobis corpus Christi, quatenus immolatur, nisi vtrunque facto impleatur, videlicet & consecrando facere corpus Christi, & immolãdo facere quod datur, & frangitur nobis adiuncto tertio, videlicet in Iesu Christi memoriam.

Et aduerte prudens lector, facta in cena Dominica, vt perpendas quam quadret institutio institutioni, & factum facto, & immolatio immolationi. Cœna siquidem agni Paschalis, instituta in memoriam eductionis de Aegypto, in facto consistebat immolationis, ita q̃ ipsa cena erat immolatio Paschalis agni. Similiter nanque Dominus Iesus completo sacrificio Paschalis agni, instituit nouum nostrum Pascha seipsum, vt immolatur, dicendo, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur ac frangitur, hoc facite in mei memoriam. Ac si verbo dixisset, quod surrogationis facto dicebat, quemadmodum hactenus in memoriã exitus de Aegypto feciſtis Pascha, ita deinceps hoc facite in meæ immolationis memoriam. Vt ipsa surrogatione noui Paschatis pro veteri loqueret, ac diceret, Pascha illud feciſtis immolando cõi cena, & hoc facite immolando communi mensa in mei commemorationem. Ita quod ex ipsa surrogatione noui Paschatis veteri, significatur, quod dicendo, Hoc facite in mei memoriam, intelligitur de facere immolatitio modo, nam & immolatitio modo fecerant vetus pascha.

Huic autem esse germanum sensum mandati istius, testantur etiam facta recitata à Paulo 1. ad Corinth. 10. Connumerat siquidem Paulus panẽ sanctum, & poculum sanguinis Christi inter immolata suppurat mensam nostram inter altaria, decerni edentes, & bibentes de mensa Domini īter comedentes, & bibentes immolata. Ex quibus clarè patet, tum Apostolos intellexisse mandatũ Christi, hoc facite in mei memoriam, de facere īmolando Eucharistiam, tam Apostolorum tpe Eucharistiam fuisse in Christi ecclesia non solum sacramentum, sed et sacrificium, tum in sacra Scriptura, & non solũ in vsu, ecclesiæ & libris Doctorum, haberi, immolationem corporis & sanguinis Dñi. Verba autem Apostoli sunt hæc: Fugite ab idolorum cultu, vt prudentibus loquor, iudicate vos quod dico. Poculum benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? panis quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est? q̃m vnius panis, vnum corpus, multi sumus: nam omnes ex eodẽ pane participamus. Videte Israelem sm carnem, nonne qui edunt victimas, participes altaris sunt? Quid ergo dico, q̃ simulacrum aliquid sit, aut q̃ simulacris immolatum aliquid sit? sed q̃ q̃ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo, Nolo aũt vos communicantes fieri dæmoniorũ, non potestis poculum Domini bibere, & poculũ dæmoniorum, non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Hæc ille. Ex his enim manifestè patet Apostolorũ inter victimas Israelis, & immolatæ dæmonijs recensere panem, quem frangimus & poculum benedictionis, & inter altare Israelis & mensam dæmoniorum, mẽsam Domini, & intercedentes victimas altaris Israel, & edentes immolata dæmonijs, edentes de mensa Domini, & bibentes de illius poculo, & ex huiusmodi ratione arguere, q̃ non possunt īmolatorum Deo & dæmonibus participes esse. Nisi enim immolata essent Deo panis, & calix Christi, vniuersa Pauli fabrica ex immolatis tam Deo vero ab Israele, quam immolatis dæmonijs a Gentibus surgens rueret. Sed hoc tam clarum est testimonium, quòd panis & calix Christi tpe Pauli immolabantur, vt nostra clarificatione nõ indigeat.

CAPVT IIII.

Ex institutione Christi immolari Eucharistiam in remissionem peccatorum.

ALterum a Lutheranis negatum in Missa, videlicet q̃ sit hostia pro expiatione peccatorum, facile ex eodem Domini Iesu mandato, eadem procedendo via monstratur falsò negari. Nã Matth. 26. Dominus Iesus accepto calice non solum dixit, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundetur, sed adiunxit, In remissionem peccatorum, & subiũxit, Hoc facite in mei recordationem. Sub mandato itaque hoc facite, comprehenditur facere immolando sanguinem Christi in poculo, non solum quatenus effunditur, sed etiam quatenus effunditur pro multis in remissionem peccatorum. Sermo enim formalis significat, q̃ quemadmodum effusio sanguinis in remissionẽ peccatorum est ipsa cruentia hostia pro peccatis nostris, ita facere poculum sanguinis, qui effunditur in remissionem peccatorum vt sic, est immolare poculum sanguinis quatenus effunditur in

remiss-

remissionem peccatorum, quatenus operatur remissionem peccatorum, effundi enim ī remissionem peccatorum est operari remissionem peccatorum, quantum est ex parte sua, quicquid sit de effectu. Non igitur humana est adinuentio, sed intelligentia, & obedientia diuini mandati, tum offerre corpus, & sanguinem Christi sub specie panis & vini in memoriā Domini nostri Iesu Christi, tamen hæc ipsa offerre pro expiatione peccatorum, vt optima legis interpres consuetudo vniuersarum Ecclesiarum, non solum Latinarū, & Græcarum, sed Armenarum, Persarum & reliquarum per orbem diffusarum ab antiquo semper interpretata est.

CAPVT V.

Obiectiones ex Epistola ad Hebræos contra sacrificium Missæ.

ADuersus hæc duo instituta insurgunt Lutherani ex multis dictis in Epistola ab Hebr. cap. 7. vsque ad decimū inclusiuè. Et cōtra quotidianam quidem oblationem eucharistiæ arguunt tripliciter. Primò, ex multitudine sacerdotum. Nā ibidem differentia ponitur inter Christum sacerdotem noui Testamenti, & sacerdotem veteris Testamenti, ꝙ ille est vnicus, istum autē oportet multiplicare, quia ille æternus, iste temporalis: inconueniens ergo est in nouo Testamento affirmare talem hostiam, cui non sat est vnicus sacerdos, Christus: sed oportet succedere, secundum temporum successus sacerdotem sacerdoti succedere: vt oportere videmus in Missæ sacrificio. Secundò, ex repetitione oblationis. Nam ibidem differentia scribitur inter sacrificium veteris Testamenti, & sacrificium noui Testamenti, quod illud repetebatur tū singulis diebus a sacerdotibus simplicibus: tū singulis annis à summo sacerdote: hoc aūt nec quotidie nec quotannis repetitur, sed semel oblatū est: nec inconueniens est ergo, in nouo Testamento sacrificium affirmare, quod oportet sæpe repetere. Tertiò, ex parte rei oblatæ. Nam ibidem differētia inter sacrificium veteris & noui testamenti, ponitur, quod tunc sanguine hircorum, &c. vtebatur sacerdos: nunc aūt per proprium sanguinē semetipsum semel obtulit: inconueniens ergo est, per nos offerri sub specie panis & vini, qui semel sufficientissimè oblatus est Christus à seipso.

Contra hoc verò, videlicet quod Eucharistia sit hostia pro peccatis, arguunt etiam tripliciter. Primò ex repetitione: quia ibidem hostiarum veteris Testamenti infirmitati ad delenda peccata, ascribitur repetitio Hostiæ. Si enim peccata purgassent, desiissent offerri: & ideo noui Testamenti hostia tollens peccata, non repetitur: inconueniens ergo est, in nouo testamento affirmare hostiā pro peccatis, quam oportet repetere: qualis est Missa. Secundò, ex sufficientia sacrificij Christi, quia Christus vnica oblatione semetipsum offerens in Cruce, consummauit omnes accedentes ad eum, &c. iniuria ergo fit sufficiētissimæ Christi hostiæ pro peccatis, totius mundi, addendo hostiam aliam in nouo Testamento pro peccatis. Tertiò, ex parte abolitorum peccatorum: quia (vt ibi dicitur) vbi non restant peccata expianda, non est opus hostia pro peccatis: sed omnia peccata sunt abolita per gratiam noui Testamenti, quod Christi morte firmatum est: non est ergo locus alteri hostiæ pro peccatis in nouo testamento.

CAPVT VI.

Responsio ad obiecta.

FVndamentum Veritatis & intelligendi diuersa sacræ Scripturæ dicta circa noui Testamenti sacrificium ac sacerdotium est vnitas hostiæ, simpliciter & absolute immolatæ semel in cruce ac ipso Christo secundum seipsum, & secundum quid immolatæ quotidie ab eodem per ministros in ecclesia sua. Ita quod in nouo testamento est hostia cruenta, est & hostia incruenta. Hostiam siquidem cruentam agnoscimus Iesus Christū in crucis ara oblatum semel pro peccatis totius mundi: hostiā verò intruentam ognoscimus institutam à Christo, corpus & sanguinem eius sub specie panis & vini: vt citatæ Scripturæ testantur. Verum hostia cruenta & incruenta nō sunt hostiæ duæ, sed hostia vna: quia res quæ est hostia, est vnamet res, nō enim Christi corpus in nostro altari est aliud ab illo Christi corpore, quod oblatum est in cruce nec sanguis Christi ī nostro altari alius est ab illo Christi sanguine, q fusus est in cruce. Modus verò hanc vnam eandemque hostiā immolandi, alter est, qa ille vnicus substantialis ac primæuus immolandi modus, fuit cruētus vt pote in propria specie corporis fractione in cruce sanguinem fundens, iste verò quotidianus externus accessoriusq; modus, est incruentus, vtpote sub specie panis & vini oblatum in cruce Christū, immolatitio modo repræsentans. Quocirca noui Testamenti hostia cruenta & incruenta, vnica est ex parte rei oblatæ, & ex parte modi offerendi, licet sit diuersitas, quia tamen iste modus, scilicet incruente immolate, non est secundum seipsum tāquam disparatus modus immolandi institutus, sed duntaxat vt refertur ad cruentam in cruce hostiam, consequens est apud sapientes, & penetrantes, quod vbi vnum non nisi propter alterum, ibi vnum duntaxat est, cōsequēs inquam est non posse affirmari, proprie loquēdo, duo sacrificia aut duas hostias aut dūas oblationes, immolationes, & quouis nomine appelles esse in nouo Testamento, ex hoc quod est in hostia cruenta Christus in cruce & hostia, incruenta, Christus in altari, sed esse vnicam hostiam semel oblatam in cruce, perseuerantem modo immolatitio quotidiana repetitione ex institutione Christi in Eucharistia. Perseuerātiam aūt hostiæ in cruce oblatæ fingimus in nostro altari, sed ex idētitate rei oblatæ in cruce & in altari habemus, ex eo eñ, ꝙ vnum atque idem Christi corpus est, quod oblatem est in cruce, & illudmet offertur in altari, clare patet, non esse aliam hostiam in altari & in cruce, sed eam, quæ in cruce oblata semel est, perseuerare, alio tamen modo in altari, mediāte Christo, Hoc facite in mei cōmemorationē. Si nanq; iunxeris hæc duo, videlicet, hoc facite, & in mei memoriam, perpendes quod vnum atque idem illud, quod tunc fiebat, facimus in Christi memoriam, quod est illud vnum atque idem quod tunc frangebatur & effundebatur perseuerare sub specie panis & vini in memoriam Christi.

Ex his igitur ad singula obiecta sigillatim diluēda descendendo, dicitur ad primum de vnitate sacerdotis, ꝙ in nouo Testamento vnicus est sacerdos Christus, & ipsemet est sacerdos in nostro altari, nam ministri quoque non in personis proprijs, sed in persona Christi consecrāt corpus & sanguinem Christi, vt testantur verba consecrationis, ac per hoc vices Christi agentes offerunt, non enim dicit sacerdos, Hoc est corpus Christi, sed Hoc est

corpus

corpus meum, faciendo in Christi persona sub spe- A
cie panis, corpus Christi, iuxta mandatum Christi, hoc facite. Et quum infertur, inconueniens eē affir mare hostiam in nouo Testamento, cui non sat est Christus, sed oportet succedere ministros, rñdetur ꝙ aliud est affirmare disparatam hostiam requiren tem successionem sacerdotum, & aliud est affirma re, perseuerantiam hostiæ in cruce oblatæ requiren tem successionem ministrorum. Primum enim de deceret noui Testamenti statum, secundum autem cōsentaneū nouo Testamēto est, vt iugiter vigeat victima vnica illa semel oblata.

Ad secūdum ex parte repetitionis, dicitur, quod in nouo Testamento non reperitur sacrificium seu B
oblatio, sed perseuerat immolatitio modo vnicum sacrificium semel oblatum, & in modo perseueran di interuenit repetitio, non in ipsa re oblata, nec ēt ipse, qui repetitur modus, cōcurrit ad sacrificiū pp se, sed pp oblationem in cruce commemorandam incruente. Huius aūt modi repetitionem non esse contra doctrinam Epistolæ ad Hæb. testantur verba illius, inferentia qđ si repeteretur noui Testamenti sacrificiū, oportuisset Christum sæpe pati. De repetitione igitur sacrificij manifestat se loqui nō de repetitione isti⁹ modi a Domino Iesu Chro instituti.

Ad tertium ex parte rei oblatę, dr ꝙ cum hoc, ꝙ
Christus semel proprium sanguinem sufficientissi C
me & abundantissime fuderit in cruce, quadrat vt pseueret immolatitio modo in Eucharistia illa vnica, ac sufficientissima sanguinis in cruce effusio.

Ad primum autem contra Eucharistiam, quatenus affirmatur hostia pro peccatis dicitur cōceden do, ꝙ ex hostiæ impotentia ad delenda peccata decreta est in legę veteri repetitio eiusdem hostiæ. Et quum infertur, inconueniens esse, in nouo Testamento affirmare hostiam pro peccatis, quam opor tet repetere conceditur totum proprie loquendo: quia nō repetitur in Missa hostia: sed illamet hostia in cruce oblata perseuerans immolatitio modo re colitur in qualibet Missa.

Ad secundum autem dicitur ꝙ absit a fidelium D
mentibus etiam cogitare, ꝙ ad supplendam efficaciam hostiæ in cruce oblatæ celebratur Missa: celebratur.n. tanquam vehiculum remissionis peccatorum per Christum in cruce factæ: ita ꝙ quēadmodum non est alia hostia, ita non aliam affert remissionem peccatorum. Nam quemadmodum Christus per proprium sanguinē penetrauit cęlos perseuerans sacerdos in æternum ad interpellādum pro nobis (vt in eadem Epistola scribitur;) ita perseue rat nobiscū per Eucharistiam immolatitio modo, intercedendo pro nobis. Sicut.n. sufficientia & efficacia summa sacrificij in ara crucis nō excludit perseuerantiam Christi in cœlis in officio interpellandi pro nobis: ita non excludit perseuerantiam eiusdem nobiscum immolatitio modo ad intercedendum pro nobis. Nam quemadmodum continua intercessio Christi pro nobis in cœlo, non derogat vnicę intercessioni mortis Christi: ita nō, imo mul tò minus eidem derogat, perseuerantia Christi immolatitio modo, ad intercedendum pro nobis, vt participes simus remissionis peccatorū in ara crucis facta quādo ista intercessio fit per mysteriū sub specie panis & vini: illa autem in cęlo sit per Chri stum in propria specie, in qua crucifixus est. Si enim derogationi loc⁹ esset, magis derogaret unicæ mor tis intercessioni, vt post mortis intercessionem intercedat Christus sub specie propria, quàm sub spe cie aliena: illud nāque intercedere præ se fert quasi E
supplementū intercedēdi: hoc autem præ se fert ce remoniale intercedēdi modi, nobis valde cōlonū.

Ad tertium dicitur, ꝙ cum grano salis intelligē dum est peccata esse nobis remissa per Christi mor tem, videlicet per Christi mortem applicatam no bis p instituta a Christo sacramenta, in hoc.n. Chri stiani omnes conueninus. Inter sacramenta aūt a Christo instituta supputatur & est sacramētum Eu charistię, institutum ab ipso Christo immolatitio modo, ut declaratum est ex uerbis Christi & Pau li. Et ideo si qui inter Christianos sunt egentes post Baptisma remissione peccatorum, Eucharistiæ ho stia prodesse potest illis ad remissionem peccatorū applicando efficaciam mortis Christi ad illos. non egentibus autem remissione peccatorum, prodest ad vegetationem animę quemadmodum cibus & potus corporeus uegetat corpus, sacramentum.n. eucharistiæ quamuis immolatitio modo institutū sit etiam pro expiatione peccatorum facta per cru cē Christi applicanda colentib. non tamen est insti tutum pp hoc duntaxat, sed p aliis animę bonis.

Cum oīb. igitur scriptis in epistola ad Hebræos stat sacrificium Missæ, ꝙ ecclesia catholica edocta a Christo & Apostolis celebrat. Et hæc sint dicta ex tensione ibidem dictorum admissa ad Eucharistiæ hostiā: noui enim, quòd iuxta genuinum sensum, de sacrificiis cruentis tractat Author illius Epistolę monstrans excellentiam cruenti sacrificii oblati a Christo condendo nouum testamentum relatiue ad sacrificia omnia ueteris Testamenti. Visum siqdem est expedire claritati ueritatis Catholicæ, admittere huiusmodi extensionem, ut nulla ex parte hæsitandi locus relinquatur, ad Dei gloriā. Romæ, die tertio Maii, M D XXXI.

Tractatus de sacrificio Missæ, editi per Reuerendissimum Dominum, Dominum Thomam de Vio Caietanum Cardinalem Sancti Xysti, finis.

TRACTATVS DECIMVS

De fide & operibus aduersus Lutheranos, ad Clementem VII. Pont. Max. in duodecim capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Positio Lutheranorum de fide.*
2 *Primus in præcitatis error, quòd incidit æquiuocatio in nomine fidei.*
3 *Secundus in præcitatis error, quòd dicta credulitas apprehendit remissionem peccatorum.*
4 *Tertius in præcitatis error, quod ante charitatis aduentum remittuntur peccata pœnitentibus.*
5 *Positio Lutheranorum de Operibus.*
6 *Quid & quomodo intelligatur meritum in proposito.*
7 *Humana opera esse meritoria alicuius a Deo.*
8 *Opera uiuorum Christi membrorum esse meritoria uitæ æternæ.*
9 *Modus, quo opera nostra meritoria sunt uitæ æternæ.*
10 *Valor operum existentium in peccato mortali.*
11 *Opera nostra esse satisfactoria pro peccatis.*
12 *Responsio ad obiectiones quarto capite scriptas.*

PRæceptis beatitudinis tuæ, Clemens septime Pontifex Maxime, etsi semp parere fas est, nunc tamen etiam iucūdum mihi est, uenena siquidē Lutherana de fide & ope rib. diffundi et in corda fidelium timens, cupiebā ut iretur obuiam, & non nisi paulo ante beatitudinis tuę mandatū cogitaueram animum ad scribē dum,

dum, tractatum hunc appellere. Suauissima itaq; hæc obedientia venit, vtinam & Christi fidelibus fructuosa, & tuæ beatitudini (cui etiam censura libelli huius incumbit) gratia.

CAPVT I.

Positio Lutheranorum de fide.

MAgnificantes Luthærani Euangelicam doctrinam de æterna salute hominum per fidē Mediatoris Dei & hominum hominis Christi Iesu, docent homines consequi remissionem peccatorum per fidem in Iesum, extendendo nomen fidei ad credulitatem, qua peccator accedens ad sacramētum credit se iustificari ex diuina misericordia, intercedente Iesu Christo. Et vsq; adeò magnipendunt hanc crudelitatem, vt dicant eam assequi remissionem peccatorum ex diuina promissione. Aiunt enim ꝙ nisi homo habeat huiusmodi firmam credulitatē diuini Verbi, iniuriam facit diuino Verbo, minus credendo diuinæ promissioni: si aūt firmiter credit se iustificari, suscipiēdo sacramentum, verè iustificatur, alioquin non esset vera & efficax diuina promissio.

Nonnulli quoque Luthèrani vsque adeò extollunt huiusmodi fidem, vt eā assequi remissionem peccatorū antequā peccator habeat charitatē, doceant, ea ratione quia fides iustificans distinguitur contra legem longo sermone à Paulo Apostolo, charitas autem comprehenditur sub lege, quoniā diligere Deum ex toto corde, &c. est primū & maximum mandatum in lege, vt Dominus in Euangelio dicit Matth. 22. Hæc sunt in quibus consistit neruus doctrinæ Lutheranæ de fide.

CAPVT II.

Primum in prærecitatis error, quòd incidit æquiuocatio in nomine fidei.

FIdei nomen aliud significat cum de illa sacræ literæ tradūt, quod iustificat homines, & aliud significat crædulitatem qua homo credit se iustificari per Christum & sacramenta, nam fides iustificans est quæ significat id quod per eius diffinitionem manifestatur ad Hebr. 11. dicēdo quod fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: sic enim sumpta est vna trium virtutum Theologalium, dicente Paulo. Nunc autem manent fides, spes, & charitas. Et fides in hac significatione sumpta est, quæ est donum Dei, vt dicitur ad Eph. 2. per quā saluamur, & sine qua impossibile est placere Deo, & est qua credimus omnes articulos fidei & quæcunque sunt de necessitate salutis credenda.

Fides aūt significans credulitatem, est quam iste homo credit se iustificari, hic nūc suscipiēdo hoc sacramentum ex merito Christi, multum distat à fide primo modo sumpta. Quod declaratur, tū ex parte rei creditæ, quoniam fidei nō pōt subesse falsum, credulitas aurem ista pōt falli. Et ratio est, qa credulitas ista est de singulari effectu hic, nunc, & in hoc proueniens partim ex fide necessaria ad salutem, & partim ex humana coniectura: pro quanto enim est de merito Christi & sacramenti, imperatur à fide, pro quanto aūt est de effectu hic nūc in seipso ex humana prouenit coniectura. Nā sub fide Chtistiana clauditur, quod quilibet confidens in merito Christi & rite intus & extra suscipiēs sacramentum iustificatur ex diuina gratia, sed non extenditur Christiana fides ad credendum, quod ego nunc sim intus & extra suscipiens rite sacramentum, quemadmodum ex Christiana fide teneor credere in hostia rite consecrata esse verum F Christi corpus, sed Christiana fides non se extēdit ad credendum, quod in hac hostia ab isto nunc in hoc altari celebrāte est corpus Christi: qm̄ hoc potest aliunde esse falsum. Tum quia fides omnium Christianorum est vna, iuxta illud ad Eph. 4. Vnus Dominus, vna fides, perspicuum est aūt quod sub fide quæ est in me, non continetur credere quod ille suscipiens sacramentum nunc hic iustificetur, aut quod in illa hostia est corpus Christi, ergo sub nullius fide credere hūc singularem effectum huius sacramenti in hoc nomine comprehenditur. Ex vnitate ergo fidei apparet secūdo diuersitas dictæ credulitatis à fide. Et propterea primus in hac re Lutheranorū error est, quod ea quæ attribuuntur in sacra Scriptura fidei, attribuunt huic credulitati: semper em̄ cū hanc docent credulitatem textus sacræ Scripturæ citant, tractantes de fide, puta, iustificati ex fide, pacem habemus ad Deū, & fide purificans corda eorū, & infinitos similes textus.

G

CAPVT III.

Secundum in prærecitatis error, quod dicta credulitas apprehendit remissionem peccatorum.

QVod autem dicunt, ꝙ huiusmodi credulitas assequitur remissionē peccatorum, pōt & bene & male dici & intelligi. Nam si dicatur & intelligatur, ꝙ hæc credulitas formata fide & charitate assequitur veniam peccatorum, verum est: si autem secluditur charitatis formatio, falsum est, quoniam, vt August. dicit 15. de Trinit. cap. 18. nullum est isto Dei dono excellentius, solū est quod diuidit inter filios regni æterni & filios perditionis æternæ.

H

Et scio, ꝙ hæc credulitas communis est omnibus deuote accedentibus ad sacramenta, nā qlibet deuote accedēs ad quodcūq; sacramētū credit suscipiēdo illud se iustificari ex merito passionis & mortis Xpi, alioquin nō accederet. Sed nō est par in omnibus ista credulitas: vnus enim magis credit se iustificari, quam alter, & regulariter cū hæsitatione de oppolito inest deuotis mentibus ista credulitas, quia nulla Scripturæ authoritate, nullo Ecclesiæ documento docemur, oportere nos huiusmodi credulitatem habere absque hæsitatione aliqua. Ratio autem hæsitandi est, quia cōiter nullus scit, an ex parte sui impedimētum aliquod inueniatur suscipiendi donum remissionis peccatorū, nullus regulariter scit an ipse desit gratiæ Dei: & propterea sic hæsitans, nullam iniuriā infert diuinæ promissioni, qm̄ nō hæsitat ex parte Dei, nō hæsitat ex parte meriti Christi, non hæsitat ex parte sacramenti, sed hæsitat ex parte sui: scriptum est enim, delicta quis intelligit? Testatur quoque hāc communem hæsitationem de effectu singulari diuinæ misericordiæ (hoc est remissionis peccatorū istius viri nunc deuote conuersi ad Deum) Ioel Propheta. cap. 2. nam de ijs qui conuertendi erant ad Deū ex toto corde, in ieiunio, fletu, & planctu, citata diuinæ misericordiæ excellentia super peccata, subiungit, Quis scit si conuertat Deus & ignoscat? Neminem ergo eorum, qui conuertebantur, certum esse, sed quemlibet sub hæsitatione esse, an ignosceret Deus illi, manifestat.

I

K

Et confirmatur, quia credulitatis hæsitatio non rōnabiliter tollitur nisi aliqua ex triū causarum, vi delicet vel diuina reuelatione. quæ in ꝓposito nō habet locum, quia quamuis Deus reuelauerit, ꝙ omnes, qui rite intus & extra confidunt se cōsequi remissionem peccatorū per meritum Christi, consequuntur illam, nō tū reuelauit, ꝙ iste nunc rite con-

conuertitur intus & extra: hic enim effectus particularis non comprehenditur sub reuelatione, cui innititur fides Christiana. Vel ex sufficientia testimoniorū conuincētium ad aliquod singulare credendū, sicut sufficientia testimonia cōuincūt eū, qui nunquam egressus esse è Roma, ad credendū, ꝙ inueniatur in ſu la Calicut, seu Taprobane, clarū est. n. in credulitate, quia iste credit se iustificari nō intēruenire testimonia cōuincentia intellectū ad credendū hunc effectū nunc in seipso. Vel ex qualitate testiū, puta quia sunt oī exceptioni maiores, iuxta quod dixit Apostolus ad Romanos octauo, ꝙ Spiritus sanctus cōtestatur spiritui nr̄o ꝙ sumus filij Dei, Nā hæc cōtestatio ꝓsuponit remissionem peccatorū factā, quia ꝓsuponit illū, de quo testantur esse filiū Dei, vt clare ipsa litera sonat: credulitas aūt ista, quā Lutherani ponunt, nō præsuppon̄it remissionē peccatorū in illo, sed apprehendit illā, vt p̄cedens apprehendit quod sequitur. Voluntariū igitur dogma est, dicere ꝙ huiusmodi credulitas in verbo Christi, in merito passionis eius, &c. operet infallibiliter remissionē peccatorū. Et ideo à Leone 10. inter dānatos Lutherani articulos annumerati sunt articuli dicentes, Peccata non sunt vlli remissa, nisi remittēte sacerdote, credat sibi remitti, imò peccatū maneret, nisi remissum crederet, nō eī sufficit remissio peccati, & gratiæ donatio, sed oportet ēt credere esse remissū, Nullo modo cōfidas absolui ꝓp tuam contritionem, sed ꝓp verbum Christi, Quodcunque solueris, &c. hic inquam cōfide si sacerdotis obtinueris absolutionē, & credere fortiter te absolutum, & absolutus vere eris, quicquid sit de contritione, si per impossibile confessus non esset contritus, aut sacerdos non serio, sed ioco absolueret: si tamen credat se absolutum, verissimè est absolutus.

CAPVT IIII.

Tertius in prærecitatis error, quòd ante charitatis aduentum remittentur peccata pœnitentibus.

INtolerabilius aūt est dimitti peccata ante charitatem infusam illi, cui dimittuntur peccata: qđ sic clarissimè conuincitur. Impossibile est ex inimico reddi amicum sine amicitia, cum amicus sine amicitia nec intelligibilis sit, quemadmodum nec albus sine albedine intelligibilis est. Sed cū homo ex iniusto fit iustus per Christū, fit ex inimico Dei amicus Dei, dicente Apostolo Ad Ro. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: recōciliatio enim amicum reddit reconciliatū. Ergo peccatorē iustificari sine amica Dei, nec est possibile, nec intelligibile: charitas aūt est ipsa amicitia inter hominē, & Deū: est enim amor amicitiæ hominis ad Deum, & econtra, iuxta illud, Deus charitas est: & qui manet in charitate; in Deo manet, & Deus in illo: & ibidem (. s. primę Ioannis 4.) Diligimus Deū, quia ipse prior dilexit nos. In mutuo enim amore cōsistit amicitia: ergo per charitatem formaliter fit remissio peccatorū. Ita ꝙ vna atque eadem res est, quæ vocatur iustitia fidei, & charitas: sed iustia fidei vocatur, quatenus ea homo est, iustus apud Deum, ꝑm rōnes diuinarum rerum atque actionū, quas credimus, appetitu sensibili debite subdito voluntati, & voluntate rectæ rōni & recta rōne Deo secundum rōnes eorum, quæ de eo, ac cœlesti patria fide tenemus. Nominatur verò charitas, quatenus est amor amicitię ad Deum, communicātem nobis ciuitatem cœlestis patriæ iuxta illud ad Phil. 3. Nostra aūt politia in cœlis est: & ad Eph. 2. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum, & domestici Dei. & Cantic. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi.

Et hæc sola ratio, quia conuinc̄it intellectū, sufficit, fulta nihilominus authoritate Christi, Petri, Ioānis & Pauli est: isti enim oēs attribuunt remissionem peccatorū fidei, & charitati simul. Et Xp̄s quidē in Luc. 7. peccatrici dixit, Fides tua te saluā fecit: & de eadē dixit, Dimittuntur ei peccata multa: qm̄ dilexit multū. In quibus verbis dilectionē esse proximam causam remissionis peccatorū testatur coniunctio, quoniam, dum dr̄, Quoniam dilexit: fides. n. inchoatiue, charitas autem completiue est causa remissionis peccatorum. Petrus Apostolus Actuum decimo ait, Huic omnes Prophetę testimonium perhibent remissionē peccatorum accipere omnes, qui credunt in noīe eius: & in primæ suæ Epistolæ capitulo quarto ait, Charitas operit multitudinē peccatorum. Ioannes similiter Apostolus in prima sua Epistola capitulo quinto ait, Omnis qui credit, ꝙ Iesus est Christus, ex Deo natus est, & in capitulo tertio dicit, Nos scimus, ꝙ translati sumus de morte ad vitam, qm̄ diligimus fratres: qui nō diligit, manet in morte. Nec obstat si dicatur, quod ad literam Ioannes loquitur de dilectione proximi, qm̄ perspicuum est vnam atque eandem esse charitatem, qua diligimus Deum ꝓp seipsum, & proximum ꝓp Deum, vt habetur primæ Ioan. 4. & de tali duntaxat fratrum dilectione verificatur translatio de morte ad vitam.

Paulus demum Apostolus ad Ro 5. ait. Iustificati ex fide, pacem habemus ad Deum. Et 1. ad Cor. 13. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem non habuero, nihil sum; in esse spirituali, quo constituimur filij Dei. Et ad Galatas quinto, Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides, quæ per dilectionē operatur. Vbi clare non fidei qualicunque, sed per dilectionem operāti attribuit valere in Xp̄o. Perspicuū est igitur, verissimam esse communem ecclesiæ doctrinam, ꝙ nō per fidem informem, sed per fidem formatam charitate fit remissio peccatorum. Ita ꝙ authoritates authenticæ sonantes, iustificari nos per fidem, intelligūtur ad litc̄ā de fide formata, amicitia diuina, q̄ vocamus charitatē.

Ad obiectionem autē in oppositū (ex eo ꝙ fides distinguitur contra legē, & dilectio cōprehenditur sub lege) rn̄detur ꝙ Legis nomen aliter sumitur à Christo, cum dr̄, ꝙ hoc est primum & maximum mandatum in Lege: & aliter sumitur, cū fides distinguitur ab Apostolo contra legem. Nā Christus vtitur Legis nomine, vt comprehendit oīa mandata diuina, scripta in libris Moysi. Apostolus aūt vtit̄ Legis noīe arctius, vt distiñguitur in præcepta moralia, cerimonialia, & iudicialia.

Nec ego fingo hanc dilectionem, sed ex Scriptura ipsa sacra sic habeo, vt ēt aduersarios oporteat eis assentire. Quòd enim Christus vtatur sic large Legis nomine, ex eo conuincitur, ꝙ in eodem tex. Deut. 6. vnde citatur præceptum de dilectione Dei, immediate ante ponitur præceptum fidei, dicēdo, Audi Israel, Iehouah Eloenoster, Iehouah vnus: sub eodē ergo cōtextu legis ponūtur, præceptum fidei, vt credatur Deus vnus dūtaxat, & præceptū dilectionis eiusdem Dei, vt intelligamus, ꝙ nō magis sub lege claudit̄ præceptū charitatis, q̄ p̄ceptū fidei, loquēdo de lege largo vocabulo: vt hinc etiā clare pateat, ꝙ quemadmodū fides distinguit̄ contra legem ad Apostolo, charitas quoque pariter distingui cointelligitur cōtra eandē legē. Loqui aūt

Aposto-

Apostolum de lege, seclusis ijs q̃ sunt fidei & charitatis, patet ex eo q̃ appellat eã legẽ factorũ, & dicit eam seruari naturaliter ab Ethnicis: ait enim ad Rom. 2. Gentes quæ legẽ non habent, naturaliter ea q̃ legis sunt, faciunt: certũ est enim, q̃ nõ faciũt naturaliter ea quæ charitatis sunt. Aequiuoce igit̃ vtitur obiectio hæc legis nomine, & propterea nihil valet: dilectio enim dei clauditur sub lege factorum, contra quam distinguitur fides, sed sub eadẽ lege, sub qua clauditur fides vt patet Deuter. 6. vbi simul dãtur præcepta fidei, & dilectionis Dei. Ad alia autem à Lutheranis obiecta, patet ex dictis responsio. Et hæc de fide sufficiant.

CAPVT V.

Positio Lutheranorum de operibus.

DOcent Lutherani opera nr̃a non esse meritoria gr̃æ, nec vitæ æternæ, nec esse satisfactoria pro peccatis, eo q̃ sufficiẽtissimè Xp̃s meruit nobis gr̃am remissionis peccatorũ, & vitã æternã, & sufficientissimè satisfecit pro oĩbus: & proinde nefas esse attribuere operibus nr̃is esse meritoria gratiæ (seu remissionis peccatorũ) aut vitæ æternæ, & esse satisfactoria pro peccatis nostris. Nã hoc redundat in opprobriũ Christi, q̃uquidẽ qd̃ est propriũ Xp̃i attribuere nobis blasphemia est: q̃ detraheret merito ac satisfactioni Xp̃i, vt pote insufficiẽtibus, si opus eẽt meritis & satisfactionib⁹ nr̃is.

Fulciuntur aũt hæc multis sacræ Scripturæ authoritatibus, Et in primis, q̃ nõ mereamur per nostra opera remissionẽ peccatorũ, probatur ex eo, q̃ Paulus ad Ro. & ad Gal. pbat nos, iustificari nõ ex operib⁹, sed ex fide, iuxta illud Abacuc. 2. Iustus ex fide vũit: & ad Titum scribit, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit: & ad Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur.

Quòd verò per opera nõ mereamur vitam æternam, sed per Dei donũ, scribitur ad Ro. 6. Stipendia peccati mors, donum aũt Dei, vita æterna. Ad idem quoq; & ad probandum simul, q̃ opera nostra, quantumcunque iusti simus non sint satisfactoria p⁹ peccatis, affertur illud Luc. 17. Cũ feceritis oĩa quæ p̃cepero vobis, dicite quod debuimus fecimus, serui inutiles sumus. Si enim faciẽtes omnia præcepta Christi sunt serui inutiles, ergo non merentur mercedem: ergo multo magis q̃ nõ seruauerunt omnia præcepta, sed egent satisfactione pro peccatis, sunt inutiles ad satisfaciendum.

Authoritates autem, quibus manifestatur sufficientia meriti, & satisfactionis Christi pro nobis, omittendas duxi: quia de hoc nulla est quæstio.

Docent igitur Lutherani opera bona esse faciẽda, quia sunt præcepta à Deo: quia sunt fructus fidei iustificantis, & non vt sint meritoria q̃ eternę vitę, aut satisfactoria pro peccatis.

CAPVT VI.

Quid quomodo intelligatur meritum in proposito.

ANtequam declaretur, opera nostra eẽ, vel nõ esse meritoria, prælibandũ est summarie qd Meritum significet, & qualiter à Theologis intelligatur in operibus nostris in proposito. Meritum appellatur voluntarium opus siue internum, siue externum, cui iure debetur merces, seu præmium, dicente Apostolo ad Ro. 4. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Et propterea ad meritum concurrunt quatuor, videlicet persona quę mereť, & operatio volũtaria quę est ipsum meritum, & merces debita merito, & persona reddẽs mercedẽ: frustra enim quis mereretur, nisi mereret ab aliqua persona reddẽdam sibi mercedẽ. Et q̃m de nostro merito apud Deũ est qõ oportet declarare qũo verificatur, homines mereri à Deo mercedẽ suĩ operis, difficile eñ apparet, q̃ operi nostro iure reddatur merces à Deo, quoniam inter nos & Deũ nõ est ius simpliciter & absolute, iuxta illud, Non intres in iudiciũ cum seruo tuo Domine, sed est ius s̃m quid, multo minus quàm ius filij ad patrem, & serui ad dominum, quanto minores sumus nos relati ad Deũ, homine seruo relato ad hominẽ dominum eius, & filio relato ad carnalem patrem, qui genuit eum. Et propterea si pro quia, vt scribitur in 5. Ethic. inter seruum & dominum inter patrẽ, & filium nõ est ius simpliciter & absolute, sed ius secundum quid, multo minus est ius inter nos & Deũ. Ex hoc nanque, q̃ quicquid est seruus est domini sui & filius nõ potest æquialens reddere patri, negatur inter dominum & seruum inter patrẽ & filium ius simpliciter & absolute. Multo autem magis quicquid est homo, est Dei, & multo minus potest homo Deo reddere æquialens. Nõ potest igitur homo mereri aliqd à Deo sic q̃ iure debeatur homini, nisi iure tam attenuato, vt sit lõge minus quam ius domini ad seruum & filij ad patrẽ. Nec hoc tam attenuatum ius inuenitur inter hominem & Deum absolute (q̃m absolute loquendo minus bona operatio voluntaria hominis debetur Deo, & quãto potioribus & pluribus bonis operibus internis, vel externis pollet hõ, tanto plus Deo debet, quia ipse Deus operat̃ in nobjs & velle & perficere & oĩa opera nostra) sed hoc attentum ius est inter hominẽ & Deũ ex diuina ordinatione, quia Deus ordinauit opa nostra ad hoc vt sint meritoria a Deo. Quod probatur ex eo, q̃ quãdo homò meretur aliquid a Deo, Deus nõ fit nec est debitor homini, sed sibijpsi Deo, si eñ hoc attenuatũ ius esset inter hominẽ absolute, & Deum, Deus deberet hõi mercedẽ quam meruit, sed perspicuum est Deum nulli debere dicente Paulo ad Ro. 12. quis ante dedit illi, & retribuet̃ ei? Sibi ergo ipsi duntaxat Deus debet, vt adimpleat voluntatẽ suã qua cõtulit humano operi esse meritoriũ reddendo hõi mercedem operis. Et hæc sunt vera & indubitata simpliciter & absolute loquẽdo, secus aũt est præsuppositа conuentione facta inter Deũ & hominem de aliquo: nam quemadmodũ inter homines si Dñs pactum aliquod cum seruo suo facit, nascitur inde ius inter seruum & dñm: ita si Deus dignatur pactum facere cũ hõie, nascitur ius inter hominem & Deum quo ad illud de quo pactum est. Sæpe enim legimus in ueteri Testamento, Deũ dignatum esse paciscí cum hõibus. Genesis enim 9. scribitur pactum Dei de nõ futuro amplius vniuersali diluuio. & Genesis 15. fœdus iniit Deus cum Abrahã de terra Chanaan danda semini eius, & Gen. 17. fœdus circũcisionis scribitur, & Exod. 24. Moyses dicit, Hic est sanguis fœderis, &c. Hier. quoq; 31. de fœdere nouę legis ac veteris Dº manifeste loquit. In nouo aũt Testamento Saluator noster manifestat Deum sub specie patrisfamilias conducentis operarios ad vineã cõuenisse cũ operarijs de mercede diurna, vt patet Matth. 20. cõuentione ingt, facta de denario diurno, misit illos in vineã, & rursus, Nonne pacto cõuenisti mecũ? Ex his enim manifestum sit, q̃ rõ meriti etiam iure põt inuenirí in operibus nostris relatis ad primum, de quo conuentio facta est cum Deo.

Verun-

Veruntamen scito quòd quantuncumq; interuenier punctum de præmio inter Deum & hominem: nunquã tũ Deus fit aut est debitor nobis, sed fit & est debitor sibiipsi. ita ꝙ præsuppositа cõuentione debetur quidem operibus nostris p̃miũ de quo conuentio facta est: sed Deus nõ propterea fit illius præmij debitor nobis, sed voluntati suæ prior qua dignatus est pacisci nobiscũ: & ppea verissime profitemur, ꝙ Deꝰ nulli debet nisi ipsi. Duplex itaq; rõ meriti põt inueniri in operibus nostris relatiue ad Deũ (vel fm ius attentatũ, vel secundũ fœderis) & nunquã Deus debet nobis. Et hæc sint præliba ta, vt intelligant omnes voces proprias, cũ loquuntur de meritis nostris apud Deum.

A

B

CAPVT VII.

Humana opera esse meritoria alicuius à Deo:

Reuelauit nobis Deus in sacris literis humana opera mereri apud Deum aliquid. Et ne occupemur in exponẽdis singulis sacræ scripturæ locis de hoc scito, ꝙ vbicunq; promittit Deus homini meredem ibidem cointelligitur meritũ: eo qđ merces & meritũ, correlatiua sunt, meritum enim est mercedis meritum, & merces est meriti merces, & propterea absque alia declaratione cum leges in sacra Scriptura Deum promittere mercedẽ homini, cointellige meritum hominis respectu illius mercedis à Deo reddendæ. Perspicuũ est autẽ in vtroque testamento promittere Deum mercedem homini. nam Gen. 5. dicit Deus ad Abrahã, Ero merces tua multa valde. & Isa. 40. dicitur, Ecce Dominus veniet, ecce merces, eius cũ eo. & Ezec. 29 scribitur. Filij hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitũ suũ seruitute magna aduersus Tyrũ: & merces nõ est reddita ei, &c. & subiungit Deus, & erit merces exercitui eius terra Aegypto. Matth. quoq; 20. dicit Deus, Voca operarios & redde illis mercedem Apoc. quoq; 22. dicit Deus, Ecce, venio citò. & merces mea mecum est, vt reddam vnicuique secundum opera illius. Ex his enim clare patet nõ solum opera Sanctorum esse meritoria alicuius boni a Deo, sed etiam operainiquorum, imo & Ethnicorũ, rex enim Babylonis & exercitus eius Ethnici erãt, nec ex intẽtione seruiendi Deo obsederant Tyrũ, & tũ testatur Deus meruisse mercedẽ, & decernere, quod Aegyptum dabit illis in mercedem, vt intelligamus tam benignã esse bonitatem diuinã, vt etiam ordinando humana bella in suum plius Dei seruitutem, gaudeat se conferre actionibus quãuis iniquis, ꝙ sint meritoriæ ab ipso Deo alicuius boni. Hinc em̃ documentum magnum habemus, quòd multo propensior est Deus ad conferendum bonis actionibus hominum, quòd sint meritoriæ alicuius mercedis a Deo.

C

D

CAPVT VIII.

Opera viuorum, Christi membrorum esse meritoria vitæ ęternę.

Concedunt multi humana opera esse meritoria apud Deum aliquorum bonorũ, sed non vitæ æternæ. & propterea monstrandum supereſt in specie, quod opera viuorũ Christi mẽbrorũ sũt meritoria æternæ vitæ. Saluator noster Matth. 5. Gaudete, inquit, & exultate, qa merces vestra multa est in cœlis. perspicuum est enim, ꝙ in mercede cœlesti eorum, qui patiuntur propter Christum, primum tenet locum beatitudo, quæ vocatur vita æterna. Matth. quoque 20. describẽdo mercedem datã operarijs dicit̃, ꝙ acceperunt denariũ, perspicuum est autem quòd communis merces omnibus operarijs in vinea Domini, est vita æterna. Paulus quoq; 2. ad Tim. 4. scribit. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi. Dominus iustus iudex perspicuũ est enim, ꝙ corona Pauli per se primò claudit beatitudinem: & nisi merces esset debita præmissis operibus, nequaquã verificaretur, ꝙ quatenus iudex Dominus reddet illi coronam: manifestè n. vitam æternam sibi iure deberi propter relata opera docet. Idem quoque manifestat Dominus Matth. 25. describendo ꝙ cum iudicabit mundum, propter opera misericordiæ dabit vitam æteruam. Esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. cõcluditur enim. Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti verò in vitam æternam. Quod enim à iudice datur ex diuersitate operum secundum quòd opera merentur, datur: alioquin afferret nõ causam pro causa. Ex his. n. manifestum est nonnullorum hominũ opera meritoria esse æternæ uitæ secundum sacras Scripturas. Et quod plus est, ex Matth. 20. habetur, operarios mereri illam ex conuentione. nam Origenes, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, & Chrisostomus denarium omnibus datum exponunt beatitudinem communem Beatis.

E

CAPVT IX.

Modus quo opera nostra meritoria sunt æterna vitæ.

Tradũt Theologi opera nostra esse meritoria æternæ vitæ, eo ꝙ à charitate, à gratia gratum faciente, à spiritu sancto habitante in nobis procedunt, & docent ꝙ quamuis opera humana na, quatenus procedunt ex libero arbitrio, non sint meritoria æternæ uitæ (nisi ex quadam cõgruitate, qua congruit homini rectè utenti libero arbitrio in iis quæ Dei sunt, Deum largiri secundum affluentiã suæ gratiæ) quatenus tamẽ sunt à Spiritu sancto habitante in homine per gratiam & charitatem, sunt meritoria æternæ uitæ. Tum quia gratia, seu charitas est tanquam semen Dei. 1. Io. 3. cuius uis se extẽdit ad producendum fructum: ita ꝙ quemadmodũ actioni seminis debetur naturali iure fructus, ita diuinæ gratiæ in anima, actionibus debetur fructus æternæ uitæ. Tum quia diuina gratia ut dominus dicit Ioan. 4. fit in homine habente illam foris aquæ salientis in uitam æternam, vbi clare patet efficacia gratię in nobis ad ascendendum in uitam æternam. Et dicendo ꝙ gratia data, fit in hoĩe fons aquæ ascendentis in uitam æternam docet, ꝙ mediãte operatione ascẽdit in uitã æternã nam qđ fit in me post acceptam gratiam me cooperante fit. Tum præcipuè, quia uis Spiritus sancti habitantis in homine non est impar ad acquirendam æternã uitam & ad efficiendum quòd operibus eius in nobis debeatur æterna uita.

Clarior autẽ ac persuasibilior modus huiusmodi meriti est aperiendo, ꝙ meritũ uitę æternæ non tã actio nostra, quam actio Christi capitis in nobis & per nos: supponẽdum est enim cum Apostolo ad Ro. 12. ad Eph. 4. & ad Col. 2. homines in gratia cõstitutos, esse Christi capitis mẽbra uiua. Ita ꝙ Christus caput cũ hominibus uiuis eius membris non est ficut unum corpus politicum (quale est corpus ciuium Reip. bene gubernatæ) sed constituit unum corpus, quemadmodum est unum corpus naturale, quia Christus caput Spiritu suo uiuificat membra sua, & per iuncturas, annexus spirituales unit membra corporis, ut clarè patet ex uerbis Pauli. Huic autem præsuppositо adiunge, ꝙ ẽt S. Scriptura tradit, uidelicet & passiones & actiones

nes viuorum Christi membrorum esse passiones & actiones Christi capitis. Et de passionibus quidē testatur ipse Christus act. 6. Saule, Saule, quid me persequeris, cum tamen ille persequeretur mēbra eius. Et Paulus ad Gal. 4. reuocat ad memoriā Galatarum, q̄ Christus crucifixus fuit in eis, procul dubio in cruciatibus eorū pro Christo perpessis. De actionib. verò testatur Paulus, scribens Corinthijs in 13. c. 2. cūdæ Epistolæ. An experimentū quæritis eius, qui in me loquitur Christus, & vniuersaliter dicit ad Gal. 2. Viuo ego iā nō ego, viuit autem in me Christus: ieiuno ego, iā non ego, ieiunat aūt in me Christus. Ex quibus habetur, q̄ verissimè dicere possum, mereor ego, iā nō ego, meretur autē in me Christus: ieiuno ego, iam nō ego, ieiunat aūt in me Christus & sic de alijs operationib. volūtarijs, quas Christi mēbra vera exercēt propter Deū. Et isto modo meritū æternæ vitæ tam attribuitur operibus nostris quam operibus Christi capitis in nobis, & per nos. Ita q̄ hinc discernitur inter meritū ęternę vitę, q̄ in infantibus baptizatis debet ęterna vita merito duntaxat Christi, illo, quod meruit Christus in hac vita mortali degens, patiēs, & moriens: adultis autē proficientibus in gratia debetur ęterna vita dupliciter: primò ex iure meriti Christi quod in propria persona meruit: postea ex iure meriti Christi, quod Christus caput in adulto, & per adultū imperando meretur. Conuenit autē diuinę liberalitati, vt vtroq; modo cōmunicet meritum æternę vitæ adultis Dei filijs: nā vt dicitur ad Ro. 8. prædiffiniuit eos conformes imagini filij sui. Conformiores autem sunt Christo habentes meritum vitæ ęternę vtroq; modo, quàm primo tantum: nā ipsi Christo duplici iure debita fuit sua gloria, primò iuræ gratiæ vnionis personalis, qua Verbum caro factū est, & hoc ius cōuenit Christo sine eius merito. Deinde eadē gloria debita fuit Christo per meritū obediētiæ eius vsq; ad mortē, dicēte Paulo ad Philip. 2. Factus obediēs vsq; ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illū, &c. Xp̄o igit̄ duplici iure habenti gloriā, cōformiores reddimus duplici quoq; iure acqrētes, & non vitam ęternam, videlicet & sine nostro merito per Christi in propria persona meritum, & cum nostro merito per Christi capitis in nobis, & per nos meritum. Et quemadmodū ad Christi excellentiam pertinet, quod etiā proprio merito acquisierit immortalem corporis vitā, & gloriā sui nominis, &c. ita ad dignitatē mēbri Christi pertinet, vt cooperetur capiti suo ad acquirendam æternam vitam. Omnium enim diuinissimū est, inquit Dion. cap. 3. cæle. Hierarch. Dei cooperatorem fieri. Et hinc quoq; habes non esse superfluum nostrū mereri vitam æternam, quoniā est reddere vitā æternam esse nobis debitam alio modo, seu altero iure, quemadmodum Christus meruit suā exaltatiōnē, reddendo sibi eam altero iure debitam. Ad obiecta autem in oppositum postea respondebitur.

F G H I K

CAPVT X.

Valor operum existentium in peccato mortali.

QVamuis cōueniamus in hoc, q̄ opera existētium in peccato mortali non sunt meritoria æternæ vitæ, nec sunt meritoria remissionis peccatorum, multum tamen esse vtilia homini subiecto peccato mortali, bona opera eorum ad remissionē peccatorum consequendam sacra tradit Scriptura: nam etsi non habent vim meritoriam remissionis peccatorum, habent tamen vim impetrandi remissionem peccatorum. ita quod per modum suppli-

cationis multum valent ad consequendum remissionem peccatorum à diuina largitate. Et quidem q̄ oratio multum vtilis sit ad remissionem peccatorum consequendam, ttstatur Saluator, Luc. 18. in ducens Publicanum orantem, Deus propitius esto mihi peccatori: sic enim consequutus est veniam. De ieiunio vero testatur Ioel in persona Dei, Conuertimini, inquit, ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu: ibi enim subiungitur, Quis sit si cōuertatur Dominus, & ignoscat. De eleemosyna quoque testatur Daniel capitulo quarto, consulens Nabuchodonosor regi, Peccata tua elemosynis redime; & ad Hebræos decimotertio scribitur, Beneficētię, & cōionis ne obliuiscamini, talib. enim hostijs cōciliat̄ Deus. Et idē est iudiciū de peregrinatiōib. afflictionib. p̄tinētijs. & id gen⁹ reliqs.

Supra hanc autem vim simplicem, tradit sacra Scriptura maiorem quandam vim impetrandi in obseruatione uniuersorum mādatorū Dei. Ezec. enim 18. docemur, quòd cōuersio impij ad faciēda mandata Legis terminatur ad remissionem peccatorum dū dr̄, Et dixistis, non est æqua via Domini, audite ergo domus Israel, nunquid via mea nō est æqua? Nonne viæ vestrę nō sunt æquę? cū enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniqtatē, morietur in ea iniquitate quam operatus est: & cū auerterit se impius impietate sua, quā operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animam suam viuificabit: considerans enim & auertens se ab hominibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet, & non morietur. Quę verba testatur, quod in hoc consistit viarum Dei æquitas, vt sicut iusti auersio à iustitia ad opera iniqua terminatur ad mortem animę, ita impij conuersio ad opera bona terminatur ad animę vitam: reuelatur enim Prophetę, quòd tam accepta est Deo conuersio peccatoris quo ad opera (hoc est, ab operib⁹ malis ad opera bona propter Deum) vt Deus non recordetur omnium iniquitatum prę̄teritarum quod est dare remissionem peccatorum, & vitam gratię.

Ampliorem quoq; impetrandi vim huiusmodi operibus hominum subiectorū peccatis reuelauit Deus Isaiæ. c. 2. Lauamini, mundi estote, auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra tanquam vermiculus, velut lana alba erunt. Ex quibus discimus, tantam esse Dei largitatem, vt à sordibus conuersis ad iustitiæ, & misericordiæ opera seipsum obtulerit arguendum Deus, si non remittat peccata prætęrita.

Ex diuinis ergo reuelationibus habemus bona, quòd impiorū opera non solū sunt vtilia ad remissionem peccatorū, sed q̄ cum ex corde redeūte ad Deum prodeunt, ita comitem habent diuinam benignitatē, vt & terminētur ad remissionem peccatorum, & tanquam ex conuētione impetrent illā. Verè benignissimus erga nos est Deus, prouidendo, vt quam in statu peccati mereri non possumus remissionem peccatorū, impetrare oratione, ieiunio, eleemosynis, alijsq; bonis operibus valeamus. In hoc enim immensa charitas diuina erga peccatorū salutem commendatur, vt etiam nostris quāuis impiorum bonis operibus vim impetratoriam remissionis peccatorū largiri dignata sit. Et prętęr hæc vt (in capite septimo, ex verbis Ezechielis mōstrandum est) sunt meritoria alicuius temporalis

boni

boni à Deo. Ex quibus patet inducẽdos esse peccatores ab bona opera, quia uere utilia sunt ad remissionem peccatorum impetrandam & assequendã, cum deuota menta fiunt.

CAPVT XI.

Opera nostra esse satisfactoria pro peccatis.

QVia Lutherani satisfactionẽ auferunt ab operibus nostris, supereſt declarandum quid ecclesia de hoc sentiat. Distinguendum in primis est de statu, in quo fiunt opera, an in statu peccati mortalis, an in statu gratiæ, & rursus, de satisfacere pro peccatis, vel quo ad culpã, vel quo ad pœnam. Dicimus itaque primo, ꝙ nulla nostra opera sunt satisfactoria ꝓ peccatis nostris quoad culpã, quia nec facta in statu peccati mortalis faciũt Deo satis pro offensa, ut patet: & facta in statu gratiæ ꝓsupponunt culpam, seu offensam abolitam ex diuina gratia ex satisfactione Christi, qui fecit Deo satis pro offensis, qui offendimus Deum, offerendo vitam propriam in ara crucis.

Dicimus secũdò, ꝙ nulla opera nostra in statu peccati mortalis sunt satisfactoria Deo pro pœna debita peccatis nostris, quãuis prius abolitis in sacramẽto pœnitentiæ. Et ratio in promptu est, quia cum remittitur a Deo peccatum quo ad offensam fit peccator de inimico, amicus Dei, & consequenter nõ remanet puniẽdus hostiliter, quod esset puniri pœna inferni, sed si non tam copiosum diuinæ gratiæ donum collatum tunc est, ut cum remissione culpæ remissa sit tota pœna, remanet obligatus ad amicabiliter soluendũ residuũ pœnæ, & ꝓpea si in recidiuũ lapsus est. & iterum factus est inimic⁹ Dei, antequam illud recidiuum pœnæ solueret, opera eius quia sunt opera in statu hostili, non possunt amicabiliter exoluere, quod est non posse satisfacere pro illa pœna.

Dicimus tertio, ꝙ opera perseuerantis in amicitia Dei nullum habent impedimẽtum ad hoc qđ sint satisfactoria pro illo residuo pœnæ. Et in hoc errãt Lutherani dupliciter: primo docendo, ꝙ cũ remittitur peccatum quo ad offensam, remittitur quoque quo ad pœnam omnẽ: ita ꝙ nõ remanet obligatus ad pœnam consecutus peccati ueniam a Deo. Hoc enim manifeste contrariatur sacræ Scripturæ, docenti secũdo Regum duodecimo, quòd quamuis Dauid consecutus fuerit remissionẽ peccatorũ, dicendo, Peccaui Dño, non tñ consecutus est remissionem totius pœnæ, sed remansit obligatus ad pœnas multas, ut Scriptura testatur. Deinde errant, quod tollũt ab operibus viuorũ Christi mẽbrorũ uim satisfactoriã ꝓ pœna nõ remissa. Hoc. n. contrariatur efficaciæ Christi capitis in nobis, nã satisfacio ego, iã nõ ego, satisfacit aũt in me Christus: cõtrariatur ecclesiæ catholicæ vsui, quo cõsueuit salutares satisfactiones imponere per ministerium sacerdotũ verè pœnitentibus & confessis.

CAP. XII.

Responsio ad obiectiones in capitulo quinto scriptas.

SVpereſt obiecta diluere. Prima aũt obiectio fuit sumpta ex sufficientia meriti & satisfactionis Christi. Rñdemus meritum Christi fuisse sufficientissimum, & satisfactionem eius sufficientissimã pro peccatis non solum nostris, sed totius mundi, originali, mortalibus & uenialibus iuxta doctrinã 1. Io 2. & propterea non ex insufficiẽtia meriti, aut satisfactionis Christi opera uiuorũ Christi mẽbrorũ meritoria ac satisfactoria apponũtur, sed ex affluẽtia meriti Christi cõiacatur mẽbris eius viuis, vt illorũ quoq; opera sint meritoria & satisfactoria.

A maior enim gratia Christi nobis confertur cõmunicando nobis, quod ipse caput nostrum in nobis, & per nos tanquam membra suã mereatur & satisfaciat, quam si meritum duntaxat Christi in propria persona participaremus.

Cum autem obiicitur id quod est propriũ Christo, non esse nobis attribuendum, respondemus ꝙ non est nobis arribuendum eo modo, quo est proprium Christo, potest tamen nobis alio modo attribui, uidelicet per communicationem, sicut qđ est propriũ Deo, nulli est attribuendum eo mõ, quo est proprium Deo, potest tamen per cõicationem ab alijs participari. Verbi gratia, videre diuinam es-
B sentiam, est propium Deo; nulla siquidem creatura potest uidere Deum, sicuti est, sed solus suapte natura videt seipsum: potest tamẽ ex gratia cõmunicari uidere Deum participatiue, & sic communicatur beatis omnibus. Sic in proposito mereri vitam ęternam est proprium Chřo, intelligendo mereri ex proprijs viribus: quod tamẽ potest communicari mẽbris eius uiuis, non vt mereantur ex proprijs viribus, sed vt mereanť ex uirtute capitis Christi. Et similiter intellige de satisfactione

De merito autem remissionis peccatorum non oportet respondere, quia iam diximus hoc nõ cõicari vnius Christi membris, eo ꝙ opera eorũ præsupponunt remissa fuisse eis peccata, nullus autem
C meretur id quod præhabet, sed omne meritũ est rei non habitæ. Et hęc est ratio quare Christ⁹ communicat membris suis mereri augmentum gratię & cælestem beatitudinem & non communicat ei mereri remissionem peccatorum, quia videlicet beatitudine æterna carent membra Christi in hac vita: remissionem autem peccatorum iam habuerunt in hoc ipso, quod fuerũt facta membra Christi: null⁹ autem meretur quod habet, sed quod sperat. ex quibus clare apparet, ꝙ nihil detrahitur merito aut satisfactioni Christi per merita, & satisfactiones nostras, sed extenditur gratia mariti, & satisfactionis Christi per seipsummet ad ipsummet Christum, ut caput operantem in membris suis &
D per membra sua.

Ad authoritates uniuersas sonantes, ꝙ non meremur per nostra opera remissionem peccatorũ, non oporet respondere, quia in hac conclusione omnes cõuenimus. Ad authoritates vero inductas ad probandum, quod non meremur vitam ęternã per opera nostra, respondum est. Et ad illud quidẽ quod affertur ex Apostolo ad Rom. Donum Dei uita æterna, respondetur quod utique nos hoc dicimus & docemus. quoniam donum Dei gratiæ gratum facientis est tum non esse membra Christi, tum ex uirtute Christi capitis in nobis, mereri uitam æternã, non enim dicimus quod ex operib⁹ nris, quatenus a nobis sunt, sed quaten⁹ a Christo
E in nobis & per nos sunt, meremur uitam æternã.

Ad id uero quod obiicitur ex documento Christi, Dicite, serui inutiles sum⁹, cum cadẽ distinctione respondetur, quod nos quantuncunque omnia Christi præcepta impleam⁹, quatenus impleamus ea ex nostro libero arbitrio, inuenimur serui, inutiles ad ea quę sunt dom⁹ patris cælestis, inuenimur inutiler ad ea quæ sunt politiæ nostræ, quæ in cælis est, qualia sunt remissio peccatorum gratia Spiritussancti, charitas, & cætera propria filiis Dei. Et in promptu rõ est, quia nos quatenus a nobis operãtes sumus, tã infirmi, ut nõ possum⁹ ascẽdere ad cõferẽdũ aliqd supremo ordini opprobriorũ bonorũ filiorũ Dei. Cũ qua tñ ueritate stat, ꝙ nosmet,

quatenus, ex Christo in nobis capite sumus operã F
tes, ut illius, mẽbra viua, multum conferre possi-
mus per nostra opera politiæ cælesti & paternæ do
mui. quia ut sic sumus eleuati in ordinem filiorũ
Dei, nec ut sic sumus inutiles; sed membra vtilia pa
ternæ domui & cælesti politię.

Etsi ex hoc Christi documento argumentũ fiat
contra utilitatem iustorum operum in statu pec-
cati mortalis ad impetrandum remissionem pecca
torum, iuxta scripta superius in c. 10. si inquã, fiat ar
gumentum ad inferendum, q̃ bona opera nõ sũt
vtilia ad impetrandum remissionem peccatorum:
tñdendum est quod orationes, ieiunia, eleemosy-
næ, & alia iusta opera impiorũ, quatenus ab ipsis G
procedunt, non sunt utilia ad remissionem pecca
torum impetrandã, sed quatenus afflata diuina be
nignitate ordinante ea ad impetrandã remissionẽ
peccatorum, sunt ualde utilia ad impetrandum il-
lam. propter hoc. n. apud Ezechielem appellant vię
Dei, & non uiæ nostræ, prouidit siquidem diuina
bonitas, vt multa impetremus, quę nunquã meru-
mus: dedit diuina bonitas, (ut Christus, Esaias, Eze
chiel & Apostolus ad Hebr. testantur) bonis operi-
bus redeũtium ad Deum, vim impetratoriã remis-
sionibus peccatorũ a diuina misericordia p̃ Chri-
stum meritum. Ex hac parte ieiunia, orationes, elee
mosynæ & reliqua iusta opera peccatorum utilia
sunt non ad merendum, non ad satisfaciendum, H
sed ad impetrandum remissionem peccatorum. Et
hæc puto sufficere ad intelligendum materiã hãc,
quę in quæstionem vertitur de fide & operibus, ad
Dei omnipotentis gloriam, & piorum cõsolatio-
nem. Romæ die 13. Maij, 1532.

TRACTATVS VNDECIMVS

De communione sub utraque specie, De integritate Confessionis, De Inuocatione sanctorũ aduersus Lutheranos ad Clementem VII. Pont. Maxim. in quatuor capita diuisus.

SVMMARIVM. I

1 *Nequaquam illicitum esse populo Christiano sub altera tantum specie communicare.*
2 *De integritate confessionis quo ad omnia peccata.*
3 *Post peccati ueniã necessariam quoque esse satisfactionem pro peccatis, & eam fieri posse nostris operibus.*
4 *De inuocatione Sanctorum.*

PROOEMIVM.

DErtinax Lutheranorum animus p̃textu conscientiæ, Clemens septime p̃tifex Maxime, erga cõmunionẽ populi sub vtraque Eucharistiæ spẽ, confessionẽque non oĩum peccatorum, ac negatã K
satisfactionem, nec non inuocationẽ Sanctorum, inuitat me ad scribendum de his nõ absolute, sed quatenus pendent ex sacra Scriptura, qñ ipsi soli' sacræ Scripturæ authoritatẽ suscipiunt & profiten tur se illi inniti. Et quamuis pertinacibus non pro-derunt nostra hęc, speramus tñ utilia fore tum ad retrahendũ alios, ne illos imitentur: tum ad cõso-landum fidelium mentes. videre. n. in sacra scriptu ra falsitatem eorum, quæ hæretici iactantes se p̃fes sores sacri Euangelii docent, nõ paruum solatium fidelibus confert. Et quamuis hæc pro ecclesia ca-tholica scripserim, ad tribunal tñ beatitudinis tuæ non minus hæc quam reliqua mea omnia refero.

CAPVT I.

De communione sub utraque specie.

LVtheranis nõ sat est, ipsos communicare sub vtraque specie, sed nequeunt flecti ad dicen-dum, licitam esse communionem sub altera tan-tum specie, quia tum ex vsu Christi, tum ex præce pto eiusdem communicandum est sub vtraq; spe-cie. Proinde opus est discutere secundum scriptu-ras sacras vtrunque, vt videlicet manifestemus nec ex vi vsus Christi, nec ex vi præceptorum eius illi-citum esse populo communicare sub altera tantũ specie. hoc siquidem patefacto, clarum erit non te-neri populum ex diuina lege ad communionem sub utraque specie. G

Quia igitur Saluator noster in vltima Cœna in-stituens sacramentum eucharistiæ, vsus est hoc sa cramento sub vtraque specie, communicando A-postolos vt Euangelistę testantur, hinc infertur, q̃ sacerdos nõ nisi sub vtraque specie dare dẽt eucha ristiam, debet. n. sacerdos dare eucharistiam, quem admodum dedit illam Christus. & similiter dẽmus omnes communicare, quemadmodum com-municauerunt Apostoli.

Nos autem facile manifestamus vsum Chri, & Apostolorũ, nõ habere vim legis, q̃ simili modo distribuatur populo eucharistia. nã si ille vsus Chri sti vim legis habere, non obligaremur ad quædam in vsu illius distributionis seruata, & ad quædam non, sed ad omnia in illo vsu seruata, periculum autem est, nos non obligari ad omnia illa in distri butione facta à Christo: ergo nec tenemur distri-buendo eucharistiam seruare hoc vnum videlicet dare sub vtraque specie. Quod enim nõ teneamur ad seruandum omnia, patet: tum quia Christus fre git, fractamque dedit speciem panis: ridiculum au-tem est dicere, quod sacerdos teneatur dare hostiã fractam, tum quia Christus distribuendo, non im-misit in ora Apostolorum eucharistiam, sed dixit, Accipite & comedite, ridiculum autem est dicere, quod sacerdos tenetur non immittere eucharistiã in os communicantis. sed dare in manum illius, vt I
ipse se communicet: tum quia Christus distribuit hoc sacramẽtum Apostolis post Cœnam: plus aũt quam ridiculum est dicere, quod teneamur cõmu nicare post Cœnam, illicitumque sit dare eucha-ristiam ieiunis. tum quia Chrs dedit eucharistiã sub specie panis azymi. & tamen vniuersalis ecclesia fa tetur non esse illicitum eucharistia uti siue in azy-mo siue in fermentato. Ex his. n. omnib. clare pa-tet, q̃ distributio eucharistię, qua vsus est Christus, non habet uim legis, statuentis, ut similiter fiat di-stributio à nobis.

At si quispiam contenderit in hoc vno imitan-dam esse Christi distributionem q̃ sub utraq; spe cie dedit eucharistiam, animaduertat Christũ de-disse sub utraque specie Apostolis solis. & non de-disse septuaginta Discipulis, nec multitudinem eo rum, qui credebant in illam, ut uel ex hoc sat sit in ferre ab exemplo Christi, ergo successoribus Apo-stolorum danda est eucharistia sub utraq; specie, non. n. plus inferri potest ex Christi distributione. nõ igitur inferri potest, ergo vniuersis Christianis danda est eucharistia sub vtraq; specie. Patet itaq; q̃ ex sensu Chri non potest inferri illicitam esse cõ munionem populi sub altera tãtum specie. Et mul to minus inferri hoc potest ex vsu ecclesiæ Corin-thiorum, cuius meminit Paul' in j. Epistola ad Co rinthios: vsus enim vnius particularis ecclesię non statuit legem ecclesiis aliis. Hæc de vsu.

Discu-

Discutienda sunt deinceps præcepta Christi iam ante institutionem Eucharistiæ, quam in ipsa institutione promulgata. Primum itaque præceptū ex verbis Domini, Io. 6. olim assumptū est à Boemis, ait enim Christus, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quid inquiunt, clarius, Eodem enim modo necessitatem communicandi sub vtra que specie promulgat, quo promulgauerat necessitatem Baptismi: nam quemadmodū de baptismo dixerat Io. 1. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto nō pōt introire in regnum Dei: ita de Eucharistia Dicit, Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Non autem dicimus hæc Christi verba non esse secundum genuinum sensum intelligenda de vsu Eucharistiæ, imò nec posse intelligi salua Christiana fide de cibo, & potu sacramentali. Et hoc facile manifestatur, ex eo quod si intelligerentur de Eucharistia: tolleretur Baptismi sufficientia ad salutē: pari siquidē modo hæc necessitatē sonant edendi carnem & bibendi sanguinem filij hominis, quo sonant illa alia Domini verba, necessitatem nascendi ex aqua & Spiritu: & propterea manifeste sequit, quod si in istis verbis indicitur necessitas sumendi Eucharistiam, nō sufficit Baptismus ad salutē, sed ad hoc quod aliquis habeat vitam, oporteret & baptizari & sumere Eucharistiam. Cuius contrarium nō solū in symbolo fatemur, confitentes vnū baptisma in remissionē peccatorū: sed Dominus in Euangelio dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, & Paulus Apo. ad Tim. 3. Saluos inquit, nos fecit per lauacrum regenerationis. Quia igitur idem est asserere uerba illa Christi. Io. 6. intelligi de cibo, & potu sacramenti eucharistiæ, & negare baptismi sufficientiam ad salutem, clare patet uerba illa nec intelligi posse de cibo, & potu eucharistiæ & propterea inde non habetur præceptū ad sumēdum eucharistiam sub utraque specie. Discutere autem quis sit Germanus sensus illorum Christi verborū, non est presentis negotii, nam sat est propositæ quæstioni nosse, quod non loquitur ibi dominus ad literam de sacramentali cibo & potu.

Superest demum discutere præcepta Christi promulgata, quando instituit eucharistiæ sacramentū. Vide euangelia omnia, & nullum inuenies in illis de eucharistia præceptum, nisi apud Lucam immediate post eucharistiam sub specie panis. Hoc facite in mei commemorationem. Apud tamen Paulum Apostolum primæ ad Corin. 11. duo præcepta leguntur data a Christo in institutione eucharistiæ, alterum immediate post eucharistiā sub specie panis. Hoc facite in mei commemorationem: alterū immediate post eucharistiam sub specie vini, Videlicet, Hoc facite quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem.

Quæ præcepta si perspicacius fuerint considerata, nullum secum ferunt mandatum de cōione sub utraque specie, ut patet discutiendo singula. Preceptum. n. immediate post speciem panis tam apud Lucam, quam apud Paulum manifeste refertur ad Eucharistiam sub specie panis, ut ipse contextus testatur. Præceptum autem apud solum Paulum scriptum de imitatione Christi in eucharistia, sub specie vini, limitatur manifestissime ad uices, quib⁹ bibimus in cōmemorationem Christi. ita qđ nō est p̄ceptum absolute, sed est p̄ceptū ex suppositione, videlicet si biberim⁹ in Christi memoriā, faciamus hoc quod fecit Christus. Non igitur præcepit, vt bibamus in eius memoriam, sed præcipit ut quoties in eius memoriam biberimus, faciamus quod fecit ipse, hoc est, quoties ut emini calice Eucharistię sacrificate hoc. Bibere nanque manifestē significat vsum calicis, & consequēter facere hoc distinctū: cōtra bibere, significat consecrare hoc. præcipitur. n. ad literam, ut allocietur vsus calicis, sacrificio calicis. Et ex hoc ipso, quod similem associationem non præcipit circa usum Eucharistiæ sub specie panis, insinuauit q̄ vsus quidem calicis illius esset seorsum à sacrificio, usus uero sub specie panis, licit⁹ vt ritus ecclesię seruat, non reseruando eucharistiā sub specie potus, sed duntaxat sub specie panis, & pro infirmis, & pro communicantibus extra Missarum solennia.

At si quispiam contenderit, quod hoc præceptū directe obligando sacerdotes, consequenter obligat populum. Nam ex eo q̄ bibentibus in Christi memoriam præcipitur, Hoc facite, manifeste sequitur, q̄ sacerdotibus celebrantibus Missas quos constat bibere in Christi commemorationem præcipitur, Hoc facite, sed sub hoc Facite, comprehēditur et dare aliis calicem, quia cōprehendit oīa q̄ Christus fecit circa calicē: ergo ex hoc præcepto sacerdos tenetur quoties ipse bibit, dare aliis calicē, ac p hoc alii tenentur accipere, & bibere. Aduertat hoc argumento utens in primis ad textum literæ, quia contextui literæ nō quadrat hic sensus. Nā in litera, hoc facite, distinguitur cōtra bibere: ac per hoc conficere sacramentum distinguitur contra vsum sacramenti, ac per hoc non tam amplè in hac litera extenditur, hoc facite, sed ex ipso contextu restringitur ad demonstrandum ipsum sacrum, ut distinguitur contra usum sacramēti, eo ipso q̄ distingui tur cōtra vsū calicis. Quæcunque igitur spectāt ad usum calicis comprehenduntur hæc sub bibere, & quæ spectant ad ipsum sacramentum comprehenduntur sub facere hoc, secundum suauem contextus sensum: perspicuum autem est, quòd dare aliis calicem spectat ad usum sacramenti, & non ad sacramentum ipsum. Non igitur comprehēditur in hac litera sub hoc, facite, dare aliis calicem. Aduertat deinde quòd Lutherani non constare.t sibiipsis, dicendo sic, quia ex hoc argumento sequitur manifeste, quod secerdos celebrās tenetur dare calicem omnibus præsentibus, si hoc facite, comprehenditur ēt dare sacramentum, ut Christus dedit: nam Christus dedit omnibus p̄sentibus; cōstat aūt Lutheranos hoc non seruare: non igitur obligatur Christianus populus ad bibendum sacramentum Eucharistię ex hoc Christi præcepto, secūdum planum suauissimumque literæ sensum. Et quia nullibi nisi in allatis locis habet in sacra scriptura mandatum aliquod de communione Eucharistiæ, manifestum est quod non tenetur Christianus populus ex præcepto in diuino iure scripto ad communionem sub utraque spē: voluntarie igitur, & non authoritate Scripturæ prædicatur illicitam esse cō munionem sub specie panis tātum. Et hoc sufficit aduersus Lutheranos, solius sacræ Scripturę authoritatem suscipientes. Hæc de communione populi sub altera tantum specie.

CAPVT II.

De integritate confessionis quo ad peccata omnia:

COnfiteri peccata mortalia omnia, quæ qs admisit, Lutherani non solū negant esse necessarium, sed affirmant repugnare sacrę Scripturę, & eē impossibile: qa scriptū est, Delicta qs intelligit?

Nos autem dicimus haberi ex Euangelio confessionem peccatorum mortalium omniū,& non obstare Prophetæ sententiam allatam. Quod enim peccata omnia confitenda sint in sacramentali cōfessione, ex ipsa forma ministrandi sacramentum pœnitentiæ tradita a Christo,quando instituit hoc sacramentum Io.20. manifestatur: ait.n. Christus Apostolis,Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis,& quorum retinueritis,retenta sunt.In quibus verbis datur a Christo ministro sacramenti facultas duarum actionum,videlicet remittendi,vel retinendi peccata quorumcunque,& ex hoc ipso, ꝙ ministro committitur facultas discernendi an remittenda,an retinenda sint peccata cuiusque pœnitentis:manifestè sequitur,ꝙ oportet ministrum, nisi cœcus ministrare uelit, nosse si in pœnitente est aliquod peccatum retinēdum, quod est nosse, si in pœnitente est aliquid impediens remissionē: nam oē peccatum retinēdum impedit remissionē cuiuscunque peccati hois cōfitentis, quia nō pōt simul vnum peccatum remitti,& aliud retineri.nā mortalia peccata,quæcunque vnius hominis cōnexa esse tam quo ad remissionem,quā quo ad retentionem,& relatiue ad Deum, & relatiue ad Christi ministrum, perspicuum est. Et relatiue quidem ad Deum, patet ex eo quod ille cui remittitur a Deo peccatum,amicus Dei constituitur iuxta illud, Beatus vir,cui non imputauit Dñs peccatum,ille autē, cuius retinet peccatum, & manet in peccato unico,inimicus Dei est, vtpote oīum reus, iuxta illud Iac.2.Qui in vno offendit,reus oīum factus est. Ex hoc aūt quòd tā remissio quā retentio diuina est peccatorū mortalium oīum quæ quis hēt,manifeste sequitur, quod ēt tam remissio quam retentio quæ fit a Christi ministro dēt esse non aliquorum peccatorum mortaliū confitētis:sed omnium: qa tam remissio,quā retentio ministri dēt esse talis,vt remissioni assistat diuina remissio,& retentioni assistat diuina retentio, alioquin nō uerificanī Christi verba, Quorum remiseritis,peccata,remittūtur eis,& quorum retinueritis,retenta sunt.Non uendicaret autem sibi remissio ministri, assistentiā remissionis diuinæ, si discordaret à remissione diuina:discordaret aūt si Deo remittēte oīa, uel retinēte oīa:minister quoque non remitteret omnia,vel non retineret omnia, ad hoc autem ut minister, vel remittat omnia,uel retineat omnia,oportet ministro innotescere omnia,nisi cæcus ac temerari⁹ remissor, uel retentor sit, & qm̄ ministro Christi peccata pœnitentis per ipsius confessionem propriā innotescunt,consequens est,ut oporteat confitentem confiteri omnia sua mortalia peccata.Vide,examina,& libra prudens lector, quæ diximus & perpēdes ex ipsa institutionis forma in euāgelio scripta,haberi confessionem omnium peccatorū.

Supereſt diluere obiecta a Lutheranis,distinguē do de confessione vel absolute, vt est actus humanus.Est aut confiteri omnia absolute, nullum peccatum inconfessum relinquere confiteri uero oīa, ut confessio est actus humanus, est confiteri oīa: quorum confessio subest humanæ facultati.Vnde ex hoc ꝙ delicta nullus ad plenum intelligit, esto quod impossibile sit hoīem confiteri absolute omnia peccata sua, quoniam ignota relinquit incōfessa,non tamen hinc sequitur,quin confessione humana possit quis confiteri omnia peccata sua,quoniam sub integritate cōfessionis humanæ non cōprehenduntur omnia peccata absolute,sed duntaxat nota,& quorum quis memoriā hēt:non oblita & incognita confiteri non subest facultati humanæ. Et quia perspicuum est sub lege tam diuina, ꝙ humana actionum nullam exigi ab homine, quæ non sit in hominis potestate:ideo cum ex Euangelio habetur, confessionem omnium peccatorum requiri ad sacramentum pœnitentiæ,nō est sermo de cōfessione omnium peccatorum absolute,sed de confessione omnium peccatorum, ut subest facultati humanæ,quod est dicere, vt pœnitens confiteatur omnia peccata sua,non ignota nec oblita: Hæc de confessione omnium peccatorum.

CAPVT III.

De satisfactione.

SAtisfactionem pro peccatis,quæ tertia pars pœnitentiæ ponitur, Lutherani negant, tum quia nō habetur ex sacra scriptura,tum quia opera nostra non sunt meritoria nec satisfactoria.

Nos autem dicimus ex sacra scriptura haberi necessaria quandoque esse post ueniam peccati satisfactionem pro peccatis, eamque fieri posse operibus nostris.Et quidem post consecutam veniā peccati,satisfactionem quandoque supereſſe pœnæ ꝙ peccato, testatur duplex modus,quo Deus remittit peccatum.Legimus enim Deum quādoque remittere peccatum,quò ad culpā,& quò ad pœnā, vt patet tum in latrone,cui dicit, Hodie mecū eris in Paradiso,tum ī remissione peccatorum, quæ fit Baptismo,gratia siquidem Baptismalis sola sufficit ad salutem æternam,si antequam Baptizatus moriatur,nouum peccati obicem non ponat ultimo Baptismi effectui, qui est vita æterna.Et in huiusmodi remissionibus perspicuum est non esse opus satisfactione.Legimus quoque,Deū quādoq; remittere peccatum,& non remittere totam pœnā peccati,ut patet 2.Reg.11.vbi clare legimus qđ arguēte Nathan propheta Dauidem de adulterio simul & homicidio,& dicēte Dauide,Peccaui Domino, respondit Nathan, etiam Dominus transire fecit peccatum tuum, & non morieris:uerum tñ filius qui natus est tibi,morietur.Ex his enim patet, Deū remisisse peccatum & quò ad culpā,& quo ad aliquam pœnam:non remisisse autem quod ad punitionem Dauidis in morte filii,nec ut subiuncta in c.16.testantur quo ad punitionem eiusdem in publica uiolatione uxorum à proprio filio nec quo ad punitionem eiusdem in perpessione mali ex domo propria.nam propter hoc peccatum passus est Absalon filio suo: omnes siquidem pœnas has ex parte Dei Nathan propheta De⁹ comminatus est propter illud peccatum Dauidis.Ex hoc igitur, ꝙ Deus remittit quandoque peccatum,& tamē post peccati veniam restat,qui peccauit adhuc puniendus,manifestè dicimus Deum quandoque remittere peccatum,& non remittere totam pœnam ꝙ peccato debitam. Hinc ergo nascitur necessitas exoluendi illud pœnæ reliquum, quòd Deus non remisit remittendo peccatum.

Quia autē huiusmodi reliquiæ pœnę exolui possunt dupliciter uel satisfaciendo & Dauid exoluit satisfatiendo, nam non ipse intulit sibiipsi quas debebat pœnas,sed Deus intulit eas illi,supe. est ostēdere ex scriptura,quòd huiusmodi reliquias pęnę possumus satisfaciendo exoluere. Lege in euangelio Matthæ.capitulo 1.& inuenies Ioannem Baptistam prędicantem duo:alterum,Pœnitentiam agite:alterum facite fructum dignum pœnitentiam. Quorum primum spectare ad ipsum peccatū Græca dictio apertius manifestat, dum simplicē pœnitendi actum significat.Secūdum autem uerba ipsa testan-

testantur ad nostra opera pœnitentiam consequē- A
tia pertinere, fructus.n. pœnitentię sonat opus pro
ueniens a pœnitentia ut a radice, seu arbore. Et ex
eo ꝙ non dicit, Facite fructum dignum innocētia,
seu fructū dignū iustitia, seu fructū dignū bonita-
te, sed fructum dignū pœnitentia; manifestum fit,
ꝙ de fructu digno pœnitentia formaliter, hoc est
quatenus pœnitentia, loquitur vt uidelicet faciant
fructum dignum radice internæ pœnitentiæ. Per-
spicuum autem est ex eo ꝙ pœnitentia est ꝑteritō-
rum peccatorum, ꝙ fructus dignus pœnitētia est
opus restaurans ea, quorum est penitentia, hoc est
reparans ea quæ omisisse, vel cōmisisse nos pœni-
tet. hoc autem vocamus satisfacere pro peccatis, ꝑ
quanto in hoc comprehenditur deletio omnium
malorum, quæ in pœnitente remanserunt ex pec- B
cato, quorum unum est reatus reliquę pro peccato
pœnæ. Si.n. pœnitētia non fructificat reparationē
omniū perditorū per peccatum, nequaquā ad fru-
ctus dignos seipsa extenderetur, qm̄ suapte natura
exigit ut ad perfectum ducatur quod ipsa inchoa-
uit, & clarum est ad perfectum non duci donec su
peresť aliquid ex peccato soluendum.

Ex authoritate itaque sacræ Scripturæ habetur,
quòd quandoque post veniam peccati opus est sa-
tisfactione, quæ fit per opera, qui sunt fructus di-
gni pœnitentiā.

Quod verò obiicitur de nostris operibus, ꝙ nec
meritoria, nec satisfactoria sunt, indignum cen-
seo discussione noua. Nam scriptura plena est sen- C
tentiis sonantibus, tum ꝙ opera nostra nō sunt me
ritoria, tum ꝙ opera nostra sunt meritoria, & ꝓspi
cuum est has duas sententias non sibi inuicē aduer
sari, sed esse sensum, quod opera nostra quatenus
sunt ex nobis, non sunt meritoria, & consequēter
nec satisfactoria: quodque opera nostra, quatenus
ex diuina sunt gratia, & præueniente, & subsequen-
te, & perficiente, sunt meritoria, & consequenter
satisfactoria. Et ambo tam clare habentur in innu-
meris Scripturę locis, ut apud exercitatos in sacris
literis luce meridiana clariora sint. & ꝓpterea per-
transeo. Hæc de satisfactione.

CAPVT IIII.

De inuocatione Sanctorum.

LVtherani inuocationem Sanctorum aiunt ex
Scriptura non haberi. Et quamuis nō putem
eos loqui de inuocatione sanctorum Angelorum,
sed sanctorum hominum, tutiorem tamen eligen
do partem declarabimus summarie, primum de
sanctis Angelis, deinde de sanctis hominibus, quæ
habentur in Scriptura de inuocatione eorum.

Et quidem quod Angeli intercedāt pro nobis,
clarè patet Zachar. 1. ubi Angelus dicit Deo, Do-
mine exercituum, usquequo non misereberis Hie
rusalem & urbium Iuda, quibus iratus es iā septua
ginta annos? Matthæi quoque 18. Dominus. Dicit
Angelos causam agere pusillorum, qui contemnū E
tur. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis:
dico.n. vobis, quod Angeli eorum in cęlis semper
uident faciem Patris mei, proculdubio ad patro
cinium præstandum pusillis contemptis.

Quod autem inuocandi a nobis sint sancti An
geli, habetur in primis ex Gen. 32. ubi Iacob inuo-
cauit Angelū ad benedicendū sibi. Nō dimittam,
inquit, te nisi benedixeris mihi. Deinde ex Dan. 7.
vbi Daniel de seipso dicit, Accessi ad unum de as-
sistentibus, & ueritatem quærebam ab eo. Nec est
dubium, quod de sanctis Angelis assistentibus lo-
quitur. Ad Hebræos quoque c. 1. de sanctis Ange-
lis dicitur, quòd omnes sunt administratorii spiri-
tus, qui in ministerium mittuntur, propter eos qui
hæreditatem capient salutis. Ex hoc enim quod
Deus disposuit gubernare nos per medios Angē-
los, non propter se Deum, sed propter nos hære-
des uitæ æternę, ordinasse intelligitur, ut nos inuo-
cemus sanctos Angelos tanquā medios inter nos
& Deum, nisi usque adeo desipere liceat, ut dante
principe, seu curia aduocatum peregrino, uel pupil
lo, negetur simul disponi ut peregrinus aut pupill⁹
inuocare possit patrocinium aduocati dati.

Quocirca inuocationem sanctorum Angelorū
vtpote manifestam secundum sacras Scripturas re
linquendo, ad inuocationem sanctorum hominū
transeamus. Duobus modis inuocare cōsueuimus
sanctos uel directe eos rogando, puta, Sācte Petre,
ora pro nobis: uel rogando Deum per Sanctorum
merita, vt in canone Missæ ecclesia consuevit roga
re, dicendo, Quorum meritis precibusque conce-
das, &c. Vtroque autē modo ex sacra Scriptura ha-
beri inuocationem Sanctorum dicimus. Et quidē
ꝙ animę Sanctorum intercedant pro nobis, habe-
tur ex Apo. c. 6. Vidi sub altari animas interfectorū
propter uerbum Dei, & clamabāt voce magna, di-
centes, Vsquequo Domine, sanctus & uerus nō iu-
dicas & uindicas sanguinem nostrum de his, qui
habitant in terra. Ex hoc enim quòd aīæ Sanctorū
orant Deū cōtra malos habitantes in terra, manife
ste dicimus quòd multo magis orāt pro salute elec-
torum, quanto propensior est uoluntas Sanctorū
ad bonum nostrum, quam ad malum nostrū. Rur
sus Luc. 16. reuelauit nobis Dominus, quod diues
in inferno intercesśit pro fratribus suis in hac uita
manentibus. ex hoc enim reuelatum esse insinua-
uit, quod multo magis sanctæ animæ intercedunt
pro salute suorum. Nam si diues, cui dum esset in
hac uita, nulla fuit cura salutis fratrum, in tormētis
oppositus etiā importunè supplicat pro salute fra-
trū, multo magis sancti uiri, quorū in hac uita stu-
dium fuit circa salutē fratrum exuti carnem, iam-
que beati continuant charitatis effectum, & inter-
cedunt pro salute fratrum.

Quod autem a nobis inuocandi sint, ex scriptis D
Matt. 27. habetur. Scribitur.n. ibi quòd multa cor-
pora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt &
venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerūt mul
tis. Hinc.n. hr̄, quòd Deus post Christi resurrectio-
nem gubernat, instruendo nos non solum per san
ctos Angelos, sed ēt per sanctos homines. non.n.
vane apparuerunt multis, sed ad instruendum eos
de vero Messia, deque illius resurrectiōe. ex hoc.n.
quod usque ad tempus illud gubernauit nos per
Angelos sanctos, & non per homines sanctos, &
tunc incœpit gubernare nos per sanctos homines
insinuauit noua se habuisse media gubernatione
electorum. Et nisi ordinis gubernationis diuinæ er
ga nos, adiunctos ex merito passiōis & resurrectio- E
nis Christi, sanctos homines manifestare uoluisset
Deus, misisset Angelos in Hierusalem ad apparen-
dum multis & instruendos illos, sed ex eo quod
non solum per medios Angelos in sepulchro ap-
parentes mulieribus, sed etiam per sanctos homi-
nes apparentes multis in Hierusalem manifestauit
resurrectionem Christi, insinuauit quod ad ea quæ
sunt nostræ æternæ salutis ministerio Angelorum
adiunxit ministerium hominum beatorum. Et
hinc ulterius sequitur, quod ex ipsa ordine diuinæ
gubernationis quo gubernat nos, etiā per sanctos
homines, manifestatur recurrendum esse nobis

ad sanctos homines, alioquin rediret illud idē absurdum quod deductum est, si nō possemus inuocare sanctos Angelos: datos. n. esse sāctos homines ad nostram utilitatem medios inter Deum & nos, testatur dicta apparitio: ad datos aūt diuinitus medios posse nos recurrere, perspicuum ex dictis est, pauloque minus absurdum sequitur, si Deus disposuit gubernare nos per medias intercessiones sanctorum hominum, ut priores Scripturæ testant, & nobis non liceret ad intercessores nr̄os recurrere.

Quòd demum orandus sit a nobis Deus per merita Sāctorum, habetur ex Exodi 32. c. dum Moses supplicando Deo, inter alia dicit, Recordare Abraham Isaac & Israel seruorum tuorum. Hoc. n. nihil aliud est, quam rogare per merita Abrahæ, Isaac & Israel. Et huic si adiunxeris prius declarata, uidelicet q̄ Sancti intercedunt pro nobis, manifeste infores quòd non solum per merita, sed etiam per preces Sanctorum supplicare nos Deo ex Scriptura habetur. Et his si adiūxeris quòd in idem redit orare Deū per merita & p̄ces sanctorum & orare Sāctos vt merita & preces proponant apud Deum, nā res est eadem, licet modus sit dispar, & utrobique est inuocatio Sanctorum, licet diuersimode, facile p̄pendes omnia ex parte tradi ex sacra Scriptura inuocationem Sanctorum. Et hæc de propositis dicta, qui legerint, meminerint incruditorū cē certitudinē Mathematicā quærere in moralibus, & immoderate in agēdis a nobis, Romæ die 25. Aug. 1531.

TRACTATVS DECIMVS TERTIVS, Thomę de Vio Caietani Cardinalis sancti Xysti, ad serenissimum Anglię regem fidei q; defensorem, Henricum eius nominis octauum de coniugio cum relicta fratris sententia.

LAEtatus suum in iis, quæ dicta sunt mihi, q̄ nō celsitudinis authoritate, sed sacrarum literarū documētis maiestas tua ad antiqui coniugii explosionē nouāque ducendā vxorē mota est: q̄dque id licuisse, nō credendo doctoribus, sed proprii ingenii acumine propriaque intelligentia te scire p̄fitetur. Gratias profecto debemus Deo, qui ætatem nostrā Rege Theologo decorauit, quod circa nō abre charitatis Christianæ putaui doctissimo regi supplicare, vt subiūcta legere, librare, atq. cū iis, q̄ intellectu maiestatis ei² mouēt, cōferre dignetur: si forte plus uideant oculi, quā oculus. Et q̄a Regē Theologū alloquor, veræ Thæologiæ fundamenta dūtaxat tangā. Optime aūt celsitudo tua nouit uniuersam de hac materia q̄nē pendere ex hoc, an coniugiū inter relictā fris & leuirum sit prohibitum iure diuino morali. & partem affirmatiuam fundari super legem leuiticam scriptam capite 18. & 20. & super verba Ioan. Baptistæ Matthæi 14. & Marci 6. Et propterea si compertum fuerit, quod neuter textus continet huiusmodi inhibitionem moralē, manifestum erit tale coniugiū nō esse aduersus ius diuinum morale. Et q̄ lex quidē Leuitica, uidelicet, Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, q̄a turpido fratris tui est, non prohibeat inhonestatē moralē, ex duobus ostenditur capitibus. Alterū est in eodem 18 c. Leuitici. ibidem enim conceditur, ut uir sororem defunctæ vxoris ducere possit in cōiugem, dicendo, Sororem uxoris tuę in pellicatum illitis non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa uiuente: quamuis iuxta Hebraicam ueritatem dictio interpretata pellicatum sonet angustiam. ex eo enim q̄ inhibitio coniūgi cum sorore vxoris restringitur ad tempus uitæ uxoris, perspicuum est, sub hac inhibitione nō comprehendi coniugium cum sorore uxoris mortuæ: ad hoc. n. apposita est illa limitatio uiuente illa, ut liberum esset coniugium cum sorore defectū vxoris: nam quemadmodum coniugia in quibuscunque gradib. tam affinitatis quam consanguinitatis non prohibitis in lege Moysi, inter indulta supputabantur, ita coniugium cum sorore vxoris defunctæ, ex hoc ipso q̄ in Lege Moysi non prohibetur, intra indultorum numerum comprehendebatur. Conferendo itaque hanc legem priori, formatur ratio hæc inter vnam mulierem & duos fratres & inter vnum virum & duas sorores equale est vinculum affinitatis; par est rō turpitudinis, vt per se malum sit: ac per hoc si cōiugium cum relicta fratris continet inhonestatem moralem, cōiugiū quoq; cum relicto sororis continet inhonestatem moralem: & sic coniugium cum relicto sororis nullam continet inhonestatem moralem, coniugium quoque cum relicta fratris nullam continet inhonestatem moralem. Et quia lex Leuitica monstrat coniugium cum relicto sororis non contineré inhonestatem moralem non comprehendo illud interprohibita: consequens est ut ex eodem capite leuitici discamus, quod coniugium cum relicta fratris non continet inhonestatem moralem, ac per hoc non est prohibitum, quia malum moraliter, sed iō malum quia prohibitum. Si enim ex morali inhonestate fuisset prohibitum, non fuisset indultum coniugium cum sorore vxoris mortuæ: quia parem inhonestatem moralem habuisset. Quòd verò æquale sit vinculum necessitudinis vtrobique, probatione nōn eget: q̄ aūt par sit rō turpitudinis vtrobique, patet ex eo q̄ sicut turpitudo fratrię nō detegenda sancitur, quia est turpitudo fratris defuncti, quoniam effecti fuerant vna caro fratria, & frater defunctus, ita turpitudo sororis non detegēda est, quia est turpitudo sororis defunctæ, nā sororius & defuncta soror effecti fuerant una caro. Ex hoc igitur q̄ lex diuina unū prohibet, & aliud concedit, attestatur q̄ ratio inhibendi alterum non est inhonestas moralis, sed authoritas legislatoris, q̄a sic placuit legislatori.

Alterum caput surgit ex collatione Leuiticæ legis cum honestate coniugij inter leuirum, & relictam fratris in casu defuncti fratris absque prole: nam ante legem Moysi tale coniugium in tali casu solum licitum, sed sancitum consuetudine, vel Patrum authoritate, innuit scriptura Geneſis trigesimo octauo, in historia Thamar: & postea sub lege Moysi mandatum legitur Deuteronomi 25. Ita quòd coniugium inter leuirum & relictam fratris regulariter erat illicitum: in casu autem mortui fratris absque prole, erat licitum. Ex ijs autem surgit rō hæc, Si coniugium inter leuirum & relictam fratris esset per se malum moraliter, in nullo casu fuisset licitum: sed fuit licitū in casu mortui fratris absque prole tam ante legem, quam sub lege, ergo nō per se malū moraliter. Assumpta cōditionalis manifestatur, & probatur, manifestatur siquidem in blasphemia, periurio, mendacio, adulterio, rapina, furto, & id genus reliquis per se malis moraliter, quia ea sunt per se praua, in nullo casu sunt licita. Probatur aūt: quia id quod per se conuenit alicui, nunquam separatur ab eo, sed comitatur illud in quocunque illud inuenitur, quia necessario conuenit illi, ac p̄ hoc impossibile est separare a re id qd cō

uenit

tuenit illi rei p se, aç p hoc si cõiugiũ iter leuirũ, & relictã fratris est p se prauũ, in oi casu est prauum semper. & in omnib. ipsum eius prauitas comitat. Ex hoc itaque q coniugium inter leuirum & relictã fratris inuentum est qñque sine prauitate, dicimus q non est p se prauum, qđ non fuit prohibitũ eo q esset p se prauũ, sed ex authoritate legislatoris effectus est prauũ, q prohibitũ. Hęc de Leui. lege.

Verba aũt Io. Baptistę ad Herodẽ Galileæ Tetrachã, Nõ licet tibi hre uxorẽ fratris tui, aliena sunt a ppõsito, tum qa de uxore fratris viuentis loquebat doãnes, ut refert Iosephus Antiq li. 18. c. xiiij. clare. n. dr quod Herodias deseruit viuum uirum: Egesippus quoque de exci. Hieros. li. 2, capite 4. dare dicit de Herode, quod fratris uxorem uiuentis eripuerat; habentem semen de germano ipsius: Tum quia aliud est esse illicitum coniugium cum relicta fratris, aliud est esse illud illicitum ex prauitate morali per se conueniente tali coniugio: committitur. n. sophisma a pluribus causis ad vnam determinate. Illicitum siquidem proficisci potest ex multis causis, & quantum ad propositum spectat, in promptu erat cã illiciti cõiugii ipsa lex Leuitica. Herodes. n. legem profitebatur Iudeorum: & iõ esto quod Herodias fuerit relicta fratris, verum dixit Ioan. Nõ licet tibi habere uxorem fratris tui, quia prohibitũ hoc est in lege, Clarum. n. erat, quod non ad suscitandum semen fratris duxerat eam. Non põt itaq; huic inferri moralis prauitas per se conueniens tali coniugio, sed prauitas moralis, ppter prohibitionem legis; talis. n. prauitas certa, & clara oĩbus erat.

Hęc doctissime Rex, si uera, ac sufficientia esse videbuntur, corrigendum est factum: at si non sat esse iudicantur, significetur quæso quid deest, confido enim in diuinæ gratiæ largitate, quod qui cœpit perficiet. si uero probabilia censentur, agat obsecro defensor fidei hominem inter hinc inde, pbabilia ambiguum, optime autem nouit maiestas tua quid in dubiis agendum sit, quid diuina lex Deut. 17. statuit agendum in occurrentibus dubiis. Si demum falsa existimabuntur, confutare dignare doctissime princeps: paratus enim sum, & dicere, & mutare sententiam. Tolle obsecro scandalum tantæ multitudinis Christianorum in Europa, non solum uulgarium, sed & religiosorum, & peritorum. Tolle autem, manifestando iustitiam facti, ut scandalum non sit datum, sed acceptũ, offero enim me præconem iustitiæ celsitudinis tuæ, quæ fœlix ualeat. Romæ vigesimo septimo Ianuarii. 1534.

Responsionis Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xysti ad præmissas 16. articulorum censuras, eiusdemq; de coniugio cum relicta fratris sẽ rẽtiæ (quæ simul cum enarratione Iobis, ad studiosorum utilitatẽ, post mortẽ authoris p Ioan. Danielis S.D.N. Papæ pœnitentiarium, editę sunt) finis.

TRACTATVS QVARTVSDECIMVS, de coniugio Regis Angliæ cum relicta fratris sui ad Clementẽ septimum Pontificem maximum in decem capita diuisus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ intentio sit operis.*
2 *Enarratio facti.*
3 *Quid diuino iure statutum est de coniugio inter leuirum & fratriam.*
4 *Quod non omne coniugium inter leuirum & fratriam est diuina lege prohibitum.*
5 *Quod secundum ius naturæ non omne coniugium inter leuirum & fratrium est inhonestum.*
6 *Quod secundum legem tam diuinam, quam naturalem patet fieri inter leuirum & fratriam coniugium honestatum propter aliam causam quam propter suscitandum semem ac nomen fratris defuncti.*
7 *Quod secundum iustum diuinum tum naturæ honestum potest esse coniugium inter leuirum & fratriam propter commune bonum.*
8 *Quod coniugium inter serenissimos Angliæ Regem & Reginam, eius fratriam nec uiuente diuino nec iure naturæ aduersetur.*
9 *Quod siue ligent siue non dicta diuina iura coniugium hoc est honestum.*
10 *Quod sacrorum Conciliorum, Pontificum, ac Doctorum dicta non militant aduersus hoc coniugium.*

CAPVT I.

Quæ intentio sit operis.

BEatissime pater, post pedum oscula beatorum perpetuam fœlicitatem, iussisti vt libellos de coniugio inter serenissimos Angliæ reges ad me perlatos, causamq; totam diligenter inspicerem, quid due iudicii consiliique mei esset, accuratissime prescribere: quo quantum in me esset, quamprimum Beatitudinem tuam hac molestia liberarem, studui mox (ut parerat) iussis parere, prælectisque libellis pro & contra, animaduerti multas communes insertas quæstiones. Videlicet de multiplici iure diuino, de illorum duratione, de diuersis naturæ iuribus, de præceptorum iudicialium diffinitione, de multis dispensãdi modis, de potestate Papæ circa ea quæ sunt diuini aut naturæ iuris. Quæ si tractanda essent & multa cõficienda essent uoluminа, & latissimus literarijs certaminibus campus daretur, ut desiderandus semper finis superesset. Quocirca cõtuli ad propria causę de qua agitur, & ad punctũ quęstionis veniendo ante oculos locandum in primis quod in quæstionem uertitur, duxi, ut omnes intelligant materiam, de qua loquor. Deinde circa hoc, tum in genere, tum in specie quid diuina ac naturæ iura censeant, scrutandum. His enim notis manifesta apparebit quasi ueritas.

SEreniſſimus Angliæ modernus Rex, dum esset adolescens, Sereniſſimo patre eius Angliæ regẽ agente, contraxit matrimonium cum Sereniſſima moderna regina Angliæ, tunc non regina, sed relicta fratris eius prmogeniti absque prole defuncti, filia Sereniſſimorum regum Hispaniarum, interueniente authoritate Iulij 11. Rom. Pont. ob bonũ seruandæ pacis ac amicitiæ inter eosdẽ Reges, consummauitq; matrimoniũ, ac genuit ex ea, multisq; annis coniugali affectu & effectu cũ ea versatus est, modo petit diuortium, eo quod coniugium inualidum fuerit, vtpote contra ius diuinum atque naturæ a sacris Cõciliis, Pontificibus ac Doctoribus cõprobatum. Hæc est causa ex propriis discutiẽda, præmisso tenore apostolicæ dispensationis.

Iulius, &c. Dilecto filio Henrico chariſſimi in Christo filij nostri Henrici Angliæ regis illustris nato, & dilectæ in Christo filiæ Catherinæ chariſſimi in Christo filij nostri Ferdinãdi regis, & chariſſimæ filiæ nostræ Elisabet reginæ Hispaniarum, & Siciliæ Catholicorum natæ, illustribus salutem, &c.

Romani Pontificis præcellens authoritas cõcessa sibi desuper vti potestate prout personarũ, negotiorum,

tiorum & temporum qualitate pensata, in Domino conspicit salubriter expedire. Oblata nobis nuper pro parte vestra petitionis series continebat, q̃ cum alias tu in Christo filia Catherina, & tunc in humanis agẽs quondã Arturus charissimi in Christo filij nostri Henrici Angliæ regis Illustris. primogenitus pro conseruandis pacis & amicitiæ nexibus, & fœderibus inter charis. in Christo filiam nostram Elisabet Hispaniarum & Siciliæ reginam Catholicos, ad præfatum Angliæ reges, & reginãm matrimonium legitimè per verba de præsenti cõtraxisseris, illudq; carnali copula forsan cõsummauisses, dictus Arturus prole ex huiusmodi matrimonio non suscepta decessit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat ad hoc vt vinculum pacis & amicitiæ inter præfatos Reges, & Reginam hmõi diutius permaneat, cupiatis matrimoniũ inter vos per verba legitimè de presenti contrahere, supplicari nobis fecistis, vt vobis in præmissis de opportunæ dispẽsationis gratia prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui inter singulos Christi fideles & præsertim Catholicos Reges & principes, pacis & concordiæ amœnitatem vigere intentis desiderijs affectamus, uos & quamlibet vestrum à quibuscunque excommunicationibus, &c. Hmõi supplicationibus inclinati uobiscunque, vt impedimento affinitatis hmõi ex præmissis proueniente, ac constitutionib. & ordinationibus apostolicis cæterisque contrarijs nequaquam obstantibus matrimonium per uerba legitime de præsenti inter uos contrahere, & in eo, postquam contractum fuerit, & si iam forsan hactenus de facto publice vel clandestine contraxeritis, ac illud carnali copula consummaueritis licite remanere valeatis, authoritate Apostolica tenore presentium de spiritualis dono gratię dispensam⁹, ac uos & quemlibet uestrum, si contraxeritis, ut præfertur, ab excessu huiusmodi ac excommunicationis sententia, quam propterea incurristis, eadẽ authoritate absoluimus, prolem ex huiusmodi matrimonio siue contracto siue contrahendo, suscepta forsan, uel suscipiendam legitimam decernendo, prouiso q̃ tu in Christo filia Catherina ꝓpter huiusmodi rapta non fueris. Volumus autem q̃ si huiusmodi matrimonium de facto contraxeritis, confessor per vos & quemlibet vestrum eligẽdus, pœnitentiam salutarem propter ea uobis iniũgat, quam adimplere teneamini. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. 1507. calen. Ianuarii, ann. primo.

CAPVT III.

Q̃d diuino iure ſtatutũ eſt de cõiugio inter leuirum et fratriã.

CIrca coniugium inter uxorem fratris & leuirũ ter Mosaica lex statuit, primo Leuit. 18. his verbis, Turpitudinem uxoris fratris tui nõ reuelabis, quia turpitudo fratris tui est. iterum cap. 20. his uerbis, Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit alienam, seu illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit, absq; filiis erit. tertio Deut. 25. his verbis, quãdo habitauerint fratres simul, & unus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eã frater eius, & suscitabit semẽ fratris sui, & progenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen eius ex Israel: si autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu dicetque, Non uult frater uiri mei suscitare semen fratris sui in Israel, nec me in coniugem sumere statimque accersiti eum facient, & interrogabunt, si respon-

F rit, Nolo eam uxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calciamentum de pede eius, spuetque in faciem illius, & dicet. Sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui, & vocabitur nomen eius in Israel, Nomen discalciati.

Hæc iuxta uulgatæ editionis verba allata, quamuis ſm ueritatem sufficerent, quantum ad præsentem spectat causam, quia tamen nonnulli ex eo q̃ aliter sonat textus Hebraicus, uertunt in dubium, legem Deuteronomij loqui de fratribus, quos carnales dicimus obiiciendo non dicitur, Accipiet eã frater uiri eius, sed cognatus eius, & similiter non uxor fratris, sed cognata repetitur. constat enim Cognati nomine consanguineos intelligi, iõ diligẽtiã adhibui, ut textum hunc de uerbo ad uerbũ iuxta Hebræum haberem hic inserendum & est talis, Q̃n sedebunt fratres simul, & morieſ vn⁹ ex eis, G & filius non est, non erit uxor mortui foris uiro extraneo: leuir eius veniet super eam & capiet eam sibi in mulierem, & leuirabit eam & erit primogenitus, quem pariet, surget super nomen fratris eius mortui, & non delebitur nomen eius ex Israel, & si non uolet uir capere fratriam suam, ascendet fratria eius ad portam ad senes, & dicet, Recusauit leuir meus facere surgere fratri suo semen Israel, non voluit leuirare me, vocabunt eum senes ciuitatis & loquentur ad eum, & stabit, & dicet. Nõ volui capere eã & appropinquabit fratria eius ad eũ H in oculis senũ, & excalciabit calceũ eius, a pede eius & spuet in faciẽ eius, & rñdebit & dicet, Sic fiet uiro q̃ nõ ædificauit domũ fratris sui, & uocabiſ nomen eius in Israel, Dñs excalciati calceo, hęc ibi.

Vbi clare patet legem hanc loqui de fratribus, quo fratres carnales appellamus & quod interpres nouus, qui cognato & cognata usus est, Latinam linguam iuxta uulgare Italicum usurpauit, appellãdo eum qui Latine appellatur leuir, cognatum, & eam, quæ Latine fratria uocatur cognatam: eo aũt usque Hebraicus sermo utitur proprio Leuiri nomine, vt ex illo formet verbum, quo bis in hac lege utitur, loco cuius oportuit fingere nouum verbũ Latinum a leuir deductum Leuiro, as, significans exequi ius leuiri erga fratriam. Mirum est aũt, in du I bium uerti legem hanc de fratribus carnalib. loqui cum & Saducæi in Euangelio proponentes Chro uxorem septem fratrum secundum legem Moysi id testentur, & ẽt apud mulierculas hoc notissimũ fuisse testentur uerba Noemi, Ruth primo, & ex toties repetito fratris nomine in hac lege clare hẽatur. Nam ubicunque in istis legibus est nomen Fratris, In Hebræo, eadem penitus dictio habetur, ita q̃ idem nomen fratris habetur in legib. Leu. & in lege Deu. ut si unam æquiuocandi licentiam quis usurpet: alias quoque æquiuocandi legitime concedat, ac per hoc siquis exponeret pertinaci sensum Deuteronomicam legem loqui de fratribus non carnalibus, desistat a cœpto, ex hoc q̃ eadem licen K tia leges Leuiticæ exponeretur de fratribus nõ carnalibus. Quo fieret, ut nullum de cõiugio inter leuirũ & fratriam ius tam diuinum, q̃ naturę scriptũ haberetur, & consequenter cessaret tota q̃stio hæc innixa iuri diuino, aut naturæ scripto, quia sup hac sola vniuersa moles huius cõtrouersiæ fundata est. Non est itaque uertẽdum in dubium, leges has de fratribus quos carnales appellamus, loqui.

CAPVT IIII.

Q̃d nõ oẽ cõiugiũ inter leuirũ et fratriã eſt diuina l. ꝓhibitũ.

COnuenięt ib. igitur legib. his Leuiticis & deuteronomiis in hoc, q̃ de fratrib. carnalib⁹ loquuntur,

quunē, differētia manifesta inter Leuiticas & Deuteronomias est penes hoc, ꝙ Leuiticę sunt leges de genere, Deuteronomia vero est lex de specie. Nam Leuiticæ statuunt de uxore fratris, non specificando viui vel defuncti. Deuteronomia de vxore fratris defuncti, ille de uxore fratris non specificando cum filio, uel sine filio, ista de uxore fratris defuncti sine filio: ille de uxore fratris non cognoscenda non specificando ad propriū, vel fratris semen no menque seruandum, ista de uxore fratris defuncti absque filio ad suscitandum semen nomenque fratris, quibus adiunge quartam necessario subintellectam specificationem, quod ille de uxore fratris non specificando, an ætatis, qua possit generare, an uetula. Ista de fratris uxore in ætate, qua potest generare. loqui conuincitur, quia ducenda pręcipitur ad suscitādum semen fratris. Ex hac autem manifesta differentia inter has duas leges habetur, absque omni controuersia, non omne coniugium inter leuirum & fratriam esse diuina lege prohibitū, sed discernendum esse in inter cōiugium leuiri cū fratria sine specificatione aliqua, uel tot specificationibus in Deuteronomia lege vallatum, & fatendum quòd in genere sine specificatione aliqua cōiugium inter leuirum & fratriā, est diuina lege dānatum: coniugium uero inter leuirum & fratriam tot conditionibus fultum non solum licitum, sed præceptum diuina lege est. Hæc sunt, quæ circa cōiugium inter leuirum & fratriam manifeste sancita a Deo habemus. An autem diuinę istæ leges veteris Testamenti legent noui Testamenti ꝓfessores, an expirauerint, parui refert quo ad causam proposita. Illud tamen silentio inuoluendū nō est, ꝙ cū istæ leges conueniant cū sententia (uidelicet de cōiugio inter leuirū & fratriam tum in actu) videlicet actu pietatis, q̄ cultum officiumque sanguine iunctis exhibet, tum in ratione moris (quia omnes innitimur rōni moris pietatis naturalis) tum in genere præceptorum (quia vtręque sunt p̄cepta, partim iudicialia, & partim moralium (tum in authore (quia omnia diuina authoritate sunt edita per Moysem) quatenus diuina ligat, eadem ratione p secerat, & Deuteronomica expirauit, eadem & Leuitica expirauit, cū gratia & ueritas p Iesum Christum facta est. Dixi quatenus diuina, quia non est nūc sermo de eisdē legib. quatenus morales sunt, sed quatenꝰ diuina suut authoritate p Moisē fultę.

CAPVT V.

Quod secundum ius naturæ non omne coniugium inter leuirum & fratriam est inhonestum.

QVid autem naturale ius de cōiugio inter leuirum & fratriam habet, nō est difficile ex dictis haurire. Semoto siquidem omni tam diuinę quā humanę legis non testimonio, sed vinculo, clare patet tum coniugium inter leuirum & fratriam absolute esse turpe, Turpitudo enim mortalis opposita honestati cultus ex naturali pietate debiti fratrię ratione fratris, pro ratione legis redditur in lege Leuitica dicendo, Turpitudinē fratris tui nō reuelabis, quia turpitudo fratris tui est, tum coniugium inter leuirum & fratriam vallatum tot antedictis conditionibus esse moraliter bonum. Ex eo enim quod coniugium inter leuirum absolute est turpe, infert, quòd turpitudo illa per coniugium inter eosdem tot conditionibus fultum, &c. tollitur. Alioquin etiam tot conditionibus vallatum esset moraliter turpe, ac per hoc illicitum, cuius opinionē testaī lex diuina. & cum turpitudo moralis non tollatur, nisi per bonū morale, cōsequens est, ꝙ per A morale bonū cōsurgens ex cōcursu tot cōditionū in coniugio inter leuirum & fratriā, tollatur turpitudo, quę inesset eidem cōiugio nudo; patet igit in ter leuirū & fratriā coniugium honestatum tot cō ditionibus, bonū moraliter esse. Et si altius scrutat fueris, inuenies maius bonum moraliter esse in cōiugio inter leuirum & fratriam sic honestato, q̄ sit turpitudo cōsequēs cōiugium inter eosdē absolutè. Nā nisi istius bonitas vinceret illius turpitudinē, præceptū istius in specie nō vinceret prohibitionē illius in gñe, ita ꝙ diuinū ius præceptū prohibitionē illius vigente, attestatur maiorem esse bonitatem in hoc, quam turpitudinē, quæ cōsequitur coitum leuiri cū fratria & tm̄ excellit, vt ēt tollat rōnē turpis ab hmōi coitu, & reddat eūdem honestū & pium. Quo fit, vt si qui quo ad hoc soluti ab hmōi vinculo legis diuinæ & humanæ leuir & fratria cōtraherent matrimoniū honestatū his cōditionibus proculdubio honestum ad piū cōnubium subirēt. Quod ēt testatur cōiugium inter Thamar & filios Iudæ ante legem Moysi. Genesi 38.

CAPVT VI.

Quod secundum legem tam diuinam, quam naturalem patet fieri inter leuirum & fratriam coniugium honestatum propter aliam causam, quam propter suscitandum semen ac nomen fratris defuncti.

EX his autem manifestis iuxta diuinū ac naturę ius rectissima infert rōne, ꝙ si longè maius bonum, quā bonum ex oībus cōditionibus in lege Deuteronomia expressis cōsurgēs poscat iniri cōiugium inter leuirum & fratriā, fieret proculdubio in tali accidēte in cōiugium inter leuirū & fratriā, honestū quatenus pendet ex lege tum naturali, tū diuina (Secretis. n. loquor humanis legibus.) Et ſm quidē naturæ iura patet illatio, rectæ rōnis dictamē exigit, vt si minus bonum sufficit ad tollēdum turpitudinē cōiugij inter leuirum & fratriā, multò magis ad eandē turpitudinem tollendā sufficiat maius bonum. Secundum verò diuina iura patet eadē illatio ex eo, ꝙ nullæ leges multiplicantur ꝓp multitudinē euentuū, qui contingere p̄nt. (Oporteret. n. infinitas cōdere leges, iuxta infinitos euētus cōtingentes) sed in omni politia leges cōditæ intelliguntur sic, ꝙ ex vno casu decreto intelliguntur decreti oēs similes, & si minus bonum decretū est sufficere ad tollendam aliquā turpitudinē, intelligitur decretum esse quòd multo maius bonum etiā sufficit ad tollendam omnem turpitudinem. Hęc, ni fallor, tam clara sunt, vt probatione non egeant, sed insinuatiōe, ꝙ in posita materia (si in ꝓprijs sistendū est) nō est digrediendū ad quodcunq; maius bonū, sed ad maius bonū fratri defuncto, qa turpitudo cōiugij inter leuirum, & fratriā cōsistit ī fratris defuncti dehonestatione, & cōiugio. Deuteronomio tollitur hmōi irreuerētia defuncti fratris p eiusdē fratris defuncti bonum, videlicet nomē ei⁹ suscitandū & propagandū in familia progeniti ex fratria, quæ fuerat vna cum ipso charo, & ex leuiro cōiunctissimo ſm carnem defuncto fratri, tanq̄ supplente vices defuncti ad generādum ipsi defuncto familia. Et hæc ideo discussa sint, nō quia supponamus coniugiū inter Serenissimos Reges Regināq; Angliæ contractum fuisse ad suscitandum nomen fratris defuncti, constat. n. hoc esse falsum, sed ut clarè pateat ſm ius naturę diuina ēt authoritate firmatum, non vnico tm̄ euētu honestum esse coniugiū inter leuirum & fratriam, sed in omni euentu maioris boni fratris defuncti, quam sit illud tam exiguum bonum, videlicet nominis per filium fictum

ctum idque incertum. Incertum enim est an proles sequatur.

CAPVT VII.

Quod secundum ius tum diuinum, tum naturæ honestum potest esse coniugium inter leuirum & fratriam propter commune bonum.

SI perspicacius cõsideratum libratũq; fuerit, q̃ id iuris naturę, qd' in his Leuiticis legibus cõtinetur, videlicet de honestatio fratris defuncti, tepensatur per tam exiguũ ac incertũ bonũ defuncti, cui nihil boni, aut mali accidere põt ex operib. merè humanis, nisi i existimatione hoĩum, quodq; bonũ cõe ciuitatis, vel patrię nõ in opinione, sed in re & lõge maius & finis suapte natura est (nã singulorũ bona externa ad cõe bonum ordinãt vt finẽ) manifestabitur q̃ tam f̃m naturalis, quã diuinis iuris rõnẽ rectissimũ coniugium inter leuirum & fratriam honestatur, si ob cõe patriæ bonum fiat. Valid ius. n. est ad tollendum de honestationẽ defuncti fratris, cõe patriæ bonũ quã tã exiguũ idque incertum bonũ defuncti fratris. Nam cõstat hm̃oi bonũ esse bonum externum, vtpote in noĩe cõsistẽs, idq; exiguum, vtpote nõ consequens præclarum aliqd factum, imo nullũ defunctũ factũ, sed naturale op⁹ alterius, si tñ efficax erit ad generãdum. Nec interuenit in hac deductione aliqua digressio a proprijs materię quę tractatur; qm̃ ꝓcedere a bono externo vnius ob bonum cõe, nõ est digredi: sed progredi a parte ad totum, a bono partis ad bonum totius, a re ordinata ad finem ad rem illius finem, & hæc tam manifesta tanque consona sunt iuribus, vt iniuria illis fiat si diutius discutiantur.

CAPVT VIII.

Quod coniugium inter Serenissimos Angliæ Regem, & Reginam eius fratriam nec iuri diuino, nec iuri naturæ aduersatur.

EX hoc igitur, q̃ diuinum ius testificatur in minori bono cõe patriæ bonum sufficere ad tollendum turpitudinem coniugij inter leuirum & fratriã, & naturæ ius in minori quoque bono testatur idẽ, manifestè infertur, coniugium inter hos Serenissimos Regem & Reginã ob bonum seruandæ pacis inter reges Hispaniarũ, & Angliæ contractum (vt clarè explicatur in literis apostolicis) non contrariari iuri diuino, aut iuri naturæ, sed honestũ esse ac consonum vtrique iuri, adeo q̃ si secernãtur humana iura, coniugium hoc nulla indiguisset dispensatione; qm̃ ferendo secum cõe bonum pacis inter tam excelsos reges fert secum conditionẽ tã diuini, q̃ naturæ iuris testimonio sufficientẽ ad honestandum coniugium inter leuirum & fratriam. Verum dispensatione ecclesiastica opus fuit, tum ad tollenda vincula humanorum iurium, tum ad authorum honestationem illius singularis coniugij ob cõe bonum pacis. Honestatio. n. illius coniugij ex cõmuni bono pacis suapte natura est, sed a doctoribus deffinitur magistraliter, ab apostolica autem dispensatione authoratur. Quo circa Iulius Papa dispensando nihil ademit iuri naturæ, sed abstulit uincula iuris humani circa hoc singulare, sed definiuit legitimum, sed authorauit illud, utpote ex expressa rationabili causa ac more consonum tam diuino, q̃ naturali iuri. Omnia enim hęc fert secum dispensatio ad commune bonum pacis. Alienũ siquidem à Christiana professione est, vt papa, q̃ tuncunq; minimũ ius diuinum, aut naturæ, in toto, uel in parte tollat. Hoc enim authori naturę reseruatur, illud uero authori diuinæ legis, sed non alienum a Christiana professione: ut Papa in ambiguis interpretur ac diffiniat, tam ius diuinũ, quam naturę, Dispensatio itaq; illa diuersos simul, ptulit effectus iuxta diuersas, quas attigit materias, pro q̃to n. attigit iuxta humana, efficit licitũ q̃ f̃m humana iura fuisset illicitum, quatenus uerò attigit ira diuina & naturæ diffiniuit ac authorauit licitum, q̃ f̃m diuina & naturæ iura dubitabatur, uel reputabatur, seu dubitari vel reputari potuisset illicitum.

Et ad opulentiam honestationis cõcurrunt duo bona fratris defuncti; alterum q̃ uxor eius quæ fuerat una cum ipso charo ex hoc coniugio, sublimata est in futuram Reginam Angliæ, ut regno; quo ipse defunctus non potuit per seipsum potiri, saltẽ in carne sua potiretur. Alterũ q̃ frater eius ex hoc cõiugio redditus est securus a tali ac tanta malorũ cõgerie, qualẽ & q̃tum bella inter regna afferunt inter se. Interesse autẽ mea defuncti mala pœnæ futura fratri meo testatur euangelicus dues sepultus in inferno dum rogat Abraham, ne fratres sui ueniant in illum locum tormentorum. Honestatur itaque hoc coniugium, tum ex bono fratris defuncti non minore, quam sit illud descriptum in Deuteronomio non consistente in nomine, sed in re dubio, sed certo, tum ex maximo cõi bono pacis, authoraturque apostolica potestate.

CAPVT IX.

Quod siue ligent siue non dicta diuina iura coniugium hoc est honestum.

VNiuersa autem diuina lege ꝑspecta facile monstrat q̃ siue diuinę legis, circa cõiugium inter leuirum & fratriã ligent mõ, siue expirauerint: cõiugium hoc inter serenissimos reges Angliæ licitũ atq; honestum est. Nã si diuina ueteris scripturæ spirant, nulla hinc illis inferr̃ iniuria, siuero ẽt hodie ligãt cũ cõstet ex eadẽ diuina lege Deut. c. 17. ad summum sacerdotẽ spectare emergentes cãs ambiguas ac difficiles diffinire iuxta legem Dñi, cũs est q̃ ẽt si oĩ ex parte non pateret bonũ sufficere, ad honestandũ coniugium inter leuirum & fratriam. ex eo q̃ summus Sacerdos req̃situs, ut hinc diuina iura naturæque, ac humana, q̃ uidentẽ obstare huic coniugio, illinc tale bonum pacis seruãdæ libraret, propter hoc. n. constat supplicatum fuisse summo Pontifici, & q̃ tunc erat summus sacerdos Iulius dispensando authorauit inter hos serenissimos leuirum & fratriam, coniugium ob tale bonum pacis reddidit illud licitum & honestum. Nã ꝑ hoc diuina authoritate sibi in lege diuina cõcessa exemit illud ab iniuria omnium iurium diuinorum, naturalium, ac humanorum, quia ẽt fingendi licentia fuisse iuxta legem diuinã ac naturę cãm, videlicet si ob tale bonum pacis honestandum erat coniugium inter leuirum & fratriam & diffinitionem talis ambigui spectasse ad summũ tunc sacerdotem, & causam boni pacis cõmunis conforme esse diuinæ legi, cui inter humana nihil magis quadrat, quã commune pacis bonum. Et hæc dixerim, non q̃ cã ambigua sit, qm̃ deductum iam est commune bonum pacis causam esse sufficientem ad honestãdum coniugium, iuxta leges diuinas & naturales (sed ad demonstrandum) quod esto quod ambigua, ac difficilis fuisset causa authoritas summi sacerdotis, diffiniendo iuxta rationẽ ualde consonam, diuinis & naturæ legibus coniugium hoc licitum, honestum ac legitimum sufficeret, ad reddendum coniugium hoc licitum, honestum ac legitimum, etiam si leges Leuiticæ non solum quatenus morales, sed quatenus diuinę ligarent Christianos.

CA-

CAPVT X.

Quod sacrorum Conciliorum Pontificum ad Doctorum dicta non militant aduersus hoc coniugium.

ET quoniam sacra Concilia, sacri Pontifices, sacri Doctores damnãdo coniugium inter leuirum & fratriam ius diuinum & naturæ citant, manifestum ex auditis fit, quod non militant corũ dicta aduersus hoc coniugium, secundum ius diuinum & naturæ apostolicaque authoritate contractum. Damnãt siquidem inter leuirum & fratriam, coniugiũ nudum, non coniugium tot conditionibus consonis diuino naturæq; iuri fultũ, ex hoc ipso, qđ iuri diuino ac naturæ innituntur, Clara.n.luce iam patet iuri diuino ac naturę prohiberi inter leuirum & fratriam coniugium in genere seu nudũ: B cõsonum aũt fore vtrique iuri inter leuirum & fratriam coniugium vestitum multis honestatis speciebus, siue propter bonũ fratris defuncti, siue pp bonum cõe, Quocirca Iulius nihil aduersus doctrinam sacrorum Conciliorum, Pontificum, aut Doctorum egit, nec ẽt aduersus illos Doctores qui dicunt & verissime, Papam nec in iure diuino nec in iure naturæ posse dispensare, hoc est facere licitum quod diuino, aut naturæ iure constat esse illicitum. Nam (vt patet ex dictis) coniugium inter leuirũ, & fratriam ob commune bonum pacis, nec diuino nec naturę iure prohibetur, imò tum diuino, tũ naturę iuri cõsonat. Sed Papa iure suo ordinario, quo de iure super ius potest vti, diffiniuit & authorauit C coniugium honestatum ex causa communis boni pacis, ad tollẽdum omnem ambiguitatem vtriusq; iuris, Hoc est Pater sancte, in causa hac iudicium meum: cõsilium autem non occurrit mihi melius, quam quod a Spiritu sancto proficisci non ambigimus, Diligite iustitiã, qui iudicatis terrã. Felix in seculo valeat beatitudo tua. Romæ die 13. Mart. 1530.

Tractatus Reuer. D. Thomæ de Vio, Caietani, Cardinalis Sancti Xysti Ordinis Prædicatorum, De coniugio Regis Angliæ finis.

TRACTATVS QVINTVS-Decimus Responsionum ad quosdam articulos nomine Theologorum Parisiensium editos ad magistrum Ioannem studii Moguntini Regentem missas.

MIsisti ad me cõclusam in tuis literis schedulã scãdalosam apud Germanos, rogans vt scandalo ꝓuidere velim declarãdo veritatẽ: Pręcib. itaq; tuis satisfacere cupiẽs, rñsionẽ mitto ad receptã a te schedulam 16. articulorum, quorum titulus est.

Articuli aliquot pro erroneis a Theologis Parisiensibus ex libris Caietani excepti.

Titulus iste in primis falsus est, qm̃ multi subscripti articuli non sunt in libris meis. Et deinde titul⁹ iste, incertũ manifestat authorem. Ex eo.n. ꝙ dr̃a Theologis Parisiensib. nõ explicat̃ q̃ sunt isti Theologi. nam innumerabiles sunt Theologi Parisienses. & ad verificandum numerum pluralẽ sufficiũt duo. Quocirca multi suspicant̃ aĩo fallaci scriptũ hũc titulum, ita ꝙ ille q̃ titulũ hunc appo suit, aliud dixerit & aliud intenderit. dixit.n. a Theologis Parisiensib. intendit autem ut passim legentes & audiẽtes fallant̃, intelligendo ab uniuersa Theologorum schola Parisius. Nec temere suspicant̃, qm̃ qsqs ille fuerit, imponit mihi multa q̃ non scripsi, ipsa.n. impositio signum est mali animi, ppea uos quidem estote cauti, ut non fallamini ex hoc titulo: illius ue A ro qsqs fuerit ille, miserea[t] oĩpotens Deus, Ego autem tanquam ad libellum famosum respondebo.

Articulus itaque primus est, Licitum est viro uxore fornicante, ducere aliam. Secundus, est, Non est eadem libertas vxori, quæ uiro. Articuli isti non sunt mei. neuter enim inuenit assert⁹ in libris meis, ut patet in com. super Mat. c. 19. vbi duntaxat disputaui de hac materia, & reliq diffiniẽdã ab ecclesia,

Tertius articulus est, Epist. Pauli ad Heb. non est authẽtica. Iste articulus nõ est me⁹, in cõmentarijs enim super dictam Epistolan̄ non negaui Epistolam esse authẽticam, sed dixi ꝙ dubio Hieronimũ authore eius Epistolæ existente, dubia quoque redditur Epistola, quam, nisi sit Pauli, non perspicuum est canonicã esse, ubi uides quod nego perspicuitatem authenticæ, & nego ipsam authẽticam, existente authore Epistolę dubio. Aliud est enim Epistolam esse canonicam, & aliud est esse perspicuũ, ꝙ est canonica: perspicuitas.n. spectat ad notitiam nostram, esse verò canonicam, spectat ad ipsam Epistolam secundum seipsam. si nanq; tolleret dubiũ & fieret ꝑspicuum, non ppea Epistola fieret nouiter canonica, sed q̃ erat secundum se canonica, manifestaret canonica, certũ est tñ quod durante dubio, non est tantæ authoritatis apud nos, ut sola sufficiat ad ea, quæ sunt fidei. Ego igitur locutus sum de nr̃a notitia, nõ de ipsa Epistola (vt verba mea clare sonãt) articul⁹ uero loquit̃ de Epistola secũdũ se.

Quartus articulus est, Posterior pars vlt. ca. Marci, s. Nouissimè autem recumbentibus, non est authẽtica, Iste articulus nõ est meus, ut patet in Com. super Marcum. Sed ex uerbis Hieronymi, dixi ꝙ illa scripta Marci q̃ Hiero. hẽt ꝙ dubiis, nõ sunt solidæ authoritatis ad firmandam fidem sicut sunt reliqua Marci indubitata. Certum est enim quod ea q̃ vertuntur in dubium, non sunt tantę authoritatis, quantæ sunt indubitata, dubium enim ad nostram spectat notitiam, & non abscripta ipsa in se.

Aduertendum est aũt circa hunc articulum ꝓcedentem & similes, ꝙ ego nulla Bibliæ partem reieci, nisi quas reiicit beatissimus Hieronymus, & nullã partem, aut particulam in dubium verti nisi illas D de qb. dubitat Hieronymus, secutus sum Hieronymum, & ex illius verbis deduxi cõsentanea sermoni eius. Hieronymus.n. uniuersæ Ecclesiæ lumẽ est, ad discernendas partes & particulas sacrę scripturę ab iis, quæ non sunt partes, nec particulæ eius, & ad discernẽdum partes, seu particulas certas a dubiis. Cur itaq; accusor sequens beatissimũ Hieronymũ: accusando siquidem in istis me, accusant Hieronymũ, q̃ est principalis author huiusmodi dubiorũ.

Quintus articulus est, cõfessio articularis nõ est instituta a Christo inquantum auricularis & secreta. Iste articulus non est meus, sed Ioã. 20. scripsi, ꝙ Christus instituit confessionẽ uoluntariam peccati, sed modũ cõfitendi, & similiter absoluẽdi, an ad aurẽ, an publice, Ecclesię vsui reliqt, iuxta tñ qualitatẽ peccati publici vel occulti. Qđ nõ est dicere hãc negatiuã, Cõfessio auricularis nõ est ĩstituta a Christo, sed dicere, ꝙ cõfessio instituta a Christo, nõ restringit ad hunc modum cõfitẽdi, ꝙa extẽdit ẽt ad confessionẽ publicam: satisfacit enim ꝓcepto Christi qui postquam publice peccauit, publice confitetur, publicè absoluitur, & publicè satisfacit.

Sextus articulus est, Non habetur verus textus sacrę Scripturæ in lingua Latina, nisi fiat trãslatio de verbo ad verbum ex lingua, ex qua sumitur, & fiat omnino talis qualis in sua origine est. Iste articulus nunquã fuit a me scriptus, ut testatur prooemium

super

super Psalteriū, in quo solo materiā hanc tractaui. F

Septimus articulus est, Melius est, quod orationes dicātur in lingua uulgari in Ecclesia, quam in lingua Latina. Iste articulus non integre recitatur, quoniam non scripsi, quòd est melius ad ædificationem Ecclesię, neque scripsi orationes, sed oratio nes publicas, quæ audiente populo dicuntur, hoc autem super doctrinam Pauli fundaui 1. ad Cor. 14.

Octauus articulus est, Pēliones sup beneficiis curatis pecunia numerata redimi pñt. Iste articulus re citat plus, quam ego scripserim, qm̄ ego nō scripsi de beneficiis curatis in specie, sed de beneficiis ecclesiasticis in genere, & fundaui dicta mea sup doctrinam diui Tho. Et ea uera esse, testatur mos eccle siæ passim. nā quotidie fiunt huiusmodi redēptiones, ēt a uiris timoratis & consueuit quantitas pensionis redimi, soluēdo pecuniā in ꝓportione gntu pla, reputāt. n. cōiter huiusmodi prætium iustum.

Nonus articul⁹ est, Nec rōne nec authoritate ꝓbari pōt, ꝙ absolute loquēdo, sacerdos peccet con trahendo matrimoniū, qn potius & ratio ducit ad oppositionē. Iste art. nō est me⁹, q̄tū ad illā particulā, ꝓbari pōt, qm̄. Vt tex. q̄stionis manifestat scripsi nec rōne nec authoritate ꝓbāt, ꝙ sacerdos seclusis legib. iuris positiui & uotis, peccet contrahēdo ma trimonium, &c. & attuli, rōnē, contra quā oportet aduersantes rōnib. ꝓcedere, & non libello famoso.

Decimus articulus est, Summus Pont. salua con H scientia pōt dispensare cum sacerdote Occidentali ꝙ contrahat matrimonium, ēt cessante cā publicę utilitatis. Iste articulus est meus, & alienus mōstrat ad omni errore in illa quæst. nulla. n. iura arctant causam dispēsandi ad utilitatem publicam solum; occurrente enim alia causa rationabili, potest Papa uti sua potestate clare patet.

Vndecimus articulus est, Vtrum discordia orta inter coniuges huiusmodi sine spe remedii, sit rō nabilis cā dispensandi, vt vterq; cū alio contrahat, crediderim quòd sic, coniugum consensu accedē te. Iste articulus de coniugio nō consūmato meus est. & tam moderatus, ut irreprehensibilis oīno sit, tum ga nihil asserui, nisi credulitatē, tum qa innitit authoritati sedis Apostolicæ, quę hmōi causam ha bet pro rationabili. ut apostolica rescripta testant. I

Duodecimus articulus est, Asserit qđ Christus descendens ad inferos ꝑdicauerat dæmoniis & dā natis. Iste articulus non est meus, qm̄ nunquā hoc asserui, Sed in commentariis sup primam epistolā Petri c. 3. manifeste dixi, Petrus non loquitur de ꝑdicatione qua Christus manifestauit apud inferos seipsum esse Messiam, & conuincit tam dæmones, q̄ incredulos oēs: huiusmodi. n. ꝑdicatio cōis fuit oīb. apud inferos. Vbi clare patet, quod non de ꝑdi catione absoluta, sed de prædicatione huiusmodi, (hoc est confutante & conuincente dæmones & in credulos omnes) locutus sum: isti autem imponūt mihi prædicationem sine aliqua additione.

Tertiusdecimus articulus est, Epistola 2. Io. non tam eget expositione, quam correctione. Iste articu lus non integre recitatur, nam in Cōmentariis sup ipsam Epistolā scripsi. Nec tam eget expositione, quam correctione, qm̄ in multis differt a textu Græco. Vbi clare patet, ꝙ de correctiōe uerborū dif sonātiū a textu Græco locut⁹ sū. Et si hoc est error, quare Hier. tāto tpe laborauit ad corrigēdū libros sacræ scripturæ iuxta Hebraicā ueritatē quare Aug. pro correctione librorum veteris Testamēti remit tit lectores ad Hebraicū textum, & ꝙ correctione librorum noui Testamenti ad textum Græcum?

Quartusdecimus articulus est, Iacobus Alphei, frater Domini appellatur, quia filius fuit Ioseph ex alia uxore, Iste articulus non est meus, nunquam. n. sciui, nunquam asserui quòd Ioseph habuerit aliā uxorē, quamuis opinio dicentium hoc non mihi displicuerit: ꝙ propterea scripserim in commenta riis super Epistolam ad Galat. c. 1. & forte nulla ma gis quadrare uidetur ratio, quam quod fuerit filius Ioseph ex alia uxore. nihil enim ut certum scripsi.

Quintusdecimus articulus est, an Paulus uxorē habuerit, disputare, supfluū est: qm̄ ex eius Epistolis nihil certi hr̄, licet ex aliquib. sensu ualde rationabi li monstretur eum habuisse uxorem. Iste articulus non est meus. nam in commētariis sup Epistolam ad Phi. c. 4. scripsi, disputare hic, an Paulus habuerit uxorem, superfluū duxi, cū ex aliis locis Epistolarū Pauli nihil certi habeam, & hic locus cogere videa tur non rōne demonstratiua, sed sensu ualde rōna bili, ꝙ Paulus habuerit uxorē. Ex hoc aūt articulo, & multis aliis ꝑcitatis, facile patere potest, ꝙ artic uli isti indigni sunt Theologis, indigni & rn̄sione utpote uel impositi, uel alieni a materia erroris, nul lus siquidem error incurritur, putando Paulū ha buisse uxorem, vel non habuisse uxorem, nullus er ror est, putare Ioseph habuisse, vel nō habuisse aliā uxorem, ante beatam Virginem, nullus error est Epistolam Ioānis esse correctam vel non correctā iuxta textum Græcum, nullus error est dubitare de illis, de quibus dubitat beatus Hieronymus, & id genus multa in articulis schedulæ istius contenta. Pro consolatione itaque tua & Germanorum, ho norande magister, hæc scripsi ut perpendas ridicu los fore apud eos, q̄ libros nostros legunt, & intel ligunt. libellos hos famosos, pugnent rationibus & authoritatibus Scripturæ, non libellis famosis, nō nominis supercilio, qui oppugnare nostra cupiūt. Bene vale Romæ. 30. Decembris. 1534.

FINIS.

Lib. Coll. Soc. tis Iesu Paderborn. an. 1610.

VENETIIS, MDXCIII.

Apud Dominicum Nicolinum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
422a